A. f. i.

BIBLIA SACRA,
CVM
GLOSSA ORDINARIA,

PRIMVM QVIDEM
A STRABO FVLDENSI MONACHO
BENEDICTINO COLLECTA,

Nunc verò nouis Patrum cum Græcorum, tum Latinorum explicationibus locupletata,


ET

Postilla NICOLAI LIRANI *Franciscani, necnon additionibus* PAVLI BVRGENSIS *Episcopi, &* MATTHIÆ THORINGI *replicis,*

OPERA ET STVDIO THEOLOGORVM DVACENSIVM.

TOMVS QVINTVS.

Quid in hac editione præstitum sit, vltra omnes alias editiones, etiam illam quam Parisienses Theologi exhibuerunt, quàm multa loca correcta, restituta, suppleta, quam multa vtiliter adiecta, Præfatio ad Lectorem manifestabit.



DVACI,
Ex Officina Typographica BALTAZARIS BELLERI,
Typographi iurati, sub Circino aureo,
ANNO M. DC. XVII.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

LIBRORVM
QVI QVINTO TOMO
CONTINENTVR,
AVTHORVMQVE QVI IN SINGVLOS
CITANTVR SERIES.

Tomo quinto habentur quatuor Euangelia & in hæc adferuntur,

A
Albinus.
Ambrosius.
Arnobius.
Athanasius.
Augustinus.
B
Basilius,
Beda,
Bernardus,
C
Chromatius,
Chrysostomus.
Clemens Romanus,
Clemens Alexandrin.
Cyprianus,
Cyrillus Hierosolymitanus.
Cyrillus Alexandrinus.
D
Damascenus,
Dionysius Areopag.
E
Epiphanius.
Euagrius,
Eucherius.
Eusebius Cæsariensis.
Euthymius.
F
Fulgentius.
G
Gregorius Magnus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyssenus.
H
Hieronymus.
Hilarius.
Hugo Victorinus.
I
Ignatius.
Innocentius Papa.
Irenæus.
Isychius.
Isidorus.
Iustinus Martyr.
L
Lactantius Firmianus,
Leo Magnus.
Origenes.
P
Paschasius.
Petrus Chrysologus.
Philo Iudæus.
R
Rabanus.
Remigius.
Ruffinus Aquiliensis.
Rupertus,
T
Tertullianus.
Theodoretus.
Theophilactus.
Titus.
V
Victor Antiochenus.
Vincentius Lirinensis.

INCIPIT PRÆFATIO

VENERABILIS MAGISTRI NICOLAI DE LIRA

ORDINIS MINORVM,

IN QVATVOR EVANGELISTAS.

QVATVOR *facies vni, Ezech. 1.* Secundum quod scribit beatus Gregorius super Ezech. prima par. Hom. 3. Quia per faciem vnusquisque cognoscitur, rectè per faciem noticia designatur: Lex autem seu doctrina euangelica licet sit vna: quia ab vnigenito filio Dei data & ad vnum finẽ ordinata, vt videbitur inferius: tamen quadruplici noticia excellit omnem aliam legem datã humanam & diuinam, & ideo bene de ipsa dicitur: *Quatuor facies vni.*

Conditiones legis cuiuscunq; quatuor.

Ad cuius euidentiam aduertendum, quod cuiuslibet legis conuenienter datæ sunt quatuor conditiones. Legis enim proprium est vitia extirpare: Mores seu actus hominum ordinare: Inducere ad fœlicitatem ac planè & lucidè tradere veritatem. In his autem quatuor conditionibus lex

Euangelica lex omnes alias leges excellit.

seu doctrina euangelica excellit omnem aliam legem diuinam & humanam: vt patebit discurrendo per singula.

Prima conditio.

Prima igitur conditio legis est, quod debet vitia extirpare. Ad hoc enim leges sunt datæ, vt quos priuata castigatio cohibere non potuit, metu pœnarum quæ legibus infligũtur, à maleficijs retrahantur. Propter quod dicit Apost. 1. ad Timoth. 1. b. *Lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, & impijs, & peccatoribus sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis & fornicarijs, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus & periuris: & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur.* In hac autem extirpatione vitiorum lex humana inuenitur defectiua: quia non potest prohibere omnia mala. Cuius ratio est, quia lex communitati proponitur obseruanda. In communitate autem pauci inueniuntur virtuosi & perfecti & plures imperfecti & defectuosi, & ideo sicut pueris aliquando permittuntur quæ non permitterentur viris perfectis, ita in legibus quæ cõmunitati seruandæ imponuntur, aliqua mala minora permittuntur vt maiora euitentur. Sicut lex ciuilis meretrices in ciuitatibus permittit, ne respublica propter imperfectionẽ multitudinis quæ castitatem obseruare non potest, dissensionibus quę propter libidinem insurgerent, conturbetur. vnde dicit Aug. in libro de ordine: Aufer meretrices à ciuitatibus, & omnia conturbabis libidinibus. Verũtamen ista mala quę bono modo auferre non potest, relinquit diuino iudicio punienda. Vnde dicit Aug. 1. de libero arbitrio: Lex ista quæ regendis ciuitatibus fertur, multa concedit atque impunita relinquit quæ per diuinam prouidentiam vindicantur. Similiter lex Mosaica diuinitus data aliqua mala permittit, sicut permisit dare libellũ repudij vt habetur Deut. 24. ne viri vxores interficerent: Et tradere ad vsuram extraneis, ne fratres proprios grauarent, vt habetur Deut. 23. Cuius ratio fuit, quia lex illa fuit data populo rudi duræ ceruicis & imperfecto, ideo sunt eis permissa aliqua mala minora, vt euitentur maiora. Propter quod Saluator Matth. 19. a. dicit Iudæis de permissione libelli repudij: *Ad duriciam cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere vxores vestras.* Sic igitur patet, quod tam lex humana quàm Mosaica permittit aliqua mala: & sic quantum ad hoc est imperfecta. Sed lex Euãgelica nullum malum permittit tanquam perfectissima, sed omnia excludit & punienda prędicit, propter quod legislator euangelicus Iesus Christus dicit Matth. 12. c. *Dico autem vobis quod de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines super terram reddent rationem in die iudicij.* Si de omni verbo ocioso, multo magis de nociuo. Et si de verbo, multo magis de facto, & sic patet primum, videlicet quod lex euangelica præcedit omnẽ aliam legem in extirpatione malorum. Secũdò ad legem pertinet mores seu actus

Secunda conditio.

humanos ad bonum ordinare. vnde dicit philosophus 2. Ethic. Intentio cuiuslibet legislatoris est ciues facere bonos. In hoc quoque inuenitur lex humana defectiua, quia homo non potest de secretis cordiũ iudicare: & ideo nõ potest lex humana nisi de actibus exterioribus ordinare. vnde dicitur 1. Reg. 16. b *Homo videt ea quæ patet, Deus autẽ intuetur cor,* & ideo ad legem diuinam solam pertinet actus interiores ordinare. Sed & lex Mosaica inuenitur in hoc defectiua, propter quod dicitur à doctoribus antiquis quod lex vetus prohibebat manũ, non animũ: vt habetur in gl. super epist. ad

Lex vetus prohibebat manum nõ animum: dupliciter intelligitur.

Paul. 3. c. Quod dupliciter intelligi potest. Vno modo erroneè, & sic intelligebãt doctores Iudęorũ, dicentes voluntatẽ malã nõ esse peccatum nisi aliquo modo exeat in actũ: vt patet per Iosephum 13. li. antiq. Et quando arguebatur cõtra eos, quia

scriptum

ſcriptum eſt Exo.20.c. *Non concupiſces vxorẽ proximi tui.* Reſpondebant,ſic,quod hoc præcepto nõ prohibetur cõcupiſcentia interior,ſed manifeſtatio exterior,q.d. *Non cõcupiſces,* i. ſigna cõcupiſcẽtiæ nõ facies, vt amplexus & oſcula vel cõſimilia. Sed hoc manifeſtè patet falſum: quia actus exterior nõ habet maliciã vel bonitatem moralẽ, niſi inquantũ procedit ab actu interiori: quia peccatum intantum eſt voluntariũ,quod ſi non ſit voluntariũ,non eſt peccatũ. Alio modo intelligitur prędictum verbum,ſ. quod lex vetus prohibebat manũ non animũ,ſanè & benè videlicet quod lex vetus in paucis prohibebat animum ſeu concupiſcentiam interiorem, videlicet in vitio mœchię & auariciæ tantũ. Et adhuc licet prohiberet in illis cõcupiſcentiã,non tamen tranſgreſſoribus infligebat aliquam pœnam, & ideo in talibus inuenitur imperfecta. Lex autem euangelica tanquam perfectiſſima generaliter prohibet cõcupiſcentiã malã;& concupiſcentibus indicit pœnam infligẽdã. propter quod Saluator Matth.5.c.dicit: *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides,qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autẽ dico vobis,quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudicio;*& eodem modo dicit in alijs præceptis. Ex quo patet quod lex euangelica nõ ſolum ordinat actus exteriores,ſed generaliter actus interiores: & ſic patet ſecũdum.

Tertia cõditio.

Tertiò dico quod ad legẽ pertinet ad fœlicitatem homines inducere. Veruntamẽ lex humana non inducit niſi ad fœlicitatem politicã quę eſt tranquillus & pacificus ſtatꝰ ciuitatis in vita iſta mortali. Homo autẽ ſecundũ intellectum qui eſt pars principalior hominis,immortalis eſt;vt dicitur x. Ethic. & ideo oportet aliã fœlicitatem extra vitã iſtam aſſignare. Ad hanc autẽ lex diuina ordinat, quod nõ poteſt facere lex humana. Per hoc enim neceſſitas ſacrę doctrinæ ab omnibus doctoribus aſſignatur, quia homo ad quandã beatitudinem ſupernaturalem ordinatur: ad quã per legem ſibi diuinitus reuelatã dirigitur. Veruntamẽ & in hoc lex Moſaica inuenitur defectiua, quia beatitudo ſupernaturalis non habetur niſi per gratiã,ſecundum quod dicitur Rom.6 d. *Gratia Dei vita æterna.* Hanc autem gratiã lex Moſaica non dabat,ſed tantum ad ipſam diſponebat,propter hoc dicitur ad Heb.7.c. *Nihil enim ad perfectum adduxit lex:* ſed hanc perfectionem à Chriſto dandã expectabat, ſecundum quod ſcribitur Ioh.1.b. *Lex per Moyſen data eſt,gratia et veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt,* propter quod Saluator in principio euangelicæ legis dicit Mat 3.a. *Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum,*& ſic patet tertium.

Quarta conditio.

Quartò ad legem pertinet veritatem planè ac lucidè tradere. Cuius ratio ẽſt:quia lex proponitur multitudini intelligenda & ſeruanda. In multitudine autem plures ſunt deficiẽtes ingenio, & pauci ſubtiles & ingenioſi, propter quod lex quę multitudini proponitur, debet veritatem lucidè ac planè tradere. in hoc autem inuenitur lex humana defectiua: quia ibi inueniuntur multæ obſcuritates & perplexitates: Quod patet propter legũ multitudinẽ ac varietatem & mutationẽ, & aliquarũ abrogationem; vt patet intuenti iura ciuilia & canonica. Similiter & in hoc deficit lex Moſaica,quia in velaminibus & figuris tradit veritatem de agibilibus & credendis. In cuius figura Moyſes velata facie loquebatur ad populum, vt habetur Exod.34. propter quod dicit Apoſtolus 1.Cor.x.c. *Omnia in figura contingebant illis.* Sed lex euangelica in hoc inuenitur perfecta,quia veritas quæ in veteri teſtamento in figuris latebat occulta,per euidentiam facti facta eſt manifeſta In cuius ſignum in paſſione Domini quando myſteria nouæ legis fuerũt impleta, velum templi ſciſſum eſt in duo media,Luc.23. propter quod dicit Saluator Ioh.16. *Venit hora cùm iam non in prouerbijs loquar vobis,ſed palam de patre annunciabo vobis.* Et ſequitur: *Dicunt ei diſcipuli: Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis.* Et ſic patet quartum,videlicet quod lex euãgelica excedit omnem aliam legem,in tradendo planè ac lucidè veritatem.

De his quatuor prędictis dicitur Pſal.18.b. *Lex Domini,*i. lex euãgelica,quę eſt Domini noſtri Ieſu Chriſti, *Immaculata:* quia nullũ vitium permittit. *Conuertens animas*, quia actus interiores animæ perfectè ordinat & diſponit. *Teſtimonium Domini fidele:* quia fœlicitatem promiſſam efficaciter inducit. *Sapientiam præſtans paruulis:* quia veritatem capabilem omnibus lucidè tradit. Igitur ſicut patet ex prædictis lex euangelica omnem aliam legẽ excellit in noticia quadruplici. ideo conueniẽter dicitur de ipſa verbũ aſſumptũ: *Quatuor facies vni,* quia per faciem noticia deſignatur. Ad cuius verbi vlteriorem intellectum ſciẽdum, quod in verbo propoſito notantur 4.cauſæ huius euangelicę doctrinę,videlicet cauſa effectiua principalis: ſubiectiua ſeu materialis: finalis & formalis. Tres autẽ primæ cauſę coincidũt in idẽ numero,vt patebit. ideo notãtur in hoc nomine, *vni.* Cauſa autẽ formalis ſub facie quadruplici,cũ dicitur: *Quatuor facies.* Ad euidentiam autem primi aduertendum, quod Chriſtus ſiue Deus incarnatus quod idem eſt: quia Chriſtus eſt nomen ſuppoſiti in duplici natura,diuina videlicet & humana, ipſe eſt cauſa efficiẽs huius euãgelicæ doctrinę. Huius ratio eſt, quia in omnibus artibus videmus, quod architector per miniſtros diſponit materiã,ſed per ſeipſũ introducit formã: ſicut carpentator per miniſtros facit lignorum dolationẽ, ſed per ſeipſum ipſius domus vel nauis cõpaginationem, vt habetur 1. Metaph. Lex autem vetus fuit diſpoſitio ad nouã, propter quod dicitur ad Gal.3.d. *Lex pedagogus noſter fuit in Chriſto:*& ideo licet vtrumque teſtamentum ſit à Deo datum, tamẽ vetus teſtamentũ fuit datum

Quatuor cauſę euangelicæ doctrinæ.

Cauſa effectiua.

datũ ab ipso mediantibus angelis, vt habetur expressè Act.7.c. vbi dicitur de Moyse: *Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis:* quia tamen ille angelus in persona Dei loquebatur Moysi. Ideo aliquando nominatur angelus, aliquãdo dominus, secundum quod dicit B. Greg. 1. moral. Ex quo patet, quod vetus testamentũ dedit Dominus per ministerium angelorũ, vnde Act.7.g. post verba præmissa dicitur Iudæis: *Qui accepistis legem in dispositione angelorum, et non custodistis:* sed nouum testamentũ dedit Dominus per seipsũ incarnatũ. Propter quod Aug. in li de serm. Domini, exponens illud Matth.5.a. *Et aperiens os suum,* &c. dicit: Tũc aperuit os suum qui in lege veteri aperiebat ora prophetarum. & hoc est quod dicit Apost. ad Heb.1. *Multifariam multisq; modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, &c.* Patet igitur quod Christus est causa effectiua huius euangelicæ doctrinæ: Similiter ipse est caula subiectiua seu materialis.

Causa materialis siue subiectiua euangelicæ doctrinæ.

Ad cuius euidentiam sciendũ, quod idem est subiectum totius sciẽtiæ & partis, sub alia tamen ratione, quia sub ratione vniuersali est subiectum totius scientię, sub ratione autem determinata & particulari est subiectũ in parte: sicut patet in philosophia naturali, vbi Corpus mobile vniuersaliter, est subiectũ. Corpus autẽ mobile animatũ in lib. de anima est subiectũ, & in libris seq. ad ipsum: Ita similiter illud quod est subiectũ, in tota scriptura sacra sub ratione generali, debet assignari pro subiecto, in parte ipsius sub ratione determinata & speciali. De subiecto autẽ theologiæ duplex est opinio. Vna, quod Christus est ibi subiectum sub ratione generali, & secundũ hoc dicendum esset quod Christus vt promissus, est subiectũ in veteri testamẽto. Et hoc manifestè patet ex processu legis & prophetarũ, vt oẽs doctores dixerunt, quod vetus testamẽtũ nõ est nisi dispositio ad Christũ. Christus autẽ vt pręsentialiter exhibitus, est subiectũ in nouo; vt patet ex processu euãgelist. & apostolorũ. Alia est opinio de subiecto sacræ scripturę, s. quod Deus sub ratione deitatis in communi, est subiectũ sacræ scripturæ, & per cõsequens sub ratione speciali, est subiectũ legis euangelicæ, videlicet Deus inquantũ incarnatus, quod est idem quod Christus. Et sic redit ad idẽ cũ prima opin. s. quod Christus est nomẽ suppositi in natura duplici. s. humana & diuina. Et propter hoc Matthę9 qui est primus in ordine euãgelist. intitulat euangelium suum de Christo tanquã de subiecto, dicens: *Liber generationis Iesu Christi.* Similiter & alij euangelistæ nõ faciunt aliud nisi facta & doctrinã Domini Iesu Christi tradere. Ex quo patet quod Christus est subiectũ. Tertiò dico, quod Christus est causa finalis huius doctrinæ. Ad cuius euidentiam

Theologiæ subiectum non vniformiter à doctoribus assignatur.

Causa finalis.

tiã cõsiderandum, quod cuiuslibet scientię duplex est finis. Vnus intrinsecus: & hic est cognitio proprij subiecti. Alius est finis extrinsecus: & hic est fœlicitas ad quã omnis perfectio humana aliqualiter ordinatur: Sic in proposito euangelicę doctr. duplex est finis: Vnus intrinsecus, qui est cognitio ipsius Christi ænigmatica, quæ est per fidẽ, & habetur in via. Alius est finis extrinsecus, quæ est cognitio eius clara per apertam visionẽ, quę habetur in patria: & hoc est quod dicitur Io.20.g. *Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei:* Hic est primus finis, sequitur: *& vt credentes, vitã habeatis in nomine eius:* Hic est secũdus. Igitur patet ex prædictis, quod Christus est causa efficiens materialis & finalis huius doctrinę euãgelicæ. Et ideo istæ tres causæ cõcurrunt in vnũ numero: & ideo bene designantur simul in hoc nomine, *vni.* Et de hoc potest accipi quod scribitur 1. Ioh.5 b. *Hi tres vnum sunt.* s. efficiẽs, subiectum & finis. Secũdò in verbo proposito tangitur causa formalis sub facie quadruplici, cũ dicitur: *Quatuor facies vni.* Ad cuius euidẽtiam cõsiderandum, quod duplex est forma scientiæ. s. forma tractandi & forma tractatus. Forma tractandi est modus agendi: Et iste habet habet 4. facies: quia quilibet euangelista quadruplicẽ noticiã tradit de Christo: videlicet, noticiam humanitatis, quę figuratur in facie hominis: noticiam diuinitatis quæ figuratur in facie aquilæ desuper ipsorũ quatuor: noticiã etiam sui sacerdotij quæ figuratur in facie bouis, qui erat animal immolaticiũ in lege: noticiã etiã sui regni, quæ notatur in leone, qui est rex animaliũ. Vel in facie hominis, noticiã suæ conuersationis & natiuitatis: in facie bouis, noticiam suæ passionis: in facie leonis, noticiã resurrectionis: in facie aquilę noticiam suę ascẽsionis. & ideo bene dicitur quod 4. facies vni. De hoc autẽ bene potest exponi quod dicitur Ezec.1.c. *Cumq; aspicerẽ animalia, apparuit rota vna super terrã iuxta animalia habens quatuor facies.* Ista animalia sunt 4. euangelia seu 4. euangelistæ quæ aliquando dicuntur quatuor, aliquãdo vnũ. Licet enim Matthęus principaliter versetur circa humanitatẽ, Ioannes circa diuinitatẽ, Lucas circa sacerdotiũ: Marcus circa regnum: quilibet tamẽ ipsorũ ista quatuor considerat. Vnde dicit B. Greg super Ezec. hom.1. Si quęras, quid Matthęus circa incarnationẽ Domini senserit: Hoc nimirũ quod Marcus, Lucas & Ioannes, & sic de alijs. Et sequitur: Quicquid in vno inueneris, hoc simul in quatuor recognosces. Dicit ergo: *Cũq; aspicerem animalia.* i. quatuor euãgelia: quia doctrina euangelica præ alijs doctrinis est intentè ac diligẽter cõsideranda, quia ibi cõsistit vita secũdũ quod scribitur Io. 6. g. *Verba quæ ego locutus sum vobis spiritus & vita sunt.* Propter quod dicitur Io. 5. f. *Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitã æternã habere, & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Apparuit vna rota:

Causa formalis.

Ezechielis visio quatuor euangelistis aptatur.

Rotæ comparatur doctrina euangelica.

Iſta rota quæ eſt circularis figuræ, eſt doctrina euangelica, in qua cõiungitur finis principio. ſ. natura humana quæ ſcribitur vltimò facta Gen. 1. & tamen in Chriſto qui eſt ſubiectum huius doctrinæ eſt coniuncta ipſi Deo. Item circulus eſt figura perfectiſſima: propter quod ſignificat legẽ euãgelicã, in qua imperfectio cuiuſlibet alterius eſt ſuppleta. Sed dicitur habere quatuor facies propter quadruplicẽ noticiã Chriſti, quã deſcribit quilibet euangeliſta: Et ſic apparet forma tractãdi. Forma autẽ tractatus eſt diuiſio ſciẽtiæ per libros partiales. Iſta notificatur per quatuor prædictas facies. Ad cuius euidentiã conſiderãdum, quod partes alicuius totius heterogenei debẽt ad inuicẽ habere diſtinctionẽ, cõnexionẽ & ordinẽ: aliter nõ eſſent partes actu. Diſtinctio autẽ euãgeliſtarũ quatuor, cõnexio & ordo, cõuenienter deſignatur in quatuor faciebus prædictis. Ad cuius intellectum attendenda eſt breuiter viſio imaginaria Ezechielis prophetę. Videbat enim 4. facies in vno corpore, ita quod corpus erat quaſi rectũ, ſicut corpus hominis habens ſecundum longitudinẽ quatuor latera vel ſuperficies: & ideo in ſummitate illius corporis erant 4. capita, in quolibet latere erat vnum caput. ſ. caput hominis in latere vel ſuperficie anteriori, caput aquilæ in oppoſita. ſ. in poſteriori parte, caput leonis in dextera parte, caput bouis in ſiniſtra. Quod autẽ dicitur Ezec. 1. *Facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor*, hoc eſt, quia collum aquilę eſt lõgius; & ideo caput aquilę ſupereminebat alijs, & per conſequens habebat illud corpus aſpectum ad quatuor partes oppoſitas, quia poſteriora capitũ erant coniuncta interius, & anteriora ſeu facies capitum erant prominentia exterius. Similiter in illo corpore erant quatuor tibiæ, & nõ habebant flexionẽ magis ad vnã partẽ quã ad aliam, ſicut ſi genu hominis eſſet flexibile æqualiter ad omnẽ partem indifferẽter: & propter hoc dicũtur pedes eorum pedes recti. Et accipitur ibi pes pro tota longitudine à crure vſq; ad plantã pedis. Ex prędictis patet quod illud animal poterat ire ad quatuor partes oppoſitas ſine ſui cõuerſione, quia habebat aſpectũ ad quatuor partes oppoſitas per quatuor facies, & pedes ſimiliter flexibiles ęqualiter ad quatuor partes. Et hoc eſt quod dicitur in textu: *Per quatuor partes earum euntes ibãt, nec reuertebantur cũ ambularent*: quia per quatuor partes poterãt ambulare ſine illius corporis cõuerſione. Ex iſtis apparet diſtinctio euãgeliorũ, cõnexio & ordo eorum. Per hoc enim quod erant capita diſtincta, apparet euangeliorũ diſtinctio. In capite enim hominis vel facie deſignatur euangeliũ Matthęi, quod principaliter verſatur circa humanitatẽ: In facie aquilæ euangeliũ Ioãnis quod deſcribit præcipuè ipſius diuinitatem: In facie bouis euangeliũ Lucæ, quod deſcribit Chriſti ſacerdotium: in facie leonis euãgeliũ Marci, quod deſcribit ipſius regnum, ſicut ſuprà dictũ eſt. Vel aliter, in facie hominis generatio, in facie bouis paſſio, in facie leonis reſurrectio, in facie aquilæ aſcenſio. Quia licet prædicta ab omnibus euãgeliſtis cõſiderẽtur, quilibet tamẽ illorũ circa vnũ principaliter verſatur, vt ſuprà declaratum eſt. Similiter ex prædictis faciebus denotatur cõnexio euangeliorũ: & ideo illa quatuor capita erant in vno corpore cõiuncta, & per cõſequens procedente vna facie aliæ ſequebãtur, quia quod in vno euangelio narratur, per alia tria euangelia probatur: quia ibi idem factum vel conſimile narratur: ſicut Iohannes euangeliſta ſolus narrat illuminationem cœci nati, alij autem narrant de multis alijs cœcis illuminatis, quod eſt eiuſdem poteſtatis. Similiter in prędictis faciebus apparet ordo euangeliorum: Sic enim ſtabat illud corpus habẽs quatuor facies in aſpectu prophetæ; quod facies hominis erat ſibi directè oppoſita: facies leonis ad dexterã partẽ illius animalis: facies autẽ bouis ad ſiniſtrã, caput aquilę in parte poſteriori: quia tamen collũ aquilæ eſt lõgius, ideo ſupereminebat cęteris: ideo dicitur facies aquilæ deſuper ipſorũ quatuor. Iſto ergo modo ordinantur euãgelia: quia primò ponitur euangeliũ Matthęi, ſicut facies hominis primò opponebatur aſpectui prophetæ, & ſecundo loco euangeliũ Marci, quia dextera pars prior eſt quàm ſiniſtra, & tertio euãgelium Lucæ, & quartò euangelium Ioannis; quia facies aquilæ erat in poſteriori parte: & hoc eſt quod dicitur Ezech. 1. *Similitudo autem vultus eorũ facies hominis & facies leonis à dextris ipſorũ quatuor: facies autẽ bouis à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorũ quatuor.* Secundum enim ordinẽ euãgeliorũ ponitur hic ordo iſtarum facierũ. Igitur quia euãgelium Matthæi quod primo loco ponitur, in facie hominis figuratur; ideo de ipſo poteſt dici ante faciem hominis ſimilitudo alterius hominis. Homo eſt enim animal rationale manſuetũ & ciuile: & ideo ſignificat Matthæum euangeliſtam, qui vixit rationabiliter, manſuetè & ciuiliter, non ciuilitate politica, ſed illa ciuilitate qua efficimur ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, ſuperædificati ſuper fundamentum apoſtolorum & prophetarum, ſecundum quod dicit apoſtolus ad Eph 2. Dicit igitur: *Ante faciem hominis*, quia ante conſiderationem euangeliſtę Matthęi, ſicut obiectum proprium eſt poſita ſimilitudo alterius hominis. i. Chriſti, cuius præcipuè conſiderat humanitatẽ. Et bene dicitur Chriſtus alter homo: quia fuit alter ab omnib⁹ alijs hominibus: quia omnes alij proceſſerunt de radice peccati, iſte autem ſolus innocẽs, per quẽ ad iuſtitiã ſunt alij reducti, ſecundum quod ſcribitur ad Rom. 5. d. *Sicut enim per inobedientiã vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi: ita per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi*, hic in præſenti inchoatiuè per gratiam, & in futuro per gloriam quæ eſt gratia conſummata.

Euangeliſtarum ſiue euangeliorum, diſtinctio, conuexio & ordo.

Homo.

PROLOGVS

SANCTI HIERONYMI AD DAMASVM PAPAM

IN QVATVOR EVANGELISTAS INCIPIT.

BEATISSIMO PAPÆ DAMASO, HIERONYMVS.

NOVVM opus me facere cogis ex veteri, vt post exemplaria scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem iam mundũ ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cùm in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamans esse sacrilegum: qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere. Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quod & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus tot sunt exemplaria penè quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à viciosis interpretibus malè edita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius, vel è librarijs dormitantibus, aut addita sunt aut mutata, corrigimus. Neque verò ego de veteri disputo Testamento, quod à septuaginta senioribus in Græcam linguam versum tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiant, quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat: sit illa vera interpretatio, quam apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamento, quod Græcum esse non dubium est, excepto apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Christi Hebraicis literis edidit: hoc certè cùm in nostro sermone discordat, & in diuersos riuulorum tramites ducit, vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices, quos à Luciano & Esychio nuncupatos paucorum hominum asserit peruersa contentio: quibus vtique nec in toto veteri Instrumento post septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse, cùm multarum gentium linguis scriptura antè translata doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelia, quorum ordo est iste: Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicum Græcorũ emendata collatione, sed & veterum quæ nec multùm à lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo imperauimus, vt his tantùm quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt fuerant. Canones quoque quos Eusebius Cæsariensis Episcopus Alexandrinum sequutus Ammonium in decem numeros ordinauit, sicut in Græco habentur expressimus. Quòd si quis de curiosis voluerit nosse quæ in Euangelijs vel eadem vel vicina vel sola sint, eorum distinctione cognoscet. Magnus si quidem hic in nostris codicibus error inoleuit, dum quod in eadem re alius Euangelista plus dixit, in alio quia minus putauerint, addiderunt: vel eundem dum sensum alius aliter expressit, ille qui vnum è quatuor primum legerat, ad eius exẽplum cæteros quoque æstimauerit æmendandos. Vnde accidit, vt apud nos mixta sint omnia, & in Marco plura Lucæ atque Matthæi. Rursum in Matthæo plura Ioannis & Marci: & in cæteris reliquorum quæ in alijs propria sunt inueniantur. Cùm itaque canones legeris qui subiecti sunt, confusionis errore sublato, & similia omnium scies, & singulis sua quæque restitues. In canone primo concordant quatuor, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes. In secundo tres, Matthæus, Marcus, Lucas. In tertio tres Matthæus, Lucas, Ioannes. In quarto tres, Matthæus, Marcus, Ioannes. In quinto duo, Matthæus, Lucas. In sexto duo, Matthęus, Marcus. In septimo duo, Matthæus, Ioannes. In octauo duo, Lucas, Marcus. In nono duo, Lucas, Ioannes. In decimo propria vnusquisque quæ non habentur in alijs ediderunt. Singulis verò Euangelijs ab vno incipiens vsque ad finem librorum dispar numerus accrescit, hic nigro colore perscriptus sub se habet alium ex minio discolorem numerum qui ad decem vsque procedens indicat prior numerus in quo sit canone requirendus. Cùm ergo aperto codice (verbi gratia) illud siue illud capitulum scire volueris cuius canonis sit, statim ex subiecto numero doceberis, & recurrens ad principia, in quibus canonum est distincta congeries, eodemq; statim canone ex titulo frõtis inuento, illum quem quærebas numerum eiusdem Euangelistæ, qui & ipse ex inscriptione signatur inuenies, atque è vicino cæterorum tramitibus inspectis quos numeros è regione habeant annotabis: & cùm scieris, recurres ad volumina singulorum, & sine mora repertis numeris quos ante signaueras, reperies & loca in quibus vel eadem vel vicina dixerunt. Opto vt in Christo valeas & memineris mei Papa beatissime.

CANON I.

Canon primus, in quo quatuor, Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Ioannes.	Canon primus in quo quatuor, Matthęus.	Marcus.	Lucas.	Ioannes.
8	2	7	10	384	165	266	67
11	4	10	6	289	170	275	126
11	4	10	12	291	172	279	156
11	4	10	14	294	175	281	161
11	4	10	28	295	176	282	57
14	5	13	15	295	176	282	42
23	27	17	46	300	181	285	158
23	27	34	46	300	181	285	79
23	27	45	46	302	183	287	160
70	20	37	38	304	184	289	170
87	139	250	141	306	187	290	162
98	96	116	120	306	187	290	174
98	96	116	111	310	191	297	69
98	96	116	40	313	194	294	172
98	86	116	144	314	195	291	166
98	96	116	129	314	195	291	168
98	96	116	131	315	196	292	175
133	37	77	109	318	199	300	176
141	50	19	59	320	200	302	178
142	51	21	35	325	204	310	184
147	64	93	49	326	205	311	188
166	82	94	74	326	205	313	194
209	119	234	100	328	206	214	196
211	121	238	21	331	209	315	197
220	122	239	85	332	210	318	197
220	129	242	88	334	212	321	201
220	122	261	77	335	214	324	199
244	139	250	141	336	215	317	198
244	139	253	146	336	215	319	198
274	156	260	20	343	223	329	204
274	156	206	43	348	227	332	206
274	158	260	96	349	228	333	208
276	162	74	98	352	231	336	209
280	156	269	122	352	231	336	211
284	165	266	55				
274	165	266	63		Finis	canonis	primi.
284	165	266	65				

CANON II.

Canon secundus, in quo tres, Matthæus.	Marcus.	Lucas.	Canon secundus, in quo tres, Matthæus.	Marcus.	Lucas.
15	6	15	179	99	197
21	10	32	190	105	195
31	102	185	192	106	216
32	39	133	192	107	121
32	39	79	193	107	218
50	41	56	194	108	152
62	13	4	194	108	219
62	13	24	195	109	220
63	18	33	198	110	221
67	15	26	199	111	273
69	47	83	201	112	222
71	21	38	203	114	270
72	22	39	205	116	224
72	22	186	206	117	232
73	23	40	208	118	233
74	49	85	217	127	240
76	52	169	219	128	241
79	29	86	223	130	243
80	30	44	225	134	245
82	53	87	226	133	244
82	53	110	229	135	137
83	54	88	229	135	246
83	54	112	242	137	237
85	55	114	242	137	248
85	55	88	243	138	249
88	41	148	248	143	209
88	141	251	248	143	253
92	40	80	249	144	254
94	86	97	251	146	255
94	86	146	253	148	204
103	1	70	253	150	257
114	24	41	259	151	258
116	25	42	264	155	256
116	25	165	269	154	228
116	25	177	271	42	230
121	32	127	278	160	263
122	33	129	281	163	268
123	34	147	285	166	265
130	35	82	285	166	267
131	36	76	296	177	280
135	38	78	296	177	284
137	44	167	301	182	286
143	57	90	308	189	305
144	59	12	312	193	299
149	66	43	316	197	293
149	66	53	317	198	295
153	69	63	322	202	309
164	79	144	338	218	322
168	83	95	339	219	325
168	83	206	340	220	327
170	85	96	342	222	323
172	87	98	344	224	328
174	91	99	346	225	330
176	93	101	353	232	337
178	95	102	354	233	337
178	95	217	Finis	canonis	secundi.

CANON III. IIII.

Canon tertius, in quo tres,

Matthæus.	Lucas.	Ioannes.
1	14	1
1	14	3
1	14	5
7	6	2
7	6	25
59	63	116
64	65	37
90	58	118
90	58	139
97	211	105
111	119	30
111	119	148
111	119	114
112	119	44
112	119	8
112	119	61
112	119	76
112	119	87
112	119	90
112	119	154
112	119	142
146	92	47
Finis	canonis	tertij.

Canon quartus, in quo tres,

Matthæus.	Marcus.	Ioannes.
18	8	26
117	26	93
117	26	65
150	67	51
161	72	23
161	77	53
204	115	91
204	115	235
216	125	128
216	125	133
216	125	137
216	125	150
277	159	98
279	161	72
279	161	121
287	168	152
293	174	107
297	178	70
299	180	103
307	188	164
321	201	180
321	201	192
323	205	183
329	207	185
329	207	187
332	211	203
Finis	canonis	quarti.

CANON V. VI.

Canon V. in quo duo		Canon V. in quo duo,		Canon VI. in quo duo,	
Matthæus.	Lucas.	Matthęus.	Lucas.	Matthęus.	Marcus.
3	2	127	128	9	3
10	8	128	132	17	7
12	11	129	130	20	9
16	16	132	81	22	11
25	46	134	120	44	126
26	47	138	168	77	63
28	48	156	57	100	98
30	49	158	226	139	45
34	194	162	161	145	60
36	162	175	200	148	65
38	53	182	187	152	68
40	52	182	189	154	71
41	55	183	198	157	72
43	123	187	199	159	73
46	153	197	272	160	76
47	134	213	235	163	78
48	191	213	181	165	80
49	150	228	139	169	84
51	59	231	179	173	89
53	125	231	215	180	100
54	54	232	142	189	103
55	170	234	136	202	113
57	61	236	135	214	120
58	60	237	138	215	124
60	171	338	140	224	131
61	64	240	141	246	140
65	172	141	175	247	142
66	66	255	202	250	145
68	105	256	205	252	147
78	108	257	213	254	149
84	111	261	207	260	152
86	109	262	212	263	153
93	145	265	257	275	157
95	160	260	155	282	164
96	182	267	158	276	167
96	184	270	229	278	169
102	69	272	231	290	171
104	71			292	173
105	193		Finis.	298	179
107	73			305	185
108	115			309	190
110	118			311	192
119	126			330	208
125	62			337	217
				341	221
				347	226
				350	229
					Finis.

CANON VII. VIII. IX.

Canon VII. in quo duo Matthæus.	Ioannes.	Canon VIII. in quo duo, Lucas.	Marcus.	Canon IX. in quo duo, Lucas.	Ioannes.
5	83	23	12	30	219
19	19	25	14	30	222
19	32	27	16	262	113
19	34	27	28	262	124
120	82	28	17	274	227
185	215	84	48	274	229
207	101	89	56	274	231
		91	61	303	182
		100	75	303	186
		103	97	303	190
	Finis.	247	136	307	182
		277	215	307	186
		335	230	307	190
		340	234	312	186
				312	190
				312	182
				340	213
			Finis.	341	217
				341	221
				342	223
				342	225
					Finis.

CANON X.

Canon decimus, in quo singuli propriè scripserunt.

Matthæus.	Matth.	Marcus.	Lucas.	Lucas.	Ioannes.	Ioannes.	Ioannes.
2	196	19	1	214	4	81	157
4	200	31	3	223	7	84	159
6	210	43	5	225	9	86	163
13	212	46	9	227	11	89	165
24	218	58	18	236	13	92	167
27	222	62	20	252	16	94	169
29	227	70	22	256	18	97	171
33	230	74	29	2[illegible]9	22	99	173
35	233	81	31	264	24	102	177
37	235	88	50	271	27	104	179
39	229	90	51	273	29	106	181
42	245	92	67	276	31	108	189
45	268	94	68	278	33	110	191
52	273	101	72	283	36	112	193
56	283	104	75	288	39	115	195
75	303	123	104	296	41	117	200
81	3[illegible]9	132	106	298	43	119	202
89	324	186	107	301	45	123	205
91	327	213	113	304	50	125	207
99	345	235	117	306	52	127	210
101	351	Finis.	122	308	54	130	212
106	355		124	316	56	132	214
109	Finis.		131	320	58	134	216
113			143	326	60	136	218
115			149	331	62	138	220
118			151	334	64	140	224
124			154	339	66	143	226
126			159	343	68	145	228
136			163	Finis.	71	147	230
140			164		73	149	232
151			166		75	151	Finis.
155			174		78	153	
167			176		80	155	
171			178				
177			180				
181			183				
184			188				
186			190				
188			192				
191			196				
			201				
			203				
			208				
			210				

INCIPIT PROLOGVS SANCTI HIERONYMI AD EVSEBIVM.

PLVRES fuisse qui Euangelia scripserunt, & Lucas Euangelista testatur dicens. Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministrauerunt ei: & perseuerantia vsque ad præsens tempus monimenta declarant, quæ à diuersis autoribus edita diuersarum hæresum fuere principia, vt est illud iuxta Ægyptios & Thomam & Matthiam & Bartholomeum: duodecim quoque Apostolorum, & Basilidis atque Apellis ac reliquorum quos enumerare longissimum est: cùm hoc tantùm in præsentiarum necesse sit dicere, extitisse quosdam qui sine spiritu & gratia Dei conati sunt magis ordinare narrationem, quàm historiæ texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari: Væ qui prophetant de corde suo, qui ambulant post spiritum suum, qui dicunt: Hec dicit Dominus, & Dominus non misit eos. De quibus & Saluator in Euangelio Iohannis loquitur: Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt & latrones. Qui venerunt, non qui missi sunt. Ipse enim ait: Veniebant & ego non mittebam eos. Inuenientibus præsumptio temeritatis, in missis obsequium seruitutis est. Ecclesia autem quæ Domini voce super petram fundata est, quam introduxit rex in cubiculum suum, & ad quam per foramen descẽsionis occultæ misit manum suam, similis damulæ hinnuloque ceruorum, quatuor flumina paradisi instar eructans quatuor & angulos & anulos habet: per quos quasi arcam testamenti & custos legis Domini lignis immobilibus vehitur. Primus omnium Matthæus est publicanus, cognomento Leui, qui Euangelium in Iudea Hebræo sermone edidit, ob eorum vel maximè causam, qui in Iesum crediderant ex Iudæis: & nequaquam legis vmbra secedente Euangelij veritatem seruabant. Secundus, Marcus interpres Apostoli Petri, & Alexandrinæ Ecclesiæ primus Episcopus, qui Dominum quidem Saluatorem ipse non vidit, sed ea quæ audierat magistrũ prædicantem, iuxta fidem magis gestorum narrauit quã ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus, Antiochensis, cuius laus in Euangelio, qui & ipse discipulus apostoli Pauli in Achaiæ Bithyniæque partibus volumen condidit, quædã altius repetens, & vt ipse in procemio confitetur, audita magis quàm visa describens. Vltimus, Iohannes Apostolus & Euangelista, quem Iesus plurimum amauit, qui super pectus Domini recumbens purissima doctrinarum fluenta potauit, & qui solus de cruce meruit audire: Ecce mater tua. Is cũ esset in Asia, & iam tunc hæreticorũ semina pullularent, Cerinthi & Hebionis, & cæterorum qui negant Christum in carne venisse, quos & ipse in epistola sua Antichristos vocat, Apostolus Paulus frequenter percutit, coactus ab omnibus penè tunc Asiæ Episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate Saluatoris altius scribere: & ad ipsum (vt ita dicam) Dei verbum non tam audaci quàm fœlici temeritate prorumpere: vt ecclesiastica narrat historia, cùm à fratribus cogeretur vt scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto reuelatione saturatus, in illud prooemium è cœlo veniens eructauit: In principio erat verbum & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Hæc igitur quatuor Euangelia multò antè prædicta, Ezechielis quoque volumen probat, in quo prima visio ita contexitur. Et in medio similitudo quatuor animalium & vultus eorum: Facies hominis, et facies leonis, et facies vituli, et facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum significat, qui quasi de homine exorsus est scribere: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Secunda Marcum, in quo vox leonis in eremo rugientis auditur: Vox clamantis in deserto: parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, quæ Euangelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initium præfigurat. Quarta Iohannem Euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de verbo Dei disputat. Cætera quæ sequuntur in eundem sensum proficiunt. Crura eorum recta & pennati pedes, & quocunque spiritus ibat: ibant, & non reuertebantur: Et dorsa eorum plena oculis, & scintillæ ac lampades in medio discurrentes, & rota in rotam, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioannis post expositionem 24. seniorum qui tenentes citharas et phialas adorant Agnum Dei, introducit fulgura atque tonitrua, & 7. spiritus decurrentes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens: Animal primum simile leoni, & secundum simile vitulo, & tertiũ simile homini, & quartum simile aquilæ volanti. Et post paululum: Plena (inquit) erant oculis, et requiem nõ habebant die ac nocte dicẽtia: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotẽs, qui erat et qui est et qui venturus est. Quibus cunctis perspicuè ostenditur, quattuor debere tantum Euangelia suscipi: et omnes apocryphorum nenias, mortuis magis hæreticis quàm Ecclesiasticis viuis canendas.

Ezech. 13. a. — Ioh. 10. b. — Cantic. 2. — 1. Cor. 8. d — Ioh. 13. d. & 21. f. Ioh. 19. e. — Ioh. 2. b. — Iohan. 1. a. — Ezech. 1. b. — Ezech. 1. — Apoc. 4. a.

INCIPIT ARGVMENTVM SANCTI HIERONYMI IN EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

Modus tractandi talis est. Primò genealogiã Christi describit, distinguẽs eam per tres tesseradecades: pòst ait de nutritura Saluatoris & de aduentu Magorũ in Bethleem, & de occisione paruulorum: deinde de baptismo Christi & ieiunio quadraginta dierum & de tentatione triplici. Postea de doctrina eius, scilicet de sermone habito in monte: deinde gesta & miracula Christi exponit. Tãdem de passione, resurrectione & ascensione agit. Huic autem libro Hieron. prologum prẽmittit in quo ostendit, vbi Euãgelium scripserit, & de quam imo statu ad quã dignum sit assumptus: de quibus & quo ordine in hoc Euangelio tractet.

MAtthæus 1 ex Iudæa 2 sicut in or 3 dine primus ponitur, ita Euangelium in Iudæa primus scripsit: cuius vocatio ad Dominum ex publicanis actib⁹

a ¶ Id est Dauid & Abraham.

a fuit, dũo in generatione Chri- 4

¶ Abrahæ s.

sti principia præsumens: vnius, 5

¶ Fuit.

cuius prima circũcisio in carne:

a ¶ Scilicet Dauid. b ¶ Domini scilicet. c ¶ Saule reprobato.

6 altẽrius cuius secũdũ c^b^r elẽ- 7 ctio fuit. Ex vtrisq; enim pa-

¶ Vel partibus. ¶ Supple, natus est.

8 trib. Christus. Sicque quaterdenario numero triformiter

¶ Generationis s. a ¶ .i. ab Abraham.

9 posito principium à crẽdendi

a ¶ Alias via. b ¶ Dauid.

fidẽ in electionis tẽpus por- 10 rigẽs, & ex electione vsque in transmigrationis diem diri- 11 gens: atque à trãsmigrationis die vsque in Christum defi-

¶ Terminans.

12 niens, decursam aduẽtus Domini ostendit ge- 13 nerationem, vt numero satisfaciens & tẽpori,

a *Duo in generatione Christi principia.* id est, præmittẽs Abraham & Dauid in generatione Christi, quibus facta est vel factæ sunt promissiones.

EXPOSITIO VENERABILIS MAGISTRI NICOLAI DE LIRA IN PRIMVM prologum super Matthæi Euangelium.

Diuisio.

MAtthæus. *Hic est primus prologus Beati Hieronymi, qui præponitur Euangelio Matthæi. Qui quidem prologus diuiditur in quatuor partes. In prima parte describitur Euangelistæ status. Secundo scribendi modus, ibi:* Duo in generatione Christi. *Tertio huius Euangelij materia principalis, ibi:* Quarum rerum omnium. *Et quarto vtilitas huius operis, ibi:* In quo Euangelio vtile est. *In prima parte describitur Euangelista ex nomine, cùm dicitur:*

1 Matthæus: *qui interpretatur datus: quia inter alios Euangelistas primò datus est à Deo ad scribendum Euangelium ad instructionem omnium fidelium. Secundo; describitur ex natione & patria, cùm dicitur:*

A quo dicta Iudæa.

2 Ex Iudæa. *qui natione fuit Iudæus & de Iudæa natus. Quæ quidem Iudæa primò dicta est terra Chanaan, quia post diluuium inibi habitauerunt filij Cham, quibus expulsis per filios Israel tempore Iosue nominata est Iudæa à tribu Iuda, quę erat principalis & regia. Tertiò, describitur quantùm ad ordinem inter Euangelistas, cùm dicitur:*

3 Sicut in ordine primus ponitur. *In ordine scilicet Euangelistarum, ita in Iudæa primus scripsit Euangelium. Quarto, describitur quantum ad statum præcedentem eius conuersionem ad Christum.*

Publicanus.

Quia autem erat Publicanus, id est, curam habens de publicis actibus. Erant enim tunc Iudæi tributarij Romanorum, & illi qui colligebant tributum Romanis mittendum, dicebantur publicani: huiusmodi communiter sunt campsores, & pecuniarum numeratores. Et quia talia negocia vix aut nunquam sine peccato exerceri possunt; vt dicit beatus Gregorius: ideo in hoc patet gratia diuina quæ ex talibus reuocauit Matthæum ad statum Apostolicum, & hoc est quod dicit: Cuius vocatio &c. *Sequitur:*

4 Duo in generatione &c. *Hic tangitur modus scribendi quem tenuit Euangelista Matthęus in descriptione genealogiæ Christi, à qua incipit suum Euangelium. Et primò tangitur modus scribendi quantũ ad radicem genealogiæ Christi, qui ponit duos patres, videlicet Dauid & Abraham quasi radicem genealogiæ huius, sicut patet in principio Euangelij, cùm dicit:* Liber generationis &c. *Ratio autem huius assignatur: quia Abraham fuit primus qui fidem vnius Dei publicè confessus est, & in signum huius primò circuncisionem accepit, quæ fuit signum distinguens fideles ab infidelibus. Dauid autem fuit primus rex electus à Domino secundum voluntatem Domini ad fidelem populum regendum, secundum quod dicitur* 1. *Reg.* 13.*c.* Quæsiuit Dominus virum iuxta cor suum &c. *Saul autem licet primò fuerit electus à Domino, hoc tamen non fuit secundum cor Domini, sed secundum exactionem populi, propter quod dixit Dominus Samueli* 1. *Reg.* 8.*b*, Audiui vocem populi petentis regem, *scilicet super se. Sequitur:* Nõ enim abiecerunt te, sed me, ne regnem super eos, *& hoc est quod dicit Hieron.* Duo in generatione Christi principia præsumens. *Id est ante sumens duos homines, videlicet Abraham & Dauid, quasi principia & radices genealogiæ Christi. Sequitur:*

5 Vnius, cuius circuncisio &c. *id est, ipsius Abrahæ qui primò accepit circuncisionem: vt dictum est.*

6 Alterius cuius secundum cor electio: *id est, ipsius Dauid, qui electus primò fuit rex à Domino: vt dictum est.*

7 Ex vtrisque enim patribus Christus. *In hoc redditur causa prædicti. q. d. propter hoc Abraham & Dauid ponuntur principaliter radix genealogiæ Christi, quia Christus nasci debebat ex patriarchis & regibus, tanquam eis promissus.*

8 Sicque quaterdenario &c. *Hic tangit modum scribendi genealogiam Christi quantum ad deductionem ex prædictis duobus patribus seu principijs, quia Euangelista ponit tres quaterdenas. Vna fuit in tempore in quo populus est gubernatus per iudices. Secunda in tempore quo gubernatus est per reges. Et tertia in tempore quo gubernatus est per Sacerdotes, & hoc est quod dicit:* Sicque quaterdenario &c. *id est, in temporibus quibus triformiter gubernatus est populus. Sequitur:*

9 Principium à credendi fide in electionis tempus porrigens: *quia prima quaterdena incipit ab Abraham, qui primus fidem vnius Dei publicè confessus est: & terminatur in Dauid, qui primus electus est in regem à Domino, vt dictum est.*

10 Et ex electione vsque in transmigrationis. *quia secunda quaterdena incipit à Dauid exclusiuè, & terminatur in Iechonia filio Iosiæ in transmigratione Babylonis. Sequitur:*

11 A transmigrationis die. *quia tertia quaterdena incipit à transmigratione Babylonis & terminatur in Christum.*

12 Decursam aduentus &c. *Decursam dicit, quia describit genealogiam Christi descendendo: Lucas autem è contrario ascendendo. Sequitur:*

13 Et numero satisfaciens & tempori. *q. d. in hoc quod sic descripsit genealogiam per tres quaterdenas satisfecit numero: quia posuit numeros conuenientes mysterio Christi: quia per quatuordenam quæ cõponitur ex quatuor & decem significatur lex Christi quæ decurrit per quatuor Euangelia, & lex Moysi quæ decurrit per decem legis præcepta. Per ternarium verò significatur mysterium Trinitatis quod fuit traditum in vtraque lege, sed in noua lege magis explicitè: & sic patet qualiter Euangelista satisfecit numero. Satisfecit etiam tempori: quia per tres quaterdenas descripsit tres generationes illius populi in diuersis temporibus. Sequitur:*

14 Et

¶ Misericorditer actum. [1]

A & se quid esset ostenderet: & Dei in se opus mó-[2] strans:etiam in his quorum genus posuit, Chri-[3] sti operantis à principio testimonium non ne-[4][5] garet. Quarum rerum omnium tempus, ordo,[6] numerus, dispositio, vel ratio, quod fidei neces-[7][8] sarium est: Deus Christus est † qui factus est ex[9] muliere, factus sub lege, natus ex virgine, passus[10][11] in carne, omnia in cruce fixit, vt triumphans ea[12] in semetipso resurgens in corpore, & patris no-[13] men in patribus filio, & filij nomen patri resti-[14][15] tuens in filijs, sine principio, sine fine, osten-[16] dens[17] [18] dens se vnum cum patre esse, quia † vnus est. D [19] In quo Euangelio vtile est desiderantibus Deum [20] [21] a ¶ Historialis. b ¶ Allegorica. c ¶ Moralis. [22] sic prima vel media vel perfecta cognoscere, vt [23] vocationem Apostoli, & opus Euangelij, & di-[24] lectionem Dei in carne nascentis per vniuersa [25] [26] legentes intelligant, atque id in eo in quo ap-[27] prehensi sunt & apprehendere expetunt, recog-[28] [29] noscant. Nobis enim hoc in studio argumenti [30] fuit, & fidem factę rei tradere, & operantis Dei [31] intelligendam diligenter † esse dispositionem [32] [33] quærentibus non tacere. [34]

† Galat. 4. a.

† vnum.

† esse.

PROLO-

---

1 Et se quid esset. *q. d. in scribendo Euangeliũ Christi Matthaus ostendit statum suum, quia ibidem descripsit vocationem suam ex publicis actibus ad statum apostolicum.*

2 Et Dei in se opus. *quia in hoc ostendit operationem Dei vocantis ipsum per suam misericordiam.*

3 Etiam in his. *Hoc est dictum quod similiter in Abraham & David qui electi sunt à Deo ab antiquo: vnus ad fidem, alter ad regnũ, Dei operationem ostendit. Construe ergo sic literam: Etiam non negaret. Minus dicit & plus significat, id est, concederet seu declararet. Testimonium Christi operantis, scilicet per gratiam. A principio, id est, ab antiquo. In his quorum genus posuit Christi, id est, describendo genealogiam Christi: & hoc fuit in David & Abraham, quos posuit radices genealogia Christi.*

B

4 Quarum rerum. *In hac parte Hier. ostendit intentionem principalem Euangelista Matth. seu subiectum sui Euangelij, quia genealogiam ordinatè ab Abraham vsque ad Christum descripsit, vt ostenderet quod ipse Christus est verus homo & verus Deus, qui secundum humanitatem natus est de muliere, passus in cruce, vbi omnia peccata nostra deleuit, & resurgens à mortuis nos per adoptionem in filios regenerauit. & hoc est quod dicit: Quarum rerum omnium, &c. in genealogia scilicet Christi descriptarum.*

5 Tempus. *quia ibi tria tempora describuntur, vt visum est.*

6 Ordo: *quia ordinatè tempora & persona in diuersis temporibus describuntur.*

7 Numerus: *quia sub certo numero, id est in tribus quaterdenis comprehenduntur.*

8 Dispositio vel ratio: *quia rationabiliter disponuntur.*

9 Quod fidei necessarium est. *Hoc est dictum. Ad hoc omnia pradicta sic sunt ordinatè descripta, vt ostendatur quod Christus est verus homo. vnde subditur:*

10 Quia factus est. *quia onera legis voluit obseruare. Hoc autem accipitur de epistola ad Gal. 4.*

11 Passus in carne, omnia in cruce fixit. *i. omnia peccata nostra in cruce destruxit. Et accipitur hoc de epistola ad Col. 2. vbi dicitur sic:* Delens quod aduersum nos erat chirographum decreti, *id est obligationem ad pœnam inferni:* & ipsam tulit de medio affigẽs illud cruci. *Et est loquutio metaphorica ad similitudinẽ illius qui destruit aliquam chartam vel obligationem, quia perforat eam vel corrumpit: sic Christus per passionem suam illud decretum quo eramus obligati gehenna destruxit. Sequitur:*

C

12 Vt triũphans in semetipso. *Id est deuincens in corpore proprio.*

13 Resurgens in corpore. *Ad euidentiam huius litera considerandum, quod pater & filius correlatiuè dicuntur: relatiua autem posita se ponunt, & perempta se perimunt. Igitur quia Iudai noluerunt recipere Christum, Abraha & cateris patribus promissum, ideo desierunt esse filij Abraha, id est imitatores ipsius per fidem: & per consequens Abraham & cateri patres desierunt esse patres eorum. Gentiles autem è conuerso ad pradicationem Apostolorum receperunt fidem Christi: & ideo in loco Iudaorum à fide Abrahę recedentium facti sunt filij Abraha: & sic paternitas qua desierat esse in Abraham & cęteris patribus, restituta est per filiationem gentium, qui facti sunt imitatores eorum per fidem. Et è contrario sibi filiatio restituta est ipsis credentibus, restituta pradicta paternitate: quia hac est natura correlatiuorũ, vt dictum est. Et hoc est quod dicit Hieron.* Resurgens in corpore, *scilicet Christus, & pracipiens pradicare baptismum pœnitentia in omnes gentes factus est restituens.*

14 Et patris nomen in patribus *scilicet antiquis.*

15 Filio *hoc est ad honorem filij, quia hoc cedit ad honorem Christi.*

16 Et filij nomen patri restituens in filijs. *id est, in gentibus fidem recipientibus.*

17 Patri. *hoc est ad honorem patris aterni.*

18 Sine principio, sine fine. *quia Christus secundum diuinitatem manet in aternum.*

19 Ostendens vnum Deum se esse cum patre, *per opera scilicet diuinitatis qua egit: quia propria operatio vniuscuiusque rei, ostendit naturam eius.*

E

20 Quia vnus est. *id est, Deus qui est pater & filius, quia non sunt duo dij, sed vnus Deus.*

21 In quo euangelio. *Hac est quarta pars huius prologi: in qua ostenditur vtilitas huius Euangelij Matthai. & primò ostenditur ista vtilitas in generali respectu omnium fidelium: secundo verò ostenditur in speciali, quantum ad beatum Hieronymum, ibi:* Nobis enim in hoc, *&c. In prima ergo parte ostenditur vtilitas quantum ad quatuor: quia illi qui legunt hoc Euangelium perfectè possunt perpendere misericordiam Dei in vocatione Matthai ad statum Apostolicum, & diligentiam apostoli in scribendo Euangelium, & dilectionem Dei ex qua voluit incarnari, & perfectionem humanam qua est in coniunctione ad Deum per fruitionem, qui voluit sibi naturam humanam coniungere per ipsius assumptionem, & hoc est quod dicit,* In quo Euangelio vtile est desiderantibus Deum, *id est, noticiam Dei.*

22 Sic prima vel media. *id est, principium, medium & finem huius Euangelij, in quo consistit perfectio.*

23 Vt & intelligant vocationem apostoli, *in quo consistit perfectio: quia de hoc fit ibi mentio.*

24 Et opus Euangelij, *quod ipse descripsit fideliter.*

25 Et dilectionem Dei in carne nascentis. *quia ex dilectione voluit incarnari, Sequitur:*

26 In quo apprehensi sunt. *id est, ad hoc vtile est Euangelium hoc, vt legentes ipsum.*

27 Recognoscant in eo. *id est, in Christo esse, supple id: In quo reprehensi sunt & apprehendere appetunt ipsam diuinitatem, cui natura nostra coniuncta est in Christo in vnitate suppositi per incarnationem, & quam apprehendere quarimus per fruitionem. Et accipitur ibi iste modus loquendi de epistola ad Philipp. 3. c. vbi dicit sic Apostolus:* Sequor autem si comprehendam, in quo & comprehensus sum.

F

28 Nobis enim. *Hic tangitur motiuum Hieronymi ad transferendum seu exponendum Matthai Euangelium, scilicet vt traderet certitudinem rei gesta in Euangelio Matthai, vbi ostenditur vera diuinitas & vera humanitas Iesu Christi, & hoc est quod dicit:* Nobis enim, *id est, rationis motiua, quia argumentum quadam ratio est.*

29 In hoc studio, *id est ad studendum in hoc Euangelio transferendo & exponendo.*

30 Et fidem. *id est, certitudinem.*

31 Factæ rei tradere, *id est gestorum Christi, & non tacere, sed magis, supple, declarare,*

32 Quærentibus, *id est scire volentibus.*

33 Dispositionem Dei operantis in carne, *scilicet assumpta.*

34 Intelligendum esse diligenter, *hoc est cum magna diligentia & studio, quia talibus reuelatur Euangelij intelligentia, secundum quod dicitur infra 7. c.* Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.

EIVS-

PROLOGVS IN MATTHÆVM.

MATTHÆVS cùm primò prædicasset euangeliũ in Iudea, volẽs transire ad Gentes, primus euãgelium scripsit Hebraicè: quod fratribus à quibus ibat, ad memoriam reliquit. [1] Sicut enim necesse fuit ad confirmationem fidei euangelium prędicare: [2] sic & contra hæreticos scribi. [3] Cùm autem plures euãgelium scripserint, quatuor tantum habent autoritatis testimonium: quia per quatuor mundi partes fidem nunciant Trinitatis, & sunt quasi quatuor rotæ in quadriga Domini, quæ vehit eum per prædicationem euangelij, & genus humanum quadrifida morte peręmptum eorum erat prædicatione viuificandum: vnde & aliorum euangelia deciderunt, nec recepta sunt: quia nolebant præfinitum numerum cessari propter virtutem sacramenti. [4] Designantur etiam euangelistę quatuor figuris, quæ non sunt deceptoriæ, sed iucundi mysterij sibi consciæ. Matthęus in homine intelligitur: quia circa humanitatem Christi principaliter immoratur. Marcus in leone: quia agit de resurrectione. Lucas in vitulo agens de sacerdotio. Iohannes in aquila scribens sacramenta diuinitatis. Christus verò quem describũt, homo fuit de virgine natus: vitulus in immolatione: leo in resurrectione: aquila in ascensione. Vel in homine humanitas: in vitulo sacerdotium: in leone regnum: in aquila exprimitur diuinitatis sacramentum.

EIVSDEM VENERABILIS MAGISTRI NICOLAI DE LIRA IN PROLOGVM EVANGELII SECVNDVM MATTHÆVM.

MATTHÆVS cùm primò prædicasset euangelium. *Prologus iste diuiditur in duas partes: quia primo scriptor huius euangelij manifestatur, secundò sui euangelij autoritas declaratur ibi:* Cùm autem plures. *In prima parte ostenditur quando scripsit, quia primus inter alios euangelistas. Vbi scripsit? Quia in Iudæa. Qualiter scripsit? quia Hebraicè. Quare scripsit? vt veritas euangelij certa maneret apud credentes. in Iudæa à quibus recedebat, volens prædicare gentilibus Iudæis pro maiori parte in infidelitate obstinatis: hoc enim fuerat eis præceptum à Domino secundum quod dicitur Actu. xiij. g.* Vobis autem oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repulistis illud, & vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. sic enim præcepit nobis Deus. *Hac igitur de causa Matthæus volens transire ad conuersionem gentilium scripsit fidelibus in Iudæa remanentibus euangelium: vt illuc concurrerent pro certa regula ad euitandum errores hæreticorum insurgentium, & hoc est quod subditur.*

1 Sicut enim. *prædicatione, scilicet, confirmata euidentibus signis: vt dicitur Marci vltim.*

2 Sic & contra hæreticos scri. *vt cessantibus miraculis possemus recurrere ad doctrinam euangelicam doctrinis & miraculis confirmatam, sicut ad regulam certam hæreseos insurgentes confutantem.*

3 Cum autem plures euangelium scripse. *Hîc ostenditur euangelium Matthæi autenticum. Et primò ostenditur quod dictum est. Secundò declaratur quoddam ibi positum, ibi:* Designantur. *In prima parte dicitur sic, quod plures scripserunt sub nomine Apostolorum & discipulorum Christi, immiscentes eidem falsitates, vt facilius sub nomine Apostolorum fideles deciperentur. Et ad euitandum, quatuor euangelia, quorum scriptores sunt certi & noti, sunt ab Ecclesia recepta & approbata. Et hoc rationabiliter, quia numerus quaternarius euangeliorum fuit præfiguratus Ezechielis j. vt prædictum est. Sunt enim euangelistæ quasi quatuor rotæ in quadriga Domini, quibus portatur fides Christi per totum mundum: Similiter genus humanũ quadruplici morte fuit peremptum in transgressione Adæ. Primò morte culpę: secundo morte naturæ: quia per hoc incurrimus necessitatem moriendi: tertiò morte gehennæ: quia ex hoc omnes descendebant ad limbum vsque ad liberationem per Christum factam. Quarto morte ciuilis pœnæ. Est enim mors ciuilis seruitus vel exilium per quæ scinditur aliquis à communitate. Per peccatum autem genus humanum erat eiectum à ciuitate cælesti, & subditum seruituti diaboli igitur cõueniens fuit numerus quaternarius euangeliorum, quia per ipsorum prædicationem genus humanum quadrifida morte peremptum et viuificandum designatur.*

4 Designantur etiam euangelistæ quatuor figuris quę nõ sunt deceptoriæ, sed iucundi mysterij sibi consciæ. Matthęus in homine intelli. &c. *Hîc declaratur quoddam dictum, videlicet, qualiter euangelia prædicta fuerunt prefigurata Ezechielis j. Et patet ex prædictis qualiter in quatuor faciebus significantur quatuor euangelistæ. Et sic patet textus.*

Finit expositio istius prologi.

A

Incipit Euangelium secundum Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

In comm. in Matth.

a Liber Gene. HIER. Hebræi voluminibus suis à principijs nomen imponunt, vt liber Genesis ex suo principio nominatur, vbi dicitur: Liber generationis Adæ: & hæc sunt generationes cœli & terræ. Qui liber principium est veteris Testamenti, secundum quod in principio noui dicitur generationis IESV CHRISTI: quamuis in hoc sit pars libri: sed sic nouum Testamentum consonat veteri. Et sicut vetus carnali proponitur Israelitæ nouum spirituali, & vtriusque vnus & idem autor ostenditur. B Plenior sensus esset: Hic est liber generationis: sed hîc mos est in multis, maximè in prophetis vt visio Isaiæ, subaudis hæc est.

Lib. 2. Mat. cap. 1.

✠ RVP. Liber iste liber cælestis est, è cõtra liber generationis Adæ, terrenus, de quo scriptũ est. Hic est liber generationis Adę. In illo libro terreno omnes reprobi scripti sunt, iuxta illud, *Domine omnes qui te derelinquunt cõfundĕtur, recedentes à te in terra scribentur*. In isto scripti sunt omnes electi quibus ipse Dominus, *Gaudette quia nomina vestra scripta sunt in cælis*. Cùm igitur audis, liber C generationis filij Dauid, & c. ne paruum facias librum hunc, nõ solum attendas quod Abrahã secundũ carnem genuit Isaac, similiterq; de cæteris: sed hoc potius quod Abrahã secundum promissionem genuit Isaac, Isaac secundùm promissioné genuit Iacob. Hoc namq; animaduerso prolixus liber & grãdis pagina per singulas ferè genituras apparet, dũ promissionis verbum in memoria repositum recogitare facit quid & qualiter ad illos sanctos patres Deus locutus est.

Hiere. 7.

Luc. 10.

†Lucæ 4.c. Ioan. 1.a.

D

✠ RABBANVS. In principio satis declarat se agere de humanitate Christi, cùm incipiat à carnali generatione.

✠ HIER. Generationis singulariter dicit, quamuis multi per ordinem replicentur, quia vnius tãtùm generatio quæritur propter quam cæteræ hîc inducuntur. Non diuinam proponit narrare generationem, quod impossibile est, vt Isaias ait: *Generationem eius quis enarrabit?* sed humanam, quamuis & hæc ex magna parte sit enarrabilis. Sed illa tota inenarrabilis est: quia etsi dicitur filius à patre genitus, tamẽ qualiter, nec apostolus, nec propheta nouit, nec angelus.

Isai. 53.

b *Ie. Chri.* Id est, Saluatoris nõ perditoris, quod fuit Adam. Christus ipse est qui & Messias: Ideo hoc nomine retunditur Iudæorũ infidelitas, qui Messiã, id est, regẽ suũ nondum venisse ariolantur. E Hunc verò esse Christum consequẽter sic probat euangelista, quoniam hic est qui de patriarcharũ & regũ stirpe progenitus, de virgine mirabiliter est editus, sicut eisdem fuerat ante promisus, *Ie. Chri.* vt per regiã & sacerdotalem personã natura Dei & hominis mõstretur. Olim Iesus rector typicè, nunc essentialiter, secũdum quod Deus potẽs saluare. Christus nomen officij est, non naturæ, quia vnctus est in sacerdotem ad interpellandum pro nobis, qui bene in terram promissionis inducit.

Iesus.

Christus. F

c *Fi. Da.* Ordo præposterus ne pręmisso Abraham, generationis contextio interrũperetur. Horum duorum specialiter dicitur filius: quia vnus primus inter patriarchas: alter inter reges ad quos facta est de Christo promissio, vt Iudæis Christum ex lege venturum aperiret, in quo viderent vaticinia impleri.

Incipit Euangelium secundum Matthæum.



CAPVT PRIMVM.

¶ Liber apothecæ gratiæ in qua omnis anima quod necesse habet inueniat.

a Saluatoris non perditoris.

a b c LIBER † generationis 1 Iesu 2 Christi 3 filij Dauid, filij 4

☞ CHRYS.

Incipit postilla Nicolai de Lira super Matthæum.

CAPVT PRIMVM.

LIber gener. Ies. Chri. *Euangelium secundum Matthæum diuiditur in duas partes: quia primo stabilit subiectum suum seu declarat, scilicet Christum verum esse hominem & verũ Deum. Secũdo determinat de redẽptione nostra facta per ipsũ quæ incipit in medio quarti cap. ibi:* Cùm audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset. *Iterum prima diuiditur in quatuor secũdũ quod quadrupliciter declarat Christum verũ Deũ & verum hominem. Primo enim declarat hoc testimonio angelico & prophetico. Secũdo, ex illustratione cælesti & veneratione regali. Tertiò ex prædicatione Ioanis & testificatione Dei patris. Quarto ex dæmonis tentatione, & sanctorũ angelorũ obsequio & veneratione. Secunda incipit capitulo sequẽti, tertia tertio, & quarta quarto. Prima adhuc in duas: quia primo ostendit veritatẽ humanæ naturæ et modũ suæ cõceptionis mirabilẽ ostẽdendo, ibi: Christi autẽ generatio. Prima adhuc diuiditur in tres quia in describendo genealogiã Christi præmittit quendam prologum seu præfationem. Secundo ponit eiusdem genealogiæ descriptionẽ, ibi:* Abraham. *Tertio genealogiæ descriptæ recapitulationem, ibi:* Omnes ergo generationes *In prima ergo parte intitulat librum suũ à Christi generatione, dicẽs:* Liber generationis: *quia scripsit Hebraicè, vt visũ est. Modus autẽ Hebræorũ est denominare libros ab eo de quo tractatur in principio, sicut dicitur liber Gen. quia in principio tractatur de creatione mũdi. Similiter Matthęus qui incipit euãgeliũ à genealogia Christi, ideo ab ipso denominat seu intitulat ipsum. Ratio autem quare incipit à genealogia Christi hæc fuit, quia Iudæi negabãt Iesum Nazarenũ esse verũ Christũ, & descẽdisse à Dauid, quia Galilæus erat, secundũ quod dicitur Io. vij.* Nunquid à Galilæa venit Christus? *q. d. non. Ideo subditur:* Nónne scriptura dicit: *Quia* ex semine Dauid & Bethleẽ castello, vbi erat Dauid, venit Christus? *quasi dicãt. Sic. & ideo ex hoc volebãt falsè cõcludere, quod nõ esset verè Christus nec ex semine Dauid. Hunc ergo errorem volens Matthæus excludere in principio euangelij sui, ostendit ipsum à Dauid descendentẽ per ipsius genealogiã: Ostendit etiã eum in Bethleem natũ, vt patet in principio sequentis cap.* Cùm natus esset Iesus in Bethleẽ Iudæ: *licet fuerit in Galilæa cõceptus & nutritus. In describẽdo autem genealogiã, ponit duas partes tanquã radices, videlicet Dauid & Abrahã: quia ad istos est facta principaliter promissio de Christo. Itẽ quia Dauid fuit principalis inter reges, Abrahã inter patriarchas. Christus autẽ debebat descendere ex patriarchis & regibus. Præponitur autẽ Dauid ipsi Abrahã: licet sit posterior secundũ tempus, propter eminẽtiam regiæ dignitatis, & iterum vt conuenientius generationis ordo texatur: quia sic à radice vltimo nominata inchoatur. Dicit ergo.*

1 Liber gener. *supplendũ est. Hic est liber secundum modum Hebræorum, vbi communiter fit talis suppletio: vt patet Isa. j.* Visio Isaiæ filij Amos: *subintelligitur, hæc est. Et eodẽ modo in pluribus alijs locis.*

2 Generationis. *scilicet temporalis quia generationẽ Christi æternam describit Iohannes in principio euangelij sui.*

3 Iesu Christ. *Iesus nomen est personæ, Christus, nomen naturæ. Significat enim duplicem naturam in vno supposito: scilicet diuinam & humanam.*

4 Filij Dauid, filij Abra. *Hoc est intelligendum secundum naturam humanam tantũ. Vnde dicit Apostolus ad Rom. j. a. Qui* factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

✠ Abraham

MORALITER.

† 1 *Liber gener. Ies. Chr.* &c. Sequitur: *Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid generationes quatuordecim* &c. Christi genealogia describitur hîc per tres quaterdenas generationum: Quarum aliquæ fuerunt ante legem datam Moysi, & aliquæ tempore legis datæ, & vltima .s. generatio Christi tempore gratiæ, quod incœpit ab eius conceptione. Et per hoc signatur quod aliqui temporibus istis tribus saluati sunt per fidem Christi. Vnde dicit Saluator Ioh. 8. g. *Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum: vidit, & gauisus est.* Item in quaterdena sunt duo numeri. s. denarius & quaternarius. Per denarium verò, signatur impletio decalogi. Per quaternarium, im-

† pletio

☞ ✠ CHRYSOSTOMVS. Altera autem ratio est cur Dauid prior nominetur, quia regni dignitas maior est quàm naturæ. Nam etsi Abraham præcedebat in tempore, Dauid præcedebat dignitate. [Hom. 1. in opere imperfect.]

Filij Dauid filij Abraham. Hos duos de omnibus elegit quorũ filius dicitur Christus, vt Iudæis quibus scribit, scientibus ex lege Christum venturũ, appareret hic esse qui diu erat promissus, in quo viderentur impleri omnia vaticinia. his enim solis in veteri Testamento legitur facta promissio, Abrahæ *& benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.*. Cui consonat Dauid: *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ.* vnde Zacharias, hoc est subaudi. *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.* Dauid autem : *Iurauit dominus Dauid veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponã super sedem tuam.* Item, *Semel iuraui in sancto meo*, scilicet Christo, *semen eius in æternum manebit : & thronus eius sicut sol in conspectu meo, &c.* Quæ nullatenus de Salomone accipi possunt, sed de Christo ex Dauid orto. Item in libro verborum dierum: *Cumque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos suscitabo semẽ tuũ post te.* quod nullatenus de Salomone dicitur : qui viuo patre cœpit regnare, sed de Christo vnde Hieremiæ : *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit.* [Gen. 12. a. Gen. 19. & 30. Gen. 38. d. Gen. 22. d. Psal. 71. d. Luc. 1. g. Psal. 131. b. Ibid. 88. e. 1. Pa. 17. b. Ierem. 23.]

a ¶ Cui promissum est : in semine tuo be. om. gen. & Christus est semen illud in hoc gentes quærunt benedici. b. ¶ Fides. c ¶ Spes.

a Abrahãm. † Abrahãm genuit Isaac. Isaac autẽ b genuit Iacob. † Iacob autem genuit Iudam & c d fratres eius. † Iudas autem genuit Phares &

¶ Charitas.

a ¶ Confessio. ¶ Iudas confitens: & de Christo dicitur : Confiteor tibi pater cæli & terræ. b ¶ Diuisio.

Abraham & Dauid sunt duæ columnæ versantes in lege quasi in vestibulo ante ostium quod est Christus : quas ambit funiculis duodecim cubitorum. id est fides apostolorum. Amplectitur hos in genealogia patres, de quorum medio ostium Christus aperitur credentibus.

a *Abraham genuit Isaac : Isaac autem genuit Iacob.* Ab eo cõgruè fit generationis exordium cui promissus est primùm, in quo est benedictio omnium.

Matthæus generationem incipit ab exordio promissionis. Et etiam vsque in finem libri hæc agitur, vt qui ex hac generatione natus est: Deus & homo intelligatur.

Ab initio ab eo cui primum facta est promissio fidei incipit, vt in hoc patre discant cui primum facta est promissio, qui est quales esse debeant, qui volunt in eius semine benedici. Matthæus generationem descendendo incipit vel computat: quia humanitatem Christi ostendit, per quam Deus ad homines descendit. Lucas ascendendo referens formam sacramenti aperit. A baptismo enim incipiens vsque ad Deum ascendit, ostendens baptizatos ascendere ad hoc, vt sint filij Dei.

✠ CHRYSOSTOMVS. Isaac interpretatur risus: risus autem sanctorum est non stulta cachinnatio labiorum, sed rationabile gaudium cordis, quod fuit mysterium Christi. Sicut enim ille parentibus in vltima senectute donatus est lætitia suis, vt cognoscatur quia non erat filius naturæ sed gratiæ : Sic & Christus in nouissimo fine productus est, à matre Iudæa qui gaudium cunctis, sed iste per virginem, ille de anu contra spem naturæ. [Hom. 1. in opere imp.]

b *Genuit.* Matthæus ponit, *genuit* : qui naturæ filios tantum, numerat. Lucas : *Qui fuit* : qui aliquos secundum legem vel per adoptionem filios interponit. Matthæus ponit genuit, & non generauit, forsitan vt ille cognosceretur in fine ostensus de quo dicitur : *Ego hodie genui te.* [Psal. 2. b.]

c *Iudam & fratres.* Ideo solus Iudas nominatim exprimitur, vt eum cognosceres qui ex eius stirpe fuerat promissus.

Fratres Iudę memorat prætermissis fratribus Isaac & Iacob: quia illi à populo Dei quasi alieni sunt repulsi: hi velut heredes in libro vitæ scripti, & quasi patriarchæ duodecim, in quibus & numerus apostolorum signatur. Sed nominatim non exprimuntur, ne vltra numerum sacramenti generatio extendatur.

In semine prædictorum patrum Christus intrauit in Ægyptum quod præsagiens inimicus populum premebat, & non fœminas sed mares interimebat, vt eum extingueret.

De Iuda Christus quem omnes gentes susceperunt: quo veniente iam Herodes alienigena principabatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Et noster Iacob duodecim apostolos in spiritu non in carne verbo & sanguine genuit. Nam sicut ille cum suis descendit in Ægyptum vt multiplicaretur : sic & Christus cum suis descendit Apostolis in mundum, & multiplicatus est per totum mundum. [Vbi suprà.]

✠ RVPERTVS In generatione Iudæ & fratrum eius cessauit mos ille antiquus quo primogeniti, sacerdotio fungebantur. Ruben quippe qui erat primogenitus ipse peccauit, & propterea benedictionem sacerdotalem non promeruit, imo diminutionem acquisiuit *Effusus es* (inquit pater) *sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui.* [Gen. 49.]

d *Iudas autem.* Iudas genuit Phares & Zaram antequam intraret Ægyptum in quam ambo postea cum patre transierunt. Zara cum de vtero præmisit manum, obstetrix coccino ligauit dicens: *Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum egressus est alter: dixitq́; mulier, quare diuisa est propter te maceria?* Vnde & Phares. i. diuisio dictus est, significans illum qui segregabit oues ab hędis: *& statuet oues quidem à dextris hædos autem à sinistris.* [Gen. 38. d. Matth. 25.]

✠ CHRYSOSTOMVS. Per Zaram significatur populus Iudaicus, qui primus apparuit in luce fidei, quasi de vulua tenebrosa mundi procedens : & ideo significatus est cocco circũcisionis, putãtibus omnibus, quia ipse populus Dei erat futurus: sed posita ☞ est antè [Hom 1. in Matth.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abraham genuit &c. *Hic incipit Christi genealogiam narrare & diuiditur in tres partes secundum tres quaterdenas quas ponit in ista genealogia. Prima incipit ab Abraham, & terminatur in Dauid inclusiuè. Secunda à Dauid exclusiuè, & terminatur in Iechoniam filium Iosię inclusiuè. Et tertia incipit à Iechonia filio prædicti Iechonię inclusiuè, vt videbitur, & terminatur in Christum inclusiuè. Secunda pars incipit ibi.* Dauid autem. *Tertia ibi* : Et post transmigrationem Babylonis. *In prima ergo procedit sic.* Abraham genuit Isaac ; *Non facit mentionem de Ismaele qui fuit filius Abraham : quia per ipsum non descendit Christus sed per Isaac erat promissus eius aduentus secundum quod scribitur Genes. 21. a.* In Isaac vocabitur tibi semen. *Et eadem ratione non fit mentio de Esau, cum subditur.* [Genes. 21.]

2 Isaac autem genuit Iacob, *Quia antequam essent nati, Iacob fuit à Deo dilectus, vt per ipsum descenderet Christus, vt habetur Malachię 1.* Et dilexi Iacob, Esau autem odio habui. *Considerandum igitur, quod hic describitur genealogia Christi descendendo : quia Matthæus voluit ostendere assumptionem infirmitatis nostræ à Deo, vt dicit Augustinus de concordia euangelistarum: Econtrario autem Lucas describit eam ascendendo, quia volebat ostendere reductionem humanæ naturę in Deum, & ideo incipit genealogiam Christi post baptismum quia post baptismum reducimur in Deum. Sequitur.* [Malach. 1.]

3 Iacob autẽ genuit Iudã &c. *Licet autem Christus de Iuda descenderit, tamen fratres eius cum eo nominãtur, quia fuerunt patres populi Israelitici, & ab eis duodecim tribus Israel nominantur. Sequitur.*

4 Iudas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. *Hieronymus autem reddens rationem quare ista Thamar exprimitur, sic dicit: Notandum in genealogia Saluatoris nullam sanctarum mulierum assumi, sed eas tantum quas scriptura reprehendit : vt qui propter peccatores venerat, de peccatricibus nascens omnium peccata deleret. vnde & in consequentibus Raab meretrix & Ruth Moabitis ponitur Bersabea vxor Vriæ. Hæc Hieronymus. Sed istud non videtur probabiliter dictum, quia ipse ibidem dicit quod propter hoc reges tres de genealogia Christi tolluntur. sc. Ochozias, Ioas, Amasias: quia Ioram miscuerat se filiæ impijssimæ Iezabelis, ideo filij eius vsque ad quartam generationem de genealogia Christi tolluntur: ergo non est probabile quod propter peccatum in Christi genealogia nomina mulierum exprimuntur. Itẽ quod dicit ibi nullam sanctam mulierem positam in genealogia Christi, patet falsum de Maria matre Christi, quæ sanctissima est & fuit. Item quod dicit Raab & Ruth ibi expressas propter peccatum, non videtur verum immo propter virtutis actum. De Raab enim scribitur quod propter virtutem suscepit exploratores Israel & eos saluauit, vt patet Iosue. 2. propter quod ponitur in Catalogo illorum qui ex fide fecerunt nobilem actum, vt habetur ad Heb. 11. Quod autem dicitur meretrix non obstat : quia hoc erat tantum ipsius cognomen & ideo non oportuit quod esset talis secundum rem: Sicut aliquando econtrario aliquis pauper ru-* [Iosue. 2. ad Heb. 11.]

MORALITER.

pletio euangelij quadrupliciter descripti. Per ternariũ verò sanctę trinitatis mysteriũ. Per istos igitur numeros in genealogia Christi cõtentos mysticè signatur ꝙ per obseruationem decalogi in fide trinitatis Christus qui sol est iustitiæ per spirituală illuminationẽ oritur in nobis. 2. Pet. 1. d. *Habemus firmiorem propheticum sermonẽ cui benefacitis attendentes quasi lucernę lucenti in caliginoso loco, donec dies lucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.* Item tres quaterdenæ faciunt quadraginta-duas generationes, per quas peruenimus ad Christum qui promissus est nobis in præmium, sicut filij Israël per quadraginta-duas mansiones venerunt ad terram sibi promissam. Christi autem generatio sic erat, &c. Per hoc autẽ quòd Christus conceptus & formatus fuit in vtero virginali per operationem spiritussancti, signatur quòd spiritualiter cõcipitur & formatur in mente pura opere spiritussancti, Gal. 4. c. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* [1. Pet 1. Gal 4.]

est ante faciem eius lex quasi sepes vel maceria. Sic ergo impeditus est populus Iudaicus per legem, sed temporibus Christi, rupta est sepes legis quæ erat inter Iudæos & gentes.

a *Phares autem genuit Esrom.* In Ægypto genuit Phares Esrom, & Esrom Aram, & Aram Aminadab, & Aminadab Naason: & tunc Moyses eduxit eos de Ægypto. Naasó fuit dux sub Moyse in tribu Iuda per desertum, in quo genuit Salmon. Iste Salmon fuit princeps in tribu Iuda, qui cum Iosue in terram promissionis intrauit. Iste Salmon in terra promissionis genuit Booz de Raab.

Christus est Phares, id est diuisio, quia separabit oues ab hædis. Ipse est Esrom, id est sagitta vel atrium, quia penetrat corda auditorum. Habet etiam latitudinem charitatis, qua & inimicos dilexit.

b *Aram autem.* Aram Christus electus vel excelsus interpretatur: Electus de quo propheta: *Ecce puer meus quem elegi.* Et alibi: *Excelsus super omnes gentes dominus.* Ipse est Aminadab id est voluntarius, qui dicit: *Voluntariè sacrificabo tibi.* Idem est Naason, id est augurium, qui nouit præterita præsentia & futura. Vel Naason serpentinus, quia Christus more serpentis omnes cauit insidias.

c *Salmon autem genuit Booz.* Christus est Salmon id est, sensibilis, quia omnia sentit. ipse accepit Raab. i. ecclesiam de Gentib. Raab fames vel beatitudo vel impetus: quia ecclesia gentium esuiit & sitit iustitiam, & dilatata per orbem terrarum impetu doctrinæ Philosophos & reges conuertit. Raab ostendit coccinum in fenestra. i. in ore per confessionem Christi passionem declarat. Raab meretrix quæ nuncios Iosue suscepit, quã Salmon princeps tribus Iudę sibi copulauit, significat ecclesiam de Gentibus, quæ principi ex Iuda. i. Christo copulatur. Et sola cũ suis saluatur, dũ Iericho. i. præsens seculum septem muris viciorum vallatum, septem dierũ tempore tubis prædicationum circumuallatur, donec *in nouissima tuba* omnes muri corruant, & nouissima mors destruatur.

Matth. 25. — Ruth 4. d. — Oseæ 11. a. — Psal. 112. a. — Ibid. 33. b. — Iosu. 2. a. — 1. Cor. 15. g.

¶ Oriens. ¶ Amaritudo. ¶ Diuisio.

a Zaram de Thamar. Phares autem genuit 1

¶ Sagitta vel arcus. ¶ Christus electus vel excelsus.

b Esrom. Esrom autem genuit Aram. A-

¶ Spontaneus vel voluntarius. ¶ Augurium vel serpentinus.

ram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason. Naason au- 2

¶ Iste fuit princeps tribus Iuda. ¶ Sensibilis.

c tem genuit Salmon. Salmon autem ge-

¶ Fortis. Latitudo Hebraicè רחב Græcè πλάτος

d nuit Booz de Raab†: Booz autem genuit O- 3

a ¶ Festinans. b ¶ Christus, seruiens vel seruitus: quia non venit ministrari, sed ministrare. c ¶ Incendium vel incensum. ¶ Christus est sacrificium vel incensum qui pro nobis hostia factus est.

e f beth ex Ruth. Obeth autem genuit Iesse: Iesse 4

a ¶ Manu fortis vel aspectu desiderabilis.

g h autem genuit Dauid regem: Dauid autem rex 5 6

d *Booz autẽ.* Booz Christus de quo dicitur: *Ecce dominus Deus in fortitudine veniet,* Booz d. Nota nullã de sãctis fœminis in genealogia Christi assumi, sed quas scriptura reprehẽdit. Debuit enĩ de peccatorib. nasci, qui ꝓ peccatoribꝰ venerat, vt discerent sui peccata patrũ sibi nõ obesse. Vnde agnus in Pasca immolandus iussus est assumi ex capris & ouib. i. ex iustis & peccatoribꝰ generãdus. *Historia.* Elimelech fuit de tribu Booz, & vxor eius Noemi qui cũ vxore sua iuit ad Moabitas, vbi filij sui duxerunt vxores: sed mortuo patre & filijs sine semine, Ruth cũ Noemi socru sua venit in Iudæam & genuit ex ea Booz, Obeth.

e *Ex Ruth.* Moabitide, vt ostẽdat impletum vaticiniũ Isaiæ: *Emitte agnum domine dominatorem terræ.* Per hanc semen Abraæ ad Christũ deducitur. Ecclesia de Gentibus per Ruth significata, priusquam ad Booz. i. ad Christum veniret ex patre diabolo erat.

Ruth significat Ecclesiam quæ est de Moab i. de gentibus, quæ ex patre Diabolo & petra deserti propter idololatriam de qua Deus suscitauit filios Abrahæ: oblita prioris gentis venit ad Booz, qui fortis dicitur. i. ad Christum, qui suscitat semen fratris sui. i. Moysi qui obijt sine liberis, *quia nihil ad perfectũ adduxit lex.* Ruth videns vel festinans; quia Ecclesia puro corde Deum videt quæ festinat ad brauium supernę visionis & diffinit perseuerare in fide & dilectione.

f *Iesse autem* Pater Dauid sæpius nominatur Isai, sed binomius fuit. Hic autem ideo dicitur Iesse: vt sciret eum venisse. de quo Isa. *Egredietur virga de radice Iesse, &c.* Hic est flos quem odorat Isaac, dicens: *Ecce odor Filij mei sicut odor agri pleni*, quia spiritus eum abundantissimè repleuit.

g *Regem.* Non quod solus in hac genealogia rex, sed quia primus rex de Iuda & regum principium, propter quem & cæteri in solio regni seruantur: & per istum ordo generationis decurrit ad Christum qui habet regnum Dauid.

h *Dauid autem rex.* Historia. *Dauid in solario sedens, vidit Bethsabee*

D — Isa. 40. c. — Infames personę in genealogia Christi annumerãtur & quare — Exod. 12. a. — Isa. 16. a. — E — ad Heb. 7. — F — Isa. 11 a. — Gen. 27. d. — Historia. 2. Reg. 11. a.

NICOLAVS DE LIRA.

sticus cognominatur nomine regis, vt Petrus rex vel huiusmodi. Hebræi etiam dicunt hospitatricem, vbi nos habemus meretricem, vt dixi plenius Ios. 2. ca. Similiter quod dicitur de Rut Moabitide, quod eam scriptura reprehendit non videtur verum immo magis eam commendat: Tum quia socrui suæ fideliter adhæserat: tum quia ete. la gentilitate fidẽ vnius Dei suscepit, vt habetur Ruth. 1. c. Tum quia in viduitate castè vixit, vt dicitur Ruth. 3. ex verbis Booz ad ipsam: Benedicta es filia à domino & priorem misericordiam posteriore superasti, quia nõ es secuta iuuenes pauperes seu diuites: *Tum quia fuit optimæ famę. Vnde ibidem subditur:* Scit omnis populus qui habitat inter vrbis meæ portas, mulierem te esse virtutis. *Salua igitur beati Hier. & meliori sententia, videtur quod melius potest dici, quod mulieres istæ hic sunt expressæ, quia fuerunt viris suis ex quib. conceperunt accidentaliter coniunctæ. Istæ autem quæ fuerunt primę & principales, siue bonæ siue malæ non exprimuntur, sed sufficit expressio viri, quia vir & vxor pro vna persona cõputantur. Quod autem prædictæ mulieres fuerunt accidentaliter coniunctæ patet ex textu Bibliæ, quod omitto causa prolixitatis vitãdæ. Nec debet aliquis moueri, si ego recedo in hoc à dictis Hie. quia dicta sanctorum non sunt tantę autoritatis, quin liceat sentire contrarium in his quæ non sunt per sacram scripturam determinata. vnde dicit Augustinus in epist. ad Vicentium de scripturis sanctorum doctorum. Hoc genus scripturarum à canonicis scripturis distinguendum est: Non enim ex eis sic testimonia proferuntur, vt contrarium sentire non liceat. Sequitur.*

Doctorum scripta quã autoritatẽ habeant.

1 Phares autem genuit Esrom. *Iste Phares cum Iuda patre suo & Iacob auo suo descendit in Ægyptum, & ibi genuit Esrom, & Esrom Aram, & Aram Aminadab, & Aminadab Naason. Iste autẽ Naason cum patre suo exiuit de Ægypto, & ideo fuit princeps in tribu Iuda in deserto post patrem suum. Quod enim iste Aminadab fuit princeps tribus Iuda in exitu de Ægypto, habetur Cant. 6. d. vbi dicitur:* Anima mea turbauit me propter quadrigas Aminadab. *Ad cuius euidentiam considerandum quod liber Cant. secundum doctores Hebræos est de Deo & ecclesia Israel educta per ipsum de Ægypto. In exitu Israel de Ægypto dominus siccauit viam per medium maris rubri, & aquę ex vtraq; parte erant altæ ad modum muri. sicut habetur Exo. 14. & ideo filij Israel timebant intrare. Iste Aminadab princeps tribus Iudæ cum tribu sua primus intrauit post Moysen, & ex hoc tribus Iuda dignitatem regni meruit. Et ideo dicitur:* Anima turbauit me &c. *quia filij Israel videntes Aminadab præcedentẽ cũ curribus suis, admi*rati *sunt propter eius audaciam, & sequuti sũt eũ: igitur post ipsum Aminadab filius Naasõ fuit princeps trib. Iudę in deserto, vt dicitur Nu. 1. c.*

2 Naason autem genuit Salmon. *Hic est vnum dubium, quomodo ista Raab quæ erat de genere Chananæorũ, fuit coniuncta ipsi Salmon in matrimonium, quia erat prohibitum filijs Israel ne vllo modo contraherent cũ Cananęis matrimonia, vt habetur Deu. 7. Dicendũ ad hoc ꝙ istud fuit præceptum eis ne per Chananæas à cultu veri Dei auerterentur, & ad idola cõuerterentur, vt ibidem habetur: & ideo quando aliqua persona inueniebatur fidelis, & ex fide veri Dei aliquid magnũ egisse, sicut fecit ista Raab, vt prædictum est, tunc dispensabatur, vt posset coniungi in matrimonium cum filijs Israel: & propter hoc ista Raab coniuncta est principi nobilioris trib. s. Iudę, quia pro filijs Israel fecerat magnum actum virtutis in exploratorum salutatione.*

Dubium

3 Booz autẽ genuit &c. *Eodem modo ista Ruth coniuncta est Booz qui erat nobilior de ciuitate Bethleem: licet enim esset prohibitum in lege, quod non acciperent in matrimonium mulieres Moabitidas. Propter quod Esdras fecit illas eijci cũ filijs suis à filijs Israel, vt habetur.* 1. Esd. 10. c. *Ruth tamen Moabitidis propter actum virtutis ex dispensatione coniuncta est ipsi Booz: quia sicut dictũ est, pro fide vnius Dei suscipienda reliquit terram suam, & venit in Iudæam cum socru sua. Sed oritur dubium quomodo iste Booz genuit Obeth ex Ruth: quia à principio ducatus Iosue, quando s. Salomon accepit Raab, & inde genuit Booz, vsque ad tempus in quo cœpit Heli iudicare populum, in quo tempore ista Ruth venit cum Noemi in Iudæam, fluxerunt 325. anni & plus, vt potest patere computanti tempora iudicũ intermediorum: & ideo dicendum quod tres fuerunt Booz sibi succedentes, auus, filius & nepos: primus genitus est à Salmon de ipsa Raab, & tertius genuit Obeth ex Ruth. Et quia euangelista volebat vsque ad Dauid vnam quaterdenam tantum ponere, ideo istos tres similiter nominatos, & sibi inuicem immediatè succedentes voluit vno nomine comprehendere.*

Dubium Quomodo Obeth genitus sit ex Booz & Ruth.

4 Obeth autem genuit Iesse. *Iste autem alio nomine vocatus est Isai, vt habetur 1. Reg. Sed nomen Iesse hic ponitur, quia de ipso hic agitur, prout Christus descendit ab eo, vt scriptum erat Isa. 11.* Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius, &c. *Et ideo ex nomine Iesse hic posito ostenditur ista prophetia completa fuisse.*

5 Iesse autem genuit Dauid regem. *Iste autem nominatur solus rex, licet ante eũ & post fuerunt plures alij reges: quia iste fuit primus electus in regem secundum beneplacitum diuinum, vt ostensum est supra & propter excellentiam sanctitatis suæ.*

6 Dauid autem rex genuit Salomonem. *Tacetur no-*

genuit Salomonem ex eà quæ fuit Vriæ. Salomon autem genuit Roboam: Roboam autem genuit Abiam: Abias autem genuit Asa: Asa autem genuit Iosaphat: Iosaphat autem genuit Ioram: Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioathan: Ioathan autem genuit Achaz, Achaz autem genuit Ezechiã. Ezechias autem genuit Manassen: Manasses autem genuit Amon. Amon autē genuit Iosiam: Iosias autem genuit * Iechoniã & fratres

¶ Latitudo populi. ¶ Pater dominus. ¶ Attollens ¶ Excelsus. a ¶ Robustus domini. De quo dicitur: Fortitudo mea dominus. b ¶ Profectus id est Christus: de quo Ecclesia quotidie in melius proficit. a ¶ Comprehendens, id est Christus, quia nemo nouit patrem nisi filius. ¶ Obliuio.

sabee se lauantem: placuit ei, & vocauit, iacuitque cũ ea: qua grauida reuocauit Vriam de expeditione, vt sic intraret in domum, & sic partus abscriberetur ei, qui nolēs intrare iacuit in vestibulo dicens, quod dum arca esset in tabernaculis, nõ intraret in domũ suam, Acceptis igitur literis mortis suæ, ad expeditionem reuersus est: & sicut Dauid præceperat occisus est à Ioab. Dauid in solario Christus est, qui *in sole posuit tabernaculum suum*. [Psal. 18.] Bethsabee, puteus satietatis septim⁹ scilicet, lex per cuius cognitionem spiritualis gratia ministratur. Vrias, Iudaicus populus, q per legem de luce Dei gloriatur: Sed huic Christus legem abstulit, quam de se loqui docuit. Ille verò dũ mãdata legis implere nititur: quasi epistolas fert vnde damnetur. Vrias etiã Iudaicus populus qui noluit intrare in domũ. i. spiritualē legis intellectum, dicens, quia arca domini, i. ecclesia est in tabernaculis. i. in figuris. Ideo non intrauit in domum; id est non accipit alium intellectum, sed accipit literas suæ mortis. id est intellectum literalem qui ducit eum ad mortem.

Mysticè Dauid, i. Christus qui Goliam. i. diabolum superauit. [Mysticè. Psal. 23.] Ipse est manu fortis, vel visu desiderabilis. De eodem dicitur: *Dominus fortis & potens, &c.* Et iterum: *Speciosus forma præ filijs hominum*. [Ibidem 44.] Bethsabee, puteus satietatis. i. abundantia gratię spiritualis que munere septiformi est puteus satietatis, in quo est fons aquæ salientis in vitam æternam. Tres prædictæ sine pudore nominis ponuntur, quia non solum culpari, sed etiam laudari meruerunt. Iustus autem nomine dignus est. Sed in hac quia loquendo nequit, saltem silentio nominis quod turpe est tegi. Nomen viri quasi iusti ponitur, vt in hoc immanitas sceleris verecundius memoretur, dum eius causa est occisus. Vxor tamen propter sacramentum ecclesiæ dicitur quæ occiso diabolo in coniugium veri regis asciscitur.

a *Vriæ*. Vria, lux mea Dei scilicet, id est, diabolus, qui dixit: *Similis ero altissimo*: [Isa. 14. c.] cui ecclesiam coniugatam Christus de solario paternæ maiestatis adamauit, & pulchram factam sibi matrimonio copulauit. Vrias qui est figura diaboli, lux mea Deus interpretatur, qui adhuc transformat se in angelum lucis, & lucem Dei se facit. [2. Corint. 1.]

b *Salomon autem*. Christus est Salomon. i. pacificus, quia ipse est pax nostra qui fecit vtraque vnum. [Eph. 2. c.] Ipse est Roboam. i. impetus, populi qui velociter populos conuertit ad fidem.

c *Roboam*. De isto dicitur: *Dabo ipsi Roboam tribum Iudam, vt remaneat lucerna Dauid cunctis diebus in Israel*. [3. Reg. 11. f.] Quod ad literam nõ potest accipi, quia nec Israel cunctis diebus extitit, nec de Dauid post Christum dux aliquis in Israel fuit. Sed Christus lucerna est æterna in cælesti Israel, & ideo seruatur semper. Super solium autem Dauid dicitur sedere Christus, quia regnum Dauid temporale figurauit æternum Christi regnum. [2. Reg. 7. b.]

d *Abias*. Pater dominus: Id est, Christus, qui dicit: *Ego ero illi in patrem, quia tamquam dominus omnia quæcumque voluit fecit*. [Psal. 113. c.] Qui etiam est Asa, id est, attollens, quia ipse abstulit peccata mundi. [Ioh. 1. d.]

e *Iosaphat, &c.* Iudicans vel iudicium Dei, scilicet Christus qui iudicat, indicat orbem terræ in ęquitate.

f *Ioră autē genuit*. Christus est Ioram, id est excelsus, qui ait: *Nemo ascēdit in cælũ nisi qui descēdit de cęlo filius hominis qui est in cęlo*. [Ioan. 3.]

Nota quod Ioram nõ genuit Oziam. sed potius genuit Ochoziam. Ochozias genuit Ioas, & Ioas Amasiam & Amasias Oziã, qui & Axarias. [Ibid. 24. c.]

Ioram duxit filiam Iezabel & fornicatus est, & fratres suos occidit. [Ioh. 3. b. 2. Par. 21 a. Ibidem.] Vnde infirmatus est dolore vteri. vt viscera egereret, quē sequutus Ochozias ingressus est per vias domus Achab. Ioas autem adorauit sculptilia & Zachariam filium Ioiadæ qui eum nutrierat & regem fecerat, occidi præcepit: quia eum de idololatria increpauit. Amasias quoque coluit Deos Seir. Ideo & isti tres de generatione Christi sunt exclusi. secundum illud: *Visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem* [Exo. 20. a.] Sed hoc dictum est de illis qui peccata patrum sequuntur. nam & bonus de malo genitus misericordia est dignus: & malus de bono natus punitur. Alij qui ponuntur quãuis mali fuerint, vel bonos generant, vel à bonis generantur, vt Ioram filius Iosaphat viri iusti. [4. Reg. 5. g. * Ioachim. Ioachim. autē genuit] Ozias pene in omnibus rectum fecit, nisi quòd incensum adolere voluit, vnde & in fronte lepra percussus est. Hic tres reges sunt intermissi: vel ideo quia propositum fuit Euangelistę tres tesseradecades ponere: vel quia Ioram miscuerat se generi Iezabel: & dictum est per prophetam in throno regni quemquam non esse sessurum de domo Achab, nisi in quarta generatione: ideo memoria eius à sancta generatione tollitur vsque ad tertiam generationem: purgata verò labe gētilis familiæ, in quarta origo Christi numeratur. [3. Reg 21. f.]

g *Ozias autem*. Sub Ozia, Ioathan, Achaz & Ezechia, prophetauit Isaias de Christo. Propter peccata principum claudebantur ora prophetarum.

h *Ezechias*. Fortis dominus, ipse est qui dicit apostolis: Nolite timere. Ezechiæ cum esset sine liberis dictum est: *Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues*. [Isa. 38. a.] Ideo fleuit non propter longiorē vitã, cum sciret inde placuisse Deo Salomonē, quia non petijsset ampliores annos: [3. Reg. 3. b.] Sed quia dubitabat ne promissio Dei impleretur cùm se sciret esse de genere Dauid per quē oportebat venire Christum: & ipse erat sine liberis vnde & dicebat: *Non videbo dominum Deũ*, item, *nõ aspiciam hominē vltra &c.* [Isaiæ. 38. b.] E cõtra credebat, quia fidelis est qui promiserat. Deus autem sententiam quã dederat, ad probationem fidei immutat, & spacium generandi dat.

i *Manasses*. Obliuiosus. Iste est qui quasi conuerso peccatori dixit: *Omnium iniquitatum eius non recordabor*. [Ezech. 18.]

k *Amon*. id est fidelis vel nutricius, significans Christum de quo dicitur: *Fidelis dominus in omnibus vijs suis, qui conuocat filios, vt gallina pullos suos*. [Psal. 144.]

l *Iosias* id est salus domini vel incensum. Ille est qui dicit: *Dirigatur oratio mea sicut incensum, &c.* [Psal. 140.]

Iosias, rex iustus, quod non filij eius quos genuit, non in transmigratione: quia nunquam transmigrauit: sed secundum prædestinationem Dei ad transmigrandum, Iechoniam & fratres eius simul ponit, vt quorum est communis iniquitas similis sit & miseria.

NICOLAVS DE LIRA.

men Bethsabee, & exprimitur vir eius qui fuit iustus & bonus, vt patet 2. Reg. 11. *Et vt ostendatur, quod Bethsabee de qua fit aliqualiter mentio, accidentaliter coniuncta est ipsi Dauid, scilicet per mortem Vriæ.*

1 Salomon autem genuit Roboam, &c. *Sub isto Roboam diuisum est regnum Iudæorum in duo regna, vt patet* 3. Reg. 12. *quia decem tribus recesserunt ab eo, & adhæserunt Ieroboam, & tunc dictum est regnum Israel. Duæ autem tribus quæ remanserunt ipsi Roboam, dictæ sunt regnum Iuda.*

2 Ioram autem genuit Oziam. *Sicut patet ex* 4. Reg. *Hic omittuntur tres reges sibi succedentes: quia Ioram genuit Ochoziam. Ochozias autem genuit Ioam: Ioas autem genuit Amasiam: Amasias autem genuit Oziam. Ratio autem huius est secundum Hier. quia Ioram accepit vxorem filiam impijssimæ Iezabelis ideo filij eius vsque ad quartã generationem de genealogia domini excluduntur, & maxime quia Euangelista volebat vitam quaterdenam tantum ponere ratione iam prædicta: ideo oportebat tres reges excludere. Et isti tres ratione prædicta conuenientius alijs remouentur. Sequitur.*

3 Ezechias autem genuit Manassem. *Iste Ezechias non habebat hæredem quando dictum est e per Isaiam prophetam*, *Esa. 38. a. Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non viues: & tunc fleuit non timore mortis, sed propter defectum seminis, timens ne Christus de eo nõ nasceretur & ideo ipso orante cum lachrymis additi sunt vitæ ipsius anni quindecim: & tunc genuit Manassen. Qui quidem* Manasses *licet primò fuerit pessimus. quia de ea scriptum est.* 4. Regum. 21. *c. quod ipse* impleuit Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad eos. *inter quos Isaiã auunculum suum secari fecit: propter quod in captiuitatem ductus est: tamen finaliter pœnituit, & ad regnum suum reductus fuit vt habetur.* 2. Paralip. 33 *ca. Sequitur.*

4 Amon autem genuit Iosiam, *Iosias iste fuit optimus qui in iuuētute sua cœpit quærere dominum, destruxit templa idolorum per totum regnum suum. Sequitur*

5 Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. *Non quia adhuc esset transmigratio quando geniti sunt sed quia imminebat. Nominantur autem fratres Iechonię cum eo, quia similes ei fuerunt in captiuatione. Ioachaz autem qui primus regnauit post Iosiam captiuatus est per regem Ægypti vt habetur.* 3. *Rex. 24. Rex autem Ægypti constituit regem loco ipsius fratrem eius*

feria. Iechonias præparatio domini, quia tam patrem quàm filiū dominus ad transmigrandum præparauit.

4.Reg.23.f. & 24.a. Legitur in libro Regum quòd Iosias genuit Ioachaz: & Ioachim: qui & Heliachim & Sedechiam. Ioachaz successit patri in regnū, quo capto à rege Ægypti substitutus est loco eius Ioachim frater eius. Quo mortuo regnauit Ioachim (qui & Iechonias dictus est) filius eius pro eo: quo capto à rege Babylonis: loco eius Sedechias positus est.

ISID. Veritas historiæ habet, quòd duo fuerūt Iechoniæ, vt vnus scilicet pater sit in fine præcedentis tesseradecadis, alter in principio sequentis. Sed mysticè secundum August. vnus & idem est in fide præcedentis & in principio sequentis. Sed quare prætermissus est Ioachim pater Iechoniæ, forsitan vt typū Christi faceret Iechoniam bis

eius ✝ in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autē genuit Zorobabel. Zorobabel aūt genuit Abiud: Abiud autē genuit Eliachim: Eliachim autem genuit Azor: Azor autem genuit Sadoch: Sadoch autem genuit Achim: Achim autem genuit Eliud: Eliud autem genuit Eleazar: Eleazar autem genuit Mathan: Mathan autem ge-

a ¶ Iechonias præparatio domini quod conuenit Christo qui dicit: vado parare vobis locum.

B numerauit: & Ioachim ne numerus augeretur prætermisit.

Iechonias secundum alios & alios hic pro eodem & altero accipitur. ✱ RABA. Quæritur quare Iechonias dicitur filius Iosiæ, cū Iosias Ioachim, & Ioachim genuit Iechoniā? Si autē eūdem Iechoniam bis numeremus in fine. scilicet præcedentis tesseradecadis & in principio sequentis ad hoc vt tres plene tesseradecades inueniātur: iam non erunt. 42. patres. Diuersis modis soluitur hoc Hier. dicit quòd vterque. pater & filius Ioachim & Iechonias vocabatur: & ita vnum habemus in fine præcedentis tesseradecadis & alterum in principio sequentis, vt cum dicit Iosias genuit Iechoniam, Ioachim intelligamus. Cùm verò dicit: *Iechonias genuit Salathiel*. Ioachim accipiamus. Aug. verò dicit quòd vnus bis numeratur. scilicet. Iechonias, qui & Ioachim dictus est: à quo facta est quædam in exteras gentes deflexio, quando in Babyloniam transmigratum est. Vbi ergo ordo à rectitudine deflectitur & in diuersum tendit, angulum facit: & id quod in angulo est bis numeratur. Transmigratio in Babyloniam, significat transitum apostolorum ad Gentes. In qua transmigratione Christus factus lapis angularis, vtrumque populum complectitur quod ostendit per Iechoniam bis positum.

• Omnes qui à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis numerantur. reges fuerunt.

Hom. 4. in Matth. ✱ a *In transmigratione.* CHRYSOSTOMVS. Captiuitatis Babylonicæ recordatur, vt doceat populum Iudæorum, ne aliqua quidem castigatione correptum, modisque omnibus necessariam fuisse Christi præsentiam. Cur vero nō etiam de Ægypto mentionem facit? Quia Israelitę captiuitatem Ægypti non timebant, Babylonis verò audire sine timore non poterant: quippe cum illud esset antiquum, hoc recens.

b *Iechonias* Prior Iechonias, resurrectio domini, sequens Iechonias pręparatio domini dicitur: Vtrumque congruit Christo, qui est *resurrectio & vita.* (Ioan. 11. b.)

c *Salathiel.* Petitio mea Deus, Christo conuenit qui dicit: Pater sancte, *serua eos quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.* (Ioan. 17.)

d *Salathiel autem genuit Zorobabel.* Hoc in multis scripturis legitur: sed in Paralipomenon filij Iechoniæ: Assir Salathiel, Melchiram & Phadaia, & de Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. (1. Paral. 3. b.) Sed tradunt Hebræi Trinomium fuisse Assir, Salathiel Melchirā & Phadaia. Vel Salathiel & Phadaia fratres filios quos genuerūt vterque suum vocauit Zorobabel. Cum de isto dicat Euangelista Abiud genitum. Paral. dicit quòd Zorobabel Mosollem genuit, & reliquos inter quos Abiud non numeratur: sed multa vicio scriptorum in Paralip. deprauata sunt. vnde multæ & interminatæ genealogiæ inueniūtur quas iubet apostolus vitari.

E e *Zorobabel autem genuit Abiud.* Magister Babylonis. id est confusionis. Illi cōuenit qui mūdum ab errore idololatrię ad viā veritatis reuocauit. Fuerunt viri studiosi ex Iudæis dicti Heriles (Heriles.) propter propinquitatem generis Christi, erantque Nazaræi, qui ordinem genealogiæ Christi partim memoriter, partim ex libris dierum, partim ab auis & proauis retinentes secundum ordinem scripserunt.

f *Abiud.* id est, pater meus. Iste Christo conuenit, de quo dicitur *Ipse inuocauit me: pater meus es tu, &c.* (Psal. 88. d.)

De Abiud vsque ad Ioseph nulla historia inuenitur in libris Paralipomenon sed annales fuerunt apud Hebræos, de quibus Herodes multos comburi fecit, vt cōfunderetur ordo regiæ stirpis: & forsitan Ioseph nomina patrum ibi legerat, vel aliquo modo ibi retinuerat per quem Euangelista seriem hanc generationis posuit. Sed siue hoc siue alio modo, euangelistæ fuit hæc certa generationis successio.

g *Eliachim.* Dominus resuscitans. Ille qui dicit: *Omnis qui videt filium & credit in eum, habebit vitam æternam, & ego resuscitabo eum, &c.* (Iohan. 6. e.)

F h *Azor.* Adiutus. Ille est qui dicit: *Ecce Deus adiuuit me, dominus susceptor est animę meæ.* (Psal. 53. a.)

i *Sadoch* Iustus id est Christus, de quo dicitur: *Iustus dominus & iustitias dilexit.* (Ibid. 10. b.)

k *Achim* id est frater meus iste. Quis alius quam ille qui homo fieri voluit, vt possit habere fratres, de quibus diceret: *Nunciabo, nomen tuum fratribus meis.* (Ibid. 21. c.)

l *Eliud* id est, Deus meus conuenit Christo qui dicit: *Deus meus vt quid dereliquisti me?*

m *Eleazar.* id est Deus meus adiutor. Ille est qui ex persona hominis dixit: *Deus meus sperabo in eum.* (Psal. 90. a.)

n *Mathan* Donās vel donatus. Ille est qui dedit dona hominib. Et de quo dicitur: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret.* (Iohan. 3. b.)

Per hos patres Christus in mundum, & omnium horum in se gerebat officium. Et dignum est vt per eandem lineam sanctitatis, ad

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *Eliachim mutato nomine ipsius: & vocauit eum Ioachim vel Iechoniam. Et iste est qui dicitur hic genitus à Iosia: quem captiuauit rex Babylonis, ducens secum in Babylonem: sed in itinere remisit eum sub iuramento quod ei fideliter seruiret: sed iste Ioachim quarto anno volens rebellare, ab exercitu regis Babylonis captus est & occisus, & cadauer eius extra Ierusalem proiectum. sicut fuerat per Ieremiam prædictum: Ierem. 22. a.* Sepultura asini sepelietur, & regnauit Ioacim filius eius pro eo, *qui similiter dictus est Iechonias, sed aliter scribitur quàm primus: quia pater eius Ioachim per ch. & m. alius autem per ch. & n. & iste regnauit tribus mensib. & postea adductus est in Babylonem captiuus cum matre & nobilibus de terra Iuda: & constitutus est Sedechias auunculus eius filius Iosia rex in Ierusalem à rege Babylonis & 11. anno regni eius, quia rebellauerat captus est à rege Babylonis, & excæcatus est in Babylonem ligatus ductus, & Ierusalem destructa, & templum combustum. vt habetur. 4. Reg. Et sic patet quòd fratres Iechoniæ filij Iosia fuerunt captiuati sicut & ipse: propter quod nominatur cum ipso.*

(Ioachim & Ioachin quomodo & pro quibus nominentur & scribantur. — 4. Reg. 25.)

1 Et post transmigrationem Babylonis. *Iste Iechonias à quo incipit tertia quaterdena non fuit Iechonias filius Iosiæ, sed nepos eius per n. scriptus, vt dictum est: aliter non essent quatuordecim in ista quaterdena vltima.*

2 Salathiel autem genuit Zorobabel. *Et iste Zorobabel est ille sub quo transmigratio redijt de captiuitate. vt habetur. 1. Esdræ. 2.*

3 Zorobabel autem genuit. *Contrarium videtur 1. Paralipomenon. 3. b. vbi dicitur quod* zorobabel genuit Mosollam, Hananiam Salomith. *Est dicendum, quod aliquis istorum fuit binomius: & sic dictus est Abiud, quia plures binomij in sacra scriptura inueniuntur Ab isto Abiud vsque ad Ioseph nulla historia in Biblia reperitur sed apud Iudæos fuerunt aliqui studiosi qui genealogias à Dauid descendentes diligentissime scripserunt propter Christum quem expectabant à Dauid descendere: & ibi Matthęus potuit residuum huius genealogiæ videre. Vel si dicatur quod Herodes illas scripturas combussit, ne linea regia ab alijs distingueretur, vt dicunt aliqui: Tunc dicendum quod Matthęus habuit per reuelationem, quod non habuit per scripturam: quia apostoli & euangelista non fuerunt minus illuminati, immo magis quàm antiqui propheta. Sequitur.*

4 Mathan autem genuit Iacob. *Contrarium dicitur Lucæ. 3. vbi dicitur:* quod Mathat genuit Heli, & Heli genuit Ioseph. *Dicendum quod Mathat & Mathan descenderunt à Dauid: sed Mathat per Nathan, qui fuit filius Dauid adoptiuus Mathā autē per Salomonē. Et isti duo Mathan & Mathat habuerunt vnam vxorem successiuè, & dicta est Hesta: & Hesta à Mathā cōcepit Iacob, & à Mathat Heli: ita quod Heli & Iacob fuerūt fratres vterini: sed de duobus fratribus à Dauid diuersimode descendentibus. Heli autem accepta vxore mortuus est sine semine, & ideo Iacob frater eius accepit vxorem fratris sui, vt ei suscitaret semen & genuit Ioseph, ita quod Ioseph fuit filius naturalis ipsius Iacob, & sic accepit eum hic Matthæus. Fuit autem filius Heli legalis, & sic accepit eum in genealogia Lucas, vt patet in figura sequenti. Ratio autem quare Matthæus describit genealogiam Christi per* (Dubium)

genuit Iacob: † Iacob autẽ genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsque † ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, gene-

¶ Supplantator vel luctator. a ¶ Stella maris. b ¶ Non de quibus, quia sine virili coitu de sola virgine natus


tis ad eũ ascendamus, per quam ad nos descendere est dignatus.

A a *Ioseph.* Apponens Christus qui Iudæis Gentes apposuit, qui & pater Christi dicitur, quem de sua coniuge natum adoptiuè suscepit: sed & putatiuè pater dicitur. *Ioseph* Matthæus dicit filium Iacob, & Iacob filium Mathan. Lucas Ioseph filium Heli, & Heli filium Mathat, sed Mathan & Mathat de eadem vxore Hesta nomine singulos genuerunt. Mathan qui per Salomonem descendit, eam prius duxit & relicto vno filio Iacob obijt, & postea Mathat qui per Mathan descendit de Dauid, eandem duxit & genuit Heli, sic Iacob & Heli fratres sunt vterini. Iacob autem vxorem Heli fratris sui sine liberis defuncti ad suscitandum semen eius accipiens genuit Ioseph natura suum, sed secundum legem Heli filium. Quòd dicitur filius nomine eius vocari cui suscitatur, non est verum cum Booz eum quem genuit ex Ruth, non Elimelech cui suscitatur, sed Obeth vocauit.

Luc. 3. c. — † 27. q. 2. c. genuit. — † ad demigrationem Babylonicã

✠ RVPERTVS. Ecce scala illa

B quæ in somno Iacob apparuit quando parentibus obediens ibat in Syriam, vt de sua cognatione acciperet vxorem. Ecce scala stans super terram, acumen eius tangens cœlum, & Dominus innixus scalæ, qui dixit ad eum, *Ego sum Dominus Deus*, &c Scala illa, generatio Christi, & latera scalæ, summi patres vel principes sunt huius generationis Abraham atque Dauid ad quos promissio facta est, supremus scalæ gradus cui Dominus innixus est, iste est beatus Ioseph vir Mariæ. Quomodo iste Deus & Dominus huic innixus est? Vtique tanquam tutori pupillus, quippe in hoc mundo sine Patre natus est: ita innixus est huic Ioseph, vt esset infantulo iste pater optimus.



b *Virum Mariæ.* Quid ad Christum generatio ex Dauid deducta ad Ioseph, cum Christus non ex semine Ioseph? Sed non est consuetudo scripturarum,

C vt ordo mulierum in generationibus texatur; & ideo non per Mariam, sed per Ioseph inducitur, cum de vna Ioseph & Maria tribu fuerint. Vnde & eam quasi propinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam se confunderet: vnde etiam simul tanquam de vna stirpe profitentur in Bethleem redire cum singulis in suam ciuitatem.

Exemplo Mariæ liquet fidelibus coniugatis seruato pari consensu continentiam posse permanere, coniugiúmque vocari non permixto corporeo sexu, sed custodito mentis affectu. Vnde & Ioseph vir Mariæ dicitur, quia coniugium verum est vbi conseruatur amoris effectus, & in Maria fructus nuptiarum inuenitur.

c *Omnes itaque.* Decurso ordine generationis tandem, in fine concludendo, euangelista recapitulat sub mystico numero.

Diuisio — Tres distinctiones in generatione Christi mysticè insinuant fidem sanctæ Trinitatis, quam concorditer astruit doctrina legalis & euangelicæ institutionis. Tres enim trinitatis fidem, quatuor doctrinam euangelicam, decem, legis significat institutionem. In tres tesseradecades diuiditur hæc generatio. Prima est ab Abraham vsque ad Dauid, ita quòd Dauid includatur.

D Secunda, à Dauid, id est, iuxta Dauid, à Salomone incipit, & in priorem Iechoniam finitur. Tertia. à secundo Iechonia in Christo terminatur: ab Abraham vsque ad Dauid & à Dauid vsque ad Christum tria in hac distinctione notantur tempora ad Christum currere. Ante legem in quo Abraham naturale seruans mandatum. Post legem quam Iudæi præuaricantes captiuantur. Post gratiam per quã omnes de captiuitate soluuntur. Et in his singulis bis septẽ sunt: quia gratia spiritussancti in homine geminatur, vt cor & carnem in vnum iungens faciat vtrumque exultare in Deũ. Quod autem ter. 14. veram significat religionem. Quatuor enim & decem nouum & vetus Testamentum indicant: quia via ad Christum per decem verba legis & quatuor euangelia prædicatur, ita tamen vt quicquid ascribitur trinitati quæ Deus est, consecremus, quia nulla præceptio impletur, nisi hic numerus colendi Deũ teneatur. Vt & hãc viam esse peruenien di ad Christũ (qui est nostra terra promissionis) scias, totum numerum collige in summam, &

E sunt 42. quo numero mansionum veri Hebræi de Ægypto ad patriam veniunt. Et bene hoc numeri sacramento venimus ad patriam, quo Christus à patriarcha cui promissus est, peruenit ad virginẽ, quasi ad Iordanem, spiritussancti gratia abundantem. Et ideò euangelista numerauit ab Abrahã quadraginta duas generationes, velut cœlestis patriæ mansionis: in fine Christum supputans, quæ est consummatio viæ & mansio vitæ. In Abraham primum fides iustitiam reputatur: quod est initium viæ vel vitæ ad requiem. Ideo. 42. quia hoc numero præsens ecclesiæ tempus ostenditur, quo dominus bene operantibus cooperatur. Septies enim seni. 42. sunt. Sex ad opera, septem ad requiem pertinẽt: vnde bene populus ille sub spe intrandi in requiem, per septies sex mansiones castra metatur, in quarũ vltima Iesu duce, patefacto Iordane requiem intrat. Sic noster Iesus quadregesimasecunda generatione ab Abraham credente, lauacra baptismi & cœli ianuas patefecit.

F Sub eiusdem numeri sacramento nos cursu virtutum ad patriam tendimus, dum quotidie prælibando gustu cœlestium fruimur, & patienter promissum expectamus.

Matthæus in hac vita (quæ quatuor temporum cursu labitur, in qua regi nos oportet à Christo secundum laboriosam disciplinam qua filios flagellat, quæ in decem propter decalogi mandata signatur) per quadragenarium numerum regem Christum venisse testatur, addito binario propter duo Testamenta quibus regi nos oportet. Vel duo præcepta charitatis in quibus tota lex continetur, & completur vetus scriptura. Quapropter in generationibus Matthæi quæ descendendo enumerantur: nostrorum signatur susceptio peccatorum. In generationibus autem Lucæ (quæ ascendendo vsque ad Deum perueniunt, cui mundati reconciliantur per Christi sacerdotium) intelligitur nostrorum ablutio peccatorum. Ideo in septuagesimoseptimo numero tota eius enumeratio completur, in cuius mysterio Saluator remittendum esse peccanti dicit: Denarius enim iustitiæ est numerus, vndenarius transgressio est denarij: qui ☞ septies

Matt. 22. d.

NICOLAVS DE LIRA.

℞ sti per Salomonem filium eius naturalem hæc est: quia describit assumptionem nostræ humanitatis à Deo: Lucas autem per Nathan filiũ adoptiuum: quia describit reductionem nostram in Deum, quæ fit per gratiam adoptionis.

1 Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. *Cum Ioseph non fuerit pater Iesu vt habetur. in eodem capitulo, non videtur esse sufficienter probatũ per istam genealogiam sic descriptam, quòd Iesus filius Mariæ fuerit de stirpe Dauid. Dicendũ quod immo: quia Ioseph & Maria fuerunt de eadem tribu: quia mulier non poterat nubere cum viro alterius tribus, quando ad ipsam pertinebat hæreditas paterna vt patet Num. 36. c. De filiabus Salpharao. Beata autẽ virgo Maria fuit vnica Ioachim patri suo: & ideo ex lege cogebatur viro suæ tribus nubere: propter hoc etiam iuit cum Ioseph in Bethleem ciuitatem Dauid vt profiteretur cum eo, vt habetur Luc. 2. Modum autem per quem fuerunt de eadem tribu Damascenus describit dicens, quod Melchi habuit fratrem nomine Pantheã qui genuit Barpanthera: & hic genuit Ioachim, qui genuit beatam Mariam. & sic beata Maria descendit à Dauid per Nathan secundum Damasc. lib. 4. orthodox. fid. c. 6.*

A ſepties ductus explicat ſeptuageſimum ſeptimum, in quo numero tanquam vniuerſalis peccati fit plena remiſſio peccatorum per Christum aſcendentibus ad Deum. Nec eſt mirandum, quòd Lucas plures ſucceſſiones ponit à Dauid vſque ad Christum, Matthæus pauciores: cùm ille ponat alias perſonas, ille alias, & ex his forſan alij minus, alij plus vixerunt. Nota non eſſe conſuetudinem ſcripturarum, vt in generationibus ſucceſſionis, ordo in mulieribus tribuatur: ideo generatio Ioſeph ordinabiliter ponitur qui de B eadem tribu, de qua beata Maria fuiſſe cognoſcitur.

Succeſſionis ordo in generationibus, mulieri non tribuitur.

† deprehẽ ſa eſt grauida.

a ¶ Per quam dignatus eſt venire. b ¶ Non ait ſic facta eſt, quia ſemper apud patrem erat.

a b rationes quatuordecim. Chriſti autem † generatio ſic erat. [1]

a ¶ Vt per Ioſeph de Dauid monſtraretur.

c cum eſſet deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph antequã conue- [2] [3]

a ¶ A Ioſeph. b ¶ Ecce illud nouum, Mulier circundabit virum non aliunde quàm ex ſe gignendo.

a ¶ De quo eſt qui concipitur & generatur. c ¶ De poteſtate non ex ſubſtantia: ne ſpiritus dicatur incarnatus.

d e nirent, † inuenta eſt in vtero habens de ſpirituſancto. † Ioſeph [4] [5] [6]

¶ Sponſus. a ¶ Pro traducere Græci habent παραδειγματίσαι b ¶ Ne ſi palam eſſet vt adultera puniretur.

f g aũt vir eius, cum eſſet iuſtus, & nollet eã † traducere, voluit oc- [7] [8] [9]

D virgo viri ſolatio ſuſtentaretur, & vt diabolo partus occultaretur, qui nequit ſatis dignoſcere an ex ſemine natus ſit, an de virgine: & ne virginibus eſſet excuſatio infamiæ quòd mater Chriſti infamata fuerit. Deſponſatio fiebat per aliquot dies ante aſſiduam cohabitationem, & interimerat vxor ſub cuſtodia viri.

d *Antequam conuenirent*. Non quòd poſtea conuenerint: vt ſi diceremus antequam pœnituerit, morte præuentus eſt. E Non quòd poſtea conuenerint ſed oſtendit proximum tempus nuptiarum, in quo nuptiarum ſolemnia celebrantur.

† natiuitas

† 27. q. 2. prius quam &c. inuenta c. genuit De verbo. ſig. c. 4.

† infamare

psal. 44.

a *Chriſti autem generatio*. Sine additamento, Ieſu, ponit, vt eum intelligas de quo propheta: *Vnxit te Deus tuus*. Ieſus, quod ſubſtantialiter illi conuenit, angelo reſeruat, vt qui poſt dicturus eſt conceptum de ſpirituſancto, nomen ei proprium ex ſaluationis officio ſublimius declaret.

b *Sic erat*. Sicut dictum eſt, vt ex Ioſeph, origo Mariæ, quæ eſt de Dauid clareſceret: & Chriſtus, non ex eius ſemine, vt Deus & homo, per genealogiam homo, per hoc, de virgine de ſpirituſancto Deus oſtenditur. Sic inquam erat vt præſcripta eſt & mox dicetur, ſicut poſtea ſignis & prodigijs manifeſtatur, vt totus li- C ber Deum, & hominem natum demonſtret: Quod eſt credendum vt poſſit intelligi. Hic enim ſenſus deficit humanus, vbi non eſt natura, ſed virtus: qui non credit, non intelligit, quòd virgo peperit, quòd verbum caro factum eſt.

Hom. 6. in Luc. Quare Maria virgo deſponſata Chriſtum cõceperit.

c *Cum eſſet deſponſata*. ORIGE. Ideo deſponſata vt ſignificaret eccleſiam, quæ virgo eſt & ſponſa: Et vt per Ioſeph origo Mariæ oſtenderetur: Vel vt Ioſeph eſſet teſtis caſtitatis defendens eam ab infamia ſuſpicionis, & ne vt adultera damnaretur, & vt virgo

e *Inuenta eſt in vtero habens*. Inuenit Ioſeph in vtero habere, ſed non de ſpirituſancto ſciebat eſſe: cum poſtea vt dubius deliberaret dimittere eã. Apoſtolus autem hoc addit ne interim ſurreperet ſuſpicio lectori. Quomodo hoc factum ſit, & quo ordine, vel in qua ciuitate Chriſti conceptio ſit celebrata, hoc prætermiſſum, à Luca exponitur.

f *Iuſtus*. Per fidem, qua credebat Chriſtum de virgine naſciturum, & voluit ſe humiliare ante tantam gratiam.

Quod iuſtus erat, hoc eſt teſtimonium caſtitatis Mariæ, vt qui ſeruat innocentem, iuſtus dicatur: ſed & pius dũ nollet propalare, ex conſcientia caſtitatis iuſtus, ex timore pius. Sciebat illam eſſe inculpabilem: ſed vnde vel quid eſſet ignorabat: & ideo mediam elegit viam effugiendi, vt neque innocentem proderet, neque rei incognitæ conſentiendo ſe reum faceret coram Deo. Vera virtus eſt, cùm nec pietas ſine iuſtitia, nec ſine pietate iuſtitia, quæ ſeparatæ ab inuicem dilabuntur. F

g *Et nollet eam*. Quam deſponſauerat in coniugium ducere, ne videretur

NICOLAVS DE LIRA.

Diuiſio.

1 Chriſti autem generatio ſic erat. *Deſcripta genealogia Chriſti in quo Matthæus oſtendit Chriſti veram humanitatem, hic oſtendit diuinitatem eius per modum conceptionis eius mirabilem. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur beatæ virginis mira impregnatio: Secundo ipſius Ioſeph digna dubitatio, ibi:* Ioſeph autem cum eſſet iuſtus. *Tertio magna dubij certificatio, ibi.* Hoc autem eo cogitante. *Dicit ergo primo:* Chriſti autem generatio, &c. *Quaſi dicat ne credatur, quod Ieſus ſit genitus ex commixtione maris & fœminæ ſicut præcedentes: & ideo deſcribitur modus mirabilis qui ſequitur.*

2 Cum eſſet deſponſata mater eius. *Id eſt, Chriſti.*

3 Ioſeph. *Scilicet ſponſo ſuo.*

4 Antequam conuenirent, *Carnaliter ſcilicet. Non quia poſt conuenirent, vt inf. dicetur.*

5 Inuenta eſt in vtero habens, *Inuenta inquam à Ioſeph, qui curam virginis habebat.*

6 De ſpirituſancto: *Iſtud refertur ad verbum præcedens, cum dicitur:* Habens in vtero: *quia hoc fuit virtute ſpirituſſancti. Illud enim quod in generatione aliorum hominum fit per virtutem ſeminis deciſi a patre, & recepti à matre in matrice fuit factum virtute ſpirituſſancti in virgine: virtute cuius ex puriſſimis ſanguinibus beatæ virginis fuit corpus Chriſti formatum, & in eodem inſtanti animatum, & à verbo aſſumptum: quia cum infinita ſit virtus ſpirituſſancti, poteſt omnia operari in inſtanti.*

Quæſtio.

Sed quæritur quare iſta conceptio Chriſti non fuit facta antequam virgo deſponſaretur ipſi Ioſeph. Dicendum quòd beatus Ambroſius ſuper Luca ad hoc aſſignat multas rationes, quarum aliquas accipio. Primò enim iſtud fuit rationabile ex parte pueri: quia ſi conceptus fuiſſet ante deſponſationem, potuiſſet rationabiliter à Iudæis ſicut illegitimus repudiari, & non ſicut Chriſtus recipi. Secundò: quia puer propter perſecutionem Herodis erat in Ægyptũ portandus & reportãdus: ideo ſpõſus Mariæ erat ad hoc & conſimilia neceſſarius. Item hoc fuit ex parte virginis neceſſarium, vt haberet miniſtrum, non ſuſpectum, ſed ſibi coniunctum vt ſponſum. Itẽ hoc fuit rationabile ex parte noſtra: quia ſicut per Thomam palpantem cicatrices Chriſti, certificati ſumus magis de reſurrectione Chriſti quam per alios, ita per Ioſeph magis certificati ſumus de virginitate Mariæ: quia dolore iniuriæ fuiſſet motus ad vindicandũ opprobrium niſi in virgine cognouiſſet diuinum ſacramentum.

aliaquæſtio

Item quæritur hic: Cum Maria eſſet iam deſponſata Ioſeph & in domo eius, vt dicit Chryſoſt. quare non acceſſit ad cognoſcendum virginẽ?

Dicendum quod modus erat iuſtorum non perficere matrimonium per carnalem copulam, niſi prius vacarent orationi per aliquod tempus implorando diuinam miſericordiam, vt patet Tobiæ 8. *Et tunc creditur reuelatum eſſe ipſi Ioſeph propoſitum Mariæ de obſeruanda virginitate. Licet enim cogeretur ad matrimonium contrahendum ſecundum temporis illius modum, propter rationes prædictas, tamẽ habebat virginitatem in deſiderio & propoſito, ſed votum non expreſſit. Contraxit igitur matrimonium committens ſe diuinæ voluntati: & tunc ex reuelatione diuina creditur, quod Ioſeph cognouit propoſitum Mariæ, & tunc ex cõmuni conſenſu vouerunt virginitatem: quia vt creditur Ioſeph adhuc virgo erat. Cuius ratio eſt, quia cum Chriſtus in paſſione ſua nulli matrem ſeruandam tradidit niſi virgini, non eſt probabile, quòd ante conceptum dum adhuc eſſet iuuencula traderetur alicui niſi virgini cuſtodienda.*

7 Ioſeph autem vir eius &c. *Hic ponitur Ioſeph digna dubitatio. Emiſſo autem voto prædicto angelus Gabriel venit ad virginem ignorante Ioſeph, & impregnata eſt de ſpirituſancto, vt habetur Luc. 1. Et ſtatim de licentia Ioſeph abijt ad cognatam ſuam ſcilicet ſanctam Elizabeth vt ei prægnanti ſeruiret, & natum filij ſui præcurſorem videret: & ibi manſit tribus menſibus vſque ad peractam præcurſoris natiuitatem. Ipſa autem redeunte vidit Ioſeph vterum eius grauidum: incurrit hoc vehementem ſuſpicionem. Nec fuit mirum propter Mariæ longam abſentiam: ex altera parte tantum tenebat de Mariæ ſanctitate, vt dicit Chryſoſt. quod ſibi videbatur impoſſibile eam cecidiſſe.*

8 Cum eſſet iuſtus & nollet eam traducere. *Id eſt, propalare, quia non erat certus de crimine. Et ideo.*

9 Voluit occultè dimittere eam: *Ne forte ex oppoſita parte* faueret

MORALITER.

7 *Ioſeph autem vir eius, cum eſſet iuſt. &c.* Per Ioſeph cogitantem dimittere Mariam, qui certificatus de myſterio per angelum, accepit eam vt dominam, ſignificatur homo, dubitans in fide vel moribus qui per prædicatorem vel confeſſorem bonum in fide ſolidatur, & ſubijcit ſe ei in illis quæ fidei ſunt orthodoxæ.

MORA-

videretur quod ignorabat celare. Vel traducere ad pœnam in q[illegible] nouerat non esse infamiam, quia sciebat se eam virginem accepisse, intactam seruasse.

A

Hom. 1. in diuersos.

✠ ORIGENES. Quoniam virtutem mysterij & sacramentũ quoddam magnificum in ea cognoscebat, cui approximare se indignum estimabat, ideò humilis quærebat se longe facere, sicut Petrus cum dixit, exi à mè domine, quoniã homo peccator sum.

Hõ. 14. de nati. dom.

✠ AVGVSTINVS. Secum æstuabat disputans & dicens, Quid faciam? prodo, aut taceo? Si prodidero adulterio non consentio, sed vitium crudelitatis incurro, quia secundum Moysi sententiam lapidandam eam esse cognosco. Si tacuero malo cõsentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malum est, adulterium prodere peius est. dimittam eam à coniugio.

† 17. q. 4. c. si quis desponsauerit & in ca. institutum. & ca. genuit. & c. priusquam.

† genitum.

B

a *Hac autem eo cogitante.* Hîc docemur diu deliberandum esse in incertis, ne peccetur temeritate leuitatis.

b *Ecce angelus domini.* quia sic pie cogitat, consolari meretur, & consilium suum meliori consilio mutatur.

† Isa. 7. c.

✠ RVPERTVS. Quare timorem eiusmodi venire Deus permisit? Quare non præuenit? Quare angelum non misit antea? Videlicet vt tentaretur, vt manifestum fieret tam sanctis Angelis, quàm hominibus de ipso quod esset iustus, & talis qui dignè sic deberet appellari, Ioseph filij Dauid.

c *Fili Dauid.* Recognosce quod promissum est domui Dauid, de qua tu es & Maria, & vide impletum in ea.

d *Noli timere.* Quamuis tantum sit quãtum credis, & ne timeas pro reatu sed amplectere charitatis intuitu.

C

Hom. 1. in Math.

✠ ORIGENES. Ne timueris, inquit, ne conturberis, sed securus & intrepidus accipe eam, sicut commendatum cœlestẽ thesaurum, vt deitatis diuitias & plenissimam sanctitatem.

✠ EVTHIMIVS. Quid est autem accipere? Intus retinere, vel ad seipsum rursus capere. Iam enim mente ab ipso diuisa erat. Accipere verò non ad nuptias, sed ad custodiam. Vxorem quoque dixit, vt inde eum certiorem faceret, quod à nullo viro cognita esset.

e *Coniugem.* Coniux erat non concubitu, sed affectu, non coniunctione corporis sed copulatione animorum.

Nota coniugem dici à prima fide desponsationis. Igitur dispensationis est, si quis permittitur aliam ducere post sacramentum sponsionis, & si nunquam debitum soluere possit.

Bene Ioseph vir, & Maria cõiux dicitur cum in eo seruatur affectus

a ¶ Ne si retineret, nesciens euentum rei, quasi conscius esset peccati. b ¶ Vt occulte dimitteret.

a culte dimittere eam. Hec autem eo cogitan- 1

¶ Non delusor. a ¶ Non manifesta visione: quia dubietate animi premebatur, velut somno infidelitatis. b ¶ Ne vlterius premeret dubietas quem commendabat æquitas.

b te, ecce angelus domini in somnis apparuit

a ¶ Familiarem & notum ostendit, cuius nomen & genus dicit.

c d Ioseph, dicens: † Ioseph fili Dauid, noli ti- 2 3

a ¶ Secundum præceptum legis nominatam.

e mere accipere Mariam coniugem tuam.

a ¶ Et ne suspiceris quod de alio sit. Quod enim, &c. b ¶ Iam conceptum.

f Quod enim in ea † natum est, de spiritusan- 4 5

a ¶ Non impones, quod ab æterno impositum est.

g h cto est. Pariet autem filium, & vocabis no- 6

a ¶ Saluatorem. b ¶ Subdit causam nominis. c Quod solius est Dei.

i k men eius Iesum. Ipse enim saluum faciet po- 7

a ¶ Quos prædestinauit. b ¶ Quæ ex eis sunt. c ¶ Hoc quod narrat, testimonio prophetico cortius facit.

l pulum suum à peccatis eorum. Hoc autem 8

m totum factum est, vt adimpleretur quod

¶ Esaiam.

dictum est à domino per prophetam, di-

a ¶ Quasi ex substantia suæ carnis, non aliunde tanquam per coitum viri.

n centem: † Ecce virgo † in vtero habebit, &

D

ctus amoris, quod verum coniugium, & in ea sine coitu est fructus nuptiarum.

Libr. 2. de consensu Euangel. cap. 1.

✠ AVGVSTINVS. Hoc exemplo magnificè insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia posse permanere vocarique coniugiũ, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu.

f *In ea natum est.* De ea nasci, est in lucem produci. In ea verò nasci, est concipi, vel secundum præsentiam angeli quam habet ex Deo: cui futurum quasi præteritum, natum dicitur.

g *De spiritusancto est.* Spiritussanctus dicitur Deus, & donum Dei, & charitas, & sola charitas eum incarnari fecit.

h *Pariet.* Ne videretur Ioseph non esse necessarius ei. Subdit *Pariet.* Et ita eris necessarius procurationi.

E

i *Et vocabis nomen eius Iesum.* Idẽ dicit isti quod prædixerat Mariæ vt promissum Saluatorem iam venisse tam viris quàm fœminis representet ex voce.

k *Ipse enim.* Nomen interpretatur.

l *Hoc autem.* Quòd propinquo est desponsata: Quod inuenta est in vtero habẽs: Quod peperit virgo: Quod Iesus vocatus est: Quod saluat. Hoc enim ait Euangelista, quãdo iam omnia impleta erãt.

† Erit prægnans. Phophetia

m *Vt adimpleretur.* Isaiæ prophetia, signum est præscientiæ Dei, quia quod dicit certum est à Deo præsciri: & ideo ab homine debet timeri. Nullum autem signum quod designat, efficit: sed tantum signat quod ostendit, sic prophetia non necessitatem eorum facit quæ prædicit, sed signum est præscientiæ Dei.

HIER. Non est necessitas rerum ex eloquio prophetarum, sed sola exhibitio veritatis. Prophetia non facit necessitatem eorum quæ dicit, sed signum est præscientiæ Dei.

F

Prophetia alia est ex prædestinatione Dei, quam necesse est omnibus modis euenire, vt sine nostro impleatur arbitrio: vt hæc de qua hic agitur. Alia est ex præscientia Dei cui nostrum admiscetur arbitrium. Alia est, quæ comminatio dicitur, quæ fit ob signum animaduersionis diuinæ, vt fugiant à facie arcus electi, & iustè pereant incauti, & non ex præscientia: quia longè aliter scitur, quàm futurum comminetur.

n *Ecce virgo.* Admiratur propheta Isaias, & quasi omnes de somno suscitans, ait: *Ecce virgo in vtero habebit.* spirituisancto præsens erat quod in tempore nondum erat.

Isa. 7. c.

Ecce virgo. Dicunt Iudæi, quòd non est hoc nomen integritatis, sed ætatis puella. Sed quomodo tunc est signum? Sensum Isaiæ sequitur, non verba. Pro concipiet, ponit: *In vtero habebit*: & vocabunt, pro vocabis, vel vocabitur.

Emmanuel

NICOLAVS DE LIRA.

faueret sibi in crimine. Et benedicitur, quod occultè: ne si in palam eam relinqueret, nesciret respondere determinatè causam dimittendi eam hoc quærentibus, cum haberet argumenta sibi insolubilia ex vtraque parte, vt visum est. Sed quæritur hic quare Maria non dixit ei diuinũ secretum? Est dicendum quod talia non sunt reuelanda, nisi quantum se extendit voluntas diuina: & ideo beata virgo tacuit, tenens firmiter quod sicut istud secretum fuerat reuelatum sanctæ Helisabet, vt habetur Luc. 1 *sic reuelaretur alijs competenti tempore ex beneplacito diuinæ voluntatis. Similiter quæritur, quare Ioseph non petiuit ab ea? Dicendum, quod pro nihilo petisset, quia ipsi Mariæ pro se dicenti non credidisset: & iterum ex diuina dispensatione hoc factum est, vt per reuelationem angeli ipse sic certificaretur quod de cætero nullo modo dubitare posset.*

Quæstio.

1 Hæc autem cogitante, ecce angelus domini in somnis. *Hic ponitur ipsius Ioseph dubitatis magna certificatio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur certificatio quantum ad intellectum. Et secundo ostenditur hæc certificatio per effectum, ibi:* Surgens autem. *Prima adhuc in duas: quia primo ad certificationem ipsius ponitur testimonium angelicum. Secundo, ad fidei nostræ confirmationem producitur testimonium propheticum, ibi:* Hoc autem totum factum est. *Ad euidentiam primæ partis aduertendum, quod magnum malum fuisset, si ad modicam horam ipse Ioseph beatam virginem quæ spiritu sancto conceperat, dimisisset: ideo cum adhuc de hoc deliberaret certificatus est per angelum antequam ab ea discessisset. Et hoc est quod dicitur:* Hæc autem eo cogitante: ecce angelus domini in somnis apparuit Ioseph dicens. *quia anima clausis sensibus exterioribus, ad recipiendum reuelationem magis est apta: quia tunc non est per occupationem sensuum exteriorum impedita. Sequitur.*

Diuisio.

2 Ioseph fili Dauid, *Quia de Christo volebat loqui, qui erat promissus ipsi Dauid: ideo de ipso Dauid memoriam fecit.*

3 Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. *non ad carnalem copulam, sed ad cohabitationem cum ea, & deuotam ministrationem. Subditur ratio.*

4 Quod enim in ea natum est. *Non dicit, ex ea: quia natiuitas in vtero est quando fœtus animatur, & illa erat completa: sed adhuc natiuitas ex vtero tempore debito expectabatur.*

5 De spiritusancto. *Miraculosè facta est conceptio, non interueniente adulterio. Sequitur.*

6 Pariet autem filium. *s. quando erit natiuitas ex vtero.*

7 Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *In hoc autem ostendit angelus eum verum hominem, in partu virginis: verum Deum, in salute populi à peccatis: quia nullus potest saluare à peccatis, nisi Deus.*

8 Hoc autem totum factum est. *Hic ad certificationem nostræ fidei adducitur ad hoc testimonium propheticum. Vnde ista sunt verba Euangelistæ scribentis, non angeli loquentis. Volebat enim ostendere in hoc completam esse prophetiam. Isaiæ 7. ca.* Ecce virgo in vtero habebit & pariet, &c. Sequitur.

1 Et

A a *Emmanuel:* Proprium eſt Chriſti, vt Ieſus, quia cum his quos ſaluat, ſemper adiuuando perſeuerat.

Tribus de cauſis de veteri Teſtamento aſtruit ea quæ ponit in Euangelio : Pro teſtificatione, vt habeat teſtimonium à lege & prophetis : Pro confirmatione fidei : quia facilius credimus cum videmus impleta quæ ſunt prædicta : Pro coniunctione noui & veteris Teſtamenti.

B b *Exurgens autem Ioſeph à ſomno.* BEDA. MORALITER. Quiſquis à Deo mouetur, ſoluat moras, ſurgat à ſomno faciat quod iubetur.

† excitatus.

c *Fecit ſicut præcepit.* Perfecta obedientia. Fecit non tantū quod præcepit angelus, ſed etiam ſicut præcepit. Exhibitione ſeruitutis, & effectu amoris obediens rectè dicitur feciſſe ſicut præcepit ei angelus.

C † adiunxit.

d *Angelus domini.* Non relinquitur mentiendi locus, vbi officium angelorum celebratur.

a ¶ Alias vocabunt: primo angeli pſallentes, inde apoſtoli prædicantes, vel alij credentes.

a pariet filium. & vocabitur nomen eius Emmanuel : quod eſt interpretatum nobiſcum Deus. b † Exurgens autem Ioſeph à ſomno fe- c cit d ſicut præcepit ei angelus domini. e † Et accepit coniugem ſuam, & non cognoſcebat f eam donec peperit filium ſuum primogenitum: g & vocauit nomen eius Ieſum.

a ¶ Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. ¶ Nobiſcum i. in homine Deus. ¶ Dubietatis. a ¶ Non malignus. ¶ Propter prædictas cauſas. a ¶ Ad opus coniugale. ¶ Propter ſecreta quæ didicerat. a ¶ Id eſt ſubſtantiæ ſuæ. b ¶ Ante quem nullus nec poſt quem alius. a ¶ Die octauo quo fiebat circuncisio & nomen imponebatur.

e *Et accepit coniugem &c.* Ad vitandā virginis infamiā ad celandū ſaluatoris aduentū, ad neceſſarium pueri naſcentis obſequiū. D

f *Donec peperit.* Non quod poſt, quod magis conſtat. cum multis modis cognouit Deum eſſe qui natus eſt.

Non quod poſtea cognouerit : ſed ponitur donec, pro &, vel pro æterno, vt: *Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Pſal. 109.

E Dicitur quod Ioſeph Mariam facie ad faciem videre non poterat, quam ſpiritusſanctus à conceptione impleuerat penitus. Et ideo non cognoſcebat facie ad faciem quam deſponſauerat, donec vterus euacuaretur : de quo hic non agitur.

† de verb. ſign. cap. 5.

g *Primogenitum: & vocauit nomen eius Ieſum.* Primogenitum dicitur omne quod aperit vuluā, ſiue aliud ſequatur ſiue non. Vel primogenitus inter omnes electos per gratiam. Propriè autem vnigenitus Dei patris vel Mariæ dicitur. F

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vocabitur nomen eius Emmanuel. *Per hoc oſtenditur veritas deitatis & humanitatis in Chriſto. Prius enim erat nobiſcum Deus per eſſentiam, potentiam & præſentiam. Similiter erat per gratiam nobiſcum quantum ad ſanctos patres: ergo illud nobiſcum, importat hic ſpecialem vnionem quæ facta eſt per noſtræ humanitatis aſſumptionem*

2 Exurgens autem Ioſeph &c. *Hic ponitur ipſius Ioſeph certificatio per effectum: quia exurgens à ſomno certificatus de virginitate Mariæ ad mandatum angeli.*

3 Accepit coniugem ſuam &c. *Tanquam dominam ſuam ei obſequioſè miniſtrando.*

4 Et non cognoſcebat eā &c. *Quod exponunt aliqui de cognitione faciei, dicentes quod ex præſentia Chriſti in vtero virginis tanta erat claritas in eius facie, quòd Ioſeph non poterat eam cognoſcere, ſicut dicitur de claritate faciei Moyſi ex conſortio ſermonis domini:* quod non poterant intendere in eam filij Iſrael, *vt habetur. 2. Cor. 3.*

Aliter exponit Hieron de cognitione carnalis copulæ, quia cum ea vouerat virginitatem, vt dictum eſt. Sequitur.

5 Donec peperit. *Ex hoc loco dixit Eluidius hæreticus, quòd Maria licet à Ioſeph non ſit cognita ante partum Chriſti, tamen poſt eius partū ab eo cognita fuit, & alios filios peperit. Quod arguit ex hoc quod dicitur hic*: Non cognoſcebat eam donec &c. *ergo poſt partum cognouit. Item ex hoc quod ſubditur:* Primogenitum, *quia primogenitus non dicitur niſi reſpectu aliorum filiorum ſecundo genitorum. Hoc etiam confirmatur, quia Ioh. 3. legitur Chriſtum fratres habuiſſe. ſed hoc non valet : quia ſicut dictum eſt: Maria & Ioſeph virginitatem vouerant. Item beata virgo fuiſſet ingratiſſima, ſi tanto ac tali filio non fuiſſet contenta. Item Ioſeph qui dicitur ſanctus ſceleratiſſimus ac præſumptuoſiſſimus fuiſſet ſi templum ſpiritusſancti, & ſpeciale habitaculum Dei violare ac polluere præſumpſiſſet. Ad primum ergo dicendum, quòd hæc dictio, donec aliquando ſignificat tempus determinatum, quo tranſacto ſit aliquid. ſicut dicitur : Iſte non comedit donec eſſet hora ſexta. hoc eſt intelligendum quòd completa ſexta comedit, & ſic non accipitur hic. Alio modo accipitur pro ſemper: ſicut in Pſal. habetur de Chriſto:* Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. *Non eſt ſic intelligendum, quod quando inimici eius erunt poſiti ſub pedibus eius tempore iudicij, quòd tunc dimittat ſedere ad dexteram patris: immo æternaliter ſedebit. & hoc modo accipitur donec cum dicitur*: Non cognoſcebat. *Ad ſecundum dicendum quod Chriſtus primogenitus filius virginis dicitur, non quia alij fuerunt poſt ipſum, ſed quia nullum peperit ante eum, & hoc modo accipiebatur in lege: vbi præcipiebatur quod primogenitus Deo offerretur : & ſi aliqua mulier pariebat vnicum, tanquam primogenitum offerebat illum. Ad tertium dicendum quod in euangelio fratres Chriſti, nominantur cognati eius germani, quia de eadem cognatione, ſicut Abraham & Loth dicuntur fratres, Geneſis. 13. b. vbi dicitur:* Ne ſit iurgium inter me & te: fratres enim ſumus : *& tamen Loth erat nepos eius. Et ſic patet propoſitum.*

Pſal. 109. Geneſ. 13.

ADDITIO. I.

In cap. 1. vbi dicitur in Poſtilla. Sed illud non videtur probabiliter dictum.

Sententia Hieronymi ſane intellecta non videtur improbari rationabiliter per obiectiones Poſtillatoris. Ad cuius intellectum attendendū, quod peccatores poſſunt intelligi dupliciter ſcilicet peccatores finaliter impœnitentes. de quibus in Pſal. Deficiant peccatores à terra, &c. *Vel peccatores qui per pœnitentiam iuſtificantur. ſicut ibi*: Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores, *ſcilicet ad pœnitentiam, Matth. 9 b. Et de his loquitur Hier. cum dicit: Qui propter peccatores venerat ſcilicet propter peccatores finaliter pœnitentes: propter tales enim Chriſtus tantum venit ſecundum efficaciam non autem propter peccatores finaliter impœnitentes: propter quos non venit efficaciter niſi ſecundum ſufficientiam tantum vt eſt manifeſtum.*

Item attendendum, quod peccatrices in genealogia Chriſti nominatæ ſunt huiuſmodi. ſcilicet finaliter pœnitentes. Fuerunt enim in peccato ſatis famoſæ, & deinde ad iuſtitiam converſæ: ſic quod de earum iuſtitia finali rationabiliter ſit præſumendum : Quod ſic patet. Nam Thamar cum eſſet Chananæa ſimiliter & Raab, idololatræ fuerunt. vnde earum nationes in ſcripturis ſacris ſæpe de idololatria reprehenduntur, vt in quam plurimis locis ſacra ſcriptura reperitur. Ruth etiam Moabitis ex genere reprehenditur in ſcriptura, vt patet. Bethſabee fuit notoriè adultera. De iuſtificatione autem Raab & Ruth ſatis patet in poſtil. De iuſtificatione autem Thamar patet Geneſ. 38. eo quod poſt eius condemnationem per Iudam fuit ab eo iuſtificata : ex quo præſumi debet eius innocentia. Similiter de Bethſabee iuſtitia habetur. 3. Reg. 1. c. vbi per ſucceſſionem Salomonis in regno poſt Dauid ipſa dicebat regi, quod niſi Salomon ſuccederet eſſent ille & ipſa peccatores. Hoc eſt dicere, quod niſi Salomon ſuccederet, iudicaretur Bethſabee adultera à populo, vt ibidem exponitur. Vnde à ſenſu contrario, quia Salomon ſucceſſit : ſequitur matrem fuiſſe purgatam ab illo peccato. vnde tales quæ primo peccatrices & conſequenter iuſtæ fuerunt, conuenienter ponuntur in genealogia Saluatoris, qui vt peccatores iuſtificaret, venerat. Vnde notanter Hier. dicit nullam ſanctam mulierem poſitam in genealogia Chriſti, non enim dicit, nullam iuſtam mulierem, quia prædictæ quatuor iuſtæ fuerunt licet ſanctæ non debuiſſent dici ſaltem in vita ipſarum propter peccata præcedentia : & ſic verba Hiero. ſunt ſane intelligenda. Quam ſententiam videtur tenere Ambroſius ſuper Lucam : vbi de iſta materia tractans dicit : Ne puderet eccleſiam ex peccatoribus, congregari cum dominus de peccatoribus naſceretur. Ex quo patet reſponſio ad obiectiones Poſtil. Nam quod obijcit primo de illis trib. qui fuerunt ſublati à genealogia Chriſti propter peccatum Ioram: qui miſcuit ſe filiæ impiiſſimæ Iezabel : illud non facit ad propoſitum. Nam Ioram non pœnituit de illo peccato, vel ſaltē non legitur pœnituiſſe nec habetur aliqua ratio vnde talis pœnitentia præſumatur: vnde merito filij Ioram vſque ad quartam generationem de genealogia Chriſti tolluntur, qui non venit ad ſaluandos efficaciter peccatores impœnitentes, vt dictum eſt: Secus autem de mulieribus iuſtis ſupradictis.

Reſponſio ad obiectiones Poſtillatoris.

Quod autem obijcit ſecundò de matre Chriſti, qui ponitur in genealogia, &c. non facit ad propoſitum, Hiero. enim loquitur de mulieribus quas ponit euangeliſta in hac genealogia voluntariè. ſcilicet quod potuiſſet omittere eas, & nullam de eis facere mentionem, ſicut omiſit nominare Saram & Rebeccam & huiuſmodi. ex qua omiſſione nullus defectus occurreret in hac genealogia, quia ſufficeret expreſſio virorum tantum: ſecus eſt de virgine glorioſa, cuius expreſſa nominatio fuit neceſſaria. Non enim Chriſtus deſcendit à Dauid, niſi per matrem glorioſam, non autem per Ioſeph. Quod autem vlterius obijcit de Raab & Ruth, nihil facit contra Hieron. imo pro eo : probat enim ipſarum finalem iuſtitiam : ex quo non concluditur : quia prius peccatrices fuiſſent, prout manifeſtè fuerunt : quod manifeſtè facit

facit ad sententiam Hieron. confirmandam, vt dictum est. Ratio autē assignata per Postillatorem circa nominationem harum mulierum non videtur valere. Dicit enim, quod istę mulieres hic expressę fuerunt viris ex quibus conceperunt occasionaliter seu accidentaliter coniunctę &c. Quę quidem ratio ex duobus videtur insufficiens. Primo, quia hoc omnino est impertinens proposito. Nihil enim videtur facere ad rationem genealogiæ, quod occasionaliter seu accidentaliter vel ex intensione, seu per se vir & vxor coniungantur. Secundo: Nam Lia prima vxor Iacob ex qua Christus descendit occasionaliter & prater intentum seu accidentaliter fuit coniuncta ipsi Iacob, sicut Thamar ipsi Iudæ, sicut patet Genes. 38. & tamen non nominatur expresse sicut illa. Excusatio autem Postillatoris de hoc quod contra dicit Hieronymo non videtur sufficiens primo: quia quamuis liceat aliquo modo sentire contraria eorum quę proferuntur à sanctis doctoribus, prout patet ex auctoritate Augustini per ipsum allegata: non tamen expedit præsertim vbi eorum dicta possent rationabiliter saluari: vnde in talibus habet locum sententia Apostoli. 1. Cor. 6. c. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Quod autem non expediat nec sit omnino securum Hieronymo & similibus sanctis doctoribus ecclesiæ in expositionibus sacræ scripturæ contradicere, satis patet in decretis in c. decretales. dist. 20. vbi habetur, quod diuinarum scripturarum tractatores in sacrarum scripturarum expositionibus, Romanis pontificalibus præponuntur. Quod autem Hieron. sit de numero talium satis est diuulgatū in ecclesia Dei, & habetur in decretis dis. 15. c. Sancta Romana, vbi inter opuscula sanctorum patrum quæ in ecclesia catholica recipiuntur, fit expressa mentio de opusculis beati Hieronymi: vnde contradicere talibus licet non sit hæreticum, posset tamen dici impium. Est enim contra donum pietatis, secundum quod donum sancti sunt honorandi. Nec est contradicendum scripturis eorum siue sint intellectę siue non: vbi non inueniatur contra fidem aliquid asserere, vt patet per Aug. in 2. de doctrina Christiana, prout allegatur, & S. Thomam in secunda secundæ. q. 121. ar. 1 in responsione ad tertium argumentum.

B

ADDITIO II.

In eod. c. vbi dicitur in post. quia Ioseph & Maria fuerunt ex eadem tribu.

Circa genealogiam Christi à Matthæo traditam non solum infidelium seu hæreticorum vehemens murmuratio, sed & fidelium non modica admiratio consurgit. Illi enim temerarie calumniantes, isti vero timorose admirantes frequenter quærunt: cum intentio euangelistæ in huiusmodi genealogia circa hoc principaliter versetur, vt Christum ex Dauid & Abraham secundum carnem descendentem ostendat, quomodo hoc per descensum Ioseph virum Mariæ ab ipsis Dauid & Abraham nos instruere intendit. Alienū enim à fide totaliter est Christum ex semine Ioseph descendisse. Vnde stant simul quod beata virgo non descendisset à Dauid & per consequens nec Christus, tamen Ioseph de ipso descenderat. Quæ quidem quæstio in glos. ordin. mouetur, vbi sic. Quid ad Christum generatio ex Dauid deducta ad Ioseph cum Christus non ex semine Ioseph? Cui quidem quæstioni glo. sic respondet? Non est consuetudo scripturarum, vt ordo mulierum in generationibus texatur. Et ideo non per Mariam sed Ioseph inducitur, cum de vna & eadem Ioseph & Maria tribu fuerunt. Vnde & eam quasi propinquam cogebatur accipere in vxorem, ne tribus in aliam se confunderet. Vnde etiā similiter tanquam de vna stirpe profitebantur in Bethleem, cum singuli in suas profitebantur ciuitates: hac in glo. Matth. 1. Et idem in alia glo. Luc. 3. sub alijs verbis: quam sententiam sequitur postillator & cæteri expositores literales quos vidi in hac materia. Sed his non obstantibus, quoniam non cessat animum pulsare. Quod enim præsupponitur in glos. pro hac responsione. s. non esse consuetum in scripturis ordinem mulierū texere: non videtur stare propter tria: Primum, quia contrarium huius inuenitur. 1. Paralip. 2. vbi in genealogia filiorum Israel, & specialiter Iesse, interponit mulieres. s. Saruia & Abigail à quibus consequenter

C

suam texit genealogiam, vt ibidem patet. Secundo. nam dato hoc quod non esset assuetum in scripturis, vt glos. dicit, hoc haberet locum vbi per parentes masculos tantum generatio posset deduci vsque ad illum qui genealogizari intenditur, quod est commune cæteris hominibus. Sed vbi genealogizatur talis qui parentem masculum non habuit, vt est solus Christus, consuetudo huiusmodi non debuit habere locum, cū subest causa manifesta contrarium faciendi. Necessitas igitur vigebat vt mulier in genealogia illius texeretur: cuius generatio secundum carnem non poterat deduci, nisi per mulierem. In propria enim materia posset ostendi quod euangelista prætermisit communem obseruare propter singularitatem excellentiæ Christi. Nam cætera genealogiæ in sacra scriptura traditæ consueuerunt intitulari ab illo à quo originem deducunt: non autē ab illo in quem terminum seu finem accipiunt. vnde Gen. 36. a. Hæ sunt generationes Esau. & Num. 3. a. Hę sunt generationes Aaron, &c. In quibus tituli generationis à primis parentibus accipiuntur: non autē ab vltimo in quem terminantur. Quam consuetudinē si euangelista obseruasset, potius dixisset Liber generationis Dauid vel Abrahæ, quàm liber generationis Iesu Christi, sed talē consuetudinē obseruare non curauit propter excellētiam singularē ipsius Christi. Pari modo non debuisset curare de obseruatione consuetudinis in non texendo ordinem mulierum: & hoc propter excellentiā dignitatis matris Christi. Nec valet dicere, quod in genealogijs allegatis non intendebatur accedere ad aliquē vnum principalē, sed solū multiplicationē à primo parente descendētē ostendere. Nam Ruth vltimo, vbi Dauid principaliter intenditur genealogizari, non intitulatur genealogia à Dauid quem intēdit, sed à Phares à quo intēdit. Dicit enim: Hæ sunt generationes Phares, &c. Tertio, nam sicut deduxit euangelista genealogiam vsque ad Ioseph virum Mariæ, potuisset deducere vsque ad Ioacim patrem Mariæ, vt dicendo Sarpanthera genuit Ioachim patrem Mariæ de qua natus est Iesus. non enim minus consuetum est in genealogijs introducere patrem talis fœminæ quàm introducere talis fœminæ virum. Vnde etsi vtrumque sit insuetum, per primum tamen fieret rectius descensus ad Christum: per secundum autē minimè. Quod etiam secundo continetur in glo. s. quod Ioseph & Maria de eadē tribu fuerant, & ideo eam quasi propinquam cogebatur accipere, ne tribus in aliam se confunderet, non satisfacit quæstioni propter duo. Primo quia hæc assertio videtur esse de genere Apocryphorum quæ in sacra scriptura nullum habent fundamentum, Vnde & talia eadem facilitate contemnuntur quæ approbantur iuxta doctrinam Hiero. secundo. nam posito quod Maria esset eiusdem tribus cum Ioseph, ex hoc non sequeretur ipsam descēdisse à Dauid. Tribus enim Iuda diuiditur per multas familias præter familiam Dauid. Descendētes enim de Zaram fratre Phares sunt de tribu Iuda non tamen descēdunt à Dauid. Similiter cum Iesse habuit multos filios & filias præter Dauid contingere potuit ab illis multos descēdere, qui quidē non solum essent de tribu Iuda, sed etiam de familia Iesse & Bethleemitarum: & tamē talis non descēderent per Dauid. Cum igitur illa lex quę iubet accipere propinquam, non cogit accipere propinquam eiusdem familiæ, sed sufficit quod sit propinquitas in eadem tribu, ne hæreditas vnius tribus in aliam transeat, vt patet ad literam. Num. 40. Ideo ex hac propinquitatē quam glossa vult introducere, non habemus necessarium, quod Maria descēdat à Dauid, sed solum quod sit de tribu Iuda: ex quo non habetur intentum. Quod etiā tertio continetur in glo. scilicet, quod simiIiter in Bethlehem ambo coniuges profitebantur: ex quo vult concludere, quod vterque esset de familia Dauid: non videtur valere propter duo. Primo. nam secundum magistrum historiarum dubium est ad literam an mulieres profiteri tenebantur in illa descriptione de qua agitur Luc. 2. an solum viri. Vnde non habetur efficax argumentum de hoc quod beata virgo profiteretur in Bethleem, sed quod Ioseph portans secum coniugē vt obsequium partus ei appropinquante necessitate impēderet, profitebatur. Confirmatur autem opinio illa quæ tenet, quod solum viri profiteri tenebantur, per illud Matth. 17. vbi agitur de solutione tributi per Christum. Ibi enim apparet manifeste, quod tantū capita domorum seu familiarum censum Cesari tribuebant: & non alij de familia seu domo. Vnde pro Petro tantum qui caput aliorum erat, solui mandauit tributum, non pro alijs Apostolis vt habetur in glossa. Secundo, nam dato quod beata virgo teneretur profiteri in Bethleem: ex hoc non sequitur ipsam descendisse à Dauid. Nam potuit descendere de Iesse qui erat Bethleemitanus per alios filios ipsius Iesse patre Dauid: & sic teneretur ibidem profiteri sicut & Ioseph: non tamen ex hoc, quod à Dauid descēderet. Quæstio igitur præfata minus sufficienter soluta remanere videtur: & sic admiratio prędicta in suo stat vigore. Maiorum tamen semper reuerentia salua doctorum seu expositorum, vlterius videtur hic aliquid esse dicendum. Ad cuius euidentiam præsupponenda sunt quædam vera generalia: deinde subiūgenda sunt aliqua conclusiones ad propositum. Primo præsupponitur, quod filius prout in bonis paternis succedit tripliciter posset dici. Primò secundum veram generationem naturalem, secundum quam filius plerunque succedit patri, non solum in bonis naturalibus corporis. vt in bona complexione seu habitudine corporali prout legitur Gen. 6. de gigantibus, qui potentes viros in seculum genuerunt. i. magnos in corpore & robustos: sed etiam in bonis animæ vt in virtutibus. Quandoque secundum naturalem inclinationem filij succedunt suis genitoribus prout aptitudinem ad certas virtutes aliqui habent à natura saltem secundum aptitudinem & inchoationem, vt in prima secundæ. quæst. 63. ar. 1. s. in corpore. q. Vnde Cassio. in quadam epistola: Laudabilis vena suam seruat originem, & fideliter posteris tradit quę in se gloriosa trāsmigratione promeruit. Ad quod facit illud Iob 8. c. Si filij Abrahę estis, &c. Secundo dicitur filius alicuius etiam ille quem non genuit naturaliter, sed secundum famam publicam & communem populi æstimationem illius dicitur filius. Quod contingit cum vxor alicuius filium parit quem non ex marito habuit: reputatur tamē in populo sine contradictione sui mariti filius. Qui quidem filius licet in bonis supradictis non habeat naturaliter succedere tali ficto patri: succedit tamen ciuiliter, nō solum in bonis minoribus fortunę vt in diuitijs, sed etiam in nobilitate seu generis claritudine: quæ maiora sunt seu magis desiderabilia bona, saltem ad magnanimos, quàm diuitiæ. Homines enim huiusmodi propter honores & generis claritudines obseruandas iacturam in cæteris rebus fortunæ patiuntur, vt in prima secundę. q. 2. ar. 2. Hæc autem successio per iura communia seu commune gentiū cōsuetudinē patet: quæ dictant vt ille

D

Ruth. 4.

Apparet tamen quod sic num. 36.

E

F

ille qui pro filio legitimo alicuius secundum famam publicam habetur, debet sibi succedere in generis nobilitate, & huiusmodi. Tertiò dicitur filius alicuius etiam ille qui neutro prędictorum modorum descendit, sed per legalem adoptionem tantum est ab aliquo in filium assumptus, qui quidem filius tali patri habet succedere, saltem in minoribus rebus fortunę, vt in diuitijs prout iura volunt communia. Quę quidem tres successiones seu filiationes supradicta quandoque concurrunt in eadem persona, quandoque in tribus distinctis, vt satis patet. Secundo presupponitur, quod filiatio secundum veram generationem naturalem, spiritualiter cum à remotis parentibus per longam parentelę lineam successiuam in temporum antiqua diuturnitate descendit, à nemine est infallibiliter cognoscibilis, nisi per diuinam reuelationem seu sacrā scripturam diuinitus traditam. Quod inductiuè probatur. Nā quod aliquis sit filius alicuius secundum veram generationem naturalē per experientiam sensualem, quę propriè singularia cognoscuntur, haberi non potest, nisi fortè à parentibus: vtpote a matre quę de hoc posset certiorem notitiam habere: cum cęteri homines & etiam pater certam notitiam experimentalem de hoc communiter non habent. Mater vero etsi certam notitiā experimentalē de filio suo. cuius patris sit secundū verā generationē habeat: non tamē talē notitiā de viro suo nec de seipsa: & multo minus de antiquis parentibus viri sui, nec de suis per lineam parentelę ascēdendo per experientiam habere potest. Pari igitur ratione constat, quod apud neminem potest esse experimentalis cognitio de aliquo vtrum descēdat à certo remoto progenitore modo prędicto. Fama autem publica seu communis ęstimatio populi quantumcunque sine contradictione in populo sit extensa, infallibilem cognitionem non causantur: Similiter nec testes vel legitima documenta seu instrumenta: cum omnia huiusmodi sint fallibilia, vt frequenter patet, & etiam in sacris historijs: testium fallacia nonnunquam reperitur, per chronicas etiam antiquorū quę in sacris scripturis non sunt inserta, notitia huiusmodi infallibilis haberi non potest: cum talium certitudo, certitudinem quę per famam publicam habetur, non excedit: vt est manifestum. Similiter nec per aliquam veram sciētiam naturalem seu liberalem artem hoc est cognoscibile, vt patet intuenti. Restat ergo, quod hoc tantum sit cognoscibile, per diuinam reuelationem, secundū quā propheta, vt ait Greg. quandoque de preterito, quādoque de futuro vaticinantur. Et isto modo Moyses de Noe prophetare censetur, de quo dicit genuisse tres filios & huiusmodi. Tertio pręsupponitur quod vt aliquis sit filius alterius secundum communem ęstimationem & famam publicam tantū, vel secundū adoptionem legalē hoc posset aliter cognosci quā per diuinam reuelationem probatur. Nam per testes idoneos, vel legitima documenta, vel chronicas antiquorū authēticas, talis filiatio sufficienter posset probari vt de se patet. Quartò supponitur quod miraculorū Dei quędā sunt ad fidei cōfirmationem: & talia debent esse manifesta. Alia vero sunt miracula quę non per sui manifestationem sed per fidem habentur, & ista debent esse occulta, vt fides eorum fit magis meritoria: vt est sacramentum altaris, & virginis partus. Veritas istius presuppositi patet in tertia parte quęst. 29. ar. 1. in responsione ad secundum ar. His prępsuppositis. Prima conclusio sit ista: quod Christus prout ex prognosticis prophetarum habetur, habuit esse filius Dauid & Abrahā secundū veram generationē naturalem: & sic conueniens fuit hoc per sacrā euangelicarum doctrinarum traditionem testificari. Prima pars probatur. nam de promissione facta Abrahę Gen. 26. a. legitur. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrę. Quod exponit Apostolus ad Gal. 3. c. Et semini tuo qui est Christus In psal. autem de promissione facta Dauid dicitur. De fructu ventris tui ponā super sedē tuā: quę verba manifestè denotant veram filiationem naturalem. Ille enim qui secundum famam publicam tantum huiusmodi filius reputatur alicuius, non verè dicitur de semine eius, nec de fructu ventris sui, vt est manifestum. Et inde etiā est, quod cum ex tali filiatione in laudabili vena filij parentibus in virtutibus succedunt vt in primo prępsupposito dictum est: idcirco principales virtutes regia quę de ipso Dauid leguntur, attribuebantur propheticè quasi per modum successionis deberi Christo. De Dauid enim legitur fuisse in omnibus vijs suis prudentem seu sapientem 1. Reg. 28. Similiter quod fuit faciens iudicium & iustitiam omni populo 2. Reg 8. d. Quę quidem virtutes quasi per modū germinariæ successionis prędicuntur a Ieremia Christo conuenire. vnde Iere. 23. a. Suscitabo Dauid germen iustum & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra, Vnde, licet enim altiori & excellentiori modo Christus habuit virtutes quam Dauid & cęteri sancti, vt in tertia parte. q. 7. ar. 2. in responsione ad 2. arg. Nec ipsi Christo per successionem à Dauid debebantur, prasertim cum multi progenitores non eiusdem laudabilitatis inter Dauid & Christum interfuerunt. Denotatur tamen per prophetam in verbis predictis, quod Christo etiam pertinebat successio in talibus virtutibus secundum veram generationem humanam, inquantum erat ex vtero & proprio germine ipsius Dauid, prout in primo presupposito fuit tactum. Secunda pars conclusionis probatur. Nam illa quę in vaticinijs prophetarum inueniuntur tradita de Christo, in euangelijs pro maiori & principaliori parte impleta esse explicantur Math. 1. Vt adimpleretur quod scriptum est per prophetam, &c. Et sic de quamplurimis quę in processu euangeliorum similibus leguntur. Conclusio secunda, quod Christum secundum veram generationem naturalem à Dauid & Abraham descendisse sufficienter traditur, quantum ad informationem spectat per Mattheum in primo titulo sui euangelij dicentem: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid filij Abraham. Etiam si de genealogia Christi nihil amplius tradidisset, probatur: Nam ex solis istis verbis manifestè asserit euangelista Christum à Dauid & Abraham descendisse per veram generationem naturalem: sed talis assertio est sufficiens testimonium apud fideles ad hoc ostendendum, etiamsi nihil amplius de hoc declarasset. Igitur conclusio vera: Consequentia de se patet, & assumptum pro prima parte probatur. Nam esto quod filius dici posset etiam ille qui tantum secundum famam publicam vel legitimam adoptionem est filius, vt in primo prępsupposito, nunquam tamen ab aliquo dicitur generari qui secundum famam tantum vel adoptionem sit eius filius: licet enim pater dicatur secundum curam, ętatem, seu genituram & huiusmodi, & per consequens filius tanquam eius correlatiuus: generare tamen seu generatio non eodem modo ęquiuocatur. Cum igitur dicit: Liber generationis Iesu Christi: manifestè loquitur de genealogia quę est per viam generationis, non autem de illa quę secundum famam vel adoptionem tantum dicitur: Talis enim filiatio, non per generationem, sed per alium modum procedit. Secunda vero pars assumpti probatur. Nam apud fideles euangelia Christi recipientes sufficienter filiatio prędicta per illa verba tituli comprobatur. Nam si hoc non esset verum, nec titulus ille veritatem contineret, quod absit à fidelium cordibus cogitare: cum secundum Augu. Si vnum falsum in sacra scriptura esset repertum tota eius auctoritas infirmaretur. Apud infideles autem qui euangelium negant: vel de sui veritate dubitant, nec tota genealogia sequens sufficit ad hoc eis probandum. Tales enim à fide alieni, verbis euangelistarum non pręstant fidem: & ideo tota illam lineam negabunt, nisi fortè Hebrai qui auctoritate veteris testamenti aliqua partem genealogię Matthęi habent recipere. s. vsque Zorobabel vel Abiud & huiusmodi non vltra, cum apud eos de cęteris historia authentica nō habeatur. Sic igitur tota genealogia per extensum in euangelijs tradita non sufficit ad conuincendos infideles de hoc quod Christus à Dauid descēdit, etsi per Ioachim & Mariam fieret descensus. vnde Apostolus 1. ad Timo. 1. prohibet genealogijs intendere, vbi glo. dicit quod infideles habebant genealogias quibus narratur Christum descendisse à Dauid. vnde sicut apud tales non sufficit illa narratio in euangelijs contenta de genealogia Christi quantuncunque extensa tradatur, ad veram generationem naturalem eius ostendendam, sic apud fideles sola verba tituli sufficiunt ad hoc fundandum: quę quidem ratio includitur in verbis, Aug. contra Faustum Manichęum volentem probare Christum non esse filium Dauid, cum non esset conceptus ex Ioseph: ad quem seriem generationis Mattheus producit, vbi Aug. sic ait: Sic ergo nos credimus, etiam Mariā fuisse in cognatione Dauid, quia scripturis credimus, quę vtrumque dicunt. s. Christum ex semine Dauid esse secundum carnem, & eius matrem Mariam virginem esse. Hęc ille. Si tamen quęratur quę sit vtilitas seu necessitas, tradendi tam extensam genealogiam vbi solus primus titulus sufficit. Ad hoc respondetur per sequentem tertiam conclusionem. Tertia conclusio, quod conueniens fuit, vt Christus etiam secundum publicam famam & communem populi ęstimationem à Dauid descenderet, & quod hoc consonat antiquorum propheticis traditionibus. Prima pars probatur. nam hoc fuit conueniens dupliciter. Primò ad fidelium in communi Christum illo tempore recipientium instructionem. Secundo ad confutationem infidelium Christum non recipientiū. primum patet sic: nam prout in secunda secundę q. 1. ar. 7. in responsione 3. arg. habetur: Cognitio fidei in hominibus oportuit, vt ab imperfecto ad perfectum procederet: & ideo Christus fuit prius cognitus sub ratione Saluatoris in communi, etiam apud electos, quam cognosceretur esse Deus & homo. In prima enim vocatione Apostolorum Ioan. 1. Andręas dicebat: Inuenimus Messiam, id est, Christum: sed posteā Christo interrogante, Vos quem me esse dicitis? Petrus respondit: Tu es filius Dei. Matth. 16. c. Ex quo videtur quod prius sequebantur ipsum tanquā Christum antequā cognoscerent eius deitatem. Vlterius etiā tanquam minus plenè informatis de fide sua deitatis, eisdem dicebat apostolis: tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Ioh. 14. b. Similiter & pari ratione prius Christus fuit cognitus tanquā filius Ioseph, quā cognosceretur esse sine patre in terris. Non enim solum apud ęmulos qui ipsum spernentes dicebant: Nōne hic est fabri filius? Mat. 13. sed etiam apud simplices discipulos & cognatos communiter filius Ioseph reputabatur, antequam mysterium virginitatis esset diuulgatum. In talium enim persona euangelista dicebat. Non cognouerūt parentes eius. Luc. 2: v. g. vnde non solum simplices seu idiotę prout apostoli fuerunt in principio, sed etiam Nathanael qui secundum glo. peritissimus scripturarū erat, cum audiuit à Philippo Ioan. 1. Quem scripsit Moyses in lege & prophetis inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth, non fuit admiratus de hoc quod Christus esset filius Ioseph: sed de hoc quod à Nazareth esset, cūm de Bethleē spectabatur Messias. Et quod magis attentione dignum est, quod ipsa eadem beata virgo huius mysterij diuini super omnes conscia, istum modum loquendi obseruabat, di. Ego & pater tuus dolentes quęrebamus te Luce. 2. g. Ex

S. Thom. 3. p. q. 29. ar. 1.

...uo sequitur, quod ad instructionem fidelium in communi qui ... venientem in mundo receperunt, conueniens modus fuit, vt ...entaretur prius sub ratione regis, scilicet Messię filij Dauid sine ...ione mysterij deitatis & virginitatis matris: quam quod eis à p...io omnia ista arcana reuelarentur sic enim processerunt ab imp...o ad perfectum, qui est modus hominibus in communi maximè connaturalis. Secundum probatur; nam si Christus secundum verã generatio nem naturalem tantum à Dauid descendisset, & non secundum famam publicam, & communem populi æstimationem, hoc non sufficeret ad refutandos infideles, præcipuè Hebræos qui ex illa stirpe tantum Saluatorem spectabant, vt auctoritates sacræ scripturæ testantur, & Christus eos exhortando dicebat. Scrutamini scripturas. Ioan. 5. f. Vnde si eum rationabiliter ignorassent à Dauid descendisse, præsertim cum communis fama & populi æstimatio hoc nõ testaretur, redderentur excusabiles. Non enim ipsi tenebantur cognoscere veram generationẽ naturalem Christi secundum quam à Dauid descendit. Talis enim incognoscibilis est, nisi per diuinam reuelationem: vt in secundo presupposito fuit ostensum. Diuina tamen scriptura intendit eos inexcusabiles reddere: vnde glo. super illud Mat. 2. a. Vbi est qui natus est? Confusio Iudæorum est vt Christi natiuitatem à gẽtibus discant. & si nõ credũt inexcusabiles sunt: hæc in glo. Conueniens igitur modus fuit, vt etiam Christus secundum publicam famam à Dauid descenderet, vt sic ipsum refutantes saltem sub ratione Saluatoris spectati in communi recipere, inexcusabiles essent, quod est intentum.

Secunda vero pars conclusionis probatur. Nam prophetæ per modum successionis ipsius Dauid Christo regiam dignitatem attribuebant, Isa. 9. b. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. Quæ quidem verba, & similia, licet non de sede seu regno tẽporali principaliter intelligantur, prout verba Isaiæ denotant ibidem dicentis: Sedebit in æternum: Nec enim concedendum est quod in regno temporali Dauidico Iechonias à quo Christus descendit habuit successorem prophetante Ieremia 22. g. de ipso Iechonia: Non erit de semine eius qui sedeat super thronum Dauid: cum hoc tamen stat quod secundum intellectũ minus principalem, seu figuratiuum, quem totus populus in cõmuni principaliter intendebat de regia dignitate, etiam temporali, quæ Christo debebatur per successionem Dauid talia verba intelliguntur: per quod significabatur successio ipsius Christi hominis in regno vniuersali supra omnẽ creaturã: iuxta illud: Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Mat. 28. d. Ratio autẽ huius figuratiuæ locutionis seu duplicis intellectus talis est. Nam sicut nostra cognitio de imperfecto ad imperfectũ naturaliter procedit, vt tactum est, sic eo modo naturale est nobis ex cognitione corporaliũ, in spiritualiũ cognitionẽ deuenire. Inuisibilia, enim Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, ad Rom. 1. c. Quod non solum habet locum in puris naturalibus, sed etiam in supernaturalibus, vt misterijs ecclesiæ, præcipuè in sacramentis quibus sacra inuisibilia per signa visibilia traduntur, & ideo ex diuina præordinatione, vt populus de sensibilibus ad insẽsibilia connaturali modo reduceretur, Christum quem constituit hæredem vniuersorum etiam in regia dignitate temporali vt legitimum ipsius Dauid successorẽ fecit, sic ius hæreditarium in ipso regno eidem pertinere ex tali successione: Quam quidem successionẽ temporalẽ contemporanei Christi diligenter attẽdebant, vt testatur sacra historia. Nam apostoli qui fuerunt super cæteros de mysterijs Christi eruditi, etiã post resurrectionẽ, quando iam ipsius gloria erat eis magis manifesta ab eo quærebant. Si in hoc tempore restituturus es regnum Israel? Act. 1. a. Quod intelligitur ad literã de regno tẽporali, credẽtes talẽ restitutionẽ ad Christum pertinuisse: nec Christus pro tunc istum intellectum figuratiuum seu minus principalem ab eis exclusit expressè, vt ibidem patet. Fortius ergo sentiendũ est de cæteris qui regnum Dei ignorabant. Cum igitur successio in regia dignitate temporali ad illum etiam qui secundum famã publicã est filius, pertinet, vt in primo præsupposito: non autem ad illum tantum qui secundum veram generationem naturalem tantummodo descendit, sequitur quod prophetę testantes ipsum fore legitimum successorem in regno Dauid tẽporali, consequenter præmonstrabant ipsum secundum famam publicam à Dauid descensurum, quod est intentum.

Quarta conclusio, quòd prædictus descensus Christi à Dauid secundũ publicam famam & communem populi æstimationem quantum ad contemporaneos Christi attrahendos vel iustè reprobandos pertinebat, sufficiẽter traditur per Matthæum euangelistam, cum dicit: Abraham genuit Isaac, &c. Et conuenientius per Ioseph quam si per solam virginem gloriosam huiusmodi descensus traderetur.

Prima pars conclusionis probatur. Nam omnes contemporanei Christi exceptis paucissimis quibus mysterium virginitatis fuit reuelatum, credebant Christum esse filium Ioseph, & fama publica hoc testabatur vt patet ex iam dictis. Qui quidem Ioseph de directo genealogizatur à Dauid per Matthæum, vt patet in litera. Igitur prima pars cõclusionis vera. Secunda vero probatur: nam si taliter descensus secundum publicã famã per virginem gloriosam declararetur, & non per Ioseph oportuisset quod contemporanei Christi reputarent Christum non descendere à Ioseph, & consequenter credere virginem gloriosam non legitimè Christum concepisse, vel ministerium virginitatis esset statim eis reuelãdũ: quorum primum esset falsissimum & derogatiuũ honori ipsius beatæ virginis: quę vt ab infamia suspicionis esset immunis diuina pręordinatione fuit desponsata, vt sancti doctores tradunt. Secundum vero esset etiam contra dictamen eiusdẽ diuinæ præordinationis: quę virginitatem matris ex certis rationibus, vt dictum est, voluit esse occultam: & sic secunda pars conclusionis vera.

Quinta conclusio, quòd conueniens fuit vt Christi genealogia nõ tãtum secundum prędictas filiationes, sed etiam secundum filiationem legalem scilicet secundũ adoptionẽ traderetur, vt Lucas tradit in. 3. c. probatur. Nã vt doctores dicunt, prout postillator Luc. 3. tractat, licet omnes sapiẽtes Hebręorum concorditer tenerẽt Christũ descensurum esse à Dauid: aliqui tamẽ eorum opinabantur ipsum descẽdere ab eo per Nathan eius filium adoptiuum propter excellentiam sanctitatis prophetię: alij vero per Salomonem propter dignitatem regiam & excellẽtiam sapientiæ. Secundum veritatẽ autem vt omnino tolleretur errandi occasio, per vtrumque descendit, per Salomonem scilicet secundum lineam naturalem generationis: per Nathan vero secundum lineam adoptionis legalis. Nathan enim filius adoptiuus fuit Dauid. vnde conueniẽter Lucas sequitur lineam adoptiuam per Nathan & quosdam alios, vt nobis ostendat quod secundum lineam adoptionis Christus à Dauid descendit: idcirco notanter prætermisit hoc verbum genuit, & loco eius vtitur hoc verbo fuit.

Sexta conclusio quòd generatio Christi vera à Dauid per virginem gloriosam descendẽs cum expressione virginitatis arcanę quantum ad fideles fide diuulgata certificãdos pertinet, sufficiẽter traditur per Matthæum cap. 1. Nã in prædicto ca. postquam Matthæus se expediuit de genealogia Christi summariè in primo titulo & consequẽter in singulari per extensam successionem (quam successionem in tres quaterdenas ex certis causis mysticè intellectus diuisit prout in Glo. or. sufficienter traditur) statim ipsam materiã generationis Christi quasi alio modo resumens subdit: Christi autẽ generatio sic erat: Cũ esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph antequã conuenirent inuenta est in vtero habens de spiritu sancto: vbi manifestè tradit veritatem generationis Christi, quam à Dauid descẽdisse in titulo præmiserat per Mariã virginẽ, non ex virili semine, sed Spiritussancti inspiratione processisse: cum quo etiam ostendit eius virginitatem occultam esse illis temporibus, nisi cui Deus ex causa voluit reuelare sicut Ioseph.

Colligitur ergo ex præmissis, quòd descẽsus Christi à Dauid & Abraham in euangelio quadrupliciter traditur. Nam aut secundum veram generationẽ naturalem, & hoc summariè quantum sufficit ad certificãdos fideles in communi de impletione promissionum quæ patribus fuerunt factæ: & hoc dupliciter: quia aut sine mysterij virginitatis reuelatione, & sic in primo titulo Matthæi prout in secunda conclusione: aut cum declaratione virginitatis sicut ibi: Generatio autem Christi, &c. Mat. 1. prout in sexta conclusione. Aut secundum publicam æstimationẽ: & hoc extensè per singula descẽdendo, & ascendẽdo, quod sufficit, & requiritur ad certificandos Christi contẽporaneos. Et de hoc quod Christus fuerat legitimus successor ipsius Dauid: hoc dupliciter: quia aut secundum lineam naturalẽ generationis publicæ æstimatã per Salomonẽ quã Matthæus tradit prout in quarta conclusione: aut secundum lineam adoptiuã: & sic Luc. 3. prout in quinta conclusione. Qui quidẽ quadruplex descẽsus in Christo concurrit prout traditio euangelica narrat fideliter. Et hæc ad murmurationes perfidorum comprimẽdas & admirationes tollendas fideliũ in prædictis sufficiant secundum literalem expositionem: omisis tamen quamplurimis alijs in hac materia à doctoribus traditis quæ ad mysticam pertinent declarationem.

Sequũtur notulæ breues venerabilis ac religiosi patris fratris Matthiæ Dorink professoris sacræ theologiæ eximij, ministri prouincię Saxoniæ ordinis minorũ: quibus Postilla fratris Nicolai de Lira validè ab impugnationibus domini Burg. defensatur: & primò circa euangelium Matthæi. REPLICA.

Et quia de vet. testa. nõ plus reperi tactũ per Burg. ideo accedẽdũ est ad nouũ, &c. In nouo Testamẽto primò occurrit euãgeliũ Matthæi: in cuius primo capitulo dicitur: Iudas genuit Phares & Zarã de Thamar, quem passũ exponẽs B. Hiero. dicit notandũ in genealogia Saluatoris nullã sãctarũ assumi mulierũ, sed eas tantũ quas scriptura reprehẽdit, vt qui propter peccatores venerat de peccatricib. nascẽs, &c. Postil. autẽ ab hoc dicto B. Hier. cũ reuerẽtia declinat motus ex certis rationibus: Quarũ prima est: quia nõ videtur rationabile mulieres ratione illa poni in genealogia Saluatoris, qua ratione viri ex ea prætermittũtur. s. Ochozias: Ioas & Amasias propter peccatũ prætermittũtur, vt dicit idẽ B. Hierony. igitur propter peccatum non ponuntur ibi rationabiliter mulieres. Item virgo gloriosa ponitur in ipsa genealogia, quæ tamen est, & semper fuit sanctissima. Item quia dicit beatus Hiero. Ruth & Raab in genealogia positas tanquã per scripturã sacrã reprehẽsas: Quod non videtur verum: quia scriptura eas cõmendat. Raab cõmendatur Iosue 2. & ponitur in catalogo iustorũ ad Heb 11. Quod autẽ dicta fuit meretrix, non fuit ratione vitij, sed officij: quia vbi nos habemus meretrix, Hebræus habet hospita vel fuit eius cognomen Similiter & Ruth commendatur in scriptura,

Ruth,

Ruth. 1. & 3. Nec alicubi legitur de illarum duarum mulierum reprehensione prout Beatus Hieron. allegat. Exponit igitur postillator illum passum sic, quod illæ mulieres ideo hic nominantur, quia viris suis fuerunt accidentaliter coniunctæ.† Nam quæ fuerunt primò & principaliter coniunctæ, siue bonæ siue malæ nõ hic nominantur. Imò quæ inter illas quatuor fuit magis famosa peccatrix, scilicet Bersabea directè non nominatur, sed dicitur ea quæ fuit Vriæ, quæ principaliter & directius nominari debuit si peccatum ratio nominationis fuit.

†Tu dic eas nominatas, tũ quia insigne aliquid in eis gestũ sit, tũ quia alienigenas & peccatrices nominãdo, indicatur vocatio gentiũ, & venia peccantiũ.

In hac re Burg. assumit beatum Hieronymũ in sui defensione, à quo tamen leuibus motus argumentis interdum recedit. Et puto defensionem Burg. beato Hieron non placere, quia maiora inconuenientia contingunt defensori quàm defenso, vt patebit. Dicit namq; Burg. primò quod verba B. Hiero. sunt sanè intelligenda de peccatoribus & peccatricibus finaliter pœnitentibus & sic iustificatis: & tales dixit fuisse illas quatuor mulieres in Genealogia Christi nominatas. Secundo dicit Burg. quod Raab & Ruth fuerunt famosæ peccatrices, quia nationes earum in scripturis reprehenduntur. Tertio dicit, quod etsi illæ quatuor mulieres fuerunt iniustæ, non tamen fuerunt dicendæ sanctæ, saltem in vita earum propter præcedentia peccata. Ex his tribus dictis putat Burgen. accipere velle sufficientem responsionem ad argumenta postil. facta contra beatum Hieronymum. Sed certè ex his apta responsio fieri non potest.

Nunc autem primum dictum proposito non conuenit. Nam multæ mulieres patrum nominatorum in scriptura sunt reprehensæ tamen finaliter iustæ sicut Sara, Rachel, Lia & cæteræ: ideo secundum primum dictum Burg. quam plures debebant nominari. Cæterum si solæ quatuor finaliter iustificatæ debebant nominari, sequitur quod finaliter impœnitentes nominari non debuissent: & sic Achaz & multi nominati nominari non debebant per argumentum à contrario sensu, quod Burg. sæpe grandipendit. Nec secundum dictum Burg. est aptum proposito. Nã si quis ex mala fama nationis, deberet dici famosus peccator, maximè Iob qui natione fuit gentilis: & tamẽ in scripturis dicitur fuisse simplex & rectus timens Deũ, & recedens à malo, &c. quæ de eo dicuntur. Iob. 1. Poterant etiam illæ duæ mulieres naturaliter facere quæ erant legis sicut Iob & non idololatræ. Vnde de gentilitate ad Iudaismum conuersas scriptura non reprehendit sed magis commendat, vt probat postillator. Nec tertiũ dictum videtur proposito conuenire. Nam B. Hiero. in hac vita iustificatas & cũ finali iustitia defunctas vtiq; debuit dicere sanctas, nec hoc omittere propter peccata præcedentia, si qua fuerũt, quia Petrum, Paulum, Matthæum, & Magdalenam & cæteros verè sanctos dicere catholicum est, quorum tamen peccata sacra scriptura cõmemorat, sed non illarum scilicet Raab & Ruth. Cũ igitur dicta Burg. prout visum est, sunt proposito impertinentia, responsa ex eis accepta valere non possunt.

Idcirco cum primum arguitur de tribus regibus propter peccatũ prætermissis, respondet Burg. quod illi fuerunt finaliter impœnitentes, quod in mulieribus non habet locum. Sed ostensum est supra primum dictum Burg. vnde sumitur illa responsio non esse rationabilis, nec per consequens solutio.

Ad secundum argumentum de beata virgine sine peccato in genealogia posita, respondet Burg. quod secus est de beata virgine, quam necesse habuit euangelista ponere: & de illis mulieribus quas euangelista voluntariè nominauit, & sine defectu potuisset prætermittere. Sed puto bea. Hiero. sic non voluisse dicere: quia illa responsio plus inuoluit, quàm soluit: nam dicens euangelista pro sua voluntate illas mulieres nominasse, necesse habet dicere quod sine ratione. Quod si sic frustrà bea. Hieron. quæreret rationem cuius nõ est ratio, sed voluntas. Nec verisimile, quod sola voluntate: quinimo ex rationabili necessitate eas nominatim expresserat euangelista: quæ rationabilitas infra ostendetur. Ad tertium argumentum postil. Burg. respondet quod facit pro beato Hierony. quia in scriptura commendantur, hoc est argumentum iustificationis earum finalis: sed per hoc non excluditur, quin prius fuerant famosæ peccatrices vt dicit Burg. Cuius oppositũ tamen ostensum est in correctione secundi dicti suprà, Nec aliqua scriptura habetur quod personæ aliarum vnquã fuerint reprehensibiles, sed potius in scriptura commendantur: vnde potest sumi argumentũ quod est Burg. in ve. Test. valde familiare: sed ipse cõsueuit arguere ab autoritate negatiuè quod non valet: hic arguitur autẽ simul constructiuè & destructiuè per hoc quod non legitur quod sint reprehensæ, sed commendatæ. Arguo tamen ex dictis contra Burg. aliter: Omnis denominatio debet fieri à principaliori & digniori: sed fides & iustitia sunt digniora vitijs, igitur nominatio debet fieri potius à virtutibus quàm à vitiis: sed constat ex scriptura Raab & Ruth fuisse virtuosas, igitur earum nominatio debet potius sumi à virtutibus quàm à peccatis, si qua præcesserunt. Nã in commemoratione sanctorum, virtutũ fit mentio de per se: vitiorum autem quæ fuerant per accidens & recitatiuè: igitur illæ sanctæ mulieres in Christi genealogia sanctæ potius debebant nominari ex conuersatione quàm prauitate transgressionis. Nec illa tertia ratio postil. facit pro beato Hiero. prout Burg. dixit, sed contra spiritualiter, quia dicit, quas scriptura reprehendit, quod nusquam reperitur, sed contrarium: quia vtramque scripturam commendat notabiliter satis. Patet igitur quod Burg. volens pro beato Hiero. certare, non satis eum propugnat.

Consequenter videndum est quomodo contra Postil. irrationabiliter mouetur dupliciter. Primo dicit, quod nihil pertinet ad rationem genealogiæ coniunctio viri & mulieris per se, vel per accidens, & nihil refert. Nam necessarium videtur vxores secundarias non principales in huiusmodi genealogia nominari, quatenus ex tali nominatione ostendatur verum fuisse matrimonium, & nihil illegitimitatis interuenisse. Quod autem verum matrimonium sit inter virum & vxorem principalem, nemo dubitat: nec prolem ex eis susceptam fore legitimam, prolem autem ex occasionaliter & secundario coniuncta posset probabiliter dubitare fore legitimam, idcirco in generatione ex principali & per se coniuncta in tota genealogia, de muliere nulla fit mentio: quia ibi prolis legitimitas est lata. In generatione autẽ ex occasionaliter coniunctis necesse fuit de mulieribus fieri mentionem. Tum vt ex hoc innuatur coniunctionem fuisse legitimam: Tum vt ostendatur prolem ex sic coniunctorum generatione nullam incurrere notam: Necessarium igitur fuit in Christi genealogia hoc obseruare, ne Herodes aut alij Christi persecutores velamen excusationis possent assumere quasi natum illegitimè persequerentur: Hæc est enim ratio sanctorum doctorum de matris Christi desponsatione.

Nec valet, quod Burg. secundò obijcit contra postil. rationem de Lia quæ fuit Iacob præter intensionem coniuncta: & tamen non nominatur in genealogia Christi, quod tamẽ oporteret, si ratio postillatoris valeret. Respondeo quod quamuis Lia fuerit coniuncta præter eius intensionem: non tamen ex hoc fuit vxor eius occasionalis nec secundaria, sed principalis propter sequentem ratihabitionem. Rachel enim quamuis fuit plus prædilecta, fuit tamẽ vxor secundaria & ideo Christus si fuisset natus per lineam Rachel, spiritualiter nominari genealogia debuisset propter rationem prædictam. Sed quia per lineam Liæ quæ fuit prima & principalis vxor, Christus natus est, idcirco eam nominari non oportebat. Confirmatur hæc responsio, quia secundũ magistrum in quarto di. 30. & doctores. Error in persona coniuncta dirimit etiam contractum matrimoniũ nisi post coniunctionẽ interuenerit ratihabitio. Cum igitur in cõiunctione Iacob & Liæ interuenit error personæ, potuit legitimè post coniunctionem eam refutare: quod tamen non fecit, sed potius ratum habens factum pro coniunctione Rachel vltro seruiuit. Et Lia prima & principalis vxor fuit per consequens non nominanda.

Sed finaliter in hac materia Bur. valde mouetur contra postillatoris excusationẽ, qua se excusat de hoc quod declinat hic dictum beati Hie. asserẽs contra pietatẽ militare, sanctorum opinionibus contraire inducẽs ad hoc canonẽ decretalis. dist. 20. sed reuera in quo Burg. excusationem postillatoris reijcit, accusationẽ incurrit. Persæpe quidem beatum Hieronymum beato August. cæterisq; doctoribus etiam sine magna ratione obijcit & ipsorum dictis infidelium Iudæorum dicta anteponit. Etsi aliquando pro ipsis certare videatur, postillatorem insectari videtur: qui non nisi scriptura aut ratione cogẽtibus interdum à sanctorum declinat sententijs. Nec id quod Burg. assumit facit contra pietatẽ: quia hic honor, hæc reuerẽtia solis debetur canonicis scripturis, vt quidquid in eis repertum fuerit sine hesitatione, verum esse credatur, vt dicit Beatus Augustinus in libro de vnico baptismo. Scripturis autem alijs quibuscunque rationabiliter contradicere licet, dicẽte eodem Augustino in epistola ad Hieron. Aliorum scripta ita lego, vt quantalibet sanctitate quantáue doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, &c. Et in epistola ad Fortunatum dicit. Tales esse velle lectores suorum scriptorum qualis ipse est aliorum, in quo sua scripta cæteris corrigẽda subijcit: sicut ipse aliorum scripta, vbi id certa ratio vel autoritas exegit, refutauit. Nec putandum hanc Augustini humilitatẽ Beato Hieronymo & cæteris sanctis doctoribus defuisse. Canon decretalis contra postil. inductus pro ipso militat: Dicitur namque in ipso: quo quis maiori rationi innititur, eò maioris autoritatis eius verba esse videntur. Igitur postillator si nulla temeritate permotus interdum sanctorũ sententias cum reuerẽtia (quæ sanctis doctoribus debetur) declinet: meliori ratione aut auctoritate persuasus, nequaquam debet ob hoc à veritatis amore criminari: quoniam in his quæ fidei non sunt, nec sacris literis obuiant, neque sancti neque scholastici doctores mutuum consensum expetunt: sed sibi mutuò alijs & alijs rationibus persuasi sine temeritate immo vtiliter contradicunt.

In eodem cap. vbi dicitur Ioseph virum Mariæ: vbi omnes doctores concordant, quod sufficienter deducitur genealogia per Ioseph virum Mariæ, quia erant de vna tribu, &c. Burg. facit multa argumenta aliqua satis competentia, quod non Dauid sufficit declaratio glossæ & doctorum. Ipse igitur longam digressionem facit, in qua putat satisfacere non solum quærenti sed quæstioni, quæ fieri consueuit in hac materia: cui placet videat. Mihi autem videtur quod non amplius quàm postil. factum concludat. Cum enim Christum natum ex semine Dauid & Abrahã secundũ promissa vtrisque facta non nisi auctoritate scriptura habeatur, igitur solum creditum est apud recipientem sacrũ cano. Sic & apud Christianum habetur solum autoritate Mat. & Luc. igitur ex sola fide. Frustrà igitur Burg. videtur tam prolixa digressione laborasse.

Linea genealogiæ Christi, & Ioseph quomodo probati possit.

ne laborasse, præsertim cum quatuor suæ suppositiones, & sex conclusiones citra vel vltra, ea quæ fidei sunt nihil concludunt. Nam in prima suppositione sua dicit de filiatione & successione secundum formam, vulgarem, quę modicum facit ad propositum deducendum. Nam à Zorobabel nulla apud catholicos, nec puto apud Iudæos habetur historia authentica: vnde talis fama vulgaris auctoritatiuè confirmari potuerit vsque ad Christum & parentes eius: Et si habetur, tamen quia in canone non est, ea facilitate contemnitur qua probatur secundum regulam beati Hieronymi. In secundo præsupposito dicit Burg. dubium esse quocunque naturaliter genito, an sit legitimè natus. In quo quæstionem motam non dissoluit: quia per nullam naturalem cognitionem possumus ad legitimam Christi generationem peruenire. Et propter idem non valet suppositio sua tertia: quia testimonium vel probatio per instrumentum pertinet ad humanam & naturalem cognitionem. Et quia de substantia instrumentorum sunt testes, sicut ad naturalis generationis cognitionem non possunt honesti testes adduci, ita: nec instrumenta formari immo testes quicunque adducerentur essent dubij ex secundo supposito. Ex illis igitur tribus suppositionibus nihil fidei affertur: nisi negatiuè: quod videlicet Christi generatio non potest haberi per famam publicam, nec per testes & instrumenta, nec per naturalem cognitionem: Suffecisset igitur quarta suppositio quod potest sciri fidei auctoritate: Et ad hoc tendit prima conclusio Burgen. quæ assumit promissiones factas patribus & testimonium euangeliorum: quæ omnia sola fide recipimus. Secunda sua conclusio solum pertinet ad fideles, & non nisi propter fidem. Et tertia conclusio resoluitur ad idem, quia vult ex publica fama dicere conueniens Christum esse filium Dauid. Sed vnde fama nisi ex prophetis? Sed quid prophetia nisi credamus? Totum igitur resoluitur in fidem: per consequēs apud infidelem nihil facit. Per probationes de sancto Tho. per Burgen. ex sua digressione sumptas non probatur Iudæorum inexcusabilitas: quia nec per scripturam propter interruptionem à tempore Zorobabel nec per famam ex scripturis sufficienter factam, Iesum filium Dauid fore scire poterant: sed aliunde, quod ostendere non est præsentis speculationis. Nec quarta conclusio, nisi per resolutionem ad fidem procedit. Similiter & quinta: quia vtrinsque lineæ tam naturalis quàm adoptiuæ testimonium non habemus, nisi ex scriptura: testimonium autem scripturæ ad fidem resoluitur. Nunc autem scriptura veteris testamenti in vtraque linea deficit: quia à Zorobabel vsque ad parentes Christi, vt prædictum est, auctoritatem non habemus. Credendum est igitur Matthæo & Lucæ in vtraque linea: Et ecce fideles: Et ad hoc finaliter resoluit Burg. suam quintam cōclusionem. Sed vnde Matthæus & Lucas tantæ facti sunt autoritatis, nisi ex auctoritate vniuersalis ecclesiæ teste beato Augustino contra Adamantium dicentem: Non crederem euangelio, nisi ecclesiæ auctoritas me commoueret: Qui igitur credit ecclesiæ, credit Matthæo & Lucæ, et si credit Christum filiū Dauid secundum promissa facta patrib. Et hæc est summa per quam soluitur quæstio per Bur. sic diffinitur prætractata: qui autem his nō credit, quoniam non ex scriptura quæ interrupta est circa genealogiam, nec ratione nec fama conuinci poterit, &c. Remanebit dubius digressione Burgensis non obstante.

Augu. contra Adamātinum.

CAPVT II.

a *Cum ergo natus, &c.* Quamuis Matthæus natiuitatem prętermittat, tamen aduentum Magorum referens, breuiter eam commemorat sic dicens: *Cùm ergo* Quatuor hic ponuntur à prophetis roborata, natiuitas, nomen, locus, & tempus. De natiuitate domini in Bethleē, Matthæus & Lucas consentiunt. Sed quomodo & qua occasione ad eum venerint Ioseph & Maria Lucas exponit: Matthæus præterit, sicut & cætera vsque ad circuncisionem: sicut econtra de aduentu Magorum Lucas tacet, & Matthæus exponit.

A B

CAP. II.

¶ Ecce natiuitas, cùm esset natus. ¶ Nomen. ¶ Locus. ¶ Tempus.

a Cum ergo natus esset Iesus in [1] b Bethleē Iudæ in c dieb⁹ Hero- [2] dis regis, d ecce Magi ab orien-

b *Bethleem Iudæ.* Ad differentiam ilius quæ est in Galilæa in tribu Zabulon. Duę enim sunt Bethleem Bethleē prius dicta est Ephrata, Bethleem domus panis, quia ibi nasciturus erat panis viuus qui de cœlo descendit, qui ponitur in pręsepio: vt irrationabiles pastos, faciat socios angelorum. Significat autem ecclesiam, quæ est domus, in qua panis viuus comeditur.

Duæ Bethleem.

C

c *In diebus* HIERON. Hoc non ponit tantum pro tempore: sed vt videatur impletum: *Non deficiet princeps de Iuda, &c. In diebus Herodis regis.* Finito. s. regno Iudæorum: quando iam Herodes alienigena in gente Iudæorū regnum sibi occupauerat impleta prophetia quæ dicit: *Cū venerit sanct⁹ sanctorū cessabit vnctio vestra.*

Gene. 49. b.

Dan. 9. f.

d *Ecce Magi.* Magi non malefici, sed Philosophi Chaldæorum, qui de singulis philosophantur. Et fuerunt (vt dicitur) de genere Balaam, & successores doctrinarum eius. In istis fides gentium vt primitiæ Deo consecratur. Hi prędicant natiuitatem, locum nesciunt. Iudæi locum insinuant: tempus aduentus nō cognoscunt.

D

AVGVSTINVS. Manifestatus est Iesus non doctis nec iustis: præualet namque imperitia in rusticitate pastorum, & impietas in sacrilegijs Magorum, vtrosque sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venerit stulta eligere vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret.

Ser. 2. de Epiphania.

E

✠ CYPRIANVS. Erant in illis regionibus viri syderum inspectionibus assueti, qui arte mathematica vim discursúmque nouerant planetarum, qui ex elementorum natura rationem temporum metientes, astrorum ministeria certis experimentis proprijs didicerant effectibus assignata. Hi ex vaticinijs Balaam olim audierant stellam oriri ex Iacob, &c. Huius prophetiæ prouentum expectantes, & vbi venit plenitudo temporis orto repentè nouo sydere, ad antiqua recurrentes volumina, tam testimonio muniti quàm signo, dromadis inuecti, in Iudæam stella duce perueniunt.

Sermon. de Stella & Magis. Author illorū sermonū non est Cyprianus sed Saluianus pręsbyter Massiliensis.

F

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Quare Magi, quare stella? Vt per Christum ipsa materia erroris sic fieret salutis occasio, quemadmodum ad Christum mortis causa, causa facta est vitæ. Hosterij proprio mucrone turbare, singulare est insigne virtutis. Apud Magos in culpa erat ignorantia non voluntas: & erat in crimine non studium, sed error quærere Deum & noscere. Quærere necessitas magis est quàm reatus. Fuit ergo piū vt & Deus inuenire quærētib⁹ daret, & culpam deputaret errori.

Sermo. 157.

☞ Venerunt

NICOLAVS DE LIRA. CAP. II.

Diuisio.

1 Cum ergo natus, &c. *Hic secundo ostendit euangelista ipsum Iesum esse verum Deum & verum hominē ex illustratione cælesti & veneratione regali. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius rei manifestatio. Secundo, ipsius Christi manifestati persequutio, ibi:* Qui cum recessissent. *Item prima in tres: quia primò ponitur Christi inquisitio sollicita. secundo eius inuentio certa, ibi:* Qui cùm audissent regem. *tertio, eius adoratio deuota, ibi:* Et procidentes. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur inquisitio Christi ex deuotione. Et ista facta est a Magis, secundo, ponitur inquisitio Christi ex malignatione. Et hæc fuit inquisitio Herodis, ibi:* Audiens autem Hero. *Circa inquisitionem Magorum quęrentium Christum natum euangelista tria notat, videlicet, natiuitatis locum, cùm dicitur.*

Cum ergo natus esset, &c. *vt ostendat impletam esse prophetiam Michea 5. vt videbitur infrà eo cap. Additur autem Iudæ ad distinctionem alterius Bethleē quæ est in tribu Zabulon. secundo notat tempus, cum dicit:* In diebus Herodis, *prophetauerat enim patriarcha Iacob Gen. 49. b.* Non aufertur sceptrū de Iuda, & dux de fœmore eius donec veniat qui mittendus est, &c. *vbi trāslatio Chaldaica habet sic: Donec veniat Messias vbi manifestè ostenditur illo tēpore Christum esse nasciturum, quando deficeret rex & dux de populo Iudæorum Iudæorū. Et hoc impletū est in Herode: quia vsque ad transmigrationem Babylonis habuerūt reges de tribu Iuda, & posteà duces, vt patet de Zorobabel Esd. 2. & sic vsque ad Herodē qui fuit Idumæus natione, & per consequēs alienigena sed regnū Iudæorū fuit sibi datū à Romanis Imperatoribus & cum hoc adiutoriū ad ipsum acquirēdū: & capto Antigono ibidem regnante & posteà interfecto, Herodes occupauit regnum, vt narrat Iosephus libro Anti. patet igitur quod per hoc quod dicitur.*

2 In diebus Herodis, &c. *Ostenditur tempus pręfinitum Christi nascentis. Tertio, scriptura circa natiuitatem Christi notat euidēs cæleste signum: prophetatū enim fuerat per Balaā, Num. 24. c.* Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, &c. *vbi ostenditur quod ortus nouæ stellę apparentis erat signum Christi nascentis: & ideo in hora natiuitatis Christi apparuit stella noua in orientali terra vbi quondam habitauit Balaam. Quę quidem terra est in parte orientali respectu Ierusalem, vt habetur in eodem libro Numero. 23. & ideo isti Magi dicti sunt Magi non à magica arte, sed à magnitudine scientiæ: & ideo dicti sunt etiam reges, quia illo tempore Philosophi sapientes regnabant. Isti ergo videntes nouam stellam cognouerunt per diuinam inspirationem, quod illa erat quę prędicta fuerat per Balaā & ideo statim mouerunt se de locis suis, vt venirent ad venerandū puerum natū: & sequētes stellam venerunt ad Iudæam die tertiadecima: quia illa terra vbi habitabat Balaā non multum distabat à Iudæa: ipsis autem*

✠ Iudæam

A a *Venerunt.* Magi, non post annum: quia tunc non inueniretur in præsæpio, sed in Aegypto, sed 13. die. Fuerunt autem de terra Persarum vbi & Saba fluuius à quo regio nominatur, iuxta quã & Arabia est, vbi Magi fuerũt reges. Qui etsi tria munera obtulisse dicuntur, non ideo non plures quàm tres fuisse probãtur, sed vt per eos gentes quæ ex tribus filijs Noe natæ sunt, venturæ ad fidem præfigurentur: vel tot fuerunt principes, qui multos duxerunt in suo comitatu. Ideo Magi apud Ierosolymam præcipuè rogant: quia per Balaam de Israel nasciturum audierunt. Noua enim stella nouum hominem indicabat. Stella Christus quem sequi debemus, qui nisi in cordibus oriatur rex Iudæorum in oriente non quæritur.

Vide Baronium tom. 1. annal. Magi Christum quærentes quot fuerint.

Hieron. in Matth.

B b *Vbi est, qui natus est rex, &c.* Confusio Iudæorũ est, vbi Christi natiuitaté à gentibus discunt, etsi nõ credunt, inexcusabiles sunt.

c *Vidimus enim stellam.* Hæc stella dominicæ natiuitatis nuncia nunquam prius apparuit, sed eam tunc puer creauit, & Magis deputauit: quæ mox peracto officio esse desijt. Christum nondũ loquentem, muta stella prædicat, postea loquentem apostoli nunciauerunt. Iudæis, tanquam ratione vtentibus, substantia rationalis. i. angelus ortum Christi nunciauit. Magos verò primitias gẽtium nondum ratione vtentium irrationalis, id est, stella perduxit. Pastoribus angeli, Magis stella, vtrisque tamẽ loquitur lingua cælorum, quia iam cessabat lingua prophetarum. Vtrum stella orta sit in oriente, an ipsi ibi positi natam ad occidẽtem viderint, ambiguum est. Potuit enim nasci in oriente, & eos in Ierusalem perducere. Sed dum humanum quasi ex lege quærunt auxilium, diuino deserũtur. Per stellam intellexerunt eum in Iudæa natum? & ideo Ierusalem veniunt, vbi locum discentes tunc aggressi iter primum habent stellam præuiam quam recognoscunt.

C

ALLEGORIC. Stella est illuminatio fidei quæ ad Christum ducit. Dum diuertunt ad Iudæos eam amittunt: quia dum à malis consilium quærunt, veram illuminationem perdunt.

Serm. 1. de Epiphan.

LEO. Sequũtur tres viri superni luminis ductũ, & præuij fulgoris indicium intenta contemplatione comitãtes, ad agnitionem veritatis gratiæ splendore ducuntur, qui humano sensu significatũ sibi regis ortum æstimauerunt in ciuitate regia esse quærendum.

Serm. 3. de Epiphan.

IDEM. Cõmouet Magos remotioris oriẽtis habitatores stellis cæteris stella fulgentior & de mirandi luminis claritate, viri ad hæc spectanda non inscij, magnitudinem significationis intelligunt: agente hoc sine dubio in eorum cordibus inspiratione diuina vt eos tantæ visionis mysterium non lateret, & quod oculis ostẽdebatur insolitum, animis non esset obscurum.

✠ AVGVST.

a ¶ Vbi erat caput regni. ¶ Ciuitas Dei toto orbe refulget in qua minus docti erudiuntur diuina lege.

a te venerunt Ierosolymá, dicentes: Vbi est

a ¶ Ne hoc de Herode quærere videantur. b ¶ Signa non fidelibus, sed infidelibus data sunt.

b c qui nãtus est rex Iudæorum? Vidim^b^us enim 1

a ¶ Propriam quia hanc creauit ad ostensionem sui. b ¶ Quia Deum intelligunt stella famulante.

stellam ^a^eius in oriente & † venimus ad^d^orare eum. Audiens autẽ Herodes rex turbatus 2

d e est, & omnis Ierosolyma cũ illo. Et congre- 3 4

f a ¶ Pontifices. b ¶ Moralium latores præceptorum.

g gans omnes principẽs sacerdotũ & Scribas 5

¶ Palam quasi ex bono affectu. a ¶ Sic vocat eum, quia nouerat inungi reges Iudæorum.

h i populi, sciscitabatur ab eis vbi Chr^a^istus nasceretur. At illi dixerũt ei: In Bethleem Iudæ. 6

† accessimus.

✠ AVGVST. Et nos quidem sub fato stellarum, nullius hominis genesim ponimus, vt liberum arbitrium voluntatis, quo bene vel male viuitur, propter iustum iudicium Dei, ab omni necessitatis vinculo vindicemus. Quantominus illius temporalem generationem sub Astrorum conditione credimus factam qui vniuersorum creator & dominus.

D

li. 2. contra Faustũ c. 5.

d *Audiens autem Herod. &c.* Rex dicitur, vt ex collatione eius qui quæritur, hic intelligatur extraneus quia iam defecerat proprius.

Audiens autem Herod. Alium regem Iudæorum quàm se quæri, volebat enim cum esset alienigena legitimus rex videri: & ideo codices quibus genealogia texitur cremauit.

E

e *Turbatus est, &c.* Vel quia exitum regni sui timet, vel propter iram Romanorum si hoc pateretur, qui decreuerant ne quis rex vel dominus sine eorum consilio diceretur. Nato rege cœli rex terræ turbatus est quia nimirum terrena altitudo confunditur cum cælestis celsitudo prædicatur.

Herodes quare turbatur in aduentu Magorum.

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Quare Hierosolyma principes & Scribæ turbantur? Quia nasci non vult profanus Deum, seruus dominum, iudicem reus, rebellis principẽ, perfidus cognitorem Ierosolyma varia se cõtaminatione perfuderat: Sacerdotes profanauerant sancta, & peccata vendentes in quæstum veniam pietatémque cõuerterant. Scribæ doctrinam cœlestem, scientiam salutarem, vitale magisterium in suum sensum, in perfidiæ lapsum, lethale vaniloquium commutarant. Viuere timent, quia nouerant se mox ignominiæ dandos, trahendos opprobrijs, eijciendos templo, priuandos sacerdotio, oblationum munere vacuandos.

Sermo. 158.

F

f *Cum illo.* Propter fauorem: quia sæpe populus plus eis iniustè fauet, quos crudeles sustinent. Vnde Salomon: Rex iniustus omnes ministros impios habet.

Prou. 29. b.

g *Et congregans omnes principes sacerdotum.* Nota diligentiam inquirentis, vt si inuenerit faciat quòd post se velle ostendit: si autem, excusatus sit Romanis. Explorabat etiam, si rex eorum tristes vel lætos faciat Iudæos.

h *Vbi Christus nasceretur.* A Iudæis quærit locum, à Magis tempus vt de vtroque fiat certus.

i *In Bethleem Iudæ.* Locum natiuitatis exprimunt, quem testimonio scripturæ didicerunt, vt ipsa eorum scientia illis fieret ad testimonium damnationis, nobis ad adiutorium fidei.

Ex hoc patet, quia non ex ignorantia, sed ex cordis duritia credere noluerunt.

☞ ✠ AVGVST

NICOLAVS DE LIRA.

Iudæam intrantibus, stella diuina dispositione disparuit, vt necesse haberent recurrere ad ciuitatem regum, videlicet Ierusalem, & ibidem inquirere de Christo nato. Et hoc factum est à Deo duplici de causa. Vna propter ipsos Magos, vt qui prius fuerant commoniti cælesti signo confirmarentur etiam dicto prophetico ex doctorum Hebraicorum responsione, vt infrà patebit. Alia causa fuit propter Christum, vt eius natiuitas in ciuitate regia renunciaretur, & per consequens Iudæi Christum non recipiẽtes inexcusabiles haberentur. Per hoc etiã figurabatur quod fides Christi à gẽtibus deuotè erat recipiẽda, & à Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus refutanda: quia magi qui gentiles erant ipsum Christum deuotè quæsierunt, & inuentum adorauerunt. Sacerdotes autem Iudæorum audientes Christum natum per cæleste signum in nullo moti sunt ad ipsum quærendum seu venerandum. Dicit igitur.

1 Vidimus stellam eius, *& patet sensus per prædicta.*

2 Audiens autem Herodes. *Hic ponitur inquisitio Herodis ex malignatione, & primò ponitur eius inquisitio de Christo à Iudæis, secundo ab ipsis magis ibi:* Tunc Herodes. *Dicit ergo.* Audiens autem Herodes, *scilicet Christum natum per euidens cæleste signum.*

3 Turbatus est. *Nec mirum, quia erat alienigena vt dictum est, & ideo timebat perdere regnum: & non solum ipse turbatus est, sed.*

4 Et omnis Ierosolyma cum illo. *Hic accipitur pars pro toto. vnde omnis Ierosolyma, accipitur hic pro illa parte quæ fauebat sibi, sicut communiter dicitur, quando maiores ciuitatis aliquid faciunt, quod tota ciuitas facit: sic in proposito illi qui erant ibidem maiores & in regalibus officijs assistentes: illi cum rege turbati sunt. Sequitur.*

5 Et congregans omnes principes Sacerdotum, *Quia enim volebat Christum perdere, ideo voluit de loco natiuitatis Christi diligenter inquirere ab illis qui scripturas prophetarum prædictas de Christo nouerant & genealogias descendentes de Dauid sciebant.*

6 At illi dixerunt ei in Bethleem. *Sicut enim periti in lege responderunt per prophetiam quæ habetur Micheæ 5. quæ non potest exponi nisi de Christo: vnde in eadem auctoritate vbi dicitur:* Ex te egredietur qui sit dominator, *&c. translatio Chaldaica habet. Ex te egredietur Messias. Ad euidentiam igitur huius prophetiæ videndum est qualiter scribitur Micheæ 5. quia videtur in aliquibus discordare ab eo quod hic dicitur. Scribitur enim Micheæ 5. a.* Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te enim mihi egredietur qui sit dominator in Israel, &c. *Matthæus autem euãgelista aliter scripsit: quia debebat scribere responsionem Iudæorum Herodi factam: Herodes autem erat alienigena & ignorabat scripturas prophetarum: & ideo Scribæ sibi respondentes aliqua verba in auctoritate scripta mutauerunt, vt planius regi loquerentur, tamen eandem sententiã tenuerũt: quod patet discurrenti per singula, Scribitur enim in Michæa sic:* Et tu Bethleem Ephrata. *Ipsi autem responderunt:* Et tu Bethleem

Micheæ 5.

✠ terra Iuda

MORALITER.

1 *Vidimus enim stellam, &c.* Per stellam signatur virgò Maria, quæ interpretatur maris stella. Hæc autem stella apparet Magis condescendendo sibi deuotis: & eos nauigantes per huiusmodi mare turbulentum dirigit ad portum salutis qui Christus est. Et ipsum inuenientes venerantur, offerentes ei munera. s. aurũ charitatis, & thus deuotæ orationis, & myrrham carnis mortificationis: quia cum caro rationabiliter castigatur, ad cælestia spiritus eleuatur.

† Et res-

[A]VGVSTINVS. Cùm dixerunt in Bethleem Iudæ, simi[les] [fac]ti sunt fabris arcæ Noe, qui alijs vbi euaderent præstiterũt, [et ipsi] diluuio perierunt: similes lapidibus à miliarijs viam osten[de]runt, nec ipsi ambulare potuerunt.

Et tu Bethleem. Hoc sic ponit, vt ab eis dictum est, quia etsi non verba, veritatem sensus quodammodo ponũt. In Hebræo sic est: *Et tu Bethleem Ephrata parua es in millibus Iuda: ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à dieb⁹ æternitatis.* Et est sẽsus: Etsi sis paruus viculus cõparatã ciuitatibus Iudæ, vbi tot millia: tamẽ nõ es minima: quia ex te egredietur magnus Christus, qui nõ tantũ de Dauid, quia egressus ei⁹ ex mea cõstat substãtia: nat⁹ à diebus æternitatis, qa in principio erat verbum. Antiquitus Ephrata, postea Bethleẽ.

MYSTICE. Est dicta Ephrata, furorem vidit, quod præmonstrat insaniam Herodis qui ibi pueros occidit. Vel Ephrata frugifera, quę colit agrum vitę. Merito in eo loco Christus nascitur, qui totius ecclesiæ typũ gerit, & ex nomine innuit Christũ pabulum vitæ cũctis. *Terra Iuda nequa.* In Hebræo אפרתה Bethleẽ, est domus panis, Ephrata speculũ. Quæ sũt domus istæ nisi fideliũ mentes panẽ angelorũ mãducantes: & quantum in hac vita mortali conceditur, gloriam Domini speculãtes? in quibus Christus iam per fidem natus, de gẽtilitate velut de longinquo venientibus per falsorum doctorum demonstrationem aliquando quæritur, & inuentus adoratur.

a *Clam vocatis Magis.* Remotis sacerdotibus & scribis: timebat enim ne Iudęi quasi ex Dei oraculo promissum occultarent, si se velle eum perimere sentirent. Ideo etiam promisit se adorare ne quis sentiret dolum eius: sed sine suspicione ob gratiam fauoris ei renuntiarent.

b *Adorem eum.* Herodes deuotionem promittit, sed gladium acuit: malitiam cordis depingens colore humilitatis. Finxit se vultu & verbis adorare eum, quem inuida mente cogitabat occidere: Cuius personam repræsentant hypocritæ, qui fictè Deum quęrunt, nunquam merentur inuenire.

[Marginal: † Mich. 5. a. — Ioan. 1. — B — C — D]

¶ Michææ.

Sic enim scriptum est per prophetam †: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda. Ex te enim † exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, † diligenter didicit ab eis † tempus stellæ quę apparuit eis: Et mittens eos in Bethleem, dixit: Ite & interrogate diligenter de puero, & cùm inueneritis, renunciate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos vsque dum veniens staret suprà vbi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum:

[Interlinear glosses: a ¶ Ad tribum Iuda pertinebat. — a ¶ In Hebræo, in millibus. ¶ Arguuntur Scribæ obliuionis quod non ipsis verbis prophetæ vsi sunt. — a ¶ Quia locum didicerat, quando nasceretur explorat. — a ¶ Cognito loco & tempore restat cognitio personæ. — a Hoc subiungendo ad renunciandum inuitat. ¶ Vt alacrius ad eum redeant, & ne Iudæi, quia rex eorum futurus erat, occultent. — a ¶ Aestimantes supple vera quæ dixerat. — a ¶ Donec. — a ¶ Q. d. Hic est quem natum testabar. — a ¶ Inuento quod desiderauerant. — a ¶ Diuersorium illud quod Lucas commemorat. — a ¶ Signum humilitatis sine qua nullus verè adorat. — b ¶ In carne verbum.]

c *Et ecce stella quam viderant.* Ingressi Iudæam deseruntur indicio stellæ, vt cogantur ex lege inquirere. Vel diuino deseruntur auxilio qui quęrunt humanum. Nec decebat signũ infidelibus datũ apparere domesticis legis & prophetarũ: quia, *si Moysen & prophetas nõ audiunt: neq; si quis ex mor. &c.* Nõ tenuit æthereas vias: Sed multum domui vicina, aliter non discernerent domũ.

MORALITER. Stella, est bona exhortatio ducens ad Christũ. Vel potius fides quæ est mẽtis illuminatio, per quã ingrediens Christũ videt qui est stella matutina: & eo viso gaudet gaudio & adorare non desinit.

d *Gauisi sunt gaudio mag. &c.* Gaudio gaudet, qui propter Deum (qui verũ gaudiũ est) gaudet. Addit & magno, quo nihil est maius. Et valdè gauisi, quia de magno potest alius plus, alius minus gaudere.

e *Et intrantes domum, &c.* Tres Magi vno itinere Deũ veniunt adorare: quia in vno Christo (qui est via) inseparabilis trinitas ab eis erat adoranda.

f *Puerum cum Maria matre eius, &c.* Sæpe puer nominatur vt eum agnoscant, de quo dictum est. *Puer natus est nobis.* Cur non & Ioseph cum Maria inuentus est à Magis? Ne aliqua inde malæ suspicionis occasio daretur gentibus, quæ primitias suas statim nato Saluatore ad eum adorandum miserunt.

g *Adorauerunt eum.* Sic confitentes Deum, quem factum esse hominem intelligunt, & moriturum quod per myrram ostendunt.

[Marginal: † Mihi proditurus est: Lucæ 16. g. † Accuratè perquisiuit. † Quo tempore stella apparuisset eis. — E — F — Isa. 9. b.]

Et aper-

NICOLAVS DE LIRA.

terra Iuda. *Cuius ratio fuit, quia ista ciuitas antiquitus vocata est Ephrata ab vxore Caleph, sed postea est ibi facta fames magna tempore Elimelech & Noemi vxoris suæ: propter quam famem iuerunt ad peregrinandum in terra Moab, vt habetur Ruth. 1. a. Transeunte autem fame facta est maxima abundantia in eadem ciuitate: sicut frequenter fit mutatio à contrario in contrarium: & tunc vocata est ciuitas Bethleem, id est, domus panis, propter abundantiæ euentum. Herodes autem ignorabat istam historiam: Et ideo non dixerunt,* Et tu Bethleem Ephrata: *quia nesciuisset quid esset dictum: sed dixerunt,* Tu Bethleem terra Iuda, *id est, quæ sita es in tribu Iuda ad differentiam alterius quæ sita est in terra Zabulon, sicut prædictum est. Similiter quod sequitur in auctoritate:* Paruulus es in millibus Iuda: *mutauerunt dicentes:* Nequaquam minima es in principibus Iuda. *Licet enim videatur esse contrarietas in verbis, tamen est eadem sententia: quia cum dicitur:* Paruulus es, *&c hoc est dictum: Tu Bethleem paruulus es vicus in situ & ambitu murorum respectu millium ad te pertinentium. & ratione Christi ex te nasciturі, & ista paruitas sonat indignitatem, sicut si diceretur: Parisius est parua ciuitas in situ respectu multitudinis ad eam pertinentis. Scribæ autem Iudæorum respondentes Herodi, hanc dignitatem planius expresserunt dicentes,* Nequaquã minima es. *Quod autem sequitur in auctoritate hic, & ibi satis cõcordat, vt patet intuenti.*

1 Tunc Herodes clam vocatis Magis diligenter didicit. *Hic ponitur inquisitio Herodis facta ab ipsis Magis. Cognito enim loco natiuitatis Christi ex Iudæorum responsione, voluit scire tempus natiuitatis ab ipsis Magis per signum stellæ orientis quę apparuerat eis, vt si ad ipsum non redirent ex temporis & loci cognitione posset Christum interficere, sicut posteà attentauit pueros interficiendo, & hoc est quod dicitur:* Tunc Herodes clam vocatis. *Dicit clam, id est, occultè, quia cùm esset alienigena non confidebat Iudæis: & ideo voluit suum consilium eos latere. sequitur.*

2 Et mittens eos in Bethleem, *Spondet falsum obsequium, vt facilius eos decipiat, & ad redeundum ad ipsum inducat.*

3 Qui cum audissent regem, abierunt, *Posita ipsius Christi inquisitione sollicita, hic consequenter ponitur eius inuentio certa. Dicit igitur:* Qui cùm audissent regem, abierunt *recedentes s. de Ierusalem, vt irent versus Bethleem edocti de hoc per prophetiam.*

4 Et ecce stella. *Quia enim vt dictum est disparuerat, vt Christi natiuitas per ipsos in regia ciuitate publicaretur, & vt prophetia de loco natiuitatis Christi impleta monstraretur, ideo hoc peracto iterum eis apparuit, & repletos gaudio ad locum determinatum vbi puer erat deduxit. Ex prædictis patet quod illa stella non erat de stellis existentibus in orbe, nec de stellis cometis, quæ aliquando apparent in suprema aeris parte, quia illæ lucent tantum de nocte: ista autem de die. Item ex motu, quia illæ reuoluuntur secundum motum mobilis primi in die naturali: ista autem mouebatur secundum quod expediebat Magorum itinerationi: vnde in tredecim diebus non est mota nisi à terra in qua habitabant Magi vsque ad ciuitatem Bethleem. Tertio hoc apparet ex situ: quia si fuisset sita in orbe seu etiam in suprema aeris parte, vbi generantur cometæ, non potuisset determinatum locum vbi erat puer, ostendere, & ideo patet quod erat in propinqua aeris parte.*

5 Et procidentes adorauerunt eum. *Hic describitur ipsius Christi inuenti adoratio deuota, ex quo patet, quod cognouerunt ipsius diuinitatem per diuinam reuelationem: cùm enim viderent puerum pannis inuolutum in gremio pauperis matris positum, nullum regiæ dignitatis habentem signum, non est verisimile quod talem reuerentiam ei exhibuissent, nisi in eo aliquid supra hominem cognouissent: Et hoc est quod dicit:* Et procidentes adorauerunt eum: *adoratione scilicet, latriæ.*

Et aper-

a *Et apertis, &c.* Fidem suam mysticis protestantur muneribus: Munera clausa, fides est cordis, munera aperta confessio est oris. In thure contunditur Arius, qui soli patri sacrificandum esse cõtendit. In myrrha Manichaeus, qui Christum mortuum nõ credit. In auro vterque, quia & Manichaeus de semine Dauid regem natum non credit, & Arius solam ei seruitutem ascribit.

MORALITER. *Et apertis* Magnum religionis sacramentum hic aperitur, vt fide praeuia thesauros nostros in via non pãdamus, donec praeteritis hostibus soli Deo ex occultis cordiũ offeramus, Ezechias, quia thesauros alienigenis prodidit, condemnatur in posteris. (Isa. 39. a.)

b *Obtulerunt ei.* Quaeritur an vnusquisque tria? quod magis fatendum est, quia congruit mysterio: quia omnis verè Christianus Christum, Deum, regem, & passum confitetur. Dicitur quòd reges Persarum semper cum muneribus solent adorare, quo more & isti munera obtulerunt. Sed magis diuina inspiratione est factum, vt in hoc sit mysterium omnium. vnde & figuraliter tria dicuntur. Aurum, ad tributum: thus, ad sacrificium: myrrha, ad sepulturam pertinet mortuorum. Vel per haec tria in eodem Christo intimantur, regia potestas, diuina majestas, humana mortalitas. (Quot quisque Magorum dona obtulerit. Regũ Persarum quis ritus sit in oblationibus. †Excitatus.)

✠ BASILIUS. Balaam vaticiniũ sequi visi sunt, qui de Christo talia visus est dicere: *Accumbens dormiuit vt Leo, & quasi pullus leonis, quis suscitabit eum? Qui benedixerit tibi erit benedictus, & qui maledixerit in maledictione reputabitur.* Per leonem enim eius imperium sermo demonstrat: per accubitum verò supplicium: per benedictionis virtutem, eius diuinitatem. Igitur vaticinium hoc sequentes, vt regi aurum, vt morituro myrrham, vt Deo thus obtulerunt. (Hom. de humana Christi generatione.)

MORALITER. Nos ergo thus offerimus, si cogitationes carnis in corde per studium orationis incendimus: aurum dũ superna sapientia resplendemus: myrrham, si carnis vitia per abstinentiam mortificamus. Haec munera ex thesauro animi condita proferuntur, *Cum corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu.* Aurum est perfecta sapientia, thus oratio munda, myrrha operatio bona. Primum ergo fides Christo offerenda: deinde oratio, tertio loco operatio. Infirma est oratio quam non munit eleemosyna. (Rom. 10. b.)

MYSTICE. Tres Magi significant Gentilem populum de tribus filijs Noë procreatum ad fidem Christi venientem: Stella propheticum sermonem, ortum Christi veraciter profitẽtem. Herodes, diabolum, qui cognita diuinitate Christi persequitur eum in membris suis, à quo Magi pergunt dum ab idololatria gentes recedunt: & ad domum in qua Christus est, id est, ad catholicam ecclesiam perueniunt in quam intrantes per fidẽ, inueniunt Christum cum matre sua, id est, ecclesia Ioseph semoto, id est, Iudaeorum populo propter perfidiam: & apertis thesauris suis, id est, literarum peritia, obtulerunt ei munera, id est, physicam, ethicam, logicam, vel historiam, tropologiam & allegoriam, vel sanctae trinitatis fidem.

c *Et responso accepto in.* Sicut Moyses tacens clamabat, sic isti pio affectu interrogabant quid diuina iuberet voluntas. Haec responsio non fit per angelum, sed per ipsum Deum, quia nullus alius viam reuersionis instituit, nisi ille qui dicit: *Ego sum via, veritas, & vita.* Non loquitur puer ad eos, ne diuinitas ante tempus reuelaretur, & vera humanitas habeatur. vnde & mox in Aegyptum mittitur: quia & fides nutrienda erat ad praemium, & vita doctrinae praeparanda est ad eundum. († oraculo moniti. Ioan. 14. a.)

d *Per aliam viam, &c.* In hoc forma datur credentibus, vt deuoti ad Deum veniant: & quod iubeat intendant, scilicet, ne ad diabolum redeant: sed per semitas virtutum ad patriam veniãt: & qui ceciderunt contemnendo, resurgant obediendo. († 7. q. 1. c. aduersitas. & 3. q. 3. 10.)

¶ Fidem suam mysticis profitentur muneribus.

Et apertis thesauris suis obtulerũt ei munera, aurum thus, & myrrhãm. Et † responso accepto in somnis nẽ redirent ad Herodem, per aliam viãm reuersi sunt in regionem suã. Qui cùm recessissent, ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: † Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsque dum dicam tibi, Futurum est enim, vt Herodes quaerat puerum ad perdendum eum. Qui † con-

(Interlinear glosses: a ¶ Regi. b ¶ Deo. c ¶ Mortali. d ¶ Quia intus quaerebant quid vellet diuina voluntas de reuersione ad Herodem, Dei meruerunt responsionem. d ¶ Quia cognita veritate non licet retroire. b ¶ Diabolum. a ¶ Fidem, spem, charitatem. b ¶ Paradisum, vel caelestem Ierusalem. a ¶ Impleto purgationis tempore prius, & eo oblato in Ierusalem: quod hic praetermittitur. a ¶ Hic Ioseph non quasi maritus, sed nutricius & custos ascisc itur. ¶ Gloriosae. a ¶ Ecce quod fraudes non latent Deum.)

LEO. Adorant in carne verbum, in infantia sapientiam, in infirmitate virtutem, & in hominis veritate dominum majestatis: vtque sacramentum fidei suae intelligentiaeque manifestent, quod cordibus credunt muneribus protestantur. Thus Deo, myrrham homini, aurum offerunt regi: scienter diuinam humanamque naturam in voluntate venerantes, quia quod erat in substantijs proprium, non erat in persona diuersum. (Serm. 1. de Epiphan.)

e *Accipe puerum, &c.* HILARIUS. Cùm desponsantam eam iusto significabat, coniugem nuncupauit, sed post partum mater tãtum Iesu ostenditur, vt quemadmodum iusto Ioseph deputaretur Mariae in virginitate coniugium, ita venerabilis eius ostenderetur in Iesu matris virginitas, (Canone 1. in Matth.)

✠ CHRYSOST. Non autem dicit, accipe matrem & puerum eius, sed econuerso, quia non propter matrem puer natus est, sed propter puerum mater praeparata est. (Hõ. 2. operis imperf.)

f *Fuge in Aegyptum, &c.* Mira humilitas Christi: Fugit qui refugiũ est aliorũ & virtus: fugiendo instruit suos. vnde. *Si vos persequuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.* (infra 10. c.)

✠ CHRYSOST. Sic in illa regione spei ponuntur exordia. Quia enim Babylon atque Aegyptus prae omnibus terris flamma impietatis ardebant, ideo ab ipsis statim principijs vtramque emendaturum se esse docet Christus, & persuadet de alijs quoque mundi partibus speranda esse meliora. Nam Persidi quidem Magos remittit, ipse verò cum matre in Aegyptum descendit. (Hõ. 8. operis imperf.)

✠ GREG. NAZIAN. In Aegyptum quidem pulsus est, verum impura Aegyptiorum sacra depulit ac profligauit. Vnum infirmitatis, alterum majestatis est. (Orat. 4 de theologia.)

g *Qui consurgens.* Ioseph figura praedicatorum, qui Christum, cum matre, id est, fidem Christi, & ecclesiae tulerunt ad gentes, relicto

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Et apertis, &c. *Non quod tunc aperuerũt, sed quia prius aperuerãt, quando s. de terra sua recesserunt: & inde munera apportauerunt.*

2 Aurum, thus & myr. *Ista tria obtulit quilibet ipsorum, tum quia de talibus faciebant xenia reges Arabum, tum quia per aurũ signabant regiam dignitatem: per myrrham hominis mortalitatem: quia myrrha solent inungi corpora mortuorum: per thus ipsius diuinitatem: quia thus ad honorem diuinum concrematur. Vel aliter secundum alios obtulerunt aurum ad sustentationem paupertatis matris & filij, thus contra fetorem loci, & myrrham ad consolidandum membra pueri.*

3 Responso accepto, *scilicet ab angelo ex diuina reuelatione.*

4 Per aliam viam reuersi sunt. *peracto, scilicet, obsequio: quia descenderunt ad mare, & inde per nauem transfretantem in Tharsis abierunt: propter quod Herodes iratus postea naues Tharsensium incendit, secundum quod fuerat prophetatum per David:* In spiritu vehementi conteret naues Tharsis. (Psal. 47. b.)

5 Qui cùm recessissent, &c. *Hic ponitur ipsius Christi nati persequutio: Et primò describit euangelista quoddam antecedens ipsam persequutionem, secundò ponitur ipsa persequutio ibi:* Tũc Herodes vidẽs, *tertio, ponitur quoddam consequens ad ipsã ibi:* Defuncto Herode. *Circa primam igitur partem sciendum, quod Deus praeuidens Herodis persequutionẽ futurã per angelũ admonuit Ioseph vt puerũ in Aegyptum portaret. Ad cuius intellectum notandũ, quod Herodes credidit primò Magos fuisse delusos ex apparitione stellae phantastica: & ideo non curauit tunc de pueri inquisitione: sed postea oblato puero in templo & à Simeone iusto praedicato & manifestato, & similiter ab Anna prophetissa coram toto populo, vt habetur Luc. 2. e. Sed Mattheus illud dimittit. Tunc fama pueri nati crescẽte voluit Herodes ipsum perdere: sed interim portatus est per Ioseph in Aegyptum.*

6 Qui consurgens, &c. *non dicit filiũ suũ, quia erat tantũ nutricius.*

✠ Nocte

MORALITER.

3 *Responso accepto in somnis, &c.* Per hoc admonemur, quod cum malis hominibus non contrahamus aliquam societatẽ, Prouer. 13. d. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. Amicus stultorum similis efficietur. Per Herodem verò, qui sub specie religionis voluit occidere Christum, signatur hypocrita, qui quantum est in se, Christum occidit, secundum illud Hebr. 6. b. Rursum crucifigentes sibimetipsis filium Dei: Nam secundum Hierony. Simulata sanctitas, duplex est iniquitas. Per Scribas autem & sacerdotes, qui locũ natiuitatis Christi ex Michaea propheta declaraue-

relicto Herode.i. Iudæorum infidelitate.

a *Nocte.* quia occultè per fugam ad illustrandam Ægyptum descendit. relicta nocte Iudæis.

Nocte tulit in Ægyptum, quia nocte ignorantiæ his à quibus ipse recessit reliquit incredulis. Quando redit, noctis non fit mentio, quia in fine mundi, Iudæi fidem tanquam Christum ab Ægypto reuertentem suscipientes illuminabuntur. Hîc datur exemplum fidelibus vitandi rabie persequutorũ vbi est opportunum, sicut ipse ait: *Cũ aũt persequentur vos in ciuitate ista, &c.* Significat autem hæc fuga domini electos improbitate malorũ à sedibus suis sæpius esse pellendos. Fugit vt homo, quem paulo ante stella Deũ mõstrauit.

b *In Ægyptũ & erat ibi vsque.* Omnigenum Deum mõstra venerantem: quia Christus à Iudæis non receptus, per prædicationem transit ad gentes. Fugit in Ægyptum sicut natus est, vt corruptam reparet naturam. Sic fugit, vt fugaces reuocaret. Quod fugit, sacramenti fuit nõ timoris, vt exemplum fugiendi daret suis. Nõ fugit mortem qui mori venerat: Nec insidias expauit qui venerat aperire versutias diaboli. De hac fuga prædixit Isaias: *Ecce dominus ascendet super nubem leuem.* i. carnem sine peccato: *ingredieturq́; Ægyptum.* Septem autem annis in Ægypto latuit.

Matth. 10. — *lamentatio. — Isa. 19. a.

surgens accepit puerum & matrem eius
a ¶ Quia fides Christi mansit in gentibus do. ple. gen. in.
a b nocte, & secessit in Ægyptũm: & erat ibi 1
a ¶ Vsque in finem infidelitatis, quia Iudæa contra ecclesiam sæuit.
vsque ad obitũm Herodis: vt adimpleretur 2
quod dictum est à domino per prophetam
a ¶ Consubstantialem: quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis.
c dicentem: Ex Ægypto vocaui filiũm meum. 3
a ¶ Inde accumulatur ira iam turbato per natiuitatem.
d Tunc Herodes videns, quoniam illũsus es- 4
a ¶ Lingua vsus est pro gladio.
e set à Magis, iratus est valdè, & mittens oc- 5
a ¶ Vt hic, qui natus erat, non effugeret.
cidit omnẽs pueros qui erant in Bethleem,
a ¶ Vt in tanta multitudine latere non posset. b ¶ Vt neque loco neque tempore celaretur.
f g & in õmnibus finibus eius, à bimãtu & in- 6
a ¶ Ab ortu stellę.
h fra, secundum tẽmpus quod † exquisierat à
Magis. Tunc adimpletum est quod dictum 7
est per Ieremiam prophetam dicentem:
a ¶ In excelso. ¶ Longè latéque resonant planctus vsque ad Deum peruenit.
i † Vox in Rãma audita est, * ploratus & vlu- 8
k latus multus: Rachel plorans filios suos, 9

Osee 11. a. Num. 24. b

c *Ex Ægypto vocaui.* In Osæa iuxta Hebraicam veritatem hoc inuenitur: vel in libro Numerorum: vt quidam asserunt: quia totum dispositione Dei factum est.

C d *Tunc Herodes vi.* Verisimile est, quod cum Herodi nihil renunciatum esset à Magis, credidit illos fallaci stella deceptos esse, & ideo ad se nõ esse reuersos: vnde & tãdiu quieuit à pueri inquisitione. Deinde vulgatis his quæ in tẽplo facta dictaue fuerant: se à Magis sensit illusũ: & in mortẽ Christi properãs pueros occidit.

Innocentũ occisio quãdo per Herodem acta fit.

Verisimile est per annum & quatuor dies à natiuitate Christi Herodem in pueros desæuisse: quod forsitan ideo distulit, quia Romam profectus est, vel ibi accusatus, vel vt Romanos consuleret super his quæ de Christo dicebantur. Ideo forsitan tandiu ab inquisitione pueri se continuit, vt sollicitius eum deprehenderet, neque elabi aliquomodo posset.

Serm. 2. de epiphan.

✠ Leo. Recolens tempus quod indicauerant Magi, in omnes Bethleem pueros rabiem crudelitatis effundit & cæde generali ciuitatis illius in æternam gloriam trãsituram trucidat infantiam: æstimans fore vt nullo illic paruulo non occiso occideretur & Christus.

e *Occidit omnes pueros.* Quam cito Christus apparuit mundo, incœpit in eũ persecutio: quæ figurauit persecutionem sanctorum: & dum infans quæritur, infantes occiduntur: in quibus forma martyrij nascitur, vbi infantia ecclesiæ dedicatur.

D Figurat mors paruulorum passionem omnium martyrum, qui paruuli, humiles & innocentes occisi sunt: qui non in Iudæa tantum, sed vbique passi sunt ab impiis, quos significat Herodes. Quod bimi: quia doctrina & operatione perfecti. Illis occisis Christus euasit: quia corpora possunt perimi, diuinitas non contingi.

Hom. 3. in diuersos.

✠ Origenes. Hi paruuli & ad memoriam æternæ laudis à beato commemorantur euangelista, & horum memoria, prout dignum est, semper in ecclesiis celebratur, secundum integrum ordinem sanctorum, vt primorum martyrum pro domino occisorum, & vt ipsa Bethleem primitias domino martyrum, in qua natus est ipse saluator, obtulisse videatur.

Epistola 28. E

✠ Avgvst. Non frustra infantes illos, qui cum dominus noster Iesus Christus ab Herode necandus quæreretur, occisi sunt, in honore martyrum receptos commendat ecclesia.

† exactè cognouerat.

f *Et in omnibus finibus eius.* Non est contentus vastatione Bethleem, sed adiacentia loca vastauit: nec vllam misericordiam ętatis habuit à filio vnius noctis vsque ad filium duorum annorum, quin omnes occideret.

† Iere. 3. g. & 31. c.

g *A bima.* Ideò à bimatu, vt sicut præoccupauerat Herodes fines ciuitatis. Ita & præoccuparet alium annum. Ideo etiam à bimatu: quia timebat, ne puer cui famulabantur sidera, paulo supra ætatem vel infra speciem sibi conformaret.

h *Tunc adim.* Adimpletum dicitur: quia antequam fieret legentibus erat semiplenum, quia quod in litera sonabat, aliquid futurum occultè promittebat.

F Hom. 7. in Matth.

Chrysostomvs dicit quòd stella per annum apparuit, sicut in destructione Romanorum signa apparuerunt in cœlo, quando vox angelorum audita est: Transeamus ab his sedibus.

i *Vox in Rama.* i. in excelso longè latéque diffusa est.

Iudicum. 16. g. & 20.

Allegorice. Vel, vox ecclesiæ de nece membrorum gementis vsque ad solium superni ascendit iudicis. *Vox in rama.* Propter vxorem leuitæ fornicatione peremptam, secundum numerum tribuum in duodecim partes diuisam, omnis Israël tribum Beniamin præter trecentos viros deleuit: eorum qui superfuerunt ploratus & vlulatus auditus est vsque Rama, qui est locus iuxta Gabaa duodecimo milliario à Bethleem. *Audita.* Exaggerat, vt hyperbolicè Rachel iam mortua, dolentis affectu filios iã flere dicatur. Vnde per hoc de Chaldæis historia texitur quod similis esset ab eis cladi priori populo Iudæorũ futura vastatio. Sed verius reuelante per euangelistam spiritu, prophetia de nece puerorũ accipitur. Dicit ergo, quod tũc cõpletũ sit quod dictum est, quia etsi ad imminẽtẽ captiuitatẽ sermo prophetiæ respicit, tamẽ in eo sicut in vmbra, futura veritas cædis infantium pronũciatur.

k *Rachel.* Quia sepulta est iuxta Bethleem, & ex terreno cor- ☞ poris

Nicolavs de Lira.

1 Nocte. *propter timorem Herodis, vt negocium fieret magis occultè: licet enim de hoc non haberet diuinam reuelationem, non tamen propter hoc debebat omittere, quod poterat facere secundum humanam viam. Sequitur:*

2 Vt adimpleretur quod dictum est à domino per prophetam. *s. Hosee.* 11.

3 Ex Ægypto vocaui filium meum. *Ista autem authoritas habet duplicem sensum literalem: quia verificata est ad literam de populo Israël vocato à domino de Ægypto: perfectius tamen de domino nostro Iesu Christo, qui est filius Dei naturalis: alij autem sunt tantum filij per adoptionem. sicut & illa authoritas quæ habetur. 1. Par. 22.* Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, *ad literam intelligitur de Salomone: tamen minus propriè: de domino autem nostro Iesu Christo propriissimè, vt dicit Apostolus ad Heb. 1. b. dicens:* Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius mei es tu, *&c. Et iterum:* Ego ero illi in patrem, *& hoc modo allegat euangelista hic quod habetur Hosee.* 11. *vt visum est.*

Rectius Ribera & Iansenius vtriusque loci vnicũ sensum literalem agnoscunt.

4 Tunc Herodes videns. *Hic ponitur ipsa persecutio. Herodes videns se esse illusum à Magis per famam pueri crescentẽ, iratus est valde, timens principatum suum perdere: & ideo tunc occasione ipsius voluit omnes pueros de Bethleem interficere, ne puer sibi incognitus euaderet: sed fuit impeditus ab exequutione huius facti, quia citatus est ad curiam Romanam ad petitionem suorum filiorum ipsum accusantium: & ideo non fuit ausus tunc pueros interficere, ne cum alijs facinoribus suis accusaretur de tanta crudelitate. Eundo autem Romam, & remanendo in curia & redeundo in Iudęa apposuit annum & plus: & ideo fere post duos annos ad regnum reuersus & in regno confirmatus: quia sententiam pro se contra filios habebat: tunc adimpleuit de nece puerorum quod prius conceperat. & hoc est quod dicit:*

occisio quare dilata est per Herodem.

5 Et mittens occidit. *Sequitur.*

6 A bimatu & infra secundum tempus. *Qui duo anni ferè transierant ab ortu stella & à Magorum inquisitione.*

7 Tunc adimpletum. *trigesimo primo capitu.*

8 Vox in rama audita. *Rama aliquando est nomen proprium loci, & sic non accipitur hic: aliquando est nomen commune, & significat excelsum: & sic accipitur hic secundum quod patet Ierem. 31. c. vbi dicitur:* Vox in excelsis. *Sequitur.* 9 Rachel plorans filios suos. *Licet*

Moraliter.

† clarauerunt, & tamen ipsum natum non adorauerunt, sed magis persequuti sunt: signantur doctores bonæ doctrinæ, sed malæ vitæ: quia quem prædicant sana doctrina, persequuntur mala vita,

A poris hospitio matris nomē accepit. Vel quia multi de Beniamin & Ioseph occisi sunt. De Rachel natus est Beniamin, ad cuius sortem non pertinet Bethleem: sed ad tribum tantum Iuda. Sed quia contiguæ tribus sunt Iuda & Beniamin in finibus Bethleem, multi quoque de tribu Beniamin occisi sunt.

Nota, quod melius per Rachel (quàm si per Bethleem plorasse diceretur) figura sacramenti innuitur, quia per eam in omnibus Schema ecclesiæ commendatur quæ plorat non tam morte translatos, quàm supplicio peremptos. *Rachel:* Id est ecclesia suos teneros agnos plorat peremptos: neque vult consolari in præsenti, quia non sunt: sed omnem spem & consolationem ad æternam transmittit vitam. Vel plorat, & non respicit cōsolationem secundùm duplicem quorundam intelligentiam, siue quod in æternum mortuos æstimaret, siue quòd hîc nollet consolari in præsenti de his quos sciret in æternum victuros. Hoc verius ecclesiæ conuenit quæ non tantum peremptos dolet sed eos amplius quos prius editos vult retinere, vel nōdum genitos generare: de quibus nulla consolatio, quia æternaliter mortui sūt.

B

Allegorice: Bene autem Rachel, quæ ouis videns Deum dicitur, ecclesiam figurat, cuius tota intentio vt Deum contempletur inuigilat: & ipsa est ouis centesima quam pastor humeris reportabat. *Rachel* id est ecclesia plorans pro suis occisis. Et ideo non modicum fuit prophetæ tantum sacramentum (licet obscure) diligentius præsignare.

Plorat ecclesia, & non vult consolari hîc: quia filij sui non sunt de hoc mundo. Vel plorat: quia dum parit, iustitiam habet vnde dicitur: *Vos plorabitis, &c.* sed additur consolatio: *Tristicia vestra vertetur in gaudium.* (Ioh. 16. d.)

C a *Defuncto autem Herode, ecce apparuit angelus domini.* Quia sopita Iudæorum perfidia, & Helia & Enoch prædicantibus, Iudæa verbum Dei recipiet.

a ¶ Tamen. b ¶ Eo modo vt in mundum reuocarentur. c ¶ Reuocandi.

a Et noluit consolari, quia non sunt. 1 Defuncto ¶ De quo prædictum est. autem Herode, 2 ecce apparuit angelus ¶ Quia nondum publice reuelabatur, cui angelus hoc officium deferebat. domini in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: ¶ Non filium tuum. ¶ Non coniungem. Surge, & accipe puerum & matrem ¶ Quia Scribæ & Pharisæi mortem Christi meditabantur cum Herode. b eius, & vade in terram Israel: c Defuncti sunt d enim qui quærebant ¶ Vitam. animam pueri. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. 3 Audiens au- ¶ Herodes, Philippus, Archelaus, & Lysanias fratres fuerunt. ¶ De qua putabat se admonitum. tem, quod Archelaus regnaret in Iudęa pro e Herode patre suo, timuit illò ire. 4 Et * admo- ¶ Non mutat angelus præceptum, sed manifestius corrigit errorem pietatis. ¶ Quæ & ipsa terra est Israel, quia & ipsam populus Israel incolebat. f nitus in somnis secessit in partes Galilęę. ¶ Quę est in Galilæa. 5 Et veniens habitauit in ciuitate quæ voca- g tur Nazareth, 6 vt adimpleretur quod dictum

Eusebius. Cum post insidias seruatori nostro & aliis infantibus factas cœlitus inuecta plaga Herodem ad extremum vsque spiritum afflictaret, corpus eius vti Iosephus refert morbus inuasit diuersus. Ignis inquit lentus inerat non tantum conflagrationem in superficiem corporis agentem prodens, quantum intrinsecus crescens operabatur incendium. Auiditas inexplebilis cibi semper inerat, nec tamen satietas vnquam rabidis incitata faucibus præualebat implere ingluuiem. Intestina interius vlceribus tabida putre fluebant. Doloribus quoque colli sæuissimis cruciabatur. Humor liquidus ac luridus erga pedes luridos oberrabat. Similis quoque illi circa pubem inerat afflictio: sed & pudēda ipsa putredine corrupta scatebāt vermib⁹. Spiritus quoq; incredibilis erecta lentigo (quæ fuerat satis obscœna) diri fœtoris & anhelitus respiratione creberrima. (lib. 1 Hist. c. 8. Ioseph. lib. 17 antiq. c. 7. & 10.)

D Defuncto rege illico complices eius pereunt, sic cessante persequutione ecclesiæ ad cælestia inuitatur.

b *In terram.* Non determinat in quam partem, vt dubitante Ioseph angelus reuertatur: & frequenti eius allocutione Ioseph certior reddatur. Quia non distinxit in quam partem, ideo Iosephus intellexit Iudæam quæ dignior pars regni erat.

c *Defuncti.* Tradunt quidam quia fecit Herodes super funus suum nobiliores Iudæorum occidere, vt sic cogeret Iudæos mortem suam flere. (Iosephus.)

d *Qui consur.* Allegorice. Ioseph gerit figuram apostolorum, quorum officio Christus circunfertur. Apostoli primum venerunt in terram Israel: quia primum prædicauerunt Iudæis. Sed pro Herode, id est manente hæreditaria infidelitate, metuunt & recedunt admoniti gratiam gentibus prædicare, & ad eas Christum transferre.

E Nominata terra Israel visum est Ioseph non alicubi talem puerum debere habitare, nisi in Ierusalem vbi erat templum & celebratio prophetarum. Tamen angelus intelligi voluit Galilæam, quam & Iudæi incolebant quod ostendit sic fuisse prædestinatum quia Nazareus vocabitur. (* oraculo.)

e *Timuit illo ire.* Si timuit Iudæam pro Archelao hærede paternæ crudelitatis: Cur non & Galilæam, vbi Herodes alius frater eius regnabat? Quia Archelaus post patrem monarchiam totius regni obtinuit: sed insolescens à Tiberio Cæsare deiectus est Lugdunū in exilium, & tunc diuisum est regnum in quatuor tetrarchias, quarum vnam. i. Galilæam Herodes frater eius obtinuit.

F Quæritur: quare non timuit Ioseph ire in Galilæam sicut in Iudæam, cum & ibi regnaret Archelaus? Sed melius potuit in Nazareth (quæ remota erat) latere quàm in Ierusalem, vbi erat caput regni & assiduus Archelaus. (Ioseph quare magis Iudæā intrare formidabat, quàm Galilæam.)

f *Sec. in par.* Quod Christus illuc non transfertur vbi regnabat Archelaus, significat, quia illis abscondetur Christus, in quibus regnabit Antichristus.

g *Na.* Nazareth, germen nouellum vel flos campi interpretatur, de cuius radice germinis sanctus sanctorum ad significandum æternitatis suæ substantiam ascendisse legitur. Sicut ergo eligit tempus quo nascerentur & locum, ita & ciuitatem in qua coalesceret: cuius nomen indicio est, quod ipsa sanctitas, in sanctitate nutritus, sanctus sanctorum rectè dicitur: vnde & discipuli eius prius Nazaræi dicti sūt, sed postea à Christo Christiani vocati sūt.

Nazareth Galilææ quò transfertur, partem eiusdem gentis quæ fidem suscepturа erat, significat: vnde flos interpretatur: quia ecclesia quo ardentius à terrenis ad cœlestia transmigrat, eo magis virtutum flore & germine abundat.

☞ Per

NICOLAVS DE LIRA.

autem Iudas non sit natus de Rachel, sed Lia sicut habetur Gen. 29. tamen dicitur hic mater puerorum de Bethleem, quæ erat sita in sorte Iuda: quia ipsa Rachel sepulta est iuxta Bethleem, vt habetur Gen. 35. & ideo ratione sepulturę dicta est mater ipsius Bethleem, & habitantium in ea: & ideo dicitur hic plorare metaphorice ratione prędicta.

1 Et noluit consolari quia non sunt: *subintelligitur viuentes.*

2 Defuncto autem Herode, ecce apparuit, &c. *Hic ponitur illud quod est consequens ad persequutionem quia mortuo Herode qui puerum persequebatur, angelus monuit Ioseph vt puer in terram Israel reportaretur. Non nominauit autem angelus aliquam ciuitatem determinatè vt ex responsione angeli instruentis eum de loco, Ioseph ex frequenti locutione cum angelo magis consolaretur sequitur.*

3 Audiens autem, &c. *Ad euidentiam huius notandum secundum quod refert Iosephus antiqui. 17. ca. 10. Herodes moriens condidit testamentum, in quo ordinauit Archelaum filium regni sui successorem, ita tamen quod coronam sibi non imponeret, nisi per Romanum imperatorem. Ad accipiendum igitur diadema venit Romam: sed & fratres eius Philippus & Herodes illuc venerunt petentes paternæ hæreditatis partem. Finaliter decreuit imperator, vt Archelaus haberet medietatem regni paterni, quæ dicta est Iudæa. Aliam autem medietatem diuisit in duas partes, & vnam dedit Herodi, & factus est tetrarcha Galilęa. aliam dedit Philippo & factus est tetrarcha Iturea & Traconiditis regionis, vt tangitur Luc. 3. Igitur quia Archelaus fuerat à patre institutus quantum in se fuit: ideo fauebat factis à patre propter quod Ioseph.*

4 Timuit illò ire. *Secessit in partes Galilęa, vbi dominabatur alius filius qui portione sibi debita à patre fuerat priuatus quantum in se fuit, vt visum est: propter quod Ioseph cum puero ibidem securius mansit.*

5 Et veniens habita. &c. *vt ibi Christus nutriretur, qui in Bethleem fuerat natus, vt predictum est.*

6 Vt adimplere. Isa. 11. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. *Hebraica veritas sic habet: Et Nazarenus*

MORALITER.

† 1 *Sur. &c. accip.* Per transitum domini in Ægyptū propter persequutionem Herodis significatus fuit transitus apostolorum ad prædicādum gentibus propter persequutionem contra eos motā à Iudæis, sicut dicitur Ac. 13. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitę æternę: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim pręcepit nobis dominus.* Per reditum autem eius in Iudæam defuncto Herode, signatur illuminatio Iudæorum in mundi fine.

† ADDI-

Per prophetas. Prophetas [plu]raliter dicit, quia non habe[mus] fixum de scriptura exēplū: ostendit sensum non verba se sumpsisse. Vel eisdem verbis in Isaia iuxta Hebraicam veritatem: *Exiet virga de radice Iesse, & Nazaręus de radice eius ascendet.*

Isaię 11.a.

a ¶ Nazaræus.i.sanctus quod conuenit Christo.

a est per prophetas: quorum Nazâræus vocabitur. 1

scriptura hoc dicebatur.

D

✠ THEOPHYL. Quis propheta hoc dixit, nō inuenitur nunc: per negligentiam enim Iudæorum multi libri desiderantur, & ob continuas captiuitates fortassis absque

NICOLAVS DE LIRA.

radice eius consurget & ideo dicit.

1 Quo.Naza. vo. *quia in Nazareth fuit conceptus & nutritus, licet in Bethleem fuerit natus, vt habetur supra & Lu.2.expressius.*

ADDITIO I.

In cap. 2. vbi dicitur in Postil. Quia ista ciuitas antiquitus vocata est Ephrata ab vxore Caleph.

Immo per magna tempora ante Caleph .s. tempore Iacob patriarchæ vocata est Ephrata Bethleem. vnde Gen.48.b.Sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellabatur Bethleem.

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in Postil. Et Nazaræus de radice eius consurget &c.

Hebraica veritas in illo loco Isaiæ non dicit: Nazaræus de radice eius consurget, sed dicit: נצר *netser de radice eius consurget: quod si transferatur in latinum diceretur: Natsarenus seu Natsareus de radice eius consurget. cum ts. litera: quod non competit Christo: sed bene Nazaræus, qui significat consecrationem & sanctificationem. vnde hæc authoritas euangelistę .s.* Nazaræus vocabitur: *non fundatur in hac auctoritate Isa. per Postil. allegata: quod etiam habetur in glo.s.in Psal.131.prout in additione super illum Psalmum latius habetur.*

B

REPLICA. In cap.2. dicitur: Nazaræus vocabitur. *Burg. dicit illud secundum Hebraicam veritatem non fundari in dicto Isa. sed in dicto Psalmi,* Memento domine Dauid. Ibi efflorebit sanctificatio mea. *Sed respondeat hic Beatus Hieronymus, à quo concordantia illa recepta est.*

E

CAP. III.

I*n die. autem.* Præterit multa, & trāsit ad prædicationem Iohannis.

a *In diebus.* Nō solum pueritiæ annos, sed omnes vsque ad prędicationem Iohannis comprehendit.i.cum fere esset 33. annorum, Lucas significantius tempora exprimit, Anno. 15. imperij Tiberij Cæsaris.

Luc.3.a.

Venit Ioannes. ✠ CHRYSOSTOM. Sol appropians antequam appareat, mittit radios suos, & facit albescere orientem, vt præcedens aurora aduentum diei demonstret: Sic dominus natus in mundo, antequam appareat per doctrinā, spirit⁹ sui fulgore trāsmisso, illuminauit Ioannē, vt præcedēs ille aduētū annūciet Saluatoris: & ideo pōst ortū Christi enarratū, doctrinā ei⁹ enarratur⁹ euāgelista, & Baptismū in quo testimoniū habuit de præcursore & Baptista præmittit, dicēs, *In dieb⁹.*

Hom.3.operis imperf.

C

b *Prædicans.* Manifestauit se qui prius siluerat, baptizando, viam præparans domino.

c *In deserto Iudæę.* Quia Iudæi à Deo deserti erant, quibus necessaria est pœnitentia, vt redeant.

d *Pœnitentiam.* Hoc pręco nunciat, quod pōst per seipsā veritas, Pœnitentia præcedit, sequitur promissio regni: Qui verè pœnitet, in se præteritos errores, deinde erigit animum ad cœleste regnū. Si

CAP. III.

a ¶ Cum adhuc habitaret in Nâzâreth.

a I N diēbus autem illis 1 venit Ioannes Baptista

a ¶ Ecce quid veniens fecit.

b prædicans in deserto 2

a ¶ Sic notans desertum pœnitentibus conuenire.

c Iudææ, & dicens: † Pœ-

a ¶ Puniat quisque mala prioris vitę, quia appropinquabit salus quam perdidimus, & facultas redeundi vnde cecidimus.

¶ Opere. ¶ Hac promissione eriguntur animi, regnum Dei iuxta vos est.

d nitentiam agite: 3 appropinquâbit e-

a ¶ Sic prædicauit. Sic enim propheta de eo prædixit.

e nim regnum cœlorum. 4 Hîc est enim 5

Si gratis in baptismo fit remissio, cur prædicatur pœnitentia? Sed triplex est modus pœnitentiæ. Primus, errores & omnia mala ante baptismum abrenunciare & condemnare: quod necesse est ad Christum venturis. Secundus, post baptismum lapsos per pœnitentiam reuocari. Tertius, quo sancti quotidiè à talibus purgantur peccatis sine quibus vita non agitur.

Triplex modus pœnitentiæ.

Pœnitere est ante acta deflere, & deflenda non committere. Pœnitentibus regnum cœlorum adesse dicitur. Non terrena, vt in veteri lege: & hoc per obedientiam Christi. Et hoc regnum cœlorum primus Iohannes prædicauit: *Pœ. agi.* Prima virtus est, per pœnitentiam perimere veterem hominem, & vitia odisse: quod qui non facit, non modo virtutes non comprehendit, sed nec etiam supplicia fugit. Pœnitentiæ virtus timore concipitur, qui est initium sapientiæ. Pœnitentia à puniendo, qua quisque punit quod illicite commisit.

F

Pœnitentiam agere est dignos fructus Pœnitentiæ facere. *Reg. cœ.i.* Christus: per quem sancti regnant in cœlestibus. Vel euangelium, quo inuitat ad regnum.

e *Ap.enim.re.* Nisi appropinquaret, nemo redire posset: quia infirmi & cæci via (quæ est Christus) carebant: quam parans Ioannes pœnitenti anteponit.

☞ *Vox*

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT III.

Diuisio.

I N diebus autem illis. *Hic tertio ostendit euangelista ipsum Christum esse verum Deum & verum hominem ex testimonio Iohannis & etiam Dei patris: Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur testimoniū Iohānis. secūdò ponitur testimoniū Dei patris, ibi:* Baptizat⁹ aūt Iesus. *Itē prima in duas, quia primò ponitur idoneitas Iohannis ad testificādū, secundo ponitur ipsius testimoniū, ibi:* Ego quidem baptizo vos. *Iterum prima in tres: quia primò ostenditur eius idoneitas ad testificandum ex authoritate sacræ scripturę. secundo, ex sanctitate vitæ, ibi:* Ipsæ autem Iohannes, &c. *tertiò, ex veritate doctrinæ, ibi:* Videns autem multos. *Circa primum pręmittitur tempus prędicationis Iohannis, locus & modus & tempus, cum dicit:*

1 In diebus autem illis.i. *in diebus Christi: Nec est hoc referendum ad dies Christi prædictos immediatè .s. ad dies pueritiæ: quando fuit reportatus de Ægypto: tunc erat in quinto anno à sua natiuitate sed referendum est ad dies Christi, quando fuit ætatis perfectæ. Erat enim incipiens trigesimum annum quando venit ad baptismum: de quo hîc agitur: & ideo euangelista Matthæus transit totum tempus inter mediū à quinto anno Christi vsque ad baptismum: tunc enim incœpit Iohannes prædicare: & sic patet tempus. & locus designatur cum dicitur.*

2 In deserto. *Ibi enim Iohannes nutritus fuit, vt dicitur Luc. 1. & ideo primò prędicauit ibi, & postea ad regionem circa Iordanem descendit: Modus autem prædicationis subditur cum dicitur.*

3. Pœnitentiam agite. *Ista erat debita dispositio ad inchoationem nouę vitę quæ per Christum erat danda. & ideo dicitur.*

4 Appropinquabit enim regnum cœlo. *Alij autem prophetę promittebant bona temporalia obseruantibus legem: iste autem cœlestia: quia erat precursor Christi, per quem facta est veritas & gratia, & aperta est cœlestis porta: & ad hoc confirmandum inducitur Isaię testimonium, Isa. 40. dicens illis.*

5 Hic est enim .s. *Iohannes, de quo scriptum est.*

Vox

MORALITER.

1 *In diebus illis venit Iohannes Baptista prędicans in deserto &c.* In Iohanne describitur euangelij prædicator: & primò quantum ad doctrinam, cum dicitur.

2 *Dicens: Pœnitentiam agi.* Debet enim prædicare generaliter ea quæ recedere faciūt à peccatis, & ea quæ faciūt accedere ad consequutionem regni cœlestis. Et quoniam talis prædicator parat viā domini: vt per gratiam veniat in mentibus humanis. ideo de ipso potest dici quod subditur.

3 *Hic est enim de quo di.est, &c. Ipse au. Ioh.* Hîc consequenter describitur prædicator euangelij quantum ad vitam: & primò quantum ad vestitum, cum dicitur:

Habebat

a *Vox clamantis.* Iohannes vox, Christus verbum, qui clamat in Iohanne: Nullum verbum sine voce auditur, nec vox sine intelligentia verbi valet. Vox viam verbo præparat, vt recipiatur. Vnde, *Paraui lucernam Christo meo.* Psal. 131.

b *In deserto.* Forma pœnitentibus: locus conuersationis, non frequentia hominum, sed desertum. Vestitus non mollis ad fluxum, sed asper: victus tenuis & inusitatus.

Typicè, desertum significat sanctorum vitam à mundi illecebris segregatam. Typicè. † Esa. 40. a. Marci. 1. a. Luc. 3. a. Iohan. 1. a.

c *Viam domini.* Via domini ad cor dirigitur, cum sermo eius diligenter auditur.

d *Ipse au. Io.* Qui pœnitentiam prædicat, habitum pœnitentiæ prætendit. In eo vilitas vestis & cibi laudatur, quorum vsus in diuite arguitur.

Ipse autem Iohānes in semet-ipso erudit pœnitentes, & formam vitæ exhibet in deserto habitans, de locustis viuens, pilos cameli vestiens.

Seruus Dei non debet habere vestimentum ad decorem vel ad delectationem, sed tantum ad tegendam nuditatem, Inde Iohannes pilis vestiebatur.

de quo dictum est per Isaiam prophetam dicentem: † Vox clamantis in deserto: parate viam domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & Zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locustæ & mel siluestre. Tunc exibat ad eum Hierosolyma, & omnis Iudęa, & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur ab eo in Iordane confitentes peccata sua.

(Interlinear: Preco verbi, verbum præcedit. — a Quia solatium redemptionis nunciat Iudæę iam desertæ. — a Praua abiicite opera, recta facite. — Non pro terrenis seruientes. — b Fides est via qua verbum ad cor ascendit. — c Lmores in melius mutate, & sic fient semitæ rectę. — Bene viuendo. — d Strictas sed mundas. — Non de lana, quia hoc austeritatis indicium est, illud luxuriæ mollicies. — a Zona est corporalis continentia. — a Lumbi, voluptas peccati, quia peccatum in voluptate fit. — Vbi magis regnat luxuria. — b Non studio parata, sicut conuenit Eremitę. — a Minuta animalia. — b De truncis vel de herbis. — c Propter nouitatem prędicationis & asperitatem vestitus & cibi. — a Baptismo præcurrente, non peccata dimittente.)

✠ THEOPHYLACTVS. Ad pœnitentiam hortabatur etiam habitu: lugubrem enim gerebat vestem.

✠ TERTVLLIANVS. Pœnitentia de ipso quoque habitu atque victu mandat, sacco & cinere incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœrorib' deiicere, illa quæ peccauit, tristi tractatione mutare. Cæterum pastum & potum pura nosse, non ventris scilicet, sed animæ causa, in plerumque verò ieiuniis preces alere, ingemiscere, lacrymari, & mugire dies noctésque ad dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes exercitationis suæ iniungere. Lib. de pœnitentia. Pœnitentiæ modus.

✠ THEOPHYLACTVS. Dicunt camelum medium esse inter munda & immunda animalia. Nam quia ruminat, mundum est, quia autem vngulas non diuidit, immundum est. Iohannes autem quoniam ad Deum adducebat populum Iudaicum, qui videbatur mundus esse, & gentilem, qui immundus, eratque mediator veteris & noui testamenti, idcircò ferebat pilos camelorum. *Esca autem eius locusta, &c.* ✠ THEOHYLACTVS. Quidam dicunt herbas esse locustas, quidam fructus agrestes.

✠ EVTHYMIVS. Quidam etiam locustas herbas esse dixerunt, quidam herbæ, alij verò insecti genus.

Moraliter. In veste Iohannis monemur, vt asperis vtamur ad refrænationem carnis. In cibo vt non arte paratis, sed naturalibus cibis vtamur.

Moraliter. Habitus & victus & conuersationē indicant. Asperis vestitur, quia vitia non palpauit, sed aspera increpatione redarguit sic: *Genimina viperarum, &c.* Zona pellicea circa lumbos, quia carnem suam crucifixit cum vitiis & concupiscentiis. Mel & locustas edit: quia prædicatio eius turbis dulcis sapuit, dum Christus putatur. Sed cito dedicit, quia non Christus, sed eius præco esse apparuit. In melle dulcedo. In locusta alacer volatus sed cito deciduus.

e *Tunc exibat ad eum, &c.* quia nisi quis à malis exeat, non abluitur. vnde aptè sequitur: *Baptizabantur ab eo in Iordane:* qui descensio interpretatur, quia de superbia veteris hominis ad humilitatem confessionis & emendationis descendebant. Iam tunc enim baptizandis exemplum dabatur confitendi peccata & promittendi meliora.

✠ CHRYSOST. Sic Act. 1. Ioannes quidem prædicauit baptismum pœnitentiæ, & non ait remissionis, sed vt crederent in aduenientem post eum. Cum enim nondum pro peccatis mundi hostia fuisset oblata, cum enim nondum Spiritus sanctus descendisset nec peccatum est solutum, nec inter dominum atque homines inimicitia sublata, nec maledictio extincta, quomodo remissio peccatorum facta diceretur? Quia igitur propriorum obliuio peccatorum insolentes Iudæos aduersus Christi dona faciebat, è regione verò delictorum memoria requirendi liberatoris & consequendæ veniæ desiderium suscitabat: ad hoc Ioannes præparaturus aduenit suadens eis refugium pœnitentiæ: non, vt castigarentur, sed vt humiliores pœnitendo facti, & peccatorum suorum crebrius recordantes, ad dona remissionis accurrant. Quasi diceret, Ego illis confiteri peccata sua & pœnitentiam agere persuasi, non vt castigentur omninò, sed vt dignius posteà remissionis dona susciperent. Nisi enim seipsos antè damnassent, minimè gratiam requisiissent. Hom. 10. in Matth.

✠ THEOPHYLACTVS. Tametsi baptizabantur, attamen remissionem peccatorum baptisma Ioannis non habebat, sed solā pœnitentiam prædicabat, & ad remissionem peccatorum, hoc est, ad Christi baptisma ducebat, apud quem est remissio peccatorum.

f *In Iordane:* quia in eo figura baptismi præcessit, & ex nomine descensum de superbia exigit, quod congruit baptizatis.

g *Confitentes.* Confessio peccatorum, conscientiæ est testimoniū timentis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata non erubescit confiteri. Perfectius timor soluit omnem pudorem. Cōfessio peccati pudorem habet, & ipsa erubescentia est grauis pœna. Ideoque iubemur confiteri peccata, vt erubescentiam patiamur pro pœna. Nam hoc ipsum pars est diuini iudicij.

✠ BASILIVS. Vult tui misereri iudex, si modo post admissa, humilem te factum & contritum, & peccata plurimum deplorantem te inueniet. Insuper si quæ clam cæteris & in arcano designasti, prodideris & euulgaueris fratri tuo citra pudorem vllum. in psal. 32. confessio peccatorū necessaria.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vox cla. in deser. *quia Iohannes fuit ille de quo prædictum fuerat, quod per vocem prædicationis debebat clamare in deserto Iudææ: propter præparationem populi in aduentu ipsius Christi. Ad hoc enim ordinata erat prædicatio Iohannis, vt per suam prædicationem populum congregaret, & populo congregato Christi aduentum denunciaret.*

2 Ipse autem Iohannes. *Hic ostenditur idoneitas Iohannis ad testificandum de Christo ex sanctitate: hoc autem ostenditur ex vilitate vestitus.* Ipse au. Io. &c. *Et ex austeritate victus, cum dicit:*

3 Esca au. e. lo. *quæ sunt parua animalia volitantia per modum saltus, & reperiuntur in deserto Iudęa, & frixa cum oleo sunt cibus pauperum. Sequitur.*

4 Et mel silue. *Hoc autem mel ibidem reperitur in truncis arborum: vel secundum Raba. sunt folia arborum alba & tenera quæ manibus contrita habent saporem quasi mellis: talibus vescebatur Iohannes, ex quibus patet austeritas eius in victu et vestitu: Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, et vita sancta quam loquela composita; ideò statim subditur exhortationis suæ efficacia, cum dicitur.*

5 Tunc exibat ad eum Ierosoly. *Hic accipitur continens pro contento. i. populus de Ierusalem.*

6 Et omnis Iudæa. *id est multi: sicut secundum communem modum dicimus: tota ciuitas currit illuc. i. multi quia non omnes currunt: immo aliquando plures remanent, et est quædam figura quæ vocatur hyperbole, id est loquutio multum expressiua.*

7 Et baptizabantur ab eo in Iordane. *Baptismus enim Iohannis ad hoc erat ordinatus, quasi quędam præparatio, et quędam præfiguratio baptismi ipsius Christi de proximo venturi. et ideo Iohannes non solum prędicabat, sed etiam baptizabat: quia sicut sua prædicatione nunciabat Christum de proximo venturum, sic suo baptismo assuefaciebat homines ad libentius suscipiendum Christi baptismum: vnde baptismus Iohannis erat quædam protestatio credendi in Christum venturum et faciendi opera pœnitentię, vt deuotius reciperent ipsum: hoc est quod dicitur Act. 19. a.* Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens: In eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est in Iesum, *ideo sequitur.*

8 Confi. pe. sua. *delenda. s. per Christum venturum. quia hoc non*

MORALITER.

† 1 *Habebat vestimentum de pi. ca.* Et quantum ad victum cum dicitur.

2 *Esca autem eius.* Austeritas enim vitæ requiritur in euangelij prædicatore. Ideo dicit Apostolus, 1. Cor. 9. d. *Castigo corpus meum, in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar.* Et quia prædicatio talis prædicatoris est efficax, ideo sequitur.

3 *Tunc exibat:* Nam doctrinam talis prædicatoris multi libenter audiunt, & pœnitentiæ fructum faciunt, & tales sunt demulcēdi.

† Deriso

a *Multos Pharisæorum & Saduce. &c.* Hi sunt ex hæreticis Iudæorum, & Pharisæi obseruationum & traditionum præferunt iusticiam. vnde & Pharisæi. i. diuisi à populo per priuatam iusticiam dicuntur Saducæi. i. iusti: vendicant enim sibi quod non sunt: hi negant resurrectionem, dicentes, animam interire cum corpore: Quinque libros Moysi recipiūt, prophetas respuūt. Hos venientes ad baptismū Iohānes increpat: quia maximè indigebant correctione & pœnitentia.

✠ RVPERTVS. Apud Lucam diligenter animaduertendū quia interrogabant turbæ dicentes, quid ergò faciemus? interrogabant publicani venientes vt baptizarentur, & dicebant: magister quid faciemus? interrogabāt& milites dicētes: quid faciemus & nos? Pharisæi vero nusquā interrogasse legūtur& dixisse, quid faciemus? quia erant superbi, cōfidētes in se tāquā iusti.

(margin: † fructus qui deceat pœnitentiam.)

b *Progenies viperarum &c.* i. venenati venenatorū filij: quia bonis inuident eosque persequuntur, proximos ledunt vt patres eorum. Vipera patrē suū occidit, sic Iudæi prophetas qui erāt patres eorū.

a Videns autem multos Pharisæorum & Saducæorum venientes ad baptismum suum, b dixit eis: † Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira? c Facite ergo † fructū dignum pœnitētiæ. d Et † ne velitis dicere intra vos: patrem habemus Abrahā. Dico enim vobis, † quantū potens est Deus de lapidib. istis suscitare filios † Abrahæ. e Iam enim

(interlinear: a ¶ Non confitentes peccata sua. a ¶ Nemo: quia non pœnitetis, sed sine pœnitentia iram non effugietis. ¶ q.d. nullus nisi filius Dei quem vobis annuncio. ¶ Vel vir ¶ Vindicta. a ¶ Vt sic effugiatis. a ¶ Carnis mortificationem. b ¶ Secundum quantitatem culpæ, quod fit ex discretione quæ necessaria est pœnitenti. a ¶ Cogitando vel reputando. b ¶ Et in semine Abraham ne confidatis, quasi ex hoc solo salus sit. c ¶ Quia non filij carnis, hi sunt in semine, sed qui filij Dei, vnde subdit: Potens est, &c. a ¶ Gentibus quorum corda erant insensibilia. a ¶ Si autem vos Christi, ergo semen Abrahæ estis.)

catores vnde subdit: *Et ne velitis &c.* Ad humilitatem prouocat. In superbia enim nulla est pœnitentia.

Discretiò est in pœnitentia, quæ timorem Dei, & metum pœnarum ante oculos ponit. recolens antiquæ turpitudinis: Sic dolor cordis in fletus erumpit, quia sine dolore nulla sunt vulnera, si vitalia membrorum non fuerint circum mortua: gratia est quæ sentit, sentiens quærit sanctitatem.

✠ AVGVSTINVS. Quærēdum est quæ dignæ fiāt pro peccatis eleemosinæ: de quibus etiā Christi præcursor ille dicebat, *facite ergo fructus dignos pœnitentiæ*, proculdubio non inuenientur eos facere, qui vitam suam vsque ad mortem quotidianorum criminum perpetratione confodiunt. *patrem habemus Abraham.*

(margin: lib. 2. de ciuitate cap. 27. † s. 3. d. Lucæ 3. b. † videamini, vel ne sitis, in hac opinione vt dicatis. Hom. 3. operis imperfecti.)

✠ CRYSOSTOMVS. Quid prodest ei quem sordidant mores generatio clara: aut quid nocet illi generatio vilis quē mores adornant: Ipse se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus.

d *Dico enim.* A carne retrahit, vt cogitent opera prædestinationis Dei. Prima sunt rudimenta fidei, credere deū posse quicquid voluerit, vt omnia qui de nihilo creauit, possit de lapidibus vel de puluere filios Abrahæ formare.

e *De la.* Demonstratiuè ad illos lapides quos Iosue de Iordane transferre fecit, ad quos quasi digitum extendens ait.

Iosue duodecim lapides de medio Iordanis in terram transportari fecit, & alios ex terra in eodem alueo restitui: per quos excæcatio Iudæorum & gentium ad lucem transformatio præsignatur.

Vel Gētiles lapides vocat: & est sensus: Ne gloriemini de semine carnis: quia hi tantum sunt filij Dei, qui per gratiam sunt illuminati. & interius suscitati. Suscitare signanter dicit, quia Christus Saram i. ecclesiam accepit, & suscitat per gratiā filios Abrahæ defuncto sine liberis, ne tantus patriarcha priuaretur promissis. In cuius rei præsagium olim Deus de Sara genuit filium.

f *Iam enim securis.* Ne autem viderentur immunes, si se à talibus sacramentis separarent, comminatur.

(margin: Hom. 3. in Matt. quæst. 42. ad Antiochum.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Nihil terribilius hac ipsa exhortatione sermonis, non enim adhuc illic falcem volantem, non destructionem sepis, non conculcationem vineæ comminatur, sed securim secantem, quodque multò est terribilius imminentem, & iam iamque cædentem.

✠ ATHANASIVS. Radix est fides, arbor verò est homo & securis est finis hominis.

(margin: Hom. 3. operis imperfecti.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Sicut artificiosus medicus si viderit ægrotantis colorem, intelligit speciem passionis: sic Ioannes venientium ad se Pharisæorum, prauas cogitationes intellexit, forsitan enim apud se cogitauerunt: Imus & confitemur peccata nostra, nullum laborem nobis imponit, baptizamur & consequimur indulgentiam peccatorum. Insipiens, nunquid facta digestione impuritatis, non est necessaria sumptio medicinæ? Sic multa diligentia necessaria est homini post conuersionem & baptismum, vt vulnus perfectè sanetur: Ideò dicit, *progenies viperarum.* Natura enim viperarum est, quod statim cum momorderit hominem, currit ad aquam, quam si nō inuenerit, moritur. Ideò istos dicebat progeniem viperarum, quia peccata mortifera committētes, currebant ad baptismum, vt sicut viperæ per aquam tantum pericula mortis euaderent. Item viperarum natura est rumpere viscera matrum, & sic nasci: sic Iudæi assiduè persequentes prophetas corruperunt matrē suam synagogam. Item viperæ à foris speciosæ sunt & quasi pictæ, intus autem veneno repletæ: ita isti pulchritudinem sanctitatis ostendebant in vultu.

c *Facite ergo fru. dig.* Beda. Quasi diceret: Quare prius venena non deponitis, vt sic ad baptismū veniatis? Facite fructū, nō qualemcūq; sed dignū pœnitētiæ. Nō enim par debet esse fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit. Sed Iudæi de Abraham gloriantes nolunt se agnoscere pec-

☞ Securis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Videns autem multos Phari. *Hic ostenditur idoneitas Iohannis ad ferendum testimonium de Christo ex veritate doctrinæ, quæ consistit in hoc, quod aliquis non timet vitia magnorum confidenter arguere, quod faciebat Iohannes: Quod notatur cum dicitur*

Videns autem multos. *Isti enim famosi erant in populo, sicut homines literati & religiosi, vt patebit infra.*

2 Venientes ad ba. *non credentes secundum veritatem, sed magis ad simulationem, secundum quod habetur infra. 21. vbi dicitur quod quærente domino ab eis: Baptismus Iohannis vnde erat, de cælo, an ab hominibus? Non fuerunt ausi respondere de cælo: quia statim dixisset eis, quare non credidistis ei? Ex quo patet quòd fictè veniebāt. Et hoc idem dicit Iosephus in libro antiquitatū 19. & ideò Iohānes confidenter arguebat vitia eorum dicens.*

3 Progenies viperarum. *quia venenum erroris & hypocrisis à suis progenitoribus traxerant.*

4 Quis demonstrabit vobis. *quasi di. licet falsitas vestra lateat in cōspectu populi, tamen non poterit latere in iudicio Dei: quia tunc erunt manifesta abscondita cordis vestri.*

5 Facite ergo. *quia aliter non potestis illud iudicium euadere. Et non solum dicit fructum pœnitentiæ: sed dignum pœnitentiæ, secundum peccati modum, vnde dicitur Apocal. 18.* Quantum se glorificauit & in delitijs fuit, tantum illi date tormentum & luctum.

6 Et ne velitis. *Pharisæi enim de hoc gloriabantur: quia de Abraham descenderant: & ideo ex promissione facta Abrahæ, sine operibus salutem consequi præsumebant: & hoc, est manifestè falsum: quia nō dicuntur filij Abrahæ ex carnali propagatione: sed magis ex fidei imitatione, vt dicitur Ro. 4.* Et quia Pharisæi & legisperiti fidē Abrahæ de Christo respuerunt, ideò nomen filiationis Abrahæ perdiderūt *Et hoc est quod dicit Iohānes:* Et ne ue. di. in vos. *per falsā æstimationē.*

7 Patrem habemus. *quia non est sic secundum veritatem, Econtrario Gentiles fidem Christi deuotè ad prædicationem apostolorum receperunt: ideo filij Abrahæ facti sunt: Et hoc est quod subdit Iohannes.*

8 Potēs est Deus de lapidibus istis. *Dicitur autem quod Ioannes demonstrauit illos lapides quos filij Israel de fundo Iordanis abstulerant, vt habetur Iosue. 4. in memoriam miraculi, quòd dominus in transitu eorum aquas Iordanis siccauit: Sed per illos lapides Iohānes Gentiles significauit: eo quod colebant idola de lapidibus facta. vnde dicitur in Psalmo.* Similes illis fiant qui faciunt ea. *Filij ergo Abrahæ de lapidibus suscitati sunt, quando Iudæis per infidelitatem à filiatione Abrahæ decidentibus, Gentiles fidem Christi recipientes in locum eorum substituti sunt: & hoc erat prædictum Osee. 1. d.* Et erit vbi dicetur eis: Non populus meus vos: *ideo dicetur: Filij Dei viuentis. Et quia do-*

(margin: Psal. 113. b.)

MORALITER.

1 *Videns autem.* De quibus dicitur *Luc. 7. e.* Pharisæi autem & legisperiti spreuerunt in semetipsis consilium Dei non baptizati ab eo scilicet à Iohanne: & ideò per istos qui veniebant ad prædicationem Iohannis, fictè signantur illi qui veniunt ad Prædicatorem euangelij, vt ex ore eius capiant aliquid, vnde possint eum calumniari: ideò de talibus dicitur.

3 *Progenies viperarum &c.* q. d. nullus, nisi recedatis à malicia vestra. ideò subditur.

5 *Facite ergo.* nā in vita præsenti potest homo semper pœnitere.

6 *Et ne ve. dicere.* credentes quod debeat vos saluare sine operibus pœnitentiæ: quia hoc est falsum. Sic autem videtur de pluribus Christianis, qui deuotionem habent specialem ad aliquem sanctum vel sanctam, & per eorum merita credunt saluari sine operibus bonis.

8 *Potens est autem, &c.* i. de peccatoribus deuotos facere.

 1 Ego

a *Securis*. Christus, qui ex manubrio constat & ferro. i. humanitate qua tenetur: & diuinitate quia incidit. *posita est*: quia etsi per patientiam expectat, videt tamen quid est facturus. *Ad radi.* i. finē Iudaici populi, vt auferat de terra viuentiū eos qui in Christo nō credūt. Vel, securis, sentētia iudicij, vel prædicatio euāgelij.

b *Ad ra.* Nota non ad ramos, sed ad radicem. Cum enim filij malorum tolluntur, quid aliud quàm rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cum tota progenies simul cum parente tollitur, arbor radicitus abscinditur, ne quid remaneat vnde iterum aliquid germinis oriatur. Radices sunt cogitationes, quibus plantati, vel sursum cælo sustolluntur, vel ad ima inferni mittūtur. Arbor humanum genus: Huius rami, alij sunt aridi .i. Pagani incendio apti. Alij virides, sed sine fructu: vt hypocritæ, qui speciem sanctitatis prætendunt, sed intus vacui: alij fructuosi, sed venenosi. i. hæretici: qui prędicando fructum pariunt, sed mortalem. Alij. i. catholici, qui bonum fructum ferunt.

c *Omnis ergo arbor.* vt Gentiles, hypocritæ, qui nullum, & heretici qui malum.

† Infra. 7. c. | Excidītur & in ignē mittitur. † Luc. 3. c. Marc. 1. a. Ioha. 1. 4.

securis ad radicem arborum posita est. [1] † Omnis ergo arbor quę non facit fructum [2][3] bonum, † excidētur, & in ignem mittetur. [4] † Egō quidem baptizo vos in aqūa in pœnitentiām: [5] qui autem post me vēnturus est, [6] fortior me est, [7] cuius nō sum dignus calciamēta portare. [8] † Ipse vos baptizābit [9] in spiritu sācto & ignē. [10] Cuius vēntilabrū in mānu sua: [11] & permundābit ārcam suam, [12] & congregabit triticūm suum [13] in hōrreum: [14] paleas autem cōburet [15] igni inextinguibili. [16] † Tunc vēnit [17]

(interlinear: a ¶ Per securim. ¶ Gehennæ. — a ¶ Redit ad se, modum sui baptismi determinans. b ¶ Tantum non spiritu. — a ¶ Docendo pœnitere. b ¶ Ad prædicandum & ad baptizandum. — a ¶ Quia sanctificat à peccatis, & accendit amore Dei. — a ¶ Tribulatione vel purgatorio igne. b ¶ i. discretio iudicij. ¶ Qui non credunt, hoc ventilabro non remouentur, quia iam iudicati sunt. c ¶ Potestate. — a ¶ A paleis. b ¶ Præsentem ecclesiam. — a ¶ Immobiles à spe æternorum. b ¶ Cæleste. — a ¶ Vt qui diu latuerat, manifestaretur.)

vsurpo, nec sponsus credi vel dici, sed amicus sponsi volo. Mos enim erat vt si quis eam quæ sibi competeret accipere in vxorem nollet, ille ei calciamentū solueret qui ad hanc sponsus iure propinquitatis accederet. Iohannes ergo qui non sponsus, ait: Non sum di. cor. cal. soluere. Ac si dicat: Ego redemptoris vestigia nō valeo denudare: quia nomen sponsi non mihi vsurpo.

Deu. 25. b.

Vel simpliciter se humiliat, vel euangelij sacramenta non est dignus circunferre prędicando, quod non sibi deputatum, apostolis est commissum. Non sum dignus explicare naturā diuinitatis ad humanitatē. Vel nō sum dignus euangelij prędicationem portare, vel nomen sponsi vsurpare. Iohannes vt purus homo spiritū dare non poterat, quo remittitur culpa. Christus verò dat, quia Deus: & baptizat in verbo, de quo dicitur: *Et vos mundi estis propter verbū quod loquutus sum vobis*, & alibi: *Mundans eos lauacro aquę in verbo vitæ sanctificatę.*

† Luc. 3. c. Ioha. 15. a. Eph. 5. f.

h *In spiritusancto*. Vel spiritu sanctificationis, & igne i. probatione tribulationis. Vel spiritu in præsenti abluit: pōst, si quæ macula surrepsit, igne purgatorio ad purum exuret: quod de leuioribus credendum est peccatis. Vnde in Leuitico, super altare semper ignis missus de cœlo ardebat i. ignis diuini amoris, qui omnes in Christo (i. qui super altare offeruntur) quasi rebaptizat & exurit carnis eorum vitia.

† Ma. 1. a. Lucæ. 3. d. Iohan. 1. d. 78. di. c. presbiter. 1. q. 1. c. dedit. Leui. 9. b.

Hom. 11. in Matt.

✠ Chrysostomus. Cum dicit omnis, vniuersum honorem carnalis nobilitatis excludit. Etiāsi ipsius Abrahæ fueris nepos, & mille à quibus ducis genus patriarchas enumeres, duplicem pœnam subibis si bonorum fructuum inanis extiteris.

d *Ego quidem.* Ne videatur sua autoritate minari, incipit aperire quantæ sit dignitatis: cuius præsentia comminatur, vel cuius beneficij persuadet: *Ego quidem baptizo vos in aqua.* tantum corpora lauo, quia peccata soluere nequeo, vt sicut nascendo, prædicando, præcurro sic baptizando: vt pœnitentes, quos ego hoc signaculo ab impœnitentibus discerno, ad baptismum Christi dirigam.

e *Post me ventur.* Et si moneo dignos fructus pœnitentiæ facere, superbiam abijcere: non tamen possum à peccatis soluere.

f *Fortior me est.* Quia ego baptizo in pœnitentiam, ille in remissionem. Ego spiritum habeo, ille dat. Ego regnum cœlorum prædico, ille dat.

g *Cuius non sum.* Alij scribunt: Cuius non sum dignus corrigiam cal. sol. Potuit autem Iohannes vtrunque dicere, vel contextim vel diuerso tempore: vt alius euangelista hoc, alius illud assumere Omnes tamen verum narrauerunt. Intendit autem in hoc ostendere excellentiam Christi & suam humilitatem.

Allegorice. Vel secundū allegoriā: Calciamentum est incarnationis mysterium, corrigia, mysterij ligatura. Non ergo valet Iohannes corrigiam soluere, quia incarnationis mysteriū non sufficit inuestigare. Vel, Non sum dignus sol. cor. cal. eius. i. nomen sponsi mihi nō vsur-

i *Cuius ventilabrum.* Ventilabrum in manu est examen iudicij quo discernūtur leues & vacui à fructu boni operis. *In manu.* quia pater non iudicat quemquàm, sed omne iudicium dedit filio.

Iohan. 5. d.

k *Permundabit* i. quotidie à varijs tentationibus mundat. *Vel, Permundabit*, dum ob manifesta peccata peruersus de ecclesia eijcitur, vel post mortem damnatur.

l *Paleas autem.* Paleæ de origine vnde & triticum oriuntur. i. de semine, zizania verò de diuersa. Paleæ ergo sunt qui fidei sacramētis imbuuntur, sed solidi non sunt: zizania verò qui & opere & professione secernuntur ab electis. De his dicitur: *Qui non credit, iam iudicatus est*, & ideo non fit hîc mentio de illis.

Iohan. 3. c.

m *Inextinguibili*, quia non extinguetur neque extinguet cruciatos, sed ęternaliter puniet. Dicitur autem ad differentiam illius de quo dicitur: *igne nos examinasti &c.*

Psal. 65. b.

n *Tunc venit.* Quando Iohannes prædicabat & baptizabat. s. quando Iesus triginta erat annorum, ostendens nullum debere sacerdotem vel prędicatorem fieri nisi vtilis ętatis. Sicut Ioseph tricenarius regnum Ægypti suscepit. Dauid regnum ea ętate inchoauit: Ezechiel prophetiam promeruit. Venit Iesus his de causis vt baptisma Iohannis comprobaret, & vt (quia homo erat) omnem impleret iustitiam & legis humilitatem: & vt aquas sanctificans

Gen. 41. c.

NICOLAVS DE LIRA.

Ecce veritatis non solum debet vitia confidenter arguere, sed etiam pœnam prædicere, ideo subdit Iohannes.

1 Securis: *id est seueritas diuinę iustitiæ.*

2 Ad radicem. *Arbor ista homo est, qui est quasi arbor conuersa: Radix huius arboris est voluntas mala, ex qua sicut ex radice prodeunt omnia peccata, quia non potest esse peccatum nisi sit voluntarium.*

3 Omnis ergo arbor. *per sententiam extremi iudicij.*

4 Et in ignem mit. *s. inferni.*

5 Et quidem bapti. vos. *Ostensa idoneitate Iohannis ad testificandum, hic consequenter ponitur ipsum testimonium: Et ponitur primò testimonium ipsius de Christo in eius absentia: & secundò in eius præsentia, ibi.* Tunc venit Iesus. *In prima parte fert testimonium de Christo quantum ad excellentiam suæ diuinitatis dicens:* Ego quidem ba. vos *in aqua. i. lauo tantummodo corpora. Quæ quidem lauatio est signum pœnitentiæ fiendę. Ideò dicit.* In pœniten.

6 Qui autem post me venturus est. *s. Christus.*

7 Fortior me est. *quia ipse habet virtutem diuinitatis.*

8 Cuius non sum di. cal. por. *Non quia Christus calceatus incesserit, cum discipulos suos ad prædicandum sine calceamentis ire iussit, vt habetur Lucæ. 22. d.* Quando misi vos sine pera & calceamentis, &c. *sed est modus communis loquendi quando aliquis se comparat alicui improportionabiliter excedenti, quod est in proposito: quod declarat per factum dicens.*

9 Ipse vos baptizabit &c. *Gratiam sancti spiritus conferendo: quod non potest facere nisi deus. Additur autem.*

10 Et igne: *Quia super baptizatos de nouo in primitiua ecclesia frequenter apparebat. s. in signo visibili, sicut apparuit super apostolos in linguis ignis. Ostendit consequenter Iohannes in Christo iudicariam potestatem, cum dicit.*

11 Cuius. *Ad cuius intellectum sciendum, quod ventilabrum est instrumentum quo solebant purgari blada in Palæstina: & est factum sicut pala cum qua proijcitur granum paleis commixtum, in altum, & ventus paleas tollit & granum in area cadit. Iohannes ergo metaphoricè loquens, per ventilabrum intelligit diuinum iudicium, quo Christus*

12 Permundabit aream suam *id est, ecclesiam in qua sunt mixti mali cum bonis: sed in iudicio separabuntur.*

13 Et congregabit triticum, *scilicet iustos & electos.*

14 In horreum suum, *i. in ęternam beatitudinem.*

15 Paleas autem, *id est homines vanos & falsos.*

16 Comburet igni, *id est in pœna infernali sensibili.*

17 Tunc venit Iesus: *Hic ponitur testimonium Iohannis de Christo*

MORALITER.

† 1 *Ego quidem bapti. vos in aqua.* Prædicator enim euangelij disponit populum aspergens cum aqua salutaris sapientię, vt per Christum mundentur interius aqua gratiæ.

17 *Tunc venit Iesus à.* Galilæa vero transmigratio interpretatur. Per hoc igitur quòd Iesus de Galilæa venit ad Iohannem, significatur quòd eius membra si debeant lauari per gratiam, oportet ea transmigrare de vitijs ad virtutes.

ctificans per columbam in lauacro, aduentum spiritussancti ostẽderet. venit enim non necessitate ablutionis, sed vt nemo quantumlibet sanctus baptismi gratiam superfluam iudicaret.

A

lib. 3. de mi. Sacræ script. Non est Aug.

✠ AVGVSTINVS. Ad baptismum descendit dominus Iesus, non quod baptismi sacramento & lauacro egeret, qui proprij aut originalis peccati nullam culpam haberet, sed vt aquas, quas quamuis ex delicto Deus non maledixerit, terræ quam continebantur maledictione, infectas purgaret: & ne quisquam sacramentum baptismi negligeret, dũ qui sine peccato fuerat, baptismi aquas iniuit: & ne quisquam ab inferiori baptizari paruipenderet, dum Deus dominus à seruo mergi vndis baptismi appeteret. Et quatenus adhuc à diabolo, se, donec tẽtatio perficeretur, occultaret, qui illum velut lauacro indigentẽ, vt inter pollutos peccatoribus, ablui aquis conspiceret.

B

lib. 4.

✠ OPTATVS MILEVIT. Descendit in aquam quia venturum oleum aqua debuit antecedere, ad mysteria initianda & ordinanda. Secutus est enim ordo mysterij, & compleuit pater quod rogauerat filius & quod rogauerat spiritussanctus. Apertum est cœlum Deo patre vngente: Spirituale oleum in imagine columbæ descendit, & insedit capiti eius & perfudit eũ, vnde cœpit dici Christus.

a *A Galilæa in Iorda.* Galilæa, transmigratio: Iordanis, descensus.

a ¶ Quia in Nazareth habitauerunt. b ¶ Quia in eo figura baptismi præcessit, & ex nomine descensum de superbia exigit. c ¶ Maior ad minorem.

a **a Galilæa in Iordánem ad Iohannem, vt ba-**

a ¶ Dominus à seruo: nullus ergo dedignetur inferiorem. b ¶ Humilitatem regi imitatur miles.

ptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibe- 1

a ¶ Qui egeo. b ¶ Qui non eges. ¶ Terrenus à cęlesti. c ¶ Ab originali peccato mundari, quia tu es agnus Dei qui tollis peccata mundi.

bat eum, dicens: † Ego à te † debeo baptiza- 2

a ¶ Cuius generatio non est vitiosa.

ri, & tu venis ad me? Respondens autem 3

a ¶ Implere illud ad quod veni. ¶ Subdit quare veniat baptizari. ¶ Quia vita mea morum est disciplina. ¶ Sic. i. dum ego superior, & non indigens à te suscipio.

b **Iesus dixit ei: Sine modo. Sic enim decet** 4

c a ¶ Docere consummationem iustitiæ. i. ad baptismum inuitare, quia baptismus est consummatio omnis iusticiæ. ¶ Me suscipiendo: te baptizando. b ¶ Id est omne pręceptum iustificans. ¶ Consensit.

d **nos implere omnem iustitiam. Tunc dimi-**

a ¶ Sine mora.

sit eum. Baptizatus autem Iesus confestim 5

e a ¶ Quia baptizati ad patriam per virtutes ascendere debent. b ¶ Quę est fundamentum ascensionis.

ascendit de aqua: Et ecce aperti sunt ei cęli

f a ¶ Iesus vidit & Baptista, vt Iohannes ait. b ¶ Spiritus in columba, filius in homine, pater in voce: ita trinitatis præsentia baptismum consecrauit.

& vidit spiritum Dei descendentem sicut 6

a ¶ Ad quem illa vox fiebat.

g **columbam & venientem super se. Et ecce** 7

a ¶ Hęc vox non vt ei indicet quod nesciat, sed quòd auditoribus proficiat. b ¶ Demonstratiuè ad homines. c ¶ Consubstantialis. ¶ Sic qui baptizatur, ostenditur filius Dei.

vox de cælis dicens: † Hic est filius meus di-

Alij duobus modis destinguuntur, quia minus perfecti non sic in vnitate cumulantur.

D

d *Tunc. dim.* Cum tali ordine cognouisset implendam iusticiã· Dimisit, quia vera est humilitas, quam nõ deserit comes obedientia. Spiritus in momento eum docuit, quod prius nesciuit: & ideo quod prius timuit humiliter, deuotus impleuit.

e *Baptiza. au.* Christus aquas baptismi sanctificauit: quia cuius est creare, eiusdem est & sanctificare.

Homo ex duobus cõstat & ex duobus renascitur.

Sicut homo constat duobus, id est corpore & anima, ita duobus renascitur: aqua quæ purgat sordes & consepelit Christo: & igne spiritus quo conflagranti ad cælum rapimur. Sic ecclesia post baptismum culmen virtutum quibusdam incrementis appetit, vt Christus baptizatus de aqua ascendit. Sic post baptismum ascendunt, qui ad virtutes proficiunt: & qui prius carnales & filij Adę, fiunt spirituales & filij Dei.

† De conse. di. 4. c. per aquam. † opus habeo.

E

f *Aperti sunt ei.* Et hoc ad impletionem iusticiæ. Non enim tunc primum sibi patuere cęlestia vel spiritussanctus est datus: sed nobis per acceptum baptismum aditum cæli patere, & spiritum sanctum dari monstrauit. Quod enim cæli aperti, quòd spiritussanctus venit, quòd vox patris insonuit, &c. hæc mystistica insunt nobis.

† Dist. 19. c. secundum. De conse. dis. 3. c. fi.

Patet renatis aditus in cælum per Christum, qui per Adam clausus fuit.

C

Qui ergo vult baptizari, transmigret à vitijs, & descendens humilietur.

b *Sine modo.* Sine modo me à te baptizari, vt postea quod à me quæris in spiritu baptizeris. Sicut enim decet dare exemplum implendæ omnis insticiæ, vt discant omnes neminem sine vnda baptismi esse perfectum.

c *Sic enim decet.* i. per humilitatis exemplum reducere ad vitam, & ostendere quòd nullus perfectè sit iustus sine baptismate. Si enim de spiritusancto natus, non dedignor, quantò magis necesse est alijs quamuis iustis etiam à minoribus baptizari? Hinc decet impleri primum omnem iusticiam. s. per quam omnis iusticiæ summa ab omnibus deinceps impleatur, vt nullus ex operibus neque ex arbitrio glorietur, sed sciens se reum iusticiæ Dei sit subiectus. Ideo quisquis est natus ex aqua & spiritu iustus dicitur, quia hoc implet per quod omnis iusticia impletur ex gratia, quã primò decuit implere Christum, non ex indigẽtia sed ex mysterio, vt renatus filius Dei omnes renatos filios Dei fratres sibi faceret: *Sic.* i. subdendo seruo & inferiori omnem iusticiam. i. humilitatem quæ est omnis iusticia. Et perfecta humilitas habet tres gradus. Primus est. subdere se maiori, & se non præferre æquali: Hic vocatur sufficiens, quia sufficit aliquem sic humiliari: & iste gradus omni iusto est necessarius. Secundus gradus est subdere se ęquali, nec præferre se minori: hic dicitur abundans. Tertius est subesse minori in quo est iustitia. Hunc Christus impleuit, qui vnam partem tamen habet quia in vnitate consistit & perficitur. Alij

Humilitatis tres gradus.

✠ CHRYSOSTOMVS. Fortè erant inuisibilia quædam obstacula prius, quibus obsistentibus animæ defunctorum non poterant introire cœlos. Nullam enim animam arbitror antè Christum ascendisse in cœlum, ex quo peccauit Adam, & clausi sunt ei cœli. Sed baptizato Christo aperti sunt tantum. Postquam verò tyrãnum vicit per crucem, quia non erant necessariæ portæ, non dicunt angeli, aperite portas, iam enim erant apertæ, sed tollite portas. Vel in baptizatis aperiuntur cœli, & vident ea quæ sunt in cœlo, non carnalibus oculis videndo, sed spiritualibus fidei credendo. Aut cœli sunt scripturæ quas omnes legunt, non tamẽ intelligũt, nisi qui fuerint sic baptizati, vt accipiãt Spiritũ sanctũ.

Hom. 4. operis imperf.

F

g *Sicut c.* Verum corpus formatum ad horam habuit in specie colũbę: quia aliter spiritus ab hominibus videri non posset sicut columba, non quia vera columba esset, sed quia spiritus in corporali specie, non tamen ipse corpus. Ita de hac figura sentitur sicut de alijs in quibus Deus apparuit: quę expleto officio resoluebantur. Bene spiritus in columba quæ simplex & mãsueta descendit vt & suæ naturæ simplicitatem, & eum in quem descendebat, mitem misericordiæ præconem datoremque indicaret. Similiter omnes baptismo renati. 7. virtutibus in columba significatis debent repleri. Columba à malicia fellis est aliena. in quo prohibemur ab ira. Nullũ ore vel vnguibus lædit, in quo notatur innocẽtia. Nec minimas auiculas inuadit, in quib⁹ aliæ aues se & pullos suos nutriũt: in quo prohibemur à rapina. Puro pas- ☞ scitur

Quare spiritus in columba.

Columbæ natura.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *in ipsius præsentia. Venit enim Christus ad baptismum Iohannis, vt prædicationem eius approbaret. Secundò, vt tactu suæ carnis vim regeneratiuam aquis conferret. Tertiò, vt populus testimonium Iohannis de Christo & etiam Dei patris audiret.*

1 Iohannes autem prohibebat eum: *ex reuerentia, cum sciret eum esse Deum verũ & hominem, lauacro non indigentem, sed alios à peccato lauantem: ideo dicit.*

2 Ego à te debeo baptizari, *id est ab originali peccato mundari, non quia tunc Iohannes haberet originale peccatum, quia fuit in vtero matris sanctificatus: sed loquebatur in persona generis humani. Vel aliter.* Ego à te debeo baptizari. *quia sanctificati in vtero indigent baptismo Christi ad hoc vt sint Christo incorporati: quia in baptismo Christi character imprimitur per quem Christo configurantur.*

3 Respondens autem Iesus dixit ei. *Sequitur.*

4 Sic enim decet nos implere omnẽ iusticiam. *i. humilitatem, Vnde ibi accipitur iusticia non prout est virtus specialis, sed generaliter prout includit omnem virtutem.*

5 Baptizatus autem, *Hic ponitur testimonium Dei patris de Christo: quia baptizato Christo aperti sunt cæli: non quod cælum tunc fuerit diuisum, sed quia videbãtur aperti sicut in corruscatione videtur fieri & per hoc signabatur gloriam cælestem credentibus in Christum aperiri.*

6 Et vidit sp'r. Dei descẽd. &c. *Ad denotãdũ plenitudinẽ gratiæ in ipso.*

7 Et ecce vox. *Vox. s. patris.* Hic est filius meus. *Natura. s. alij*

MORALITER.

1 *Iohannes autem prohibebat eum dicens: Ego à te debeo.* Per hoc designatur: quòd quilibet inferior si velit superiorem corrigere, ex charitate debet hoc facere cum humilitate & reuerentia. Superior autem debet talem correctionem humiliter suscipere: quod insinuauit Iesus dicens: *Sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam.*

2 *Baptizatus au.* Per hoc ostenditur quòd omnis lotus à peccato gratia diuina debet conari cum auxilio Dei ascendere de virtute in virtutem & sic aperiuntur sibi cæli per spem certam, efficitur Dei filius adoptiuus, & per consequens hæres ad hęreditandum vitam eternam.

A

scitur grano: in quo notatur abstinentia. alienos tanquam pullos suos fouet, ecce charitas. Gemitum dat pro cantu ecce compunctio. Super aquas sedet vt accipitrem præuisa in aquis vmbra declinet: ecce sollicitudo. In columba super Dominum spiritus apparuit: quia venit nos per mansuetudinem colligere. Super discipulos in igne quos ad consumendam rubiginem peccati contra seipsos veniebat accendere. Adam peccando cęlum amisit, Christus à spiritusancto per columbã glorificatus apparuit: flammam vibrantem quę viam prohibuit aqua baptismi extinxit: quia aqua est contraria igni.

a ¶ In Adam displicuit, vnde pœnitet me fecisse hominem.

a lectus in quo mihi † complacui. 1

lib. 2. de trinitate ca. 5.

✠ AVGVSTINVS. Facta est quædam creaturæ species ex tempore in qua visibiliter ostenderetur spiritussanctus, siue cum in ipsum dominum, corporali speciei velut columba descendit.

✠ GREGORIVS NAZIANZENVS. Tum igitur spiritussanctus corporea modo in columbæ forma se conspiciendum præbet, vt corpus honore afficiat. Adde quòd multis retrò seculis columba diluuij finem annunciauit.

D

a *Complacui.* i. bene placitum meum constitui, vt tu in quo nihil nisi bonum placeas, & per te alij non in te, sed in te, i. tibi fide & claritate vniti placeant.

† bene placui: lib. 9. de demonstrat. cap. 6.

✠ THEOPHYLACTVS. In quo requiesco, in quo placor.

✠ EVSEBIVS CÆSAR. Hoc ab Isaia prædictum est. *Letare solitudo sitiens, exultet desertum, & florescat sicut lilium & efflorebunt, & exultabunt deserta Iordanis & honor Carmeli & populus meus videbit gloriam Domini.* Vbi contemplare, quod nõ quamuis solitudinem dicit, sed definitè illam & solam, quę est apud Iordanem fluuium, iuxta quam versabatur Ioannes baptista: datus est autem solitudini illi honor. Carmeli & gloria Libani, siquidem in Iordanis solitudinem transtulit gloriã Ierusalẽ, postquam ratio piè religioséque viuendi, non in Ierusalem sed in deserto consummari cœpta est.

NICOLAVS DE LIRA.

autem sunt adoptiui.

1 In quo mihi compla. i. *in quo voluntas mea complebitur de salute* B *generis humani: & sic apparet efficacia huius testimonij. Patet etiam, quod in baptismo Christi tota trinitas apparuit, largè apparitionem accipiendo, pater s. in voce, filius in carne, spiritussanctus in columbę specie: Differenter tamẽ, quia filius apparuit in carne sibi vnita in vnitate suppositi: in apparitione aũt aliarum personarum erat vnio per modũ signi.* E

ADDITIO.

In ca. 3. vbi dicitur in postilla. Quando fuit reportatus de Ægypto, tunc enim erat in 5. anno à sua natiuitate.

Aliter autem habetur in decretis 23. q. 3. §. Quòd verò iniuriã. Ibi enim expressè legitur, quòd Christus fugiens in Ægyptum latuit ibi per septennium.

REPLI. Et quòd postilla in 3. cap. dicit Christum fuisse in quinto anno reductum de Ægypto propter canonem. Quòd verò 21. intelligitur non præcisè. existens enim 7. annorum est etiam 5. annorum, sed non pręcise.

CAP. IV.

CAP. IV.

Vnc Ie. Post baptismũ, a quia nulla est mora à b tētatione: Vt mox do- c ceat baptizatos de d mũdo exire, in quiete Deo vacare: sic filij Israel post trãsitũ maris per desertum ascendunt, & manna comedunt donec veniant ad terram promissionis.

¶ Locum certaminis. 1

T † Vnc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo: & cũ 2

† Mat. 1. b. Luc. 4. a. De conse. di. 5. c. quadragesimo.

a *Tunc Iesus.* Hic est ordo rectæ conuersationis, vt post acceptam spiritussancti gratiam contra diabolum arctius accingamur, & mente seculum deserentes in vitę æternę gaudia quasi manna esuriamus deserti. Ibi fit tentatio, quia non ante hostis se erigit: quàm homo de mundo erit: tenet enim sub legibus suis eum. In deserto pugnatur asperis: quia Adam in paradiso delitijs affluens victus est oblectamentis.

C

Histo.

HISTOR. In illo deserto quod est inter Ierusalem & Iericho, Christus diabolum vicit: vbi figuraliter dixerat Adam incidisse in latrones & eum vicisse. Latrones autem ibi habitasse probat locus qui dicitur Domini. i. sanguis, propter effusionem sanguinis quę ibi fiebat. Ea via Samaritanus descendit: quia carne indutus easdem tentationes sustinnit.

Luc. 10. f.

b *Spiritu* sancto, qui quos replet ad pugnam mittit fortes. Sine hoc spiritu qui ad pugnam vadit cito cadit.

Hom 16. in euangeli.

✠ GREGORIVS. Verè à spiritu sancto ductus creditur, vt eũ illuc suus spiritus duceret, vbi illum ad tentandum spiritus malignus inueniret. *s. in desertum.*

Hom 13. operis imperf.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non duxit illum spiritus in vrbẽ aut forum, sed eremum. Quia enim diabolum prouocare volebat, nõ de esurie solum, verumetiam de loco occasionem ille tentationis ingessit. Tunc quippe diabolus aliquos aggreditur cum illos viderit ab alijs segregatos.

sermone de ieiunio & tentatione.

✠ CYPRIANVS. Neque enim putet homo se euasisse pericula cum in eremum venerit. Quia quantò subtilius, tanto difficilius à tentatore inuaditur, qui cogitationum foribus assidens omnia virtutum germina, in ipso orta strangulare molitur. Verũ liberius anima expedita obuiat impugnanti, vbi compedes impedimẽtorum defuerint, & aspectus irritamenta non mouerint: securiorque est congressus vbi singula non vellicant dimicantem nec inebriant animum lenocinia voluptatum.

c *Vt tentaretur à diabolo.* Non tentatur à diabolo, nisi quia ad desertum exierit i. bono studere cœperit.

d *Et cum ieiunasset.* Ieiunat vt tentetur, tentatur quia ieiunat, & exemplum ieiunandi nobis dat, & quòd ieiunat diuinæ est potentiæ. Moyses & Elias ieiunauerunt, non ex virtute vt Christus, sed Moyses sustentatur eloquio Dei, Elias autem fortitudine cibi. Nec dicuntur illi duo esurijsse, sed Christus vt homo esurit, vt celetur Deus. Significat autem desiderium nostræ salutis. Ecce conuenit legi quę per Moysen accipitur, & prophetis qui per Eliam. 40. diebus, quatuor partes sunt mundi, de quibus Christus suos congregat & decem pręcepta legis: quibus suos contra mundi oblectamenta armat. Ieiunat quadraginta diebus ante mortem cibo indigens. q. d. in tempore agonis abstinete à desiderijs seculi, comedit post resurrectionem. 40. diebus cibo non indigens. q. d. Ego sum vobis consolatio & cibus omnibus diebus. Vnde: *Ecce ego vo su. o. d. &c.* Similiter enim dum viam dominum carpimus, à vanitate seculi ieiunamus, & futuri promissione reficimur. In pugna Christi prius agitur contra gulam ieiunando, per quam victus est primus homo. Gula libidines inflammat, concupiscentiam carnis nutrit quæ repugnat legi mentis: Hæc nisi prius refrænetur, frustrà contra alia laboratur.

Exod. 14. d.

3. Reg. 19. b.

F

Infrà 28. d.

☞ *Quatenus*

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

Diuisio Triplex tentatio.

1 T*Vnc Ie. Hic quarto ostendit euangelista in Christo veritatem deitatis & humanitatis ex dęmonis tentatione, & ex sanctorum angelorum administratione: & primò ponitur primũ. secundo secundum, ibi:* Tunc reliquit, &c. *Prima diuiditur in tres secundum triplicem tentationem & triplicem Christi victoriam. secundo ibi* Tunc assumpsit eum. *tertia ibi:* Iterum assumpsit eũ. *Prima ergo tentatio fuit de carnis concupiscentia. Accepit autem tentator occasionem primò de hoc tentandi ex esurie ipsius Christi. Post baptismum enim Christi immediatè ductus est à spiritu s. sancto, quia humanitas Christi erat organum diuinitatis: & ideo ad omnia agenda mouebatur instinctu spiritussancti. hoc igitur motu iuit in desertum locum scilicet aptum orationi, vt ibi spiritum in oratione offerret pro nobis deo patri.*

2 Et cum ieiunasset. *Vt carnem innocentem pro nobis maceraret. & exemplum fidelibus daret: & per hoc quod per baptismum talia egit, nobis ostendit: quod qui inchoat nouam vitam debet seipsum Deo offerre per ieiuntum & orationem. Sequitur.*

✠ *Quadra-*

MORALITER.

1 *Tunc Iesus.* Per hoc insinuatur quòd aggrediens desertum pœnitentiæ fortius tentatur ab hoste Eccle. secundo. a. *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iusticia & timore, & pręparą animam tuam ad tentationem,* id est, ad resistendum tentationi quæ imminet tibi. Illos enim Deus fortius tentari permittit quos fortiores esse cognoscit. 1. *Corinth.* 10. *Fidelis autem Deus est qui*

a *Quadraginta d.* hic numerus totum tempus designat quo Christus cum suis dimicat. In hoc numero duæ leges abstinentiæ complentur, quia in 40. decalogus mandatorum & 4. euangelia resonant. Vnde institutum est nos hoc numero acrius dimicare ad diluenda peccata quæ fiunt, dum motu carnis violatur charitas: & sic quandiu hic sumus, semper peccata ploremus: quia hoc numero præsens vita ostenditur.

Epistol. ad Phil. ✠ IGNATIVS. Quadragesimam nolite pro nihilo habere, imitationem enim continet Dei conuersationis, hebdomadam etiam passionis nolite despicere.

Hom. 10. in leuiticum. ✠ ORIGENES. Habemus quadragesimæ dies ieiunijs consecratos, habemus quartam & sextam septimanæ dies. Est certè libertas Christiano per omne tempus ieiunandi, non obseruantiæ superstitione, sed virtute continentiæ,

†Deut. 8. a.

Sermo. 4. feriæ 1. post 1. Do. qua. ✠ AVGVSTINVS. Sanctam quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauit, totam non obseruare sacrilegium est, ex parte autem violare, peccatum.

sermo 25. & sermo 3. in quadra. ✠ AMBROSIVS. Non est leue peccatum fidelibus indictam quadragesimam à Domino, non ieiunare, & ieiunia consecrata ventris voracitate dissoluere.

ep. ad Marcellam. ✠ HIERONYMVS. Nos vnam quadragesimam secundũ traditionem Apostolorum toto anni tempore nobis congruo ieiunamus. Montani tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres passi sint Saluatores, non quod per totum annum excepto Pentecoste ieiunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.

orat. 3. in lauacrum. ✠ GREGORIVS NAZIANZENVS. Ieiunium quadragesimale vnum est Christi & nostrum sed non paruum inter vtrumque temporis interstitium. Et Christus quidem contra tentationes suum obijcit ieiunium, nostrum vero vt Christo commoriamur, operatur, & purgatio est quæ festiuiuitatem præcedit.

Hom. 16. in euangel. ✠ GREGORIVS. Sicut in lege iubemus offerre decimas rerum, ita Deo offerre contendimus decimas dierum. A prima enim Dominica quadragesimæ, vsque ad Paschalis solennitatis gaudia sex hebdomadæ veniũt, quarum dies quadraginta & duo sunt: ex quibus dum sex dies Dominici abstinentia substrahuntur remanent triginta sex. Dum verò per 300. & 65. dies, annus ducitur, nos autem per 36. dies affligimur, quasi anni nostri decimas Deo damus.

serm. 4. de quadragesima. LEO. Dum per varias actiones vitæ huius sollicitudo distenditur, necesse est de mundano puluere etiam religiosa corda sordescere: ideò magna diuinæ institutionis salubritate prouisum est vt ad reparandam mentium puritatem quadraginta nobis dierum exercitatio mederetur, in quibus aliorum temporum culpas & pia opera redimerent, & ieiunia casta decoquerent.

serm. 11. de quadra. IDEM. Suscepturi festorum omnium maximum festum, ea nos debemus obseruantia præparare vt in cuius sumus resurrectione conresuscitati, in ipsius inueniamur passione commortui.

b *Postea esurijt.* Hoc est verè humanitatis: & per hoc est occasio tentandi. Latet potestas, patet infirmitas.

✠ THEOD. Cæterum naturæ nostræ creator & propugnator, coronator & agonotheta mortem non timuit, nec belluam abigit, sed confidenter expectat, & ad pugnam prouocat, vt priorem illam auferat victoriam. Et corpori quod quadraginta dierum spatio ieiunauerat, famem conciliat: non tamen eorum qui olim ieiunauerant, limitem transcendere finit, vt vera illius crederetur humanitas. Vidit infœlix hostis famem, & victoriam sperauit, atque Adamum videre putauit. Cæterũ tanquam ad Adamum accessit, sed Adami Creatorem, Adami natura amictũ inuenit, & ait, *si filius Dei es &c.* Et producit quidem vocis cœlitus delatæ confirmationem, ipsam verò famem miraculosa confectione confirmari petit.

libr. 10. de prouidentia.

a ¶ Quod ieiunat diuinæ est potentiæ. b ¶ Ecce asperitas.

a ieiunasset quadraginta diebus & quadragin- 1

a ¶ Hoc addit, ne in nocte comedisse putetur.

b ta noctibus, postea esurijt. Et accedens ten- 2 3

a ¶ Hoc explorat quod timet, nec ideo se ab eius tentatione abstinet. b ¶ Quia sciuit scriptum esse. Dixit & facta sunt. c ¶ Tentatio de gula. ¶ A gula incepit: sed quo ordine deiecit Adam, ab isto deuincitur. ¶ Lapis significat duriciam diaboli.

c d tator, dixit ei: Si filius Dei es: dic vt lapides 4

e isti panes fiant. Qui respondens, dixit: Scri- 5 6

a ¶ Temperat responsum, ne cognoscat eum esse Deum. b ¶ Id est sacramentali specie, sed verbo vitæ.

f ptum est: †Non in solo pane † viuit homo, 7 8

a ¶ Sententijs vtitur, instruens nos vt vincamus non potentia, sed humilitate. b ¶ Verbum Dei de ore procedit, quia voluntas Dei reseratur per scripturas. c ¶ Per quos Deus loquitur.

g sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. 9

c *Et accedens?* Quia esuries est signum infirmitatis. Et sic nobis in abstinentia non deest tentatio. Per exteriorem infirmitatẽ Christum tentat in quo nullam legem peccati inueniebat.

† viuet. sic vetera exemplaria legunt. Luc. 4. a. de offert. c. in ter. cætera.

d *Si filius Dei es.* Aliud horum explorantis est, aliud tentãtis, dum Deum confiteri videtur, & huiusmodi illudere conatur. Sic enim tentat vt exploret quod veretur. Sic explorat, vt tentando decipiat. *Si filius Dei es.* Nouerat filium Dei venisse in mundum, seu per prophetas seu per angelos nunciantes, seu per Iohannem demonstrantem: sed quia humilia in eo videbat, quod de Deitate suspicatus est, ex superbia ei in dubium venit. Vnde & callidè exquirit: Nec indignum fuit Christum tentari qui venerat occidi, vt tentationes superando nobis potestatem daret superandi tentationes, sicut sua morte abstulit nostram mortalitatem.

Christus non nisi post baptismum se tentari permisit, insinuans ad se euntes grauiores passuros tentationes. Suadet esuriem pane de lapidibus facto releuare, non quod eius curet salutem, sed ex mutatione cognoscat virtutem & si purus homo esset, panis oblectamento illuderet esuriem patienti. Tribus modis fit tentatio. Suggestione, delectatione, consensu. Christus verò sola suggestione tentatus fuit: quia delectatio peccati mentem eius non momordit.

Tribus modis fit tentatio.

e *Scriptum est.* Non vtitur potestate, sed scripturarum autoritate, docens nos magis doctrina quam miraculis pugnare.

f *Non in solo pane viuit homo.* q. d. Persuasio tua tentatio est: quia agis de cibo corporis, & non de cibo mentis. Inferior pars hominis pane sustentatur, alia verbo Dei reficitur: quia verò agis de inferiori, patet quod tentator sis.

Hominis partes quo pane cibentur.

g *Sed in omni verbo &c.* Omne verbum charitas, in qua complectur omnia quæ procedunt de ore Dei, quia cuiuscunque ministerio dicantur, non eius sunt, sed Dei: sed si aduersum quid inferitur, hoc non est Dei. De vno verbo, i. sapientia Dei procedit quidquid loquuntur sancti qui sunt os eius.

Lib. de virgin.

✠ ATHANASIVS. Si accedant aliqui & dicant tibi, ne frequenter ieiunes, ne imbecillior fias, ne auscultes: istos enim diabolus subornauit. Reminiscere eius quod scriptum est, quod Daniel & tres pueri noluerunt saturari de mensa regis, & ad eunuchum dixisse da nobis de seminibus terræ, & vescemur.

☞ Tunc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quadraginta diebus. *non vltra trãsijt, vt virtus diuinitatis diabolo celaretur: quia Moyses & Elias ieiunauerunt tot diebus.*

2 Postea esu. *per hoc in se & veritatem humanæ infirmitatis ostendit, & occasionem tentatori dedit, ideo sequitur.*

3 Et accedens tentator. *Ad euidentiam huius tentationis aduertendum quod diabolus sciebat prædictum per prophetas, quod Christus futurus erat verus homo & verus Deus, vt habetur expresse Isa. 9. b. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis: Ecce vera humanitas. Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Ecce manifesta eius diuinitas: & pluribus alijs locis idem exprimitur, quos omitto propter prolixitatem. Similiter sciebat tempus natiuitatis Christi esse completum. Tum propter hebdomadas Daniel. in quibus erat determinatè præfixus terminus sui aduentus. Tum propter translationem regni Iudæorum ad Herodem alienigenam prout fuerat prædictum per Iacob patriarcham Gene. 49. vt supra expositum est plenius, sed nesciebat certitudinaliter, quod Iesus Nazarenus esset ipse Christus de quo talia fuerant dicta. Veruntamen propter eminentiam sanctitatis eius, & propter completionem temporis respectu Christi aduentus habebat quandam coniecturam quod ipse esset verè Christus: & ideo de hoc voluit experientiam accipere per tentationem quia tentare est accipere experientiam de aliquo ignorato. Intendebat etiam vlterius per hanc tentationem inducere eum ad peccatum, si inueniretur purus homo: sed neutrum obtinuit, vt patebit. Dicit igitur tentando.*

4 Si filius, &c. *s. naturalis, & per consequens ei æqualis in potestate.*

5 Dic vt lapides isti panes fiant. *Lucæ quarto. d. dicitur:* Dic lapidi huic, &c. *& idem est, quia singulare includitur in plurali: & ideò si demonstrauit plures lapides necessario demonstrauit vnum; vel aliter dicendum, quod Lucas accipit singulare pro plurali, sicut accipitur Exod. octauo. f.* Venit musca grauissima in domo Pharaonis. *id est, multitudo muscarum.*

6 Qui respondens dixit: *Sic respondit Iesus, quod nec diuinitatem eius poterat perpendere. nec ipsum ad gulam inducere, dicens.*

7 Scriptum est, *Deuteronomij octauo:*

8 Non in solo pane viuit homo. *scilicet corporali.*

9 Sed de omni verbo quod procedit de ore Dei: *quod verificatur non solum de vita spirituali, sed etiam de corporali, sicut patet de Moyse qui ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, verbo Dei spiritualiter & corporaliter sustentatus.*

Tunc

†

MORALITER.

qui non patietur vos tentari supra id quod potestis. Per hoc autem quod Iesus voluit tentari triplici tentatione, ostendit, quod omnis tentatio, vel est à carne, vel à mundo, vel ab hoste. Diabolus tamen vtitur aliquando carne & mundo, tentationes eorum accendẽdo.

a *Tunc assumpsit.* Prima & vltima tentatio in deserto, media quoque historialiter, vltima fuit postquam regressus est Ierusalem. Quia Matthæus non secundum ordinem historiæ, sed secundum tentationem Adæ prosequitur: Lucas verò vt res gesta est.

Christus ter tentatus.

Quia ex responsione Christi victus & incertus remansit: post primam ad secundam accessit tentationem.

Quod permisit se assumi, non infirmitas fuit sed patientia: in diabolo vero non virtus, sed superbia.

Nota hæc omnia corporeis sensibus esse completa. Nec mirum si se permisit circumferri: si sic accipitur assumptio, qui permisit se crucifigi.

b *Suprà pinnaculum.* In Palestina desuper plana erant tecta, & ibi erat sedes doctorum, vnde populo loquerentur, vbi multos cœpit vana gloria honore magisterij inflatos. In eo igitur loco Christum tentat, in quo multos deceperat. Dum autem non consentit, docet eos qui in sublimi sunt vana gloria non moueri. Diabolus alta petit, ad alta semper ducit eleuando per iactantiam, vt præcipitare possit. In hoc quod Christus se in altum tolli permisit, sed monenti cadere non obediuit, ostendit, vt cuicumque bona & alta imperanti obediamus sed præcipitare volenti contraeamus.

†nequádo. †Deut. 6. c.

a ¶ Hęc tentatio historialiter vltima fuit. b ¶ Ex permissione non imbecillitate, vnde inimicus superbit. c Ierusalem, vbi templum fuit, & cultus Dei fuit. ¶ Ex vsu dicit.

a Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam 1

a ¶ Summitatem templi. ¶ Non locus Deo dicatus cohibet eum.

b ciuitatem & statuit eum supra pinnaculum 2

a ¶ Tentatio de vana gloria, sicut Adam, cui dixit: Eritis sicut dij.

c d templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te 3

a ¶ Scripturis vtitur: non vt virtutes instituat, sed vt errores ingerat sicut & sui. ¶ Qui vadit contra fortiorem, ei prouidet victorię occasionem.

e deorsum. Scriptum est enim: † Quia angelis 4 suis mandauit de te, & in manibus tollent

a ¶ Legem in lapideis tabulis scriptam in qua omnes offendebant. b ¶ Mentis egressum.

te † ne forte offendas ad lapidem pedem

a ¶ In Deut. A quo ideo testimonia profert, vt secundæ legis sacram confirmaret.

tuum. Ait illi Iesus rursum: scriptum est: 5

a ¶ Etsi victus, tamen non cessat. 6

f † Non tentabis dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem ex- 7

a ¶ Super montem superbię omnis auarus erigitur. ¶ alta petit.

g h

a ¶ Quia omnia momentanea sunt, non quòd diabolus sed virtus diuina hoc possit.

i k celsum valde, & ostendit ei omnia regna 8

c *Si filius.* In omnibus tentationibus hoc agit, vt intelligat, si filius Dei sit. Sed Christus sic responsum temperat, vt ambiguum relinquat. Quia verba adinuicem conferuntur: in specie hominis diabolum apparuisse verisimile est.

d *Mitte.* Hæc vox conuenit illi, qui omnes præcipitare satagit: in quo infirmus ostenditur, quòd nulli nocere possit, nisi prius ille se deorsum miserit. Suggerebat enim, vt aliquo signo exploraret quantum apud Deum posset. Sed nemo debet tentare Deum, quando habet ex humana ratione quid faciat. Vnde quamuis omnia posset, ait tamen suis: *Si persecuti vos fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam.* Et ipse idem fugit & abijt & latuit. Nunc autem poterat aliter de templo descendere, quàm per iactantiam se præcipitare. Postquam deficit humana ratio, commendet se homo Deo, non tentando, sed deuote confitendo.

Matt. 10. c.

✠ CYPRIANVS. Hac occasione loci hortatur & consulit, vt in vrbe sancta & frequentia populorum quasi nouus funambulus, in excelso pendulus, se deorsum ad vulgi spectaculum iactet intrepidus, addens è testimonio scripturæ, Angelorum affutura suffragia, O execrabilis diaboli malitia? Putabat malignus quem gula non vicerat, vana gloria superari.

Non est Cypriani sed Saluiani.

✠ CHRYSOSTOMVS. Dæmonum est seipsos iacere deorsum: Dei verò erigere homines iacentes. Prosternit ille, occidit, mactat, sed dominus erigit elisum.

Hom. 15. in Matth.

e *Quia angelis suis mandauit de te.* BEDA. Quod bene dicitur de corpore, diabolus malè interpretatur de capite: Quod si hoc dicit de Christo, cur non & hoc quod illi contrarium est dicitur? Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Sed de auxilio angelorum quasi ad infirmum loquitur, de sua conculcatione tacet.

✠ GREGORIVS NAZIANZENVS. Sed & scripturas latro (Satan) nouit, o sophista malitiæ, cur sequentia supprimis? Rectè enim id noui etsi tu sileas, quoniã super te aspidem & basiliscum ascendam, & super scorpionibus & serpentibus, trinitate circumseptus ambulabo.

Ora. in sanctum lauacrum.

✠ IRENÆVS. Ita mendacium abscõdebat per scripturam, quod faciunt omnes hæretici. Illud enim, Angelis suis mandauit de te, scriptum erat: nulla autẽ scriptura dicebat, mitte te deorsum, sed à semetipso hanc suasionem diabolus afferebat.

Lib. 5. in hæreses. † Psal. 90.

✠ VINCENT. LIRINENSIS. Magnopere doctrina loci istius, quo diabolus cõtra Dominũ scripturas produxisse legitur, attendenda & retinenda est, vt tanto autoritatis euangelicæ exemplo, quando aliquos apostolica seu prophetica verba proferre contra catholicã fidẽ viderimus, diabolũ per eos loqui minimè dubitemus.

contra hæreses.

✠ *Non tentabis* AVGVSTINVS. Pertinet ad sanam doctrinam vt quando habet quod faciat homo, non tentet Dominum Deum suum.

Lib. 22. contra Faustum cap. 37.

f *Iterum assumpsit.* Hæc tentatio ordine præcessit, sed narratur præpostero, secundum quod factum est Adæ.

g *Montem excelsum.* ✠ THEOPHILACTVS. Quidam putant montem excelsum valde, afflictionem & studium in possidendis diuitijs, in quem conatur inimicus Iesu ducere: sed nõ rectè opinantur. In sensibili enim forma apparuit ei diabolus: cogitationes enim tales non habuit Dominus, absit.

ISI. Mõs iste superbiã significat, per quẽ cecidit, & alios ruere facit.

h *Excel. valde.* quia eum ad summum superbiæ trahere voluit.

Tentaturus de auaricia in montem duxit, quia auaricia & ambitio semper alta petit.

i *Ostendit.* Non quod visum eius qui omnia videt ampliauerit, sed vanitatẽ mundanæ pompæ quã amabat, quasi speciosam ostẽdẽs, facere amari volebat. Vel sciens diabolus quòd Christus regnum sibi tolleret, ostẽdit ei omnia regna mũdi, nõ Persas vel Medos: sed quomodo in omnibus regnaret mundanis. Vel per gulam vel per auariciã vel per alia, vt suadens quod volebat, eum sibi subijceret. Lucas dicit momento sibi omnia ostensa: in quo non tam celeritas conspectus, quam caducæ fragilitas potestatis exprimitur.

Moysi ostendit Deus in momento totam terram promissionis virtute deitatis: ita modo actum est. Ostendit ei.

Deut. 31. a. Quomodo ostendit dominus Moysi terram promissionis.

k *Omnia regna.* s. partes terræ, in quibus vnumquodque regnum positum erat. Sicut si aliqui dicant super montes: Ecce ibi Roma, non ipsam ostendendo, sed partem terrę in qua posita est.

Omnia re. Oĩa cõcupiscẽtia in mũdo quib. homines regnãt. Vel simpliciter totus mundus illo suggerente ab eo in monte visus est.

Et gloriam eius tentationem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc assumpsit eum diabolus, &c. *Hic secundò tentat eum de superbia, & ad eundem finem sicut prius. Dicit ergò Matthæus:* Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem. *id est Ierusalem, quæ dicebatur sancta, quia diuino cultui deputata propter templum quod erat ibi: nec erat licitum in lege sacrificare Deo alibi.*

2 Et statuit eum supra pinnaculum templi. *Istud pinnaculum, templi tectum, quod erat desuper planum sicut fiebant tunc domus Palæstinorum. Erat enim intentio dæmonis illuc eum portantis, vt à populo ciuitatis ipse Iesus quasi volare videretur, & sic in vanam gloriam ferretur, sed diuina virtute fecit quòd nullus eum vidit, quia in potestate eius erat videri & non videri.*

3 Et dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. *quasi dicat: virtute propria potes sine periculo, & etiam propter ministerium angelorum tibi seruientium.*

4 Scriptum est enim. Quia angelis suis mandauit de te, *scilicet in psal.* Quia angelis suis, &c.

5 Ait illi Iesus. *Sic respondet ei per scripturam, quod totaliter euacuat eius*

6 Non tentabis Dominum Deum tuum *Deut. 6. c. Tentare enim Deum est quærere experimentum de Dei virtute absque eneuitabili necessitate: & hoc est peccatum: quia quandocumque homo aliquid potest facere secundum viam humanam ad euitandum periculum, non debet illud omittere, quærendo diuinum experimentum: & propter hoc probatio ferri candentis & monomachia tanquam illicita prohibentur in iure. Per hoc ergo respondet Iesus diabolo tentanti ipsum, quia cum posset de pinnaculo templi descendere per viam humanam, scilicet per gradus ad hoc factos in templo: non debebat per alium locum descendere, quia hoc esset Deum tentare.*

7 Iterum assumpsit eum diabolus. *Hic tertiò retentat eum de concupiscentia oculorum seu auaricia, quia posuit eum in montem excelsum. quis autem fuit ille mons non nominatur, nec multum refert ad propositum.*

8 Et ostendit ei. *Non est sic intelligendum quòd ex illo loco possent omnia regna & omnes ciuitates determinatè videri: sed ostendendo diuersas partes orbis, dixit ei: tale regnum est in tali parte, & tale in tali, enarrando in breuibus magnitudinem & gloriam illorum regnorum: & ideo ostensio fuit magis ad auditum quam ad visum. quo facto dixit ei.*

Hæc

a *Et gloriam eorum.* RABANVS. Nō quod eā concupiscentię oculo intueretur sicut nos, sed sic hæc ostensio fuit in mente, sicut medici vident morbos sine læsione.

b *Hæc omnia tibi dabo.* Hæc de arrogantia dicit: non quod totus mundus suus sit.

A principio quod Dei erat vt sibi vsurparet diabolus laborauit, vnde vt in eis coleretur, idola inuenit. In his tribus notantur gula, auaricia, superbia.

Diaboli instigatione idola inuēta sunt.

RAB. Lucas auariciam mediā ponit, vltimam superbiam secūdum morem præsentis temporis quia superbia post omnes virtutes sæuit. In his tribus, gula, auaricia, superbia, omnia vitia sibi fæderata, sunt perempta. Victus de gula, non tentat de libidine vel cæteris quæ de gula nascuntur. Sic etiam in alijs omnibus, quę in mundo sunt, vt armis vtatur diabolus contra nos Nā nihil in mūdo est nisi cōcupiscētia carnis, concupiscētia oculorū, & superbia vitę. In his trib. omnia genera tētationū cōprehenduntur.

Luc. 4. b. †Deut. 6. b. & 10. d. †Mat. 1. b. 1. Ioh. 2. c.

a ¶ Quanta est ei gloria trahere ad vitia? ¶ Tentatio de ambitione. b ¶ Non quòd hoc possit. ¶ Regem te faciam.

a b mundi & gloriam eorū, & dixit ei: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. 1

a ¶ Tentatio de auaritia. b ¶ Quod esset cadere. ¶ Vt superiorem.

a ¶ A potestate quam habebas retro. In ignem æternum. b ¶ Quia saluti aduersarius. ¶ In Deuteronomio.

c Tunc dixit ei Iesus: Vade Sathana. Scriptum 2

a ¶ O homo. ¶ Non ego te, sed tu debes me, vt Deum adorare. ¶ Ex debito, cui soli hoc debetur.

est enim † Dominum Deum tuum adorabis, 3

d a ¶ Etiam cum hominibus seruis. b ¶ Secundum Græcam interpretationem. c ¶ Ad tempus vt Lucas ait: per Iudæos postea pugnaturus. ¶ Iam non inueniens quid ageret. d ¶ Victus.

e & illi soli seruies. † Tunc reliquit eū diabolus: 4

a ¶ Vt victoris deitas comprobetur. ¶ Non adiuuabant.

f & ecce angeli accesserunt, & ministrabant 5

g ei. Cum autem audisset Iesus, quod Iohannes 6

a ¶ A Iudæa post pascha.

h i traditus esset, secessit in Galilęam: & relicta 7

✠ CHRYSOSTOMVS. Ne mireris si diabolus Christo loquēs, sæpe huc illucque vertatur. Nā vt prælиantes solent, cum acceperint lethales plagas, multo sanguine perfluentes tenebrasque patientes, moribunda circumferre membra: ita quidem hic prima & secunda sauciatus plaga, in alia atque alia verba deuoluitur, atque tertium certamen ingreditur.

Hom. 13. operis imperfect.

c *Scriptum est.* Dauid Goliam tribus lapidibus de torrente prostrauit, & Christus diabolum tribus testimonijs de lege.

1. Reg. 17. c.

d *Dom. Deum tu.* Hoc vel ad diabolū dicitur: non quia ex deuotione sit impleturus sed vt ècontra, quā ipse moliebatur scriptum ostēdatur quod non ipse, sed Deus sit adorādus: Vel, nō diabolo, sed sibi secundum humanitatē & cuilibet homini hoc præceptū esse insinuat. similiter: & illud: *Nō tentabis Dominum Deum tuum.*

Dominum Deum. s. filium & patrem & spiritum sanctum, qui est vnus Deus. Deus adoratur, & specialiter ei propter se seruitur.

Deut. 6. b.

Hic ostenditur, quòd homo Christus, vt Deus & dominus sit adorandus ex debito.

e *Seruiens.* Grçcè λατρεύσεις, λατρεία enim seruitus dicitur. Seruitus communis deo & homini & cuicunque, grecè δουλεία dicitur. Illa vero quæ soli Deo debetur, latria dicitur, vnde idololatria, quæ quod soli Deo debet, idolis dat.

Nota diabolum in his vinci in quibus Adam vicit. Quē de gula tentauit, dum de ligno vetito gustare rogauit. De vana gloria, cum dixit: Eritis sicut dij. De auaritia, cum ait: Scientes bonum & malum.

Gen. 3. a.

f *Accessir.* Non quasi tunc primum adeuntes, sed agonem domini procul aspicientes, ne videatur eorū presidio eguisse vel vicisse. Sed vt ille victus abiit, parati ad obsequium venerunt. Sicut in hoc agone militia nostra præstruitur, ita in obsequium angelorum gloriosa remuneratio docetur.

✠ HILARIVS. Ostendunt angeli à nobis victo calcatoque diaboli capite & angelorum ministeria, & virtutum in nos officia non defutura.

g *Cum autem audisset.* Hic Matthæus sicut Marcus & Lucas prætermittit primum aduentum domini in Galilęam, post quam baptizatus est, vbi aquam mutauit in vinum, & cum matre & discipulis Capharnaum mansit, à qua ascendit Ierusalem propter Pascha. Inde venit in Iudęam & baptizabat, cum Iohannes in Ennon iuxta Salim baptizaret. Postquam verò traditus fuit Iohannes, iterum abijt in Galilæam, cū audissent Pharisęi quod baptizaret, & plures faceret discipulos quā Iohānes fecerat. de quo reditu incipiūt tres euāgelistę. Iohānes verò probato aliorū euāgelio de veritate dictorū vidit aliqua deesse, & maximè quæ primò anno prædicationis suæ gesserat Iesus: pro quib. à fratribus rogatus scripsit euāgeliū, quod alij prætererāt ante traditionē Iohannis, colligens. s. gesta vnius anni in quo & passus est post carcerē Iohānis. Vnde etiā dicit: *Hoc fecit initiū signorū Iesus.* Et iterum. *Nondū Ioannes missus erat in carcerem.*

Ioh. 2. b. Ibid. 3. c. Iohannes acta primordialia Christi scribendo suppleuit.

h *Iohannes, &c.* Quod erat propter euangeliū. Iesus hoc idē per fectius prædicans ad tempus cedit & fugit, vt sit exemplum suis.

Ioh. 2. b. Ibidē 3. c.

i *In Galilæam.* Duæ sunt Galilææ, vna dicitur Iudęorum, altera gentium propter inhabitationem gentium, quam partem dedit Salomon regi Tyri qui gentes ibi posuit.

☞ Nazareth

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc omnia tibi dabo. *Ex hoc loco & alijs similibus dixerunt Manichæi, quod diabolus est dominus istorum corporalium inferiorū, sicut factor & creator eorum, sed hoc patet manifeste falsum Gen. 1. vbi describuntur facta à Deo: & ideo dicendum quod diabolus mentiebatur,* quia mendax est & pater mendacij, *vt habetur Ioh. 8. f. Creaturæ enim corporales non sunt in potestate ipsius, nisi quantum sibi permittitur à Deo, sequitur.*

2 Vade Sathana. *Hic increpauit eum & non supra ad ostendendum quod proprias iniurias debet homo portare, sed Dei iniuriam nullo modo debet tolerare, hoc autem maximè fit, quando cultus debitus Deo impēditur diabolo: quod diabolus facere suggerebat: & ideo hanc veritatem per scripturam confirmat Deut. 6.*

3 Dominum Deum tuum adorabis. *Adoratione. s. latrię quę soli Deo debetur homines autem venerari possunt veneratione dulia.*

4 Tunc reliquit eum. *Hic ostenditur diuinitas ex ministerio sanctorum angelorum. reliquerant enim angeli ipsum Iesum ad tempus vt diuinitas eius diabolum magis lateret, & vt conuenientius locum tentandi haberet, & vt victoria ipsius Christi excellentior appareret ex hoc quod solus ipsum deuinceret: Et ideo victo tentatore & prę confusione recedente.*

5 Accesserunt an. *Sicut verò domino serui sui. Ex quo apparet diuinitas Christi quia nulla natura est supra angelicam nisi diuina. sequitur secunda pars totius euangelij*

6 Cum autem. *superius declarauit Matthæus personam ipsius mediatoris ostendendo in ipso veritatem humanę naturę & diuinę hic incipit agere de operib. Christi. De Christo autem inter alia tria fuerant per prophetas prædicta. Primum, quod esset legislator nouę legis Iere. 31. f.* Ecce dies veniunt dicit dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, *&c. Secundum est, quod esset Christus redemptor per meritum suę passionis Isa. 53. b.* Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, &c. *Tertium est quod esset mortis destructor per gloriam suę resurrectionis Psal. 15. c.* Non derelinques animā meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Quod non potest intelligi de Dauid cum sepultus fuerit & incineratus, sed de Christo tantum vt ostendit beatus Petrus, Actu. 2. Igitur residuum huius euangelij diuiditur in tres partes: quia primò determinat euangelista de Christi legislatione. secundò de ipsius passione cap. vigesimosexto.* Et factum est cum consummasset. *Tertio de ipsius resurrectione ca. vlt.* Vespere autē sabbati. *Circa primū aduertendū, quod lex non imponitur nisi multitudini: & ideo legislationem præcedit populi adunatio. Et ideo circa primū duo facit quia primo ostēdit populi adunationem ad Christum per eius prędicationē: & secundo describit Christi legislationem. c. seq.* Videns Iesus turbas. *Prima adhuc in duas partes: quia primo in generali tangitur Christi prędicatio: & secundo subiungitur ex hoc sequens populi ad Christum adunatio, ibi:* Ambulans autem Iesus. *In prima parte describitur prædicatio Christi quantum ad tria. s. quantum ad tēpus, locum, & modum. Tempus autē tangitur cum dicitur:* Cū aūt audisset Ies⁹ quod Ioānes traditus esset. *ex quo patet, quod Matthæus hic omittit omnia opera Christi, quę fecit ante incarcerationem Iohānis: sed illa describit Iohannes, vt patet. 1. c. 2. 3. & 4. licet enim ante incarcerationem Iohannis prædicauerit, non tamen ita publicè. Locum autem huius prędicationis tangit, cum subdit.*

7 Et relicta ciuitate Nazareth. *Causa autē quare reliquit ciuitatē Nazareth, Lucas exprimit. 4. ca. quia. s. ingressus est synagogā in die sabbati, & legit ibi illud Isaię:* Spirit⁹ dñi super &c. *Isa. 61. & dixit ibi aliqua ex quib. Iudæi scādalizati duxerūt eū ad supercilīū mōtis & voluerūt eū præcipitare. ipse aūt virtute diuina per mediū illorū ibat nō vis⁹ ab eis.*

☙ Venit

MORALITER.

6 *Cum autem.* Per hoc autē quod cessante prædicatione Iohannis Christus iuit ad prędicandū, significauit quod lege cessante secutum est euangelium. Per hoc autem quòd audita Iohannis incarceratione secessit, ostendit quod licitum est prædicatori à persecutorib. elongari. Vnde dicit apostolus inf. 10. c. *Cum autem persequentur vos in ciuitate ista, fugite in aliam.* 7. *Et relicta.* Erat enim maior & populosior. Et per hoc dedit prædicatoribus exēplum, vt declinent ad loca in quibus possent facere maiorem fructum.

Matth. 10.

Exinde

D

A a *Nazareth.* Vnde Christus Nazaræus dicitur, vicus est in Galilæa iuxta montem Thabor. Capharnaum oppidum in Galilæa gentium iuxta stagnum Genezareth situm in terra Zabulon & Neptalim: vbi prima captiuitas Hebræorum ab Assyrijs. Vbi ergo prima legis obliuio ibi prima euãgelij prædicatio, vt & de loco quasi medio affflueret ad gentes & ad Iudæos.

Allegorice. Quod relicta Nazareth transit Capharnaum, significat quod de flore figurarum legis, ad fructum spiritualium qui in euãgelio est transire nos docet. Hæc verò spiritualia sunt in villa pulcherrima. i. in ecclesia: quæ maritima, B quia iuxta fluctus seculi posita quotidie tunditur: & homines illecebris mundi inuolutos, retibus euangelij capit. In finib. autem Zabulon & Nepthalim sita est, quia in medio gentium ad dilatandum verbum Dei fortiter consistit, vt credentibus refugium periclitantibus ostendat fidei portum.

b *In finibus Zabulon.* Zabulon, habitaculum fortitudinis. Neptalim, dilatio.

In his tribus fuere viculi de quibus apostoli. vnde: *Principes Zabulon & princ. Nepthalim.*

c *Terra Zabulon.* Rab. Quod primò positum est prætermittit euangelista. s. *Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nepthalim:* sicut & quod in medio est. scilicet: Nouissimo aggrauata est via maris. Quod ideo facit, quia intendit ostendere initium prædicationis Christi: & ideo quod mysticum est tangit.

C d *Via maris.* Ecclesia quæ iuxta mare seculi, ipsa est trans Iordanem id est per baptismum de pristinis erroribus eruta. Galilæa. id est transmigratio est facta, & quæ prius sub gentili ritu in vmbra mortis & carnis luxu est versata, Christo prædicante per fidem Christi illuminata est.

Galilæa gentium quæ est in tribu Neptalim, vicina Tyrijs: dicitur ad differentiam Galilææ illius quæ est in tribu Zabulon, quæ est iuxta Tyberiadem. In illa autem quæ dicitur gentiũ, Salomon viginti ciuitates dedit Hyram regi Tyri in sorte tribus Neptalim. In vtrisque immoratus est Christus. Sed pro figura eorum qui vocandi sunt de gentibus, ea quæ gentium est hic memoratur.

e *Populus.* Augustinus. Populus ist qui prior ductus est in captiuitatem, & in tenebris vitiorum erat, prior lucem prædicationis Christi vidit. Deinde in omnes euangelium disseminatum est Vnde sequitur: *Habitantibus in regione.*

f *Vmbra mortis.* Mors est in inferno. Vmbra huius mortis sunt peccata, quæ nunquam sine morte. Qui ergo vult fugere mortem vitet vmbram.

Marginalia: † iuxta viã. — † Galilæa. — † in regione & vmbra. — † Marc. 1. b. — Psal. 67. f. — Isa. 9. f. — 3. Reg. 9. b.

a ¶ Flos interpretatur.
a ciuitate Nazareth, † venit, & habitauit in 1
¶ Villa pulcherrima. ¶ Zabulon quæ est in Galilæa Iudæorum, sicut Nephtalim gentium.
b Capharnaum maritima in finibus Zabulõ 2
& Neptalim, vt adimpleretur quod dictum
¶ Dicentem. ¶ Circuncisio.
c est per Isaiam prophetam: † Terra Zabulõ
¶ Preputium. a ¶ Quia est iuxta mare, & est trans Iordanem Galileæ gentium, scilicet populus qui ambulabat, vel populus vidit lucem, &c.
d & terra Neptalim, † via maris trans Iordanem
a ¶ Ad mysticum maximè est respiciendum.
nem † Galileæ gentium: populus qui † am- 3
a ¶ Audiuit Christi prædicationem & miracula.
e bulabat in tenebris, vidit lucem magnam:
¶ Vel habitantibus.
& sedentibus † in regione vmbræ mortis, 4
f a ¶ Agnitio veritatis vel prædicatio Christi. b ¶ Euacuata voce, ipsũ verbũ venit. 5
lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædica- 6
g ¶ Consona prædicatio discipuli & magistri. ¶ Penitentia est correctio malę mentis.
re: & dicere: † pęnitẽtiam agite: Appropin- 7
h

g *Exinde.* Postquam baptizatus est. Baptismus idoneos facit ad prædicandum. *Exinde.* i. tradito Iohanne: quia lege desinente sequitur euangelium, vt auroram sol. Humilis magister qui doctrinam discipuli non impedit sed expectat donec consummet cursum suum. In quo docet, ne quis ab inferiore persona sermonem contemnat. vnde Apostolus: *Si cui reuelatum fuerit prior taceat.*

h *Pœnitentiam agite.* Eadem quæ E præco prædicat: vt ostendatur non alius quam qui in voce clamauerat. Christus enim verbum quod clamat in Iordane organo & in omnibus qui ab initio aliquid diuinitus dixerunt: & tamen iste solus vox quia per eum præsens verbum ostenditur quod alij longè nunciauerunt. Inter enim vocem & verbum nihil est medium, sed vt vox sonuit, mox verbum percipitur: sicut Iohannes clausus destitit: Christus virtutibus claruit. Vnde Iohannes est figura prophetarum & legis, qui verè sunt vox clamantis sapientiæ Dei, quorum Iohannes est finis, quibus cessantibus solum verbum, quod in eis sonuerat, per se ostenditur.

Marginalia: † Isa. 9. c. — † sedebat. — F Lib. de pœnitẽtia medicina c. 2. non est Aug.

✠ Augustinus. Tres sunt actiones pœnitentiæ visitatæ in ecclesia, & diligenter attendentibus notæ. Vna est quæ nouum hominem per baptismum parturit, donec salutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio. Altera pœnitentia est, cuius actio per totam istam vitam, perpetua supplicationis humanitate subeunda est. Tertia actio pœnitentiæ est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus continet. In hac ergo pœnitentia, maiorem quisque seueritatem in se debet exercere, vt à seipso iudicatus, non iudicetur à Domino.

Rabanus. Hęc prędicatio Christi in Caphatnaũ coruscãtibus miraculis incepta, dicitur post annũ à baptismo incepisse: vel secundũ alios incipit kalẽdis Maij, vt in eodẽ anno fuerit baptizatus & ieiunauerit, & aliquantis dieb. interpositis, (quibus, fecit quæ Iohannes scripsit) Baptista incarcerato prędicare incepit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Venit & habi. in Capharnaum. *ad prædicandum: vt hic dicitur.*

2 Maritima. *quia supra littus maris Galilęæ sita est. Et hoc autem ostendit Matthæus euãgelista prophetiam impletam Isa. 9. a.* Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nep. &c. *Ad cuius euidentiam considerandum, quod illam prophetiam exponunt aliqui de captiuitate decem tribuum. Fuerunt enim primò captiuati tẽpore Phacee filij Romelia per Teglathphalasar regẽ Assyriorũ, qui captiuauit duas tribus vltra Iordanẽ de Zabulon & Neptalim & de Galilęa multos captiuauit, vt habetur 4. Reg. 15. & de hoc exponunt primã partẽ prophetię. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. quia captiuatis malis hominibus alleuiata est terra ponderibus peccatorum. Secũdo fuerunt captiuati filij Israel qui remanserant tempore Hosee per Salmanasar regem Assyriorum, vt habetur 4. Reg. 17. & de hoc exponunt secũdam partem prophetię. Et nouissimè aggrauata est tota terra. Dicitur autem illa terra via maris: quia ibi est via publica ad portandum merces à Iordane ad mare mediterraneum. Additur autem Galilæa gentium ad differentiam alterius Galilęa quę vocabatur Galilæa Iudæorum. Scribitur enim. 3. Reg. 9. quod Salomon dedit Hyram in Galilęa. 20. oppida: & quia erat gentilis, ideo dicta est illa terra Galilęa gentium. Alio autem nomine dicta est Chabul. per illam ergo Galilæam transibant via illa de qua est hic mentio. Sed ista expositio non videtur vera. Primò quia videtur implicare contraria, saltem in modo loquendi: quia primam captiuitatem vocat alleuiationem terrę, & secundam vocat aggrauationem: & tamen sunt eiusdem rationis. Secundò quia si loqueretur de captiuitate secunda quę fuit totius terrę, non loqueretur solum de Galilæa gentium, sed de Samaria quæ erat ciuitas regia & principaliter fuit obsessa & capta per Salmanasar, vt patet quarto Regum decimoseptimo. Tertiò quia illud quod sequitur Isaiæ. 9. b.* Paruulus natus est nobis, *&c. exponitur de Christo tam à Iudæis quam à Christianis. ergo & illud quod immediatè præponitur:* Primo tempore alleuiata est ter. &c. *de Christo intelligitur, & sic exponit Matthæus euangelium. quia Christus in terra Zabulon & Neptalim: primò prædicauit publicè, vt dictum est, quia ciuitas Capharnaum ibi est sita, & alia loca vbi primò prædicauit: & sic illa terra primò illuminata est doctrina Christi: & ideo per Isa. dicta est primò alleuiata, sed postea ad vomitum sunt reuersi homines illius terræ: propter quod illis ciuitatibus exprobrat Christus Matthæi vndecimo vt patet intuenti propter quod per Isa. dicitur:* Nouissimo aggrauata est, *& hoc est quod dicit Matthęus breuiter accipiens autoritatem Isa.* Terra Zabulõ & terra Neptalim.

3 Populus qui ambulabat in tenebris. *ignorantię scilicet.*

4 Et sedentibus in regione vmbræ mortis: *Vmbra mortis dicitur peccatum mortale, quod est quasi figura & vmbra gehennæ.*

5 Lux orta est eis. *quia illuminatio doctrinæ Christi primò facta est in locis prædictis.*

6 Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere. *Posito tempore & loco prędicationis Christi, euangelista describit modum quem tenuit. Tenuit autem talem modum qualem tenuit Iohannes, di.*

7 Pœnitentiam agite, &c. *hoc autem fecit Christus primò vt prędicationem Iohannis approbaret, secundò vt nostram superbiam confutaret, quia aliquando dedignamur accipere dicta aliorum.*

Ambulans

MORALITER.

✠ 6 *Exinde cœpit Iesus, &c.* Per hoc enim approbauit doctrinam Iohannis, qui sic inceperat prædicare. Sed moderni doctores faciũt contrarium; nam vnus reprobat quantum potest dictũ alterius: & nõ solum doctores hoc faciunt: sed etiam Baccalaurei dicta suorum doctorum arroganter impugnant quantum possunt.

✠ Ambulans

a *Qui vocatur Petrus.* Vel quando primum Andræas adduxit eũ hoc nomen inditum est ei, dum dicitur: *Tu vocaberis Cephas*, quod interpretatur Petrus. quamquam hic videtur de futuro promittere. Vel quando confessus est: *Tu es Christus filius Dei viui*: dictum est ei, *Tu es Petrus & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam.*

Ioh. 16. c.

BEDA. Petrus, agnoscens: Andræas, virilis: quod doctoribus conuenit: quia hi soli magisterio sunt apti, qui sapientiæ luce illustrantur, & præceptis Dei obediunt, & alijs viriliter suggerũt.

Bene primum Petrũ qui vocatur obediens & Andræam qui vocatur fortis, ponit: quia sine obedientia nullus intrat, sine fortitudine nullus perseuerat, & hæ germanæ sũt virtutes. Quia verò primus homo inobediens exiuit, secundus obediens ingressus est.

B RABA. Matthæus dicit post habitationem Capharnaum discipulos vocasse. Iohannes dicit, quod post aquam in vinum conuersam venit Iesus Capharnaum & mater eius & fratres discipuli. Sed incertum est vtrum illi iam adhæsissent, vt hic recapitulando dicatur quasi prius factum. an descendisse cum eo dicantur discipuli: non quòd tunc discipuli, sed quia futuri. Ante autẽ quam veniret Iesus in Chana Galilææ Andræas Petrum adduxit, sed nondum discipuli.

†Mat. 1. b. Ioh. 1. c. †Mat. 1. b. Luc. 5. b.

b *Mittentes re.* Quia quos sæpe terrenis lucris inhiare considerat, celestibus desiderijs aduocat, & per eos retibus euangeli[...]os de profundo iniquitatis eripit, vnde subdit *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Matthæus & Marcus & Lucas dicunt Petrum & Andræam de piscatione vocatos in Galilæa. Iohannes iuxta Iordanem ad testimonium Iohannis baptistæ primò Andræã sequutum esse cum alio, cuius nomen tacetur, deinde Petrum, tertiò Philippum. Sed tunc iuxta Iordanem viso domino, non ei inseparabiliter adhæserunt. Sed cognito quis esset, eum mirati ad propria sunt reuersi.

C Iohan. 1. c.

c *Piscatores.* Piscaturus per piscatoria vadit loca.

Mysticè. Cum incarnatus carnem suscepit, diuinitus vidit in mari mundi spirituales piscatores: & alijs quid essent ostẽdit, quos ab æterno præuidit.

d *Continuò.* Perfecta obedientia est sua imperfecta relinquere. Relictis retibus: quia & si postea resumunt, non cupiditate & proprietatis amore. In his datur forma volentibus sequi. Mutatur intentio non piscatio, mutantur retia in doctrinam, cupiditas in amorem animarum: fit mare seculum, nauis ecclesia, pisces boni & mali homines.

Obediẽtia perfecta. D

✠ GREGORIVS. Nulla adhuc miracula viderũt, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant, & tamen ad vnum domini præceptum, hoc quod possidere videbantur, obliti sunt. Quãta nos eius miracula videmus, quot flagellis affligimur, & tamen vocãtem sequi contemnimus?

Homi. 5. in euangelia.

e *Vidit alios duos.* Ecce in his quatuor numerus euangelistarum præfiguratur, qui animas à mundo extrahunt de quatuor partibus mundi.

Bini & bini vocantur, quia charitas non nisi inter duos est. Vocatio dicitur: Vel secundum electionem gratiæ. vnde dicitur. *Quos vocauit, &c.* Vel secundum illud: *Multi sunt vocati.*

E fieri. Roma. 8. f. Infra 10. b.

Quæritur quomodo Matthæus & Marcus dicant binos vocasse Iesum: Primò Petrum & Andræam postea Iacobum & Iohannem: cũ Lucas dicat in magna captura piscium Petri & Andrææ socios Iacobum & Iohannem fuisse vocatos, cum retia trahere non possent & Iesum Petro tandem dixisse: *Noli timere: ex hoc enim iam homines eris cap.* simul eos tamen subductis ad terram nauibus sequutos fuisse? Sed quod Lucas dicit prius est, nec tunc sunt à domino vocati: sed tantum prædictum est Petro quòd homines caperet, non vt postea pisces nõ esset capturus. Vnde & dicit: *Subductis ad terram nauibus*, quasi redeundi cura. Posteà verò (vt Matthæus & Marcus dicunt) bini vocati sunt: & iussi sequi. Ideo autem piscatores illiteratos misit prædicare, vt fides in virtute Dei, non eloquentia hominum putetur.

Concordia euangelistarum de vocatione apostolorũ. Luc. 5. b. F

f *Zebedei & Iohannem.* Zebedæus fugitiuus, id est, diabolus. Iacobus, supplantator qui adiuuatur à Iohanne, id est, à gratia Dei.

g *Et vocauit eos. Illi autem.* Vocauit & alios, sed sufficit nominare istos.

h *Et circumibat Iesus totam Galilæam.* Coadiutoribus vocatis prædicationi insistit, docens impigrum esse debere doctorem.

[Textus cum glossa interlineari:]

a ¶ Id est Christus qui dat, vel ecclesia, cui promissum est & paratum. b ¶ Ante hæc prædicta. & ideo non apponit tunc vel deinde: Vel forsitan: Post hæc prædicta.

quabit enim regnum cœlorum. Ambulans [1]

a ¶ Quod idem dicitur stagnum Genezareth, mare Tyberiadis, Lacus salinarum.

autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos [2]

a ¶ Quia vnitatem fraternæ dilectionis probauit, sine qua nullus in ordine prædicatorum admittitur. b ¶ Qui interpretatur obediens, qui vocatus est, quando Andręas duxit eum ad Iesum. c ¶ Agnoscens.

a fratres, Simeonẽ, qui vocatur Petrus & An-

b ¶ Virilem. a ¶ Intentos lucris vitæ præsentis. ¶ Mundum.

dręam fratrem eius, mittentes rete in mare.

c a ¶ Electi ad spiritualem piscationem secundum gratię electionem. b ¶ Non tam pedibus quàm imitatione & affectu.

† Erant enim piscatores: & ait illis: Venite

a ¶ Aliter frustra laborat doctor, nisi Deus faciat vt proficiat.

post me, & faciam vos fieri piscatores homi-

a ¶ Vbi magis pensatur affectus quam census. b ¶ Pedum incessu, sed magis obedientia & affectu, amplius ad propria non reuersi.

d nũ. † At illi continuò relictis retib. sequu-

e ti sunt eũ. Et procedens inde vidit alios duos [3]

f fratres, Iacobum Zebedęi & Iohãnem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorũ

a ¶ Ostendit personas non esse accipiendas. ¶ Reparantes ad lucrum. b ¶ Concupiscentiarum. ¶ Perfecta est conuersio, vbi cum cupiditate rerum, carnalis quoque rumpitur dilectio.

g reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem † statim relictis retibus & patre sequuti sunt

¶ Ecclesiam.

h eum. Et circumibat Iesus totam Galilæam, [4]

☞ Docens

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ambulans autem. *Descripta in generali predicatione Christi, hic ponitur ad ipsum adunatio populi: & primò aliquarum specialium personarum, vtpote apostolorum, secundò turbarum communium, ibi: Et circumibat Iesus. Ad euidentiam primi sciendum, quod isti apostoli leguntur ter vocati à Christo. Prima vocatio fuit immediatè post baptismum Christi, vt habetur Ioan. 1. d. quando duo discipuli Iohannis audierunt ipsum dicentẽ de Christo. Ecce agnus Dei, & sequuti sunt Iesum. & ibi dicitur: Andręas frater Simonis Petri erat vnus ex duobus qui sequuti fuerant Iesum, & ibi subditur quomodo vocauit fratrem suum Simonem ad Iesum, Secunda vocatio fuit in captura piscium quam describit Lucas 5. a. dicens, quod Christus propter turbas irruentes ascendit in nauim Petri ad predicandum, & finita prędicatione iussit laxari rete in capturam piscium: & Petrus visa multitudine piscium captorum, sciens quod non poterat esse virtute humana, procidit ad genua Iesu. Sed illa duę rationes non fuerunt propriè ad apostolatum, sed ad quandam familiaritatem. Tertia autem vocatio fuit ista quam describit Matthaus, quando relictis omnibus sequuti sunt Iesum, amplius ad prędicta negocia non reuersuri, sed intendentes doctrinę Christi: & hoc est quod dicit Matthaus.* Ambu. Ie. *Mare istud est quidam lacus habens centum stadia longitudinis et quadraginta latitudinis, per quem transit Iordanis fluuius, vt dicit Hierony. Dicitur autem mare secundum modum loquendi Hebraicum, in quo magna congregatio aquarum vocatur mare, secundum illud Genes. 1. a congregationésque aquarum appellauit Maria. Vocatur etiam aliquando stagnum Genezareth Luc. 5. a. Dicitur etiam mare Galilaa, quia est in illa regione: & mare Tyberiadis à ciuitate Tyberiade sita super ipsum.*

Apostolorum trina vocatio.

2 Vidit duos fratres. *& patet litera.*

3 Et procedens inde. *Hîc agitur de vocatione Iacobi et Iohannis filiorum Zebedai. Et patet litera. Sed quęritur hic, quomodo isti fratres relicto patre, & similiter alij duo relictis omnibus, ita sequuti sunt eum? Dicendum, quod in eo erat virtus diuinitatis: et ideo sicut poterat exterius vocare per vocem, ita poterat interius attrahere pro voluntate sua per inspirationem. Similiter quaritur quare simplices homines primò vocauit ad prędicationem euangelij? Dicendum, quod sicut à principio aliquos simplices vocauit, vt patet in istis prædictis, ita similiter aliquos literatos vocauit à principio vt Nathaelem et Nicodemum, vt habetur Iohan. 1. et 3. quia si solos simplices vocasset. credi posset quod fuissent ex simplicitate decepti. Verumtamen simplices magis constituit apostolos ad prędicationem euangelij quam literatos, vt fides euangelij magis attribueretur sapientia diuina quàm humanę.*

Simplices ad prędicationẽ euangelij electi sunt doctis postpositis.

4 Et circumibat Iesus. *Hic ponitur adunatio populi ad Christum*

☞ quantum

MORALITER.

1 *Ambulans autem.* sequitur postea.

† *Illi autem statim relictis.* Per hoc autem ostenditur quòd perfecti sectatores Christi relictis rebus possessis & etiam parentibus quantum ad carnalem affectum animo prompto sequuntur eum.

8 *Et circumibat Iesus.* Per hoc ostendit, quòd prædicator euangelij debet esse diligens & feruidus ad salutem animarum, & quòd eius doctrina sit communis & sana: ideo dicitur.

† Di-

a *Docens in synagogis.* Docens de moribus, vitæ actiuæ subditos. Prædicans de futuris vitæ contemplatiuæ perfectis.

Docens naturales iustitias, castitatem scilicet & humilitatem & similia quæ homo naturaliter habet. Prædicans euangelium regni. Ad euangelium pertinet mysterium iusticiæ, bonũ initiũ, beatitudinis promissio, peccatorum remissio, adoptio, resurrectio, cælestis hæreditas, angelorum societas.

b *In synagogis.* Nec ociosus doctor in vacuum discurrat, sed vbi sunt plures prædicet.

c *Euangelium.* Quia iustitia est molestia viuenti in carne, labor iustitiæ non suscipitur, nisi merces operis expectetur. Ideo Christus euãgelizat beatitudinem, vt excitet ad boni operis patientiã.

d *Et sanans.* Curare languorem & infirmitatem non fuit magnũ, cum postea morituri. Sed ideo factũ, vt sic erigeretur ad regnũ. Moraliter instrues prædicatores etiam terrena subsidia subditis ministrare, & sic ad regnum trahere.

e *Et abijt op.* Opera salutis sine fama boni odoris non satis relucent auditoribus, nec fama sine opere proficit: sine quibus forma veri sacerdotis non commendatur.

Fama propter proximũ est necessaria, & maximè prædicatorib. Hæc prædicta bona opera sequitur: *Abijt opinio eius.* i. fama eius, *in totam Syriam.* Syria est omnis regio ab Euphrate vsque ad mare magnum à Cappadocia vsque in Ægyptum, in qua est prouincia Palæstina in qua Iudæi habitant. Syria interpretatur elata. Galilæa volubilis vel rotata. i. mundus qui & superbus & ad ima semper rotatur, in quo fama Christi innotuit per prædicationem apostolorum per quos saluati sunt dæmoniaci, idololatræ, lunatici. i. instabiles, paralytici. i. remissi & torpentes, paralysis Græcè, Latinè dissolutio.

f *In totam Syriam.* Vsque ad fastigium veræ laudis per incremẽta boni operis. Decebat magistrũ pontificum testimonium laudis habere ab his qui foris sunt, vnde talibus infirmitates morum liberius panduntur.

g *Dæmonia habebant.* ALLEGORICE. Dæmoniaci, idololatræ, lunatici instabiles, paralytici, dissoluti & fluentes. Lunaticos dicit illos quorum morbus in ascensione crescit lunæ: non quod hæc insania fit per lunam, sed diabolus qui insaniam facit, lunaria tempora seruat, vt infamet creaturam in creatoris blasphemiam.

h *Lunaticos & paralyticos.* Inter hos fuerunt quidam de quibus Marcus & Lucas pleniùs agunt.

i *Curauit.* Curat corpora, vt paratiùs audiant inuisibilia. Aliter parum erat mox morituris curam impendere.

k *Secutę sunt.* Quadripartitæ turbæ, scilicet. Alij propter cæleste mysterium, vt discipuli. Alij, ob curationem infirmitatum. Alij, sola fama & curiositate, experiri volentes si verum esset quòd dicebatur. Alij, per inuidiam volentes eum accusare & in aliquo capere.

¶ Iudæorum.

docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes varijs languoribus & † tormentis cõprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos: & paralyticos: & curauit eos. Et secutæ sunt eũ turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & de Ierosolymis & de Iudæa & de trans Iordanem.

a ¶ Non fabulas, sed quæ ad regnum æternum valent. b ¶ Quo reges fiunt, quo datur regnum. c ¶ Benignus sit doctor dare quęcunque beneficia pòtest. d ¶ Corporum vel morbum inueteratum.

a ¶ Aliam vt animarum. ¶ Non enim pauciores morbi animam vexant quàm corpus. ¶ Sic.

a ¶ Fama quam Iudęi obfuscant. ¶ Fama propter eos qui foris sunt quęrendũ est: non tamen amanda.

a ¶ Grauibus. b ¶ Grauioribus & acutis.

a ¶ Quæ transmigrant ad virtutes: b ¶ Quædam regio est. 10. tribuum qui decem pręcepta seruant. c ¶ Quos visio pacis & confessio illustrat.

a ¶ Qui baptismo transposito terram promissionis intrant, gressu fidei Christum sequentes.

† torminibus.

NICOLAVS DE LIRA.

quantum ad multitudinem populorum ipsum sequentium: quia non solum docebat verbo, sed doctrinam suam confirmabat facto, scilicet per miracula, quæ solum fieri poterant virtute diuina. Sicut enim illa ad quæ attingit intellectus humanus non probantur sufficienter, nisi per reductionem ad principia intellectui per se nota, ita similiter quæ excedunt facultatem intellectus nostri, cuiusmodi sunt illa quę pertinent ad doctrinam Christi, non poterant turbis communibus melius declarari quàm per opera virtutem totius naturæ excedentia. cum enim Deus nõ posset esse testis falsitatis, si talia inducantur ad confirmationem alicuius doctrinę, sequitur illam doctrinę veritatem infallibilem continere. Hoc modo confirmata est doctrina apostolorum. Marc. 16. d. Illi profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. *& hoc modo confirmauit Christus doctrinam suam, vt dicitur hic*: Et circumibat Iesus totam Galilæam. *Sequitur.*

1 Et prædicans euangelium regni: *quia Christus prædicabat apertionem regni cœlestis, quod non faciebat doctrina Mosaica.*

2 Et sanans omnem languorem. *id est infirmitatem incurabilem virtute naturæ: ex quo & consimilibus patet confirmatio suæ doctrinę vt dictum est.*

3 Et abijt opinio eius, *id est fama.*

4 In totam Syriã, *quia non solum in Iudæa, sed in prouincijs vicinis abijt ipsius fama propter eius crebra miracula: propter quod rex Abgarus qui regnabat iuxta Euphratem, scripsit Saluatori vnam epistolam, vt habetur in Ecclesiastica historia.*

5 Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli. *Decapolis nomen est regionis dicta à decas quod est decem, & polis quod est ciuitas: quia ibi erant decem ciuitates. Cætera patent.*

Decapolis.

MORALITER,

† *Docens in synagogis eorum,* non in latibulis: sicut faciunt hæretici & illi quorum doctrina est suspecta.

1 *Et prædicans euangelium regni.* non curiosa & inutilia,

2 *Et sanans omnem languorem.* Debet enim prædicator sanare omnem infirmitatem spiritualem pro suo posse.

† *Et qui dæmonia habebant.* per istos signantur sortilegi & diuini superstitiosi.

† *Et lunaticos,* id est, instabiles in bono.

† *Et paralyticos,* qui sunt pigri quasi impotentes bonum operari.

† *Et curauit eos.* Isti enim possunt curari per bonam doctrinam, prædicatoris & confessoris discreti.

† *Et secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilęa.* quæ interpretatur transmigratio.

† *Et Decapoli.* quæ dicitur à decem, & polis ciuitas.

† *Et de Ierosolymis.* quæ interpretatur pacifica.

† *Et de Iudęa.* quæ interpretatur confessio.

† *Et de trans Iordanem.* qui interpretatur riuus iudicij, per hoc enim signatur quòd illi Christum sequuntur, qui de vitijs ad virtutes transmigrant, & qui decalogum obseruant, & qui pacificè cum alijs habitant, & qui peccata confitentur humiliter, & qui diuina iudicia formidant.

CAPVT V.

Luc. 6. c.

a Idẽs autẽ Iesus. Huic rei cõsentit Lucas dicẽs: *Factũ est autẽ in illis dieb. exijt in montẽ orare: & erat pernoctãs in oratione Dei: & cũ dies facta esset, vocauit discipulos & elegit duodecim ex ipsis, quos & apostolos nominauit.* Sed Lucas dicit post descẽsum de mõte in loco campe-

CAP. V.

a Videns autẽ Iesus turbas, 1

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. V.

Diuisio.

Videns autem Iesus turbas. *Descripta adunatione populi per prędicationem Christi, hic ponitur ipsius legislatio, quæ vt dictum est debet ferri populo adunato. Et primò ponitur huius legis datio ab ore Christi, qui est legifer noster: Et secundò ponitur prædictę legis promulgatio per missionem discipulorum ad prædicandum cap. 10.* Conuocatis, &c. *Tertiò ponitur secundum legem datam & promulgatam iudicatio. ca. 24.* Et egressus Iesus, &c. *vbi agitur de aduentu Christi ad iudicium, Ista autem tria prædicta pertinent propriè ad legem. Prima in duas quia primò ponitur legis explicatio, secundò describitur ipsius explicatæ confirmatio per miracula c. 8.* Cum autem descendisset Iesus de mõte. *Prima adhuc in duas: quia primò lex euangelica explicatur, secunda, ad implendum populus incitatur, circa finem. 7. ca.* Omnis ergo. *Prima adhuc in duas, quia primò lex datur: & secundò ostenditur qualiter obseruetur, ibi:* Petite & accipietis. *post principium 7. ca. Prima adhuc in duas: quia primò præmittitur quædam breuis pręfatio, & secundò subditur legis explicatio ibi:* Beati pauperes. *Circa primum quasi per modum prologi ostenditur primò congregatio populi, cum dicitur.*

1 Videns autem Iesus turbas, *vt ostendatur tempus congruum*

MORALITER.

1 *Videns autem Iesus tur.* licet præsens capitulum & duo sequentia contineant moralia, & sic posset sufficere literalis expositio; tamen propter reuerentiã euangelij intendo breuiter aliquã addere, & maxi-

campestri eundem sermonem turbis prædicasse stando, quē Matthæus dicit habitum in monte discipulis sedendo. Potuit autem esse vt in monte. 12. eligeret, quod Matthæus tacet, Lucas dicit & electis sermonem illum tunc haberet quē Matthæus dicit, Lucas præterit. Et postquā descendit: & alterum sermonem similem turbis faceret quem Matthæus tacet, Lucas dicit. Vel potuit dominus primo esse cum solis discipulis in eminentia montis, quando ex eis 12. elegit, deinde cum eis descendisse in aliquam æqualitatem quæ tamen esset in monte, & multas turbas capere posset & ibi stetisse donec turbæ congregarentur, & post cum sedisset propius discipulos venisse: & ita illis & cæteris vnum sermonem habuisse: quem dicit Matthæus & Lucas diverso narrandi ordine: sed eadem rerum veritate. Turba quæ sequebatur non ascendit. Vnde alius sermo eis fit in campestri. Non enim omnes omnia possunt: quod verius putatur quamuis idem vtriusque simul possit videri factus.

Luc. 6. c. — B — Virgilius in Boco.

a ¶ Quasi multitudinem vitans vt solis discipulis loqueretur. b ¶ Dignitas magisterij notatur. ¶ Sessio est incarnatio in qua docet. c ¶ Vocati. ¶ Per fidem interius.

a ascendit in montem : Et cùm sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos, dicens : Beati

¶ Hæc circumlocutio longiorem promittit sermonem. ¶ Significat se multa & magna dicturum. ¶ Thesaurum sapientiæ aperit, vt bona diuidat suis.

¶ Oris apertio mysteriorum quæ in prophetis est reseratio. a ¶ Non tantum verbo, sed intus in corde scribendo vt Deus: nunc verus homo qui prius aperuit ora prophetarum.

a *Ascendit.* Docens suos ascendere nec in turba remanere: altiorem docturus iusticiam, quàm illam quæ est scribarum & pharisæorum. Ascendit ipse mons in montem, vt altiora virtutum culmina doceret, & ecclesiam supra quam sedet prædicans præceptū domini sublimius erigendam ostenderet quam eadem doctrina vsque ad finem seculi plenius erudiret. Apostolos præeminentius abducit, vt à monte prius suscipiant montes pacem populo.

✠ EVTHYMIVS. Simul quidem tumultus in imo erat declinans, simul etiam absque vlla distractione docere cupiens.

b *Sedisset.* Sessio humanitatis per quam cognoscitur. Vnde: *Et mundus eum non cognouit,* ante incarnationem. (Iob. 12.)

C

c *Accesserunt.* [illegible]t vicinius audiant, qui ad implendum animo properant.

d *Et aperiens.* Apertio oris profunditatem significat sacramenti. Quasi abissum, quasi thesaurum aperuit, quasi fluuium paradisi. In hoc monte nouum testamentum in cordibus filiorum scribit, incipiens à beatitudine qui in monte Sinai vetus testamentum in lapidibus seruis dedit incipiens à terrore. (Exod. 31. d.)

AVGVSTINVS. Sermonem quem locutus est dominus noster in monte, sicut in euangelio secundum Matthæum legimus, si quis piè considerare voluerit, puto quod inueniet in eo, quod ad mores optimos pertinet, perfectū Christianæ vitæ modū. Nam sic ipse sermo cōcluditur, vt appareat in præcepta esse omnia, quæ ad informandā vitā pertinēt. Sic. n. dicit, *Omnis qui audit verba mea hęc & faciat, assimilabo eum viro sapienti.* (Li. 1 de sermone Domini in monte. — Matth. 7.)

D

e *Beati,* GREGORIVS NYSSENVS. Beatitudo vt mea fert opinio comprehensio est omnium earum rerum quæ nomine intelliguntur: à qua nihil abest eorum quæ pertinent ad desideriū atque cupiditatem. Quod ex comparatione contrarij planum fit. Miseria enim est in acerbis & tristibus nostráque voluntate non occidentibus casibus & calamitatibus ærumna. (Li. 1. de beatitudinib.)

1 2 f *Beati pauperes.* Sententiarum numerus diligenter est attendēdus. Incipit enim beatitudo ab humilitate. *Beati pauperes spiritu.* & in septima est sapientia, id est, contemplatio veritatis pacificans totum hominem, suscipiens Dei similitudinem. *Beati paci.* Octaua ad caput redit. quia consummationem ostendit. In prima igitur, &. 8. regnum cœlorum nominatur. Septem ergo sunt quæ perficiunt, Octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat. His 7. gradibus congruit septiformis operatio spiritussancti quem Isaias describit. Sed ille à summo, hic ab imo: quia ibi docetur filius Dei descensurus ad ima. hîc homo de imis ad similitudinem Dei ascensurus. In his primus est timor, qui hic congruit hominibus humilibus de quibus dicitur: *Beati pauperes.* i. non inflati: non alta sapientes, sed timentes. Secunda est pietas quæ cōuenit mitibus qui enim piè quærit, honorat sancta, non reprehendit, non resistit, quod est mitem fieri. Tertia scientia quæ conuenit lugentibus qui didicerunt quibus malis nunc vincti sunt quæ quasi bona petierunt. Quarta, fortitudo quæ conuenit esurientibus & sitientibus: quia desiderantes gaudium laborant de veris bonis à terrenis cupientes auerti. Quinta consilium, quod conuenit misericordibus, quia vnum remedium est de tantis malis erui, dimitttere alijs & cōmendare sicut nobis volumus fieri. Sexta, intellectus, quæ conuenit mundis corde, qui purgato oculo possunt videre quod oculus non videt. Septima, patientia, quæ cōuenit pacificis in quibus nullus motus est rebellis, sed omnia obtemperant spiritui. Vnum præmium diuersè nominatur pro cōpetentia singulorū. Pauperibus regnum cœlorū, quod est perfectæ sapiētiæ. q. diceretur. *Initium sapientię timor domini.* Mitib. hæreditas quasi testamentū patris cū pietate quærentibus. Lugentibus, consolatio: quia scientibus quibus mersi sunt. Esurientibus & sitientibus saturitas, quasi certantibus & laborantibus refectio. Misericordibus, misericordia quam alijs impendunt. Mundis corde, quasi purgato oculo visio Dei. Pacificis, Dei similitudo: quasi formatis ad imaginem Dei. Hæ singulæ beatitudines ☞ vt im-

(Ordo beatitudinum & donorū quomodo diuersificatur. — E — Isai. 11. a. — F — Prou. 9. c. — Septenarij beatitudinum donorum & petitionum alternata promotio.)

NICOLAVS DE LIRA.

ad ferendum legem populo congregato. Secundo subditur locus aptus cum dicitur.

1 Ascendit in montem. *quia in tali loco multi possunt audire: ex hoc etiam designatur excellentia legis euangelicæ propter eminentiam montis in quo data est lex euangelica. Tertio tangitur modus conueniēs, cum dicitur.*

2 Et cum sedisset, *Sedendo enim & in quiete data est lex euangelica. lex autem vetus data est in terroribus ad designandum differentiam legis & euangelij, quia illa erat lex terroris, euangelium autem lex amoris. Quarto ostenditur huius legis excellentia, cum dicitur.*

3 Et aperiens. *Quia Mosaica lex à Deo data mediantibus angelis, vt suprà declaratum est, lex autem euangelica immediatè per seipsum incarnatum, propter quod Aug. exponens hunc locum dicit: Tunc aperuit os suum qui ante in lege aperuit ora prophetarum.*

4 Beati pauperes spiritu. *Hic ponitur ipsius legis explicatio: & quia intentio legislatoris est facere ciues bonos per assuefactionem bonorum. vt habetur 2. Ethico. ideo primò in hac lege dirigitur perfecta humana operatio. secundo rectificatur interior intentio. c. se.* Et cū oratis no. *&c. tertio ordinatur humana affectio. c. 7.* Nolite iudicare. *Circa primum considerandum, quod lex est de operibus virtutum, virtutes autem, quædam sunt communes seu humanę quædam autem sunt excellentes seu Heroicę, vt dicitur. 7. Ethic, & tales dicuntur quasi diuinæ, vt ibidem dicitur: Et inducitur exemplum de Hectore qui propter excellentiam virtutis dicebatur quodammodo filius Dei, & non filius hominis mortalis. Lex autem euangelica est excellentissima: & ideo describit virtutes secundum excellentissimum gradum, vt videbitur. Considerandum etiam, quod licet virtutes sint connexę, tamen aliquæ sunt magis propriè contemplatiuorum, aliquę actiuorum, & aliquæ prælatorum: & ideo primo describit virtutes quę perficiunt in vita contemplatiua, & secundò quæ perficiunt in vita pręlatiua, ibi:* Vos estis sal terræ. *tertio in vita actiua seu subditorum, ibi:* Audistis quia dictum est antiquis. *Prima in duas: quia primò describit virtutes quæ perficiunt ad bene agendum, & secundo, illā quæ perficit ad bene patiendum, ibi:* Beati qui persecutionem. *Prima in tres: quia primò describit illas quæ perficiunt hominem respectu sui secundò respectu proximi, ibi:* Beati qui esuriunt. *Tertiò respectu Dei, ibi:* Beati mundo corde. *Prima in duas: quia primò ordinat hominem respectu extrinsecorum bonorū. & secundo respectu intrinsecorum motuū ibi:* Beati mites. *Ad euidentiam dicendorum sciendum, quod beatitudo dicitur dupliciter vno modo in re, sicut habetur in patria. alio modo in spe, sicut habetur in via in viris excellentibus in virtute, qui propter excellentiam virtutis videntur vitam humanam excellere, et ad vitam beatam quodammodo appropinquare: & tales dicuntur beati quodammodo, quia quod parum distat quasi nihil reputatur, 2. Physic. & hoc modo ethico. 1. dicuntur pueri felices, non quod exerceant actus virtutum in quibus consistit felicitas secundum Philosophum: sed quia habent ad hoc bonam dispositionem, dicuntur tales de propinquo ad hoc dispositi. Igitur quia* ✠ *virtutes*

(Beatitudo dupliciter dicitur.)

MORALITER.

& maximè de verbis sanctorum. Sequitur.

3 *Et aperiens os suum docebat, &c.* AVG. Tunc aperuit os suum qui in lege veteri aperuit ora prophetarum. Et in hoc apparet eminentia euangelij quod est traditum immediatè à Deo homine. vetus autem Testam. à Deo per homines tamen. Ideo dicit apostolus Heb. 1. a. *Multifariè multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula.*

4 *Beati pauperes spiritu.* AMBR. inde incipit beatitudo Dei iudicio, vbi ærumna æstimatur humana.

Beati

A vt impleantur postulant suffragium. 7. donorũ: quæ dona vt habeantur in oratione dominica. 7. precibus, oramus. Ecce qualiter sapientia Dei cuncta præuidit. Virtus beatitudinis præcipitur ex dono spiritussancti: donum prece orationis quam Christus composuit, impretatur.

Septem quippe sunt dona, sed vnus spiritus. Septem petitiones, sed vna oratio. *Vnam petij à domino, hanc requiram.* Septem virtutum beatitudines, vna charitas.

Psal. 26. b.

HIERONYMVS. *Beati pauperes spiritu.* Quia non necessitas sed fides, & deuotio paupertatis beatos facit, vt contemptis omnibus Deo viuant. Hæc habet duas partes, rerũ abdicationem, & spiritus contritionem: vt etiam bonus se inutilem & cæteris reputet inferiorem. Beatitudo iam in spe perueniendi.

a ¶ Humiles Deum timentes. Vnde bene incipit: quia initium sapientiæ timor domini. vt: Superbia est initium peccati qua petitur regnum terræ, hic regnum cœlorum. b ¶ Voluntate. c ¶ In spe, quæ beatos facit.

pauperes spiritu: quoniam ipsorum est re- 1

a ¶ Pauperibus conuenienter in præsenti promittuntur diuitiæ cœlestes.
b ¶ Sine asperitate mentis & sine liuore.

a **gnum cœlorum. Beati mites quoniam ipsi** 2 3

a ¶ Viuentium pro stabilitate & soliditate. b ¶ Pro peccatis suis, & aliorum spreto mundo desiderio cęlorum.

b **† possidebunt terram. † Beati qui lugent, quo-** 4 5

a ¶ Spiritu paracleto de æterna lęticia. ¶ Propter consolationem, beati.
b ¶ Esuries iusticię spiritu fortitudinis fulcitur.

c **niam ipsi † consolabuntur. † Beati qui esuriunt** 6

† Hæreditabunt.

† Consolationem accipient.

B Pauperes spiritu hi sunt qui omnia habent, & nihil possident.

Pauper spiritu est humilis corde pauperem habens spiritum: nutrix cuius est humilitas.

Sicut initium sapientiæ timor Domini, sic paupertas est principium beatitudinis.

Li. 1. de sermone Domini in mõte ca. 2.

✠ AVGVSTINVS. Legimus scriptum de appetitione temporalium, *Omnia vanitas & præsumptio spiritus.* Præsumptio autem spiritus audaciam & superbiam significat. Vulgò enim magnos spiritus superbi habere dicuntur, & rectè, quoniam spiritus etiam ventus vocatur. Quapropter rectè hîc appellantur pauperes spiritu, humiles & timẽtes Deũ. i. non habentes inflantem spiritum.

Hom. 75. ad pop.

CHRYSOSTOMVS. Pauperes spiritu sunt humiles & contriti corde. Spiritum autem hîc animam & voluntatẽ dixit. Quoniam autem multi sunt humiles non spontanei, sed astricti necessitate, primos vocat beatos.

Vbi suprà.

✠ GREGORIVS NYSSENVS. Pauper spiritu est, qui corporalem corpulentiam animæ diuitijs permutat, qui propter spiritum egenus est, qui terrenas diuitias veluti quoddã onus excussit, vt per aerem sublimis sursum rapiatur.

C a *Beati mites.* Mites sunt qui malis moribus dominantur. perfecta virtus est morum possessio.

Mitis est quem mentis asperitas seu amaritudo non afficit, sed simplicitas fidei ad omnẽ iniuriam sustinendam instituit patienter.

Mitis est quem non rancor vel ira afficit, sed omnia æquanimiter sustinet. Huius virtutis quasi magnæ magistrum se facit dominus: quod non faceret nisi via summæ perfectionis ista virtus esset. vnde Dominus, *Discite à me, quia mitis, &c.* hæc possidet terram viuentium & delectabitur in multitudine pacis. Mansuetus non

Infra 11. d.

non irritat vel irritatur, non nocet vel nocere cogitat.

D Qui cedunt improbis, & vincunt in bono malum, hi possidebunt terram viuentium. Immites de terrenis rixantur. Cõgrua ascensio. Prius est contemptus sæculi, cui dantur æterna: inde mores temperat mansuetudo & lenitas: & nõ est mitis qui prius pauper non fuerat. Impossibile est enim secundum gradum ascendere, nisi primum apprehẽderis. quia inter diuitias, curas, odia animus non est mitis. Sed huius incendij materia vix ad purum delebitur: & ideo hæc lenitas sæpe corrumpitur vel extrahitur. vnde subditur.

THEOPHYLACTVS. Mites sunt, non qui prorsus non irascuntur, (tales enim insipiẽtes sunt, & insensati) sed qui iræ vim habent, continent autem & quando volunt irascuntur. *Sicut enim qui impatiens est operatur stultitiam,* vt dicitur prouerb. 4. sic doctrina viri per patientiam dignoscitur.

† Luc. 6. e. De pœ. dis. 1. c. fleat.

† De cons. dist. 2. c. accesserunt.

E *Possidebunt terram.* AVGVSTINVS. Illam terram ego credo de qua in Ps. 141. dicitur, *Spes mea es tu, portio mea in terra viuentiũ.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Sensibile ponit præmium, sicut Paulus. *Honora patrem tuum, &c. vt sis longæuus super terram.* Nec enim solum à futuris suadet bonis, verũ & à præsentibus, propter auditores crassiores, & illa quærentes ante futura.

Hom. 75. ad pop. Erod. 2.

b *Beati qui lu.* pro suis vel aliorũ peccatis, qui est ab irriguo inferiori, sed qui fit ab irriguo superiori est ex desiderio cœlestis patriæ. Ille lauat præsentes sordes, hic accendit acrius æternorũ amatores. Qui autẽ peccata deposuit, mores mãsuetudine correxit, fleuit etiã, iã potest esurire & sitire iustitiã quod prius non poterat. Hæc virtus sine spiritu fortitudinis nõ impletur: quia per eũ esuriendo ad satietatẽ quandoq; veniemus. *Beati qui [illegible]ent.* Restat post prædicta ruinarum colluuionem luctu purgare. [illegible]ctus pro peccatis vel pro desiderio cœlesti consolationem meretur, & non alius.

F Hi scientiæ spiritu illustrãtur, vt sciãt quibus malis inuoluãtur.

✠ THEODORETVS. Epicurus iucundissima vita finem metitur. supremum namque bonum, supremam voluntatem opinatus est. Democritus pro voluptate concupiscentiam posuit. At verò Christus longè aliter nos ad fœlicitatem contendere oportere monuit, commendans & pauperes & lugentes.

Li. 11. græcarum affe.

HILARIVS. Lugentibus non orbitates aut contumelias aut damna mœrentibus, sed peccata vetera flentibus, & criminum quibus obsordescimus conscientia ærumnosis, hæc sedula in cœlo consolatio præparatur.

c *Beati qui esuriunt.* Amatores verbi boni, quibus non satis est quòd iusti sunt, sed semper sitiunt opus iustitiæ.

NICOLAVS DE LIRA.

virtutes quas hic describit legislator dominus noster Iesus Christus, sunt sic eminentes: ideo dicuntur beatitudines. Prima igitur beatitudo dicitur paupertas spiritus respectu enim extrinsecorum bonorum quę sunt diuitiæ & honores, bene se habet homo modo humano & communi, quando non quærit talia vltra gradum sui meriti, secundum condecentiam status & personæ: & hoc facit virtus politica quæ talibus vtitur. Sed paupertas quę spiritus beatitudo dicitur facit hoc excellentius, quia facit hominem talia totaliter contemnere & à se abijcere: quantum possibile est, vt contemplationi diuinæ liberius possit inhęrere, quia secundum quod dicitur libro de ecclesiasticis dogmatibus. Bonum est facultates cum dispensatione pauperibus erogare, sed melius est intentione sequendi Christum totum similiter donare & absolutum à solicitudine cum Christo egere. Igitur paupertas spiritus facit contemnere prædicta, non tanquã mala simpliciter: quia his potest homo bene vti per virtutem politicam vt visum est, sed tanquam minora bona maioris boni impeditiua: sicut contemnitur matrimonium tanquam minus bonum propter virginitatem seruandam, igitur. Beati pauperes spiritu: *quia paupertas absoluta non dicit nisi carentiam diuitiarum & bonorum, quod non est virtuosum: sed potest esse in malis hominibus, vt patet ad sensum: sed paupertas spiritus, scilicet voluntariè assumpta ad liberius sequendum Christum, illa est virtus excellens seu perfecta. Additur autem præmium correspondens cum subditur.*

1 Quoniam ips. *In regno enim intelligitur, omnimoda sufficientia & execellentia quę bene repromittitur in cœlis illis qui talia contempserunt in terris.*

2 Beati mites. *Hic perficit hominem respectu intrinsecorum motuũ. & primò respectu motuum irascibilis, secundò respectu motuum concupiscibilis, ibi:* Beati qui lugent. *Circa primum considerandum, quod circa passiones irascibilis bene se habet quis modo humano & communi quando eas refrænat, sic quod non nimis impetuosè excedit, tamen aliqualem perturbationem earum sentit. Mititas autem quę est beatitudo, facit hoc excellentius: quia reddit hominem totaliter tranquillum à motibus irascibilis, per omnimodam subiectionem ad regulam rationis vel diuinę legis: & hoc est quod dicit:* Beati mites. *Additur autem pręmium correspondens cum dicitur.*

3 Quoniam ipsi. *ad hoc enim homines feroces mouent bella & lites sequentes motus irascibilis, vt quasi securi possideant terram deuictis inimicis, & ideo illis qui sunt totaliter quietati à motibus irascibilis modo prædicto bene promittitur possessio pacifica terrę viuentium.*

4 Beati qui lugẽt. *Hic perficit hominẽ respectu motuũ concupiscibilis qui sunt circa omnia cõcupiscibilia, sicut sunt delectationes ciborũ & venereorũ in sensu gustus & tactus. & similiter melodiarũ, spectaculorum, odorũ in sensu auditus visus & olfactus in talibus bene se habet homo modo cõmuni & humano: moderatè talibus vtẽdo & superflua resecãdo, quod fit per tẽperantiã quę est virtus politica. Sed excellẽtius se habet homo in talibus per beatitudinẽ luctus omnia talia à se penitus abdicãdo, & luctũ voluntariè in hac vita assumẽdo, tã pro transgressione culpæ commissę, quã pro dilatione cœlestis patrię: ita quod totũ statũ præsentis vitę reputat exiliũ respectu cœlestis patriæ, secundum quod dicebat Paulus ad Ro. 7. d.* infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius? *& ad Phil. 1. c.* Desideriũ habens dissolui, & esse cũ Christo, *& quãtum ad hoc dicit.* Beati qui lu. *voluntariũ luctũ in hac vita pro peccatis assumendo. Additur autem præmium correspondens, cùm dicitur.*

5 Quoniam ipsi consolabuntur. *Consolari enim est simul solari: cõueniens autem est, vt illi qui in pręsenti vita pro Christo voluntario luctu occupantur, cum Deo & angelis ęternaliter consolentur.*

6 Beati qui esu. & si. *Hic ponit virtutes quæ perficiunt hominem*

MORALITER.

Beati mites. Glos. Quoniam seipsos in præsenti possident, hæreditatem patris in futuro possidebunt.

4 *Beati qui lu.* sc. pro miserijs præsentibus mundanorum, & pro dilatione futurorum bonorum. Isti cum filia Caleph habent irriguum inferius & irriguum superius. 7. *Beati qui esuriunt.* Chrysos. Esurit autem iustitiam qui secundum Dei iustitiam desiderat conuersari. Sitit autem iusticiam qui scientiam eius acquirere cupit.

Ios. 15. d.

Iustitia est sua cuique tribuere, sibi, & proximis, & Deo. Hæc A iustitia non plenè implebitur, donec Deus sit omnia in omnibus: ideo hic possumus esurire, non saturari. Iustitiæ lumen est misericordia: misericordiæ virtus iustitia. hæc misericordia eget spiritu consilij, sine quo nemo circunspectè miseretur. Initium est sui misereri, finis est pro alio mori. Ordo enim est miserendi vt vnusquisque incipiat à se. finem Christus insinuat, pro peccatoribus mortuus ex misericordia.

Vbi suprà. ✠ GREGORIVS NYSSENVS. Quemadmodum circa cibum affecti sumus, cum pro generibus esculentorum diuiditur appetitus, atque alius quidem dulcibus delectatur, alius acria B & calefacientia appetit, alius salsis gaudet: Eodem modo in animæ alimento, non omnium cupiditates ad eandem rem propédent. Nam alijs gloriam aut diuitias, alijs circa mensam occupatus est appetitus, &c. Natura autem semper bonum, & omnibus hoc est, quod non alterius cuiusque rei causa sumendum, sed ipsum propter se expetendum est, quod semper eodem modo se habet. Idcirco beati dicuntur non simpliciter esurientes, sed quibus ad iustitiam cupiditas inclinata est. Quæ est autem illa iustitia? Habitus tribuens vnicuique quod æquum est.

✠ HIERONYMVS. Non sufficit velle iustitiam, nisi iustitiæ patiamur famem.

a *Beati misericordes.* Misericordia nascitur de præcedentibus, quia si præcesserit vera humilitas & animus mansuescat, & suos & aliorum casus fleat, & iustitiam esuriat, post nascitur vera misericordia. Tunc enim miserias alienas faciet suas & pro viribus C iuuabit: & si iuuandi facultas deest, compassio non deerit: *Estote misericordes sicut & pater vester misericors est*, id est, ad hoc misereamini ad quod & Deus, vt bonitas redundet in omnibus: misericordia sine iustitia remissio & tepiditas; iustitia sine misericordia seueritas & austeritas dicitur. *Luc. 6. c.*

✠ HILARIVS. In tantum Deus misericordiæ nostræ in omnes delectatur affectu, vt misericordiam suam sit solis misericordibus præstaturus.

✠ HIERON. Misericordia non solùm eleemosynis intelligitur, sed in omni peccato fratris, si alter alterius onera portemus.

b *Beati mundo corde.* Múditia cordis sexto loco ponitur, vt homo sexta die conditus per hanc restituatur; & depulsis vitijs præceptum domini illuminet oculos, vt Deus possit videri. Præmissis D ergo quinque gradibus est mentis oculus, ne in vno mandatorũ offensus animus fiat omniũ reus, Ideo homo se à mundo exuat, æterna diligat, amplectatur Deũ quoadusque possit videre eum quem tantum videt quantum sęculo moritur. In futuro sicut est, oculus mẽtis videbitur. Ideo spiritus intelligentiæ huic gradui aptatur, quia intellectus mentis oculus est, & expletio mandatorum Dei aperit intellectum.

a ¶ Ne in via lassescant. b ¶ Adepto quod desiderant.

& sitiũt iustitiam, quoniam ipsi saturabũ- 1

a ¶ Qui alijs in quibuslibet assistunt, quibus hoc à Deo rependitur vt liberentur à miseria. ¶ Misericordia est dare & dimittere.

a tur. Beati misericordes, quoniam ipsi mise- 2

a ¶ Iudicium sine misericordia fiet ei qui noluit misereri. b ¶ Quos non arguit conscientia peccatorum. Templum enim Dei sanctum est.

3 ricordiam consequentur. Beati mũdo cor- 4

a ¶ Hic per spem, illic per rem.

b de, quoniam ipsi Deum videbunt. † Beati 5 6

c pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. 7

In epistol. de vita solitaria. ✠ BASILIVS. Quemadmodum in cera quis scribere non potest, nisi characteres impressos antè deleuerit: sic nec anima diuina dogmata degustare, nisi pristinos ex animo mores prius detraxerit. *† 21. q. 1. c. noli.* E

Lib. de sermone do. in monte cap. 7. Sap. 1. ✠ AVGVST. Quàm igitur stulti sunt, qui Deum istis exterioribus oculis quærunt, cùm corde videatur, sicut & alibi scriptum est, *In simplicitate cordis quærite illum.*

c *Beati pacifici.* RABANVS. Pacifici sunt qui omnes motus animi componunt & rationi subijciunt, quia his nihil repugnat qui similes patri suo sunt qui est summa quies. De hac pace eiectus est qui peruersis dominatur. hac pace intus firmata, quæcunque interius concitauerit qui eiectus est foras auget gloriam, & cùm deficit, innotescere facit quanta firmitas interius sit. vnde sequitur: Beati qui persecutionem, &c. Hæc pax non nisi bona voluntate nutritur. vnde: *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hanc mundus dare non potest, sed Iesus qui ait: *Pacem meam do vobis.* Hæc pax superat omnem sensum, sed fide capitur: vnde & ea illustramur, & ei reconciliati, ab omni qui ab ea dissentit nos abducimus. Cùm autem Deus erit omnia in omnibus, tunc beatitudo adoptionis dabitur. *Luc 2 b. Ioh. 14. d. Phil. 4 b. Ephes. 1. d.* F

In præsenti verò homo pacatus: & si bellum gerat cum vitijs, in nullum pacem abrumpit, quam Deus dedit. vnde: *Pax multa diligentibus legem tuam, &c.* Qui autem ab ea diuiditur, iræ est filius. Per hanc filij efficimur, quo nihil amplius promittitur. In hac est sapientia donorum maxima secundum incrementum virtutum: sunt & incrementa præmiorũ, quia & alia claritas solis, &c. *Psal. 118. x.*

Pax est vnigenitus Dei filius. De quo dicitur: *Qui est pax nostra.* Qui pacem diligit, filius est pacis. *Beati pacifici*, Pax à nobis incipit: quia dum lex carnis repugnat legi mentis, non modo alteri, sed nec nobis possumus esse pacifici. Sed postquam intus spiritus imperat, *Ephes. 2. c.*

NICOLAVS DE LIRA.

respectu proximi. Hac autem perfectio consistit in duobus: primò in his quæ habent rationem debiti. secundo in his quæ habent rationem doni ibi: Beati misericordes. *Circa primum aduertendum, quod in his quæ habent rationem debiti respectu proximi bene se habet homo, quando reddit vnicuique quod sibi debetur, non nimis notabiliter procrastinando vel retardando. hoc autem facit per iustitiam quæ est virtus politica, sed excellentius per beatitudinem quæ dicitur esuries vel sitis iustitiæ, quando, scilicet quadam feruenti desiderio insolito talia exequitur: sicut esuriens & sitiens feruenter comedit & bibit. Et hoc est quod dicit:* Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. *Additur autem præmium conueniens, cùm dicitur.*

1 Quoniam ipsi &c. *Saturitas enim gloria quæ consistit in desiderij humani repletione, secundum quod dicitur in Psal.* Satiabor cum apparuerit gloria tua, *conuenienter promittitur esurientibus iustitiam prædicto modo.*

2 Beati misericordes &c. *Hic ponitur beatitudo perficiens hominẽ respectu proximi in his quæ habent rationem doni. In talibus autẽ bene se habet homo modo communi & humano per liberalitatem quæ est virtus politica in mediocribus & paruis donis, & per magnificentiam in excellentibus donis & magnis. Sed excellentius hoc fit per beatitudinem quæ vocatur misericordia quando defectum alterius totaliter accipit quasi suum. vnde dicitur misericors quasi habens cor miserum, quando. scilicet accipit corde defectum alterius quasi suum, & hoc est quod dicit:* Beati misericordes. *Additur autem præmium conueniens cum dicitur.*

3 Quoniam ipsi misericordiam consequentur. *In cælesti enim patria quilibet misericordiam consequetur: quia vltra condignum sibi retribuitur, secundum quod dicitur ad Rom. 8. d.* Non sunt condignę passiones huius temporis ad futu. gl. quæ reue. in nobis.

4 Beati mundo corde &c. *Hic ordinatur homo respectu Dei. Et primò quantum ad intellectum speculando. secundo, quantum ad effectum ipsum amando, ibi:* Beati pacifici. *Circa primum aduertendum, quod in speculatione diuina, benè habet se homo modo communi & humano per virtutes intellectuales, quę sunt scientię speculatiuæ, & potissimè per Metaphysicam, quæ docet proprietates diuinas ex creaturis considerare, vt patet 12. Metaphysicæ: vbi ostenditur vnum esse Deum æternum actum purum viuentem vita nobilissima sempiterna & optima: sed hoc est solùm considerando Deũ ex proprietatibus creaturarum: sed excellentius hoc habet per beatitudinem quæ est mũditia cordis per quam mens humana Deo coniungitur: & sic de occultis & diuinis supra modum humanum illustratur, sicut fuerunt Apostoli qui absque humano studio fuerunt de diuinis excellentissimè illustrati. Et hoc est quod dicit:* Beati mundo corde. *Additur autem præmium conueniens cùm dicitur.* *Diuisio.*

5 Quoniam ipsi Deum videbunt; *quia visio Dei ænigmatica per fidem in præsenti, & facie ad faciem in futuro, bene repromittitur habentibus talem munditiam, secundum quod dicitur 1. Cor. 13. d.* Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.

6 Beati pacifici &c. *Hic ponitur beatitudo ordinans hominẽ respectu Dei quantum ad effectum quod fit modo cõmuni & humano per amorem naturalem, quādo diligit Deum sicut principium suum efficiens & conseruatiuum: licet præter hoc alia diligat: Sed excellentius hoc fit per beatitudinem quæ est pax quando, scilicet homo totaliter per affectum mentis Deo coniungitur, sicut bonitati summæ, & sic nihil aliud extra ipsum quærit, sed in ipso quietatur & pacificatur. & hoc est quod dicit:* Beati pacifici. *Additur autem præmium conueniens cum dicitur.*

7 Quoniam filij Dei. *Filiatio enim Dei importat assimilationem ad Deum. proprium autẽ est ipsius Dei quòd seipso fruitur, & seipso quietatur: Et ideo qui prędicto modo sunt pacifici, rectè filij Dei vocabuntur.*

MORALITER.

2 *Beati misericordes &c.* Glo. Iustitia & misericordia coniunctæ sunt, vt altera alteram debeat temperare. nam iustitia sine misericordia crudelitas est. misericordia sine iustitia dissoluit.

4 *Beati mundo corde &c.* Glo. Sexto loco ponitur cordis mũditia quia sexto die conditus est homo ad imaginem Dei, per quã capax est ipsius per cognitionem & amorem.

6 *Beati pacifici*, scilicet interna pace & fraterna.

7 *Quoniam filij Dei vocabuntur*, in pace superna.

imperat, vt totus homo spiritui seruiat; tūc pax ad alios deriuatur vt pacem cum omnibus habeamus. Vera quidē pax est vbi nihil repugnat. Pax Dei omnē sensum superat, quæ & si capi nō potest vt est, tamen pro capacitate nostra capi potest, non quāta est, sed quantum ad reconciliationem adoptionis sufficit. Infinitas ęternæ pacis, & si non potest intelligi, & quomodo filijs iræ pax conueniat, & quomodo Deus pax seuere iudicat, & quanta & qualis sit pax totius trinitatis, vbi vna virtus, vna operatio: tamen quòd est, & quòd tāta & talis est, quanta prędicatur fide capimus. Ad gradum pacis qui purgatus est, intendit & dirigitur.

† Phil. 4. a. † 1. Pet. 3. c. 43. dist. c. Scimus 23. q. 5. ad fidē 24 q. 1 c. A recta. De renū. c. verum.

Lib. de beatitudinib.

✱ Gregorius Nyssen. Pacifici vocantur imitatores humanitatis diuinæ, qui id quod proprium est diuinæ bonitatis, in sua vita ostendunt, eijcere odium, finire bellum, abolere inuidiam, exterminare pugnam, tollere simulationem. Sed propriè pacificus appellatur, qui eam quæ intra ipsum est, seditionem carnis & spiritus, ad pacificam concordiam adducit.

a † Beati qui persecutionem patiuntur pro- 1
a ¶ Non propter scelera, vbi non est fides. nec est iustitia: quia iustus ex fide viuit.

pter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum
a ¶ Ex odio in faciem contumelias dixerint.

b cœlorū. † Beati estis cùm maledixerint vo-
c a ¶ Persequi est vim inferre, vel insidijs appetere.

bis homines, & persecuti vos fuerint: & di-
a ¶ Cum absentium famam læserint. b ¶ Omnia genera verborum maligrantium

xerint omne malum * aduersum vos men-
a ¶ Qui mendaciter blasphematur, & propter Deum beatus est: sed si alterum deest, non merces est beatitudinis. b ¶ Et quia pro iustitia: ergo. ¶ Mente. c ¶ Corpore.

d tientes, propter me. Gaudete & exultate:
a ¶ Hoc est quod supra regnum cœlorum b ¶ Quia tanto merces vberior, quanto gaudio & exultatione in tribulatione fides erit deuotior. c ¶ Superioribus partibus mundi.

e quoniam merces vestra copiosa est in cęlis.
f a ¶ Id est maledictis, persecutione: nec tamen à veritate defecerunt.
b ¶ Quorum exempla nos inuitant. ¶ Quorum prophetias in me completas esse videtis. Cur ergo non potestis quod illi sine exemplo.

g Sic enim persecuti sunt prophetas qui
a ¶ Dat causam quare non debent deficere. b ¶ Secundum intellectum, & scientiam

h fuerunt ante vos. † Vos estis sal terræ: 2

a *Beati qui persecutionem.* In prædictis septem est perfectionis ostensio & probatio. Qui prædicta habent, pati possunt persecutionem: & rectè tenet prædicta quæ accepit qui pro eis paratus est mori.

† Mar. 9. g. Luc. 14. g. 93. dist. c. sacerdotes.

Qui vsque ad sapientiam per prædicta conscendunt perfecti & roborati, nō cedunt persecutioni: quia nec mors nec vita potest separare à Christo. Quorum mentes præmissarū beatitudinū illustrant exercitia, earū munditia cor ad Deum gubernat, vt reformetur imago pro peccato deleta. Octaua sententia quæ ad caput redit perfectumque hominem declarat, & significat circuncisionem octaua die: & resurrectionem domini post sabbatum, qui est octauus & primus dies, & octauas quas in nouo Testamento celebramus: & numerum Pentecostes. Nam in septenario numero, septies multiplicato, quo fiunt. 49. quasi octauus additur vnus vt 50. compleantur: & tanquam redeatur ad caput: quo die missus est spiritussanctus: quo in regnum cælorum ducimur, & hęreditatem accipimus, consolamur, & pascimur, & misericordiam consequimur, & mundamur & pacificamur: & ita persecutiones exterius illatas & molestias pro veritate & iustitia sustinemus. Octaua veræ circuncisionis beatitudo martyrio terminatur: quæ probatū reddit, & suppletur præcedentibus donis. Octaua promissio non est alia quā prima, verbis iterata. Mysticū est in numero quod iteratur in promissione infrà 7. prius sonat: & postea connumeratur extra: vt gloria resurrectionis his Octo gradibus consecretur. Octaua est dies resurrectionis: quæ & prima in qua & lux creata.

Rom. 8. g.

Mysticè.

Generaliter omnium dicitur regnum cælorum, & si specialitas numeratur meritorum: quia licet illius iure possit dici qui nouissimus erit, tamen vniuersorum dignitas omnibus communis erit, dum per charitatem quod in alijs est, etiam vltimus possidebit.

Beatus dicitur qui nihil mali vult: & omnia habet quæ vult; Et ideo omnis ibi beatus, quia nō vult amplius, cū nihil iniustè vult.

Beatus quis dicitur.

b *Beati estis cum maledixerint.* Hucusque generaliter sententias posuit quasi ad absentes, cum & ad præsentes pertinerent, nūc ad eos verba conuertit (quamuis & hoc alijs conueniat) prædicens quanta pro nomine eius essent passuri: quia dignitatem gradus eorum eis intimare volebat dicens: *Vos estis sal terra, vos estis lux mundi*; vt ex tristibus humilitatem, ex lætis acciperent consolationem.

Sicut Moyses decem præcepta proponens, postea per partes explicat: sic Christus quasi virtutum genera octo beatitudines proponit, ex quibus pendent omnia quæ in monte dixit dominus. Sed quia obscurè plura paucis verbis concluserat, exponit latius: vnde de octaua beatitudine latius prosequitur partes persecutionū, specialiter apostolos & eorum sequaces pro iustitia passuros exprimens.

* Verbum

c *Maledixerint.* Antiqua translatio habet: *Cum oderint vos homines, & dixerint omne malum, & expulerint.* Idem tamen sensus in nostra, cum maledicta ex odio cordis fiant. Qui gloriam cœli optat, non timet opprobrium in terra quantùm quisque de laude hominum lætatur, tantum de opprobrio tristatur. Quem laus extollit, vituperatio deprimit: vbi quis quærit laudari tantum apud Deum, non timet confundi in conspectu hominum.

d *Mentientes.* Hoc addit ne glorietur de quo verè mala dicuntur. Etiam addit: *Propter me:* quia aliquando falsa dicuntur, quod accedit temeritate hominum, non tamen propter Christum hoc patiuntur, quem non sequuntur.

✱ Euthymius. Ne enim suspiceris quòd simpliciter verbis malis impeti sit beatum, idcirco, addidit quæ plane distinctionē faciunt, videlicet, vt quæ dicuntur, mendacia sint, & propter Christum ea dicantur.

e *Quoniam merces vestra copiosa est in cœlis.* Hæc sententia videtur ad hoc respicere quod dictum est ibi: *docebat eos dicens: Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est, &c.* Nec non & ad hoc: *Vos estis sal terra.* Et: *Vos estis lux mundi.*

f *In cœlis.* Non in volubilibus, cum non in rebus volubilibus merces æterna esse debeat, sed in spiritualibus firmamentis vbi habitat sempiterna iustitia. Iam ergo sentiunt hanc mercedem qui spiritualibus bonis gaudēt. Sed perficietur cùm mortale hoc induet immortalitatem.

g *Sic enim persecuti &c.* Temperat exemplo rigorem passionis. Tribus modis fit persecutio: odio cordis, dictis, factis.

Tribus modis fit persecutio.

h *Vos estis sal terræ.* Hic iam ostenditur apostolorum officium, scilicet quòd sunt sal terræ, & lux mundi. Hoc specialiter ad apostolos, qui prædictis virtutibus, paupertate, scilicet & alijs debent ornari, vt sint sal optimum condientes alios doctrina, & vitæ suę exemplo. Sal, salus à corruptione. vnde propheta, *posui te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extrema terrę.*

Vbi corruptio culpæ desiccauit sale sapientiæ, vermes non demoliuntur. *Vos estis sal terra.* quia terra, id est, humana natura per eos conditur verbi sapientia. Sal facit sterilem terram. Vnde: ira victorum destructas vrbes sale seminabat, ne quod in eis germen

NICOLAVS DE LIRA.

1 Beati qui persecutionem. *Hic ponitur beatitudo perficiens hominem ad bene patiendum. Sicut enim ad virtutem pertinet bene agere, ita & bene pati. In hoc autem bene se habet homo modo communi & humano, quando pro tribulatione imminente non recedit à virtute, licet hoc sustineat cum aliqua angustia & dolore: & hoc fit per fortitudinem quæ est virtus politica. Sed excellentius hoc fit per beatitudinem, quæ potest dici quædam fortitudo diuina, quando talia sustinet non solum patienter sed etiam lætanter: sicut martyres quanto acerbioribus tormentis cruciabantur, tanto magis in domino lætabantur. Et hoc est quod dicit*: Beati qui persecutionem patiuntur. *Et sequitur*: Gaudete & exultate: quoniam, &c.

2 Vos estis sal terræ. *Hic ponuntur virtutes prælatorum. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd prælati sunt successores apostolorum: & ideo debent esse perfecti in vita contemplatiua & actiua: & ideo virtutes contemplatiuorum quæ sunt prædictę supponuntur esse in eis & similiter illæ quæ sequuntur de actiuis: sed hic exprimuntur aliqua specialia quæ debent esse in eis præ cæteris. Et primò quantum ad eorum vitam. Secundò, quantum ad eorum doctrinam, ibi*: Nolite putare &c. *Circa primum aduertendum quod prælati prę cæteris debent esse excellentes quantum ad quatuor. Primum est discretio in agendis: quia sunt ductores & gubernatores aliorum & hoc designatur cùm dicitur*: Vos estis sal terræ. *Sicut enim sale condiuntur omnia cibaria, ita discretione prælatorum debent dirigi & ordinari omnia opera subditorum.*

Ad quatuor prælati debent alios excellere.

Quod si

MORALITER.

1 *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam*, scilicet legalem quæ includit omnem virtutem.

2 *Vos estis sal terra.* Hæc verba dicuntur episcopis qui sunt successores apostolorum. Sal enim in scriptura discretionem significat, quæ debet in eis esse per excellentiam, propter quod dicuntur sal

...apostoli destructo regno peccati, germē vi... [illegible] ...ant. Sal cibos condit, carnes siccat: prædicatio ...ibus & à putredine vitiorū illæsam seruat suo crea... ...nam naturam. Vt non est cibus sapidus nisi sale con... ...a sermo non est vtilis sine documento apostolicæ do... ...inæ. Vnde in Leuitico: *In omni sacrificio sal offer*, id est, in omni quod dicis vel facis, apostolicam sapientiam habe. Ex aqua & igne sal conficitur, ita isti ex aqua spiritussancti & igne tribulationis. Vel, per aquam baptismi. & ignem charitatis in saporem sapientiæ sunt nati.

a *Quod si sal.* id est, si vos per quos alij condiendi sunt, aduersis vel prosperis cesseritis: per quos à vobis error auferetur, cum vos Deus tollere alijs elegerit? Ad nihilum valet: quia (vt alius euangelista ait) nec terræ vtilis est quam suo iniectu germinare prohibet, nec sterquilinio quod nō fœcundare sinit. Sic qui retro vadit, nec ipse fructum fert, nec alios valet excolere: sed ab ecclesia eijcitur, & in hæc verba ridetur. *Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Si sal euanuerit.* id est, si timore vel cupidine doctor saporem sapientiæ omiserit, per quem fatuitas eius emendabitur? Hoc solis apostolis conuenit: Quod sequitur, omnibus magistris *Ad nihilum valet vltra, &c.* In fine de omnibus concludit sic: *Nisi abundauerit iusti. &c.*

Leuit. 2. d. | Mar. 9. g. | 1 q. 7. c. nō omnes & 3. q. 7. c. si. | Mat. 4. c. | Luc. 14. g. | Et lucet. | 11. q. 3. c quatuor. | Luc. 14. g. | Luc. 14. f.

a ¶ Aliorum fortitudo. b ¶ Id est si doctor errauerit. ¶ In tribulatione defecerit. c ¶ Id est, per quos infirmus populus confirmabitur?

a † Quòd si sal † euanuerit, in quo salietur? 1 2

a ¶ Sal infatuatum, id est, tribulationi cedentes.

Ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur fo- 3

a ¶ Ab officio docendi, vel ecclesia. b ¶ Dum vita eius contemnitur: quæ ad nihilum valet. c ¶ Irrideatur ab hominibus carnalibus. d ¶ Percipientes in Christo lucem veritatis

b c ras, & conculcetur ab hominibus. † Vos estis 4

a ¶ Per quos omnes illuminantur à tenebris ignorantiæ. b ¶ Nomine mundi vel vniuersi qui sunt de mundo electi accipiuntur. c ¶ q. d. aspicite quo positi estis. d ¶ Soliditas apostolicæ doctrinæ. e ¶ Celari. ¶ Non licet clam esse bonos.

d e lux mundi. † Non potest ciuitas abscondi 5

¶ Christum vel ecclesiam. a ¶ Ipse mons manifestat eam. b ¶ Alia similitudo

f supra montem posita, neque accendunt lu- †

a ¶ Timoris vel commodo vitæ præsentis.

cernam, & ponunt eam sub modio, sed su-

a ¶ Id est, vitæ integritatem.

g per candelabrum: † vt luceat omnibus qui

a ¶ Ecclesia vel mundo. ¶ Vt dico, non sub modio posita, sed super candelabrum. b ¶ Vere docet, qui facit quod docet, aliter condemnat seipsum.

h in domo sunt. † Sic luceat lux vestra coram 6

i hominibus, vt videant opera vestra bona,

a ¶ In vobis. b ¶ Non vos. c ¶ Cuius opus est quod cæli faciunt. d ¶ Qui vos facit cælestes.

& glorificent patrem vestrum, qui in cęlis

k est. Nolite putare, quoniam veni soluere 7

speciliter apostolis deputantur. vt eos cætera assequutos plenè cognoscatur. Vnde sequitur.

e *Non potest ciuitas.* quia apostoli fundamenta sunt, a quo ciuitas dicuntur. *Supra montem.* locus montem iustitię innuit, qui excelsus est, quo propalamini ne vos abscondatis. Non enim facultas subterfugiendi vel clam aliquid faciendi; ideo subditos misericorditer intus consilio regite, & extra contra aduersarios pro iustitia pugnando defendite: quod pertinet ad spiritum consilij & fortitudinis.

† Infatuatus vel insipidus fuerit.

✠ RVPERTVS. Non patitur ordo vel ratio iudicij seu consilij diuini, vt abscondatur & incognita sit, quæ ad hoc ædificata est, & ad hoc mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium, vt omnes qui inter aduersarios periclitantur, qui inter Iudæos, paganos atque hæreticos pro fide agonizantur, recurrere sciant ad ciuitatem hanc (ecclesiam) vt in ea communi de ea sumptis sententijs armari, vt habeant vnde animam, pro qua illis res est, defendere possint.

† 24 q. 1. c. quoniam.

f *Neque accendunt lucernam.* Domesticis exemplis docet, ne celent lucem verbi sibi commissam. Nō accendunt, id est, non ideo data est doctrina prædicationis, vt celent eam & subijciant seruituti corporis, dum aliqua timent. Sed corpus suum ministerio Dei subijciant, vt per vocem & cętera corporis officia lux excellentior cęteris appareat. Vnde dicitur: *Castigo corpus meum, &c.* Vel Christus lucernam accendit, dum testam humanæ naturæ flamma suæ diuinitatis impleuit: quam nec credentibus abscondit, nec modio, id est mensura legis, vel terminis vnius gentis inclusit. Sed super candelabrum, id est ecclesiam fidem suæ incarnationis affixit, vbi omnes possint intueri, qui in domo, id est ecclesia sunt vel mundo. Vnde subdit: *Sic luceat, &c.*

1. Cor. 9. d.

b *Et conculcetur ab hominibus.* Sanctus & verus minister Christi & si à malis ridetur, conculcari non potest, quia mente fixus in cœlo manet.

c *Vos estis lux mundi.* Prius sal quàm lux quia prius vita quàm doctrina: vita ducit ad scientiam veritatis. Qui Deum timet, scientia non caret.

✠ GREGORIVS. Omnes supernæ patriæ electi, sancti quidem & iusti sunt, sed participatione sapientię, non comparatione. Quid enim sunt homines Deo comparati? Lumen autem sapientia. Lumen & serui sapientiæ vocari solent, sed illa lumen illuminans, iste lumen illuminatum, sicut scriptum est, *Erat lux vera, &c.*

Lib. 18. moral. cap. 32. | Io. 1. 1.

d *Lux mundi.* Alia causa est quare non debent deficere: quia illuminati à Christo verbo & exemplo: quocunque illati mundanis lucem fidei & scientiæ debent ministrare. Et sicut (quia sunt sal) debent corruptionem pellere: sic & tenebras (quia lux sunt) fugare.

Lux tenebras soluit, & postea illustrat: sic apostoli depulsis vitijs deducunt ad lumen fidei & cognitionis. *Lux mundi.* Hęc est eadem gratia qua mūdi corde fiunt; quorū corda mundātur fide & intellectu. Sic quòd sal vocantur pacificis congruit: quia sine sapientia non tenetur condimentum pacis, hęc summa & pręcipua

g *Candelabrum.* Sicut lucerna Christus, candelabrum crux est, super quam erat leuandus. Candelabrum ecclesia, quæ verbum vitæ pręsentis baiulat.

h *Sic luceat &c.* Et hæc omnia ita agite, vt non finem boni operis in laudibus hominum constituatis.

i *Vt videant, &c.* Opera requiro, vt videantur, & sic doctrina confirmetur: & hoc non ad gloriam vestram.

k *Nolite putare.* Postquam hortatus est omnia pati pro veritate, & non celare, & gloriam Dei facere, incipit docere quid docturi sint. Quasi diceret: quid est quòd vetas abscondi, pro quo iubes omnia pati? an est aliquid contra legem? *Non veni soluere legem: sed adimplere* vel faciendo quod dicit, vel supplendo, quod deerat, & imperfectum erat. *Nolite putare.* Hactenus docuit, vt salę condiant animas ad incorruptionis sanitatem, vt illuminent ad veritatis intelligentiam: vt acquisitos ab hostibus defendant,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quod si sal, *id est, si discretio in prælatis defecerit.*

2 In quo salietur. *q. d. in nullo opera subditorum condientur seu dirigentur. Ideo subditur.*

3 Ad nihilum &c. *quia talis debet repelli à prælatione, ne officium prælatorum in conspectu hominum reddatur vile. Secundum in quo debent praecellere prælati, est clara noticia in scripturis intelligendis. Et hoc est quod dicitur.*

4 Vos estis lux &c. *Sicut eni in lux est manifestatiua omniū occultorū, sic prælati per intelligentiam sacræ scripturæ debent ex officio notificare alijs omnia opera virtutum, in cuius signū portant mitram in capite, in qua duo sunt cornua, quia debent scire duo testamenta. Tertium in quo debent praecellere est constantia in oppressoribus pauperū reprimendis vnde dicit Saluator Ioh. 10. b.* Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis, mercenarius autem & qui non est pastor, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. *Quod exponens Greg. dicit: Lupus enim super oues venit, cū quilibet iniustus & raptor fideles quosque atque humiles opprimit, sed qui pastor videbatur esse & non erat, relinquit oues & fugit: quia dum sibi ab eo periculum metuit, resistere iniustitiæ nō prę sumit, fugit autem non mutando locum, sed subtrahendo solatium: & ideo pastor bonus ciuitati in monte positæ comparatur: quia ad ipsum debent habere oppressi refugium, quasi ad quoddam fortalicium. Et hoc est quod dicit Saluator.*

5 Non potest ciuitas &c. *quia bonus prælatus in persecutione non debet se abscondere, sed ad defensionem gregis se manifestè ostendere. Quartum in quo debet prælatus excellere est sanctitatis euidentia in exemplis dandis: quia secundum quod dicitur in pastorali: Tantū debet excellere actionem populi actio præsulis, quantum distat à grege vita pastoris: & ideo comparatur hic lucernæ super candelabrum, illuminanti totam domum. Sed intentio recta subditur.*

S. Greg. in pastorali.

6 Sic luceat lux, &c. Et glorificet patrem vestrum. *quia non debet de hoc gloriā propriā quærere, sed gloriam Dei & ædificationem populi.*

7 Nolite putare. *Hic ostendit eminentiam prælatorum quātum ad* ... *doctrinam.*

MORALITER.

cuntur sal in abstracto, sicut excellenter liberalis, liberalitas nominatur. Ipsorum autem discretione debent opera subditorum sic condiri, vt coram Deo sapida reddantur.

4 *Vos estis lux &c.* Debent enim alios illuminare de credendis.

5 *Non potest ciuitas.* Dicitur enim ciuitas in monte posita, nam esse debet forte refugium iniustè oppressis.

† *Neque accendunt lucernam.* Debent etiam esse lucerna super candelabrum posita, vt alijs luceant per sanctæ vitæ exempla.

7 *Nolite putare quoniam veni.* Hic informātur doctores, vt non soluant legem diuinam ei doctrinam philosophicā præponendo: nec studeant ipsam vel doceant speculatiuè tantum, sed etiā practicè ipsam opere adimplendo: nec eam male interpretētur sicut doctores Iudæorū: qui præcepto diuino negatiuo dicebant tantū actum exteriorem esse prohibitum: Contra quos dicit Saluator: *Omnes qui irascitur fratri suo reus erit iudic.* Et sic de alijs.

A defensos ad amorem diuinitatis accendant: Nunc vt cœlestis orator (quia poterant æstimare quòd vetera præcepta vellet abolere) ante interrogata præsciùs occurrit, dicens: *Nolite putare &c.* Soluit qui spiritualiter facere vetat. Adimplet Christus dum præmissis ad inchoationem vitæ agendæ superaddit plura ad perfectionem moralium præceptorum: & quæ figuris tegebantur & futura significabant, in se perficit & in ecclesia: sine quo figuræ essent vacuæ & sine affectu. quasi dicat, ideo non debetis percuntari de veteribus præceptis & mirari de nouis, nec passionibus terreri.

† De cons. dist. 4 cap. propriæ. §. si quis in fi.
† Luc. 16. d.

B Christus legem impleuit, quia exterioris legis figuras soluens: C impleuit veritatem interiorem.

a ¶ Christus est legis & prophetarum virtus per quem omnia implentur.

legem aut prophetas. † Non veni soluere, sed adimplere. † Amen quippe dico vobis, donéc tránseat cœlúm & terra, iota vnum, aut apex vnus non præteribit à lege,

a ¶ Implet qui figuras cessare docet. postquam res facta est. ¶ Implentur ne?

a ¶ Antequam. b ¶ Quia non omnia iam sed sensim fient. c ¶ Id est, donec elementa mutentur de hac mutabili forma in immutabilitatem. d ¶ Non remanebit quin impleatur in capite vel in corpore.

✠ EVTHYMIVS. Compleuit omnia quæ de ipso apud prophetas erant. Nam ob id frequenter addiderunt Euangelistæ, vt compleretur quod dictum est per prophetam. Legem autem D compleuit, quia nihil eorum quæ iubet transgressus est.

a *Iota.* Hic ostenditur, quòd quæ minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt, & omnia recapitulantur in Euangelio. Iota, minor est cæteris literis. Apex est literæ aliqua minima particula, significat minimum præceptum, vel minimam præcepti particulam. Aptè E autem ponit ἰῶτα Græcum, non יוד Hebræum, quia iota decem significat, id est, decalogum, cuius apex est Euangelij perfectio.

I ἰῶτα apud Græcos decima litera decem significat: per quam decem F præcepta agendę vitæ accipimus: quorum Christus nullum soluit, sed præcepit plenius adimpleri, nec apicem, id est, nec minima, significantium.

☞ Omnia

NICOLAVS DE LIRA.

doctrinam. Et primò ponit modum docendi ipsi Christo proprium. Secundo ostendit qualiter debet ei conformari doctrina prælatorum, ibi: Qui ergo soluerit. *Circa primum aduertendum, quòd Christus non solummodo erat doctor legis & Euangelij, sed etiam institutor. Aliter tamen quia vetus Testamentum dedit mediantibus angelis. nouum autem per seipsum, vt supra in prologo visum est. ergo per suam doctrinam non debuit legem destruere. sed magis eam perficere & adimplere. Et hoc est quod dicit:* Nolite putare quoniam, &c.

I Iota vnum aut apex. *id est, modicum non transibit quod non impleatur: quia iota est minima litera Græca.*

Argum. *Quæritur hic quomodo verum sit quod Christus legem impleuerit: & non soluerit. Videtur enim quod ipse soluerit mandata moralia: quia præceptum de obseruatione sabbati morale erat saltem quantum ad vacationem a corporalibus: sed ipse sabbato curauit Ioh. 5. Et sanato præcepit tollere lectum suum in sabbato. ergo, &c. Item videtur quod iudicialia non impleuerit, quia mulierem deprehensam in adulterio quæ in lege præcipiebatur lapidari, impunitam abire permisit, vt habetur Ioh. 8. Item cerimonialia de abstinentia ciborum in lege prohibitorum non seruauit: quia dicitur infrà 15. b.* Quod intrat in os non coinquinat, &c. *Ipse autem fecit, quæ alijs facienda dixit: ergo talibus vsus fuit ergo, &c. Contra, per illud quod hic dicitur,* Non veni soluere legem sed adimplere.

Probatio quod Christus legem non soluit, sed impleuit. Præceptorum triplex differentia. *Dicendum, quòd Christus legem & prophetias adimpleuit: Et primò declaro de lege. Secundò de prophetis. In lege autem quædam erant per modum præcepti, & quædam per modum promissi obseruantibus legem: & vtraque adimpleuit. De præceptis patet sic. Præcepta enim erant in triplici differentia. Quædam erant moralia. scilicet præcepta decalogi. Et alia moralia in lege posita quæ faciebant ad eorum declarationem: & ista impleuit Christus ea obseruando perfectè, & ad obseruatitionem eorum alios incitando infrà 19 c.* si vis ad vitam ingredi, serua mādata. *Secundo, ea impleuit, sanum intellectum eorum declarando & errorem Pharisæorum circa hoc excludendo, vt patebit infrà in præsenti capitulo. Tertiò, adimpleuit ea, consilia apponendo, quæ faciunt ad perfectiorem mandatorum obseruantiam. Perfectius enim obseruat mandatum hoc:* Non occides, *ille qui cauet ab ira inordinata, quàm ille qui cauet tantum ab interfectione.* Præcepta iudicialia. *Alia erant præcepta legis iudicialia: & impleuit rigorem eorum per viam misericordiæ temperando, in aliliquibus per seipsum, & alijs dimisit temperamentum, suis ministris scilicet ecclesiæ prælatis & principibus terrenis catholicis, vt de talibus ordinent secundum quod viderint vtile communitati fidelium secundum varietatem temporum & locorum & personarum: & illud non fuit destruere legem, sed magis adimplere: quia sic ordinauit meliorem modum obseruationis iustitiæ: Sicut non destruitur puer quando fit vir: licet enim transeat pueritia, tamen remanet melior status eiusdem personæ ætate mutata: Lex autem vetus habuit quasi statum pueri respectu nouæ legis. propter hoc dicitur ad Gal. 3.* Lex pædagogus noster fuit in Christo, *id est, regulatiua status puerilis: propter hoc erat lex timoris, sicut pueri sub disciplina & timore custodiuntur. lex autem euangelica est lex amoris: & ideo non debet esse tantus rigor pœnarum: quia proprium hominum perfectorum est magis deduci ad virtutem amore iustitiæ quam timore pœnæ.* Præcepta ceremonialia. *Tertia præcepta erant cerimonialia. Et ista diuidebantur in tria: quia quædam pertinebant ad sacramenta, sicut circuncisio quantum ad omnes homines: vnctio quantum ad reges & pontifices. Christus autem non assumpsit statum sacerdotis legalis vel terreni regis: imo dixit coram Pilato* regnum meum non est de hoc mūdo. *Ioh. 18. f. Et ideo non habuit istam vnctionem corporalem regum vel pontificum. sed vnctionem spiritualem à Deo patre habuit plenitudinem gratiæ, secundum quod scribitur in Psalm.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ, &c. *Circuncisionem autem ipse adimpleuit primò in seipso incipiendo. Secundo melius & efficacius & generalius instituendo sacramentum loco ipsius scilicet baptismum in quo confertur maior gratia & est remedium tam viris quàm mulieribus. Quædam etiam cerimonialia pertinebant ad sacrificia, sicut immolatio agni paschalis, iuge sacrificium, & consimilia. Ista autem erant figuratiua vnius perfecti sacrificij scilicet Christi in cruce offerendi. Et ideo ista impleuit Christus vno modo corporaliter patiendo: alio modo efficacius sacrificium scilicet eucharistiam instituendo. Quædam etiam cerimonialia pertinebant ad sacra: & de talibus erant præcepta prohibentia vsum aliquorum ciborum & consimilia: & ista adimpleuit Christus, quia dicit Petrus Act. 11. b.* Immundum & commune nunquam introiuit in os meum: *& multo fortius Christus hoc seruauit, & sic ista præcepta adimpleuit ea obseruando & obseruationem meliorem declarando per talem enim abstinentiam à corporalibus cibis significabatur abstinentia à spiritualibus mundicijs. Hanc autem munditiam instituit Christus in lege euangelica quæ est mundissima. & per consequens debuit cessare figuralis abstinentia. propter quod dicitur actuum. 10. c.* Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. *quia nullus cibus coinquinat homines qui cum gratiarum actione percipitur. Dimisit tamen Deus in ordinatione ecclesiæ de aliquibus abstinentijs faciendis pro loco & tempore. Patet ergo ex prædictis qualiter Christus legem adimpleuit quantum ad omnia genera præceptorum. Secundo impleuit legem quantum ad promissa, promittens tamen obseruantibus meliora: lex enim Mosaica promittebat solum bona temporalia & transitoria scilicet abundantiam & excellentiam temporalem, vt patet Deut. 26. d.* Custodias omnia præcepta eius, & faciet te excellentiorem cunctis gētibus: *sed Christus obseruantibus Dei mandata promisit bona spiritualia & æterna scilicet gratiam in præsenti, quæ præcellit omnibus bonis temporalibus, & etiam gloriam in futuro infrà 19. d.* Omnis qui reliquerit, &c. centuplum accipiet *scilicet in præsenti: quia bona spiritualia quæ hic recipiuntur intantum excellunt bona temporalia, ac si centenarius numerus paruo numero comparetur* & vitam æternam possidebit *scilicet in futuro. Patet igitur, quòd Christus adimpleuit legem quantum ad præcepta & promissa. Similiter adimpleuit prophetias: quia principaliter loquuti sunt de Christo, & de aduentu eius, & de his quæ pertinent ad ipsum: & ideo adimpleuit prophetias nascendo, conuersando in mundo, & moriendo, & resurgendo, & alia opera nostræ salutis faciendo: propter quod imminente sua passione dixit Luc. 24. f.* Oportet impleri ea quæ scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de &c. *Patet ergo ex prædictis, quòd Christus impleuit legem & prophetas.*

Psal. 44. b.

Solutio. *Ad primum dicendum, quòd Christus curando infirmum sabbato non fecit contra legem: quia licitum erat facere in die sabbati ea quæ ad gloriam Dei pertinebant, sicut ornare templum, & sacrificia offerre, & laudes diuinas dicere & huiusmodi. & multo fortius sanare hominem miraculosè ad ostensionem diuinæ virtutis erat licitum: & eadem ratione quod sanatus subito portaret lectum suum in die sabbati, faciebat ad magnificationem miraculi. Per hoc enim ostendebatur, quod diuina virtute erat sic subito perfectè sanatus, quod erat ad pristina opera plenariè restitutus. Ad alia duo patet ex prædictis in corpore quæstionis.*

☞ I Omnia

[illegible] spiritualiter impleantur, vel imperfecta perficiantur & significantiai, impletione consummentur.

b *Qui ergo soluerit &c.* Minima sunt crux Christi & passio, quam qui erubescit, minimus est: qui confitetur, magnus. Vel Phariseos notat, qui mandata Dei dimiserunt pro suis traditionibus, quæ nihil valent dum vel minimum, quod in lege est, prætereunt.

MORALITER autem soluit qui non implet, sed tenet sicut infirmis data sunt. Vel qui non intelligit spiritualiter. Soluere, non est agere, quod rectè intelligit, vel nō intelligere quod non deprauat, aut minuere integritatem supperadditionis Christi.

c *Minimus vocabitur, &c.* In regno cælorum minimus vocabitur qui erit in eo indignus, in quo nullus minimus sed omnes magni.

✠ AVGVSTINVS. Quid est soluitur? Quid est docetur? Soluitur factis & docetur quasi verbis. *Qui prædicas non furandum, furaris.* Soluit ergo in facto, qui furatur: & quia sic docet, minimus vocabitur in regno cælorum, id est, in ecclesia huius temporis.

Iacob. 2. a. / Iaco. 1. d. / Tractatu 6. in epist. 1. Ioan. / Exo 20 b Deut 5 b. / tobnorius & infra.

b Quin. a ¶ Quia omnia fient ergo. b ¶ Vel non agendo vel non credendo vt Pharisæi.

a donec omnia fiant. ✝ Qui ergo soluerit 1

¶ Minima sunt quæ inchoant homines. ¶ i. sicut soluit.

b vnum de mandatis istis minimis, & do- 2

a ¶ Despectissimus est in ecclesia sanctorum. b ¶ Ab illis qui sunt in regno cælorum.

c cuerit sic homines, minimus vocabitur in 3

d regno cælorum: qui autem fecerit & do- 4

¶ Sic. a ¶ Licet in præsenti abiectus, è contra licet ille hic prælatus, tamen vilis.

cuerit, hic magnus vocabitur in regno cæ-

a ¶ Quomodo ergo faciendum. b ¶ Quod fit spiritu consilij, & gratia misericordiæ Dei.

e lorum. Dico ✝ autem vobis: quia nisi abun- 5

f a ¶ Quæ est in præceptis vitæ inchoatiuis, & mysticis iuxta literam.

g dauerit iustitiā vestra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum

h cælorum. ✝ Audistis quia dictum est anti- 6 quis: Non occides: Qui autem occiderit

a ¶ Vt iudicio puniatur legis. ¶ Accusatione legis. b ¶ Plus impono non irasci.

i ✝ reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: 7

regno cælorum, sed tamen ascendit aliquem gradum: perficietur autem si nec irascatur sine causa.

✠ IDEM. Abundet iustitia nostra super iustitiam eorum, qui soluunt quod docent: vt vos non soluatis, sed faciatis potius quod docetis.

Lib. 20. [illegible] c. [illegible]

✠ RVPERTVS. Ergo scribæ & Pharisæi non intrabunt in regnum cælorum, & hoc dico vobis, ait, tanquā magnus, tanquam regni cælorum arbiter; velut ille cuius dictum in potestate, cuius in dicto potestas summa est. Et quare scribæ & Pharisæi non intrabunt in regnū cælorum? Videlicet quia nō abūdat imo deficit & nulla est iustitia illorū. Vbi enim dicitur, *esto te perfecti sicut, &c.* iustitiā comendat. Vbi prohibet ne ad ostētationem opera nostra fiant, vel à ventris aut corporis sollicitudine, tēperantiam notat. Cum verò nos admonet, ne mittamus margaritas ante porcos & intrem⁹ per angustā portā, perseuerantiā fortem. In sequētibus verò vt caueamus à falsis prophetis & ne de tribulis ficus coligam⁹, prudentiā comendat. His autem omnibus virtutibus Pharisæos & scribas vacuos esse ostendit, vt veræ iustitiæ quæ in spiritu est, aduersarios: hypocrisi verò & iactantia intemperantes, & in sensu & verā legis interpretatione inconstantes, vt qui margaritas illas scripturæ, porcinis affectionibus metiantur, sed & ipsimet ex ouibus se lupos faciunt, & hominum prudentiam eludere conentur, cùm destruant mandata Dei propter traditiones suas.

in Matth.

d *Qui autem fecerit.* Qui non soluerit, & sic docet, non minimus, non tamen magnus: sed facit quod docet. *Soli enim factores legis iusti sunt apud Deum.*

e *Dico autem vobis.* Cum ait, dico, magnam vim & profundam intelligentiam cogitandi incussit: ostendit quomodo superaddit. Et non quæ prius mandauerat, absoluit. Plus etiam est diligere inimicos quàm non odisse: non cupere, quàm non adulterari: non irasci, quàm non occidere.

f *Nisi*, id est, non solum minima legis præcepta impleueritis, sed & ea quę addo: quia dum fiunt addita ad perfectionē, etiam hæc plenius aguntur quæ præmissa sunt ad inchoationem: quia qui non videt mulierem ad cōcupiscendum eam, nec fornicatur: nec occidit qui non irascitur.

✠ AVGVSTINVS. Iustitia Pharisæorum est, vt nō occidant: iustitia eorum qui intraturi sunt in regnum cælorum, vt non irascantur sine causa. Minimum ergo est non occidere: & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno cælorum. Qui autem illud impleuerit vt non occidat, non continuò magnus erit & idoneus regno

Libro 1. de sermo. do. in monte cap. 18

g *Iustitia vestra.* Iustitiā Phariseorum vocat omnia illa ad cultum Dei actualiter pręcepta: seu figurarum mystica tantum ad literam instituta.

Iustitia illorum, mandata Moysi: impletio illorū, iustitia Christi. Illa à pœna liberant, ista saluant.

Quidā in hac expositione laborāt, volentes notare superabundantiā esse in nouo quæ non obseruaretur in vete. testam. cùm & in illo mali actus & mala concupiscentia prohiberetur. Sed non secundum hoc hic agitur, immo in hoc abundantia maior quàm scribarum & Pharisæorum ostenditur: quia illi secundum opera magis iusti appellari, quàm secundum voluntatem affectabant.

h *Audistis &c.* Exponit quæ est iustitia Pharisæorum, quam qui adimplet non statim magnus, sed aliquem gradum conscendit.

i *Ego autē &c.* Perfectionem quam venit implere incipit expla-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui ergo soluerit, &c. *Hic consequenter ostendit qualis debeat esse doctrina prælatorum per conformitatem ad Christum: & ponit quandam diuisionem trimembrem doctorum. Quidam enim sunt qui malè viuunt & malè docent sicut hæretici. Et de istis dicitur:* Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis, *malè scilicet viuendo.*

2 Et docuerit sic homines, *alios similiter per falsam doctrinam corrumpendo.*

3 Minimus vocabitur in regno cælorum, *id est, in ecclesia militante, quia decidit à vera fide, alij sunt qui benè viuunt & bene docent, & tales doctores debent esse prælati ecclesiæ, propter quod dicit.*

4 Qui autem fecerit & docuerit, &c. *Alij sunt doctores qui benè docent & malè viuunt, de quibus dicitur infra 23. a.* Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi, quod dicunt, facite: opera autem eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt: *& quia hoc non sufficit ad salutem, ideo dicit prælatis ecclesiæ,*

5 Nisi abundauerit iustitia. *q. d. ad salutem non sufficit bona doctrina, nisi adsit bona vita.*

6 Audistis quia dictum est &c. *Superius descripsit virtutes contemplatiuorum & prælatorum in quibus consistit iustitia abundans, hic cōsequenter describit virtutes actiuorum in quibus consistit iustitia ad salutem sufficiens. Ad cuius euidentiam considerandum, quod ad consequutionem salutis sufficit obseruatio mandatorum decalogi, vt dicit Saluator infra 19. c.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. *Et ideo Saluator noua præcepta moralia non dedit, sed pręcepta decalogi repleuit, & ad obseruationem eorum homines induxit, verum intellectum eorum declarando, & errores Iudæorum circa hoc excludendo. Et ideo diuiditur in tres partes: quia primò dat intellectum aliquorum præceptorum moralium. Secundo, aliquorum iudicialium, ibi:* Audistis quia dictum est antiquis &c. Oculum pro oculo. *Tertio intellectū cuiusdam præcepti in quo fundatur tota lex, videlicet de dilectione proximi: ibi:* Audistis quia dictum est, &c. Diliges proximum tuum. *Prima adhuc in duas: quia primò dat intellectum quorundam pręceptorum secundæ tabulæ quę ordinant hominem ad proximum: Et secundo dat intellectum cuiusdam præcepti primæ tabulæ ordinantis hominem ad Deum, quo prohibetur periurium, ibi:* Iterum audistis, quia dictum est: Non periurabis. *Prima in duas: quia primò dat intellectum cuiusdam præcepti, quo prohibetur nocumentum in persona propria. Secundò præcepti quo prohibetur nocumentum in persona coniuncta, ibi:* Audistis quia dictum, &c. Non mœchaberis. *Iterum prima in duas: quia primò declarat præceptum. Secundo infert duplex correlarium, ibi:* Si offers, *&c. Circa primum aduertendum quod Iudæi credebant per præcepta decalogi sola opera exteriora prohiberi non motum animi. vnde & Iosephus 12. libro antiquitatum reprobat Polybium historiographum Persarum ducentem, quòd Antiochus Epiphanes mortuus fuerat in montibus miserè propter hoc quod voluerat spoliare templum Dianę in Perside dicens, quod voluntas mala non est peccatum, nisi exeat in effectum. Et eodem modo dicebant Iudæi de hoc præcepto:* Non occides, qui autem occiderit. *quia per hoc prohibetur occidendi factum, & non occidendi propositum. Et hoc est quod dicit:* Audistis quia dictum est antiquis. *hoc est: sic interpretabantur pręceptum hoc. Sed hunc errorem excludit Saluator dicens.*

7 Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo &c. *Vbi Saluator ponit triplicem gradum iræ. Primus est in corde. Et notatur cum dicitur:* Omnis qui irascitur. *Secundus est in ore per verbum contumeliosum, confusum tamen: quod notatur cum dicitur:* Qui autem dixerit racha. *Tertius gradus est, quando proceditur ad contumeliam determinatam quod notatur cum dicitur:* Qui autem dixerit fatue. *Primus gradus est minoris culpę quàm secundus, & secun-*

A nare,& quomodo iustitia eorum debeat superabundare.

✠ EVTHYMIVS. Postquam corda eorum beatitudinibus præmolliuit,& ad virtutem exacuit, maiora deinceps addit præcepta. Incipit autem ab affectibus qui naturaliores sunt,ab ira & concupiscentia.

✠ THEOPHYLACTVS. Dictum est, &c. Hoc à certo quodam dictum esse non dicit, Si enim dixisset, Audistis quia dictum est à patre meo, aut à meipso qui filius Dei sum, videri posset diuersam à patre legem ponere. Si dixisset, dixi antiquis ægrè acceptus fuisset sermo. Indefinitè ergo dixit, *dictum est antiquis*, per quod legis antiquitatem ostendit.

† 25. dist. c. finali.

† concessui

a *Omnis qui irascitur.* Quia nesciebant homicidium esse nisi peremptionem: aperit omnem motum animi ad nocendum, in homicidium computari. Mandatum Christi non est contrarium legi, sed latius legem in se B continens. Qui non irascitur, non occidit. Sed non econtra, licentia irascendi causa homicidij. Tolle iram,& homicidium non fit.

a ¶ Non fratri irascitur, qui peccato irascitur. b ¶ i. dignus accusatione.

a quia omnis qui irascitur frâtri suo * reus

a ¶ Quod supra de homicidio. b ¶ Qui de motu prorumpit in vocem indignationis.

erit iudicio. † Qui autem dixerit fratri suo

a ¶ Interiectio indignationem exprimens. b ¶ Consensu iudicum de danda sententia in eum.

b răcha, reus erit † conciliô. † Qui autem di- 1

a ¶ Qui vsque ad conuitia processerit. b ¶ Æque in Deum credenti quem Deus salem vocat.

xerit, fatue: reus erit gehennæ ignis: Si er- 2

c a ¶ Quia non licet irasci: ergo multo minus odio habere. b ¶ Boni operis sacrificium. c ¶ In fide, vel ad Christum ad quem nisi per fidem attingat, nemo digne offert.

gô offers mûnus tuum ad âltare, & ibi re- 3

a ¶ Quem læsisti.

cordatus fueris, quia frâter tuus habet âli-

¶ Coram Deo.

d quid aduersum te, relinque ibi munus tuum

a ¶ Quod nequit fieri, nisi spiritu humanitatis fundatus & timens Deum. ¶ Quantum in te est emendando quod peccasti.

e ante altare, & vade prius reconciliari frâtri 4

a ¶ Intentionem reuocans ad id quod cœperas. b ¶ Hoc ex spiritu lenitatis quo mitis fit. c ¶ Hactenus de proximo, hic pacem iubet habere cum aduersario.

f g tuo:& tûc vêniens ôfferes munus tuû. † Esto 5

Superadditio Christi non irasci, non concupiscere, à quibus difficile est abstinere: & ideo magna sunt in remuneratione. Ira est omnis malus motus ad nocendum. Subitus autem motus cui non consentitur propassio est. Accedente consensu, passio est & mors in domo. *Omnis qui irascitur.* Gradus sunt in istis peccatis. Primo est irasci: & hunc motum animo retinere: plus est si vocem commotio ipsa extorsit, qua feriatur ille cui irascitur plus etiam, si certa vituperatio increpuit. Similiter gradus sunt in pœnam: nam minus est iudicium, quando adhuc cum reo agitur: & est defensioni locus. Plus est concilium quando iudices inter se conferunt quo supplicio damnent quem constat esse damnandum. Plus est etiam gehenna, vbi nulla sententiæ dilatio. Et ita quod proprijs & certis modis exprimi non potuit, quibusdam similitudinibus distinctum est. His enim tribus iudicio, concilio, gehenna, diuersæ mansiones in æterna damnatione pro modo peccati signanter C exprimuntur. *Qui irascitur.* Addunt quidam, sine causa, sicut & ad dicere racha vel fatue: quia naturale est irasci: ita tamen ne sine causa fiat. Cui sensui videtur aptari: *Irascimini, & nolite peccare.* Sed omnis occasio iræ tollitur, dum inimicos diligere iubemur. Qui non irascitur, non soluit legem, sed implet: vt intus sicut extra seruetur innocentia. Ira propriè est commotio passionis. Ira quæ ex causa & non ex passione est, iudicium est non commotio illicita.

Gradus in peccati.

Gradus in pœna.

Psal. 4. a.

Omnis occasio iræ infirmis scilicet aufertur vel tollitur. Si enim cum causa, non fratri irascitur sed vitio. Iusta ira mater est disciplinæ. Et ira quæ est cum causa, iudicium est, non ira.

Vel רקא verbum Hebrçum, & interpretatur cenos id est. vacuus, quod dicimus sine cerebro, quod est magna contumelia. Qui ergo hæc dicit fratri qui spiritusancto plenus est, luiturus est contumeliam spiritussancti iudicio sanctorum iudicum. Non enim modicus furor est quem Deus sale sapientiç condiuit infatuatum dicere & salienti Deo derogare.

✠ CHRYSOSTOMVS. Racha non grandis alicuius conuitij sermo est, sed magis de contemptu veniens, impatientiaque dicentis, vt ipsi nonnunquam vel seruulis vel inferioribus quibusque aliquid imperantes, diximus, vade tu. D

Homil. 16 operis imperf.

✠ AVGVSTINVS. Nonnulli de Græco trahere voluerût interpretationem huius vocis, putantes pannosum dici racha, quoniam dicitur Græcè pannus. Probabilius est quod audiui à quodam Hæbræo, vocem esse non significantem aliquid, sed indignantis animi motum exprimentem.

Libro 1. de serm. dom. in monte cap. 18.

* temere vel sine causa.

b *Fatue.* ✠ HILARIVS. Piaculi magni periculum est, quem salem Deus nuncupauerit, cum contumeliæ infatuati sensus lacessere: & sapientum intelligentiam salientem, stultæ intelligentiæ exasperari maledicto.

† De hære. c. cû ex iniuncto.

c *Si ergo offers munus tuum.* Explanat ampliorem iustitiam ostêdendo, quòd si non licet fratri irasci, multo minus in animo retinere quod in odium quærat côuerti. Si quidquam mali contra proximum in animo habemus, Deo placitè offerre non possumus. E *Si ergo offers.* secundum literam hoc absurdum est. Est ergo in interiori templo altare id est fides, cui quodlibet munus id est Psalmus, hymnus, oratio, & huiusmodi, nisi sit innixum non est Deo placiturum. *Et ibi.* id est, cum in corde (quod est templum interius) tale munus oblaturus es, si in mentem venerit quòd frater tuus habet aliquid aduersum te, quem tu læsisti. Si enim ipse te læsit, non ipse, sed tu habes aduersus eum: nec tunc oportet te veniam petere, sed dare sicut vis tibi dimitti.

† Luc. 12. g.

✠ CHRYSOSTOMVS. Audiant hi qui sacris mysterijs initiati, cum inimicitijs ad cõmunionem altaris accedunt, nimirum sacrosancta Christi corporis & sanguinis mysteria: non modo fidelibus communicantur, sed & Deo summo offeruntur, vt simul sint cœna & sacrificium, vnde mensa illa altare dicatur.

Hom. 16 in Matthæû.

d *Relinque ibi &c.* Non ait refer: quia quod rectè offertur immutari non licet. Sed relinque donec placabilius offeras: nonenim munus repellit, sed charitatem proximi quçrit sine qua nemo ad charitatem Dei peruenit. vnde: Prius charitatem proximo exoluat, qui munus suum Deo plare optat.

e *Vade*, Non pedibus, sed animo humiliter ei prosternas in côspectu illius cui oblaturus es. Vel petendo veniam si præsens est. F

✠ AVGVSTINVS Si absens sit, saltem apud te statuere oportet, quod statim atque illius adeundi commoditas se offeret, cum illo reconciliaris.

Libro 1. de serm. dom. in monte cap. 21.

✠ CHRYSOSTOMVS. Dic mihi quomodo reconciliabor? Qualis præcessit offensio, talis debet sequi reconciliatio. Si cogitatu offendisti, cogitatu recôciliare, Si verbis, verbis recôciliare. Omne enî peccatû, quomodo cômittitur, eo modo & pœnitetur.

Homil. 11. operis imperfecti.

f *Offeres.* Hoc ex spiritu pietatis quo mitis fit, & diuinû verbum piè intelligit, intelligendo obedit, & ad implendum cor erigit.

g *Esto consentiens.* Sicut iam præcepit fratri reconciliari & post iubet inimicos diligi, ita hic dum currimus in via huius seculi, ad pacem & concordiam hortatur, sicut dicitur: *si fieri potest quod ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes.* Et pro consentiês ex Græco habetur benignus vel beniuolus. *Cito* ne differas in crastinum, *Dum est in via*: dum adhuc licet operari.

Rom. 12. c.

Si fratrem læsisti reconciliare ei. Si aduersarius extiterit, esto beneuolus, vt fiat amicus.

NICOLAVS DE LIRA.

secundus quam tertius & ideo primo minor pœna determinatur, cum dicitur.

1 Reus erit concilio. *Quia minus est quòd iudices debeant congregari ad determinationem pœnæ alicuius, quam quod iam sit adiudicatus, quod ponitur in secundo cùm dicitur,* Reus erit iudicio. *Et hoc est minus quàm quod aliquis sit tam extremç pœnæ determinatus. quod ponitur in tertio gradu, cùm dicitur.*

2 Reus erit gehennæ. *Considerandum tamen, quod licet ira sit peccatum, vt hic dicitur, non tamen peccatû omnis. Ira enim est appetitus vindictæ. Vindicta autem si sit iusta, non est peccatum eam appetere: sed tantum si sit iniusta. Et hoc côtingit quadrupliciter. Vel quando appetitur pœna eius qui non meruit vel plus quàm meruit. Vel si appetatur ordine debito prætermisso. Vel quia appetitur propter indebitum finem, vt* Aduersarius *quando appetitur solum propter vindictam, non propter iustitiam.*

3 Si ergo offers &c. *hic ex prædictis infertur duplex correlariû. Primum respicit placationem diuinæ offensæ. Et secundum euasionem pœnç infligendæ, secundum ponitur ibi:* Esto consentiens, &c. *Circa primum aduertendum, quod munus Deo oblatum non proficit ipsi offerenti, nisi sit in charitate. charitatem autem non habet, nisi proximo læso ab eo veniam satisfacere. Et ideo dicit,* Si offers munus, &c. *Sequitur.*

4 Vade prius, &c. *Et potest hoc intelligi dupliciter. Vno modo pedibus corporis. & hoc debet fieri si commode possit haberi ipsius fratris offensi præsentia. Si autem non possit, sufficit ire ad eum pedibus mentis: quod fit quando habet propositum satisfaciendi loco & tempore competenti. Et hoc modo vtitur ecclesia Romana, quæ reum confitentem absoluit, & sibi satisfactionem læso fiendam imponit.*

5 Esto consentiens. *Hoc est secundum correlarium: quia si ille qui*

MORALITER.

3 *Si ergo offers munus tuum.* Chrysostomus, Plus enim diligit Deus fidelium concordiam, quàm munera sibi oblata.

5 *Esto consentiens, &c.* Moraliter aduersarius peccatoris potest dici prçce-

Aduersarius est aliquis homo, vel diuinus sermo. Esto beneuolus & consentiens verbo Euangelij, quod mandat multa contraria carni, cum quo in via, id est, Christo, rectè gradimur, dum ei obediendo ad vitam æternam pertingimus.

Aliter, Aduersarius est Deus, vel magis sermo diuinus, qui contradicit peccare volentibus. Qui ad hoc datus est, vt nobiscum sit in via cui oportet nos consentire, ne oderimus, quòd Deus nobis non parcit donec sanemur.

✠ AVGVSTINVS. Sed neque beneuolentiam diabolo iubemur exhibere, vbi dum beneuolentia, ibi amicitia: neque quisquam duxerit, amicitiam cum diabolo esse faciendam. Neque concordare cum illo expedit, cui semel renuntiando bellum indiximus, & quo victo coronabimur.

✠ ATHANASIVS. Dicitur etiam conscientia aduersarius. Nam occultè nos in corde nostro redarguit, coercet à malo, & si simus inobedientes, tandem nos ad Dei tribunal sistit, vbi & pœnas dabimus enormium peccatorum, tum etiam leuium & minorum.

✠ TERTVLLIANVS. Si in diabolum transfertur aduersarij mentio ex obseruatione comitante, cum illo quoque moneris eā inire concordiam quæ deputetur ex fidei conuentione. Pactus es enim renunciare ipsi, & pompæ & angelis eius. Conuenit inter vos de isto. Hæc erit amicitia ob eruatione sponsionis, ne quid eius postea resumas, ex his quæ ei eierasti, quæ illi reddidisti, ne te vt fraudatorem, vt pacti transgressorem iudici Deo obijciat, & iudex te tradat angelo executionis, & ille te in carcerem mandet infernum, vnde non dimittaris, nisi modico quoque delicto mora resurrectionis expenso.

a *In via cum eo.* Sermo diuinus, nobiscum est in Christi via. Aduersarius nobiscum in via seculi. Sermo diuinus nobis via est qua currimus. vnde: *Viam mandatorū tuorū cucurri, cū dilatasti cor meū.*

b *Ne forte tradat.* Sic temperauit, vt pænitentiæ locum non afferret: putaretur enim, quod si obisset aduersarius & non posset ei in via esse beneuolus, necessario iudici traderetur. Sed & locum pœnitentiæ reliquit, & impœnitentem iudici tradidit, dicens: Iudex tradat te ministro.

Tradat, id est, causa sit cur tradaris in manus Christi, cui patet omne iudicium dedit. Christus ministro, id est, angelo qui colliget Zizania.

c *Nouissimum quadrantem.* id est, minuta peccata, quia nihil erit impunitum. Vel per quadrantem nouissimum, significantur terrena peccata, quia prima pars mundi cœlum. Secunda, aër. Tertia aqua. Quarta, nouissima terra. ergo donec reddas nouissimū quadrantem, id est, donec luas peccata quæ de terra contraxisti.

Primus quadrans est ignis quo charitas significatur. Secundus, aër quo spiratur, quo significatur vita. Tertius, aqua qua renascimur. Nouissimus, terra, per quam carnalis vita. Vnde: *Terra es & in terram ibis:* id est, exolues quod esse voluisti.

Quadrans genus numi est qui habet duo minuta. Vnde alius euangelista dicit illam pauperculam misisse in corbanam quadrantem. Alius duo minuta quòd idem est.

✠ TERTVLLIANVS. Carcerem illum quod Euangelium demonstrat, inferos intelligimus, & nouissimum quadrantē, mo-

Margin: Ireneus. Lib. 1. de serm. dom. in monte. cap. 22. 1 Eto. 10. c. 32. q. 5. c. Sicut enim & c. si Paulus & c. qui viderit. In quæstio. ad Antiochum q. 6. Lib. de anima. Psal. 118. d. Ioh. 5. b. d. Genes. 3. Lib. de anima ca. vlti.

a ¶ Nemo enim nouit quando de hac vita exeat.

† consentiens aduersario tuo citò[a], dum es (1) in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius (2)

¶ In tenebras exteriores.

iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem (3) mittaris. Amen dico tibi, non exies (4)

a ¶ Id est. nunquam sicut ibi dicit: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

inde dōnec[a] reddas nouissimum quadrantem.

¶ A Moyse.

† Audistis quia dictum est antiquis. † non (5) mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia

a ¶ Et anima eius titillata fuerit quod propassio dicitur quæ & si culpam habet, non tamen crimen. b ¶ Concupiscentia est mater adulterij.

omnis † qui viderit[a] mulierem ad concupiscē[b]dum eam, iam † mœchatus est eam in corde suo. (6)

dicum quoq; delictum mora resurrectionis illic luendum interpretamur. Nemo dubitabit animam aliquid pensare penes inferos, salua resurrectionis plenitudine, per carnem quoque.

d *Audistis.* Adhuc qui dixit: *Non veni soluere legem, sed adimplere.* Addit: Quantū debeat abundare iustitia apostolorū plusquā Pharisæorum. Minor iustitia est, nō mœchari corpore. Maior iustitia est non mœchari & corde. Non ait: qui concupierit: *sed qui viderit ad concupiscendum eam,* id est, hoc fine & animo attenderit vt eam concupiscat, quod iam nō est titillari: sed plene consentire libidini, vt si facultas sit peragatur. Hîc nomine mœchantium omnem carnalem delectationem accipe, quando anima relicta superiori lege, turpi voluntate inferiorum prostituta corrumpitur.

e *Viderit mulierem.* Beda: Magna superadditio. Visus ponitur pro omni motu qui est ad delectationem: non solum corporalis, sed interior qui est in concupiscētia, in qua aperiuntur illi oculi qui pro pœna peccati primis parentibus malè aperti leguntur, tunc itur in effectum cordis: nec deest volūtas, sed occasio peccati. Sicut ergo bona volūtas cū deest copia agendi remuneratur, sic deliberatio cum molimine vitiorū dānatur: quia nō secūdum ꝙ quisq; potuit & nō licuit, sed secūdū quod voluit & proposuit ex cōscientia accusatur vel defenditur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Dominus aduenire non est contentus, vt solummodo corpus à malis actibus; sed vt prius animam quoque à malis cogitationibus auerteret: Quia enim spiritussancti gratiam mente suscipimus, meritò ipsam purificat primam. Propterea non dixit, qui concupiuerit ad adulterandum, sed qui viderit ad concupiscendum.

f *Ad concupiscendum.* Vt transeat in affectum cordis, vt facere disponat, vbi non deest voluntas, sed occasio: quod passio dicitur, quæ est mors in domo. Propassio est animi subitus affectus vel iræ, vel amoris. Passio est animi forma vel deliberatio ex consensu. vnde dicitur aliquis iracundus vel amator.

Propassio est subitus motus sine deliberatione boni vel mali operis. Passio est affectio deliberati animi si fit locus perficiendi.

Quod si oculus &c. Oculus potest accipi dilectus amicus consiliarius, quasi iter demonstrans: Dexter qui in diuinis. Qui verò in his quæ ad corpus pertinent cōsulit, similiter oculus. *Scandalizat,* id est, si in hæresim aliquam trahere vult. Similiter dextera manus dicitur amicus, qui est amicus in diuinis. Sinistra, quæ in huius vitæ necessarijs. Sicut visus oculo, ita manui conuenit actio, Vel in oculo & in manu dextera possunt accipi fratres, vxor, filij propinqui; qui si sunt impedimento, debemus à nobis separare, ne dum ipsos lucrari volumus, nosipsi pereamus. Vnde in Leuitico de magno sacerdote dicitur: *Cuius anima cultui Dei mancipata est, ne super patrem & matrem vel filios polluatur,* id est, nullus affectum sciat nisi eius cuius cultui dedicatur.

Vel oculus, est mentis visus; dexter dignior exterior, qui purgādus est ne scandalizet. Quia si ille semper in propitiatorium respicit, exterior frænatur lege eius. Hic scandalizat concupiscendo illicita: sed est eruendus, ne per eum in vitium labamur.

ISIDOR. Si contemplatio vertitur in tædium vel in arrogantiam, dimitte eam, & transi ad actiuam: quia melius est per actiuā saluari, quàm per contemplatiuam perire.

Margin: D. Mar. 11. d. Matth. 5. d. † Non cōmittes adulterium. E † Adulterium cōmisit cum ea. Homil. 17. operis imperfecti. Propassio. Passio. F Leuitici 17. a.

NICOLAVS DE LIRA.

offendit fratrem, vult pœnam gehennæ euadere, debet in hac vita mortali satisfacere. Et hoc est quod dicit. Esto consentiens, &c. *Id est fratri læso qui habet aduersum te, Esto consentiens per ipsius placationem.*

1 Dum es in via cum eo. *Id est, in præsenti vita.*

2 Ne forte tradat te ministro, *Id est, diabolo qui est executor diuinæ iustitiæ.*

3 Et in carcerem mittaris. *id est, in pœnam infernalem.*

4 Amen. *Id est, fideliter,* Dico tibi: non exibis, *id est, nunquam exibis quia in inferno nunquam est possibilis redditio.*

5 Audistis quia dictum est. *Hic consequenter saluator dat intellectum præcepti negatiui, quo prohibetur nocumentum alicui ratione personę. s. vxoris. Et primo ponit huius præcepti intellectum. Secundo, infert quoddam correlarium, ibi:* Si ergo oculus tuus. *Circa primum ad-* *uertendum, quod Iudæi per illud præceptum:* Non concupisces vxorē proximi tui, *intelligebant signa exteriora tantum prohibita; vt sunt tactus impudici, & oscula & huiusmodi. Et ideo sic exponebant.* Non cōcupisces vxorē, &c. *Id est, signa concupiscentiæ non facies. Similiter per illud præceptum.* Non mœchaberis: *intelligebant actum mœchiæ tantum esse prohibitum: & sic concupiscentia latens omnino in corde non expressa signo vel facto, nullum est peccatum. Sed hoc irrationabile: quia actus exteriores vel signa non habent rationem peccati nisi inquantum sunt voluntarij, vt prædictum est. Et ideo saluator excludens hunc errorem dicit.*

6 Omnis qui viderit &c. *Quia videre absolutè nōn est malum, sed inquantū ex eo sequitur concupiscentia interior. Et ista concupiscentia sic procedit: quia primo ex aspectu mulieres causatur concupiscentia in appetitu sensitiuo, qui dicitur sensualitas, & præuenit actum rationis;*

MORALITER.

dici præceptū diuinum quod accusat ipsum. Et etiam cum hominibus in vita præsenti. Prou. 6. c. *Cum ambulaueris tecum gradiuntur, &c.* Munus autē hominis discordantis à præcepto diuino nō est acceptum Deo. Ipse etiam per præceptum quod transgreditur coram summo iudice accusatur & etiam condemnatur.

Non mœchaberis, &c. Omne peccatum mortale mœchia spiritualis est qua peccator cum diabolo relicto sponso proprio fornicatur.

A a *Erue eum.* Ad literam nullum membrum erui præcipitur, sed interior visus qui dexter, & exterior qui sinister dicitur, per studium pij laboris si nocet est reuocandus vel remouendus: & etiã longe faciendus, vt scilicet nec in memoria habeatur. Eruitur oculus cum frangitur malus vsus. Proijcitur, cùm ex toto annihilatur, nec intrare permittitur.

corum: si videris ab ipso damnũ inferri animæ tuæ, abscinde eum. D

c *Abscinde eam, &c.* Si quis hoc prædicat de membris, affectu pietatis non debet audiri. Sed vt improbitas morum & prauitas actionũ inde resecetur, vt quidquid in oculo mẽtis de via iustitiæ & morum probitate nos subuertit, & quidquid contra operationem virtutum extra pulsat, procul pellatur.

de suo. † Quòd si oculus tuus dexter † scan- 1
a ¶ Ne noceat errore vel exemplo. b ¶ Ne aspicias, quo male pereas.
dalizat te, erue eum, & proijce abs te. Expe- 2
¶ Ille quem habes, vt vnum membrum. 3
dit enim tibi, vt pereat vnũm membrorum
¶ Tu & ipse.
tuorum, quàm totum corpus tuum mitta- 4
¶ Operatio prospera.
tur in gehennam. Et si dextera manus tua 5
scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs
¶ Ille quem tu habes vt membrum. ¶ Actiua vel contemplatiua vita, siue adiutor.
te. Expedit enim tibi, vt pereat vnũm mem-
¶ Tu cum illo. ¶ Tu cum illa vel illo
brorũ tuorum, quàm totum † corpus eat in
¶ Ita abundantior iustitia, quia ibi licet dimittere, hic non nisi causa fornicationis.
gehennam. Dictũm est autem: † Quicunque 6
¶ Permissio fuit non præceptum.
dimiserit vxorem suam, dẽt illi libellum
¶ Non solum sed suppleo.
repudij. Egò autem dico vobis: quia om-
¶ Non concubinam.
nis qui dimiserit vxòrem suam, excepta

† infra 18.b. 24. q.3.c. illud. Libro 1. de serm. domi cap.24.

✱ AVGVSTINVS. Quicquid est quod significat oculus, sine dubio tale est, quod vehementer diligitur. Solet enim ab his qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam, ita dici, diligo eum vt oculos meos. Quod autem additum est dexter fortasse ad agendum vim dilectionis valet. Amplius enim formidant homines dextrum amittere: vt iste sit sensus, Quicquid illud est quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, *si scandalizat te*, id est, fit tibi impedimento ad veram beatitudinem, *erue eum, &c.*

B

b *Dextera manus tua.* Prospera operatio, vel aliquis adiutor strenuus intra vitæ negocia: qui si scandalum est in lege Dei, melius est illo præciso saluari, quam cum illo damnari.

Dextera manus, est actio: oculus, contemplatio in qua scandalizamur, dum ex infirmitate ad purum contemplari non valemus. In hac pro desidia & torporis ocio, in alia pro seculi frequentia & occupationis tædio illaqueamur. Et nota si quis non potest frui contemplatiua, non torpeat ocio ab actiua, vel, nedum occupatur actibus, crescat ab interna dulcedine, cum melius in contemplatiua possit proficere. *Si dextra tua.* i. si dum exequeris opera misericordiæ in actiua cadis in alia vitia, dimitte eam actiuam, & transi ad aliud.

C

Contẽplatiuus ab operibus actiuæ vitæ nõ abstineat.

✱ AVGVSTINVS. Dextera manus dilectissimus est amicus, adiutor & minister in operibus diuinis.

Vbi supra.

✱ ATHANASIVS. Non de membris corporis hoc dixit dominus, sed de amicis & cognatis: membra namque sumus inuicem. Si igitur habes amicum cuius tanta sit tibi necessitas quãta sit vel dextri oculi vel manus, iuxta dictum Iob, *Oculus eram caecorum:*

Quæst. 69. ad Antiochum.

d *In gehennam.* Nomen gehennæ in veteribus non inuenitur: sed prius à domino ponitur. Cuius nominis occasio est. Idolum Baal fuit iuxta Ierusalem ad radicem montis Moria vbi Siloa fuit. hæc vallis irrigua fuit & nemorosa & plena delitijs, & locus in ea idolis consecratus: populus autem Israel adeo insaniuit, vt relicto templo ibi immolarent, & filios suos incenderent dæmonijs. Et dicebatur locus iste gehẽnon, id est, vallis Ennon. Comminatur autem Deus se impleturum locum illũ cadaueribus, vt vocetur poliandrũ, id est, tumulus mortuorum. huius ergo loci nomine futura supplicia designantur.

† Obstaculo tibi fuerit & infrà. Gehennæ nomen à quo & quare primo positum sit

E

† corpus tuum mittatur.

e *Det illi.* Scripsit Moyses in Deuteronomio, quòd si vxor nõ placet viro propter aliquã fœditatẽ, dimittat eam. Quod Christus exponit ob duritiã maritorum dici, nõn vt cõcedatur dissidium, sed vt tollatur homicidium. Melius est enim diuidi quã per odium sanguinẽ fundere. Christus verò solam fornicationem excepit, cæteras molestias iubet pro fide coniugij & castitate sustineri. Non est dimittere, contempta carnaliter, cum vxore spiritualiter viuere: hîc iubet vxorem non dimitti, qui alibi dicit: *Qui non oderit patrem & matrem, & filium, &c. non potest meus esse discipulus.* Ideo dictum est: quia in regno Dei nulla est cõditio vitæ præsentis: quam qui non oderit, & vt finiatur optauerit, nondum diligit regnum Dei. Odit ergo nõ homines, quos potius vult secũ permanere, sed corruptibilem coniunctionem in vxore: legem miseram nascendi & moriendi in parentibus. Amat verò æternum esse sibi & omnibus illis. Sicut diligit inimicum, non in hoc quod inimicus & malus, sed quòd homo vt secum sit saluus.

† Deu.24.a. infra.19.b. Marc.1.a. Luc.16.b.

Deut 24.a. Repudij libellus quare a Moyse permissus.

F

Luc.14.f.

✱ CHRYSOST.

NICOLAVS DE LIRA.

& sic non est peccatum, nec veniale nec mortale. Cuius ratio est, quia talis motus sensualitatis non est in potestate hominis, & per consequens non est peccatum: sed retentio huius concupiscentiæ postquam percepta est, bene est peccatum: vnde dicit Augustinus: Non est in potestate nostra quibus visis tangamur: sed est in potestate nostra ea respuere vel acceptare. Et sic patet quod prædictus modus sensualitatis non est peccatum sed materia exercenda virtutis, si ei resistatur per rationem. Si autem teneatur per delectationem morosam absque consensu tamen, tũc est peccatum, sed veniale. Si autem sequatur consensus in animo, tunc est peccatum mortale, etiam antequam exprimatur facto vel signo. Et ideo de tali concupiscentia quæ est consensus dicit Saluator: iam mœchatus est eam in corde suo.

1 Quod si oculus tuus. *Hic ex prædictis concludit correlarium, scilicet quod illud quod facit hominem ruere in talem consensum prædictũ est sollicitè vitandum: & quia aspectus impudicus est huiusmodi. Ideo dicit:* Quòd si oculus tuus dexter scandalizat. *id est, facit te ruere in prædictum consensum.*

2 Erue eum, *Non est sic intelligendum, quòd homo ad vitandum cõcupiscentiam debeat se aliquo membro sibi a Deo dato priuare: quia per hoc non sanatur concupiscentia quæ interius viget. Similiter quia per viam aliam potest adhiberi aliquod remedium efficacius, scilicet per voluntatem actus membrorum illicitos reprimentem. quia membra corporis mouent actus suos per voluntatem: & ideo erutio oculi hic accipitur metaphoricè. Oculus enim erutus non potest exire in actum videndi, & per consequens ille bene sibi oculum eruit qui ipsum ab actu videndi impudico per voluntatem reprimit.*

Aliter exponitur: Oculus dexter. *id est, visio bona de genere, si sit alicui occasio ruinæ, debet eam relinquere, & à se rescindere. Verbi gratia: Si aliquis vadit ad aliquod collegium mulierum causa prædicationis vel consilij dandi: hoc est bonum de genere: tamen si ex hoc percipiat occasionem ruinæ sibi imminentis per ortum alicuius familiaritatis malæ vel tentationis periculosæ, debet illud opus bonum de genere dimittere. Ratio autem subditur.*

3 Expedit enim tibi vt vnum membrorũ. *Prædicto modo, scilicet actum illicitum quamuis delectabilem deserendo. Vel si accipitur pro bono de genere melius est illud dimittere.*

4 Quàm totum corpus. *id est, quàm tota congeries bonorum operum per grauem lapsum pereat occasione illius particularis boni.*

5 Et si dextera. *Sicut dictum est de oculo, sic de manu dupliciter potest intelligi. Vno modo sic: quia si est occasio ruinæ per tactum impudicum, abscindenda est, prohibendo talem actum per voluntatis imperiũ. Alio modo sic: quòd per manum intelligatur bonum opus de genere: quod est relinquendum, si sit occasio ruinæ, sicut si aliquis alicui mulieri det eleemosynam, vt ex hoc contrahat cum ea familiaritatem periculosam, debet primum dimittere, quamuis sit bonum de genere ne perdat maius bonum continentiæ.*

6 Dictum est. *Hic dat intellectum cuiusdam permissi in lege, scilicet de libelli repudij datione, de quo scribitur Deut. 24. a. Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribat libellum repudij, quam dabit in manu illius, & dimittet de domo sua. Credebant autem Iudæi, quòd hoc esset simpliciter licitum, sed hoc est falsum: quia cum secundum totam vitam indiuisibilitas sit de ratione coniunctionis matrimonialis, vt dicetur infrà 19. ideo hoc permittebatur: non quia licitum, sed ad euitandum maius malum, scilicet vxoricidium. Minus enim malum erat quòd vxores dimitterent, quã quòd eas interficerent: & ideo non erat licitum vxorem dimittere, nisi propter fornicationem tunc enim licitum est eam dimittere quantum ad cohabitationem & debiti redditionem: manet tamen vinculum per totam vitam, Et ideo dicit: quod si di-*

MORALITER.

1 *Quod si oculus.* Iste est consiliarius: Manus dextera est specialis amicus, qui debent a se præscindi, si sint in periculum scandali.

2 *Quicunque dimiserit vxorem.* Vxor nullo modo dimittenda est

deorum descendens sapientia de qua dicitur Sap.8.a. *Hanc quæsiui mihi sponsam assumere.* Multi tamen dant sibi libellum repudij, & assumunt sibi sapientiam mundanam, quæ *terrena est, animalis, & diabolica, vt dicitur* Iacobi 3.d. *Reddes*

☞ CHRYSOSTOMVS. Permisit Moyses dari libellũ repudij, ne propter odium funderetur sanguis. Permisit fieri mala, ne fierent peiora: & hoc permittendo non Dei iustitiam demonstrauit, sed à peccato abstulit culpam peccandi, vt quasi secũdũ legem agentibus peccatum, non videatur esse peccatum. Si ergo permissum est repudium, malum quidem, tamen licitum. Hac ratione apostoli præceperunt secũdas nuptias propter incontinẽtiam hominum. Permisit non præcepit. Quod permittimus nolentes præcipimus: quia malas hominũ voluntates ad plenum prohibere non possumus.

Hom. 12. in Match.

† Adulteriũ committit.

a *Causa fornicationis*. Quia in hoc fides castitatis & connubij rumpitur: & ille non facit eam mœchari, sed ipsa causa est reatus sui. Si autem pro fornicatione dimitit, à fornicatione debet esse immunis, nec aliam ducere licet dum illa viuit.

Fornicationis causa. Fœminæ, quæ fornicata est, vel viri ne fornicetur scilicet si vxor cogat ad idololatriam, vel ad auaritiã: vel ad alias illicitas concupiscentias. Non enim fornicatio est tãtum stupri, sed generaliter quæ à lege Dei aberrare facit.

causa fornicationis, eam mœchari facit: & qui dimissam duxerit, † adulterat. Iterum audistis: quia dictum est antiquis: † Non periurabis: reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis: non iurare omnino: neque per cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellũ est pedum eius, neque per Hierosolymam, quia ciuitas est regis magni. Neque per

a ¶ Quia debet manere innupta, vel viro reconciliari. b ¶ Item in hoc non solũ, sed suppleo legem.

a ¶ Longe facio à periurio, dum iurare prohibeo.

¶ Sermo fidelis pro iuramento debet haberi. ¶ Iustum.

¶ Et ita in eum Deum iuras. b ¶ Per peccatorem.

a ¶ Quando iuras per eam, non propter eam: sed quia culturæ Dei deputata est.

beri, quàm creaturis. Christus vero omnino iurare prohibet. i. ne quis quasi bonũ appetat iusiurandũ, & assiduitate iurandi labatur in periurium: iurat enim Paulus dum Deum testem facit, non quod bonum sit iurare, sed quod necessarium, dum nisi iuretur, homines sunt pigri credere, quod est eis vtile.

Rom. 9. a.

Qui non iurat peierare non potest: sicut qui nõ loquitur, non potest mentiri.

d *Ego au.* Docet nil tam vile in creaturis quod quis pejerare debeat, dum à summo vsque ad imũ iuramentum vetat. i. à cœlo vsque ad capillum. In Deum pejerare conuincitur, cuius thronus est cælum, & cuius est quidquid est. In cœlo dicitur Deus sedere, terràq; calcare, non quod habeat mẽbra sic locata, sed quia in corpore mũdi maxima species est cæli minima terræ. Dicitur sedere quasi excellẽtiori præsentior pulchritũdini: minimam iudicet, & ordinet in infimis. Sedes enim Dei iudiciũ significat Mysticè. Cælum, est anima iusti, terra, peccatoris. *Et quia spiritualis omnia iudicat, & à nemine iudicatur*, sedere dicitur. Peccator, quia per iustitiam in infimis ordinatur, & sub lege ponitur, scabellum pedum dicitur.

Adulterij mittatur.

† Le. 19. c. 22. q. 1. c. habenda. & c. si peccatum.

Mysticè.

1. Cor. 2. d.

Hom. 17. in Match. b *Et qui, &c.* CHRYSOS. Non dicas quoniam vir suus eam dimisit, quia etiam postquam dimissa est, remanet dimittentis vxor.

li. de monogamia. ✠ TERTVLLIANVS. Adulteratur quia viuam carnẽ sibi immiscet super viuam pristinam, quam Deus aut coniunxit in duos aut coniunctam deprehendit. Ideoque abstulit repudium quod ab initio non fuit, vt quod ab initiò non fuit, muniat duorum in vnã carnem perseuerantiam, ne necessitas vel occasio tertiæ concarnationis irrumpat, soli causæ permittens repudium, si fortè præuenerit cui præcauetur.

Hom. 17. operis imperfe. ✠ CHRYSOS. Ille qui dimisit vxorem suam, si alteram duxerit, tunc se constituit criminis reum, qui adulteram fecit ex coniuge: hic verò accipiendo alienam, adulter effectus est.

Epistola ad Amandum. ✠ HIERON. Quamdiu viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet omnibus vitijs coopertus: & ab vxore propter hęc scelera derelictus, maritus, eius reputatur, cui alterum virum accipere non licet.

Per quæ iurandum. c *Reddes autem.* Si iurare contigerit: per creatorem iurabis: nõ per creaturam. Hoc enim per quod iurat quilibet veneratur: hoc amat hoc timet. ideo lex præcipit vt non iuretur nisi per Deum. Iudei enim per angelos & Ierusalem, & elementa iurantes, creaturas venerabantur honore Dei. Sicut ergo victimas Deo immolabant, ne eas idolis immolarent, sic paruulis concessum est iurare per Deum, non quod rectè hoc fiat: quia melius est hoc Deo exhiberi,

✠ CHRYSOS. Nemo frequenter iurat, qui non aliquando periuret: sicut qui fecit consuetudinem multa loqui, aliquando loquitur importuna.

Hõ. 12. operis imperfe.

✠ AVGVST. Quia verò periurare graue peccatum est, longius autem remotus est à periurio, qui nec iurare consueuit, quàm qui verum iurare procliuis est, maluit nos dominus non iurantes: non recedere à vero, quàm verum iurantes appropinquare periurio.

li. 19 cõt. Faust. c. 23.

e *Per cælum.* Illi vel cælum plus aliquid suspicabantur, vel per illud iurantes non putabant se iuramento teneri: ideo sententiam sic temperat, vt & cælum creatura Dei credatur, nõ plus aliquid: & quia thronus eius est periurium timeatur. Sic & de terra, quia scabellum pedum eius. Qui ergo per creaturam iurat, illi debet iuramentum qui eam creauit & regit, nec alij rectè putatur reddi.

Non iuremus per creaturas vt veneremur eas vltra quã debemus per eas, vt viles existimemus, vt scilicet cum per eas iuremus nihil iurare putemus.

f *Neque per terram.* Alij per salutem Pharaonis, qui Dei iudicio positus est in infimis. *Non est potestas nisi à Deo*: & in hoc Deum iuras.

Gen. 42. ca. Rom. 13. a.

g *Neque.* Quod nõ est tuum opus sed Dei: & ita in minimis Deum iurando periurium incurrere potes.

Qui per caput iurat, illi debet cui⁹ figura & potestas in eo manet.

☞ a *Quia*

NICOLAVS DE LIRA.

missa nubat alteri committit adulterium: & similiter qui eã duxerit.

Iudæorum error de iuramẽti licito & illiciti obseruatione.

1 Iterum. *Hic dat intellectum cuiusdam præcepti primæ tabulæ, quo prohibetur perjurium. Circa autem hoc errabant Iudæi credentes, quod solum iuramentum mendax esset prohibitum, & quod iuramentum illicitum esset seruandum, sicut Act. 23. e. dicitur, quod quidam Iudæi iurauerunt inter se interficere Paulum antequam comederent vel biberent, & credebant se teneri ad impletionem iuramenti. vnde Iudicum 11. a. Iephte ex promissione Domino facta immolauit filiam suam. vbi dicunt communiter doctores, quod non placuit Deo. Ex quo patet quod iuramentum vel votum de illicito factum, non est obligatorium. Similiter iuramentum incautum quod fit sine necessitate credebant esse licitum, immo etiam per se bonum: propter hoc quod scribitur Deu. 6. c.* Dominum Deum tuum timebis. *Sequitur. Et per nomen illius iurabis sed hoc patet esse falsum: quia nomen tantę sanctitatis accipere sine causa importat irreuerentiam diuini nominis. Quod autem dicitur Deu. 6 b.* Per nomen illius iurabis: *non est dictum propter hoc quod consuetudo iurandi sit licita sine necessitate, vt ipsi dicebant: sed ad excludendam iurationem per idola. vt ibidem dicitur, qua in nullo casu est licita. q. d. si occurrat necessitas iurandi: tunc iurabis per nomen Dei, & non per nomen idoli: propter quod dicit saluator.*

2 Ego

2 Ego autem &c. *i. ex quacunque causa: quia hæc est incauta iuratio. Per hoc tamen non excluditur iuratio in necessitate: quia negatio ibi præponitur signo vniuersali affirmatiuo quod æquipollet suo contradictorio, postposita quidem æquipollet suo contrario vt de. Non omnis, valet quidam non, omnis non, valet nullus. Hic autem non dicitur: omnino non iurare: quia esset sensus, quod in nullo casu esset iurandũ, quod est falsum: quia quilibet tenetur superiori requirenti per iuramentum dicere veritatem, aliter periret veritas iustitiæ in multis: Sed dicitur hic.*

3 Non iurare omnino. *Et ideo non est sensus quod in nullo casu esset iurandum: sed quandocunque deest necessitas Non ergo excluditur omne iuramentum, vt visum est, sed excluditur iuramentum incautum. Et quia non solum incautè iurare per nomen Domini est illicitum, sed etiã iurare per creaturas eidem modo est illicitum, inquantum in eos relucet virtus diuina. Ideo subdit.*

4 Neque per cælum. *i. principaliter ibi relucet gloria Dei.*

5 Neque per terram. *i. infima creatura. sicut scabellum est inferior pars sedis.*

6 Neque per Ierosolymam. *i. ipsius Dei tui est regnum, ad cuius cultum erat deputata ciuitas Ierosolyma.*

7 Neque. *quia scilicet est opus diuinum, non tuum:* Quod probat dicẽs.

☞ 1 Quia

MORALITER.

† *Reddes autem.* Iuramento verò debitè facto concurrentibus comitibus quæ sunt iustitia, veritas & iudicium, fit Deo reuerentia: Hebr. 6. c. *Homines per maiorem sui iurant.* Et ideo aliqui dixerũt quod

quod iuramentum per Deum erit frequentandum, quod est falsum, quia ex tali frequentatione acquiritur habitus, quo de facili fit iuramentum illicitum. Ideo subditur.

2 *Ego autem dico, &c.* id est ex omni causa vel modo, sed solum concurrentibus tribus præmissis.

† *Oculum.*

a ¶ Quamuis ad te nihil magis videatur pertinere. b ¶ Quomodo nostrum est qui potestatem faciendi vel commutandi non habemus.

caput tuum iuraueris: quia non potes vnū capillum album facere aut nigrū † Sit autem sermo vester, est est, non non: quod autem his abundantius est, à malo est. Audistis quia dictum est: † oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo. † Sed si quis te † percusserit in dexteram maxillam: præbe illi & alteram

¶ Qui iurare prohibuit loqui docet. ¶ Quando necessitas non cogit.
a ¶ De re quæ est. b ¶ De re quæ non est.
a ¶ Quia aliquando necesse est iurare & Paulus iurat licet à malo fiat. b ¶ Neque hic legem soluo.
a ¶ Scilicet reddet. b ¶ In lege retributio.
a ¶ Gratia in euangelio. b ¶ Quod agitur spiritu mansuetudinis. ¶ Non peccato, sed temporali De quo subdit. Si quis te percusserit. c ¶ Disputando.
a ¶ Conscientiam, quæ secundum Deum est culpando, quod in nobis præcipuum est. ¶ Tuam. b ¶ Non offerendo, sed non resistendo. c ¶ Totum corpus ad affligendum.

A a *Quia non, &c.* Hæc prædicta cum sint ardua & difficilia, nemo sine spiritu fortitudinis seruat. Compellit ad perfectionem, dum tollit iurandi occasionem.

lib. de habitu mulie- bri.

✠ CYPRIANVS. Dominus tuus dicit, *Non potes capillum vnum album facere aut nigrum*, & tu ad viuendum, domini voce vis te esse potiorem, audaci conatu, & sacrilego contemptu? Crines tuos inficis: malo præsagio futurorum, capillos iam flammeos auspicaris.

† Etiam etiam. 1 Co. 10. d.

b *Est, est, non, non.* Ideo bis dicit, vt quod ore dicis, operibus probes. Quod verbis negas, factis non comprobes vel confirmes.

† vltra hæc adiungitur. † Exo 21. c.

Non penitus iurare prohibuit, sed occasione periurij: Quod perfectius est docuit ostendens quod vlterius est à malo esse. Apostolus iurat, vt fidem persuadeat: ecclesia etiam pro fœdere pacis ac fidei suos iurare concedit. Sed Christus quod perfectius est docuit, quod infirmitatis indulsit, quod superstitiosum resecauit.

† Luc. 6. d. 23. q. 1. c. 1. B

Veritas euangelij iuramentum non recipit, sed alterius infirmitas id cogit, dū veritati non credit.

c *A malo est.* Non quidem malum, quia & si non bonum, tamen necessarium, sed à malo est, non tuo sed illius à quo cogeris iurare: id est ab infirmitate illius quæ malum est.

Lex vltionē instituit.

d *Audistis.* AVGVST. Lex modum vltionis instituit: oculū pro oculo. Quod si dici potest iniustorum iustitia est, non quia iniqua est vltio quam lex statuit: sed quia vitiosa est libido vlciscēdi: magisque ad iudicem pertinet hoc inter homines discernere, quàm bonum hominem sibi expetere. hic enim redderet malum pro malo. Iudex non: sed pro dilectione iustitiæ, iustum pro iniusto, quod est bonum pro malo, quod etiam iudex facit.

Quod dicit, *oculum pro oculo dentem pro dente:* non alterum vult tollere sed vtrumque conseruare, dum minatur talionem. Quam etiam cum modo facit. vt iniuriam vindicta non transeat: & hæc C est pacis inchoatio, & quasi iustitiæ inceptio.

Perfecta pax.

Perfecta pax est nullam velle vindictam, quam facit gratia euangelij quę iubet non tantum nihil mali reddi, sed nec resisti: vt sustineatur, bonumque rependatur.

infra 11. d. Psal. 7 a. Thren. 3. d.

e *Non resistere.* Iustitia legis, rudes instruit in initio iustitiæ id, est, non plus quàm est illatum reddere. Iustitia euangelij (quæ ducit homines ad regnum) est non resistere malo. *Non resistere.* vt ipse idem: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Et Dauid: *Si reddidi retribuentibus mihi mala.* Iere. *Et maxillam dedi per.* Ecce idem dominus legis & euangelij.

Malū temporale fit tripliciter. Hom. 18. in Matth.

Malum temporale dicit, quod tribus modis fit. Cruciatu corporum de quo dicit: *Si quis te percusserit.* Damno rerum. vnde ait: *Et ei qui vult tecum, &c.* Angarijs operum, vnde ait. *Et quicunque angariauerit te, &c.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit, non resistere fratri, sed malo, ostendens, quòd illo vtique instigante talia perpetretur. Quid igitur? Non oportet nos resistere malo? Oportet quidem, sed nō hoc modo, verum eo quo præcepit: vt s. nos ad iniurias sustinendas præbeamus, sic enim illum profectò superabimus. Nec enim aliquando ignis igne, sed aqua vtique ignis extinguitur. D

in apolog. c. 36. & 37.

✠ TERTVLLIANVS. Malè velle, malefacere, maledicere, malè cogitare de quoquā ex æquo vetamur. Cui bello nō idonei non prōpti fuissemus etiam impares copijs, qui tam libenter trucidamur? Potuim⁹ & inermes, nec rebelles, sed tantummodo discordes, solius diuortij inuidia aduersus vos dimicasse. Si enim tanta vis hominum, in aliquem orbis remoti sinū abrupissemus à vobis suffudisset vtique dānationem vestram tot qualiumcunque amissio ciuium, imo etiam & ipsa destitutione punisset.

† Iaco. 5. c. 22. q. 1. c. ita ergo. & c. si peccatum & q. 5. c. si. De elect. c. significasti. De iureiur. c. & si Christus. † Alapa ceciderit.

f *Præbe illi.* Non tantum non repercutias, sed si vult alteram ferire patienter feras. hoc de iniuria corporis. De necessarijs autem si perdideris vnum, sine tolli & reliquum: Quid ergo de superfluis.

E Il. de mendacio. c. 15.

✠ AVGVSTIN. Valeant exēpla intelligendarum scripturarū, velut cum legimus in euangelio, accepisti alapam, para & alterā maxillā. Exemplū enim patiētiæ, nullū excellētius quā domini. At cum ipse alapa percussus esset, non ait. Eccę altera maxilla, sed ait, si malè dixi, exprobra de malo. si autem bene, cur me cædis?

Hom. 12. operis imperf.

g *Alteram.* CHRYSOS. Primū indigna res est, vt homo fidelis stet in iudicio ante conspectū iudicis infidelis. Nā & si infidelis nō est, certe secularis est. Et qui te venerari debuerat propter dignitatē fidei, iudicat te propter necessitatē causæ, & perdes dignitatē Christi, propter negotiū mūdi. Deinde propter lucē necesse est, vt corā eo te abijcias. Demū omne judiciū, irritatio cordis est & cogitationū malarū. Si semel in iudiciū ingressus fueris, non iā desideras vt veritas causæ appareat, sed vt quocūq; modo victor existas. *Et quicunque. &c.* Hoc non tā pedibus quā parato animo.

Historialiter enim hæc nec in Iesu nec in sanctis inuenimus, sed si quis cogit te seruire & solatium sibi impendere, cōpassionis affectu paratus esto multò plus impendere. Ita docet verus medicus, quos ad salutem ægrotorum dirigit mansuetè tolerare, quod illi intulerint ex infirmitate. Et tria ponit. Quia in hoc numero notatur perfectio: vt qui hoc impleuerit perfectam iustitiam se habere nouerit. Nec in his vindicta prohibetur quæ fit ad correctionem, quæ & ipsa pertinet ad misericordiam, nec impedit propositum mansuetudinis. Sed hoc non conceditur, nisi ei cui potestas ordine data est & sine ira, vt pater in filium. F

Mystice.

MYSTICE. Hęreticus disputādo si dextrū dogma vulnerauerit, præbe ei & alterā dexterā, Iustus n. nō habet sinistrā, i. oppone ei aliud de scripturis testimoniū. Et tādiu dexteras para, donec lacessat vel si quis contemnit in nobilitatē Dei, quod Christianus es, qui est dextera, tolerabilius sit tibi contemni nobilitatē sęculi, quę est sinistra, alteram dicit non sinistram, sed alteram dexterā, quia iustus totus dexter est. Sicut de Ajoth legitur vtraque manu pro dextera vsus est: dum interior & exterior virtus Deo offertur.

Iudic. 3. b.

a *Et ei*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia non. *vult dicere in omnibus istis, quod sicut per Deum non est iurandum incautè, & sine necessitate, ita nec per creaturas: quia cum quęlibet creatura sit opus diuinum qui iurat per creaturam, iurat per Deum, Sequitur.*

2 Sit autem. *simpliciter affirmando veritatem, & negando falsitatem. & patet quod loquitur in communi modo loquendi inter homines, Per hoc quod dicit:* Sermo, &c. *Secus autem est in casu vbi requiritur veritas à superiori per iuramentum. Quod autem subditur.*

3 Quod au. *quia est ibi malum culpę, vel ex parte iurantis, quando iurat sine necessitate, vt dictum est. Si autem iuret in necessitate requisitus, tunc semper est ibi malum pœnæ à parte requirentis: quia ex infirmitate humana quæ est quedam pœna generi humano inflicta, procedit quòd homines non credunt sibi mutuo simplici verbo absque iuramento. Similiter ex parte requirentis aliquando est ibi malum culpę quando s. requirit iuramentum sine necessitate.*

4 Audistis. *Hic consequenter ponit intellectum cuiusdam precepti iudicialis: errabant enim ibidem Iudæi credentes quod vindicta esset propter se appetenda. hoc est falsum, quia velle pœnam alicuius absolutè, non potest habere rationem boni: sed solum in quantum appetitur propter aliud, s. propter ordinem iustitiæ seruandum, vel propter illius correptionem qui deliquit, vel propter terrorem aliorum: vt videntes talem puniri à malis coerceantur: vel propter aliquod huiusmodi. Vbi ergo nullum bonum tale ex pœna alicuius æstimatur euenire, sed magis timetur de scandalo vel de maiori malo suscitando: tunc tenetur homo desistere a vindicta quærenda: & hoc est necessitatis. Si autem citra talem causam desistat à vindicta quærenda: est supererogationis. Et quantum ad vtrumque dicit.*

5 Ego au. *Istud non resistere in aliquo casu est præceptum & in aliquo consilium, vt visum est: & aliquando non resistere esset malum, quando, s. per hoc daretur audacia malis hominibus simplices opprimendi: & potest eorum malitiæ sine periculo occurri.*

6 Sed si quis. *Loquitur in illo casu in quo ex resistentia surgeret maius malum, tunc debet habere animum præparatum ad sustinendum maius malum sibi illatum, quam quod ex resistentia sua suscitaret maius scandalum & maius malum. Exemplum habemus in hoc quod ecclesia non repetit decimas in terris in quibus non consueuerunt dari, propter scandalum euitandum. vnde prælegit læsionem talis damni, ad euitandum periculum maioris mali: & si hoc facit ecclesia, multò fortius debet hoc facere vna singularis persona. Et eodem modo intelligendum est quod sequitur.* Et ei qui vult tecum in iudicio contendere. *Similiter aliud verbum quod sequitur.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† *Oculum, &c.* Secundum Dei iudicium pro oculo corporis impudicè respiciente excæcabitur oculus mētis in tenebris gehēnæ. Pro dente verò detractoris mordente reddetur dēs serpentis antiqui crucians æternaliter in loco inferni.

6 *Sed si quis,* Hierony. Iusti nihil habent sinistrum. Est ergo sensus moralis. Si hæreticus te per vnam auctoritatem sacrę scripturę impugnauerit, obijce ei aliam vnde confusus sit.

† *Et ei*

...Consilium est antequam contendas. Licet quidem in... repetere, sed non contendere: Lucas econuerso, qui au... ...m etiam tunicam, noli prohibere. Quod non de his so... ...omnibus temporalibus faciendum est.

...unicam tuam. Vel tunica, est anima quam si quis perdere voluerit, dimittat pallium, id est corpus ad martyrium. Spiritualiter, doctor tunicam tollit, cum interiora vitia facit confiteri, vt est inuidia, superbia, & huiusmodi. Ille addit: *Et pallium*: qui & exteriora vt furtum & fornicationem non erubescit confiteri.

c *Mille passus*. Hoc est iter sabbati, quo designatur perfectio spiritualis: quia non licet in sabbato seruile opus facere.

B d *Alia duo*. Vadit & alia duo qui dum corpore tantum in seruitutem redigitur, spiritu & anima id est ratione & voluntate redigi est paratus.

e *Da ei*. Quæ honestè & iustè possunt dari. Si deest facultas, da affectum verbo vel obsequio. *Da ei*. Ita, sc. vt nec tibi noceat, nec alijs: pensanda est enim iustitia. Ita enim omni petenti dabis, & si non id quod petit, sed melius cum iniustè petentem correxeris.

...q.1.c.2. — †11.q.1.ca. — † Captientem mutuu accipere ne auerteris.

a † Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium †. Et quicunque te † angariauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. Qui petit à te, da ei: & † volenti mutuare à te, ne auertaris. Audistis quia dictum est †: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & † ca-

[Interlinear: a ¶ Altercationis. a ¶ Vestem interiorem. b ¶ Spiritu fortitudinis. a ¶ Exterius. b ¶ Non solum tua sine altercatione, sed teipsum ei præbe. a ¶ Vt sis paratus non tam pede quàm animo. b ¶ Quia parum est omnia tolerare, nisi des beneficium, addit. a ¶ Rem, vel correptionem. ¶ Quia, Iucundus homo qui miseretur & commodat. ... po. fer. suos in iudi. quia in æternum non commouebitur. a ¶ Beneficium quod inchoantis iustitiæ est. a ¶ Maleuolum, quod est infirmis permissum, non præceptum. a ¶ Quod perfectum est non impossibile b ¶ Non solum non odiatis. ¶ Hæc est latitudo consummatæ charitatis. ¶ Non tamen vitia. c ¶ Vitia odio, natura dilectioni est habenda.]

cruciatu corporis. Ecclesia econtra diligit, benefacit, orat. Hoc est nouum mandatum, hoc de filijs iræ facit filios Dei vnde sequitur: *Vt sitis filij*. Adoptio filiorum sola charitate acquiritur.

✠ Tertullianus. Amicos diligere, omnium est, inimicos autem solorum est Christianorum.

✠ Augustinus. Præcepta euangelica de dilectione inimicorum, & misericordia impendenda proximis, eatenus intelligenda sunt, nō vt peccati relaxetur impunitas, sed vt delinquenti correctio & naturæ ministretur subsidium: donec per sententiam iudicis, adempta spe correctionis, malorum tollatur exercitium.

✠ Idem. Sed dicet aliquis quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impium Deus tuus, qui nunquam fuit impius. Tu autem etiamsi iam non es impius, fuisti tamen aliquando, quia nemo fit iustus nisi ex peccatore.

✠ Hilarius. Religiosum est odium quo quis oderit inimicos Dei.

✠ Hieronymus. Iniuriam meam patienter fero, iniuriam autem Dei ferre non possum.

D Ecclesia tribus modis impugnatur li. ad scopulam. li. 2. contra epist. Parmeni. Dilectio inimicorū non aduersatur pœnæ à iudicio inflictæ. † adegerit miliarium vnum. E sermone 6. de tēpore. † Leu. 19 d. in Psal. 138. aduersus Vigilantiū. † offenduntibus.

k *Benefacite* Ministrando cibum mentis vel corporis. Quod facit etiam qui dicit cum huiusmodi nec cibum sumere. Omnia enim ea spectant, vt fratres fiant. Singulis singula opponuntur, vt omnes partes malitiæ bonitate vincantur. Videntur contra esse imprecationes prophetarum quæ non dicuntur voto optantium, sed spiritu præuidentium.

l *Orate pro*. Aug. Non ait hoc pro fratribus in quibus sunt aliquando peccata persequutione inimicorum grauiora. vnde cum Iohannes dixisset: *Si quis scit fratrem suum peccare non ad mortem, oret & dabit Deus illi vitam*: subdit: *Est autem peccatum ad mortem non pro illo dico, vt roget quis*. Vbi apertè ostenditur quosdam fratres esse pro quibus orare non iubemur. Peccatum ad mortem est, cum post agnitionem Dei per gratiam Christi oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est Deo, inuidiæ facibus agitatur, quod fortasse est peccatum in spiritum sanctum. Peccatum non ad mortem, est si quis non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita per aliquam animi infirmitatem non exhibuit.

1. Cor. 5. d — F — lib. 1 de ser mo. do. in mōte c. 47. — Peccatum ad mortem — Peccatum nōd ad mortem.

C f *Et volenti*. Duo genera præstandi complectitur. Vel enim beniuole damus, vel reddituro cōmodamus. Et quandoque qui donat, non vult commodare, quasi nihil mercedis in eo sit cum rem acceptam debitor persoluit. Sed verè ille qui etiam hoc iubet, retribuit. Dicit ergo: *Ne auertaris*. i. nec alienes voluntatem tuam. *Hilarem enim datorem diligit Deus*, sic & spiritualis doctor verbi diuini fœnus auditoribus debet accommodare, vt boni operis retributionem ab illis possit accipere, & à Deo mercedem sperare.

g *Audistis*. Qui legem implere venit, in fine ad charitatem plenam perducit, quæ est impletio legis.

✠ Leo Ponti. proximi nomine, non tantùm diligendi sunt qui nobis amicitia & propinquitate iunguntur, sed omnes homines cum quibus nobis natura communis est, siue illi hostes sint, siue socij, siue liberi, siue serui.

h *Odio habebis*. Forsitan intelligēdum est iuxta hoc quod supra. *Oculum pro oculo, &c.* Vel subtrahendo officia humanitatis.

i. *Diligite*. Contra ecclesiā pugnatur tribus modis: odio, verbis, crucia-

Duo genera præstandi genera. — 2 Cor. 9. b — Iuiurio corpore legis nō est sempiternum hoc sed separatio iudæorū est. Sermone 1. de ieiunio decimi mensis.

¶ Vnde

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quicunque. *In casu autem vbi non occurrit tale malum, sic sustinere non est necessitatis, sed aliquando est supererogationis: & in aliquo casu esset malum, vt prædictis est determinatum.*

2 Qui petit. *Semper enim petenti dandum est, quia dari debet res vel verbum, secundū quòd dicit Aug. quia si iustè petit, non debet sibi denegari quod petit: Si autem irrationabiliter petit: dandum est verbum, docendo eū de irrationabilitate suæ petitionis. Doctrina enim est quoddam donum bonum. vnde Aug. exponens hoc verbum, dicit: Tunc enim melius aliquid dabis, cum iniustè petentem correxeris. Et eodem modo exponitur quod subditur.*

3 Et volenti. *Mutuando si rationabiliter petit. vel rationem reddendo si irrationabiliter petit.*

4 Audistis. *Hic dat intellectum præcepti de dilectione proximi: super quod fundatur lex inquantum ordinat ad proximum: quia in præcepto charitatis tota lex pendet & prophetæ. In hoc Iudæi errabant. Ex hoc enim quod præceptum est. Leuit. 19. d.* Diliges amicum tuum sicut teipsum. *arguebant odire inimicum, sed hoc est falsum: quia omnis homo ex charitate diligendus est, inquantum ad imaginem Dei creatus est: & capax ipsius per cognitionem & amorem. Amicitia enim charitatis fundatur super communicationem supernæ beatitudinis, & ideo omnis creatura intellectualis quæ in actu vel potentia est beata, est ex charitate diligenda. Mali autem homines quamdiu sunt in potentia veniendi ad beatitudinem: & ideo licet eorum malitia sit odienda, ipsa tamen natura possibilis beatificari est diligenda. Et hoc est quod dicit Saluator.*

5 Diligite, *bona scilicet gratiæ & gloriæ eis optando. Alia verò non sunt eis optanda, nisi in quadam generalitate, inquantum valent ad eorum salutem: quod soli Deo est notum: quia omnibus alijs potest homo bene vel malè vti & ideo circa hoc non est determinatè aliquid petendum. Sequitur.*

6 Benefacite. *Benefacere est effectus dilectionis & ideo sicut tenemur diligere inimicos quantum ad bona gratiæ & gloriæ, ita tenemur in effectu salutem eorum modo debito & possibili procurare.*

7 Et orate. *optando scilicet eis bona gratiæ & gloriæ. Alia autem bona in speciali optare vel facere, non est necessitatis, sed supererogationis. Ad prædicta autem facienda etiam inimicis, hortatur nos exemplo Dei.*

MORALITER.

† *Et ei qui vult.* Ioseph in manibus Ægyptiæ dimisit pallium, ne tunicam amitteret castitatis, quæ cingulo constringitur austeritatis.

1 *Et quicunque.* Moraliter, in via Dei proficisci primò est angariosum: sed per assuefactionem & Dei auxilium leue fit & gaudiosum, ita quòd tunc homo plus facit quàm sit ab eo requisitum: Et quia non solum oportet bene pati, sed etiam bene agere. Subditur.

2 *Qui petit.* Quod exponit Augustinus dicens: Donum si petit, id quod potest & debet dare, vel verbum te excusando, si aliter petit, & tunc ei aliquid melius dabis, cum petentem iniustè correxeris. Vel aliter potest intelligi de scientia quæ non est petenti deneganda: quoniam auarum dedignatur possessorem & in alios translata crescit.

4 *Diliges*, Secundum Aug. Inimicus iste diabolus intelligendus est, qui præcisus est totaliter à Dei consortio & sanctorum. Homo viator quantumcunque malus potest ad Deum reuerti, ideo diligendus est ex charitate. Propter quod subditur.

5 *Diligite.* Et quoniam valde difficile est in bonis operibus patenter factis vanam gloriam totaliter euitare, ideo subditur: *Attendite, &c.*

A Vnde Christus ait: *Pater ignosce illis: non enim sciunt quid faciunt.* Nondum enim gratiæ spiritussancti participes, societatem inierant fraternitatis. Hæc differentia à Iuda Petrum negantem diuidit, non quia non sit ignoscendum peccatori, sed quia tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit: etiamsi peccatū suum mala conscientia agnoscere & enumerare cogatur: vt Iudas cum dixit: *Peccaui* facilius desperās cucurrit ad laqueum, quàm humilitate veniam petijt: Quod propter magnitudinem peccati iam ex damnatione peccati tales habere credendum est: & huic pœnitentiæ non ignoscit Deus: cum etsi peccasse fateantur, & fecisse mala vehementer eos pœniteat, tamen huiusmodi affectiones mentis habent vt se non humilient ad petendam veniam.

Luc. 23 c.
infra. 27. b
† 28. d. c. fi. De pœ. dis. 3 c. in antū. De consf. d. 4. cap. nec quęquam.
† Luc. 6. c.
Peccatum nō ad mortem. 1. Ioh. 5. c.

B Mouere autem potest, quod Iohānes in epistola de dilectione Dei & proximi tantū monere videtur, vt fratres diligamus, cum dominus dicat & pro inimicis orādum. Sed fratres intelliguntur non solum qui iam credunt, sed qui credituri sunt, pro quibus orandum est, vt fraterno fœdere nobis socientur.

† 23. q. 3. c. fex.

C ✠ AVGVSTIN. At legimus in Apocalypsi martyres orare vt vindicētur. Sed hinc non oportet moueri. Quis enim audeat affirmare, cum illi sancti candidati se vindicari petierint, vtrum contra ipsos homines, an contra regnum peccati petierint. Nam ipsa est syncera & plena iustitiæ, & misericordiæ vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati, quo regnante tanta perpessi sunt. Destruitur autem peccati regnum, partim correctione hominum, vt spiritui caro subijciatur, partim damnatione perseuerantium in peccato, vt ita iustitia

lib. 1 de sermone domini in mōte. c. 43.

a ¶ Non enim natura sumus, sed gratia. ¶ Re quod iam es in spe. ¶ Vt dignitatem suam hæredes intelligant.

b lumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri

a ¶ Qui similiter facit. b ¶ Id est in sanctis electis. c ¶ Hoc exemplum pietatis est, quamuis & spiritualiter possit accipi d ¶ Iustitiæ. vnde dicitur. Vobis orietur sol iustitiæ, vel hunc visibilem.

c qui in cœlis est †, qui solem suum oriri facit 1

a ¶ Beniuolos & malignos. b ¶ Imbrem doctrinæ vel pluuiam vt terra fru.

super bonos & malos, & pluit super iustos

a ¶ Amare amantem naturæ est inimicum charitatis.

& iniustos †. Si enim diligitis eos qui vos di-

a ¶ Ex dilectione, in cælo nullam, & sic hic, de his enim potest dici: Recepistis mercedem vestram. ¶ Nullam. Merces filiorum sola adoptio est.

ligunt, quam mercedem habebitis? Nonne

a ¶ Qui publica vectigalia exigunt vel publica negocia sæculi & lucra sectantur. b ¶ Salutatio est quadam species orationis.

& publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis

d a ¶ In hoc non plus facitis, quàm gentiles ex humano affectu hoc facientes.

e fratres vestros tantum, quid amplius facitis?

a ¶ Gentiles quales geniti sunt. ethnos Græcè, Latinè gens. b ¶ Vt filij patris esse mereamini.

† Nonne & ethnici hoc faciunt? Estote er- 2

a ¶ Ecce ad quod culmen prouehit suos ¶ Secundum modum hominum vt quæratis prodesse inimicis. b ¶ Imitatione non æqualitate. c ¶ Tota trinitas hic intelligitur per patrem. ¶ Adoptionis. ¶ Per gratiam.

go vos perfecti, sicut & pater vester † cœle- 3

a ¶ Secundum quod Deus per naturam.

stis perfectus est.

D ordinentur, vt iusti: cùm Christo regnantibus molesti esse non possint.

a *Filij*. non degeneres. quasi diceret: Accepta potestate operibus agite vt sitis filij renascendo per charitatem. 1 Ioh. 3.

b *Patris*. Iam dicitur pater. Videre vt sitis filij renati ex Deo qui est charitas.

c *Qui solem*. hunc visibilem. Nā inquiunt in libro Salomonis, *Sol iustitię non illuxit nobis*. Et de pluuia doctrinæ propheta dicit: *Super vnam ciuitatem pluit, & non super alteram. Solem suum &c.* Quasi dicat. Quem fecit, cuius propriè sunt omnia quæ de nihilo creauit. Quid ergo nos faciemus de hisquæ de munere eius accepimus?

Sapien. 5 b.
Amos 4.

E d *Publicani*. Exactores Romanorū quos Iudæi sic vocant, quia de republica curam gerebant. dicuntur & nomen traxisse à Publio Romano, rege, qui prius eos ordinauit.

e *Et si salutaueritis*. Si pro his tantum oraueritis, quia aliqua affinitate vobis sint coniuncti, quid amplius habet beneficium vestrū quàm infidelium? Oportet fratres diligere, & humiliter salutare: sed parum est.

F f *Perfecti*. in charitate Dei & proximi. Cumulus perfectionis diligere etiam inimicos, & orare pro illis, sicut & Christus fecit.

† qui in cælis est.

✠ CLEMENS ALEXAND. Deum oportet imitari quoad eius fieri potest, ab eo qui est cognitione præditus.

✠ GREGORIVS NYSSE. Nulli est natura diuina, nulli potentia, nulli sapientia imitabilis: bonitatis tamen, mansuetudinis iustitięque ac humanitatis diuinæ typos aliquos quomodo effingi posse non inficias iuerim.

li. 4: stromatum, lib. de professione Christiana

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui solem. *Beneficia enim communia non subtrahit malis hominibus, qui tamen ei inquantum in eis est, inimicantur. Arguit etiam hoc exemplo gentilium infidelium, qui suos amicos diligunt, & eis benè faciunt. Si ergo supra ipsos mercedem beatitudinis volumus habere, debemus plus propter Deum facere: dilectionem etiam ad inimicos extendē-do modo prædicto. & hoc est quod concludit in fine.*

2 Esto. *legem. s. euangelicā que est lex amoris, cōseruādo, vt sitis perfecti*

3 Sicut *qui beneficia largi ur etiam malis hominibus: ita quod propter eorum malitiam non deserit beneficentiam circa ipsos: ita nec vos circa inimicos, modo tamen prædicto intelligendo: quia aliquando est necessitatis, aliquando supererogationis.*

ADDITIO I.

In c. 5. vbi dicitur in postil. Prima ergo beatit. dicitur paupertas spiritus.

Circa harum beatitudinum declarationem quædam à sanctis doctoribus traduntur etiam ad sensum literalem pertinentia, quæ videntur ab inuicem discordare. Nam Aug. in lib. de sermone domini in monte, attribuit beatitudines hic enumeratas donis spiritussancti. Ambrosius autem super Lucam, attribuit beatitudines ibi enumeratas quatuor virtutib. cardinalibus, & sic beatitudines huiusmodi distinguerētur à virtutibus seu à donis, quod videtur inconueniens: cum quædam enumerantur inter beatitudines quæ nec sunt virtutes nec dona, sicut paupertas & luctus. S. Tho. verò in 2. art. 1. in cor. q. sanctorum sententiis concordans, concludit beatitudines distingui à donis & virtutibus. Non sicut alij habitus distincti ab eis, sed sicut actus distinguuntur ab habitibus. Et quia dona spiritussancti eminentiora sunt virtutibus cardinalibus, idcirco Ambrosius exponens beatitudines turbis propositas, attribuit eas virtutibus cardinalibus. August. autem exponens beatitudines discipulis propositas in monte, tanquam perfectioribus attribuit eas donis spiritussancti. Consequenter circa præmia quæ attribuuntur huiusmodi beatitudinibus. videtur inter sanctos aliqua differentia. Ambrosius, enim super Lucam, tenet huiusmodi præmia ad futuram beatitudinem pertinere. Aug. verò in sermone domini, asserit ea ad præsentem pertinere vitam. Chrysostomus vero in suis homilijs quædam dicit ad futuram pertinere vitam, quædam verò ad præsentem. S. Tho. verò q. ea. ar. 2. in cor. q. concordans sanctorum sententias dicit, quòd spes futuræ beatitudinis potest esse in nobis propter duo. Primò propter aliquā præparationem ad futuram beatitudinem per modum meriti. Secundò per quandam inchoationem futuræ beatitudinis imperfectam, vt in viris sanctis etiam in hac vita. Et exemplificando dicit, quod aliter habetur spes fructificationis arboris, cum virescit frondibus, & aliter cùm iam primordia fructuum incipiunt apparere. Vnde in proposito ea quæ ponuntur, tanquam præmia possunt intelligi, vel ipsa beatitudo perfecta: & sic pertinet ad vitam futuram, vel aliqua inchoatio beatitudinis. sicut est in viris sanctis etiam in hac vita: & sic pertinet ad præsentem vitam. Nam regnum cælorum, vt dicit Aug. potest intelligi perfectæ sapientiæ initium, secundum quod incipit in viris sanctis spiritus regnare. Possessio enim terræ significat affectum bonum animæ requiescentis per spem in stabilitate hæreditatis æternæ per terram significatæ. Consolantur etiam in hac vita sancti, sanctum spiritum qui paracletus dicitur, participando. Saturantur etiam in hac vita illo cibo de quo dominus dicit: Cibus meus est, vt faciam voluntatem patris mei. *In hac etiam vita consequuntur homines misericordiam Dei, similiter & purgato oculo mentis per donum intellectus Deus quodammodo per fidem videri potest. Similiter & in hac vita qui motus suos pacificant ad similitudinem Dei accedentes, filij Dei nominantur, tamen hæc omnia perfectius erunt in patria. Hæc & multa alia ad hanc materiam pertinentia, reperies nota. tradita in S. Tho. parte & q. alle.*

ADDITIO. II.

In e. c. vbi dicitur in postil. Beati mundo cor. qm ipsi Deum vide.

Munditia cordis seu purificatio sequitur fidem veram, sicut effectus sequitur suam causam. Primum enim principium purificationis cordis est fides, iuxta illud apostoli Petri: Fide purificans corda eorum. *act. 15. c. Non ergo rectè dicitur, quòd primum conueniens mundis corde est visio Dei ænigmatica per fidem in præsenti, prout ait postillator: in quo etiam videtur variare modum suæ expositionis in hac parte, secundum quem præmia hic promissa referuntur ad aliam vitam tantum. Melius ergo videretur dixisse & magis propriè, quòd mundi corde sunt illi, quorum corda per veram fidem mundantur seu purificantur. Tales enim de occultis & diuinis supra modum communem hominum illustrātur, iuxta illud*: Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi: *Eccl. 3. Quib. conuenienter additur præmium, cum dicitur*: Quoniam ipsi Deum videbunt. *Habitantibus enim talem munditiam per fidem, secundum quam nunc per speculum in ænigmate Deum vident, rectè promittitur visio Dei simpliciter, quæ est facie ad faciem, secūdum autoritatem Apostoli per ipsum alle. 1. ad Cor. 13. Nam sicut munditia oculi corporalis disponit ad clarè videndum, sic munditia oculi intellectualis per fidem ad claram Dei visionem disponit.*

ADDI-

ADDITIO. III.

...icitur in postil. Beati qui persequutionem patiun-

...lla videtur facta mentio in litera circa hanc beatitudinem de ...huiusmodi patientes lætanter sustineant persecutiones. Non e-... Beati qui persecutionem patiuntur *lætanter seu gauden-...* *...lum beatificauit persecutionem patientes propter iustitiam, ...pat... litera. Illud etiam quod sequitur* Gaudete, & exultate, &c. *...rtur ad sequentem beatitudinem in qua dicitur:* Beati eritis, cum ...ledixerint vobis, &c. *Nec etiam ibi dicitur, quod talia tolerēt gaudenter: sed exhortatur eos ad hoc, vt gaudeant. Vnde melius videtur hic dici secundum S. Thomam vbi supra ar. 3. in responsione ad 5. argu. quod octaua beatitudo est firmitas quædam omnium beatitudinū prædictarum, ac si diceret: Beati qui sic firmiter se habent ad prædictos actus beatitudinum, vt ab ipsorum instituta non recedant propter persecutiones. Et ideo in repromittendo præmium huius beatitudinis redit ad caput scilicet quod sicut in prima beatitudine fuit repromissum regnum cœlorum, sic in hac octaua idem repromittit, vt intelligatur huic octauæ beatitudini conuenienter omnia præmia attribui, tanquam omnium aliarum firmitatem habenti.*

ADDITIO IV.

In eo. ca. vbi dicitur in postil. Et ideo primò minor pœna determinatur, cum dicitur: *reus erit concilio.*

In biblijs nostris communiter habetur sic: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. *Et super talem literam videtur fundari glos. ordinaria & sententia sanctorum doctorum de hac materia loquentium. Vnde mirādum est, vnde postillator habuit, vt iste ordo transmutaretur. Imponit enim reum fore concilio ei qui irascitur, & reum fore iudicio ei qui dixerit Racha: quod videtur nullum habere fundamentum in litera. Circa intellectum tamen huius triplicis distinctionis, quam Saluator noster hic posuit: plures sunt & diuersæ, tam sanctorum quàm aliorum exponentium sententiæ, prout in glosis possent haberi: salua tamen semper sanctorum & doctorum reuerentia, iste passus aliter potest exponi. Ad cuius euidentiam sciendū, quod hoc dictum* רקה *Racha est Hebraicum, vt Hieronymus dicit: & idem significat quod vacuus seu vacuū. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo idem dicit quod homo vacuus, quoad cerebrum vel intellectum. & sic (vt Chrysostomus dicit) quantum ad sensum verbi idem est dicere, fatue & Racha. Alio modo potest intelligi de vacuitate seu inopia temporalium facultatum. Et isto modo accipitur Iudic. 11. vbi legitur: Congregatique sunt Iephte viri inopes. Vnde vbi trāslatio nostra habet inopes, Hebraica veritas habet* ריקים *Rechim, quod est plurale huius nominis singularis Racha. Et isto modo intelligendo non est vocabulum contumeliosum. Possibile enim est hominem esse inopem sine aliquo vitio seu culpa sua. Primo autem modo intelligēdo idem est quod stultus seu fatuus, quod est manifeste contumeliosum seu conuitiatiuum. Vnde rectè qui* Racha dixerit fratri suo, reus est concilio: *hoc est, requiritur congregatio iudicum ad examinādum seu inquirendum per circumstantias facti quo prædictorum modorum intelligendum sit verbum prædictum. Si primo vt puniatur: si verò secundo vt liberetur. Vnde in triplici distinctione Saluator noster nobis ostendit, quod iustitia euangelica abundantior debet esse in his quę cōmittuntur in proximum, plus quàm iustitia Pharisæorū in tribus. Primò in hoc, quod reatus iniuriantis facto, (sicut homicidę) æquipararetur reatui eius qui occidit tantum ex proposito cordis. Vnde sicut secundum Pharisæos, qui occiderit reus erit iudicio: sic secundum euangelium omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Secundum, quia cum quis verba profert proximo quæ possunt intelligi ad contumeliam dicta, licet habeāt alium intellectum quo possint intelligi sine iniuria, nihilominus inquirēda seu examinandū sunt, & ideo:* Qui dixerit Racha, reus erit concilio *scilicet ad examinandum quomodo debeant intelligi. Tertium, qui dixerit verba manifestè contumeliosa, vt Fatue, reus erit gehennæ ignis, In quo ostenditur magna excellentia euangelicæ iustitiæ respectu Pharisaicæ. Illi enim† in talibus verbis condemnabant saltem ad mortem vel grauem pœnam. Saluator verò inquantum veritati contrariantur, eos condemnat in gehennam ignis: quę est maxima & noua condemnatio & propriè euangelica: sicut & regnum cœlorum est maxima & noua repromissio euangelica. Pœna enim ignis æterni gehennæ, sicut & præmium regni cælorum in antiquis documentis minimè inuenitur ita clarè traditum.*

† Ex.

REPLICA.

REPLICA. In cap. 5. vbi agitur de beatitudinibus specialiter, cum dicitur: Beati mundo corde, *postil. dicit, quod pro munditia cordis in præmium repromittitur visio Dei per fidem ænigmaticam in præsenti, & per aspectum facialem beatificam in futuro. Burg putat cōtrarium huius demonstrare, & arguit sic: Fides est præuiū principium cordis munditię: Igitur non sequitur eam tanquam repromissa. Antecedēs patet per illud Petri Act. 15. c.* Fide purificās corda eorum. *Sed istud argumentum potius videtur tentatiuum quam demonstratio, quia laborat in æquiuocis. Nam purificatio allegata, fuit spiritussancti infusio in signo visibili, & fuit fidei præcedentis testimonium, vt clarè habetur ex litera allegata. Fides autem per illam purificationem confirmatam præcessit illam purificationem, non vt purificationis principium, sed solum, vt tempore prior. Non autem omne prius tempore est principium & causa posterioris. Illa autem fides sic prior tempore purificatione hic allegata habuit suam munditiam cordis præuiam tanquam beatitudinē, de qua hic sermo, cui munditiæ illa visio per fidem repromittitur. Nam si est fides formata necessario præsupponit suam formam tanquam principium quæ est dicta munditia. Quod sic patet. Nam secundum Apostolum, Christus per fidem habitat in cordibus nostris, non autem habitat in cordibus subditis peccatis. Igitur requirit cordis munditiam, non vt sit illius purificationis principium, sed vt ab huiusmodi purificatione sumat præcedentis purificationis testimonium. Secus est de fide informi, per quā Christus non inhabitat: in paruulis enim baptizatis mundatio ab originali præcedit fidem formatā. Hęc igitur fides præcedit purificationē per Bur. allegatā. Hæc resolutio materiæ patet, si auctoritas per Bur. tractata allegata debitè videatur. Dicit enim Petrus ibi:* Elegit Deus per os meum gentes audire euangelium & credere. *Ecce fides ex auditu, & munditia cordis pro Christi inhabitatione per fidem prærequisitam, quam munditiam ipsa fides sequitur tanquam repromissa, vt visio Dei ęnigmatica. prout dicit postil. & sequitur in loco allegato. Et qui nouit corda Deus testimonium perhibuit, dans ei spiritumsanctum sicut & nobis. & nihil discernit inter nos & illos, fide purificans corda eorū. Ex quibus patet fidē incipientium præcedere fidem perfectorum, & claritatem vel munditiam cordis incipientium præcedere illam purificationem perfectorum. Sunt enim gradus huiusmodi virtutibus iuxta status incipientium, proficientium, perfectorum, & etiam sunt gradus illuminationum, hierarchicarum: & tetrarchicarum: ideo in præsenti, mundo cordi promittitur illustratio visionis ænigmaticæ quæ per fidem est: mūdiori clarior, mundissimo clarissima: & hoc si in hac vita poni potest clarissima, & in futuro secundum gradum similiter repromittitur mundis cordibus visio facialis. Nec in hoc modo dicendi postil. cecidit à modo communi suæ expositionis, quia quamuis repromissa nouę legis referat ad futurum, tamen repromissorum prægustationem nō excludit. Et ita resoluit hanc materiam sicut Thomas concordando dicta sanctorum doctorum, prout Burgensis eum allegat circa principium huius capituli.*

In eo. ca. vbi dicitur. Beati qui persecutionem patiuntur, &c. *postil. addit per modum gl. lętāter, quia si cum tristitia & difficultate plus videtur ad virtutem fortitudinis quam ad beatitudinem pertinere. Circa quod rationabiliter additum arguit Burgen. argumentum suum consuetum hæreticis modernis familiare, dicens. Lætanter non habetur in litera. igitur, &c. Et vt postillator non habeat viā euadendi illud quod sequitur:* Gaudete, & exultate. *Burg. exponit de hortatione Christi, non de lætitia passorum. Quod dicere modicum valet, quia illa exhortatio non habet respectum ad actum, sed ad præmium promissum: vnde etsi hic in litera non exprimitur, tamen habetur ex alio passu scripturę, quia lętanter pati pertineat ad hanc beatitudinem: quia dicitur Act. 5.* Ibant Apostoli gaudentes. *Etiam si debemus distinguere beatitudines à donis & virtutibus secundum excellentiam actuum excellentiam, prout doctores communiter distinguunt, dicentes quod virtutum actus sunt modo humano, beatitudinum autem modo superhumano: oportet huiusmodi subintelligere, quod hęc beatitudo si habet modum superhumanum, quod pati sit gaudēter: quia cum agone pati est modus humanus, & per consequens virtutis actus, non beatitudinis.*

In eo. c. vbi dicitur: Qui irascitur fratri suo: &c. *postil. attendens variam sanctorum & aliorum in hac parte expositionem, posuit suam. Et vt esset intelligibilior, transposuit pœnas ex rationabili ordine, in quo puto eum non esse reprehensibilem. Burgen. tamen seruato ordine pœnarum ponit aliam expositionem satis competentem. Vtrobique est eadem veritas sententiæ, cum diuersa tamen applicatione.*

CAP.

CAP. VI.

A **A**Ttendite, *&c.* Qui hucusque pręcepit de misericordia, nunc præcipit de cordis mundicia qua Deus videtur. Si enim non simplici intentione, sed pro hominum laude, non probantur à Deo opera misericordiæ. Laus hominum non debet appeti, sed subsequi, vt exemplo alios inuitet. Hactenus de iusticia euangelij, quæ est super iusticiam Scribarum & Pharisæorum. Nunc qua mundicia cordis eadem iusticia debeat impleri: quod in eleemosyna seruatur & oratione. Nō enim monet hic vel orare vel eleemosynam facere: sed quo animo debemus facere. agitur enim hic de mundando corde.

In constit. monasticis. cap. 11. ✠ Basilivs, Inanis gloria expugnatu difficilis & callida nostræ salutis insidiatrix, quæ vel in ipsius cæli connexis insidiarum B aduersum nos collocatrix, virtutes ramis in cælum vsque licet expansis ac porrectis adornatas profligare, pertinacissimè contendit.

b *Vt videamini.* Non prohibet videri vt Deus laudetur, sed videri vt ipsi laudentur.

sermon. 59. de tépore. † De pœn. di. 3. ca. cauendum. ✠ Avgvstinvs. Cauete, inquit, vestram iustitiam facere coram hominibus, id est, hoc animo iustè viuere & ibi constituere bonum vestram vt vos videant homines: alioqui mercedē non habebitis. Non si ab hominibus videamini. Nam vbi erit C quod in principio huius sermonis dictum est, *vos estis lux mundi*, si propterea rectè viuatur vt ab hominib. videamini.

CAP. VI.

a Attendite ne † b iustitiam vestram faciatis, a coram hominibus, vt b videamini ab eis: b alioquin mercedem non † habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, † receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito:

a ¶ In his autem omnibus finem iustitiæ ne ponatis in hominum laude. b ¶ Id est, opera iustitiæ quæ abundat plus quàm Scribarum & Pharisæorum.

a ¶ Appetendo laudem eorum.

a ¶ Hoc fine. b ¶ Hoc enim deputatur pro mercede cuius amore fit.

a ¶ Cuius amore non fecistis.

a ¶ Eleemosyna est pars iustitiæ. b ¶ Noli velle innotescere. c ¶ Ad gloriam tuam.

a ¶ Hypocrita est, qui simulat quod non est repræsentator alterius personæ.

¶ Eo fine.

a ¶ Merces sua laus humana quam acceperunt.

a ¶ Et non Dei. b ¶ Quia sunt aliqui qui fauorem quærunt cum aliqua mercede æterna.

a ¶ Non se misceat laudis appetitus vel vitium aliquod. b ¶ Dum præcepta Dei implere contendis.

a ¶ Id est in bona conscientia vbi homo non videt. ¶ Nihil extra quærat, sed abscondatur, sic quod vita tua cum Christo sit abscondita.

cùm in secreto facit hypocrita nihil secretum. Deus monēdo, sic D vota culpat, non loca: sensum, non opera: studium, non datorem: iudicat non vbi facias, quando facias, sed qualiter facias, quia Deus de cordibus, non de manibus facta metitur.

c *Apud patrem vestrum.* cuius gloriam filij quærere debent, & omnia bona ad hoc vt placeant ei, referre.

d *Cum ergo.* à toto in partes, vt exponat quæ bona non sint pro hominum laude facienda.

e *Tuba canere.* forsitan conuocādi gratia hoc fecerunt: vt omnes irent quasi ad spectaculum. † eleemosynam.

f *Ante te.* Ante se tuba canit qui ante alios vult laudari: vt appareat maior illis.

g *Receperunt* à Deo cordis inspectore fallacię supplicium deE quib. dicitur. *Recedite à me operarij dolosi: nomen enim meum habuistis: sed opera mea non fecistis.* † habetis Iudæi vtebantur tubis vt Christiani campanis. Psal. 6. c. Luc. 13. f.

h *Nesciat.* Sinistra, vitia: dextera, virtutes. Quod ergo agit virtus, nesciat elatio, vel vana gloria, seu aliquod vicium: sed lux rectæ operationis fuget tenebras peccati.

Sinistra est delectatio laudis: dextera intentio implendi præcepta Dei. Cùm ergo conscientiæ facientis eleemosynam pro præcepto Dei implendo miscet se laudis appetitio, iam sinistra est conscientia operis dextræ. Cùm verò sola cupiditate alicuius F terreni volunt aliqui misericordes videri, sola sinistra operatur: quod prohibet dominus dū nec permisceri permittit. In bona autem conscientia multi faciunt eleemosynam, qui non habent aliquid quod exterius dent.

lib. 19. moral. c. 18. ✠ Gregorivs. Aliquando sancti viri compelluntur coram hominibus bona facere, aut eadem hominibus sua facta narrare: sed ad eum finem omnia referentur vt non ipsi eisdem operibus, sed pater eorum qui in cælis est, debeat glorificari.

sermone 9. ✠ Petrvs Chrysologvs. Sed dicet aliquis, Ergò in conuentu, in planteis, in triuijs neganda est misericordia? Nō prębendus est victus? plane in omni loco & in omni tempore facienda est misericordia, præbēdus est victus, nuditas est tegēda, sed sic quomodo docuit misericordiæ autor, vt misericordia nō terrę sit nota, sed cælo: non hominibus sit insinuata, sed Deo. In plateis, in triuijs suum pietas habet secretum: econtra platea, triuium est, cùm in secreto facit hypocrita nihil secretum.

li. 1. of. c. 9. ✠ Ambrosivs. Sunt qui iactantiam solam decore largitatis affectēt, vt eo se probatos vulgo velint, quod sibi nihil reliquerint: non recondunt in futurum, & quia illic receperunt mercedē suam, illic sperare nō possunt. Sunt qui opes suas tumultuario mētis impulsu, non iudicio perpetuo, vbi ecclesiæ cōtulerunt, postea reuocandas putarunt: quibus nec prima merces rata est, nec secūda: quia nec prima iudiciū habuit, & secūda habuit sacrilegiū.

i *In abscondito.* In abscondito eleemosyna fit, quæ nullis miscetur tenebris: lux intus est, tenebræ extra.

☞ a Videt

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VI.

ATtendite. *Postquam Saluator regulauit hominis operationem, hic regulat ipsius affectionem, & primo respectu Dei, secundo respectu proximi, ibi: c. seq.* Nolite. *Prima in duas: quia primo regulat affectionem hominis excludendo ab operibus eius intentionem vanæ gloriæ secundo sollicitudinem auaritiæ, ibi:* Nolite thesaurizare. *Prima in duas, quia primo dat intentionem suā in generali. secundo applicat magis in speciali, ibi:* Cùm facis eleemosynam. *Circa primam partem aduertendum, quod secundum quod dicit Philosophus 2. ethicorum. Bonum contingit vno modo, malum autem omnifariam: quia ad hoc quod actus humanus sit bonus requiritur bonitas generis & circunstantiarum: sed redditur malus ex quolibet defectu istorum. & ideo non sufficit, quod actio sit bona de genere, sed requiritur quod fiat recta intentione. bonitas enim finis est circunstantia principalis. & ideo opus quantumcumque bonum de genere, si fiat intentione vanæ gloriæ: redditur malum: propter quod dicit Saluator.*

1 Attendite. *i. diligenter considerate.*

2 Ne iusticiam vestram. *id est, opera bona de genere quæcunque fuerint illa, quia omnia continentur sub iustitia generaliter dicta.*

3 Faciatis coram hominibus, *gloriam scilicet & laudem humanam ex talibus quærendo. Per hoc autem non prohibetur, quòd opera bona fiant coram hominibus ad proximorum ædificationem & Dei gloriam, quod est bonum & meritorium, vt suprà dictum est. Sed quia hic loquitur de imperfectis, qui de facili in vanam gloriam efferuntur, ideo consulit eorum bona opera occultanda. supra autem loquebatur prælatis qui sunt in statu perfectionis: propter quod non est æstimandum, quod de facili ferantur in vanam gloriam ideo dixit eorum opera in publico fienda ad aliorum ædificationem.* Sic luceat lux vestra, *vt supra dictum est. Aliquid enim benè est consulendum viris perfectis de quorum securitate confiditur: quod non est consulendum imperfectis & paruulis de quorum debilitate timetur.*

5 Amen dico. *i. firmiter & fideliter assero.*

6 Receperunt. *s. Ex quo enim intentio fertur ad homines tantum, non est aliquid à Deo iustè expectandum.*

4 Cum ergo. *Hic applicat in speciali. & primò excludit intentionem vanæ glorię ab operibus misericordiæ. secundo ab actibus latriæ, ibi:* Et cum oratis. *tertiò ab operibus pœnitentiæ, ibi: Cum ieiunatis. Dicit ergo primo:* Cum ergo facis eleemosynam noli tuba canere ante te, *hoc est ad laudem hominum manifestare. Ad cuius intellectum sciēdum, quod apud Iudęos vtebantur tubis, sicut apud catholicos campanis & ideo sicut videmus, quòd in aliquibus locis pulsatur campana pro eleemosyna recipienda. ita apud Iudæos ad hoc faciendum vtebantur tuba: sed hypocritæ non faciebant hoc principaliter propter pauperum vocationem, sed magis ad propriam ostentationem vt patet in litera cùm dicit: Vt honorificentur, &c. Rationem autem prohibitionis subdit:* Amen dico, &c. *Modum autem conuenientem faciendi eleemosynam subdit, cum dicit.*

7 Te autem faciente, &c. *Modus faciendi est quando fit secretè: per hoc innuens, quòd talia sunt facienda propter Deum tantum. vnde subditur.*

☞ 1 Et pa-

MORALITER.

1 *Attendite.* Et illud quod sequitur.

4 *Cum ergo facis.* Chrysost. Si bonorum quæ facis vis inspectores habere, ecce habes non solum angelos & archangelos, sed etiam Deum vniuersorum.

4 *Cum*

✠ 1 *Cum*

A a *Videt in abſcondito.* Videre Dei eſt approbare. Illa autem tantũ approbat que ſunt abſcondita, quæ extra ſunt non placent ei neque approbat.

b *Et cum ora.* Ad ſuperiora coniungitur hęc ſententia. Supra dixerat: *Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus*: hic ſubdit: *Et cum ora.* Nõ prohibet orare, ſed in orando hypocritis ſimiles eſſe.

c *In angulis.* quaſi abſconſores precum, & tamen in plateis vt videantur, & per hoc amplior gloria. (* In propatulo, vel in manifeſto.)

Allego. In angulo orat qui in abſcondito ſe orare ſimulat: & tamen in platea cùm famam captat.

Anguli platearum ſunt vbi via per tranſitum vię ducitur, & quadriuium reddit. Non enim nefas eſt videri, ſed appetere videri.

B d *Receperunt.* In his non ſolum vera merces praua intentione euacuatur: ſed vitium ſimulationis & irriſionis cõtra Deum augetur. († 11. q. 3. ca. audi.)

a ¶ Qui eſt diſcretor intentionum.

a & pater tuus qui videt in abſcondito reddet 1 b tibi *. Et cum oratis, non eritis ſicut hyocri- 2

a ¶ Vt melius videri poſsint.

c tæ, qui amant in ſynagogis & in angulis pla- 3 4

a ¶ Non humiliati. b ¶ Hoc fine: quia in hoc conſtituunt finem orationis.

tearum ſtantes orare, vt uideantur ab homi-

a ¶ Laudem hominum. ¶ Quam petierunt.

d nibus. Amen dico vobis receperunt merce-

a ¶ Non Dei. b ¶ Non extra quærendo Deum. ¶ Quem diligis, fide teneas.

e dem ſuam. Tu autem cùm oraueris: intra in 5

a ¶ Repulſis omnibus quæ improbè ſe ingerunt. b ¶ Sic ora vt filius ſecundum quod renatus, & ad quod renatus. c ¶ Qui adoratur in ſpiritu & veritate.

f g cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem 6 tuum in abſcõdito †: & pater tuus, qui videt in 7

a ¶ In cordis intimo. b ¶ Fructum orationis & mercedem fidei. c ¶ Vult Deus vt oretur, ideo, vt deſideranti det, & ne vileſcat quod dederit.

h abſcondito, reddet tibi *. Orantes autem nolite 8 i † multum loqui, ſicut Ethnici faciũt. Putãt enim, 9

(* In propatulo, ſeu in manifeſto. † Balbutire.)

e *Tu autem.* Hoc ſimpliciter intellectum, docet vanã gloriã mundi fugiendam. Sed magis videtur præcipi, vt incluſa pectoris cogitatione, labijſque compreſſis oret Deum. Cubiculum autem eſt cordis ſecretum. Oſtium, carnalis ſenſus per quem hæc exteriora improbè ſe ingerũt, & turbæ phantaſmatum orantibus obſtrepunt. Parum eſt ergo cubiculum intrare, ſi importunis cogitationibus oſtium patet. Sed reſiſtendum eſt carnali ſenſui, vt oratio ſpiritualis ex intimis cordis dirigatur ad Deum.

Cubiculum eſt ſecretius mentis arcanum, ad hoc pulſat ſapientia dicens, *Sto ad oſtium & pulſo*: fides aperit, ſpiritus intrat & exaudit. (Apoc. 3. a.) C

In fide interiori & dilectione oratur Deus, non ſtrepitu verborum, ſed deuotione virtutum. *Intra*: totum hominem interiorem colligendo in ſe.

f *Clauſo oſtio.* Senſibus clauſis, ne turbę phantaſmatum exteriorum occurrant.

Vel oſtium vocat amorem vel timorem huius ſæculi. Sicut enim omne bonum ex timore & amore eſt Dei, ſic omne malum ex amore & timore ſeculi. His clauſis, id eſt ablatis, ora.

Chrysostomvs. Quid ergo inquis? In eccleſia non oportet orare? Et valde quidem, ſed cum hac voluntate vt illum vnum intucaris, qui habet donandi quod petieris poteſtatem. vbique enim Deus, quo aliquid facias intuitu ſpectat. (Hom. 20. in Matth.)

D ✠ Cyprianvs. Quod ergo in abditis & ſecretis vel ſemotis locis & cubiculis orare nos docuit, hoc magis conuenit fidei, vt ſciamus Deum vbiq; eſſe præſentem. audire omnes & videre, & majeſtatis ſuæ plenitudine, in abdita quoq; & occulta penetrare. (ſermone 1. orat. do...)

g *Patrem.* Quem intus habes per fidem. vnde *Apud me oratio Deo vita mea.* (Pſal. 41. b.)

h *Orantes autem.* Sicut hypocritarum eſt oſtendi & placere hominibus, ita Gentilium eſt multiloquium, à quibus & cœpit. Hi enim exercendæ linguæ magis operam dant, quàm menti mundandæ: vt hoc nugatorij officij genus, etiam ad Deũ prece flectendum transferant, putantes quod ſicut orator iudicẽ: ita & ipſi Deum flectere queant.

E Gentibus erat neceſſaria verborum multiplicitas propter dęmones, qui neſcirẽt quid illi peterent, niſi illorum verbis inſtructi. Damnat autem multiloquium de infidelitatẽ, ſed non multas lacrymas, nõ multas obſecrationes in cordis puritate: quod ſancti faciunt. Et legitur feciſſe qui pernoctauit in oratione. (Luc. 6. a.) Sed verbo tenus ſine affectione vacuas aures Dei adimplere malum eſt, quaſi in hoc audiamur.

Chysostomvs. Si paucis orandum eſt, cur parabolam propoſuit Luc. 18. ad montem ſemper eſſe orandum. Vtrumque faciendum eſt, vt nec in longum verba proferamus, & tamẽ aſſiduè deprecemur. Siquidẽ & Chriſtus & Paulus iuſſit breues, ſed crebras fieri orationes ex paucis interuallis. (Hom. 2. de fide Annæ.)

F Cassianvs. Vtilius cenſent (patres) breues quidem orationes, ſed creberrimas fieri. Illud quidem vt frequentius dominum deprecantes iugiter eidem inhærere poſſimus. Hoc verò vt inſidiantis diaboli iacula, quæ infligere nobis tunc pręcipue cùm oramus inſiſtit, ſuccincta breuitate vitemus.

✠ Avgvstinvs. Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, ſed eas tamen breuiſſimas & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter eiecta, quæ oranti plurimũ neceſſaria eſt, per productiores moras euaneſcat, atque hebetetur intentio. Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio, ſi feruens perſeuerat intentio. (epiſt. 121.)

i *Putant enim.* Putantes quod perſuaſibilibus verbis Deus mulceatur. Vel ſi abſens eſt vocetur: & quod neſcit, verborum ambagibus doceatur,

☞ a Nolite

NICOLAVS DE LIRA,

1 Et pater tuus. *ſ. Deus, qui eſt pater omnium per creationem, & iuſtorum per gratia adoptionem.*

2 Qui videt. *quia ipſe ſolus videt intentionem cordium*: reddet ti.

3 Et cum oratis. *Hic conſequenter excludit indebitum modum circa actum latriæ. Inter actus latrię actus communior eſt oratio: & ideo quod de ipſa hic dicitur, de alijs actibus latriæ intelligitur. Ideo circa orationẽ primò excludit indebitum orandi modum. Secundò concludit modum debitum ibi.* Sic autem orabitis. *Prima in duas. quia primò ab actu orandi excludit vanæ gloriæ intentionem, & ſecundò quorundam gentilium errorem, ibi:* Orantes autem. *Ad euidentiam primę partis conſiderandum, quod duplex eſt oratio. Quedam publica, quæ fit à miniſtris eccleſiæ, & iſta non debet fieri in occulto, ſed magis in palam in loco communi. ſ. eccleſia coram populo: quia pro tota communitate offertur: & ideo populus in hoc conformare ſe debet miniſtris eccleſiæ, ipſum Deum deprecando ſecundum modum congruum & ſibi poſſibilem. Non poſſent autem in hoc ſe miniſtris eccleſiæ conformare, niſi prædicta oratio miniſtrorum eccleſiæ fieret in publico prædicto modo. vnde de tali oratione non loquitur hic Saluator. Alia eſt oratio priuata: & talis magis debet fieri in ſecreto duplici de cauſa. Prima cauſa, quia oratio eſt eleuatio mentis in Deum: mens autem humana citius & melius eleuatur in Deum, quando in ſecreto loco homo conſtituitur: & à tumultibus aliorum ſeparatur. Alia cauſa eſt ad euitationem vanę glorię, quę de facili inſurgit quando oratio in publico fit. & hoc eſt quod dicit Saluator:* Et cum oratis non eritis ſicut hypocritæ, qui amant in ſynagogis & in angulis pla. ſtantes orare. *Dicit ſtantes, vt magis apparerent ex modo ſe habendi. In ſynagogis & in angulis platearum, ex ratione loci: quia ſynagoga eſt locus communis, vbi conueniebant Iudæi ad audiendum verbũ Dei, vel aliqua ratione huiuſmodi: Et dicitur à ſyn quod eſt con, & goge quod eſt populus: quia ibi conueniebat populus.*

(Oratio duplex eſt. — Quare oratio priuata fienda in ſecreto.)

4 Et in angulis platearum. *Plateæ iſtæ dicebantur atria quæ erant prope templum, vbi conueniebant homines ad orandum, vel ad audiendum doctores, & ideo erat locus communis. Conſequenter oſtendit debitum modum orandi cum dicit.*

5 Tu autem. i. *locum ſecretum.*

6 Et clauſo oſtio. *ne veniat multitudo impediens eleuationem mentis in Deum, & mouens ad elationem mentis.*

7 Ora patrem. *patet litera.*

8 Orantes autem. *Hic excluditur error gentilium circa orationem. Credebant enim quidam gentiles, qui vocabantur Ethnici, quod ex multiplicatione verborum compoſitorum in oratione aliquid manifeſtaretur ipſi Deo, quod prius eſſet ſibi ignotum, & per conſequẽs mutaretur ad aliquid agendum, cuius prius volebat contrarium. Vtrunque illorum eſt erroneum, quia in Deo nulla cadit mutatio vel ignorantia. Hunc autem errorem excludit Saluator dicens,* Orantes autem nolite multum loqui. *Ex quo patet, quod non prohibet multiplicationem verborum abſolutè, ſed ad illam intentionem quam habebant Ethnici, quę eſt dicta. & hoc eſt quod ſubdit.* (Gentilium error circa orationem.)

9 Putant enim, *Poſſunt tamen multiplicari verba in oratione duplici de cauſa. Vna eſt, vt per ſignificationem verborum deuotorum* (Verborum multitudo quando & qua in oratione eſt habenda.)

animus

MORALITER.

3 *Cum oratis.* Chrys. Eſt autem oratio quoddam ſpirituale tributum, quod offert anima Deo, de viſceribus ſuis. Quanto ergo glorioſior eſt, tantò cautius eſt ſeruanda, nepropter homines facta vileſcat.

8 *Orantes autem.* Aliud eſt ſermo multus, aliud diuturnus affectus. Abſit ab oratione multa locutio, ſed non deſit multa precatio: ſed feruens affectio perſeueret.

† Sic

A a *Nolite ergo assimilari eis.* Non enim apud Deum agendum est verbis, sed rebus, intentione cordis, affectu simplici. Quæ cùm dicimus, non eum docemus, sed nos tempore orādi recordamur.

b *Scit enim pater.* Cur ergo scienti loquimur? Non vt nostrę faciamus indicium voluntatis, sed vt excitemus piæ deuotionis obsequium.

Ideo non est opus narrare sed obsecrare: quod est obsequium iustitiæ. Vult enim Deus rogari & venerari, vt bonitas eius deriuetur ad plurimos, & status iustitię seruetur apud subiectos.

a ¶ Verbis cor accenditur, & in precibus serenatur.

quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis: Scit enim pater vester quid opus vobis sit, antequam petatis

a ¶ Sic ergo docendi estis quid petatis, & si alijs verbis: tum sic. ¶ Vt doceo, & quomodo doceo, & quid doceo. b ¶ De malis remouendis, & bonis acquirendis. ¶ Breuis captatio præmittitur: Pater noster qui es in.

eum. Sic ergo vos orabitis: † Pater noster qui es in cœlis. Sanctificetur nomen tuum.

¶ Sanctis. ¶ In secretis. a ¶ Tales fac in quibus sanctus appareas. ¶ Donum est sapientia, virtus vero pax. b ¶ Quo filij dicimur. c ¶ In nobis, vt qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod cœpimus, perseueremus.

Vide Sanct. Tho. 2.2 q. 83. ar 9. Bellarm. li. 1. de bō op. in part. cap 6. item hessel. catech.

c *Pater noster.* Beda. Inter cætera salutaria monita & diuina, quibus consulit credentibus, formam orandi proposuit, disciplinā tradidit. In hac oratione non docetur, quæ nesciat Deus, sed B quæ vult præstare suppliciter veneratus. Vnde & orationem cōposuit breuibus verbis, vt sit nobis fiducia cito annuendi, quod breuiter vult rogari. Quibus nec opus esset ad eum qui omnia nouit, sed vt noster affectus qui cum Deo agit, discerneret res quas oraret, non verba quæ diceret. vnde non his solum verbis oratur, sed & alijs contentis sub eodem, & non alio sensu: quib etiam cor nostrū accēditur. Et hi sunt veri adoratores, qui filij per gratiā adorāt patrē in spiritu & veritate.

Orationis dominicæ excellētia.

Nulla oratio magis spiritualis est, quàm illa quæ ex ore filij qui est veritas, processit. *Pater noster.* Cui non timore, sed amore hęreditatis seruimus. Dum pater dicitur, de adoptione cogitemus, vt patri pium affectum rependamus. Dum dicitur noster fraternitatis admonetur, cum sit cōmunis adoptio omnib. Nemo dicat meus, quod propriè filio conuenit, cui pater est per naturā. vnde alibi. *Vado ad patrem meum,* specialiter per naturam: & vestrum, coniunctum per gratiam. *Pater noster dicitur,* quod commune omnibus, nemo dicat meus: quod solum Christo conuenit: qui filius est per naturam, alijs conceditur communis gratia adoptionis.

Ioh. 7. d.

C Monetur nobilis & diues, non superbire contra minores. Non enim verè possunt dicere, pater noster, nisi fratres sint. Cauēdum etiam est cuique à sordibus, ne tanto patre fit indignus. Antiquis vt seruis dicitur dominus: nunc per gratiam pater, in quo fiducia. Quid negabit filijs, qui iam dedit quòd pater est?

lib. de oratione.

✠ Tertullianus. Noui testamenti nouam orationis formam determinauit. Oportebat enim in hac quoque specie nouum vinum nouis vtribus recondi. Cęterum quicquid retrò fuerat, aut demutatum est, vt circuncisio: aut suppletum vt reliqua lex, aut impletum vt prophetia: aut perfectum, vt fides ipsa. Sed & breuitas ista, magnæ ac beatæ interpretationis sententia fulta est: quantumq; substringitur verbis, tantum diffunditur sensibus. Neque enim propria tantum orationis officia complexa est, vel venerationem Dei, aut hominis petitionem, sed omnem pene sermonem domini, omnem commemorationem disciplinæ, vt reuera in hac oratione breuiarium totius legis comprehendatur.

oratio dominica breuiarium totius lęgis.

D ✠ August. Si rectè & congruenter oramus nihil aliud dicere possumus quàm quod in ista oratione dominica positum est.

Epistola. ad Probam. 121. cap 12.

Idem. Nusquā inuenitur pręceptū populo Israel, vt diceret, pater noster, aut oraret patrē Deū, sed dominus eis insinuatus est, tāquam seruientibus, hoc est, secundum carnem adhuc viuentibus. Hoc autem dico cum mādata legis acciperēt, quæ obseruare iubebantur. Nam prophetę sępe ostendunt eundem dominum, patrem eorum esse potuisse, si ab eius mandatis non aberrarent. Sicut est illud, *filios genui & exaltaui, &c.*

li. 2 de sermone Do. in monte cap. 8.

Isaię 1.

✠ Tertullianus. Appellatio ista (patris) & pietatis E & potestatis est.

Vbi supra

✠ Gregorius. Nyssenus. Nam quali dicenti pater noster, opus est animo? quanta fiducia? quali conscientia? vt vbi Deum quoad eius fieri potest, per eas appellationes quæ in illo animaduertentur, ad intellectum inenarrabilis glorię quasi manuductus mente conciperet, atque didiceret quod diuina natura, quodcunque tandem ea sit, ipsa bonitas sit, sanctimonia, exultatio, potentia, gloria, puritas, æternitas, semper eodem modo atq; similiter se habens.

lib. de oratione.

✠ Aug. De quotidianis autem breuib. leuibusq; peccatis suis sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fideliū satisfacit.

in enchirid. c. 115. oratio dominica delet peccata venialia.

d *In cælis.* Spiritualibus, vt ad spiritualitatem in qua habitat, festinare discamus, & cœlestia ab eo quæramus.

F ✠ Petrus Chrysologus. Hoc cum dicis, non sic habeas quasi non sit in terris: non sic accipias, quasi sit loco clausus, qui claudit omnia, sed intellige esse tibi genus in cœlo, & age vt sanctè viuendo sancto patri respondeas.

✠ Chrysostomus. Vult vt sciamus nos habere patrem cœlestem, vt erubescamus nos terrenis rebus substernere.

Hom. 4. operis imperf.

e *Sanctificetur nomen tuum.* Videnda est harum distinctio septem petitionum. Nam cū vita nostra temporaliter agitur speraturque æterna, priora sunt dignitate æterna, his tamen prius acceptis. In his septem petitionibus omnia bona præsentis vitæ vel futurę continentur, in quibus est ordo mirabilis, vt in Isaia legitur: Sicut septem dona sancti spiritus à summis incipiunt, & vsque ad initium sapientiæ decurrunt, ita ordo præcū à summis vsque ad finem, vt à malis mundi liberemur, extenditur. Si autem in vtrisque à fine incipimus, ad perfectionem fit ordo ascensionis. Si autem à summis (quia per hoc de supernis accipimus) fit ordo descēsionis. Sed quia per hæc nos ab imis ad summa cōsurgim⁹, septem beatitudines quæ per eadem dona quæruntur, de imis gradatim ad summa perueniunt. In precibus ergo est vt impetremus do.

Ex Aug. li. 2. de sermo ne dom. in mōte c. 17.

NICOLAVS DE LIRA.

animus melius eleuetur in Deum. Alia causa est, vt homo in Deum eleuetur non solum mente, sed etiam corporali voce: secundum illud Psal. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. *Non tamen potest dari ibi regula certa: sed debet homo talibus verbis vti in oratione, quantum percipit homo, quòd faciant ad deuotionis excitationem. Si autem econtrario percipiat, quòd multiplicatio verborum distrahat mentem eius, debet cessare à verbis, & orare Deum affectibus mentis. Hoc tamen intelligendum est in oratione priuata, vt dictum est, quia oratio publica debet esse in verbis, vt possit percipi ab alijs Sequitur.*

Psal. 83. a.

Luc. 11 a. De pœ. dis. 3 c. de quotidianis.

1 Scit enim pater vester &c. *Hoc additur ad excludendum illorum gentilium falsum intellectum secundum quem putabant aliquid Deo notificari de nouo, quia omnia scit ab æterno.*

Quæstio.

Sed quæritur, quare oratur Deus, ex quo per orationē nihil sibi manifestatur, nec animus eius in aliquo mutatur & ideo videtur, quod frustra oretur. Dicendum quod prædestinatio diuina est præparatio gratiæ in presenti, & gloriæ in futuro: & ideo cum sit æterna, sicut ab æterno prædestinauit aliquem ad beatitudinem, ita præordinauit modum per quem daret sibi illam beatitudinem scilicet per merita sua & orationē. & ideo non frustra orat Deum, quia oratio est illud per quod ex ordinatione diuina debet consequi gratiam & gloriam. & eadem est ratio de omnibus alijs bonis: quia cadunt sub ordine diuinæ prædestinationis.

2 Sic ergo &c. *Hic docet Saluator modum orandi conuenientissimū Ad cuius intellectum sciendum, quod oratio secundum Damascenum,* est petitio decentium à Deo. *In hac autē oratione exprimitur quidquid docet hominem petere à Deo, & quidquid decet Deum dare homini. Et similiter ordinatissimè hoc describitur, quia illud quod maximè desiderari debet ab homine & peti à Deo, primo ponitur: & quod debet peti secundario, in secundo loco: & sic consequenter vsque in finem. Illud autem quod primo cadit in appetitum hominis est beatitudo. Secundo illud per quod homo beatitudinem consequitur. Et illud secundo petitur, ibi:* Fiat voluntas tua. *Circa primū considerandū, quod beatitudo dupliciter dicitur. Vno modo obiectiuè scilicet ipsa bonitas diuina in seipsa, per cuius fruitionem efficimur beati. & ideo bonitatem ipsam diuinam præ omnibus amare debemus, & per consequens gloriā eius & honorem præ omnibus desiderare & hoc est quod petimus in prima petitione, cum dicitur:* Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. *Dicitur enim.*

Oratio secundū Damascenum Oratio dominica omnia petenda decenter complectitur.

Beatitudo dupliciter dicitur.

3 Pater, *omnium generaliter ratione creationis. Additur.*

4 Noster, *quia est pater specialis iustorum per gratiam adoptionis.*

5 Qui es in cœlis, *quia licet sit in omnibus per essentiam, præsentiam & potentiam, est tamen speciali modo in iustis per gratiam: tamen specialissimè excellentia eius relucet in beatis per gloriam.*

6 Sanctificetur nomen tuum. *non petimus, quòd aliqua sanctitas ei de nouo accrescat, quia hoc est impossibile: sed quòd sanctitas quæ ei de*

MORALITER.

2 *Sic ergo.* Glo. Non solum his verbis oratur, sed etiam alijs sub eodem sensu conceptis.

3 *Pater noster.* Aug. Admonentur hîc diuites vel genere nobiles, vt cùm facti fuerint Christiani, non superbire aduersus pauperes & ignobiles: quoniam simul dicunt Deo, pater noster, quod non possunt sic piè dicere, nisi se fratres esse cognoscant,

6 *Sanctificetur nomen tuum.* Chryso. Digna est Deum deprecantis oratio, nil petere ante patris gloriam, sed omnia eius laudi postponere.

✠ b Adu-

mus dona in donis, vt operemur mandata. De operatione beatitudinis sequuntur. In æterna vita trium primarum petitionum impetrationes fiũt, licet hic incipiant. nam & sanctificatio nominis ab ipso humili aduentu agi cœpit, & aduentus regni in fine mundi manifestabitur: & perfectio voluntatis ipsa perfectione nostræ beatitudinis & sæculi terminatione complebitur. Et hæc tria consummata in æternũ manebunt: reliqua quatuor ad istam vitam pertinent. Panis enim spiritualis etsi æternus, tamen pertinet ad hoc tempus inquantum quotidie ministratur animę. Et forsan ideo panis dicitur, quia laborando & disserendo discitur. Tunc erit vt potus, quando sine labore haurietur. Et nunc peccata nostra nobis dimittuntur & dimittimus. Et nunc tentationes vitam nostram infestant. Et liberatio à malo ad hanc vitam pertinet, quam iustitia Dei mortalem meruimus, vnde gratia eius liberabimur.

(De cõ. di. 1. c. in calice.)

a ¶ Donum est intellectus, virtus vero mundicia cordis.
b ¶ Donum, consilium, virtus, misericordia.
¶ Donum fortitudo, virtus, esuries & sitis iusticiæ.

a Aduẽniat regnum tuum. [1] b ✝ Fiat volun- [2] [3] c tas tua, sicut in cælo & in terra. [4] d Panem [5]

Videtur autem iste septenarius numerus illi congruere, ex quo totus iste sermo manauit. Si enim timor Dei est, quo beati sunt pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ: petamus vt in nobis sanctificetur nomen domini timore casto permanente in sæculũ sęculi. Si pietas est qua beati sunt mites, quoniam ipsi possidebunt terram: petamus vt veniat regnum, vel in nos, vt mitescamus, nec ei resistamus: vel de cælo in terras in claritate aduentus vbi lætabimur, sicut dicitur: *Venite benedicti patris mei.* Si scientia est qua beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur: petamus vt fiat voluntas, vt consentiat caro spiritui: quia nõ est luctus nisi quia ista contra se confligunt, vt cogamur dicere: *Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Si fortitudo est qua esuriũt & sitiunt iustitiã, quoniã ipsi saturabuntur: oremus vt detur nobis panis quotidianus, quo fulciti, ad istam satietatem perueniamus. Si consiliũ est, quo beati sunt misericordes, quoniã ipsi misericordiam consequentur: dimittamus & nobis dimitti oremus. Si intellectus est quo beati sunt mundo corde quoniam ipsi Deũ videbũt: oremus nos nõ induci in tentatione per aspera vel blanda, ne non sit simplex cor, dũ non simpliciter bonũ petat in omnibus quę agit. Si sapientia est qua beati sunt pacifici quoniã filij Dei vocabuntur: oremus liberari à malo. Liberatio enim facit liberos. i. filios, vt dicamus spiritu adoptionis, abba pater. *Amen*, significat in omnibus his petitionibus indubitanter à domino tribui quod petitur, si vltimæ conditionis pactum seruare nõ negligimus. vnde subdit: *Si dimiseritis, &c. Sãctifice.* Hic spiritũ sapiẽtię oramus, ne à sãctificatione nominis primus in aliquo discrepemus: sed patris nomen in filijs moribus & vita ostendatur.

(Infra. 25. c. — Rom. 7. d. — Mat. 14. d.)

Nomẽ patris in nobis est, qui filij dicimur: quod petimus sanctificari. Non vt ipse sanctior sit, sed vt in nobis operetur augmẽtum suæ sanctificationis: nam sanctificatio filiorum nomini eius attribuitur. Ita dicitur sanctificari sicut clarificari & magnificari in nobis, *Sanctificetur* idest ita sicut est sanctum, habeatur hominibus: & ita innotescat illis Deus, vt non putent aliquid sanctius.

✠ AVGVST. Hoc nõ sic petitur, quasi nõ sit sanctũ nomẽ Dei sed vt sanctũ habeatur hominibus, id est, ita illis innotescat Deus, vt non existimẽt aliquid sanctius quod magis offendere timeant.

(lib. 2 de sermone domini in mõte. 10.)

✠ CYRILLVS HIEROSOLYMIT. Sanctum est nomen Dei siue dicamus, siue non dicamus: quia verò in his qui peccant aliquando profanatur: idcircò petimus in nobis sanctificari: non vt ex eo quod non fuisset tale, esse incipiat: sed vt in nobis sanctificatis, & qua santificatione dig na sunt facientibus, sanctum fiat.

(catechesi 5.)

✠ TERTVLLIANVS. petimus vt nomẽ Dei sanctificetur in nobis, qui in illo sumus: simul & in cæteris quos adhuc gratia Dei expectat, vt suspensa enuntiatione, non dicentes, sanctificetur in nobis, in omnibus dicimus.

(lib. de oratione.)

a *Aduẽniat regnum tuum.* Hic spiritus intelligentiæ petitur, quõ mũdatur cor vt De[us] videatur. Duricia & potestas diaboli excluditur, & in futuro perfectius, cùm euacuauerit omnẽ principatũ & potestatem, & tradetur regnũ Deo patri. Cõgruè sequitur, vt post adoptionem filiorum regnum petamus quod filijs debetur.

Regnum Dei semper est: sed veniat. i. manifestetur hominibus à quibus vt lux cæcis non videtur, quod nullus ignorare poterit, cum filius iudicare venerit. In quo regnabunt & sancti vt dicitur, *Percipite regnum quod vobis paratum &c.*

(Infra. 25. c.)

Spiritu intelligentiæ regnum futurum ingredientibus declaratur, & mũdicia cordis attribuitur, per quam Deus ibidem regnãs sicut est videbitur, vbi spiritus sapientiæ cõplebitur septima sanctificatio nominis eius. In perfectione senarij aduentus regni poscitur, vt curramus omnes in virum perfectum: deinde in eo quiescentibus sanctificetur ipse in nobis dum nos in illo sanctificamur. Eius requiem iure poscimus in nobis sanctificari, vt perenniter in eo sanctificati requiescamus, in qua sanctificatione pax beatitudinis firmatur & plena sapientia donatur.

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Petimus vt qui sibi regnauit semper modo regnet in nobis, vt & nos in illo regnare possimus.

(sermo. 77.)

✠ TERTVLLIANVS. Cum regnum Dei quod vt adueniat oramus, ad consummationem sæculi tendat, optamus maturius regnare, & non diutius seruire.

(lib. de oratione.)

b *Fiat voluntas tua.* Hic petitur spiritus consilij, per quem voluntas Dei inquiritur, vt à nobis impleatur.

Voluntas Dei in terris sicut in cælo spiritu consilij regitur. Nobis etiam opus est spiritu consilij: vt voluntas Dei dirigatur in nobis, vt misericordes in re esse possimus. Voluntas Dei semper fit: sed oramus vt libertas nostri arbitrij societur per gratiam suæ voluntati quæ est sãctificatio nostra & vita æterna. Voluntas Dei est præceptorum eius custodia.

c *Sicut in cælo.* Sicut in angelis, ita in hominibus. Vel sicut iustis, ita in peccatoribus conuersis. Vel sicut in Christo, ita in ecclesia. Vel sicut mente seruio legi Dei, ita & in carne.

(Rom. 7.)

Secundum spiritũ cælum: secundũ carnẽ terra sumus. Oramus ergo vt sicut in cælo i. in spiritu: ita in terra fiat voluntas: vt caro & spiritus sit homo spiritualis de quo dicitur: *Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuũ.* Nec tantũ oratur vt bona velim[us], sed fiat voluntas in nobis, vt viuamus tibi, nõ nobis. Hæc tria perfectius habẽtur in futuro, sed hic interim ex parte oramus, vt postea perfectius habeatur. Quatuor sequẽtia pſentis vitę sũt præsidia.

(Psal. 83. c.)

d *Panem*, Esuries iustitiæ vt ad saturitatem pertingat, fulcitur spiritu

NICOLAVS DE LIRA.

ei æternaliter inest, reluceat amplius in creaturis: & primo & principaliter quæratur in operibus humanis, secundum quod dicit Apostolus. 1. ad Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. *Alia est beatitudo dicta formaliter quæ est actus vltimatè & perfectè coniungens nos Deo. s. visio & fruitio. & illud est quod secundo loco petimus à Deo, vt. s. simus, participes suæ bonitatis, quod fit in visione beata. Et hoc petimus cùm dicimus.*

1 Adueniat. *& bene dicitur, adueniat, quia non possumus ad eam venire per gratiam & gloriam, & nisi ipse primo veniat ad nos. Vnde Aug. super Ioh. Ille enim venit quem gratia Dei preuenit. Et Ioh. 6. e.* Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum.

(Diuisio.)

2 Regnum tuum *Beatitudo enim æterna bene dicitur regnum, quia ibi habetur plena & perfecta copia omnium bonorum.*

3 Fiat voluntas tua. *Hic consequenter petitur illud per quod possumus beatitudinẽ cõsequi. Et hoc dicitur dupliciter. vno modo directè & per se: alio modo indirectè quasi per accidens, cuiusmodi est remotio impedimenti. secundum ponitur ibi*: Et dimitte nobis *Adhuc prima in duas: quia ad assecutionem beatitudinis facit aliquid dupliciter. vno modo principaliter. alio modo quasi instrumẽtaliter. secũdũ ponitur. ibi.* Panem nostrũ. *Illud per quod principaliter consequimur beatitudinem est impletio voluntatis diuinæ per sanctam operationem. Et quia frequenter voluntas eius est nobis incognita, & quando cognoscitur adhuc sumus impotentes & pigri ad implendum, ideo tertio petimus:* Fiat voluntas tua. *i. suspires nobis virtutem & propositum adimplendi tuum beneplacitum. Additur autem.*

4 Sicut in cælo, &c. *Beati enim qui sunt in cælo: quia sunt coniuncti immediatæ regulæ diuinæ: ideo non possunt deficere nec deuiare à diuina voluntate, & ideo nos qui sumus in via qui non sumus sic coniuncti petimus vt diuina gratia hoc suppleat in nobis, tenendo voluntatem nostram in conformitate ad suam in operibus nostris, sicut conformantur illi qui sunt in cælis.*

5 Panem, *Hic petitur illud per quod instrumentaliter ducimur ad beatitudinem, & hoc accipitur dupliciter. vno modo prout aliquid est instrumentum ipsius Dei, & sic sacramenta ecclesiæ sunt quædam instrumenta, quibus sanctificamur, & ad beatitudinem ducimur: vnde dicuntur vasa gratiæ. omnia autem sacra ordinantur ad sacramentum eucharistiæ: quod petimus quarto cum dicimus:* Panem. *Dicitur autem supersubstantialis, quia transcendit vitam corporalem & dat vitam æternam. Ioh. 6. e.* Ego sum panis viuus qui de cælo descẽdi, si quis mãducauerit ex hoc pane viuet in ęternũ *& petendo hoc sacramentum petimus omnia alia, quæ ordinantur ad ipsum, vt patet in 4. sen. & Luc.* 5. vocat

MORALITER.

1 *Adueniat regnum tuum.* Ad Christum qui est Dei regnum non veniemus ad gloriam, nisi prius ad nos veniat per gratiam. *Fiat*

2 *Fiat voluntas tua.* Augusti. id est obediatur præceptis tuis ab hominibus terrenis, sicut in cælo ab angelis sanctis.

3 *Panem.* id est eucharistiam, quæ reficit animam, naturam corporis transcendentem, & quotidie pro fidelibus offertur.

c † Et

a ¶ Qui solus potes. b ¶ Dum dicitur hodie.

a nostrum † supersubstantialem dâ nobis hodie[b]:

a ¶ Vt liberi redeamus ad patriam. ¶ Donum, scientia, virtus, luctus.
b ¶ Conuersis. c ¶ Quib. tenemur. ¶ Peccata.

b c † Et † dimitte[a] nobis debitâ nostra, sicut & 1 2

d b ¶ Veniam petentibus. c ¶ Donum pietatis, virtus, mansuetudo.
a ¶ Eo pactualiter nullus totius orationis est fructus.

e nôs † dimittim[9] debitoribus[b] nostris. Et ne nôs[c] 3

a ¶ In tentationem inducitur, qui tentatione frangitur. ¶ Donum timor, virtus, paupertas.

f inducas in tentâtionem, † sed libera nos 4 5

spiritu fortitudinis. Ideo oramus: panem nostrum quotidianum
A da nobis: sine quo fame moreremur.

Panis, corpus Christi est, vel verbum Dei vel ipse Deus quo quotidie egemus, vel qui est super omnes substantias.

Ioh. 6. e.

Hic est panis viuus qui de cælo descendit cuius naturæ sublimitas super omnes substantias est.

lib. 5. de sacramentis. cap. 4. † De pœ. dist. 1. c. tres sūt. & dist. 2. c. si enim & distin. 3. c. de quotidiana. c. adhuc.

✠ AMBROSIVS. Dixi vobis cum de sacramentis tractarem, quod ante verba Christi quod offertur, panis dicatur: vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica, quæ postea sequitur ait, panē nostrum: panem quidem dixit sed ἐπιούσιον hoc est supersubstantialem. Non iste panis est qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui nostram substantiam fulcit.

B ✠ AVGVSTINVS. Panis quotidianus, aut pro his omnibus dictus est, quæ huius vitę necessitatem, sustentant, aut pro sacramēto corporis Christi quod quotidie accipimus, aut pro spirituali cibo, de quo idem dominus ait, *operamini non cibum qui perit &c.*

li. 2. de sermone domini in mōte c. 12. Ioan. 6. lib. de oratione.

✠ TERTVLI. Christus panis noster est, quia vita Christus & vita panis. *Ego sum inquit, panis vitæ.* Panis est sermo Dei viui qui descendit de cœlis: tum quod & corpus eius in pane censetur: hoc est corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & indiuiduitatem à corpore eius. panem enim peti mandat, qui solum fidelibus est necessarius cætera enim nationes requirunt.

Ro. 8. f.

a *Nostrum.* Quia Christus noster est factus, & Deus pater cum Christo omnia nobis donauit. Ideo oramus vt quod nostrum est per donum, quotidie detur per effectum.

Eccle. 44.

b *Supersubstantialem.* vel quotidianum. Quia *qui edunt me adhuc esurient.* Hic quotidianus, in patria æternus. Hic panis assiduè per fidem & charitatem interius reficere debet: quia sine eo nemo
C viuere potest. Vel panis dicuntur spiritualia præcepta, quæ semper sunt exercenda vel conseruanda.

c *Et dimitte &c.* Post cibum petit veniam peccatorum, vt qui à Deo pascitur, in Deo viuat, & ad vitam æternam perueniat.

Scietiæ donum quotuplicis vtilitatis.

Cum dicimus: *Dimitte nobis debita nostra:* spiritum scientiæ rogamus, quo delicta intelligimus, quę sine spiritu scientię nō intelliguntur. Scientia quippe ad vsum temporaliū pertinet, quæ virtus est, in vitandis malis, & petendis bonis, vt nostra & aliorum contagia ploremus, bona cupiamus. Magni sunt isti tres gradus. nam qui liberatur à malo, iam hæret summo bono, liberatus petit liberatorem, ne iterum ducatur in tentationem. Sed quia in hac vita nec iust[9] sine peccato viuit: sic petit inde liberari, vt sciat quid ex charitate fratribus debeat. Sed quia nōdū visione Dei fruimur cibus in via est necessarius, vt quandoque ad patriam veniamus. Vnde panem petimus, ad quem nemo peruenit sine spiritu fortitudinis,

tudinis. Vbi ergo fortitudo, ibi esuries iustitiæ. Æternus enim ci-
D bus plenitudo est iustitiæ. Quotidianus, dum quotidie illam esurientes implemus.

✠ EVTHYMIVS. Sciens quam lubrica esset natura nostra ad peccatum, agnoscens quoque & post regenerationis lauacrū rursum nos offensuros, iubet pro peccatis deprecari, quæ & debita nominauit. Debitum scilicet & peccatum quasi eadem res obnoxium reddunt hominem sicut & ęs alienum.

† quotidianū, vel aduenientē. † De cō. di. 2. c. in cali. ce. † remitte.

✠ TERTVLI. Debitum in scripturis delicti figura est, quod perinde iudicio debeatur, & ab eo exigatur, nec euadat iustitiam exactionis.

lib. de oratione. † remittimus.

d *Sicut,* Ecce qua cautione constringimur, in qua etiam nos adinuicem ad misericordiam inflectit, & peccantibus in se veniam promittit, & nobis & per nos alijs veniam promittit.

† De pœ dis stin. 4 c. dicit dominus. De cō. di. 2. c. panem.

Culpæ veniam non debemus negare. vnde *Cum oratis, remittite si quid habetis aduersus aliquem: aliter enim pater vester non dimittet vobis peccata vestra.*
E

Pecuniam alicui repetere conceditur, sed debita peccatorum petenti veniam nunquam iustè negamus.

e *Et ne nos inducas.* Sed spiritu scientiæ illustra, vt sciamus quibus malis inuoluimur, & vt lachrymæ prosint rogamus: *Dimitte nobis debita nostra. Et ne nos.* Nō quòd ipse inducat, sed quia deserit & ire permittit. Nonverò precatur non tentari, sed nec ad modicum vinci, Tentatio enim est necessaria ad coronam. *Et ne nos.* deserens in tentatione sinas vinci: etsi sinas tentari, sine qua nullus probatus est.

✠ TERTVLI. *Et ne nos inducas &c.* id est, ne nos patiaris induci ab eo qui tentat.

vbi supra.

✠ CYRILLVS HIEROSOLYMIT. Est tentatio velut torrens transitu difficilis. Qui in eo non submerguntur, optimi natatores facti, traijciunt: Qui secus affecti sunt cum primum in tentationem sunt ingressi, submerguntur, vt cum Iudas in auaritiæ tentationem ingressus est, non eam superauit, verùm submersus est, & corpus & animam.

catechesi. 5. F

f *Sed libera nos à malo.* Hęc vna petitio, tantum continet quantum omnes superiores.

Vt spiritu timoris Dei omnia noxia intus & exterius pellantur: & sub paupertate beatè viuamus. *Sed li. nos.* In illam quæ nondū est ne sinas induci, & ab ea in qua sumus ducti, libera: quo facto nihil est metuendum, nihil restat orandum.

✠ GREGOR. NYSSENVS. Videtur Dominus multis vocabulis illum malū nominare, iuxta differentias prauarum efficiētiarū & improborū exercitiorū. Vocat enim diabolum, *Belzebub, Mammonam, principem mundi, homicidam improbum, patrem mendacij.* Talis igitur naturâ non est, sed propria malicia.

lib. de orat.

PETRVS

NICOLAVS DE LIRA.

5 .*vocat enim panem quotidianū, quia quotidie ipsum sumimus per ministros ecclesię qui hoc sacramentū accipiunt pro se & pro tota cōmunitate. Alio modo accipitur instrumentum ad consequutionem beatitudinis ex parte animæ: & sic cum corpus sit instrumentum animæ seu organum, per consequēs vita corporalis instrumētaliter facit ad consequutionem supernaturalis beatitudinis, inquantū anima non exercet opera meritoria nisi in corpore quia tempus meriti durat tātum ad tempus huius vitæ. Ad vitam autem corporalem necessario requiritur sufficientia victus. & hoc petitur cum dicitur:* Panem nostrum &c. *& in hoc intelliguntur peti omnia vitę necessaria.*

1 Et dimitte nobis debita nostra. *Hic consequenter petitur id per quod consequimur beatitudinē sicut per remouens prohibens. Et diuiditur in duas: quia primo facit quod dictum est: secundo reddit rationem cuiusdam dicti, ibi:* Si enim dimiseritis. *Prima adhuc in tres: quia à beatitudine consequenda primo prohibet nos peccatum commissum. secundo peccatum de proximo committendum. & tertio illud quod est ad virumque inclinatiuum. Secundum ponitur ibi:* Et ne nos indu. *tertium ibi:* Sed libera nos, *&c.*

Illud ergo quod primo & principaliter impedit nos à consequutione beatitudinis est peccatum iam commissum: quia ad beatitudinem ingredi non possumus donec peccatum commissum sit totaliter dimissum, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam: & ideo hanc dimissionem petimus quinto loco, cum dicimus: Et dimit. *Additur.*

2 Sicut & nos di. *quia hæc est regula nobis imposita, quod sicut volumus nobis dimitti peccatum nostrum, ita debemus proximo dimittere peccatum in nos commissum. Ista tamen dimissio potest intelligi dupliciter. Vno modo quantum ad offensam, & hoc est necessitatis, quia tenemur omnes diligere ex charitate. Alio modo quantum ad iniuriam, & hoc non est necessitatis, licet sit supererogationis. Sicut enim pecuniam ablatam non tenetur quis auferenti dimittere, sed petere potest, sic iniuria sibi illata potest recompensationem per emendam petere secundum ordinem iustitiæ.*

3 Et ne nos. *Secundo impedit nos à beatitudine peccatum: quod formidatur de proximo committendum & hoc contingit quando sumus positi in graui tentatione: cui probabiliter timemus succumbere: & ideo sexto petimus hoc à nobis amoueri cum dicimus:* Et ne nos inducas *id est, induci permittas.*

4 In tenta. *Non enim petimus vt non tentemur, quia tentari non est malum; sed magis est ad virtutis exercitium, quando viriliter resistitur. propter quod dicit Psal.* Proba me domine & tenta me. *sed petimus ne in tentationem inducamur. i. ne ab ipsa deuincamur.*

Psal. 25. a.

5 Sed libe. *Tertio impedit nos illud quod est inclinatiuum ad duo prędicta: & hoc est fomes peccati: quæ est quædam pœna ex peccato primi parentis derelicta: Et hoc malum pœna & alia mala pœnitentis vitæ inquantum possunt nos ad peccatum inducere, septimo petimus amoueri, & ab eis liberari cum dicimus:* Libe. nos. *Sequitur in fine.* Amen.

MORALITER.

† *Et di. no.* Grego. vt profecto bonum quod à Deo compūcti petimus: hoc ipsum primum proximo conuersi facimus.

1 *Et ne.* Aug. Aliud est tentari: aliud in tentationē induci. Nam sine tentatione nemo probatus est. & ideo non petimus nos non tentari, sed in tentationem per consensum non induci

2 *Sed libera.* Chryso. hoc malum vocat diabolum propter excellentiam suæ malicię.

Si enim

PETRVS CHRYSOLOGVS. Ille qui natura cœlestis fuit, ... est nequitia spiritualis, ætate maior sæculo, nocendi vsu trimus, lædendi arte peritissimus.

CHRYSOST. Malum hic diabolum vocat docens nos cum ... habere prælium, nullo vnquam fœdere dirimendum.

✠ THEOPHILACTVS. Non dixit, libera nos à malis hominibus: non enim tam illi nos iniuria afficiunt, quàm malignus dæmon per eos.

a *A malo*, omni, visibili & inuisibili. Hæc liberatio quotidie necessaria est, dum sine malo animæ & corporis non viuitur, sed in fine complebitur, quando immortales & impassibiles erimus. De imis ad summa gradatim sic ascenditur. A malo per spiritum timoris liberamur: inde liberati pauperes spiritu & rebus esse cupimus, dum dicimus, ne nos inducas in tentationem. Spiritum pietatis rogamus, vt homo interior mansuescat & mitis fiat, ne tentatione moueatur.

Precibus laborandum est, vt dona percipiamus ex gratia. Donis agendum, vt veniamus ad merita. Pro meritis beatitudo speranda: alioquin nec sine precibus fidei ad dominum, nec sine meritis ad beatitudinem peruenitur. Nihil deest quod his septem petitionibus non contineatur: siue ad præsentem siue ad futuram pertineat vitam.

Satis compendiose tradidit Christus, non modo disciplinam mādatorum, sed & precum & donorum, vt paucis verbis memoriæ res multiplices & necessarias commendaret, & sic simplicitas fidei, sufficientiam salutis suę cito addisceret: & prudētia ingeniosorum amplius profunditate mysteriorum stupesceret. Hinc Isaias: *Sermonem breuiatum faciet dominus super terram.* Quoniam ita breuiauit, vt memoriter capi possit: ita rebus impleuit, vt nemo sine gratia spiritussancti percipere possit.

b *Si e. dim.* Formam imposuit qualiter velimus iudicari. Vnde indulgentibus coram Deo fiducia respondet impetrādi: exigētes verò, pœna remordet vltionis vel damnationis.

C Deus mauult inuenire cui indulgeat quàm quem puniat: ideo in nostra potestate posuit qua conscientia iudicium Dei quisque prouocet erga se, & quomodo sententiam tanti discriminis possit temperare. Omnes debemus, & indulgentia patris omnibus est necessaria, ideo ex animo alijs dimittamus, vt maiora seu plura nobis relaxentur.

Hoc in fine concluditur, vt certum sit nobis quid in orationibus promiserimus: neque aliud exigit iudex quē rogamus, nisi vt tales simus fratribus, qualem eum nobis poscimus. Et qui hoc nō facit dupliciter reus est. primò, quia peccauit & debet: deinde, quia admonitus à iudice, fratri non indulget.

Vnde *Cum oratis, remittite si quid habetis aduersus aliquem: aliter enim pater vester non dimittet vobis.*

c *Si autem non.* Nulla excusatio relinquitur, quia vnusquisque secundum hanc sententiam in futuro iudicabitur. Ex hoc patet, quòd vnusquisque in sua infidelitate condemnatur.

✠ AVGVSTINVS. Ad tam magnum tonitruum, qui non expergiscitur, non dormit sed mortuus est. Qua frōte igitur hanc ad Deum orationem fundis, qui spiras vindictam in proximum? An tibi ipsi vindictam hæc dicēdo accersis? Nam si non abiures omne odium, id ipsum autem depreceris, *Dimitte nobis sicut dimittimus*, num idem idipsum erit ac si dicas. Vindex esto peccatorum meorum, quia ego vindictam sumere decreui.

d *Cum ieiunatis.* Postquam docuit quomodo orandum sit, docet de ieiunio quod iterum pertinet ad munditiam cordis, ne non sit simplex ad Deum, dum ad exteriora rapitur.

✠ CHRYSOST. Omniū malorum praua & fortiora sunt tria. Gula, auaricia, & vana gloria. Aduersus quę dominus tentationis suscipiens bellum, pugnauit pro nobis. Contra gulam pugnauit in eremo, contra auariciam super montem, contra vanam gloriam super templū. Itē omniū bonorū fortissima sunt tria aduersus tria mala inuenta. Eleemosyna contra auariciam, oratio contra vanam gloriam, ieiunium contra gulam.

e *Nolite fi.* Non prohibet virtutem, sed fictam virtutis speciem.

Bonum est ieiunio pro peccatis tristes esse ad pœnitentiam, & humiliare animam nostram vnde: *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Sed tristitiam quæ pro laude est, prohibet. Vnde non ait simpliciter: Nolite ieiunare, sed addit, sicut hypocritæ tristes.

✠ TERTVLL. Hæc conditio facti eadem est atque ista quam superius dixit, cùm facis eleemosynam, &, cum oratis. Ita nimirū illa intelligenda sunt, vt pietati & Christiano obsequio necessaria. Quis enim verè Christianus est sine istis?

✠ IDEM. An verò quia ieiunium hypocritarum à Christo reijcitur, & prohibetur, ideò ieiuuandum omnino nō esse intellexit? Cur ergò docuit quā se regula ieiunaturus dirigeret? Cur ipse ieiunasset? Cur Apostolos post ascensionē ieiunaturos prædixisset?

✠ BASILIVS. Hoc præceptum ad eos pertinet qui Dei mādatum ob eam causam exequi student, vt spectentur ab hominibus, quò videlicet à vitio humanæ gloriæ liberentur.

✠ BERNARDVS. Qui magis impius, an profitēs impietatem, an mentiens sanctitatem? Nonne is qui etiam mendacium addit, geminat impietatem.

f *Exterminant*, i. extra terminos humanæ conditionis obducūt. Sicut de nitore vestium iactantia est: sic de nimio squalore & macie. Demoliri est quasi dissipare: & venustatem vultus quasi ad nihilum redigere.

g *Facies suas.* Luctuosis sordibus in quibus etiam iactantia est: & magis sub specie religionis decipiunt.

Nota non debere oues pelles suas deponere sed vestiri, si aliquando lupi eis se contegunt.

h *Vnge caput tuum.* Spirituali lętitia mentem refice diebus abstinentiæ: vt dilectionis odor fragret in operibus misericordiæ. Cōsciētiā laua lachrymis: vt sit munda coram Deo. Non enim sufficit opus misericordiæ sine munda conscientia: nec hoc sine illo. Palestinis mos erat in festis caput vngere: ergo caput vnge, i. festiuū & hilarē te exhibe: & mentē spirituali oleo refice: & de ieiunio non quæras laudem exterius. Sed quia sic à sæculo auerteris, coram Deo gaudeas: & sic faciem, i. cor mūdabis à sordibus: quibus remotis, Deum videre licebit. *Vnge caput tuum.* Ecce nondum omnia in nouo Testamento ad literam. Ridiculi enim essent in ieiunio

Marginalia: Matth. 11. c. / * delicta vestra. / † quia. De sa. vn. vnico. / Orationis dominicæ compendiositas. / Esa. 10. f. / Mar. 11. c. / li. 2. de sermone do. in monte cap. 15. / * Quia tuū est regnum & potentiā in sęcula seculorum. / Hom. 15. operis imperf. / † obscurāt. / Psal. 50. d. / lib. de ieiunio. / in regulis breuiorib. quæst. 223. / in apolog. ad Gulielmum Abbatem.

---

a ¶ Commendat conditionem. ¶ Vos qui estis quasi dij. a ¶ Qui in hoc quod peccant homines sunt.

a b à malo*. Amen. † Si enim dimiseritis hominibus † peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem nō dimiseritis hominibus *, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. †Exterminant enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, † quia receperunt mercedem suam. † Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & fa-

¶ Ecce fiducia magna. ¶ Iudicium sine misericordia fiet eis qui non faciunt misericordiam. a ¶ Id est ipsa vultus tristitia ostentare ieiunium. b ¶ Repræsentatores alterius personæ. ¶ Qui non virtutibus student: sed fauorem vulgi excitant. a ¶ Pro demoliuntur: hoc enim proprie de exulibus. b ¶ Finem intentionis vt supra reprehendit hic. ¶ Vt dissimiles alijs videantur, & ipsa vilitate vltra homines prædicentur. a ¶ Laudem quam voluerunt, non adoptionem filiorum. b ¶ Sic vni dicit, quasi omnibus. a ¶ Caput vngit qui spirituali lætitia interius pinguescit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Amen. *quod est verbum optatiuum respectu præcedentium.*

2 Si enim dimiseritis &c. *Hic redditur ratio cuiusdam dicti in prædicta oratione in quinta petitione, vbi dicebatur.* Dimitte no. *& patet sententia ex prędictis ibidem.*

3 Cum autem ieiunas. *Hic excludit intentionem vanæ gloriæ ab operibus pœnitentiæ:* Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. *Dicitur enim hypocrita ab* ὑπὸ *quod est sub, &* χρυσος *quod est aurum, quia sub auro vel honestate exterioris conuersationis habet absconditum plumbum falsitatis. Sequitur.*

4 Tristes. *Isti enim ostendunt quandam faciei tristitiam: vt simulent pœnitentiæ rigorem: ideo subditur.*

5 Ex. *Exterminare enim est extra terminos ponere: & ideo illi facies exterminant qui quandam tristitiam extra modum solitum aliorum demonstrant: vt religiosi præ cæteris appareant. Vel aliter.*

Sicut fiunt quandoque vngenta ad decorandum faciem, quibus vtuntur mulieres ad simulandum pulchritudinem, ita fiunt quędam vngenta ad exterminandum prædicto modo faciem: & forte talibus vtebantur ad simulandum pœnitentiam: sicut etiam Trutanni talibus vtuntur ad extorquendum pecuniam per quæstum. Subdit autem debitum modum ieiunandi, cum dicit.

6 Tu autem &c. vnge caput tuum: *id est signa lętitię prętende: talibus enim vnguentis & lotione corporis vtebantur Iudęi in diebus solennibus & festiuis.*

MORALITER.

1 *Si enim dimi, &c.* Cyprianus: Excusatio tibi nulla est in die iudicij: cum secundum tuam sententiam iudiceris: & quod feceris: hoc ipse petieris.

2 *Cum autem ieiunas.* LEO PAPA Non sunt casta ieiunia quæ non de ratione continentiæ veniunt, sed de arte fallaciæ.

3 *Tu au. cum ie. vn.* Per caput Christus intelligitur: per faciem propria conscientia: quę lauanda est confessione: Christus autem vngendus deuotione.

ieiunio oleo delibuti: sed de spiritu amoris eius, cuius passionibus debemus participare nos macerandum, mens debet inungi & nō oleo adulationis: aliter vana sunt ieiunia.

Ieiunium quare & quomodo sit faciendū. Christus factus est vnguentum nobis: quod effusum per passionem mortis ecclesiam suam suo odore impleuit. Ideo non alterius causa ieiunare debemus: sed eius perfusi spiritu per abstinentiam macerantes carnem eius passioni participemus. Illo ergo vngamur: vt opera misericordiæ cumulentur: & charitas interius diffundatur: quia sine illo calix nostri ieiunij nō inebriatur affectu pietatis.

in propatulo. Deo ieiunat qui pro amore eius se macerat & quod sibi subtrahit alteri largitur.

a *Faciem tuam laua ne videaris.*

lib. 1. de cōpunctione cordis. ✼ EPHREM. Si vis lauare faciē tuam, dilue eam lacrymis, & ablue eam fletibus vt in conspectu Dei & sanctorum Angelorum eius cum claritate refulgeat.

b *Et pater tuus.* Pater per fidem intus est: & remunerat in abscōdito facta. Ibi ergo ieiunandum quo ipse videat Et necesse est vt ieiunans sic ieiunet, vt ei placeat quem in pectore portat.

epistola. 82 tui. ✼ AMBRO. Qui sunt qui meritum ieiunij excludunt? Nonne gentilium vox est, Māducemus, bibamus, cras enim moriemur?

sermone de ieiunio. ✼ CYPRIANVS. Quotquot viros virtutum vidimus, sine ieiunio non legimus ascendisse. Quotquot à Deo aliquid obtinere conati sunt, ieiunio incubuere & lacrymis, nec defuit prouetus.

lib. de virgi. ✼ ATHANASIVS. Per ieiunium & obedientiam in paradisum qui volet, redibit.

c *Nolite thesaurizare.* Ad mundiciam cordis terrena erogari præcipit.

Nolite thesaurizare. Qui ieiunat, vel seruando quod non edit: vel gloriam quærendo: in terra thesaurizat. Qui propter Deum in cælo. i. in æternitate. Et si specialiter de eleemosyna moneatur tamen de omni opere virtutum accipitur: Quia quidquid pro Deo fit in eo æternaliter recipiemus. Erugo metalla consumit: tinea vestes: quod ab his intactum est, tollunt fures. His tribus modis, omnis auaritia condemnatur: prætereunt enim omnia quæ possidentur.

Moraliter. Moraliter. Si quid in carne gerimus: thesauros in terra condimus, dum preciosos corporis sensus in terrenis desiderijs occupamus: quos erugo. i. libido consumit. Porro indumenta morum, ira & superbia, & cætera vitia destruunt: quibus si quid restat, dæmones furantur.

Omne terrenum velerugine consumitur, vt aurum & argentum: vel putredine & vermibus soluitur, vt vestis. vel quod ab his immune est à furibus tollitur vt lapides preciosi. In his ergo omne genus auaritiæ reprehenditur.

d *Thesauri. autem.* q. d. cum ieiunatis aut aliquid boni operis agitis: ibi recondite vbi corruptio non possit accedere.

sermone 4. de ieiunio. 10. mensis. ✼ LEO Ieiunium siue eleemosyna, non tam est purgatio animę, quàm carnis afflictio: magisque ad auaritiam quàm ad continentiam referendum est.

Ho. 10. in Leuiticū. ✼ ORIGENES. inuenimus in quodam libello ab Apostolis dictum, Beatus qui ieiunat, vt alat pauperem. Huius ieiunium valde acceptum est apud Deú: imitatur enim illum qui animam suam posuit pro fratribus suis.

e *In cælo.* i. omnem spem in cælestibus ponite: fide gradientes: charitatem amplectentes in cæ. i. in spirituali firmamento: quod non transit. *Cælum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt.* *Luc. 21. c. tuus. Infra. 24. c.* Si ergo cor est in cælo: mundum est quia munda sunt cælestia. Si autem in terra volutatur: quomodo mundum est. i. si quid agit vt terrena consequatur: quomodo mundum est? Si etenim illa in genere suo munda tamen sordescit res dignior dum inferiori miscetur: vt aurum argento: argentum plumbo.

f *Vbi enim est thesaurus.* Si in terra: cor est deorsum. Si in cælestibus, cor est in Christo fixum.

g *Lucerna* Prosequitur mundiciam cordis. Sicut oculus membra ad operandum dirigit, sic intentio & lux fidei omnes virtutes. Lucerna est lumen in testa, sic charitas in fide. Cum fides cessabit sola charitas lux erit. De exteriori, docet officium interioris hominis, intentione mentis & luce fidei omnes virtutes illustrantur, vt reddant lucidum corpus.

Item ad mundiciam cordis per se hoc capitulum est, vel gratia priorum operum quæ palam apparent.

h *Si fue. o. &c.* Si pura intētione, quæ potes bona agis, opera sunt lucis

---

[Textus, cum glossis interlinearibus:]

ciem tuam laua, ne videaris hominibus ieiunans: sed patri tuo, qui est in abscondito: & pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. * Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, vbi nec erugo nec tinea demolitur: & vbi fures non effodiunt, nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. † Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si fuerit

a ¶ Hominibus ieiunat qui fauorem eorum captat. ¶ Visibilibus. — a ¶ Cælesti. ¶ Qui est inuisibilis. b ¶ Per fidem in corde. ¶ Vel so. — a ¶ In conscientia vbi ipse est. — a ¶ Pendet de hoc quod dictum est ne videaris hominibus ieiunans b ¶ Diuitias reponendo: quas vobis collocare in terrenis. — a ¶ i. in transitorijs. b ¶ i. superbia. c ¶ inuidia. d ¶ Dissipat & consumit. — a ¶ i. heretici & dæmones qui semper ad hoc sunt intenti, vt spiritualibus expolient. — a ¶ Non mihi, cui non prodest, sed vobis. b ¶ In spiritualibus & æternis. — a ¶ Quia futuræ diuitiæ sanctorum incorruptibiles sunt. b ¶ Dissipat, & in nihilum redigit. c ¶ Quia ibi aduersus electos Dei nulla diaboli fraus prævalebit. — a ¶ Vniuersaliter, de pecunia, & omnibus voluptatibus huius seculi, huiusmodi thesaurus est gula: huiusmodi libido & similia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ne videaris &c. *ad gloriam hominum quærendam.*

2 Sed patri tuo, *cælesti. s. cuius gloriam debes tantum quærere in operibus tuis.*

3 Qui est in abscōdito *quia Deus in præsenti vita non potest videri à nobis: licet sit præsens vbique. Cætera patent.*

Diuisio. 4 No. the. *Hic excludit ab affectione hominis peccatum auaritiæ: Et diuiditur in duas partes: quia primo ostendit propositum in actu exteriori: secundo in actu interiori, ibi,* Ideo dico vobis ne sol. &c. *Prima in tres: secundum tres rationes per quas excludit immoderatam congregationem diuitiarum, secunda ponitur ibi:* Vbi est the. tu. &c. *tertia ibi:* Nemo potest du. do. serui. *Prima ratio accipitur ex defectu thesauri temporalis. Thesaurus enim nihil aliud est quàm congregatio diuitiarum. Congregantur autem diuitiæ propter sufficientiam vitæ habendam: sed thesaurizatio indebita rectè inducit contrarium, quia reddit hominem insufficientissimum, quia talis thesaurizatio est quæ fit ex auaritia, & ex amore diuitiarum in se, ille autem qui sic congregat diuitias non audet eis vti, sed iuxta eas ducit miseram vitam, & dimittit eas putrefieri. & ideo dicit Hie. in epistola ad Paulinum: Antiquum dictum est:* Auaro deest tam quod habet, quàm quod non habet, *& talem modum thesaurizandi excludit saluator cùm dicit.* Nolite thesaurizare &c. *vbi erugo & tinea demolitur.*

5 Eru. *i. æris rubigo, & in hoc tangitur corruptio diuitiarum artificialium, vt auri & argenti & cæterorum metallorum.*

6 Et ti. *Hic tangitur corruptio diuitiarum naturalium vt bladi & vini & vestimentorum & consimilium.*

7 Et vbi &c. *Hoc dicitur propter lapides preciosos, licet non possint rubiginari nec à vermibus corrodi: tamen possunt à latronibus tolli. Ex prædictis patet quod thesaurizatio quæ fit ex causis honestis non est interdicta à saluatore tanquam illicita: vt quando aliquis thesaurizat ad bona opera facienda, vt constructio ecclesiarum, releuatio pauperum, & huiusmodi, vel propter rempublicam seruandam & consimilia.*

8 Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo. *Per hoc concludit excellentissimum modum thesaurizandi, quando scilicet bona temporalia & transitoria consumuntur in pios vsus, & sic commutantur in bona spiritualia & æterna, & per consequens incorruptibilia, & hoc est thesaurizare in cælo, & patet litera.*

9 Vbi est enim &c. *Hic ponitur secunda ratio ad excludendum thesaurizationem inordinatam temporalium, & accipitur ista ratio ex quodam affectu malo ipsius, qui est excæcatio mentis, ad talem enim thesaurizationem sequitur totalis conuersio mentis ad amorem diuitiarum, & hoc est quod dicit:* Vbi est &c. *ad hanc conuersionem sequitur auersio à Deo, & quia intellectus illuminatur per coniunctionem ad Deum, ideo ex tali auersione obtenebratur. Et quia intellectus dirigit omnes alias potentias in suis actibus, cum sit oculus hominis interioris, ad hoc sequitur obtenebratio & obscuritas in omnibus operibus humanis propter quod, subditur.*

10 Lucerna corporis tui. *Metaphorica est loquutio, ac si diceret, Sicut oculus corporalis dirigit opera corporalia, quia dirigit pedem ad ambulandum, manus ad operandum, & sic de alijs: ita oculus mentis per intentionem rectam dirigit opera humana: inquantum in eis est ratio boni moralis, & ideo dicit.*

11 Si oculus tuus fuerit simplex &c. *i. intentio mentis recta.*

MORALITER.

No. th. RA. Erugo significat superbiam quę decorem virtutū obfuscat. tinea quę latenter vestes rodit, inuidiam quæ bonum studium lacerat, fures sunt hæretici & dęmones qui semper sunt intenti nos bonis spiritualibus spoliare.

2 *Lucerna.* REMI. Per lucernam ecclesię rector significatur, qui bene

lucis, etiam si non ita hominibus videatur. Si peruersa intentio est, prauum est quidquid agitur, etsi videatur rectum.

A Oculus vnus & simplex est. s. charitas quæ modo lucet in fide sicut in testa.

Si au. ocu. Si intentio non est ex fide, totus homo interior tenebrosus est. Quia quod non est ex fide, peccatum est.

a *Tene. erit.* Quando quidem intētio sequens opus informat. Ergo si bona quæ agis quia mala intentione fiunt tenebræ sunt, quid ea quæ per se mala sunt, & mala intentione fiunt?

b *Si ergo lu.* Intentio qua facimus quodcunque: quæ in nobis est nota: lumen dicitur, exitus verò rei incertus est, vt cum quid alicui do vel ago nescio vtrum

B cedat ei bono an malo: & ideo tenebras vocat. Dicit ergo: Si intentio qua facis (quæ tibi nota est) appetitu temporalium sordidatur: quantò magis ipsum factum cuius dubius est exitus? quia etsi bene cedat alij, quod non bona intentione facis, nihil tibi proderit: quia quomodo feceris tibi imputatur, non quomodo illi euenerit.

a ¶ Intentio, cuius merito opera lucis an tenebrarum sunt discernuntur. b ¶ Vnus & purus, de quo in canticis: Vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum id est, charitate. c ¶ i. Congeries virtutum, vel actio tota,

oculus tuus simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam 1 2

¶ Intentio peruersa.

fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ 3 4

a ¶ Mala quæ fiunt intentione peruersa. b ¶ Non possum thesaurizare & Deo seruire.

sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? † Nemo 5 6

a ¶ i. in cœlo & in terra thesaurizare. ¶ Vitiis & virtutibus. b ¶ Inter se diffidentibus.

potest duobus dominis seruire: Aut enim vnũ

¶ i. diabolum.

odio habebit, & alterũ diliget: aut † vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis 7

¶ i. Deum. ¶ i. diabolum. a ¶ Deum postponit, & si diligat eius mandata. b ¶ Exprimit qui sunt duo domini.

a ¶ Bonus dispensator non est seruus, eas, sed non seruire eis. b ¶ i. diuitiis. Habere quidem licet c ¶ Ne cura eorum retrahamini ab æternis, quia nihil sunt.

Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis 8

+ huic adhærebit.

Cum regnum Dei & diaboli dissideant inter se, in vtroque nemo potest simul militare: vnde qui baptizantur, diabolo abrenunciant & operibus eius.

D ✻ TERTVLL. Nemo miles ab infœderatis & hostibus domini sui cibaria captat, nisi profugus & proditor.

d *Aut enim vnum odio.* Nihil est medium. Quidquid enim facis, aut ex amore Dei, vel ex seruitute diaboli.

AVGVSTIN. Diabolus enim semper est odio habẽdus: Deus verò diligendus. Nec enim apertè aliquis vnquam Deum odio habuit: sed omnes se eum amare fatentur, & diaboli nomen execrãtur, quãmuis vitiosi eũ quasi tyrannũ super se dominantem sustineant: Deum verò odio non habent, sed cõtemnunt, victi concupiscentia sua, & persuasione diabolica.

lib. 2. de sermo. domini in monte. cap. 22.

E e *Aut vnum sustinebit.* AVGV. Nõ quidem diligit: nemo enim diabolum diligit, sed sua cupiditate implicatus patitur eũ: vt si quis ancillæ alienę cõiunctus propter suam cupiditatem duram patitur seruitutẽ: etsi nõ amet illum cuius ancillã diligit.

+ Luc. 19. c. 16. di. c. 2cu tius 21. q. 1. c. 1. de pæ. dis. 5. c. 1.

✻ HIERONYMVS. Lippientes solent lucernas videre numerosas, simplex oculus & purus simplicia intuetur & pura.

✻ HILARIVS. Si lumen cordis simplex & lucidum manebit, claritatem æterni Luminis corpori tribuet, & splendorem originis suæ, corruptioni carnis infundet. Si autem obscurum peccatis & voluntate nequam fuerit vitijs mentis natura corporis subiacebit. Quod si cupiditates in animam grassentur, quan-

C tò peccatis addictiora nostra corpora erunt?

✻ CHROMATIVS. Lucerna fides est. Quia sicut lucerna incedentium in nocte gressus illuminat, ne in foueas ambulantes incedant: ita & in hac seculi nocte, splendor fidei omnes vitæ nostræ gressus illuminat, ne in foueas peccatorum incidamus. Quod si hæc fides nostra peccatorum tenebris cæcetur, totum corpus nostrum tenebrosum redditur.

Hom. 11. operis imperf.

✻ CHRYSOS. Quid ergo tibi diuitiæ profuerint, si hic vitijs anima obtenebretur? Quid enim prodest auratis armis milites refulgere, cum ducitur rex ipse captiuus? Quod lucrum est ornatæ depictæque nauis, cum ipsius mergitur imperator.

c *Nemo potest, &c.* q. d. non poteritis ad oculum hominũ bona agere, & ex his Deo placere. Non simul in cœlo & in terra thesaurizare, nec & vitijs & virtutibus deseruire. Quidquid facis, vel ex amore Dei vel seruitute diaboli.

Cum

f *Alterum contemnet.* Non quidem odio habebit: nullius enim cõsciẽtia Deum potest odisse, quod retractauit idem Aug. dicẽs. Non video fuisse dicendum. Multi enim sunt de quibus scriptum est: *Superbia eorum qui te oderunt, &c.*

lib. 1. retractat. ca. 19.

Psal. 3. d.

g *Et mammonæ,* Mammona, Syra lingua, diuitiæ, quibus seruire, Deum negare est, Non dicit, habere: quod fieri licet, vt bene dispenset, sed seruire, quod est auari. Dicitur hoc nomen esse dæmonis qui præest diuitijs, non quòd in eius ditione sunt: sed quòd

F his vtitur ad decipiendum, irretiendo laqueis diuitiarum.

✻ IRENÆAS, Mammonas secundum Iudaicam loquelam, qua & Samaritæ vtuntur, cupidus est, & qui plus quam oportet habere vult.

lib. 3. c. 8.

✻ CHRYSOST. Non dixit, nemo potest habere Deum & diuitias, sed nemo potest Dei & diuitiarum seruus esse. Aliud est enim habere diuitias, & diuitijs seruire.

Hom. 16. in Matth.

h *Ideo dico vobis, Quia non potestis Deo seruire & mammonæ.* Ne sitis solliciti, quod est seruire diuitijs. Contemptum seculi, & fiduciam futurorum toto sermone præcepit, dum & mala sustinere & non vlcisci, & inimicos diligere iussit, & humanam gloriam fugere. Nunc vult confirmare per fidem in spe æternorum, quia plures sunt quos amor præsentium, & desperatio futurorum torpentes facit.

In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Totum corpus tuum. *i. congeries operationum.*

2 Si autem oculus tuus fuerit nequam. *i. intentio peruersa & mala.*

3 Totum corpus tuum tenebrosum erit. *i. tota congeries operationum tuarum erit mala, etiã si actio sit de genere bona: Sicut dare eleemosynam mulierculæ, vt possit eam ad amorem illicitum attrahere, est malum simpliciter, propter malitiam intentionis peruersæ: propter quod subdit.*

4 Si ergo lumen. *i. si actio bona de genere, quæ est quasi quoddam lumen, efficitur mala propter defectum intentionis bonæ.*

5 Ipse tenebræ quantæ erunt? *q. d. multò magis, quia actio mala de genere, quæ est quasi quædam tenebra, si tamen huic superueniat intentio mala, est multo deterior quàm prima: vt si aliquis mœchetur cum aliqua, vt possit eius pecuniam furari, omnis talis tenebrositas procedit ex immoderata congregatione diuitiarum: propter quod est meritò fugienda.*

6 Nemo potest duob. &c. *Hic ponitur tertia ratio: quia illud est meritò fugiendum ab homine, per quod impeditur obsequium Deo debitũ, ad quod obligatur homo ex beneficio creationis, & ex alijs beneficijs: sed impeditur per congregationem diuitiarum inordinatam: ergo, &c. Minor autem huius rationis declaratur, cum dicitur in litera:* Nemo potest duobus dominis seruire. *quod est intelligendum quando sunt contrarij disparati, & non subalternatim positi: sic est in proposito, quia auaritia quæ est seruitus idolorum non potest stare cum obsequio diuino. & ideo concludit.*

7 Non potestis Deo seruire & mammonæ. *Mammona enim lingua Syra, nomen est diuitiarum, vel nomen dæmonis qui tentat de cupiditate diuitiarum: Auarus autem qui thesaurizat inordinate, seruit vtrisque, & ideo non potest simul Deo seruire. Illi autem qui impijs operibus diuitias expendit non seruit diuitijs, sed magis diuitiæ seruiunt sibi: quia eis vtitur sicut instrumentis ad opera virtutum: quia secundum quod dicit Ambrosius super Lucam. Sicut diuitiæ sunt impedimenta reprobis, ita probis sunt adiumenta virtutis, & ideo talis potest simul seruire Deo, & vti ipsis.*

8 Ideo dico vobis. *quia non solum congregatio diuitiarum quantum ad actum exteriorem deordinat hominis affectum, sed etiam sollicitudo acquirendi deordinat quantum ad actum interiorem: ideo consequenter excludit sollicitudinem superfluam circa talia acquirenda. Et diuiditur in duas partes: quia primo facit quod dictum est per quædam exempla & secundo per rationes, ibi:* Nolite ergo. *Circa primum aduertendum, quod duo sunt quæ requiruntur ad sufficientiam vitæ præsentis scilicet nutrimentum, sine quo homo non potest viuere absolute, & vestimentum sine quo non potest bene viuere: & ideo circa ista solet homo magis sollicitari. Primò ergo excludit sollicitudinem circa vtrumque in generali, secundò circa quodlibet per se sumptũ in speciali, ibi:* Respicite volatilia. *Circa primum aduertendum, quod natura non potuit prouidere homini de tegumento & defensione, sicut prouidit alijs animalibus: vt pote auibus dedit plumas ad cooperimentum*

Diuisio.

Vita præsens quo sustẽtatur. Brutis animalibus necessaria prouidit natura & non homini rationali: & quare.

MORALITER.

bene oculus dicitur: quia plebi subiectæ quæ per corpus intelligitur, salutaria videre debet. Si ergo ecclesiæ rector errauerit, quanto magis subiectus sibi populus deuiabit? 7 Non

7 *Non pot.* HIER. Non dicit qui habet diuitias, sed qui seruit diuitijs: qui enim diuitiarum seruus est custodit eas, vt seruus dominum: qui autem earum seruitutis excussit iugum, distribuit eas vt dominus.

 1 Ne

A In sudore vultus paratur panis, sed labor est exercendus, sollicitudo tollenda est, quæ mentem perturbat: dum timet ne aut possessa dispereant aut elaborata non contingant.

Gen. 3.b.

a *Animæ vestræ.* Id est animalitati cui hæc necessaria sunt. Totam spem Deo committite, quia nihil nisi quod decreuit ille, potestis acquirere vel retinere.

Anima hic ponitur pro vita. quæ cibo sustentatur vt ibi: *Qui amat animam suam, perdet eam.*

Animalitas cibo alitur: & ponitur hic pro vita: viuit cum pecoribus. quam qui perdit propter Christũ, inueniet eam spiritualem in vitam æternam.

*& quid bibituri sitis. Ioan. 12.d.

B ✠ Clemens Alexan. Ipse dominus in animũ & corpus & tertio loco in ea quæ sexterna sunt præcepta diuidens propter corpus quidem externa comparare consulit: corpus autem administrat, per animam autem erudit. *Ne solliciti sitis*, inquit, *quid comedatis*. Hæc autẽ particula, quid, cibi varietatem expulit. Id enim significatur ex scriptura, Ne solliciti sitis quænam comedatis. de his enim esse sollicitum, est nimia plura habendi cupiditas, & delitias arguit. Sed si comedere per se solum cogitetur, est argumentum necessitatis, & defectus repletio. Quod autem amplius est, ex superfluo est. Quod est autem ex superfluo, esse à diabolo declarauit scriptura.

lib. 2 pedagoge c. 10.

† magis præstatis.

C

b *Nonne animal. &c.* Non vita propter escã, nec corpus propter vestimentum, sed econtra. Ideo non sit sollicitus animus, vt percipiat quod propter se creatum est.

Quasi dicat, Qui dedit maiora, id est vitam & corpus, dabit & minora, id est victũ & vestes. In his promissis veritatis nemo dubitet: Sit homo quod esse debet, mox adduntur ei omnia propter quem sunt facta.

¶ Quia hoc est diuitiis seruire.

a ne solliciti sitis animæ vestræ, quid manducetis: * neque corpori vestro, quid induamini. ¶ i. vita. b Nónne anima plus est quàm esca: & c corpus plus quàm vestimentum? Respicite a ¶ Quæ perpetuo non erunt. b ¶ Dei prouidentia aluntur absque cura. volatilia cœli. quoniam non serunt, nec metunt, a ¶ Tunc multo magis vos qui filij estis. d neque congregant in horrea: & pater a ¶ Tunc multo magis vos qui rationales estis quibus promittitur æternitas. b ¶ Quia rationales, & in filios adoptati. vester cœlestis pascit illa. Nónne vos † magis pluris estis illis? e Quis autem vestrûm a ¶ Sua sollicitudine & sagacitate. † cógitans potest adijcere ad staturam suam a ¶ Supra de esca, hic de vestimento. cubitum vnum? f Et de vestimentis, quid sola ¶ Hoc de indumento. ¶ Non sunt hæc allegorica, sed vt de minoribus persuadeantur maiora. liciti estis? Considerate lilia agri, quomodo a ¶ Coloribus se ornando. b ¶ Vt indumenta sibi conficiant. g crescunt. Non laborant, neque nent. Dico a ¶ Tamen. b ¶ Qui præ aliis floruit. h autem vobis, quoniam nec Salomon in om-

D c *Respicite.* Hoc ad escam. Sancti merito comparantur auibus, quia cœlum petunt, & quidam ita remoti sunt à mũdo, vt iam in terris nil agant, sed sola contemplatione iam in cœlo degunt. De quibus dicitur: *Qui sunt hi, qui vt nubes volant, &c.*

Isa. 60.b.

Hæc exempla non prohibent prouidentiam, ne laboret, sed sollicitudinem, vt tota fiducia vestra sit in Deo, cum & aues sine cura viuant.

d *Et pater vester.* Exaggerat fiduciam filiorum & confirmat: quia si bonitas patris etiam ad illa se extendit, quanto magis ad filios adoptionis?

E

e *Quis autem vestrûm, &c.* Illi autem curam regendi corporis relinquite, qui illud ad hanc mensuram fecit peruenire.

f *Et de vestimentis*, Non quod laborare & prouidere hoc non deceat, sed: omnis sollicitudo abijcienda est, & spes in Deo habenda est.

† sollicitus existens. Luc. 12.b.

✠ Clemens Alexand. Pudet me vt verecundè dicam, cum videam tantum opus effundi ad tegenda pudenda. Vetus enim homo qui erat in paradiso, ramis & folijs dimetiebatur tegumentum pudoris, nunc autem cum nobis oues fabricatæ sint, ne similiter ac oues simus insipientes.

vbi supra.

F

g *Considerate lilia agri*, Exhortationem de indumento satis congruo confirmat exemplo.

h *Quo. nec Salomon in.* Quæ purpura regum, quæ pictura textricum potest floribus comparari? Ipse color dicitur operimentum florum, sicut dicimus: operuit istum rubor.

☞ Si enim

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *mentum, vngues & rostra ad defensionem: similiter brutis animalibus pelles & pilos pro indumento, cornua ad dentes & huiusmodi pro armis: quia in talibus non est nisi natura sensitiua, quæ est ad vnum determinata: & ideo de talibus potuit eis prouidere sufficienter natura. Homo autem rationalis natura est, quæ non est determinata ad vnum: sed habet viam ad disparata, & contraria. & ideo non potuit sibi sufficienter prouidere natura quæ de se est determinata ad vnum: sed loco huius homo habet intellectum, per quem potest cogitare diuersas artes & modos faciendi sibi vestes, & arma, & manus ad operandum talia: & ideo oportet hominem de talibus sollicitari: quia tamen homo rationalis est, ideo ista sollicitudo debet esse moderata secundum regulam rationis rectæ: & talem sollicitudinem non excludit hic saluator, cum sit pars prudentiæ: aliter sequeretur, quod homo tentaret Deum, si expectaret ab eo consequi omnia necessaria: omittendo quod debet fieri circa hoc via humana, sed sollicitudo quæ hic prohibetur est deordinata & superflua per quam postponuntur bona spiritualia, vt magis videbitur postea. Et hoc est quod dicit hic Saluator.*

1 Ne solliciti sitis, *superfluè. s. & inordinatè de cibo & vestimento: quia hoc non est necessarium: Quod probat exemplo: quia corpus & animam quæ sunt maiora beneficia Deus dat nobis sine sollicitudine nostra: ergo & illa quæ sunt minora, videlicet cibum & vestimentum, dabit sine sollicitudine, vel cum sollicitudine moderata.*

2 Respicite volatilia. *Hic probat de vtroque in speciali: & primò de cibo, secundo de vestimento, ibi:* Quis autem vestrûm cogitans. *Primum ostendit per exemplum auium, quæ non serunt neque metunt, & tamen dominus sufficienter pascit illas cum sollicitudine conuenienti suæ naturæ. multo fortius hominem sufficienter pascet cum sollicitudine conuenienti suæ naturæ quæ est secundum regulam rationis rectæ: propter quod subditur.*

3 Nonne vos magis pluris estis illis? *i. natura humana est maioris ponderis coram Deo? quia animalia facta sunt propter hominem: finis autem nobilior est his quæ sunt ad finem.*

4 Quis autem vestrûm, &c. *Hic probat de vestimento: Et ponit duplex exemplum. Primum accipitur ex eo quod est intra hominem scilicet, magnitudo corporis, quam Deus dat homini sine sollicitudine sua: quod patet, quia quantũcunq; aliquis sollicitetur de augmentatione sua, non potest addere ad staturam suam cubitum vnum. cum ergo vestimentum competat maius vel minus homini secundum quantitatem corporalem, & quantitas datur ei sine sollicitudine sua, per consequens & vestimentum conueniens absque sollicitudine superflua. & hoc est quod concludit interrogatiuè.* Et de vestimentis, &c. *Secundum exemplum accipitur ex eo quod est extra hominem. s. ex terra nascentibus: quod ponit cum dicit.*

5 Considerate lilia agri, quomodo crescunt, &c. *sine sollicitudine eorum, & secundum quantitatem suam à Deo vestiuntur. propter quod dicit.*

6 Non laborant. *s. ad ornandum se.*

7 Neque nent, *id est filant: ad faciendum sibi vestimentum: & tamen optimè vestiuntur. Quod probat:*

8 Quoniam nec Salomon. *licet fuerit rex potentissimus, vt patet 3. Reg. tamen non fuit ita bene vestitus, quia licet ars imitetur naturam: tamen opera artis non assequuntur perfectionem operum naturæ, & ideo tinctores pannorum non possunt facere colorem ita viridem sicut natura in terræ nascentibus. Ex hoc igitur concludit, quod Deus sufficienter vestiet hominem absque sollicitudine superflua. propter quod dicit.*

✠ Si enim

MORALITER.

✠ 1 *Ne solliciti sitis animæ.* Non dicit vt manducetis, sed quid manducetis. Manducare namque necessarium est ad sustentationem naturæ: Sollicitari verò circa sumptuositatem cibi vel delectationem gulæ. Et idem dicendum de veste.

† *Nonne anima plus, &c.* Hieron. Qui maiora præstitit, vtique & minora præstabit.

2 *Respicite volatilia cœli.* id est verè contemplatiuos.

† *Quoniam, &c.* se negotijs secularibus implicando, & dominus pro eis sollicitatur ad necessaria ministrando.

5 *Considerate lilia agri.* id est verè castos.

† *Quomodo crescunt.* scilicet non solum labore suo, sed etiam Dei dono, Sapient. 8. d. *Et cognoui quia non possum esse continens, nisi Deus det.*

✠ Si enim

ni gloria sua coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quantò magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt: Scit enim pater vester*, quia his omnibus indigetis. † Quærite ergo primum regnũ Dei & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur vobis. † Nolite

a ¶ Ornat. a ¶ Procurabit in necessarijs. b ¶ scilicet vestiet. ¶ Qui ad imaginem Dei estis ad æterna vocati. c ¶ Non ait nolite quærere. a ¶ Id est talium cura nolite impediri quominus cœlestibus insudetis. a ¶ Dum patrem audis, ne dubites de voluntate. ¶ Qui bonis filiis viscera sua non claudit. b ¶ Et dat, nisi infidelitas vestra auertat. a ¶ Summa hæc vestra sit intentio. b ¶ Præcipue. ¶ Omnia propter illud facite. ¶ Non quòd post ista, sed quia summum quod propter se & extra quod nihil petitur. c ¶ Vt per eum non per vos iusti sitis, per iustitiam venitur ad regnum. ¶ Quod & dat, nisi infidelitas vestra auertat. ¶ Iustitia regni est quam supra docuit: Nisi abundauerit iusti. &c. a ¶ Vtenda in via propter illud non propter se. b ¶ Quia intentionem æternorum hæc comitantur. c ¶ Quia omnia adijcientur.

a *Si enim fœnum agri*. Si ista quæ ad vsum sunt temporis tantum, & cito decidua igne cremabuntur, Deus tam venustè adornat. Cras pro futuro ponitur in scripturis, dicente Iacob: *Exaudiet me cras iustitia mea*. (Gen. 30. e.)

b *In clibanum mittitur*. Alij libri habent, in ignem vel in aceruum qui habet speciem clibani.

c *Quanto magis vos*, scilicet vestiet. Et ideo omnis fiducia in eo habenda. Quòd si nec de his fidentes sumus, quomodo inuisibilia speramus? Permodica fides est, quæ nec de minimis certa est. Ideo & de æternis ingerit fiduciam, & condemnat infidelitatem.

d *Modica fidei*. Quicunque in aliqua promissione dubitat, modicus est fidei, & quantò plus dubitat, tantò minus inuenit ea pro quibus sollicitus fuit.

e *Nolite ergo solliciti, &c.* Plenius inculcat & reuoluit, quod à principio sermonis docuit, vt absque sollicitudine viuamus. *Nolite ergo solliciti esse*. Hic videntur argui hi qui spreto victu vel vestitu communi, lautiora sibi vel austeriora præ his cum quibus viuunt alimenta quærunt vel indumenta. (Luc. 12. d.)

f *Solliciti esse*. Sollicitudo suffocat verbum Dei, ne fructum referat: & facit similem gentili id est infidelem.

g *Hæc enim omnia*. Quid ergo amplius habet à gentili: cuius infidelitas animum sollicitat, & curis vitæ huius fatigat?

h *Gentes*, Quibus de futuris cura non est, sed filiorum est quærere regnum.

✻ CHRYSOSTOMVS. Sicut paulo antè gentium exemplo eos ad perfectiorem charitatem inuitauit dicens, *Si enim diligatis, &c. nonne Ethnici hoc faciunt?* Sic nunc commemoratione gentilium eos ad id quod perfectius erat, inuitauit. Et quæ, inquit, amplior est fiducia vestra in Deum quam gentium? (Hom. 15. operis imperf.)

✻ IDEM. Quia in rebus humanis (gentes) fortunam esse credunt, vndè non prouidentia Dei vitam suam gubernari æstimant sed incerto euentu. Ideo timent & desperant. (Hom 16. in Matth.)

i *Scit e*. Prouisa sunt hæc à Deo, qui nouit nobis hæc in via sua esse necessaria. *Pater vester*. Sic filios de bonitate & prouidentia patris securos reddit, absque cura scilicet.

k *Quærite ergo*. Hic apertè ostendit ista non esse petenda tanquam bona nostra. etsi necessaria. Regnum autem Dei petendum est & in eo finis noster est ponendus, propter quem omnia faciamus: verbi gratia: Manducemus vt euangelizemus, non euangelizamus vt manducemus. Cum dicit primum, significat hoc posterius, non tempore sed dignitate. Illud enim petendum est, hoc propter illud necessarium: ergo primum quærite regnum Dei. i. præponite omnibus rebus cæteris. Vt autem hoc quæratis, non debet subesse sollicitudo, ne illa desint: Scit enim (vt dixit) pater vester, quia his indigetis: & ideo non subdit, deinde ista quærite: sed ait: hæc apponentur. i. consequentur sine vllo impedimento, si illa quæritis. Nec ait: illa dabuntur: sed apponentur: quia aliud est quod principaliter datur aliud quod superadditur, quia in intentione æternitas, in vsu debet esse temporalitas: & illud datur, hoc superadditur. Regnum Dei quæramus, sectando iustitiam eius.

Iustitia vero regni est, omnia quæ Christus docuit obseruare, Regnum quærere, est ipsam iustitiam operibus implere, ideo tantum vt Deus glorificetur, & vt nos ei per omnia placeamus. († in q. 1 ei. habebat.)

Regnum Dei summum bonum est: & ideo quærendum. Quæritur autem fide, spe, & charitate.

✻ GREGORIVS Magis se Dominus quàm ea quæ condidit vult amari, æterna potius quàm terrena postulari, sicut scriptum est, *Quærite primum regnum Dei, &c.* Qui enim ait, non dabuntur, sed adijcientur, profectò indicat aliud esse quod principaliter datur, aliud quod superadditur. Quia enim nobis in intentione æternitas, in vsu verò temporalitas esse debet, & illud datur, & hoc nimirum ex superabundanti supperadditur. Et tamen sæpe homines dum bona temporalia postulant, æterna præmia non requirunt: petunt quod adiicitur, & illud non requirunt vbi adiiciatur. (lib. 15. moral. cap. 23.)

l *Et hæc omnia*. Quia omnia sunt filiorum: & ideo hæc omnia adiicientur, etiam non quærentibus, quibus si subtrahuntur, ad probationem est: si dantur, ad gratiarum actionem: quia omnia cooperantur in bonum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si enim fœnum agri, &c. *i. in præsenti*.

2 Et cras in cli. mit. *Id est in futuro: ponetur in furno: quia in aliquibus terris loco lignorum vtuntur stipulis & talibus ad calefaciendum furnum. Vel aliter: Clibanus accipitur hic pro aceruo in quo congregatur fœnum desiccatum, quia admodum furni seu monticuli eleuatur, vnde & clibanus à clino dicitur: Et tamen.*

3 Deus sic vestit. *fœnum ipsum sollicitudine sua*.

4 Quanto magis modi. fi. vos. *f. sine sollicitudine superflua. Vocat autem eos qui nimis sollicitantur de talibus modicæ fidei: quia ex defectu fidei procedit talis sollicitudo superflua: Non autem sollicitudo rationabilis & moderata, sed magis includitur: quia sicut natura animum est, prædicto modo viuere, & terra nascentium crescere, sic natura hominis est viuere secundum dictamen rectæ rationis: ad quod sequitur ipsum debere sollicitari sollicitudine moderata ad quærendum ea quæ non dedit sibi natura: vt vestes, & arma & similia, vt prædictum est.*

5 Nolite ergo solli. esse. *Hic excludit sollicitudinem superfluam per rationes duas: Secunda ponitur ibi:* Nolite ergo. *Prima accipitur ex parte diuinæ prouidentiæ. Ad cuius euidentiam considerandum, quod aliqui dixerunt prouidentiam diuinam esse tantum circa superiora, & non circa actus humanos, in quorum persona dicitur Iob. 22. b. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat: & ex hoc dicebant quod homo circa necessaria vitæ debebat multum sollicitari. & hoc est quod dicit:*

6 Hæc enim omnia gen. *i. gentiles diuinam prouidentiam circa actus humanos negantes: circa talia immoderatè sollicitantur, sed vos nolite sic dicere.*

7 Quid manducabimus. *non quia non debeat homo sollicitari moderatè, sed intendit excludere sollicitudinem immoderatam, quæ procedit ex gentilium errore: ideo sequitur.*

8 Scit enim pater vester cœlestis. *i. diuina prouidentia se extendit ad omnia quantumcunque minima & per consequens circa ea quæ sunt homini necessaria: & sic seruientibus sibi talia sufficienter ministrabit: propter quod concludit.*

9 Quærite ergo primum regnum Dei. *i. spiritualia bona. Et quia primum relatiuè dicitur ad secundum; patet quod non excludit sollicitudinem omnino circa necessaria vitæ, sed ostendit quod homo principaliter debet de spiritualibus sollicitari, & secundò de temporalibus: propter quod subditur.*

10 Et hæc om. adiji. vo. *supposita tamen sollicitudine debito modò habita, vt dictum est.*

11 Noli. er. *Hic ponitur secunda ratio ad hoc, & accipitur ex temporis congruentia. Sicut enim cuilibet negotio requiritur tempus debitum*

MORALITER.

1 *Si enim fœ.* per fœnum virens ad horam, & post mittendum in ignem significantur vanè gloriosi ad tempus florentes, & post ignem gehennæ æternaliter sustinentes. Igitur si eis Deus dat tanta bona in terra, suis electis dabit in cœlo multo maiora.

5 *Nolite ergo solliciti esse, &c.* exponatur vt supra.

6 *Hæc enim omnia, &c.* sollicitudine nimia; quia non considerant Dei prouidentiam extendi ad hæc inferiora.

9 *Quærite, &c.* id est cœlestia bona.

† *Et iustitiam eius*, per quam peruenitur ad illa.

10 *Et hæc omnia adijcientur vobis, &c.* Chrysosto. in homil. Non dicit dabuntur sed adijcientur, vt discas præsentia nihil esse ad magnitudinem futurorum.

11 *Nolite iudicare, &c.* i. tanquam certi de vita vestra: quia sicut dicit Sen. Omnis dies sicut vltima est ordinanda.

a *Solli.* Timore, mœrore, & anxietate curarũ quę mẽtẽ perturbãt.
b *In crastinum.* In futurum, de præsentibus concedit: vnde Apostolus: *Nocte ac die operabamur ne quem grauaremus.* De futuris quæ diuina procurat ordinatio, non conuenit sollicitari, sed præsentia suscipientes, curam futurorum quæ incerta est, Deo relinquamus, cui de nobis cura est. Curam autem præsentium maliciam vocat, quia pœnalis est: pertinet enim ad hanc mortalitatem, quã peccando meruimus, quæ in se satis onerosa est: Nec debemus superaddere malum nostræ sollicitudinis. Nemo debet scandalizari, si quem iustorum viderit necessaria sibi suisque procurare, nec iudicet eum de crastino cogitare, quia ille qui hoc præcepit cui ministrabant angeli, propter hoc exemplum dandũ loculos habuit: vnde necessaria vsibus præberet, quorum custos erat Iudas. Hinc sequitur: *Nolite iu.* &c.

✠ AVGVSTINVS. Die crastino temporalia & fluxa bona intelligenda esse mõet, quæ satiare minimè possunt: sed & sæpius repetenda esse videmus.

c *Dies.* Non quem fecit dominus: sed cui maledixit Iob & Ieremias scilicet quem diabolus inuenit.

✠ AVGVSTINVS. *Crastinus dies sollicitus erit sibi ipsi*, id est, vt cum oportuerit sumas cibum, vel potum, vel indumentum cum ipsa scilicet necessitas vrgere cœperit.

d *Sufficit.* Et quia cura præsenti mentes obruitur, non debet germinari malicia Dei.

✠ AVGVSTINVS. *Sufficit, &c.* Id est, sufficit quod sumere vrgebit necessitas ipsa.

(marg.: † afflictio. August. l. 1. de sermone do. in monte ca. 26. — lib. 2. de sermone do. in monte cap 25. — Iob. 3. a. Iere. 20. d. — vbi supra. — vbi supra.)

a ¶ Non labor & prouidentia damnatur, sed sollicitudo mentem suffocans. b ¶ Id est futurus. ¶ Tunc enim de ipso, & non ante curabitis.

a ergo **solliciti esse in crastinum. Crastinus** 1 b **enim dies sollicitus erit sibiipsi. Sufficit diei** 2 c d **† malicia sua.**

a ¶ Non eget alterius. b ¶ Dies malus non est, sed in eo fiunt mala. a ¶ Non peccatum, sed labor & angustia seculi.

NICOLAVS DE LIRA.

B *debitum ad hoc quod bene fiat, quia conditio temporis est quædam circunstantia actus debiti: igitur cuilibet sollicitudini ad hoc quod sit debito modo ordinata, requiritur tempus debitum, vt imminente messe est tempus debitum sollicitudinis circa fruges colligendas & imminente vindemia est tempus sollicitudinis vindemiarum: & ideo si aliquis præoccuparet tempus sollicitudinis vindemiæ de ipsa sollicitus in temporis messis, esset inordinata sollicitudo ex parte temporis: quod faciunt illi qui sunt immoderatè & superfluè solliciti: & hoc est quod prohibet di.* Nolite ergo solliciti esse in crastinum. *i. in futurum, sollicitudinem s. futuro tempori debitam inordinato præoccupando. Quod enim crastinum aliquando accipiatur pro futuro patet Iosue 22. f.* Cras dicent filij vestri filijs nostris, &c. *i. in posterum tempus. Sequitur.*

1 Crastinus enim dies, &c. *i. tempus futurum habebit sollicitudinem sibi congruam & debitam: sicut patet quod ex variatione temporis occurrerent varia fienda de quibus homines debent tunc sollicitari. ideo subdit.*

E

2 Sufficit diei malicia sua. *i. cuilibet tempori sollicitudo sua. Quæ quidem sollicitudo dicitur malicia, quia est quoddam malum pœnæ: in statu enim innocentiæ non indiguisset homo tali sollicitudine.*

CAP. VII.

*N*Olite iudicare. De dubijs, quia de manifestis iudicatur, & non de illis, de quibus incertũ est, quo animo fiant: de quibus nemo sine periculo iudicat.

C

Iudicium temerariũ est, quando quibus commissum non est, iudicant, siue sit de manifestis, siue de occultis. Cõmittitur autem iudicium, vel magistris ecclesiæ vel principibus terræ. Hi ergo si de manifestis iudicent, quæ scilicet sunt conuicta vel confessa, non temere iudicant. Si autem de incertis, temerè iudicant: hæc iudicia prohibet.

(marg.: Nolite cõdẽnare & non condemnabimini. Nec vetera quidem exemplaria legunt Rom. 8. e.)

a *Nolite iudicare.* Duo sunt in quibus temerarium iudicium cauendũ est. Sunt enim quædam media & incerta, quo animo fiant, quæ & bene & malè possunt fieri. Nescimus enim qualis futurus est, qui nunc apparet malus: de cuius correctione desperare, eúmque abiectum reprehendere temerarium iudicium est.

b *In quo enim.* Quasi diceret: In qua voluntate benefeceris, in ea liberaberis: & in qua male, in eadem punieris. De his enim agitur in quibus vel temerè iudicantes offendimus, vel rectè agentes excusamur. & ideo addit: *In qua mensura.* Et iustè quorum voluntas non habuit finem peccandi, quàmuis cũ fine peccauerint, non habent finem vltionis: & quibus iudicium fuit sine misericordia, sine misericordia iudicabuntur. *In quo enim,* Non quòd Deus temere iudicet nos, & iniqua mensura rependat: sed est ac si dicat: Ipsa temeritas iudicandi, & iniqua mensura tibi nocet, te punit. & sæpe non illud de quo hæc agis: tale est. *Qui gladio percusserit, gladio.* i. peccato huius rei *peribit.*

c *In qua mensura.* Potest in hac mensura in qua aliud mensuratum est, vt triticum: aliud mensurari, vt hordeum: & alia quantitas, vt si vnus modius de vno, centum de alio. Ita facit Deus, & non inique vt illi in æternum.

(marg.: † Luc. 6. l. 2. qu. 1. c. Deus. † Rom. 2. a. † Mar. 4. c. De accu. c. qualiter. † Luc. 8. f.)

CAP. VII.

a ¶ A Deo. ¶ Alias non iudicabimini.

NOlite iudicare, & non 1 **iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. † In** 2 **quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: † & in qua mensura mensi fueritis, † remetietur vobis.**

a ¶ Id est ipsum iudicium est causa quare à Deo iudicemini. ¶ Bono vel malo. a ¶ Id est pœnis iudicij tui mali punieris. b ¶ Id est iuxta mensuram culpæ erit mensura pœnæ etsi æternæ.

1 Et ipsa infamia vel malum quod tuleris, causa est cur pœnam debitam incurras.

Iustè qui æternaliter peccato perfrui volunt, æternam pœnam & inueniunt: quorum voluntas non habuit finem peccandi, nec habebit finem torquendi.

☞ Quid

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VII.

*N*Olite iudicare. *Hic Christus regulat affectũ hominis circa proximum & primo respectu mali: secundo respectu boni, ibi:* Nolite sanctum dare. ca. *Prima in duas. quia primo ostendit quod proximus non est temerariè iudicandus: secundo quod homo non est temerariè arguendus, ibi:* Quid vides festucã. *Circa primũ aduertendũ, quod iudicium vno modo est actus iustitiæ qui pertinet ad iudicem secularem vel ecclesiasticum: & de hoc non loquitur hic. Alio modo accipitur iudicium prout aliquis aliquibus signis malè iudicat de proximo. Et quia istud vt in pluribus procedit ex mala affectione: quia qui male afficitur ad aliquem, male interpretatur facta eius. & hoc prohibet dicens.*

1 Nolite iud. &c. *vt non incurratis peccatum mortale per quod sitis digni in iudicio condemnari. Ad intellectum huius sciendũ, quod aliquis potest iudicare malum de proximo multipliciter. Vno modo ex euidentia facti: cum aliquis iudicat aliquem homicidam: quia vidit eum interficere hominem: & hoc nullum est peccatum. Alio modo ex signis euidentibus, vt si aliquis iudicet aliquem fornicatorem: quia vidit cum aliqua, nudum cum nuda, solum cum sola: & hoc similiter nullum est peccatum. Tertio modo ex signis leuibus, & in hoc iudicio triplex est gradus. Primus est quando leuibus signis aliquis dubitare incipit de bonitate fratris: & hoc peccatum veniale est: quia procedit ex humana infirmitate, & hoc non vocatur iudicium propriè, sed suspicio. Secundus gradus est, quando ex talibus signis firmiter tenet in animo quod frater sit malus: & hoc propriè dicitur iudicium: quia iudicium importat firmam sententiam: & hoc est peccatum mortale, si malum quod iudicat de fratre ex leuibus signis sit de genere peccati mortalis: peccatum enim mortale est quod contrariatur charitati. Quod autem aliquis prædicto modo iudicet fratrem, est contra charitatem fraternam. Tertius gradus est, quando ex leuibus signis non solum prædicto modo iudicat: sed etiam procedit ad punitionem fratris sicut de facto: hoc est grauius: quia non est solum contra charitatem: sed etiam contra iustitiæ equitatem: & de talibus intelligitur verbum prædictum:* Nolite iudicare, &c.

(marg.: Quot modis aliquis de proximo male iudicat.)

2 In quo enim, &c. *secundum mensuram temeritatis in iudicando malum de fratre secundum hoc erit vindicta pœna.*

☞ Quid

MORALITER.

† *Nolite, &c.* Hilarius exponit hoc de terminato iudicio contra Deum, quo aliqui Deum iudicant iniustum, quando vident bonos deprimi & impios exaltari. Iudicia namque Dei semper sunt iusta licet nobis occulta.

☞ Quid

a ¶ Leuius quid quod conturbat oculum mentis, sed non obcæcat.

a † Quid autem † vides festucam in oculo fra- 1

a ¶ Grauius crimen. b ¶ Interiori intentione mentis. c ¶ Consideras.

tris tui, & trabem in oculo tuo non vides? 2 3

b † Aut quomodo dicis fratri tuo: frater sine 4

a ¶ Trabes alia litera.

eijciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs

a ¶ Appetens videri quod non es. b ¶ Redi ad cautelam tui: primum te curans: deinde fratrem.

c est in oculo tuo? † Hypocrita, eijce primum 5

a ¶ Antea cæcus, quia caligine peccati pressus.

trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere

a ¶ Monet dispensatores ecclesiæ, ne dent sanctum canibus. b ¶ Verbum prædicationis, quod non debet corrumpi.

festucam de oculo fratris tui. † Nolite san- 6

a ¶ Non facile inue[...]s, quod ei placeat qui margaritas calcat.

d ctum dare canibus, neque mittatis mar-

a ¶ Quia non possunt resipiscere ab immundicia. b ¶ Contemptores veritatis vilipendant: ¶ Porci.

garitas vestras ante porcos, ne forte con- 7

a ¶ Ad voluptates & vicia.

e culcent eas pedibus suis, & † conuersi dis- 8

a ¶ Canes impugnando veritatem. b ¶ Fidei vestræ simplicitatem. ¶ Fidem vestram, non arcana Dei, quæ incorruptibilia sunt. ¶ Ita mundatis oculis ad Deum & proximum petite. c ¶ Fide. ¶ Vires.

f rumpant vos. † Petite, & dabitur vobis: 9 10

a *Quid autem vides.* Ecce moderamen iudicij, & præuentus ma-A ioribus, aliũ non iudicet de minoribus. Multi enim præuenti maioribus, leuiora in fratre magis volunt vituperare & dãnare quã emendare. Vt si pleni odio vel inuidia vel malicia, damnent in eo quod delinquit ira: quę est vt festuca, odium, vt trabs. Iratus alicui vult aliquando eum corrigi, qui odit, hoc velle nequit: & ideo impossibile dicitur vt festucam fratri demat, qui trabẽ gestat, prius ergo trabs odij, inuidiæ, simulationis & totius maliciæ reijcienda est, vt sic misericorditer respectu Dei non nostri fratrem possimus increpare: vt siue prosit illi correctio siue nõ, B nos tamẽ de simplicitate nostri oculi simus securi. *Quid autẽ, &c.* Oculus qui in paradiso post culpã est reseratus, apertè videt nõ vt proficiat, sed vnde in deterius cadat. Vidit enim iactantiã vanæ laudis, dum sibi cæcus alijs vult mederi. *Quid autẽ, &c.* Apertus oculus malè videt, scilicet, iactãtiam sui dum alij vult mederi. Sed cæcus si non valet intueri, dum in hoc deterius cadat.

Vix inuenitur aliquis ab hoc vicio alienus: quia vnusquisque suis fauens, aliena facilè reprehendit: & aliena grau[...] tole-C rando quam sua, sumit [a]uctoritatem arguendi sine exemplo suæ emendationis.

Salutem in eo quod temere iudicant in oculo habent trabem.

b *Aut quomodo dicis fratri tuo:* id est non poteris minus (vt iram) in fratre emendare, donec maius id est odium vel inuidiam pepuleris de corde tuo.

c *Hypocrita eijce.* Hi enim odio & liuore suscipiunt omnia accusare, & volunt videri cõsultores sine exemplo emendationis suæ. Nõ enim est idoneus doctor alij mederi, qui nondũ se sanauerit.

✠ AVGVST. Si vis aliquem reprehendere, primum vide vtrum similis sis ei, Quòd si es, pariter ingemisce; & non eum tibi pariter obtemperare, sed pariter conari mone. Quòd si non es similis, tamen quia olim fuisti vel esse potuisti, condescende & non ex odio, sed ex misericordia argue. Raro ergo & non sine magna necessitate obiurgationes sunt adhibendæ: & non nisi respectu Dei, remota prius ab oculo trabe.

d *Nolite sanctũ, &c.* Purgato oculo possunt dispensatores ecclesię alios castigare, sed non sanctum canibus dare: quia sicut periculosum est abscondere, ita prodigum est canibus dare. Talibus mystica non sunt aperienda sed velo tegenda sanctasanctorum: apertiora vero & quasi viliora, dici possunt. *Nolite.* Eadem dicitur sanctum & margariata, id est euangelium & sacramenta ecclesiastica. *Sanctum,* quia natura inuiolabile, nec debet ab aliquo corrumpi. *Margarita.* quæ in abscondito latet: & de figuris. q. apertis conchis eruitur, gemma est præciosa quæ non potest corrumpi. Canes vere sunt qui oblatrant, & quod integrum est dilacerãt. Porci qui vilipendunt & cõculcant. Vel canes ad vomitum reuersi, porci nondum conuersi: sed in luto viciorum versati. *Nolite.* Non sunt dispensatores, sed prodigi extirpatores qui tollunt panem filiorum, & mittũt cani-E bus: ignorantes quòd res abscõsa auidius quæritur, celata venerabilius conspicitur, diu quæsita charius tenetur, sine fastidio fit percepta cum mensura. Ideo nec crudeles quærentibus oportet esse dispensatores, nec incautos delusoribus vel faciles.

✠ CHRYSOSTOM. Sunt enim qui inter catholicos modestiam simulant vt secreta condiscant: cum verò didicerint, repẽtè alij ex alijs effecti irrident, insultant, atque illudunt.

e *Et conuersi.* Ne fortè adhuc aliquid audire disrumpant, non F margaritas quas conculcant, sed vos indignatione. Non enim facilè potest inueniri quod talibus gratum sit.

f *Petite.* His gradibus via, veritas, & vita legitimè certantibus, præstatur, Christus est via qua ambulatur, veritas qua inuenitur, ostium ad quod pulsatur, vt ad ipsum per ipsum ingrediamur.

✠ AVG. Idem est petendum quod & quærendum: & ad quod vt ingrediamur est pulsandum, id est panis viuus & regnum cœleste & iusticia eius docuit quid petamus, modo præbet confidentiã, vt nihil hæsitantes petamus. Petimus fide, per eam ad Christum euntes. Quærimus spe: qua attingimus vsque ad interiora. Pulsamus charitate, dum laboribus insudamus. vt quod petim[us] & quęrimus cõsequamur. Primũ pete vt habeas: post quęre vt inuenias, inuẽta obserua, vt introeas. A principio sermonis filios regni iusticiam docuit, & animos à sollicitudine remouit. Regnũ autem primum quærere, est ante omnia & super omnia Deum diligere, & deinde opus delectionis perficere. AVGVST. Petite. Quasi conscius suæ infirmitatis dicat: Quod sanctum iubes abscondere, quásve margaritas dare vetas: quas me habere non sentio?

Contra

† Luc. 8. f. † animaduertis.

† 1. q. 1. c. multi. 3 q. 7. para. idẽ testatur.

† 11. q. 6. in prin.

† Luc. 11. b. Ioh. 16. c. Iudicandi alios vitiũ paucis abest.

Reprehensorum doctrina. L. 2. de sermone Domini in monte.

- frater.

† 43. dist. c. 2. 11. q. 3. c. nolite 1. & ca. quando 23. q. 4 cap. quidem. 24 q. 1. ca. quia hæc sola De pœ. d. 1. c. nonullis. † canes. Hom. 24. in Matth.

Vbi supra cap. 33.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid autem vides, &c. *Hic ostendit quòd proximus non est temere arguendus. Hoc autem contingit, quando illi qui arguit est in consimilibus culpis vel maioribus: quia talis correctio non procedit à charitate, sed ex præsumptione: quia ordo charitatis incipit à seipso. Aduertendum tamen, quòd crimina arguentis, aut sunt publica, aut occulta: si publica, peccat dupliciter arguendo, peccato scilicet præsumptionis, & peccato scandali. Si autem sint occulta, tunc peccat primo modo tantum. Si tamen iste qui arguit primo pœniteat, & postea fratrem humiliter arguit non peccat. Dicit ergo:* Quid autem, &c. *id est, peccatum minus in occulto fratris tui. id est, in conuersatione & conscientia eius.*

2 Et trabem. *id est maius peccatum.*

3 In oculo tuo. *id est in teipso non consideras. Trabs enim est adulterium respectu fornicationis simplicis: & sic de alijs.*

4 Aut quomodo dicis, &c. *hoc dicunt mali prædicatores & mali sacerdotes, qui sunt irretiti maioribus peccatis, quam illi quos volunt corrigere.*

5 Eijce primum. *quia hic est ordo charitatis quòd à seipso incipiat.*

6 Nolite sanctum dare canibus. *Hic regulat affectum hominis ad proximum respectu boni conferendi, quia malis hominibus in peccato obstinatis ex affectione carnali, non sunt sacramenta ministranda, vel secreta fidei reuelanda infidelibus obstinatis: quia ex prædictis sequitur contemptus sacramentorum ecclesiæ, & derisio fidei Catholicæ & occisio ministrorum: & hoc est quod dicit.*

7 Ne fortè, &c. *videlicet diuina sacramenta, vel fidei secreta: quæ dicuntur hic margaritæ propter eorum preciositatem: & peccatores dicuntur porci, propter eorum immundiciam.*

8 Et canes. *id est obstinati infideles.*

9 Disrumpant vos. *hoc est interficiant.*

10 Petite & dabitur vobis. *Postquam saluator dedit legem euangelicam, hic ostendit eam obseruabilem. Hæc enim est de conditionibus legis scilicet quod sit obseruabilis. Ad obseruationem ipsius tria faciunt, imploratio diuini auxilij, conatus liberi arbitrij, euitatio mali consortij: & ideo ista tria ponit per ordinem, secundum ponitur ibi:* Intrate per angustam portam: *tertium ibi:* Attendite à falsis prophetis. *Prima adhuc in duas: quia primo ostendit quid requiritur ad hoc quòd oratio sit exaudibilis ex parte orationis: & secundo ex parte ipsius orantis ibi.* Omnia ergo, &c. *Circa primum sciendum quòd oratio est exaudibilis tribus concurrentibus. Primum est quòd sit pia: id est de*

Diuisio.

pertinenti

MORALITER.

1 *Quid autem.* CHRYSOST. Laici peccatum modicum est & festuca quantum ad peccatum sacerdotis quod trabi comparatur.

6 *Nolite sanctum.* CHRYSOST. Quia baptismus & alia sacramenta non sunt danda nisi fidem habentibus: mysteria veritatis quæ sunt margaritæ, non sunt danda nisi desiderantibus veritatẽ & cum humana ratione viuentibus: si enim porcis eas miseris id est cœnosæ vitæ delectatione grauatus, non intelligent preciositatem earum, sed æstimabunt eas similes fabulis mundialibus, & eas actibus suis carnalibus conculcabunt.

10 *Petite & dabitur vobis.* Petimus orando, quærimus rectè viuendo, pulsamus perseuerando.

Aut

A Contra hæc ſubijcit, *Petite*. q. d. infirmus pedibus prius petat, vt ſanetur, poſt quærat, vt inueniat viam quæ ad propoſitum ducat. deinde cum illuc venerit, vt aperiatur pulſet. Sic prius eſt petitio ſanitatis vt vires dantur animo: quibus quod præcipit implere poſſit. Viribus acceptis, ſecūda eſt inquiſitio viæ. Quid enim ſunt vires per deuia euntes? Cum autem via ad deſtinatum perduxerit, tertia eſt pulſatio, vt quod clauſum eſt poſſit aperiri: & hoc bene congruit. Cum enim beata vita actione & cognitione compleatur. actio deſiderat facultatem virium, cognitio manifeſtationem rerum. Horum primum petitur, ſecundū quæritur. illud vt detur, hoc vt inueniatur. Sed in hoc ſecundo prius eſt cognitio viæ quàm poſſeſſionis. Et qui veram viam inuenerit perueniet ad poſſeſſionem, quę tantum pulſanti aperietur.

B

Vbi ſupra.

A v g v s t. Operosè quidem quod iſta tria inter ſe differant exponendum putaui, ſed longè melius ad inſtantiſſimam petitionem omnia referuntur. Hoc quippe oſtendit vbi eodē verbo omnia cōcluſit dicens: Quantò magis pater veſter qui in cœlis eſt, dabit bona petentib. ſe. Non enim dixit petentibus & quærentibus & pulſantibus.

† Dona.

†Luc.6.c i. d.in pr.n. 50.d c.poſſideret 10. q 1.ca. placuit. In cap.4.epiſt. Iacob.

a ¶ Spe. b ¶ Vitam. c ¶ Charitate. ¶ Ad oſtium quod eſt Chriſtus: & inuento iuſtate.

quærite & inuenietis: pulſate, & aperietur 1 2

¶ Non enim diffidendum. a ¶ Piè & perſeueranter. b ¶ Qui non accipit, conſtat eum non bene petere.

a vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui

a ¶ Piè & perſeueranter. b ¶ Oſtendit per ſimile quid ſit petendum.

b quærit inuenit: & pulſanti aperietur. Aut 3 quis eſt ex vobis homo, quem ſi filius ſuus

a ¶ Charitatem, vel Chriſtum qui eſt panis qui de cœlo deſcendit. b ¶ Cordis duriciam.

petierit panem, nunquid lapidem porri-

a ¶ Inuiſibilem fidem inter aquas ſcripturæ latitantem.

c get ei? Aut ſi piſcem petierit: nunquid ſer-

a ¶ Infidelitatem. ¶ Venenum perfidiæ. ¶ Amatores ſæculi.

d pentem porriget ei? Si ergo vos cùm ſitis

¶ Vtilia. ¶ Non veſtra.

e mali, noſtis bona † data dare filijs veſtris:

Cuius eſt omne quod eſt.

quantò magis pater veſter qui in cœlis eſt 4

¶ In ſanctis. a ¶ Æterna quæ dantur filiis tantum. ¶ Spiritumſanctum bonum. b ¶ Quia regnum cœlorum quærendum eſt & iuſtitia eius, ergo, &c? 5 6

f g h dabit bona petentibus ſe. † Omnia ergo †

D qui petunt, quales à quibus petunt. Quam frontem habes petendo ad dominum tuum, qui non agnoſcis parem tuum.

a *Omnis enim, &c.* Vt præbeat conſtantiam perſeuerandi, diligentiam quærendi, fiduciam impetrandi addit. *Omnis*, &c. ſuprà docuit quid petamus, regnum, ſcilicet. Hic confidentiam vt nihil hæſitantes petamus: Non denegat ſe petentib. qui ſponte obtulit ſe non petentibus: & quærentes inuenient eum qui non quærentibus dedit vt inuenirent, & pulſantibus aperiet, qui clamat: *Ecce ego ſto ad oſtium & pulſo*.

Apo. 3. a.

b *Aut quis*. Explanat quid petendum ſit, & ex humana circa filios beneuolentia diligentiam patris circa nos cōmendat. Petentibus Chriſtum rectâ fide nō datur lapis offenſionis nec duricia cordis. Ita ſi petieritis patrem veſtrum charitatem ſine qua nil ſunt cætera, vt ſine pane inops eſt menſa, cui contraria eſt cordis duricia.

E

c *Si piſcem*. Per piſcem fides quæ ſub fluentis ſpiritusſancti nutritur.

Piſcem dicit inuiſibilium fidem: vel propter aquam baptiſmi, vel quia de inuiſibilibus locis capitur, vel quia fluctib. huius mundi non frangitur. In euangelio Lucæ ſequitur comparatio oui & ſcorpionis. In ouo & ſpes accipitur, quia in eo nondum eſt fœtus perfectus: ſed fouēdo ſperatur. In ſcorpione cuius aculeus retro timendus eſt, accipitur contrarium ſpei, ſcilicet retro aſpicere, cum ſpes ſe debeat in anteriora extendere.

Luc. 11. b.

❋ D i d y m v s. Cùm vera ſit expoſitio ſaluatoris, *Petite & accipietis*. quare multi orantes non exaudiuntur? Quoniam qui via congrua ad petendum venit, nihil relinquens eorum quæ pertinent ad impetranda quę cupit, omnia percipit quod ſibi dari rogauit. Si quis autem extra intentionem traditæ petitionis poſcere videatur, iſte neque petere modo debito creditur, & ideò non percipit quod petit. Nam doctor dicat, omnis qui ad me accedit cauſa doctrinarum, habebit diſciplinas eorum: attendere ad doctorem de ipſis accipiendum eſt, hoc eſt, vt etiam deſiderium habeat doctrinarū, vt exerceat & meditetur eas, & ſumma intentione reſpiciat ea quæ à magiſtro dicuntur, & naturam habeat bonam, ille indubitanter percipit doctrinam, quam magiſter dare promiſit. Qui ergo ſcientiam & virtutem petunt nec accipiunt, dicendum illis eſt, quia ipſi non propter ipſa bona petunt, ſed vt per ea laudentur.

C

❋ R v p e r t v s. Hic opus eſt tali fortitudine quam habuit Iacob, quando cum Angelo luctatus eſt, & victor extitit. Fortitudo illa fuit gemitus inenarrabilis, fletus fuit ſpiritus contribulati. Vnde cum dixiſſet Oſeas de Iacob, *Inualuit ad Angelum* & confortatus eſt, addidit, *Fleuit & rogauit eum*. Lucta pulcherrima eſt, tamdiu perſeuerare petendo, donec accipiat.

ſermone 3. de verbis Domini.

❋ A v g v s t i n v s. Vt agnoſcat Deus mendicos ſuos agnoſcamus noſtros. Et cogitemus quando petitur à nobis, qui petunt, à quibus petunt, quid petunt. Qui petunt? homines. A quibus? ab hominibus. Qui petunt? mortales. A quibus petūt? à mortalibus. Qui petunt? fragiles. A quibus? à fragilibus. Qui petunt? Miſeri. A quibus? A miſeris. Excepta ſubſtantia facultatum, tales ſunt qui pe-

F

d *Si ergo vos*. Quandoquidem patres bona tribuunt filijs, ergo multo magis pater noſter qui bonus eſt incomparabiliter bona dabit petentibus ſe filijs.

e *Noſtis bona*. Secundum ſenſum eorum bona qui ea pro bonis habent, quanquam & in rerum natura bona ſunt, & in vitam iſtam pertinentia, quæ malus non de ſuo dat, *Domini enim eſt terra, &c.* Vel Apoſtoli mali dicuntur, quantum ad ſe reſpectu Dei qui ſolus bonus, ex quo omnes boni.

Pſal. 23.

Conſtat quòd à Deo non niſi bona percipimus qualiacunque nobis videantur: Omnia enim electis in bonum cooperantur, & omnium bonorum ſpiritualium diſtributor eſt, vt onera charitatis impleantur.

f *Dabit bona*. id eſt ſpiritum ſanctum. Vel bona ſcilicet æterna, quæ non dantur niſi filijs.

g *Petentibus ſe*. Omnium bonorum ſpiritualium diſtributorem vt opera charitatis impleantur. Vnde ſubdit.

h *Omnia ergo, &c.* Quia amare amantem naturæ eſt, non amantem verò cogi beneficijs ad amorem, perfectionis Chriſti eſt. Cum nos priores, vt nobis fieri velimus alijs facere iuberet, mox eundem ſenſum aſtruit dicens: *Omnia ergo quæcunque, &c.* id eſt, bona quæ vultis accipere ab alijs, eadem facite illis vt charitas proximi impleatur quæ ſine dilectione rectè non poteſt perfici. Et ideo addit: *Hæc eſt lex & propheta, &c.* quia nec

☞ Deus

NICOLAVS DE LIRA.

pertinentibus ad ſalutem: ſecundum eſt quod ſit perſeuerans, id eſt non interrupta per aliquid orationi contrarium: quia non ceſſat orare, qui non ceſſat bene facere: Tertium eſt quod oret pro ſe. quia licet aliquis pie & perſeueranter oret pro alio, tamen effectus orationis poſſet impediri propter maliciam illius pro quo oratur: ſed tribus prædictis concurrentibus ſemper exauditur: & hoc eſt quod notatur in tribus verbis hic poſitis. Petite., *ſcilicet piè.*

1 Quærite, *perſeueranter.*

2 Pulſate & aperietur vobis. *Ex quo patet, quòd loquitur de oratione facta pro ſe cum dicit:* Et aperietur vobis. *Et quia iſtis tribus concurrentibus ſemper exauditur:* Omnis enim qui petit. *Sequitur.*

3 Aut quis ex vobis homo. *vbi declaratur, quod prædictum eſt per exemplum: quia ſi homines qui tam proni ſunt ad malum, & ideo dicuntur mali: tamen filiis ſuis petentibus ab eis bona dant illis, multo fortius*

4 Pater veſter qui in cœlis eſt. *qui ex natura ſua eſt bonus, per eſſentiam.*

5 Dabit bona petentibus ſe. *ſcilicet gratiam & gloriam.*

6 Omnia ergo. *Hic oſtenditur per quid oratio eſt exaudibilis à parte orantis: Quod fit quando iuſtè viuit, faciendo alteri quod ſibi vult fieri: & hoc eſt quod dicitur:* Omnia ergo quæcunque vultis: *Omnia enim præcepta ordinantia hominem ad proximum, non ſunt niſi quædam concluſiones deriuatæ ex iſto principio: ſicut in ſpeculatiuis hoc principium. De quolibet affirmatio vel negatio ſe habet ad omnia quæ ſequentur ex ipſo, & propter hoc ſubditur.*

Hæc

MORALITER.

1 *Aut quis ex vobis homo. Remigius.* Per panem, intelligitur ſpecialis doctrina: per piſcem, baptiſmatis vnda: per lapidem, ignorantia: per ſerpentem, diaboli aſtutia deſignatur.

† *Omnia ergo.* A v g v s t. Voluntas namque non eſt niſi in bonis. Nam in malis cupiditas dicitur propria, non voluntas.

† *Hæc*

☞ Deus sine proximo, nec proximus diligitur sine Deo, quia non A ex odio vel ex inuidia iudicandus est proximus: ergo qua charitate velletis moneri, facite alijs.

a *Vt faciant vobis homines.* Quia addit, homines: dicit tantum de dilectione proximi. Vnde nec subdit, tota lex, relinquit verò de dilectione Dei. Quòd si dixisset: Omnia quæcunq; vultis fieri vobis, facite alijs: vtrunq; complexus esset, in quibus tota lex, propter salutem hominum scriptū est in prophetis & lege.

b *Intrate.* Etsi difficile sit, vt alijs facias quod tibi vis fieri, tamē sic faciendū est vt intremus.

c *Per angustam.* Angusta quæritur, nec ab omnibus inuenitur. Nec omnes qui inueniunt per eam ingrediuntur: quia capti seculo retroeunt. (†Luc.13.c.)

B Quamuis charitas sit lata, tamen per angusta & ardua abducit hominem à terra. Quid angustius illo foramine, quòd vnus ex militib⁹ in latere Christi aperuit: per quas tamen angustas portas iam penè totus mundus intrauit. (†Quoniā.)

d *Et spacio.* Hanc etsi non quærant, omnes tamen inueniunt, quia in ea nati. Voluptas vt meretrix importuna suis oblectamentis omnes inuitat: & ideo multi intrant per eam.

C e *Quam.* Satis angustum est omnia prætermittere, vnum solū diligere, vnum quærere, ad vnū quotidie pulsare, prosp̄era non ambire, aduersa non timere.

a quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos facitē illis. Hæc est enim lex & prophetæ. † Intrate per angustam portam: quia lata porta & spaciosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam. † Quàm angusta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis prophetis qui veniūt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces. † A fructibus

a ¶ Voluntas hic de bonis tantum dicitur. ¶ Dictante charitate.
a ¶ Id est, diliges proximum tuum sicut teipsum. b ¶ Quantum ad proximum diligendum. c ¶ Id est, in hoc vno impletur. d ¶ Spiritualiter intellecta.
a ¶ Ad vitam. b ¶ Etsi hæc dura, labores, ieiunia: tamen amantibus iugum suaue est. ¶ Charitatem. c ¶ Quam pauci inueniunt.
a ¶ Sæculi voluptas. b ¶ Vbi nulla corporis angustia. ¶ Errantium via.
¶ Non quærunt eam quia sponte se offert.
¶ Sed. ¶ In ingressu. ¶ In progressu.
¶ Quia.
a ¶ Et quia pauci inueniunt, ergo. ¶ Diligenter cauete. b ¶ Quid ergo ab illis vbi nec spes. ¶ Qui in humilitate ambulabant ex falsa religione.
¶ Vt decipiant.
a ¶ Et ideo cauete, ne vos dilanient blandiciis & simulationibus. b ¶ Quomodo illi dignoscuntur.

f *Et pauci.* Si pauci inueniunt, pauciores per eam intrare contendunt. Nemo intrat sine labore, & sine animi puritate.

g *Attendite.* Cum dixisset arctam viam à paucis inueniri, ne forte sui implicarentur erroribus pseudo-prophetarum adiecit: Attendite: *Attendite.* Quod supra latam portam dixit, falsos prophetas apertius dicit. *Attendite.* Licet hoc de omnibus qui aliud habitu & sermone, aliud opere ostendunt, possit accipi, tamen specialiter de hæreticis qui quadam pietatis veste tecti, venenato animo & intentione nocendi lupi sunt rapaces, vel exterius si copia datur persequendo vel interius corrumpendo.

✠ TERTVLLIAN. Quinam sunt istæ pelles ouium, nisi nominis Christiani intrinsecus superficies? Qui lupi rapaces, nisi sensus spiritus subdoli, ad infestandum gregem Christi intrinsecus delitescentes? Qui pseudo-prophetæ, nisi falsi prædicatores? Qui pseudo-apostoli, nisi adulteri euangelizatores? Qui Antichristi interim & semper nisi Christi rebelles? (Lib de præscript. aduersus hæretic.)

✠ VINCENTIVS LIRINENSIS. Quid est vestitus ouium, nisi prophetarum & Apostolorum proloquia, quæ ijdem ouili quadam sinceritate, agno illi immaculato, tanquam vellera quædam texerunt? Qui sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorum feri & rabidi, qui caulas Ecclesiæ semper infestant, & gregem Christi quaqua possunt, dilacerant? Sed vt fallacius incautis ouibus obrepant, manente luporum ferocia, deponunt lupinam speciem, & se diuinæ legis sententijs, velut quibusdam velleribus obuoluunt, vt cum quisque lanarum mollitiem præsenserit, nequaquam aculeos dentium pertimescat. (contra nouatores cap.36.) D

h *Ad vos in vestimentis ouiū.* In conspectu hominum similes ministris iustitiæ dum ieiunāt, orant, eleemosinas dant: sed non sunt eorum fructus, quia pro vicio eis reputatur.

i *A fructibus eorum.* Hieronymus. Non à veste, sed ab operib. quod de manifestis accipitur. Quomodo ab eis? quia vt spina non facit vuam: sic bona arbor bonum fructum, mala malum, & non econuerso. *A fructibus eorum.* quia fideles opprimunt, Deum, si non verbis, factis blasphemant. Maximè autē per impatientiam discernuntur in tēpore aduersitatis. Ieiunia enim & orationes sunt simulatis sicut & bonis, sed non debent oues pelles suas deponere, & si aliquando eis lupi se contegant. E

✠ HILARIVS. Blandimenta verborum & mansuetudinis simulationem, admonet fructu orationis expendi oportere: vt nō qualē quis verbis referat, sed qualē se rebus efficiat, spectem⁹. (†De regul. iur. c.2.) (vbi supra.)

✠ VINCENTIVS LIRINENS. *A fructibus eorum, &c.* Id est cum cœperint diuinas illas voces, non iam proferre tantū sed etiam exponere: nec adhuc iactare solùm sed interpretari: tunc amaritudo illa, tunc acerbitas, tunc rabies intelligitur: tunc nouitium virus exhalatur, tunc prophanæ nouitates aperiuntur, tunc primum scindi sepem videas, tunc transferri patrum terminos, tunc catholicam fidem cædi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari. F

✠ CHRYSOSTOMVS. Scire oportet quia sunt omnino falsi Christiani. Nam nulla res perdit Christianos magis quàm hæc, quia quoscunq; viderint dici Christianos, quasi Christianos eos æstimant. Sed fortè dicis, quomodo dicere illum possum non esse Christianum, quem video Christum confitentem, altare habentem, sacrificium corporis & sanguinis Christi offerentem, scripturas sanctorum legentem, omnem sacerdotij dignitatem habentem? Simia hominis habet membra, & per omnia hominem imitatur, nunquid propterea dicenda est homo? Sic hæresis omnia habet & imitatur ecclesiæ mysteria, sed non sunt ecclesiæ. (Hom.19.operis imp.)

☞ Nunquid

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Hæc est enim lex & prophetæ. *Hic ponitur secundum quod requiritur ad legis euangelicæ impletionem. s. liberi arbitrij conatus: quia lex datur de actibus virtutum, & maximè lex euangelica, quæ est perfectissima: Virtus autem est circa bonum & difficile: & ideo ad impletionem eius requiritur conatus hominis, & hoc designatur, cùm dicitur.*

2 Intrate per angustam portam. *quia lex euangelica est porta intrandi ad gloriam. Dicitur autem angusta propter arctitudinem virtutis quæ consistit in medio, & secundum quod dicitur. 2. ethicor. Difficile est attingere medium: sed facile est deuiare à medio: sicut sagittantibus difficile est percutere signum, sed facile est deuiare à signo. Et sic est de bono virtutis: quia bonum contingit vno modo, malum autem omnifariam. Ad hoc enim quod actus sit virtuosus oportet quod sit bonus de genere, & ex omnibus circunstantijs, quod difficile est concurrere: sed actus efficitur malus ex singulis defectibus: quod facile est contingere: & hoc designantur cum dicitur.*

3 Lata est porta & spaciosa, &c. *quia multi inueniuntur defectuosi, secundum quod scribitur Eccl. 1. d.* Stultorum infinitus est numerus: *& pauci valdè inueniuntur virtuosi. & hoc est quod subditur.*

4 Quam angusta porta, &c. *& patet.*

5 Attendite à falsis prophetis. *Hic ponitur tertium, quod requiritur ad impletionem legis euangelicæ, scilicet vitatio falsæ doctrinæ, dicens.* Attendite. *id est diligenter cauete.*

6 A falsis prophetis *i. est doctoribus hæreticis. Propheta enim vno modo idem est quod proloquutor: & quia venenum non propinatur nisi melle linitum. ideo subditur.*

7 Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: *quia falsam doctrinam palliant apparentia virtutum. Et quia non possunt vitari nisi cognoscantur. & non possunt cognosci ex apparentia exteriori, ideo subdit vnde debeant cognosci scilicet ab operibus. propter quod dicit:* A fructibus eorum cognosceris eos. *Sequitur.*

✠ Omnis

MORALITER.

✠ 1 *Hæc est enim lex & prophetæ. Qui proximum diligit legem impleuit.* (Rom.13.)

3 *Lata est porta quæ ducit ad perditionem,* id est diabolus extensione superbiæ dilatatus.

4 *Quam angusta, &c.* hoc est Christus humilitate constrictus.

5 *Attendite.* Hoc exponi potest de dæmonibus in angelos lucis se transferentibus, vt iustos decipiant. ideo dicitur 1. Io. 4. a. *Nolite credere omni spiritui: sed probate spiritus, vtrum ex Deo sint.*

✠ Omnis

4 *Quam*

a *Nunquid.* ALII. Spinæ & tribuli sunt hæretici à quibus nullus sapientum sanctitatem vel veritatem poterit inuenire: sed cōscindunt & cruentant approximantes. Vel spinæ & tribuli: curæ sunt seculi, punctionésque vitiorum. Vua & ficus, dulcedo nouæ conuersationis quam Christus in nobis esurijt, & feruor dilectionis, qui lætificat cor hominis. Non ergo de spinis & tribulis vua & ficus: quia mens adhuc veteris hominis consuetudine pressa, potest simulare nō ferre fructus noui hominis. Quod si aliquando dicta vel facta malorum prosunt bonis, non hoc faciunt mali, sed fit de illis consilio Dei: quia non eorū fructus est sed vitis quæ super spinas aliquando exuberat. Sed carpēdus est botrus, spina cauenda. Vitis Christus. Sui, palmites qui ferunt vuas, id est opera spiritus quę inebriant mentē.

Hom 19. operis imper. ✠ CHRYSOST. Sicut botrus multa in se grana ligno mediāte suspendit, sic & Christus multos sibi fideles per lignum crucis tenet adiunctos. Similiter & sicut ficus multa grana vno tegmine tenet inclusa, sic & multos fideles quodā dulcis charitatis amplexu vna tenet ecclesia.

b *Sic*, id est secundum prædictam impossibilitatem: quia de mala radice non potest fructus suauitatis erumpere, Expectandi sunt boni fruct⁹ de bona arbore. Arbor bona vel mala nō natura quæ in omnibus bona à Deo est creata sed voluntas bona vel mala. Fructus, opera quæ nec bona malæ voluntatis possunt esse, nec mala bonæ voluntatis. Fructus bonæ arboris gaudium, pax, patientia, longanimitas, &c. quos fructus non nisi bona voluntas parturit. Sic econtrario malos mala intentio nutrit.

c *Non potest.* Non ait: non potest mala arbor bona fieri, vel bona mala: quia Paulus de persecutore factus Apostolus, & anima manente integra natura, affectu voluntatis corrumpitur, vel in melius mutatur.

Voluntas vniuscuiusque arbor bona vel mala. Et sicut arbor radicatur in terra, sic voluntas in anima.

Fructus malæ arboris. Fructus malæ arboris sunt opera carnis. scilicet fornicatio immunda, luxuria.

d *Omnis arbor.* Hac sententia hypocritas & pseudo-prophetas damnat, & quod supra docuit de cordis mundicia, hoc exemplo confirmat, quod nemo de mala intentione fructum bonum percipit, nec de bona nisi bonum metit.

e *Igitur ex fructibus.* Quasi dicat, a falsis prophetis attendite, & ex fructibus eos cognoscite.

Ex fructibus. Quia licet dicant: Domine domine, non continuo sunt credendi. Hoc autem dicunt, vt à vobis recipiantur. Verè dicere dominus Iesus, est in corde credere, ore confiteri, operibus attestari: nam vnum sine altero negare est.

† putris, marcida. † Luc. 6. g.

f *Non omnis qui dicit.* Sicut cauendi sunt qui habent speciem bonę vitę propter dogma nequitiæ, sic & hic econtrario, qui cū integrę fidei & doctrinę sint, turpiter viuunt. Vtrumq; enim necesse est, vt & opus sermone & sermo operibus comprobetur.

† supra 3. c. Dedecis. c. quamuis. † exciditur & in ignē mittitur. † Luc. 6. g.

g *Qui dicit domine domine.* Iter regni Dei est obedientia, nō nominis nuncupatio. Non est hoc illud verè & propriè dicere vbi prolatio discordat à volūtate. de quo Apostol⁹ ait: *Nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu S.*

1. Cor. 12. a. ipse intrabit in regnum cœlorum.

h *Multi dicent.* Maximè autem cauendum est ab his qui propter nomen Christi etiam miracula habent, quę cum propter infideles dominus fecerit, monuit tamen ne à talibus decipiamur: putantes ibi esse inuisibilem sapientiam, vbi est visibile miraculum, vnde adiungit: *Multi dicent.* Quam mundo ergo & simplici oculo opus est, vt inueniatur via sapientiæ inter tot deceptiones.

Non solū qui verbotenus nominant non recipiuntur, sed etiā hi qui sine operibus & prophetant: & dęmonia eijciunt & virtutes faciunt. Sicut cauere monuit à falsis prophetis, ita ab his qui dæmonia eijciunt & virtutes faciunt. Prophetare, virtutes facere, dæmones eijcere: interdum non est meriti illius qui operatur: sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad damnationem inuocantis: vel ob vtilitatem eorum qui vidēt vel audiunt: & licet despiciantur qui faciunt: Deus tamen cuius inuocatio facit honoratur.

CHRY-

a ¶ Vt si super eos pendeant vites, non tamen de eis: quia non sunt in vite.

a eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt

¶ Non. ¶ Vt de spinis non colliguntur vuæ.

b de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic om- 1

a ¶ Voluntas bona. ¶ Voluntas mala.

nis arbor bona fructus bonos facit, † mala †

a ¶ Non enim aliter.

c autem arbor fructus malos facit. † Non po-

a ¶ Dum bona est. ¶ Quia à radice, fructus arboris pullulat.

test arbor bona fructus malos facere. Neque

¶ Dum mala est. ¶ Sed non impunè. ¶ Anima.

d arbor mala fructus bonos facere. † Omnis 2

arbor quæ non facit fructum bonum, † exci-

a ¶ De numero fidelium separabitur. b ¶ Qui paratus est diabolo & angelis eius.

c ¶ Quia mala arbor non potest facere fructum bonum.

e datur & in ignem mittetur. Igitur ex fructi- 3

f bus eorum cognoscetis eos. † Non omnis 4

¶ Confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

g qui dicit mihi domine domine, intrabit in

regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem 5

a ¶ Qui modo sanctos per fidem inhabitat, perducit eos ad visionem pacis.

patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die: 6

a ¶ Vt Balaam & Caiphas. b ¶ Quasi organo nostro tu prophetasti.

h Domine domine, nonne in nomine tuo 7

a ¶ Vt in actibus Apostolorum filij sacerdotis exorcistæ.

prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia 8

a ¶ Ecce non magnum est virtutes operari.

eiecimus? & in tuo nomine virtutes multas 9

NICOLAVS DE LIRA,

1 Omnis arbor, &c. *Arbor bona dicitur hic homo habens voluntatem bonam: & talis vt sic semper facit opus bonum. Et similiter arbor mala est homo malam voluntatem habens. & iste semper facit malū actum Sicut enim sedens inquantum sedens non potest ambulare, vnde in sensu composito falsa est: quia sequeretur quod sederet & ambularet simul; in sensu tamen diuiso est vera quia ille qui sedet nunc, potest postea ambulare: sic habens bonam voluntatem, dum retinet eam non potest malè agere, quia ad bonitatem voluntatis requiruntur omnes circunstantiæ bonæ. homo tamen habens bonam voluntatem tunc potest eam dimittere, & sic malè agere. & propter hoc subditur.*

2 Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, &c. *scilicet in morte quando à vita præsenti separabitur.*

3 Et in ignem. *scilicet gehennæ: & sic apparebit fructus talis arboris. propter quod repetit:* Igitur ex fructibus eorum, &c.

4 Non omnis qui di. *Ostenso quid requiritur ad legis impletionem; ostendit consequenter quod alia non sufficiunt sine istis ad salutem: quia inter alia illa quæ videntur magis sufficere ad hoc est confessio fidei vel operatio miraculorum vel prophetia: vel ista coniuncta simul, & tamē non sufficiunt. Confessio enim fidei sine operibus non sufficit, quia talis fides mortua est, vt dicitur Iacob 1. & hoc est quod dicit.* Nō omnis qui dicit mihi domine domine, &c. *confitendo fidem catholicā, nisi adsint opera, ideo subditur.*

5 Sed qui facit voluntatem. *Similiter prophetia non sufficit ad salutem, quia aliquando datur malis hominibus, sicut ipsi Balaam, vt patet Num. 34. Et ideo dicit.*

6 Multi dicent mihi in illa die. *scilicet iudicij extremi.*

7 Nonne in nomine, &c. *Similiter nec eiectio dæmonum: quia aliquando per malos homines talia fiunt ad inuocationē nominis Christi, ad declarationem virtutis Christi, licet ipsi inuocantes sint mali. sicut habetur. Act. 19. quod quidam infideles eijciebant dæmones dicendo:* Adiuro vos per Christum quem Paulus prædicat. *Verumtamen quia tales indignè assumunt nomen Christi, ideo super ipsos aliquando datur potestas dæmoni, sicut in eodem cap. dicitur, & hoc est quod dicitur.*

8 Et in nomine tuo dæmonia ejecimus. *Similiter nec miraculorū operatio, quæ similiter aliquando per malos fiunt ad inuocationem nominis Christi: non propter merita inuocantium, sed ad fidei Christi confirmationem. & hoc est quod dicitur.*

9 Et in tuo nomine virtutes multas fecimus? *Ratio autem omnium prædictorum est, quia sunt gratiæ gratis datæ quæ dantur principaliter ad vtilitatem communem ecclesiæ, & non ad vtilitatem singularis personæ. & ideo aliquando per malos homines à Deo nobis dantur: sicut bona eleemosyna aliquando datur à bono domino, mediante malo seruo. per quod subditur.*

Et tunc

MORALITER.

1 *Omnis arbor bona, &c.* hoc est homo radicatus in charitate.

† *Mala autem arbor, &c.* hoc est homo radicatus in iniquitate.

4 *Non omnis qui dicit mihi Domine domine, intrabit in regnum cœlorum.* Hoc enim facto dicuntur hypocritæ sanctitatem exterius simulantes.

6 *Multi dicent in illa die, &c.* Isti sunt benè docentes, & malè viuentes.

Omnis

✠ CHRYSOSTOMVS. Considera quæ in nomine dicũt non in spiritu: quia in nomine Christi multi ambulant, qui non habẽt spiritum Christi, seducendi causa. Ideò non ex nomine Christi cognoscendi sunt Christiani, sed ex spiritu Christi.

✠ GREGORIVS. Nonnunquam etiam hæretici miracula faciunt, sed vt hîc præmia afflictionis suæ abstinentiæque recipiãt, videlicet, laudes quas quærunt. Vnde redemptoris voce dicitur, *Multi dicent in illa die. &c.* Qua sententia datur intelligi, vt in hominibus charitatis humilitas non autem debeant virtutum signa venerari. Vnde nunc sancta ecclesia etiam si qua fiant hæreticorum miracula, despicit: quia hæc sanctitatis specimen non esse cognoscit. probatio namque sanctitatis, non est signa facere, sed vnumquemque vt se, diligere, de Deo autem vera cognoscere, & de proximo meliora quàm de seipso, sentire.

a *Nunquam noui vos.* Non nouit lux tenebras, i. non aspicit: quia si aspiceret tenebræ non essent.

✠ CHRYSOSTOMVS. Sicut omnes homines naturaliter cognoscunt Deum, non autem videntur verè cognoscere quia nõ dignè colunt, & hæc secundum naturam cognitio, non autem secundum volũtatem: Sic & Deus naturaliter omnes cognoscit, sed non eos videtur velle cognoscere, quia non eos diligit quasi factor facturam, quasi dominus proprios seruos. Et hoc est secundum naturam cognoscere non autem ex voluntate, quia omne malum extraneum est à Deo.

a ¶ Qui aliquando dicere dissimulaui.
a fecimus? & tunc cõfitebor illis: quia nun- 1
a ¶ In nullo approbaui, sed reprobaui.
b quam noui vos. † Discedite à me omnes qui
a ¶ Quia non hos nouit: igitur eos qui mandata eius custodiunt, & hoc est, ergo.
c operamini iniquitatem. † Omnis ergo qui 2
a ¶ Intelligit. b ¶ Non sonum.
d e audit verbã mea hæc, & facit ea, † assimila-
a ¶ In futurum prouidenti. b ¶ Aurum, argentum vel lapides pretiosos. ¶ Vnam cœlestem.
f bitur viro sapienti, qui ædificauit domũm
¶ Christum. a ¶ Aereæ potestatis impugnatio.
g h suam supra petram: & descendit plũuia, & 3
a ¶ Potentum persecutio. b ¶ Minæ, blandiciæ, vel maligni spiritus.
i k venerunt flũmina, & flauerunt vẽnti, & ir- 4 5
a ¶ Hæc omnia. b ¶ Ædificium virtutum. c ¶ Alias suam.
d ¶ Quia stat fundata, non sibi sed Christo tribuitur.
ruẽrunt in dõmum illãm, & nõn cecidit. Fũ- 6 7 8
a ¶ Quæ ergo cadit, non ædificatur in Christo.
dãta enim erat suprã petram. † Et omnis qui 9
audit verba mea hæc, & non facit ea, † simi-
a ¶ Gentili vel Iudæo vel diabolo. b ¶ Qui non prouidet.
l m lis erit virõ stulto qui ædificauit domum suam
a ¶ In spe terrenorum qui arenæ comparantur, propterea quia labiles & à vento sunt cito mutabiles. ¶ Quæ est fluida.
n super ãrenam: & descendit pluuia, & venerunt 10
a ¶ Maligni spiritus.
flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in
a ¶ Periit. b ¶ Ite maledicti in ignem æternum. ¶ Quia æterna.
o domum illam, & cẽcidit, fuitque ruĩna eius 11
a ¶ Quia nihil imperfectionis habet hic sermo.
magna. † Et factum est cũ consummasset Iesus 12

✠ ATHANASIVS. Qui ædificauit domum supra petram, Sanctus Petrus est. Petra, Christus: domus, fides: ventus, diabolus. Qui verò super arenam ædificauit, Iudas est, arena siquidem est sterilis.

✠ THEOPHILVS ALEXANDRINVS. Petra Christus est intelligendus: domus vita hæc præsens innixa Deo: flumina & venti, impetus persecutionis: arena, hæresis in qua quicquid ædificatum fuerit, cadit.

✠ CHRYSOSTOMVS. diabolus incipiens ædificauit domum suam super arenam. Domus enim eius ante Christum fuerunt omnes gentes. Inconstãtia infidelitatis dicitur arena id est, idololatria, quæ per varias idolorum culturas semper est dispersa. Ideo tales dicuntur arenæ non terra: quia terra fructum facit, arena sterilis est. Deinde terra vnita est & constricta arena, grana non conueniunt sibi, nec adhærent ad inuicem: sic sunt omnes infideles: populus autem Dei non solum vnitus est tanquam terra, quæ quamuis compacta sit, tamen solubilis est, sed sicut lapis indissolubilis. Tertiò quia diaboli populus non numerabilis est, sicut arena: Dei autem ex multis pauci sunt electi. pluuia est doctrina quæ hominem irrigat vt iustitiam operetur. Vẽti, ex parte quidem mala, sunt immundi spiritus: ex parte bona spiritus diuersarum virtutum. flumina, ex parte quidem mala, sunt homines immundo spiritu pleni & in verbositate instructi philosophi, oratores, &c. Ex parte autem bona Euangelistæ doctores, &c.

b *Qui operamini iniquitatem.* Non qui operati estis, ne tollat pœnitentiam, sed qui in iudicio, licet non habeatis facultatem peccandi, tamen habetis affectum.

c *Omnis ergo.* q. d. omnia prædicta bene tenenda sunt, quia qui tenet assimilabitur Christo: qui non tenet, diabolo.

d *Qui autem*, quæ in monte habita sunt: Quod dicit vt ostendat sermonem in monte habitum, omnibus præceptis: quibus Christiana vita informatur esse perfectum.

e *Assimilabitur.* Quia sicut Christus de personis variis vnam ecclesiam construit, erudit, regit in vitam dedicaturus æternam, sic iste variis virtutibus perpetuam mansionem sibi ædificat, & in futura dedicatione cum Christo lætabitur.

f *Viro.* Illi qui dicit: vt sapiens architectus fundamentum posui in Christo.

g *Qui ædificauit*, Ille ædificat in Christo, qui quod audit ab illo facit.

h *Supra petram*, à qua Petrus nomen accepit pro firmitate fidei, id est super seipsum, ædificauit ecclesiam.

i *Et descendit.* Tribus modis diabolus impugnat, carnis concupiscentia, exterioribus mundi oblectamentis, vel per se, cum vniuersos ventus impulsionum laxat.

k *Pluuia.* Concupiscentia, à qua quisque tentatur, quæ sensum rigorem fidei emollit, quæ si non proficit, maiora flumina eueniunt.

l *Qui audit verba mea, &c.* exterius. Et ideo non habet excusationem, sed est ruina eius magna: quia monita salutis contempsit.

m *Viro stulto*: de quo dicitur: *Inimicus homo hoc fecit, cuius* opera omnia instabilia sunt, & ruinæ patent.

n *Super arenam.* Qualiacunque sint quæ super concupiscentiam vitiorum fundantur, non stabunt.

o *Et cecidit fuitque ruina eius magna.* Omnis conscientia quæ fixa in Deum spe non permanet, in tentationibus non valet subsistere. & tanto amplius agitur, quãto plus in his quæ mundi sunt à superioribus disiungitur: & verè omnes mali vel ficte boni, ingruente qualibet tentatione peiores fiunt.

Lib. 20. moral. cap. 8. — † Luc. 13. f. — Vbi suprà. — † Marc. 1. c. Luc. 4. g. & 4. c. — Li. quæst. ad Antiochũ quæst. 43. — Lib. 1. allegoriarum. — Hom. 20. operis imp. † Luc. 6. g. — † assimilabo eum. — † Luc. 6. g. — † assimilabitur. — Homo tribus modis à diabolo impugnatur. — Infrà. 13. f.

✠ ATHANA- ☞ CHRYSO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et tunc confitebor. *noticia scilicet approbationis, sed reprobationis. propter quod sequitur:* Discedite, &c. *& patet litera.*

2 Omnis ergo. *Postquam Saluator posuit legis suæ explicationem, & ostendit eius obseruationis possibilitatem, hic consequenter inuitat populum ad obseruationem: quia eius auditio inutilis est, nisi sequatur operis impletio & hoc est quod dicit:* Omnis ergo. *id est bonorum operum constructionem.*

3 Supra petram. *id est Christum. Talis enim facit opera bona de genere & recta intentione: quæ duo requiruntur ad impletionem legis euangelicæ.*

4 Et descendit pluuia, *id est tentatio carnalis lasciuiæ.*

5 Et venerunt flumina, *cupiditatis & auaritiæ.*

6 Et flauerunt venti. *vanitatis & superbiæ.*

7 Et irruerunt in domum illam. *per importunitatem tentationum.*

8 Et non cecidit. *à stabilitate scilicet. Cuius ratio subditur cum dicitur:* Fundata enim erat. *& per oppositum.*

9 Omnis qui audit verba mea, &c. super arenam, *id est super mobile fundamentum. Quod facit omnis qui intentionem suam ponit supra aliud quàm supra ipsum Deum: quia omnis creatura mutabilis est.*

10 Et descendit pluuia. *patet ex prædictis. Sequitur.*

11 Fuitque ruina eius magna. *quia primò ruit in foueam culpæ & postea in foueam gehennæ quæ ruina est magna, quia irreparabilis omnino.*

12 Et factum est. *Hic ponitur conclusio omnium præcedentium vbi ostendit*

Psal. 6. c.

MORALITER.

✠ 2 *Omnis.* Vir sapiens est humilis. Prouer. 11. a. Vbi humilitas, ibi & sapientia. Vir autẽ stultus est superbus, quia stultus dicitur quasi statu altus. Omnis ... [illegible] superbus altiorem se reputat, quàm sit in veritate. Sapiens igitur ædificat supra petram, id est, Christum, omnia opera sua bona faciens propter ipsum. Stultus autem ædificat super arenam, quæ est terra mobilis. nam opera sua facit propter gloriam humanam, quę est instabilis.

10 *Et descendit pluuia, & venerunt*: per quam significatur tentatio ✠ carnalis

Vbi supra. A ✠ CHRYSOSTOMVS. *Ruina* a *magna.* Quomodo magna? Sicut Domus quæ validum habet fundamentum, si pars aliqua tecti ceciderit, ruina magna non erit (†23. q. 1. ca. ideo.) si autem fundamentum casum passum sit, tunc est ruina magna quia totum venit deorsum: Sic Christianus si fornicatus sit, &c. cecidit quidem, tamen ruina eius 1 magna non est, quia iterum pænitētia surgere potest, vt Dauid: si autem de fundamento fidei 2 aliquid passus sit, id est, si ad gentiles aut hæreticos transierit, tūc est ruina eius magna, quia totus funditus ruit. D

a *Turba.* vel aliqui in turba, quia infideles, vel potius omnes de excellentia sapientiæ.

verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. † Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi.

a ¶ Vt dominus Moysi addebat quæ minus erant vel commutabat figuras in lucem.

a ¶ Qui tantum ea quæ in lege data sunt infirmis docuerunt.

NICOLAVS DE LIRA.

ostenditur eminentia doctrinæ Christi per hoc quod dicitur.

1 Admirabantur turbæ. *quia vt patet ex prædictis, docebat eminentissimas virtutes, & imperfectionem legis supplebat: & non solum terrena bona sed cœlestia promittebat. Doctrinam etiam suam mirabiliter confirmabat, propter quod dicitur.*

2 Erat enim docens, &c. *Sic autem non docebant Iudæorum periti; scilicet scribæ & pharisæi.*

MORALITER.

carnalis lasciuiæ. Per ventos verò tentatio superbiæ. per flumina verò impetus tribulationis humanæ. per hæc autem ædificium humilis non leditur, sed ædificium superbi totaliter dissipatur.

2 *Erat enim docens eos sicut potestatem habens.* id est suam doctrinam confirmans per opera miraculosa. Cæteri doctores qui non possunt hoc facere doctrinam suam confirmare debent per opera virtuosa.

B

CAP. VIII.

CVm autē descendisset. Post descēsionem domini de mōte quātum interuallum fuerit antequam Capharnaum intraret, non apparet. (†Marc. 1. d. Luc. 5. c.) In ipso autem interuallo leprosus mundatus est: quod Matthæus suo loco dicit (Lucas verò alibi recordatus est) (Luc. 5. c. & 7. a.) qui post verba illa dicit Christū intrasse Capharnaum, non tamen ostendit post quantum temporis interuallum.

(Luc. 7. c.) a *Cum autem descendisset.* Secundum Lucam & in campestri loco sermonem quem iam forsitan supra habuerat ei fecisset. C

Secutæ sunt. Alij propter charitatem alij propter doctrinam, alij propter admirationem & curationem.

(Phil. 2. a.) Mysticè autem. *Cum autem descendisset.* id est cum se exinaniret formam serui accipiens, sequutæ sunt eum turbę multę: quia qui prius in Iudęa notus erat, tunc in vniuersa terra mirabilis factus est. Quod autem post pręcepta manum extendens leprosum sanat, significat eos qui de illis præceptis implendis dubitant, suo auxilio ab huiusmodi varietate mundare, Non exprimitur certus curationis locus: vt ostendatur non vnum populum alicuius ciuitatis, sed omnes sanare.

(Hom. 5. in diuersos.) ✠ ORIGENES. In montem scilicet nequaquam ascendere poterant turbę: quia quos delictorum sarcina deprimit, ad mysteriorum sublimia nisi abiecto onere scandere minimè valent. Idcirco & filij Israel primitus in montem ascendere non poterant, quia Ægyptiaca grauati conuersatione prępediebantur sed solus Moyses ascenderat, & pauci cum eo seniorum Israel. E

CAP. VIII.

a CVm autem descendisset † Iesus de monte: 1 secutæ sunt eum turbæ multæ: & ecce le†prosus veniens adorabat eum, dicens: Domine, si vis potes 3 me mundare. † Et extendens Iesus manum, 4

a ¶ Quæ ad altiora ascendere non valuerunt. ¶ Aliæ à prædictis.

a ¶ Qui nec ipse eum lepra tam alta audire poterat, sed sanatur vt possit implere.

a ¶ Cum humilitate postulat.

a ¶ In voluntate potestatem tribuit.

a ¶ Qui misericordiæ prætendit affectum.

b *Adorabat eum: dicens: Domine.* priusquam peteret, cultum diuinitatis ostendit.

c *Si vis potes me mundare.* De voluntate non quasi pietatis incredulus, dubito: sed quasi meæ colluuionis conscius non præsumo. F

(Vbi supra. †25. q. 1. c. ideo. De pœ. dis. 1. para. hoc idem. & c. voluissent.) ✠ ORIGENES. Hoc igitur idem est ac si dicat, domine tu qui dignè adoraris, qui meritò coleris, te quidem ego vt dominum adoro, adeoque te dominum dico: per te enim omnia facta sunt; voluntas tua opus tuum est.

(Hom. 21. operis imperfect.) ✠ CHRYSOSTOMVS. Non de voluntate Christi dubitat, sed de iudicio voluntatis. Christus enim cum sit bonus, nociua non vult pręstare, etiamsi rogetur. Nec enim omnibus expedit corporalis integritas. Quoniam ergo nesciebat, vtrum expediret ei curatio illa, nec ideò ambigebat de voluntate illius, ignorans iudicia misericordię illius, dixit, *Si vis, potes me mundare.*

d *Extendens.* Post sermonem & miracula facit, quibus sermo apud auditores confirmatur.

Tetigit

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VIII.

1 CVm autem descendisset &c. *Lege data: hic consequenter ponitur eius confirmatio per miracula in hoc capite & sequenti, & est similis processus in vtroque, sed in hoc cap. principaliter ponuntur quædam miracula ad confirmationem euangelicæ legis. In sequenti vero ponuntur quædam miracula ad declarationem deitatis ipsius legislatoris, ibi:* Et ascendens Iesus. *in hoc ergo capite sic procedit quia primo euangelista describit quædam miracula ad credentium vocationem. secundo quædam miracula ad vocatorum confirmationem*, ibi ascendente eo. *Prima in duas. quia primo ponitur miraculorum operatio. secundo quorundam ad fidem Christi conuersio, ibi:* Vidēs Iesus turbas. *Prima in tres: quia primo describitur curatio leprosi, & secundo paralytici, ibi:* Cum autem introisset Capharnaum. *tertio laborantis calore febrili, ibi:* Et cum venisset Iesus. *Prima in duas: quia primo ponitur curatio leprosi. secundo miraculi manifestatio, ibi:* Et ait illi Iesus. *Ad euidentiam dicendorum considerandum, quod duplex est doctrina. Quædam quæ non excedit facultatem intellectus humani: & ista debet per rationes demonstratiuas confirmari. Alia est doctrina excedens facultatem humanam: & ideo non potest confirmari per rationem euidentem: propter quod oportet quod confirmetur per opera diuinæ virtutis ostensiua, quia cum Deus non possit esse testis falsitatis, si talia inducuntur ad confirmationem alicuius doctrinæ, sequitur eam infallibilem veritatem continere. Talis autem est doctrina euangelica: & ideo eius confirmatio facta est per miracula, & hoc est quod dicitur:* Cum autem descendisset Iesus de monte. *in quo legem euangelicam promulgauerat.*

2 Secutæ sunt eum turbæ, &c. *quia aliqui sequebantur eum ex deuotione propter sanctitatem suæ doctrinæ aliqui autem ex curiositate vt viderent miracula & audirent noua aliqui vt ei insidiarentur, sicut pharisæi: & aliqui vt ab eo curarentur, sicut infirmi: de quibus erat iste de quo sequitur.*

3 Domine si vis. *vbi confitetur eius potentiam, in quo apparet huius leprosi fides & deuotio, ex quo sequuta est eius curatio. vnde subditur:*

4 Et extendens. &c. *Licet autem posset curare solo verbo, tamen apposuit manum quia humanitas Christi erat quasi organum seu instrumentum ipsius diuinitatis. & ideo sicut artifex mediante instrumento operatur, sic virtus diuina in Christo per applicationem humanitatis aliqua faciebat, vt eam coniunctam diuinitati declararet.* (Quæstio.) *Sed quæritur hic, quare tetigit leprosum, cum hoc esset in lege prohibitum: Dicendum quod non erat prohibitum leprosum tangere ei qui ex tactu suo poterat curare, sicut Elias & Eliseus non fecerunt contra legem tangendo mortuos ad resuscitandum, vt habetur. 3. Reg. 17. & 4. Reg. 4.*

Et ait.

MORALITER.

† *Ecce leprosus veniens, adorabat eum dicens.* Per istum leprosum qui confitebatur se immundum, & Christum potentem ad se mūdandum dicentē: *Domine si vis potes me mundare*, significatur peccator verè pœnitens & ad Dei misericordiam confidenter recurrens. ideo subditur.

4 *Et extendens Iesus manum tetigit eum dicens, &c.* per quod significatur, quòd talis manus diuinæ misericordię protenditur eius crimina relaxando.

Et ait

a *Tetigit*. Non quia sine tactu sanare posset, sed vt indicet se nō subiectum esse legi, sed dominum legis, qui non timet contagium. *Tetigit*. propter humanitatem vt nos doceret nullum spernere pro aliqua corporis maculatione.

Apparet supra legem (quæ leprosum excludit) esse gratiam, quę sanat eum ait. *Non veni soluere legem sed adimplere. &c.*

✠ ORIGENES. Tetigit Christus, vt ostenderet quia omnia munda mundis, quia aliorum aliis non adhærent inquinamenta, neque extranea immunditia immaculatos coinquinat.

b *Volo*. Eo sanauit genere quo fuerat obsecratus. deinde imperat: *Mundare*. Ecce potestas.

✠ ORIGENES. Hoc idem est ac si dicat, Confitens profiteris me, si voluero, posse: magnificè credis, magnificè etiam mundaris. Non dubitasti credere, non tardo sanare. Atque vt magnam tibi gratiam ostendam ad te manum porrigo, Medicus sum cælestis, corpora cum animabus, sanare possum.

✠ DAMASCENVS. Caro domini diuinis actionibus ditata est, propter purissimam ad verbum vnionem, nequaquam proprietatem naturaliū excedentiū sustinens. Non enim secundum propriam actionem sed propter vnitum sibi verbum diuina operatur, verbo per eam, propriam manifestans actionem.

c *Vide nemini*. Tacere iussit, nec tamen tacere potuit. Non quod aliquid voluit & non potuit sed dat exemplum, vt sui in magnis quę faciunt latere velint: sed vt prosint aliis prodatur inuiti. *Nemini dixeris*. Hunc tamen Marcus vbi quod hoc prædicasse dicit quasi euangelista factus sit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quomodo, inquit, alibi prædicari permisit sua miracula? Tum permisit, cum patris gloriam plenius sanctificandam agnosceret, Vetuit verò, cum nondum agnosceret, ne fortè sui ipsius humanam gloriam quærere videretur.

d *Vade*. Mittit ad sacerdotes propter humilitatem, vt sacerdotibus deferat honorē quibus lex iubet mundatos munera offerre, & vt videntes credant ei: vel si non credunt, inexcusabiles sint. & ne legem frangere videretur.

e *Ostende te sacerdoti*. vt sacerdos non legis ordine, sed gratia Dei supra legem curatum esse intelligat.

f *Offer*. quia legem non soluo, quia nondum cępit verū sacrificiū.

Vbi supra. † Sacerdotibus. Vbi supra. Lib 3. de fide orthodoxa. c. 17. 1. 21. q. c. non li. de consi. dist. 1. quotidie. Marc. 1. b. Ho. 26. operis imperf.

a ¶ Contra legem quam superat gratia, in quo humilitas. b ¶ In hoc pietas. c ¶ in hoc maiestatis potentia.

a tetigit eum, dicens: b Volo: c † mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus: 1

a ¶ Quia dixit, & facta sunt. ¶ Nihil est medium inter præceptum & opus.

a ¶ Forma nostri est, ne nos iactemus de bonis operibus. b ¶ Non erat necesse, vt sermone iactaret quod corpore præferebat. c ¶ Disciplina nostri est vt nos ostendamus sacerdoti nostro.

c Vide, nemini dixeris: sed d † vade, e ostende te 2 f † sacerdoti, & offer munus quod præcepit 3 †

a ¶ Non debent auferri signa priusquam veniant significata.

a ¶ Silicet vt credant virtutem Dei magnam esse. b ¶ Hoc miraculum factum est sanato leproso continue.

g Moyses in testimonium illis. † Cùm autem introisset Capharnaum, h accessit ad eum centu- 4 5

a ¶ Fide & desiderio scilicet. b ¶ Alienigena.

a ¶ Per internuncios. b ¶ Nullus alius pro seruo. c ¶ Seruus.

rio, rogans eū, & dicens: Domine † puer meus

a ¶ Non in vno tantum miserabilis quòd iacet, sed quòd est paralyticus, & quod torquetur. hæc enim omnia cum dolore nominauit. b Repentina diaboli egressione.

iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. i Et ait illi Iesus: Ego veniā & curabo eum. k Et respondens centurio ait: Domine, non 6 sum dignus, vt intres sub tectum meum:

a ¶ Scilicet virtute. virtus enim Christi præsens fuit quæ suscitauit eum.

a ¶ Ecce humilitas.

g *In testimonium*. id est domino credant si impietatis lepra discedat. *In testimonium*, spiritualis curationis, offerendum est munus spirituale homo ipse.

Typicè. Leprosus genus humanum significat plenū lepra: quod extenta manu, id est verbo Dei humanam contingente naturam, à prisci erroris varietate mūdatur, vt diu abominabiles & sequestrati iam queant tēplo reddi. *Templū Dei sanctum est, quod estis vos*, & sacerdoti offerri: de quo dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et offerant pro emundatione corpora sua, ostiam viuentem, sanctam, Deo placentem.

h *Accessit ad eum*. Lucas rem vt gesta est narrās, dicit eum misisse seniores Iudæorum. Sed Matthæus causa breuitatis, eū cuius fides laudatur, cuius desiderium & volūtas defertur, maluit prudenter dicere accessisse, quam eos: per quos mandabat. Vt mulier: quia credidit, magis, dicitur tetigisse Christum quam turbæ quæ comprimebant. Ita centurio quò magis credidit, eo magis accessit. Tria dicit, iacet paralyticus, torquetur & vt animæ suæ angustias indicet, & dominum ad misericordiam commoueret. Et hæc ei gloria, quod sic rogauit pro seruo: In quo discamus sic misereri conseruis.

✠ ORIGENES. puer meus. Quasi diceret, Mihi iste seruus est, & & ego creatori. Iste me super terram, & ego magnum in cœlis habeo dominum. Si ergò eius non misereor quomodo, ille mei miserebitur?

i *Ego veniam & curabo eum? Et respondens centurio ait*: Magna humilitas quòd seruum dignatur visitare quòd fides Centurionis meruit, qui ex gentibus credit: & humilitas, quòd se indignum iudicat cuius tectum intret, & prudētia, quòd vltrà carnem diuinitatem latentem videt. Ad filium reguli venire noluit, ne diuitias honorare videretur. hic seruilem conditionem ne spernere videatur, mox ire consensit.

Qui verbo curare potuit propter humilitatem visitare dignatur. & tamen in medio itinere verbo sanat, ne non propter humilitatem, sed ob impotentiam virium corporaliter ire putaretur.

k *Non sum dignus*, Propter conscientiam vitæ gentilis, magis timet grauari præsentia quàm iuuari, quia & si erat fide præditus nondum tamen erat sacramentis imbutus. Sed quod nec infirmitas nostra præsumit gratia dare nouit.

† 1 Cor. 3. Psal 109 a. Rom. 12. a. Lucæ. 7. a. † Luc. 7. a. † 93. disc. c. dominus. supr. 5. e. † famulus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait. *Hic ponitur miraculi manifestatio, quæ facta est ordinatè. Scriptum enim erat in lege Leuiti. 14. quòd mundatus à lepra non debebat restitui ad communem habitationem hominum, nisi prius iudicaretur mūdatus per sacerdotis iudicium: & facta oblatione domino pro eius mundatione. Et ideo Iesus ait illi:*

2 Vide nemini dixeris. *s. antequam ea quæ scripta sunt in lege compleueris. Præcepta enim ceremonialia habuerunt cursum suum vsque ad Christi passionem, vt suprà visum est. Et ideo vsque tunc Christus ea obseruauit, vt patet in sua circuncisione, & ea obseruare aliis præcepit, vt patet in hoc leproso cui dixit:*

3 Vade ostende te sacerdoti, &c. *Per hoc etiam figurabatur. quòd peccator qui per leprosum figuratur, licet sit mundatus à lepra peccati per contritionem, tamen adhuc tenetur se ostendere sacerdoti per confessionem. Qualis autem erat oblatio leprosi mundati, in lege habetur Leuiti. 14. & ibi debet exponi:*

4 Cum autem introisset Capharnaum. *Hic ponitur secundum miraculum scilicet curatio paralytici. Et diuiditur in duas partes: quia primo describitur huius centurionis fides & deuotio. Secundo ex hoc infertur conclusio, ibi:* Audiens Iesus. *Circa primum aduertendum, quod iste centurio ad cuius preces seruus eius curatus est, non erat Iudæus sed Gentilis, ibi positus à Romanis ad custodiam principalis ciuitatis Galileæ scilicet Capharnaum quia tota illa terra erat subdita Romanis. propter quod Iudæi coram Pilato dixerunt:* Non habemus regem nisi Cæsarem. *Et ideo quia Iesus erat Iudæus, ipse non venit ad eum in persona propria, reputans se indignum ad hoc impetrandum: sed misit ad Iesum principes Iudæorum, vt dicitur Lucæ. 7. vt per eos curationem serui sui facilius impetraret. Et quia quod per amicos facimus, quodam modo per nos ipsos facimus. ideo Matthæus dicit eum venisse ad Iesum, non quia in persona propria venerit, sed per intermedios, & sic est intelligendum quod dicitur hic.*

5 Accessit ad eum, *scilicet per amicos Dicitur autem centurio, quia habebat centum homines in armis sub se, ad custodiam illius terræ, ne forte vellent contra Romanos rebellare. Iste ergo centurio auditis Christi miraculis firmiter credidit, quod poterat sanare seruum eius, qui erat ei valde charus. vt dicitur Luc. Ideo de eius sanatione sollicitus, Iesus autem sciens eius fidem & deuotionem, respondit ei per internuncium scilicet:* Ego veniam. Cum autem esset in via, misit centurio nuncios obuiam *ei, vt dicit Lucas: dicentes ex parte eius.*

6 Domine non sum dignus vt intres, *Erat enim homo gentilis. & abomi-*

Diuisio. Euangelistæ concordantur de accessu ad Iesum.

MORALITER.

1 *Et ait illi Iesus: vide nemini dixeris sed vade, ostende te sacerdoti.* per hoc innuens, quòd ecclesiæ ministri non debent gloriam hominum quærere, sed Dei.

† *Et offer munus, &c.* nam à peccatis mundatus debet esse Deo valde gratus.

4 *Cum autem introisset.* Iste gentilis erat, in Christum tamen credebat: aliter eum pro sanatione sui pueri non rogasset. ideo per ipsum primitiæ Gentium significantur credentes in Christum, & laborantes ad conuersionem aliorū de quibus fuit Lucas euangelista, & Dionysius Areopagita. & alij plures: per hoc autem quod Christus subdidit.

☞ ✠ AVGVSTINVS. Dicendo se indignum, præstitit dignum, non in cuius parietes, sed in cuius cor Christus intraret, Neq; hoc diceret cum tanta fide & humilitate, nisi iam illum quē timebat intrare domum suam, corde gestaret. Nam non erat magna fœlicitas, si Dominus Iesus intraret in eius parietes, & non esset in pectore eius.

Sermon. de verbis domini.

Hom. 7. in diuersos.

✠ ORIGENES. Quando igitur diuinum hoc & incorruptum accipis epulum: quando vita, pane & poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem domini, tunc Dominus sub tectum tuum ingreditur. Ita ergo humilians temetipsum, imitare hunc Centuriorem, & dicito, *Domine non sum dignus, &c.* Vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti.

a *Nam & ego, &c.* Si ego homo sub alio possum imperare minoribus, quantò magis tu qui super omnia, habens famulantes angelos, potes per eorum ministeria sine corporis præsētia dicere infirmitati vt recedat, & recedet, & sanitati vt veniat, & veniet. Mira fides in gentili.

Mysticè. Centurio, significat electos ex Gētibus, quasi centenario milite virtutum stipatos: qui nihil terrenum, sed sola æternæ salutis gaudia sibi suisque quærunt: Centenarius enim, quia à læua transit ad dextram, in cœlestis vitæ significationem poni cōsueuit. Talis ergo meriti viri pro his necesse est vt supplicent, qui hoc seruitutis spiritu tenentur, vt perfecta charitas foras mittat timorem. Domus autem in quam non audet eum inuitare, gentilitas est propter fœtorem idololatriæ: neque enim gētibus corporalis præsentia Christi exhibita est sed verbum fidei misit eis per apostolos, & ab infidelitate sanauit.

Vel milites & serui centurionis, virtutes sunt naturales, quarum copiam multi ad Deum venientes secum deferunt, vt Cornelius dicitur *vir iustus & timens Deum.*

Act. 10.

† alterius potestati subditus.

¶ Magna fides, quæ Dei dicere, credit esse facere.

sed tantū dic verbo, & sanabitur puer meus: 1

a ¶ Ecce prudentia. b ¶ Scilicet habens alium dominum.

Nam & ego homo sum † sub pōtestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic 2 3

a ¶ Mira fides in gentili.

vade, & vādit: & alio, veni, & venit: & seruo

a ¶ Ita angeli tibi seruiunt. b ¶ Qui d suam intelligit maiestatem.

meo fac hōc, & facit. Audiens autem Iesus, 4

a ¶ Non vt turbati animi, sed docentis nos, quos opus est moueri de huiusmodi & mirari.

miratus est, & sequentibus se dixit: † Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. 5 6 7 8

a ¶ Etsi à prophetis edocti. ¶ Præsentis temporis, inuenit enim in antiquis.
b ¶ Vnde prædico vobis, quod multi ad exemplum istius, in quo fides gentium præfiguratur.

Dicō autē vobis ꝙ multi ab oriente & 9

¶ Ex omni genere. ¶ Ad fidem. ¶ Requiescent feliciter epulaturi.

occidente venient, & recūbent cum Abrahā & Isaac & Iacob in regno cœlorum: filij au- 10

¶ Iudæi in quibus ante regnabat dominus. ¶ A facie domini.

tem regni eijcientur in tenebras exteriores: 11

✠ CASSIANVS. Nos dignitatis eius apice sublimati sumus, si nō quibus volumus, cogitationibus abducamur, sed his quibus spiritualiter delectamur, immorari & inhærere malis quidē suggestionibus imperantes, Abite, & ibunt, Venite & venient. Seruo quoque nostro corpori, ea quæ continentię sunt, iniungamus, & sine vlla contradictione deseruiet.

Collat. 6. cap. 5.

b *Ab oriente & occidente venient & recumbent.* Vel oriēs, qui illuminati statim transeunt. Occidens: qui passiones vsque ad mortem tolerant. Per istas duas partes mundi ex quibus gentes vocandæ erant designantur.

† constitutus.

✠ AVGVSTINVS. Solue quęstionem quomodo dominus dicat: *quam arcta via ad vitam & pauci inueniunt*, Nunc, *multi ab oriente, &c.* Et apoc. 7. *Multitudo quā numerari non poterat.* Et hoc quia ipsi boni, viri que christiani qui per seipsos multi sunt in comparatione multorum falsorumque itidem pauci sunt. Pauca grana respectu paleæ. Et tamen Abrahæ dicitur, *multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli.*

Lib. 3. capi. 36. contra Cresconiū.

† Luc. 7. b.

c *Filij autem regni eijcientur.* quia in hoc mundo fruuntur beneficijs Dei; secundum illud: *Pluit super iustos & iniustos.* Nunc videntur in facie domini, sed tunc minimè.

d *In tenebras exteriores*, Quia à domino foras expellentur. id est in æternam noctem: quia hîc sponte ceciderunt in exteriores. id est in cœcitatem mentis. Per fletum qui est oculorum, & stridorē dentiūm nota veram resurrectionem corporum. Dentes stridēt: qui hîc de edacitate gaudebant. Oculi flent qui per concupiscētias vagabantur. Fletus de ardore, stridor dentium de frigore solet excitari quia ibi transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Vel stridor prodit indignantis affectum, quo sero pœnitet quod deliquit pertinaciter.

✠ Cas- ☞ Fletus

NICOLAVS DE LIRA.

& abhominabile erat Iudæis comedere & bibere cum Gentilibus & etiam domos eorum intrare, vt habetur Act. 11. Et fortè iste qui Gentilis erat, idola in domo sua habebat: & ideo ex humilitate Christum ab ingressu domus suæ repellebat, dicens. Domine nō sum dignus vt intres sub, &c. *Et ex altera parte firmiter credebat, quòd absens solo verbo seruum suum curare poterat, propter quod dixit.*

1 Tantum dic verbo & sanabitur puer meus. *Quod probat per hoc quod subditur.*

2 Nam & ego, &c. *id est licet habeam aliquos sub me qui mihi debeant obedire, tamen sum subditus maiori potestati, videlicet præsidi & imperatori: & tamen subditi obediunt mihi ad nutum.*

3 Et dico huic vade, &c. *Et ex hoc intelligitur sequens conclusio, scilicet hæc: Ergo tu qui non es subiectus alicui potestati, potes præcipere infirmitati, & eam eijcere: & sic solo verbo seruum meum curare.*

4 Audiens. *Hic ex dictis infertur quædam conclusio, quia ex fide huius gentilis & infidelitate Iudæorum concludit saluator vocationem gentium ad fidem, & reprobationem Iudæorum: & hoc est quòd dicitur:* audiens autem Iesus. sc. *verba Centurionis expressiua tantæ fidei.*

Quæstio.

5 Miratus est. *Sed quæritur: Quomodo in Christo fuit admiratio, quæ consurgit in homine ex alicuius incogniti & insoliti inspectione. Christus autem ab instanti conceptionis plenus fuit scientia, nec aliquid de nouo cognouit: ideo videtur quod in ipso admiratio secundum rem non fuit sed tantum secundum apparentiam: quia ad modum admirantis se habuit, vt dicunt aliqui. Nec ibi fuit falsitas, quia hoc fuit ad designandum aliquod verum. s. fidem Centurionis, & infidelitatem Iudæorum. Sed melius dicitur, quod fuit in ipso verè admiratio: ad ostendendum veritatem humanæ naturę in eo. Ad cuius euidentiam sciendum quod in Christo ponitur duplex scientia. Vna diuina, quę est æterna, & secundū hanc non potest esse admiratio: quia nihil cognoscitur ab eo de nouo. Alia humana vel creata: & hæc est duplex. Vna, visionis rerū in verbo, quia anima Christi ab instanti conceptionis cognouit omnia in verbo, quæ cognoscit verbum noticia visionis, & hęc sunt omnia quæ habent esse secundum quamcunque differentiam temporis, cuiusmodi sunt præsentia, præterita & futura. Et secundum hanc scientiā in Christo non fuit admiratio sicut nec innouatio. Alia est scientia in Christo quæ cognoscit res in proprio genere, & hæc est duplex. Vna habitualis: & in ista non est aliqua nouitas, quia ab instanti conceptionis fuit anima Christi perfectè repleta habitibus omnium scientiarum. Alia experimentalis, sicut aliquis habens habitum scientiæ per doctrinam, posteà experitur per intuitionem in effectu. Et isto modo in anima Christi erat aliquid de nouo cognitum, & sic ex inspectione illius hoc modo incogniti prius poterat in ipso admiratio de nouo causari. Et sic factum fuit in proposito. Sequitur.*

In Christo duplex sciētia.

6 Et sequentibus, *id est discipulis suis:* Dixit.

7 Non inueni. &c. *id est in populo Iudaico: quia licet aliqui de Iudæis firmiter crederent. s. discipuli sui, tamen principales illius populi non crediderunt, & multitudinem ab eius fide auerterunt, vt inferius patebit. Et ideo concludit saluator.*

8 Amen. *id est fideliter.*

9 Dico autem vobis quod multi, &c. *quia multitudo gentilium in diuersis partibus orbis existentium per prædicationem apostolorum conuersa est ad fidem, & sic perceperunt gratiam & gloriam.*

10 Filij autem *id est Iudæi: ex quibus Christus natus est, & quibus principaliter missus est ad prędicandum eis cœlestis regni euangelium.*

11 Eijcientur in tenebras exteriores. *quia repulerunt fidem Christi, & sic remanent in peccatis suis obstinati: & sic eijciuntur ad pœnas inferni, quæ dicuntur tenebræ exteriores: quia tenebræ primæ sunt tenebræ culpæ, alia autem sunt gehennę. Sed quæritur: quomodo sint ibi tenebræ cum ibi sit ignis qui de natura sua est lucidus? Dicendum, quòd ille ignis describitur in medio terræ: & ideo fumosus est & obscurus. Item non lucet ad ostendendum damnatis aliquid ad eorum consolationem, sed ad eorum desolationem, ideo dicuntur ibi esse tenebræ exteriores. Sequitur.*

Quomodo in inferno tenebræ.

✠ Ibi erit

MORALITER.

7 *Non inueni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quòd multi ab oriente, &c* significatur deuotio gentilium ad Christi fidem, & obduratio Iudæorum.

† Et cum

a *Fletus.* Per hoc ostenditur magnitudo tormentorum. Per fletum, tormentum animæ: per stridorem dentium, corporis.
b *Et cũ venisset, &c.* Quãdo hoc sit factũ non expressit Matthæus: non enim necesse est vt post illud factum credatur, post quod narratur. Lucas & Marcus prius de hoc narrant quàm de lepros: sed nil optat narrandi diuersitas, vbi eadem dicunt, maximè cum idẽ euangelista eo ordine crediderit se debere ire, quo Deus voluit naranda recordationi eius suggerere.

✠ PETR. CHRYSOLOGVS. Ad domum Petri non inuitauit discũbendi voluptas, sed iacentis infirmitas: nõ prandendi necessitas, sed salutis occasio: diuinæ virtutis opus, nõ humani pompa conuiuij. In domo Petri non vina, sed lachrymæ fundebantur: turbabat ibi familiam non cura conuiuij, sed cura languentis: febris ibi, non edacitas æstuabat: vnde illuc Christus non epulas percepturus, sed vitam redditurus intrauit, Deus quærit homines, non humana, &c.

c *Et febricitantem.* Febris Græcè, feruor Latinè dicitur: & si quando hæc passio faciat tremere naturæ est humanæ.
d *Et tetigit, &c.* Lucas dicit, quòd rogauerũt pro ea. Christus modo rogatus, modo vltro curat, ostendẽs se contra viciorum quoque passiones, & precibus fidelium semper annuere, & ea non nunquam quæ ipsi in se non intelligunt, vel intelligenda dare, vel piè petentibus etiam non intellecta dimittere: vt *Delicta quis intelligit: ab occultis meis munda me.*
e *Et surrexit, &c.* Naturale est febricitãtibus incipiẽte sanitate lassescere, & molestiã ægritudinis sentire. Sed sanitas quæ à domino datur, hęc tota simul redit, & etiam eo robore cõfirmat, vt adiutoribus suis continuò ministrare sufficiat.

Domus Petri circũcisio est eius Apostolatui cõmissa: Socrus synagoga, quæ quodammodo mater est ecclesiæ Petro commissæ. Hæc febricitabat, quia inuidiæ æstibus laborabat persequens ecclesiam. Cuius manum tangit dominus, quando carnalia eius opera in spiritualem vsum conuertit: & ita erecta ministrat in spiritu.

MORAL. Quæque anima quæ concupiscentiæ carnis seruit, quasi febribus æstuat. Sed manu misericordiæ tacta, per continentiam lasciuiam refrænat, & sicut seruierat immundiciæ modo seruit iustitiæ.
f *Vespere autẽ facto, &c.* Occasus solis, mors est Christi, per quam plures sanauit dæmoniacos, quàm ante viuens in carne ęgrotos.

(Margin: Serm. 18. — Febris. — Luc. 4. f. — Psal. 18. d.)

a Ibi erit fletus & stridor dentium. Et dixit Iesus centurioni, [1] [2]
a ¶ Cuique sicut credit ita fit. ¶ Pro mensurâ fidei quia credidit omnia posse, sic licet per fidem meruisse. b ¶ Probatur fides domini dum sanitas serui sequitur.
vade, & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa [3] [4]
a ¶ Ostendit non sequi ordine prædictum miraculum, quia ante sermonem montis fuit factum.
b hora. Et cùm venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum [5] [6]
c eius iacentẽ & febricitantem, & tetigit manum eius, & dimi-
d sit eam febris, & surrexit & ministrabat eis. Vespere autem [7]
e f facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eiiciebat
¶ Per iram & odium.
spiritus verbo: & omnes male habentes curauit: vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem:
a ¶ Non vt sibi haberet, sed vt à nobis auferret. b ¶ A nobis scilicet abstulit. ¶ q. d. suscepit vt medicus.
Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras [8] [9]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ibi erit fletus. *In fletu duo sunt, scilicet tristitia animi ex qua procedit fletus, & secundum hoc fletus est in damnatis generaliter, tam in dæmonibus quàm in hominibus. Aliud est ex parte corporis scilicet lachrymarum resolutio, & turbatio cerebri & oculorum: & ista non possunt esse in spiritibus separatis, sed post resurrectionem quantum ad aliquid erunt in hominibus damnatis, quia ibi erit prædicta cerebri & oculorum turbatio: sed non erit ibi lachrymarum fluxus à capite vel resolutio; quia cessante motu cæli cessabit omnis generatio & corruptio. Ex quo patet vlterius quod ibi erit*
2 Stridor dentium. *Quia non importat aliquam corruptionem, sed tantum doloris ostensionem. sequitur.*
3 Et dixit Iesus centurioni: vade, & sicut credidisti, &c. *Scilicet perfectè: sic*
4 Fiat tibi, *In sanatione serui tui: unde sequitur.* Et sanatus est, &c.
5 Et cum venisset, &c. *Hic ponitur tertium miraculum de sanatione socrus Petri, & primò ponitur hoc miraculum in speciali: & secundo ex hoc concluduntur multa miracula in generali, ibi:* Vespere autem facto. *In prima igitur parte dicit sic:* Et cum venisset Iesus in domum Petri. *Saluator enim noster cum corpus passibile ad nostram salutem accepisset, aliquando declinabat ad loca familiarium sibi & deuotorum ad quietem habendam post labores: & isto modo venit ad domum* Petri.
6 Vidit socrum eius iacentem & febricitantem & tetigit manũ, &c. *Quod non potuit fieri nisi diuina virtute. Natura enim non operatur in instanti, & ideo licet à febribus virtute naturæ possit homo curari: non tamen ita subito & perfectè, quòd possit statim opera consueta facere, sicut dicitur hic:* Et surrexit & ministrabat eis.
7 Vespere autem fac. *Hic ponuntur ad confirmationem legis euangelicæ multa miracula in generali: quia audito hoc miraculo, omnes qui in eadem villa detinebantur varijs languoribus, sunt Christo oblati, & ab eo curati, & sic adimpleta est prophetia Isa. 53. vbi dicitur sic:* Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. *Ad cuius intellectum considerandum, quòd Christus qui venerat ad salutem humani generis, in tantum accepit infirmitates nostras inquantum valebant ad opus nostræ salutis. Ad hoc autẽ non faciunt defectus scientiæ & gratiæ sed magis contrariantur: & ideo Christus non accepit defectum ignorantiæ, & fomitis inclinantis ad peccatum: quia contrariãtur plenitudini scientiæ & gratiæ quæ fuerunt in anima Christi ab instanti conceptionis. Aliorum autem defectuum qui non repugnãt scientiæ & gratiæ, aliqui sunt, qui sequuntur totam naturam humanam, & sunt materia exercendæ virtutis: sicut passibilitas, mortalitas, fames, sitis, & similia; & talia assumpsit Christus in propria persona, quia faciebant ad opus nostræ redemptionis. Alij sunt defectus qui non sequuntur totam naturam humanam, sed aliquam in particulari, & hos non assumpsit Christus in propria persona: quia huiusmodi contingunt dupliciter. Vno modo ex debilitate virtutis formatiuæ, & ex defectu materiæ, sicut sunt partus monstruosi: & hi non habuerũt locum in Christo; quia corpus eius fuit formatum ex purissimis sanguinibus virginis Mariæ: & sic non habuit locũ defectus vel inordinatio materiæ. Fuit etiam formatum virtute spiritussancti infinita: & ideo non habuit ibi locum defectus virtutis deformatiuæ. Alio modo contingunt ex defectu regiminis, sicut febris, morbus caducus & cõsimilia, vel à Deo inferũtur propter peccatum. Et ista in Christo non poterat habere locum, in quo non potuit esse defectus alicuius debiti regiminis vel peccatum. Assumpsit tamen ista in persona aliena quodammodo, in quãtum misericorditer talia curauit: & sic euangelista exponit dictum prophetiæ Isaiæ dicentis,*
8 Ipse infirmitates nostras accepit. *Scilicet quantum ad illos defectus, quos assumpsit in propria persona.*
9 Et ægrotationes, &c. *Scilicet quantum ad illos defectus humanæ naturæ, quos patienter supportauit, & potenter curauit: non tamen in*

MORALITER.

5 *Et cum venisset Iesus in domum Simonis Petri, &c.* Per socrum Petri quæ mulier erat, sensualitas significatur, quæ mulier ab Augustino vocatur: ipsa verò iacet febricitans concupiscentiæ calore. Per Christum autem qui est imago patris, ratio, secundum quam homo factus est ad imaginem Dei, significatur. Igitur moraliter socrus Petri sanatur, cum sensualitas per rationem ad debitum ordinem moralis virtutis reuocatur; ideo subditur.
† *Et ministrabat eis.* Quia sensualitas reformata virtute morali, ministrat & seruit rationi.
7 *Vespere autem, &c.* Per quod significatur quòd hora mundi vespertina Christus venit dæmones eijcere, & infirmitates hominum curare.

A a *Videns autem Ie.* Manifestum est alium esse diem quo iussit ire trans fretum, non eum qui sequitur illum, in quo socrus Petri sanata est: quo die Lucas Marcusque eum in desertum exisse affirmant. Iussit ire trans fretum, significans vt amaros sæculi fluctus transeamus.

Hom. 28. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Vidésne iterùm quanto studio ostentatione fugiat. Nam cæteri quidem dicunt dæmonibus eum præcepisse, ne dicerent quod ipse esset. Matthæus autẽ dicit quod turbas remouebat: quod faciebat, partim nos docens humilians; partim ne Iudæi pestiferæ veneno inuidiæ tabescerent, monens nihil prorsus ad ostentationem nobis esse faciendum.

a ¶ Sustinuit in cruce. b ¶ Post sanationem istorum.

portauit. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit 1

a ¶ Literæ occidentis seruus.

b discipulos ire ✝ trans fretum. ✝ Et accedens vnus scriba, 2 3

a ¶ Hoc desiderans quod Simon magus voluit emere vt de miraculis lucraretur.

c ait illi: Magister sequar te quocunque ieris. Et dicit eis 4

a ¶ Dolositas latet in te profunda. b ¶ Elatio nidum fecit cor tuum.

d Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius au- 5 6

e a ¶ In te locum mea humilitas. ¶ Humilitatem mortis. b ¶ Quem ad discipulatum vocabat, dignus in quo diuinitas quiescat.

f tem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Alius au- 7

b *Et accedens.* Quod Matthæus dicit hoc factum quando iussit ire trans fretum: Lucas verò *ambulantibus illis in via*: non est contrarium: quia via ambulabant vt venirent ad fretum.

C c *Magister.* Quasi vnus sit de pluribus. Et ipse litterator erat, non spiritualis auditor.

Magister. Non dixit, domine, sed magister: vnum de pluribus magistris æstimans.

Serm. 19. ✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Decipit, non accedit, qui promittit Dominum incautè sequi. Sed ad omnia posse quis promittit? Dixisset potius, sequar te quocumque iusseris: humanius certè quocunque volueris. Sic autem dicit, quocumque ieris, qui inter se & Dominum, quid intersit ignorat. Sic dicit, qui Christum Deum non intelligit sed magistrum. Petrus per mare sequitur, & submergitur, ad passionem sequitur, sed negat. Et si Petrus

D si Petrus sic deficit, sic succumbit ad pauca, iste quis est qui se ad omnia sequi dominum sic promittit?

d *Vulpes foueas habẽt.* Quasi dicat. Quid me propter lucra sæculi vis sequi: cum ita sim pauper, vt nec hospitiolum quod meum sit, habeã: Vel, iste miraculis commotus, propter inanem iactantiam sequi voluit, quam significat aues cœli. Finxit obsequiũ discipuli in quo vulpes. Reclinatio capitis, humilitatẽ suam significat, quæ in illo simulatore & superbo locum non habebat.

Mystice. E Vel vulpes hæreticos significant, qui non virtute Dei confisi dolis seducere nituntur. Aues malignos spiritus elatos, qui in cordibus Iudaici populi nidos & foueas, id est, domicilia habent. In talibus diuinitati Christi non est locus.

lib. 4. stromatum. ✠ CLEMENS ALEXANDRINVS. Vulpes itaque foueas habent, quia qui eos in effodiendis & infodiendis versantur diuitijs, homines prauos & terræ filios, vulpes appellauit.

F ✠ RVPERTVS. Quanti hodie sunt, propter quos horum meminisse oportuit, quorum in cordibus cum in ore sanctam conuersationem profiteantur, maligni spiritus ita cubant, sicut vulpes in foueis, & locus in eis non est, vbi Christus caput suum reclinet.

e *Filius autem hominis non habet, &c.* Cum homines vocent eum filium Dei, ipse seipsum vocat filium hominis, humilitatis causa.

f *Alius autem.* Nota hunc vocatum esse à Iesu.

☞ a *Domine.*

NICOLAVS DE LIRA.

propria persona assumpsit.

Diuisio. 1 Videns autem Iesus tur. *Hic ex doctrina & miraculis prædictis ponitur aliquorum conuersio ad Christum. Et diuiditur in duas partes: quia primò notatur Christi recessus ad desertum locum, & secundo, istorum conuersorum accessus ad Christum, ibi:* Et accedẽs vnus. *Circa primum aduertendum, quod quia Christi actio nostra erat informatio: ideo Christus legitur à turbis recessisse ad desertum locum, vt daret prædicatoribus verbi diuini exemplum. Vna causa fuit ad habendum quietem post labores suos & discipulorum suorum, vt habetur Mar. 6. d* Venite seorsum in desertum locum & requiescite ibi pusillum. *Erant enim qui veniebant & redibant multi, nec spacium manducandi habebant. Alia causa fuit propter orationem, ostendens quod prædicator verbi diuini aliquando debet vacare seorsum contemplationi, vt ibi hauriat in deuotione quod postea effundat populo in prædicatione: vnde & Moses aliquando ascendebat in montem ad dominum, & aliquando descendebat ad populum: & hoc habetur Luc. 6 c.* In diebus illis exijt in montem Iesus solus orare, & erat ibi pernoctans in oratione Dei. *Tertia causa fuit ad fugiendum populi applausum. Ioan. 6. b.* Iesus autem cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum, & facerent eum regem: fugit iterum solus in montem. *Ista ergo triplici de causa, vel saltem aliqua earum dicitur hic:* Videns Iesus turbas multas, &c. *Nimis scilicet opprimentes & applaudentes.*

Rom. 8. d. Luc. 9. g.

2 Iussit discipulos &c. *Id est, vltra mare Galilęæ in locum magis secretum.*

3 Et accedens. *Hic ponitur quorundam discipulorum accessus ad Christum. Quorum vnus accedebat fictè: & ideo repellitur. Secundus verè, & ideo recipitur, ibi:* Alius autem de discipulis. *Circa primum considerandum, quod vnus de his qui audierant prædicationem Christi & viderant miracula, qui erat scriba, id est, literatus, cõsiderauit quod si esset familiaris Christo, quod posset magnam pecuniam colligere ab his qui à Christo curarentur per ipsius suggestionem & introductionem: ideo voluit se ei coniungere, dicens:*

4 Magister sequar, &c. *Iesus autem videns eius animum, non respondit ad eius verba tantum, sed ad ipsius animum, dicens:*

5 Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos. *Id est, bruta habent sua latibula in quibus possunt latere.*

6 Filius autem hominis, &c. *Id est, ego sum ita pauper quod non habeo domicilium vbi possim reclinare me. q. d. Igitur cur vis me sequi propter lucrum tẽporale? & sic cõuenienter à Christo repellitur. Sed quæritur hic, quare Christus in paupertate voluit viuere? quia sicut diuitiæ sunt impedimẽta reprobis: ita probis sunt adiumẽta virtutis. Nihil autẽ faciens ad virtutem debuit Christo deficere: ergo videtur quod debuit diuitias temporales habere. Dicendũ, quod Christus multis de causis in paupertate vixit: duæ tamen præ cæteris videntur valere. Prima causa, quia Christus venit ad prædicandum veritatem in mundo, secundùm quod ipsemet dixit Ioan. 18. g.* Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati: *prædicatio autẽ impeditur per administrationem bonorum temporalium: propter quod Christus Apostolis ad prædicandum missis dixit. inf. 10. a.* Nolite possidere aurũ & argentũ, *&c. q. d. ista impedirent vos à prædicatione & spiritualium administratione. Ipsi autem Apostoli, Act. 6. a. dixerunt.* Non est æquum nos relinquere verbũ Dei, & ministrare mensis. *Considerate ergo fratres ex vobis viros boni testimonij septem, quos cõstituamus super hoc opus: nos autem orationi & ministerio verbi instantes erimus. Ex quibus patet, quod administratio temporalium impedit prædicationis officium. Et ideo, quia Christus voluit prædicatoribus euangelij debitam formam viuendi tradere, ideo voluit in paupertate viuere. Secunda causa est, quia sicut Christus mortalitatem nostram assumpsit, vt per eam nobis immortalitatem conferret, & sic paupertatem nostram voluit assumere, vt per eam nobis æternas diuitias tribueret. Et hanc causam tangit Apostolus 2 Cor. 8. b.* Scitis gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniã egenus pro nobis factus est, vt illius inopia diuites essemus. *Tertia autem ratio potest addi, ne conuersio fidelium facta per Christum posset ascribi diuitijs seu potentiæ seculari. Ad argumentum dicendum, quod aliquid bene est actus virtutis secundum inferiorem statum, quod tamen est impeditiuum actus virtutis ad altiorem gradũ. Sicut debitus vsus matrimonij est impeditiuus virginitatis, vt eodem modo administratio temporalium bene est impeditiua perfecta sequela Christi, inquantum impedit actum contemplationis. Propter quod dicitur in lib. de ecclesiasticis dogmatibus.* Bonum est facultates cũ dispensatione erogare, sed melius est intentione sequendi Christum totum simul donare, & absolutum à sollicitudine cum Christo egere.

7 Alius autem. *Hic describitur conuersio alterius ad Christum, qui veniebat verè sed imperfectè, & ideo à Christo recipitur & perficitur: & hoc est quod dicit.* Alius autem de discipulis eius. *Scilicet Christi: non quod adhuc esset perfectè discipulus, sed volebat fieri.*

☞ Ait

MORALITER.

1 *Videns autem Iesus turbas multas circum se, &c.* Per hoc docuit prædicatorem euangelij applausum populi declinare.

2 *Et accedens vnus, &c.* Iste secundum literalem sensum sequi Christũ volebat: quia per hoc habere miraculorũ gratiam sperabat, & ea vti ad lucrũ tẽporale: propter quod Christus repulit ipsum. Ergo per eũ significantur quærentes intrare religionẽ possessiones habẽtiũ, nõ ex deuotione quod est bonũ, sed vt ex pauperibus diuites fiant, & ex cõtemptibilibus honorati: ideo de talibus dicitur. 5 *Vulpes foueas habent.* Id est, dolosi dæmones & superbi habent in vobis habitaculum, sed non Christus.

6 *Alius autem, &c.* Et per hoc quod dixit ei.

☞ 2 *Sequere*

[...]*mine*. Ille qui ingessit se, vocat eum magister, vt elatus [Ph]arisæus, alter qui receptus est, dominum vocat humiliter, sicut [P]ublicanus.

AVGVSTINVS. Quantum mali in illo, tantū boni videbat [in] isto. Ideò & istum tacentem & nihil promittentem inuitat vt sequatur. Nouit dominus qui sunt eius.

✠ CLEMENS ALEXAND. Dicit dominus Philippo, *Sine mortuos sepelire mortuos suos*.

b *Dimitte mortuos*. Addit Lucas, *Tu autem vade & annuncia regnum Dei*. In quo notatur prętermittēda esse minora bona pro maioribus.

Sermo. 19. ✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Non pietatis obsequium negat, sed diuinam præponit humanis affectibus seruitutem. Hoc enim non primum esse debuit sed secundum: & terrenus pater cœlesti postponendus est.

Libro 4. de Trinitate cap. 5. ✠ ATHANASIVS. Dominus in hac sentētia vtramq; mortem cuiuis facilè discernendam posuit. Sepeliendū quippe corpus mortuum erat. Sepultores autē eius per infidelitatis impietatem, in anima mortuos intelligit.

Mortuos sepelire. c *Suos*. qui culpa exierunt, vt ipsi cum culpa viuunt. Mortuos sepelire, est peccatores in peccato fouere.

d *Et ascendente*. Qui magna fecit in terra, transit ad mare, vt & ibi faciat: & dominus terræ & maris appareat.

e *Ecce motus*. Non ex se orta est tempestas, sed eius imperio: vt discipuli magis timeant & rogent: & rogantibus ostendat potentiam.

Hom. 6. in diuersos. ✠ ORIGENES. Ingressus nauiculam, fecit turbari mare, vt discipulos mitteret in timorem, vt suum auxilium postularent, suámque potentiam rogantibus manifestaret.

Serm. 20. ✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Sic vbi Christus ecclesiæ suæ nauim, mare huius sæculi transfretaturus ascendit, gentium flabra, Iudæorum turbines, persecutorum procellæ, vulgi nubes, dæmonum nebulæ sic ruerunt, vt totus mundus fieret vna tempestas. Regum spumabant vndæ, feruebant potestatum fluctus, sonabat rabies traditorum, populorum gurgites rotabantur, perfidię notabantur scopuli, mugiebant littora Christiana, lapsorum naufragia vexabantur, & erat totius mundi vnum discrimen, vnúque naufragium.

(¶ Non de duodecim. a ¶ Non respuit esse discipulus, sed expleta pietate paterni funeris vult liberior sequi.)

tem de discipulis eius ait illi: Dominè permitte me primum ire & sepelire patrem meum. [1] Iesus autem ait illi: Sequere me: & di-[2]

(a ¶ Illi carne mortuos condant, tu autem mortuos anima resuscita. b ¶ Culpa, vel non credentes. ¶ Natura. Carne.)

[b] mittè mortuos sepelire mortuos suos. [c] Et as-[3] [d] cendente eo in nauiculam, [4] secuti sunt eum [5] discipuli eius: [6] [e] Et ecce motus magnus factus [7] est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: [f] ipsè verò dormiebat. Et accesserunt ad [8] [g] eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes: Domine, salua nos, perimus. Et dicit [9] eis Iesus: † Quid timidi estis modicæ fidei? [10] [h] [i] Tunc surgens imperauit ventis & mari: & [11] facta est tranquillitas magna. Porro homi-[12]

(a ¶ Infirmi & spretores mundi. a ¶ Vt magna virtus liberatoris videatur. a ¶ Tanto magis conturbat timor discipulos. ¶ Aliàs mergeretur. a ¶ Hic homo ostenditur. b ¶ Vt apostolos suscitare faceret. c ¶ Semper vult rogari. ¶ Adeo territi, vt non modestè irruerent & suscitarent. ¶ Quadhuc paruuli & infirmi. ¶ Hic Deus ostenditur. a ¶ Magna potestas, quia de magna tempestate fit magna tranquillitas.)

f *Dormiebat*. Dormit in nobis dominus, id est, fides domini, cum negligentius agimus, & ideo tempestas. Si verò fides resurgit, imperat ventis & fluctibus.

g *Suscitauerunt*. Primum est Iesus in tribulationibus orationibus excitandus, vt post increpationem surgens imperet ventis & mari, & fit tranquillitas magna. (Mar. 4. d.)

Homil. in hoc euangelium. ✠ EVSEBIVS EMISSENVS. Ecce verò Christi discipuli non armis sed clamore & orationibus, maris huius procellas deponunt. Sic se defendunt, hæc arma suspiciunt, hoc auxilio se tuentur.

h *Modica*. Si nouistis potentem in terra: cur non creditis etiam in mari? Qui parum credit, arguitur: qui nihil, contemnitur.

i *Imperauit*. Cui imperatur, imperantem sentit. Nota quòd omnis creatura creatorē sentit. Quæ apud nos insensibilia, isti sunt sensibilia.

Mysticè. Mare, æstus sæculi; Nauicula, crux Christi, cuius beneficio ad littus patrię cęlestis venimus, in qua vna Christus cum suis passus est. Vnde post ait, *Qui vult post me venire abneget semetipsum & tollat crucē suam & sequatur me*. (Luc. 9.) Dormit dum illi nauigāt, quia illis seculum calcātibus & ad cœlum tendentibus, tēpus subito dominicę passionis aduenit: quā Mar. etiā per horam solis ad occasum euntis significat dū dicit, hæc imminente nocte gesta fuisse. Suscitant eum dum visa morte resurrectionē quęrunt ne eo diutius sopito, mens eorū pereat. Suscitatus increpat de parua fide dicēs *O stulti & tardi corde ad credendū*, nonne sic oportuit pati Christum? Ventum, id est, diaboli super-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ait illi, Domine, *Iste autem non petebat vt sepeliret iam mortuum, quia hoc non fuisset sibi denegatum: sed à sequela Christi impediebatur ex amore carnali ad parētes, cum quibus volebat vsque ad eorum mortem esse, & tunc Christo inseparabiliter adhærere. Sed quia parentes non erant in tanta necessitate positi, quòd non posset conuenienter eis per alios ministrari: ideo dixit*.

2 Sequere me & dimitte mortuos. *id est, in infidelitate manentes*.

Parētes ingressū religionis prohibentes spernendi sunt. 3 Sepelire mortuos. Ex *hoc loco patet, quòd aliquis ab ingressu religionis non debet retardari propter parentes affectione carnali, vnde & supra 4. c. Iacobus & Ioannes leguntur secuti fuisse Christum relictis retibus & patre. Propter quod Hieronymus in epistola ad Heliodorum dicit*: Licet pater tuus in limine iaceat, licet mater tua vbera & pectus ostendat, per calcatum perge patrem, per calcatam perge matrem, & ad vexillum crucis Christi euola. *Secus autem esset: si parentes essent in tali necessitate positi, quòd non posset eis conuenienter sine præsentia filij subueniri, tunc non esset ei licitum ingredi religionem dimissa necessitate parentum, quia hoc esset de alieno Deo facere sacrificium. Ad prædictorum maiorem intelligentiam considerandum, quòd aliter pater tenetur prouidere filijs, & aliter filius parentibus: quia pater cum sit principium filij, per se obligatur ad prouidendū filijs de doctrina & nutrimento, non autem econuerso Vnde dicitur 2. ad Corint. 2. e.* Nec enim debent filij thesaurizare parentibus, sed parentes filijs. *Et ideo parentibus non licet ingredi religionem omissa cura filiorum omnino: sed debent de eis curare, vel de cura competenti eis prouidere. filius autem, licet non simpliciter teneatur habere curam patris, tenetur tamen per accidens; scilicet si pater sit in casu necessitatis, in quo per alium non possit conuenienter sibi subueniri, & ideo tali casu cessante, potest & debet etiam contra voluntatem parentum intrare religionem*.

4 Et ascendente eo. *Hic ponuntur quędam miracula ad discipulorum confirmationem: & primo in creatura corporali. secundo in spirituali vt ostendatur Christus dominus totius creaturæ. secundum ponitur ibi*: Et cum venisset Iesus trans fretum. *Primum miraculū fuit in sedatione subita tempestatis ipsius maris per imperium ipsius Christi. vnde dicit sic*, Et ascendente eo, *id est, Christo*.

5 In nauiculam, *vt iret in locum remotum propter causas prędictas*.

6 Secuti sunt eum discipuli eius. *transfretantes, scilicet cum eo*.

7 Et ecce motus magnus factus est in mari. *Hoc est factum virtute diuina, vt manifestaretur virtus Christi discipulis eius*.

Quare Christus in nauicula dormiebat. 8 Ipse vero dormiebat. *duplici de causa. Prima vt charitas humanæ naturę in eo ostenderetur. Secunda, vt discipuli in periculo positi ad ipsum recurrerent. ideo sequitur*: Et accesserunt & suscitauerunt eum dicentes. *Sequitur*.

9 Et dicit eis Iesus. *quasi dicat non debetis timere, cum sim præsens vobiscum quem vidistis tot miracula facere*.

10 Modicæ fidei? *Discipulos autem suos dicit esse modicæ fidei; quia si perfectā fidem haberent cognoscerent eum tātam virtutem habentem in dormiendo, quantam in vigilando: quia somnus & vigilia sunt passiones sensitiuæ partis, secundum quam non competebat Christo facere miracula: sed magis virtute diuina, quæ per somnum in nullo impediebatur*.

11 Tunc surgens imperauit. *Ex quo patet eius diuinitas: quia miracula faciebat imperando sicut dominus creaturæ: vnde sequitur*.

12 Porrò homines. *ex effectu virtutem diuinitatis eius cognoscentes, ac etiam confitentes*.

MORALITER.

2 *Sequere me, &c.* ostendit quòd carnalis affectus à sequentibus Christum est totaliter dimittendus,

4 *Et ascendente eo*. Moraliter. Nauicula fluctibus operta, est ecclesia militans in persecutionibus posita. Christi verò dormitio est diuina permissio. vnde quando vident homines tribulationes iniustas durare, dicūt Deum dormire: qui excitatur, quādo bonorū precibus pulsatur. Et sic ipso pręcipiente fit tranquillitas magna per cessationē persecutionis, vel dando patientiam tribulatis. Et hæc tranquillitas virtutis melior est quàm tranquillitas corporalis.

nẽs mirati sunt, dicentes: Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? ✝ Et cum venisset Iesus trans fretum in regionẽm Gerazenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia exeuntes de monumentis sæui nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes: Quid nobis & tibi Iesu filij Dei? Venisti huc ante tempus torquere nos. ✝ Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum pascens: Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si eijcis nos hinc, mittẽ nos in gregem porcorum. Et ait illis. Itẽ. At illi exeuntes abierũt

a ¶ Non discipuli, sed nautæ & cæteri qui erant in naui. ¶ Dormit vt homo: imperat vt Deus. ¶ Legionem. a ¶ Non est voluntatis confessio, sed necessitatis extorsio: quia timent eius præsentiam. b ¶ Quasi, Nobiscum nihil tibi est commune, ne quis ergo dicat, quod in principe dæmoniorum eijcit dæmonia. a ¶ Significat irrationales & immundos homines. ¶ In monte superbiæ. ¶ De electis. a ¶ In eos dominari sine, qui in immundicia permanserint. a ¶ Permittit, vt sit occasio salutis hominum per interfectionem porcorum.

A boli superbiam strauit. Aquam sedat, id est, rabiem Iudaici populi labefecit. Vel nauicula est præsens ecclesia, in qua Christus cũ suis mare sæculi transit, ventos dæmonum aquas persecutorum compescit: vnde miremur & gratias agamus.

Luc. 8. d. Quid nauicula. Homil. 23. operis imperf.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quamuis infestatione inimici, ecclesia vel sæculi tempestate laboret, quibusuis tentationum fluctibus pulsetur, naufragium facere non potest, quia, filium Dei habet gubernatorem, angelos remiges, portat choros omnium sanctorum, erecta in medio salutari arbore crucis, flante spiritusancto, ad portum paradisi, & securitatem æternæ quietis deducitur.

✝ Mar. 3. a.

Hom. 6. in diuersos.

a *Qualis est hic, &c.* ORIGENES. B Qualis est iste, maior Moyse, potentior Helia? Vnus enim mare virga percussum discidit, alius ictu mare Iordanem pertransijt. Iste verò vno verbo mandat illis quæ non habent verba & obediunt ei. Hæc quæ non habent auditum obtemperant.

✝ Mar. 5. b. Lucæ 8. c.

b *In regionem Gerazenorum.* Geraza vrbs est Arabiæ iuxta montem Galaad, non longè à stagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati sunt. Geraza interpretatur colonum eijciens, vel aduena propinquans. Hæc est gentilitas quæ diabolum à se eiecit, & quæ prius longè, modo facta est prope, post resurrectionem à Christo visitata per prædicatores.

Marc. 5. a. Lucæ 8. d.

C c *Duo habentes.* Marcus & Lucas dicunt vnũ, quia eorum vnus fuit clarior & famosior, pro quo dolebat maxime illa regio, & quo sanato fama exijt latior. Sicut per vnum, ita per duos accipe gentes quę de duobus filijs Noe exierunt. Monumenta animarũ sunt corpora, quæ fœditatem corporum ostendebant.

Discrepantia euangelistarum.

d *Saui.* Marcus dicit quòd nullus iam dæmoniacum poterat ligare. Lucas, ruptis catenis in deserto agi, quia Gentes nullo vinculo legum poterant cohiberi; vnde deterius sæuiebant in se, vel in alijs. Nec patuit in eis via prophetis & sanctis autoribus. Vel per duos, Iudæos & Gentes accipe, qui non habitabant in domo, id est, in conscientia sua non requiescebant: in monumentis manebant, id est, in operibus mortuis delectabantur: nec sinunt per viam fidei quam impugnant aliquem transire.

✠ EVTHYMIVS. In sepulchris libenter morantur dæmones prauam opinionem hominibus immittere volẽtes, quod mortuorum animę dæmones fiant, sed circa propriorum corporum monumenta remaneant, imò quibusdam adhæreãt. Sed nequaquam id orthodoxo persuadebunt. Si enim hoc verũ esset, nullo modo cruciatus diues orasset Abraham, vt Lazarum mitteret in mundũ, vt fratribus suis significaret, quæ circa se gererentur, sed ipse per seipsum hoc eis indicasset. D

e *Iesu fili Dei.* HILARIVS. Magis suspicati quàm nosse credendi sunt.

AMBROSIVS. *Iesu fili Dei.* Tantũ eis innotuit quantũ voluit. Tantũ voluit quantũ oportuit: non sicut angelis, per hoc quod est vita & lux: sed eis terrendis per quoddam virtutis effectum, potentiam eius timent ad pœnam: sed non nouerunt diuini consilij dispensationẽ. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. E

Rom. 1. d.

Credebant dæmones aliquando illum Dei filium esse, videntes signa. Iterum propter nimiam infirmitatem quam videbant in eo, non credebant.

f *Ante tempus* Sciebant enim sibi futuram in Dei iudicio damnationem. Verba dæmonum diuerse relata nihil habent scrupuli, cum ad vnam sententiam redigi, vel omnia possunt dicta intelligi. Nec quod hic pluraliter: apud alios singulariter: quia & ibi dicitur quòd legio nominatur: quia multa sunt dæmonia. Marcus dicit porcos ire circa montem: Lucas in mõte fuisse, quia de tanto grege alij circa montem erant: fuerunt enim duo milia, vt Marcus ait.

Marc. 5. b. Lucæ 9. e.

F g *Torquere nos.* Præsentia Christi tortura est eis, Vel, torquẽtur dum de corporibus eijciuntur, in quorum tortura delectabantur, sicut præsentia Dei refectio angelorum.

✠ CHRYSOSTOMVS. Cum non possent se quod non peccassent excusare, ne ante tempus pœnas darent, formidant. Ita qui terrenis vinculis teneri non poterant, victi nunc veniunt: qui in montes ferocitate se corripiebant, ad campos nunc humiles exeunt: qui aliorum itinera occupantes, neminem transire sinebant, cum Christum vidissent, constiterunt.

Homil. 29. operis imperfecti.

h *Mitte nos.* Nota multò minus eos sua potestate nocere hominibus, qui nec pecoribus possunt.

Nisi quis more porci vixerit, diabolus in eum potestatem non accipit, nisi forte ad probandum.

Lib. de fuga in persecutione.

✠ TERTVLLIANVS. Nec in porcorum gregẽ diaboli legio habuit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dicentes qualis est. *q. d. non est homo purus, sed verus Deus.*

2 Quia venti & mare obediunt ei. *sicut creatura creatori.*

Diuisiò.

3 Et cum venisset. *Hic ponitur miraculum in creatura spirituali in dæmonum eiectione. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur miraculi operatio, & secundo ipsius diuulgatio, ibi:* Pastores autem fugerunt. *Describendo miraculum Euangelista, primo tangit locum.* Et cum venisset Iesus trans fretum in regionem, &c. *id est, vltra mare Galilææ, quod alibi dicitur stagnum Genezareth, à quadam ciuitate sic nominatum quæ vocatur Genezar vel Genezareth. Et est in alio littore ex opposito Galilęæ. Cum esset igitur in regione Gerazenorum.*

4 Occurrerunt ei duo. *Mar. 5. a. dicitur quòd erat vnus. & Luc. 8. d. dicendum quod non est contradictio: quia secundum veritatem erant duo dæmoniaci, sed vnus erat famosior & sæuior altero: quia in eo erat legio dæmonum, vt ibidem dicitur: & ideo de illo faciunt mentionem Marcus & Lucas: nec tamen negant quin fuerit alius cum eo, quia vnitas concluditur in binario. Matthæus autem facit mentionem de vtroque Sequitur.*

5 De monumentis exeuntes. *In talibus enim locis habitant dæmoniaci aliquando, vt per hoc dęmones ingerant terrorem hominibus de animabus defunctorum.*

6 Sæui nimis. *non quia dęmoniaci possint, nisi quantum permittit eis Deus, sequitur.*

7 Quid nobis & tibi Iesu fili Dei. *Hoc dicunt magis ex coniectura, quàm per certitudinem: quia ille dęmon qui tentauit eum in deserto erat acutioris ingenij, & tamen non potuit scire per certitudinem, vtrum Iesus esset ille qui erat promissus ad salutem mundi & deiectionem diaboli, & multo minus isti poterant hoc scire per certitudinem.*

8 Venisti huc ante tempus torquere nos. *Ad cuius euidentiam considerandum, quòd vsque ad iudicium est tempus meriti & demeriti hominum: & ideo sicut ad illud tempus sancti angeli habitant inter nos ad nostram defensionem, ita mali ad nostram tentationem & impugnationem. Licet autem secum portent ignem suum, tamen reputant se torqueri & affligi quando eijciuntur ab hominibus, ne eis noceant propter odium quod erga nos habent. Et quia si non possunt hominibus nocere in persona: tamen appetunt eis nocere in substantia ideo rogabant Iesum dicentes.* Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum.

9 Et ait illis: Ite. *concedendo eis petitionem ipsorum, vt patet per sequentem effectum.*

Quæstio.

10 At illi exeuntes abierunt in porcos. *Sed quæritur hic quare permisit eos intrare in porcos & præcipitare eos? Dicendum, quòd* forte

MORALITER.

3 *Et cum venisset Iesus trans fretum.* Per duos nimis sæuos possunt intelligi Paulus & Constantinus ante suam conuersionem, qui persecuti sunt acriter ecclesiam, sicut patet de Paulo Act. 8. & 9. Et de Constantino dicitur in legenda sancti Siluestri, Constantinus imperator cum multas strages martyrum dedisset, &c. sed per Christum sanati, fuerunt valde mansueti.

✝ *Si eijcis nos hinc, mitte nos.* Per hoc autẽ quòd permisit, significatur quòd homines vitam porcinam ducentes, in potestate dęmonum traduntur, & in infernum cum eis finaliter demerguntur.

✠ *Et ascendens*

habuit potestatem, nisi eam à Deo impetrasset: tantùm abest vt in oues Dei habent. Possum dicere peccatorum quoq; semitas tūc numeratas apud Deum fuisse, nedum capillos sanctorum. Habere videtur diabolus propriam potestatem, si fortè in eos qui ad Deum non pertinent. Cæterum in domesticos Dei nihil illi licet ex propria potestate: quia quando liceat, id est, ex quibus causis, exempla in scripturis signata demonstrant.

Tractatu 6. in epist. Ioannis.

✠ AVGVSTINVS. Dimisit in porcos, vt ostenderet diabolum in eis dominari, qui vitam porcorum gerunt.

✠ EVTHYMIVS. Student porcos occidere, vt horum damno contristati domini gregis, Iesum non suscipiant: & ita prædicatione Euangelij non suscepta, tutius ad illam regionem reuertantur, & fiant posteriora illius peiora prioribus.

a in porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. b Pastores autem fugerunt, & 1 venientes in ciuitatem nunciauerunt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerunt. c Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu: & vi- 2 d so eo rogabant eum, vt transiret à finibus 3 eorum.

¶ Id est valde.

a Et ecce magno. Dignior homo bestijs, cum propter salutem duorum hominum duo milia porcorum perierunt. Liberato populo Gentium, increduli agunt malos ritus in abditis: cæca & profunda curiositate submersi.

b Pastores autem fugerunt. Quia etiam quidam principes impiorum, & si fugiunt fidem Christi, tamen potentiam eius mirando nunciare non cessant.

c Exijt obuiam. BEDA. Prodeuntes, signant quosdam consuetudine ligatos, mirari quidem & venerari legem Christi, sed nolle pati: vnde transire rogant. Et inuenerunt hominem (vt Lucas ait) vestitum & sana mente sedere ad pedes Iesu.

Luc. 8. e. Ibid. 5. b. 3. Reg. 17. b

d Rogabant eum. Rogant non de superbia de humilitate iudicantes se indignos, vt Petrus fecit, & vidua de Elia. Timebant, ne destrueret eos præsentia sanctitatis eius, propter peccata sua, sicut destruxerat porcos.

NICOLAVS DE LIRA.

forte homines illius terræ peccauerant: & ideo demeruerunt istud damnum sibi fieri. Vel aliter dicendum, quod aliqua fecit ad significandum quoddam aliud, sicut Matth. 11. & Marc. 11. Maledixit ficui non habenti fructum sed folia tantum: & tamen nulla ratio fuit ex parte arboris quia vt ibidem dicitur, non erat tempus ficorum: & ideo ratio maledictionis fuit ad significandum maledictionem Iudæorum: quorum fructum boni operis quærebat Christus, & tamen non inuenit in eis nisi folia tantum, id est, apparentiam bonorum operum. Sic Christus permisit dæmones intrare in porcos ad significandum, quod dæmones habitant in immundis hominibus, sicut porcus est animal immundum.

1 Pastores autem fugerunt, & venientes, &c. *Hic ponitur miraculi diuulgatio, quia pastores fugientes venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt hæc omnia. Sequitur:*

2 Et ecce tota ciuitas. *ad faciendum sibi reuerentiam.*

3 Et viso eo rogabant eum. *reputabant enim se indignos tanto doctore, sicut superius est dictum de centurione, quod reputabat se indignum tanto hospite. Item quia Christus dimittebat eis illos curatos à dæmonibus ad eorum instructionem. vnde Marc. 5. dicitur, quod Christus noluit quod ille qui habebat legionem sequeretur ipsum, sed magis prædicaret miraculum factum, & idem intelligendum est de alio qui erat cum eo. Vel aliter potest intelligi, quod isti Gerazeni ex peccatis suis timebant offendere Christi præsentiam, & per consequens incurrere maiorem in pœnam præcedenti, & ideo rogabant eum discedere.*

CAP. IX.

CAP. IX.

a IN ciuitatem. Ne putes hanc esse Nazareth, quia Marcus dicit hoc esse factum in Capharnaum. Sed cum Nazareth sit in Galilæa, in quocunque oppido Galilææ sit, dicitur esse in sua ciuitate. Sicut regnum in tot ciuitatibus constitutum dicitur Romana ciuitas: ita Galilæa dicitur ciuitas Christi, in qua est Capharnaum quasi metropolis.

Marc 2. a. †Marc. 2. a. Luc. 5. d. Ioan. 5. a.

b Offerebant. doctores sunt, qui subleuant & offerunt Christo monendo & intercedendo.

c Fidem. Quantum valet apud Deum fides propria, apud quem sic valuit aliena, vt intus & extra sanaret hominem.

a ET ascendens Iesus in nauiculam trans-fretāuit, & venit in ciui- 1 tatem suam. † Et ecce 2 b offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem 3 c Iesus fidem illorū, dixit paralytico: Confide 4 d

a ¶ De terra Gerazenorum. b ¶ Non ait in Nazareth, sed Galilæam intellige.
a ¶ Animam, illecebris carnis resolutam.
¶ In corpore vbi iacet anima. ¶ In voluptate seculi.
a ¶ Non vecordiam ægri. b ¶ In hoc innuit se Deum.

d Confide fili, remittūtur tibi. Lucas dicit: homo, q.d. qui peccasti, ego De⁹ qui dimitto. Et vtrūque dixit Iesus quod vterq; euāgelista testatur. Humilis dominus filiū vocat, quem sacerdotes dedignarentur tangere. Vel modo dimissis peccatis suis filius.

Luc. 5. d.

Prius sanatur anima, nec gratias agit, qui plus desiderauit curam corporis. Ecce modus curationis prius dimittit peccata tollens causam morbi, post curat corpus.

Quid

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IX.

Diuisio.

ET ascendens. *In capite præcedenti posita sunt quædam miracula ad confirmationem euangelicæ legis: hic consequenter declaratur virtus legislatoris. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur huius miraculi perpetratio. secundo, credentium vocatio, ibi:* Et cum transiret inde. *Et tertio eorum confirmatio, ibi:* Hæc illo loquente. *Prima in duas, quia primo in operatione miraculi ad declarationem suæ deitatis fides credentium approbatur. Et secundo infidelitas negantium reprobatur ibi:* Et ecce quidam de Scribis. *Circa primum euangelista notat loca, vbi factum est hoc miraculum, dicens:* Et ascendens Iesus in nauiculam, *vt scilicet per nauigium de terra Gerazenorum rediret in Galilæam vnde illuc iuerat, vt patet in cap. præcedenti.*

1 Et venit in ciuitatem suam. *scilicet in Capharnaum, quia ibi factum est hoc miraculum, vt Marcus dicit expresse 2. cap. Dicitur autem Capharnaum ciuitas domini, non quia ibi fuerit natus vel conceptus: Sed quia erat principalis ciuitas Galileæ: propter quod centurio ibi manebat ad custodiam totius terræ, vt dictum est cap. præcedenti. Nazareth autem vbi Christus fuit nutritus & conceptus, erat quoddam oppidum vel vicus respectu illius: & ideo dicitur ciuitas ipsius Christi, sicut Parisius dicitur ciuitas alicuius nati in aliquo oppido iuxta Parisium. Vel secundum alios dicitur ciuitas domini, quia in principio suæ prædicationis multa miracula ibi fecit.*

2 Et ecce offerebant ei paralyticum. *Modus autem offerendi hic tacetur, sed exprimitur Marc. 2. quia non potentes intrare ad Christi præsentiam propter turbam circunstantem, de tecto domus submiserunt eum in lecto ante Iesum: & hoc fuit magnum signum fidei ipsorum propter quod sequitur.*

3 Videns autem Iesus fidem illorum. *scilicet paralytici & offerentium: quod patet ex hoc quod sequitur:*

4 Dixit paralytico: Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. *Licet enim sanitas corporalis vel aliquid huiusmodi detur alicui propter alienam fidem: remissio tamen peccatorum non datur alicui sine propria fide. Ideo non videntur bene dicere qui dicunt, quod ly, illorum, refertur tantum ad offerentes, ita quod propter fidem offerentium tantum sit sanatus. Dixit autem Iesus.* Remittuntur tibi peccata. *Ad modum*

MORALITER.

† *Et ascendens Iesus in nauiculam.* Sequitur:

2 *Et ecce offerebant ei paralyticum.* Per paralysim quæ priuat vsum membrorum corporalium, significatur peccatum mortale, quod priuat actum meritorium. Existens enim in peccato mortali priuatur gressu meritoriæ affectionis, & tactu operationis, & gustu suauitatis cœlestis, & visu diuinæ contemplationis, & auditu diuini sermonis, & odoratu diuinæ consolationis. Et cum superuenit consuetudo, tunc iacet in lecto. Hunc autem offerunt Christo orantes deuotè pro ipso, & ipse offertur, quando † ipsis

a *Quid est.* Nota infirmitates aliquando contingere propter peccata: & ideo prius dimittuntur, vt salus restituatur. Quinque modis infirmitates contingunt: vel vt iustis merita per patientiam augeantur, vt Iob: vel ad custodiam virtutum, ne superbia tentet, vt Paulus: vel ad corrigenda peccata, sicut Mariæ lepra, vt huic paralytico: vel ad gloriam Dei, vt de cæco nato & Lazaro: vel ad initium pœnæ, vt Hærodi: quatenus hic videatur quid in inferno sequatur. vnde: *Duplici contritione conteret eos dominus.*

† Mat. 2. b. Luc. 5. e. Iob. 2. b. 2. Cor. 12. b. Num. 12. c. Ioh. 9. d. Ibid. 11. e. Act. 12. d. Iere. 17. d.

BEDA. Quid est facilius, sed quoniam hoc spirituale nō creditis, probetur signo visibili quod non minoris constat esse potentiæ, vt in filio hominis latentem cognoscatis potentiam maiestatis, quæ potest dimittere peccata vt Deus.

Mar. 7. d.

CHRYSOSTOMVS. Non dubium quin difficilius sit curare animas: verùm quoniam vnum patet, & alterum latet, ideò momentaneam paralytici curationem multi potius mirabuntur.

Hom. 30. in Matth.

THEOPHILACTVS. Arguit fermè eos, dicens: Vos quidem putatis me blasphemū, eo quòd pollicear mē remittere peccata, id quod magnum quidem est. Videtur autem vobis, quòd ego per hoc effugium quæram, vt non reprehendar. Ego igitur ex corporis cura fidē vobis facio quod animas sanem. Per rem minorem quidem, sed quæ difficilior videatur, confirmans peccatorum remissionem, quæ magna quidem est, sed facilior vobis videtur, eo quod minor appareat.

fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce [1] quidam de scribis dixerunt intra se: Hic bla- [2] sphemat. [3] Et cum vidisset Iesus cogitationes eorū, dixit: † Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? [4] Quid est facilius dicere: di- [5] mittuntur tibi peccata tua, an dicere, surgē & ambula? Vt autem sciatis, quoniam filius [6] hominis habet potestatem dimittendi peccata in terra, tunc ait paralytico: Surge, tolle [7] lectum tuum & vade in domū tuam. Et surrexit, & abiit in domū suam. Videntes autem [8] turbæ † timuerunt, & glorificauerunt Deum [9] qui dedit potestatem talē hominibus. [10] Et cū [11]

a ¶ Quia in prophetis dicit dominus: Ego sum qui deleo iniquitates.
¶ Cum sit homo, quod Dei est arrogat sibi.
¶ Sed Deum se esse, & occultorum cognitione, & operum virtute indicat.
¶ Qua potestate cogitationes vestras video, & peccata possum dimittere.
¶ Quod Deus solus nouit.
a ¶ Quod ipsi viderent.
a ¶ Quia idem est filius hominis & Deus.
a ¶ Non ad blasphemantes, sed ad discipulos: & sunt verba Matthæi vel Christi.
¶ Positus.
¶ Vt maius miraculum sit.
a ¶ Ne Christiana fide curatus moreris in perfidia Iudæorum.
a ¶ Iam quodammodo credentes.
b ¶ Id est hominem tam potenter operantem inter homines.

b *Tunc ait paralytico.* Ecce per remissionem pœnæ, dimissionem culpæ intellige.

c *Surge.* Surgere, est animā à carnalib. desideriis abstrahere. Lectum tollere est carnem à terrenis desiderijs ad voluntatē spiritus attollere. Domū ire, est ad paradisum redire, vel ad internam sui custodiam, ne iterum peccet.

d *Tolle lectum tuum & vade in domum tuam.* Vt quod fuit testimonium infirmitatis, sit probatio sanitatis.

e *Et surrexit.* Magna virtus, vbi sine mora imperium salus comitatur. Vnde meritò, qui aderant relictis blasphemiis stupentes, ad laudem conuertuntur tantæ maiestatis.

a *Vidit*

NICOLAVS DE LIRA.

modum boni medici, qui primò remouet causam morbi, & tunc postea intendit curationi. Infirmitas autem hæc fuerat inflicta paralytico propter peccatum, & ideo Christus primò remouet causam dicens: Remittuntur. *Et ex hoc insinuat eum à paralysi curandum, sicut statim patuit per effectum. Ad maiorem prædictorum intelligentiam sciendum, quod infirmitas corporalis infligitur alicui à Deo multis de causis. Vno modo propter peccati punitionem, sed non propter purgationem. Et talis infirmitas est quoddam præambulum pœnæ gehennæ: & sic inflicta est Herodi, Act. 12. d. vbi dicitur, quod percussit eum Angelus domini, eò quòd non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus expirauit. Eodem modo fuit de Pharaone, qui per flagella induratus est. Secundo modo infligitur ad peccati commissi purgationem, sicut Nabuchodonosor amentia septem annorum, vt habetur Dan. 4. Et similiter Mariæ Magdalenæ vexatio dæmonum. Tertio modo non propter peccatum commissum, sed gloriam Dei manifestandam, sicut de cæco nato dicitur Iohan. 9. c.* Neque hic peccauit neque parentes eius, *scilicet vt cæcus nasceretur: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Quarto propter humiliationem alicuius ne in superbiam eleuetur, sicut Paulus Apostolus dicit de seipso. 2. Corinth. 12. b.* Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. *Quinto infligitur propter alicuius probationem, & patientiæ declarationem, sicut patet de Iob 2. Vnde versus: Iob probat, inclinat Paulum. sese manifestat In cæco: purgat Mariam, punit Herodem. Et patet sententia ex dictis.*

Multis de causis infirmitas à Deo alicui infligitur.

1 Et ecce quidam de Scribis. *Hic ponitur reprehensio negantium Christi diuinitatem. & primo ponitur eorum negatio, cum dicitur:* Et ecce quidam de Scribis, *id est, legisperitis.*

2 Dixerunt intra se, *scilicet cogitando, quia verbum intrinsecum est conceptus mentis.*

3 Hic blasphemat. *Blasphemare est creaturæ attribuere illud quod est proprium Dei. Dimittere autem peccatum soli Deo conuenit. Per hoc ergo quod Christo blasphemiam imponebant in hoc quod peccata dimittebat, patet, quia negabant ipsum esse Deum, dicentes eum esse purum hominem: sed Christus consequenter eos conuenienter redarguit, ostendens se esse Deum dupliciter. Primo quia respondit eorum cogitationibus, quas cognoscere per certitudinem soli Deo proprium est, propter quod dicit:* Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum dixit.

4 Vt quid cogitatis mala. *imponendo, scilicet falsò mihi blasphemiam. Secundo hoc idem ostendit sanando paralyticum per imperium tanquam propria virtute: quod est eiusdem potestatis sicut & peccata dimittere. Licet enim paralysis virtute naturæ aliquando possit curari, non tamen subito, nec ita perfectè vt statim homo possit lectum in quo iacet portare: sicut dicitur hic, propter quod dicitur.*

5 Quid est facilius dicere: dimittuntur. *quasi dicat æqualis potestatis est vtrumque. Ex quo concludit virtutem suæ diuinitatis perfectam, dicens:*

6 Vt autem sciatis quoniam filius hominis habet potestatem in terra, *vt Deus, non vt homo purus.*

7 Tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Et surrexit, & abiit in domum suam. *Sicut enim per literam habentem sigillum declaratur voluntas ipsius scribentis, sic per signum quod est virtutis diuinæ manifestatiuum ostenditur diuina virtus. Alij autem sancti qui fecerunt miracula, faciebant hæc implorando diuinam virtutem, non imperando: & si aliquando in talibus imperabant, hoc non erat in virtute propria, sed exprimendo virtutem Christi, tanquam ministri non domini: sic aliquando imperabant dæmonibus, vt recederent ab obsessis corporibus in nomine Christi & autoritate eius.*

8 Videntes autem turbæ timuerunt. *Hic consequenter ponitur huius miraculi effectus, quia turba hoc videntes timuerunt imponere sibi blasphemiam.*

9 Et glorificauerunt Deum, *id est, ipsum Christum qui est virtus Dei patris.*

10 Hominibus, *ad eorum, scilicet salutem.*

11 Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio. *hic ponitur credentium vocatio. Et primò circa eorum vocationem describitur condescensio ad peccatores, secundò ponitur eius reprehensio contra murmurantes, ibi:* Et videntes Pharisæi. *Circa primum aduertendum, quod vocatio Matthæi, & istud conuiuium fuit ante curationem paralytici, de quo dictum est: sed hic ponitur per recapitulationem. Vel secundum alios vocatio eius fuit ante, & conuiuium eius de quo hic scribitur fuit post: & vt conuenientius describatur conuiuium, eius vocatio repetitur. Dicit ergo Euangelista.* Et cum transiret inde Iesus vidit hominem sedentem in telonio, *in quo solebant campsores sedere, quod quidem negocium vix aut nunquam exerceri sine peccato potest, vt dicit Gregor.*

Et ait

MORALITER.

† ipsis in orando conformatur. Christus autem fidem illorum aspicit, cum preces eorum exaudit: & paralyticus curatur, quando peccatum à Deo sibi dimittitur, & donatur sibi gratia per quam ad actus meritorios restituitur, & inde Deus glorificatur.

11 *Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio.* vocatio Matthæi ad Apostolatum, significat vocationem hominis sæcularis ad religionis statum. Pharisæi verò murmurantes sunt homines maligni, religionis statui detrahentes, quibus benè dicitur.

11 *Et*

† *Euntes*

a *Vidit hominem.* Hic probabilius videtur, quòd prætermissa memoret, cum 12. elegit ante sermonem.

b *In telonio.* τέλος Græcè, Latinè vectigal. Matthæus, Hæbraicè, Latinè donatus, qui tantum munus gratiæ accepit: Leui additus vel assumptus, quia diuina electio eum assumpsit, & numero Apostolorum addidit.

c *Matthaum.* Cæteri Euangelistæ propter verecundiam non appellant eum vulgato nomine, sed Leui. Binomius enim fuit. Ipse autem publicanum se nominat, ne quis à salute desperet. Vocationem suam prætermissam hic videtur recordari, quia Lucas dicit 12. Apostolos in mōte fuisse electos vbi sermo supradictus fuit. (Luc. 6.)

d *Surgens.* BEDA. Lucas plenius dicit, relictis omnibus secutus est eum tam corpore quam mēte. Non leuitate ductus, sed veritate operum, & diuina potentia intus operante tractus, perfecta obędientia, & perfecta abrenunciatio, & lucra reliquit, cupidus sequendi Christum. (†Mar. 2. c. Luc. 5. f. Luc. 8. b. Ibid. 7. c.)

e *In domo.* Non dicit cuius, sed Lucas exprimit: *quia fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.* Quod congruit. Qui enim Christum intus recipit, pascitur multis delectationibus. Itaque dominus ingreditur & in eius recumbit affectu. Ecce magna humilitas domini eundo ad peccatores. Etiam potentia in doctrinæ conuersione pœnitentium ostenditur. (11. infra c. multi.)

a ¶ De Galilæa. b ¶ Non tam corporeo quam miserentis intuitu. c ¶ Pertinaciter lucris inhiantem.

a **Transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine: & ait** 1

a ¶ A modo. b ¶ Non lucra.

illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. 2

¶ Eius Matthæi.

Et factum est discumbente eo in domo, ecce 3

a ¶ Qui publica vectigalia exigunt, & conducunt, & qui lucra sæculi per negocia sectantur.

multi publicani & peccatores venientes 4

¶ Vt ab eo spiritualiter pascantur.

discumbebant cum Iesu & discipulis eius.

a ¶ Dupliciter errabant: quia & se iustos putabant cum sint superbi & illos reos, cum iam pœniteant.

Et videntes Pharisæi dicebant discipulis eius: 5

¶ Quod lex damnat.

† Quare cum publicanis & peccatoribus 6 **manducat magister vester? At Iesus audiens,** 7

a ¶ q.d. Vos desino, quia non egere vos putatis. b ¶ Qui gratiam non quærunt.

ait: † Non est opus valentibus medicus, sed

a ¶ Hos iuuo, quia pœnitendo dant locum gratiæ sed si sanari vultis. Bun, &c. b ¶ A temeritate vituperationis. c ¶ Diligentibus scripturas inquirite.

male habentibus. Euntes autem discite, quid 8

a ¶ Testimonium de propheta. b ¶ Sine misericordia. ¶ Sine compassione delinquentium.

est, † misericordiam volo, & non sacrificium. 9

a ¶ Misericordiam sequimini sicut ego. b ¶ Falsò se se iustificantes, dum in hoc sunt. c ¶ Peccata attendentes.

Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. 10 11

f *Ecce multi publicani.* Bonum præsagium: iam eius exemplo multi conuertuntur. Iam post se multos trahit, apostolus & doctor gentium futurus.

HIERON. *Publicanis & peccatoribus.* Tertullianus dicit hos fuisse ethnicos, dicente scriptura: *Non erit vectigal pendens ex Israel.* q. Matthæus non fuisset Iudæus, & ille qui cum Pharisæo templum ascendit, quod non faceret Gentilis. Et Lucas ait: *Omnis populus audiens, & Publicani iustificauerunt Deum baptismo Iohannis baptizati.* Dominus autem qui venit ad oues domus Israel, qui dixit: *Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus.* non conuiuatur cum ethnicis, cum id maximè caueret, ne legem soluere videretur, qui & discipulis præcepit. *In viam gentium ne abieritis.* (3. par. 8. Infra 15. c.)

g *Peccatores venientes discumbebant.* Pœnitentes, exemplo Matthæi veniam sperantes: vnde Marcus dicit hic, *quia multi sequebantur eum.* (Infra 10 b. Marc. 2 c.)

h *Quare cum Publicanis.* Omnis quæstio ex lege, quæ est iusticiæ tenax, misericordiam non habet. Omnes enim declinauerūt. Sed eius austeritatem missus filius Euangelij gratia temperauit. Prouocat ergo ad pœnitentiam peccatores, cuius cibus & potus & ambulatio, & omnia quæ gessit, saluti seruiunt. (Psal 13. a.)

i *At Iesus audiens ait.* Et susceptos pœnitentes amplius in fide confortat, & superbos ad humilitatis & pietatis gratiam prouocat.

k *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Medicus est Christus: Valentes, qui ignorantes Dei iusticiam, suam volunt astruere. Malè habentes, qui conscientia victi non ex lege, sed ex gratia quærunt iustificari. Per Matthæi & Publicanorum vocationem fides gentium exprimitur, qui prius lucris mundi inhiabant, & nunc spiritualiter cum domino reficiuntur. Per superbiam Pharisęorum inuidia Iudęorum de salute gentium. Hi enim de ieiunio gloriantur, dum Publicani cum domino conuiuantur, quia qui legem sequuntur, famem cordis patiuntur: sed qui Dei verbum recipiunt, esurire non possunt.

l *Euntes autem discite.* Tumentibus de falsa iusticia consilium correctionis dat; vt scilicet per opera misericordiæ misericordiam quærant, & non contemptis pauperum curis per sacrificia Deum placare confidant. vnde & suum misericordiæ exemplum dat. *Non enim.* Vnde tres parabolę adduntur apud Lucam de Oue, & Drachma, & duobus filijs.

m *Non enim veni vocare iustos.* Nōnne Nathanael & Petrum & Andream & alios iustos vocauit? Lucas apertius dicit: *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam.* Vocat ergo iustos, vt magis proficiant: peccatores, vt corrigantur. Vel non vocat iustos, dum iusticiæ Dei non sunt subiecti: sed qui peccata confitentur. *Non enim veni vocare.* Lucas expressius dicit, in pœnitentiam: quia quos operibus iusticiæ deditos inuenit, vt Nathanael, & Petrum & Andræam, non ad pœnitentiam præteritorum inuitat,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait illi sequere me. *Matthaum autem talibus occupatum vocauit, vt de gratia Dei nullus desperet quantumcunque fuerit in vilibus occupatus.*

2 Et surgens, &c. *fine aliqua dilatione, quia sicut poterat monere autem exterius verbo, ita etiam interius mentem inspirando, Sicut enim passioni propinquus illos qui ad accipiendum ipsum venerant, solo verbo prostrauit, dicens:* Ego sum, *vt habetur Ioh. 18. a. ita solo verbo poterat quoscunque ad se trahere: & in hoc apparet virtus diuinitatis in eo.*

3 Et factum est in domo. *scilicet Matthai.*

4 Ecce multi publicani. *Fuerant enim socij Matthai, & ideo recedens ab eis & volens sequi Christum, fecit eis conuiuium, sicut de Elisao legitur 3. Reg. 19. quod vocatus ab Elia vt eum sequeretur mactauit par boum, & dedit socijs suis comedere: & sic secutus est Eliam magistrum suum: & hoc modo faciunt qui recedentes à socijs faciunt prius eis cautum suum, vel secundum alios burdonem.*

5 Et videntes Pharisæi. *Hic ponitur reprehensio contra iniustè murmurantes de prædictis, & primo contra Pharisæos, secundo, contra Iohannis discipulos, ibi:* Tunc accesserunt. *Circa primum sciendum, quod Pharisæi in populo Iudæorum reputabantur religiosi: vnde etiam in habitu ab alijs quodammodo distincti erant, vt videbitur inferius. Videntes igitur Christum cum Publicanis & peccatoribus manducare, indigne ferebant & murmurabant dicentes discipulis eius.*

6 Quare cum publicanis, &c. *quasi dicat vos estis fatui, qui talem magistrum sequimini.*

7 At Iesus audiens, &c. *Respondit eis primo per rationem, quia sensibiliter videmus, quod medicus familiarius se debet habere ad infirmum, qui eo indiget, quàm ad sanum. Cum ergo Christus sit verus medicus animarum, vt dicitur in Psalmis:* Misit verbum suum & sanauit eos: *ideo familiariter se debuit habere ad peccatores, qui sunt infirmi infirmitate spirituali. Secundo respondet per autoritatem qua habetur Osee 6.* (Psal. 106. b.)

8 Euntes autem discite, &c. *quasi dicat: ite diligenter, considerate illud quod scribitur Osee 6.*

9 Quid est misericordiam volo, & non sacrificium. *quasi dicat si hanc scripturam consideretis inuenietis me facere secundum ipsum, propter quod concludit.*

10 Non enim veni vocare iustos. *licet aliquos iustos vocauerit ad augumentum gratia, vt Petrum, Andream, & consimiles.*

11 Sed peccatores, *supple vocare ad pœnitentiam.*

MORALITER.

18 *Euntes autem discite quid est, misericordiam.* Opus enim magnæ misericordiæ est peccatores ad pœnitentiam inducere, ad religionis habitum assumendo.

† *Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis dicentes.* Per istos qui iactauerunt se de frequenti ieiunio significantur hypocritæ dicentes cum Pharisæo, Luc. 18. b. *Ieiuno bis in sabbato*: quibus respondetur.

A uitat, sed ad perfectum vitæ perfectioris vocat: illis verò ad pœnitentiam qui peccatis grauioribus inuoluti erant. Vel non eos vocat qui iustos se reputant, quia & hi si conuertuntur, iam non iusti sibi videntur.

a *Discipuli autem tui non ieiunant.* Iohannes, Marcus & Lucas ita hoc narrant quasi alij aliqui de hoc quæsierint. Vnde sciendum hoc à pluribus esse quæsitum. Tribus de causis reprehendendi sunt discipuli Iohannis, quia de ieiunio se iactant, & quia calumniantur quem sciebant à magistro esse prædicatum: & iunguntur Pharisæis quos magister eorũ condẽnauerat. Spiritualiter discipuli Iohannis & Pharisæorum ieiunant, quia qui opera legis vel traditionem hominum sequitur, vel qui etiam vocem B Christi tantum aure percepit, abstinens à bonis, ieiuno corde tabescit. Sed qui Christo adhæret, reficitur. Iohannes vinum & siceram non bibit quia abstinentia meritum auget, cui nulla est potentia naturæ. Dominus autem qui peccata potest condonare, cur à peccatoribus declinaret, quos abstinentibus poterat facere iustiores? Ieiunauit & Christus, ne præceptum declines. Manducat cum peccatoribus, vt gratiam & potestatem intelligas.

* ad pœnitentiam.
† Mar. 2. c.
† thalami nuptialis.
Luc. 1. b.
† assumentum.

* Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohan- [1]
(a ¶ Superba interrogatio, & plena de supercilio Pharisæorum.)
nis dicentes: † Quare nos & Pharisæi ieiu- [2]
a namus frequenter, discipuli autem tui non [3]
(a ¶ Aufert ieiunium tristiciæ à discipulis propter præsentiam suam. b ¶ Id est, domini.)
ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt [4]
b (¶ Apostoli. ¶ Qui de ecclesia. a ¶ Christi. b ¶ Ieiunio affligi, dum eos oportet de sponsi præsentia gratulari: Spirituali enim ieiunio nondum sunt apti, donec me assumpto spiritusancto sint confirmati.) [5]
c filij † sponsi lugere, quamdiu cum illis est
(a ¶ Tempore passionis.)
sponsus. Venient autem dies, cùm auferetur [6]
(¶ Non solum à cibis.)
d ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Nemo [7]
e f autem immittit † commissuram panni † ru- [8]
(a ¶ Si autem hoc solum eis importune traditur quibus præualet vetus consuetudo, cito quod habeant auferetur.) [9]
dis in vestimentum vetus: Tollit enim † ple- [10]
g (¶ Veteri scilicet.) [11]
nitudinem eius à vestimento & peior scis-

D gistri sui voci respondit: vt vel illi crederent, & nõ cogerent tempore sponsi læta tristis intrare ieiunij: quia qui quærit sponsam, ieiunia seponit, relinquit austera, totum se dat gaudiis, epulis indulget, totus blandus, totus amabilis incedit, & facit totum quod sponsæ tenera requirit affectio. Christus ergo qui tunc ecclesiam desponsabat, indulgebat mensis, conuiuantibus se non negabat, donec diuinis humana coniungeret.

d *Et tunc ieiunabunt.* Luctus de absentia sponsi, nec ante incarnationem defuit in patribus, nec post passionem, nisi quamdiu in carne cum discipulis conuersatus est.

E ALLEGORICE. Quamdiu nobiscum est lætamur, cum propter peccata recedit, tunc indicendus est ieiunij luctus.

✠ TERTVLLIANVS. Certè in Euangelijs illos dies ieiunijs determinatos petant (Montani) in quibus ablatus est sponsus: & hos esse iam solos legitimos ieiuniorum Christianorum abolitis legalibus & propheticis vetustatibus.

Aduersus psychicos. Cõtra mõtanũ qui ex hoc loco post Pentecostẽ quadragesimã instituit.
† impexi, impoliti.
† plenitudo, supplementum.

e *Ieiunabant.* A mundi amore, non solum à cibis. Spirituale enim ieiunium cum sit pars vitæ nouæ, nondum eis conuenit, qui per alia dediti sunt veteri vitæ.

b *Nunquid possunt.* Quasi dicat. Facturi estis, vt lugentes ieiunent, quia estis sponsum occisuri. *Nunquid possunt.* De vtroque luctu vel ieiunio, quod est in tribulatione vel gaudio respondet. C Cum ablatus erit sponsus, tunc erunt in mœrore & luctu, donec per spiritum sanctum consolatio tribuatur. Quo dono percepto, ieiunium, quod fit per lætitiam iam renouati in vitam spiritualem, celebrabunt: nec solum à cibis, sed ab omnibus terrenis.

c *Lugere, quamdiu cum illis est sponsus.* Hoc verbo exprimit illud ieiunium quod pertinet ad humilitatẽ tribulationis, illud alterũ quod pertinet ad gaudium mentis ad spiritualia suspensæ, & ideo à cibis corporeis alienatæ. sequentibus similitudinibus de panno nouo signat, ostendens quod carnalibus, & ob hoc veterem sensum adhuc trahentibus hoc genus ieiunij non cõgruat, quia dum ita carnales sunt, perfectionem nouæ vitæ habere non possunt. Quod hic ait lugere, Marcus & Lucas dicunt ieiunare. vnde & ipse: Postea ieiunabunt, non lugebunt.

Serm. 31. ✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Interrogatus Iohannes, sponsum esse sic testatus est Christum. Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Conueniẽter ergo discipulis Iohãnis magistri

f *Nemo autem.* q. d. carnales nondum fide passionis & resurrectionis solidati, non possunt seueriora continentiæ præcepta sustinere, ne per austeritatem etiam fidem perdant. Sunt ergo discipuli quasi vetus vestis cui inconuenienter nouus pannus assuitur, F id est, aliqua pars doctrinæ quæ ad nouæ vitæ temperantiã pertinet: quia si hoc fiat, ipsa doctrina quodammodo sciniditur, cuius pars de ieiunio ciborum importune traditur, cum illa doceat generale ieiunium ab omnibus voluptatibus, cuius pannum, id est, partem quę ad cibos pertinet, dicit non oportere hominibus adhuc veteri vsui deditis impertiri, quia & illinc videtur quasi concisio fieri, & ipsi vetustati non conuenit.

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Antequam legis supellectilem dicit Iudaicis studijs attritam, corruptis sensibus, sectis scissam, puris actibus obsoletam. Pannum rudem Euangelij nuncupat indumentum. Sed audi pannum non scissuræ partem, sed principium texturæ. Tunc enim primum regalis indumenti tela de Christi vellere texebatur, de vellere quod dabat Agnus Dei qui tollit peccata mundi. Serm. 31.

g *Tollit enim.* id est, perfectio nouæ vitæ quæ vna est diuiditur, & veteri fides quam habet aufertur, cui perfectio nouæ debebatur.

Neque

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc accesserunt. *Hic reprehendit Iohannis discipulos: & primo ponitur eorum interrogatio maligna: secundo, Christi responsio benigna, ibi:* Et ait illis Iesus. *Circa primum notandum, quod discipuli Iohannis in tribus deficiebant: primo quia de sua abstinentia se iactabant dicentes.*

Discipuli Ioh. in tribus deficiebant.

2 Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter. *quia talia sunt fienda in secreto, vt supra dictum est cap. 6. c.* Tu autem cum ieiunas, &c. *Secundo, quia Pharisæis se coniungebant dicentes:* Nos & Pharisæi. *quia audierant Iohannem magistrum suum Pharisæos redarguentem, & dicentem supra cap. 3. d.* Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? *Tertio quia Christum arguebant ex defectu abstinentiæ in discipulis, dicentes.*

3 Discipuli autem tui, &c. *Defectum enim discipulorum retorquebant in magistrum, de quo tamen audierant Iohannem dicentem:* Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, *Iohan. 1. d.*

4 Et ait illis Iesus. *Hic ponitur Christi responsio, in qua ostendit, quod ieiunium corporale non competebat suis discipulis pro illo tempore: quia duplex est ieiunium. Quoddam quod ordinatur ad carnis refrænationem, & ad contemplationem disponit: & istud non competebat discipulis Christi, quando erat cum eis corporaliter: & hoc est quod dicit:*

5 Nunquid possunt filij sponsi, *id est, Christi qui est sponsus ecclesiæ,* lugere, &c. *Sequitur:*

6 Venient autem dies, &c. *quantum ad præsentiam corporalem, scilicet in passione & ascensione in cœlum.*

7 Et tunc ieiunabant. *q. d. tunc competet eis tale ieiunium. Aliud est ieiunium quod ex plenitudine & perfectione contemplationis procedit, quale fuit Moysi ieiunium in monte: quanto enim anima est in contemplatione magis eleuata, tanto est pauciori alimento contenta. vnde & 10. Ethicorum dicit Philosophus, quod felix contemplatiuus est paucissimis contentus. Et tale ieiunium non competebat discipulis, quia adhuc erant rudes & imperfecti, sed prius debuerunt per charitatem spiritussancti innouari, quod factum est die Pentecostes, quando fuerunt per gratiam sanctispiritus innouati, & tunc debuerunt incipere nouum modum viuendi: & hoc est quod dicit Saluator per duplex exemplum: Primum ponitur hic.*

8 Nemo autem immittit. *id est, iuncturam seu supplementum.*

9 Panni rudis. *scilicet noui, quia in nouitate est spissior.*

10 In vestimentum vetus, *quia hoc causat deformitatem, propter quod subdit:*

11 Tollit enim pulchritudinem eius. *id est, vniformitatem seu pulchritudinem à vestimento.*

12 Et peior fit scissura. *Quia propter deformitatẽ non coniũgitur solide* cum ve-

MORALITER.

5 *Nunquid possunt, &c.* q. d. Non. Isti filij sunt de nouo per baptismum ex ecclesia & Christo generati, & istis non sunt ieiunia imponenda: quia sicut dicitur Gal. 5. d. *fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, &c.* sed cum auferatur ab eis sponsus per mortale peccatum, tunc ieiunandum est eis per pœnitentiæ effectum.

8 *Nemo autem immittit commissuram.* hic dicitur nouus pannus rudis. Per quem & per vinum significatur nouitas sacramentorum ecclesiasticorum, quæ non sunt administranda hominibus in vetustate peccatorum manentibus.

Hæc illo

a *Neque mittunt.* Eosdem discipulos veteribus vtribus comparat, quos nouo vino.i. spiritualibus præceptis facilius dirumpi, quam id posse continere dicit. Sed post ascensionem accepto spiritu facti sunt vtres noui. Aliter: Vtres veteres sunt Scribæ & Pharisæi. Pannus nouus & vinum nouum præcepta euangelij. quæ non possunt sustinere Iudæi, ne maior fiat scissura, cum quibus Galathæ præcepta legis miscebant, vt in vtres veteres num nouum mittentes. Conueniunt autē hæc præcepta euangelica apostolis, non his qui traditionibus maiorem deprauati sinceritatē præceptorum Christi nequeunt custodire.

B Distat inter nouum vinum & vestimentum. Vino intus reficimur, veste foris tegimur. Vestis ergo sunt bona opera, quæ foris quibus coram hominibus lucemus. Vinum, feruor fidei, spei & charitatis, quo in conspectu in nouitate sensus intus reformamur.

✠ AVGVST. Ascitæ ab vtre appellati sunt, ἀσκός enim Græce, Latine vter dicitur, quem perhibentur inflatum & opertum circumire bacchantes, tanquam ipsi sint euangelici vtres noui nouo vino repleti.

b *Ecce princeps vnus accessit.* Marcus & Lucas dicunt archisynagogum nomine Iairum & filiam non mortuam sed morti proximam. Sed Matthæus causa breuitatis dicit rogasse, quod constat factum esse: nec attendit verba patris, sed quod cogitauit & voluit. Ita enim desperabat, vt potius vellet reuiuiscere, quam non putabat viuam inueniri posse. Vtrumque enim petitum est, vt vel morientem saluaret, vel mortuam suscitaret. *Ecce princeps.* Archisynagogus, Moysen significat.

(Margin: Mar. 5. c. Luc. 8. f. — li. de hæresibus. hær. 61. — Marc. 5. c. Luc. 8. f.)

a ¶ Nouæ vitæ mysteria non sunt committenda mentibus nondum innouatis.

a sura fit. ¹ Neque mittunt vinum nouum in v-

a ¶ Quod si fit, nec rudes mentes hoc pati possunt.

tres veteres: Alioquin rumpuntur vtres, &

a ¶ Ipsa doctrina nihil prodest. b ¶ Ipsæ mentes pondere præceptorum suffocantur.

vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vi-

a ¶ Noua mysteria mentibus innouatis committuntur. b ¶ Doctrina memoriæ traditur, & mens non est sine fructu.

num nouum in vtres nouos mittunt & ambo conseruantur. ² ✝ Hæc illo loquente ad b eos, ecce ³ princeps vnus accessit, & ⁴ adorabat eum, dicens: ⁵ Domine filia mea mo-

¶ Incarnatus. a ¶ Misericordiæ vel potentiæ.

do defuncta est: sed veni, impone manum

a ¶ Ad deuotionem patrum respiciens, Iudæis prius verbum vitæ per se & per apostolos prædicauit.

tuam super eam, & viuet. ⁶ Et surgens Iesus sequebatur eum, & discipuli eius. ✝ Et ec-

a ¶ Ecclesia gentium. b ¶ Carnalium delectationum.

c ce ⁷ mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur

a ¶ Superabundans vitiis. b ¶ Fide. c ¶ Post ascensionem. ¶ Quia eum sequitur. d ¶ Manu fidei.

d duodecim annis, e ⁸ accessit retro, & ⁹ tetigit

Dicitur Iairus id est illuminans vel illuminatus: quia accepit verba vitæ dare nobis.

D Videns dominum in carne venturum, cadit ad pedes eius dicens: *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Pro filia rogat, id est pro synagoga, quæ sola lege instructa vnica ei erat quæ lege & prophetis educata, postquam filios Deo generare debuit spirituales, erroribus languens, in peccatis moritur. Prius pro ea patres rogauerunt, tamen magna fides gentiū prius impetrauit. Sinagoga in ciuitate legis, vt in domo in qua vnius Dei cultus est, moritur & suscitatur.

E Hæc non in domo, non in vrbe à qua per legem excludebatur, sed in itinere à domino sanatur. Vnde & apostoli: *Vobis oportebat primum prædicari verbum Dei: sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis: ecce conuertimur ad gentes?* Secundum Marcum & Lucam, mulier omnem substantiam in medicos erogauit, nec curari potuit: quia quantò magis gentilitas vires naturalis industriæ ad philosophos expendit, qui rectè viuendi præcepta hominibus se dare promittebant, tantò minus poterat à sordibus liberari: sed vbi cælestem medicum cognouit adesse, cœpit remedium sperare & quærere.

(Margin: Act. 13. g. — Marc. 5. c. Luc 8. f. — ✝ 5. dist. c. ad eius de pœ. d. 3. c. inter hæc hircū. inf.)

F c *Mulier quæ.* Salutem Iudæis paratam, spe certa præripuit gentilitas.

d *Duodecim annis.* Duodecim annis fluxit, sicut & illa filia creuerat duodenis: quia ex quo synagoga cœpit Deo famulari, cœpit gentilitas idololatria & peccato pollui.

e *Accessit.* Credidit, dixit, quia his tribus fide & opere omnis salus acquiritur. ☞ a Site-

NICOLAVS DE LIRA.

cum veteri panno: & sic de facili causatur ruptura maior in veteri. Secundum exemplum ponit ad hæc dicens:

1 Neque mittunt. *quia tunc est in ebullitione: cætera patent. Et his vult concludere, quod ea quæ sunt perfectionis magnæ, non sunt imponenda hominibus, donec spoliati fuerint veteri vita.*

2 Hæc illo. *Hic ponuntur quædam miracula ad discipulorum confirmationem. Et diuiditur in duas partes, quia primo narrat ad hæc quædam miracula in speciali secundo, multa concludit in generali, ibi.* Et circumibat. *Prima in tres, secundum tria miracula quæ narrat: secunda ibi:* Et transeunte, *tertia ibi.* Egressis autem illis. *Prima in tres, quia primò incipit narrare primum miraculum, secundo interponit quoddam aliud in medio factum, ibi:* Ecce mulier. *tertio reuertitur ad primum, ibi:* Et cum venisset. *Primum autem miraculum fuit de suscitatione cuiusdam puellæ defunctæ: & hoc incipit narrare dicens:* Hæc illo, &c. *hoc est ad Ioannis discipulos, reprehendendo eos, vt patet ex præcedentibus.*

3 Ecce princeps. *Qualis autem fuit princeps iste, non exprimitur hic, sed habetur Mar. 5. & Luc. 8. vbi dicitur, quod erat princeps synagogæ. Iudæi enim habebant tantum vnum templum, vbi poterant offerre & immolare scilicet in Ierusalem: sed in aliis ciuitatibus & villis habebant loca determinata, in quibus conueniebat populus ad orandum & audiendum verbum Dei, & tractandum de his quæ pertinebant ad communem vtilitatem populi: & ille qui præerat, cuius autoritate congregatio fiebat, dicebatur princeps synagogæ: talis erat iste qui accessit ad Iesum.*

4 Et adorabat eum. *faciendo scilicet sibi reuerentiā debitam dicens.*

5 Domine filia. *Marcus autem dicit, quod dixit eam esse in extremis. Lucas autem quod moriebatur: & hoc est verum quando pater recessit ab ea, & venit ad Iesum: sed antequam Iesus veniret ad domum patris eius, filia mortua est: propter quod nuncij superuenerunt de domo. qui dixerunt: Noli vexare magistrum, quia defuncta est filia tua, credentes quod Christus non posset suscitare eam à mortuis, licet posset eam sanare. Matthæus igitur ista omittit, vt breuius scribat, & accipit patris verbum ab illo tempore quo recipit nuncium: quia assecuratus per Christum dicentem sibi:* Confide. *vt dicit Marcus: credidit ipsam suscitandam per ipsum.*

6 Et surgens Iesus. *pergens scilicet ad domum eius propter fidei suæ meritum.*

7 Ecce mulier. *Hic interponitur miraculum de sanatione mulieris Emorrhoissæ, quod fecit Christus in via eundi ad suscitationem puellæ. Quod fecit Christus duplici de causa. Prima fuit, vt ostenderet nobis, quod non solum in termino, sed in via debemus bonis operibus occupari. Secunda fuit, vt per miraculum factum in via archisynagogus hoc videns certificaretur de suscitatione filiæ suæ in termino: Dicit igitur euangelista.* Et ecce mulier, quæ fluxum, &c. *Hoc exprimitur vt ostendat infirmitatis prolixitatem, & curationis difficultatem.*

8 Accessit retro. *Christus enim erat in turba magna, vt dicunt Marcus & Lucas: & ideo nō poterat de facili habere accessum ad eum.*

9 Et tetigit fimbriam vestimenti eius. *Christus enim portabat vestimentum suum ad modum Iudæorum. Ad cuius euidentiam sciendum, quod populus Iudaicus de quo Christus erat nasciturus secundum carnem, debebat pollere quadam sanctitate speciali* ✠ *præ alys*

MORALITER.

2 *Hæc illo loquente.* Princeps iste fuit archisynagogus, per quem significatur archiepiscopus: cuius filia dicitur quælibet suffraganeorum suorum ecclesia: quæ tunc moritur quando errore aliquo in fide vel moribus deprauatur, & tunc archiepiscopus debet erga Deum quantum potest pro suscitatione eius laborare.

7 *Et ecce.* Hæc mulier gentilitatem significat, quæ fœdata fuit effusione sanguinis martyrū temporibus duodecim Imperatorū, ✠ quorum

A a *Si tetigero*. Fimbriam non vestem. Quia non vidit in carne dominum, sed suscepit per apostolos incarnationis verbum. Beatus qui vel extremam partem verbi fide tangit.

✠ HILARIVS. Est autem in simplici intelligentia magna virtutis dominicę admiratio, cum potestas intra corpus manens rebus caducis efficientiam adderet sanitatis, & vsque in fimbriam operatio diuina procederet. Non enim diuisibilis & comprehensibilis erat Deus, vt corporea re clauderetur.

Hom. 32. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non apertè sed occultè cum fide vestem ipsius tetigit. Cum fide, dixi: quoniam non dixit, liberaborne ab hac ægritudine, si

B vestem eius tetigero, an non? Sed non dubitans, sanitatem se ab eiusmodi tactu consecuturam, accessit.

Lib. 5. ✠ OPTATVS. Videns à filio Dei tantas celebrari virtutes, processit in turbam: videt & modicum, videt & populum: cogebat illam dolor vt medicinam peteret, pudor impediebat ne causam coram masculis indicaret: inuenit consilium tacita fides. Mittam inquit, manum meam & tangā fimbriam vestimenti eius & sana fiam.

a ¶ Corde credebat ad iustitiam.

fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim 1

a ¶ Si suscepero fidem incarnationis eius.

a intra se. Si tetigero tantum vestimentum 2

a ¶ Ab omni iniquitate mundabor. b ¶ A iudicio ad misericordiam.
c ¶ Quia quos præsciuit & prædestinauit, hos & vocauit.

eius, salua ero. At Iesus conuersus & videns 3

a ¶ Habe spem. b ¶ Ideo filia quia Fides tua.

b eam, dixit: Confide filia. † Fides tua te sal- 4

a ¶ Iam in eo quòd credidisti. b ¶ Ex illa hora dominici aduentus cœpit habere salutem.

uam fecit. Et salua facta est mulier ex illa

¶ Assumptis electis gentium, fides Christi prædicatur in populo Iudæorum.

hora. Et cum venisset Iesus in domum prin- 5

c d cipis, & vidisset tybicines & turbam tumul- 6

a ¶ Dimitte persuasiones: quia quidquid mentiamini de Christo, electio salua erit.

e tuantem, dicebat: Recedite, non est enim 7 8

a ¶ Non fornicata est post deos alienos. b ¶ Quia Deo viuunt omnia.
c ¶ Quod faciunt Iudæi assensum dare nolentes veritati.

f mortua puella, sed dormit: & deridebant eum 9 10

g Et cum eiecta esset turba, intrauit & tenuit 11 12

D ad diploidis oram ascenderit, omnium morborum medicamentum existit: quam quidem statuam Domini Iesu imaginem dicunt exprimere. Mansit autem ad nostram ætatem.

b *Confide filia*. Credidit vtique quę petiit, sed inculcat robur & perseuerantiam fidei.

c *Vidisset*. Tybicines sunt carmen lugubre canentes.

Hi sunt magistri mœrore suo subditos demulcentes, & turbam Iudæorum aduersus doctrinam Christi calcitrantium.

d *Et turbam*. Quia synagoga lætitiam dominicæ inhabitationis pro infidelitate amisit, quæ inter flentes & eiulantes mortua iacet. Solum iudicium patebat, cum

†Marc. 5. b.

E expulit gentes dicens. *Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel*. Non quòd sine misericordia esset Deus, vel eius iudicium, sed post patuit in susceptione.

Infr. 15. ca.

Hom. 32. in Matt. ✠ CHRYSOSTOMVS. Christus tibias vniuersas proiecit, parentes autem puellæ introduxit, ne posset dici, quod aliter curauit, sed & ante resuscitationem puellæ, sermone spem erigit. Vnde dicebat, *Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit*.

C ✠ CYRILLVS ALEXAND. Sacrificium vnum & perfectum immolatus est Christus. Huius sacrificij carnem si quis tetigerit continuò sanctificabitur, si immundus est, sanabitur, si in plaga est. Sic denique intellexeritis illa quę profluuium sanguinis patiebatur: quia ipse esset caro sacrificij, & caro sancta sanctorum: idcirco accessit ad ipsa. Ipsa quidem carnem sanctam contingere non audet: nondum enim mundata fuerat, neque quę perfecta sunt, apprehenderat: sed fimbriam tetigit vestimenti, quo sancta caro tegebatur: & fideli tactu virtutem elicuit ex carne, quę se ab immundicia sanctificaret, & plagam quam patiebatur, sanaret.

Lib. 4 in Leuiticum.

Lib. 7. Historiæ c. 14. ✠ EVSEBIVS CÆSARIEN. Antè fores huius mulieris, accepimus ęream huius imaginem in genu inclinatam, & passis antè manibus supplicanti similem conspici. E regione autem illius alteram ex eadem materia viri rectam effigiem stare, decorè diploidem indutam, manumque suam illi protendentem. Huius ad pędes peregrinum quoddam herbę genus nascitur, quod cum

e *Non est*. Vobis mortua est: Deo autem qui suscitare potest dormit, tam in anima quàm corpore.

F ✠ CHRYSOST. Quoniam solent homines facta præteritaque signa credere, suis ipsorum verbis & risu eos præoccupat: quod & in lazaro fecit, cum dixit, vbi posuistis eum.

Vbi supra.

f *Et cum eiecta esset*. id est cum reprobati essent irrisores, intrauit in electorum mentes.

MORALITER. Turba curarum eiicienda est, vt anima resurgat. Secundum Lucam eiecta turba nullus adhibetur, nisi Petrus Iacobus & Ioannes, & pater & mater puellæ: quia blasphemis & irrisoribus non sunt reuelanda mysteria: sed fidelibus qui honorent. Vnde alibi: *Iustificata est sapientia à filiis suis*.

Luc. 8. g.

Luc. 7. e.

g *Et tenuit manum*. Nisi prius manus Iudæorum quæ sanguine plenę sunt, mundatæ sint à morte, non resurgunt. Tenuit manum leprosam Moysi, per quod carnalia opera spiritualiter intelligi fecit. MORALITER. Puella signat peccati delectationem

☞ adhuc

NICOLAVS DE LIRA.

præ aliis populis, & ab eis distinguit: & ideo data est eis circuncisio, vt quoddam signum distinctiuum in carne. Similiter data est eis lex, vt haberent quendam specialem modum viuendi. Similiter præceptum fuit eis in habitu distingui, vt patet Nume. 15. d. Loquere filiis Israel, vt faciant sibi fimbrias per quatuor angulos palliorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas. *Vitta enim hyacinthina quæ erant cælestis coloris designabant: quod debebant habere conuersationem eminentem præ ceteris, secundum quod Paulus dicit ad Phil. 3.* Nostra autem conuersatio in cælis est: *vnde sequitur ibidem Nume. 15. d.* Vt recordentur mandatorum Dei, & sint sancti domini Deo suo. *Talem ergo vestem portabat Christus, sicut & alia legalia obseruauit vsque ad passionem: & ideo mulier tetigit fimbriam, quia illud quod est in angulo pallij quod est à parte posteriori, facilius potest attingi.*

1 Dicebat enim. *s. credendo.*

2 Si tetigero. *non quia vestimenta habeant aliquam virtutem sanandi, sed quia per hoc declaratur virtus illorum quorum sunt vestimenta.*

3 At Iesus. *approbans ipsius fidem.*

4 Dixit: Confide. *patet litera.*

5 Et cum venisset. *hic reuertitur ad narrandum miraculum primo propositum de suscitatione puellæ dicens:* Et cum venisset, &c. *Diuersa melodia excitant diuersas passiones in homine: Aliqua enim excitant audaciam, sicut patet in bellicis tubis: & aliqua deuotionem, vt patet in canticis ecclesiasticis: & aliqua lætitiam, sicut patet in diuersis instrumentis musicis: & alia excitant fletum & lamentationem: & talibus vtebantur antiquitus in sepulturis magnarum personarum, vt prouocaretur multitudo ad fletum: Et tales dicuntur hic tybicines, carmen, s. lugubre cantantes.*

6 Et turbam tumultuantem. *id est, lachrymantem & eiulantem: & illud vocatur tumultus, qui causat sonum confusum. Sequitur.*

7 Non est mortua puella. *quia licet esset mortua secundum viam naturæ, tamen non erat mortua illi qui poterat eam suscitare.*

8 Sed dormit. *Quod dicit, quia poterat eam ita faciliter suscitare, sicut homo potest alium hominem à somno excitare.*

9 Et deridebant eum. *credentes, quod loqueretur ex ignorantia: quia sciebant eam mortuam.*

10 Et cum eiecta. *Ex quo enim erant increduli, non erant digni videre miraculum: quia scriptum est supra 7. c.* Nolite sanctum dare canibus.

11 Intrauit. *cum Petro & Ioanne, & patre & matre puellæ, vt expressius dicitur Marc. 5. ad hoc vt isti essent testes miraculi.*

12 Et tenuit. *per tactum enim curabat, vt ostenderet, quòd illa humanitas erat instrumentum diuinitatis miracula facientis, vt dictum est supra.*

✠ 1 Et sur-

MORALITER.

quorum Nero fuit primus qui persecutionem primam mouit contra ecclesiam. Hæc autem mulier fimbriam vestimenti Christi tetigit, quando Constantinus fidem incarnationis credidit, & alij gentiles eius exemplo. Humanitas enim vestimentum diuinitatis est in Christo, de quo dicitur Philippen. 2. a. *In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus, vt homo.* Et tunc à fluxu sanguinis sanata fuit, quia fundere sanguinem catholicum cessauit.

✠ *Et trans-*

adhuc corde rectam, nondum opere perpetratam: cuius facilè correctionem dominus ostendit dicendo puellæ. *Surge.* Nam in alijs duobus quos suscitauit, aliquam videtur fecisse morã. Vel in dicendo vel in expectando, vt: *Iuuenis tibi dico surge* Pro Lazaro fremuit spiritu, turbauit se, fleuit, clamauit. Pro quo sunt deuotæ sorores. i. sollicitæ cogitationes. Puella iam in domo paucis arbitris surgit, & eis vt nemini manifestent præcipitur. Iuuenis extra portam multa turba comitante. Lazarus quoq; corã multis, quia publica noxa publico eget remedio, leuis leuiori, & secreta potest deleri pœnitētia.

a *Transeunte.* i. de domo principis in suam domum. Domus principis synagoga est, sua domus cœlestis Ierusalem.

b *Duo cæci, &c.* Duo cæci, duo populi inscij, donec Christum cœperunt sequi.

Hæc de duobus cæcis, & de muto dæmoniaco sol⁹ Mattheus ponit. Illi autẽ duo cæci, de quibus alij narrant, non sunt isti: sed simile factum est: Ita vt si Matthæus non illius etiam facti meminisset, posset putari quod nũc dicit dictum fuisse de illis. Sed scire debemus quædam facta esse similia: quod probatur cum idem Euangelista vtraq; commemorat, vt si quando talia singula apud

(Margin: & dixit: puella surge. — Luc. 7. c. — Ioan. 11. — † inf. 10. d. — † diuulgauerunt famam eius. — † Depe. di. 3. c. sunt plures.)

a ¶ Non enim digni erant videre, quod non credebant.

manum eius, & dixit: Puella surgẽ. Et surrẽxit puella, & ẽxiit fama hæc in vniuersam terram illam. Et transeunte inde Iesu secuti sunt ẽum duo cẽci clamantes, & dicentes: † Miserere nostri fili Dãuid. Cùm autem vẽnisset dõmum, accẽsserunt ad eum cœci, & dicit eis Iesus: Crẽditis, quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Vtique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens: Secundum fidẽm vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis Iesus, dicens: Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes † diffamãuerunt eum in tota terra illa. † Egressis autem illis, ecce obtulẽrunt ei hominẽ mutũm dæmõnium habentẽ: & eiẽcto dæmonio locutus est mutus, & miratæ

(Interlinear: a ¶ De morte infidelitatis. b ¶ Quia in omnem terram exiuit sonus eorum. — ¶ Transire volente de mundo ad patrem. — a ¶ Secundum humanitatem assumptam. b ¶ Aliqui ex Iudæis & gentibus qui fuerant, sine lumine veritatis. — a ¶ Quem veram credimus assumpsisse carnem. — a ¶ Cum cœlos ascendisset. b ¶ Domus in qua cœcos illuminauit sancta ecclesia est. c ¶ In vnitatem fidei conuenerunt. — a ¶ Fidem confessio promat. ¶ Non quasi nesciùs interrogat, sed vt fides orando impetret, quod ipse vult dare. — ¶ Confessio oris tactum meretur pietatis. — a ¶ Id est sicut fides illuminat mentem, ita oculis restituat lucem. ¶ Non tamẽ in itinere sanati sunt, sed postquam venit domum, id est cœlos ascendit. — ¶ Exemplum fugiendæ iactantiæ. — a ¶ Propter memoriam gratiæ, non possum tacere. ¶ Nota aliquod iustum inter se esse contrarium. — a ¶ Prædicatores. — a ¶ A confessione fidei. b ¶ Idololatriæ deditum. c ¶ Ablata idololatria. — ¶ Confessus est Christum.)

la apud singulos inuenerimus, atque in eis contrarium, quod solui non possit occurrat: non esse hoc idem factum, sed aliud simile.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quare clamantes eos sequi permisit? Docet scilicet ambitionem esse fugiendam, & inanem hanc gloriam non conquirendam. Nam cum propè domum esset, distulit curationem eorum, vt occultius ibi curaret: ac ideò etiam nulli hac de re quidpiam dicere præcepit.

c *Creditis quia hoc possum, &c.*

✠ IDEM. Si misericordia sola saluos faciebat, cur omnes saluos non facit? Habet enim ipsa misericordia quandã rationem, quoniam in eorum fide qui saluantur, radices agere solet. Nec his de causis tãtummodò fidem ab eis petit, verum etiam quoniam filium Dauid eum appellabant, ad altius reducere volens, vt dignam de ipso existimationem rectumque iudicium facerent, interrogauit, *creditis*, &c. Nõ dixit, quoniam possum precibus id à patre meo impetrare: sed quoniam possum hoc facere.

d *Hominem.* Significat gentilem populum: vel omne genus hominum, quo ducto per prædicationem ad Christum, & ablata idololatria confessus est Christum.

(Margin: Homil 31. in Matth. — vbi supra.)

Κυφὸς

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et surrexit. *ad vitam perfectè restituta.*

2 Et transeunte. *Hic ponitur secundum miraculum principale in illuminatione cæcorum.*

3 Sequuti sunt. *Vocabant autem eum filium Dauid. Vulgata enim fama erat apud Iudæos, quod Christus nasciturus erat de semine Dauid secundum carnem: & ideo quia credebant firmiter ipsum esse Christum promissum ipsi Dauid, ideo vocant eum sic filium Dauid. Sequitur:*

4 Creditis. *Non quærit hoc quasi ignorans eorum fidem: quia omnia sciebat per certitudinem, sed vt confessio exterior addatur fidei interiori, & sic sint digniores illuminari. quia secundum quod scribitur ad Ro. 10. b.* Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. *Sequitur.*

5 Illi autem. *id est publicè nunciauerunt. Sed quæritur, quomodo fecerunt contrarium eius quod dixerat eis: Quia aut Christus voluit fieri illud quod dixit eis, aut non: Si noluit, sequitur quod fecerint contra præceptum eius, & sic peccauerunt: quod non videtur: quia non fuissent digni sanatione: Sin autem voluit sequitur quod Christus mendax vel duplex in verbis fuit, quod est impossibile. Sciendum quod in Christo ponitur duplex voluntas, sicut & natura, vna diuina, & est duplex, vna signi & altera beneplaciti. Voluntas enim beneplaciti est qua vult aliquid simpliciter & absolutè: & sic Christus voluit miraculum publicari: quia contra voluntatem beneplaciti nihil fit, sed bene fit contra voluntatem signi. Alia fuit in Christo voluntas humana: & sic Christus quodammodo voluit, & quodammodo noluit miraculum publicari, quia voluit publicari ad Dei gloriam, noluit autem hoc, vt ostenderet humanam laudem esse fugiendam: sicut etiam sunt aliqua quæ sunt voluntaria & partim inuoluntaria, vt dicitur 3. Ethicorum: sicut ille qui proijcit merces in mare, vult & non vult proijcere diuersis respectibus: quia non vult absolute, vult tamen in casu tali positus.*

6 Egressus. *Hic consequenter ponitur tertium miraculum principale de dæmonis eiectione.* Egressis autem illis. *id est cæcis iam illuminatis.*

7 Obtulerunt. *homines .s. illius terræ.*

8 Hominem. *Dicitur autem dæmonium mutum non formaliter: sed effectiuè tantum: Ad cuius intellectum considerandum, quod natura corporalis obedit spirituali ad motum localem: voces autem significatiuæ formantur per motum linguæ & labiorum & aliorum instrumentorum naturalium: & ideo quia dæmon pro voluntate sua potest ista localiter mouere, potest per linguam hominis diuersa verba formare: & sic arreptitij aliquando loquuntur idioma eis ignotum, purus laicus latinum: & hoc est manifestum signum, quod sic loquens sit dæmoniacus: quia talis locutio non potest procedere nisi ab aliquo intellectu: & ideo cum non procedat ab intellectu hominis tale idioma ignorantis, sequitur quòd procedat ab intellectu angeli vel dæmonis linguam sic mouentis: & sicut dæmon potest mouere linguam ad loquendum idioma incognitum, ita potest impedire linguam ne moueatur ad loquendum idioma cognitum: & sic reddit hominem mutum; talis autem erat iste oblatus Christo; propter quod sequitur.*

9 Et eiecto, &c. *quia amoto impedimento habuit officium loquendi sicut prius.*

10 Et miratæ, &c. *quia admiratio consurgit ex inspectione rei insolitæ: quod fuit in proposito. Sequitur:*

1 Nun-

(Margin: Vulgata fama inter Iudæos fuit Christum futurum filium Dauid. — Christi præceptũ non seruantes an peccauerunt. — Duplex voluntas in Christo. — Luc. 11. b.)

MORALITER.

2 *Et transeunte.* per ipsos significantur fideles simplices & ignari, qui sequuntur dominum quãdo deuotè vadunt ad sermonem audiendum: & ab eo illuminantur quando ab eo per prædicatorem instruuntur de necessarijs ad salutem. Per hoc autem quod dicitur:

† *Videte ne quis, &c.* ostenditur, quòd prædicator debet cauere ne laus hominum possit sibi nocere: quia tamen diuinum recipiens beneficium, debet ex hoc ipsum laudare, subditur: *Illi autem exeuntes diffamauerunt eum, &c.*

6 *Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum dæmonium habentem, &c.* Per illum significatur homo possessus à dæmone per peccatum mortale. Et dicitur mutus, quia loqui non potest meritoriè: sed Deo curandus offertur, quando iusti pro eo deprecantur. Sed tunc dæmon eijcitur, quando peccatum ipsius à Deo per infusionem gratiæ relaxatur: & tunc soluitur eius lingua ad Dei præconia persoluenda. Pharisæi autem dæmoniorum principi hæc attribuentes, sunt homines maligni bonum deprauare studentes.

Et cir-

Hom.33. in Matth.

A Κωφός Græcè, vsitatius, sed tamen indifferenter, & mutus & surdus dicunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non naturali cursu ægrotatio, sed B dæmonis insidiis illi accidit. Quapropter ipse per se viuere orareque Iesum non potuit, ligataque lingua sibi vna cum anima dæmonis, ab aliis affer- C tur. Quas ob res nec fidem eorum efflagitauit, sed illicò laborantem curauit.

a *Pharisæi autem.* In Pharisæis infidelitas Iudæorum signatur.

a ¶ In turba nationum confessio. b ¶ Quis similis tui in fortibus domine? Non propheta: non patriarcha.

sunt turbæ, dicentes: Nunquam apparuit sic 1

a ¶ Quia virtutem negare non possunt, opera calumniantur.

a in Israël. Pharisæi autem dicebant: In prin- 2 cipe dæmoniorum eiicit dæmones. † Et cir- 3

a ¶ Vbique indifferenter prædicabat: non personas discernens, sed salutem credentium quærens.

b cumibat Iesus omnes ciuitates & castella, † docens in synagogis eorum, & prædicans 4

a ¶ Id est prædicationem, quæ ducit ad regnum cæleste. ¶ Vt quibus non persuadebant vorba, persuaderent miracula.

euangelium regni, & curans omnem lan- 5

¶ In populo.

guorem, & omnem infirmitatem *. 6

b *Et circumibat Iesus omnes.* D

✠ CHRYSOST. Voluit Dominus ipso facto arguere accusationem Pharisæorum. Dæmon enim conuitium passus, non benefacit, sed nocet eis qui eum honorat. Dominus au- E tem contrarium. In hoc etiam erudit nos accusatoribus nostris retribuere non accusationes sed beneficia. Qui enim F post accusationem desistit à beneficio, monstrat quoniam propter hominum laudem benefacit.

Hom.33. in Matth. † Luc.11.e. * in populo.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquam apparuit. *licet enim in veteri testamento aliqui legantur arrepti à dæmonibus, non tamen legitur aliquis curatus, qui cum obsessione dæmonis factus fuisse mutus.*

2 Pharisæi autem, &c. In prin. *Odium enim & inuidia faciunt interpretari facta in deteriorem partem & peruerti iudicia. Pharisæi autem odiebant Christum quia acriter arguebat eorum vitia, vt patet per euangelij decursum: & ideo miracula à Christo facta virtute diuina, dicebant esse facta arte magica, & eodem modo eiectionem dæmonum factam per Christum, dicebant fieri virtute cuiusdam superioris dæmonis cui inferiores obediebant ad nutum de corporibus exeundo. Sicut enim in angelis sunt ordines, & alij sunt aliis superiores, sic in dæmonibus cum in eis remanserint naturalia integra secundum Dionysium. Dicebant enim Pharisæi, quòd Christus habebat aliquem dæmonem superiorem, quem vocabant Beelzebub sibi familiarem & priuatum: & sic dæmones inferiores de corporibus obsessis eiiciebat per illam: sed illud inferius rationabiliter reprobatur à Christo vt videbitur 12.c.*

Dionysius de angelis.

Miraculorum multitudo Christi scripto cõprehendere non possunt.

3 Et circumibat. *Hic ponuntur miracula in generali: quia Euangelistæ non poterant omnia facta Christi scribere in particulari, vt dicitur Ioannis vlt. d.* Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum, quæ non sunt scripta in libro hoc: quæ si scribantur per singula, non arbitror totum mundum capere eos qui scribendi sunt libros. *Propter hoc enim in ecclesia dicitur in martyrologio:* Et aliorum plurimorum sanctorum, *&c. hac. sc. de causa: quia Karolus magnus fecit inquiri diligenter obitus & actus martyrum, & aliorum sanctorum: & inuentum est, quòd diebus singulis occurrebant plusquam trecenta festa: propter hoc statutum est, vt in fine martyrologij adderetur prædicta clausula, vt in generali saltem memoria sanctorum fieret in ecclesia in die transitus eorum. Ita similiter Euangelistæ qui non poterant omnia miracula Christi in particulari scribere, ideo frequenter multa concludunt in quadam generalitate, sicut dicitur hic:* Et circumibat Iesus, &c. *id est in locis communibus eorum in quibus sapientes conueniunt: per quod ostenditur sanitas doctrinæ eius, quæ non erat in latebris & angulis, sicut est doctrina hæreticorum.*

4 Et prædicans. *i. legem nouam quæ immediate introducit ad regnum: quod non faciebat lex vetus.*

5 Et curans, &c. *i. infirmitatem prolixam.*

6 Et omnem infirmitatem, &c. *quantumcunque aliàs incurabilem: Ex quo patent multa miracula hic in quodam generali inclusa ad confirmationem legis euangelicæ à Christo facta.*

✠ CAP.

MORALITER.

3 *Et circumibat.* In hoc datur forma prædicatoribus euangelij vt solliciti sint discurrere pro prædicatione verbi diuini.

† *Docens,* non in latibulis, sicut faciunt hæretici.

4 *Prædicans,* non fabulosa, inutilia vel curiosa.

5 *Et curans omnem langorem,* s. spiritualem.

✠ MORA.

ADDITIO.

1 *In c.9. vbi dicitur in postilla. Et ideo non videntur benedicere qui dicunt, quòd ly* illorum.

Sancti doctores & magnæ autoritatis hoc tenent quod reprobat postillator. vnde Hieronymus super illud verbum: Videns autem Iesus fidem illorum dicit: *Non eius qui offerebatur, sed eorum qui offerebant: quod etiam videtur sentire Chrysostomus similiter Ioannes episcopus, qui in hoc loco sic dicit: Quantum valet apud Deum fides propria apud quem sic valuit aliena: vt intus & extra sanaret hominem? Quam sententiam glos. ord. interlinearis in hoc loco sequitur. Non ergo modicæ audaciæ videtur tantis sanctorum autoritatibus contraire, præsertim cum si sane intelligantur manifestam contineant veritatem. Ad cuius euidentiam sciendum quòd meritum dupliciter potest considerari prout communiter doctores distinguunt scilicet de condigno vel de congruo. Condignum enim attenditur secundum proportionem æqualitatis. Congruum verò attenditur secundum æqualitatem proportionis: Si autem loquamur de condigno nullus potest mereri alteri primam gratiam. nisi solus Christus, de quo ad Hebr.2.cap.* Qui multos filios in gloriam adduxerat, &c. *Si autem loquamur de merito congrui potest aliquis mereri primam gratiam. Congruum est enim secundum amicitiæ proportionem, vt Deus impleat hominis iusti seu sancti voluntatem in saluatione alterius, præsertim non ponentis impedimentum: vnde in proposito remissio peccatorum fuit concessa paralitico propter meritum fidei offerentium, non de condigno, sed de congruo: & sic sunt intelligendæ autoritates sanctorum prout sanctus Thomas in prima secundæ q.vl.art.6. in responsione ad primum argumentum hoc declarat: Nec ex hoc sequeretur, quòd remissio peccatorum fuisset paralitico data sine propria fide: nam in iustificatione impij quæ habetur per primam gratiam, fides propria requiritur. vnde Rom.5.a.* Iustificati igitur ex fide, &c. *sed talis fides non præcedit primam gratiam per modum meriti, alioquin homo posset sibi mereri primam gratiam: quod est contra communem determinationem doctorum. Quod autem allegat postillator pro opinione sua, ex hoc quod dicitur:* Confide fili, remittuntur tibi, &c. *non valet. Tum quia hoc intelligitur facta dimissione per quam fuit filius adoptionis. Tum quia hoc fuit dictum ad ostendendum humilitatem Christi: vnde gl. super illud verbum: humilis dominus filium vocat, quem sacerdotes tangere dedignantur.*

Meritum dupliciter potest considerari.

REPLICA. *In c.9. vbi dicitur:* Vt vidit fidem illorum, *exponit postillator. i. paralytici & offerentium, addens, non benè dictum, qui exponunt de fide offerentium tantum: Et ponit ad hoc rationem: sed Burg. dicit hoc fore magnæ audaciæ sanctorum autoritatibus contraire: Addens quòd dicta illorum doctorum si sanè intelligantur manifestam continent veritatem. Et volens hoc declarare inuoluit, & se & doctorum dicta in multis minus probabiliter dictis: de quibus per singula iudicare non est præsentis propositi. Dicitur igitur hic, quòd audacia non est reprehensibilis, negare in dictis sanctorum, quod in factis Dei correspondenter se habentibus, concedere non audemus. Verificare enim, quod formalem includit contradictionem si Deo non concedimus, nec doctori quantumcunq; sancto in hoc gerimus morem: Nunc autem: sicut præteritum non esse præteritum apud Deum censetur impossibile, ita Iustum circa idem & pro eodem simili ratione videtur inopinabile. Paralyticus antè (de quo sermo) curatus est, non solũ à morbo corporis, sed etiam mentis, vt vult B. Aug. lib.83. quæstionum. q. 8. igitur fuit iustificatus. Doctores autem per Burg. adducti negare videntur eius fidem. Si igitur in curatione non habuit fidem, neque iustitiam: & sic fuit iniustus: sic curatus fuit iniustus, quæ est formalis contradictio. Possunt igitur doctores aliter intelligi quam Burg. ibi voluit intelligi; sic quòd hi qui dicunt Christum ad offerentium fidem respexisse, non oblati, subaudiatur principaliter, cum hoc stat quòd etiam respexit fidem paralytici minori fortasse affectione formatam: nec valet responsio. Burg. ad argumentum postil. cum dicitur per hoc quod dicitur:* Confide fili, *fides sit exacta post dimissionem peccatorum, quia per dimissionem peccatorum fuit iustus, & filius adoptionis, vt dicit Burg. frustra igitur post iustificationem exigebatur fides. sine qua nemo iustus: quia iustus ex fide viuit,* impossibile est sine fide placere Deo. *Exigeretur igitur fides ante iustificationem quatenus ex fide iustificaretur praua: Fuit igitur fides, & oblati & offerentium, ad quam Christus dicitur hic respexisse secundum postillatorem.*

Heb.11.

CAP. X.

a Miser. Viam veritatis aperiẽdo, & molestias corporales auferendo.

b Et conuocatis. A curatione socrus Petri vsque huc continuationem habuerunt relata miracula, & fuerunt ante sermonem in monte habitum facta: quod ex electione Matthæi quæ inter ipsa refertur, indubitanter habemus. fuit enim vnus de duodecim electis in monte ad apostolatum. Hic autem redit ad ordinem rei, sicut gesta est post curatum centurionis seruum.

c Duodecim. Hi sunt operarij, qui mittendi erant, & quadrati orbis partes ad fidem trinitatis vocaturi. Quorum prædicatio, vt pondus haberet autoritatis, datur eis potestas curandæ omnis infirmitatis.

✻ AVGVSTINVS. Elegit ergo hos in discipulos, quos & Apostolos nominauit, humiliter natos, inhonoratos, illuminatos vt quicquid magnum essent, & facerent, ipse in eis esset & faceret. Habuit inter eos vnum malum, quo malo vtens benè, vt suæ passionis impleret dispositum & ecclesiæ suæ tolerandorum malorum præberet exemplum.

(Margin: lib. 18 de ciuitate Dei cap. 49.)

CAP. X.

a ¶ Clementiæ intuitu. ¶ Genus humanum.
Vidẽns autem turbas miser- 1
¶ Compassus est. a ¶ Per varios errores dæmonum.
tus est eis, qui erant vẽxati,
a ¶ Vana securitate torpentes: & hoc ex vicio doctorum, qui eos in viam veritatis non adduxerant.
† iacẽntes sicut oues non habentes pasto-
a ¶ Turba populorum, suscipiendo verbo & ferendo fructui apta. ¶ Prædicatores.
rem. Tunc dicit discipulis suis: † Mẽssis qui- 2
dem multa, operarij autem pauci: Rogate 3
a ¶ Prædicatores ad congregandam electorum ecclesiam
ergo dominum messis, vt mittat operãrios 4 5
a ¶ Vnde dicitur: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos per gratiam.
b in messem suam. † Et conuocãtis duo- 6
c decim discipulis suis, dedit illis potestatem 7
a ¶ Tam visibiliter in corpore, quàm inuisibiliter in anima vexantium. ¶ Tam intrinsecus quàm extrinsecus.
spiritũum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem,
d & omnem infirmitatem. † Duodecim 8

✻ TERTVLLIANVS. Duodecim fontes olim, duodecim gemmæ in tunica sacerdotis, duodecim lapides à Iesu de Iordane, & in arcam testamenti conditi, totidem Apostolos portendebant, vt fontes rigaturos aridum orbem nationum, vt gemmas illuminaturos sacram ecclesiæ vestem, vt lapides solidos quos de lauacro Iordanis Iesus verus elegit.

(Margin: lib. 4 cõtra Marcionẽ. † Luc. 10. a 21. di. ca. in nouo. † Mar. 3. b.)

d Duodecim. Catalogus apostolorum ideo hîc ponitur, vt præter hos qui pseudo futuri erant excludantur. Et vt tam nomina eorum quam eis credentium in libro vitæ esse scripta significentur.

(Margin: † Luc. 6. b. 21. dis. pa. r. quare apostolorum nomina exprimũtur.)

☞ a Petrus

NICOLAVS DE LIRA. CAP. X.

Vidẽns autem. *Postquam Matthæus descripsit legis euangelicæ dationem, & eius confirmationem, hîc consequenter ponit eius promulgationem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur eius promulgatio apud propinquos scilicet Iudæos: secundò apud extraneos scilicet gentiles c. 15. Prima in duas: quia primò promulgatur manifestè, secundo parabolicè. c. 13. Item prima in tres: quia primò describitur promulgantium ipsorum scilicet apostolorum institutio: secundo dubitantium confirmatio c. se. tertiò, impugnantium confutatio. cap. 12. Iterum prima in duas: quia primò ponit institutionis ratio. secundò, ipsa institutio, ibi:* Et conuocatis. *Circa primum sciendum, quòd sicut patet ex præcedentibus multi sequebantur Christum: tum propter eius prædicationem audiendam: tum propter infirmitatum curationem habendam. Christus autem ita pauper erat, quod nec domicilium vbi caput reclinaret habebat: & ideo turbæ sequentes eum iacebant vexati super terram sub dio: propter quod Christus:*

(Margin: Diuisio. Luc. 9. g.)

1 Misertus est. *Sacerdotes enim eorum & doctores intenti auariciæ, non vacabant debito modo eorum doctrinæ: & hæc fuit occasio mittendi apostolos ad prædicandum populo, & sanandum infirmos, vt non esset necesse, quod turbæ currerent post Christum tanto labore: propter quod subditur:*

2 Messis quidem. *i. multitudo præparata ad hoc, quòd per certam fidem colligatur, & in horreum reponatur.*

3 Operarij. *i. doctores & prædicatores verbi: quia adhuc discipuli Christi non prædicauerant.*

4 Rogate ergo. *i. ipsum Christum.*

5 Vt mittat operarios, *id est, prædicatores ad erudiendum populum. Ex quo patet, quòd licet Christus velit aliquid facere, tamen vult à iustis exorari.*

6 Et conuocatis. *Hic ponitur prædicatorum institutio: Et diuiditur in duas partes: quia primò describitur informatio prædicantium, secundo, ipsos recipientium in fine ca.* Qui recipit prophetam, &c. *Prima in tres, quia primò describitur institutio apostolorum quantum ad collationem potentiæ, secundo, quantum ad formam doctrinæ, ibi:* Hos duodecim. *tertiò, quantum ad veritatem vitæ, ibi:* Gratis accepistis. *Item prima in duas. quia primò confertur autoritas seu potentia prædicandi ipsis apostolis: secundo, numerantur sub nominibus propriis, ibi.* Duodecim discipulorum. *Circa primum considerandum, quod dicitur Luc. 10. non solum dominus misit duodecim apostolos ad prædicandum, sed etiam 72. discipulos: verumtamen quia duodecim apostoli fuerunt principales eis discipulis, & maior potestas est eis collata à Christo, ideo de ipsis facit hîc solum mentionem Matthæus dicens:* Conuocatis duodecim discipulis suis: *id est apostolis, qui principaliter erant sui discipuli, vt visum est.*

(Margin: Diuisio.)

7 Dedit illis potestatem. *Cum enim doctrina non sit efficax, nisi fuerit probata, ex quo misit eos ad docendum, debuit eis dare gratiam miraculorum: quia aliter non potest probari veritas huius doctrinæ, cum excedat facultatem intellectus humani: propter quod dicitur Marci vlt. d.* Ipsi verò profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. *Si autem quæratur quare prædicatores moderni talia signa non faciunt. Respondet Gregorius quia cum fides catholica sit sufficienter probata per miracula Christi, & apostolorum, non oportet vlterius hanc probationem reiterare. Sicut etiam arbusta primo cum plantantur, frequenter irrigantur: cum autem in terra radicem fixerint, talia subtrahuntur: verumtamen ad consolationem fidelium etiam posteris temporibus multa fecit miracula, vt patet de tempore martyrum & confessorum.*

8 Duodecim autem. *Hic nomina apostolorum exprimuntur duplici de causa. Vna ad excludendum pseudoapostolos, qui à tempore Christi inceperunt, & apostolos veros persecuti sunt, vt patet in actibus apostolorum, & in doctrina apostolorum. Alia causa, cur iste numerus duodenarius apostolorum signanter hic exprimitur, est, quia in sacra scriptura multipliciter designatur. Figuratus est enim per duodecim filios Iacob, per duodecim principes tribuum Israel, per duodecim fontes in Elim, per duodecim lapides sublatos de Iordane, per duodecim boues sustentantes mare æneum, per duodecim prophetas in vno volumine artatos, per duodecim stellas in corona sponsæ, per duodecim fundamenta ciuitatis, per duodecim portas eiusdem. Et vt reddamus singula singulis, isti sunt duodecim patriarchæ, quia principales patres in nouo testamento: Duodecim principes qui constituti sunt super omnem terram, vt dicitur in Psalm. 18. a. duodecim fontes, ex quibus manauit aqua salutaris sapientiæ ad irrigandum hortum*

MORALITER.

† *Tunc dicit discipulis suis.* per hoc ostendit quòd habentes gratiam prædicandi non debent alios ab hoc impedire: sed magis promouere.

6 *Et conuocatis, &c.* sicut natura dando formam substantialem, dat proprietates consequentes: vt igni leuitatem, terræ verò grauitatem: sic autor naturæ statuens hominem in aliquo dignitatis gradu, si ille faciat quod in se est dat ei gratiam exequendi in effectu. Exemplum de Saule primo Regum 10. b. *Cum enim vnxisset eum Samuel de mandato domini, dixit ei: Insiliet in te spiritus domini, & mutaberis in virum alterum.* Et similiter primo Reg. 16, c. inuncto Dauid dicitur. *Spiritus domini directus est in Dauid, &c.* Et eodem modo institutis apostolis Christus dedit eis gratiam signorum, quæ tunc fuit necessaria ad confirmandum doctrinam eorum.

✠8 Hos

a *Petrus & Andreas.* Apostolorum paria iugaque sociat Petrũ A & Andream fratres non tam carne quàm spiritu.

Ioh. 2. b. Primus scribitur Simon cognomento Petrus ad differentiam alterius Simonis qui dicitur Cananæus à Cana vico Galileæ, vbi dominus aquas conuertit in vinum. Voluit dominus apostolorum principem prius alio nomine vocari, vt ex ipsa commutatione nominis sacramenti viuacitas commendaretur. Idem est Latinè Petrus & Græcè, quod Syriacè Cephas, nomen deriuatum à Petra, quod est Christus in quem credebat.

B HIERONYMVS. Simon. i. obediens, qui propter primatum apostolici ordinis vocatur Petrus, i. firmus. Andreas Græcè virilis, quia viriliter Christo adhæsit. Philippus os lampadis qui lumen inuentum prædicauit Nathanaeli. Bartholomeus filius suspendentis aquas. i. Dei, qui mentes doctorum sursum eleuat, vnde inferius aquas distillat. Iacobus supplantator. Iohannes Dei gratia: vel in

* Lebbæus qui cognominatus est.

¶ Aliàs discipulorum.

autem nomina apostolorum hæc sunt: a Primus Simon, qui dicitur Petrus, & An- [1] [2]

a ¶ Os Lampadis, quia oris officio lumen quo intus illustratus est, mox inuento fratri propinauit. b ¶ Syrum nomen.

dreas frater eius, Philippus & Bartholomeus,

a ¶ Ad differentiam, quia sequitur Iacobus Alphæi.

Iacobus Zebedæi & Iohannes frater [3]

a ¶ Donatus vel assumptus à Massa perditorum. b ¶ Iustus in principio accusator sui est.

b eius, Thomas & Matthæus publicanus, &

a ¶ Id est docti. ¶ Emulator. [4]

Iacobus Alphæi, & * Thadæus, Simon Cana- [5] [6]

c næus, & Iudas Scariothis, qui & tradidit eum. [7]

¶ Principaliter. [8]

Hos duodecim misit Iesus præcipiens eis, & †

a ¶ Non prius ad extraneos, sed ad proprios. [9]

d dicens: In viam gentium ne abieritis, & in [10]

C quo est gratia, quia & ille curam carnis domino vocante supplantauit: & ipsam carnem Herode trucidante contempsit. Iste ob præcipui amoris gratiam supra pectus domini recubuit. Iacobus sanè & Iohannes ob eximium virtutis & animi culmen, filij tonitrui (vt in euangelio Marci scriptum est) cognominati sunt: quorum vnus à cœlestibus intonat: *In principio erat verbum.* Et ambo sæpe seorsum duci, & aliquando sonum de nube terrificũ audire meruerunt: *Hic est filius dilectus.* Thomas & Matthæus. Cæteri Matthæum prius ponunt, & prudenter tacent publicanũ. Iste & se postponit & publicanum dicit: vt Vbi abundauit delictũ superabundauit & gratia. Thomas abyssus, vel geminus, Græcè dydimus: quia quo cæteris diutius dubitauit, eo altius veritatẽ resurrectionis agnouit. Matthæus donatus. Iacobus Alphæi qui & frater domini, quia filius materteræ eius Mariæ, quæ Maria Cleophæ dicitur. Vel quia Alphæus Cleophas etiam dictus est, vel eo D defuncto post natum Iacobum Cleophæ nupsit. Thadæus corculus. i. cordis cultor. Alio nomine dicitur Iudas frater Iacobi fratris domini, vt in epistola sua dicit. Simon ad differentiam, Cananæus à Cana vico, quod interpretatur zelus. Vnde & zelotes. id est emulator. Iudas Schariothis, à vico vbi ortus est. Vel ex tribu Isachar, præsagium suæ dãnationis nomen accepit: quia Isachar (quod dicitur merces) perditionis præmium insinuat. Scarioht interpretatur memoria mortis: quia nõ repente persuasus: sed diutius meditatus peregit scelus: Qui prouide inter apostolos eligitur: quia quanta est veritas quã nec aduersarius minister infirmat & ad iudiciũ humanæ infirmitatis voluit deseri & prodi modesteq; tulit. Duo & duo nominatim exprimuntur, vt iugalis societas approbetur. Hi sunt 12. filij Iacob. 12. principes plebis Israel. 12. fontes reperti in Elim. 12. lapides in veste sacerdotis. 12. panes propositionis. 12. exploratores à Moyse missi. 12. lapides altaris. 12. lapides à Iordane eleuati. 12. boues sub mari æneo. 12. stellæ in corona spõsæ: 12. fundamenta. 12. portæ ciuitatis. Multis alijs figuris prænotati sunt, apti ad dispensanda diuina mysteria.

Mar. 3. b. 1. Ioh. 1. a. infra 17. a. Rom. 5. d. Iudas. E

F b *Thomas.* Abyssus: quia altitudinem diuinæ virtutis in resurrectione certa fide penetrauit. Vel Thomas geminus, quod est Græcè dydimus, propter dubium cor in credendo.

c *Et Iudas Scariothis.* Magnum in nobis exemplum doctrinæ, cum qui omnia nouerat non dubitaret proditorem in discipulum eligere, atque Apostolum ordinare. Habet enim Christus cõscium mundiciæ testem, cum suum non dubitet eligere proditorem.

d *In viam.* Post resurrectionem dicit? *Docete omnes gentes.* Sed hoc ante: quia prius oportet Iudæis prædicari, ne causam habeant non recipiendi, quia ad gentes apostolos misit. Luc. 9. a. & 10. b.

HILA-

NICOLAVS DE LIRA.

hortum militantis ecclesiæ: Duodecim lapides viui coniuncti cemento charitatis ipsi Christo tanquam primario lapidi, duodecim boues sustentantes mare aneum. i. doctrinam sacramentorum in quibus lauantur animæ fidelium: Duodecim prophetæ annunciantes mundi terminum & iudicis aduentum. Duodecim stellæ illustrantes totum mundum: Duodecim fundamenta ipsius spiritualis Ierusalem: Duodecim portæ eiusdem, quia per ipsos habemus aditum ad patriam æternam. *Dicit ergo:* Duodecim, &c. *Primus Simon, non propter primitatem temporis, sed dignitatis: quia tanquam principali apostolo Christus dimisit sibi ecclesiam regendam, vt patet Ioh. vlt. e. Andreas autem frater eius fuit primus Christi discipulus ordine temporis, vt patet Ioh. 1. quia vt ibi dicitur, vnus ex duobus qui secuti sunt Iesum, erat Andreas frater Simonis Petri, & tanquam principalior de illis duobus, vt ibidem nominatur: nomen autem alterius tacetur, & postea ibidem subditur de vocatione Petri, & vocatur Simon, quia hoc erat nomen eius.*

1 Qui dicitur. *quia hoc nomen Petrus fuerat sibi impositum post conuersionem, sicut etiam quando adultus baptizatur, mutatur nomen eius.*

2 Andreas frater eius. *s. filius: Et iste dicitur Iacobus maior respectu alterius Iacobi triplici ratione. s. ratione vocationis, quia prior vocatus à Christo. Secundo ratione familiaritatis, quia Christus ipsum ad secreta sua admittebat, vt patet in transfiguratione Matth. 7. & in suscitatione puellæ Marci. 5. Tertio ratione passionis, quia primus inter apostolos est ad Dei gloriam translatus per martyrium, vt habetur Act. 12.*

3 Et Iohannes. *s. filius. Et iste Iacobus minor respectu alterius: & hoc ex eisdem rationibus quibus alter dicitur maior.*

4 Et Thadæus. *Iste Act. 1. vocatur Iudas Iacobi, quia frater fuit Iacobi minoris.*

5 Simon. *dicitur autem iste Cananæus, non quia esset de genere Chanaam: sed sic nominatus à Cana, quæ est quædam villula Galileæ, vbi fuerunt illæ nuptiæ, de quibus habetur Ioh. 2.*

6 Et Iudas. *dicitur Scariothis non quia de genere Isachar, vt dicunt aliqui, sed à loco vnde natus fuit Scarioth, qui est quidam vicus in Iudæa.*

7 Qui &c. *Istud additur ad differentiam Iudæ fratris Iacobi, & ad ostendendum prophetiam Dauid completam, quæ dicit quòd Christus esset tradendus à discipulo, secundum quod dicitur in Psal.* Etenim homo pacis meæ in quo sperabam. *Et ad excusationem bonorum, quãdo in congregatione eorum aliquis malus reperitur.*

8 Hos duodecim. *Hic traditur apostolis forma doctrinæ: & primo quantum ad locum cum dicitur:*

9 In viam. *vbi prohibuit eis ne irent ad prædicandum gentilibus extra terram promissionis.*

10 Et in ciuitates. *licet isti essent in terra promissionis, tamen erant partim gentiles & partim Iudæi, vt habetur 4 Reg. 17. Ductis enim decem tribubus in captiuitatem per regem Assyriorum missi sunt ab eo gentiles ad habitandum in Samaria, & in alijs ciuitatibus propinquis, sed dominus misit leones qui interficiebant eos: & ideo super hoc habito consilio rex Assyriorum misit vnum de captiuis sacerdotibus ad eos, vt doceret eos colere dominum: vnde & ipsi receperunt libros Moysi tantum, & nihilominus cum hoc idola colebant. Ratio autem quare apostoli fuerunt prohibiti prædicare prædictis gentilibus, fuit, quia non erat magnum tempus vsque ad Christi passionem: & conueniens erat vt eius aduentus primo denunciaretur Iudæis, quibus principaliter erat missus: ideo illud tempus, quod erat vsque ad passionem Christi futurum, erat necessarium ad manifestandum Iudæis per apostolos Christi aduentum, & hoc est quod subditur.*

1 Sed

MORALITER.

8 *Hos duodecim.* Per istum numerũ qui componitur ex denario & binario, significatur quòd apostoli & eorum successores qui sunt episcopi debent præ cæteris implere decalogum legis, & duo præcepta charitatis.

† *Præcipiens, &c.* Id est modum viuendi eorum non tenueritis: Quia sicut dicit Gregorius in pastorali: Tantum transcendere debet actionem populi actio præsulis, quantum distat à grege vita pastoris.

10 *Et in ciuitates.* per quas significantur conuenticula & doctrinæ hæreticorum: Quia sicut Samaritani partim tenebant vetus testamentum, & partim negabant, sic hæretici partim tenent fidem Christi, & partim negant.

2 Eun-

Hilarivs. Iudæi tamen licet oues vocentur, in Christum [...]porum ac viperarum linguis & faucibus sæuierunt.

Allego. Ne simus similes hæreticis.

a *Appropinquabit regnum cælorum.* Per fidem prope est regnum. Sicut enim fit peccans, terra: ita iustus fit cælum, in quo Deus præsidet. Vnde dicitur. *Regnum Dei intra vos est, &c.*

Ecce quid debeant prædicare: Appropinquabit regnum cælorum.

b *Infirmos curate.* Ecclesia infirmos statu boni operis confortat, mortuos in peccatis, vel sine fide, suscitat, leprosos erroribus aspersos mundat, dæmones per exorcismos fugat.

Hilarivs. Tota autem virtutis dominicæ potestas in Apostolos transfertur, vt qui in Adam imagine & similitudine Dei erant figurati, nunc perfectam Christi imaginem sortiantur: & quidquid malorum Adæ corpori Satanæ instinctus intulerat hoc rursum ipsi de communione dominicæ potestatis emendent.

c *Gratis accepistis.* Ne Iudas qui loculos habebat de prædicta potestate pecuniam congregare vellet, nequitiam eius supprimit Dominus, dicens. *Gratis accepistis, &c.* Damnat etiam hic perfidiam simoniacæ hæreseos. Dona spiritualia precio vilescunt.

d *Aurum neque arg.* Qui hæc haberent, viderentur non causa salutis prædicare, sed lucri.

Chrysostomvs. Quia spiritualium mercationem supra Dominus prohibuerat, consequenter radicem omnium malorum euellens, ait, nolite possidere, &c. Hoc autem præcepto discipulos non suspectos reddit, quid enim non suspectum est, vbi quis pecuniarum gratia spiritualia dispensat. Secundò ab omni eos liberat sollicitudine. Tertiò docet eos suam virtutem.

Idem. Fœlix autem est ista commutatio. Nam pro auro & argento, &c. acceperunt potestatem curandi infirmos suscitandi mortuos.

e *Neque pecuniam in zonis vestris.* Duo sunt genera necessariorum: vnum quo emuntur necessaria, aliud ipsa necessaria. Per pecuniam in zonis, illud vnde emuntur: Per peram quod emitur, quod ibi reponitur.

De hoc in passione. *Quando misi vos sine sacculo & pera nunquid defuit vobis aliquid? At illi dixerunt. Non.*

Luc. 17. c. — Mat. 6. c. Luc. 9. a. & 10. b. — Mat. 6. c. 1. q. 1. c. prætens. — Ioan. 12. c. — Hom. 33. in Matth. — Ibidem. — Duo sunt genera necessariorum.

---

civitates Samaritanorum ne intraueritis, sed potius ite ad [1] oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem prædicate: [2] dicentes [a] ✝ quia appropinquabit [b] regnum cælorum; infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eiicite: [c] Gratis accepistis, gratis date. [3] [4] Nolite possidere [5] [d] aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris [e] [6] ✝ Non peram in via [7], neque duas tunicas [8].

a ¶ Vt ab eis repulsi, ordine ad gentium vocationem transeatis.

a ¶ Vt magnitudinem promissorum, probaret magnitudo signorum. ¶ Hæreticos.

a ¶ Sicut ego sine precio do vobis talem potestatem, & vos gratis date, ne euangelij gratia corrumpatur venalitate. b ¶ Qui alios ad contemptum diuitiarum hortamini.

a ¶ Propè necessaria amputat, ne curent de crastino, docent omnia regi à Deo.

a ¶ Non cellarium secum vehant. ¶ Nec ipsa necessaria. b ¶ Nil præter indumentum, quo contentus esse potes.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed potius ite ad oues. *Et patet per Christi passionem aliquibus Iudæis conuersis ad fidem, & aliis pro maiori parte in infidelitate remanentibus, apostoli iuerunt ad prædicandum gentilibus & hic erat modus à Deo institutus, vt habetur Act. 13. g. quod Barnabas & Paulus dixerunt Iudæis:* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud: & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit Dominus. *Secundo traditur forma doctrinæ quantum ad docendi actum, cum dicitur.*

2 Euntes autem, &c. appropinquabit regnum cælorum. *Id est, Christus qui est dator regni cælorum. Sciendum enim, quod regnum cælorum quinque modis accipitur in hoc euangelio. Primo pro ecclesia militante, sup. 5. b.* Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum, *vt Gregor. exponit, quod regnum cælorum ibi dicitur Ecclesia præsentis temporis. Secundo, pro ecclesia triumphante eo. ca.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. *Tertio, pro lege Mosi. inf. 21. d.* Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius: *quia verus intellectus veteris Testamenti est ablatus à Iudæis suis peccatis exigentibus & datus est Christianis. Quarto, pro euangelio Christi. inf. 13. g.* Omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera: *quia doctores catholici testimonia proferunt de nouo Testamento, & per consequens de veteri quod includitur in ipso, sicut rota in medio rotæ, vt habetur in figura Ezech. 1. Quinto, accipitur pro ipso Christo. inf. 12.* Si in digito Dei eiicio dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. *Id est, Christus dator illius regni. Per eiectionem enim dæmonum virtute Dei probauit se esse Christum. Et hoc modo accipitur hic regnum cælorum. Id est, Christus. Ista erat prædicatio apostolorum pro illo tempore, quia denunciabant Iudæis Christum venisse. Et quia doctrina non est efficax, nisi adsit probatio, sequitur modus conueniens ad probandum veritatem huius doctrinæ scilicet opera facta diuina virtute, cum dicit:* Infirmos, &c.

3 Gratis accepistis. *Hic confirmantur apostoli quantum ad veritatem vitæ. Et diuiditur in quatuor partes. Primo, ostenditur, quod non debent moueri ad prædicandum cupiditate: secundo, quod nec terreri aduersitate, ibi.* Ecce ego mitto vos: *tertio, nec retrahi carnalitate, ibi.* Nolite arbitrari: *quarto, quod nec amore præsentis vitæ, ibi.* Et qui non accipit crucem. *Prima in duas, quia primò retrahit eos à cupiditate: secundo, quia in vita mortalis quilibet indiget necessariis, ostendit qualiter debeant habere necessaria vitæ, ibi.* Dignus est operarius. *Circa primum sciendum, quod cupiditas ostenditur in duobus. In male accipiendo: & hoc prohibet dicens.* Gratis accepistis. *Scilicet gratiam à Deo vobis collatam, siue sit gratia gratum faciens, siue sit gratia gratis data.*

4 Gratis date. *Eodem modo sicut accepistis. Pro spiritualibus enim actibus, vt pro administratione sacramentorũ & prædicatione & consimilibus, non debet aliquid accipi, quasi precium. Secundo ostenditur cupiditas in malè possidendo: & hanc excludit, cum dicit.*

5 Nolite possidere. *Prædicator enim verbi diuini debet esse absolutus à sollicitudine. Temporalia enim in sui acquisitione molestant animum, & adhuc plus in sui possessione: quia sunt iam quasi membra incorporata ipsi habenti & ideo magis trahunt animum hominis ad inordinatam dilectionem sui: & quia hoc suffocat verbum Dei: ideo non debet esse in prædicatoribus euangelij. Sequitur.*

6 Neque pecuniam. *Ad prouidendum scilicet vobis de necessariis in via.*

7 Non peram. *Id est, repositorium ciborum ad portandum in via. Hoc totum dicit ad excludendum sollicitudinem temporalium à prædicatoribus verbi diuini, sequitur.*

8 Neque duas tunicas. *Id est, vestes superfluas. Terra enim promissionis calida est multum, & de communi cursu sufficit vna tunica: illud enim quod esset ibi sufficiens vel etiam superfluum, esset in regione frigida necessarium, & ideo per hoc non excluditur quin prædicatores euangelij habeant sufficiens tegumentum.*

MORALITER.

2 *Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquabit regnum cælorum.* Vetus enim testamentum promittebat bona transitoria & terrena, sed euangelium promittit cælestia & æterna.

✝ *Infirmos curate, mort. &c.* Moraliter, infirmi sunt acidiosi in quibus non est vigor benè operandi. Mortui verò sunt qui digna mortis opera faciunt. Leprosi sunt luxuriosi, nam luxuria est vitium contagiosum sicut lepra. Dæmoniaci sunt sortilegi. Istos curare debent prædicatores Euangelij. Et subditur modus curandi cum dicitur:

3 *Gratis accepistis gratis date.* Per hoc excluditur ab eis vicium Simoniæ.

4 *Nolite possidere aurum, &c.* In sacra scriptura per aurum verum intelligitur sapientia diuina. Et per oppositum aurum falsum, est sapientia terrena quæ animalis est & diabolica, vt dicitur Iacob. 3. d. Argentum falsum, est eloquentia deceptiua. Pecunia falsa, est malum simpliciter sub bonitatis apparentia. Pera verò mala, est repositorium malè acquisitorum. Per duas tunicas, significatur duplicitas. Per calceamenta quæ fiunt de pellibus mortuorum, fraudulentia in tractatu testamentorum, virgam appetitus nimium dominandi. Ista nullo modo debent esse in prædicatoribus euangelij.

a *Neque calceamenta.* Et Plato dicit duas corporum summitates non esse velandas, nec assuetam fieri debere molliciem capitis & pedum: Cum autem hæc habuerint firmitatem, cætera robustiora sunt.

b *Neque vir.* Matthæus & Lucas dicunt neque virgam. Marcus non nisi virgam: quo nomine significatur potestas accipiendi necessaria de qua & hic; *Dignus est operarius cibo suo.* Qua vti possunt, nec tamen inobedientes sunt, qui de suo iure cedunt. Marcus dicit eos calceari sandalijs vel soleis: vt neque pes sit tectus nec ad terram nudus, id est, nec occultetur euangelium nec terrenis commodis innitetur. Non indui duabus tunicis, simpliciter, non dupliciter ambulare. Lucas dicit: *Neminem salutaueritis*, vt sub quanta festinatione iter prædicationis pergere debeat, ostendatur.

Plato. Mar. 6. b. † veniat. † reuertatur. Luc. 10. a.

ALLEG. Per aurum, ostenditur sapientia secularis. Per argentum, facundia rhetorica. Per pecuniam zonæ, sapientia abscondita. Per peram, onus seculi. Per calceamenta, mortuorum operum exempla: ne sua opera per exempla stultorum tegant, sed sanctam terram ingressurus sensus habeat nudos, & à malorum exemplis alienos: Nec debet alicuius præsidio carnalis inniti. Qui salutat in via, occasione itineris facit, non studio salutis: Hic est qui non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem prædicat.

Quid per aurum & argentum, &c. significatur.

c *Dignus est.* Vnde ergo necessaria? Tantum accipite, quantum ad necessitatem sufficit, vt inde securi æternis melius vacetis.

a ¶ Auxilium baculi. ¶ Nec minima. b ¶ Ecce quare præcipit nihil ferre, quia omnia debentur eis.

a neque calceamenta, neque virgam. Dignus est enim [1] [2] operarius cibo suo. In quacunque autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate, quis in ea dignus sit, & ibi manete, donec exeatis. Intrantes autem in domum salutate eam dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa digna, † veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos † reuertetur. † Et quicunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: exeuntes g foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus [15]

a ¶ Quomodo accipiemus. a ¶ Non est cursitandum per domos. ¶ Ad alia migraturi. b ¶ Pacem hospiti precamini, vt sopiatur omnis repugnantia contra veritatem. a ¶ Si fuerint ibi prædestinati ad vitam. a ¶ Quam optatis. ¶ Prædicationis merces à Deo vobis recompensabitur. ¶ Obedierit. a ¶ In signum terreni laboris inaniter expensi, vel vt ostendatis appetitum terrenorum non esse in affectibus vestris.

✠ THEOPHYLACTVS. Dixit autem cibo, non luxu: neque enim delitiari oportet doctorem.

d *Interrogate quis.* Testimonio vicinorum eligendus est hospes, ne eius infamia prædicatio lædatur.

e *Dignus sit.* Vt sciat se magis accipere gratiam quam dare. † Mar. 6. b.

f *Ibi manete.* AMBRO. Dat constantiæ generale mandatum vt hospitalis necessitudinis iura custodiant: Ideo domus eligenda, vt mutandi hospitij necessitudinisque violandæ causa non suppetat. lib. 5. in Lucam.

g *Excutite puluerem de pedibus.* Per excussionem pulueris intelligitur amissio itineris.

✠ THEOPHYLACTVS. Excutere vult puluerem, monstrantes quòd nihil ab illis acceperint, qui propter duritiam persuaderi non poterant.

☞ ✠ EVTHY-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Neque calceamenta. *Integra scilicet, quia apostoli vtebantur sandalijs: vt habetur Mar. 6. b. ex quo patet quod sandalia non computabantur propriè inter calceamenta.*

2 Neque virgam. *Contrarium videtur haberi Mar. 6. vbi dicitur, quod Dominus præcepit apostolis, vt non portarent aliquid in via nisi virgam tantum. Dicendum, quod virga hic & ibi accipitur æquiuocè. Hic enim virga accipitur metaphoricè: vnde sensus est:* Neque virgam. *Id est, non innitamini subsidio temporali, sicut corpus innititur baculo sustentanti. In Marco autem accipitur virga ad litteram: quia doctores Hebræorum in signum doctrinæ portabant virgam in manu, & quia consuetum erat apud Iudæos prouideri eis de victu à populo quem docebant: ideo Christus voluit, quod hoc sufficeret apostolis pro aliqua prouisione: per hoc enim ostendebatur, quod populus cui prædicabant debebat eis prouidere: vnde sequitur.*

3 Dignus est enim. *Vbi ostenditur qualiter debeant habere victum scilicet à populo cui prædicabant: Et diuiditur in duas partes: quia primo ostenditur, qualiter debent se habere ad recipientes ipsos: & secundo qualiter ad non recipientes, ibi.* Et quicunque non receperint. *Circa primum sciendum, quod de iure naturali est & diuino & etiam humano, vt illi qui seruiunt communitati in spiritualibus, vt in diuino cultu & doctrina eis à communitate prouideatur in temporalibus: & hoc est quod dicit.* Dignus est enim operarius. *Id est, prædicator qui operatur opus Dei ad vtilitatem populi.*

Diuisio.

4 Cibo suo. *Id est, victu conuenienti: in quo intelligitur vestimentum & domicilium sine quibus non viuit decenter genus humanum.*

5 In quamcunque autem ciuitatem, &c. *Id est, fidelis & bonæ famæ, ostendens quod prædicator verbi diuini non debet ad loca mala & suspecta declinare: quia per hoc impediretur doctrina eius tanquam suspecta.*

6 Et ibi. *Donec exeatis transituri scilicet alibi ad prædicandum. Non est tamen intelligendum, quod per hoc velit excludere causas honestas exeundi: vt ad docendum vel huiusmodi, cum propter hoc intrauerint ciuitatem: sed per hoc vult excludere discursus curiosos, & inutiles, qui non debent esse in prædicatore: sed magis cessante necessitate exeundi debet vacare contemplationi, vt ibi hauriat quod postea populo in prædicatione effundat.*

7 Intrantes autem in domum, salutate eam. *Id est, homines habitantes in ea: quia parietes non sunt salutandi: Modus salutationis subiungitur cum dicitur.*

8 Dicentes: Pax huic domui. *Quia prædicator verbi diuini debet habitantibus domum quam intrat, pacem optare: & non solum optare imo euangelium Christi prædicare, quod est euangelium veræ pacis.*

9 Et si quidem fuerit domus illa digna. *Id est, ad vitam æternam prædestinata & ordinata.*

10 Veniet super illam pax vestra. *Id est, oratio vestra & prædicatio habebit ibidem effectum.*

11 Si autem non fuerit digna. *Id est, ad vitam æternam non prædestinata,*

12 Pax vestra reuertetur ad vos, *Id est, dato quòd non habeat effectum quantum ad ipsos, tamen habebitis mercedem inde apud Deum.*

13 Et quicunque, &c. *Hic ostendit qualiter se debent habere ad non recipientes eos nec prædicationem eorum, dicens:*

14 Exeuntes foras de domo vel ciui. *Ostendentes per signum manifestum, quod non venistis ad prædicandum eis propter temporale lucrum: quia etiam puluerem qui adhæsit pedibus vestris de loco ipsorum non vultis portare. Vel aliter:*

15 Excutite puluerem de pedibus, &c. *In testimonium laboris vestri impensi ad conuersionem ipsorum, quamuis ipsi noluerunt recipere: ideo subiungitur eorum pœna cum dicitur.*

✠ Amen

MORALITER.

† *Interrogate, &c.* Cauendum est enim prædicatoribus, ne locum suspectum intrent, & ne de euagatione inutili notentur: ideo subditur.

6 *Et ibi manete, &c. Intrantes autem in domum salutate eam.* Id est, salutem habitantium in ea bonis verbis & exẽplis procurate.

9 *Et si quidem fuerit domus illa digna, veniet pax vestra, &c.* Id est, recipient doctrinam vestram. Quod si non fecerint, nihilominus à Deo habebitis mercedem.

10 *Excutite puluerem.* Id est leuia peccata, quæ solent ex talibus accidere, etiam in hominibus perfectis.

✠ *Amen*

✠ EVTHYMIVS. Manifeſtabant enim per talem excuſſionem quòd non ſolum nihil acceperant, ſed etiam puluerem qui inde adhæſiſſet à pedibus ſuis excuterent, tanquam propter illos impium.

Excutite puluerem, ad conteſtationem terreni laboris quem pro eis inaniter ſuſceperant, vel vt ab eis nec ad victum aliquid accipiant, nec terrenum aliquid ab eis quærere oſtendant, vt & puluerem de terra eorum ſibi non patiantur adhærere.

Aliter: Pedes, ſunt opus & inceſſus prædicationis, Pulnis, terrenæ leuitas cogitationis, à qua nec ſummi doctores poſſunt eſſe immunes, dum intendunt curis ſubditorum, & quaſi in itinere mundi puluerem legunt. Qui ergo recipiunt verbum, ipſi curam doctorum in argumentum vertunt humilitatis, qui ſpernunt ad teſtimonium damnationis inflectunt. Et ipſe eſt puluis, qui in Euangelij contemptores extergi, & à quo per bonos auditores euangelizantium pedes iubentur ablui: immo per ipſum ſaluatorem narrantur abluti.

a *Ecce ego mitto*. Illis ſua pœna ſeruabitur in futurum: vos autem omnem exhibete patientiam. *Ecce ego.* Congruit illi quod ſecundùm Ioannem. *Sicut miſit me pater* ad paſſionem, *ſic & ego mitto vos*: non ad gaudia, ſed ad paſſiones. Vbi ſeruate innocentiam, quia qui locum prædicationis ſuſcipit, mala inferre non debet, ſed tolerare.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia ſuperius remouit ſollicitudinem conſequenter prædicit eis mala quæ debebant eis contingere. primò vt diſcerent præſcientiæ eius virtutem. Secundò vt nullus ſuſpicaretur, quoniam propter imbecillitatem magiſtri hæc eis ſuperuenirent mala. Tertiò vt ipſe ſuſtinentes non obſtupeſcerent, dum inopinabiliter & præter ſpem euenirent.

Margin: † 5. q. 1. c. nonne. inf. 11. c. — † 16. di. c. qui eccleſiaſticus. — † ſynceri. — Luc. 10. b. — Ioan. 20. c. — Hom. 34. in Matth.

a ¶ Quia cui plus commiſſum eſt, ab eo plus exigitur. b ¶ Quibus lex naturæ tantum, hi autem & legem literæ ſpreuerunt: & dicta Prophetarum & Apoſtolorum.

veſtris. † Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum ¹

a ¶ Qui elegi, qui docui.

& Gomorræorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. † Ecce ego ²

a ¶ Ex diſcipulis, miſſos facio, ideo ſitis manſueti, & humiles innocentes. b ¶ Scribarum & Phariſæorum.

mitto vos ſicut oues in medio luporum. † Eſtote ergo pru- ³

a ¶ Vt vitetis inſidias. ¶ Vt fidem ſeruetis. ¶ Vt non faciatis mala. b ¶ Hic aperit quos lupos dixerit.

dentes ſicut ſerpentes, & † ſimplices ſicut columbæ. Cauete ⁴ ⁵ ⁶

a ¶ Id eſt à perſuaſionibus hominum. b ¶ Præmunit eos. c ¶ Vbi potiori ſententiæ dandus eſt locus.

autem ab hominibus. † Tradent enim vos in concilijs, & in ⁷

a ¶ Sub ſpecie corrigendi, quia ille locus correctionis eſt. b ¶ Quaſi ad maiorem audientiam cum per ſe vobis inferre vim non poterunt.

ſynagogis ſuis flagellabunt vos: & ad reges & ad præſides ⁸

Quartò vt hoc audientes non turbentur in tempore crucis. deinde vt diſcant, quoniam hæc noua prælij lex eſt.

b *Sicut ſer.* Serpentis aſtutia eſt, quod toto corpore caput in quo vita eſt, occultat & protegit: ita & noſtri periculo corporis caput noſtrum quod eſt Chriſtus, cuſtodiamus. Vel quod per anguſtias ſe coarctâs, veteri tunica exutus innouatur, ſic intrâs per anguſtam portam, veterem exuit hominem.

✠ EPIPHANIVS. Altera ſerpentis prudentia eſt. Quando enim ſiti preſſus à latibulo procedit ad aquam vt bibat, non ſimul ſecum accipit venenum, ſed in latibulo relinquit, & ſic progreſſus, potum aquarum ſumit. Proinde & ipſi hoc imitemur, vt quando ad ſanctam Dei Eccleſiam, aut ad preces aut ad myſteria venerimus, malitiam aut voluptatem, aut inimicitiam, aut aliud quid in cogitationibus noſtris nobiſcum, ne feramus.

✠ BASILIVS. Prudens vt ſerpens eſt, qui cum conſideratione ac cognitione potentiæ ac boni odoris, ad audientium obediétiam adminiſtrat doctrinam: vt quemadmodum illic ſerpens nouit, & facie blandiore accedere, & probabiliter loqui ad abducendum à Deo, & ſubiugandum peccato: ſic nos perſonæ faciem & locum & tempus deligamus, & omnibus modis doctrinas cum iudicio adminiſtremus ad abducendum à diabolo & perducendum ad Deum.

c *Et ſimplices ſicut columbæ.* ✠ EPIPHANIVS. Quamquam columbæ genus multis in rebus non laudetur, petulans eſt enim & laſciuum & per omne tempus voluptati deditum, debile & infirmum. At verò propter innocentiam & longanimitatem malorum in hoc animali obliuionem; inſuper propterea quod in columbæ ſpecie apparuit Spirituſſanctus, imitari nos vult diuinus ſermo Spirituſſancti voluntatem, & columbæ innocentiam.

Margin: Lucæ 12. c. & 21. c. — † Luc. 10. a. — hæreſi. 37. — † Mar. 13. b. — quæſtione breuiori 245. — hæreſi 35.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Amen dico vobis tolerabilius &c. *Id eſt minus punientur in extremo iudicio, Sed videtur alicui, quod hoc non ſit verum, quia Geneſ. 13. ſcribitur, quod homines Sodomitæ peſſimi erant & peccatores nimis coram domino, vnde & in ſignum magnitudinis peccati ipſorum mortui ſunt igne & ſulphure deſcendente ſuper eos. Dicendum quod Sodoma & Gomorra fuerunt infecta pluribus peccatis ſcilicet peccato ſuperbiæ, luxuriæ & auaritiæ, vt dicitur Ezech. 16. f.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, panis ſaturitas, &c. *Sequitur*: Et egeno manum non porrigebat: *Ergo comparantur hic negantibus victum Apoſtolis quantum ad iſtud vltimum, non quantum ad alia præcedentia: quia comparatio debet eſſe ſecundum ea quæ ſunt eiuſdem generis: & non eſt dubium quod grauius eſt peccatum negare victum ſeminantibus ſpiritualia, quibus tenentur homines de iure naturali diuino & humano, vt ſuprà dictum eſt, quàm manum non porrigere egeno ſimplici ſpiritualia non ſeminanti.*

2 Ecce mitto, &c. *Hic oſtendit Saluator, quod prædicatores verbi diuini non debent terreri aduerſitate. Et quia in aduerſitate non ſolum oportet ſuſtinere patienter, ſed etiam aliquando nomen Chriſti confiteri conſtãter, ideo hæc pars diuiditur in duas, quia primo hortatur eos ad actum tolerandi, ſecundo ad actum confitendi, ibi:* Omnis ergo qui confitebitur me. *Prima in duas, quia primò oſtendit tribulationis imminentis magnitudinem, ſecundo hortatur Apoſtolos ad eius ſufferentiam, ibi:* Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. *Prima in tres ſecundum quod magnitudo tribulationis futuræ oſtenditur ex tribus; quia primo erant paſſuri à legiſperitis, ſecundo à principibus Gentilibus ibi:* Et ad reges. *Tertiò à proprijs parentibus, ibi*: Tradet autem frater: *& in qualibet perſecutione oſtendit qualiter ſe debent habere. Dicit ergo:* Ecce ego mitto vos ſicut oues. *Id eſt, ſimplices innocentes, per arma vos non defendentes.*

Margin: Diuiſio.

3 In medio luporum, *Id eſt, Scribarum & Phariſæorum. Lupus enim dentibus oues laniat, homines anhelitu inraucat: ita iſti Apoſtolos Chriſti nitebantur interficere, & vocem prædicationis eis impedire, vt patet ex doctrina Apoſtolorum & in actibus eorum, & ideo conſequenter oſtendit qualiter in hac tribulatione ſe debent habere dicens:*

4 Eſtote ergo prudentes, &c. *quoniã aliquando prudenter declinãda eſt malicia perſecutorum, ſicut Paulus videns maliciam Iudæorum volentium eum interficere ſine cauſa, appellauit ad Cæſarem. Act. 25.*

5 Et ſimplices. *Quia occurrente neceſſitate debet prædicator Euangelij ſi neceſſe ſit, offerre ſine amaritudinis felle, ex quibus patet, quod aſtutia vulpina vituperabilis eſt, ſimiliter ruditas bouina, ſed medio modo debent incedere diſcipuli Chriſti; ideo ſequitur:*

6 Cauete autem. *Quia ſicut dictum eſt, aliquando cauenda ſunt inſidia malignorum.*

7 Tradent. *Hoc enim frequenter habetur in Act. Apoſtolorum, quod diſcipuli Chriſti ſunt in concilijs adducti flagellati, & incarcerati propter nomen Chriſti.*

8 Et ad reges & præſid. &c. *Hic oſtenditur magnitudo tribulationis imminentis Chriſti diſcipulis à principibus Gentilium. Iudæi enim pro*

MORALITER.

1 *Amen dico vobis tolerabilius, &c.* Nam repellere & impugnare veritatem agnitam, quædam ſpecies eſt peccati in ſpiritum ſanctum.

2 *Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio.* Per quos in primitiua Eccleſia intelligebantur tyranni, ſed modo per eos poſſunt detractores intelligi, propter quorum morſus non eſt à fidelibus prædicatio ſubtrahenda.

6 *Cauete autem ab ho.* Vos malicioſè ad peccatum trahere nitentibus.

7 *Tradent enim vos in con. &c.* Id eſt trahere vos conabuntur ad ſua conſortia mala.

† *Et in ſynagogis ſuis flagellabunt vos.* Scilicet flagellis linguarum ſuarum, eo quod arguitis mala ipſorum.

8 *Et ad reges & præſides.* Multi enim propter prædicationem veritatis accuſantur malè apud magnates huius ſæculi.

a *In testimon.* Vt inde peruersi pereant sine excusatione, vnde electi exemplum capiunt vitæ. *In testimonium illis gent.* Lucas: *Continget vobis in testimonium:* Quia persecutio nominis Christi, non solum Iudæis & gentibus eorum maliciæ, sed etiam ipsis Apostolis fit in testimonium ipsorum innocentiæ.

✱ THEOPHYLACTVS. Hoc est, in notam & in reprehensionem eorum qui non credunt.

✱ EVTHYMIVS. Ad redargutionem Iudæorum & gentium, postmodum dicant, quòd diuini verbi prædicationem non audierint.

b *Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Voluntatem vestrã pro Christo offerte, Christus verò loquetur pro se.

a ¶ Contra terrores consolatio, quasi dicat, nolite turbari.

ducemini propter me in testimonium illis & gentibus. Cùm [1] autem tradent vos, † nolite cogitare quomôdo aut quid [3] loquâmini: Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. [4] Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. † Trâdet autem frater fratrem in mortem, & pater Filium, & insurgent filij in parentes & morte [5] eos afficient: & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meũ. Qui autem † perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. Cùm autem persequentur vos in ciuitate ista fugite [6]

a ¶ De modo proferendi ornatè an inornatè. [2]
a ¶ De modo inueniendi. b ¶ Materia dicendi.
a ¶ Quia non ex ingenio vel arte vestra verba procedunt, sed ex spiritussancti gratia.
a ¶ Velut organis. b ¶ Adeo crescet persecutorum rabies, vt nullus sit inter eos affectus, quorum diuersa est fides.
a ¶ Non tantum amici. b ¶ Quia amatores mundi sunt inimici Dei.
a ¶ Non debetis desistere, sed ad tempus declinare, vt aliis possitis prodesse. ¶ Non ante.

† ne sitis soliciti.
Luc. 21. b.
† Mic. 7. b.
† sustinuerit.

c *Tradet autem frater, &c.* Minorem dolorem ingerunt mala quæ ab extraneis: maiorem quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præsumebamus: quia cum damno corporis, mala nos cruciant amissæ charitatis.

Hom. 34 in Matth.

✱ HIERONYMVS. Hoc in persecutionibus fieri videmus nec vllus est inter eos fidus affectus, quorum diuersa est fides.

✱ EVTHYMIVS. Per hos autem amicissimos, alios cognatos & familiares intelligit, qui omnem fauorem, amicitiam imo & humanitatem depositurí sint, vt eos solius fidei ratione persequantur.

✱ CHRYSOSTOMVS. Quænam libera nobis respondendi potestas erit, quæ venia concedetur? Quos nos exagitant flagella, non vrgent carceres, quibus non principes, non synagogæ minantur, ne aliquid huiusmodi malorum impendant. Imò se in contrarium omnia habent: dominamur enim & regna possidemus, quippe qui fideles reges habemus, vnde Christiani honoribus affluant, honore, securitate & pace fruuntur: nec sic tamen vincimus & illi quidem cum ad cruciatum quotidie ducerentur, & tam magistri quam discipuli mille tormentis & flagellis cederentur, bonorum tamen paradisi, animo fruebantur. Nos verò qui nec somniis quidem cruciatum aliquem sustinemus, multo molliores quàm cera, sumus.

d *Qui autem, &c.* Docet virtutem longanimitatis & patientiæ. Non enim cœpisse vel facere, sed perficere virtutis est. Vnde cauda hostiæ iubetur offerri. Hoc idẽ Lucas exprimit: *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Quia dum nobis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus.

Luc. 21. d.

e *Cum au.* Hoc ad illud tempus pertinet, quo dictum est: *In via gentium ne abieritis*, quod persecutiones non debeant timere sed declinare: vt tribulationis occasio, sit Euangelij seminarium.

lib. 4. str[o]matum.

✱ CLEMENS ALEXAND. suadet fugere, non tanquam malum sit pati persecutionem, nec vt mortem expauescamus. Vult autem nos nulli esse auctores neque adiutores mali, nec nobis ipsis, nec ei qui persequitur: nec ei qui interimit; denunciat enim quodammodo vt caueat, qui autem non obedit est audax & temerarius, & inconsultè se in manifesta pericula conijciens. Si autem, qui hominem Dei interimit, in Deum peccat, is quoque eius cædis reus tenetur, qui non vitat persecutionem, sed seipsum capiendum præbet per audaciam. Quantum enim in se est adiuuat improbitatem eius qui persequitur.

lib. de fuga sua.

✱ ATHANASIVS. Christus aliquando fugit, cum nondum venisset hora sua. Cum verò vidisset horam adesse se obtulit: verum non est par nostra cum Christo conditio, quia nos vt homines ignari sumus temporis nobis à diuina prouidentia constituti.

Mysticè. Cum vos persequentur in vno testimonio, fugite ad alia volumina. Quia quamuis sit contentiosus persecutor: ante præsidium Saluatoris adueniet, quam illi concedatur victoria.

Non

NICOLAVS DE LIRA.

pro illo tempore erant subditi Romanis: & ideo non habebant altam iustitiam, & propter hoc non poterant aliquem condemnare ad mortem secundum quod habetur Io. 18. f. Nobis nõ licet interficere quẽquam: *& ideo non sufficiebat eis discipulos Christi in concilys ducere, & eos flagellare, sed tradebant eos iudicibus Romanorum, vt sic possent eos ad mortem deducere. Et hoc est quod dicit.* Et ad re. & præ. *vt scilicet condemnemini ad mortem.*

1 In test. *Actiuè scilicet vt possint contra vos deferre testimonium.*

2 Et gentibus. *Hic accipitur autoritatiuè. quia iudices potentes condemnare homines ad mortem, Gentiles erant: propter quod Pilatus dixit Iesu Io. 19. b.* Nescis quia habeo potestatem crucifigere te, &c. *Dicit ergo* Gentibus *quasi dicat: Iudæi non habẽtes autoritatem vos interficiendi ducent vos coram iudicibus Gentilibus vt contra vos deferant testimonium ad condemnationem mortis, consequenter ostendit qualiter se debent habere in hac tribulatione dicens:*

3 Cum autem tra. *Per hoc non intendit excludere viam præuidendi sibi de responsione: sed quod non debent perturbari si non habeant tempus præcogitandi, & hoc duplici de causa. Primò quia in tali casu sufficit fidem confidenter confiteri coram iudicibus: quod facere potest quilibet Christianus, quantumcunque simplex: Secundo quia hominibus de Deo confidentibus spiritussanctus non deficit in necessitate, cum non possint aliter occurrere. Et hoc est quod subditur:*

4 Dabitur enim vobis, &c. *Et patet ex prædictis, quod non loquitur hic de verbo prædicationis. Debet enim prædicator verbi diuini præcogitare qualiter debeat verbum diuinum proponere. Secundum quod dicitur Prouer. 16. a.* Hominis enim est animum præparare, & domini gubernare linguam, *aliter tentaret Deum si negligeret de hoc cogitare, dum tamen habeat tempus oportunum.*

5 Tradet autem frater, &c. *Hic ostendit magnitudinem tribulationis imminentis Christi discipulis, ex eo quod passuri erant ab inimicis & parentibus quod est grauissimum, propter quod dicit.* Tradet au. *Hoc inuenitur de multis sanctis qui pro Christi fide seruanda traditi sunt ad mortem ab amicis suis; sicut beatus Chrysantus traditus est ad mortem à patre suo Polemao. Cætera patent vsque ibi.*

6 Cum autem, &c. *Vbi ostendit qualiter se debent habere in tali tribulatione quia aliquando discipuli Christi debent fugere. Ad cuius euidentiam sciendum, quod persecutio aliquando est personalis, vt quando aliquis quæritur ad mortem, non quia fidelis principaliter, sed propter odium personæ determinatæ: & tunc est semper fugiendum, sicut Paulus quærebatur ad mortem in Damasco, vt habetur Act. 9. quod patet quia alij fideles permittebantur ibi pacificè habitare, sed quærebant solum Paulum interficere: ideo demissus à fratribus per murum, fugit persecutionem personalem. Aliquando autem non solum est persecutio personæ sed etiam fidei & iustitiæ: & tunc si homo percipiat probabiliter quod ex fuga sua sequatur derisio fidei & depressio iusticiæ, fuga est mala & est peccatum mortale. Si autem non apparet hoc probabiliter sed magis contrarium; vt pote, quia ex fuga tali potest alibi fieri vtilitas Ecclesiæ: ex remansione autem non haberetur nisi occisio ministrorum Ecclesiæ à canibus, id est, obstinatis infidelibus: & conculcatio margaritarum, id est articulorum fidei ab ipsis: tunc est fugiendum & alibi proficiendum: propter quod subditur.*

Amen

MORALITER.

3 *Cum autem tradent vos, no. &c.* Id est non confidatis principaliter de scientia vestra, & eloquentia, sed de diuina prouidentia.

5 *Tradet autem frater fratrem.* Frequenter enim contingit, quod frater carnalis fratrem suum trahit ad culpam mortalem, & pater filium, & etiam è conuerso.

† *Et eritis odio omnibus hominibus.* Sequentes enim Christum frequenter sunt odiosi etiam carnalibus amicis.

6 *Cum autem persequentur vos in ciuitate ista.* Qui enim proficere non potest in vno loco, debet ad alium transire.

Non

a *Non est discipulus, &c.* Ne indignemini tolerare quod tolero qui Dominus sum, faciens quod volo, & magister docens quod vtile scio.

b *Si patremfa.* Ostendit calumnias suas, vt suo exemplo ferant iniurias. vnde dixit: *Sufficit di.*

c *Beelzebub.* Beel ipse est Bel, Zebub, musca, id est Deus muscæ pro spurcicia sanguinis immolati. Idolum est Acaron. nomine cuius spurcissimi idoli principem dæmoniorũ appellant: qui musca dicitur propter immundiciam.

Beelzebub idolum apud diuersas gentes diuersis nominibus nuncupatũ. Ninus rex Assyriorum conditor Niniuæ ciuitatis post mortem patris sui Beli, composuit statuam in honorem ipsius, eique diuinos honores iussit persolui ab hominibus. Cuius simulachri similitudinem Chaldæi suscipientes, vocabant Bel, vt in Daniele legitur. Inde Palæstini illud accipientes vocabant Baal. Moabitæ verò Beelphegor, atque ita per diuersitatem Gentium diuersa ei dabantur nomina. At Iudæi vnius Dei cultores vocabant Beelzebub ob derisionem Gentilium. Baal, vir: zebub, musca: vir muscarum siue habens muscas.

d *Ne ergo timueritis eos.* Eorum sæuitiam vel blasphemias, quia veniet dies cum Deus iudicabit occulta hominum, vbi & nequitia discooperietur, & vestra intentio nunc soli Deo cognita, ab omnibus scietur.

e *Nil enim opertum.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Hic sermo vniuersalem de omnibus enunciationem continere videtur: non tamen ad omnia, sed ad proposita solum pertinet. Quasi dicat: Si igitur adhuc dolore vexamini quoniam malè audituri estis propter me, illud dolorem vestrum sedet, quod non multò post ab omni suspicione liberabimini. Cuius enim rei gratia contumelias fertis? Magos & seductores vocant, certè non multò post saluatores vos benefactorésque totius terrarum orbis prædicabunt.

f *Quod dico.* Hoc est, in quo volo vos constantes esse.

Vel *quod dico in tenebris*, id est, dum adhuc in timore estis, *dicitis lumine*, id est in fiducia veritatis, accepto spiritu sancto. *Et quod in aure auditis*, id est, quod secreto auditis, *super tecta*, id est calcato carnis domicilio *prædicate*.

✠ GREGORIVS. Cum aliqua mystica de occultis prophetarũ verbis à credentibus agnoscuntur, quid aliud quã profunda de tenebris reuelãtur? Vnde ipsa quoq; veritas discipulis in parabolis loquens, ait: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine.* i. apertè exponite, quæ in allegoriarum obscuritatibus audiuistis.

g *Super.* Loquitur iuxta morem Palæstinæ, vbi solent in tectis residere quæ nõ sunt cacuminata, sed æqualia. vnde lex præcipit vt qui nouam domum ædificat, murum tecti ponat in gyro, ne fundatur sanguis innoxius labente aliquo. Ergo in tectis prædicatur, quod cunctis audientibus palam dicitur, & est. Quod vos erudiui in paruo Iudææ loco, in toto mundo dicite.

h *Nolite timere.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Si Christianus es, ☞ Christo

Margin: † perambulaueritis. — Ioh 13.b. Beelzebub, idolum diuersa nomi na in diuersis gentibus sortitũ est. — Luc. 8. c. & 12. a. — Hom. 35. in Matth. — † Luc. 6. f. — † seruus. — † Mar. 4. c. — † 11. q. 3. c. nolite 2. de hær. c. cum ex iniuncto — lib. 11. moralium. — Luc. 12. a.

a ¶ Non mirum si à quibusdam fugitis, quia consummatio Israel non fiet in fide, donec Christus à mortuis resurgat.

in aliam: Amen dico vobis: non † consummabitis ciuitates Israel, donec veniat filius hominis. † Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & † seruo, sicut dominus eius. Si patremfamilias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. † Nihil enim opertum, quod non reueletur, & occultum quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quod in aure auditis, prædicate super tecta. † Et nolite timere

a ¶ Perfectio est discipuli non vlcisci iniurias, sicut ego feci. a ¶ Prius faciens quàm docens. ¶ Qui potui. a ¶ Cui famulantur cœlestia & terrestria. b ¶ Quid mirum de famulis. a ¶ Corde. ¶ Hoc ad bonos. b ¶ Hoc ad malos. ¶ Actu. ¶ In mysterio. a ¶ Prædicate apertè. b ¶ Spiritu sancto. a ¶ Priuatim. b ¶ Palam, publicè. ¶ Calcate carnalia.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non cons. *Prædicando scilicet ibi aduentum vel fidem Christi.*

2 Donec. *à Mortuis scilicet resurgendo: quia denunciato aduentu Christi per Apostolos per ciuitates Iudææ, statim passus est Christus, & à mortuis resurgens discipulis apparuit. Vel si intelligatur de aduentu Christi ad iudicium, tunc intelligenda est consummatio prædicationis apostolorum per totum orbem, quantum ad conuersionis effectum: quia vbique dispersi sunt filij Israel secundum prædestinationem vt dicitur in epistola ad Rom. 9. Licet enim prædicatio apostolorum discurrerit per totum orbem à tempore ipsorum, secundum quod dicitur in* Psal. In omnẽ terram exiuit sonus eorum. *tamen effectus conuersionis fidelium quantum ad eos qui generaliter conuertendi sunt ad fidem, habebit plenariè effectum suum circa finem mundi.*

3 Non potest discipulus, &c. *Ostensa magnitudine tribulationis imminentis: hortatur discipulos ad ipsius tolerantiam, & hoc triplici ratione: primò exemplo sui. secundò ex consideratione diuini iudicij. ibi:* Nihil opertũ. *Tertiò ex meditatione diuinæ prouidẽtiæ & consilij, ibi:* Et nolite timere. *Circa primum hortatur eos exemplo sui, quia multa & grauia à Iudæis passus est sine causa, & pro veritate fidei, ergo multò fortiùs debent hoc pati eius discipuli, & hoc est quod dicit.* Non est discipu. &c. *Sequitur:*

4 Sufficit discipulo, &c. *Id est, si plus conculcetur & condemnetur quam magister eius. & ideo concludit:*

5 Si patrem fa. *Id est Christum, qui est pater noster.*

6 Beelzebub vocauerunt. *Sicut enim patet ex præcedentibus, dicebant Christum facere miracula in virtute cuiusdam dæmonis sibi familiaris nomine Beelzebub. & sic Christum quodammodo vocabant Beelzebub, inquantum opera eius ipsi Beelzebub attribuebant: quod erat magna blasphemia contra eum.*

7 Quanto magis domesticos eius sc. *diffamabunt? imponendo Apostolis, qui sunt de domo Christi, quod faciant miracula in virtute dæmonis? Quod autẽ Apostoli facerent miracula virtute dæmonis, dixerunt Iudæi & Gentiles, vt patet multipliciter ex legendis eorum.*

8 Ne ergo timueritis eos. *Omittendo fidei veritatem propter persecutionis timorem.*

9 Nihil enim opertum. *Hic hortatur eos ad idem ex consideratione diuini iudicij, in quo omnia manifestabuntur, quia bona & mala omnium omnibus erunt manifesta. Cuius ratio est, quia tale erit iudicium quod videbitur ab omnibus iustum: quod non posset esse nisi merita & demerita omnium viderentur ab omnibus manifestè. Consideratio huius manifestationis debet dare magnam audaciam in prædicatione veritatis: & hoc est quod dicit:* Nihil opertum, *scilicet in præsenti tempore.*

10 Quod non reue. *In iudicio.*

11 Et occul. &c. *quia secreta cordis quæ soli Deo sunt nota, tunc erunt nobis manifesta: & hoc debet prædicatores mouere ad prædicandum veritatem securè, propter quod dicit:*

12 Quod dico vo. in tenebris. *id est, in locis priuatis, licet enim Christus, communiter prædicauerit in communibus locis, vt in templo & synagogis: tamen aliquando docebat discipulos separatim à turbis, vt habetur Mar. 4. a.* Seorsum autẽ discipulis suis disserebat omnia

13 Dicite in lumine. *Id est palam, quia postea Apostoli palam populo prædicauerũt ea quæ à Christo seorsum didicerũt: propter quod sequitur:*

14 Et quod. *Id est, in secreto.*

15 Prædicate super tecta. *Id est, Publicè. In Palæstina enim tecta domorum erant plana desuper, & ibi conueniebant homines in diebus festiuis ad ludendum & confabulandum, & per hoc designat quemlibet locum publicum, vbi conueniunt homines. Vel secundum alios tecta ista dicebantur quædam deambulatoria facta circa templum, super quæ ascendebant doctores & inde docebant populum.*

16 Et nolite timere, &c. *Hic hortatur eos ad tolerantiam tribulationis ex consideratione diuinæ prouidentiæ seu consilij. ad cuius euidentiam sciendum, quod aliqui dixerunt diuinam prouidentiam tantum se extendere ad incorruptibilia, & non ad ista inferiora. ex quorũ persona dicitur Iob 22 b.* Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat. *Alij autem dixerunt, quod se extendit circa inferiora ista, exceptis actibus humanis: & hoc ne tollerent ab homine libertatẽ arbitrij: sed vtrumque est falsum secundũ Philosophum. 1. de anima. vbi reprehẽdit* ☞ Empedo-

MORALITER.

3 *Non est discipulus, &c.* Istud ad hoc inducitur, vt patet per literam sequentem, quod Christi discipulus patienter toleret blasphemiam sibi irrogatam, cum Christus patienter tulerit similem & maiorem.

9 *Nihil enim opertum, quod non reueletur.* Scilicet in die iudicij, vbi patientia martyrum præmiabitur, & persecutorum nequitia punietur.

A Christo crede: Si Christo credis, per opera mihi fidem demonstra. Quomodo verò per opera mihi fidem demôstrabis? Si mortem contemnas, & in hoc sane infidelibus differimus qui resurrectionis spem non habentes, mortem timent.

lib. 1. ad Monymum cap. 6. a *Mittere in gehennam.* FVLGENTIVS. Quòd ante gehennam mali pereunt nô diuini operis sed humani. quod autem in gehenna perituri sunt, hoc facit Dei æquitas, cui nulla placet peccantis iniquitas.

B b *Nônne, duo passe.* Lucas *nônne quinque passeres veneunt dipondio?* Nec multum distat, vt duo asse & quinque dipondio. Dipondio enim est ex duobus assibus. Quod autem in numeris est vnus, hoc in pondere as: & quod duo, hoc dipondius.

Luc. 12. † præstatis.

C c *Et vnus ex illis.* Quomodo ergo Apostolus: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Sed aliud est cura, aliud scientia.

† Mat 8. d. Luc 9. c. De pœ. di. 3 c. adhuc.

d *Numerati.* Hoc est, scientia Dei numerum illorum comprehendit. Numerati, non actu computationis, facultate cognitionis: à similitudine pecuniæ, quæ numeratur vt seruetur. Vbi magna prouidentia Dei, quod nec parua ociosáque dicta eum lateant.

sermon. de martyribus AVGVSTINVS. Quid timebo ergo damna membrorum, quando securitatem accipio capillorum? Neque capillus quidem trium puerorum in fornace Babylonica positorum, periit: quomodo non igitur Deus corpus ipsum & conseruare & restituere poterit?

D CYPRIANVS. Si nec passer cadat, nec minima fieri sine Dei voluntate Christus asserat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente permittente Deo in ecclesia fieri, & sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sciêtia ordinari? lib. 1. epist.

e *Qui confi.* Vel confitetur quis Iesum ea fide, quæ per dilectionem operatur: Negat qui præceptis Dei non obedit. † passerculi E Gal. 5. d.

CHRYSOSTOMVS. Non dixit, *cui confitebitur me*, sed *ἐν ἐμοὶ* in me: vt tibi ostêderet nô propterea virtute, sed superiore gratia adiutû côfiteri eum. Quia etiã de causa, non similiter dixit de negãte, *Qui autẽ negauerit me, &c.* Nô enim ait: Qui in me negauerit, sed qui negauerit. Nam qui negat, superioris gratiæ patrocinio priuatus, negat. Hom. 35. in Matth. F

f *Qui autem.* Negatur à filio apud patrem, cui non manifestatur in diuinitatis potentia filius & pater. Confitetur à filio apud patrem, qui per filium habet accessum ad patrem.

g *Pacem.* Missum est bellum bonum vt rumperetur pax mala.

[Interlinear glosses: a Tantum. b Quin eam Deus reddat corpori.]

eos qui occidunt côrpus, ânimam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest & animam & corpus

[a Mittendo in æternam supplicia. b Nolite timere mortem corporis qui mori non potestis sine nutu Dei, quod in minoribus liquet.]

a pêrdere in gehennam. b Nônne duo † passeres asse veneunt? 1 2

[a Non moritur sine prouidentia Dei quanto magis vos? b Sine nutu Dei.]

c Et vnus ex illis non câdet super terram sinẽ patre vestro. 3 4

[a Vt taceam de corporis massa, etiam minimæ particulæ Dei prouidentia conseruantur.]

d Vẽstri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. † 5

[a Omnem curam in eum proijcite apud quem non capillus peribit. b Quia rationales, quia æterni.]

Nôlite ergo timere, multis passeribus † mẽliores estis vos. Om- 6

[Ergo prædicate super tecta: quia. Omnis. a Ore confessio fit ad salutem. Fidem, corde & ore. Ne quis tempore persecutionis sufficere sibi putaret fidem cordis. b Perducam ad confessionem patris.]

e nis ergo qui confitẽbitur me corã hominibus, côfitẽbor & ego 7

[Venite benedicti patris mei. In consortio sanctorum. Timore.]

f eum corãm patre meo qui est in cœlis. Qui autẽ negauerit me 8

[a Vbi prodesse debet mei nominis confessio. b Non perducam ad visionem Dei patris, qua perfruentur sancti.]

corâm hominibus, negabô & ego eum corã patre meo qui in

[a Sicut timor mortis non debet retrahere, sic nec carnalis affectus. b Non ad hoc inter homines veni, vt carnales affectus confirmem, sed spirituali gladio dissociem.]

g cœlis est. † Nôlite arbitrari, quia venẽrim pacem mittere in ter- 9

a Veni

NICOLAVS DE LIRA.

Empedoclem dicens, quod Deus esset insipientissimus, si aliquid ignoraret quod nos cognosceremus: quod sequebatur ad dictum Empedoclis, quia dicebat omnia componi ex amicitia & lite, excepto Deo in quo lis non erat. Ex quo sequebatur, quod Deus litem non cognoscebat, quia ponebat simile simili cognosci: & idem inconueniens sequitur ad dictum istorum, quia nos habemus noticiam de istis inferioribus, & de humanis actibus & per consequens Deus talia cognoscit & ad finem debitum deducit: quia cum sit agens vniuersale & primum omnia quæ subiacent eius cognitioni ordinantur per ipsum. Et quia natura nobilior principalius cadit sub ordine prouidentiæ, sequitur quod natura humana quæ immortalis est ex parte animæ, speciali modo cadit sub eius ordinatione: propter quod iusti non debent mortem timere, quia Deus ordinabit ad finem vltimum & hoc est quod dicit: Nolite, &c. *& patet vsque ibi:*

1 Nônne. *Ad euidentiam huius sciendum, quod passeres abundant in terra promissionis: & ideo de ipsis fiebat oblatio pauperum, qui non poterant alia habere, vnde erant pauci valoris, quia duo habebantur pro asse. As assis est genus nummi: vnde est mensura, id est ponderibus vt dicit gl. super istum locum. In vnoquoque enim genere illud quod minimum est mensura aliorum. Dipondius autem valet duplex as, & ideo dicitur Luc. 12. quod quinque passeres habebantur pro dipondio: hic dicitur quod duo pro asse quia passer impar non poterat competenter diuidi, ideo remanebat vendenti, dicit ergo:* Nônne duo pas. *Id est, venduntur, quia veneo, venis habet sensum passiui sub voce actiua.*

2 Asse. *Id est, pro asse, & tamen vnus ex illis quantumcúmque sit parui valoris, vt visum est.*

3 Non cadet, &c. *Id est, non morietur.*

4 Sine patre vestro. *Id est, sine prouidentia Dei patris: per consequens, supple, neque vos moriemini quin Deus ordinet de morte vestra propter quod concludit.*

5 Vestri autem, &c. *In Dei præscientia: ideo concludit.*

6 Nolite. &c. *Id est, maioris reputationis apud Deum, quia ad imaginem Dei facti quod non competit creaturæ irrationabili.*

7 Omnis ergo, &c. *Ostenso quod debent tribulationes sustinere constanter: hic hortatur eos ad confitendum nomen Christi confidenter dicens:* Omnis. *& patet & sequitur:*

8 Qui autem negauerit, &c. *Negatio autem nominis Christi semper est peccatum mortale: & ideo negans ipsum, dignus est damnatione. Similiter & non confiteri seu tacere aliquando est peccatum mortale, vt quando scilicet ex taciturnitate alicuius tollitur honor Deo debitus; sicut in casu quo aliquis interrogatus de fide ex taciturnitate sua ingerit opinionem alijs quod ipse non sit Christianus, vel quod fides sit ita derisibilis, quod nullus audeat ea confiteri: tunc tacere vel non confiteri, peccatum mortale est, si autem aliquis non interrogatus ex feruore fidei publice profiteatur fidem Christi ad declarationem veritatis fidei, & ad confirmationem trepidantium, sicut leguntur aliqui martyres fecisse: hoc est donum supererogationis.*

9 Nolite arbitrari, quia venerim. *Hic ostendit quod prædicatores Euangelij non debent impediri ex amicorum carnalitate. Ad cuius euidentiam sciendum, quod charitas est ordinata, sic quod homo debet diligere Deum super omnia, etiam suprà seipsum: & ideo pro nulla amicitia cuiuscunque proximi debet retardari quin prosequatur ea quæ pertinent ad honorem diuinum propter quod dicit:* Nolite arb. quia ve. pacem mittere in terram, *& loquitur de pace mala, quæ est contra Deum.*

Non

MORALITER.

† 1 *Nônne duo passeres asse veneunt.* Hilarius, Mysticè autem corpus & anima asse venduntur, cum pro minima delectatione diabolo traduntur.

8 *Qui autem negauerit me, &c.* REMIG. Negabit autem se negantem; quia per ipsum non habebit accessum ad patrem. Et sic per oppositum intelligitur confiteri se confitentem, quia dabit ei accessum ad patrem.

9 *Nolite arbitrari, quia venerim.* HIERON. Ad fidem Christi totus orbis in se diuisus est, vnaquæque domus fideles habuit & infideles, & bonum bellum mixtum est, vt pax mala rumperetur.

Qui

a *Veni enim.* Hic Lucas ait: *Erunt quinque in vna domo diuisi, tres in duo & duo in tres, diuidentur.* Quomodo ergo quinque? cum sex personarum nomina subiicit, patris, filij, matris, filiæ, Socrus & Nurus. Sed mater filij ipsa est Socrus vxoris eius; ideoque illa ipsa & in filiam suam, & in nurum dicitur esse diuisa. Possumus & patrem intelligere diabolum, cuius eramus aliquando filij non natura sed imitatione, vt Iudæis dictum est. *Vos ex patre diabolo estis.* Sed postquam vocem audiuimus monentis. Obli. po. tu. & do. pa. tui. Venit gladius domini separare nos ab inuicem & ostendere alium patrem cui diceremus: *Pater noster qui es in cœlis,* mater synagoga, filia primitiua ecclesia. Socrus eadem synagoga, nurus primitiua Ecclesia de gentibus, Sponsus Ecclesiæ, filius est, dicente Apostolo: *Quorum patres ex quibus Christus secundum carnem.* Socrus igitur, id est mater sponsi & in nurum & in filium diuisa est synagoga carnalis, quia ecclesiam persequi non cessat, sed & ipsa in matrem & in socrum diuisa est, volens recipere circuncisionem cæterasque carnales obseruantias.

Io. 8. c. Psal. 44. c. Supra 6. b. Rom. 9. a.

✻ HILARIVS. Pater corporis peccatum est, mater animæ infidelitas ex qua cætera omnia. Itaq; gladio Dei in sacramento baptismatis ab his rescindimur.

b *Separare.* Id est, priuatos carnis affectus extinguere, quibus ita inuicem diliguntur, vt Deo minus seruiant. Vel penitus auertantur, non quod non sint honorandi pater & mater, sed post Deum, hic est ordo charitatis.

c *Qui amat pa.* Post Deum amandi sunt, sed si vtrumque non potest seruari, odium in suos, pietas est in Deum.

✻ GREGORIVS. Antiquus aduersarius, non solum per semetipsum, sed per eos etiam qui nobis adhærent, statum satagit nostræ mentis inclinare. Cum enim cor nostrum sua persuasione non subruit, ad hoc nimirum per linguas adhærentium repit. Huic per prophetam dicitur: *Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre non habeat fiduciam.*

lib. 7. mor.

d *Et qui non accipit, &c.* Crux duobus modis portatur, cum vel per abstinentiam corpus afficitur, vel cum per compassionem proximi affligitur animus. Peccata proximorum frixorium sunt sanctorum. Crux semper est portanda, vt amor Christi ostendatur.

Eccles. 6.

(¶ Verbi Dei.)

1 ram. Non veni pacem mittere, sed gladium. 2 Veni enim † separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam et inimici hominis domestici eius. † Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. † Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. 4 Et qui non accipit crucem suam: & sequitur me non est me dignus, 5 Qui inuenit animam suam perdet illam: 6 & qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam. 7 8 † Qui recipit vos me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me misit. 9 10 † Qui recipit pro-

a ¶ Non possunt inter eos esse iura pacis, inter quos est bellum fidei.
a ¶ Qui non credunt. b ¶ Et huic religioni pietas non est anteponenda, quod facit qui quod Deo minus amandum est, plus amat quam Deum.
a ¶ Qui præponit carnalem affectum spirituali.
a ¶ Vel carnem domando, vel proximo compatiendo, & hoc contuitu æternorum.
a ¶ Nec diuersa timenda sunt, quia qui quærit inuenire temporaliter vitam, æternaliter perdet eam.
a ¶ Paratus est eam hic perdere omnia postponens amori meo.
¶ In futuro. a ¶ Qui in vobis sum.
a ¶ Quia non aliud recipit in Apostolis quam quod est in Christo. b ¶ Qui in me est.

Luc. 12. f. Luc. 10. c.

e *Et seq. me.* Aliquis enim carnem macerat pro inani gloria, vel proximo carnaliter compatitur vt culpę faueat: Hic crucem ferre videtur, sed dominum non sequitur.

Lucæ. 9. g. & 17. g. † dissidere facere. † Lu. 14. f. † in. 16. d Mar. 8. d.

f *Qui in.* Nomine animæ vita præsens designatur.

✻ AVG. Magna & mira sententia. Qui inquit, inuenit animam suam, perdet eam. quod duobus modis potest intelligi. Qui amat perdet, id est, si amas, perdes, si cupis vitam tenere cum Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo. *Qui amat animam suam, perdet eam.* Noli amare, ne perdas. Noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita. Si malè amaueris, tunc odisti: si bene oderis, tunc amasti, fœlices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando.

sermone de martyribus 73. di. c. in nomine patris.

✻ CLEMENS ALEX. Qui perdiderit animam suam, inquit dns, seruabit ipsam, aut eam tradens, libenter adeũdo pro Domino pericula, aut eam perdens, ex ea quæ est ei cum hac vita consuetudine. Si enim soluere, abducere & segregare (id enim crux significat) animam volueris ab ea quæ est in hac vita voluptate & delectatione, habebis eam in illa quæ expectatur, spe inuentam, & conquiescentem.

lib. 4. stromat.

g *Qui re.* Cum ad prædicationem mittit, æs zonæ tollit, pericula non timenda dicit, affectũ subiici religioni. Vnde ergo sumptus? Austeritatem mandatorum spe tẽperat promissorum, *Qui recipit* (inquit) *vos.* Ad susceptionem magistrorum prouocat discipulos. Dicet ergo aliquis: ergo & pseudoprophetas & Iudam proditorẽ suscipiemus? Hoc dominus procurans dicit non personas esse

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non ve. pa. mit. *Scilicet talem qua dicta est.*

2 Sed gla. *Hoc est diuisionem talis concordia. Aduertendum tamen quod ista qua dicuntur hic à Christo, sunt facta occasionaliter, quia ad Christi prædicationem & apostolorum aliqui conuersi sunt ad fidem & alij in infidelitate remanentes quantumcumq; eis coniuncti, persecuti sunt istos ad mortem propter quod sequitur.*

3 Veni enim. *Et patet.*

4 Et qui non ac. cru. *Scilicet hic ostendit quod prædicator verbi diuini non debet retrahi propter dulcedinem præsentis vitæ, quæ est breuis & transitoria, & ad merendum vitam æternam ordinata, & ideo quia finis melior est his quæ sunt ad finem, ea quæ sunt ad finem non sunt nisi propter assecutionem finis; ideo de ipsis non curatur dum tamen finis habeatur: propter quod de vita præsenti non est curandum, sed de assecutione vitæ æternæ: & hoc est quod dicit* Qui non. *scilicet voluntariè mortem tolerando.*

5 Non est me. *Id est, vita æterna, quia in coniunctione ad Christum per visionem & fruitione consistit vita æterna.*

6 Qui inne. *Id est, vitam præsentem, quæ causatur ab anima existente in corpore, vnde est ibi prædicatio per causam. Qui amat igitur vitam præsentem inordinatè, perdet eam, Res enim perditur quando non attingit finem debitum; sicut medicina perditur quando per eam sanitas non acquiritur: Et eodem modo vita præsens quæ finaliter ad consecutionem vitæ æternæ ordinatur, rectè perditur, quando per ipsam ad æternam vitam non peruenitur: quod contingit illi, qui inordinatè amat ipsam & è contrario.*

7 Qui perdit animam. *Vitam præsentem propter Christum contemnendo: Talis enim dicitur perdere, non secundum veritatem, vt patet ex prædictis, sed secundum hominum opinionem. Iste inquam,*

8 Inueniet eam. *accipiendo pro transitoria æternam.*

9 Qui reci. vos. *Postquam Saluator hortatus est prędicantes, hic hortatur recipientes ipsos, ostendens magnitudinem præmij ipsorum.*

10 Qui recipit vos in no. *Ea enim quæ fiunt Christi fidelibus, reputat sibi fieri Christus: & hoc tam in malis, Act. 9. e.* Saule, Saule, quid me persequeris? *id est fideles meos quàm etiam in bonis, sicut his patet: quia in discipulis suis dicit se esse receptum.*

11 Qui reci. *Id est, Dei nuncium.*

In

MORALITER.

† *Qui amat patrem, &c.* Hilarius. Illi enim qui domesticas dilectiones hominum, eius dilectioni prætulerint, futurorum bonorum indigni erunt hæreditate.

4 *Et qui non ac. cru.* GREG. duobus modis crucem domini baiulamus. Cum aut. per abstinentiam carnem affligimus, aut cum per compassionem proximi necessitatem illius nostram putamus.

6 *Qui inuenit animam suam.* In delectationibus illicitis nutriens eam.

† *Perdet illam.* Quantum ad vitam futuram.

9 *Qui reci. vos.* Corporaliter.

† *Me recipit.* Spiritualiter: & per consequens recipit patrem & spiritum sanctum, qui cum filio per gratiam inhabitant recipientis mentem.

10 *Qui recipit prophetam in nomine prophetæ.* Id est, quia Dei nuncius est.

esse suscipiendas, sed nomina: & mercede non carere suscipientem, licet indignus sit qui suscipitur. Non ait mercedem de propheta vel iusto, sed prophetæ & iusti mercedem, quia dum eas sustentat qui aliter non possent quod eorum est facere, & ipse est qui in hoc nomine facit, non pro eis solùm, sed eorumdem mercedem habebit, id est, talem qualem & ipsi. Quia Christus in Apostolis, Deus autem in Christo: ergo qui Apostolos recipit, recipit Deum. Hoc dicit, ne Apostolorum susceptio vilis habeatur his à quibus supra dixit debere stipendia accipere.

✠ CLEMENS ALEXANDR. Sunt apud Dominum cóplures mercedes, & mansiones ex vitæ eorum proportione. Qui enim inquit, prophetam in nomine prophetæ susceperit, mercedem prophetæ accipiet: & qui iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet & qui susceperit vnum ex paruis his discipulis non amittit mercedem. Et rursus virtutis pro meritis differentias, & præclaras, remunerationes per horas numero non æquales.

(† Mar. 9. f. — li. 4. strom.)

¶ Pro eo quod nominatur propheta. — *a ¶ Ne & pseudo timeant recipere.* — *b ¶ Pro eo quod nominatur iustus.* — *a ¶ Ne quis se ab hospitalitate per paupertatem excusaret, hoc leui præcepto diluit.* — *a ¶ Ne dicas deesse vnde calefieret.* — *¶ Pro eo quod nominatur discipulus.* — *a ¶ Quam ex bono affectu meruit potius quàm ex actu.* — *¶ Sermones.* — *a ¶ Fecit quod docuit prædicans Iudæis, non Samaritanis, non Gentibus, vt secundum promissa, prius offeratur Iudæis salutis occasio.* — *b ¶ Iudæorum.*

phetam in nómine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. [1][2] **† Et qui recipit iustum in nómine iusti, mercedem iusti accipiet.** [3][4] **Et quicunque potum dederit vni † ex minimis istis calicem aquæ frigidę tantum in nomine discipuli:** [5] **Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.** [6][7][8] **Et factum est cùm consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, trânsiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eórum.** [9][10]

a *Et quicumque.* Qui periculum non suscipientium testimonio excussi pulueris denunciauit: meritum recipientium vltrà speratum commendat. Nota Deum magis ad pium affectum respicere quàm ad quantitatem rei exhibitæ.

b *Vni ex mi.* Minimi sunt qui nihil penitus habent in hoc mundo, & iudices erunt cum Christo.

✠ HILARIVS: Præuidens plures futuros tantú apostolatus nomine gloriosos, omni verò vitæ suæ opere improbabiles, eosdemq; diu fallere, diuque mentiri; tamen obsequiú quod eis sub religionis opinione delatú sit, mercede operis sui speique non fraudat. Ná licet ipsi minimi essent, & peccatorum omnium vltimi, minimum autem est, quo minus nihil aliud est, non inania tamen eos, etiam leuia, quæ sub frigidæ aquæ nomine designat, officia esse decernit. Atque ita ad probitatem obsequentis, fallentis de se probra non lædunt cum mercedem suam dantis fide non assumentis mendacio consequatur.

(† è pusillis vel paruis.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 In no. *Id est, inquantum Dei nuncius.*
2 Mercedem pro. *Id est ab eo cuius est nuncius. Et similiter,*
3 Qui re. *Quod non potest esse nisi propter Deum, à quo iustificatur omnis verè iustus.*
4 Mercedem iu. acci: *Id est, à Deo qui iustificat ipsum: Secus est autem si recipit ipsum inquantum amicus vel compatriota vel huiusmodi, quia non recipit eum purè in nomine Dei.*
5 Et quicumque po. *Hoc dicit ad ostendendum, quod quilibet quantumcunq; pauper potest facere opera misericordiæ, quam dare calicem aqua frigida potest quilibet quantumcunque pauper.*
6 In no. disci. *Id est quando est fidelis denuncians fidem Christi.*
7 Amen. *Id est, fideliter.*
8 Dico vo. non. *Quia in his quæ dantur propter Christum, non tantum pensatur quantitas doni, quantum pensatur quantitas bonæ voluntatis, ex qua datur. Sequitur:*
9 Et factum est cum consummasset, &c. *Modum scilicet prædicandi & viuendi prad ctum.*
10 Transiit inde vt doceret & prædicaret in ci. scilicet Iudæorum: *Et sic patet conclusio huius capituli.*

MORALITER.

† 2 *Mercedem, &c.* Id est, à Deo recipit mercedé cuius est nuncius.
3 *Et qui re.* Id est, propter iustitiam suam, non propter consanguinitatem vel affinitatem.
4 *Merce. iusti.* Id est, particeps erit meriti si æ iustitiæ.

ADDITIO.

In cap. 10. vbi dicitur in postilla: Nolite possidere aurum, &c. *Qualiter sint intelligenda secundùm doctores ista quæ Apostolis ad prædicandum missis à Christo iniunguntur, habes infra in additione super Ioannem. 12. vide ibi.*

CAP. XI.

IOANNES *autem.* Et dú Christus prędicaret, & prædicationem suam varijs signis confirmaret, Ioannes eius opera audiuit positus in vinculis ab Herode. *Sed cum audi. mi. duos de dis. suis, ait illi: Tu es qui ven.* Ioannes interficiendus ab Herode interrogat, non quia dubitet, qui alijs dixerat: *Ecce agnus Dei.* Qui & vocem patris audierat: *Hic est filius meus dilectus.* Sed vt missi signa videntes crederent, & dictis eius opera Christi fidem facerent ne alius Christus expectaretur. Quod autem discipuli Ioannis aduersus Christum superbirent, & aliquid liuoris haberent, supra innotuit ibi: *Quare nos & Pharisæi ieiunamus?* Et vbi Ioanni dixerunt: *Magister cui testimoniú dedisti: Ecce discipuli eius baptizant, & plures veniunt ad eum.* Hæc omnia eadé de Ioanne Lucas ponit non ipso ordine, sed quis ordiné rei gestæ teneat non apparet.

(† In carcere — Ioan. 1. d. — † erat. — Luc. 3. e. — Mat. 9. b. — † illis.)

CAPVT XI.

¶ Positus. — a ¶ Lex ad gratiam euangelij mittit. — ¶ Ne alium à se prædicatum putarent. — a ¶ Per illos. — b ¶ Hoc dicit.

IOANNES autem cum audisset † in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis ait † illi: Tu es qui venturus † es, an alium expectamus?

✠ CHRYSOSTOMVS. Sicut pater si videret filios bonis moribus ornatos, & omni sapientia perfectos quasi securus moritur nihil de cætero timens de illis: sic & Ioannes volebat discipulos suos perfectos videre in Christo, vt iucundius moreretur.

(Hom. 17. in Matth.)

a *Tu es.* Non ait qui venisti, quasi dicat: Cum ad inferna descensurus sum: debeo te nunciare inferis, qui núciaui superis. An conueniat filio Dei mori, an aliú ad hæc sacramenta missurus es?

☞ HILA-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

IOannes autem. *Posita instructione prædicantium. Hic consequenter ponitur confirmatio dubitantium: & diuiditur in tres. quia primò saluator noster confirmat dubios de suo aduentu. secundò condemnat incredulos seu peruersos, ibi:* Cui si. *tertiò commendat deuotos, ibi:* In il. tem. re. le. *Prima in duas quia ad confirmationem populorum ostendit* ☞ *Ioannem*

(Diuisio. Luc. 7. c.)

MORALITER.

† *Ioannes autem, &c.* Per Ioannem qui misit discipulos suos ad Christum dicendo:
† *Tu es qui venturus es, &c.* Licet ipse de hoc nullatenus dubitaret: sed vt eius discipuli de hoc dubio certificarentur per opera Christi, significatur bonus doctor & humilis, qui quamuis non dubitet de veritate alicuius conclusionis, tamen discipulos dubitantes remittit ad sapientiorem, vt per eum certius informentur contra multos doctores & confessores qui dedignantur sic remittere ne videantur aliqua ignorare.

✠ Illis

✠ HILARIVS. Ioannes detentus in carcere dominum ignorat? Et propheta tantus Deum suum nescit? Atqui venturum vt præitor, nunciauit: consistentem vt propheta agnouit: adeuntem vt confessor veneratus est. Vnde tam variæ & tam abundanti gratiæ error obrepsit? Ad Euangelia contuenda lex mittit, vt infidelitas fidem dictorum contempletur in factis: & quod intra eã peccatorũ fraude fuit vinctum, per intelligentiam libertatis euangelicæ absoluatur. Ioannes igitur non suæ sed discipulorum ignorantiæ consulit. Ipse enim venturum, in remissionem peccatorum prædicauit, sed vt scirent non alium a se prædicatũ, ad opera eius contuenda, discipulos misit, vt authoritatem dictis suis illius opera conferrent.

✠ HIER. Hunc sensum habere potest: Scio quòd ipse sis, qui venisti tollere peccata mundi, sed quia ad inferos descensurus sum, etiã hoc interrogo, vtrũ & illuc ipse descendes: an impium sit, hoc de filio Dei credere aliúmque missurus sis?

νεκρῶν δὲ ἀνάστασις ἔσαι,
Καὶ χωλῶν δρόμ☩ ἐς ὠκὺς καὶ χωφ☩ ἀκούσει,
Καὶ τυφλοὶ βλέψωσι, λαλήσουσ᾽ οὐ λαλέοντες.
Id est, mortuorum autem surrectio erit,
Et claudorum cursus erit velox, & surdus audiet,
Et cæci videbunt, & muti loquentur.

a ¶ Non ad interrogata sed ad scandalum nunciorum.
b ¶ Non respondit Ioanni, quia non dubitabat sed illis.

a Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Iohanni 1 2

a ¶ Cessent verba loquantur opera.
¶ Per miracula. ¶ Per doctrinam euangelii illuminantur.

quæ † audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, le-

a ¶ Pauperes spiritu vel opibus intus illuminantur vt in prædicatione nulla distantia sit inter pauperes & diuites.

prosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, paupe- 3

¶ In hoc nuncios percutit licet non ostendatur.

b res † euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit † scanda- 4

b ¶ Ne turbæ Ioannem liuore motum suspicentur, & vt sciant eum quæsisse non sibi sed discipulis.

lizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere 5

a ¶ Quæ nesciebant mysterium interrogationis eius.

c ad turbas de Iohanne: Quid existis in desertum videre? 6

a ¶ Eum qui omni vento agatur, vt leuitate mentis de me ambigat quem prædicauit?
¶ Non. ¶ An vana gloria doctus lucra quærat pro dapibus vel vestibus, qui locustis viuit, & pilis camelorum induitur?

arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Homi- 7

d nem mollibus * vestitum? † Ecce qui mollibus vestiuntur, in 8

[Margin: † audistis & vidistis. — † Ætum accipiunt eu nuncium. — † vestibus. — † offensus per me]

b *Qui non fuerit.* Qui de diuinitatis potentia non dubitauerit, hoc non contra Iohannem dixisse putandus est quem mox adeo commendat.

c *De Ioanne.* Præcursor Christi de Christo certificare discipulos voluit, quia sensit eos dubitare. De præcursore Christus turbas dubitantes, ne dubitet docuit, mollem cum leuémque putantes.

✠ GREGORIVS. Hoc non asserendo, sed negando intulit. Arundinem quippe mox vt aura contigerit, in partem inflectit alteram. Et quid per arundinem nisi carnalis animus designatur, qui mox vt fauore vel detractione tangitur, in partem quamlibet inclinatur? [Margin: far. q. 4. cap. 1.]

a *Euntes renuntiate.* ✠ CLEMENS ALEXAND. Consilij dandi tres partes sunt: vna quidem quæ sumit exempla ex tempore præterito: vt verbi gratia, quid Hebræis euenerit, qui aurũ per idololatriæ crimen adorarunt in vitulo, & quid passi sint, cum fornicati essent. Altera verò quæ ex præsenti tempore intelligitur, vt quæ sensu comprehendatur: vt quod dictum est his qui dominũ rogauerant, an ipse esset Christus, aliúmve expectarent. *Dicite,* inquit, *Ioanni quæ vidistis & audistis.* Hoc ergò fuit, quod prædicens dicebat Dauid, *Sicut audiuimus, ita & vidimus*, Ex futuris autẽ constat tertia pars dandi consilij, qua quę sunt euentura, iubet caueri, quemadmodum illud quoq; dictum est: *Qui autem in peccata inciderint, eiicientur in tenebras exteriores.* [Margin: Psal. 47.]

✠ LACTANTIVS. Sed & Sybilla expressè prædixit verbis. [Margin: Lib. 4. c. 15.]

d *Ecce qui. Qui ponunt puluinaria sub cubito*, qui vitam peccantium palpant, non pungunt.

Nota. Rigida vita & prædicatio debet declinare mollium palatia, quę frequentant mollibus indutis adulantes.

CLEMENS ALEXANDRINVS. Beatus Iohannes despectis quoque ouium pilis, qui delicias redoleant, pilos camelorum elegit & eis sese vestiit, simplicem vitam & dolo alienam repræsentans. Mel enim comedebat & locustas, dulcem & spiritalem cibum à fastu alienas, & moderatas vias Domini præparans. Se enim certe purpurea chlamyde induisset, si vllam

☞ vrbani

NICOLAVS DE LIRA.

Ioannem esse prophetam sanctum ibi: illis autem abeuntibus. *prima in duas quia primo monetur dubitatio: secundò ponitur eius responsio, ibi:* Et respondens Ie. *Circa primum, considerandum, quod Herodes Antipas incarcerauit Ioannem propter hoc quod reprehendebat eum, eo quod abstulerat fratri suo Philippo vxorem suam nomine Herodiadẽ, vt habetur Mar. 6. Ioannes ergo in carcere constitutus misit discipulos suos ad Iesum, quærens vtrum ipse esset Christus an non? Sed quia quæstio est dubitabilis propositio, mirabile est quod Ioannes qui baptizauerat Christum: & viderat Spiritum sanctum descendere super eum, & de eo dixerat:* Ecce agnus Dei, &c. *vt habetur Io. 1. de hoc quasi dubitans quærebat, Ad hoc respondet beatus Gregorius dicens, quod Ioannes non dubitauit ipsum esse huius mundi saluatorem, sed dubitauit vtrum sicut natus erat in humanitate nostra, ita etiam moreretur pro salute humana: Sed hæc responsio non videtur conueniens, quia Ioannes non fuit minus illuminatus quàm propheta veteris testamenti quia hic dicitur plus quam propheta, vt sequitur in isto ca. Propheta autem cognouerunt Christum non tantum nasciturum in carne propter nos, sed etiam moriturum, vt habetur Isa. 53. c.* Tanquam ouis ad occisionem ducetur, &c. *& in pluribus aliis locis quæ propter prolixitatem vitandam omitto: ergo multo fortius Ioannes qui fuit plus quã propheta cognouit. Item Ioannes de Christo prædixerat:* Ecce agnus Dei *Io. 1. d. quod non dixisset, vt videtur, nisi vidisset eũ immolandũ pro salute mundi, & ideo aliter dicendũ, quod Ioannes non dubitauit de prædictis, sed certitudinaliter cognouit, sed discipuli eius qui non erant sic illuminati, dubitauerũt, & ideo Ioannes per discipulos suos quæstionem proposuit, non propter sui dubitationem, sed discipulorum hæsitantium.*

1 Et respon. *Hic ponitur Christi responsio: & quia eius responsio non erat ad confirmationem Iohannis qui non dubitauit, sed ad confirmationem discipulorum dubitantium, idcirco Christus non respondit per verba sed per facta, faciens in conspectu discipulorum Ioannis miracula multa manifestè declarãtia ꝙ ipse esset Christus: & hoc est quod dicitur,*

2 Renunciate Io. *ad præceptum meum. Et cætera quæ sequuntur patent vsque ibi:*

3 Pauperes Euan. *id est denunciantur habere regnum cælorum, vt supra dictum est ca. 5.* Beati pauperes, *&c.*

4 Et beatus, &c. *Scilicet, dubitando de deitate, quia me vidit in passibili carne.*

5 Illis autem. *Hic consequenter ostendit Ioannem esse prophetam sanctum, & hoc, ne ex quęstione proposita aliqui crederent eum dubitasse & ignorasse eum fuisse Christum, & commendat eum de quatuor. Primo de soliditate fidei & constantiæ, cum dicit:*

6 Quid existis. *q. d. non. quia Ioannes ita constans erat: quod nec timore nec fauore à veritate declinabat. secundò ab austeritate pœnitentiæ, cum dicit:*

7 Hominẽ, &c. *q. d. non. quia sicut supra dictũ est:* Ioannes habebat vestimentũ de pilis camelorũ, & esca eius erat locustæ & mel siluestre. *Ad hoc etiam manebat in deserto vt austerã vitam duceret, non solum ex victu & vestitu, sed etiam ex loco: propter quod subditur:*

8 Ecce qui mollibus. *Ad hoc enim multi magnatibus adulantur,*

vt cum

MORALITER.

† 5 *Il. au.* per hoc autem quod Christus commendauit Ioannem de mentis constantia & de aspera uita & de cognitionis excellentia, ostenditur quod doctores superiores non debent inferiores contemnere, sed magis quantum possunt salua veritate eos commendare.

urbani fastus curam gessisset, sed cùm in solitudinem quietis, tranquillè cum Deo versaturus se recepisset, ab omni inani studio vanáque boni specie, sordidóque ac illiberali decore, se remouit.

a *Plusquam pro.* BEDA. quia angelus non natura sed officio.

b *Maior Io.* In hoc non præfertur patriarchis, & cunctis hominibus, sed æqualis cæteris sanctis ostenditur.

† excellentiorem propheta. † Luc. 7. f.

c *Qui autem.* Id est, omnis sanctus qui iam est cum Deo, maior est eo qui adhuc in mundo. Vel ego quem minorem facit multorum opinio, in ecclesia sanctorum illi prælatus sum. Vel nouissimus angelus cœli melior est quouis homine.

† Luc. 7. f.

d *In regno.* Regnum cœlorum duobus modis accipitur: Aut supernum in quo nondum sumus: Aut præsens ecclesia in qua adhuc viuimus, & iam quodam modo regnamus.

† Leui. 16. d

a ¶ Vbi aliquid venentur. b ¶ Qui me non tantum venturum prædixit, sed etiam dicito demonstrauit. ¶ Ponit quod erat.

dómibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? 1

a Etiam dico vobis, & † plusquàm prophetam. Hic est enim 2

¶ In Malachia. ¶ Verba patris ad filium. a ¶ Nuncium.

de quo scriptum est, † Ecce ego mitto angelum meum ante 3

a ¶ Manifestationem tuam. b ¶ Peruia reddet tibi corda auditorum pœnitentiam prædicando, baptizando. c ¶ Vt summam virtutum eius comprehendam. 4

faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te. Amen di- 5 6

a ¶ Non virginis. b ¶ Et si æqualis.

b co vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne

c a ¶ Tempore. b ¶ In cordibus Apostolorum. c ¶ Dignitate.

d baptista. † Qui autem minor est in regno cœlorum, maior 7

a ¶ Alia commendatio Ioannis. b ¶ Quantum dicetur nunc, id est semper. 8

est illo. A diebus autem Ioannis baptistæ vsque nunc, 9

a ¶ Quibus non erat promissum.

regnum cœlorum vim patitur, & violenti † rapiunt il- 10

a ¶ Præcedentes. ¶ Vbi Christi tempus ostenditur, quem Iohannes ostendit.

e lud. † Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Iohannem pro- 11

a ¶ Vel prædicauerunt. b ¶ Hoc esse mysticum, & indigere intelligentia ostendit, cum subdit. Qui habet.

f phetauerunt, & si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus 12

supra. 10. a. e *A diebus Io.* Apostolos dominus ad oues quæ perierunt domus Israel ire iusserat, vt ad regnum reducerentur. Sed hæc prædicatio ad profectum publicanorum & peccatorum versa est qui crediderunt. Cæterùm Ioanni à plebe non creditur, Christi opera non autorizantur, quia crux est scandalo. Iam prophetia cessat iam lex expletur, Christus alijs prædicatur, & ab alijs recipitur. Sui respuunt, inimici accipiunt. Itaque regnum cœlorum vim patitur, quia gloria Israel patribus debita, à prophetis nunciata, à Christo oblata, fide gentium occupatur & rapitur. Vel à diebus Ioannis, qui præsentiam prædicauit, qua peccator reuiuiscit: & non ante, quia lex pœnam intulit & non per pœnitentiam

nitentiam viuificauit. Patria cœlestis vim patitur dum peccator ad eam quasi in alienum locum intrat per pœnitentiam. Grandi violentia est in terra nasci & cœlum capere, & habere per virtutem quod non possumus per naturam.

✣ AMBROSIVS. Regnum cœlorum non nisi Christus qui regnat in cœlis. Cogi autem verbum tunc solet dici, cum res aliqua rarior assidua operatione densatur. Ex quo ergo Ioannes Christi annunciauit aduentum, ex eo regnum cœlorum quod priùs fluidú & remissum apud Iudæos iacebat, credentium populorum cœpit assiduitate densari. Vim autem facimus Domino, non compellendo, sed flendo: non prouocando iniuriis, sed lacrymis exorando. Aggredimur in itinere Dominum, & more latronum suis eum spoliare nitimur. Cupimus illi auferre regnum, thesauros & vitam, sed ille tam diues & largus est, vt non abigat, non resistat. Aggredimur illum non ferro, non fuste, non saxo, sed mansuetudine, bonis operibus, castitate. Hæc sunt arma fidei nostræ.

Sermon. 15

† diripiunt.

e *Omnes enim.* Non quod post Ioannem non fuerint aliqui, vt Agabus, sed quia quidquid prophetauerunt, de domino vaticinati sunt. *Omne enim.* quia quidquid illi dixerunt, de venturo locuti sunt, hic verò venientem ostendit.

f *Et si vultis recipere, ipse.* Vt minùs excusabiles sitis, quia eum non recepistis. Ipse est Elias in virtute, non in persona, par in vitæ seueritate, mentis rigore præcedens Christi primum aduentum, vt ille secundum.

Act. 11. d. Mar. 1. a.

a *Qui autem*

NICOLAVS DE LIRA.

vt cum ipsis commorantes delitiis vtantur: sed homines veritatis talia aspernantur, vt narrat Valerius Max. lib. 4. quod quidã Diogeni olera lauanti: Si tu Dionysio adulari velles, ista non ederes. *Cui respondit:* si tu ista edere velles, Dionysio adulari nolles. *Et sequitur:* Hic veridicus veritatis annunciator malens oleribus sustentari, quàm magnatibus adulari. *Tertiò commendat eum Saluator à claritate noticiæ, cum dicit:*

1 Prophe. *Dicitur enim* 1. *Reg.* 9. *b.* Qui enim dicitur hodie propheta, olim appellabatur videns: *quia propheta videbant ea quæ aliis erant occulta: sed non solùm Ioannes propheta fuit, sed etiam plus quàm propheta, quia non solùm Christum prauidit venturum & prædixit sicut alij prophetæ, sed etiam ipsum digito ostendit. Quartò commendat eum ab auctoritate doctrinæ.*

2 Hic est. *Mala.* 3.

3 Ecce ego mit. *Ioannem qui duxit vitam angelicam.*

4 Ante fa. *Id est, ante Christum, quia filius dicitur figura Dei Patris & per consequens facies eius.*

5 Qui præ. *Id est, corda audientium ad recipiendum Christum per prædicationem suam, & baptismaſuum: & vt comprehendat summam commendationem Ioannis, subdit,*

6 Amen di. vo. *Non negat quin æqualis surrexit inter natos mulierum. Christus enim maior fuit, sed non propriè dicitur filius mulieris sed Virginis, quia mulier de communi cursu accipitur pro fœmina corrupta.*

7 Qui autem

7 Qui autem mi. *Id est, in beatitudine.*

8 Maior est il. *Quia quilibet beatus quantumcunque minimus, maior est actu quam quicunque viator purus; licet aliquis viator sit maior in potentia aliquo beato. Et quia dixerat, quod Ioannes erat plus quam propheta, ideo consequenter declarat hoc dicens.*

9 A diebus. *Quia Ioannes incœpit prædicare consecutionem regni cœlestis per pœnitentiam, quod ante esse non poterat.*

10 Et vio. ra. il. *Non enim potest homo natus in terra rapere cœlum nisi sibi faciat violentiam coercendo à delectabilibus proprium appetitum.*

11 Omnes enim. *Quia in lege & prophetis veritas de Christo erat sub figuris & ænigmatibus tradita: sed à Iohanne est manifestè ostensa dicente:* Ecce agnus Dei, &c.

12 Et si *Non in persona sed in spiritu, quia fuit similis Eliæ: & hoc in tribus. Primò in austeritate pœnitentiæ, quia de Elia scribitur.* 4. *Reg.* 1 quod erat vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. *Dicitur autè ibi pilosus propter hoc quod habebat vestem hirsutam & asperam. Similiter de Ioanne dictum est supr.* 4. quod habebat vestimentum de pilis camelorum. *Secundo, in soliditate constantia. De Elia enim scribitur, quod ipse* constanter arguebat regem Achab 3. *Reg.* 22. *& Ochoziam regem.* 4. *Reg.* 1. *Similiter Ioannes constanter arguebat Herodem. Mar.* 6. *Tertiò in autoritate doctrinæ, quia sicut Elias venturus est per prædicationem suam, denuncians Christi aduentum secundum, ita Ioannes præuenit primũ, vt dictum est suprà* 3. *cap. & hoc notatur cum subditur.*

1 Qui ha. au.

MORALITER.

9 *A diebus.* Per regnum cœlorum potest intelligi militans ecclesia, quæ non est ipsi patietes, sed fideles quorum multi valde passi sunt martyrium per violentiam tyrannorum, & sic rapuerunt regnum cœlorum.

11 *Omnes enim. pro. &c.* Per legem & prophetas significantur doctores ve. Te. per Ioannem verò doctores noui: propter quod

a *Cui au.* Laudato Ioanne transit ad increpandum illos, qui nec prædicatione Ioannis moti sunt: vel ipsius Christi prædicationem despiciunt. Ioannes talis ac tantus vt dixi, & adeò dignus, vt ei debeat credi: sed vos cui estis assimilandi qui noluistis credere ei?

b *Simi. est pu.* Pueri doctores sunt humiles spiritu. Horum, synagoga vel ipsa Ierusalem, vbi iura præceptorum Dei recondebantur. Coæquales contribules quos solebant exprobrare, quod ad laudes Dei non assurrexerūt corde deuoto, membrorum agilitate, quod notat saltus. Nec per lamenta prophetarū pro excidiis iam factis vel faciendis ad pœnitentiam conuersi sunt.

c *Cecinimus vobis.* Vt Dauid: Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob, & huiusmodi.

d *Lamentauimus.* vt: *Conuer. ad me in toto corde vestro in ie. & fle. & pl. & huiusmodi.* (Ioel. 2. c.)

e *Venit enim.* Sicut tunc ita & nunc vtranque viam salutis respuitis. (Psal. 80. a.)

respuitis. Lamentauimus ad Ioannem, cecinimus ad Christum. Hæc est summa. Generatio ista nec plorat cum Ioanne plorante, neque gaudet cum Christo gaudente. Nec mirum si duplicem viam salutis contemnunt, cum & ieiunium & saturitatem petitur spernunt, si ieiunium placet, cur Ioannes displicet? si saturitas, cur filius hominis?

a ¶ Cordis. ¶ b Quod dixi mysticè intelligat.

a † est. Qui habet aures audiendi audiat. [1] † Cui autem similem æstima-

a ¶ Tot monita salutis audientem & non obedientem. b ¶ Iudaicam. c Huic toti negotio. ¶ Sicut Dauid & Ieremiæ. d ¶ Ierusalem. ¶ Quantum ad monitores. ¶ Vbi lex & iura promuntur.

b bo generationem istam? [2] Similis est pueris sedentibus in foro, [3][4]

¶ Quantum ad monitos.

c qui clamantes † coæqualibus dicunt: Cecinimus vobis, & non sal- [5]

a ¶ Non assurrexistis operando. b ¶ Pœnitentiæ lachrymas necessarias vobis prædiximus & non acquieuistis, nec adhuc acquiescitis. c ¶ Exponit prædictam similitudinem. ¶ Per compassionem.

tastis: † lamentauimus, * & non planxistis. [6] † Venit enim Ioan- [7][8]

a ¶ Exemplo abstinentiæ suæ pœnitentiam vobis indicens, & noluistis humiliari cum eo.

d e nes, neque manducans neque bibens, & dicunt dæmonium [9][10]

a ¶ Cibo & potu lætitiam futuri regni præsignans, & noluistis cum illo gaudere, sed calumniati estis.

habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: [11][12] ecce homo † vorax & potator vini, Publicanorum & pec- [13][14]

a ¶ Quidquid me putetis, ego tamen Dei virtus & Dei sapientia iustè facere intelligor ab apostolis. b ¶ Quibus pater reuelauit quæ prudentibus abscondit.

f catorum amicus. [15] † Et iustificata est sapientia à filiis suis. [16]

(Margin: † etiat. — † sodalibus — † lugubria cecinimus. — † vobis. — † edax. — † Luce. 7. c.)

* IVNILIVS AFRICANVS. Ideò dictum est, non manducans & non bibens, quia illo victu quo Iudæi vtebantur, non vtebatur. (lib. 1. contra positorum interrogatione. 17.) († Luc. 7. c.)

f *Et iustificata est sapientia, &c.* Ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperantiam non se corrumpendi per abundantiam. Non est regnum Dei esca & potus: quorum non vsus sed concupiscentia reprehenditur, in quibusdam libris habetur, Iustificata est sapientia ab operibus suis, quia sapientia non quærit vocis testimonium, sed operum. († 35. di. ca. sexto die.) (Rom. 14. c.)

Tunc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui ha. au. *Ad denunciandum, quod illud quod immediatè præponitur, mysticè est intelligendum.*

2 Cui autem. *Hic consequenter exprimitur condemnatio obstinatorum, & primò in generali respectu Iudæorum communiter, secundò in speciali respectu aliquorum, quibus specialia beneficia contulerat, ibi:* Tunc cœpit exprobrare. *Ad euidentiam primi aduertendum quod multum valde facit ad virtutem, quod aliqui à pueritia sua sint consueti operibus virtuosis: & ideò expedit quod pueri exerceantur in ludis honestis & inducentibus ad virtutem & trahentibus à vitiis: propter quod pueri Hebræorum habebant talem ludum. Diuidebantur enim in medio ciuitatis in duas partes æquales, & illi qui erant ex vna parte canebant carmen lætitiæ, & alij ex opposita carmen lugubre: postea exprobrabant sibi mutuo: Et exultantes dicebant aliis quare sibi non congaudebant & è conuerso aliis, scilicet, lamentantes quare sibi non compatiebantur: & hoc fiebat ad exprimendum vanam lætitiam & defectum compassionis & amicitiæ ad inuicem in hoc mundo. Et hoc modo sicut videmus frequenter quod in eadem ciuitate immò & in eodem vico etiam in domo aliqui lætantur, & aliqui ex opposito tristantur. Hoc simile erat de Iudæis quantum ad hoc: quia viderant austeritatem Ioannis, nec per hoc fuerant moti ad pœnitentiam: & postea dulcedinem & mansuetudinem Christi, qui dulcedinem misericordiæ eis prædicauit, & cum eis dulciter & mansuetè conuersatus est, nec graues pœnas imposuit pœnitentibus, sed dixit:* Vade & noli amplius peccare. *& tamen per hoc non fuerunt moti ad deuotionis dulcedinem & pietatis sed magis remanserunt obstinati in peccatis, scilicet, vtriusque vitam in malum interpretando, & hoc est quod dicitur:* Cui autem similem æstimabo generationem, &c. *de qua scribitur in cap. seq. Generatio mala & adultera signum quærit.* (Io. 8. b.)

3 Similis est, &c. *Non quantum ad eorum innocentiam: sed quantum ad ludi eorum interpretationem.*

4 Qui clamantes. *Quia pueri in partes æquales diuisi sibi dicebant mutuo ea quæ sequuntur.*

5 Ceci. vo. *Et patet ex prædictis.*

Venit

6 Venit enim Ioannes, &c. *Hic applicat similitudinem ad propositum.*

7 Neque manducans neque bib. *Id est, in abstinentia maxima viuens, ille enim qui parum comedit, dicit non comedere secundum communem modum loquendi, sicut qui malè videt, dicitur non videns.*

8 Et dicunt. *Iudæi, scilicet.*

9 Dæmonium habet. *Austeritatem Ioannis dæmoni attribuendo, dæmoniaci enim possunt multa agere & pati quæ non possunt alij.*

10 Venit filius hominis. *Id est Christus.*

11 Manducans & bibens. *Id est, communem vitam inter homines ducens. Hoc enim debebat facere, quia erat mediator Dei & hominū: & ideo talem vitam debuit communiter ducere, vt communiter viuentes & peccatores haberent accessum familiarem ad ipsum.*

12 Et dicunt. *Scilicet Pharisæi malè interpretando.*

13 Ecce homo vorax. *In quo notant eum de excessu in quantitate cibi.*

14 Et pota. vi. *In quo notant eum de ebrietate, quod erat falsum: quia perfectissima vita fuit, vnde vt post baptismum. 40. diebus & noctibus ieiunauit, vt supra visum est.*

15 Publicanorum & peccatorum amicus. *Hoc accipiebant ex hoc quod videbant eum cum eis comedentem & bibentem, vt suprà dictum est cap. 9. hoc tamen non erat, vt eorum vitia amaret, sed magis vt sanaret, vt ibidem dicitur.*

16 Et iustificata, &c. *Hoc dupliciter exponitur. Vno modo referendo ad Apostolos & est sensus: licet Christus qui est sapientia Dei patris sit prædicto modo à Pharisæis reprobatus, tamen iustificatus est, id est, cognitus iustus à filiis suis, hoc est à discipulis, qui sunt filij Christi per adoptionem, secundùm quod dicitur Ioan. 1. a. Quotquot autem recep. eum, &c.*

Aliter exponitur, referendo ad pueros Iudæorum prædicto modo ludentes, & tunc sensus est: Et iustificata est sapientia, scilicet Ioannis Christi.

17 A filiis suis. *Hoc est à filiis Iudæorum, quia declarata est eorum iustitia & sapientia in quantum repræsentabatur per eorum ludum obstinatio patrum suorum, sicut patet ex prædictis.*

Tunc

MORALITER.

quod debent ei assimilari in tribus prædictis, scilicet, mentis constantia, austera vita, & sana doctrina.

2 *Cui autem si &c.* Sequitur.

5 *Ceci vob. &c.* Illi verò non saltant ad cantum qui audientes prædicationem de gaudiis cœlestibus, non eleuantur ad ipsa per deuotionis affectum, & illi non plangunt ad lamentationem

nem qui prædicationem audiunt de punitione peccatorum & non mouentur ad aliquam contritionem.

6 *Venit enim, &c.* Abstinentia Ioannis fuit aliis exemplum pœnitentiæ. Manducatio verò Christi fuit aliis exemplum condescensionis & misericordiæ, per illos igitur qui vtrunque in malum interpretabantur, significantur detractores, bonos actus aliorum nequiter deprauantes.

Tunc

A a *Tunc.* Qui hactenus Iudæos communiter increpauit, nunc nominatim ciuitates exprimit, quæ frequenter audita doctrina & visis tot signis credere noluerunt, quibus non optat mala, sed prędicit ventura.

supr. 4. d. b *Væ tibi.* Supra vbi legitur, quia circumibat Iesus ciuitates & omnes vicos, curans omnem languorem: intelligendum est inter alias etiam in Corozaim & Bethsaida dominum fecisse virtutes. Corozaim interpretatur, mysterium meū: Bethsaida domus fructuum vel venatorum.

✠ THEOPHYL. Vt intelligas eos qui non crediderunt, non à natura, sed à voluntate malos esse, meminit Bethsaidæ, ex qua Andreas & Petrus & Philippus, & filij Zebedæi fuerunt, atque ita non naturæ, sed volūtatis malitia, fuit. Nam si naturæ, fuissent & illi mali.

† quæ es vsque ad cœlū exaltata vsque in

B

† 1. q. cap. nonne.

Act. 21. a. c *Si in Ty.* Hoc impletum modo videmus, quia Corozain & Bethsaida præsente domino credere noluerunt. Tyrus & Sidon postea prędicātibus apostolis crediderunt: adeò deuoti, vt Paulum Tyro abeuntem omnes cum vxoribus & liberis vsque ad naues prosequerentur. Cur ergo non crediturıs prædicauit, credituros euitauit: ipse scit cuius viç sunt misericordia & veritas. Proposuit tamen fines Iudeæ non excedere, ne iustam Pharisæis & sacerdotibus persequutionis occasionem daret. Et erant tunc qui in Corozaim essent vocandi: nec tamen de contemptu grauius puniendi.

Gratias ago.

Psal. 24. b.

Tyrus, angustia. Sidon, venatio.

C d *Et tu Capharnaum.* Non solum Corozaim & Bethsaidæ væ erit, sed & tibi Capharnaum: quia.

a Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus in quibus factę sunt plu- [1] b rimæ virtutes eius: quia non egissent pœnitentiam. † Væ tibi [2] c Corozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyrō & Sidone factæ [3] essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in † ciliciō & ci- [4] nere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro [5] d & Sidoni rēmissius erit in die iudicij quam vobis. Et tu Ca- [6] e pharnaum, † nunquid vsque in cœlum exaltaberis? Vsque in infernum descēndes: Quia si in Sodomis factæ fuissent virtu- [7] [8] tes, quæ factæ sunt in te, fōrte mānsissent vsque in hanc diem. † Verumtamen dico vobis, quia terræ Sodomorum rēmis- [9] f sius erit in die iudicij, quàm tibi. In illo tempore respondens [10] g Iesus dixit: † Confiteōr tibi pāter dominē cœli & terræ, quia [11] [12] h i abscondisti hæc à sapiēntibus & prudentibus, & reuela- [13] [14] k sti ea paruulis. Ita pater, quoniam sic fuit † placitum ante [15]

Interlinear: a Quæ quondam mysterium Dei tenuisti. spirituales venatores missi sunt. b Quæ fructum gignere debuisti, ad quam c In ciuitatibus gentium, quas diabolus venatur in angustia tentationum comprehendit. a Pro memoria pungentis peccati. a Pro mortis consideratione. b Sed neque facta sunt in eis, neque pœnituerunt, & tamen. a Sicut minor fuit culpa eius quæ nuncios veritatis non habuit quam eius quæ refutauit, ita minor pœna. b Quæ simili culpæ subiaces. a Ideo maioribus supplicijs punieris, quia credere noluisti visis virtutibus. a Certè. b Non contigisset eis subuersio, vbi fuisset correctio. a Quia minor culpa. Cum exprobrasset Iudæis. a Gratias ago, in te exulto. b Mi. c Non pater. a Sacramentum mei aduentus. b Scribis & Pharisæis qui sibi sapere videntur. Et hoc per me. Humilibus spiritu. a Vt humilis redeat, qui superbiendo recessit.

D e *Nunquid vsque in cœlum exaltaberis?* Nonne tu es quæ famā hospitij mei, & signorum in te factorum famosa efficeris. & contra prædicationem meam superbissimè restitisti? Capharnaum interpretatur villa pulcherrima, in qua condemnatur perfida Ierusalem, cui dicitur: *Iustificata est Sodoma soror tua ex te.* id est, ex tui comparatione cū illā, quę non est exemplo Loth correcta, tu filij Dei verbis, & miraculis semper *extitisti* ingrata.

Ezec. 16. f.

† Luc. 10. c.

f *Respondens Iesus.* Respondēs tacitæ obiectioni, quasi quæreretur. quæ ratio quod Iudaicus populus Dei cultor, Dei Filium in carne venientem tam obstinatus reiecit, quem gentilitas tam prona recepit?

† facco.

E g *Domine cœli & terræ.* Qui facis cœlos, & relinquis in terrenitate quos vis, vel ad literam.

h *Paruulis.* Sapientibus & prudentibus, non opponit insipientes & hebetes, sed paruulos, vt probet se tumorem damnare, non acumen.

i *Ita pater.* Blandientis affectu loquitur vt inceptum in apostolis beneficium compleatur. Hīc exemplum humilitatis accipimus, ne temerè discutere præsumamus superna consilia de vocatione horum, & repulsione illorum, cum enim vtrumque attulisset, non mox rationem reddidit, sed sic Deo placitum dixit, ostendens quia iniustum esse non potest quod iusto placet. In omnibus ergo quæ exterius disponuntur, apertæ causa rationis est, occultæ iusticia voluntatis.

† bona voluntas.

F k *Quoniam sic fuit placitum ante te.* Ne quis iterum quęrat, cur humiles eligat, sapientes reprobet.

Nunquid   *Omnia*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc cœ. expro. *His in speciali ostendit Christus condemnationem aliquorum propter eorum ingratitudinem, quia illis prædicauerat Christus frequenter, & inter eos miracula fecerat: & licet eius prædicationem primo recepissent deuotè, tamen postea ad vomitum reuersi, in infidelitate remanserunt, sicut prædictum fuerat per Isa. 9.* Primo tempore alleuiata est terra &c. *sicut expositum est ca. 4. & hoc est quod* dicit. Tunc cœpit ex. &c.

2 Væ tibi, *ista erat vna de ciuitatibus, in quibus prædicta fecerat.*

3 Væ tibi Bethsaida. *de ista ciuitate erat Petrus & Andreas.*

4 Quia si in Tyro & Sidone factæ. *quod patet, quia receperunt prædicationes Apostolorum & deuotè crediderūt, vt patet Act. 21. b. vbi Paulum conduxerunt vsque ad nauem ex deuotione, Per hoc tamen, non intelligitur aliqua variabilitas in diuina prædestinatione, sed tantum in hominum voluntate.*

5 Verumtamen dico. &c. *Quia grauius est auditam fidem repellere quam mori in gentilitate. Illi autem erant gentiles, qui habitabant in Tyro & Sidone.*

6 Et tu, *hoc dicit improperando, quia per prædicationem Christi & miracula debuisset exaltari ad diuina sed quia propter peccatū ingratitudinis sēper peiora prioribus inferūtur; ideo sequitur:* Vsque in infer.

7 Quia si in So. *qui tū fuerūt homines pessimi: vt habetur Genes. 13.*

8 Factę. *quia fecissent pœnitentiam sicut Niniuita ad prædicationem Ionæ. Dicit autem* forte, *non ad notandum dubitationem ex parte sua sed ad denotandum mutabilitatem liberi arbitrij ex parte hominis.*

9 Verumtamen di. *quia repugnatio veritatis agnitæ qua fuit in istis, qua veritatem Dei cognitam per prædicationem Christi postea impugnauerunt, cum sit species peccati in spiritū sanctum, grauius est peccatū quam sit vicium luxuriæ contra naturam quo erāt infecti isti Sodomitę.*

10 In il. tem. *Hīc consequenter ponitur deuotorum commendatio. Et circa deuotionem primo ponitur principium motiuum, secundo ipsum medium ibi:* Omnia mi. tra. funt. *Circa primum aduertendum quod posset ab aliquo quæri, quæ fuit causa quod Iudæi literati & in populo famosi pro maiori parte in infidelitate remanserunt, simplices autem & illiterati ad fidem vocati sunt. Huic quæstioni tacitè respondet Christus per modum diuinæ laudis, dicens.*

11 Confi. t. *id est, ad gloriam tuam declaro.*

12 Quia abscon. *hæc i. mysteria fidei.*

13 A sa. &. pru. *i, in sapientia humana confidentibus, & isti sunt sapientes in oculis suis tantum, sed non simpliciter.*

14 Et re. ea par. *id est humilibus. & sic patet quod eam à parte credentium fuit eorum humilitas: quæ ad sapientiam disponit, vt dicitur* Prou. 11. a. Vbi humilitas, ibi sapientia. *Ex parte autem non credentium fuit eorum superbia, quæ est intellectus excęcatiua, sed ex parte Dei causa fuit simplex voluntas diuina & hoc est quod subdit.*

15 Quoniam sic. *quod enim aliqui sint electi, & aliqui reprobati, bene* potest

MORALITER.

1 *Tunc exprobrare, &c.* Per istas ciuitates, in quibus Christus frequenter prædicauerat & miracula fecerat, significantur illi qui frequenter audiunt Dei verbum, & vidēt exempla virtutum, & tamen in peccatis suis obdurantur, propter quod cæteris paribus aliis grauius punientur.

10 *In illo tempore. &c.* sequitur.

13 *Et reuelasti, &c.* Magnus honor ex hoc est humilibus veris, quia sunt de secreto consilio summi Regis, & quoniam humilibus omnia patienter sustinentibus frequenter imponuntur grauia: ideo indigent recreatione diuina: propter quod subditur: *Venite ad me, &c.*

10 *In illo*

¶ Coomnipotens. ¶ Consubstantialis patri. ¶ Hoc naturæ.

a te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit fi- 1

b ¶ Non quod solus. ¶ Hoc naturæ. 2

c lium nisi pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui fi- 3

¶ Hoc gratiæ. a ¶ Et quia per me habetis accessum ad patrem. ¶ Credendo obediendo. 4 ¶ Quasi victi. 5

lius voluerit reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & 6

a ¶ Peccatis, vel iugo legis. b ¶ Interius, non tantum exonerabo. 7

d onerati estis, & ego † reficiam vos. Tollite iugum meum 8

a ¶ In fide combinatos. ¶ Quia nullum lædo. ¶ Moribus. b ¶ Quia nullum despicio. ¶ Mente. 9

e super vos, & † discite à me, quia mitis sum, & humilis 10

a ¶ Non ficte. s. b ¶ Hic spe, & postea re. c ¶ Euangelium. 11

f corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum 12

[illegible] *Omnia mi. &c.* Tradentem patrem, accipientem filium, mysticè intellige. Alioquin si iuxta fragilitatem nostram accipis, cum cœperit habere qui accepit, incipiet non habere qui dedit per omnia coomnipotentem nota, per tradita, filium, cui per naturam omnia pro vnius substantiæ iure sunt propria, non data per gratiam. Tradita autem omnia non cœlum & terra & cætera quæ fecit: sed hi qui per filium accessum habent ad patrem, & ante rebelles, dominum postea sentire cœperunt. Tradita autem non alia sunt quàm quæ in filio soli nota sunt patri. Nota verò filio soli esse quæ patri sunt, atque ita in hoc mutuæ cognitionis secreto intelligitur, non aliud in filio quàm quod in patre agnoscibile sit extitisse.

† recreabo. † refocillabo [illegible] quia scit.

B

b *Et ne. no. fi. &c.* Seipsum reuelare. Et nemo nouit patrem nisi filius, & cui patrem voluit reuelare. Ad vtrumque enim illud subditum refertur. Verbo enim suo pater se declarat. Et verbum seipsum declarat, quia mentis nostræ lumen est.

✻ Hilarivs. Non enim nisi per mutuam testificationem cognosci, vel per patrem filius vel per filium pater potuit. Vox è cœlis est, sermo etiam filij est. Tam ignorabilis est filius quàm & pater. Omnia enim ei tradita sunt, & in omnibus nihil intelligitur exceptum. Sic potestas exæquata est, sic secretum cognitionis æquale est, si natura in nominibus est: quæro quomodo quod vocantur non sunt, quorum & vis in potestate, & difficultas in cognitione non differt.

C

c *Nisi filius, & cui filius voluerit.* Mutua cognitio, quæ est æqualitate naturæ. Illa autem tantilla quæ in nobis est, dignatione reuelantis est.

✻ Chrysostomvs. Reuelat filius non quantum cognoscit, sed quantum nos recipere possumus. Hoc enim si Paulus fecit, quanto magis Christus. Ille quippe ad suos discipulos scribens, sic ait, *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus.*

hom. 5. de incomprehensibili natura Dei.

libus.

D

d *Tollite iugum &c.* Iugum Christi, euangelium est, quod Iudæos & gentes in vna fide coniungit, *Tollite super vos.* Id est, in honore habete: non subtus, vt contemnatis. Qui laboratis, difficultate legis, & onerati peccatis, scilicet, reficiam, si iugum tollitis, id est, præcepta mea. Et quid iugo eius suauius? quid onere leuius? probabilem fieri, abstinere à malo, bonum velle, amare omnes, æterna sequi, præsentibus non capi, nolle alij facere quod pati non vis.

✻ Theophylactvs. Iudæos facientes traditiones legis & in opere mandatorum legis fatigatos: Gentiles quoque onere peccatorum oppressos, quiescere facit Christus. Duorum nimirum laborantium & oneratorum nomine, Iudæi & gentiles intelliguntur.

E

e *Dis. à me:* Docente verbo & exemplo, vt sitis humiles mentibus, mites moribus. Humiles, vt neminem contemnant. Mites vt nullum lædant. Corde, vt idem extra in opere sit & in corde, ne lateat serpens in specie columbæ.

✻ Athanasivs. Mansuetudinem igitur de se docuit dicens, *discite à me &c.* non quidem vt coæquemur illi, cùm hoc sit impossibile: sed vt in eum respicientes, mansueti perseueremus in omni tempore: sicut cum nos firmo & indissolubili inuicem affectu conciliaret, ex se mutuatus est exemplum, & dixit, *vt sint vnum quemadmodum & nos.*

Sermone 4. contra Arianos.

F

f *Iugum enim meum.* Quomodo euangelium lege leuius est, cum ibi opera, hic & concupiscentia damnatur? Sed in lege multa iubentur, quæ apostolus impleri non posse dicit: hîc voluntas quæritur quæ in arbitrio nostro est, & quæ sola sufficere potest & præmium habere. Item quomodo iugum Christi suaue, cum supra dicitur: *Arcta via est quæ ducit ad vitam?* Sed angusta, quia non nisi angusto initio incipitur, processu verò temporis ineffabili dilectionis dulcedine dilatatur.

☞ *Onus*

NICOLAVS DE LIRA.

potest assignari causa in generali etiam ex parte Dei, vt in electis appareat Dei misericordia, in aliis autem eius iustitia, quia sicut ad gloriam regis terreni & decorem sui regni non solum pertinet aula in qua strenui milites honorantur, sed etiam patibulum in quo malefactores puniuntur, sic ad gloriam Dei non solum pertinet præmiatio beatorum, sed etiam punitio reproborum. In speciali tamen non potest assignari ratio ex parte Dei, quare istum eligat & illum dimittat, nisi eius simplex voluntas, vnde dicit Aug. sup. Io. Quare illum trahat, illum autem dimittat, noli velle diiudicare, si non vis errare.

1 Omnia mihi tradita sunt à patre meo. *Hîc ponitur prædictæ vocationis medium. Christus enim mediator est Dei & hominum. Debitus est autem processus, vt ab extremo in extremum procedatur per medium, & ideo omnis processus gratiæ deriuatur ad nos per Christum, & hoc est quod dicit:* Omnia mihi tradita. *Quod verum est in Christo: quia secundum naturam diuinam habet esse a patre, & per consequens posse, licet habeat idem esse numero & posse cum ipso, & sic omnia sunt sibi tradita à patre ab æterno secundum autem naturam humanam omnia tradita sunt in potestate Christi & domini à Deo patre. Sed hoc intelligendum est dupliciter. Vno modo quantum ad authoritatem, & sic omnia creata sunt sibi subdita ab instanti conceptionis: quia eo ipso quod natura humana verbo est vnita, omnia creata sunt subiecta sibi. Alio modo quantum ad effectum. & sic in iudicio omnia erunt subiecta pedibus eius, quia tunc eius voluntas perfecte implebitur in omnibus, vt habetur ad Heb. 10. Et quia secundum diuinam naturam idem est cum patre, ideo subditur.*

2 Et nemo no. filium. *Eodem modo: non tamen per hoc excluditur spiritussanctus, quia dictio exclusiua addita vni personæ in diuinis respectu termini essentialis, non excludit aliam, sed potius includit: quia licet alia sit persona patris, alia filij & alia spiritussancti, tamen istæ tres personæ sunt vnus Deus, ita quod nec in diuinitate, nec in essentialibus habent alietatem aliquam, dictio autem exclusiua solum excludit quod alietatem importat. Noticia autem absolutè sumpta, essentialiter accipitur, ideo communis est tribus, & ideo cum dicitur, quod nemo no. fi. ni. pater, &c. per hanc dictionem exclusiuam, nisi, ab hac noticia non excluditur spiritussanctus, sed magis includitur, vt dictum est. Sciendum etiam quod hæc dictio nemo, non accipitur propriè, id est, nullus homo, quod patet per hoc quod ab ista vniuersali negatiua excipitur pater per dictionem exclusiuam, cum subditur:*

3 Nisi pater: neque patrem. *Qui tamen pater non est homo, solus enim filius in diuinis est homo: & ideo dicendum quod nemo, ibi accipitur magis largè, id est, nullum suppositum naturæ intellectualis & sic bene excipitur pater, qui licet non sit homo, est tamen naturæ intellectualis, & tamen ipse cognoscit filium perfecte. Et quia Christus est mediator Dei & homo, ideo noticia diuinorum ad nos deriuatur per ipsum, propter quod subditur:*

4 Et cui filius voluerit. *Non quia isti quibus fit reuelatio mediante filio habeant noticiam comprehensionis sicut filius, quia hoc est impossibile creaturæ, illud enim quod comprehenditur, totaliter & perfecte cognoscitur: & quia dictum est, Dei filius est* mediator Dei & hominum, *ideo consequenter ostendit quod familiariter & securè possumus accedere ad ipsum, dicens:*

5 Venite ad &c. *Sub onere legis quod onus fuit importabile patribus antiquis, vt habetur Act. 15.*

6 Et ego re. vos. *In præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam.*

7 Tollite. *Voluntariè scilicet.*

8 Iugum meum su. *Id est, legem euangelicam: quæ dicitur iugum à iungo. gis, quia lex euangelica est lex amoris, & per consequens iungit fideles adinuicem, Iudæos & Gentiles, quia amor est vis vnitiua secundum Diony. consequenter ostendit qualiter nutriatur amor iste dicens.*

9 Discite à me. *Nullum lædendo.*

10 Et humilis corde. *Neminem contemnendo. Istis autem duobus maximè nutritur dilectio. Præmium autem amoris subiungit, cum dicit:*

11 Et inuenietis requiem animabus vestris. *Quia secundum quod dicit August. lib. confes.* inquietum est cor meum, donec requiescat in te. *Quæ quidem quies hic inchoatur, sed in patria perficietur, vbi charitas consummatur. Et ne ex iugo legis euangelicæ aliqui terreantur, ideò subditur.*

12 Iugum enim &c. *Quia secundum quod dicitur. Io. 5. a.* Mandata eius grauia non sunt, *quod exponens Aug. dicit, scilicet, amanti.*

ADDITIO:

a Onus me. Quia illud momentaneum nostræ tribulationis æternum pondus gloriæ operatur in cœlis. 1. Cor. 4. + commodũ vel blandum sup. 7. b.

a ¶ Non detractantibus, sed dilatato corde currentibus. b ¶ Disciplina.

enim meum + suaue est, & onus meum leue.

✠ THEOPHYLACTVS. Dicuntur omnia mandata Christi iugum leue, quoniam propter futuram retributionem leuia, tametsi ad breue tempus grauia videantur.

ADDITIO.

In ca. 11. *Vbi dicitur in postilla. Et ideo aliter dicendum, quod Ioannes non dubitauit de prædictis.*

Hæc ratio postillatoris non videtur consona literæ sequenti cum dicit: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis &c. *Si enim Ioannes non proponebat hanc quæstionem propter se, sed tantum propter discipulos, cum hoc non latebat Christum, qui cogitationes hominum perfecte cognoscebat, superfluum & impertinens videtur dicere.* Renunciate Ioanni: *Ioannes enim de hoc certus erat sed potius debuisset dicere:* Attendite quia audistis & vidistis: *dirigendo verba sua discipulis qui hoc indigebant, vt dicit postillator, non autem Ioannes. Sed meliori iudicio semper saluo ad hanc admirationem tollendam aliter posset dici. Pro cuius declaratione attendendum, quod non est inconueniens, vt quis sciens aliquam veritatem certitudinaliter per vnum modum, vlterius proficiat sciendo eandem veritatem per alium modum, licet secundus modus sciendi non sit ita perfectus sicut primus. Quod patet ex hoc: nam Christus qui non solum secundum scientiam increatam* B *sed etiam secundum scientiam infusam omnia cognouit, vt communiter tenetur: secundum tamen scientiam acquisitam, scilicet, experimentalem legitur profecisse. Luc. 2. g.* Iesus proficiebat scientia & ætate &c. *Similiter dicendum est, quod licet Ioannes certitudinaliter cognouisset Christum per diuinam reuelationem, & per spiritum sanctum sub forma visibili descendentem & huiusmodi: adhuc tamen poterat proficere in ipsius cognitione experimentali, hoc est cum experientiam haberet quod opera ipsius Christi manifeste corresponderent his quæ de eo in propheticis scripturis prænosticata fuerunt, iuxta illud Ioã. 10. a.* Opera quæ ego facio testimonium perhibent de me. *Sed cum qualibet cognitionis perfectio sit appetibilis seu desiderabilis, præsertim cognitio Christi: idcirco Ioannes non dubitando de Christo an esset Christus, sed potius desiderando habere ipsius cognitionem experimentalem ex operibus, quam iam habuerat ex reuelatione diuina, dicebat*: Es tu, an alium expectamus? *Hoc est dicere: desidero te cognoscere esse Christum ex operibus per te factis, sicut te iam cognoui per inspirationem seu diuinam reuelationem. Vnde notanter dicit euangelista:* Cum audisset Ioan. opera Christi &c. *licet enim viderat Christum & ipsum verè cognouerat, vt dictum est, non tamen viderat opera Christi præsertim illa quæ testimonium de ipso perhibebant, scilicet, miracula. Ad quod Christus tanquam sciens cogitationem cordis ipsius Ioannis, propriè respondit:* Renunciate Ioanni: &c. *Vbi attendendum quod non solum dixit, renunciate Ioanni quæ vidistis, licet fortè hoc videretur sufficere: sed dixit, quæ vidistis & audistis ad denotandum, quod ea quæ audiuerant à prophetis per Christum fienda, videbant per ipsum impleta: vnde dicit:* Cæci vident, & clau. amb. &c. *Hæc enim miracula in propria forma leguntur in propheticis vaticiniis: vnde Isa. 35. b. loquens de Christo ait:* Deus veniet, & saluauit nos. *Sequitur:* Tunc aperientur oculi eorum. *Similiter Isa. 61. a.* Ad annunciandum seu euangelizandum pauperibus misit me. *Ex quibus patet, quod Christus in hac responsione* C *satisfaciebat desiderio Ioannis rectè ordinato circa cognitionem Christi, ostendendo quod opera sua miraculosa correspondebant vaticiniis prophetarum, & sic poterat de Christo noticiam experimentalem habere ex operibus, de quo iam habuerat noticiam diuinitus reuelatam.*

REPLI. In ca. 11. *Vbi agitur de quæstione Ioannis baptistæ ad Iesum, de qua postil. dicit: cum quomodo sit dubitabilis propositio, non mouetur in persona Ioannis, qui fuit per diuinam reuelationem & occultam visionem certificatus: sed mouetur in persona discipulorum Ioãnis hæsitantium: sed Burg. dicit taliter dictum non esse consonum literæ, quæ dicit respondendo*, Euntes renunciate Ioanni, *quæ respondet Ioanni, non discipuli eius. Ad quod potest dici dupliciter: Primò quod remisit Christus discipulos ad Ioannem, vt ex relatione discipulorum hæsitantium Ioannes materiam acciperet eos plenius informandi, secundo dici potest, quod Christus tenuit modum curialem: nam directe respondendo ad discipulorum hæsitationem quam nouit, visus fuisset hæsitationem eorum redarguisse, quod curiale non fuisset circa legationem Ioannis facta. Curialitas igitur videtur tam ex parte quærentis quam ex parte respondentis, dum & Ioannes in sua persona incredulitatem discipulorum non detegeret, & Christus sic curialiter quærenti respondit, ne incredulitatem legatoris increpare videretur: cum ad forum* E *Ioannis pertinerent. Modo autem dicendi Burg. quem hic addit multa inconuenientia contingunt. primò quia ponit Ioannem per diuinam reuelationem de Christo & de his quæ de ipso erant scripta, certitudinaliter & sufficienter instructum: & tamen quod Ioannes petiuit amplius instrui, ex secunda enim parte infertur oppositum primæ partis, quia bene sequitur. Ille petit de ea cõclusione perfectius instrui: igitur perfecte nõ fuit instructus: cuius oppositum dicit Burg. addens quod secundus modus sciendi non sit ita perfectus sicut primus: ex quo patet Ioannem plus quæsisse curiosa quam vtilia, sicut logica secundum commentatorem. 2. metaph. non est scientia, sed modus sciendi: qui igitur esset perfecte instructus in Theologia, & post quæreret scire logicam, curiosus veniret indicandus. Secundum inconueniens: quia Burgen. dicit dominum nostrum Iesum Christum profecisse scientia acquisita per experientiam: & hoc videtur dubium: nam si Christus aliquid didicisset per experientiam quod prius vel qualiter prius non nouit, sequitur quod non fuit ab instanti conceptionis suæ omnisciens, quod est contra sanctos doctores & magistrum li. 3. dist. 14. sed 13. di. exponit quomodo intelligitur Christum profecisse, non vt Burgen. vult. Tertium quod Burg. ponit Ioannem Baptistam mouisse sui ex parte quæstionem, vt eum quem sciret esse Christum per diuinam reuelationem & sensibilem ostensionem etiam sciret per miraculorum operationem: videtur absurdum, quia Iudæi non ita plene docti de Christi aduentu cum peterent signa audierunt.* Generatio praua signum quærit, *Matth. 12. & sic Ioannes videtur ad generationem prauam pertinere, eo quod ab infallibili veritate doctus singularia signa & fallibilia quærit secundum Burg. quod absurdum dicere videtur. Confirmatur, quia post medium sciendi infallibile, si verum diceret Burg. Ioannes quæsiuisset medium sciendi valde fallax. scilicet, operationem miraculorum: nam & praui antichristiani dabunt talia media non ad instruendum sed ad fallendum, vt dicit beatus Aug. 2. de ci.* F *Dei, ca. 13. & octogintatrium quæstionum, q. 55. & quam plurima alia quæ contingunt huic singularitati.*

CAP. XII.

+ Mar. 26. Lucæ 6. a.

a IN illo tempore. Narrata prædicatione & miraculis vnius anni ante quæstionem Ioannis factis, transit ad illa quæ facta sunt alio anno scilicet, post mortem Ioannis, quando iam in omnibus Christo contradicitur.

hom 30. in Matth. b *Abiit Iesus per.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Volebat quidem soluere sabbatum, sed non simpliciter: ideoque non sine causa id soluit sed dans occasionem rationabilem, vt & legẽ cessare faciat, & legem non offendat. Et ideo vt Iudæos mitiget, naturæ necessitatem præmittit, & hoc est, quod dicitur: discipuli autem esurientes. ALLEG. Sata, sunt auditores, per quæ discipuli transeunt, cum sollicitè doctores inspiciunt, quomodo vnumquemque attrahere possint, quorum salutem esuriunt. Spicas vellunt, dum singulos homines à terrena intentione retrahunt. Fricant

CAPVT XII.

¶ Iterum datur occasio contradicendi Iudæis.

IN illo tempore. 1 + Abiit Iesus per sata-

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XII.

1 IN illo tempore. Abiit, &c. *Postquam posita est confirmatio dubitantium ca. præceden. vt patet in discipulis Ioannis, hic cõsequenter ponitur confutatio impugnantiũ. s. pharisæorũ. Et diuiditur in quatuor partes, quia aliqui impugnabãt Iesũ Christũ reprehẽdẽdo eius veritatem quasi contra legem agentem, aliqui calũniando eius bonitatẽ opera diuina virtute facta dæmoni attribuẽdo, ibi:* Tũc oblatus est, *alij tentando* Diuisio.

MORALITER.

1 *In illo tempore abiit Iesus per sa. &c.* Per sata potest intelligi gentilium doctrina, in qua sunt multæ spicæ, id est, dicta philosophica habentia grana veritatis, paleis tamen vanitatis & falsitatis admixta. Igitur discipuli cum Christo per sata transeunt quando Christianæ fidei zelo doctrinam philosophicã studẽdo discurrũt, vt ibi reperiant aliqua fidei Christi accommoda. & esurientes spicas vellicant, quãdo veritates ibi cõtentas ab erroneis & friuolis separant: & comedunt quando in vetre memoriæ recondunt, secundũ illud Aug. de doc. Christ. Si in dictis infidelium inueniãtur nostræ fidei accommoda, non solum non sunt abhorrẽda, sed etiam ab ipsis tanquam ab iniustis possessoribus accipienda, & in nostrum vsum vendicanda. Per pharisæos autem factum discipulorum arguentes, significantur aliqui doctores indiscreto zelo quod ignorant reprobantes, sed saluator rationabiliter excusat: nam omne verum à quocunque dicatur à Deo est.

☞ Fricant, dum exemplis virtutum etiam à concupiſcentia carnis mentes exuunt. Grana comedunt, dum emundatos in corpus Eccleſiæ traijciunt. Bene hoc agunt diſcipuli ante dominum, quia neceſſe eſt præcedat ſermo doctoris, & ſic gratia cor illuſtrabit auditoris. Sabbato quia hoc agunt ſpe quietis æternæ, ad quam & alios inuitant.

MORALITER. Item [illegible] ſata cum domino ambulant, qui diuinis imperiis ſtudentes in ſcripturarum meditatione delectantur. Eſuriunt, qui in eis panem vitæ, id eſt, Dei amoré inuenire deſiderant. Sabbato, dum à turbidis cogitationibus vacare, & videre quam ſuauis eſt dominus, gaudent. Vellunt ſpicas & terunt, cum teſtimonio aſſumunt & diſcutiunt, donec in eis medullam dilectionis inueniunt, quæ latebat in litera. Sed qui ſolam ſuperficiem literæ ſequuntur, neque mentis refectionem norunt, neque animarum requiem quærunt: vnde confutatio ſequitur: *At ille dixit eis.*

(† 6. quæſt. 3. c. ſcriptum. 15. q. 5. c. iaco. — 4. Reg. 21. — † Hoſ. 6. c. De pœ. di. 1. §. libéter ignoſco.)

ſabbato: † diſcipuli autem eius eſurientes cœperunt vellere 1
a ¶ Auſtera vita non præparatos, ſed ſimplices cibos quærere, vel comedere.
b ¶ Peccatorum conuerſio ſtultis ſabbati defenſoribus diſplicet ſed à ſabbati domino probatur.
ſpicas & manducare. Phariſæi autem videntes dixerunt ei:
a ¶ Nota quod Apoſtoli literam ſabbati deſtruunt.
b ¶ De vinea vel fruge vicini licet edere, ſed non falcem mittere, vel foras eijcere.
Ecce diſcipuli tui faciunt, quod non licet eis facere ſabbatis.
b At ille dixit eis: † Non legiſtis quid fecerit Dauid, quando 2
c d eſuriit, & qui cum eo erant: quomodo intrauit in do- 3
mum Dei, & panes propoſitionis comedit, quos non lice- 4
e bat ei edere, neque his qui cum eo erant, niſi ſolis ſa-
f cerdotibus? Aut non legiſtis in lege: quia ſabbatis ſacerdo- 5
a ¶ Dum tauros cædunt, pueros circuncidunt, & dum vnam legem ſeruant, ſabbatum deſtruunt.
b ¶ Tamen. 6
tes in templo ſabbatum violant, et † ſine crimine ſunt? Dico 7
g a ¶ Ipſe Ieſus dominus templi. ¶ In hoc loco. 8
autem vobis, quia templo maior eſt hic. † Si autem ſciretis, 9
h

a *Eſurientes, &c.* Quia vt alius ait Euangeliſta, nec locum veſcendi habebant pro turbis: propter nimiam importunitatem eorum.

Alij Euangeliſtæ, addunt, *manibus confricaſſe.* Vnde & Petro dicitur: *Macta & manduca.* (Luc. 6. a. Act. 10.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Quamuis in peccatis quæ manifeſta ſunt, nulla ſit excuſatio: neque enim occidens, ad ſui excuſationem poteſt furorem prætendere: neque qui adulterat, concupiſcentiam, ſed nec aliam vllam cauſam, hic tamen famem inducens, diſcipulos ab omni accuſatione liberat. (Hom. 40. in Matth.)

b *Non licet.* Secundum præceptum legis. Sed quia alia ſcriptura dicit: *Miſericordiam malo quam ſacrificium.* Melius fuit hominem de famis periculo liberare, quam ſacrificium Deo offerre, quia hoſtia placens eſt ſalus hominum. De vaſtatione frugum non arguunt, quia licet per legem inde edere. (Hoſee. 6. c.)

c *At ille dixit, &c.* In hoc facto nihil aliud inſtruimur, niſi vt ſabbatum non ad literam, ſed ſpiritualiter intelligamus.

d *Non legiſtis.* Si Dauid & Abimelech non reprehenditur, quorum vterque mandatum legis probabili neceſſitate tranſgreſſus eſt, & hic ſimilis cauſa famis eſt, cur non idem probatis in Apoſtolis. (1. Reg. 21. b.)

e *Panes propo.* Quod ſignificauit ſacerdotalem cibum tranſiturum in vſum populorum. Vel quia omnes ſacerdotes debemus imitari. Vel quod omnes ſacerdotes ſumus.

Comedit in ſabbato, quando de menſa tollebantur aliis ſubſtitutis. Erat etiam tunc neomeniæ dies.

f *Quia ſabbatis ſa.* Hic ſine neceſſitate oſtendit ſabbatum violari ab ipſis qui calumniātur. Vnum exemplum datum eſt regiæ poteſtatis de Dauid: aliud ſacerdotalis, de his qui per miniſterium templi ſabbatum violant, vt multo minus ad ipſum pertineat crimen ſpicarum ſabbato vulſarum, qui verus rex & ſacerdos eſt & dominus ſabbati. (eis. — † nil eis imputatur.)

✠ CHRYSOST. Ne mihi dicas, quoniam afferre in medium alium peccantem, non eſt erui ab accuſatione, cum enim non accuſatur quæ fecit, excuſatio fit circa id quod factum eſt. Verum hoc hic non ſufficit, ſed quod maius eſt, dixit, quod ſine crimine ſunt. Vide autem quanta poſuit. Locum, vbi dicit: *In templo,* Tempus, cũ dicit: *Sabbatis.* Legis remiſſionem, cum dicit, *violant & non ſoluunt.* Et quod non ſolum liberantur à pœna, ſed à culpa liberati ſunt. Vnde dicit, *Sine crimine ſunt.* Neque autem hoc ſecundum ſimile eſt priori, quod dixerat de Dauid. Illud enim ſemel factum eſt, & à Dauid non ſacerdote, & neceſſitatis cauſa. Hoc autem ſecundum, ſingulo ſabbato, & à ſacerdotibus & ſecundùm legem. (Hom. 40. in Matth.)

g *Dico autem vob.* Quaſi dicat, ſi figurale templum potuit defendere ſacerdotes ſibi ſeruientes, cur ſpirituale non poteſt defendere diſcipulos ſibi credentes.

✠ HIERONYMVS. Hic, non pronomen ſed aduerbium loci eſt, quod maior templo ſit locus qui dominum templi teneat.

h *Si autem.* Et vos oſtenderet omnia futuri temporis ſpeciem continere, adiecit: *Si autem ſciretis,* id eſt, quia Deus per gratiam diſpoſuit liberare populum, & non per exteriores obſeruantias, non reprehenderetis meos, ſi vetera omittunt.

☞ *Dominus*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *tando eius poteſtatem, propter hoc quærebant ſigna de cœlo:* Tunc reſpondebant ei quidam de ſcribis, *alij, inſidiando eius aſſumptæ infirmitati, ibi:* Adhuc eo loquente. *Prima adhuc in duas, quia primò reprehendunt eius veritatem in ſuis diſcipulis, ſecundo, in perſona propria, ibi:* Et cum inde tranſiſſet. *In prima ergo parte reprehendunt eum de hoc quod diſcipuli eius tranſeuntes die ſabbati per blada vellebant ſpicas & confricantes manducabant grana quaſi contra legem agerent ex Chriſti doctrina. Conſiderandum tamen, quod non arguebant eos agere contra legem quaſi raperent alienum, quia licitum erat intrare ſegetem proximi & comedere, non tamen metere falce, vt habetur Deut. 23. ſed quia violabant ſabbatum, quia præceptum erat in lege quod cibaria præparentur die præcedenti & non in die ſabbati, vt habetur Exod. 16. Ipſi autem præparabant ſibi cibum ſpicas fricando, & hoc eſt quod ſubditur:*

1 Diſcipuli. *Quod non licet eis facere ſabbatis. Sed Chriſtus reſpondet eis oſtendendo, quod non faciebant contra legem, quia aliquid quod eſt lege prohibitum, bene efficitur licitum propter neceſſitatem imminentem. Sicut Dauid qui legitur ſanctus, manducauit panes propoſitionis ſibi datos à ſacerdote in neceſſitate, & tamen in lege erat præceptum, quod ſoli ſacerdotes comederent: qui ſacerdos inde non reprobatur, quod dedit alijs: nec etiam Dauid, quod comedit cum viris ſuis. Ex hoc patet quod neceſſitas faciebat aliquid licitum, quod alias eſſet illicitum. Sic in propoſito, dato quod non eſſet licitum fricare ſpicas in die ſabbati, tamen fiebat licitum propter neceſſitatem famis: & hoc eſt quod dicit ſaluator phariſæis.*

2 Nónne legiſtis. *vos ſupple qui debetis ſcire legem.*

3 Quid fecerit Dauid. *Quem tamen reputatis ſanctum.*

4 Quomodo intrauit in domum. *Et hoc factum habetur 1. Reg. 21. b. cætera patent ex dictis vſque ibi.*

5 Aut non. *Vbi ponitur alia reſponſio, quia ſacerdotes in die ſabbati in templo manualiter operabantur, quia immolabant animalia Deo oblata, & excoriabant & hoſtias lauabant, & conſimilia, & tamen non violabant ſabbatum: quia talia opera erant ordinata ad Dei cultum, & hoc eſt quod dicit ſaluator.*

6 Sacer. in tem. ſab. vio. *Id eſt, manualiter operantur.*

7 Et ſine cri. *Quia etiam erat præceptum à domino quod talia opera facerent in ſabbato, & eadem ratione Apoſtoli vellentes ſpicas in die ſabbati & comedentes ex præcepto Chriſti non peccabant, quia melius eſt ipſi Chriſto obedire, quam victimas in templo offerre. Et hoc eſt quod dicit ſaluator.*

8 Dico autem vobis, quia templo. *Scilicet, ego (cuius autoritate hoc faciunt) ſum maior, & in hoc etiam ipſe oſtendit ſuam deitatem. Vnde ſequitur.*

9 Si autem ſciretis. *Id eſt, intelligeretis id quod ſcriptum eſt Hoſee 6. b.* Miſericordiam volo, & non ſacrificium: *ex quo oſtenditur per dictum prophetæ, quod opera miſericordiæ ſunt magis acceptæ Deo quam victimæ.*

✠ Nunquam

a Dominus est enim. Si Dauid pastus & sacerdotes templi ministerio sabbatum violantes sine crimine sunt, quanto magis filius hominis qui verus est rex & sacerdos & dominus sabbati?
b Et ecce homo. Iste homo dicitur cementarius fuisse, quia manus cui spiritualis aedificij cura commissa fuit, arida erat vsque ad tempus Christi.
Ecce homo ma. Significat humanum genus in foecunditate boni operis arefactũ pro manu ad pomũ extensa, quam sanauit manus innocens in cruce extensa. Bene manus in Synagoga erat arida, quia vbi maius donum scientiae, ibi transgressor maiori subiacet culpae.
c Interrog. ab. Quia discipulos de violatione sabbati probabili exemplo excusauerat, ipsum volunt calumniari, vt si non curet, crudelitatis, vel imbecillitatis: vel si curet, transgressionis arguant.
Mat. dicit interrogasse. Mar. & Lu. interrogatos esse. Sed sciendum, quod illi prius interrogauerunt, deinde intelligens cogitationes accusationésque quaerentium, constituit in medio sanandum, & interrogauit quod Marcus & Lucas ait: Et tunc illis tacentibus proposuit simile de oue, & conclusit quod licet sabbato bene facere. Postremo circumspectis eis cum ita dixit) extende.
✠ CHRYSOSTOMVS. Non interrogant vt addiscant, sed vt accusent eum. Vnde sequitur, Vt accusarent eum, quamuis & ipsum opus sufficeret, si accusare volebant, sed & per verba volebant captionem inuenire maiorem, copiam argutionum sibi praeparantes.

(Marg.: † innoxios. Mar. 3. a. Luc. 6. c. Mar. 3. a. Luc. 6. b. Hom. 44. in Matth.)

a ¶ Quam & Abimelech fecit, dum esurientes pauit.

quid est misericordiam volo, & non sacrificium: nunquam [1]

a ¶ Id est Apostolos. b ¶ Id est, praesto & non subest veteri obseruantiae: & ideo non peccat qui secundum eius ordinationem obseruat.

a condemnassetis † innocentes. † Dominus est enim filius hominis, etiam sabbati. [2]

a ¶ Altero sabbato vt Lucas ait.

Et cum inde transisset, venit in Synab gogam eorum. [3] † Et ecce homo * manum habens aridam, & c interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? vt acd e cusarent eum. [4] Ipse autem dixit illis: [5] Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, & si ceciderit haec sabbatis in foueam, [6]

a ¶ Non animali, sed suae auaritiae consulens.

nónne tenebit, & leuabit eam? Quãtò magis melior est homo

a ¶ Quia illa die licet sibi vtile facere. ¶ Alij.

f oue? Itaq; licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini: [7] Extende

a ¶ A lumine recedentes.

g manũ tuã. Et extẽdit: & restituta est sanitati sicut altera. [8] Exeuntes autẽ pharisaei consilium faciebant aduersus eum, quomodo

a ¶ Liuore permoti, non enim culpa fuit, vel hominem manum ex[...]ere, vel Christum sanare. a ¶ Eorum insidias vt homo fugit odientes. b ¶ Accessit vbi inuenit sequentes.

h perderent eum. [9] † Iesus autem sciens [10] recessit inde: & [11] secuti sunt i

d Sabbatis, &c. Praecipuè sabbatis docet & operatur Iesus, non solùm propter speciale sabbatum, sed & propter celebriorem populi conuentum, quaerens salutem omnium.
e Quis erit. Competenti exemplo soluit quaestionem, vt eos ostendat sabbatum violare in opere cupiditatis, qui eum violare arguunt in opere charitatis. Arguit eos qui legem malè interpretantur, qui dicunt in sabbato à bonis operibus feriandum. Sed à malis tantum feriãdum est vnde dicitur: Omne opus seruile non facietis in eo. Id est, peccatum. Sic & in aeterna requie à malis tantum feriabuntur, non à bonis.
f Extende. Quia nil plus valet curationi eleemosynarum largitate, vnde dicitur: Non sit manus tua ad accipiendum porrecta, sed ad dandum collecta. Quia frustra pro peccatis rogaturus manus ad Deum expandit, qui has ad pauperes pro posse non extendit.
g Sicut alte. Homo ante aduentum Christi dexteram habuit languidam, quia ab eleemosynis torpebat: sinistram sanam quia suae vtilitati intendebat: sed veniente Christo dextera sanatur vt sinistra: quia quod congregauerat auidè, modo distribuit charitate.
h Recessit inde. Nota exemplum: Si vos persecuti sunt in vna ciuitate, fugite in aliam.
i Secuti sunt. Docti visis virtutibus persequuntur, indocti opinione eius ducti amando sequuntur, vnde & curari merentur.

(Marg.: † Mar. 2. d. Luc. 6. a. * orat ib. Leuit. 23. a. Eccl. 4. d. † Mar. 3. a. Ioa. 10. g. sup. 10. c.)

d Sabbatis

Et prae-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquam condemnassetis innocentes. Id est, discipulos meos in necessitate famis de licentia mea sibi praedicto modo subuenientes. Et quod posset eos licentiare ostendit.
2 Dominus enim est, &c. Qui obseruantiam illam poterat mutare, sicut patet quod in nouo testamento authoritate eius mutata est.
3 Et cum inde transf. Hic ponitur confutatio eorum qui reprehendebant eius veritatem in propria persona. Et primo ponitur eorum confutatio, secundo ex hoc oriens machinatio, ibi: Euntes autem Pharisaei. Circa primum considerandum, quod ad reprehendendum eum proposuerunt ei quaestionem maliciosè: vtrum licitum esset sabbato curare: vt si non curaret, arguerent eum de impotentia, si autem curaret, de sabbati transgressione: & hoc est quod dicitur.
Interroga. &c. sequitur:
4 Vt accu. eum. Aliquo dictorum modorum. Mar. 3. & Lu. 6. dicitur quod ipse Christus interrogauit eos. Dicendum, quod non contrariantur, quia primò interrogauerunt eum malitiosè, vt dictum est. Et hoc scribit Matthaeus. Postea autem statuto homine infirmo in medio, quaesiuit à Pharisaeis, si licet sabbato curare, quasi repetendo quaestionem ab eis motam antequam solueret eam. Et hoc secundum scribunt Marcus & Lucas quod tacuit Matthaeus, & omittunt illud primum quod ipse expressit. Sequitur:
5 Ipse autem dixit illis. Vbi Christus soluit quaestionem primò verbo, ostendens per locum à minori quod licitum erat sanare hominem in die sabbati: quia brutum animal lapsum in foueam licitum erat in die sabbati extrahere: ergo multo fortius hominem qui melior est cum sit ad imaginem dei factus, si in infirmitatem ceciderit, licitum est sabbato curare, & hoc est quod dicitur.
6 Quis erit ex vo. Et patet ex dictis. secundò soluit quaestionem facto, hominem, habentem manum aridam, sanando.
7 Tunc ait homini, &c. Et patet.
8 Euntes autem, &c. Hic ponitur ipsorum Pharisaeorum contra Christum machinatio, & ipsius Christi humilis declinatio. Homines enim in malicia obstinati per rationem non possunt compesci: & ideo Pharisaei non potentes Christo respondere per rationem, incoeperunt cogitare aduersus eum fraudem.
9 Iesus autem sciens. Scilicet, machinationes eorum, quia nihil latebat ipsum.
10 Recessit inde. Non quia timeret mortem, sed quia futurum erat, vt aliqui infirmi Christiani non auderent stare in persecutione, ideo ne fuga eorum imputaretur in peccatum, voluit ostendere facto, quod fugere persecutionem aliquando est licitum, sicut supra plenius dictum est, cap. 10. Sequitur.
11 Et secuti sunt eum multi, &c. Scilicet ex eo quod viderant praedictum hominem sanatum.

5 Ipse

Et

MORALITER.

†3 Et cum inde transf. Sequitur: Et ecce homo ma. ha. ari. &c. Per quem auarus significatur, cuius manus ad opera pietatis & largitatis inualida reperitur: sed vt sanetur per Christum, ei dicitur.
† Extende ma. Quia cum ex Dei dono ad opera charitatis extenditur, tunc sanatur.
8 Exeuntes autem Phari. &c. Per hoc autem quod Iesus à consilio malignantium recessit, & sequentibus se bene fecit, informauit praedicatorem, vt fugiat obstinatos & foueat deuotos.

† Extende

Et prae-

a *Et praecepit.* Non timore, ne proditus occideretur, sed parcendo Iudaeis, ne inuidia trucidarentur in eius innocentia & mansuetudine.

Mysticè. Hic mysticè nos instruit, ne cum aliquid magnificamus, laudem foris quaeramus.

b *Anima mea.* Per animam omnis affectus demonstratur.

c *Arundinem.* Iudaeos, omni vento cedentes, qui ab inuicem discrepando dissipati sunt, non mox damnabit: sed supportabit. *Arundinem quass.* Qui peccanti non porrigit manum, nec portat onus fratris, quassatum calamum confringit. Et qui fidei modicam scintillam contemnit in paruulis, linum fumigans extinguit: Quod Christus non fecit, qui potius venit quaerere quod perierat, patientiam namque seruauit, donec iudicium quod in eo agebatur, ad victoriam perueniret, & expulso mundi principe ad regnum rediret, in dextera patris sedens, donec ponat inimicos sub pedibus.

eum † multi & curauit eos omnes & † praecepit eis ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam dicentem: † Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, in quo bene complacuit animae meae. Ponam spiritum meum super eum & iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Arundinem quassatam non confringet & † linum fumigans non extinguet, donec eiiciat ad victoriam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. † Tunc oblatus est ei daemonium habens, caecus & mutus: & curauit eum, ita vt lo-

a ¶ In persona patris de filio. b ¶ Quia in forma serui. c ¶ Ad opus quod nullus alius poterat facere. ¶ Redimere humanum genus.
a ¶ Quia ipse solus est agnus sine macula. b ¶ Voluntati meae. c ¶ Quod alibi: Requiescit super eum spiritus domini.
a ¶ Non Dei verbum sed puerum. b ¶ Futurum & modo iusta iudicia agit. c ¶ Per praedicatores noui Testamenti.
a ¶ Quia cum malediceretur, non maledicebat, sed sicut ouis ad occisionem ductus est, & non aperuit os suum. b ¶ Mysticè. Qui latam viam insistunt & non audiunt vocem Christi.
a ¶ Quia non est aliud nomen sub coelo, in quo oporteat saluari.

Psal. 119. d *Linum fu.* Gentes, quas naturalis legis ardore ferè extincto fumus erroris amarissimus, & odoris noxius inuoluit: quas non extinxit, sed de parua scintilla in magnum ardorem ignis Dei suscitauit.

Leui. 19. b. e *Donec.* Tandiu praedicatio eius nullis insidiis superata mundo lucet, donec ponat in terra iudicium, & impleatur: *Fiat voluntas tua, sicut in coelo & in terra.*

✠ AVGVSTINVS. Hoc autem vltimum iam videmus impletum. Quis enim sperare gentes in Christi nomine speraturas, quando tenebatur, ligabatur, caedebatur, illudebatur, & crucifigebatur, quando & ipsi discipuli spem perdiderant, quem in illo habere iam coeperant? quod tunc vix vnus latro sperauit (supr. 6. b.) in cruce, nunc sperant gentes longè latéque diffusae. Et ne in aeternum moriantur, ipsa in qua ille mortuus est, cruce signantur.

f *Et curauit.* Tria signa simul facta sunt quae & quotidie in conuersione hominū fiunt, vt expulso daemone lumen fidei videant & Deum laudent.

✠ CHRYSOSTOMVS. (hom. 41. in Matth. † intermixtus est.) O pestiferā daemonis astutiā! vtraque viam occupauit atque obstruxit quib[9] ille erat crediturus, visum scilicet atque auditum, (Isa. 42. a.) quas tamen ambas Christus reserauit.

✠ HYLARIVS. Non autē sine ratione cū turbas omnes creatas in communi dixisset, nunc seorsū daemonium habens caecus & mutus offertur. Oportebat enim vt postquā manus aridae homo oblat[9] est, qui in synagoga curabatur, (supr. 9. d.) in vnius huiusmodi hominis forma gētium sal[9] fieret, vt qui erat habitatio daemonij, & caecus & mutus Deo capax pararetur, & Deū contueretur in Christo & Christi opera Dei cōfessione laudaret.

✠ TERTVLLIANVS. (lib. ad Scapulam.) Daemones autem non tantum respuimus, verū & reuincimus, & quotidie traducimus & de hominibus expellimus, sicut plurimis notum est.

✠ IDEM. (in Apologet. c. 23.) Aedatur hic aliquis sub tribunalibus vestris, quem daemone agi constet. Iussus à quolibet Christiano loqui spiritus ille, tam se daemonem confitebitur de vero, quam alibi Deum de falso, & paulò post. Christum timētes in Deo & Deum in Christo subijciuntur seruis Dei & Christi, ita de contactu déque afflatu nostro contēplatione & repraesentatione ignis illius correpti, etiā de corporibus nostro imperio excedūt inuiti & dolētes, & vobis praesētibus erubescētes. (Potestas pellēdi daemones nō fit in ecclesia.) Credite illis cum verum de se loquuntur, qui mentientibus creditis. Nemo ad suum dedecus mētitur, quin potius ad honorem.

AVGVSTI-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cu. eos omnes. *Et quo patet eius benignitas, quia persecutus à Iudaeis, beneficia sanitatum eis impendit.*

2 Et prae. eis. *Id est, sanatis.*

3 Ne ma. eum fa. *Pharisaeis eum manifestando: non quia mortem timeret vt dictum est, sed vt ostenderet, quod sicut aliquando est licitum in persecutione fugere, ita licitum est se occultare ad cedendum malicia: Et vt ostenderet magnitudinem sua potentia: & hoc confirmat dicto Isa. 42. secundum translationem 70.*

4 Ecce puer. *Id est, Christus, qui fuit puer in forma serui.*

5 Quem elegi. *Hoc duplicatur ad ostendendum, quod ipse fuit electus ad perficiendum opus nostrae redemptionis, & nullus alius: quia per nullum alium poterat ita competenter fieri.*

Metaphor. 6 Dilectus &c. *Hoc dicitur metaphoricè de Deo, ad exprimendum magnitudinem paternae dilectionis ad filium: sicut apud homines ille qui multum diligitur, dicitur haberi cordi.*

7 Ponam spiritum. *Quia spiritus sanctus requieuit super eum in humana natura, vt habetur Isa. 11. a.* Egredietur virga de radice Iesse, &c. *sequitur:* Et requiescet super eum spiritus sanctus, &c.

8 Et iu. gen. *Quia Christus futurum iudicium nunciauit hominibus per suam praedicationem, vt habetur infra. Similiter in iudicio futuro sententiam iudicij feret in humanitate, quia in eadem forma in qua iudicatus est coram Pilato, in ea sedebit in iudicio hoc excepto, quod tunc apparebit in forma gloriosa: & hoc est quod dicitur act. 1. b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis, sic veniet. *Scilicet, ad iudicium,* sicut vidistis eum ascendentem. *Id est: in forma humanitatis gloriosa, in qua ascendit in coelum, sequitur:* (Io. 10. g.)

9 Non conten. *Scilicet, vt vindicetur, vt patet ex praedictis: quia persecutionem Pharisaeorum declinauit humiliter absque contentione.*

10 Neque cla. *Vt scilicet, liberetur, sicut patuit in sua passione.*

11 Neque au. *Quod patet ex sua taciturnitate coram Pilato, quia hoc fuerat praedictum Isa. 53. c.* Sicut agnus coram tondente se obmutescet, & non aperuit os suum.

12 Arund. quass. *per arundinem quassatam intelligitur populus Iudaicus a fide & pietate vacuus.*

13 Et linum fug. *Per hoc intelliguntur Gentiles, in quibus claritas rationis naturalis erat extincta per consuetudinem peccandi, remanente fumo voluntatis malè faciendi. Vult ergo dicere, quod Christus per fortitudinem deitatis noluit resistere Iudaeis & gentilibus eum crucifigentibus, quia Iudaei crucifixerunt linguis suis ipsum iniustè accusando, gentiles vero manibus ipsum crucifigendo, quia milites Pilati qui erant gentiles hoc fecerunt, vt habetur Io. 19. sequitur:*

14 Donec eiiciat &c. *Id est, donec veniat ad exequendum extremum iudicium, in quo manifestabitur sua victoria. Tunc enim inimici eius ponentur plenariè sub pedibus eius, vt habetur in Psalmo 8. b.* Omnia subiecisti sub pedibus eius.

15 Et in nomine eius gentes spe. &c. *Quia ad praedicationem apostolorum gentiles ad fidem conuersi sunt, Iudaeis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

16 Tunc ob. &c. *Hic consequenter ponitur confutatio calumniantium Christi bonitatem, attribuendo eius miracula spiritui maligno: & primo ponitur eorum calumniatio, secundo, calumnia confutatio ibi:* Iesus autem sci. *Circa primum ponitur euidens miraculum de eiectione daemonis caeci & muti, non quia talia sint in daemone formaliter sed effectiuè: quia hominem quem obsederat, caecum & mutum effecerat, & ideo ipso eiecto homo loquebatur.*

Et stupe-

MORALITER.

1 2 *Et praecepit eis, &c.* Per hoc ostendens quod praedicator non debet quaerere humanam laudem, neque cum obstinatis contentionem, ideo subditur de eo:

9 *Non conten. &c.* Tunc oblatus est ei daemonium habens, caecus & mutus. Possessus à daemone per peccatum mortale, caecus est in his quae ad suam pertinent salutem, & mutus ad pronunciandum laudem diuinam: sed cum curatur à Christo, videt sibi proficua & pronunciat praeconia diuina. Per Pharisaeos autem Beelzebub attribuentes, significantur maledici bona in malum peruertentes.

✠ *Omne regnum*

☞ ✠ AVGVSTINVS. Vera pietate homines Dei aëream potestatem inimicam contrariámque pietati, exorcisando eiiciunt non placando.

Lib. 10. de ciuitate ca. 21.

a *In Beelze.* Beel. id est, Baal: muscarum, ob sordes immolaticij sanguinis: deus est Accaron, quo nomine vocant principem dæmoniorum.

b *Omne re.* Necessaria cōplexione eos arguit: Vel enim Christus virtute Dei dæmones eiicit, vel in principe dæmoniorum. Si virtute Dei, frustra calumniantur. Si in principe dæmoniorum, regnum eius diuisum est, nec stabit: & ideo à regno eius recedāt: quod innuit eos sibi elegisse, dum in se nō credunt.

✝ Mar. 3. c. Luc. 11. b. *✝ in ✝ Mat. 3. c.*

c *Et omnis ci.* Eadem ratio est ciuitatis & domus, quæ regni. Ciuitas Ierusalem sēper gloriosa, postquam in Christum & in Apostolos exarsit, facta diuisione excidio cecidit.

d *Et si ego in Beelzebub.* Si expulsio dæmonum in filiis vestris, Deo non dæmonibus deputatur, quare in me idem opus eandem non habet causam?

hom. 42. in Matthæum.

✠ CHRYSOSTOMVS. Post primam solutionem venit ad secundam, primā manifestiorem dicens, *Et si ego in Beelzebub*, &c.

e *Ipsi.* Contemptibilia mundi in quibus sancta simplicitas meæ virtutis apparet. Vel ita potius: Filij, id est, apostoli qui bene sibi conscij erant, nihil malè artis ab eo didicisse: ideo ipsi testes mei iudicij iudicantes. 12. tribus Israel.

f *Si autem ego.* Illa pars: *Si ego in Beelzebub eiicio dæmones*, ad plura inconuenientia perducta est, modo agitur de alia parte complexionis. *Si autem ego in spiritu Dei.* Hic Lucas ait *in digito.* Digitus dicitur spiritus sanctus pro partitione donorum. Regnum Dei, vel se ipsum dicit. Vnde alibi, *Medius inter vos stetit, quem vos nescitis.* Vel, regnum quod Iohannes & ipse Iesus prædicauit. *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum.* Est & tertium regnū scripturæ sacræ, quod aufertur à Iudæis & datur genti facienti fructum eius. Vel regnum id est, omnes mundi partes, Apostolis & successoribus eorum ad conuertēdum distribuit.

infr. 21. d. Luc. 11. c. 25. quæst. 1. c. si ea. Luc. 11. c. Ioh. 1. d. supr. 3. a. infr. 21. d. ✝ præuenit ad.

g *Aut quomodo po.* Ostendit ergo dominus per manifestam parabolam, quod nō concordat in fallaci operatione cum dæmonibus sicut calumniabantur, sed virtute diuinitatis homines à dæmonio liberaret; ideóque grande scelus committunt, qui quod Dei esse cognouerant, diaboli esse clamabant. Neque enim possunt esse concordes: quorū opera diuersa sunt Vnde addit: *Qui non est me.* &c. ☞ *Domum*

[a ¶ Mirantur minus eruditi: & ob misericordiam & beneficium filium Dauid prædicant.]

queretur, & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: [1]

[a ¶ Qui sapientes videntur, vel negant, vel detractant quasi non sint opera Dei, sed immundi spiritus.]

Nunquid hic est filius Dauid? Pharisæi autem audientes dixe- [2] [3]

[a ¶ In quo nescientes confitentur diuisionem dæmonum.]

a runt: ✝ Hic non eiicit dæmones, nisi in Beelzebub principe [4]

[a ¶ Vel vt sic crederent in eum qui cordis occulta videbat.]

dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit [5]

b eis: ✝ Omne regnum ✝ contra se diuisum desolabitur & om- [6]

c nis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Sa-

[¶ Ideo. ¶ Cuius intra se bellum pax est hominum vt iam non habeat in mundo locum.]

thanas Sathanam eiicit, aduersus se diuisus est: quomodo er-

[a ¶ Id est, non stabit, vt iam sit finis mundi.]

d go stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eiicio dæ- [7]

[¶ Exorcistæ Iudæorum, qui ad Dei nominis inuocationem eiiciebant dæmones. a ¶ Non potestate, sed comparatione, quia Deo tribuunt, quod illi Beelzebub. ¶ Iudicantes duodecim tribus Israel.]

e mones, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri e- [8]

[¶ Incipit destrui potestas diaboli, vt regnet Deus in nobis.]

f runt. Si autem ego in spiritu Dei eiicio dæmones: igitur ✝ per [9]

[a ¶ Nisi præualeret diuina potentia.]

g uenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest quisquam in- [10] [11]

[a ¶ Mundum qui in maligno est. b ¶ Diaboli, à quo nemo poterat se eruere. c ¶ Homines deceptos. d ¶ A seductione electorum compescuerit, potestatem ademerit.]

trare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alliga- [12] [13]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et stupebant. *Admirantes, diuinam virtutem in Christo.*

2 Et dicebant num. &c. *Quasi dicat, sic, quia hic est Christus nobis promissus, de semine Dauid.*

Diuisio.

3 Pharisæi autem, &c. *Turbas, scilicet, confitentes ipsum esse Christum propter euidentiam facti.*

4 Dixerunt: hic, &c. *Quia enim factum mirabile negare non poterant, ideo modum faciendi calumniabantur dicentes ipsum per aliquem dæmonem superiorem sibi familiarem & priuatum eiicere dæmones inferiores de corporibus obsessorum, sicut suprà dictum est cap. 9.*

Miracula Christi probantur non dæmoniaco adminiculo facta.

5 Iesus autem sci. *Hic ponitur calumniæ confutatio: & primò ostendit quòd miracula quæ faciebat, non poterant attribui spiritui maligno, secundo, quod oportebat ea attribui spiritui diuino, ibi:* Aut facite arborem bonam: *Prima in duas, quia primo ostendit propositum per rationem, secundo istorum calumniantium damnationem, ibi:* Ideo di. vobis. *Primum ostendit quatuor rationibus. prima ratio talis est, quia si per dæmonem aliquē eiiciebat alios sequitur quod diuisio esset inter eos, & sic non posset stare diu potestas diaboli: & ex hoc sequitur aduentus Christi, per quem potestas dæmonis erat auferenda, & hoc est quod dicitur.*

Secunda ratio.

6 Omne. re. di. &c. *Et patet litera, secunda ratio ponitur, ibi:*

7 Et si ego. *Quia non solum Christus eiiciebat dæmones, sed etiam discipuli Christi in nomine eius: & non solummodo discipuli sed etiam alij qui Iudæi, qui non erant Christi discipuli secundùm quod dicitur Mar. 9. e.* Vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non sequitur nos, *non poterant autem Iudæi dicere, quod Apostoli facerent miracula virtute magica, cum essent simplices & illiterati. Et si diceretur de Apostolis quod Christus docuit eos artem magicam: tamen non poterat dici de eis, qui non erant eius discipuli: cum ergo eiicerent dæmones in nomine Christi, vt dictum est, nec poterat hoc attribui spiritui maligno, vt visum est, similiter per consequens nec eiectio dæmonum facta per Christum, & hoc est quod dicitur:* Et si ego in Beelzebub. &c. *Id est, Apostoli qui erant de semine Iudæorum: vel alij Iudæi qui non sequebantur Christum, in quo eiiciunt? Quasi dicat, cum non possitis hæc attribuere nisi virtuti diuinæ, per consequens nec eiectio facta per me, vt patet ex dictis, sequitur.*

Luc. 11. b.

8 Ideo ipsi, &c. *De Apostolis patet, quod erunt Iudices, id est. assessores Christi in iudicio, vt habetur. infra. 19. d.* Cum venerit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes. 12. iudicantes duodecim tribus Israel. *Si autem accipiatur pro Iudæis non sequentibus Christum, qui tamen eiiciebant dæmones in nomine eius: sic dicuntur Iudices aliorum non credentium, quia ex facto eorum alij ostendentur condemnabiles, quia non crediderunt in Christum, cuius deitas declarata fuit per miracula in virtute eius facta.*

9 Si autem ego, &c. *Sicut conclusum est ex prædictis.*

10 Igitur perue. &c. *Id est, Christus cuius regnum erat à Deo promissum, Isai. 9. a.* Regni eius non erit finis. *Et istud regnum expectabant Iudæi: tamen in hoc erant decepti: quia credebant istud regnum temporale, quem errorem exclusit Christus dicens, Io. 18. f.* Regnum meum non est de hoc mundo. *Tertiam rationem ponit ibi:*

Tertia ratio.

11 Aut quomodo &c. *Id est, diaboli de quo scribitur Iob. 41. d.* Non est potestas super terram quæ ei comparetur. *Domus autem eius est homo obsessus, in quo habitat sicut in domo.*

12 Et va. &c. *Vasa autem sunt homines peccatores qui à Christo diripiuntur. quando de potestate dæmonis per ipsum eripiuntur.*

13 Nisi pri. *Id est: diabolum, quasi dicat, cum ista fecerim, vt patet, sequitur quod ipse diabolus sit per me alligatus. Ex quo concluditur, quod ipse sit verè Christus: quia in aduentu Christi potestas* dæmonis

---

MORALITER.

✠ 6 *Omne re. di.* Tale regnum est anima hominis mali cuius sensualitas rebellat rationi, propter quod de talibus dicitur. 8. Eth. contendit ipsorum anima & hoc trahit huc, hoc autem illuc, quemadmodum discrepantia. Et hoc regnum desolabitur, quia Christus qui rex est pacis, inde recedit & diabolus ingreditur.

9 *Si autem &c.* Dæmon in spiritu Dei eiicitur: quando gratiæ donum diuinitus infunditur, & tunc Christus qui Dei regnum est ingreditur.

11 *Aut quomodo &c.* Fortis iste diabolus est, de quo dicitur Iob. 41. d. *Non est potestas super terram quæ ei comparetur.* Hunc alligabant apostoli quando prohibebant eum dare responsa populo idolorum cultori, & tunc eius vasa diripiebantur, quando idololatræ ad fidem Christi conuertebantur.

✠ Qu

a *Domum illius.* Vel domum, id est, omnes mundi partes apostolis & eorum successoribus ad conuertendum distribuit.

b *Qui non est mecum contra.* Id est, qui dissimilia meis facit opera, contrarius mihi est: Ille trahit ad vitia, ego ad virtutes.

c *Omne peccatum & blasphemia.* Quod humana fragilitate contrahitur, remissibile est, si congregatio non deseratur. Si verò diabolica obstinatione de dispersione ad congregationem nunquam reditur, peccatum insolubile iudicatur.

a ¶ Ereptos diabolo per diuersos gradus ecclesiæ ordinat. b ¶ Diabolus.
¶ Opera mea non possunt operibus Beelzebub comparari, quia ego congrego, ille dispergit.

a uerit fortem? Et tunc domum illius diripiet. Qui non est me- 1
b a ¶ Quia diabolicum est congregata dispergere.
cum, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit. 2
¶ Facti. ¶ Dicti. 3
c Ideò dico vobis: † Omne peccatum & blasphemia remitte- 4
¶ Est spiritus blasphemiæ contra veritatem, cum eam cognoueris, induratio. 5
tur hominibus, † spiritus autem blasphemiæ non remittetur*. 6
d Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, re- 7 8
e mittetur ei: qui autem dixerit † verbum contra Spiritum- 9
f g h sanctum: non remittetur ei, neque in † hoc sæculo, neque 10
a ¶ Id est, existimate vel iudicate.
in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bo- 11

† Marc. 3. d. Luc. 11. b.

HIERONYMVS. *Omne peccatum.* Non omnia peccata omnibus remittuntur, sed his qui in vita pœnitent. Refutantur hic Nouatianus, pœnitentibus eis qui in martyrio lapsi sunt veniam negans, & Origenes: omnes veniam consecuturos post vniuersale iudicium, transactis licet multis sæculis, asserens.

† ad conuictionem spiritum. * hominibus. Nouatiani Origenisque errores refelluntur.

d *Spiritus autem.* Qui manifestè opera Dei intelligit, cum de virtute negare non possit, si stimulatus: inuidia calumniatur, & dicit esse Beelzebub, isti non dimittetur. Non quod & ei negetur remissio si pœniteret: sed quia hic blasphemus, exigentibus meritis suis malis, sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad pœnitentiam peruenturus sit. Sicut Ioannes Euangelista de quibusdam blasphemiæ suæ merito excæcatis ait: *Propterea non poterant credere.* Quod iterum dixit Isaias: *Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde: & conuertantur, & sanem eos.* Qui spiritum-sanctum non esse, vel minorem patre credunt, & dicunt: quia non inuidia diabolica, sed humana ignorantia hoc faciunt, irremissibili crimine non tenentur. Sed qui in similitudine diaboli contra conscientiam suam maiestatem Dei oppugnat, non habent remissionem in æternum, sicut Marcus apertè declarat: qui posito hoc testimonio domini subiunxit: *Quoniam dicebant, spiritum immundum habet.*

Ioan. 10. f. Isai. 6. ca.

· blasphemia. Mar. 3. d.

e *Et quicunque.* AMB. etiam qui scandalizatus infirmitate carnis meæ, purum hominem vel voratorem suspicatus fuerit, remissibile erit.

· verbum. † præsenti.

f *Qui autem.* Gratiam sancti spiritus qua pœnitentia inspiratur & ad congregationem reditur non cognoscens impœnitenti corde permanserit: cum hoc iam non sit humanum, sed diabolicum, irremissibile erit.

g *Neque in hoc se.* Quædam enim culpæ in hoc sæculo laxantur: quædam verò (paruæ scilicet) etiam in futuro. Quæ quidem post mortem grauant, sed & dimittuntur, si homo bonis actibus in vita, vt ibi dimittantur, promeruit.

h *Neque in fu.* Quia sunt quædam leuia, quæ si in hac vita nondum sunt remissa, post mortem grauant, sed & remittuntur, si digni sunt.

AVGVST.

NICOLAVS DE LIRA.

dæmonis erat diminuenda et arcenda. Quartam rationem ponit ibi: Qui non est mecum: *Et talis est, Voluntas eius qui obedit alicui est conformis voluntati illius cui obedit saltem in facto, & ideo si Christus in virtute dæmonis faceret miracula, sequeretur quod Christus & dæmon essent concordes in factis: hoc autem patet falsum, quia facta Christi & doctrina erant ad retrahendum homines à peccatis, facta autem dæmonis sunt ad distrahendum homines per peccatum: ex quo sequitur quod Christus non operabatur in virtute dæmonis: & hoc est quod dicit.*

Quarta ratio.

1 Qui non est, &c. *Per concordiam in facto & voluntate.*

2 Contra me est. *Et huiusmodi est diabolus, vt patet ex dictis.*

3 Et qui non con. me. *Scilicet fideles ad vnitatem fidei reducendo.*

4 Spargit. *& hic est diabolus qui diuersas sectas & hæreses & schismata quantum potest introducit.*

Diuisio.

5 Ideò dico vobis. *Declarata Pharisæorum falsitate, hic consequenter ostendit grauitatem peccati ipsorum. Ad cuius euidentiam aduertendum, quod Pharisæi & legisperiti ex consideratione operationis Christi, & ex consideratione scripturarum, in quibus de aduentu Christi erat tempus determinatum: vt habetur Dan. 9. & consimilium, primo cognouerunt ipsum esse Christum, vt habetur inf. 21.* Agricolæ videntes filium dixerunt intra se, hic est hæres, *et glo. ibidem dicit, quod primò cognouerunt ipsum esse Christum secundùm veritatem, quia tamen incepit vitia eorum reprehendere, & contra simulationem eorum publicè prædicare: ideò conceperunt odium & inuidiam contra ipsum, ex quibus excæcati à prima noticia ciciderunt in errorem: quia talia peruertunt iudicium rationis rectum, & ex tunc inceperunt omnia facta eius interpretari in malum: & primò vocauerunt eum voracem, & potatorem, & peccatorum amicum: & in tantam insaniam proruperunt, quod miracula quę nullo modo poterant fieri: nisi virtute diuina, dæmoni attribuebant, vt patet ex dictis. Et licet primum esset graue peccatum: tamen erat solùm blasphemia contra eius humanitatem. Secundùm tamen fuit incomparabiliter grauius, quia erat contra eius diuinitatem, vnde talis blasphemia est peccatum in spiritum-sanctum: quia est impugnatio veritatis agnitę: quia sicut visum est, ipsi, primò veritatem cognouerunt de Christo: sed excæcati errore & inuidia impugnauerunt: & talis error causatus ex malitia non excusat: & hoc est quod dicit.*

Scripturis docentib. operationibusq; miraculorum legisperiti & Pharisæi Iesum esse Christum cognouerunt.

6 Omne pec. *Scilicet, ex ignorantia & infirmitate.*

7 Et blasphemia. *Ex talibus procedens.*

8 Remittetur ho. *Id est, remissibile est peccatum de se: quia directè non obuiat principio, per quod fit remissio peccatorum, sicut obuiat peccatum in spiritum sanctum. Cuius sex sunt species, desperatio, præsumptio, obstinatio, finalis impœnitentia, inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ. Cuius sufficientia sic accipitur, secundù quod remouetur ab homine principium, per quod fit remissio peccati: & hoc contingit tripliciter. Vno modo ex parte ipsius Dei, alio modo ex parte donorum ipsius, alio modo ex parte peccati ipsius. Ex parte ipsius Dei principium per quod remittitur peccatum, est ipsa Dei misericordia: & hæc tollitur per desperationem, sicut fecit Cain. Alio modo, timor iudiciorum Dei est principium per quod aliquis resilit à peccato, & hic tollitur per præsumptionem, per quem aliquis præsumit consequi gloriam sine meritis, quantumcunque agat malè. Ex parte autem donorum Dei duo sunt quæ maximè faciunt hominem retrahi à peccato. Primum est veritatis cognitio: et hæc tollitur per hoc quod aliquis veritatem agnitam impugnat: & sic viam salutis à se scienter repellit. Secundum est gratię diuinæ collatio, & hæc repellitur ab homine quantum est in se per inuidentiam fraternæ gratiæ: & non accipitur hic inuidentia fraterne gratiæ prout aliquis inuidet fratri suo vel alicui singulari personæ: sed quando est tanta malitia in eo: quod displicet sibi de gratia Dei crescente in mundo. Ex patre peccati verò duo sunt quæ retrahunt hominem à peccato: Unum est turpitudo actus commissi, ex cuius consideratione solet homo pœnitere: & hoc tollitur per finalem impœnitentiam. Nec accipitur hic finalis impœnitentia prout est peccati circunstantia quasi aliquis in peccato mortali moriatur: sed quando aliquis tantę malitiæ est, quod elegit de peccato suo nunquam pœnitere, ita quòd non vellet, quòd Deus daret sibi gratiam pœnitendi. Secundum est breuitas delectationis quæ in peccato est, ex cuius consideratione solet homo secundum electionem peccatum refugere: & hęc tollitur per obstinationem, quando, s. homo firmat propositum inhęrendi omninò peccato. Ex prædictis autem patet, quod peccatum in spiritum-sanctum ita irremissibile dicitur, quia de difficili est remissibile: & hoc est quod subditur.*

Species in spiritum-sanctum sunt sex.

9 Spiritus. *Dicitur autem spiritus blasphemia, quando aliquis ex certa malicia blasphemat contra Deum, sicut erat in proposito, quando miracula diuinitus facta attribuebant diabolo, vt visum est: & erat quędam species peccati in spiritum-sanctum quę tacta est, videlicet impugnatio veritatis agnitę. Et per ea quę dicta sunt apparet sententia illius quod sequitur.*

10 Et quicunque. *Vult dicere, quod blasphemia quæ erat contra humanitatem, non erat sic irremissibilis, sicut illa quæ erat contra diuinitatem.*

11 Aut facite. *Ostenso quod miracula à Christo facta non poterant attribui ipsi dæmoni, consequenter ostendit quod opportebat ea attribui diuinæ*

MORALITER.

† 1 *Qui non est mecum.* Per fidem formatam charitate.

2 *Contra me est.* Quoniam est cum diabolo aduersario Christi.

11 *Aut faci. ar. bo. &c.* AVG. Hoc præceptum salubre est cui obedientia necessaria est. Quod autem dicit.

✻ AVGVSTINVS. Facta resurrectione mortuorum, non deerũt quibus post pœnas quas patiuntur spiritus mortuorum impertiatur misericordia, vt in ignem non mittantur æternum. Neq; enim de quibusdam veraciter diceretur, quod non eis remittatur, neque in hoc sæculo: neque in futuro, nisi essent, quibus etsi non in isto, tamen remitteretur in futuro.

Lib. 21. de ciuita. c. 24

✻ GREGORIVS. Datur etiam intelligi quasdam culpas in hoc sæculo, quasdam verò in futuro relaxari: quod enim de vno negatur, de quibusdam conceditur, sed tamẽ hoc de paruis minimísque peccatis fieri posse credendum est, sicut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ rei familiaris, quæ vix sine culpa, vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter debeant declinare, sciunt, aut in non grauibus culpis error ignorantiæ, quæ etiam post mortem grauant, si nobis in hac vita positis minimè fuerint relaxata.

† 25. q. 5. c. quoties.

a num, aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Si- 1
a ¶ Vtrum autem bonus sit autor an malus, ex fructu cognoscitur. b ¶ Filij diaboli eius veneno corrupti.
b quidem ex fructu arbor cognoscitur. Progenies viperarum, 2
a ¶ Fructus vester est blasphemia. b ¶ Cum sitis arbor mala.
c quomodo potestis bonã loqui cum sitis mali? † Ex abundan- 3 4
a ¶ Non enim potest de ore vestro procedere nisi malicia, quæ abundat in cordis intentione. b ¶ Quia tantum boni quis facit quantum intendit.
d tia enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro 5 6
a ¶ Tantum quoque mali quantum intendit.
profert bona. Malus autem homo de malo thesauro profert
a ¶ Quod sine vtilitate loquentis dicitur & audientis vt de friuolis & fabulis. Scurrilia non sunt otiosa: sed criminosa.
e mala. Dico autem vobis, † quoniam omne verbum otiosum quod loquuti fuerint homines: reddent rationem 7 †
a ¶ Si bona & bona intentione.
f de eo in die iudicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis 8

a *Aut faci.* Nihil enim medium quin boni authoris bona tantum sint opera, & mali mala. Coarctat eos hinc inde cõplexione, & vtroque cornu premit. Si malus est diabolus, non facit bona: Si bona sunt, non sunt diaboli.

Adhuc probat opus suum non esse diaboli, quia bonum: diabolus verò malus, qui nequit facere bonum. Quasi si diabolus malus est, bona facere non potest. Si bona sunt quæ videtis, non est diabolus qui ea facit. Non enim potest ex malo bonum, vel ex bono malum nasci.

✻ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat, Nullus vestrûm dixit quod malum est hominem à dæmone liberare: sed quia operibus non maledicebant, sed diabolum dicebant hoc operantem demonstrat quod hæc accusatio est præter consequentiam rerum, & præter communes conceptiones: talia autem fingere est immensæ verecundiæ.

hom. 43. in Matth.

✻ AVGVSTINVS. Quòd dicit, facite arborem malam, & fructum eius malum, non præceptum est vt faciatis, sed monitio vt caueatis. Contra hos enim dixit, qui putabant, se cum mali essent, bona loqui posse, vel bona opera habere. Hoc Dominus dicit esse non posse, priùs enim mutandus est homo, vt opera mutentur.

sermone 11 de verbis Domini.

Aut faci. Mysticè arbor bona, Christus; fructus, prædicatio euãgelij, curationes, redẽptio. Arbor mala diabolus, & sui, id est, Scribæ & Pharisæi: & cæteri mali fructus, inuidia, detractio, blasphemia, hæresis & huiusmodi. Vnde sequitur.

† Luc. 6. g.

b *Progenies viperarũ, etc.* Ostẽdit eos malam arborem: & fructus afferre blasphemiæ.

c *Ex abund.* Homo sæpe fallitur, qui pẽsat cor ex ore, & opere. Sed Deus opus & verba ex corde quod nouit iudicat. Illi ergo ex abun. cor. os lo. qui scit ex qua intentione exit.

d *Bonus ho.* Thesaurus cordis intentio est, ex qua Deus iudicat opera, vt & aliquando minora maiorem, maiora minorem habeãt mercedem. Hoc in loco, vel Iudæos ostendit de quali thesauro proferant blasphemiam. Vel cum superioribus hæret, quod sicut bonus homo non potest proferre mala, vel malus bona, sic nec Christus mala, nec diabolus bona opera potest facere.

e *Verbum ocio.* Si de ocioso verbo reddet homo rationem in die iudicij, quanto magis vos qui opera sancti Spiritus dicitis esse Beelzebub.

✻ CHRYSOST. Otiosum verbum est quod mendax est, quod calumniam habet. Quidam autem dicunt quoniam & vanum, quale est quod risum mouet inordinatum, vel turpe vel inuerecundum.

hom. 43. in Matth.

GREGORIVS. Otiosum verbum est, quod aut vtilitate rectitudinis, aut ratione iustæ necessitatis caret, quod scilicet sine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis, si omissis seriis de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas. Cæterum qui scurrilia replicat, & cachinnis ora dissoluit, & aliquid profert turpitudinis, hoc non otiosi verbi sed criminosi tenebitur reus.

homil. 6. in Euangelia.

f *Ex verbis.* Mors & vita in manibus linguæ.

☞ Tunc

NICOLAVS DE LIRA.

diuinæ virtuti. Ad cuius euidentiam sciendum secundùm quod dicit Hieron. licet virtute magica possint aliqua miracula fieri, tamen illa pertinent ad curiositatem tantum & vanitatem, sicut Simon Magus faciebat statuas ambulare, loqui, & ridere & consimilia, vt habetur in Itinerario Clementis: sed illa quæ sunt salubria, vt curatio languidorum, illuminatio cæcorum, & huiusmodi non possunt magicis artibus fieri: & ideò oportet talia attribui diuinæ virtuti, talia autem faciebat Christus: & ideo ex hoc concludit, quod miracula sua erant virtute diuina facta: & hoc est quod dicit: Aut facite ar. bo. & fru. eius bo. *Arbor enim hic accipitur principium ipsorum operum: fructus autem ipsa opera. Inter autem arborem & fructum semper est similitudo, quia arbor bona, fructum bonum producit: ergo. quia opera miraculosa quæ Christus faciebat non erant curiosa, & vana, sed salubria. Concludit, quod principiũ per quod talia faciebat, erat sanctum et bonum: et hoc est quod dicit:* Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum. *Quasi dicat, ex bonitate operum quæ ego facio: potestis perpendere, quod virtus per quam ego facio non est mala sed bona.*

1 Aut facite ar. &c. *Quasi dicat, ex operibus quæ fiunt per artem magicam cum sint mala, vana, & curiosa, potestis perpendere, quod fiunt virtute maligna.*

2 Progenies viperarum. *Postquam ostendit eorum falsitatem ostendit huius falsitatis radicem. radix, scilicet, ista erat inuidia & odium; quia licet Pharisæi primò cognouerunt Christum vt dictum est, tamen tantùm odium conceperunt erga eum ex hoc quod reprehendebat vitia eorum, quod omnia facta eius interpretabantur in malum ad diffamandum ipsum: & hoc est quod dicit:* Progenies viperarum quomodo po. bo. &c. *Quia venenum inuidiæ ex vestris parentibus traxistis, qui persecuti sunt prophetas ex inuidia, & vos ex eadem ratione persequimini me. propter quod subdit.*

Prou. 18. d.

3 Quomodo po. *Quasi dicat, non potestis de me bona loqui, inuidia prohibente, & ideo subdutur:*

4 Ex abundantia enim. *Quia verbum exterius est significatiuum interioris conceptus, & ideo subdutur:*

5 Bonus homo de bono the. *Id est, de bona voluntate, quæ sicut thesaurus absconditus latet interius in mente: profert bona verba scilicet, et facta.*

6 Malus autem. *Id est, de mala voluntate profert mala, quia contrariæ causæ habent contrarios effectus. Et ne crederent talia verba remanere impunita, ideo subdit.*

7 Dico autem vo. *Et multò fortiùs si fuerit nociuum & blasphematorium, quale erat verbum Pharisæorum, tale reddet eos condemnabiles in die iudicij, propter quod sequitur.*

8 Ex verbis enim tu. iu. *Si fuerint sancta & bona & bonitati mentis consona.*

☞ Et ex

MORALITER.

† 1 *Aut faci. arbo. ma.* Non est præceptum vt faciatis, sed monitio vt caueatis.

5 *Bonus ho.* Iste thesaurus est fides charitate formata, de qua procedit operatio bona, malus thesaurus, est infidelitas, aut voluntas mala, de qua procedit actio praua.

† *Quoniam omne ver. ocio.* GREGORIVS. Verbum ociosum est quod vtilitate rectitudinis aut ratione iustæ necessitatis caret.

† Tunc

a *Tunc resp.* Cum Scribæ & Pharisæi verba nullatenus possent improbare, in operibus quærunt tentare, quærentes signa videre, quasi non fuerint signa quæ viderant. *Tunc responderunt.* Quidam calumniabantur in Beelzebub eijcere dæmonia quibus hucúsque respondit. Alij tentantes, signum de cœlo quærebant, adhuc inuidentes, & locum calumniæ inquirentes.

Qui calumniaris ea quæ vides, & vtilitatem sentis, quid facies de his qui de cœlo? Dices & magos in Ægypto signa fecisse de cœlo.

✠ CHRYSOST. *Tunc responderunt.* Tunc scilicet, cum flecti oportebat, cum admirari, cum obstupescere: sed tunc à malitia non desistit.

b *Signum quærit.* Signum quærit de cœlo, quod indigna est videre. Discipulis signum dedit de cœlo, quibus & gloriam æternæ beatitudinis prius in monte figuraliter, & post veraciter in cœlum subleuatus ostendit.

Hom. 44. in Matth. † Ionæ 2. b. Luc. 11. d.

a & ex verbis tuis condemnaberis. ✝ Tunc responderunt ei (1) quidam de scribis & pharisæis, dicentes: Magister, volumus (2, 3) à te signum vidêre. Qui respondens, ait illis. ✝ Generatio mala (4) & adultera signum quærit, & signũ non dabitur ei, nisi (5, 6, 7) signum Ionæ prophetæ. ✝ Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti (8, 9) tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filiùs hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ✝ Viri Niniuitæ (10) surgent in iûdicio cum generatione istâ, & condemnabunt eã: quia pœnitentiam egêrunt in prædicatiône Ionæ. Et ecce

¶ Malis. a ¶ Quærentes adhuc calomniam. a ¶ De cœlo, vt alius euangelista ait. b ¶ Malos fructus faciens. a ¶ Quæ dimisso viro multis amatoribus se copulauerat. b ¶ Potentiæ qua indigna est. a ¶ De profundo, non de sublimi, passionis, non gloriæ. b ¶ Exponit signum Ionæ. ¶ Vt Niniuen subuersione liberaret. a ¶ Mundum redempturus. a ¶ In sepulchro. ¶ Synecdoche. b ¶ Qui sunt Assyrij, gens incredula. a ¶ In communi omnium resurrectione. b ¶ Quæ est populus Dei. c ¶ Non potestate sed comparatione. a ¶ Non videntes signa. b ¶ Paucis diebus facta. c ¶ Minoris me. ¶ Quia tanto tempore signa facio. ¶ In medio vestrûm.

✠ CHRYSOSTOMVS. Similis est natura infidelitatis terræ arenosæ, quæ quamuis pluuiam susceperit, tamen quia in se nullos tenet humores, semper adhuc arescit. Talis est & conditio febrium. Quantumuis biberint febricitantes calore totum consumente, semper adhuc sitiunt: Sic maligni homines, quidquid boni viderint aut audierint, infidelitate totum consumente quod vident & audiunt, semper vacui sunt, tanquam qui nihil viderint aut audierint.

Hom. 30. operis imperfecti.

c *Nisi sig.* Ostendit Iudæos ad instar Niniuitarum criminosos, & nisi pœniteant subuersioni proximos. Sed sicut illis & denunciatur supplicium, & demonstratur remedium: ita Iudæi non debent desperare veniam, si saltem postquam Christus resurrexit à mortuis, commoniti egerint pœnitentiam: quia mors Christi reconciliatio est mundi. Vnde sequitur:

d *Sicut enim fuit. Io.* Ionas, id est, dolens, significat illum qui dolores nostros portauit. Vel columba: Piscis qui vorauit in pelago, mors quam passus est in mundo. Sicut eiectus est in aridam, sic Christus surrexit in gloriam.

✠ PETRVS CHRYSOLOGVS. Ionas fuit Christi typus. Vt enim Ionas fugit à facie Dei: ita Christus in ea ratione qua hominem assumpserat, adeò se exinaniuit, vt à facie deitatis aufugisse videretur. 2. vt Ionas descendit in Ioppen: ita Christus de cœlo descendit in terram. 3. vt Ionas in nauem se contulit: ita Christus nauem ecclesiæ nauigaturus ascendit. 4. vt statim venti & tempestates Ionæ: ita inimici Christo, Iudas, pharisæi & principes aduersati sunt. 5. vt sorte Ionas missus in mare, ita iuxta prophetica oracula Christus morti expositus est. 6. sicut Ionas non nisi suó consensu demersus est: ita Christus suam ipse animã posuit & oblatus est, quia ipse voluit.

Serm. 37.

e *Tribus die.* More antiquorũ, qui diem cum nocte præcedẽte computabãt. Partem diei qua sepultus est cum præterita nocte, pro nocte & die accipe, hoc est pro toto die per synecdochen. Sabbati noctem & diem integrè. Noctem dominicam cum eadem die illucescente, partem pro toto, & ita habes tres dies & tres noctes. Primi dies propter futurum hominis lapsum à luce in noctem. Isti propter hominis reparationem à tenebris ad lucem computantur.

† Luc. 11. d.

MYSTICE. *Tres dies,* tria tempora, ante legem, sub lege, sub gratia. Tres noctes, tres mortui quos suscitauit dominus. Sic ergo sibi conueniunt, vt vnus dies sit ante legem, quando peccatum latebat. Cuius nox est, cum puella in domo jacens tanquam peccatum in conscientia latebat. Secundus sub lege, qui peccatum protulit in publicum. Nox, adolescens filius viduæ foris portam, tanquam peccatum animæ manifestum. Tertius sub gratia, quando voluntatem domini sciens plus peccat, & peccatorum merito putet. Nox, Lazarus, id est, anima iam fœtens. In his tribus diebus & noctibus iacet fides Christi in cordibus eorum qui habitant in terra.

Tres mortui trib. cõparantur. Matth. 5. d. Luc. 7. b. Ioan. 11. f.

f *Viri Niniuitæ.* Et est sensus: Ionas paucis diebus & sine signis prædicauit genti incredulæ, & profecit: ego longo tempore, & populo Dei, & compluribus signis, in vanum prædico. Eò magis indigni sunt venia, qui ex lege sunt infideles, quo plus est fidei in his, qui legem nescierunt. Niniue, speciosa: signat gentilitatem quam Christus amauit fœdam, vt faceret pulchram. In Niniuitis & regina Austri, fides ecclesiæ signatur, quæ non minus per pœnitentiam peractæ insipientiæ quàm per industriam discendæ sapientiæ Deo conciliatur. Duæ enim partes sunt ecclesiæ, quæ peccare nescit, & quæ peccare desistit, pœnitentia enim peccatum abolet, sapientia cauet.

a Cum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ex verbis tuis con. *Scilicet si fuerint mala et prædictis contraria.*

Diuisio.

2 Tunc re. ei quidam. *Hic ponitur confutatio tentantium eius potestatem. Et diuiditur in tres partes: quia primò ponitur eorũ confutatio. secundo, denunciatur eorum condemnatio, ibi:* Viri Niniuitæ. *Et tertio, eorum excæcatio, ibi:* Cum autem immundus spiritus. *Circa primum sciendum, secundùm quod dicitur Luc. 11. Aliqui volentes experiri Christi potestatem petebant sibi signa fieri in corporibus cœlestibus: quod petebant non ex deuotione, sed magis ex curiositate & calumniatione, & hoc est quod dicitur.*

3 Magister. *Non quodcunque: sed de cœlo, vt habetur Luc. 11.* Qui respondens ait illis.

4 Generatio: *Quia ex persecutoribus prophetarum descenderant.*

5 Et adultera. *Quia patres eorum idololatra fuerant.*

6 Signum quæ. *De cœlo scilicet.*

7 Et signum non da. ei. *De cœlestibus, quia sunt indigni propter eorum curiositatem & maliciam.*

8 Nisi signum Io. pro. *Quasi dicat terreni sunt & infimi, & ideo de terra & infimis signum habebunt, & hoc est quod subditur:*

9 Sicut enim fuit Ionas. *Et patet.*

10 Viri Ni. *Hic exprimitur eorum condemnatio, quia gentiles peccatores egerunt pœnitentiam ad prædicationem prophetarum, & Pharisæi obstinati sunt in prædicatione Christi, qui tamen erat dominus prophetarum, & ideo ex facto illorum apparebit condemnatio iusta eorum, & hoc est quod dicit.* Viri Nini. *hoc est dictum, ex facto eorum apparebit iusta condemnatio iustorum: sequitur:*

1 Regina

MORALITER.

† 2 *Tunc responderunt.* Per istos qui quærebant signum de cœlo significantur curiosi Theologi nitentes præsumptuosè intima diuinitatis perscrutari, & sic opprimuntur à gloria, quia per hoc aliquando labuntur in erronea documenta, ideo dicitur eis.

4 *Generatio ma.* Quia quærunt ea quæ non sunt scibilia, nec ad fidem vel mores vtilia & ideo non dabitur eis signum, nisi signum Ionæ prophetæ, quem deglutiuit cœtus, & sic deglutit eos diabolus & deludit.

10 *Viri Ni.* Per Niniuitas significatur peccatores ad vocem prædicatoris

a *Cum autem, etc.* Quasi dicat vos non estis similes Niniuitis vel reginæ Austri: quia me prædicante pœnitentiā non pœnituistis, & me docente sapientiam non didicistis. Sed estis similes homini, à quo diabolus exclusus iterum ingreditur.

Distat inter opera mea qui polluta mundo, & Sathanæ, qui mundata grauius cōtaminat.

b *Ambulat per lo.* Explorat corda fidelium à mollicie fluxæ cogitationis purgata, si quos gressus ibi figere possit quod quia nequit, ad humida redit.

✠ GREGORIVS. Loca arentia atque inaquosa, sunt corda iustorum, quæ per disciplinæ fortitudinem ab omni carnalis cōcupiscentiæ humore siccantur: loca verò humentia sunt terrenerum hominum mentes, quas humor carnalis cōcupiscentiæ, quia replet, fluidas facit: in quibus diabolus iniquitatis suæ vestigia tantò altius imprimit, quanto in eisdem mentibus per transitus illius, quasi influxa terra descendit.

c *Reuertar in dom.* Sub vmbra dormit, in secreto calami, & locis humentibus. Vmbra tenebrosa, conscientia: Calamus foris nitidus, intus vacuus, simulator: Locus humidus, lasciua mollisque mens.

✠ EVTHYMIVS. De liberatis à dæmone hic dixit, qui ob segnitiem ac negligentiam facilè rursus ab eo inuaduntur & capiuntur.

d *Septem ali. spi.* Septem vitia, septem virtutibus spiritualibus contraria. *Nequiores.* Quia non modo habet vitia, sed & bona simulat. Tantò nequiores, quantò callidiores. Septem, quia tot etiā gratiæ cum Christo destinatæ.

Septem vitia, septem dæmonia septem spiritibus contraria spiritui sapientiæ & intellectus, &c.

† hoc loco † 3. Re. 10. a 2. Para. 9. a. 8 q. 1 c. vetcor. † Luc. 11. c. lib. 31 moral. cap. 3. † De pœ. dist. 4 c. reuertar. † Marc. 3. d. Luc. 8. c.

¶ Non tantum gens Niniuitarum condemnabit eam, sed etiam regina.

plus quàm Ionas † hic †. Regina Austri surget in iudicio cum (1)

a ¶ Quæ Dei sapientiam sibi loquentem non modo non audit, sed & blasphemat. (2)

b ¶ Comparatione facti melioris.

generâtione ista & condemnâbit eam: quia venit à finibus (3)

a ¶ Cum magna difficultate, imperio relicto. ¶ Quem fama nouerat.

têrræ audire sapientiam Salomonis. Et ecce plus quàm (4)

¶ Inter vos. ¶ Inter vos est maior Iona vel Salomone: sed diabolus ad vos reuersus dominatur. (5)

a ¶ In baptismo. (6)

a **Salomon hic. † Cùm autem immundus spiritus exiêrit ab**

a ¶ Hæretico & malo catholico.

b **hômine, ambulat per loca arida, quærens requiem: & non in-** (7) (8)

a ¶ Quæ per incuriam vacat. b ¶ Per virtutem sacramenti. (9)

c **uenit. Tunc dicit: † Reuertar in domum meâm, vnde exiui.** (10)

¶ Id est à bonis per negligentiam. a ¶ A vitiis per baptismum. (11)

Et veniens inuenit eam vacantem, scopis mundâtam & (12)

a ¶ Simulatis virtutibus. b ¶ Vniuersa vitia; quem enim vel hæresis vel cupiditas arripit in ima omnium vitiorum prosternit.

d **ornâtam. Tunc vadit & assumit septêm alios spiritus** (13)

a ¶ Melius est viam veritatis non cognoscere, quam post agnitionem retro ire. (14)

secum nequiores se, & intrantes habitant ibi, & fiunt nô-

a ¶ Quia faciunt eos ad quos redeunt deteriores quam prius essent. ¶ Quò tendat parabola exponit.

e **uissima hominis illius pêiora prioribus. Sic erit & ge-**

a ¶ Iudeæ. b ¶ Videlicet. c ¶ Dum occupatus est officio prædicandi.

nêrationi huic pêssimæ. Adhuc eo loquênte ad turbas (15)

a ¶ Consobrini more veteris scripturæ.

f **† ecce mater eius & frâtres stabant foris quæren-**

e *Sic erit & ge.* Quod de vna sola re dixit, hoc in hac tota gente fit. Immundus spiritus à Iudæis exiuit, quādo legem acceperunt. Ambulauit ad gentes, quæ cum postea domino crederent, non inuento loco in eis dixit: Reuertar in Iudæos vacantes præsidio Dei & angelorum, increpationibus & correptionibus mundatos, ornatos superfluis obseruationibus. Adduntur septem, quia multo maiore numero dæmonum possidentur blasphemantes Iesum quam in Ægypto possessi fuerunt. Contra septem spiritus virtutum est numerus vitiorum.

f *Ecce mater eius.* MYSTICE. Mater & fratres populus est Iudæorum qui Iesu intus docente non possunt intrare, quia spiritualiter eius verba intelligere negligunt: sed turba gentilis confluens interna mysteria capit. Foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes. Quomodo ergo agnoscemur, si foris stamus? Foris stant cognati cum Iudæi spiritualem sensum non quærentes, in litera se fixerunt & Christum potius ad carnalia docenda cogunt exire quam ipsi ad discenda spiritualia consentiant intrare. Sed Iesus eos non agnoscit, quia

Mystice.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Regina au. *Id est, regina Saba de qua habetur. 3. Reg. 10. Et dicitur hæc regina Austri, quia regnum eius est in australi parte respectu Ierusalem.*

2 Surget in iu. *Hoc est ex facto suo ostendetur istorum iusta condemnatio.*

3 Quia ve. à fi. ter. *Id est, à longinquis partibus.*

4 Audire sap. Sa. *Quia non fuit nisi solum figura Christi.*

5 Et ecce plus quam Sa. hic. *Id est, Christus presentialiter positus, cuius prædicationem Iudæi contempserunt.*

6 Cum au. immun. *Hic ponitur eorum excecatio & possessio à diabolo. Ad cuius euidentiam sciendum, quod diaboli potestas fuit eiecta quodammodo à populo Iudaico per legis dationem, quæ excludebat cultum dæmonum, & inducebat ad colendum vnum Deum verum, & sic eiectus transit ad possidendum plenius gentiles sine lege, & prophetarum oraculis viuentes & ideo eos tenebat in idololatria subiectos. Sed adueniente Christi prædicatione & apostolorum, Iudæi pro maiori parte fuerunt increduli, gentiles autem deuotè fidem Christi & apostolorum acceperunt, et sic diabolus eiectus ab eis per fidem Christi reuersus est ad possidendum populum; Iudaicum errore excæcatum: & sic facta sunt nouissima huius populi peiora prioribus quia status populi Iudaici peior est modo quàm fuerit à principio ante legem datam, hoc est ergo quod dicit:* Cum au. im. spi. ex. ab ho. *Id est, à populo Iudaico viuente sub lege naturæ, quia eiectus est per susceptionem legis Mosaicę.*

7 Ambulat per lo. ari. *Id est, corda gentilium.*

8 Quærens re. *Id est, in ipsis perpetuam mansionem.*

9 Et non inue. *Quia prędicantibus Apostolis inde eiectus fuit.*

10 Tunc di. re. in do. me. *Id est, Iudaicum populum.*

11 Et ve. in. eam. va. *Id est, fide & bonis operibus vacuam.*

12 Scopis mun. *Quia populus Iudaicus habebat quamdam exteriorem mundiciam.*

13 Et orna. *Propter legis apparentiam.*

14 Tunc va. & as. *Per hoc quod dicit, septem alios, intelligit vniuersitatem vitiorum: hoc est dictum, quod ante legem datam fuerunt peccatis irretiti & à diabolo possessi: sed post aduentum Christi in peccato suo obstinati, sunt peiores facti, quia ex ingratitudine peccata eorum sunt quasi duplicata. Et hoc loquendo quasi de vno homine dici per similitudinem intelligatur, de toto populo Iudaico, patet per hoc quod dicit:* Sic erit & ge. hu. pes.

15 Adhuc eo lo. *Hic vltimo ponitur confutatio insidiantium ipsius infirmitati assumpta in hoc quod ipso prædicante dixit ei quidam insidiator, quod mater sua & fratres eius expectabant eum foris: vt si propter hoc dimitteret prædicationem, argueret ipsum esse purum hominem motum propter affectionem carnalem. Sciendum tamen, quod hic dicuntur fratres cognati eius germani secundùm morem scripturę: quæ frequenter nominat consanguineos fratres. Iesus autem illum insidiatorem confutauit, ostendens, quod spiritualis occupatio est carnali affectioni præponenda, dicens.*

Quæ

MORALITER.

† dicatoris pœnitentiam agentes, & per reginam Austri simplices sapientiam Christi deuotè quærentes, quorum salus secundum sententiam Saluatoris præponitur saluti eorum qui sunt multum literari, de sua tantum scientia præsumentes.

6 *Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine.* Per istum significatur peccator curatus per Dei bonitatem, sed propter ingratitudinem suam sequentem, dimittitur cadere in hypocrisis prauitatem, & sic fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus, quia sicut dicit Hieron. *Simulata sanctitas duplex est iniquitas.*

15 *Adhuc eo loquente ad turbas:* Per hoc autem quod Saluator à prædicatione non destitit propter aduentum suæ matris & fratrum

...bus eis non assensit. Fratres domini, sunt consobrini Mariæ materteræ eius: quæ dicitur mater Iacobi & Ioseph,& Iudæ & Simonis.

Dixit autem ei. Insidiosè, vtrum spirituali operi carnem præferat: & ideò se nosse dissimulat matrem & proximos per cognitionem, sed per coniunctionē spiritus esse sibi proximos dicit.

b *Quæ est mat. mea.* Non recusat obsequia matris sed præfert ministeria patris fratres non contemnit,sed opus spirituale præfert cognationi,vt & nos carni spiritum præferamus. *Vnde qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus.* (Supra 10. d)

✠ HILARIVS. Non autem fastidiosè de matre sua sensisse existimandus est,cui in passione positus, maximè solicitudinis tribuit affectum.

✠ HIERONYMVS. Sed neque iuxta Marcionem & Manichæum matrem negauit, vt natus de phantasmate putaretur, sed Apostolos cognationi prætulit, vt & nos in comparatione dilectionis carni spiritum præferamus.

c *Ecce mater mea, &c.* Hi sunt mater mea, qui me in credentium cordibus generant. Hi sunt fratres qui faciunt opera patris mei. Fratres & soror credendo, mater prædicando.

a tes loqui ei.Dixit autem ei quidam:Ecce mater tua & fratres tui foris stant quærentes te. At ipse respondens dicenti sibi, 1 b ait.Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens 2 manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres 3 c mei. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei, qui † in cœlis est,ipse meus frater, & ¶ soror, & mater est.

¶ Pro vtroque sexu.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ est. *Quasi dicat prædicatio non est interrumpenda seu dimittenda.*

2 Et exten. ma. *Quasi ad protestandum veritatem.*

3 Ecce mater,&c. *Quasi dicat in tantum est mihi aliquis propinquus in quantum est spiritualibus actibus intentus, & patet.*

MORALITER.

trum sibi loqui volentium, declarauit manifestè quòd opus Dei præponendum est negotiis familiarium personarum. Per hoc autem quòd subdidit:

† *Quicumque.* Ostendit quòd propinquitas charitatis præponenda est propinquitati consanguinitatis.

CAP. XIII.

a *IN illo die.* Per hoc indicat hoc gestū cōsequenter, nisi fortè dies ponatur pro tempore more scripturæ. Marcus eūdem tenet ordinem. Lucas in aliud transit, sed nec repugnat huic. Non solum facta & dicta domini, sed & itinera & loca plena sunt sacramētis. Post sermonem in domo vbi dæmonium habere dictus est, exiit ad mare,& docet, quia relicta perfida Iudæa, quæ domus domini fuit,ad gentes tumidis amarísque fluctibus similes,colligendas per apostolos transit, & externis interna contulit,ad quæ Iudæi non intrauerunt,foris in litera fixi. († Mar. 4. a; † in; † Luc. 8. a)

b *Turba sta.* Hi sunt qui nuper audire venerunt qui & à fluctibus maris secreti sunt necdum cœlestibus mysteriis quæ desiderant imbuti cum Christo ascendunt.

✠ HIERONYMVS. Quoties turbæ vocabulum in euangelio inseritur, sicut diuersitas hominum, ita diuersitas intimatur voluntatum. Non enim omnes eadem voluntate, sed diuersis ex causis Christum sequebantur.

c *Locutus est multa.* Quia turba non vnius est sententiæ sed diuersarum voluntatum, loquitur eis multis parabolis, vt iuxtà varias voluptates, diuersas recipiant disciplinas.

d *Qui semi.* Ipse Christus, qui verbum veritatis quod apud patrem vidit,hominibus per se vel per suos seminauit. Qui discipulis sacramenta loquebatur,exiit seminare Dei verbum in turbas.

☞ CHRY-

CAP. XIII.

a IN illo die exiens Iesus de domo ¶, sedebat se- 1 cus mare, † & congregatæ sunt ad eum turbæ 2 b multę,ita vt † nauiculam ascendens sederet, 3 c & omnis turba stabat in littore, & locutus est multa in 4 d parabolis, dicens. † Ecce exit qui † seminat seminare 5

¶ Iudæorum. ¶ Gentium. a ¶ Ad prædicationem eius per apostolos factam. a ¶ Ecclesiam in medio non credentium, & contradicentium ædificandam, quam gratia sua illustrat,& in qua mansionem sibi consecrat. a ¶ In soliditate fidei, nondum tamen per gratiam baptismi recepti. b ¶ Non omnia, quædam enim apertè,vt per ea ad obscura prouocentur. a ¶ Similitudinibus. b ¶ De sinu patris in mundum, vel de domo Iudæorum parte assumpta ad gentes.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XIII.

IN illo die. *Postquam descripta est promulgatio euangelij facta manifestè: hic consequenter ponitur promulgatio legis euangelicæ facta parabolicè: & diuiditur in duas partes,quia primò ponitur parabolica promulgatio. secundo ponitur huius promulgationis per miracula confirmatio.cap. seq.* In illo tempore. *Prima in duas: quia primò ponitur Christi prædicantis multiplex documentū. secundo,populi audientis impedimentum,ibi:* Et factum est &c. *Prima in duas, quia primò præponitur quædam præfatio: secundo, subiungitur euangelij parabolica promulgatio,ibi:* Ecce exiit. *In prima parte describitur promulgationis tempus,locus & modus. Tempus,cum dicitur:* (Diuisio.)

1 In illo die. *Quia secundum quod dicit Aug. ibi accipitur dies pro tempore secundum modum loquendi scripturæ: & est sensus.* In ill. *Id est, paucis interpositis inter illa quæ narrantur in fine præcedentis ca. & illa quæ subsequuntur in præsenti ca. Locus autem notatur,cum dicitur:*

2 Exiens de do. *Quia domus in qua erat Christus cum discipulis suis non poterat capere multitudinem quæ venerat ad audiēdum eius doctrinam, exiit ad loca spaciosa iuxta mare. Modus autem tangitur in duobus: primò in hoc quod,*

3 Ascendit naui. *Vt sic auditores essent ante faciem suam, vt possent magis attentè audire. Secundò in hoc quod dicit:*

4 Et locutus est mul. in pa. *Non dicit omnia, quia si omnia loqueretur in parabolis, multitudo recessisset vacua sine vtilitate, & ideo aliqua parabolicè loquebatur, ea scilicet quę erant secreta, & non debebant sciri à turba, sed solum à discipulis, vt videbitur infrà eodem capit. alia autem loquebatur manifestè,ita quod turba poterat capere.*

5 Ecce exiit. *Hic ponitur decursus ecclesiæ à prędicatione Christi vsque ad finem mundi in septem parabolis sibi succedentibus. Et diuiditur in duas partes, quia primò decursus ecclesiæ in istis parabolis describitur, secundò, intentio principalis concluditur, ibi:* Intellexistis hæc omnia. *Prima diuiditur in septem partes, secundùm septem parabolas: secunda incipit, ibi:* Aliam parabolam: *Tertia,ibi:* Aliam parabolam, *quarta,ibi:* Aliam parabolam locutus est. *Quinta,ibi:* Simile est regnum cœlorum, *sexta,ibi.* Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori, *septima, ibi:* Iterum simile est regnum cœlorum. *Prima diuiditur in duas: quia primò parabola ponitur: secundò eius intellectus* (Diuisio.)

MORALITER.

† † *Exiit qui seminat semina.* GREG. hom. octaua dicit: Hæc lectio expositione non indiget sed admonitione. Quam enim veritas per semetipsam exposuit, hanc exponere humana fragilitas non præsumit, ideo de alia expositione taceo, transiens ad illud quod Saluator exponendum reliquit scilicet.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vnde exiit qui vbique præsens est? qui omnia replet? aut qualiter exiit? Certè non loco, sed habitudine, atque incarnationis dispensatione propinquior nobis factus est. Nam quia venire ad ipsum non poteramus, peccatorum materia ingressum prohibente, ipse ad nos egressus est.

Hom. 45. in Matth.

a *Secus vi.* Via est, mens malarum cogitationum sedulo meatu trita & arefacta. Vbi dupliciter perit semen, quia & transitu cogitationū conculcatur, vt Lucas ait, & à volucribus rapitur. Dæmones dicuntur volucres, seu quia cœlestis spiritualisq; naturæ, seu quia per aëra volitant.

b *Et vene.* Secundùm Lucam ab hominibus conculcatū est, quia praua persuasione impiorum sublatum est.

c *Et come.* Quia à mentibus hominum illud surripuerunt.

d *In petrosa.* Petrosa cito quærunt germinare, sed non figitur radix quia non est alta terra, id est, quia parum inest desiderij salutaris. In hac expositione domini discimus, quia res non semper in eadem significatione ponuntur. Nam petra hic pro duricia, terra pro lenitate mentis, sol pro feruore persecutionis. Cum sol alibi in bono: *Fulgebunt iusti sicut sol*, & petra in fundamento, pro fortitudine fidei, & terra pro terrenis cogitationibus.

Luc. 8. a. †semen suū. †seminabat. †sexagecuplum. †trigecuplum. †Mar. 4. b. Luc. 8. b. Matt. 13. f.

(Text:) a †semen suum. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus b viam, & venerunt volucres cœli, & c comederunt ea. Alia au- d tem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terram multam, & continuo exorta sunt, quia non habebāt † e altitudinem terræ. Sole autem orto æstuauerunt, & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia verò ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum, aliud † centesimum, aliud f † sexagesimum, aliud † tricesimum. g † Qui habet aures au- h diendi, audiat. Et accedentes discipuli dixerunt ei. Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait i illis. † Quia vobis datum est nosse mysteria regni

(Interlinear:) ¶ Semina. — a ¶ Hi sunt qui nec prædicatione compunguntur, nec bene agere incipiunt. b ¶ Rapuerunt. — a ¶ In duritiam proteruæ mentis. b ¶ Lenitatem animæ obedientis, & probatæ. — ¶ Quia dulcedine tantum auditi verbi & promissionis, ad horam delectantur, sed radicem non figunt. — ¶ Feruore persecutionis. — a ¶ Per impatientiam, quia verbum non firmiter hæserat menti. — a ¶ Virorem fidei perdiderunt. b ¶ In corda diuitiarum ambitione sollicita. c ¶ Multiplicatæ sunt diuitiæ. — a ¶ Occupauerunt mentem, vt fructus spiritualis in ea proficere non possit. — a ¶ Fidelem & deuotam conscientiam. b ¶ Cum omnia æternitatis intentione nos facere docet. — a ¶ Cum perfectionem bonæ operationis docet. ¶ Hæc duo ad actiuam. b ¶ Cum fidem sanctæ trinitatis insinuat. c ¶ Quia hoc mysticum est. d ¶ Interiores sensus audiendi, obediendi faciendique. — ¶ Per ænigmata. — a ¶ Solis & vestris sequacibus qui ad me introeunt, non his qui foris sunt. b ¶ Abdita scripturarum.

e *Altitudinem terræ.* Altitudo terræ est probitas animi disciplinis cœlestibus eruditi, & in tentationibus probati.

f *Sexagesimum.* Quia in numero senario mundi ornatus expletus est, per hunc bona operatio signatur.

g *Qui habet aures audiendi.* Quoties hæc admonitio in euangelio vel in Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum quod dicitur insinuatur.

Luc. 8. b. Apoc. 2. b.

h *Et accedentes discipuli, &c.* Quomodo accedunt discipuli cum dominus in naui sederet? Sed fortè intelligendum, quòd dudum cum ipso nauem conscenderint: & ibi stantes quærunt.

† profunditatem.

i *Vobis datum est.* Nota non solùm verba domini, sed & facta, parabolas esse: id est, signa mysticarum rerum, quæ non intelligebant multi qui foris sunt.

Nota. †centuplū.

✠ HIERONYMVS. Quot enim se putant nosse literas, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit; *Qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.*

Epistol. ad Paulinum. Apoc. 3. b.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixerunt, cur in parabolis nobis loqueris, sed se in proximos bene affectos esse ostendunt: vt cum dicunt, dimitte turbas, quia ecce iam triduo sustinent nos.

NICOLAVS DE LIRA.

intellectus quæritur, ibi: Et accedentes discipuli. *Parabola ergo prima est de semine proiecto in terram: Cuius quarta pars tantum fecit fructum, & in hoc denotatur prædicatio Christi, qui prædicauit Iudæis indifferenter bonis & malis: & pauci comparatiuè ad eius prædicationem crediderunt: pro maiori autem parte in infidelitate remanserunt, et hoc est quod dicitur.* Ecce exiit. *Christus scilicet secundùm humanitatem, qui de vtero matris exijt in mundum ad docendum, vel de loco arcto, vt de domo ad locum spaciosum, vt visum est. Secundum tamen diuinitatem non potuit exire, nec de loco ad locum progredi: quia sic est vbique.*

1 Et dum se. *Id est, doctrinam indifferenter spargit. Comparatur autem eius doctrina semini, quia semen in terram bonam proiectum resurgit multiplicatum, sic verbum diuinum in corde deuoto receptum facit multitudinem bonorum operum.*

2 Quædam ceci. se. vi. *Id est, super corda exposita tentationibus dæmonum, & per consequens contrita & conculcata ab eis per malum consensum & factum.*

3 Et vene. vo. *Id est, dæmones per peccatum superbiæ alta petentes. Vnde de diabolo scribitur Iob. 41. d.* Ipse est rex super omnes filios superbiæ. *Peccata enim carnalia non possunt in dæmonibus esse.*

4 Et comeder. *Id est, fructum impediuerunt.*

5 Alia au. ce. in pe. *Id est, super corda humore fidei & deuotionis carentia.*

6 Sole au. or. æst. *Quia adueniente tribulatione & persecutione tales prius verbum receptum reijciunt.*

7 Alia au. c. in spi. *Id est, in corda sollicitudinibus diuitiarum lacerata & ideo sollicitudo talis impediuit fructum prædicationis. Vt enim apparet ex decursu vtriusque Testamenti, Iudæi fuerunt semper auari, et omnino vitio cupiditatis fuerant excæcati, & semper elongati ab agnitione veritatis. Ex prædictis patet quod prædicator verbi diuini non debet cessare à prædicatione, licet videat paucos proficere: quia tres huius seminis partes dicuntur hic infructuosæ, quarta autem pars tantum fructum facere, & tamen intelligitur ad literam de prædicatione Christi, qui est exemplum omnium prædicatorum: & ideo licet auditores non proficiant, prædicator tamen faciens quod in se non est perdit meritum suum.*

8 Alia au. ce. in ter. bo. *Id est, in cor fidele & deuotum.*

9 Et dabant fru. *In hoc tanguntur tres gradus qui possunt signari in qualibet virtute (verbi gratia) in virtute castitatis. Primus gradus est castitas coniugalis, per quem gradum vitatur illicitus concubitus: licito tamen concubitu retento in matrimoniali actu. Secundus gradus est castitas vidualis, per quem euitatur de cætero omnis cōcubitus, vt animus possit de cætero liberius Deo seruire, licet possit licitè matrimonium contrahere. Tertius est castitas virginalis, qui est superior istis per quem omnis concubitus simpliciter euitatur, vt mens ipsa tanquam sponso suo soli Deo per amorem copuletur, secundùm quod dicitur 1. Cor. 7. f.* Virgo cogitat quæ domini sunt, vt sit sancta corpore & spiritu, quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. *Similiter in virtute fortitudinis possunt tres gradus assignari. Primus gradus, quando propter bonum virtutis sustinet constanter detrimentum in exterioribus bonis, vt in possessionibus & in diuitiis & huiusmodi. Secundus, quando sustinet detrimentum etiam proprij corporis, vt flagellationis & huiusmodi. Tertius autem gradus est, quando propter virtutem contemnit etiam totam vitam per martyrium. Sequitur.*

Virtus quælibet tribus gradibus distinguitur.

10 Qui habet aures audiendi. *Secundum Hier. vbicunque ponitur hoc verbum designatur mysticus intellectus, quia sub verbis parabolicis alius sensus est per intellectum requirendus.*

11 Et accedentes discipuli. *Hic consequenter quæritur huius parabolæ intellectus. Et primò quæritur. Secundò intellectus aperitur, ibi:* Ergo audite. *Primò ergo dicitur sic:* Et accedentes. *Quia apostoli percipiebant Christum mysticè loqui & ideo quæsierunt intellectum. Aduertendum tamen, quòd non quæsierunt tunc, cum esset in actu prædicandi, sed postea quando fuit in domo sine turba secundum quòd habetur Mar. 4. b.* Et cum esset singularis interrogauerunt eum, &c.

Diuisiō.

12 Quare in parabolis loqueris eis. *Volentes scire intellectum, conuenienter petierunt ab eo quare locutus fuerat turbis sic parabolicè: vt ostenderent se non de ipsis solùm, sed etiam de aliis sollicitos esse.*

13 Qui respondens ait. *Apostoli enim erant quasi fundatores ecclesiæ*

a *Qui enim ha.* Id eſt, apoſtolis habentibus fidem, ſi quid minus virtutum habent, conceditur Iudæis, qui non credunt in filium Dei, etiam ſi quid boni per naturam habent, tollitur. Nam nihil poſſunt ſapienter intelligere qui caput non habent ſapientiæ.

b *Auferetur ab eo.* Nulla veræ ſapientiæ dulcedine gaudebit.

e *Auditu audietis.* Hæc de turbis prophetata ſunt, quia ſtant in littore, & domini non merentur audire ſermonem.

D — Hom. 46. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Sed ne quis eorum putet odio atque calumnia ad dedecus ipſorum dicta, prophetam ipſius dictis conſona proferentem in medium adduxit.

✠ THEOPHYLACTVS. Tollitur quod habere videtur: hoc eſt, etiam ſi paruam quandam ſcintillam boni habeat, & eã non excitet & accendat per ſpiritum & ſpiritualia opera, illa prorſus extinguitur.

B

Excæcatio Iudæorum vnde et quanto tẽpore.

c *Ideo in para.* Dicitur quod ideo excæcati ſunt, & ſentẽtiæ domini per parabolas eis occultatæ ſunt, vt poſt ſalubrius cõuerterentur. Nam quia obſcurè dicta non intellexerunt, ideo non crediderunt in eum, & ſic crucifixerũt, & ſic poſt reſurrectionem miraculis territi, maioris criminis reatu compuncti ſunt. Vnde accepta indulgentia ampliori flagrãt dilectione.

C

† qui

¶ Qui clauſis ſenſibus non curant intrare. ¶ Vos vero verbo intendite, quia, Qui habet verbi amorem, dabitur ei ſenſus intelligendi.

a coelorum: illis autem non eſt datum. Qui enim habet, dabi- 1

¶ Intelligentia. a ¶ Amorem verbi æterni. b ¶ Vel naturali ingenio, vel ſtudio literarum. 2

tur ei, & abundabit: qui autem non habet, & † quod habet 3

¶ Nunc reddit cauſam apoſtolis, quare turbæ loquitur in parabolis. a ¶ Videre ſe præſumentes ingenio ſuo. 4

auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes 5

b a ¶ Priuantur ſpirituali intellectu. ¶ Foris. ¶ Intus. ¶ Expoſitionem literæ etſi exponatur eis. 6

c non vident, & audientes non audiunt, neque intelligant, vt 7

d ¶ Exteriori. 8

adimpleatur in eis prophetia Iſaiæ dicentis, † Auditu audie- 9

e ¶ Oculo corporis. ¶ Oculo mentis. 10

tis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & † non videbi- 11

¶ Abundantia malitiæ. ¶ Iudæorum. ¶ Alias eius. a ¶ Quia ingrate ſuſceperunt verba Dei. 12

tis. Incraſſatum eſt enim cor populi huius: & auribus graui- 13

a ¶ Intuitum mentis per inuidiam auerterunt. b ¶ Non ad horam, ſed cum tanta mentis impœnitudine vt nunquam conuertantur ad fidem. 14 15

f ter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt, ne quando o- 16

g ¶ Ad pœnitentiam. 17

culis videant & auribus audiant, & corde intelligant, & 18

a ¶ Reddam innocentes. b ¶ Non Scribarum. ¶ Interiores. 19

conuertantur, & ſanem eos. † Veſtri autem beati ocu- 20

h a ¶ Per fidem quod viſuri ſunt quandoque per ſpeciem. b ¶ Interiores. ¶ Obediunt.

li, † quia uident, & aures veſtræ, † quia audiunt. Amen 21 22

i quippe dico vobis, quia multi prophetæ & iuſti cupierunt 23

f *Oculos ſuos.* Id eſt, ipſi ſibi cauſa fuerunt vt Deus eis oculos clauderet. Alius enim euangeliſta dicit: *Excæcauit oculos eorum.* Sed vtrum, vt nunquam videant: an verò ne vel ſic aliquando videant, cæcitate ſua ſibi diſplicentes, & ex hoc humiliati vt piè quærant Deum.

Ioan. 12. f

† id quod videtur habere.

E

† Iſa. 6. c. Ioan. 12. f Act. 28. g

† non perſpicietis, ſeu cognoſcetis.

Mens eſt oculus, quia naturali vigore ad intelligendum aliquid dirigitur. Auris, quia alio docente diſcit.

g *Ne quando.* Id eſt, ideo, quia oculos & aures aperire noluerunt, non meruerunt aliquando conuerti: quod tamen miſericorditer factũ eſt eis.

F

† Luc. 10. b

† quæ

Ioan. 12. f. — Iſa. 6. c

ne. Sed Ioannes hunc locum ita dicit: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Iſaias: Excæcauit oculos eorum, vt non videant.* Vbi apertè dicit non ideo factam excæcationem vt ea commoniti & dolentes ſe non intelligere conuerterentur aliquando: non enim hoc poſſent niſi crederent, ſed potius ideo excæcati, vt non crederent, quod aliis peccatis meruerunt.

d *Videntes non vident.* Sicut auarus multas habet opes & nullas, quia inutiles ſunt ei.

e Auditu

✠ CHRYSOSTOMVS. Ac ſi quiſpiam diceret: noluiſti me videre & gratiam habeo: nam ſi dignum me putaſſes, ſtatim flexus tibi affuiſſem: qui enim his verbis vtitur, reconciliationis viam affert.

Hom. 46.

h *Beati.* Verè beati, quia hoc etiam præſentialiter videre & audire meruerunt, quod nullus priorum quantiuis meriti meruit, quamuis multum deſiderauerit.

i *Et iuſti.* Lucas iuſtos reges dicit, quia motus ſuos bene regunt.

Luc. 10. d

☞ a Vos ergo

NICOLAVS DE LIRA.

poſt Chriſtum. Vnde Apocalip. 21. d. dicitur: quòd murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim, & in ipſis duodecim nomina apoſtolorum & agni ſcripta; *& ideo ad ipſos pertinebat ſcire ſecreta eccleſiæ, de quibus erat proceſſus eccleſiæ à prędicatione Chriſti vſque ad finem mundi, quia iſta erant futura in diuina diſpoſitione praordinata. Et iſtud vocatur hic myſterium regni cœlorum, id eſt, ſecretum eccleſiæ militantis.*

1 Illis autem non eſt dat. *Id eſt, vulgaribus turbis, vel etiam Phariſæis incredulis non eſt conceſſum iſta intelligere, & propter hoc loquebatur eis talia parabolicè: vnde ſequitur:*

2 Qui enim habet dabitur ei. *Quia habentibus deuotionem & fidem, vt Chriſti diſcipulis: datus eſt intellectus verus ſacræ ſcripturæ, vt habetur Lucæ vlti. g.* Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas.

3 Et abundabit. *Quia ex abundanti reuelatus eſt eis proceſſus eccleſiæ, vt videbitur.*

4 Qui autem non habet: *Fidem ſcilicet & deuotionem ad Chriſti doctrinam,*

5 Et quod hab. auferetur ab eo. *Quia intellectus ſcripturæ veteris Teſtamenti quem habebant: ablatus eſt ab eis: propter eorũ incredulitatem, & datus eſt gentilibus propter eorũ fidem & deuotionem. Sequitur:*

6 Ideò in parabolis loquor eis. *Id eſt, velatè & myſticè.*

7 Quia videntes. *Chriſti, ſcilicet opera & miracula.*

8 Non vident. *Id eſt, non intelligunt ea diuinitus facta, quia virtuti dæmonum attribuebant talia, vt viſum eſt ſupra.*

9 Et audientes. *Chriſti ſcilicet doctrinam ſanctam & bonam, & doctrinæ Moyſi & prophetarum conſonam, & ipſius perfectiuam, vt ſuprà viſum eſt.*

10 Non audiunt. *Aſſentiendo.*

11 Neque intelligunt. *Intellectum eius ſpiritualem qui principalior eſt, capiendo.*

12 Vt adimpleatur. *li.* vt *tenetur ibi conſecutiuè. Ex hoc enim facto impleta eſt prophetia. Iſa. 6. licet verba ſint aliquantulum alterata in tranſlatione Hieronymi.*

13 Auditu

13 Auditu audietis, *Scilicet corporaliter.*

14 Et non intelligetis, *Scilicet Spiritualiter.*

15 Et videntes videbitis, *Chriſtum ſcilicet miracula & opera diuina facientem.*

16 Et non videbitis, *Eius ſcilicet diuinitatem.*

17 Incraſſatum eſt enim cor populi huius. *Locutio eſt metaphorica. Sic enim craſſitudo circa cor congregata ſuffocat & extinguit vitam corporalem, ſic malicia Iudæorum extinxit in eis vitam ſpiritualem: vnde ſequitur:*

18 Et auribus grauiter audierunt. *Quia doctrinam Chriſti ſanctam & apoſtolorum audire non potuerunt; ſicut patet ex decurſu euangelij & Actuum apoſtolorum.*

19 Et oculos ſuos clauſerunt, ne quando oculis videant & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. *Facta Chriſti euidentia peruertendo, & eius miracula virtuti dæmonis attribuendo: & ex hoc ſecuta eſt eorum excęcatio & induratio, quia ſuis culpis exigentibus ſunt derelicti à Deo.*

20 Veſtri autem oculi beati, quia vident. *Oſtenſa excęcatione Iudęorum ex eorum incredulitate ſecuta, hic conſequenter oſtendit illuminationem apoſtolorum propter eorum fidem & deuotionem eis diuinitus datã, dicens.* Veſtri autem oculi beati, quia vident. *Non ſolùm facta exteriora conſpiciendo, ſed virtutem diuinitatis latentem intelligendo.*

21 Et aures veſtræ, quia audiunt. *Non ſolum audiendo exterius, ſed etiam per fidem aſſentiendo interius.*

22 Amen quippe dico vobis, *Id eſt, fideliter.*

23 Quia multi prophetæ & iuſti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt. *Dicit multi, non omnes, quia aliqui viderunt, ſicut de Abraham dicitur Ioan. 8. g.* Abraham pater veſter exultauit, vt videret diem meum: vidit & gauiſus eſt.

Vel aliter. Multi. *Id eſt, omnes: quia licet antiqui patres & prophetæ aliqui viderint Chriſtum per fidem à longè proſpiciendo, non tamen viderunt ipſum pręſentem inter eos conuerſando & docendo, ſicut viderunt Apoſtoli, & ideo dicuntur beati, quia in eis fuit completum quod antiquis patribus fuerat promiſſum.*

1 Vos

¶ In præsentia. ¶ Nisi à longè per aliquas species visionum, vos autem in præsentia, conuescentes, & quæ vultis interrogantes.

videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, &

a ¶ Quia vobis datum est nosse mysterium regni Dei.

a non audierunt. † Vos ergo audite parabolam seminantis. 1

a ¶ Per quod promittitur regnum. b ¶ Id est, ad actum non perducit. ¶ Nulla fide, nulla saltem occasione vtilitatis capit.

Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit ma- 2 3

¶ Diabolus.

lus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui se- 4

a ¶ Vbi meatus cogitationum verbum abolet, nec quidquam boni incipit. b ¶ In duriciam proteruæ mentis.

b cus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus 5

¶ Ad tempus. a ¶ Quia & vtilitatem probat, & desiderium gustat.

est, hic est qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit 6 7

a ¶ Cœpit, sed non perseuerauit. b ¶ Charitatis.

illud. Non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Fa- 8

¶ In loco suo. ¶ De loco ad locum. a ¶ Fidei.

cta autem tribulatione & persecutione propter verbum

¶ Distat enim inter hunc, & eum qui multis pœnis compellitur Christum negare.

a ¶ Tranquillitatem mentis perdit.

continuò scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis, 9

a ¶ Spes acquirendi, timor perdendi.

c hic est qui verbum Dei audit & sollicitudo istius sæculi & fal- 10

a ¶ Quia promittunt quod non dant voluptatem & iucunditatem.

b ¶ Quia dum bonum desiderium ad cor intrare non sinit, quasi aditum vitalis flatus claudit.

lacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. Qui 11

¶ Fidelem & deuotam conscientiam. a ¶ Foris.

verò in terram bonam seminatus est, hic est qui audit ver- 12

a ¶ Intus ædificatur. b ¶ Boni operis perducit ad maturitatem.

d bum, & intelligit & fructũ affert, & facit, aliud quidem cen- 13 †

tesimum, aliud autem sexagesimum aliud verò tricesimum. 14

¶ Sedens in naui.

e † Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile factũ est re- 15 16

A a *Vos ergo au.* Primam parabolam exponit, vt idem attendant in cæteris.

Exponit non secundùm singula verba, sed summam sententiæ.

AVGVSTINVS super Gene. ad literam libro octauo cap. septimo. Proinde quod narrauit euangelista (etiam factum est) dominum scilicet talia fuisse locutũ. Ipsius autem domini narratio parabola fuit, de qua nunquam exigitur, vt etiam ad literam facta monstrentur, quæ sermone proferuntur: [Lucæ 8. f.] Christus est lapis vnctus à Iacob, & lapis reprobatus [Psal. 117. c] B ab ædificantibus, qui factus est in caput anguli. Sed illud etiam in rebus gestis factum est: hoc autem tantum in figuris prædictum. Illud quippe scripsit narrator rerum præteritarum, hoc prænuntiator tãtummodo futurorum.

b *Super pe.* Super petram & in spinis seminantur, qui bene accipiunt: C sed vel aduersa terrendo, vel prospera blandiendo, retardant eos ne perficiant. [† Mar. 4. c] Diuitiis iungitur sollicitudo custodiæ, quæ affligit, & voluptas quæ effluere facit.

[Hom. 45. in Matt.] c *Fallacia diuitiarum.* CHRYSOSTOMVS. Suffocantur spinis quæ audiuimus, non quidem ipsarum spinarum culpa, sed eius qui illas crescere permittit. Potes enim dummodo velis perniciosa hæc germina sentium incidere, ac diuitiis laudabiliter vti. Ideò nec sæculum dixit sed sollicitudinem sæculi, nec diuitias, sed diuitiarum fraudem. Non ergo rebus causam, sed menti corruptæ atque animo attribuamus, possumus enim ita ditari, vt non decipiamus, & in sæculo ita conuersari, vt harum rerum D curis non submergamur. Duo quippe vitia inter se opposita in diuitiis sunt, vnum quod incendit sollicitudinem, & offuscat curis: alterum quod molliores delitiis reddit.

d *Aliud quidem cente.* Tres differentiæ sunt in bona terra sicut fuere in mala. Triginta enim refertur ad nuptias. Sexaginta ad viduas. Centum, qui numerus iam est in dextera, ad virginitatem. Vel centum quod transfertur ad dexteram, significat æternam beatitudinem. Siquidem triginta & sexaginta continentur in læua, sed centum continentur in dextera. Quamuis enim E magna sit fides quæ cognitionem Dei reuelat, magna opera quibus fides, ne sit otiosa consummatur, tamen ambo in hac vita sunt necessaria: præmium verò fidei & operationis in futuro speratur. Vel bona terra fert fructum centesimum martyrum propter sanctitatem vitæ vel contemptũ mortis. Sexaginta virginum propter ocium interius, F quia non impugnant contra consuetudinem carnis. Solet enim concedi ocium sexagenariis post militiam. Tricesimum coniugatorũ, quia hæc est ætas præliantium, & his est maior conflictus ne libidine superentur.

e *Aliam parabolam.* Quasi diues paterfamilias inuitatos diuersis reficit cibis, vt vnusquisque secundum naturam stomachi sui varia alimenta susciperet. Vnde & dixit aliam parabolam & non alteram, vt plures sequi intelligantur. Hæc parabola proponitur, dimissis turbis domi rogantibus discipulis exponitur. Et docet hic bonam voluntatem, & cautelam, & patientiam, & discre- tionem,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vos ergo audite parabolam. *Ostenso quod apostoli debebant scire secreta ecclesiæ, hic consequenter eis aperit intellectum parabolæ, dicens.*

2 Omnis qui audit verbum regni. *Id est, euangelij quod introducit ad cœleste regnum.*

3 Et non intel. *Quia non radicatur intra mentem tentationibus dæmonum peruiam: & hæc est pars seminis quæ cadit iuxta viam vt suprà dictum est.*

4 Venit malus. *Id est, diabolus, non quia sit malus per essentiam: vt dixerunt Manichæi qui posuerunt duo principia, vnum bonum simpliciter, & alterum malum sed quia est in malo obstinatus, & ad malum semper intentus.*

5 Qui autem semina. *Id est, supra cor humore fidei & deuotionis carens.*

6 Hic est qui ver. Dei au. *Quia tales ad horam aliquando ex aliqua passione moti cum gaudio suscipiunt prædicationem, sed quia non fundatur in humore fidei & deuotionis cito euanescit propter quod sequitur.*

7 Non habet autem in se ra, &c. *Id est, ad modicum tempus stans.*

8 Facta au. tribu. *Propter verbum euangelij susceptum.*

9 Continuò scandalizatur. *Cadendo ab eo quod cœperat.*

10 Qui autem seminatus est in spi. *Hic est qui perditur propter sollicitudinem diuitiarum: Et patet. Istis autem tribus de causis prædictis, prædicatio Christi & apostolorum fuit Iudæis pro maiori parte inutilis & infructuosa: non propter defectum doctrinæ, sed propter impedimentum suæ maliciæ.*

11 Qui verò in terram bo. sem. est. *Hic est qui audit verbum Dei fideliter & deuotè*

12 Et intelligit. *Quia talibus datur intellectus sacræ scripturæ.*

13 Et fructum affert. *Adimplendo opere.*

14 Aliud quidem cente. *Sicut supra expositum est. Per hanc autem quartam partem seminis quæ cadens in terram bonam fecit fructum secundùm triplicem virtutis gradum, intelligitur prædicatio Christi & Apostolorum quantum ad illos Iudæos qui eam fideliter & deuotè receperunt & in fide remanserunt.*

15 Aliam parabo. *Hic ponitur secunda parabola, in qua describitur status ecclesiæ sequens immediatè post mortem Christi et Apostolorum, quia diabolus inuidet fidei seminatæ in cordibus fidelium: & ideo inter fideles commouit aliquos ad perfidiam hæresis, quasi seminans Zizaniam in medio tritici ad ipsius destructionem: & hoc est quod dicitur.*

16 Simile fa. est, &c. *Id est, status ecclesiæ militantis.*

Homini

MORALITER.

† *Et fa. aliud quidem.* Per quod Saluator ostendit triplicem gradum in virtute, vtpotè in virtute castitatis: per fructum centesimum gradum castitatis virginalis: per sexagesimum gradum castitatis vidualis, per tricesimum, gradum castitatis coniugalis: & sic posset triplex gradus in aliis virtutibus assignari.

15 *Aliam parabolam.* Scilicet de Zizania seminata in medio tritici, & de ista potest dici sicut de præcedenti, quoniam ipsam exponit Saluator sicut & prima, & in hoc capitulo interpositis tamen duabus aliis parabolis: & ideo de alia expositione pertranseo.

tionem, & longanimitatem, & iustitiam.

A ✱CHRYSOST. Quid interest inter hanc & superiorem parabolam? Illud certè: Nam ibi eos qui nullo modo eum audire voluerunt, sed confestim resilientes, semina omnino perdiderunt: hic hæreticorum conciliabula significauit. Illa igitur parabola nō susceptum aut abiectum Christum esse ostenditur: hac vero corruptorem etiam simul demonstraret susceptum.

Hom. 47. in Matth.

a *Homines.* Qui alijs ad tutelam & custodiam deputati sunt prælati in ecclesia. B vel cum dormitionem mortis accipient apostoli.

† De elec. licet de vitanda.

✱ CHRYSOST. Demonstrat quod error post veritatem extitit. Etenim post prophetas fuerunt pseudoprophetæ, post Apostolos pseudoapostoli, post Christum Antichristi. Nisi enim diabolus viderit, quod imitetur, vel quibus insidietur, non tentat.

Hom. 47. in Matth.

† eamus & colligamus

a ¶ Ecclesia. b ¶ Bonum non seminat nisi bonus qui semen bonæ voluntatis ad bona opera studet producere.

gnūm cœlorum homini qui seminauit bonum semen in a- 1
¶ Mundo. a ¶ Cautelam amouet. ¶ Id est, inertia & incuria torperent. ¶ Diabolus.

gro suo. † Cùm autem dormirent homines, venit inimicus 2
¶ Præcedente nomine Christi. a ¶ Quæ non de semine tritici, paleę vero sunt hi, qui etsi non vita, ¶ Hæreticos permiscuit electis. b ¶ Id est, latuit & occultissimus factus est. fide sunt de ecclesia.

b eius, & superseminauit zizānia in medio tritici, & abiit. Cū 3
a ¶ Proficeret. b ¶ Bonæ spei opera monstraret. c ¶ Manifestauerunt se hæreticorum dogmata.

autē creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerūt &
¶ Custodes messis.

zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias dixerunt ei, 4
Domine nōnne bonū semē seminasti in agro tuo? Vnde ergo 5
habet zizania? Et ait illi: Inimicus homo hoc fecit. Serui aūt 6
a ¶ De officio. b ¶ [illegible] excommunicemus eos. ¶ Ecce discretio.

c dixerūt ei: Vis † imus & colligimus ea? Et ait: Nō. † Ne forte 7 8
d ¶ Sicut tu reddas vicem malis, vt scandalizes bonos, sed patere. a ¶ Longanimitas est, quæ vsque ad finem necessaria est.

e f colligētes zizania, eradicetis simul cū eis & triticum. Sinitē 9

C Quia igitur vidit, quod hic reddit in fructu centesimum, ille 60. ali⁹ 30. & nō poterat rapere neq; suffocare quod radicatū erat, per aliā deceptionem insidiatur interserēs sua, superseminant zizania.

lib. quest. euang. in Matth. q. 11.

✱ AVG. Quæritur vtrū sint hęretici, an malè viuētes Catholici. Possunt enim dici filij mali etiam hæretici quia ex eodē euangelij semine & Christi nomine pcreati, prauis opinionib⁹ ad falsa dogmata cōuertuntur. Sed quod dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videtur illi significari qui eiusdē cōmunionis sunt. Veruntamē quoniā agrū ipsum nō ecclesiā, sed hunc mundū interpretatus est, bene intelligūtur hęretici, qui in hoc mūdo permiscētur bonis, vt illi qui in eadē fide mali sint, palea potius quā zizania deputantur, quia palea etiā fundamētū ipsū habet cū frumēto radicēmque cōmunem. Schismatici autem videntur spicis corruptis similiores. Nec tamen consequens est vt omnis hæreticus aut schismaticus ab ecclesia corporaliter separetur multos enim portat ecclesia, quia non ita defendunt falsitatem sententiæ suæ, vt intentam multitudinem faciant: quod si fecerint, tunc expelluntur.

b *Cum autem creuisset.* Quia cum spiritualis esse cœperit: tunc iudicat omnia & tunc ei apparent errores. Sed donec maturescat qui herba est, potest eum mouere, quare sub nomine Christi multæ sunt hæreses. Vnde dicit: *Nonne bonum semen seminasti.* D

c *Vis imus.* Cum spiritualis homo audit hoc esse à diabolo qui nihil valet contra voluntatem Dei, potest ei voluntas suboriri, vt tales auferat de mundo si facultatem habeat. Sed cōsulit iustitiam Dei, an facere debeat, & an Deus velit esse hoc officium hominum. Sed veritas respondet. Non nosse hominem in hac vita qualis futurus sit qui modo errat, & quid bonis conferat eius error: & ideo eos non esse tollendos, ne fortè interficiantur, qui fortè futuri sunt: vel ne bonis obsit, quibus prosunt, &c. Tunc verò oportunè fieri, cum iam non est commutandę vitæ tempus & proficiendi alijs: & tunc non ab hominibus, sed ab angelis dicit fieri. E

† 24 q. 3. c. notandum.

d *Et ait non &c.* Ecce patientia. Non enim audito dolore exarsit in iram, nec mox vlcisci voluit, ita & nos læsi patienter feramus.

e *Ne fortè.* Hic datur locus pœnitentię, & monemur non cito amputare: quia qui errat hodie, cras fortè defendet veritatem. Si ergo modo auelleretur, triticum quod futurū erat eradicaretur. Vel necesse est vt mali permixti sint bonis per quos exerceantur. Vel quorum comparatione nitantur ad melius, quibus sublatis altitudo charitatis marcescit quod est eradicari. F

Ibi patienter tolerandi sunt mali, vbi aliqui inueniuntur quibus adiuuentur boni.

AVG. Multitudo non est excommunicanda, nec princeps populi.

f *Sinite.* Hoc videtur contrarium illi apostolico: *Auferte malum ex vobis.* Sed sicut inter lolium & triticum quamdiu herba est, parum distat: ita monet dominus ne de ambiguo iudicemus, quod dominus in die iudicij non suspiciosè, sed manifestè damnabit.

1. Cor. 5.

In patiendo iustitiam meditemur: In iudicando iustitiam non negligamus.

☞ ✱ AVG.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Homini qui. *Homo iste Christus est. Ager autem ecclesia labore & sanguine Christi exculta: bonum semen est sancta doctrina & fides catholica.*

2 Cum autem dor. homines venit inimicus. *Post dormitionem Christi & apostolorum per mortem istas hæreses inter fideles seminauit diabolus pro maiori parte: quia etiam aliquæ hæreses viuentibus apostolis fuerunt seminatæ, vt patet in epistolis Pauli & 1. canonica Ioan 2. c.* Nunc Antichristi multi facti sunt. *Sequitur:* Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis.

3 Cum autem cre. herba & fru. *Quia cum fides catholica per orbem inciperet multiplicari, tunc hæreses quę primò latuerant, manifestè apparuerunt in persecutione fidelium.*

4 Accedentes autem serui. *Serui isti sunt patres antiqui, qui fuerunt in primitiua ecclesia, qui admirantes perfidiam hęresis insurgentem, ad Deum accesserunt per orationem, inquirentes vnde talis perfidia orīretur: quibus fuit diuinitus reuelatum, quòd hoc erat ex diaboli opere Deo permittente: & hoc vt stabilitas fidelium probaretur. Vnde sequitur.*

5 Inimicus ho. *Id est, diabolus hoc fecit.*

6 Serui autem dixerunt ei. *Id est, sancti patres per orationem diuinum consilium quæsierunt.*

7 Vis imus & col. *Separando eos à communitate ecclesiæ per excommunicationem & tandem dimittendo iustitię seculari, exterminandos per mortem.* Et ait non.

8 Ne for. col. *Ex quo patet, quod dominus non vult hæreticos permitti viuere absolutè, sed in casu tantum, scilicet quando non possunt separari à fidelibus sine periculo fidelium. Et hoc contingit duplici de causa. Vna, quando non bene cognoscuntur, nec bene distinguuntur à fidelibus. Alia quando habent tantos defensores, quod si contra eos procedatur, maius periculum in ecclesia probabiliter timetur, vel schismatis vel interfectionis fidelium à fautoribus hæreticorum: tunc enim permittendi sunt propter maius periculum euitandum: vbi autem non occurrunt ista pericula, sunt separandi ab ecclesia & iustitię seculari relinquendi, vt exterminentur per mortem, ne per eos totum corpus ecclesiæ corrumpatur. Sequitur:*

9 Sinite vtraque crescere vsque ad messem. *Id est, vsque ad mundi consummationem: quod duobus modis intelligitur. Vno modo: quia in casu sunt permittendi: vt visum est. Alio modo, quia quantumcunque ecclesia hæreticos persequatur, nunquam tamen ab eis perfectè mundabitur vsque ad finem mundi.*

☙ Et in

MORALITER.

transeo, excepto eo quod Saluator inexpositum dimisit, scilicet, 2 *Cum autem dormirent homines.* Hæc autem dormitio superiorum negligentiam significat circa custodiam gregis sui, & similiter negligentiam cuiuslibet circa custodiam suę propriæ personæ. Vtramque enim negligentiam explorat diabolus: & sic per suggestiones malas zizaniam seminat in humanis cordibus.

h 5 † 6 Aliam

vtraque crescere vsq; ad messem, & in tempore messis dicam [1] messoribus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasci- [2] [3] culos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. [4] [5] Aliam parabolam proposuit eis, dicens. † Simile est regnum cœlorum grano sinapis, quod accipiens homo [6] † seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. [7] † Cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & † habitet in ramis [8] † eius. Aliam parabolam locutus est eis. † Simile est regnum [9]

a ¶ In ecclesia. ¶ Iudicium.
a ¶ Non vobis. b ¶ Separate à bonis. ¶ Hic vagos.
a ¶ Non vnum fascem, quia pro modo peruersitatis suæ vnusquisque punietur.
b ¶ Vt qui vnitatatem amauerunt. c ¶ In cœlestes mansiones.
a ¶ Quanto plus teritur, tanto plus redolet. b ¶ Acceptum habens.
a ¶ Deus in iusto, vel iustus vir in corde suo granum prædicationis fouet.
b ¶ Hæc prædicatio primo humillima est omnium disciplinarum pro scandalo crucis.
a ¶ Vt pro varietate verborum varia sit medicina. b ¶ Vita iustorum, vel sancta doctrina.

☞ ✠ AVGVSTINVS. Mea sententia erat neminem ad vnitatem A Christi esse agendum, verbo enim agendum, disputatione pugnandum, ratione vincendum. Sed hæc opinio mea, non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exẽplis. Harũ enim legum terror ita profuit, vt nunc alij dicant, iã hoc volebamus, sed Deo gratias qui nobis occasionem præbuit, & dilationis morulas amputauit. *Epist. 48.*

✠ IDEM. Aliter non meruit pacem habere domus Dauid, nisi Absalon fuisset extinctus. Quid autẽ ei restitit, nisi perditũ flere, & sui regni pace acquisita, suã mœstitiam consolari? Sic ecclesia, si aliquorum perditione, tam multos cæteros colligit, dolorem materni cordis lenit. Vbi est autẽ quod isti clamare cõsueuerũt, liberum est credere vel non credere? Cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Apostolum Paulum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & posteà consolantem. Mirum est, quod ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus quæ ad euangelium verbo vocati sunt, laborauit. *Epist. 50. ad Bonifaciũ.* B C

a *Et in temp.* Qui longanimiter tulit per iustitiam, digna retribuit: discretæ enim sunt virtutes, sed non contrariæ.

b *Et alli.* In hac vita non est alligatio, alioquin non tot ab errore resipiscerent.

c *Simi. est reg.* Regnum cœlorum, prædicatio est euangelij, de qua alibi: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Vel noticia scripturarum. *Infra 21.*

d *Grano sina.* Grano sinapis comparatur pro feruore fidei, quia dicitur venena expellere, id est, omnia dogmata prauitatis. Potest in grano sinapis humilitas dominicæ incarnationis intelligi. Quo accepto homo misit in hortum suum, quia corpus crucifixi Saluatoris accipiens Ioseph in horto sepeliuit. Expandit ramos in quibus volucres cœli requiescent, quia prædicatores dispersit in mũdum, in quorum dictis & consolationibus fideles ab huius vitæ fatigatione respirarent. D

✠ GREGO. Christus granũ fuit synapis, quod in agro seminatũ fuit, cum ille à populo comprehensus, & morti traditus, tanquam in agro fuit satione quadã corporis consepultus. Tandem verò vltra mensuram omnium olerũ excreuit, & vniuersam prophetarũ gloriam excessit. Granum fuit cum moreretur. Vnde & dicebat de seipso: *Nisi granum frumenti, etc.* arbor fuit cum resurgeret, granum per humilitatem carnis, arbor per potentiam maiestatis. *Lib. 19. moral.* *† Mar. 4. c Lucæ. 13 d* E *† nidificẽt.* *† Luc. 13. e* F

e *Cum au. cre.* Toto mundo vel in animo singulorum: quia nemo repentè perfectus. Creuit & factum est in arborem, quia surrexit & ascendit in cœlum. Vel creuerit, id est, mentibus hominũ quantæ sit virtutis innotuerit. Cætera apparent olera, quæ cito crescunt & corruunt: non viuida, sed marcida: illa non olus, sed arbor fit, vbi folia cum fructu, & in eius diuersis sententiis spirituales quiescunt.

f *Oleribus & fit arbor.* Id est, dogmatibus Philosophorum, quæ citò crescunt & corruunt, nil vitale promittentia.

✠ GREGOR. In istis ramis volucres requiescunt, quia sanctæ animæ, quæ quibusdam virtutum pennis à terrena cogitatione se ☞ subleuant, *Lib. 19 moral. c. 1.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et in tempore messis, *Id est, iudicij.*

2 Dicam messoribus, *Id est, angelis.*

3 Colligite primum Zizania. *Quia ministerio angelorum separabuntur mali tunc de medio iustorum, et mittentur in gehennam, vt habetur infra eodem ca.*

4 Triticum, *Id est, fideles in area huius mundi mihi contritos, et flagellatos.*

5 Congregate in horreum, *Id est, in cæleste gaudium.*

6 Aliam parabolam. *Hic ponitur tertia parabola in qua describitur ecclesiæ status sequens immediatè surrectionem heresum: quia contra heresis insurgentes dominus in ecclesia suscitauit doctores sanctos literatos, vt sic possent hereticos per rationem & scripturam confutare. Et licet primò fuerint humiles & abiecti, tamen diuina dispositione fuerunt postea exaltati, & maximis principibus valde chari: vt beatus Syluester Constantino, & beatus Ambrosius Theodosio: vt per potestatem secularem ecclesia ab hereticis purgaretur, & hoc per rationem & scripturam quantum ad illos qui doctrinam sanctorum reciperent. Vel per potestatem secularem quantum ad eos qui indurati essent, & iste status figuratur per parabolam de grano sinapis: Quod cum sit,*

7 Minimum, *In quantitate, tamen est magnum in virtute, quia crescit ad modum arboris.*

8 Vt volucres cœ. *Sic sancti predicto modo fuerunt paruuli in humilitate, sed magni scientia & virtute, & ideo sic diuinitus exaltati, quod volucres, id est principes huius mundi alta petentes, habitabant in ramis eorum, id est, regebantur per eorum consilium.*

9 Aliam parabolam. *Hic ponitur quarta parabola, in qua describitur status ecclesiæ sequens exaltationem predicatorum sanctorum. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponit parabolam, secundo, subiungit huius parabolæ & aliarum rationem, ibi:* Hæc omnia, &c. *Circa primum considerandum, quòd principibus huius mundi per sanctos prædictos ad fidei veritatem inductis, data est licentia per totum orbem Romano imperio subditum predicandi fidem catholicam, & ecclesias construendi: & sic fides catholica in modico tempore per totum orbem vulgata est. Et hoc signatur per parabolam fermenti absconditi in tribus satis farinæ & fermentantis totum. Tria sata, sunt tres partes orbis, Asia, Aphrica, Europa: quæ tunc erant subiectæ Romano imperio, vel pro toto vel pro maiori parte. Fermentum autem propter calorem intrinsecum significat legem euangelicam, quæ est lex amoris, mulier autem ponens fermentum in tribus satis prædictis est diligentia sanctorum ad fidem catholicam vbique predicandum.* *Diuisio.*

Hæc omnia

MORALITER.

† 6 *Aliam para.* Sequitur.

† *Simile est regnum cœlorum.* Istud moraliter exponi potest de virtute humilitatis, quæ fundamentum est aliarum virtutum, & sic habet proprietatem principiorum in scientiis quæ sunt minima quantitate & maxima virtute: ideò subditur:

† *Cum autem creue. maius.* Ideo scribitur Luc. 14. *Qui se humiliat exaltabitur.*

8 *Vt volucres.* Id est, angeli sancti qui ad consolationem humilium descendunt.

† *Et habitent in ra.* Per ramos istos possunt intelligi duodecim humilitatis gradus, qui ponuntur in regula beati Benedicti. Primus est, in corde & corpore semper humilitatem ostendere, defixis in terram aspectibus. Secundus, vt pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamosa voce. Tertius, vt non sit facilis aut promptus in risum. Quartus, taciturnitas vsque ad interrogationem. Quintus, tenere quod habet cõmunis monasterij regula. Sextus, credere & pronuntiare se omnibus viliorem. Septimus, ad omnia indignum & inutilem se confiteri & credere. Octauus confessio peccatorum. Nonus, pro obedientia in duris & asperis patientiam amplecti. Decimus, vt cum obedientia se subdat maiori. Vndecimus, vt propriã voluntatem non delectetur implere. Duodecimus, vt Deum timeat, & memor sit omnium quæ præcepit.

9 *Aliam parabolam, &c.* Sequitur. *Simile est regnum cœlorum fermento quod, etc.* Licet in scriptura frequenter fermentum accipiatur in malum eò quòd est corruptiuum, tamen hic accipitur in bonũ, & significat charitatem eò quòd continet calorem sicut in principio huius operis dixi de leone. Qui propter voracitatem diabolum significat, & propter constantiam Christũ. Per tria verò sata significantur tres regulæ religiosorum, scilicet regula beati Augustini & regula beati Benedicti & regula beati Frãcisci, quæ fun-

† dantur

...sublevant, in eorum dictis atque consolationibus ab huiusmo-... vitæ fatigatione respirant.

a *In farina sa.* Vt spiritus, anima, & corpus in vnum redacta non discrepent inter se. Vel tres animæ virtutes in vnum rediguntur, vt in ratione possideamus prudentiam, in ira odium vitiorum, in cupiditate desiderium virtutum. Vel, mulier, ecclesia, fidem hominũ farinæ tribus satis miscet, credulitati Patris & Filij & Spiritusſancti. Cúmque in vnum fuerit fermentatum, non nos ad triplicem Deum sed vnius deitatis noticiam perducit, quia non est diuersa natura in singulis.

Satum est genus mẽsuræ iuxta morem Palæstinorũ, modium & dimidium capiens.

Possunt in satis tribus illi dominici seminis fructus intelligi, tricesimus. s. sexagesimus & centesimus. i. cõiugatorum, continentium, & virginum. Vel sata tria genera hominũ, Noe, Daniel, & Iob.

* huius. b *Donec fermentatum.* Tamdiu charitas in mente recondita crescere debet, donec mentem totam in sui perfectionem commutet, vt nihil præter Deum diligat vel recolat, quod hic incipitur, in alia vita perficitur.

cit: Vnde & ibi dicit, quod alius est, qui seminat, & alius qui metit: hic autem eundem dicit esse qui seminat, & qui metit, quoniam ibi non ad sui differentiam, sed Apostolorum prophetas induxit. Etenim ipse Christus per prophetas seminauit in Iudæis. Idem ergo nominat semen & messem secundùm aliud & aliud. Cum enim de obedientia loquatur & persuasione ad fidem, tunc vocat messem: sed cum de fructu auditionis verbi Dei, tunc consummationem dicit messem.

(a ¶ A gratia Dei. b ¶ Mater Ecclesia vel sapientia Dei. c ¶ Commendat hominibus de tribus Noe filijs originem ducentibus quos ecclesia ad fidei veritatem colligit.)

a cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in fa-

(a ¶ Non quia nihil propriè, sed quia nihil vbi non sit aliquid parabolæ.)

b rinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. † Hæc om- [1]

(a ¶ Non ad discipulos quibus volebat aperta loqui)

c nia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabo- [2]

(¶ Et sic impletum est.)

lis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum est per

(a ¶ In psa. 77. ex persona domini. b ¶ Quia prius aperui ora prophetarum. c ¶ De profundo eliciam.)

prophetam dicentem: † Aperiam in parabolis os meum, eru-

(¶ Mysticè. ¶ A tumultuantibus secessit ad electorum corda, qui digni erant instrui.)

ctabo abscondita à constitutione mundi. Tunc dimissis [3]

(¶ Familiares.)

turbis, venit in domum & accesserunt ad eum discipuli eius dicentes. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui respondens ait: Qui seminat bonum semen, est filius hominis.

(¶ Omnes iusti.)

Ager autem est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filij re-

(¶ Omnia scandala.)

gni, Zizania autem filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. Messis verò consummatio sæculi

d est. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur

(a ¶ Omnis immundicia in segete, zizania dicitur. b ¶ Filius hominis consummabitur.)

zizania & igni comburuntur: sic erit in consummatione sæcu-

(a ¶ Bonos, quorum officio vindicta implebitur. b ¶ Prius, quia in tribulatione præcedente separabuntur impij à pijs.)

li. * Mitter filius hominis angelos suos, & colligent de regno [4] [5]

(¶ Non qui fecerunt.)

e eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mit- [6]

(¶ Nota duplicem pœnam.)

f tent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. [7] [8]

(a ¶ Quorum vita hic æstimatur insania. ¶ Sine defectu. ¶ Quia mysticè omnia.)

Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui ha- [9]

(¶ Conuersatio iustorum a ¶ Thesaurus, cœleste desiderium est,)

g bet aures audiendi audiat. Simile est regnũ cœlorum thesauro [10]

e *Omnia scandala.* ✠ AVGVSTINVS. Nunquid de regno illo vbi nulla sunt scandala? de isto ergo regno eius quod est hic ecclesia colligentur. († Mar. 4. d. † Psal. 77. a. Lib. 20. de ciuitate. cap. 9.)

f *Caminum ignis.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ita duplicem punitionem videre licet: vnam, cum igni æterno ardebunt: alteram cum ab ineffabili gloria excident. (Hom. 48. in Matth.)

✠ IDEM. Vide autem ineffabilem Dei amorem ad homines. Est enim ad beneficia promptus, & ad pœnam tardus. Cũ enim seminat, per seipsum seminat: cum autem punit, per alios, mittit enim ad hoc angelos suos.

g *Thesauro absconditio in agro.* Thesaurus, potest accipi verbum Dei, qui in carne Christi absconditur. Vel scriptura, in qua reposita est notitia Saluatoris. Vel, duo testamenta in ecclesia, pro quorum intelligentia omnibus renunciatur vt in ocio discantur.

Terrenis regnum cœlorum similatur, vt per cognita surgat ad incognita animus, & diligat.

c *In parabolis ad tur.* Quia quidquid ibi dicitur de exercitu Israel, & omnia signa occulta sunt sacramenta.

(Hom. 48. in Matth.) d *Messis vero, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Alio loco ait, *Messis quidem multa, operarij autem pauci.* In quibus verbis messem dicit iam adesse. Quomodo ergo hic eam dicit esse futuram? Sed sciendum quod in alia significatione messem dicit:

☞ *Abscondit*

NICOLAVS DE LIRA.

(Diuisio.) 1 Hæc omnia. *Hic consequenter redditur ratio prædictæ parabolæ & aliarum, Et diuiditur in duo, quia primo ponitur dicta ratio, & secundo, queritur cuiusdam parabolæ prædictæ interpretatio, ibi:* Tunc dimissis turbis. *Ratio autem quare loquebatur parabolicè turbis suprà est assignata, & iterũ hic alia assignatur, scilicet, vt scriptura quæ hoc prædixerat Psal. 77. impleretur. Et patet litera excepto hoc quod dicitur, ibi quod,*

2 Sine parabolis. *Quod non est intelligendum, quod nihil loqueretur nisi parabolicè, vt expositum est in principio huius cap. sed quia cum hoc aliqua dicebat clarè, illa scilicet quæ debebat turba scire, aliqua etiam interponebat parabolicè, quæ scilicet pertinebant ad secreta ecclesiæ.*

3 Tunc dimis. tur. *Hic ponitur interpretatio parabolæ de Zizania in medio tritici seminata, & notat Euangelista locum, vbi facta est interpretatio ista dicens:* Tunc dimissis turbis venit in domum. *Vnde ex hoc etiam patet, quod alias parabolas eis ibidem exposuit, licet non fiat hic mentio de aliarum expositione parabolarum. Vnde dicitur, Mar. 4. d.* Seorsum autem discipulis disserebat omnia. *Interpretata est autem parabola prædicta à Christo, sicut superiùs exposita est: Et patet vsque ibi:*

4 Mittet filius hominis angelos. *Id est Christus, qui iudicabit mundum in forma humana, in qua iudicatus est coram Pilato, sed tunc apparebit in forma gloriosa.*

5 Et colligent de reg. eius omnia scandala. *Id est hereticos, qui generant scandalum in ecclesia.*

6 Et eos qui faciunt iniquitatem. *quia non solum damnabuntur heretici, sed etiam fidem tenentes habentes tamen opera mala.*

7 Ibi erit fletus. *In hoc signatur duplex pœna inferni. vna ex parte mentis, scilicet tristitia vehemens quæ signatur per fletum: & alia ex parte corporis, quæ signatur per stridorem dentium.*

8 Tunc iusti ful. *per dotem scilicet claritatis redundantis ex gloria animæ ad corpus.*

9 Qui habet aures. *exponatur sicut supra expositum est in eodem c.*

10 Simile est regnum cœlo. *Hic ponitur quinta parabola designans ecclesiæ statum sequentem post prædictum: quia diuulgata fide* ☞ *in orbe*

MORALITER.

† dantur in perfectione charitatis, & ex earum doctrina inducitur ad charitatem totus orbis. Mulier autem abscondens hoc fermentum in trib. satis est diuina sapiẽtia per quã omnia suauiter disponũtur.

10 *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro quem.* Thesaurus iste sapientia est de qua dicitur Sap. 7. b. *infinitus enim thesaurus est hominibus, &c.* Ager autem est sacra scriptura sub sensu literali sensus mysticos habens absconditos tanquam thesaurum preciosum, quem inuenit qui sollicitè eam studet & deuotè, & sic pro isto thesauro vendit omnia quæ habet, quia in eius comparatione ea paruipendit, Sap. 7. a. *Et præposui illam regnis & sedibus; & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, etc.*

† *Iterum*

A a *Abscondit & præ gaudio illius.* Vt seruetur à malignis spiritibus & laudibus hominum. Sic sit opus in publico, vt intentio maneat occulta.

b *Negociatori.* Beatitudinem qua exuti sumus culpa primi hominis, debemus omnes intelligendo rectè, & operando bene negociari.

c *Bonas margaritas.* Bonæ margaritæ, lex & prophetæ. Vna preciosa, scientia saluatoris, pro qua homo vt Paulus omnibus mysterijs legis & obseruationibus renunciauit.

d *Inuenta autem.* Id B est, Christo, qui præest omnibus hominibus, vel spirituali præcepto dilectionis. Vel intellecto verbo, quod erat apud Deum penetrata carnis testudine. Vel cælestis vitæ dulcedine, pro qua omnia vilescunt.

C e *Sagenæ mis.* Impletur Ieremiæ vaticinium: *Ecce ego mitto ad vos piscatores multos.* Postquam audierunt Petrus & Andreas, Iacobus & Ioannes: *Sequimini me, faciam vos piscatores hominum*: contexuerunt sibi sagenam ex veteri & nouo Testamento, & in mare sæculi miserunt, quæ vsque hodie trahitur, & in fluctibus tunditur: capiens quidquid incidit, bonos & malos, quos ad litus trahit, id est, ad finem mundi, vt tunc fiat diuisio. Vnde sequitur. *Sic erit in consummatione secu.* &c. Sagenæ comparatur ecclesia vel prædicatio euangelica, quæ à fluctibus sæculi ad cœlum trahit.

[margin: † sua. — Iere. 16. c. — * At illis Iesus. — Suprà. 4. c.]

a ¶ Ager, est cœlestis studij disciplina. b ¶ Qui impetrata gratia Dei. c ¶ Deprædari desiderat qui thesaurum publicè portat in via.

a absconditoᵃ in agro, quem qui inuᵇenit homo, ábscōdit & pre-

a ¶ Incipit ire, cum incipit diligere. b ¶ Omnibus terrenis renunciat. c ¶ Per contemptum terrenorum venit ad studium æternorum.

gaudio illius vᵃadit, & vᵇendit vniuersa quæ habet, & ᶜemit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini ne- 1

¶ Qui cum sit pauper multis laboribus negociatur. a ¶ Bonos homines cum quibus viuat, vel bona præcepta, vel bonos intellectus.

b c gociatori quærenti bonas margᵃaritas: Inuenta autē vna pre- 2

d a ¶ Cœlestis vitæ & dulcedo, pro qua omnia vilescunt. b ¶ Renunciat omnibus suis & sibiipsi. ¶ Alias comparauit. 3

ciosa margᵃarita, abiit & vᵇendidit omnia quæ habuit, & emit

a ¶ Terret timore pœnæ quos præmij amore inuitauit.

e eam. Itᵃerum simile est regnum cœlorum † sagenæ missæ in 4

a ¶ In mundum. b ¶ Quæ ad veniam vocat omnis generis homines. ¶ Vniuersaliter.

mᵃare, & ex omni gᵇenere piscium congreganti. Quam, cùm

a ¶ In fine sęculi. b ¶ Quia tunc verum iudicium secernendorum parebit.

impleta esset, educentes, & secᵃus littus sedᵇentes, elegerunt

¶ In ęterna tabernacula. ¶ In infernum.

bonos in vasa, † malos autem foras miserunt. Sic erit in con-

¶ Ad opus sibi iniunctum. a ¶ Apertè dicit de tormentis malorum, ne quis se excuset per ignorantiā.

summatione sæculi: Exibunt angeli & separabunt mᵃalos de medio iustorū, & mittēt eos in caminū ignis; † ibi erit fletus

¶ Hæc ad apostolos qui sunt futuri magistri, quos non vult audire tantum vt populum. 5

& stridor dentiū. * Intellexistis hæc omnia? Dicūt ei: Etiā. 6

a ¶ Intelligentibus dignum testimonium reddet, dicens eos similes esse sibi. 7

g Ait illis: Ideᵃo omnis Scriba doctus † in regno cœlorū similis 8 9 †

✠ CHRYSOSTOMVS. Sed quid interest hæc ab illa, quę de zizanijs est? eodem enim modo etiam ibi alij saluantur alij perduntur. Verùm ibi hęresi atque prauis dogmatibus & qui ante illam parabolam sunt, quoniam prædicationi non adhæserunt: isti E verò malè viuendo pereunt, & cęteris sunt inferiores, quoniam veritatem quidem cognouerunt & in verriculum piscatorum inciderunt & tamen malè viuendo periere.

[margin: Hom. 48. in Matth. — † verriculo iacto.]

f *Et secus littus.* Littus, finis sæculi, in quo boni ad cœlum mali ad tenebras mittentur: in præsenti enim erant permixti. F

[margin: † infrà 22. b. & 25.]

g *Ideo omnis Scriba doctus, &c.* Quia intelligitis mysteria quæ vobis reuelo: ideo faciam vos prædicatores, & eritis mihi similes qui de thesauro scientię meæ, noua & vetera profero, vt vos similiter faciatis.

[margin: † ad regnū.]

☞ Qui

NICOLAVS DE LIRA.

in orbe terrarum per prædicationem sanctorum, multi valentes viri & literati in doctrinis Philosophorum conuersi ad fidem catholicam inceperūt se exercere & suam scientiam conuertere ad vtilitatem & regimen animarum: sicut August. & multi alij valentes episcopi: & hoc signatur per thesaurum absconditum in agro, qui ager omnibus venditis emitur, vt thesaurus ibidem absconditus habeatur. Ager enim iste labor est positus in exercitio vitæ actiuæ, & operibus misericordiæ in regimine ecclesiæ. Thesaurus autem est præmium cæleste. Ager autem omnibus venditis emitur, vt thesaurus habeatur: quia propter magnitudinem pręmij cælestis prædictus labor est suscipiendus ex charitate alijs dimissis: Vnde dicit Aug. in epistola ad Valerium: Cogitet religiosa prudentia nihil esse in hac vita maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius episcopi aut presbyteri aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur quo imperator noster iubet. Ad intellectum autem huius parabolæ maiorem, sciendum, quòd, aliqua sunt quæ nunquam fuerunt in possessione alicuius, vt lapides preciosi in littore maris & huiusmodi, & talia sunt ipsius inuenientis. Alia autem sunt quæ aliquando fuerunt in possessione alicuius, sed tantum tempus est elapsum, quòd non est memoria, sicut thesauri antiquitus in terra occultati, & idem iudicium deberet esse sicut de perditis, sed propter pacem communem hominum, statutum fuit antiquitus, vt medietas inuentoris esset, & medietas illius cuius est ager in quo inuenitur, & ideò hîc dicitur quod ille qui inuenit thesaurum vendit omnia & emit agrum, vt habeat ius posidendi totum.

[margin: Presbyterij & diaconatus officium arduum est operibus comitantibus.]

1 Iterum simile est regnum cœlorum homini. *Hîc ponitur sexta parabola, in qua declaratur status ecclesiæ immediatè sequens præcedentem, quia post statum prædictum incœperunt aliqui contemptis mundi delitijs, diuitijs & honoribus, intendere vitæ contemplatiuæ, sicut beatus Benedictus & alij sequentes ipsum in gradibus diuersis, & statibus religionum. Et iste status figuratur per margaritam quæ inuenitur in conchilijs maris: quia religio fundatur & nutritur in humore deuotionis. Ista autem margarita dicitur vna & preciosa.*

2 Vna. *Quia hominem vnit. Actiua autem vita magis diuidit: propter hoc dicitur quòd Martha erat circa multa occupata: Maria verò circa vnum. Dicitur etiam,*

[margin: Diuisio.]

3 Preciosa. *Quia vita contemplatiua simpliciter & absolutè melior est quàm actiua, licet in casu actiua, sit magis fructifera: propter quod dicitur Lu. decimo. g.* Maria optimam partem elegit, &c. *Ista autem margarita vēditis omnibus est emenda, in quo designatur, quod ad statum religionis requiritur relinquere terrena, saltem quantùm ad proprietatem, & in particulari. Et quia iste status duraturus est vsque ad finem mundi, ideò non ponitur alia parabola post istam, nisi illa quæ signat finem mundi: & hoc declaratur, cum subditur:*

4 Iterū simile est regnū cœlorū. *Id est, status ecclesiæ militantis. Sicut enim non distinguuntur boni pisces à malis quamdiu sagena est intra aquam, sic in ecclesia admixti sunt mali cū bonis: sed in fine mundi trahetur ad littus per apertum iudiciū, quia tunc erunt manifesta abscondita cordiū: & tunc iudicio diuino & ministerio angelorū separabūtur mali de medio iustorū, et mittētur in infernū, vt sic ecclesia purgata offeratur Deo patri sine macula et ruga.*

5 Intellexistis. *Hîc ponitur principalis conclusio. Ad hoc enim in parabolis prædictis præscriptus est processus ecclesię militantis, vt apostoli qui erant ipsius fundatores post Christum per sanguinem suum, vt suprà dictum est, intelligerent huiusmodi processum, & hoc est quod dicit:* Intellexistis, *quasi dicat, ad vos pertinet intelligere.* 6 Dicunt ei, &c. scriba. *Id est doctor.*

7 Doctus. *Id est, literatus & à Deo inspiratus.*

8 In reg. cœ. *Id est, in ecclesia militante.*

9 Similis est homini. *Quia sicut paterfamilias habet pascere filios pane corporali, sic iste paruulos fideles pane spirituali.*

Qui

MORALITER.

† 1 *Iterum simile est regnum cœlorum homini, &c.* Istæ margaritæ sunt virtutes, inter quas vna est preciosa scilicet charitas, sicut dicitur 1. Cor. 13. b. *Maior autem horum est charitas*: propter quod ad habendum ipsam omnia sunt exponenda. Cantic. octauo cap. *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.*

4 *Iterum simile est regnum cœlorum.* Ista sagena regularis est disciplina: mittens eam, est inducens sæculares ad religionis ingressum. Trahens autem ad littus est recipiens ad professionis votum & illos qui probati sunt de bonitate debet recipere: alios autem reijcere.

† *Omnis scriba doctus in regno cœlorum.* Sequitur. *Profert de thesauro*

† *sauro*

a *Qui profert de thesau. suo.* Vetus erat pro culpa ad infernum A descendere. Nouum est per aduentum Christi, vt conuersus in regno viuat. Hoc ergo in conclusione ponit quod præmisit. Prius enim de regni similitudine thesaurum & bonam margaritam protulit, post de malorum combustione narrauit: tunc concludens subiungit: *Ideo om. scr.* Ac si apertè dicat. Ille in sancta ecclesia doctus est prædicator, qui noua scit proferre de suauitate regni & vetusta de terrore B supplicij, vt pœnæ terreant quos præmia non inuitant.

Apostoli sunt scribæ & notarij Christi, verba eius signantes in tabulis cordis, & pollent opibus patrisfamilias, eiicientes de thesauro do-C ctrinarũ suarũ noua & vetera, quia quidquid in euãgelio prędicatur, legis & prophetarum vocibus comprobant.

a ¶ Nouum testamentum præponit dignitate.

a est homini patrisfamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et factum est, cùm consummasset Iesus parabolas istas, transiit inde. Et veniens in patriam suam docebat eos in b synagogis eorum, ita vt mirarentur & dicerent: † Vnde huic c sapientia hæc, & virtutes? Nónne hic est fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas, & sorores eius nónne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic ómnia ista? Et scandalizabãtur in eo. Iesus autem d dixit eis. ✝ Non est propheta sine honore, nisi in pãtria sua & e in domo sua. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

a ¶ Vt ibi doceat apertius. b ¶ Galilæam vel specialiter Nazareth. ¶ Conuentibus. ¶ Græci sapientiam, Iudæi signa petunt. ¶ Ad doctrinam. ¶ Tanta. ¶ Ad miracula. a ¶ Cognati more scripturæ. ¶ Iustus. a ¶ Quia huic magna, huic humilia. ¶ Vel ego, vel quilibet alius. a ¶ Quia nios est ciuibus ciues inuidere, & recordari fragilitatem infantię.

† Marc. 6. a.

b *Vt mira.* Magna cæcitas, quem verbis & factis Christum cognoscunt, ob generis noticiam contemnunt.

c *Fabri filius.* Non sine re voluit dici fabri filius, non illius quem putant, sed fabricatoris omnium. Sed huius sacramenti Iudæi ignari diuinæ virtutis opera carnalis prosapiæ contempla-D tione contemnunt. Non enim considerant præsentia eius opera sed fragilem recordantur infantiam.

✠ Chrysostomvs. Per omnia ergo insensati vilipendunt eum ab eo qui eius pater esse putabatur, quamuis multa exempla præ manibus haberent, qui ex humilibus parentibus magni enaserint.

Hom 49. in Matt.

✠ Hilarivs. Sic inhonoratur dominus à seruis. Et quanquam docendi E prudentia & operandi virtus admirationem commoueret, non tamen credunt hæc illum in nomine domini agere, sed paternæ artis quodã opprobrio lacessunt.

† Marc. 6. a.

d *Propheta.* Christus dicitur propheta: vnde Moses dicit. F *Prophetam suscitabit vobis dominus de semine vestro.*

Deut. 18. c.

d *In patria.* Id est, in populo Iudæorum: maiora autem facit in gentibus.

e *Et non fecit.* Fecit virtutes aliquas, sed non multas, ne incredulos condemnaret. Vel despectus pauca facit, ne penitus excusabiles sint, maiora autem in gentibus facit.

☞ Cap.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui profert. *Id est, de scientia in corde abscondita.*

2 Noua & vetera. *Id est, authoritates vel processus noui & veteris Testamenti. Ex quo patet, quod episcopi qui successores sunt apostolorum debent habere noticiam vtriusque Testamenti, in cuius signum portant mitram in capite cum duplici cornu.*

3 Et factum est. *Postquàm euangelista descripsit Christi multiplex documentum, hic describit populi doctrinam eius recipere debentis impedimentum: quia illi de patria sua propter paupertatem generis, et inuidebant & ipsum despiciebant & in hoc irrationabiliter mouebantur, quia Dauid qui fuit radix regum & eximius prophetarum fuit pastor ouium, & ideo isti ex malicia sua facti sunt inepti ad recipiendum doctrinam Christi et eius miracula, & hoc est quod dicit:*

4 Cum consummasset Iesus parabolas, &c. *Docens discipulos suos & turbas.*

5 Transiit inde & veniens in patriam suam. *Id est, in Galilæam vbi fuerat conceptus et nutritus: licet fuisset in Bethleem natus vt suprà dictum est.*

6 Docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur. *Quia non nec viderant eum literas discentem, in lege studentem: propter quod dicebant:*

7 Vnde huic sapientia hæc? *Id est, noticia scripturarum.*

8 Et virtutes. *Quasi dicant non habet hęc à Deo, vel exercitij studio, sed magis a diabolo, quod arguũt ex ignobilitate seu infirmitate parẽtum.*

9 Nónne hic est fabri filius? *Iste est, Ioseph, qui, vt dicitur, erat faber lignarius, & ipse putabatur eius filius, vt habetur Luca tertio.*

10 Et fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas, &c. *Dicuntur autem fratres Christi, quia erant eius cognati germani, non quia essent de Maria & Ioseph post natiuitatem Christi generati, vt dicit Eluidius hæreticus, qui dicit Mariam esse cognitam à Ioseph post natiuitatem Christi: sed hoc supra improbatum est. I. c. Sequitur:*

Eluidij error.

11 Vnde ergo. *Quasi dicat, si non habet exercitio vel ex genere, habet ergo ex dæmone. Et ideo sequitur:*

12 Et scandalizabantur. *Attribuentes virtuti dæmonis quod debebat attribui virtuti diuinitatis.*

13 Iesus autem dixit eis. *Quia inuidia magis est ad patriotas & ad propinquos quam ad extraneos. Cuius ratio est, quia inuidia est tristitia de excellentia alterius inquantum apprehenditur, vt proprij boni diminutiua; excellentia autem alicuius distantis multum non apprehenditur, vt proprij boni diminutiua: propter quod inter artifices eiusdem artis est magis inuidia, & eadem ratione inter compatriotas. Sequitur.*

14 Et non fecit virtutes multas. *Quia erant indigni. Causa subditur:*

15 Propter incredulitatem illorum. *Non tamen nullas, quia ibi aliquas virtutes fecit, vt non haberent excusationem de peccato suo videntes opera diuinitatis in eo.*

☞ Cap.

MORALITER.

† *sauro suo noua.* Thesaurus iste est sacra scriptura continens nouum & vetus Testamentum, quorum differentia secundùm August. est timor & amor: ergo prædicator doctus de thesauro suo profert vetera quando prædicat terrentia, ad incussionem diuini timoris, & noua quando prædicat demulcentia, inducens ad amplexum diuini amoris.

7 *Vnde huic sapientia hęc?* Hoc autem dicebant de Christo contemptibiliter propter paupertatem parentum, vnde subditur.

9 *Nónne hic est fabri filius?* Istis similes sunt illi qui doctrinam pauperum religiosorum contemnunt & diuitum venerantur, secundum illud Eccle. decimo tertio. d. *Diues locutus est & omnes tacuerunt: & verbum illius vsque ad nubes perducent: pauper locutus est, & dicunt, quis est hic?*

† Mora-

CAP. XIIII.

N illo tempore, audiuit Herodes tetrarcha 1 famam Iesu, & ait † pueris suis: † Hic est 2 Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis: & 3 ideo virtutes operantur in eo. Herodes enim † tenuit Ioãnem, & † alligauit eũ, & † 4 posuit in carcerẽ propter Herodiadem vxorem * fratris sui. Dicebat enim illi Ioãnes. † Nôn licet tibi habere eã. Et volens eum occidere, timũit populum quia sicut prophetam eum hãbebant. † Die autem natalis Herodis, sal- 5 6 tauit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi. † Vnde 7 cum iuramento pollicitus est ei dare quodcũque postulasset

¶ Gentilibus populi. a ¶ Fratre adhuc viuente, mortuo enim non prohibebat lex. a ¶ Facilè à iustitia deuiat qui non habet Deum in causis. a ¶ Non tantum populus sed & Herodes. ¶ Triclinio.

† famulis † Mar. 6. a. Luc. 9 a. † tenuerat † posuerat * Philippi.

CAP. XIIII.

A a IN *illo tempore audiuit Herodes*. Lucas verò ita: *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebãt ab eo, et hæsitabat, eò quòd diceretur à quibusdam, quòd Ioannes surrexit à mortuis, à quibusdam verò quia Elias apparuit*. Quod ergo ait. *Hic est Ioannes*. Vel confirmatus quorundam sententia post hæsitationem dixit, vel adhuc dubius: hæc enim verba ad vtrumque se habent.

Luc. 9 a. Luc. 4. d. Ioan. 4 f. 1. q. 1. cap. Paulianistę de immortalitate animæ loquẽtium opinio. Hom. 49.

✠ CHRYSOSTOMVS. Tu autem etiam hic animaduerte quam ingentes virtus habeat vires. Nam hic Herodes adeò Ioannẽ mortuum perhorruit, vt à nimia formidine vel de resurrectione philosopharetur.

† alligauerat. † 26 dist. c. vna. † Cum autem agerẽtur natalitia.

B b *Et ait*. Nota inuidiã Iudęorum. Hic alienigena dicit resurrexisse Ioannem, qui nullum signũ fecit. Illi Iesum tot virtutibus approbatum non resurrexisse contendunt.

c *Et ideò*. Senserunt enim quòd maioris virtutis sunt futuri sancti à mortuis resurgentes, quam fragili carne grauati.

C d *Herodes enim*. Quia dixit de opinione resurrectionis cum nihil de morte dixisset, reuertitur & narrat qualiter & cur obierit. Herodes iste & Philippus fratres fuerunt filij Herodis, sub quo dominus fugit in Ægyptum.

e *Herodiadem vxorem*. Herodias filia Arethæ regis quam ipse pater tulit Philippo, & in dolorem eius dedit Herodi inimico illius.

f *Non licet*. Herodes forsitan legem Iudæorum tenebat, & ideo Ioannes eum ab adulterio prohibebat.

g *Timuit populum*. Populum timebat, sed amor superabat, pro D quo & Deum postponebat. Timor Dei corrigit, timor hominum differt, sed voluntatem non aufert: vnde & auidiores reddit ad crimen quos aliquando suspendit à crimine.

h *Die autem*. ✠ HIERONYMVS. Nullum alium inuenimus obseruasse diem natalis sui, nisi Herodem & Pharaonem, vt quorum erat par impietas, esset vna natiuitas.

i *Cum iuramento*. Ad hoc forte iurauit vt occasionem pararet, qua videretur facere inuitus quod faciebat spõtaneus. Non enim hoc implesset de aliquo amato, quod impleuit de propheta: quod & ante fecisset, si excusabiliter posset. E

BEDA. Si quid nos fortè incautè iurasse contigerit, quod obseruatum, scilicet peiorem vertatur in exitum, liberè illud consilio salubriori mutãdum nouerimus, ac magis instante necessitate periurandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum. Denique iurauit per dominum Dauid occidere Nabal virũ stultum & impium, atque omnia quæ ad illum pertinerent demoliri, sed ad primam intercessionem Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, nec aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.

† 22. q. 4. est etiam & c. vnusquisque & c. actione. 1. Reg. 25. b. F

ISIDORVS. Non est conseruandum sacramentum quo malum incautè promittitur, velut si quispiam adulteræ perpetuam cum ea manendi fidem polliceatur, tolerabilius enim est non implere sacramentum, quam manere in stupro.

Iuramẽti fractio tolerabilior stupro cõtinuato.

☞ *Contristatus*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIIII.

1 IN illo tempore. *Posita promulgatione euangelij parabolica, hic ponitur huius promulgationis confirmatio. Et hoc ex duobus. Primò ex fama nominis. Secundò ex eius miraculis ibi.* Quod cum audisset Iesus. *Prima in duas, quia primò ostendit famam ipsius Christi. Secundo: ex hoc incidentaliter narrat mortem Ioannis, ibi:* Herodes enim. *Circa primum aduertendũ, quòd miracula Christi fuerunt in tantum euidentia, quod non solum fama eius fuit inter vulgares homines, sed inter magnas personas & principes. Et hoc est quod dicit.*

2 Audiuit Herodes. *Dicitur autem tetrarcha, quia habebat quartam partem regni Iudeæ. Mortuo enim Herode Ascalonita, qui interfecit innocentes, diuisum est regnum eius in duas medietates, ita quòd Archelaus filius eius habuit medietatem, vt supra dictum est 2. ca. Alia autem medietas diuisa fuit in duas partes: & vna data est Herodi, & altera Philippo, qui erant iuniores. Et ideo dicitur Tetrarcha, à quarta parte regni, à* πετρὰς *quod est quatuor, &* ἀρχὸς *quod est princeps, quia principabatur in quarta parte, non tamen dicebatur rex: quia Romani abstulerant à Iudæis nomen regium ad frangendum eorum superbiam. Vnde dixerunt coram Pilato Ioan. 19. c.* Non habemus regem nisi Cæsarem. *Sequitur:*

3 Hic est Ioan. Baptista. *Opinio enim omnium loquentium de immortalitate animę & resurrectione fuit, quod post resurrectionem homo sit excellentioris virtutis, quàm ante, & ideo licet Ioannes Baptista in vita sua non fecisset miracula, iste tamen Herodes credens eum surrexisse à mortuis, asserebat eum facere miracula.*

4 Herodes enim. *Quia fecerat mentionem de morte Ioannis, ideo hic incidentaliter ostendit modum mortis. Et diuiditur in duas: quia primò ostendit interfectionis eius causam. Et secundò modum & ordinem, ibi:* Die autem natalis. *Causa autem fuit ista, quia Herodias quæ fuit filia Aristoboli & soror Herodis Agrippæ & neptis huius Herodis & Philippi fratris sui, secundùm quod dicit Iosephus & magister in historiis, fuit coniuncta matrimonialiter Philippo fratri Herodis: quia hoc erat licitũ secundùm legem. Ipsam autem adamauit Herodes amore illicito, & ideo eam abstulit fraudulenter fratri suo, de voluntate tamen ipsius Herodiadis, & hoc erat ei illicitum, vt viuente eius fratre haberet eius vxorem. Ioannes autem vir sanctus & iustus de hoc arguebat Herodem, propter quod ab eodem captus est, & incarceratus: quia non audebat eum interficere, ne seditionem populi excitaret contra se: quia omnes reputabant Ioannem sanctum prophetam.*

Diuisio. Ægesyppus lib. 2. excidij Ieroso. c. 4. ait Philipp. Herodia. virum viuere dum Ioan. argu. Hero.

5 Die autem nat. *Hic ponitur modus mortis ipsius. Herodias enim timens ne ad prædicationem Ioannis Herodes pœniteret, & ipsam fratri redderet: & per consequens cum priori marito à quo recesserat cum periculo remaneret: ideo excogitauit modum quomodo interficeretur Ioannes absque seditione populi, & eiusdem doli Herodes conscius fuit, vt videbitur. Et hoc est quod dicitur:* Die autem natalis. *Ista erat consuetudo apud antiquos, quòd principes solemnizabant diem suæ natiuitatis, & diem etiam natalis imperij sui, in quo scilicet coronabantur. In illo ergo festo,*

6 Saltauit filia Herodiadis. *Id est, tripudiauit, & hoc fuit ex dispositione matris & ipsius Herodis.*

7 Vnde cum iuramento pollicitus est ei, &c.

At illa

MORALITER.

† 1 *In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam, &c.* Sequitur.

3 *Hic est Ioannes.* Omnes credentes resurrectionem mortuorum, dixerunt eos fore maioris virtutis post resurrectionem quàm ante. Per quod moraliter significatur, quòd resurgentes de morte culpæ maiora virtutum opera debent facere, quàm ante, vt sic ostendant se Deo gratos de sua resurrectione.

† *Dicebat enim.* Non omittens dicere veritatem propter potestatem Herodis, nec propter insidiationem Herodiadis. Et in hoc dedit exemplum prædicatoribus euangelij, vt propter talia non omittant constantiam veritatem prædicandi.

5 *Die autem natalis.* Per hoc quòd in conuiuio Ioannes præcipitur decollari ad saltatricis petitionem & suæ matris adulteræ monitionem, ostenditur quòd multa mala fiunt propter crapulam & mulierum maliciam. Eccl. 19. a. *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes.*

† *Quod cum*

a *Contristatus.* Vt discumbentibus videbatur. Talis quippe erat tristitia Herodis, qualis pœnitentia videlicet Pharaonis.

b *Et decolla.* Minutus est Iohannes capite, exaltatus est in cruce Christus: quia illius fama decreuit, istius creuit. vnde: *Illum oportet crescere, me autem minui.* In truncato capite Ioannis, ostenduntur Iudæi Christum (qui est caput omnium prophetarum) perdidisse.

Ioan. 3. d.

MORALITER.

Mors Ioannis finem significat legis, qua finita merito migratur ad Christum, qui est finis legis ad iustitiam omni credenti.

Rom. 10. b

✠ AMBROSIVS.

lib. 3. offi. cap. 11.

Turpe quod regnum pro saltatione promittitur, crudele quod mors prophetæ pro iusiurandi religione donatur. Quantò tolerabilius tali sacramento periurium fuisset: si tamen periurium dici possit, quod ebrius inter vina iurauerat, quod deierator inter saltantium choros promiserat.

✠ HIERONYMVS. Legimus in Romana historia, Flaminium ducem Romanorum, quòd accubanti iuxta se meretriculæ quę nunquam vidisse se diceret hominem decollatum, accensus sit, vt reus quidam capitalis criminis in conuiuio truncaretur, à Censoribus pulsum curia, quod epulas sanguini commiscuerit.

✠ GREGORIVS. Deus suos sic premit in infimis, quia videt quomodo muneret in summis. Hinc ergò vnusquisque colligat, quid illi sint passuri quos reprobat, si sic cruciat quos amat.

Lib. 3. moral. cap. 5.

c *Et sepelierunt.* Ioannes apud Sebastem occisus, apud Macheronta sepultus est. Narrat Iosephus vinctum Ioannem, in castellum Macherontam adductum, ibique truncatum. Et ecclesiastica historia sepultum eum in Sebaste vrbe Palestinæ, quæ quondam Samaria dicta fuerat: & à tempore Iuliani principis Paganos inuidentes Christianis, qui sepulchrum eius pia sollicitudine frequentabant, inuasisse monumentum, ossa dispersisse per campos, & rursum collecta igne cremasse, ac denuò dispersisse. Affuerunt tunc temporis ibidem de Ierosolymis monachi, qui mixti Paganis ossa legentes, maximam eorum partem congregauerunt, & ad patrem suum Ierosolymam detulerunt, at ille misit ea beato Athanasio Alexandriæ episcopo, ibique seruata vsque ad tempora Theophili eiusdem vrbis episcopi.

Iosephus. De obitu & sepultura Ioannis Baptistæ.

a ¶ Timente, ne Herodes, aliquando cum fratre suo conueniret.

ab eo. At illa præmonita à mâtre sua, da mihi, inquit, hic in di-

a ¶ Vt simulator ostendit, in quo se reum innuit. ¶ Tristitiam præferebat in facie, cum lætaretur in mente.

sco caput Ioannis Baptistæ. Et contristâtus est rex: propter

a ¶ Sub occasione pietatis ipsius fuit dum iuramento scelus excusat. ¶ Alias iuramentum. b ¶ Vt omnes fierent consortes sceleris.

iusiurândum autem, & eos qui pâriter recumbebant, iussit

¶ In Paschalibus diebus.

dari. Misitque & decollauit Ioannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco, & datum est puellæ: & illa attulit matri

a ¶ Vt habeat in potestate linguam, quæ illicitas nuptias arguit.

suæ. Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius: & sepe-

a ¶ Quod Ioannes passus est.

lierût illud, & venientes nunciâuerunt Iesu. Quod cû audisset Iesus secessit inde in nauicula in locû desertum seorsum. Et cû

a ¶ Cum prædicatio Christi fieret in Gentibus, multitudo credidit in eum. ¶ Vt mentis ardorem ostenderent.

audîsset turbæ, secutæ sunt eû pedestres de ciuitatibus. Et exiês

¶ Amauit. a ¶ Magna retributio laboris eorum.

vidit turbâ multâ, & misertus est eis, & cûrauit lâguidos eorû

1 Ioannes figuram legis tenet. Herodes significat populum Iudaicum, qui sibi velut vxorem Gentilis populi de eodem parente progeniti sociauit infidelitatem. Quod quia vetat Ioannes tanquam lex clausa tenetur, & vocem dare non permittitur. Ad vltimum in natali Herodis, id est, in expletione naturalis voluptatis saltat filia, i. exultat praua voluntas ex infidelitate orta. Et postulat addi ad delitias suas caput Ioannis, id est, auferri Christum de intellectu legis, & per filiam defertur matri, quia per prauam voluntatem satisfit infidelitati. Quo facto discipuli Ioannis, id est, auditores legis, corpus Ioannis sepeliunt, id est carnales in se obseruantias extinguunt, & sic à lege ad euangelium venientes, verbi Dei auditores solliciti fiunt.

d *Quod cum audisset Iesus.* Postquàm apud Iudæos lex & propheta caput perdit & vocem: Iesus transit ad desertum ecclesiæ locum, quæ ante non habebat virum.

e *Secessit.* Non fugit timore, sed secessit parcens inimicis ne homicidium homicidio iungerent, dans exemplum vitandæ temeritatis. *Vel secessit,* vt probaret fidem credentium, vnde: *Et cum audissent turba, &c.*

f *Pedestres, &c.* Proprio labore, vt ardorem mentis ostenderent. Relinquunt ciuitates, id est, pristinas conuersationes. Habent voluntatem, sed non vires perueniendi. Ideò Iesus obuiam exit, & misertus curat, vt plena fides statim præmium habeat. Ecce quantum delectatur deuotione credentium.

☞ Vespere

NICOLAVS DE LIRA.

1 At illa pręmonita à matre sua. *Petiuit caput Ioannis.*

2 Et contristatus est rex. *Hoc tantum fuit secundû apparentiam ad reprimendum populi seditionem. Quod patet primò. quia voluit eum primò occidere, sed retardatus fuit tantum ex populi timore. Secundo, quia si vellet eum viuere, non interfecisset eum propter iuramentum: quia in promissione facta in generali etiam cum iuramento non intelligitur aliquid illicitum sub obligatione cadere, cuiusmodi erat interfectio Ioannis. Tertio, quia non est verisimile, quod propter saltationem vnius puellæ promisisset sub iuramento etiam medietatem regni sui dare, vt habetur Marc. 6. Et ideo credendum est, quod totum fuit fictitium, vt haberet occasionem apparentem interficiendi Ioannem. Ita enim ardebat libidine in Herodiadem, quod voluit fingere tantam maliciam. Et ideo quod sequitur,* Et contristatus est rex propter iusiu. *Totum est intelligendum secundùm apparentiam, ad reprimendum populi seditionem. Et eodem modo exponendum est de ista materia, quod dicitur Mar. 6. Sequitur.*

3 Et allatum est caput eius. *Primo enim allatum est in præsentia Herodis, Postea in Ierusalem, Et post in Aquitaniam apud Eugolismum: nunc autem dicitur esse Ambianis.*

Caput Ioannis Baptistæ vbi est.

4 Et accedentes discipuli eius tulerunt corpus eius. *Scilicet, de carcere.*

5 Et sepelierunt illud. *Scilicet, in Sebaste ciuitate quæ antiquitus Samaria dicebatur.*

6 Quod cum audisset Iesus. *Hic ponitur confirmatio prædicta doctrinæ ex Christi miraculis. Et hoc quadrupliciter. Primo, ex sanatione languoris multiplicis. Secundo, in multiplicatione panis, ibi:* Vespere autem facto. *Tertio, in calcatione maris, ibi:* Et statim impulit. *Quarto in sanatione infirmorum ad tactum suæ vestis, ibi:* Et cum transfretasset. *In prima parte dicitur sic:* Quod cum audisset Iesus, *scilicet, mortem Ioannis propter doctrinam veritatis.*

7 Secessit inde. *Non timens mortem, sed vt ostenderet, quod aliquando est cedendum malitia humanę.*

8 In locum desertum. *Vt daret prędicatoribus verbi diuini exemplum aliquando recedendi à turbis, & redire ad locum solitarium, ad corrigendum proprios defectus, qui contrahuntur ex conuersatione cum hominibus: & ad vacandum orationi, vt ibi prædicator hauriat quod postea populis effundat.*

9 Et cum audissent turbę, secutæ sunt eum pedestres. *Ex quo patet quod pauperes sequebantur Christum equos non habentes. Sequitur.*

10 Et curauit languidos eorum. *In quo verbo miracula multa includit, quia nomine languoris intelligitur omnis infirmitas.*

☞ Vespere

MORALITER.

† 6 *Quod cum audiuisset Iesus, secessit inde in nauicula.* Non propter timorem Herodis, sed vt ostenderet, quod aliquando dandus est iræ locus, & condescendendû fidelibus infirmis qui fugituri erant tempore persecutionis.

9 *Et cum audissent turba, secutę sunt eum pedestres de ciuitatibus.* Adhuc populares & pedestres magis vadunt ad sermones quam diuites & equestres.

† Vespere

a *Vespere autem facto accesserunt ad eum.* Recedit Iesus de Iudæa, vadit in desertum, turbæ sequuntur, quibus obuiat & curat. Hoc non mane vel meridie, sed vespere quando sol iustitiæ occubuit & finis mundi appropinquauit.

Homil. 50. in Matth. ✠ CHRYSOST. Cùm famescentib. cibũ miraculosè allaturus esset, differt tamen nec vltro à seipso illud facit, sed preces aliorũ expectat: conseruat enim consuetudinem suam, vt iam diximus, neq; prior quasi exultans & insiliens, sed vocatus atque rogatus signa & miracula conficit. Mirum in modum verebantur ipsum atque amabat, adeo vt vel inediam æquiori animo perferrẽt; sed neq; discipuli pro turba orauerunt vt eos nutriret. *Imperfectiores enim adhuc erant.*

b *Discipuli eius.* carnales, & de futuro miraculo refectionis ignari quib. dictũm erat: *In viam gentium ne abieritis.* (Supra cap. 10. a.)

a Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, b dicentes: Desertus est locus & hora iam præterijt. Dimittẽ turbas, c vt euntes in castella emãnt sibi escas. Iesus autem dixit d eis: Non hãbent necesse ire, date illis vos manducare. Responderunt ei: e Non habemus hic, nisi quinque panes, & duos pisces. Qui ait eis: Affertẽ mihi illos huc. Et cùm iussisset turbam f discumbẽre super fœnum, acceptis quinque panibus & g duobus piscibus, aspiciens in cœlum benedixit & frẽgit, & h dẽdit discipulis suis panes: discipuli autem dederunt turbis. Et mãnducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt i reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. k Manducantium autem fuit numerus quinque milia vi-

(Interlinear: a ¶ Tanto tempore idololatræ fuerunt. a ¶ Id est à suis Pharisæis mittant sibi escam. a ¶ Vt aliunde quærant, cum ego sim panes. a ¶ Legis intellectum ad me referte. a ¶ Studio continentiæ calcata carne. a ¶ Vt nos sursum habere corda doceret. b ¶ Integri non in tot diuiderentur. a ¶ Qui prius apostolis dederat sensum, vt intelligerent scripturas, quæ per ministerium apostolorum aliis exponuntur. a ¶ Intellexerunt. ¶ Edent pauperes & saturabuntur.)

Isaiæ. 40. MYSTICE Fastidiunt Iudæi gentes recipi & murmurant: quorum voce vtitur Isaias: *Ecce gentes quasi stilla situlæ.* Iterum, *Omnes gentes quasi non sint, sed sunt coram eo.* Sed dominus per apostolos reficere decreuit, vnde subdit: *Iesus autem, &c.*

c *Dimitte turbas.* Diu est quod idola sequitur, ideóque non est à nobis pascenda pane verbi Dei. *Dimitte turbas.* His Marcus & Lucas consentiunt, hoc prætermisso, non habent necesse ire, Ioannes ait: prospectis turbis dominum quæsiisse à Philippo, tentando: *Vnde ememus panes vt manducent hi.* (Ioan. 6.) Intelligitur ergo discipulos prius rogasse, vt dimitteret turbas. Post hæc vero verba dominum inspexisse multitudinem, & dixisse Philippo quod Ioannes memorat, & isti prætermittunt. Deinde quod Philippus apud Ioannem respondet, hoc Marcus à discipulis esse responsum commemorat, volens hoc intelligi ex ore cæterorum Philippum respondisse. (Marci 8.)

d *Date illis.* Prouocat ad dandum, vt illis se non habere testantibus notior sit magnitudo signi, vbi etiam innuit, quòd per eos sunt pascenda ieiuna corda.

e *Quinque panes & duos pisces.* Per quinque panes & duos pisces, totum vetus testamentum significatur. Per quinque panes, quinque libri Moysi, qui bene hordeacei, qui cibus est iumentorum, rudibus enim aspera & grossa danda. *Animalis enim homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei:* (1. Cor. 2. d.) Intus tamen latet medulla suauissimi sensus. Per duos pisces, prophetæ & psalmi: vnde & post resurrectionem ait: *Quæ scripta sunt in lege & prophetis plurimis de me.* (Lucæ 24. f.)

Discubuere autem alij quinquageni, alij centeni. Diuersi discubitus, diuersi sunt ecclesiarum conuentus, qui vnam faciunt catholicam. Iubilei requies, quinquagenarij mysterio continetur. Quinquagenarius enim bis dictus centum facit, quia prius à malis actibus quiescitur, vt post anima pleniùs quiescat in cogitatione. Quidam igitur quinquageni, quia quidam sunt qui à malis actibus habent requiem. Quidam centeni, quia sunt qui à malis actibus & prauis cogitationibus habent requiem mentis.

li. de pædagog. ca. 7. ✠ CLEMENS ALEX. frugalitatem ac tenuitatem mihi quoque videtur dominus significare, cũ panes benedixit & assos pisces: cibi non minus exquisiti pulchrum exemplar adducens.

f *Acceptis quinq; etc.* Accepit quinque panes, non nouos creauit, quia veniens in carne non alia quàm prædicta erant prædicauit, & opere impleuit.

g *Benedixit.* Cum aperiens sensum, vt intelligerent scripturas, dono internæ suauitatis multiplicauit. Fregit cũ mysteria legis in mediũ protulit.

✠ LACTANTIVS. Frangebat igitur ipse panem minutatim, carnémque piscium comminuebat, & vtraque in manibus eius augebantur.

✠ HILARIVS. Non autem quinque panes multiplicantur in plures, sed fragmentis fragmenta succedunt. Crescit deinde materies, nescio vtrum in mensarum loco, aut in sumentium manibus.

h *Dedit discipulis.* ✠ HILARIVS. Dantur Apostolis panes, quia per eos erant diuinæ gratiæ dona reddenda. Idem autem edentium numerus inuenitur, qui futurus fuerat crediturorum. Nam sicut in libro Actuum cõtinetur, ex Israel populi infinitate virorum quinque millia crediderunt. (Act. 4.)

i *Reliquias.* Secretiora quæ à rudibus capi nequeunt, non sunt negligenter habenda, sed à duodecim apostolis qui per cophinos duodecim significantur, & ab eorum successoribus diligenter inquirenda. Cophinis seruilia opera geruntur, *Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia.* (1. Cor. 1.)

li. de corona militis. ✠ TERTVL. Panis nostri aliquid decuti in terram anxiè patimur.

k *Quinque mi.* Pro quinque sensibus corporis, hi sunt qui in sæculari habitu exterioribus rectè vti nouerunt. Hi quinque panibus i. legalibus præceptis adhuc necesse est vt instituantur. Nam qui mundo integrè renunciant: quatuor milia sunt, & septem panibus id est euangelica perfectione sublimes & spirituali gratia reficiuntur. (Ian. 6. a.) Quod alibi narratur: Hoc miraculum panum scripturus Ioannes prætermisit, quia proximum erat Pascha dies festus Iudæorum, Matthæus verò & Marcus hoc mox occiso (Marc. 6. d.) Ioanne

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vespere autem facto. *Hic consequenter ponitur secundum miraculum de multiplicatione panis.* Dicit ergo. Vespere autem facto. *Ex quo patet deuotio populi ad Christum, quia nec propter noctem imminentem recedebant ab eo. Sequitur.*

2 Et hora iam preterijt, dimitte turbas vt eun. *Redeundi scilicet ad propria, & quiescendi. Sequitur:*

3 Date illis vos man. *Ioannis. 6. a. dicitur quod petiuit à Philippo:* Vnde ememus panes? *Et hoc est verum, quia primo interrogauit eum tentans eum, quia* Sciebat quid esset facturus, *vt ibidem dicitur: Et postea dixit illis quod hic ponitur.*

4 Et cum iussisset turbam discumbere super fœnum. *Id est super herbam agri.*

5 Aspiciens in cœlum benedixit. *In quo dedit exemplum ante comestionem mestionem ad laudem Dei benedicere cibum.*

6 Et mandũcauerunt. *Ex quo patet, quod panes fuerunt multiplicati inter manus ipsius: quia ex tam modico cibo non potuisset tam magna multitudo saturari, nec tantę reliquiæ remanere: quia plus remansit quam à principio fuerit. De modo autem multiplicationis est dubitatio inter doctores, quia non determinatur in litera Dicunt enim aliqui quod hoc fuit sine additione alicuius materię sicut de costa Adę formatum est corpus mulieris. Sicut enim Deus potest de nihilo aliquid facere, ita modicum corpus in magnum conuertere sine additione materiæ. Alij autem dicunt, quod hoc fuit per conuersionem alicuius materiæ praeexistentis, vt aëris vel huiusmodi in substantiam panis & piscis, & hoc videtur Aug. sentire super Ioan. 6. ca. dicens:* inde multiplicauit quinque panes, vnde ex paucis granis creat segetes. *Certum est autem, quod segetes creantur ex conuersione materię praeexistentis in segetem.* Et statim

MORALITER.

† 9 *Vespere autem facto accesserunt discipuli eius dicentes: Desertus est locus & hora, &c.* Per hoc autem quod pauit eos corporaliter, significatur quod prælati & curati debent subditos pascere verbo doctrinæ & Sacramento Eucharistiæ. Vnde & Ioannes euangelista describens hoc miraculum præmittit, quòd prope erat pascha Iudæorum, in quo fideles pascuntur Eucharistia.

† *Et statim*

☞ Ioanne commemorant factum. Vnde colligitur Iohannem imminente eadem festiuitate fuisse decollatum, & anno sequente cum denuo Pascha rediret, mysterium dominicæ passionis esse completum.

a *Exceptis mulieribus & paruu.* Sexus fragilis & minor ætas sunt numero indigni. Significat infirmos in fide nondum idoneos pugnæ.

b *Et statim compulit Iesus discipulos.* Qui vt ait Ioannes *venturi erant vt facerent eum regem*, qui miraculum panum viderant, quos fugit, docens nos fugere de bonis nostris fauorem. Crucifixoribus verò promptus occurrit, vt parati simus ad aduersa, cauti ad blanda, pro quibus ne nos emolliant, oremus.

Ioan.6.b. +1.q.4.c. eccles. ver. turbatur & 24.q.1.non turbatur.

c *Præcedere eũ trans fretum, donec dimitteret turbas.* Quo præcederent, Marcus ostendit, ad Bethsaidã, quæ est in Galilæa ciuitas Andreæ & Petri & Philippi, prope stagnum Genezareth, quod dicitur & mare Galileæ. Dicitur & Tyberiadis, à ciuitate Tyberiade. Sed quomodo dicit Marcus peracto miraculo panum isse ad Bethsaidam, cum Lucas dicat hoc ipsum factum esse in locis Bethsaidæ? Sed Lucas ait in desertis locis non vicinis ciuitati, tamen pertinentibus ad eam. Marcus de ipsis confinibus ciuitatis. Vnde Lucas non dicit in desertum locum qui est Bethsaida, sed qui est Bethsaidæ. Ioannes autem dicit manducasse panem iuxtà Tyberiadem, & inde discipulos venisse trans mare in Capharnaum, quæ ambæ sunt ciuitates in Galilæa.

Mar.6.f.

d *Ascendit.* Pauit turbam vt Deus, ascendit orate vt homo. Non quod omnia non habens in potestate, sed vt formam hominis impleret. In hoc officium pietatis est, sequitur insigne potestatis miraculum.

e *Vespere autem.* Meritò dicitur hæc tempestas esse in vespere quia dum ecclesia in tribulatione est dicitur esse quasi in nocte, & Sol iustitiæ se abscondisse videtur.

f *Nauicula autem.* Nauis in medio mari, solus Iesus in terra: quia aliquando ita est ecclesia non modo afflicta, sed & fœdata vt prorsus videatur derelicta à Deo: sed Deus eam non relinquit. Vnde Marcus ait: *Vidit eos laborantes remigando.* Etsi non præsens, & si differt, tamen videt & corroborat.

Mar.6.f.

g *Quarta autem.* Tota nocte periclitantur, quia cum se homo considerat, nihil inuenit nisi tenebras angustiarum & æstus hostium. Sed quarta vigilia dominus venit, Id est, iam diluculo, cum mentem ad præsidium Dei erigit, quasi inter tenebras ortum luciferi videt, qui diẽ nunciat. Lucifer ad plus tres horas noctis, id est, totam vigiliam matutinã illuminat, adest dominus qui sopitis periculis protegit.

h *Venit ad eos.* Marcus ait: *Volens præterire eos*, pro quibus tamen liberandis venit. Quod fit vt ad horam turbati, sed mox liberati amplius stupeant, & gratias agant, quod idem sępe fit in passionibus sanctorum.

---

a b c virorum exceptis mulieribus & paruulis. † Et statim † compulit Iesus discipulos ascendere in nauiculam: & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. † Et dimissa tur-
(a ¶ Sic qui bene orat mentem sursum à terrenis eleuat. ¶ Non pro se sed pro nobis. b ¶ Nocte tribulationis appropinquante dissimulat opem ferre.)
d ba ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto so-
(a ¶ Dum Iesus abierat. b ¶ Significat labores ecclesiæ in hoc sæculo dum tendit ad patriam.)
e f lus erat ibi. † Nauicula autem in medio mari iactabatur flu-
(a ¶ Malorum spirituum flatus.)
g ctibus. Erat enim cõtrarius ventus. Quarta autem vigila no-
(¶ Etsi pondus carnis habens. ¶ Comprimens pressuras sæculi.)
h i ctis, venit ad eos ambulans supra mare † Et videntes eum * supra mare ambulantem turbati sunt dicentes: quia phan-
(a ¶ Magni timoris indicium est confusus clamor & incerta vox. ¶ Quia prope est omnibus timentibus eum.)
tasma est. Et præ timore clamauerunt. Statimque Iesus lo-
(a ¶ Contra desperationem. ¶ Non phantasma.)
cutus est eis, dicens: Hábete fiduciam, ego sum noli-
(a ¶ Quia vbique ardentissimæ fidei est. ¶ In persona præsentis ecclesiæ & laborantis.)
k l te timere. Respondens autem Petrus dixit, domine si tu
(a ¶ In tua iussione fiunt aquæ solidæ & corpus leue contra naturam.)
es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait: Veni.

† Mar.6.f. † iussit. † Luc.5.c. & 6.b. † Mar.6.g. * discipuli.

---

i *Et videntes, &c* Quia sæpe fit, vt cum aliqua subito diutinæ tribulationis oritur sedatio, non statim credatur vera liberatio; Ideóque permanente priori formidine intensa, ad liberationem dirigitur oratio.

✱ Dionisivs Areopag. Vt ignoramus quomodo de virgine natus sit, ita quomodo super mare ambulauerit.

Lib. de diuinis nominibus c. 2.q.117. ad orthodox.

✱ Ivstin. mart. Non mutatione corporis in spiritum ambulauit dominus supra mare, sed diuina sua potestate fecit, vt ambulare posset super mare, quod ambulare alioqui nõ potest.

k *Ego sum, nolite timere.* Non supponit quis, quia ex voce sibi nota poterant eum cognoscere. Vel quia ipse est qui dixit: *Qui est misit me ad vos.*

Exod.3.d.

l *Domine si tu es.* Si tu es ille liberator, iube me venire ad tuam imitationem superando pressuras.

☞ *Et descendens*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et statim, &c. *Hic ponitur tertium miraculum de calcatione maris: vt sicut ostenderat se dominum terræ in multiplicatione panis, ita ostenderet se dominum maris. Dicit ergo:* Et statuit, &c. *Causa hic tacetur, sed Io.6. habetur quia turba quæ viderant miraculum de multiplicatione panis, voluerũt venire, & facere eum regem, ipse autem præsciens præcepit discipulos suos vltra mare Galileæ transfretare, & ipse solus fugit in montem, vt posset ibi patrem orare. Et in hoc dedit nobis exemplum humilitatis, quia quæsitus ad honorem fugit, vt hic habetur, quæsitus autem ad mortem vltro se obtulit, vt habetur Ioan.18.*

2 Nauicula autem in medio mari. *Ex quo insinuatur, quod illi qui carent Christi societate, exponuntur tentationibus. Sequitur.*

3 Quarta autem vigilia noctis venit, &c. *Ista erat consuetudo antiquitus in exercitibus, quod nox in quatuor partes diuidebatur, & in qualibet parte diuersi milites sibi succedentes vigilabant ad custodiam exercitus, quarta ergo vigilia est vltima pars noctis. Ex quo patet quod in tribus partibus præcedentibus in periculo fuerant.*

4 Venit ad eos am. supra ma. *Ex periculo enim præcedenti longo magis desiderabant aduentum Christi.*

5 Et vi. eum, &c. tur. *Propter visionem insolitam.*

6 Dicentes: quia phantasma est. *Id est, apparitio rei non existentis.*

7 Et præ timore. *Timentes, ne esset apparitio alicuius spiritus maligni nocere volentis, & ideo Iesus assecurauit eos dicens.* Ego sum. *Sequitur.*

8 Respondens autem Pe. *In tantum desiderabat societatem Christi, quod nolebat expectare aduentum eius vsque ad nauem, sed volebat occurrere supra aquam: oblitus præ amore Christi aquæ periculum. Et in hoc apparuit maius miraculum, quia non solus Christus virtute diuinitatis supra aquas ambulauit, sed etiam Petrus eadem virtute ad ipsum venit.*

☞ Videns

MORALITER.

1 *Et statim compulit Iesus discipulos, &c.* Per ascensionem in nauiculam, significatur promotio ad animarum curam, quam nullus debet assumere nisi compulsus superioris authoritate. Hebræo.5.a. *Nec quisquam assumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.*

† *Et dimissa turba ascendit, &c.* Sicut dixerat supr.6.a. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.*

2 *Nauicula autem in medio ma.* Id est, ecclesia turbabatur persecutionibus.

3 *Quarta autem vigilia noctis.* Permittit enim suos aliquando perturbari, sed non debellari, *faciens cum tentatione prouentum, vt possint sustinere*, vt dicitur.1.Cor.10.c.

8 *Respondens autem Pe.* Per hoc autem quod timens cœpit submergi, reprimitur aliquorum præsumptio, qui ardua petunt, in quibus deficiunt.

a *Et descendens.* De humano desperans adiutorio, mente calcat pressuras, vt Iesu sit conformis.
b *Ambulabat super.* Ecce homo super aquas ambulat. Ne ergo dubites Christum verum corpus esse, quia super aquas ambulauit.

f *In terram Genesar.* ALLEGO. Genesar interpretatur, ortus principum. Per Typum ergo Apostolorum & nauis, intelligendum est ecclesiam de persecutionibus liberatam à Domino duci ad littus, id est, quietem, vbi paradisi restituetur hęreditas & primæ stolæ iocunditas.

Super mare ambulare fecit, vt ostendat diuinam potestatem. Mergi facit, ne infirmitatem obliuiscatur, ne putet se æqualem Deo, & ne superbiat.
c *Et cum cœpisset &c.* Paululum relinquitur tentationi, vt augeatur fides, vt enim credidit se eius imperio posse fluctibus sustentari, sic dum mergitur, posse eius virtute saluari.
d *Cessauit ventus.* In quocumque Deus per gratiam adest, mox vniuersa bella quiescunt.
e *Et adorauerunt. &c.* Viso signo filium Dei confitentur: cur ergo Arrius creaturā esse perducat?

Et descendens Petrus de nauicula ambulabat super † aquam vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validum timuit. Et cùm cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine saluum me fac. Et continuò Iesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Et cùm ascendisset in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum dicentes: Verè filius Dei es. Et cùm transfretassent venerunt in terram Genesar, † Et cùm cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et † quicumque tetigerunt, salui facti sunt.

¶ Persecutionem vehementem. a ¶ Impendens auxilium, quia non est volentis neque currentis, sed Dei miserentis. ¶ Sic nullus prædestinatus perit. ¶ Quia vel parum timuit. a ¶ Ardebat fides sed humana infirmitas in profundum trahit, & in hoc ei ostenditur, quod non domino æqualis sit. ¶ Nautæ & vectores. a ¶ Ita nominatam à vicinia loci. ¶ Genesar generans auram ex crispantibus vndis. a ¶ Alij rumore, alii quoque facie. a ¶ Magna fides, quod non contenti salute suorum, sed aliorum quærebant salutem.

† aquas † Mar. 6. g. † quotquot

g *Fimbriam ve. &c.* Id est, minimum mādatum, vel caro qua ad verbum Dei venimus, quem qui credendo tangit, ab omni morbo impietatis sanatur.
✠ CHRYSOSTOMVS. Nos autem non solùm fimbriam aut vestimentum Christi habemus, sed etiam corpus eius vt comedamus. Si ergo qui fimbriam vestimenti eius tetigerunt, tantam acceperunt virtutem, multo magis qui totum ipsum sument.
Vt ex veste fimbria ita ex ipso virtus spiritussancti quæ Apostolis data, salutem his qui tangunt ministrat.

Hom. 51. in Matth.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Videns verò ventum validum timuit. *Permissus est autem Petrus ex timore submergi, vt cognosceret propriam fragilitatem, sicut ex sua saluatione cognouit Christi diuinitatem. Sequitur.*
2 Modicæ fi. *In hoc enim apparuit paruitas fidei in Petro, quia ex quo ad præceptum Dei super aquas liquidas ambulauerat, de vēto contrario timere non debebat.*
3 Et cum ascen. *In hoc ostendit se Christus dominum aeris, sicut in deambulatione super aquas ostenderat se dominum maris.*
4 Qui autem, &c. ado. *Adoratione, scilicet, latria, qua soli Deo debetur.*
5 Dicentes: Verè filius Dei es. *Dicitur verè, id est, non metaphoricè, nec per adoptionem, sicut sancti, sed propriè & eiusdem natura.*
6 Et cum transfre. *Hic ponitur quartum miraculum de curatione infirmitatis ad tactum suæ vestis. Homines enim terra Gerasenorum prius cognouerant eum miracula facientem & dæmones eiicientem, vt habetur. supr. 8. ca. & ideo videntes eum cognouerunt, & adduxerunt ad eum omnes infirmos illius regionis, scientes, quod poterat eos curare & quia non poterant præ multitudine eum tangere. Ideò,*
7 Rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. *Portabat enim Christus vestimētum factum ad modum Iudæorum, quibus erat præceptum, vt in angulis palliorum fimbrias insererent, vt sup. habitum est. 9. ca. Et illa erat pars vestimenti qua poterat facilius tangi sequitur:*
8 Et quicumque tetigerunt salui facti sunt. *Id est corpore & mente: quia illos quos Christus sanabat corpore sanabat & mente, secundùm quod dicitur Io. 7. c.* Totum hominem saluum fecit in sabbato.

MORALITER.

4 *Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum.* Quilibet enim recipiens beneficium, ostendere se debet esse gratum.
6 *Et cum transfretassent.* Per hoc, quòd curauit omnes male habentes illius regionis, significatur quod prædicator euangelij debet curare languidos spiritualiter medicina prædicationis & sanctę operationis. Vnde dicitur hic, quod tangentes fimbriam vestimenti Christi fuerunt sanati. Tangere verò fimbriam vestimenti prædicatoris, est imitari vestigia suæ perfectionis.

CAPVT XV.

CAP. XV.

a *TVnc accesserunt.* Homines Genesar minus docti credūt, sed qui sapientes videntur ad pugnam veniunt.
CHRYSOST. Tunc, inquit, quādo scilicet innumera signa operatus est, quando tactu solummodo fimbriæ multos curauit ægrotos: propterea enim euangelista notauit tempus, vt magnā eorum maliciam ostenderet.

TVnc accesserunt ad eum † ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicētes: † Quare discipuli tui transgrediuntur

a ¶ Mira stultitia, filius Dei traditionibus hominum non est subiectus.

† Mar. 7 b. hom. 52. in Matth. † qui ab.

✠ REMIGIVS. Duabus de causis reprehenduntur. Et quia à Ierosolymis venerant, id est à loco sancto. Et quia seniores populi & legis doctores erant, & nō ad discendū sed ad reprehēdendū venerāt.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XV.

TVnc accesserunt ad eum, &c. *Superius posita est publicatio legis euangelicæ inter Iudæos. Hic ponitur eius promulgatio quantum ad gentiles. Et diuiditur in duas partes. Quia primò ostenditur ecclesia gentium legitimè fundata, Et secundò Synagoga Iudæorum iuste reprobata.*

Vigesimo

MORALITER.

1 *Tunc accesserunt.* Per scribas & Pharisæos multum sollicitos de mundicia exteriori & modicum de interiori; significantur hypocritę hypocritæ falsi, arguentes frequenter alios de modicis, cum tamen sint infecti grauibus peccatis. Propter quod eis dicitur supra septimo. a. *Quomodo dicis fratri tuo: frater, sine vt eiiciam festucam de oculo tuo, & ecce trabs est in oculo tuo, &c.*

Quare

a *Non enim lauant.* Intus nihil arguunt, qui intus liuore polluti sunt. In vanum quidem sua baptismata seruant, qui suorum cordium & corporum sordes abluere negligunt.

b *Quare & vos.* Si vos mandata Dei contemnitis propter traditiones hominum, quare arguitis discipulos, qui mandata hominum dimittunt, vt scita Dei custodiant.

✠ CHRYSOSTOMVS. Christus, non excusauit, sed reaccusauit, demonstrans quoniam eum qui magna peccat, pro paruis peccatis aliorum sollicitū esse non oportet. Non dicit autē quod benè faciunt transgredientes, vt non det eis occasionem calumniæ, neque tamē vituperat quod ab Apostolis factum est: ne approbet eorum traditiones. Neque rursus accusat seniores, quia tanquam iniuriam repulissent.

c *Honora patrem.* HIERONYMVS. Honor in scripturis, non tantum in salutationibus & officijs deferendis, quantum in eleemosynis ac munerum oblatione sentitur. Præceperat ergo Dominus, vel imbecillitates, vel ætates vel penurias parentum commemorans, vt filij honorarent etiam in vitæ necessariis ministrandis parentes suos.

d *Vos au. dici.* Vestra autem traditio contraria est. Hoc filios dicere parentibus compellitis, quod Deo oblaturus eram in tuos consumo cibos, tibique prodest ô pater, vt timeat consecrata comedere. Vel quod Deo offero, tibiipsi prodest.

Impietatem sub nomine pietatis inducunt, qui docent quod oblatio domini, qui verus est pater, obsequiis parentū præferatur: & hoc pro lucris suis: vnde & patres ne sacrilegij crimen incurrāt Deo consecrata deuitant, & egestate conficiuntur.

e *Quicunque dixerit.* Scilicet, vita æterna dignus erit. Vel *dixerit:* Id est, dicere proderit.

f *Proderit.* Quasi dicat, non, imo sacrilegus esses, si acciperes, quia Deo deuoui, *Vel tibi proderit:* si Deo dedero.

✠ AVGVSTINVS. Vel aliter, munus quodcunque est ex me, tibi proderit; id est, munus quod offero causa mei, ad te iam pertinebit. Quibus verbis significant filij, iam sibi non necesse esse parentum pro filiis oblationem; quod ad eam ætatem peruenissent, vt possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate constitutos, vt possent parentibus suis hoc dicere: cum hoc dixissent, negabant Pharisæi reos esse, si parentibus non præstarent honorem.

(Margin: B, C, D, E, F; "præcepit."; "Ex. 20. b. Deut. 5. b. Eccl. 3. b."; "† quidquid doni a me profectum erat."; "lib. de quæst. euāg. c. 15.")

¶ Non Dei.
a traditiones seniorum? Non enim lauant manus suas, cum panem manducant. b Ipse autem respondens: ait illis. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? (¶ Imbecillitati consulens. a ¶ Dando necessaria.) c Nam Deus † dixit: † Honorā patrem & matrem. Et (a ¶ Debitis obsequiis parentes indignos iudicauerit. ¶ Æterna.) d qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. e Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, † munus (¶ Deo deuotum.) f quodcunque est ex me, tibi proderit, & non honorificabit (¶ Ita.) patrem suum aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

☞ a Bene

NICOLAVS DE LIRA.

vigesimoprimo capitulo. Item prima in duas, quia primò fundatur ecclesia gentium in fide. Secundo, in moribus decimooctauo capitulo. Prima in duas quia primò reprobatur superstitio Iudaica in lege. Secundò declaratur in fide veritas euangelica, 16. capit. Et tertiò, confirmatur vtrumque duplici teste in Christi transfiguratione. 17. capitulo. Præsens capitulum diuiditur in tres partes: quia primò recedit à Iudæis confutato prius errore eorum. Secundò, transit ad gentiles, commendato in eis, fidei amore, ibi: Egressus inde. *Tertiò reuertitur ad Iudæos collato eis ampliori munere, ibi:* Et cū transisset, *Hoc autem factum est, vt per Christi facta ostenderet nobis quid futurum esset in ecclesia: quia in aduentu Christi Iudæi pro maiori parte sunt excæcati, & gentium populi illuminati: sed iterum Christus in fine reuertetur ad Iudæos, quando conuertentur in fine mundi. Prima in tres quia primò Christus arguit Iudæos de falsa legis expositione. Secundo, de apparenti sanctitate, ibi:* Hypocritæ, *Tertiò, de vana superstitione, ibi:* Audite & intelligite. *Prima in duas: quia primo ponitur Iudæorum maligna interrogatio ad Christi deprehensionem. Secundò ponitur eius responsio vera ad eorū confutationem, ibi:* Ipse autem respondens. *Ad euidentiā primæ partis aduertendum, quod à tempore Moysi de voluntate Dei constituti sunt 70. senes, ætate & moribus maturi, & scientia præditi ad regimen ipsius populi, & Moyses erat super eos, ita quod in vniuerso erant 71. vt habetur Nume. 11. Et ex illo tempore statutum est, quod tot essent ad regimen populi ordinati, & isti dicebātur indices ordinarij, quia per impositionē manus instituebantur, vt habetur in glossis Hebraicis in multis locis: & isti residebant in Hierusalem, & ad eos fiebat recursus de ciuitatibus in ambiguis & difficilibus, & eorum determinatio habebatur pro lege firma, quam non licebat transgredi, vt habetur Deut. 28. Isti etiam statuebant aliqua quæ pertinebant ad regimen populi, & in statutis eorum erant aliqua quæ cadebant super præcepto tanquam necessitates: & aliqua sub monitione tanquam cuiusdam decentiæ & honestatis. De talibus autem erat istud statutum quod hic tangitur, videlicet quod accedentes ad mensam prius lauarent manus suas: veruntamen Pharisæi & Scribæ intellectū huius mandati volebant trahere ad quandam falsitatem, videlicet quod per hoc acquireretur quædam mundicia spiritualis. Mouebantur autem ad hoc, quia in lege aliqua immundicia per corporales oblationes dicebantur emundari. Et quia discipuli Christi aliqua quæ non erant necessaria, sed magis cuiusdam superstitionis, inquantum intellectus sic trahebatur, non obseruabant: quia Christum in discipulis suis arguebant tanquam contemptorem doctrinæ seniorum, vt sic redderent eum populo odiosum.*

1 Ipse autem. *Hic ponitur Christi responsio vera ad ipsorum confutationem, dicens:*

2 Quare & vos. *Non respondet dicendo, quod lotio manuum quā faciebat ad honestatem esset mala: vel quod Apostoli ipsam omittendo bene fecerent, vt facit ad honestatem, licet bene facerent omittendo propter superstitionem, sed quasi clauum clauo retundendo dicit eos deficere, quia faciebant transgredi mandatum domini propter mandatum hominum. Quod probat dicens.*

3 Nam Deus di. *Exo. 20.*

4 Honora pa. & ma. *Honos iste non solummodo intelligitur reuerentia, sed & administratio necessariorum: hanc autē excludebant per suam doctrinam falsam, quia sacerdotes, qui erant cupidi, vt bona quæ essent administranda parentibus conuerterentur in lucra eorum, dicebant, quod melius erat illa Deo offerre; Tum quia est pater principalis & spiritualis: Tum quia licet per talem oblationem parentes sustinerent detrimentum corporale, consequebantur tamen bonum spirituale, inquantum illud quod erat in eorum necessitatem conuertendum, Deo offerebatur & ex hoc sequebatur quod præceptum de honore parentū inquantum intelligitur in hoc administratio necessariorum, euacuabatur per talem expositionem falsam. Et hoc est quod dicit Saluator:*

5 Vos autem dicitis. *Falsò, scilicet, exponendo mandatum Dei.*

6 Quicunque dixerit patri, &c. quod est ex me. *Deo consecratum scilicet, & oblatum.*

7 Tibi prode. *Magis, supple, quàm si expenderes in necessitates tuas: & est constructio defectiua, & est sensus,* Quicumque dixe. *Id est licitè & bene potest dicere quod dictum est: Et implent præceptum diuinum, & est dignus vita æterna, quod est falsum: quia secundum veritatem est transgressor præcepti. Et hoc est quod subditur:*

8 Et non honorifica. &c. *Illud quod erat sibi debitum subtrahendo.*

9 Et irritum fecistis. *Vos sacerdotes & Pharisæi.*

10 Mandatum Dei. *Ad maiorem intellectum considerandum quod pater per se tenetur prouidere filijs, quia est causa eorum quantum ad esse: & ideo debet eis nutrimentum & documentum, filius autem tenetur prouidere parentibus de necessarijs per accidens, scilicet, si indigeant, & ipse sit potens: & ideo si pater iam necessitatem incurrerit, bona de quibus filius potest sibi administrare, iā sunt sibi debita. De alieno autem nullus potest Deo sacrificium facere; & ideo talia Deo offerre non est licitum, quia hoc est transgredi præceptum de* ☞ honore

(Margin: Diuisio.)

MORALITER.

2 *Quare & vos.* Simile fit hodie, & in multis locis in quibus maior solicitudo habetur circa custodiam mandatorum hominum quam circa custodiam diuinorum præceptorum: quia grauius satis punitur transgrediens mandatum principis vel prælati (quod tamen frequenter non est malum nisi quia prohibitum) quàm transgrediens Dei mandatum, quod de se semper est illicitum.

i 2 † Popu-

a *Bene prophetauit de vobis Isaias.* In spiritu simulationem Iudæorum, quod in dolo repugnarent euangelio.

Esa 29 d Mat. 12. b.

b *Labijs me honorat. Magister, Scimus quia verax es.* Vel exteriorem mundiciam commendando, interior & quæ vera est, in eis non est.

c *Non quod intrat.* Nihil est extra hominem quod interius inquinet, nec idolothitum in hoc quod Dei creatura est; vno sermone omnis superstitio obseruationum eliditur, cum in discernendis cibis religio putetur.

+ Isa. 29. d. † Appropiat mihi populus hic ore suo & cor eorum, &c.

Hom. 52. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non autem dixit nihil est obseruatio escarum, neque quod Moyses malè iniunxerat, sed per modum admonitionis & consilij, à rerum ipsarum natura testimonium accipiens, ait: *Non quod intrat, &c.*

† 11. q. 3. c. inter verba De renun. c. nisi. §. pro graui. De voto. c. magne.

a ¶ De sustentandis parentibus. ¶ Quæ vestræ seruit auariciæ. b ¶ Simulatores. c ¶ Quia bene conuenit moribus eorum.

a Dei prôpter traditionem vestram. Hypôcritæ, bene prôphe- 1
b tauit de vobis Isaias, dicens: † Populus hic labiis me honorat, † ¶ In persona domini.
† cor autem eorum longè est à me. Sine cáusa autem colunt 2 3 ¶ Ideo. a ¶ Non habituri mercedem cum veris cultoribus.
me: docentes doctrinas & mandata hominum. Et conuoca- 4 5 ¶ Contemptis diuinis. a ¶ Quæ in Dei mandatis fitiebant.
c tis ad se tûrbis, dixit eis: Audite & intelligite: Non quod in- 6 7
trat in os, coinquinat hominem, sed quód procedit ex ore, hoc 8 9 ¶ Aug. Non timeo immundiciam obsonij sed cupiditatis. a ¶ Verba maliciam cordis exprimentia.
d coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius di- 10 11
e xerunt ei: † Scis quia phárisæi audito verbo hoc scandalizati 12 13 a ¶ Quorum religio est in cibis.

✠ HIERONYMVS. Opponat autem prudens lector & dicat, Si quod intrat in os non coinquinat hominem, quare idolothytis non vescimur? Sciendum igitur quod ipsi quidem cibi & omnis Dei creatura per se munda sit, sed idolorum & dæmoniorum inuocatio ea facit immunda, apud eos scilicet qui cum conscientia idoli idolothytum manducãt: & conscientia eorum cum sit infirma polluitur.

d *Tunc accedentes.* Pharisæorum magna est religio in cibis, qui audito verbo hoc scãdalizati sunt, id est indignati sunt.

e *Scandalizati sunt.* Σκάνδαλον Græcè, nos offendiculũ vel ruinam vel impactionem pedis possumus dicere. Vnde: Qui scandalizauerit aliquem. Id est occasionem ruinæ dederit.

✠ HIER. Omnis

NICOLAVS DE LIRA.

honore parentum. Secus autem esset, si filius bona sua Deo vouisset vel consecrasset antequam parentes essent in necessitate positi; quia tunc non esset licitum de eis prouidere parentibus; quia si esset Deo votum factum de aliquo immolatitio non posset immutari. Si autem de aliquo non immolatitio non poterat mutari, nisi per redemptionem. Ex dictis patet falsitas illius opinionis, quæ dicit quod filius post professionem factam in religione tenetur exire claustrum propter necessitatem parentum etiam contra voluntatem sui superioris quia per talem professionem est Deo iam consecratus, & ideo propter necessitatem parentum non debet contra votum tale facere. Hoc etiam patet alia ratione, quia filius cum venerit ad ætatem adultam, sicut potest inuitis parentibus licitè matrimonium contrahere, vel ad sacerdotium promoueri, ita etiam religionem ingredi cessante tunc necessitate parentum, sed per sacerdotium excusatur de hoc, quod nõ tenetur subuenire patri per vsum armorum si ab hostibus inuadatur: quia iam non est sibi licitum pugnare corporaliter. Similiter per matrimonium excusatur, quod non tenetur manere cum patre, quia est obligatus vxori: Ergo, multo fortius per professionem factam in religione excusatur à subueniendo parentibus: nisi secundum modum conuenientem suæ regulæ. Et per consequens non debet propter hoc contra votum obedientiæ facere, imò esset inobediens hoc faciendo. Per hoc patet solutio cuiusdam rationis quæ solet ad oppositum induci, quæ talis est: Votum factum de his quæ sunt supererogationis non præiudicat illis quæ sunt de necessitate præcepti, cum præceptum implere sit necessitatis: vouere autem talia, non: sed votum religionis est de his quæ sunt supererogationis, subuenire autem parentibus in necessitate, est de necessitate præcepti, ergo per votum religionis per professionem solennizatum non absoluitur aliquis, quin teneatur administrare parentibus sicut ante, ergo per consequens tenetur exire claustrum propter necessitatem parentum etiam contra voluntatem superiorum. Dicendum quod per professionem non absoluitur à præcepto: bene tamen absoluitur ab aliquo modo implendi præceptum, quia præceptum de honore parentum est affirmatiuum: & ideo non obligat ad semper, sed pro loco & tempore & alijs debitis circũstantijs, quæ aliquando variantur secundùm conditionem ipsius implentis præceptum: quia aliquis modus subueniendi patri efficitur inconueniens & illicitus ipsi filio per assumptionem alicuius status liciti, imo etiã perfecti, sicut subuenire patri per defensionem armorum efficitur illicitum per sacerdotij statum, tenetur tamen ei subuenire alijs modis suo statui conuenientibus: Ita eodem modo post votum obedientiæ subuenire patri contra voluntatem superioris efficitur illicitum ipsi religioso: tenetur tamen ei subuenire modis conuenientibus professioni suæ.

An liceat filio exire religionem vt patri subueniat.

1 Hypocritæ. *Hic redarguit Saluator Iudæos de falsa sanctitatis simulatione: quia ad hoc quod essent in reuerentia populi ostendebant sanctitatem in verbis & in exteriori conuersatione, cum tamen corrupti essent intentione, sicut fuerat prophetatum per Isa. 29. licet sub alijs verbis ponatur quàm hic: Sententia tamen est eadem. Sequitur:*

2 Sine causa autem. *Id est frustra.*

3 Colunt me. *Sicut enim medicina dicitur sine causa vel frustra propinari quæ non confert sanitatem, sic cultus diuinus, qui non ducit ad veram fœlicitatem. Sequitur:*

4 Docentes doctrinas. *quia propter suam auariciam docebant transgredi mandatum Dei propter traditionem suam, vt visum est in falsa expositione præcepti de honore parentum, & hoc etiam faciebant propter suam superbiam, vt propter doctrinæ autoritatem populus deferret eis maiorem reuerentiam.*

5 Conuocatis ad se turbis. *Reuocando eos à falsa doctrina eorum.*

6 Audite & intel. *Hic saluator arguit Iudæos de vana superstitione. Et diuiditur in duas partes, & primo facit quod dictum est in generali. Secundo magis explicat intentionem suam in particulari, ibi:* Respondens autem Petrus: *Prima in duas, quia primò in generali ponit suum documentum, Secundo ex hoc subiungit Pharisæorum scandalum, ibi:* Tunc accedentes. *Circa primum aduertendum, quod sicut dictum est: Lotio manuum ante comestionem vel cibariorum appositionẽ faciebat ad quandam honestatem & mundiciam corporalem: & in hoc erat bonum, sed si omitteretur, dicere quod ex hoc incurreretur immundicia spiritualis, hoc est falsum & superstitiosum; quia immundicia spiritualis prouenit ab interiori delectatione & consensu mentis non ab ipsis rebus corporalibus. Et hoc est quod dicitur hic:*

Diuisio.

7 Dixit eis: Audite. *aure corporis.*

8 Et intelligite. *aure mentis.*

9 Non quod intrat in os. *Id est cibus corporalis.*

10 Coinquinat. *Hominem, spiritualiter scilicet, nisi inquantum per delectationem malè afficitur ad cibum.*

11 Sed quod. *Id est verba quæ sunt maliciæ interioris significatiua.*

12 Hoc coin. hom. *Considerandum, quod Christus non dicit hic contra legem; licet enim aliqui cibi in lege reputarentur immundi, vt caro porcina & huiusmodi, hoc tamen non erat secundùm eorum naturam,* quia omnis creatura Dei bona est, 1. *ad Tim. 4. vnde Gen. 1.* d. Vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona *Dicitur tamen, porcus immundus, & agnus mundus vt dicit Aug. contra Faustũ: quia per animalia immunda secundum legem signantur quædam vitia quæ sunt euitanda, & ideo quia lex euangelica quæ spiritualis est inchoata erat per Christum, ideo & illa obseruatio figuralis ciborum non erat amplius obseruanda.*

Esca quomodo non coinquinat cum aliqua in lege prohibitæ sint.

13 Tunc accedentes disci. eius. *Hic ex doctrina Christi ponitur Pharisæorum scandalizatio, quia per doctrinam Christi videbant eorum simulationem & doctrinam reprobatam: & ideo non poterant resistere per rationem vel scripturam, ideo ex inuidia mouebantur contra Christum ad mouendum seditionem; Et quia veritas vitæ iusticiæ & doctrina non est dimittenda propter scandalum aliorum, quia tale scandalum procedit ex malicia ipsius scandalizati: Vnde dicit beatus Grego.* Si de veritate scandalum oritur rectius oriri permittitur. quàm quod veritas relinquatur. *Ideo sequitur.*

MORALITER.

† *Populus hic.* Hoc potest dici de doctoribus & prædicatoribus qui docent benè & viuunt malè. Cætera sunt ita moralia, quod non indigent alia moralitate vsque ibi:

† *Et egressus*

[...]tio. ✠ HILARIVS. Docet traditionem ho[...]ndam, cuius fauore, legis præcepta transgreſſi [...]

[...]EMIGIVS. Omnis etiam falſa doctrina & ſuperſtitio[...]ſa obſeruatio cum ſuis auctoribus permanere nõ poteſt, & quia à Deo patre non eſt, cum eiſdem eradicabitur.

✠ ORIGENES. a Sunt quędam intrinſecus in animabus veſtris inſita, quæ non plantauit cœleſtis pater. Omnes quippe cogitationes peſſimę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, blaſphemię, plantationes ſunt, quas non plantauit cœleſtis pater, ſed inimicus homo ſuper ſeminauit ea.

b *Sinite*, permittite ſuo arbitrio, quia irreuocabiles ſunt. vnde Paulus, *Hæreticum hominem poſt primam & ſecundam correctionem deuita.*

c *Ediſſere.* quod apertè eſt dictum, putant apoſtoli per parabolam dictum. Vitioſus eſt auditor, qui vel obſcura manifeſtè, vel manifeſtè dicta obſcurè vult intelligere.

d *De corde &c.* Non enim à diabolo immittuntur, ſed ex propria voluntate naſcuntur. Diabolus enim incentor eſt non autor, quia nec interiora, niſi per habitus & geſtus nouit.

e *Non lotis:* Spiritualia dicta prophetarum, de cordis & corporis caſtigatione, vt hęc: *Lauamini, mundi eſtote*, Phariſæi carnaliter de ſolo corpore accipiebant, quod vanum eſt fieri.

f *Et egreſſus inde Ie.* Relictis calumniatoribus intrat fines Tyri & Sidonis, vt filiam liberaret, & per fidem gentilis fœminæ perfidiam ſcribarum argueret. Relictis calumniatoribus ſignificat quod poſt reſurrectionem relicturus eſſet perfidiam Iudæorum, [...]rum, per prædicationem iturus ad gentes.

✠ CHRYSOSTOMVS. Si quis quęrat, cum diſcipulis ſuis dixerit, *in viam gentium ne abieritis*, qualiter Chriſtus hanc ambulat viam. Primum non erat obnoxius pręcepto quod diſcipulis dederat. Secundò quia neque vt prędicaturus abiit & vnde Marcus dicit: *Quia occultauit ſeipſum.*

g *Et ecce mulier.* Idē Marcus dicit, niſi quod ait: Ieſum fuiſſe in domo cum mulier venit, Matthęus per iſta verba: *Dimitte eam, quia clamat poſt nos*: innuit quod poſt ambulantem Ieſum preces emiſit. Venit ergo mulier in domum vbi erat Ieſus, ſed quia Matthęus ait; *Non reſpondit ei verbum*, dedit intelligere quia ambo tacuerunt, & in ſilentio egreſſum eſſe Ieſum & ita cætera contexuntur quæ in nullo diſcordant.

h *Clamauit. di. &c.* per fidem clamat, vnde, nouit vocare filiū Dauid, Chriſti incarnationem confitens. Rogat pro filia, id eſt pro populo ſuo nondum credente, vt ipſa fraude diaboli abſoluantur, Vel, filia eſt anima vel conſcientia cuiuſlibet intra eccleſiam diabolo mancipata, pro qua mater eccleſia rogat, vel ipſe homo pro fœdata conſcientia.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non perrexit ad diuinos, non vocauit Magos, non alligaturas quęſiuit, non impoſtatrices mulieres adduxit, quæ ſolent dæmones prouocare, & incantationibus ſuis vulnus augere, reliquit illa omnia, & venit ad ſalutarem animarum portum.

i *Qui non re.* Non de ſuperbia, ſed ne ſit contrarius ſententiæ ſuæ: *In viam gentium ne abieritis.* Vnde vitat calumniam ☞ Iudæorum

Marginal notes: Hom. 13. in Matth. — Hom. in Hieremia. — † Luc. 6. f. 38. diſtin. c. quæ ipſis. peremtum c. poſt tranſlationem. — † Nondum — Ad Titum 3. c. — Mar. 7. e. — † Mar. 7. c. — † conuitia. — Iſai. 1. c. — Hom. 17. ex varia in Matth. — ſupra 10. a.

Text:

¶ Doctores cum ſequacibus ſuis, qui non habent fundamentum Chriſtum, cor figentes in terrenis. ¶ Carnalis cupiditas cui conſulunt.

ſunt. At ille reſpondens ait: Omnis plantatio, quam nõ plā- [1]
a ¶ De terra viuentium. b ¶ Traditionibus tenebroſis luce mandatorum Dei priuati.
tauit pater meus cœleſtis erādicabatur. Sinite illos: cæci ſunt, [2] [3]
a ¶ Quia non ſolum ſibi non proſpiciunt, ſed etiam alios in præcipitium trahunt.
& duces cæcorum. † Cæcus autem ſi cœco ducatum præſtet, [4] [5]
¶ Ad prædicta.
ambo in foueam cadunt. Reſpondens autem Petrus, dixit ei: [6]
¶ Quaſi myſtica ſit in hoc intelligentia. ¶ Increpatiuè. ¶ Putatis myſticum quod eſt propriè dictum.
Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit: † Adhuc & vos [7] [8]
ſine intellectu eſtis: † Non intelligitis, quia omne quod in os [9]
¶ Poſt digeſtiones.
intrat in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur. Quæ autē [10] [11]
¶ Vt verba turpia & nociua. ¶ De cordis immundicia. a ¶ Inquinatum cogitatione magis inquinat ſordida locutione. [12]
procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant homi- [13]
nem. De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, [14]
adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, † & blaſphe- [15] [16]
¶ Intus latentia. ¶ Exteriora autem.
miæ. Hæc ſunt quæ coinquināt hominem. Non lotis autem [17]
manibus manducare non coinquinat hominem. Et egreſſus [18] [19]
¶ Quæ fuerunt ciuitates gentilium.
inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. Et ecce mulier [20]
a ¶ Eccleſia de gentibus. b ¶ A priſtina conuerſatione. c ¶ Per fidem vnde nouit clamare filium Dauid.
Chanānæa à finibus illis egreſſa clamāuit dicens ei: Miſerere [21] [22]
¶ Vt probaret patientiam & longanimitatem.
mei dñe fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui nõ [23]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Omnis plantatio. *Id eſt doctrina ab homine inuenta, quæ non eſt legi ipſius dei conſona.*
2 Et eradicabi. *Quia non habet firmum fundamentum & radicem.*
3 Sinite il. *Id eſt doctrinam eorum euitate.*
4 Cæci ſunt, *Id eſt, carentes vero intellectu legis.*
5 Et duces cęco. *Quia alios excæcant ſuo errore, & ducunt eos ad præcipitium.*
6 Reſpondens au. Pe. *Hic aperitur prædictæ doctrinæ Chriſti intellectus magis in ſpeciali, quia Petrus pro ſe & pro aliis quæſiuit intellectum dicens:*
7 Ediſſe. nobis. *Id eſt, expone.*
8 Parabolam iſtam. *Id eſt, ſententiam occultam.*
9 At ille dixit: Adhuc & vos ſine intellectu eſtis. *quaſi dicat, tam diu audiſtis doctrinam meam, quod ſtatim deberetis intelligere ea quæ dicta ſunt. Unde ſequitur:*
10 Non intelligitis quia omne. *Iſtud eſt verum per ſynecdochen, quia aliqua pars de omni quod intrat in os.*
11 In ſeceſſum emittitur. *quia in omni cibo quantuncumque puro eſt aliquid impuritatis, & à natura expellitur tanquam ſuperfluum, & aliquid retinetur tanquam ad nutritionem neceſſarium: Et neutrum iſtorum coinquinat hominem ſpiritualiter loquendo.*
12 Quæ autem procedunt de ore. *Vt verba,*
13 De corde exeunt, *quia ſunt conceptus mentis ſignificatiua.*
14 Et ea coinquinant hominem. *quando ſunt malæ cogitationis ſignificatiua. Et hoc eſt quod ſequitur:*
15 De corde enim exeunt cogitationes ma. *Et per conſequens.*
16 Homicidia. *Id eſt, conſilia & colloquia ad perpetrandum huiuſmodi vitia, quæ hic tanguntur; & conſimilia.*
17 Hęc ſūt quę coinquināt hominē &c. nō coīquinat, *Spiritualiter.*
18 Non lotis autem manibus manducare. *immundicia ſpirituali.*
19 Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. *Reprobato errore Phariſæorum, hic Chriſtus tranſit ad Gentiles, vt ex deuotione Gentilium oſtendatur iuſta reprobatio Iudæorum: Et hoc eſt quod dicitur:* Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis. *Tyrus & Sidon ſunt quædam ciuitates ſitæ in terra promiſſionis prope montem Libani, quia filij Iſrael non potuerunt totaliter expellere Gentiles de terra ſua.*
20 Et ecce mulier. *Natione ſcilicet, Chananæi enim habitauerunt in terra promiſſionis ante filios Iſrael, nec potuerunt per eos totaliter extirpari, vnde iſta mulier ab illis qui remanſerant deſcenderat. Iſta autem audiuerat miracula & famam Ieſu Chriſti, & ideo firmiter credebat, quod filiam ſuam ſanare poterat.*
21 A finibus. *quia Chriſtum ſequebatur in via ad impetrandum ſuæ filiæ ſanationem. Marcus tamen dicit. 7. cap. quod venit ad Ieſum intra domum, & hoc eſt verum primo: ſed quia eam ibi non exaudiuit ſecuta eſt eum in itinere clamans;*
22 Miſerere mei domine fili Dauid. *Audierat enim Chriſtū promiſſum Iudæis deſcendere de genere Dauid.*
23 Qui non reſpondit ei verbum. *Non propter indignationem, ſed vt ex perſeuerantia eius in prece oſtenderetur fides eius, & deuotio diſcipulis.*

15 De — Et

MORALITER.

19 *Et egreſſus inde Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis.* Per mulierem Chananæam, cui dicitur à domino. *O mulier magna,*

Iudæorum,Gentium autem salus, passionis & resurrectionis tempori seruatur.

Qui non respondit. MYSTICE. Si ad primam petitionem ecclesiæ dominus salutem animæ differt dare, non est desperandũ, vel à petendo cessandum: sed magis precibus insistendum, & ad Deũ & ad sanctos donec oret pro ecclesia, & tunc perficietur oratio.

tium præsignabat. Magna est fides Gentium, quæ in auditu auris obediunt: & in Deo salutem sibi suisque impetrat. Quod puerum Centurionis & filiam Chananeæ non veniens ad eos sanat, significat gentes, ad quas non venit per præsentiam, saluandas per verbum suum.

a ¶ Mysterij ignari, vel misericordia moti, vel importunitate eius carere cupientes.

respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant

a ¶ Quam tenes non exaudiendo.

eum dicentes: Dimitte eã quia clamat post nos. Ipse autem

a ¶ Corporali missione.

respondens, ait: † Non sum missus nisi ad oues quæ perierũt

a ¶ Quæ à longè clamabat consecuta est eum. ¶ Vt Deum. ¶ Supra filij Dauid.

domus Israel. At illa venit & adorauit eum, dicens: † Domine, adiuua me. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum & mittere † canibus. At illa dixit:

¶ Verum est. ¶ Non mereor panem vel sedere ad mensam, sed contenta sum reliquiis. ¶ Quas Iudæi vilipendebant.

Etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis quæ ca-

a ¶ Iudæorum quibus scriptura primo loco apposita est.

dunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus & ait illi: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. Et cùm transisset in-

Psal. 17. b. † Mat. 7. c. † 2. q. 7. c. testes. † catellis

a *Non sum missus.* Quasi dicat, priùs oportet me sacramentum mei aduẽtus cõplere in Iudæis, & sic adducere alias oues, & hoc de signo petitionem huius differendo.

b *Panem filiorum.* Verbum salutis, quod priùs debetur Iudæis, non est bonum dare canibus vel gentibus canina rabie latrantibus semper.

c *Etiam Domine.* Sub persona mulieris, mira fides ecclesiæ, & patiẽtia, & humilitas prædicatur. Fides, quia credit posse sanari filiam. Patientia, quia toties despecta in precibus perstat. Humilitas, quia se non canibus, sed catellis comparat.

✠ HIERONYMVS. Mira rerum conuersio. Israel quondam filius, nos canes. Pro diuersitate fidei, ordo nominum commutatur. De illis postea dicitur: *Circundederunt me canes multi*, nos audiuimus cum muliere, *Fides tua te saluam fecit*.

d *Nam & catelli.* Mensa, est sacra scriptura, micæ puerorum, sunt interna mysteria quibus humiles reficiuntur sub mensa: quia scripturæ humiliter subditi, catelli gentes humiles. Paruuli edunt non panes, non crustas, id est, non literæ superficiem sed medullam.

e *Magna est fides.* Sic superiùs de Centurione: *Non inueni tantam fidem in Israel*, qui similiter (vt hæc Cananæam) fidem gentium (supra 8 b.)

✠ CHRYSOST. Ideò certè eam repellebat vt ad hanc vocem cõsequentia rerum conueniret, vt fulgente corona mulierem ornaret. *Fiat inquit tibi sicut vis.* Ac si diceret fides quidem tua maiora quam petis posset impetrare: veruntamẽ fiat vt vis. hæc vox affinis est, qua dictum est, *Fiat cœlum & factum est cælum. Sanata est enim*, ait *filia eius ab illa hora.* Tu verò diligenter considera, cum nihil ab apostolis in re mulieris factum fuerit, totum ab ipsa fuisse perfectum: Tantum quippe potest iugis & feruens oratio: mauult enim nostram Deus, qui rei sumus, quam aliorum pro nobis orationem. (hom. 53. in Matth.)

f *Et sanata est.* Vbi datur exemplum cathechizandi & baptizãdi infantes, qui nec sapere, nec facere aliquid possunt, sed per fidem & confessionem parentum liberantur à diabolo.

✠ AVGVSTINVS. Quod puerum Centurionis & filiam Cananææ mulieris non veniens ad domos eorum sanat, significat gentes ad quas non venit, saluas fore per verbum suum. Quod rogantibus filij sanantur: intelligenda est persona ecclesiæ quæ sibi est & mater & filij. Nam simul omnes quibus constat ecclesia mater dicitur, singuli autem idem ipsi filij appellantur. (Lib. 1. c. 16. de quæstionibus euãgelicis.)

g *Et cum transisset.* Cum in filia Chananitidis salutem gentium præsignasset, reuertitur in Iudæam, quia cum plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus fiet.

In montem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et accedentes discipu. *Moti enim erant ad hoc videntes eius fidem & deuotionem.*

2 Ipse autem respondit. *Primò negatiuè, tamen sine improperio dicens:*

3 Non sum mis. *Quia Christus erat primò & principaliter missus Iudæis tanquam apostolus eorũ. Et ideo in propria persona nõ prædicauit Iudæis, nec fecit miracula nisi in casu ex aliqua speciali causa, vt scilicet ostenderet ecclesiam in fide gentium esse fundandam, sicut habetur hic & Ioan. 4. vbi Christus prædicauit Samaritanis deuotè eum recipientibus. Post mortem autem Christi fides prædicata est publicè gentilibus. Et hoc est quod dicit Apostolus Rom. 15. b.* Dico autem Christum Iesum ministerium fuisse circuncisionis. *scilicet, apostolũ Iudæorũ* propter veritatẽ Dei ad confirmãdas promissiones patrũ: *quia antiquis patribus Iudæorũ fuerat facta promissio de Christo, sicut Abrahæ & Dauid: quia tamen Iudæi pro maiori parte fidem Christi repulerũt, & gentiles eã susceperunt. Ideò Apostolus subdit ibidem Rom. 15. cap.* gẽtes autẽ super misericordia honorare Deũ, &c. *Sequitur.* (Iudæorum apostolus dicitur Christus.)

4 At illa venit & ado. *Adoratione latriæ, dicens:*

5 Domine adiuua me. *Infirmitatem enim filiæ suæ reputabat suam, & per consequens sanationem.*

6 Qui respondens, *Negatiuè, scilicet & cum improperio, ait:*

7 Non est bonum sumere. *Id est, doctrinam & miracula promissa Iudæis tanquam spiritualibus filiis propter cultum vnius Dei.*

8 Et mittere canibus, *Id est, dare gentilibus, qui erant dediti cultui idolorum: sicut canes circa cadauera animalium defunctorum.*

9 At illa dixit: Etiam &c. *Id est, bonum est in casu.*

10 Nam & catelli edunt. *Quasi dicat, sicut catelli aliqua modica, vt pote micas cadentes de cibo concesso filiis percipiunt, ita etiam gentiles debebant aliquid saltem modicum percipere de beneficiis Christi. Ex quo patet quod nõ est cõtrarietas inter verbũ Christi, cum dicit:* Non est bonum, &c. *& verbum huius mulieris dicentis, imo bonum est: quia verbum Christi est intelligendum, quod non erat regulariter & vniuersaliter bonum cùm Christus esset apostolus Iudæorum, vt dictum est, verbum autem huius mulieris intelligendum est in causa, propter scilicet petentis deuotionem: & vt ostenderet ecclesiæ gentium futuram fundationem.*

11 Tunc respondẽs Iesus: O mu. ma. *Quod patet ex verbo & facto suo, quia non fuit retardata à feruore petendi. Primò, propter Christi taciturnitatem. Nec secundo propter eius responsionem negatiuam. Nec tertio propter improperium adiunctum responsioni negatiuæ. Et ideo subdit:*

12 Fiat tibi sicut vis. *Quasi dicat, fides tua hoc meretur. Quod patet ex facto, cum subditur.*

13 Et sanata est. *Patet etiam ex dictis, quod tarditas Christi ad exaudiendum eius petitionem non fuit ex ignorantia vel voluntate, sed vt ex perseuerantia mulieris ostenderetur fides eius & deuotio dignior exauditione.*

14 Et cum transisset. *Hic tertio Christus reuertitur ad Iudæos, collato eius ampliori munere, sicut post conuersionem gentium reuertetur ad Iudæos per fidei illuminationem: & ideo facit eis plura miracula quàm ante. Primo infirmos eorum curando. Secundò eos corporaliter satiando, ibi:* Iesus autem. *Circa primum in quodam generali implicantur*

MORALITER.

11 *O mulier magna, &c.* Potest ratio superior intelligi, quæ legibus æternis inspiciendis & consulendis intendit, secundum Aug. 12. de trinita. per filiam eius ratio inferior, per dæmonium autem ipsa sensualitas, quæ etiam per serpentem significatur, vt dicit Aug. ibidem. Sic igitur filia mulieris Chananeæ à dæmonio vexatur, quando per sensualitatem inferior ratio ad consensum peccati mortalis impellitur, cuius sanatio per matrem, id est, rationem superiorem à domino petitur, nam ratio superior semper ad optima deprecatur, & sicut dominus distulit exaudire petitionẽ mulieris Cananeæ, vt eius fides clarius appareret: sic & dominus aliquando dimittit impulsum rationis inferioris per sensualitatem diutius protrahi, vt augeatur meritum tentati, propter quod Paulo petenti stimulum carnis à se auferri dicit dominus 2. Cor. 12. c. *Virtus in infirmitate perficitur, &c.*

14 *Et cum transisset.* Sequitur.

Et accesse-

a *In montem.* Dominus in monte, verbum in alto sedet: quia in sua maiestate non posset intelligi.

A

Qui dicũtur cæci, qui surdi. Hom. 53. in Matth.

b *Cæcos.* Cæci sunt qui non intelligunt, etiamsi obediant iubentibus. Surdi qui non obediunt, etiam si intelligant.

✠ CHRYSOSTOMUS. Hi autem in duobus fidem suam demonstrabant, & in ascendendo montem, & in hoc quia existimabant se nullo alio indigere, nisi vt proijcerentur ad pedes Iesu, neque etiam adhuc tangunt ad fimbriã vestimenti, sed & ad altiorem fidem ascendunt, vnde dicitur, *& proiecerunt eos, &c.* Et mulieris quidem filiam cum multa tarditate curauit, vt eius virtutem ostenderet. Hi autem non quia meliores erant, sed vt Iudæorum ora obstrueret, confestim sanationem præbet.

B

† glorificabant.

c *Iesus autem.* Conuocat discipulos, vt doceat magistros cũ minoribus communicare consilia sua. Vel vt ex locutione intelligant signi magnitudinem.

C

d *Misereor turbæ.* Turba triduo sustinet dominum, quia fideles pœnitentes se ad dominum in opere & sermone & cogitatione conuertunt, qui in præsentis vitæ via deficerent, si in sua conscientia sine doctrinæ pabulo dimitterentur. In superiori signo propinqui memorantur, & vicini quinque sensuum & eorum non recordatur dominus, sed discipuli in vespera iam inclinato sole. Hic dominus se misereri dicit, & quare, quia triduo iam perseuerant mecum. In toto sæculo tertium tempus est, quo gratia datur, primùm ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, quartum est in futuro: vbi dies erit sine nocte, ad quod tendens reficitur in via.

D

a ¶ Vt auditores erigat ad superna.

a de Iesus, venit secus mare Galilææ, & ascendens in montem 1

a ¶ Quia requies non nisi in cœlestibus quærenda est. b ¶ Mente deuota. c ¶ Regnantem in cœlo. d ¶ Fidelium. e ¶ Quos secum ducunt doctrina & exemplo. 2

sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes se- 3

a ¶ Confessione Christi. b ¶ Claudos per deuia praui operis non recte euntes. c ¶ A lumine fidei. d ¶ Sarcina peccatorum. 4

b cum mutos, claudos, cæcos, † debiles, & alios mutos: & pro- 5

a ¶ Quia mediatori per humilem aduentum curandos subijciunt sancti prædicatores. b ¶ Quasi confitendo humanitatem Christi. 6

iecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mi-

a ¶ Quia fideles inæstimabili gaudio exultant quando hæc vident. ¶ Christum confitentes. ¶ Per bona opera.

rarentur videntes mutos loquentes, * claudos ambulantes,

a ¶ Credendo. b ¶ Dicunt: Quis Deus magnus, sicut Deus noster? c ¶ Deum non recentem. 7

c cæcos videntes, & † magnificabant Deum Israel. Iesus autem

a ¶ Compatitur vt homo, pascit vt Deus. 8

d conuocatis discipulis suis, dixit: † Misereor turbæ, quia tri- 9

a ¶ In fide Trinitatis lucidi pro suis suorumque peccatis instanter supplicant. b ¶ Pro curatione suorum. ¶ Pabulum scripturæ.

duo iam perseuerant mecum, & non habent quod mandu- 10

a ¶ Prius aufert debilitatem, post cibos offert sanis. b ¶ A sacra admonitione vacuos. c ¶ Perit qui sine cœlesti pane ad patriam tendit.

cent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et di- 11

a ¶ Rudes in fide, qui non recordantur quinque panibus quinque millia hominum satiata fuisse. b ¶ Ipsi Apostoli desertum, quia adhuc infœcundi.

e cunt ei discipuli: Vnde ergo nobis in deserto panes † tantos, 12

a ¶ Non ignarus sed docendo responsurus. 13

vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus: Quot panes

a ¶ Sciptura noui testamenti. b ¶ Sancti illius temporis, quo ea condita est, vel quorum fidem vitam & passiones continet.

habetis? At illi dixerunt, septem, & paucos pisciculos. 14 15

f a ¶ Super ipsius montis soliditatem, nullo fœno interposito. b ¶ Primum complens in se præcepta quæ dabat & sanctorum vitam in se præfigurans.

g Et præcepit turbæ: vt discumberent super terram. Et acci-

e *In deserto panes.* Panes prædicatores, desertum sese, id est, infœcũdos dicũt. Quasi dicat, vnde nobis tanta facundia vt † possimus tam auidis auditoribus sufficere.

† mutilos.

f *Vt discumberent.*

E

✠ CHRYSOSTOMUS. Finis huius & alterius miraculi non est similis. Sequitur enim, *Et quod superfuit, &c. Erant autem, &c.* Quare autẽ minores fuerunt reliquiæ in hoc miraculo quàm in primo, etsi non tot fuerint qui comederunt? Aut igitur hoc est, quia sportæ cophinis maiores erãt: aut ne reliquiarũ æqualitas tot miracula confunderet & obliuionẽ obduceret, hoc discrimine ac differentia vtriusque signi memoriam voluit confirmare: propterea tunc quidem discipulorũ numero cophinorum numerum, nunc verò panibus sportas exæquauit.

* mutilos incolumes sic vetera exẽplaria.

† Mar. 8. a.

F

g *Et accipiens.* Vt ostendat se congaudere de salute hominum & nos ad agendas gratias informat etiam de temporalibus.

Septem

NICOLAVS DE LIRA.

implicantur plura miracula & diuersorum generum, quæ si explicarentur in particulari: implerent vnum magnum librum, propter quod dicitur Ioan. vlt. quod si omnia facta Christi essent scripta per singula, totus mundus non posset capere libros qui scribendi essent. Dicit ergo:

1 Et accesserunt. *Scilicet, cum reuersus fuisset ad Iudæos.*

2 Turbæ multæ. *Quia de multis ciuitatibus, & castellis & villis venerant ad impetrandum sanationem infirmorum: Et hoc est quod sequitur:*

3 Habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles. *Debilitas accipitur hic secundum Hieron. non in generali, sed in speciali, quando scilicet, non potest quis se iuuare de vna manu. hoc modo dicitur debilis sicut claudus, qui non potest ambulare, nisi de vno pede. Istæ autem infirmitates erant incurabiles via naturæ & medicinæ, ideo propter curationem earum recurrebant homines ad Christum, cui nihil impossibile.*

4 Et alios mul. *Hoc addit euangelista ad includendum omnia infirmitatum genera.*

5 Et proiecerunt eos ad pedes eius. *Vt illi qui non poterant fidem & deuotionem ostendere verbi vt surdi & muti, saltem ostenderent eam facto.*

6 Et

6 Et curauit eos. *Solo scilicet verbo. Ille solo verbo poterat curare, qui solo verbo poterat mundum de nihilo creare.*

7 Iesus autem conuocatis discipulis suis. *Hic ponitur miraculum de multiplicatione panum.*

8 Misereor turbæ. *Hoc autem prædixit Apostolis, vt ipsos induceret ad pietatem.*

9 Quia triduo iam perseuerant mecum. *Quia tantum afficiebantur ad doctrinam Christi audiendam & videndum eius miracula, quod per tres dies non redierant ad loca propria manentes cum Christo in loco deserto & sub dio. Ex quo patet eorum deuotio.*

10 Et non habent. *Quia cibaria quæ de domibus suis apportauerãt iam erant consumpta. Et ideò prima die vel secunda hoc miraculum non fecit; tum quia alimenta adhuc habebant, tum quia magis apparuit, quando eis victus omninò defuit.*

11 Et dimittere. *Quia plures eorum longè distabant à domibus suis, & die præcedenti parum comederant.*

12 Et dicunt. *Quasi dicat, locus est desertus & villa multum distant; & ideò non possumus per humanam prouidentiam talia habere.*

13 Et ait. *Non petit ignorando, sed vt eorum responsione prouideat de modo.*

14 At illi di. sep. *Quod erat quasi nihil respectu tantæ multitudinis.*

15 Et pauc. *Quia pauci erant in numero & parui in quantitate:*

Omnia

MORALITER.

1 *Et accef.* Cæcos autem illuminat, cum ignorantibus cognitionem suæ salutis infundit. Mutos etiam curat, cum eorum linguas in laudem sui creatoris soluit. Similiter claudos cum in via iustitiæ gressus eorum dirigit. Debiles fortificat, cum pigros acediosos operari bonum viriliter facit. Turbæ verò mirantur & Deum glorificant, cum ex talibus mutationibus quæ sunt dexteræ excelsi, Deum laudant.

8 *Misereor turbæ.* Per quatuor hominum millia qui Christum in deserto sunt secuti, significatur multitudo credentium in Christum de quatuor partibus mundi.

11 *Et dimit.* secundùm quod dicit Greg. in homil. In præsenti vita, quasi in via sumus qua ad patriam pergimus, ergo ne fideles in hac via deficiant, pascendi sunt per prælatos, doctores & curatos, pane sanæ doctrinæ & sacræ scripturæ & Eucharistiæ quo augetur septiformis gratia spiritussancti: propter quod dicitur hic, quod fuerunt septem panes, & pauci pisces: per quos significantur sacræ scripturæ sententiæ à piscatoribus ecclesiæ cum labore quæsitæ.

I 4

a *Septem panes*. Septiformi Spiritu pascit, adiuncta apostolica autoritate, quasi paucorum piscium sapore qui nos reficiunt exemplo suæ vitæ vel mortis. Septem panes, scriptura noui testamenti in quo gratia spiritussancti & reuelatur & datur. Nec sunt hordeacei, vt supra, quia hic non (vt in lege) vitale alimentum animæ figuris, quasi tenacissima palea tegitur. Hic non duos pisces (vt in lege duo vngebantur, rex & sacerdos) sed pauci, id est, sancti noui testamenti, qui de fluctibus sæculi sunt erepti, & sustinent turbulentum mare, & exemplo suo nos reficiunt, ne in via deficiamus. Ibi supra fœnum, vt desideria carnis comprimantur, hic super terram vbi & ipse mundus relinqui præcipitur. Vel mons in quo dominus reficit, est altitudo Christi. Ibi ergo fœnum super terram, quia ibi celsitudo Christi propter carnales carnali spe & desiderio tegitur. Hic remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui testamenti spei permanentis soliditas continet. Ibi quinque millia: quia carnales quinque sensibus subditi: Hic quatuor propter quatuor virtutes quibus spiritualiter viuitur, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam, Quarum prima, cognitio est rerum appetendarum & vitandarum. Secunda, refrænatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant. Tertia, firmitas contra molestias sæculi. Quarta, quæ per omnes diffunditur dilectio Dei & proximi. Et ibi & hic mulieres & paruuli excepti sunt, quia in veteri & nouo testamento non mittuntur ad numerum qui non perdurant occurrere in virum perfectum, vel infirmitate virium, vel leuitate mentis. Vtraque refectio in monte celebrata est, quia vtriusque Testamenti scriptura altitudinem cœlestium præceptorum mandat & præmiorum: vtraque altitudinem Christi prædicat.

a ¶ Sacramenta aperuit. b ¶ Quia ministerio Apostolorum voluit ecclesiæ distribui cibaria vitæ.

a piens septem panes & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo: & come-

a ¶ Audiendo & exempla intuendo. b ¶ Memoriæ recondendo & operando. c ¶ Vt est: Si vis perfectus esse, vende omnia, &c.

b derunt omnes, & saturati sunt, & quod superfuit de fragmen-

a ¶ Spiritualium summa perfectio.

c tis tulerunt septem sportas plenas. Erant autem qui mandu-

a ¶ Noui testamenti populus non quinque sensibus obnoxius, sed quatuor animi virtutibus exornatus. b ¶ Exceptis leuibus & infantibus qui in virum perfectum non creuerunt.

cauerunt quatuor millia † hominum, † extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculam: & venit in fines † Magedan.

† virorum. † præter. † Magdala.

b *Et quod*. Altiora mysteria quæ non capit communis turba, apostoli sustollũt & implent septem sportas, id est, perfectorum corda septiformi spiritus gratia ad intelligendum illustrata.

c *Septem sportas*. Sportæ iunco & palmarum folijs solent contexi, & significãt sanctos, qui radicem cordis in ipso fonte vitæ collocant, ne arescant, vt iuncus in aqua: & palmam æternæ retributionis in corde retinent.

✠ AVGVSTINVS. Si aliquis Euangelistarum hoc dixisset qui de quinque panibus non dixisset, contrarius cæteris putaretur: Sed quia illi qui miraculum de septem panibus narrauerunt, nec illud de quinque panibus tacuerunt, neminem mouere debet.

lib. 2. de consensu. euangelist. cap. 50.

d *Et dimis. tur.* Hic docet quod prædicatores ministrato turbæ verbo, ipsi intra cubiculum cordis virtutum debent refici pomis.

Mar. 8. b.

e *In fines*. Magedan quæ alio nomine dicitur Dalmanuta, quæ est regio circa Gerasam. Et interpretatur poma vel nuncia, & significat hortum de quo dicitur: *Hortus conclusus, fons signatus*, vbi crescunt poma virtutum. Et ibi nunciatur nomen domini.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

Omnia ista dicuntur ad maiorem declarationem miraculi, quod ex tam paruo cibo potuerit tanta multitudo satiari. Et hoc fuit per multiplicationem cibi in manibus Christi, eodem modo sicut dictum est supra c. 9. Sequitur:

1 Et dimissa turba. *Post miraculum ostensum ascendit in nauiculam fugiens turbæ applausum & reuerentiam, in hoc dans prædicatoribus exemplum.*

2 Et ve. in fines Magedan. *Iste est locus in quo Iosias occurrens regi Ægypti, vulneratus est. vt habetur, 4. Regum 24. Marcus autem dicit in fines Dalmanuta, cap. 8. b. Et dicendum ad hoc, quod non est ibi diuersitas secundum rem, quia secundum aliquos est eadem regio habens duo nomina. Marcus accipit vnum & Matthæus aliud. secundum alios sunt duæ regiones distinctæ, sed in extremitatibus coniunctæ. Et ideo existens in confinio vtriusque, verè dicitur esse in fine istius vel illius: & in tali loco erat Iesus.*

CAP.

ADDITIO I.

In cap. 5. vbi dicitur in post. Vos autem dicitis, *falsè exponendo mandatum.*

Hæc expositio non videtur valere propter duo. primò quia non consonat literæ. secundò quia præsupponit falsum. Primum patet de se literam bene aspicienti, quod etiam ipse postillator videtur fateri cum dicit, quod hæc est constructio defectiua. Vbi ergo constructio deficit, manifestũ est quod litera non benè concordat sensui sibi dato. Secundum patet primò, quia nusquam inuenitur Hebræos asserere, quod melius est Deo offerre, quàm subuenire parentibus in necessitate positis, imo communiter tenent, quod melius est, eleemosynas largiri, quam sacrificia voluntaria offerre, prout ex multis autoritatibus veteris Testamenti deduci potest. Vnde à fortiori melius est subuenire parentibus in necessitate constitutis quàm offerre & huiusmodi. Secundo quia Rabbi Moyses Ægyptius (qui inter eos magnæ reputationis est) suo libro de directione perplexorum, vbi de causis sacrificiorum tractans, scripsisse traditur quod sacrificia non fuerunt præcepta populo Israëlitico ex intentu principali: hoc est, quasi fuissent per se intenta à Deo, sed ex intentu secundario quasi per accidens vel indirectè, vt. s. quod per huiusmodi sacrificia homines retraherentur à sacrificijs idolorum. Ad quod allegant illud Iere. 7. f. Non sum locutus cum patribus vestris, nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocaustomatum & victimarum: *Et aliæ autoritates quæ hoc sonent. Sed constat quod præceptum de honoratione parentum, est per se principaliter intentum, tanquam consonum & conforme iuri naturali. Illud autem quod est per se, semper præfertur ei quod per accidens est. Et ideo nunquam etiam secundum eos concederetur quod propter sacrificia offerenda prætermittendum esset præceptum de honoratione parentum. Vnde ad istum passum bene intelligendum, recurrendum est ad traditiones Pharisaicas seu Thalmudicas, quas Christus intendebat in proposito reprobare. Ad cuius euidentiam sciendum, quod circa materiam votorum vnus liber à Talmudicis est compositus qui intitulatur* Nedarin, *id est vota: in quo libro plura erronea scripserunt sine aliquo fulcimento sacræ scripturæ, inter quæ vnus error talis est: Tradunt enim, quod sicut quilibet potest consecrare bona sua Deo: sic quod facta huiusmodi consecratione per votum, postea non licet alicui talibus bonis vti, nisi in Dei obsequium, scilicet in seruitio altaris vel templi & huiusmodi. Sic quilibet potest consecrare bona sua singulariter, hoc est respectu vnius personæ tantum. verbi gratia. Si quis dicit alicui proximo, volo seu voueo quod bona mea sint consecrata respectu tui, tunc dicunt quod illa bona sint consecrata respectu illius hominis tantum, sic quod nullo modo potest eis vti, ac si essent simpliciter Deo consecrata: Dominus tamen illorum bonorum & etiam alij homines quicunq; possent vti talibus bonis, ac si non essent consecrata, sed mere † propria. Votum autem huiusmodi secundum eos multipliter oretenus exprimitur, & specialiter cum verbis significantibus aliquam rem consecratam. Vt si dicat aliquis sicut templum, sic est res mea, tunc illa res est consecrata tanquam templum. Similiter si dicat, sicut altare vel sicut corbena, & huiusmodi. Similiter si dicat, Munus sit, vel est talis res, idem est iudicium, intelligitur enim de munere Deo oblato. Ex quibus inferunt quod si dicat quis patri suo:* Munus quodcunq; est ex me tibi proderit, *tunc pater nullo modo potest vti aliquo bono filij sui, etiam filio volente & patre in necessitate existente, & hoc ideo, quod secundũ traditionẽ suam prædicta omnia bona filij sui sunt consecrata respectu patris. vnde manifestè Pharisæi irritum fecerunt mandatum Dei propter traditiones suas, vt Christus dicit. Nam secundum traditionem illam (quæ nullius fundamenti est) filius excusaretur à subuentione patris, quod est manifestè contra Dei præceptum. Verba autem euangelij secundũ prædicta construuntur plane & sine defectu sic:* Quicunq; dixerit patri vel matri: Munus est quodcunque ex me: tibi proderit, &c. *Cuius sensus est, quod filius vouet, vt sit tanquam munus altari consecratum: quidquid sit de bonis suis patri proderit, & sic filius taliter vouens nullo modo potest prodesse patri secundum eos, quod est de directo contra præceptum diuinum. Et hoc est quod legitur Mar. 7. b.* Corban (quod est donum) quodcunque ex me tibi proderit, & vltra non dimittitis eum

Error Talmudicorũ.

† prophana

A titis enim quidquã facere patri suo aut matri. *Ex quo patet, quod nõ persuadendo Pharisæi hoc dicebant, sed potius cogendo: quod patet ex hoc quod dicit:* Non dimittitis eum, &c. *quia ex virtute illius voti prætensi, iam non poterat filius prodesse patri: & sic irritum fiebat mandatum Dei per suam falsam traditionem. Et sic iste error nõ procedebat ex auaricia sacerdotum, sed ex eo quod malè interpretabantur sacram scripturam, & traditiones suas diuinis præceptis præferebant.*

ADDITIO II.

In eodẽ c. vbi dicitur in Postil. Istud est verũ per Synechdochen.

Attendendum, quod non dixit Christus: Totum quod in os intrat, sed omne quod in os intrat. *Vnde ad sanè intelligenda verba Christi hoc loco non requiritur vt intelligatur per Synechdochen, sed sufficit quod fiat ibi distributio pro speciebus singulorum, sicut cum dicitur: Omne animal fuit in arca Noe. Cuius intellectus cõmuniter est, quòd de qualibet specie animalium fuit aliquod animal in arca Noe. Et in proposito de qualibet specie ciborum aliquid emittitur, licet aliquid ad nutritionem retineatur. Sed adhuc hoc non videtur sufficere ad amouendum scandalum Pharisæorum, qui videbantur credere, quod ea quæ remanebant in corpore possent hominem coinquinare: alioquin nihil faceret contra eos, quod cibus intrans per os emitteretur in secessum vel non. Vnde melius videtur dici secundum Hiero. scilicet quod quidquid ex alimento generatur, potest etiam per calorem naturalem resolui, & per occultos quosdam poros emitti.*

REPLI. In cap. 15. *Vbi agitur de traditionibus seniorum infirmantibus obseruantiam diuinorum præceptorum. Burgen. in duobus redarguit Postil. primò, quia vt dicit, expositio eius non consonat literæ. secundò vt dicit, Postil. præsupponit falsum. Primum probat per hoc, quia Postil. dicit constructionem literæ defectiuã cum dicitur:* Munus B quodcunque est ex me tibi proderit. *Ex quo arguit Burg. igitur sensus ei datus non consonat literæ. Vbi dico quod hoc argumentum venit ex dissimulatione grammaticæ & rethoricæ, vel ambarum artium ignorantia. Sæpe enim in vete. Testa. facit Bur. mentionem de grammatica Hebræorum, hic autem grammaticam Latinorũ videtur ignorasse. Est enim in grammatica Aposiopesis defectiua oratio qua sæpe vtitur scriptura. Est etiam in rethorica præcisio color verborum, qua sæpe vtitur scriptura, & coincidit cum Aposiopesi: præterquam quod hic excusatur defectus figuræ, ibi ostenditur ornatus rethoricus ex orationis truncatione. Argumentum igitur Bur. videtur tentatiuum cum dicitur: Oratio vel constructio est defectiua. igitur sensus datus non consonat literæ. Nam pro consonantia habenda in litera suppletur, quod per figuram vel colorem truncatum est. Secundò dicit Bur. Postil. præsupponere falsum, in eo quod dicit Iudæorum scribas & sacerdotes propter auariciam fecisse inter cæteras traditiones etiam illam quod melius est offerre Deo quàm subuenire parentibus, &c. Hoc dicit Bur. falsum. Primò vt dicit, nusquam reperitur Iudæos hoc sensisse, quinimmo præponderant eleemosynam spontaneis sacrificijs, multò fortius honorem parentum, &c. Vbi dico, quod si consequentia valeat, antecedens est* D *mihi valde dubium propter dicta beati Hieron. & propter glos. super Matth. & Mar. & Scholasticam historiam: & propter dicta aliorum doctorum: quorum multi sciuerunt Hebraicum, & concorditer dicunt sicut Postill. qui ab eis recepit. Sed dato (quamuis non concesso) quod Iudæorum proceres sicut dicit Bur. sensissent, non tamen sequitur, igitur sic facerent vel docerent auaricia cæcati. Nec hodie eorum docti docent vel faciunt id quod sentiunt, immo potius per Talmudicas & erroneas doctrinas simplicem populum decipiunt, & veram literam corrumpunt. secundò dicit Bur. dictum Postill. falsum. Allegat ad id probandum Rabi Moysen Ægyptium satis benè dicentem: sed non allegat bene facientem, qui traditionibus humanis diuina præcepta præponderat: Et quod Bur. nos vltrà in sua expositione ad Talmud remittit, & librum quem nominat Nedarin, nihil aliud est quàm fideles Christi retrahere à sanctorum veris expositionibus, & remittere ad videndum vana scripta erroribus plena, prout ipse Bur. met testatur in multis locis; nec est cautum simplices sensum literalem sæpe cupientes huiusmodi erroribus occupare.*

In eodem capitulo vbi dicitur. Omne quod intrat in os. &c. *Dicit Postil. intelligendum secundum Synecdochen. Bur. facit inutilem obiectionem, & incidere videtur in id quod improbare putat. Dicit enim, quod non oportet dici per Synecdochen quia non dicitur totum quod intrat sed omne, distributio debet accipi vt dicit pro speciebus singulorũ, vt sit sensus, de qualibet specie ciborum aliquid mittitur in secessum, licet aliquid ad nutriendum retineatur. Nunc autem & apud philosophos & theologos, totum vniuersale, & omne, pro eodem accipiuntur. Qui enim dicit omne, nihil excipit. Sic & similiter de toto vniuersali, & specialiter omne est totum in quantitate secundum logicos. vnde resolutio Bur. quæ dicit de omni specie ciborum aliquid mitti, idem est sic ut diceret debere intelligi secundùm partem, & sic omne capitur per Synecdochen, quod voluit improbare. Sed mouet Bur. hic dubiũ quia per* E *vtramq; expositionem non videtur tolli scandalum à Pharisæis & propter hoc dicit dubium allegando beatum Hieron. quod vniuersaliter debeat accipi sic, quod quidquid intrat in eos & ex alimento generatur, potest etiam per calorem naturalem resolui, & per occultos quosdam poros emitti. Sed illud videtur frustra dici per Bur. Primùm quia Christus dicit, omne quod intrat &c. per hoc noluit nec curauit tollere scandalũ Pharisæorũ: quia dixit:* Sinite eos, cæci sunt & duces cæcorũ, *sed solũ voluit instruere discipulos petentes. Et non est verisimile, quod de illis occultis modis digerendi & egerendi curauit discipulos instrueret sed innuere argumento à maiori, scilicet, vt si impurum nutrimenti quod in secessum emittitur, non coinquinat: igitur multo magis id quod purum est non coinquinat, iuxta illam regulam: Si id quod magis videtur inesse non est, nec quod minus.* Axioma. *Sed si ex cibis deberet homo inquinari, magis videtur hoc verum de impuris, quod tamen non est, vt dicitur in litera. Et subintelligendũ est moraliter, quia ex his quæ naturalia sunt nec laudandus quis est nec vituperandus. Si igitur per naturalem digestionem vel indigestionem ex puro vel impuro cibo generaretur corruptus humor vilem faciens hominem, ex hoc tamen non dicitur moraliter inquinari, quamuis naturaliter. de qua hic non dicitur.*

CAP. XVI.

E T accesse. &c. *Vt signum de cœlo &c.* Vt qui pauit multos C paucis: manna plueret quo omnes reficeret. Vnde Ioannes post edulium panũ: Ioan. 6. d. *Quod signum facis, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres nostri manducarunt manna in deser.* Petebant

CAPVT XVI.

a ¶ Legis fiducia insolentes, dedignantes opera virtutum.

ET accesserunt ad eum Pharisæi & Saducæi tentantes, & rogauerunt eum, vt signum de cœlo ostenderet eis. 2 At ille respondens ait eis. 3

Petebant tentando vt in morem Eliæ 3. Reg. 18. f. ignẽ de sublimi mitteret, vel in similitu- F dinem Samuëlis æstiuo tempore mugire tonitrua faceret, quasi non possent & illa calumniari, & dicere ex occultis & varijs aëris passionibus accidisse.

ORIGEN.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XVI.

ET acce. ad. *In præcedenti capitulo Christus reprobauit errorem Iudæorum in lege, hic fundationem ecclesiæ gentium in fide. vbi primò aperit incarnationis mysterium, secundò prædicit redemptionis precium, ibi:* Venit autem Iesus in partes. *Tertiò imponit imitationis exemplum, ibi:* Tunc Iesus dixit discipulis. *Prima in duas: quia primo mysterium incarnationis aperitur. secundò ex hoc doctrina Pharisæorum non solum sicut erronea sed sicut curiosa & inutilis excluditur, ibi:* Et cum vidissent discipuli eius. *Circa primam partem aduertendum, quod aliqui Scribæ & Pharisæi omisso studio legis & prophetarũ studebant in mathematicis & potissime in astrologia: vnde & vsque hodie aliqui eorum in hoc sunt valde curiosi. Et quia astrologi aliquando volunt iudicare per considerationẽ astrorum de inchoatione legum & sectarũ diuersarum, ideo & isti per astra volebant prænosticare de aduentu Christi, hoc autẽ est impossibile, quia virtus cœli non se extendit ad talia, licet se extendat ad prænosticandum de futura dispositione aëris, vt siccitate & pluuia, & huiusmodi, & hoc est quod dicitur:*

1 Et ac. ad eum ph. &c. *Scilicet si possent eum in aliquo capere.*

2 Et rog. eum vt sig. *Declarando scilicet tempus sui aduentus ex aliquo signo cœlesti.*

3 At ille resp. *Id est aliquid prædicere de futura temporis dispositione potestis per considerationem cœli: quia ad hoc bene se extendit talis scientia propter quod subditur:* Serenum erit.

Rubicun-

MORALITER.

1 *Et accesserunt ad eum Pharisæi & Saducæi tentantes eum, &c.* Per istos qui venerunt ad Christum non addiscendi gratia, sed malignandi, significantur illi qui veniunt ad sermonem vel lectionem, non vt ædificentur, sed vt prædicatori vel lectori insidientur. Per hoc autem quod quæsierunt signum de alto, signi-

A ✠ ORIGENES. Hi dogmatibus inter se dissidentes, concordes sunt, vt tentent Iesum. Simile quiddam vsuuenit inter Pilatum & Herodem, qui inter se facti sunt amici, vt Iesum occiderent. Frequenter autem & nunc videre licet in vita, eos qui maximè discrepant opinionibus, apparere concordes, vt irrideant oppugnentq; Iesum Christum qui est in discipulis suis.

In cap. 16. Matth.

Apostolis in cœlum ascendit, & spiritum sanctum misit. D

✠ ORIGENES. Illud signum, hoc erat signum, eò quòd illud huius erat significatiuum: vt illius signi explicatio, quod ex seipso obscuritatem habebat, fit quod seruator passus est, quod in corde terræ tres dies ac tres noctes egerit.

Vbi supra.

a *Facto ve.* Increpat eos, quod ex ordine elementorum discernant dies, sed signa temporum ignorāt, cum omnis lex & B prophetæ, aduentus sui indicia ex operum quæ gereret admiratione significet.

† Rutilat, rubescit.

* Hypocritæ faciem quidem.

Cum qualitatem tēporis futuri ex signis præsentibus cognoscerent rem tam necessariam ex signis suis intelligere negligebant.

† intra se.

✠ CHRYSOS. Sicut ergo in cœlo, aliud quidem est signum serenitatis, aliud pluuiæ: ita in me putare C oportet. Nunc enim in primo aduentu his signis quæ in terra sunt, opus est: quæ autem in cœlo sunt, reseruantur tempori secundi aduentus. Nunc enim sicut medicus veni, tunc sicut iudex adero.

Hom. 54. in Matth.

a ¶ Ita in morte mea debetis resurrectionem peccatorum per meum sanguinem intelligere.

a † Facto vespere dicitis serenum erit*, † rubicundum est enim cœlum: & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. * Faciem ergo cœli diiudicare nostis, signa autem temporum non potestis scire? † Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli eius trans fretum obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis: † Intuemini, & cauete à fermento Pharisæorum & Saducæorum. At illi cogitabant † inter se, dicentes: quia panes non accepimus. Sciens autem Iesus dixit: Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non † habetis? Nondum intelligi-

[Interlinear glosses: a ¶ Futurum iudicium præuidere per præcedentes tribulationes sanctorum. ¶ Ex istis signis. a ¶ Nota eadem superius dicta. ¶ Incredula pro spirituali carnalem intellectum habens. a ¶ De cœlo. ¶ Hoc potestatis suæ signum constitutum esse demonstrat. b ¶ De inferiori. a ¶ Vt infidelibus, non dimissis Iudæis. ¶ Ad gentes. ¶ Id est, à vanis traditionibus, quibus videntur quod non sunt. a ¶ Non vult, vt de panibus eorum accipiamus. a ¶ Cogitationes eorum. a ¶ Neque mysterium intelligitis neque virtutem in memoria habetis.]

e *Obliti sunt panes accipere.* Quomodo panes non habent qui modo impletis sportis nauem ascenderunt & nauigantes audiunt vt caueant à fermento Pharisæorum. Sed tamen ait scriptura quod obliti sunt tollere panes secum vnius veri & interni panis (qui cum eis erat) dulcedine capti, parum se curare iudicātes de cura corporis & necessarijs, cum & ipsa naturalis refectio à mente excesserat. E

† Luc. 12. g.

† Mar. 8. b Luc. 11. d.

† Videte. 1. Cor. 5. b.

f *Afermento.* Fermentum est peruersa doctrina, quæ vel modica totam massam corrumpit, & in suum saporem trahit.

* Accepistis.

b *Rutil. e.* Patiuntur Apostoli post resurrectionem, per quos me iudicare in futuro scire potestis, quia cum non parco meis bonis quin patiantur, non parcam aliis in futuro.

c *Sign.* Ad tempus gratiæ pertinentia prophetis prædicta, non possunt vobis fidem facere de meo aduentu. *Signa au.* Signa temporum dixit de aduentu suo vel passione cui simile est roseum cœlum vespere. Et item de tribulatione ante aduentum futurum, cui simile est roseum cœlum cum tristitia.

d *Non da. ei.* Sed datur fidelibus de cœlo quando videntibus Apostolis

Act. 1. a.

F ✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit attendite à doctrina Pharisæorum quia vult commemorare quæ facta sunt de multiplicatione panum; simpliciter autem de hoc incusare non videtur habere rationem, occasione autem ab eis recepta susceptibilem facit incusationem.

✠ ORIGENES. Erat enim conspersio quædam doctrinæ fermentique verè veteris, quam præbebant Pharisæi & Saducæi, vnde Iesus non vult amplius edere suos discipulos, quos fecerat nouam & spiritualem conspersionem.

g *Quid cogitat.* Quid cogitatis me dixisse de terrenis panibus de quibus non est vobis dubitandum, cum de tam paucis tantas feci-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Rubicundum est enim cœlum. *Talis enim dispositio cœlestis est signum futuræ serenitatis, quia scilicet, sic frequenter contingit, licet aliquando impediatur:*

2 Et mane. *supple dicere potestis.*

3 Hodie tem. *erit supple.*

4 Rutilat. *quod contingit in corruscatione & tonitruo: & hoc est signum tempestatis, propter quod subditur:*

5 Faciem er. cœli diiudicare no. *inquantum scilicet facies cœli est signum alicuius dispositionis futuræ in elementis.*

6 Signa autem temporum non po. *Id est signa temporum definitorum in præsentia Dei de aduentu Christi non potestis per talia diiudicare, quia solummodo dependet ex diuina dispositione, & non ex constellatione. Et propter hoc aduentus Christi consideratus est (vt dictum est) ex dictis prophetarum: qui hoc habuerant ex diuina reuelatione, sicut habetur Dan. 9. vbi circa hoc taxantur hebdomadæ determinatæ, & Gen. 49. Vbi signum aduentus Christi ponitur translatio regni Iudæorum ad alienigenam, quod factum est sub Herode.*

7 Generatio mala & adultera. *Hoc suprà expositum est ca. 12.*

8 Et cum venissent *Hic concludit doctrinam Pharisæorum vitandam à discipulis suis, non solum tanquam curiosam & inutilem, sed etiam malam & periculosam, propter hoc vocat eam fermentum propter corruptionem malitiæ & nequitiæ contentam in ea, & hoc est quod dicit:*

9 Intue. *Per diligentem considerationem mentis.*

10 Et cauete à fermento. *Id est à doctrina corrumpente. Nec est mirum, si fermentum dicitur hic doctrina corrumpens, Suprà, autem 13. cap. fermentum accipitur pro feruore fidei, vt visum est, quia eadem res ex diuersis proprietatibus bene significat opposita & disparata: sicut Leo aliquando accipitur pro Christo, vt dicitur Apoc. 5. b.* Vicit Leo de tribu Iuda: *& hoc propter constantiam & audaciam in aggrediendo ardua & periculosa. Aliquando autem accipitur pro diabolo propter crudelitatem, secundum quod dicitur 1. Pet. 5. cap.* Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, &c. *Ita eodem modo fermentum propter calorem inclusum significat feruorem fidei, propter autem corruptionem, doctrinam malam.*

Mat. 8. b. Luc. 12. a.

11 At illi co. inter se di. quia pa. non ac. *quasi dicerent intra se: bene cauimus, quia ab eis nullum panem accepimus. Ex quo patet, quod intelligebant fermentum ad literam id est panem fermentatum. Patet etiam eorum deuotio ad Christum, quia sic ei inseparabiliter adhærebant, quod obliti fuerant accipere necessaria.*

12 Sciens autem Iesus cogitationes eorum, &c. *Tanquam Deus.*

Quare

MORALITER.

† significantur illi qui quærunt audire subtilia, curiosa & inutilia, propter quod dictum est eis: quod sibi non dabitur signum nisi signum Ionæ prophetæ, qui propter suam inobedientiam fuit deglutitus à ceto: sic & ipsi deglutiendi sunt à diabolo: si tamen verè pœniteant de suis defectibus, saluabuntur, sicut Ionas verè pœnitens de ventre ceti fuit liberatus.

8 *Et cum venissent discipuli eius trans fretum, &c.* Per istos significantur illi qui Christi doctrinam audiunt, sed non retinent vel opere non adimplent, ideò dicitur eis.

† *Nondum in. &c.* Et *Interrogabat discipulos suos, dicens: Quem dicunt homines esse filium hominis, &c.* ORIGEN. In hoc dedit exemplum, vt nos semper scrutemur qualis opinio sit apud homines de nobis, vt si quid mali dicitur de nobis: occasiones illius perscindamus: Si autem quid boni, occasiones augeamus.

✠ Caro

[Quo]modo non intelligitis quia non de pane dixi vobis, cauete a fermento Pharisæorum & Saducæorum? Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum a fermento panum, sed a doctrina Pharisæorum & Saducæorum.

tis, neque recordamini quinque panum † in quinque milia hominum, & quot cophinos sumpsistis? Neque septem panum † in quatuor milia hominum, & quot sportas sumpsistis? † Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: cauete à fermento Pharisæorum & Saducæorum. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à fermento panum: sed à doctrina Pharisæorum & Saducæorum. † Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos, dicens: Quem me dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Ioannem Baptistam, alii autem Eliam, alii verò Ieremiam, aut vnum ex prophetis. Dicit illis Iesus: Vos autem quem me esse, dicitis? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius

a ¶ Expensorum. a ¶ Expensorum. a ¶ Pane corporali. a ¶ Quam in honore Tiberii Cæsaris Philippus frater Herodis extruxit. b ¶ Vt veræ confessionis mercedem reddat, non quasi nesciat. a ¶ Non dicit me: ne insolenter loqui videatur. a ¶ Discreti ab aliis, non homines sed Dij. a ¶ Sciunt & Apostoli, sed Petrus respondet pro omnibus. b ¶ Omnia complexus est, qui & naturam & nomen expressit. ¶ Verum hominem, & verum Deum credit & confitetur.

[... re]liquias? [CH]RYSOSTOMVS. Quia discipuli circa obseruatio[nes Iudai]cas adhuc repebant, ideò Dominus vehementer eos [increpat ad] vtilitatem omnium.

a *Cauete à fermento Pharisæorum.* A superstitiosa doctrina, quæ more fermenti veri panis simulat se substantiam habere. Per hoc innuit, quid significant quinque panes vel septem. Si enim fermentum dicit hæretica dogmata, panes sunt vera doctrina.

b *In partes Cæsareæ Philip.* Iste locus est, vbi Iordanus oritur ad radicem Libani, ex Ior & Dan duobus fontibus.

c *Homines esse.* Homines sunt qui de filio hominis loquuntur: Dij enim qui deitatem intelligunt.

d *Filium hominis?* Dominus de se humilitatem humanitatis profitetur, discipuli deitatem intelligunt.

✠ ORIGENES. *Interrogat discipulos, quem ipsum dicerent homines esse, quo nos disceremus ex Apostolorum responso, id temporis apud Iudæos varias fuisse de Christo opiniones. Et vt nos semper scrutemur, qualis sit opinio apud homines de nobis, vt si quid malè dicitur de nobis, occasiones illius prædicamus, si quid autem boni, eius occasiones augeamus.* (Tractatu. 1. in Matth.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Plebis mentem quæ ad malum prona inflexu non erat, inuestigat, non Pharisæorum. Etsi enim multò humilior quàm oportebat, eorum erat de Christo opinio, sed tamen à nequitia libera erat; Pharisæorum autem de Christo opinio, erat plena multa malitia. (Hom. 55. in Matth.)

c *Alij Ioannem Baptistam.* sic poterant errare in Elia vel in cæteris aliis, sicut Herodes errauit in Iohanne cum ait: *Ioannes quem ego decollaui surrexit a mortuis: & ideò virtutes operantur in eo.* Ideò vult exponi errores eorum, vt eis repulsis discipuli veritatem proferant, non ex vulgi opinione, sed ex domini reuelatione. (Mar. 6. b. Mar. 8. c.)

f *Respondens Simon Petrus.* Ideo vnus respondens, & vni respondetur pro omnibus vt vnitas in omnibus obseruetur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quando Dominus de plebis opinione interrogat, omnes respondent, sed omnibus discipulis interrogatis, Petrus tanquam os Apostolorum & caput pro omnibus respondet. (Hom. 55. in Matth.)

Dei viui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis. *Quasi dicat ex factis meis præcedentibus & doctrina deberetis sic esse illuminati, quod verbum meum intelligeretis, non de pane materiali, quia de hoc possum vobis sufficienter prouidere. Quod probat duplici exemplo, in quo magnam multitudinem satiauerat paruo cibo, Vt patuit suprà 14. & 15. cap. & hoc est quod dicit* Nondum intell. &c. *& patet. Sequitur.*

2 Tunc intellexerunt, &c. à fermento panum, *materialium, sed à doctrina Pharisæorum, quæ vocatur fermentum ratione prædicta.*

3 Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi. *In ista parte ostendit se humanæ salutis precium, & primò ostendit se Dei & hominum mediatorem, & secundo hominem redemptorem per suam passionem, ibi:* Et exinde cœpit Iesus, &c. *Circa primum primò ponitur discipulorum confessio. Secundò, ex hoc subditur potestatis collatio, ibi:* Respondens autem Iesus. *Circa primum aduertendum, quod mediator inter aliqua debet participare extrema, & ideò Christus qui habebat duplicem naturam in vno supposito, scilicet diuinam & humanam, vnam sibi naturalem, aliam pro nobis assumptam, erat verè Dei mediator & hominum, & per consequens aptissimus vt esset humanæ redemptionis precium. Hanc autem duplicem naturam declarat in seipso. Humanam per euidentem ostensionem, quia dicebat se & ostendebat se filium hominis. Aliam ex verà confessione Petri pro se & aliis discipulis diuinam naturam in eo confitentis, quam confessionem tanquam veritatis expressiuam approbat Christus. Dicit igitur:* Venit autem Iesus in partes Cæsareæ Philippi. *Dicitur autem Cæsarea Philippi, quia renouata & ampliata à Philippo Tetrarcha fratre Herodis. Ex tunc nominauit eã Cæsaream, in honorẽ Cæsaris, qui dedit ei quartam partem regni, vt refert Iosephus, & habitum est supra. Dicitur etiam Cæsarea Philippi, ad differentiam alterius, quæ dicitur Cæsarea Palestina, vbi Cornelius Centurio mansit. Act. 10. & ista ciuitas antiquitus dicta est Lachis, & postea Dan à filiis Dan eam occupãtibus: vt habetur Iudi. 18. postea dicta est Cæsarea Philippi & nunc Pelneas seu Palneas dicitur. In ista autem ciuitate habitabant Gentiles & in confinibus eius: & ideo ex hoc quod Christus hoc mysterium suæ incarnationis reuelauit: ostenditur fundatio ecclesiæ in fide Gentium, sequitur.*

4 Et interrogabat discipulos suos. *Non interrogabat ignorans quid crederent vel quid responderent, sed vt eorum fideli confessione conuenientius solidarentur in fide.*

5 Quem dicunt homines esse filium hominis? *Id est, turbæ vulgares. Et quia de ipso erant variæ opiniones in populo, ideo sequitur:*

6 At illi dixerunt, alij Ioannem Baptistam. *Cuius opinionis fuit Herodes & sui sequaces, vt supra visum est 14. cap.*

7 Alij autem Eliam. *Propter zelum veritatis.*

8 Alij verò Ie. *Propter patientiam in aduersis.*

9 Aut vnum ex prophetis. *Antiquis scilicet, secundùm quod habetur Luc. 9. vbi habetur sic, quod* propheta vnus de prioribus surrexit. *Opinio autem omnium loquentium de immortalitate animæ, & de resurrectione fuit, quod anima separata à corpore sit maioris virtutis, quàm coniuncta tali corpori quale nunc habemus, secundùm quod dicitur Sap. 9 d.* Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. *Et similiter, quod in resurrectione homines erunt maioris virtutis. Et quia videbat Christum maiora facere miracula, quam aliquis prophetarum fecerit, ideo credebant quod vnus de antiquis prophetis surrexisset à mortuis: & sic maiora miracula faceret, quam antea fecisset: & hoc modo motus est Herodes ad credendum quod esset Ioannes Baptista, vt habitum est supra. Sequitur:*

10 Vos autem. *Quasi dicat, si alij errant opinando falsa de me, vos tamen non debetis errare, qui tamdiu mecum fuistis, & meã doctrinam frequenter audiuistis, & miracula tanta vidistis.*

11 Respondens Simon Petrus. *Tanquam principalis, inter alios pro se & pro alijs dedit responsum.*

12 Tu es Christus. *Quod interpretatur vnctus, & sic confitetur eius humanitatem in qua vnctus est oleo gratiæ præ aliis.*

13 Filius Dei. *Naturalis, scilicet, & non adoptiuus sicut alij, & per consequens eiusdem naturæ cum Deo patre: & sic confitetur veritatem*

a ¶ In Petro omnibus respondit. b ¶ Tam altæ fidei confessione.

a Dei viui. Respondens autem Iesus, dixit ei: Beatus es ^1^

a ¶ Filius columbæ Syriacè. b ¶ Carnalis quilibet. c ¶ Tantum arcanum.

b Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, ^2 3^

a ¶ Qui illustrat mentes hominum.

sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi, quia ✝ ^4 5^

a ¶ Tu dixisti mihi, filius Dei, & ego dico tibi, cuius dicere est facere.

b ¶ Id est Christum in quem credis.

c tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam ^6 7 8^

d a ¶ Non separabunt eam à charitate mea & fide.

e meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ^9^

a ¶ Præsentis iudicij potestatem. b ¶ Ecclesiæ.

c ¶ Quemcunque indignum remissione iudicaueris dum viuit, apud Deum indignus iudicabitur. ^10 11^

f g Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque liga- ^12^

A

a *Dei viui.* Ad distinctionem falsorum deorum, quos Gentes vel de mortuis hominibus, vel de sensibili materia sibi instituerunt.

b *Bariona.* Bene filius columbæ, quia dominum pia simplicitate sequebatur, vel quia plenus spirituali gratia erat. Filius spiritussancti dicitur, qui ostensus est in columba ab eo quem filium Dei viui vocauerat, & filio columbæ pater reuelat, quia vna est operatio patris & filij cum sancto spiritu. Reuelat inquam mysteriũ fidei, quia caro & sanguis non reuelare potuit, id est, homines carnali sapientia inflati, qui non columbæ filij, & ideo à sapientia spiritus alieni, de quibus, supra, *Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, &c.*

B

c *Tu es.* non dico vocaberis, sed tu es Petrus ob fortitudinem fidei & confessionis constantiam.

d *Petrus.* A me petra, ita tamen vt mihi retineam dignitatem fundamenti: tu super me ordinabis lapides mundos, & abijcies leprosos.

Supra 5. b.

Sicut lumen & cætera nomina, vt *Vos estis sal terræ*, à domino sortiti sunt apostoli, sic Simoni à se nomen Petri dedit.

Lib. 1. retract. c. 21.

✠ AVGVSTINVS. Dixi quodam loco de Apostolo petro, quod in eo tanquam in petra fundata sit ecclesia. Sed scio me postea sic exposuisse, quod à domino dictum est. *Tu es Petrus, &c.* Vt super hunc intelligeretur quem confessus est petrus, dicens, *Tu es Christus filius Dei viui*, ac si petrus ab hac petra appellatus, personam ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur. Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior eligat lector.

C

✠ CHRYSOSTOMVS. *Super hanc petram*, id est, in hac fide & confessione *ędificabo ecclesiam meam.* Hinc ostendit multos iam credituros, quod petrus confessus fuerat, & erigit eius sensum & pastorem ipsum facit.

Serm. 3. de B. Petro.

✠ LEO MAGNVS. *Et ego dico tibi*, &c. Hoc est, sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam, ita & ego notam tibi facio excellentiam tuam. *Quia tu es Petrus*, id est, cum ego sim inuiolabilis petra, ego lapis angularis qui facio vtraque vnum, ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere: Tu tamen quoque petra es, qui à mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sunt tibi mecum participatione communia.

CLEMENS

D

In epist. ad Iacobum.

✠ CLEMENS ROMANVS. Simon Petrus fidei merito & integræ prædicationis obtentu fundamentum ecclesiæ definitus est. A petra cognominatus est Simon Petrus, vt edoceamur, Petrum Christi vicem in terris habiturum, cuius nomen & accepisse cognouimus, & eandem petram vocari supra quam fundanda erat ecclesia, quæ iam in Christo primario fundamento ædificari cœperat. Quamobrem dixit illi, *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

✝19. dist. c. ita domínus & 21. di. c. in nouo & c. quáuis.

✠ HILARIVS. Est autem in nuncupatione noui nominis fœlix ecclesiæ fundamentum, dignáque ædificatione illius petra, quæ infernales leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret.

E

✠ ORIGENES. Petra est quisquis Christi discipulus est, ex quo biberunt de spiritali consequente petra. Et super talem petram construitur omnis ecclesiastica doctrina, & secundum hanc vitæ institutio.

e *Et portæ.* Portæ inferi sunt peccata, minæ, blandimenta, hæreses, quibus infirmi ruunt in mortem, qui non verè suprà petrã, sed super arenam domum professionis suæ credendi sunt ædificauisse, id est, non simplici & vera intentione Christum sequi, sed ob terrenam quamlibet causam habitum prætendisse. Qui enim in intimo cordis amore fidem Christi percipit, quicquid ingruit extra, facile vincit.

F

lib. 1. de præp. euang. c. 1.

✠ EVSEBIVS. Ecclesia sanctorum orationibus glorificata, neque hostibus terga dat, neque ipsis ianuis mortis cedit, propter pauca verba quæ Christus protulit, *Super petram ædificabo, &c. & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.*

Vbi supra.

✠ ORIGENES. Sed & singulę spirituales nequitiæ in cœlestibus, portę sunt inferorum, quibus contrariantur portæ iustitiæ. Non autem exprimit vtrum petræ non præualebunt, in qua ædificat Christus ecclesiam: aut ecclesiæ, quam ædificat super petram; tamen manifestum est, quia nec aduersus petram, nec aduersus ecclesiam portæ præualent inferorum.

f *Et tibi.* Vt omnibus constaret, quia absq; ea confessione ac fide nullus regnum cœlorum posset intrare: qui præ cæteris confessus est, prę cæteris donatur clauibus. Claues sunt discernendi scientia & potentia, qua dignos recipere, indignos excludere debet à regno, vnde subdit:

g *Et quodcunque liga.* Id est, quem in peccatis persistentem æternis pœnis adiudicaueris: vel quem humilem & vere pœnitentem

NICOLAVS DE LIRA.

tatem diuinæ naturæ & humanæ in eodem supposito.

1 Viui. *Hoc additur ad differentiam illorum qui colebantur tanquam Dij à Gẽtilibus, vt Hercules, Iupiter & cõsimiles. Fuit enim antiquorum opinio, quod quando tales excellentes personæ moriebantur, ad vitam deorum transferebantur, vnde 2. Mac. 11. dicitur quod rex Antiochus scripsit de patre suo mortuo:* patre nostro inter Deos translato, nos volentes eos qui sunt in regno nostro sine tumulo agere, &c. *Ad istas ergo falsitates excludendas dixit Petrus,* Dei viui.

2. Respondens autem Iesus. *Hic consequenter ad confessionem deitatis subditur collatio potestatis.*

3 Beatus es Simon Bar. *Id est, filius Ioannæ. Bar enim idem est quod filius. Iona autem ponitur per diminutionem subtracta media syllaba pro Ioannam. vnde est ibi compositio ex integro & corrupto. Vnde Bariona hic accipitur, ac si diceretur filius Ioannis, propter hoc Petrus dicitur Io. vlt.* Simon Ioannis: *dicitur autem hic* Beatus quia confessio veræ fidei ducit ad beatitudinem.

4 Caro & sanguis non reuelauit tibi. *Id est, homo mortalis non docuit te illam veritatem.*

5 Sed pater meus. *& per consequens tota trinitas, quia indiuisa sunt opera trinitatis ad extra.*

6 Et ego dico tibi. *Pro te & pro sociis tuis.*

7 Quia tu es Petrus. *i. confessor petrę verę quæ Christus est, factus,*

8 Et super hanc petram. *Quam confessus es, id est, super Christum.*

9 Ædificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi. *Id est, persecutiones tyrannorum, & insultus & tentationes spirituum malignorum.*

10 Non pręualebunt ad. eam. *A vera fide subuertendo. Ex quo patet, quod ecclesia non consistit in hominibus ratione potestatis, vel dignitatis ecclesiasticæ vel secularis, quia multi principes & summi pontifices & alij inferiores inuenti sunt apostatasse à fide: propter q; ecclesia cõsistit in illis personis in quibus est notitia vera, & confessio fidei & veritatis.*

11 Et tibi da. *Non solùm pro te, sed etiam pro aliis. Sicut enim confessio Petri erat confessio aliorũ, ita potestas hæc data Petro intelligitur dari aliis, licet Petro principalius, inquantum erat aliorum capitaneus.*

Claues Petro concessæ quę & quotuplices.

12 Claues regni. *Istæ claues non sunt materiales sed potestas spiritualis duplex. Vna est potestas discernendi peccatum à non peccato, sicut in veteri lege sacerdotes iudicabant inter lepram & non lepram. Aduertendum etiam, quod licet homo non possit hoc bene iudicare sine sciẽtia, tamẽ scientia non dicitur clauis, sed potestas iudicandi per scientiam præhabitam; & ideo licet scientia non sit clauis, tamen necessario præexigitur ad debitum vsum huius clauis. Alia clauis est potestas admittendi ad regnum, vel excludendi, secũdum verum iudicium præhabitum: quia debent indigni excludi, & digni recipi.*

13 Et quodcunque liga. *Quia supposito hic in terra debito vsu clauis,*

MORALITER.

✝ 4 *Caro & sang.* ORIGEN. Si ergo & nos patre nobis reuelante qui est in cœlis, quãdo s. conuersatio nostra in cœlis fuerit, confessi fuerimus Iesũ Christum esse Dei viui filiũ, & nobis dicetur:

8 *Tu es Petrus.* Petrus enim est omnis imitator Petri.

13 *Et quodcunque.* HIER. Istum locum episcopi & presbyteri ✝ male

...tem absolueris, sic erit & in cœlis.

Et quodcunque ligaueris super terram. HIERONYMVS. Habent quidem eandem iudiciariam potestatem alij Apostoli, quibus post resurrectionem ait: *Accipite spiritum sanctum, quorum re. &c.* Habet etiam omnis Ecclesia in presbyteris & episcopis: sed ideo Petrus specialiter accipit, vt omnes intelligat, quòd quicunque ab vnitate fidei & societate eius se separauerit, nec à peccatis solui: nec cœlum potest ingredi. Hunc locum quidam non intelligentes, aliquid sibi sumunt de supercilio Pharisæorum, vt damnare innoxios, vel soluere se noxios putent: cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quæratur. Vnde in Leuitico ostendere se sacerdotibus iubentur leprosi, quos illi non faciunt leprosos, sed discernunt qui mundi vel immundi sunt, ita & hic.

† Propitius tibi sit. Leui. 13. f. Sacerdotū potestas ligandi, &c. quanta & qualis.

¶ Quemcumque soluendum iudicaueris dum viuit, & remissionem peccatorum consequetur a Deo.

...ueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solueris super terram erit solutum & in cœlis. 1 Tunc præcepit a discipulis suis, vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. b 2 Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eum ire Ierosolymam, 3 & multa pati à senioribus, 4 & scribis, & principibus sacerdotum, 5 & occidi, 6 & tertia die resurgere. 7 Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, d dicens: † Absit à te Domine, 8 non erit tibi hoc.

a ¶ Non alij sed prouectioribus. a ¶ Separatim, ne coram alijs magistrum arguat. ¶ Amantis affectu. ¶ Optando. a ¶ Non potest esse vt filius Dei occidatur.

Nota Christum per se intus viuificare: ministris potestatem soluendi post vitam redditam tribuere. Non enim aliquem soluere possunt, nisi viuat, quem soluunt. Sed ad quid soluendi potestatem accipiunt, cum à Deo iam liberatus & viuificatus quem soluunt quæritur? Dicunt quidam ministros soluere, id est, solutos demonstrare reconciliatos ecclesiæ, quos priùs de crimine manifestos vel conuictos ab introitu Ecclesiæ priuauerant. Alij, à quadam impotentia bene operandi, quæ post remissionem & satisfactionem adhuc remanet, & est fex & reliquiæ præcedentium peccatorum, non tamen peccatum, ab hac purgatur homo cum reconciliatur ecclesiæ per iudicium sacerdotis. Vt enim in homine post febris purgationem debilitas quædam remanet quæ febris non est, à qua non citò purgatur: Sic in homine post criminalem remissionem pro qua iudicium ecclesiæ subiit, ipsius peccati debilitas remanet. Alij, veritati & euangelio adhærentes, ministros ecclesiæ à peccato soluere dicunt. Dicit enim veritas. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis, &c.* De hoc iterum Au. contra quinque hæreses. Nec eos audiamus qui negant catholicam ecclesiam non omnia peccata posse dimittere. Illi enim in Petro petram non intelligunt, & non intelligentes ecclesiæ datas esse claues regni cœlorum, ipsi eas de propria manu amiserunt. His opponitur quòd solus Deus Lazarum suscitauit: Apostolis soluendum tradidit. Item quòd solius Dei dimittere peccatum est. Ad hoc dicunt, quod Deus prius Lazarum suscitauit, hoc est, quod ipse à se, non ab alio peccatum dimittit. Quod discipuli resuscitatum soluunt, hoc est quod non à se, sed à Deo habent quod peccata dimittunt, sic dicitur, solus Deus peccatum dimittit, quia hoc quod per ipsum facimus, ipse facit.

Ioan. 20. e. Mar. 2. a. Vbi supra.

✠ ORIGENES. Vide autem quantam potestatem habet petra, super quam ædificatur ecclesia eius, vt etiam iudicia maneant firma, quasi Deo iudicante petram.

✠ CRYSOSTOMVS. Promittit se daturum quæ sunt propria Dei solius, scilicet, peccata soluere, & Ecclesiam immutabilem facere inter tot tentationum & persecutionum procellas.

Hom 55. in Matth.

a *Vt ne.* Supra aduentum suum prædicare præcipit, hic ne dicant eum esse Iesum. Sed aliud est prædicare Christum, quod est commune nomen dignitatis: aliud Iesum, quod est proprium saluatoris. Quasi dicat, non prodest publicè prædicari maiestatem populis qui visuri sunt me multa pati, quod tunc demum licebit, cum resurrectio potentiam deitatis ostenderit.

b *Iesus Christus.* Saluator, ne scandalizarentur in eo quem paulò pòst visuri sunt conspui & crucifigi.

✠ ORIGENES. Qui vult etiam Christum prædicatum prius ab Apostolis, dicat quoniam leuiter præmittere voluit mentionem nominis sui, vt interim facto silentio prædicationis huius, hoc ipsum quod leuiter de Christo auditum fuerat, digeratur in cordibus auditorum. Aut ita est soluenda quæstio, vt videantur ea quæ priùs de annunciando Christo sunt dicta, non ad tempus pertinere quod fuit ante resurrectionem, sed ad tempora post futura.

Vbi supra.

c *Exinde.* Ecce causa prohibitæ prædicationis, quasi dicat, tunc me prædicate cùm ista passus fuero, quia non ante prodest.

d *Absit.* Non vult Petrus destrui confessionem suam: nec putat filium Dei posse occidi,

☞ CHRYSO-

NICOLAVS DE LIRA.

...clauis, *Deus illud approbat in cœlis, aliter non:*

1 Tunc præcipit discipulis suis. *Hoc videtur esse contrarium ei quod est dictum cap. 10. quod misit discipulos, ad denunciandum aduentum suum. Dicendum, quod tunc denunciauerunt aduentum eius tanquam cuiusdam sancti prophetæ à Deo missi: & istud non præcipitur hic taceri, sed postquam cognouerant hîc diuinitatem ipsius, vt patet ex confessione prædicta, præcepit vt eius diuinitatem alijs non diuulgarent, ne vulgares homines qui viderent eum pati tam ignominiosè, scandalizarentur de eorum prædicatione: sed postquam resurrexit à mortuis, habita perfecta victoria mortis, voluit hoc publicè prædicari.*

2 Exinde. *Hic ostendit se esse mundi redemptorem per suam passionem: & hoc est quod dicitur:* Exinde. *Id est, postquam se ostenderat habere veram naturam diuinam, secundùm quam est impassibilis, & humanam in qua poterat verè pati.*

3 Cœpit. *Quia erat præordinatum à Deo Patre, quòd ibi compleretur mysterium redemptionis nostræ. Illud autem quod præordinatum est à Deo infallibiliter euenit: quia licet non sit necessitas consequentis, est tamen ibi necessitas consequentiæ. Modus autem nostræ redemptionis subiungitur cum dicitur:*

4 Et mul. pa. à. *Quia ab istis indicatus est ad mortem, & præsidi traditus.*

5 Et occidi. *A Gentilibus, qui eum crucifixerunt manibus proprijs, vt habetur Ioan. 19.*

6 Et tertia die resurgere. *Hoc prædixit, vt minus tristarentur de eius morte. Oportebat autem ista impleri, quia à Deo erant præordinata.*

7 Et assu. eum Pet. &c. *In secreto, scilicet, quia inferior non debet superiorem publicè arguere.*

8 Absit à te Domine. *Quasi dicat, indecens est, quòd tu tam ignominiosè patiaris,*

☞ Qui

MORALITER.

male intelligentes, aliquid de Pharisæorum assumunt supercilio vt vel damnent innocentes, vel soluere se noxios arbitrentur: cum apud dominum non sententia sacerdotum, sed de eorum vita quæratur.

1 *Tunc præcepit discipulis.* Dans alijs exemplum, vt non quærant, sed magis fugiant gloriam hominum.

2 *Exinde cœpit.* Ad hoc enim ignominiam suæ passionis, & resurrectionis suæ gloriam prædixit, vt eius exemplo timorem passionis tolleret, & eos ad considerandum suæ resurrectionis gloriam eleuaret.

7 *Et assum. eum Pet. &c.* Hic fecit Petrus ex affectu carnali: propter quod Christus dicit ei:

☞ *Vade*

☞ ✠ CHRYSOSTOMVS. Quid mirabile est, hæc pati Petrum qui de his reuelationem non suscepit? Vt enim discas quod neque illa quæ de Christo confessus fuerat, ex se locutus est, vide qualiter in his quæ non reuelata sunt ei, turbationem patiatur; humana enim & terrestri cogitatione quæ sunt Christi considerans, æstimabat turpe & indignum esse ei quod pateretur.

Hom 55. in Matth.

a *Vade.* Suprà: omnia illa gloriosa in futurum promissa sunt, non in præsenti data. *Ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo clau. &c.* Quæ si statim dedisset, nunquam postea locum error inuenisset in eo.

†Abi.

✠ ORIGENES. Satana dixit ei, quasi per ignorantiam aliquid habenti contrarium Deo.

Vbi supra.
†De simo. c Matthæus.

a ¶ A laude ad vituperium. b ¶ Sequere sententiam meam. c ¶ Aduersarie meæ voluntati. d ¶ Offendis me volendo præire.

a Qui conuersus dixit Petro: † Vade post me † **b** Sathana: scandalum es mihi, quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. **c** Tunc Iesus dixit discipulis suis. † Si quis vult post me venire, **d** abneget semetipsum, & **e** tollat crucem suam & sequatur me. **f** Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. † **g** Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?

¶ q.d. Ego vere patiar, & si quis vult me imitari, renunciat voluptatibus suis. ¶ Faciendo hoc ex charitate. ¶ Hic. a ¶ In futuro. ¶ Quasi dicatur agricolæ, si frumentum seruas, perdis, si seminas, renouas. b ¶ Non propter vanam gloriam vel aliud quodlibet. a ¶ Cum deest persecutio, custodiatur cor, quia pacis tempore licet viuere, licet & ambire.

b *Quia non.* Non placet tibi, vt per mortem meam mundum redimam, quæ est voluntas patris: sed carnaliter hæc sapis.

c *Si quis vult.* Prędicta Apostolis passione & resurrectione, hortatur ad sequendum tam eos quam turbas.

Hom. 56. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat, Tu dicis, *Absit à te Domine*, Ego autem dico tibi, quoniam non solùm me prohibere à passione nociuum tibi est, sed neque saluari poteris, nisi patiaris, & moriaris, & vitæ abrenuncies semper.

d *Abneget se.* Quod per vetustatem est, vt capiat quod vltra se est. Remotis vitiis, virtus sequatur: tollat crucem suam, & sequatur me. Quod erat per vetustatem, abnegauerat ille qui dicebat, *Viuo autem ego, iam non ego.* Quod verò vltra se erat: cœperat: *viuit vero in me Christus.*

Gal. 2. d.

e *Tollat cru.* Scilicet, Crux tollitur vel cum per abstinentiam corpus, vel cum per compassionem proximi animus affligitur. Crucem abstinentiæ habuit Paulus, dum dicebat: *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.* Compassionis quoque cum ait: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

2. Cor. 11. g

✠ CHRYSOST. Ne autem existimes quod vsque ad verba tantum & contumelias oporteat abnegare seipsum, ostendit vsque ad quantum abnegare seipsum oporteat, quia vsque ad mortem etiam turpissimam, scilicet, crucis.

† Aduersarie.
† Mat. 8. d. Luc. 9. c. 1. Cor. 9. d.

f *Qui enim volu.*

✠ ORIGENES. Hoc dupliciter potest intelligi, primum sic: Si quis amator vitæ præsentis parcit animæ suæ timens mori, & putans animam suam per hanc mortem perire, iste volens hoc modo saluare animam, perdet eam. Si quis contemnens vitam præsentem, vsque ad mortem pro veritate certauerit, perdet quidem animam suam, quantum ad vitam pręsentem: sed quoniam propter Christum perdet eam, magis eam saluam faciet in vitam æternam. Alio modo sic: Si quis intelligit quæ est vera salus, & acquirere vult eam ad salutem animæ suæ, iste abnegans semetipsum, perdit quantum ad voluptates carnales animam suam propter Christum, & perdens animam suam hoc modo, saluat eam per opera pietatis.

Tract. 2. in Matth.

g *Quid e. p.* Ecclesia habet tempus persecutionis: habet & tempus pacis. Hæc tempora designat in præceptis. Nam tempore persecutionis ponenda est anima, & tempore pacis fran- ☞ genda

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui conuersus. *Id est, facie versa erga Petrum, vt eum de sua temeritate efficacius argueret.*

2 Dixit Petro &c. satana. *Id est, aduersarie, inquantù per istam increpationem suam volebat salutem humani generis quodāmodo impedire: & per consequens Christo aduersabatur qui erat huius salutis nuncius.*

3 Scandalum es mihi. *Scandalum ibi impropriè accipitur: quia scandalum actiuum propriè dictum, est dictum alicuius vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ alteri. Scandalum autem passiuum, est ruina alicuius ex tali facto vel dicto. Neutrum autem potuit habere locum in Christo; & ideò scandalum hic accipitur pro impedimento, quasi dicat:* Scandalum es mihi, *Id est, quantum est in te, vis me à salute mundi impedire. Cuius ratio subditur:*

Scandalum quid sit & Quotuplex

4 Quia non sapis ea quæ Dei sunt. *Quærendo, scilicet, impedimentum præordinationis diuinæ.*

5 Sed ea. *Quia illud quod dictum est, Petrus dicebat Christo motus ex affectu humano.*

6 Tunc Iesus. *Hic proponit Christus suæ imitationis exemplum. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est proponendo, scilicet, exemplum suæ imitationis: secundo, promittit ex hoc gloriam futuræ resurrectionis, ibi:* Filius enim hominis. *dicit igitur.*

7 Si quis vult post me venire. *Per meam doctrinam & facta sequendo.*

8 Abneget semetipsum. *Id est, affectum humanum, non solum meam passionem non impediendo, sed etiam me in hoc imitando.*

9 Et tollat crucem suam. *Id est, paratus sit in animo voluntariè crucem portare in qua crucifigatur ignominiosè. Ad hoc autē rationem inducit, dicens:*

10 Qui enim voluerit. *Hoc autem potest dupliciter intelligi. Perdere enim habet duplicem significationem. Vno modo idem est quod amittere: & in isto sensu cum dicitur hic:* Perdet eam. *subintelligendum est, in alia vita, quasi dicat:* Qui enim voluerit animam suam. *id est, delicys & voluptatibus occupare in hac vita: quia hoc est vitam suam saluare secundum opinionem carnalium: talis perdet eam in alia vita, quia obligat eam ad pœnam inferni. Alio modo perdere idem quod destruere: & tunc cum dicitur,* perdet eam, *subintelligitur in hac vita, & est sensus:* Qui enim voluerit animam, *quantum ad meritum vitæ æternæ.*

11 Perdet eam. *Id est, destruet, corpus laboribus, & passionibus exponendo, ex quibus sequitur separatio animæ à corpore. Et hoc est animam perdere secundum æstimationem falsam carnalium: licet sit saluare eam secundùm veritatem. secundùm hūc sensum vltimū sequitur:*

12 Qui autem. *Hoc est propter Deum mortem sustinendo.*

13 Inueniet eam. *In beatitudine Deo fruendo. Et quia anima cum sit immortalis præponenda est omnibus corruptibilibus & transitorijs, ideo subditur:*

14 Quid enim prodest: *Quasi dicat, nihil: imo per talia perdit multum, quia perdit illud quod est immortale & diuinum in eo.*

✠ Filius

MORALITER.

† *Vade post me. &c.* Quasi dicat, non debes impedire passionem meam: sed magis sequi, ideò subditur:

6 *Tunc ait discipulis. s.* Maximus in sermone de sancto Ioanne Baptista. Duo autem abstinentiæ & crucis sunt genera, vnum corporale, & aliud spirituale. Vnum est à potu & epulis temperare appetitum gulæ, à delectationibus & mollissimis suauitatibus coercere, & ab his quæ tactu, gustu, visu decipiunt sensum, viriliter reuocare, ac violenter abstrahere: Alterum abstinentiæ & crucis genus est preciosius atque sublimius; motus animi regere; & perturbationes illius modestiæ tranquillitate placare: iræ ac superbiæ impetus quasi feram bestiam refrænare, litigare quotidie contra vitia, increpare se quadam censura & austeritate virtutis, & rixa quodammodo cum homine interiore conserere.

Duo abstinentiæ genera.

10 *Qui enim vo.* Id est, vitam animalem voluptatibus exponere.

11 *Perdet eam.* Æternaliter.

12 *Qui au.* Id est, à voluptatibus retraxerit, *Inueniet eam*, ad gloriam ordinatam.

14 *Quid enim pro.* Quasi dicat, nihil, sed multum nocet, nam anima, rationali imagine trinitatis insignita, preciosior est omnibus terrenis.

✠ *Filius*

genda sunt terrena desideria. Nam quid prodest homini, &c.

a *Aut quam.* Nec lucra, nec timor, nec aliquid aliud retrahat à salute: quia *quam commutationem dabit homo, &c. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo.* Vel nihil terrenum pro anima perdita poterit homo dare.

Psal. 115. a Hom. 56 in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. *Quid prodest.* Quasi dicat, Ne dicas quod qui pericula quæ propter Christum imminent effugit, saluet animã suam, id est, vitam temporalem. Sed pone etiam cum anima, id est, vita temporali totum orbem terrarum, quid ex his homini erit amplius animam in perpetuũ pereunte? Si enim famulos tuos videas in lætitia, te autem in malis vltimis constitutum, quid lucrareris ex eorum dominio? Hoc etiam in anima tua reputa, cum carne lasciuiente ipsa futuram perditionem expectat.

†Rom. 2. a. Mar. 9. a Luc. 9. d

✠ CHRYSOSTOMVS. Ac si dicat, Diuitias si perdideris, poteris dare diuitias alias ad eas redimendas: animam autem perdens, non poteris animam aliquam dare, sed neque aliquid aliud. Quid autem mirabile est, si in anima hoc contingit? Etenim hoc videtur in corpore contingere. Etsi enim decem milia diademata corpori insanabiliter ægroto circumposueris, non curatur.

V bi supra.

a ¶ q.d. Quid retribuam domino pro omnibus, &c.
b ¶ Nihil dabit pro anima quia filius hominis secundum opera dabit. c ¶ Quam ipse redemit.

a Aût quam dabit homo commũtationem pro ânima sua? Fi-[1]
b
a ¶ Qui priùs venit humilis.

lius enim hominis ventũrus est in gloria patris sui cum ange-[2]
a ¶ Omni conditioni, omni sexui. ¶ Stella enim differt à stella in claritate. [3]

lis suis, & † tunc reddet vnicũique secundum opera eius. [4]
a ¶ Quod quia incertum est.

c Amên dico vobis: sunt quidam de hic stantibus, qui non gu-[5]
a ¶ A sanctis mors, quasi libando gustatur: vitam verò possident in futuro. [6]

stâbunt mortem, donec videant filium hominis venientem in [7]
a ¶ In ea claritate in qua erit peracto iudicio: quod completum est in transfiguratione, de qua statim agit Euangelista. [8]

d rêgno suo.

b *Filius e.* Nec durum videatur hoc pati, *quia non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.*

Rom. 8. d.

c *Sunt quidam.* Quia rudes erant apostoli, etiam in præsenti vita promittitur eis aliqua consolatio, vt certiùs credant de futuro.

d *In regno.* In regno beatitudinis æternæ vel ostendendo suam potestatem in præsenti ecclesia.

✠ CHRYSOST. ... CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Filius enim. *Quia inuitauerat eos ad imitandum exemplum suæ passionis, ideo ne terrerentur morte corporali & transitoria, promittit eis premium futuræ resurrectionis: quod complebitur in aduentu Christi ad iudicium, quia tunc resurgent homines ad vitam immortalem & hoc est quod dicit:* Filius enim. *Id est, Christus verus homo.*

2 Venturus est, *Ad iudicium.*

3 In gloria, *Quia in forma gloriosa iudicabit.*

4 Et tunc red. *Iustis gloriam animæ & corporis, aliis autem pœnam vtriusque. Et vt sint de futura gloria animæ & corporis magis certi, promittit eis quod aliquibus eorum ostendet in hac vita præsenti quod ostendit in sua transfiguratione, vt patebit in cap. seq. & hoc est quod dicit.*

5 Amen. *Id est, fideliter.*

6 Sunt qui. *Scilicet, Petrus, Iacobus & Ioannes, vt videbitur.*

7 Qui non gusta. *De vita præsenti recedendo.*

8 Donec videant fi. *Scilicet, apparentem eis in forma corporis gloriosa, qualem habebit post resurrectionem, cum adeptus fuerit potestatem regni, tunc enim dixit discipulis suis Matth. vlt. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

CAP.

MORALITER.

†1 *Filius e. ho.* HIERONYMVS. Timens mortem, audi gloriam triumphantis: vereris crucem, ausculta angelorum ministeria.

6 *Sunt quidam.* Cum Christo hic stant qui pro ipso passiones patienter sustinent, & isti mortem culpæ vel gehennæ non gustant, sed cum ipso transeunt ad gloriam sempiternam.

ADDITIO I.

In cap. 16. *vbi dicitur in Postilla.* Signa autem temporum non potestis.

Hæc responsio secundum expositionem postil. non videtur pertinere ad propositum. Petebant enim Pharisæi signum de cœlo, in quo declararetur tempus Christi aduentus, vt patet ex dictis suis. Dicere autem, quod hoc non possent cognoscere per constellationes siderum seu per faciem cœli, nihil videtur ad propositum facere, cùm ipsi supernaturalia signa petebant, non signa quæ secundum cursum temporum naturalem apparent. Vnde iste passus melius exponitur per Chrysost. super Matt. vbi sic ait: Sicut ergo in cœlo aliud quidẽ est signum serenitatis, aliud pluuiæ: ita & in me putare oportet. Nam nunc in primo aduentu signis quæ in terra sunt opus est, quæ autem in cœlo sunt, conseruantur tempori secundi aduentus; quando virtutes cœlorum mouebuntur. *hæc Chrysost. Quæ quidem expositio propriè videtur applicari proposito, vt patet seriem literæ bene intuenti.*

ADDITIO II.

In eo. ca. *vbi dicitur in Posti.* Et ideò licet scientia non sit clauis tamen necessariò præexigitur.

Licet scientia discernendi peccatum à peccato secundum magistrum in 4. di. 18. sit clauis, non tamen in hoc tenetur communiter à doctoribus vt ibidem tractatur. Nam prout communiter tenetur, in sacerdotis ordinatione non infunditur habitus scientiæ de nouo, sed imprimitur sacerdotalis character, in quo fundantur hæ duæ potestates; scilicet, discernendi & ligandi seu soluendi; quæ quidem potestates vnum sunt in radice, sed distinguuntur penes earum actus. Quod autem dicit postillator, quod scientia necessario præexigitur ad debitum vsum clauis, non videtur verum. Quamuis enim claues ecclesia recipere non debeat, nisi habens scientiæ habitum conuenientem seu sufficientem ad executionem huius potestatis: ex hoc tamen non sequitur, quod si sacerdos non habeat talem scientiam, quod non habeat claues. Esset enim maximè periculosum cum quamplurimi & innumerabiles sacerdotes curam animarum habentes, talem scientiam non habeant, vt quotidie constat per experientiam, & sic tales nec ligarent, nec soluerent: quod crudelissimum esset opinari. Hoc tamen manifestè sequeretur ex dictis Postil. dicentis quod scientia necessario præexigitur ad debitum vsum clauium. Nihil autem est sine eo, quod necessario præexigitur. Vnde videtur dicendum prout dictum est, scilicet, quod sacerdos de congruitate debet habere scientiam sufficientem, non tamen de necessitate. Et sic sacerdos, qui non habet talem scientiam actualiter nec habitualiter, potest tamen vti clauium potestate, secundum quam ligat & soluit tanquam habens diuinam potestatem, vt iudex ecclesiasticus. Quod intelligendum est semper claue non errante.

REPL. I. In cap. 16. *vbi dicitur:* Signa autem temporum scire non potestis. *Quod exponit postil. ad intentionem beati Hieron. glo. or. & aliorum. Burg. autem adducit expositionem Chrysost. & ob hoc abiicit expositionem postil. sine ratione, quasi eiusdem passus non possint esse plures expositiones, fidei tamen veritate per omnia seruata. Cum enim postil. dicit, quod signa temporum in diuina præscientia definitorũ non sunt sciri ex his quæ in cœlestibus corporibus fiunt, intelligit etiam signa præter cursum communem naturæ, de qua ratio redditur: quia huiusmodi tempora aduentus Christi & signa non dependent ex his quæ in corporibus cœlorum fieri possunt, sed ex diuina præscientia: vnde etiam cœli ortum habuerunt.*

In eo. c. *vbi circa collationem clauium postil. dicit, licet scientia non sit clauis, tamen necessario præexigitur: de quo dicto Bur. magnum facit strepitum, imponẽs postil. falsum: sed falsè. Nam Postil. non dicit scientiam necessario præexigi ad susceptionem clauium, nec ad vsum clauiũ, sed declarando sic dicit scientiam necessario præexigi ad legitimum & debitum vsum earum: & sic Bur. in fine huius additionis venit in eandem sententiam cum postil. dicens vsum clauium sequi clauem, claue tamen non errante. vbi igitur clauis errat, certum est vsum non esse legitimum, vtendo autem autoritate discernendi absque scientia & discretione, committitur error. Ad euitandum igitur errorem necessario præexigitur discretio quæ scientia dici potest non clauis, quæ est sententia postil. bene visa, non truncatim. Quod autem dicit Bur. de identitate clauium in radice: & earum secundum actus distinctione, habet tractari lib. 4. di 18. & 19.*

CAP. XVII.

A a Et poſt di. Idem Marcus dicit, ſed Lucas octo. Hi ergo ponunt medios, Lucas addit & primum quo promiſit, & extremum quo compleuit. Et illi poſt ſex mundi ætates quieſcendum ab omni labore, & hic octauo tempore deſignat eſſe reſurgendum. Tres ducit, quia qui fidem trinitatis firmiter ſeruauerint, in ęterna viſione gaudebunt. In montem etiam ſecúB dum Lucam oraturus, quia qui reſurrectionem expectant, mentes, in excelſis habitare, & precibus continuis debent inſiſtere. Seorſum quia iuſti & nunc animo ſunt ab impiis ſeparati, & in futuro omni modo ſeparabuntur, cum abſcondet eos C in abſcondito faciei ſuæ à conturbatione hominum.

Mar. 9. a. Luc. 9. d.

b *Petrum.* Nomina iſtorum conueniunt. Quiſque debet eſſe Petrus, id eſt, firmus in fide. Inde Iacobus, id eſt, ſupplantator vitiorum. Inde Ioannes, id eſt, omnia gratiæ diuinæ aſcribens contra ſuperbiam vitæ, quæ ſolet oriri ex virtutibus.

Pſal. 30. f.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ideò hos tres aſſumpſit, quoniam aliter potiores erant. Intende autem qualiter Matthæus non occultat eos qui ſibi præpoſiti ſunt, hoc enim & Ioannes facit præcipuas laudes Petri commemorans. Ab æmulatione enim & vana gloria mundus fuit Apoſtolorum chorus.

Hom 57. in Matth.

c *Transfiguratus.* Speciem quam habebat per naturam, oſtendit non amittens carnem quam aſſumpſerat voluntate. Illud autem corpus quod habuit per naturam, dedit diſcipulis ſuis in cœna, non mortale, non corruptibile.

D Quale corpus dederit diſcipulis in cœna.

✠ CYPRIANVS. Mirati ſumus in transfiguratione quæ facta eſt præſentibus Apoſtolis, Petro, Iacobo & Ioanne, quádo ſicut ſol reſplenduit facies Saluatoris, & veſtimenta eius cádorem omné exuperantia Apoſtolorum hebetauere conſpectú, ſed mométaneus ille decor imaginem non ſpeciem, ſimilitudinem non ſubſtantiam, partem non plenitudinem transformationis mirificæ explicauit.

Serm. de reſurrectione

CAPVT XVII.

a Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ b & Ioannem fratrem eius & † dûxit illos in montẽm excelſum ſeorſum, & c tráſfiguratus eſt ante eos. d Et reſplé- e duit facies eius ſicut ſôl, vêſtimétaauté eius facta ſunt alba ſi-

a ¶ Gloriam maieſtatis oſtenſurus.

a ¶ Vt diſcant gloriam non in profundo huius ſæculi, ſed in regno ſupernæ beatitudinis eſſe quærendam. ¶ Non ſubſtantiam carnis amiſit, ſed gloriam futuræ reſurrectionis oſtendit.

a ¶ Non habet clarius quod cui comparet.

b ¶ Sancti quicunque baptizati eſtis Chriſtum induiſtis.

† Subducit

E

F

d *Reſplenduit facies.* In exemplum futuræ beatitudinis & claritatis, quam videbunt iuſti, prius ſublatis impiis.

e *Veſtimenta autem, &c.* Facta ſunt alba quod non antè, quia nódum apparuit quod erimus, ſed cum apparuerit, ſimiles ei erimus. Marcus ait, qualia fullo ſuper terram non poteſt facere. Id eſt, Deus in hac vita tam claras nequit facere, quia nullus ſine peccato. Nullus mundator ſui in terra faciet, quod Deus in cœlo, mundans veſtem ſuam ab omni inquinamento. Fullo eſt doctor animarum, vel mundator ſui corporis.

c Transfiguratus ☞ Et ecce

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XVII.

Et poſt di. *Fundata eccleſia gentium in fide præced. cap. hic ponitur eiuſdem fundationis confirmatio. Et diuiditur in duas partes: quia primò declarat gloriam futuræ reſurrectionis, & ſecundo efficaciam ſuæ paſſionis: ibi:* Conuerſantibus autem. *Procedit autem hoc modo, ordine, ſcilicet, retrogrado ad præcedens cap. vt continuet principium huius ca. ad finem pręcedentis, vbi promiſerat gloriam futuræ reſurrectionis, vt viſum eſt. Prima diuiditur in duas partes, quia primò oſtenditur gloria futuræ reſurrectionis ſecundò ex hoc ſubditur ſolutio duplicis quęſtionis, ibi:* Et interrogauerunt diſcipuli. *Prima in tres: quia primo ad declarationem futuræ reſurrectionis deſcribitur Chriſti transfiguratio: ſecundò ſubiungitur huius transfigurationis teſtificatio, ibi:* Et ecce apparuerunt. *Tertiò circà hoc ponitur diſcipulorum inſtructio, ibi:* Et deſcendentibus illis. *Circa Chriſti transfigurationem euangeliſta notat quatuor, videlicet, tempus determinatum, conſortium, lócum & modum. Quantum ad tempus dicit ſic:*

Diuiſio.

1 Et poſt di. *Scilicet, à promiſſione præcedenti diſcipulis facta quando dixit:* Sunt quidam de hic ſtantibus, *&c. Conſiderandum tamen. quod Lu. 9. dicitur:* poſt dies octo, *quia Matthęus non computat diem in qua Chriſtus fecit eis promiſſionem, nec vltimam in qua transfiguratus eſt, ſed computat, tantum tempus intermedium & ideo ſecundum veritatem computando totum tempus à promiſſione facta vſque ad transfigurationem, transfiguratio fuit in octaua die. Ratio autem huius fuit, quia iſta transfiguratio facta eſt ad oſtendendum diſcipulis gloriam futuræ reſurrectionis, illa autem erit in octaua ætate mundi, & propter hoc figurata eſt hic per octauam diem. Prima enim ætas mundi fuit ab Adam vſque ad Noe, ſecunda à Noe vſque ad Abraham. tertia ab Abraham vſque ad Dauid, quarta à Dauid vſque ad transmigrationem Babylonis, quinta à transmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, ſexta à Chriſto vſque ad finem mundi. Iſtæ autem ſex ætates accipiuntur ſecundum diuerſos ſtatus viuentium in hoc mundo Septima autem accipitur ſecundum ſtatum animarum quieſcentium in paradiſo, & ideo incœpit ab aſcenſione domini quando eis cœlum patuit, & durabit vſque ad iudicium, & ideò ab aſcenſione domini currit cum ſexta ætate quantum ad ſimultatem temporis. Octaua ætas erit reſurgentium: & ſic patet, quod bene ſignificatur hic per octauam diem; & ſic patet tempus conueniens huius transfigurationis. Conſortium autem notatur cum dicitur:*

Transfiguratio quare facta octauo die, &c.

Ætatum mundi initia & fines. Mar. 9. a. Luc 9. a.

2 Aſſumpſit Ieſus, &c. *Iſti enim tres ſunt aſſumpti ad videndum gloriam futuræ reſurrectionis propter prærogatiuam eminentiæ ſpecialis inter alios. Petrus enim propter feruorem fidei erat inter alios principalis, propter quod & principaliter datæ ſunt ei claues eccleſię, vt patet in præcedenti c. Ioannes autem excellebat in prærogatiua virginitatis, propter quod erat inter alios Chriſto magis familiaris. Iacobus autem inter alios diſcipulos primus ſuſtinuit martyrium propter Chriſtum. vt habetur Act. 12. Conſiderandum tamen quod beatus Ambro. ſuper Luc. & Aug. ſuper epiſtolam ad Gal. videntur dicere, quod Iacobus iſte qui fuit in transfiguratione, fuit ille Iacobus qui primo rexit eccleſiam Ieróſolymitanam: & ille non fuit frater Ioannis & Filius Zebedæi ſed filius Alphæi. Sed dicendum quod cum textus expreſſe dicat iſtum fratrem Ioannis, & per conſequens filium Zebedæi, quod Aug. & Amb. non loquuntur aſſerendo, ſed magis opinionem aliorum referendo. Si tamen loquerentur aſſertiuè, non eſſet curandum de dictis eorum: quando ſacra ſcriptura expreſsè dicit contrarium, ſicut hic. Vnde Aug. in epiſt. ad Vincentium Donatiſtam dicit de doctrina ſanctorum quæ eſt extra ſcripturam canonicam: Hoc genus ſcripturarum ab illis quæ canonicæ nominantur diſtinguendum eſt: non enim ex eis ita teſtimonium proferendum, vt contrarium ſentire non liceat: maximè vbi aliter ſenſerunt quam veritas ſe habeat: nos in illo genere ſumus, vt non dedignemur etiã ab apoſtolo dictum ſuſcipere, ſi quid aliud ſapitis Deus illud reuelauit. Conſequenter euangeliſta deſignat locum di.*

3 Et duxit il. in mon. excel. *Ad deſignandum quod illi ſunt apti ad contemplandum cœleſtia, qui eminent in contemplatiua vita. Subdit autem.*

4 Seorſum. *Ad denotandum quod contemplatiui debent eſſe à tumultu ſęcularium ſegregati. Conſequenter deſcribit transfigurationis modum dicens.*

5 Et transfiguratus eſt. *Non quod mutauerit lineamenta corporis vel figuram, ſed propter claritatis vultus eius immenſitatem, & hoc eſt quod ſubditur.*

6 Et reſplen. *Ad cuius euidentiam conſiderandum, quod anima Chriſti à principio creationis fuit glorioſa per apertã viſionẽ & perfectã* fruitionem

MORALITER.

1 *Et poſt dies ſex.* ORIGENES. Sex diebus factus eſt viſibilis mundus, igitur qui tranſcendit omnes res mundi viſibiles poteſt excelſum montem aſcendere & aſpicere gloriam verbi Dei.

✠ Et ecce

a *Et ecce.* Quales vel quid locuti, Lucas dicit: *Visi in maiestate, & dicebant excessum eius quem completurus erat in Ierusalem*, id est, passionem & resurrectionem. Significant oracula legis & prophetiæ, quæ in domino completa,& nunc doctis & in futuro omnibus electis patebunt. Et bene visi in maiestate, quia tunc apertiùs videtur quanta dignitate veritatis omnis diuinorum non solum sensus, sed etiam sermo fuerit prolatus. Vel Moyses & Elias significant omnes cum Christo regnaturos. Mortuus Moyses, mortuos. Elias viuus, eos qui viui inuenientur. Quibus conuenit in maiestate videri pro gloria quam habebunt, & excessum memorare, quia vnica materia laudis fit fidelibus passio Christi. Et quia gustata dulcedine cœlesti vilescunt infima, Petrus visa domini, & sanctorum maiestate, solus his perpetuò vult hærere dicens: *Bonum est nos hic esse: faciamus hic, &c.* Secundum alium euangelistam *nesciebat quid diceret*, in eo quod in cœlis tabernacula quærit, vbi nulla aduersitatis aura est timenda, quia Deus omnipotens templum eius est & agnus. Sed in hoc sciebat quid diceret, *bonum est nos hic esse*, quia verè solum hominis bonum est intrare in gaudium domini sui. Quòd si Petrus vidēs glorificatā humanitatem tanto afficitur gaudio, vt nunquam velit ab eius intuitu secerni, quid putandum est de his qui diuinitatem videre meruerunt.

Luc. 9.d.

† Lux † Visi sunt

Apo. 21 g.

Ios. 15 b.

✠ TERTVLLIANVS. Dominus quoque in secessu montis etiam vestimenta luce mutauerat, sed lineamenta Petro agnoscibilia seruauerat. Vbi etiam Moyses & Elias, aliter in imagine carnis nondum receptæ, aliter in veritate nondum defunctæ, eandem tamen habitudinem corporis, etiam in gloria perseuerare docuerunt.

Lib. de resurrectione.

✠ IDEM. Meritò etiam in carne se Dominus ei (Moysi) ostendit collegæ, ieiuniorum suorum, non minus & Eliæ. Nam & Elias hoc primùm quòd famem fuerat imprecatus satis iam se ieiunijs vouerat. *Viuit*, inquit, *Dominus, cui assisto in conspectu eius, si erit ros istis annis & imber.*

Lib. aduersus psychicos.

3 Reg. 17.

a ¶ Vt ostendant eum esse quem lex & prophetæ promiserunt. b ¶ Legislator. c ¶ Eximius prophetarum.

a cut † nix. Et ecce † apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo 1 2

a ¶ De passione eius & resurrectione. b ¶ Oblitus regnum non in terra, sed in cœlis esse promissum, nec mortali carne circundatos posse intrare.

b loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum: Domi- 3 †

a ¶ His non respondet dominus, ostendens non improbum esse sed inordinatum quod cuperet.

ne, bonum est nos hic esse; si vis faciamus hic tria tabernacu- 4 5

c la, tibi vnum, Moysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo lo- 6

✠ DAMASCENVS. Moyses quidem gloria externa aduentante glorificatur: at Dominus Iesus haud quaquam ascititium gloriæ ornamentum habebat, verùm ex insita diuinæ gloriæ claritate manans.

Sermone de transfiguratione.

b *Domine bonum est,&c.* ✠ EVTHYMIVS. Cum Petrus vehementer præceptorem amaret, nec vellet eum ire in Ierusalem, ne pateretur: palam quidem non audet eum prohibere,ne rursum increparetur. Viso autem quod mons magnam haberet securitatem, vtpote insidiatoribus incognitus, simul autem Moysen & Eliam idoneos qui vlciscerentur, (nam ille plurimas gentes deuicerat, hic verò ignem super quinquagenarios de cœlo detraxerat) consulit illi, dicens, *bonum est nos hic esse.*

c *Adhuc eo lo.* Vt discat qui tabernaculum quæsiuit, in resurrectione non tegmine domorum, sed Spiritus sancti gratia protegendos esse.

☞ Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

fruitionem. Veruntamen ex diuina dispositione fiebat, vt gloria animæ non redundaret ad corpus: vt sic corpus esset passibile & mortale ad implendum precium redemptionis humanę. Et eodem modo ex diuina ordinatione factum est, vt gloria animæ redundaret ad corpus in hora transfigurationis, vt ostenderetur discipulis gloria futurę resurrectionis, non tantum animæ sed corporis, vt sic animaretur ad sequendum Christum in acerbitate passionis, ad quod eos inuitauerat in ca. præced. Et sic patet quod claritas illa in transfiguratione, fuit claritas glorię quantum ad essentiam, sed non quantum ad modum, quia fuit eiusdem rationis cum illa claritate quę est in corporibus gloriosis, sed non fuit ibi per modum qualitatis permanentis, sicut est in illis, sed per modum passionis transeuntis: & ideo illa claritas non debet dici dos glorię, quia dos de sua ratione importat qualitatem permanentem. Et est simile de lumine eleuante animam Pauli ad videndum in raptu diuinam essentiam, quod fuit eiusdem rationis cum lumine eleuante animas beatorum. Veruntamen, quia non fuit in Paulo per modum qualitatis permanentis, sed per modum passionis transeuntis, ideo ex tali eleuatione siue visione non fuit Paulus beatus, quia beatitudo importat permanentiam.

1 Et ecce. *Hic ponitur transfigurationis testificatio. Et primò testificatio humana. secundo diuina, ibi:* Adhuc eo loquente. *Prima in duas: quia primò ponitur testificatio eminentium virorum in ve. Test. secūdo eminentium in nouo, ibi:* Respondens autem Petrus. *Dicit ergo primò quòd Moyses & Elias apparuerunt illis, hoc est ipsis discipulis.*

Diuisio.

2 Loquentes cum eo. *De quo autem loquerentur, Lucas exprimit 9. ca. dicens, quòd* loquebantur cum Iesu de excessu quē expleturus erat in Ierusalē: *qui quidem excessus fuit in sua passione, in qua sustinuit dolorem excessiuum & ignominiam excessiuam propter amorem excessiuum ad nos. Ratio autem quare Moyses & Elias magis apparuerunt quàm alij, fuit quia Moyses erat legislator, & Elias maximus æmulator pro honore diuino, secundùm quod de eo scribitur* 3. Reg. 19. Zelatus sum pro domino exercituum: *& ideò per testimonium istorum apparuit, quod Christus non erat dissolutor legis vt imponebant sibi Iudæi sed magis adimpletor. Similiter nec blasphemator diuini nominis, vt imponebant ei Iudæi, quia dicebat se filium Dei, sed magis confessor veritatis. Considerandum etiam, quod Moyses & Elias non fuerunt ibi secundum apparentiam phantasticam, sed secundum veritatem: quia Elias fuit adductus ibi de loco quodam eminenti ad quem fuerat raptus, vt habetur 4. Regum. 2. & sic apparuit ibi in anima & corpore. Moyses autē fuit adductus ibi de limbo sanctorum patrum, non quia resurrexerit, sed quia anima apparuit ibi, in quodam corpore sibi adaptato, sicut apparent angeli in corporibus assumptis. Per hoc etiam ostenditur, quod Christus erat dominus vitæ et mortis, quia habebat testimonium ab Elia qui erat adhuc viuus et à Moyse qui iam fuerat mortuus.*

Quare Moyses & Elias Christo apparuerunt.

3 Respondens. *Hic ponitur testimonium apostolorum qui fuerunt eminentes in no. Test. Ad cuius euidentiam sciendum, quod beatitudo essentialiter consistit in aspectu claro ipsius diuinitatis & perfecta eius fruitione: accidentaliter autem consistit in aspectu humanitatis Christi, & delectatione consequenter per quam sicut per instrumentum coniunctum diuinitati sunt sancti adducti ad gloriam. Isti autem apostoli qui admissi fuerunt ad videndum transfigurationem Christi, non viderunt ipsius diuinitatem, sicut Paulus in raptu, sed tantum eius humanitatem in forma gloriosa: & tamen in eius aspectu fuerunt sic delectati, quod voluissent ibi perpetuò manere, propter quod dixit Petrus:* Domine, bonum est nos hic esse.

4 Faciamus hic tria. *Ad manendum scilicet hic continuè.*

5 Tibi vnum. *Non loquitur de tabernaculo faciendo pro se & sociis suis: quia volebat cum Christo esse in suo tabernaculo, & socij sui cum aliis duobus. Lucas autem dicit, quòd loquebatur Petrus* nesciēs quid diceret: *Sicut enim ex magnitudine passionis, vt timoris, vel amoris aliquis prorumpit in aliqua verba sine præmeditatione, ita similiter ex magnitudine deuotionis & delectationis ex parte dixit Petrus illa verba, quę tamen non erant rationabilia: quia in solo aspectu humanitatis Christi non consistit beatitudinis essentia, vt iam dictum est: & ideo illud non debebat sufficere pro finali beatitudine.*

6 Adhuc eo. *Hic ponitur testificatio diuina: Sicut enim in baptismo Christi in quo consistit regeneratio et principium vitæ spiritualis*

MORALITER.

1 *Et ecce appar.* ORIGENES. Si quis intelligit spiritualem legem conuenientem sermonibus Iesu, & in prophetis absconditam Dei sapientiam, ille videt Moysen & Eliam in gloria cum Iesu.

† *Domine bonum est nos hic esse.* Scilicet in contemplationis dulcedine.

4 *Faciamus hic tria tabernacula.* Quæ contemplatiuus moraliter facit, quando legem & prophetas & euangelium practicè legendo disponit, scilicet corde credendo, ore confitendo, & opere adimplendo.

† Domine

k ‡ Ecce

a *Ecce nu. lu. &c.* Sicut baptizato domino, sic & clarificato mysterium sanctæ Trinitatis ostenditur: quia gloriam eius quam in baptismo confitemur credendo, in resurrectione laudabimus videndo. Spiritus sanctus ibi in columba, hic in nube lucida. Quia qui modo simplici corde fidem seruat, tunc aperta visione quod crediderit contemplabitur, & ea gratia qua illustrabitur, protegetur.

✠ CHRYSOSTO. Cum dominus comminatur, nubem tenebrosam ostendit, sicut in Sina. Hic autem quia non terrere volebat, sed docere, nubes apparuit lucida.

b *Et ecce vox, &c.* Quia imprudẽter quæsiuit, responsionem domini non meruit: Sed vox patris de filio testatur, docétque Petrum, & in eo cæteros veritatem.

c *Hic est filius.* Moyses & Elias sunt serui, & nobiscum debent in cordibus domino præparare tabernaculum.

d *Ipsum audite.* Hoc iã pater præcipit, quod Moyses incarnationi testimonium dans prædixit: *Prophetam susci. &c.* Quasi diceret. Iste est quem Moyses promisit.

e *Et audientes discipuli ceciderunt in fa.* Altiorem enim sensu vnam vtriusque intellexerunt Deitatem. Timuerunt, vel quia se errasse cognouerunt, vel quia nobis operuit eos, vel quia vocem patris audierunt.

f *Surgite, nolite.* Pulso metu, doctrina datur, quo manente non audiretur.

g *Leuantes autem oculos suos, neminem, &c.* Ablata nube vident Iesum, & Moysen & Eliam euanuisse: quia postquam legis & prophetarum vmbra discessit, quæ velamento suo apostolos texerat, verum lumen in euangelio reperitur.

h *Nisi solum Iesum, &c.* Si enim Moyses & Elias cum Iesu perseuerassent, vox patris videretur incerta, cui potius dedisset testimonium.

i *Nemini dixeritis nisi, &c.* Ne gloria futuri regni præostensa incredibilis esset, & apud rudes sequens crux scandalum faceret.

k *Quòd Eliam oporteat pri. ve.* Traditio Pharisæorum est iuxta Malachiam prophetam, quod Elias veniet ante aduentum Saluatoris, & reducet corda patrum ad filios & filiorum ad patres, & restituet omnia in antiquum statum. Æstimant ergo apostoli transformationem gloriæ vltimam hanc esse quam viderant, & dicunt. Si iam venisti in gloria, quomodo præcursor tuus non apparet, maximè quia & Eliam viderant recessisse.

✠ CHRYSOSTOM. Aduentum Eliæ non de scripturis sciebant, sed Scribæ eis manifestabãt. Scribæ autem plebem peruertentes, secundum aduentum solùm commemorabant plebi, & dicebant: Quoniam si hic est Christus, oportebat Eliam præuenire. Est igitur solutio quam Christus inducit: Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Ne autem existimes eum in sermone errasse, si quando dicit Eliam venturum, & quandoque venisse. Quãdo enim dicit, Helias quidem veniet & restituet omnia, ipsum Heliã dicit & quæ tunc futura est, Iudæorum, conuersionem: Quũ verò dicebat ipse erat qui venturus erat, ipsum Ioannem propter ministerij similitudinem Eliam vocabat.

✠ TERTVLL. Helias autẽ non ex discessione vitæ, sed ex trãslatione venturus est, ne corpori restituẽdus, de quo nõ est exẽptus, sed mũdo reddẽdus, de quo est trãslatus, nõ ex postliminio vitæ, sed ex supplemẽto prophetiæ, idẽ & ipse & sui nominis, & sui hoĩs.

l *Omnia.* Vtiq; illa quæ propheta prædixit, id est, corda patrũ ad fidẽ filiorum, & è cõuerso restituet, etiã hoc quod morti debet & soluet, scilicet morietur, vt in Marco apertiùs demonstratur.

☞ ✠ AVG.

[Margin: †De cõ. dis. 3. c. fina. — Hom. 57. — Deut. 18. c. — Mal. vlt. b. — Hom. 58. in Matth. — * Primum vel prius. — Lib. de anima.]

a quente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. b Et ecce vox de nube dicens: c † Hic est filius meus dilectus [1] in quo mihi bene [2] complacui: d ipsum audite. [3] e Et audientes discipuli, ceciderunt [4] in faciem suam, & timuerunt valde. [5] f Et accessit Iesus, [6] & tetigit eos, dixítq; eis. g Surgite, nolite timere: [7] Leuantes autem oculos suos neminem viderunt, h nisi solum Iesum. [8] Et descendentibus illis de monte præcepit Iesus dicens: i Nemini dixeritis † visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. [9] Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes. † Quid ergo Scribę dicunt, k quòd Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait illis: [10] Elias quidem venturus est, * & [11] restituet l omnia. [12] Dico autem vobis, quia Elias iam venit,

a ¶ Qui prius dixit: Pœnitet me fecisse hominem. ¶ Homo fragilis maiorem gloriam non sustinet, sed cadit.
a ¶ Non solum de patris, sed de filij maiestate. b ¶ Quia per se surgere non poterant. c ¶ Vt metum fuget & membra sol: det.
a ¶ Quos manu sanauit sanat imperio.
a ¶ Vbi cœpit filius designari, serui discesserunt.
a ¶ Cum iam te in gloria viderimus.
¶ Ante aduentum domini.
a ¶ Præcursor iudicis, vnde constat hunc non esse secundum aduentum.
a ¶ Præcursor redemptoris, vnde constat primum aduentum completum.
¶ Non corpore, sed virtute & spiritu.

NICOLAVS DE LIRA.

☙ *spiritualis apparuit tota Trinitas, filius in carne, pater in voce, Spiritus sanctus in specie columbę: ita similiter conueniens fuit quod appareret in transfiguratione, per quam ostensus est terminus seu perfectio vitę spiritualis, videlicet gloria futura resurrectionis: & ideo sicut filius apparuit ibi in carne, decorata tamen claritate gloriæ, ita Spiritus sanctus in lucida nube, per quam significata est plenitudo veritatis in Christi prędicatione propter quod dictum est.*

1 Hic est fil. *Scilicet naturalis, alij autem sunt adoptiui.*

2 In quo mi. *Id est, in quo diuinum bene placitum complebitur de redemptione mundi. Sequitur:*

3 Ipsum au. *Pater autem apparuit in voce.*

4 Et audientes di. ceci. in fa. su. & timue. valde. *Hoc autem factum est ad declarationem humanæ fragilitatis iuxta excellentiam diuinę maiestatis.*

5 Et acces. Ie. *Ad consolandum eos.*

6 Et teti. eos. *Familiariter & dulciter eos consolando. Sequitur:*

7 Leuantes au. oculos suos, &c. *Quia Moyses et Elias iam recesserant, reducti voluntate diuina ad loca vnde fuerunt adducti.*

8 Et descendentibus illis de monte præcepit Iesus, &c. *Hic ponitur discipulorum instructio de visione pręhabita, quia præcepit eis Iesus, ne visionem prędictam alijs diuulgarent ante resurrectionem suam, ne alij audientes Christum eis apparuisse in forma gloriosa scandalizarentur: postea videntes ipsum pati tam ignominiosè.*

9 Et interrogauerunt eum. *Hic ponitur solutio duplicis quęstionis suborta ex prædictis. Secunda ponitur, ibi:* Et cum venisset ad turbam. *Circa primum aduertendum, quod discipuli audierant à Pharisæis et legisperitis, quod Elias debebat venire circa mundi consummationem, vt habetur Malach. vlt. & ideo quia Eliam viderant, credebant finem mundi propinquum: non mirabantur tamen, quod ipse ita cito recesserat, & nihil docuerat, vel prædicauerat: cum tamen scriptum sit Malach. vlt. quod deberet conuertere corda patrum ad filios: & ideo querebant intellectum huius, quomodo sit intelligẽdus eius aduentus ante Christum. Et Saluator breuiter respondet, quod duplex ipsius est aduentus. Vnus ad iudicium in fine mundi, & hunc præueniet Elias in propria persona prædicando Iudęis & conuertendo ad Christum, & falsitatem Antichristi detegendo: & hoc est quod dicit:*

10 Elias quidem venturus est, *In fine mundi scilicet.*

11 Et restituet omnia. *Quia omnes Iudęi qui tunc inuenientur, ad Christum conuertentur. Alius est aduentus ipsius Christi in mũdum, qui iam precessit, & hunc prævenit in spiritu Elias, id est, Ioannes Baptista, qui habuit zelum veritatis sicut Elias: & hoc est quod dicit Saluator:*

12 Dico autem vobis quia Elias iam venit. *Id est, Ioannes Baptista qui venit in spiritu & virtute Elię, vt habetur Luc. 1.*

☙ Et non

MORALITER.

† *Ecce nubes lucida.* Id est, cognitio vera: ideo subditur:

1 *Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene compla. &c.*

4 *Et audientes, &c.* Nam sic illuminati venerantur Dei maiestatẽ.

† *Nemini dixeritis, &c.* Quia diuina mysteria non sunt semper, sed loco & tempore debitis publicanda.

† *Quid ergo scribæ dicunt, quod Eliam opor. primò veni. &c.* Sicut est duplex aduentus Christi, ita & duplex Elias, scilicet in spiritu & persona: prædicator autem euangelij gerit officium vtriusque: nam disponendo populum ad suscipiendum Christum per gratiam venientem, gerit officium primi, scilicet Ioannis Baptistæ: disponendo verò populum ad suscipiendum Christum iudicem venturum, gerit officium secundi scilicet Eliæ personaliter. *Et cum venisset ad turbam, &c.* Sequitur:

[Margin: Christi aduentus duplex, quorum quemque præcedit Elias, sed aliter, &c.]

† Domine

✠ AVGVSTINVS. Restituet omnia, id est, eos quos Antichristi persecutio turbauerit, vel vt ipse restituat moriendo, quæ debet.

Lib. 1 de q. euan. c. 21. Marc. 9. a

a *Tunc intellexerunt, &c.* Ex indicio passionis suæ quam sæpe dixerat, & præcursoris sui quam completam videbant.

b *Et cum venisset.* Loca reb. congruunt. In monte orat, transformatur, arcana maiestatis aperit, inferiùs turba occurrit, miseros audit, infirmos confortat, docet, castigat.

c *Quia lunaticus est.* Hunc Marcus surdũ & mutum dicit quem Matthæus lunaticũ. Non quòd luna dæmonibus seruiat, sed dæmon lunæ cursum obseruãs corripit homines, vt per creaturam infamet creatorem.

Tractatu 3. in Matth.

✠ ORIGENES. Medici ergo loquãtur sibi quæ volũt, qui nec immundum spiritum arbitantur, sed corporalem aliquã passionem: & dicunt humida moueri in capite secundum aliquam passionem ad lumen lunare, quod humidam habet naturam. Nos autem qui euangelio credimus, dicemus hanc passionem immundum spiritum in hominibus operari. Obseruat enim quædam schemata lunæ, & sic operatur, vt obseruatione quorumdam schematum lunæ pati homines mentiantur, & per hoc culpabilem Dei creaturam ostendit.

Typicè. Lunaticus est qui per horarum momenta mutatur in vitia, nec perstat in incœpto, sed crescit & decrescit: & nunc in ignem libidinis vel iræ fertur, nunc in aquas cupiditatis, quæ non valent extinguere charitatem.

Hom. 58. in Matth.

d *Cadit in ignem.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Considerandum est, quod nisi prouidentia hîc homo esset munitus, dudum periisset. Dæmon enim qui ipsum in ignem & aquam mittebat, interfecisset eum omninò, nisi Deus eum refrænasset.

e *Et obtuli, &c.* Latenter accusat discipulos, cum sæpe impossibilitas curandi non vicio curantium, sed eorum qui curandi sunt proueniat.

a ¶ Amauerunt. ¶ Spreuerunt, decollauerunt. Pharisæi enim consenserunt.

a ¶ A Iudæis Herode consentiente.

a ¶ Deprecans exponit omnia incommoda ægroti.

a ¶ In aquam voluptatis quæ emollit.

a ¶ Per ipsum Iudæos arguit.

b ¶ Puerum non dæmonem, vt ostenderet traditum esse immundo spiritui propter peccatum suum vel parentum.

a ¶ Quia ibi nullus morbus præualet, vbi omnipotentis interuenit manus.

& non cognõuerunt eum, sed fecerunt † in eo quæcunque[1] **voluerunt.**[2] **Sic & filius hominis passurus est ab eis.**[3] **Tunc** [a] **intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et** [b] **cùm † venisset ad † turbam,**[4] **accessit ad eum homo**[5] **† genibus prouolutus ante eum, dicens: † Domine miserere filio meo, †** [c] **quia lunaticus est, & malè patitur.** [d] **Nam sæpe cadit in ignem,**[6] **& crebrò in aquam. †** [e] **Et obtuli eum discipulis tuis,**[7] **& non potuerunt curare eum.** [f] **Respondens autem Iesus, ait:**[8] **O** [g] **generatio incredula & † peruersa: quousque ero vobiscum? Vsque-**[9] **quo patiar vos?** [h] **Afferte huc illum ad me. Et increpãuit illũm Iesus,**[10] [i] **& exijt ab eo dæmoniũ,**[11] **& cũratus est puer ex illa hora.**[12] **Tũc accesserunt discipuli ad Iesum † secretò, & dixerunt:**[13] **Quare** [k] **nos non potuimus eijcere † illum? Dicit illis Iesus. Propter in-**[14]

† venissent turbas. † Marc. 9. c Luc. 9. c Mat. 9. c † distorta. † ei. † Genua flectens. Hom. 58 in Matth. † seorsum. † illud scilicet dæmonium.

f *Respondens.* Non tædio superatus, qui mitis est in verba erũpit, sed sicut medicus ægroto contra sua præcepta agenti.

g *O gener.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ex multis mõstratur hunc hominem infirmũ in fide fuisse, non tamen tãtùm in eius personam inuehitur, ne ipsum conturbaret, sed in omnes Iudæos. Probabile enim est multos præsentium de discipulis inconuenientia cogitasse.

h *Et increpauit.* Quia iratus est non homini, sed vicio: & per vnum hominem Iudæos arguit infidelitatis. Vnde addit: *Afferte illum huc ad me.*

i *Et exiit ab eo dæ.* Marcus dicit de isto: *Et cum vidisset eum, statim spiritus conturbauit eum: & elisus in terra volutabatur spumans,* & domino iubente vt exeat, clamans & discerpens exit, qui sæpe dum conuerti ad dominum post peccata volumus, magis à diabolo impugnamur: vt vel odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Exiturus discerpit, & furenti clamore intuentes terruit, quia plerúmque dum de corde expellitur, acriores tentationes excitat, quàm prius quando possidebat quietus.

k *Propter incre.* Ecce quando non exaudimur non est impossibilitas præstantis, sed culpa deprecantis. Nam ex opposito si fides vestra tam feruẽs esset quàm tribulata magis & magis calesceret.

HILA-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non cognouerunt eum. *Id est, facta eius & doctrinam non approbauerunt; quia Pharisei & legisperiti baptisma suum & doctrinam contempserunt. Herodes autem de eorum consilio, vt probabiliter creditur, eum incarcerauit.*

2 Sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. *Ipsum incarcerando & interficiendo.*

3 Sic & filius passurus est ab eis. *Quia per consilium Phariseorum captus est & morti adiudicatus, & manibus crucifigentium ipsum traditus.*

4 Et cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo, &c. *Hic ponitur solutio secundę quęstionis. Et primo ponitur quęstionis occasio: secundo, quæstionis dissolutio, ibi:* Tunc ascenderunt. *Circa primum considerandum, quod alij discipuli videntes, quod non essent admissi ad secreta Christi, sicut alij tres discipuli prędicti, aliquod humanum passi incurrerunt quendam motum turbationis & inuidiæ, sicut clarius videbitur capitulo sequenti; & ideo ex hoc factum est, quod in absentia Christi non habuerunt tantam virtutem dæmones expellendi sicut ante, & propter hoc quendam dæmoniacum per lunationes afflictum eis oblatum non potuerunt curare. Alia autem causa fuit incredulitas patris, qui perfectè non credebat, sed Christus adueniens, ipsum solo verbo curauit: & hoc est quod dicitur:* Et cum venisset ad turbam, *Rediens de monte, vbi fuerat transfiguratus.*

5 Accessit ad eum homo. *Duplici enim de causa dæmon aliquando secundùm varietatem lunę affligit hominem magis quàm alio tempore: Vna est, vt per hoc creatura Dei, scilicet ipsa luna infametur. Alia causa est, quia propter molliciem cerebri in nouilunio quando abundant humida super quę luna habet dominium, cerebrum est aptius vt in ipso dæmon aliquid operetur. Sequitur:*

Quare dæmon affligit homines per lunationes.

6 Nam sæpe cadit in ignem. *Quia diabolus volebat eum comburere vel submergere, si Deus permisisset.*

7 Et obtuli eum discipulis tuis, &c. *Causa huius iam dicta sunt.*

8 Respondens autem Iesus ait: O generatio incredula & peruersa. *Hoc dixit & propter discipulos et propter patrem pueri rationibus dictis.*

9 Vsquequo patiar vos? *Id est, defectus & malicias vestras.*

10 Et increpauit illum Iesus. *Scilicet dæmonem affligentem puerum.*

11 Et exiit ab eo. *Non audens resistere Christi præcepto.*

12 Et curatus est puer ex illa hora. *Quia ex tunc non afflixit eum dæmon.*

13 Tunc accesserunt discipuli ad. *Videntes discipuli, quod non potuissent curare puerum, cum tamen alias pluries eiecissent dæmonia de corporibus obsessis, ideo accesserunt ad Iesum secretò. Probabiliter enim timebant, quod ex culpa eorum erat in parte, & ideò nolebant de hoc Iesum publicè interrogare, sed magis in secreto.*

14 Propter incredulit. *Quia vnum peccatum trahit ad aliud; inde est quod postquam incurrerant motum turbationis & inuidię contra alios apostolos, consequenter incurrerunt quendam torporem in fide: ex quibus secutum est, quo non potuerunt dæmoniacum curare.*

Amen

MORALITER.

† *Domine miserere filio meo quia luna. est.* Per quem instabilis designatur, sicut dicitur Eccle. 27. b. *Stultus vt luna mutatur.* Ideò sequitur.

6 *Nam sæpe cadit in ignem.* Scilicet iracundiæ: nam ira est accensio sanguinis circa cor.

† *Et crebrò in aquam.* Scilicet voluptatis & luxuriæ: & de hoc dicitur infrà:

6 Nam k 2 5 Hic

A ✠ Hilarius. Crediderant quidem Apostoli, nondum tamen erant perfectæ fidei. Nam Domino in monte demorante, & ipsis cum turbis residentibus, quidam tepor eorum fidem relaxauerat.

a *Sicut gra. sina.* Fidem perfectam grano sinapis comparat, quæ sit in facie humilis, & in pectore ferues: vilis videntibus, & nullarum virium apparens, sed pressuris trita, quod intus habet ostendit.

B ✠ Origenes. Vel ideo omnis fides grano synapis comparatur, quoniam contemnitur quidem fides ab hominibus & modicum aliquid & vile apparet. Cum verò cōsecutum fuetit huiusmodi semen bonam animam, quasi terram, fit arbor magna.

Tract. 4. in Matth.

C b *Dicetis mōti huic.*

Hom. 58. in Matth. ✠ Chrysost. Si verò quispiam dicat, & quando montes transtulerunt? Respondebimus, quia multo maiora fecerunt, multos enim mortuos excitauerunt: æquale quippe non est montes transponere & animam hominis reuocare. Dicunt autem nonnulli postea quosdam sanctitate illis multo minores, id re postulante fecisse. Vnde patet, quia si opus fuisset, montes quoq; transtulissent: ideo non dixit transponetis omnino montes, sed transponere poteritis. Si autem non fecerunt, non est argumentum impotentiæ. Maiora enim ab ipsis facta non ignoramus, sed quoniam res non postulauerat noluerunt: quamuis possit etiam aliquid quid tale factum esse & non scriptum. Non enim omnia miracula sanctorum conscripta sunt.

D c *Hoc autem ge.* Quomodo proteruitas diaboli superetur ostendit, vt grauiora quæque sciamus ieiuniis & orationibus superanda: & iram Dei in nos hoc remedio posse placari.

credulitatem vestram. [1] Amen quippe [2] dico vobis: Si habueritis fidem sicut grānū sinapis: [3] dicetis [a] mōnti huic, [4] trāsi hinc, & [b] transibit: & [c] nihil impōssibile erit vobis. [5] Hoc autem genus [d] non † eiicitur, nisi per orationem & [e] ieiunium. [6] Conuersantibus autem eis in Galilæa, [7] dixit illis Iesus: [8] † Filius hominis tradendus est in manus hominum, & [9] [f] occidēnt eū, & tertia die resurget. [10] [g] Et contristati sunt vehementer. [11] Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebāt ad Petrum, & dixerunt ei: [12] Magister vester non soluit didrachma. [13] Ait: Etiam. [14] Et cùm intrasset in domum, præuenit

a ¶ Quod minimum contra montem. ¶ Vnde alibi: Quæcumque in nomine meo petieritis credite quia accipietis. b ¶ Superbo diabolo. c ¶ Ab obsesso corpore in altum maris, id est, in profundum inferni. a ¶ Nulla incommoditas insanabilis. a ¶ Si hoc contristat. ¶ Hoc lætificet. ¶ Exactores tributi. ¶ Verè non.

† egreditur

d *Nisi per orationem.* Ista carnalium voluptatū mutabilitas non mutatur, vel vincitur, nisi spiritus oratione confirmetur & caro per ieiunium maceretur, *Nisi per orationem & ieiu.* E Ieiunium enim generale est, non modo ab escis sed ab omnibus illecebris carnalibus & ab omnibus viciis abstinere. Sic & oratio generalis non solùm verbis, sed etiam in omnibus quæ in obsequium Dei & fidei deuotione gerimus: vnde dicitur: *Sine intermissione orate.*

† Mar. 9. c. Luc. 9. c. 1. Thess. 5.

F e *Filius hominis.* Semper lætis miscet tristia, vt cum venerint quasi præuisa minus molestè ferantur.

f *Et contristati.* Hoc non de infidelitate prouenit, sed de dilectione: quia nihil humile de eo patiuntur audire.

g *Et cum venissent Caph.* Per Augustum Cæsarem Iudæa facta est tributaria, & omnes censi capite ferebantur: vnde & Ioseph cum Maria profectus est in Bethleem. Rursus quia nutritus est in Nazareth, quod est oppidum Galileæ, vrbi Capharnaum subiacens, poscuntur tributa, & pro signorum multitudine non audet ipsum aggredi, sed conueniunt discipulum, siue maliciosè siue fideliter: vtrum reddat tributa, an contradicat Cæsari.

Luc. 2. a.

☞ Quid

NICOLAVS DE LIRA.

1 Amen. *Id est, fideliter.*

2 Dico vobis: Si. ha. fidem sic. &c. *Quod est modicum in quantitate, sed maximum in virtute.*

3 Dicetis. *Id est, dicere poteritis,*

4 Monti huic, transi hinc & transibit & nihil impossibile erit vobis. *Licet apostoli non legantur montes transtulisse ad literam, leguntur tamen maiora fecisse in virtute fidei; vt mortuos suscitasse, & cæcos illuminasse, & consimilia: qua non possunt fieri nisi virtute supernaturali & diuina. Translatio autem montis ad alium locum aliquando fit virtute naturali, sicut in terra motu vehementi; vel potest dici, quod mons hic accipitur metaphoricè, id est diabolus qui potest dici mons propter superbiam:* quia ipse est rex super omnes filios superbiæ, *vt dicitur in Iob: & sic est sensus. Si habuissetis fidem feruentem scilicet charitatem, potuissetis dixisse monti huic, id est diabolo transi hinc, id est de obsesso lunatico: & transisset de corpore exeundo: & sic in hoc ostendit causam quare non potuerunt eum eiycere: & hoc est quod subditur:*

Mōtis trāslatio quomodo intelligenda sit. Iob. 41. b.

5 Hoc autem genus non eijcitur, &c. *Oratio autem qua est mentis eleuatio in Deum, & ieiunium per quod refrænatur caro, sunt effectus fidei formatæ per charitatem. Sciendum etiam, quod sicut in diuersis rebus corporalibus administrandis diuersi angeli à Deo præponuntur & diuersorum ordinum, sic etiam in diuersis tentationibus diuersi dæmones habent specialem effectum: quia aliqui potissimè tentant de diuitiys congregandis, aliqui de honoribus appetendis. Vnde & aliqui dicuntur spiritus superbiæ, & aliqui spiritus luxuriæ. Iste autem dæmon habebat virtutem tentandi potissimè de vicio carnis, quod vicium potissimè refrænatur per orationem & ieiunium, & per consequens dæmon de talibus tentans per talia superatur.*

6 Conuersantibus autem illis. *Hic declarat se esse precium nostræ redemptionis. Et diuiditur in duo: quia primò ostendit suam futurā passionem: secundò ex quodam facto declarat sua passionis efficaciam, ibi:* Et cum venissent. *In prima parte dicit sic:* Cōuersantibus autem eis. *Id est, Iesu & discipulis suis.*

7 In Galilæa. *Quæ erat terra vbi fuerat conceptus & nutritus.*

8 Dixit illis Iesus: Filius hominis tradendus est in manus hominum. *Quia per instinctum dæmonis intranti cor Iudæ traditus est in manus Iudæorum, vt habetur Ioan. 13. Et à Iudæis traditus est in manus gentilium.*

9 Et occident eum, & tertia die resurget. *Cum morte sua prædixit resurrectionem suam, ne in passione eius incurrerent desperationem.*

10 Et contristati sunt vehementer. *Quia eius societas ita erat dulcis & grata, quod non mirum est si contristati sunt passione eius audita.*

11 Et cum venissent. *Hic ostenditur passionis eius efficacia, quæ est libertas vera, quia per passionem Christi sumus à seruitute diaboli liberati, & ista libertas sic declaratur, cùm dicitur:* Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant. *Capharnaum erat ciuitas principalis in Galilæa: & ideo ibi manebant qui tributum colligebant ex parte Romanorum quibus Iudæa erat subiecta: & quilibet Capitaneus domus soluebat didrachma: & valebat didrachma duplex drachma: Drachma autem est octaua pars vnciæ, & valet sex obolos: obolus autem valet quantum vnus paruus turonensis, & sic quilibet Capitaneus soluebat annuatim quasi duodecim turonenses: ista autem possunt colligi ex his quæ dicunt Papias & Isidorus de ponderibus. Isti igitur qui didrachma accipiebant à quolibet Capitaneo, dixerunt Petro:*

12 Magister vester non soluit didrachma. *Non faciebant mentionem de Apostolis, quia non accipiebant nisi à Capitaneis, vt dictum est.*

13 Ait etiam. *Quasi dicat: hoc est verum.*

14 Et cum intrasset, &c. *Ea quæ facta erant in eius absentia sibi prædicendo. Et in hoc ostendit, quod nihil latebat ipsum. Sequitur:*

Reges

MORALITER.

† 5 *Hoc autem genus non eijcitur nisi per orationem & ieiunium.* Per ieiunium enim curantur pestes corporis, & per orationem pestes mentis.

6 *Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus: filius hominis tradendus est, &c.* Galilæa volubilis interpretatur: & ideo per hoc quod dominus ibi prædixit passionem suam discipulis, significauit quod memores esse debemus mortis Christi, & etiam nostræ quamdiu sumus in volubilitate vitæ præsentis.

11 *Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma, &c.* Didrachma continet duplex drachma. Et per vnum potest intelligi pœnalitas corporis, scilicet fames & sitis, & huiusmodi. Per aliud autem pœnalitas mentis, scilicet timor, tristicia & huiusmodi. Hoc autem duplex drachma debet reddere quilibet imperatori omnium pro peccato primorum parentum, quod facit patienter tolerando pœnalitates dictas. Licet autem Christus non haberet peccatum, tamen reddere voluit pro salute omnium, & quia carnem assumpsit similem peccatrici.

† MORA-

a *Quid tibi videtur.* Antequam Petrus suggerat, dominus interrogat ne scandalizentur discipuli ad postulationem tributi, cum videant eum nosse quæ eo absente gesta sunt.

b *Reges terræ.* Dominus noster, & secundum carnem filius regis erat ex Dauid natus, & omnipotentis verbum: ergo vt filius regum tributa non debebat, sed pro humilitate carnis decet eum implere omnem iustitiam.

✠ Origenes. Sermo iste duplicem habet sensum. Secundum vnum enim, filij regum terræ, liberi sunt apud reges terræ, extranei autem extra terram liberi nõ sunt, propter eos qui deprimunt eos, sicut Ægyptij filios Israel serui. Secũdum alterum autem propter hoc ipsum quod aliqui sunt alieni à filijs regum terræ, sed sunt filij Dei, liberi sunt: qui manent in verbis Iesu, & cognouerunt veritatem, & veritas liberauit eos à seruitute peccati; filij autem regum terræ liberi non sunt, quoniam omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

Tractatu 4. in Matth. † Dicit ei Petrus. † Christus quare & vnde tributũ soluit.

eum Iesus, dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, à filijs suis, an ab alienis? † Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Iesus: Ergo liberi sunt filij. † Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, † & mitte hamũ, & eũ piscem qui primus ascenderit, tolle. Et aperto ore eius inuenies stâterem: illum sumens da eis pro me & te.

¶ De terris. ¶ De capitibus. ¶ Quanto magis dominus regum. ¶ Non simus eis causa offensionis. ¶ Mira præscientia. ¶ Mira potentia, qua hoc dicendo creauit staterem.

c *Ergo lib. &c.* Liberi sunt filij regni in omni regno, tunc multo magis liberi sunt filij illius regni, sub quo sunt omnia regna in quolibet terreno regno.

d *Vt autem.* ✠ Gregorius. Considerandum enim est, quia inquantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem de veritate scandalum sumitur, vtilius permittitur nasci scandalum quàm veritas relinquatur.

Hom. 7. in Ezechiele.

e *Et eum piscem.* Alleg. Christus est piscis in hoc mari moratus: qui primus morti pro redemptione se obtulit; vt id quod in ore eius, id est, in confessione fuerat inuentum, pro Petro & domino daretur. Et bene idipsum precium, sed diuisum, quia pro Petro quasi pro peccatore, Dominus autem peccatum non fecit. Stater dicitur qui habet duo didrachmata, vt ostenderetur similitudo carnis dum eodem precio dominus & seruus liberantur. Sed etiam simpliciter intellectus ædificat, dum dominus tantæ fuit paupertatis, vt vnde daret tributa, non haberet. Iudas quidem communia in loculis habebat, sed res pauperum in suos vsus conuertere nefas dixit, idipsum dans exemplum nobis.

† 11. q. 1. c. magnum & q. 3. c. inter verba 23. q. vlti. c. tributum.

Christus est piscis, mare mundus, hamus mors. Christus gerebat precium nostræ redemptionis. Quod autem precium in ore piscis inuentum est, significat redemptionem nostram ore Christi prænunciatam esse. Ille censum soluit qui nil possidebat, tu qui lucrum sæculi sequeris, cur sæculi obsequium non agnoscis?

✠ Orig. Mysticè in agro consolationis (sic enim interpretatur Capharnaum) consolator omnem discipulum, & liberum filium esse pronunciat: & dat ei virtutem piscandi primum piscẽ, vt ascẽdente eo piscationẽ accipiat Petrus super eũ quẽ piscatus est,

Tractat. 4. in Matth.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum, &c. *Hoc autem interrogauit, non ignorans quid erat responsurus, sed vt ex sua responsione melius informaret eum de veritate.*

2 Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, *Concludendo veritatem.*

3 Ergo liberi sunt filij. *Ipse autem Christus erat filius Dei secundùm naturam diuinam, & per consequens nulli subiectus. Similiter secundum naturam humanam erat filius Dauid, & per consequens liber à tributo. Et ex hoc sequitur, quòd apostoli qui erant de eius familia essent liberi. Verumtamen ne scandalizarentur illi qui colligebant, voluit tributum reddere. Ad cuius euidentiam considerandum, quod scandalum aliquando oritur ex malicia, quale fuit scandalum Pharisæorum. Et tale est contemnendum, sicut dictum est sup. 15. cap. Aliquando oritur ex ignorantia, & tale scandalum vitandum est, salua tamen triplici veritate, scilicet iustitiæ, vitæ & doctrinæ: & tale erat istud scandalum: quia illi qui colligebant tributum erant gentiles, legem & prophetas ignorantes, & propter hoc ignorabant quod Christus esset immunis à tributo; tum quia filius Dei secundum naturam diuinam, tum quia filius Dauid secundum humanam, quia non tenebantur talia scire: dare autem eis tributum non est contra veritatem veræ iustitiæ & doctrinæ: ideo Christus voluit dare propter scandalum vitandum: eadem ratione ecclesia in aliquibus terris, vbi non est consuetum decimas dare, non repetit decimas ad scandalum vitandum: & hoc est quod dicit Christus.*

4 Vt autem non scandalizemus eos va. ad ma. & mitte. *Ex quo patet quod Christus erat ita pauper, quod non habebat vnde posset soluere tributum. Sequitur.*

5 Et eum piscem, &c. *Ex quo patet eius diuinitas, futura contingentia certitudinaliter prædicendo.*

6 Illum su. da eis pro me & te. *Stater enim valet duplex didrachma. Christus enim voluit dare tributum pro se & pro Petro, quia iam Petrum fecerat capitaneum super alios apostolos, vt habetur in præcedenti capitulo.*

CAP. XVIII.

CAPVT XVIII.

a In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum dicentes:

a *In illa hora, &c. Quis pu.* Ex æqualitate precij qua in tributi redditione domino fuerat comparatus, arbitrati sunt Petrum omnibus apostolis prælatum.

Hom. 59. in Matth.

✠ Chrysostomvs. Tu autem considera, primùm quidem quòd nihil eorum quæ sunt in terris, quærunt. Deinde quòd postea hanc passionem deposuerunt. Nos autem neque ad defectus eorum contingere possumus. Neque enim quærimus: quis maior est in regno cœlorum, sed quis maior est in regno terræ.

In regno

NICOLAVS DE LIRA. Cap. XVIII.

In illa hora, &c. *Superius fundata est ecclesia gentium in fide, hic consequenter fundatur in moribus. Et diuiditur in tres partes secundum tres status diuersos in ecclesia. Primo enim describuntur virtutes actiuorum, & secundo religiosorum seu contemplatiuorum sequenti capitulo, & tertio prælatorum 20. capitulo. Prima in duas, quia primo describitur virtutum fundamentum, secundo, ædificium desuper constructum ibi: Et qui susceperit. Ad euidentiam primæ partis aduertendum quod Saluator describendo virtute actiuorum conuenienter incipit ab humilitate duplici de causa. Primo quia est fundamentum aliarum virtutum, vt dictum est. Secundo, quia habuit occasionem ex præhabitis immediatè in præcedenti capitulo. Dictum est enim, quod saluator assumpsit secum Petrum, Iacobum & Ioannem alijs dimissis: & duxit eos in montem seorsum, & transfiguratus est ante eos, ideo alij aliquid humanum passi, motum cuiusdam inuidiæ incurrerunt. Item quia pro Petro iusserat solui tributum, quod solum à capitaneis colligebatur, ideo in hoc eum principalem alijs constituerat & capitaneum: propter quod alij aliquo modo indignati, quia non erant adhuc confirmati per missionem spiritussancti, in via positi cœperunt inter se altercari de maioritate, quis eorum esset maior, vt habetur expressius Mar. 9. & postea dum venisset ad domum, Iesus quæsiuit ab eis, de quo in via disputauerant: & tunc ipsi præ verecundia tacuerunt, videntes motum superbiæ in eis deprehensum à Saluatore: & post paulùlum factum est quod hic describitur à Matthæo.*

Diuisio.

1 In illa hora. *Hoc est post tempus modicum.*

2 Accesse. disci. ad Ie. *Videntes se esse deprehensos ab ipso de contentione maioritatis dicentes.*

Quis

MORALITER.

1 In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, &c. *Sequitur.*

† Quis putas maior est in regno cœlorum? Et aduocans Iesus † paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cœlorum. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo me suscipit. † Qui autem scandalizauerit vnum de pu-

Interlinear: a ¶ In collegio iustorum. b ¶ Contra ambitionem gloriæ humilitatem proponit. a ¶ A vestra elatione. b ¶ Innocentes & humiles per virtutes. ¶ Non sensibus, sed malicia. a ¶ Qui de se maiora non senserit, innocens erit. ¶ Talem per virtutem qualis iste per naturam. b ¶ Quia aliter non intratur. ¶ a Quem propono, vel qui me imitatus fuerit, qui me exinaniui formam serui accipiens. a ¶ Humilem meæ innocentiæ imitatorem. b ¶ Ne putent se honorari. a ¶ Magnus enim non potest moueri.

a *In regno cæl.* Vel regnum Dei, doctrina est euangelij, cui obedire simpliciter & sine vlla retractatione debemus, sicut puer non contradicit doctoribus.

(Mar 9. c.) b *Et aduocans.* Secundùm Marcum puerum Iesus complectitur, significans humiles dignos suo complexu & dilectione.

(† Mar 9. e. Luc 9. f. † puellum.) c *Paruulum, &c.* Paruulum ætate, vt similitudinẽ demonstraret. Vel se statuit in medio qui non venit ministrari, sed ministrare. Vel *Paruulum*, id est, spiritumsanctum posuit in cordibus eorum, vt humilitate superbiam vitarent. (Infr. 20. d.)

d *Quicumque ergo hum. &c.* Inuitat discipulos suos, & omnes alios dominus, vt quod puer habet per naturam, id est, innocentiam & humilitatem, hoc habeant discipuli & omnes alij per virtutem. († Mar. 9. f. Luc 17. a. De tenũ. c. nisi § pro graui.)

e *Sicut paruulus iste.* Innocens erit sicut iste paruulus, qui non perseuerat in ira: Iesus non meminit: visam mulierem non non cupit.

f *Qui autem scandali.* Etsi hoc generaliter dicitur contra omnes, tamen hic specialiter contra apostolos qui hic de dignitate videntur contendere & in hoc poterant alios perdere. Mola asinaria secundum ritum dicitur prouinciæ, vbi ista pœna est maiorum criminũ. *Expedit ei:* quia multo vtilius est innoxiũ grauissima pœna vitam finire, quam lędendo fratrem mereri mortem perpetuam. Vel per molam asinariam secularis vitæ circuitus, & labor exprimitur: per profundum maris, extrema damnatio. Quicumque ergo speciem sanctitatis habens verbo vel exemplo cæteros destruit, melius esset ei, vt eum sub exteriori habitu ad mortem terrena acta constringerent, quàm sacra officia cęteris in culpa imitabilem ostenderent: quia si solus caderet tolerabilior eum pœna cruciaret.

Aliter.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quis putas ma. est in re. cœl. *Non fecerunt tunc quæstionem quis esset maior inter eos de quo prius contenderant, sed quis esset maior in ecclesia militante per meritum, & quis in ecclesia triumphante per præmium. Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, ideo docens eos de humilitate posuit eis exemplum sensibile: & hoc est quòd dicitur.*

2 Et aduocans Iesus paruulum. *Ætate & malicia, scilicet beatum Marcialem qui postea à beato Petro missus in Gallian prædicauit Lemouicensibus fidem catholicam.*

3 Statuit eum in medio eorum. *Vt ab omnibus videretur & attentè consideraretur.*

4 Et dixit: Amen. *Id est fideliter.*

5 Dico vobis nisi conuersi fue. *Ab elatione scilicet superbia & ambitione maioritatis.*

6 Et efficiamini sicut paruuli. *Id est, humiles & simplices sine malicia peccati.*

7 Non intrabitis in regnum cœlorum. *Dæmones enim abiecti fuerunt per superbiam, & ideò oportet homines illuc venire per viam contrariam scilicet per humilitatem. Concludit ergo intentum, dicens.*

8 Quicumque ergo hu. se, &c. *Quasi dicat ille qui erit humilior erit maior hic per gratiam: quia humilitas est recta dispositio ad gratiam suscipiendam, secundum quòd dicit beatus Iacobus 4. b.* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, *& talis etiam erit maior in ecclesia triumphante. Aduertendum tamen, quod ex hoc non sequitur, quod humilitas sit maxima virtutum, quia virtutes Theologicæ sunt maiores quàm morales, videlicet fides, spes, & charitas. Humilitas autem est virtus moralis. Et iterum in virtutibus moralibus prudentia quæ dirigit alias virtutes morales, & ponit in eis medium, est maior alijs. Et iterum iusticia quæ importat rectum ordinem ad alterum est maior quàm humilitas, quæ facit hominem esse bene subditum huic ordini: Sed pro tanto dicitur, quòd maioritas in regno correspondet humilitati, sicut thesaurus cœlestis dispersioni thesauri terreni propter Deum, vt habetur inf. sequenti capitulo. Item quia sicut dictum est, humilitas est fundamentum aliarum virtutum: sicut ergo ex magnitudine fundamenti proiecti arguitur magnitudo ædificij superædificandi: sic in proposito ex magnitudine humilitatis, arguitur magnitudo fœlicitatis, licet humilitas non sit maior inter alias virtutes: quia illa quæ sunt priora generatione, non sunt maiora simpliciter. Item quia virtutes sunt connexæ, & maximè virtutes infusæ quę connexæ sunt in gratia & charitate, & ideo quantum crescit vna virtus in eodem homine, tantum crescit altera proportionabiliter: secundum illud quod est formale in virtute. Sicut digiti manus æqualiter crescunt, licet in se non sint ęquales. Ille autem qui habet maiorem humilitatem loquendo de vera humilitate, per consequens habet alias virtutes maiores & ideo ille qui est magis humilis est maior in merito & præmio: non propter humilitatem tantum, sed propter alias virtutes humilitati connexas, quę sunt etiam maiores ipsa humilitate.*

(Quæ virtus vocatur superior.)

9 Et qui susce. *Hic docet construere ędificium virtutum super humilitatis fundamentum. Istud autem ędificium consistit in communicatione ad proximum, & hoc contingit dupliciter, scilicet ratione corporis, & ratione animę. Primò ergo docet communicationem charitatiuam ad hominem ex parte corporis, vt ex notioribus procedat ad minus nota, bona autem corporis sunt nobis magis nota. Secundò docet communicationem ad proximum ex parte animę, ibi:* Qui autem scandalizauerit. *Dicit ergo primò:* Et qui susceperit vnum paruulum talem, *Humilem scilicet & fidelem.*

10 In nomine meo. *Hoc est propter Deum ipsum ad hospitium recipiendo, & necessaria corporis ministrando & per hoc intelliguntur omnia alia beneficia quæ impenduntur propter Deum ex parte corporis.*

11 Me susci. *Quia vbi vnum propter alterum vtrobique tantum vnum & ideo qui recipit proximum propter Christum, dicitur Christum recipere. Exemplum huius habemus in legenda beati Martini, vbi dicitur, quòd Christus se vestitum ostendit illa parte chlamydis, quam beatus Martinus dederat pauperi propter Christum.*

12 Quia aut. scand. *Hic docet communicationem charitatiuam ad proximum ex parte animę. Quæ consistit in duobus, primò ne proximo inferatur nocumentum: secundò vt ei præbeatur beneficium, ibi:* Venit enim filius hominis saluare. *Prima in duas, quia primò admonet ne proximum scandalizemus, secundò, ne eum contemnamus, ibi.* Videte ne contemnatis. *Prima in duas: quia primò docet vitare scandalum actiuum: secundò, passiuum, ibi:* Si autem manus tua. *Circa primum aduertendum, quod scandalum actiue dictum, est dictum vel factum minus rectum, præbens occasionem alteri ruinæ. Scandalizare igitur aliquem est facere eum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto suo malo: & hoc est propriè inferre ei nocumentum ex parte animę, quod est rectè contra charitatem*

MORALITER.

† 2 *Et aduocans Iesus paruulum, &c.* MORALITER paruulus in medio statuitur, cum verè humilis in statu ponitur dignitatis: quia tunc sicut lucerna super candelabrum ponitur alijs in exemplum, quia plus honoratus, plus reputat se indignum. Ideò subditur:

† *Nisi conuersi fue.* Scilicet à superbiæ fastu.

6 *Et efficiamini sicut par.* Imitantes eius humilitatem, & non aspirantes aspirantes ad dignitatem.

7 *Non intra in reg. cæ.* Nam angusta est porta, vt dicitur sup. 7. ca. propter quod grossi per superbiam transire non possunt per ipsam, sed humiles tantum. Ideo concluditur.

8 *Quicunque ergo, &c. Et qui susceperit vnum paruulum talem in nomine meo, me suscipit.* Nam ab eo verè suscipitur qui ei conformatur.

11 *Qui autem scandalizauerit, &c.* Sequitur.

† Expedit

A Aliter. Asinus ad molam gentilis cæcus ad lapidem quem adorat. Hic cum persecutionem Christiano intulerit, hac pœna plectitur, vt cum sui sacrilegij mola iudicandi sæculi fluctibus mergatur. Nota quòd inquantum potes, sine peccato vitare scandalum proximi, debes. Quia si de veritate est, pro scandalo veritas relinqui non debet. Quicumque speciem sanctitatis habens, verbo vel exeplo elationis vel alterius vicij, causa ruinæ infirmo fuerit, cui maximè nos oportet cōsulere expedit, &c.

B ✠ ORIGENES. Si hæc intelligeremus, quòd sic vindicat Deus eos qui scandalizati fuerint ab eis qui scandalizauerint, & quæ intelligere mus timeremus: nunquam peccaremus in fratres, nec percuteremus cōscientias eorum infirmas, pro quibus Christus mortuus est, propter quos quasi in Christum peccantes subimus pœnas, cum requisitæ fuerint animæ, quæ propter nos perierunt ex nobis.

† 18. q. 1. c. vxor. † Supr. 5. e. Mat. 9. f. Tractatu 5. in Matth.

C a *Expedit.* Quia multò melius est pro culpa breuem suscipere pœnam quàm æternis seruari cruciatibus. *Non enim iudicabit Deus bis in idipsum.*

Naum. 1. secundum aliam trāslationem. Hom. 60. in Matth.

b *Necesse est.* ✠ CHRYSOST. Cum dicit, necesse est, non destruit libertatem arbitrij, neque necessitati aliquarum rerum supponit, sed quod omninò futurum est, prædicit. Scandala quidem sunt prohibitiones rectæ viæ: non autem prædictio Christi scandala inducit neq; enim quia prædixit, propter hoc fit: sed omninò quia futurum erat, propter hoc prædixit. Sed dicet aliquis. Si omnes corrigantur, & nullus sit qui scandala afferat, nónne mendacij arguetur hic sermo? Nequaquam, quia enim inemendatos præuidit, futuros homines esse; propter hoc dixit, *necesse est vt veniant scandala.*

D

a pusillis his qui in me credunt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. b Væ mundo ab scandalis: Necesse est enim, vt veniant scandala: † Verumtamen væ homini per quem scandalum venit. d † Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum, & proijce abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi † debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. Bonum tibi est cum vno oculo in vi-

¶ Ergo. a ¶ Quæ non cauet. b ¶ Tamen. ¶ Vtile. c ¶ Vt qui probati sunt, meliores fiant. a ¶ Quantumcumque vtilis adiutor. b ¶ Discursor in tuos vsus. c ¶ Scandalizat qui dicto vel facto minus recto occasionem dat ruinę. ¶ Lędit te in causa animæ. d ¶ Rumpe affectum. a ¶ Deuita eius societatem quem castigare nequis. a ¶ Sine pernicioso adiutore vel discursore. b ¶ Cum his. a ¶ Prouisor in consiliis in errorem vult te inducere.

c *Væ homini.* Quia non iudicatur secundùm vtilitatem quæ inde prouenit, sed secundùm exitum quem intendit.

E d *Si autem manus tua.* Docuit supra ne scandalizemus credentes, nunc quantum cauere debemus eos qui scandalizare nos possunt: quia parum distat in vicio fallere vel falli, scandalizare vel scandalizari, si ex negligētia, si ex inuincibili ignorantia distat; quia tunc falli peccatū non imputatur.

† Mácum.

F Inemendabiles amici sunt à nobis alienandi, ne per immundiciam eorum, & ipsi polluti pereamus. Omnis affectus omnis propinquitas amputetur, ne per occasionem pietatis pateas scandalis.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vt autem discas quod non sunt absolutæ necessitatis scandala, audi quæ sequuntur: *Si autem manus tua vel pes tuus, etc.*

Hom. 60. in Matth.

e *Bonum tibi est, &c.* Melius est vitam solitariam ducere, quàm ob vitæ præsentis necessaria vitam æternam perdere.

✠ ORIGENES. Vel sacerdotes rationabiliter possunt dici oculus, quoniam speculatores habentur: diaconi autem cæterique, manus: quia per eos spiritualia opera geruntur: populus autem

Tractatu 5. in Matth.

NICOLAVS DE LIRA.

ritatem: *& ideo talis faciens alium sic ruere, si faciat hoc de intentione seu ex aduertentia semper peccat mortaliter, etiamsi factum vel dictum ex quo ruit alius, non esset de genere peccati mortalis. Sicut dicens mendacium iocosum mulieri intensione pertrahendi eam ad adulterium, est peccatum mortale ex intentione finis.*

Qui scandalizaue. vnum, &c. *Dicit autem pusillis, quia nullus scandalizatur passiuè, nisi inquātum pusillus, id est, parua virtutis: quia homo perfecta virtutis ex dicto vel facto malo alterius non ruit in peccatum. Sequitur:*

1 Expedit ei, vt suspenda, &c. *Loquitur euangelista ad modum terra Palæstinorum in qua condemnati ad mortem ligato saxo ad collum pręcipitabantur in mare. Sensus est ergo.* Expedit, &c. *Id est, melius esset homini mori corporaliter, quam ex malo exemplo suo facere alium ruere in peccatū mortale, quia ex hoc meretur mortem aternam, qua est grauior morte temporali; & ideo sequitur.*

2 Væ mundo ab scandalis. *Id est, mundanis hominibus, qui non curant scandalizare proximos.*

3 Necesse est enim, vt veniant scandala. *Non est necessitas absoluta, sed tantū ex suppositione. Si enim homines velint viuere mundanè, id est, omnibus voluntatem suam adimplere, necessario sequitur ad hoc scandalum aliorum, quia non formidant proximos scandalizare.*

4 Verumtamen væ homini illi. *Id est, comminatio pœna eternę sibi infligenda.*

5 Per quem scandalum ve. *Actiuè scilicet proximum scandalizādo.*

6 Si autem manus tua, &c. *Et quia scandalizare actiuè semper est peccatū, quia est ruina ex dicto alterius minus recto: ideo admonet pusillos, vt excludant à se occasionem ruinę d.* Si autem manus tua, &c. *Id est, ibi est occasio ruinę in peccatum per tactum inhonestū vel per gressum dissolutū.*

7 Abscinde eum. *Non quia aliquod membrum corporis sit amputandum ad vitandum peccatum. Membra enim corporis sunt à Deo data: & ideo non est in potestate alicuius personę abscindere sibi membrum: sicut nec se occidere: sed semper hoc est illicitum persona singulari nisi in casu, quando scilicet vnum membrum propter sui corruptionem est in periculum totius corporis: quia vnicuique committitur cura sanitatis sui corporis, ideo tunc licitum est sibi per se, vel per alium vnum membrum abscindere ne pereat totum corpus. Et eodem modo licitum est ei qui tenet locum iusticia publica interficere hominem vel mutilare propter conseruationem iusticię. Sed propter peccatum euitandum non est alicui licitum abscindere sibi aliquod membrum. Tum quia per hoc non excluditur concupiscentia interior in qua viget peccatum. Tum quia per aliam viam potest melius obuiare peccato, per rationem scilicet & liberum arbitrium, cohibendo membrum à peccati exercitio. Et sic dicitur manus abscindi inquantum prohibetur ab illicito actu, quia manus abscissa non potest aliquid agere. Et eodem modo exponendum est de aliis membris. Aliter tamen potest exponi, vt per manum intelligatur auxiliator in negociis suis, quia manus est organum organorum. Per pedem intelligatur cursor qui currit ad negocia peragenda. Per oculum, consiliarius qui dirigit in agendis. Amicitia autem istorum quantumcunque sit vtilis in temporalibus, est tamen prescindenda à se, & remouenda: si sit occasio ruina in spiritualibus: propter hoc quod sequitur.*

8 Bonum est tibi. *Id est, melius.*

9 Ad vitam ingredi debilem vel claudum. *Sicut enim sequenti capitulo dicit saluator, quod vno modo dicitur castratus propter regnum cœlorum qui continet membra genitalia ab illicito actu, sic dicitur hic claudus qui continet pedem ab inordinato gressu, & debilis qui continet manum ab illicito tactu. Et sicut testimonio Saluatoris illa castratio, qua est per membrorum genitalium continentiam, est meritoria & laudabilis: non autem illa qua per membrorum amputationem. Sic in proposito claudicatio vel debilitas seu cęcitas qua est per cohibitionem manus ab illicito*

MORALITER.

† 1 *Expedit vt suspendatur mola asinaria in collo eius, &c.* Eligibilius enim est corporaliter affligi quàm æternaliter cruciari.

6 *Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te, &c.* Per manum quæ est organum organorum, intelligi potest opus bonum de genere, quod tamen non est necessarium ad salutem, & si tale bonum fit occasio ruinæ, vtpote superbiæ, vel alterius mali debet dimitti. Per pedem verò potest intelligi gressus honestus non tamen ad salutem necessarius, & si sit occasio mali debet dimitti.

† *Et si oculus tuus scandalizat, &c.* Per oculum potest intelligi scientia sæcularis, quæ licet sit bona, tamen si sit occasio mali debet dimitti, sicut dicit beatus Gegor. de sancto Benedicto, qui liberiori genere ex prouincia Murciæ ortus, Romæ liberalibus literarum studiis traditus fuit: sed cum in eis multos ire per abrupta viciorum cerneret, eum quem quasi in ingressu mundi posuerat pedem retraxit. Et subditur ibidem. Recessit ergo scienter nescius, & sapienter indoctus.

A autem sunt pedes ecclesiæ, quibus omnibus parcere non oportet, si scandalum ecclesiæ facti fuerint.

a *Videte ne contemnatis.* Sic præcipio vobis seueritatem dimittendi omnes amicitias, vt admisceam clementiam, vt quæratis eorum salutem. Sed si persistant in malum, melius est solum saluari, quàm damnari cũ pluribus. Quamuis pro scandalis omnis rumpendus est affectus: quærite tamen salutem infirmorum quantum potestis.

† Luc. 19. b Tractat. 5. in Matth.

✠ ORIGENES. Pusilli sunt, qui nuper in Christo sunt nati, aut tales qui permanẽt sine profectu, quasi nuper nati.

B Non autem habuit necesse mãdare Christus de perfectioribus fidelibus non cõtemnendis, sed de pusillis.

b *Quia angeli eo.* Cur non sunt contemnendi? quia pro eis quotidie mittũtur angeli. HIERON. Magna dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam sui angelum delegatum.

Vbi supra.

✠ ORIGENES. Quidam volunt ex eo dari hominibus angelum adiutorem, ex quo per lauacrum regenerationis nati sunt

C infantes in Christo, dicentes non esse credibile incredulis & errantibus præesse angelum sanctum, sed tempore infidelitatis & peccatorum est homo sub angelis Satanæ. Alij autem volunt mox cum quis fuerit natus, eorum qui præcogniti sunt à Deo, accipere sibi præpositum angelum.

Hom. 8. in Genesim.

✠ IDEM. Angeli velut procurationem animarum nostrarum tenent, quibus dum adhuc paruuli sumus velut tutoribus & actoribus committimur vsque ad præfinitum tempus à patre.

Hom. 60. in Matth.

✠ CHRYSOT. Cum dicat vident faciem patris mei, nihil aliud ostendit quam magis liberam præsentiam & maiorem eorum apud Deum.

c *Semper vident, &c.* Visione Dei manifesta perfruuntur, ideo non est spernendum ab homine, quod apud Deum tantæ curæ est, ergo vos nolite spernere, quantùm in vobis est.

Etsi enim missi veniant, sic exterius implent ministerium vt nunquam intus desint per contemplationem. Mittuntur ad hominum salutem, & tamen semper vident faciem patris: quia quolibet missi veniant, intra ipsum currunt qui vbique est.

D Angeli mittuntur ad hominum salutem. Vbi supra.

d *Venit enim.* ✠ CHRYSOT. Rursus aliam rationem ponit quare pusilli, non sunt contemnendi propter maiorem.

a tam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis. Dico ¶ Deputat eis custodiam. b enim vobis, quia angeli eorum in cœlis semper vident fa- c a ¶ Non debetis curam hominum paruipendere pro quibus ego veni. d ciem patris mei, qui in cœlis est. † Venit enim filius hominis a ¶ Ad clementiam prouocat qui præmisit: Videte ne contemnatis. b ¶ Aliud de eadem re subdit exemplum. e saluare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui a ¶ Quia rationalis creaturæ numerus pereunte homine fuit imminutus. ¶ Alias relinquit. f centum oues, & errauerit vna ex eis, nonne relinquet nonagin- a ¶ In cœlo ab homine derelicto. ¶ Alius euangelista dicit, in montibus, id est, excelsis. b ¶ In terram. c ¶ Hominem vt summa reintegretur. ta nouem in deserto, & vadet quærere eam quæ † errauit? Et si contigerit, vt inueniat eam; amen dico vobis, † quia a ¶ Quia maior gloria reformantis est perdita restaurare, quàm ea quæ sunt immota retinere. g gaudebit super eam magis quàm super nonaginta nouem a ¶ Docet parabolam ideo propositam, vt pusilli non contemnantur. ¶ Sicut non est voluntas pastoris, vt vna de ouibus pereat. quæ non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem a ¶ Sed omni beneuolentia ab his quos offendunt, corrigantur. ¶ Si perit, non voluntate eius perit. vestrum qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis.

1 † 2 3 4 5

e *Si fuerint alicui centum, &c.* Dominus centum oues habuit, dum rationalis naturæ numerus angelorum & hominũ integer, id est, in sua perfectione mansit, sed vna errauit, cum homo peccauit.

Luc. 15. a

E Ouis perdita omnes peccatores qui per pœnitentiam recõciliantur Deo: nonaginta nouem sunt superbi, quos relinquit in montibus qui tumorem vel sollicitudinẽ gerunt in animo, qui solos se videri volunt, qui de se præsumentes pœnitentibus præponunt se: quib. ad perfectionem vnitas deest.

† Errabat. † 30. dist. quia sanctitas tua.

f *Nonne relinquet, &c.* GREGOR. Quia *seipsum exinaniuit formam serui accipiens*, angelica natura persistente in summa beatitudine. Alij in nonaginta nouem iustorum numerum putant intelligi, in vno peccatorum, vnde alibi: *Non veni vocare iustos, sed peccatores.* In Luca scriptum est, *Maius gaudium est super vno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis qui non egerunt pœnitentiam.* Quia vt quotidie experimur, qui illicita non commiserũt, in rebus licitis sæpe sibi præbent vsum, ad cœlestia anxiè non anhelant. Et quia securi sunt, ad bona agenda pigri remanent. Econtra autem plærũmq; peccator facit. Maius ergo gaudium de eo, quam de stante iusto, vt dux in prælio. Plus enim militem illum diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quàm eum qui nunquam fugit, nec vnquam fortiter egit. Sed & sunt quidã iusti, de quibus est tantum gaudiũ, vt eis nullus pœnitẽs præponi possit: qui etsi non sint malorum conscij sibi: tamen licita respuunt, in omnibus se humiliant. Quantum ergo gaudium est, si humiliter plangat iustus, cum tantum sit si quod male gessit damnat iniustus.

Hom. 34. in euang. Phil. 2. a. F Mat. 2. c. Luc. 5. f.

g *Gaudebit, &c.* Magis dominus gaudet de nostra reparatione (quia

NICOLAVS DE LIRA.

illicito tactu, & oculi ab illicito visu, & pedis ab illicito gressu, est meritoria & laudabilis, non autem illa quæ esset per membrorũ priuationem. Cætera patent.

1 Videte ne contemnatis, &c. *Hic consequenter prohibet ne proximum contemnamus. Cuius rationem assignat: quia quantumcunque homo sit paruus in hoc mundo, tamen habet angelum assignatum à Deo ad sui custodiam: & ideo si homines tantum à Deo honorantur, quod ad eius imaginem sunt facti, multò fortiùs à nobis sunt honorandi, et hoc est quod dicit:* Videte ne contemnatis. *Sequitur:*

2 Quia angeli eorum. *Id est, assignati eis,*

3 In cœlis semper vident faciem patris. *Quia quantumcunque mittantur ad temporalium rerum administrationem, tamen semper Deo inhærent per apertam visionem.*

4 Qui in cœl. est. *Licet enim Deus sit vbique per essentiam, præsentiam & potentiam; tamen specialiter dicitur esse in cœlis, vbi adest beatis per apertam visionem.*

5 Venit enim filius ho. *Ostenso quòd non est proximo inferendum nocumentum ex parte animæ, hoc ostendit, quòd ei est beneficium impendendum: & primo in affectu, secundò in effectu ibi:* Si autem peccauerit. *Primum ostenditur exemplo saluatoris qui ad salutem hominum descendit de cœlis dicens:* Venit enim filius hominis saluare quod perierat. *Et inducit ad hoc exemplum de illo qui habet centum oues: vna enim errante dimittit nonaginta nouem, & vadit ad quærendum illam, quæ errauerat: & cum inuenit eam gaudet speciali gaudio de inuentione eius. Non quia magis diligat illam solam quàm nonaginta nouem, sed quia sicut dictum est, habet specialem rationem gaudendi de inuentione eius quam non habebat in aliis. Sic Deus de reuersione peccantium ad salutem habet specialem rationem gaudij quam non habet de permanentibus in iustitia. Cæteris tamen paribus, permanentes in iusticia sunt magis dilecti Deo. Hoc autem inducit saluator ad considerandum, quòd similiter debemus gaudere in affectu de salute proximorum. Considerandum etiam, quòd alia ratione aliquando Deus magis diligit peccatores reuertentes quàm remanentes in iusticia: non quia peccauerunt, sed quia ex peccato commisso humiliores efficiuntur, & sanctiores, & in bono feruentiores. Vnde dicit beatus Gregor. in moralibus, quòd princeps militiæ plus eum militem diligit qui post fugam fortiter hostem premit, quàm qui nunquam fugit, nec vnquam aliquid fortiter egit: Et eodem modo est de peccatore post pœnitentiam viriliter agente: & de iusto tepido in sua iusticia permanente.*

Diuisio.

Si autem

MORALITER.

† 1 *Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis.* Graue ergo est contemnere quem Deus honorat angelo custode, & propter cuius salutem Dei filius voluit in mundum venire: Et hæ rationes tanguntur, cum dicitur:

† *Dico enim vobis, &c. Si autem pecca. in te frater tuus.* Id est, te sciente: vnde Aug. Quid est in te peccauit: nisi tu scis, quia peccauit.

† Vade

(quia magis nos gaudere facit) quàm de angelorum immutabilitate. Maior enim Dei virtus & humilitas in nostra reparatione cognoscitur quàm in nostra creatione.

a *Si autem peccauerit in te, &c.* Si enim in Deum, non est nostri arbitrij.

Hoc ordine scandala vitare debemus ne quem lædamus: & peccantem zelo iustitiæ corripiamus, & pœnitenti misericordiæ viscera pandamus.

✻ CHRYSOST. Ne hi quibus scadala inferũtur, ita resupini fiant, vt totum contemnentes in aliud vicium incidant, sed scãdalizantes per omnia sibi parci volentes, in elationem incidãt: hic dominus eos comprimit, & redargutionem fieri iubet.

b *Corripe eum, &c.* Non passim iubet peccanti dimittere, sed pœnitenti. Ita peccat qui videns fratrem peccare tacet: sicut qui pœnitenti non indulget. Nam quod dixit: si pœnitet dimitte, præmisit, si peccauerit increpa. Nec difficilis sit venia nec remissa indulgentia.

✻ CHRYSOSTOMVS. Ideo autem præcepit arguere ei qui passus est iniuriam, & non alij; quia ille qui fecit iniuriam, ab eo mansuetius sustinet, & maximè cum solus eum corripiat. Cum enim qui vindictam expetere debebat, hic salutis videtur diligentiam habere, maximè hoc eum potest propicium facere.

✻ AVGVSTINVS. Si tu solus nosti, tunc verè in te solum peccauit. Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos suæ iniquitatis testes fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: ipsa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius.

c *Adhibe tecum.* ✻ CHRYSOST. Quasi dicat, habes iam testimoniũ, quod totũ fecisti quod tuum erat. Etenim medicus cum viderit morbum nõ remitti non desistit, sed tũc magis præparatur ad curandum.

d *Dic ec.* Vt detestationi eum habeat. Et qui non potuit pudore saluari, saluetur opprobriis, & vt rubore sequestrationis emendetur, fit tibi sicut Ethnicus & publicanus. Sed ne quis superbus talem contemneret sequestrationem subdit. *Amen dico vo.* Potestatem tribuit apostolis, vt sciant qui à talibus damnantur humanam sententiam diuina sententia corroborari.

e *Sicut Ethnicus.* Detestabilior est qui sub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm apertè Gentilis. Nec ideo salus eius negligenda est, nam & Ethnicos, id est, Gentiles & publicanos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorum salutem semper inquirimus.

Typicè, Publicani sunt qui lucra sæculi sectantur & exigunt vectigalia negotiationis per fraudes, per furta & per periuria.

f *Amen dico, &c.* Adeo vestra sententia confirmatur diuina vel ad recipiendum pœnitentem, vel ad abiiciendum contumacem.

☞ ORIG.

[Margin: †Luc. 17. a 45. di. c. sed illud 2. q. 1. c si peccauerit. — Hom. 61. in Matth. — †Deu 19. b 2. Cor. 13. a — †Io. 20. e — Hom. 61. in Matth. — Sermon. 16 de verbis Domini. — vbi supra. — †consistat †De iureiu. c. queadmodum. — †24. q. 2. c. omnibus & 26. q. 7. c. ergo 35. q. 8. c. si.]

---

a ¶ Iniuria vel contumelia affecerit.

1 †Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum

a ¶ Ne publicè correptus verecundiam perdat, qua perdita, in peccato permaneat. b ¶ Per alterius salutem salus tibi acquiritur.

2 inter te & ipsum solum. **3** Si te audierit, lucratus eris fratrem

a ¶ Studio corrigendi vel conuincendi sub testibus.

tuum. **4** Si autem te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos, † vt in ore duorum vel trium testium † stet omne verbum. †

a ¶ Adhuc incorrigibilis extiterit. b ¶ Vt obiurgatio plurimorum eum corrigat. ¶ Hic authoritas de manifesta vocatione.

5 Quòd si non audierit eos, **6** dic ecclesiæ. † Si autem eccle-

a ¶ Gentilis. b ¶ Exactor publicorum vectigalium.

siam non audierit, **7** sit tibi sicut ethnicus & publicanus.

a ¶ Vinculo anathematis.

8 † **9** Amen **10** dico vobis, quæcumque alligaueritis super

a ¶ Diuino iudicio.

terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si autem peccauerit, &c. *Hic consequenter ostendit, quòd debemus esse benefici proximo ex parte animæ in effectu. Et hoc dupliciter. Primò, defectum eorum charitatiuè corrigendo & secundo, offensam misericorditer remittendo, ibi:* Iterum dico vobis. *Ad euidentiam primi aduertendum, quod duplex est correptio. Vna quę est ad peccantis punitionem, propter conseruationem iustitiæ: & ista non ordinatur semper ad correctionem delinquentis, quia aliquando sibi infligitur pœna mortis: & ideo principaliter est ad conseruationem iusticię & terrorem aliorum, & talis correptio non pertinet ad singulares personas: sed ad iudicem ad quem pertinet conseruare iustitiam inter homines, & propter hoc talis correptio est actus iustitię. Alia est correptio quæ ordinatur ad fratris peccantis emendationem: & hæc est actus charitatis, & pertinet ad omnes: quia sicut dicitur in Ecclesiastico:* Vnicuique mandauit Deus de proximo. *Et ideo sicut quilibet tenetur proximum ex charitate diligere, ita tenetur defectus eius charitatiuè ad emendationem eius corrigere; si tamen probabiliter credat quod ex sua correptione debeat se emendare. Et de tali correptione loquitur hic Saluator non de prima, quæ est actus iusticiæ. Tãgit autem debitum modum huius correptionis, dicens:* Si autem peccauerit, &c. *Et intelligitur istud in te dupliciter, vel quia te solum læsit vel te solo sciente peccauit. Si enim alios lęderet, vel coram alijs peccaret, tunc non haberet locum illud quod subditur:*

2 Vade & corripe eum, &c. *Quia peccata publica sunt in publico arguenda, secundum quod dicitur* 1. *ad Timoth.* 5. *d.* Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant, *sed quando sunt secreta, tunc habet locum correptio fraterna: quæ est actus charitatis, quæ debet fieri primò in secreto. Cuius ratio est. Sicut enim medicus corporalis si debito modo procedat, nititur inducere sanitatem cum minori dispẽdio corporis, vt sine membri abscisione: & si non possit, tunc abscindit membrum minus nobile, vt conseruetur magis nobile vel totum corpus. Sic ille qui fratrẽ peccãtem occultè corripit, charitatiuè debet tentare, si possit fratrem emendare absq; detrimento suæ famæ: quia fama cõputatur inter maiora bona hominis citra virtutes, & ideò corrigens fratrem debet quantum potest conseruare eius famam. Alia causa est, quia amissa fama vel læsa, efficitur homo inuerecundus: & per consequens minus à peccato retrahitur quam prius. Est ergo debitus processus in correptione charitatiua, vt homo corripiat fratrem suum inter se & ipsum solum, vt sic possit eum saluare. cum omnimoda integritate suę famę. Et hoc est quod sequitur:*

[Margin: Fraternæ correptionis moderamen.]

3 Si te audi. lucratus eris, &c. *Eum scilicet cum integritate famæ ad salutem reducendo.*

4 Si autem te non. *Quia enim fama est minus bonum, quam sit bona vita: si non possit seruari bona vita fratris sine detrimento suę famæ, tunc procedendum est ad salutem bonæ vitæ cum aliquali læsione suę famæ: & ideo adducendus est vnus alius vel duo ad sciendum scilicet fratris delictum, & vt coram eis arguatur, & si se non correxerit, tunc simpliciter contemnenda est eius fama, vt conseruetur bona vita; vel saltem ordo iusticiæ ad terrorem aliorum, & hoc est quod sequitur:*

5 Quod si non audierit eos. *Se corrigendo,*

6 Dic ecclesiæ. *Id est, prælato per denunciationem publicam: & tunc sunt testes inducendi ad facti probationem, qui prius fuerant inducti ad fratris secretam correptionem.*

7 Si autem ec. non aud. *Preceptum prelati contemnendo,*

8 Sit tibi si. Ethnic. &c. *Id est, separetur ab aliis fidelibus per excommunicationem & censuram ecclesiasticam. Et quod talia possint prælati ecclesiæ inferre, subditur.*

9 Amen. *Id est, fideliter.*

10 Dico vo. *Quia Deus talem punitionem approbat, si iudicium ecclesiæ non errat. Considerandum tamen circa prædicta, quod si peccatum occultum fratris fuerit in prçiudicium communitatis: vt si aliquis tractaret secretè cum aliquibus ciuibus qualiter ciuitas esset hostibus tradenda, vel si aliquis hæreticus in secreto corrumperet fideles, tunc secreta correptio vel admonitio non esset expectanda, sed statim esset prælato denunciandum, qui posset tali periculo prçcauere. Et idem iudicium de consimilibus casibus est habendum.*

1 Iterum

MORALITER.

† 1 *Vade & corripe eum inter te & ipsum solum.* HIERON. Corripiendus enim est seorsum frater, ne si semel verecundiam amiserit, permaneat in peccato.

3 *Si te au. lu.* Per salutẽ enim alterius nobis quoq; acquiritur salus.

4 *Si autem.* Glossa, vt si dixerit non esse peccatum, probent illud esse peccatum.

5 *Quod si non aud.* CHRYS. Id est, his qui ecclesiæ præsident.

7 *Si autem ec.* AVG. Id est. Gentilis & paganus in numero fratrum non computandus.

9 *Amen dico vobis, &c.* AVG. De verbis domini in monte: Cœpisti habere fratrem tuum tanquam Ethnicum & publicanum, liga illum in terra: sed vt iustè liges eum vide: nam in iusta vincula dirumpit iusticia.

A ✠ ORIGENES. Non dixit. *In cœlis*, sicut Petro, sed in cœlo vno, quia non sunt tantæ perfectionis sicut Petrus.

tractatu. 6. in Matth. vbi supra. ✠ CHRYSOSTOMVS. Et notandum quod non dixit primati ecclesiæ, liga talem: sed si ligaueris, indissolubilia erunt ligamina, quasi hoc eius iudicio relinquens. Vide autem qualiter incorrigibilem duplicib. colligauit necessitatib. scilicet & pœna quæ est hic, scilicet proiectione ab ecclesia quam supra posuit, dicens, *Sit tibi sicut Ethnicus, etc.* Et supplicio futuro, quod est ligatum esse in B cœlo, vt multitudine iudiciorum dissoluat fratris iram.

† De pedi. 3. c. septies a *Si duo.* Typicè. Vbi spiritus anima & corpus consenserint, vt non sit inter eos bellum, carne cupiente contra spiritum & spiritu cõtra carnem, quidquid petunt fiet. Quia si corpus vult, quæ spiritus vult, tantum bonarum rerum est petitio.

Hierony. C b *Ibi sum in me.* Omnis sermo s. ad concordiam prouocat & pacem quam adeò commendat, vt dicat Deum in medio esse eorum, quia pax & charitas sedem sibi in pacificis cõstituit, & vnitatis merito omnia petenda impetranda esse confirmat.

vbi supra. ✠ ORIGENES. Et ista est etiam causa propter quam non exaudimur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram neque dogmate neque conuersatione. Sicut enim in musicis nisi sit conuenientia vocum, non delectat audientem, sic in ecclesia, nisi consensum habuerit non delectatur Deus in ea, nec audit voces eorum.

c *Tunc accedens.* Dixerat *videte ne cont. vnum de pu.* adiecerat: *si peccat, corripe*, & præmium promiserat: *Si duo ex vobis*; Prouocatus ergo Petrus quærit quoties dimittat.

d *Septuagies sep.* HIERON. Id est. 409. vicibus id est toties in die quoties ille peccare potest.

super terram, erunt soluta & in cœlo. † Iterum dico vobis, [1] a quia si duo ex vobis consenserint super terram de omni [2]

a ¶ Quæsita pro salute corrigendorum. b ¶ In sanctis. ¶ In omnibus quæ iudicando aguntur in terra ad salutem hominum, adsum cooperator.

rê quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cælis [3]

a ¶ Monuit ad concordiam: nunc præmium pollicetur quod est in medio eorum.

est. Vbi enim sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo [4] b ibi sum in medio eorum. [5] c Tunc accedens Petrus ad eum, [6] dixit: Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimit- †

a ¶ Pœnitenti quidem.

tâm ei? † Vsque septies? Dixit illi Iesus: Non dico tibi, vsque [7] d septies, sed vsque septuagies septies. † e Ideo assimilatum est [8]

a ¶ Vita iustorum. b ¶ Huic toti negotio. ¶ Typicè Christo qui merita cuiusque examinat.

rêgnum cœlorum hômini regi, qui voluit rationem po- [9] nere cum seruis suis. [10] Et cùm cœpisset rationem ponere,

a ¶ Populus Iudaicus, qui decalogo constrictus multarum transgressionum reus erat.

oblatus est ei vnûs qui debebat ei decem milia talenta [11] †

D AVGVSTINVS. Typi. 11. Per se transgressionem signat, quia iam est extra decalogum. Cùm verò multiplicatur per. 7. iam omnis intelligitur transgressio, propter septem vicia.

Nota. Aliter datur venia petenti fratri, vt nobis scilicet socia charitate cõmunicet: sicut Ioseph fratribus; Aliter inimico persequenti, vt bonum ei velimus: & si licet faciamus, vt Dauid lugens Saul. 1. q. 1. c. cũ † 20. dist. c. de quibus. scriptura. 24. q. 1. c. audiuimus & c. alien.

tractatu 6. in Matth. ✠ ORIGENES. Vel quia numerus sex, videtur esse operis & laboris, septimus autem repensationis, dicit remissionem fieri oportere fratribus in hoc E mundo degẽtibus secũdùm res huius mũdi peccantibus. Si autem aliquis vltra eã peccauerit, iam non habebit remissionem.

e *Ideo assimilatum.* Vt sciatis dimittendũ esse conseruis, ostendam per similitudinem, quia si ille rex & dominus F dimisit seruo, multò magis homo conseruis suis.

✠ HIERONYMVS. Mos erat Syriorum per parabolas loqui.

Hom. 61. in Matth. ✠ CHRYSOSTOM. Ne aliquis existimaret magnum quid & graue dominum iniunxisse, cum dicit dimittendum esse vsque septuagies septies adiicit parabolam.

tractatu. 7. ✠ ORIG. Filius Dei est regnum, non alicuius eorum quæ sunt deorsum, sed omnium quæ sunt sursum. Hoc ergo regnum cœlorum, id est, filius Dei, quando factus est in similitudinem carnis peccati, tunc similis factus est homini regi vniens hominem sibi. Serui autem hi soli sunt quantum ad istas parabolas, qui dispensatores verbi habentur, & quibus hoc est commissum, vt negotientur & fœnerent. Omnis autem vitæ nostræ ratio ponenda est à rege, quando omnes nos præsentari oportuerit ante tribunal Christi.

Et vxorem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iterum di. vo. *Hic consequenter ostenditur, quod non solùm debemus fratrem corripere, sed etiam offensam nobis illatam remittere. Et diuiditur in duas partes: quia primò facit quod dictum est, secundò ostendit quoties sit offensa fratris remittenda, ibi:* Tunc ac. ad. &c. *Dicit igitur primò:*

2 Si duo, &c. *Scilicet offensam sibi inuicem remittendo.*

3 De omni re. &c. *Quia oratio non est accepta coram Deo, si teneat odium contra fratrem in animo: propter quod subditur.*

4 Vbi enim sunt. *Id est charitate vniti.*

5 In me. &c. *Acquiescendo bonæ voluntati & petitioni eorundem, dum tamen illa oratio habeat conditiones conuenientes, quæ ad hoc requiruntur scilicet, quod aliquis oret pro se piè & perseueranter. His enim concurrentibus semper oratio exauditur: et si aliquando differtur, tamen tempore competenti impletur, sicut supra habitum est c. 7. Aduertendum tamen, quod licet offensa sit semper remittenda, non tamen iniuria. Si enim ex remissione iniuriæ & pœnæ debitæ sequeretur pronitas in eo cui remittitur ad facilius peccandum, non esset bonum ei remittere. similiter si ex tali remissione esset scandalum aliorum & omissio iusticiæ et in consimilibus casibus.*

6 Tunc ac. *Hic ostenditur quoties sit fratri remittendum & primò ostenditur propositum, secundò confirmat per exemplum, ibi:* Ideo as. est. *Circa primum aduertendum, quod sicut frequenter dictum est Petrus tanquam principalis aliquando loquebatur pro se & pro aliis: & ideò audito à Saluatore quod offensa fratris peccantis esset remittenda, interrogauit quoties esset remittenda fratri, & hoc petijt si sufficeret ad salutem dimittere septies.*

7 Dixit il. Ies. Non di. *Et ponitur ibi numerus determinatus pro indeterminato, ac si di. toties, vt dicit Augu.*

8 Ideo as. est. *Hic probat hoc per exemplum, quia magis sumus debitores Dei et plus offendimus eum quam homo possit offendere proximum, quia tanta est offensa quantus ille qui offenditur. Deus autem est infinitus, & ideo offensa in ipsum commissa quandam infinitatem habet: & tamen quotiescunque offendimus Deum, ipse toties paratus est remittere, dum tamen velimus veraciter pœnitere: ergo multo fortius similiter debemus peccanti in nos facere: & hoc est quod dicit:* Ideo as. est. *Id est, status ecclesiæ militantis.*

9 Homini regi. *Id est Christo, qui est verus homo & verus Deus, rex regum & dominus dominantium.*

10 Qui voluit, &c. *Id est rationem exigere de factis humanis.*

11 Oblatus est ei vnus, qui debe. ei decem mi. talenta. *Id est, obligatus ad magnam pœnam propter multa peccata.*

Cum

MORALITER.

† 1 *Iterum dico vobis quod si duo.* Subintelligendum est si petierint piè, perseueranter, & pro se.

† *Domine quoties.* Subditur.

† *Vsque sep. sep.* Id est quadringentis nonaginta vicibus, vel vt dicit Aug. omnino quotiescunque peccauerit, ignoscas.

8 *Ideo assimilatum est regnum cœlorum.* Id est Christo qui est rex regum.

10 *Qui voluit rationem ponere cum seruis suis.* Huius enim regis serui sunt omnes homines, & cum eis rationem ponit: nam omnium actus diligenter discutit.

11 *Oblatus est ei vnus.* Id est quilibet peccator, quia præsentialiter sibi assistit.

† *Qui debe. ei de. mi.* Id est, debitum valde magnum, quia tanta est offensa, quantus ille est qui offenditur.

† Cum

a *Et vxorem.* Eum non solum populum, sed etiam prælatos & subditos simul cum tota familia vel substantia eorum pro magnitudine delictorum tradidit exteris nationibus: vt quod noluerunt voto, soluant tormento.

Iussit pro cupiditate & operibus quasi vxore & filiis pœnas soluere,

b *Misertus au.* Misericors dominus nō solum captiuitatem Iudaicā absoluit, sed etiam peccatorum omnium veniam in aduentu Christi se dare promisit, si persisterent in incepto.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide autem diuini amoris superabundantiam. Petit seruus solius temporis dilationē, ipse autem maius dedit, & dimissionē & cōcessionē totius mutui. Volebat autem à principio dare sed nolebat solùm suum esse donum, sed & supplicationis illius, vt non incoronatus abscedat. Ideo autem antequam rationem poneret, debitum non dimisit, quia docere voluit à quantis debitis eum liberat, vt saltem ita ad conseruos māsuetior fieret.

(margin: † solutionem fieri; † domine; hom. 61. in Matth.; † ad pedes eius obsecrabat)

a ¶ Viribus suis hoc explere non posset. b ¶ Permisit iusto iudicio, malignorum spirituum seruum fieri.

Cùm autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus venundari, & vxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & † reddi. Procidens autem seruus ille rogabat eum dicens*: Patientiam habe in me & omnia rêddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & † debitum dimisit ei. Egrêssus autem seruus ille inuenit vnum de conseruis suis, qui dêbebat ei centum dênarios, & tenens suffocâbat eum dicens: Redde quod debes. Et procidens conseruus eius * rogabat eum, dicens: Patiêntiam habe in me, & omnia rêddam tibi. Ille autem nôluit, sed âbiit & misit eum in cârcerem, donec rêdderet debitum. Videntes autem cônserui eius quæ fiebant, côntristati sunt valde, & venêrunt & nârrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit eum dominus suus, & ait illi. † Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nónne ergo oportuit & te miserêri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum?

(interlinear: ¶ Cum sponte nollet malus, coactus populus ille pœnitet. ¶ Parce peccatis. a ¶ Credendo in te qui es finis legis. a ¶ In libertatem fidei vel de captiuitate liberatus. a ¶ Id est recognoscebat ab eo salutem præstitam sibi. a ¶ Non sinebat eum reddere rationem. b ¶ Obserua carnales obseruantias. a ¶ Parce peccatis. a ¶ Quidquid lex præcepit spiritualiter implendo. b ¶ Spiritualia. c ¶ A spirituali intellectu recessit. a ¶ Arctam tribulationem. b ¶ Hoc intendens, vt legem carnaliter impleret quod videbatur debere. a ¶ Angeli qui referunt Deo gesta hominum, vel prædicatores euangelij. b ¶ Propter afflictionem Christiani populi. a ¶ Pro salute credentium contra dolum persecutorum dominum implorant. Omnes præuaricationes. a ¶ Dignas misericordia gentes reputare quoniam omnes peccauerunt & egent gratia Dei.)

c *Dimisit ei.* Id est pondere carnalium obseruationum absoluit, & debitum dimisit, Id est, priores transgressiones.

d *Inuenit vnum.* Gentilem populum, quasi sibi debitorem fatigabat: gratiam Christi non esse eis ad salutem dicens, carnales obseruantias ab eis non modo persuasionibus, sed etiam tormentis expectabat.

e *Centum denarios.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Tanta est differentia peccatorum quæ committuntur in hominem & quæ committuntur in Deum, quanta est differentia decem milium talentorum, & centum denariorum, magis autem & multò plus patet ex differentia personarum & à paucitate peccantium. Homine enim vidente & desistimus, & pigritamus peccare, deo autem vidente, non obsistimus, sed agimus informidabiliter omnia & loquimur. (Vbi supra.)

f *Et deprocidēs.* ✠ ORIGENES. Cōsidera subtilitatē scripturę, quoniā seruus multorum debitor talētorum procidens adorauit regem: qui autem cētum debebat denarios procidens non adorabat, sed rogabat cōseruū dicēs: *Patientiā habe.* († mutuum)

✠ CHRYSOSTOMVS. Vide domini charitatem, & serui crudelitatem, pro decem milibus talentis, hic autē pro centum denariis: hic conseruum, ille autē dominum rogabat: & hic quidem totalem absolutionem accepit, ille autem solam dilationē petebat nec hoc dedit. (vbi supra.)

g *Conserui eius &c.* ✠ AVGVSTINVS. Per cōseruos intelligitur ecclesia, quæ illum soluit & ligat. († De cōse. dis. 4. c. quo in fi.)

✠ REMIGIVS. Vel conserui fortè angeli sunt intelligendi aut prædicatores, siue quicunque fideles, qui contristantur de perditione conserui.

h *Serue ne.* Sæpe debita dimisi tibi, quando in angustiis rogasti sed liberatus compassionem non habuisti, quin potius prophetas & apostolos persequeris, & ingratus & de iusticia præsumens spernis gentes, indignas tua societate in Christo iudicans.

☞ Sic

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cum autem non haberet, vnde red. *Quia Peccator non habet vnde satisfaciat Deo pro peccato.*
2 Iussit eum dominus venundari. *Quia omnia sua sunt pœna æterna propter peccatum suum obligata.*
3 Procidens autem ser. *Id est peccator per pœnitentiam.*
4 Patientiam hab. *Pœnam æternam in temporalem commutando.*
5 Et omnia reddam tibi: *Opera meritoria faciendo.*
6 Misertus autem dominus. *Quia dominus paratus est misereri & parcere verè pœnitentibus.*
7 Egressus autem ser. ille à fa. domi. *Scilicet per recidiuum peccati.*
8 Inuenit vnum de conser. *Id est de hominibus, qui sunt serui Dei cum ipso.*
9 Qui debebat ei cen. dena. *Id est modicum eum offenderat, quia offensa in hominem modica est respectu offensę commissæ in Deum.*
10 Et tenens suffocabat eum. *Id est strangulabat. Et dicitur à sub & faucis, dicens:*
11 Redde quod de. *In quo ostenditur austeritas in repetendo vindictam à proximo.*
12 Et procidens conser. *Per pœnitentiam.*
13 Rogabat eum dicens: Patientiā &c. *quasi dicat paratus sum secundùm possibilitatem meam satisfacere.*
14 Ille autem noluit. *In quo notatur crudelitas in modo repetendi vindictam.*
15 Videntes autem conser. eius. *Isti sunt qui videntes crudelitatem hominum erga proximos, contristantur, quia ad eandem virtutem pertinet gaudere de bono, & tristari de opposito malo.*
16 Et ue. & nar. domino. *Quia in oratione petunt à domino talia vindicari ad declarationem iusticię, non ex liuore vindictę.*
17 Tunc. voca. illum dominus suus. *Ista autem vocatio fit in morte vbi oportet de omnibus rationem reddere strictè.*
18 Serue nequā omne debi. *Id est offensam magnā in me cōmissam.*
16 Nónne ergo opor. *Paruam remittendo.*

Et

MORALITER.

† 1 *Cum autem non ha. vnde red.* Quia peccator non habet vnde possit satisfacere Deo.
2 *Iussit eum dominus eius ve.* Per hoc significatur determinatio eius ad pœnam debitam. Per vxorem autem eius significatur delectatio praua, & per filios, actus mali procedentes inde, pro quibus est puniendus.
3 *Procidens autem.* Vt sibi daret spacium vitæ, in quo posset per pœnitentiam satisfacere.
6 *Misertus autem dominus.* Plus enim dat dominus quā rogetur.
7 *Egressus autem ser. il.* Egreditur autem à domino peccatum reiterando.
8 *Inuenit vnum de conseruis suis.* Id est de peccatoribus, qui ei tenebatur in modico respectiuè crudeliter cogebat eum reddere.
15 *Videntes autem.* Per quos omnes Christiani & angeli sancti intelliguntur vnde Apoc. 22. b. dixit angelus beato Ioanni. *Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum,* Et coram Deo representant facta hominum.
18 *Serue nequam &c. nonne oportuit & te mi. conserui tui.* q. di. sic. REMIGIVS, Seruus iste nullum legitur responsum domino dedisse: in quo demonstratur, quod in die iudicij & statim post hanc vitam cessabit omnis excusatio peccati.

† Et

a ¶ Iusta animaduersione. b ¶ In manus Romanorum, vel tartareis ministris.

Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum. * Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris *. Et factũ est, cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trãs Iordanẽ, & secutæ sunt eum turbæ multæ, & curauit eos ibi.

¶ In perpetuum. a ¶ Repetet à vobis dimissa. ¶ Non ficta pace. a ¶ De Galilæa. ¶ Ex pietate vt doceantur, & infirmi sanentur. ¶ In Iudæa.

*delicta eorum.

A a *Sic & pater meus.* Si non dimiseritis ex corde quod in vos delinquitur, & hoc quod per pœnitentiam dimissum erat à vobis exigitur.

B Repetet: vel de mala voluntate dãnando, à qua omne malũ vel de inobedientia quæ est origo totius mali.

C Quoties enim quis peccat, inobediens efficitur.

Incepit narrare, quæ dominus in Iudæa fecit, & docuit, & passus est: primò trans Iordanem ad orientem, post & citra Iordanem, quando venit à Iericho in Ierusalem.

b *Sermones.* Quos in Galilæa post tributum de humilitate & innocentia, & correctione, & venia habuit.

†Mat.11.d.

D c *Venit in fines Iu.* Omnis Iudæorũ prouincia ad distinctionem aliarum Gentiũ Iudæa dicitur, sed specialiter meridiana plaga ad differentiam Samariæ, Galilææ, Decapolis, & cæterarum regionum eiusdem prouinciæ.

F d *Et secutæ sunt.* Galilæos maluit curare in Iudæa, vt Gentes in eam veniam, quæ Iudææ parabatur, admitteret.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et iratus dominus, &c. tor. *Id est, dæmonibus, qui in hoc sunt executores diuinæ iusticiæ.*

2 Quoadusque. *Id est, æternaliter, quia in inferno semper est redditio absque quietatione: cum pœna semper remaneat æterna à parte finis.*

3 Sic & pater meus cœlestis. *Hic inducitur applicatio parabolæ ad propositum eodem modo quo dictum est.*

4 Et factum est cum con. *Hic ponitur confirmatio doctrinæ præcedentis per operationem miraculorum, cum dicit.* Et factum est cum consummasset Iesus. *Sequitur:*

5 Et venit in fines Iudææ trans Iordanem. *Vbi erat possessio duarum tribuum & dimidiæ, scilicet Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse.*

6 Et secutæ sunt eum tur. mul. *Ex quo patet deuotio populi ad eum, quia multi sequebantur. Aliqui causa prædicationis audiendæ, aliqui causa curationis impetrandæ.*

7 Et curauit eos ibi. *Et sic patet, quòd Euangelista in vno verbo multa miracula sanitatum includit: quia propter multitudinem miraculorum non poterant omnia in particulari describi, vt dicitur Ioan. vlti.*

MORALITER.

† 1 *Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus.* Id est, dæmonibus.

2 *Quoadusque redderet.* Id est, vsque in perpetuum: nam in inferno nulla est redemptio. *Et factum est.* Sequitur.

5 *Et venit.* ORIGENES. Sanauit dominus turbas trans Iordanem, vbi dabatur baptismus. Verè enim à spiritualibus infirmitatibus curantur & saluantur homines in baptismo.

ADDITIO I.

In eo. ca. 18. Vbi dicitur in Postil. *Sicut digiti manus æqualiter crescunt.*

Hæc ratio nullam propriam præeminentiam attribuit humilitati inter exteras virtutes. De qualibet enim alia virtute verè posset dici, quòd illa crescente, cæteræ crescunt proportionabiliter propter connexionem virtutum, vt Postil. allegat. Sed verba Christi dicentis: Discite à me. quia mi. sum & hu. cor. *Matth. 11. d. denotant quandam excellentiæ singularitatem in ipsa humilitate existere, quam doctrinam communiter doctores sequuntur. Aug. enim de vera religione dicit, quòd tota vita Christi in terris disciplina morum fuit ad imitandum præcipuè humilitatem suam. Similiter Greg. in pastorali dicit, quòd in argumentum redemptionis nostræ inuenta est humilitas Christi. Et quibus patet, quòd humilitas commendanda est ex aliquo singulari sibi inter cæteras virtutes propriè pertinenti. Et ideo dicendum secundum Tho. in secunda secundæ. q. 161. art. 5. in responsione ad 3. argumentum, quòd humilitas commendatur ex hoc quod per illam maximè remouetur impedimentum humanæ salutis, quæ consistit in hoc quòd homo ad cœlestia tendat, à quibus impeditur, dum in terrenis magnificari studet. Et sic humilitas est quædam propria dispositio ad liberum accessum hominis in spiritualia & diuina bona.*

ADDITIO II.

In eo. ca. vbi dicitur in postil. Venit enim filius hominis, &c.

Melius videtur cõtinuari hoc dictum Christi cum præcedentibus sic scilicet vt per aliam rationem fortiorem ostendatur, quòd non sunt pusilli contemnendi: quòd sic patet. Nam posset quis dicere, quòd ille proximus non est contemnendus qui scilicet est iustus, seu de quo rationabiliter præsumi debet, quòd est in statu gratiæ, sed paruus seu peccator videtur debere cõtemni, cum sit à Deo remotus. Ad quod remouẽdum Saluator inducit exemplum de seipso, qui venit saluare quod perierat. Ad quod etiam inducit exemplum de centum ouibus, vt patet in litera. Et hæc videtur esse sententia Chryso. qui in hoc loco sic dicit: Rursus aliam rationem ponit, quare pusilli non sunt contemnendi priori maiorem dices. Venit enim filius hominis saluare quod perierat. *Quasi dicat secundum Remigium non contemnat pusillos, scilicet peccatores, quia ego pro hominibus homo fieri dignatus sum.*

ADDITIO III.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Si duo ex &c.

Licet verum sit quòd oratio non est accepta coram Deo illius qui tenet odium contra fratrem in animo, non tamen ex hoc sequitur, quòd oratio semper sit accepta coram Deo illius qui non tenet tale odium contra fratrem. Potest enim in aliis sic deficere, vt non audiatur. Sed Christus dixit: Si duo ex vobis consenserint de omni re quam petierint, fiet illis. *Ex quibus sequitur, quòd oratio consentientium semper audiatur: vnde aliter videtur dicendum. Ad cuius intellectum sciendum, quòd huiusmodi consensus qui facit orationem efficacem secundum doctores, non solum extendit se ad excludendum odium fraternum, sed etiam ad includendum omnia quæ ad petitionem (quæ est digna exaudiri) requiruntur, scilicet vt orans sibiipsi consentiat. Vnde Hieron. dicit: vbi spiritus & anima corpusque consenserint, & non intra se bellum diuersarum habuerint voluntatum, nulli dubium, quin bonarum rerum postulatio sit, vbi corpus vult habere ea quæ vult spiritus. Hæc Hieron. Similiter in hoc consensu etiam includitur, quòd orantes sibi ipsis consentiant in omnibus iis quæ ad veram doctrinam & bonæ vitæ conseruationem pertinent. Vnde Orig. in hunc loco. Ista est causa propter quam non exaudiuntur orantes, quia non consentimus nobis per omnia super terram nec dogmate nec conuersatione. Sicut enim in musicis, nisi fuerit conuenientia vocum, non delectant audientem, sic in ecclesia nisi consensum habuerint orantes, nec delectatur Deus, nec audit voces eorum. Hæc ille. Vbi igitur consensus prædictis modis est, necesse est impetrare quod petitur. Includitur enim hic tam idoneitas petitionis quàm petentium. Et ideo sequitur in litera:* Vbi enim duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. *Vbi notandũ, quòd sententia horum verborum, est redditiua rationis præcedentium. Non enim dixit: iterum dico vobis .i. vbi enim sunt duo vel tres, &c. sicut immediatè præcedenti conclusione, vbi denotatur distinctio illius dicti à præcedentibus, sed dixit:* Vbi enim sunt, *quasi redditiuum rationis de huiusmodi petitionis efficacia, vt intelligatur sic. Ratio quare talis consensus est efficax, talis est, quia tales congregati sunt in nomine meo. Vbi enim talis consensus est, tales congregantur in nomine Christi qui est vera pax, & vera concordia: & per consequens est in medio eorum: quia vt ait Orig. Mox enim vt aliqui consenserint, Christus inuenitur in eis.*

REPLIC. In cap. 18. *vbi postillator commendat humilitatem cum debito moderamine. Burg. vult humilitatem habere singularem excellentiam inter cæteras virtutes, patet hoc ex dicto beati Aug. de vera religione dicentis, quòd tota vita Christi in terris disciplina nobis fuit ad imitandum præcipuè humilitatem suam. Sed per hoc non potest Bur. aliquam inferre humilitatis prærogatiuam, quia beatus Aug. vult per hoc ostendere imitationem humilitatis faciliorem. Vita enim Christi in multis*

in multis existit potius admirabilis quàm imitabilis: quo ad humilitatem tamen faciliter imitabilis. Ideo idem beatus Aug. in ser. communi de martyribus dicit: Christus dominus non dixit: Discite à me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare: non hoc dixit: Sed quid ait? Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Et ad eundem sensum pertinet quod Burgen. de beato Greg. Postil. allegat. Nec concludit suum propositum per dictum scilicet. Thom. ex secunda secundę q. 161.*

q. 161. Nam cum dixisset, quod humilitas est quedam propria dispositio ad liberum excessum hominis ad spiritualia & diuina bona, subit idem sanctus Thom. ibidem: Igitur sicut perfectio potior est dispositione, ita & charitas. Et ille virtutes quibus homo directè mouetur in Deum, sunt potiores humilitate, & ita dictum sancti Thom. potius est cum Postill. quam cum Burgen. qui hic & alibi est truncator authoritatum, &c.

CAP. XIX.

¶ Ex liuore vt decipiant.

1 Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes 2 eum, & dicentes: † Si licet homini dimittere 3

a ¶ Earum causarum quæ scribebantur in libro repudij.

b ¶ Non sua respondit, sed historiæ veteris & mandatorum Dei recordatur.

4 vxorem suam quacunque ex causa? 5 Qui[b] respondens, 6 ait illis: † Non legistis, quia qui fecit † hominem 7 ab initio, masculum & fœminá[a] 8 fecit eos? Et dixit: † Propter

---

CAP. XIX.

A Et acces. Quasi complexione capiatur. Si diceret: Dimittenda est quacuncunque ex causa, & ducenda alia: pudicitiæ prædicator contra se facit. Si dicit B non est dimittenda, cótra doctriná Moysi & Dei facit. Ideo respósum temperat naturalem legem, primámque Dei sententiam secundò opponens, quæ non voluntate Dei, sed peccantium necessitate concessa est.

† 26. dist. deinde. 28. q. 1. nunquid De côiang. & affi. c. 4.

C ✠ CHRYSOSTOMVS. Intuere eorum maliciam. Dominus enim supra de lege hac disputauerat, ipsi autem quasi jam nullo dicto D interrogant, scilicet, opinantes oblitú esse eorum quæ dixerat.

Hom. 63. in Matth.

✠ IDEM. Sicut autem si videas hominem assiduè amicitias medicorum colĕtem, intelligis quia E infirmus est: sic & cum videas virum siue mulierem de dimittendis vxoribus aut viris interrogantes, cognosce quia vir ille lasciuus est, mulier illa meretrix est.

Vbi supra.

† Gen. 1. d.

† Ibid. 2. d. Ephes. 5. g. 1. Cor. 6. d.

a *Et fœminam.* Non ait fœminas, vt vnum coniugium sit non F plura, quod ex repudio priorum quærebatur.

☞ *Adharebit*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIX.

Et accesse. *Hic consequenter Saluator docet virtutes contemplatiuorum seu religiosorum. Et diuiditur in tres partes: quia primò docet continentiam. Secundò obedientiam ibi:* Tunc oblati sunt ei paruuli. *Tertiò paupertatem voluntariã, ibi:* Et ecce vnus. *In istis autem tribus consistit perfectio religiosorũ. Prima diuiditur in duas partes: quia primò docet Christus illud quod est necessitatis in continentia videlicet continentiam coniugalem. Secundo illud quod est perfectionis scilicet continentiam ab omni actu venereo, ibi:* Dicunt ei discipuli. *Prima in duas quia primò circa hoc ponitur Pharisaorum dolosa interrogatio: Et secundò ponitur ipsius Christi vera responsio, ibi:* Qui respondens. *Dicit ergo:*

Diuisio.

1 Et accesser. ad eum. *Id est ad Iesum,*

2 Phari. *Qui in populo Iudęorum pra aliis videbantur religiosi, vt dictum est supra & dicetur inferius. 21. c.*

3 Ten. eum. *Capere scilicet in verbis.*

4 Et dicentes si licet homini dimittere. *Id est ex leui causa, vt propter aliquam fœditatem seu turpitudinem corporalem. Hanc quastionem proposuerunt Christo ad capiendum eum: quia responsio ad vtramque partem erat calumniabilis: quia si diceret quod licet, videbatur laxare frana concupiscentia carnali: dicendo quod homo pro libito voluntatis suę possit vxorem dimittere & aliam ducere, & etiam contra dictamen legis natura, quia inseparabilitas est de ratione matrimonij vt dicetur post. Si autem diceret, quod non licet, videbatur contra Moysen dicere dicentem Deut. 24. a.* Si acceperit homo vxorem, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, &c.

5 Qui re. *Hic ponitur Christi responsio. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponitur responsio, secundò remouetur quędam sibi facta obiectio, ibi:* Dicunt illi. *Ad euidentiam primi, aduertendum, quod indiuisibilitas est de ratione matrimonij: propter quod ponitur in definitione eius tanquam formale, cum dicitur: Matrimonium est coniũctio maris & fœminę inter legitimas personas indiuiduam vita consuetudinem retinens, id est, indiuisibilitatem secundùm totam vitam alterius coniugum. Ratio autem huius est, quia matrimonium est coniunctio maris & fœminę ad educationem prolis ad cultum diuinum multiplicandum. Ad hoc autem quod proles sit apta ad cultum diuinum, & possit sibi sufficere post emancipationem à parentibus, requiritur magnus temporis tractus, quia oportet filium generari, educari & doceri, & sibi de necessariis vita à parentibus prouideri. Quia secundùm quod dicit Apostolus 2. Cor. 12.* Parentes debent thesaurizare filiis, & non filij parentibus. *Antequam autem homo possit generare de communi cursu, est 18. annorum vel 20. Antequam verò filius genitus sit educatus & edoctus à patre sciens & potens se & familiam regere, oportet quod sit 20. annorum vel circiter. Et sic patet, quod licet vir non generaret nisi vnum filium in vxore, tamen antequam filius esset dispositus ad recedendum à patre, iam pater esset 40. annorum vel circiter: nunc autem ita est quod masculus & fœmina debent simul cohabitare indiuisibiliter quamdiu intendunt generationi & educationi prolis, sicut videmus in brutis animalibus & auibus, quod determinatus mas, determinata fœmina inseparabiliter coniungitur tempore quo intendunt generationi & educationi filiorum. Verumtamen, quia in aliis animalibus & auibus filij nati in modico tempore sunt sufficientes victum sibi querere, ideo masculus & fœmina non coniungũtur inseparabiliter per totam vitam: sed tantum tempore educationis filiorum. Cum ergo natura humana debeat magis esse ordinata quam natura brutorum, ideo de dictamine naturali est, quod vir & vxor inseparabiliter coniungantur, quamdiu stat necessaria educatio & doctrina filiorum: & hoc est secundùm totam vitam coniugatorum: quia sicut visum est, homo habet quadraginta annos antequam primus filius eius sit sufficienter educatus, & sic sola occasione primi filij dictat natura, quod tantum debeat cum vxore inseparabiliter habitare. Et quia interim antequam primus sit sufficienter educatus, nascuntur filij alij vel saltem possunt nasci quibus consimiliter oporet per parentes prouideri, ad quod requiritur vlterior tractus temporis magnus; Ideo sicut natura dictat in aliis animalibus, quod masculus & fœmina inseparabiliter cohabitent tempore determinato à natura in generatione & educatione filiorum, ita dictat in natura humana, vt vir & vxor inseparabiliter cohabitent per totam vitam: & sic patet, quod indiuisibilitas matrimonij non solum est de iure diuino, sed etiam de iure naturali. Hanc autem veritatem declarat Saluator per scripturam veteris Testamenti dicens:*

Diuisio.

Maris & fœminæ coniunctio quare inseparabilis.

6 Non legistis quia qui fe. ho. ab in. *Scilicet quando solùm currebat lex natura ante datam legem per Moysen.*

7 Masculum & fœminam fecit eos. *In hoc tangitur materia ipsius matrimonij scilicet masculus & fœmina, quia matrimonium ordinatur ad generationem & educationem prolis: Ad hoc autem requiritur determinatum actiuum & passiuum: & hoc in animalibus perfectis, quia non generantur ex putrefactione. In masculo autem est virtus actiua, et in fœmina virtus passiua. Homo autem est perfectissimum animalium, et propter hoc ad perfectionem eius requiritur distinctio sexuum videlicet maris & fœminę. Sequitur.*

8 Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem, &c. *In quo tangitur debita conditio materię prędicta: quia matrimonium debet esse inter personas legitimas ad contrahendum. Tangitur autem hic legitimitas per hoc quod excluduntur persona illegitima, qua sunt pater & mater. Ista enim persona sunt excludenda secundum dictamen legis natura. Cuius ratio est, quia vir & vxor in actu matrimoniali ad paria indicantur: & ideò contra reuerentiam naturalem est, quod filia*

coniungatur

MORALITER.

† 1 *Et acces.* ORIG. Tentato autem domino, nullus discipulorum eius qui positus est ad docendum grauiter ferat, si tentatus fuerit à quibusdam: sed tentantibus respondeat dogmata pietatis.

† *Propter hoc dimittet homo patrem et matrem.* REMIGIVS. Mysterium hoc dixit esse Apostolus in Christo & ecclesia:

† Dominus

a ¶ Non vxoribus.
a hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori 1
a ¶ Non tres. b ¶ In carnali copula. 2
b suæ, & erunt dūo † in cārne vna. Itaque iam non sunt duo, sed 3
¶ Quia vnum facit carnalis coniunctio. a ¶ Faciendo vnam carnem. b ¶ Sed Deus.
c vna caro. Quod ergo Deus cōniunxit, hōmo non separet. Di- 4
a ¶ Ecce aperiunt calumniam. b ¶ Quandoquidem Deus sic ordinauit, quare Moyses superordinauit. 5
d cūnt illi. † Qūid ergo Moyses mandauit dari libellum repu- 6
¶ Non Deus. 7
e dij: & dimittere? Et ait illis. Quoniam Moyses ad duriciam 8
¶ Non imperauit.
cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab 9
a ¶ Non sic habuit lex naturalis. ¶ Doctrina Christi concordat legi naturali, quia iam est tempus perfectionis.
initiò autem non fuit sic. † Dico autem vobis: quia 10
a ¶ Quę vnam carnem diuidit in alteram & separat.
f quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicatiō- 11
¶ Id est mœchiam facit. 12
g nem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimis- 13

☞ A a *Adhærebit vxo.* Si malum moribus, si luxuriosa, seu quidlibet huiusmodi sit vxor, velimus nolimus sustinenda est. Cum enim liberi essemus, volentes nos subiecimus seruituti. Si ancilla libero, vel seruus liberæ supponitur, non reputatur coniugium postquam detectum fuerit: sic & de consanguineis.

Hom. 32. operis imperfecti. ✠ Chrysot. Si ergo quia ex viro est vxor, & ex vna carne sunt ambo, relinquet homo patrem suum & matrem, maior nunc charitas debet esse inter fratres & sorores: quia hi quidem ex eisdem parentibus exeūt, illi autem ex diuersis. Sed hoc magnum est nimis, quia fortior est Dei constitutio quàm virtus naturæ. B Non præcepta Dei naturæ subiecta sunt, sed natura Dei præceptis obtemperat. Deinde fratres ex vno nascuntur, vt diuersas vias petant: vir autem & vxor ex diuersis nascuntur, vt in vnum conueniant. Ordo etiam naturæ Dei ordinationem loquitur. Quod enim in arboribus humor, est in hominibus amor.

† in carnem vnam. † Deu. 24. a Matt. 5. e Mar. 10. a † Mar. 10. b Luc. 16. d

Nuptiarum præmium quod est. b *Et erunt duo in car.* Præmium nuptiarum est ex duobus vna caro: Castitas coniuncta spiritui vnus spiritus efficitur. Salubri consilio Dei factum est, vt portionem sui corporis vir amplecteretur in fœmina, ne à se putaretur diuersum esse, quod de se cognosceret fabricatum.

C Hom. 63. in Matth. ✠ Chrysostomvs. Veteris legis verba interpretatur, dicens: *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* Sicut enim qui spiritualiter se diligunt, vna anima esse dicuntur, dicente scriptura, *Omnium credentium erat cor vnum & anima vna:* sic vir & vxor qui carnaliter se diligunt, vna caro esse dicuntur. Quemadmodum ergo carnem incidere est sordidum: ita & mulierem diuidere est iniquum.

c *Homo non se.* Homo separat, quando pro desiderio secundæ primam dimittit: Deus separat (qui & coniungit) quando ex consensu propter cultum Dei, eo quòd tempus in arcto sit, sic habemus vxores quasi non habentes.

Hom. 32. operis imperfecti. d *Quid ergo Mo. etc.* Chrysost. Displicet peccatoribus doctrina iusticiæ, grauis est fornicantibus interpretatio castitatis. Si con- D tra rationem quidē respōdere non possunt, veritati tamen credere non acquiescunt. Quid ergo? Conferunt se ad patrocinium viri sanctissimi Moysi, cuius personam verebantur omnes & timebant, vt doctrinam Christi quam vincere non poterant, per authoritatem validioris personæ destruerēt: vt dum Moyses irreprehensibilis reprehendi timetur, veritatis interpretatio taceatur.

e *Quoniā Moy.* Seruus constitutus in infirmitate permisit, ego autem magister & dominus præcipio. Moyses rudibus, in quibus lex naturalis hebetata erat, E indulget. Non enim indulgeret, nisi haberet postea perfectos quos argueret, de rudibus enim paulatim boni esse cœperunt. Consiliū fuit hominis. non Dei imperium: qui maluit indulgere diuortium, quam desiderio secundarum nuptiarum fieri homicidium vel perdurare odium.

Hom. 32. operis imp. ✠ Chrysot. Propterea bene dixit quod Moyses hoc permisit, non præcepit. Quod enim præcipimus, semper placet. Quod autem permittimus, nolentes percipimus quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo vobis facere mala, ne faceretis peiora.

f *Nisi.* Alban. Vxor vt dimittatur, vna carnalis causa est fornicatio: vna spiritualis timor domini: vt viua ea, alia ducatur, F nulla causa in lege Dei est.

✠ Hieronymvs. Sola ergo fornicatio est quæ vxoris vincit affectum, imò cum illa carnem vnā in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledictione faciat, dicente scriptura: *Qui adulteram tenet stultus & impius est.*

Hom. 32. operis imp. ✠ Chrysost. Sicut enim crudelis est & iniquus qui castam dimittit: sic fatuus est & iniquus, qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis est, qui crimen celat vxoris.

g *Et aliam duxerit mœchatur. Et qui dimissam.* Quia poterat accidere, vt aliquis calumniam faceret innocenti, & ob secundam ☞ crimen

NICOLAVS DE LIRA.

❧ *cōiungatur patri, & filius matri. Vnde et aliquando animalia magis appropinquantia ad industriam humanam, talem coniunctionem tanquam abominabilem refugiunt, sicut narratur de elephante: qui adductus a magistro ipsum custodiente ad impregnandum matrem propriam renuit, propter quod magister vultum eius operuit, & cum sic ignoranter matrem cognouisset & discooperto vultu hoc videret, insilijt prę dolore in ductorem suum & interfecit, & hoc est quod dicitur in litera:* Propter hoc. *Id est, propter opus generationis.*

1 Dimittet homo, &c. *Homo tamen est communis generis, & ideo significat masculum & fœminū. Est ergo sensus quod filius nullo modo debet copulari matri, neque filia patri. Cōsequenter ponitur id quod est forma in matrimonio, scilicet cōiunctio indiuidua per totā vitā, cum dicit:*

2 Et adhærebit vxo. suæ. *Per coniunctionem animorum ex amore & fidelitate.*

3 Et erunt duo, &c. *Quantum ad corporalem cohabitationem, & ad vnam carnem prolis ex ambobus producendā. Aduertendū tamen quod ista verba dicūtur hic verba domini: et tamē Gen. 2. dicūtur verba ipsius Adæ: non tamen hic est cōtradictio, quia illa verba protulit Adā ex diuina reuelatione, quia in extasi factus viderat mulierē de costa sua formatam, & ideo illa verba fuerunt Dei principaliter tanquam reuelantis, & ipsius Adæ instrumentaliter & sicut proferentis. Cōcludit ergo Saluator:*

4 Quod ergo Deus coniunxit. *Id est, virum & vxorem inseparabiliter, quantum ad totam vitam.*

5 Homo non separet. *Dimittendo propria voluntate vxorem, autoritate tamen diuina aliquando separantur, quantum ad cohabitationem & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculū: & hoc contingit quando separantur sic propter diuinum cultū altero religionem intrante.*

6 Dicunt il. *Hic remouetur quædam obiectio quam fecerunt ei Pharisæi de authoritate Moysi supra allegata.*

7 Quid ergo. *q. d. Manifestè dicis contra legem Moysi. Deut. 24.*

8 Ait illis. Quon. Moyses. *Quasi diceret: non dico cōtra Moysem, quia Moyses non scripsit hoc tanquā licitū & bonū, sed permisit propter maius malū vitandū, ne scilicet vxores eis ingratas occiderent, quia minus erat dimittere, quàm occidere, sicut Deut. 15. concessit dare ad vsuram extraneis ne fratres grauarent. Sicut ergo qui non dat ad vsuram nec extraneo nec propinquo, facit magis secundum intentionem Moysi, ita ille qui docet vxorem non dimittendā, non dicit contra eius intētionem, sed magis supplet & perficit istius legis datæ imperfectionem: sicut suprà dictū est, 5. c.*

9 Ab initio autem, &c. *Id est, in statu naturę institutæ: sed in hominibus lapsis per peccatum permissum est, propter maius malum euitandū: non tanquam licitum, sed sicut minus malum: & hoc est quod subdit.*

10 Dico autem vobis, &c. *Supplendum est peccat, & facit cōtra legem matrimonij. Tunc enim dimittenda est, si in peccato perseueret, ne vir videatur esse fautor malitiæ eius. Et hoc intelligendum est quantum ad cohabitionem & debiti redditionem, non tamen quantum ad vinculum, quod non soluitur nisi per mortem. Et propter hoc subditur:*

11 Et aliā duxerit. *Hoc est dictum: si dimissa vxore propter fornicationem aliam duxerit.*

12 Mœchatur. *Quia remanet adhuc vinculum matrimonij cum prima: & sic patet quod litera huius versus prędicti defectiua est: & sunt ea quæ prædicta sunt interponenda ad habendum sensum perfectum, sicut contingit in pluribus locis sacræ scripturæ.*

13 Et qui dim. *A viro primo propter fornicationem.*

❧ Duxerit

MORALITER.

† Dominus enim Iesus Christus, quasi patrem deseruit, cum de cœlis ad terram descendit, & matrem, id est synagogam deseruit propter eius infidelitatem, & hæsit vxori suæ, scilicet ecclesiæ.

Et sunt duo in carne vna, id est, Christus & ecclesia in vno corpore, qui dixit ad illos.

† Non

crimen impingeret primæ vxori: sic priorem dimittere iubet, vt ea viuente secundam non habeat. Et ne vxor idem faciat viro eadem cautela præcipitur ne secundum habeat virum. Et quia adultera non timet opprobrium, viro dicitur, quod si talem ducit sub adulterij crimine sit, dicit script. *Qui adulteram tenet stultus & impius est.*

Prou. 18. d

a *Non expedit.* Videbant graue pondus vxorum, quod iracundæ, ebriosæ & huiusmodi, quæ quidem sunt sustinendæ, quia cum essemus liberi subiecimus nos seruituti.

† capaces sunt huius dicti.

Hieronym. b *Non omnes.* Quasi consentit, quod non expedit: sed infirmitatem videns dicit: *Non omnis ca.* Non dicit, non possunt capere, sed, non omnes volunt capere.

†Mat. 10. c

Luc. 18. c *Non omnes ca.* Id est, non omnes implere possunt præceptum continentiæ: quia non omnibus datum est à Deo, nec etiam omnibus prodest ad præmium continere: & hoc exponit.

a ¶ Vt nullo modo sit dimittenda, nisi pro fornicatione.

sam duxerit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius. Si ita est 1

a ¶ Id est bonum est continere.

a causa hominis cum vxore, non expedit † nubere. Qui dixit 2 3

a ¶ Quia non valemus nisi ex gratia Dei.

b illis: Non omnes † capiunt verbum istud, sed quibus datum 4 5

a ¶ Continentes. b ¶ Sine instrumentis vel frigidę naturæ.

c est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & 6 7

a ¶ Quorum neuter præmium habet, quia necessitate abstinet non voluntate.

d sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, 8 9

a ¶ Qui voluntate se deuouerunt castitati.

e qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui po- 10 11

a ¶ Cum de castitate esset sermo. b ¶ Vt eis manu & voce benediceret. ¶ Quasi laudaret castos necessitate, non virtute continentiæ.

f test capere, capiat. † Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis 12 13 14

a ¶ Infirmi fide. b ¶ Timentes Deum importunitate offerentium lassari.

imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus 15 16

C ✠ Hieronymvs. Nemo autem putet sub hoc verbo quod addit, *Sed quibus datum est*, vel fatum vel fortunam introduci, quod hi sunt virgines, quos ad hoc casus adduxit. Sed his datum est à Deo qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent, laborauerunt.

Hom. 32. operis imperf. ✠ Chrysostomvs. Ideo non omnes capere possunt, quia non omnes volunt. Palma proposita est: qui concupiscit gloriam non cogitet de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum timerent. Ex eo ergò quod quidam à continentiæ proposito cadunt, non debemus circa virtutem castitatis fieri pigriores, sicut qui in pugna cadunt, non examinant cæteros. Quod ergo dixit, *quibus datum est*, illud ostendit, quia nisi auxilium gratiæ acciperemus, nihil nobis valeret. Hoc autem auxilium gratiæ volentibus non denegatur.

Lib. 1. de peccatorũ meritis & remiss. cap. 27. orat. 31. ✠ Avgvstinvs. Casti non sumus, non quia non possumus, sed quia nolumus.

✠ Gregorivs Nazianzenvs. *Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est*, adde his esse datum qui volunt & assentiuntur.

✠ Origenes. Quoniam sunt quidam qui calumniantur quod Christus ait, *quibus datum est*, quasi excusationem habentes, & volentes quidem esse in castitate, non autem præualentes; Quibus respondendum est quod attendere debent ad illud, *petite & dabitur vobis.*

† docere vxorem.

E

c *Sunt enim.* Tria sunt genera Eunuchorum, duo carnalia, eorum qui sic nascuntur: & qui captiuitate & delitiis dominarũ abscissi sunt. Tertium spirituale, qui cum possent esse viri propter Christum continent.

Eunuchorum genera quot sint.

d *Qui facti sunt.* Inter hos computantur etiam hi qui specie religionis simulant castitatem.

e *Qui potest.* Vox est hortantis non iubentis, quasi vnusquisque vires suas consideret, an queat virginitatis & pudicitiæ implere præcepta. F

Lib. de monogamia. ✠ Tertvllianvs. Quandiu causabimur carnem quia dixit dominus, *caro infirma?* Sed & præmisit, *& spiritus promptus*, vt vincat spiritus carnem. Nam & qui potest capere capiat, inquit, id est, qui non potest, discedat. Nec ideò duritia imputabitur Christo, de arbitrij cuiuscunque liberi vitio. *Ecce*, inquit, *posui ante te bonum & malum, elige quod bonum est.* Si non potes, quia non vis, (posse enim te fi velis ostendit, quia tuo arbitrio vtrumque proposuit) discedas oportet ab eo cuius non facis voluntatem.

Hom. 32. operis imperfect. f *Tunc oblati.* ✠ Chrysostomvs. Dominus de castitate sermonem fecerat, audientes autem quidam obtulerunt ei infantes castitate mundissimos: putabant enim quia dominus corpore

NICOLAVS DE LIRA.

1 Duxerit. *Accipiens eam in matrimonium.*

2 Mœchatur. *Quia remanet adhuc vinculũ illius dimissæ cum viro priori. Et ex hoc verbo patet intellectus literæ immediate præcedentis quæ defectiua est: quia eadem ratione qua vxor dimissa propter fornicationẽ non potest duci ab altero viro, sic nec vir eam dimittẽs potest ducere alteram, quia æqualiter manet vinculum matrimonij ex vtraq; parte.*

3 Dicunt ei discipuli. *Posito eo quod est necessitatis in virtute continentiæ, consequenter ponitur id quod est supererogationis & consilij, videlicet continentia ab omni actu venereo: discipuli enim audientes quod vinculum matrimonij esset indissolubile, dixerunt:*

4 Si ita est causa hominis cum vxo. *Quod non possit eam dimittere nisi modo prædicto.*

Continentia præferẽda est matrimonio.

5 Non expedit nubere. *Ac si dicant, Melius est simpliciter continere: & hoc duplici de causa. Primò quia ex tali indiuisibilitate matrimonij possunt multa grauia sequi; quia si vxor incurrat lepram vel aliquam infirmitatem horribilem, oportet tamen illi debitum reddere. secunda causa est, quia maius meritum est continere simpliciter quam coniugalis continentia, vnde supradictum est. 13. ca. quod continentia virginalis habet fructum centesimum, vidualis sexagesimum, et coniugalis tricesimum. Et ad istum intellectum respondet Saluator consequenter:*

6 Non omnes capi. ver. *Quia altus est status, ad quem infirmi non possunt ascendere.*

7 Sed quibus da. est. *Scilicet à Deo ex speciali munere: quia secundum quod scribitur Sap. 8. d.* Et vt sciui quoniã aliter non possum esse cõtinens nisi Deus det: *sed quia non omnis continentia est laudabilis, ideo consequenter ostendit quę sit laudabilis, & quę non, dicens:*

8 Sunt enim eunuchi. *Quia continentia quę est naturali frigiditate contracta à parentibus, vel priuatione membrorum genitalium, non est laudabilis, nisi inquantum per voluntatem acceptatur: nec illa quæ est per violentiam, sicut in illis quibus secantur genitalia, & hoc est quod dicit:*

9 Et sunt eunuchi. *Sed illa continentia quę est per voluntatem reprimentem concupiscentiam ab actu venereo, illa propriè est laudabilis, & hoc est quod dicit.*

10 Et sunt eunu. *Non per membrorum abscissionem, sed per concupiscentiæ repressionem.*

11 Propter re. *Vt liberiùs continentes vacent contemplationi diuinę: quia scribitur. 1. ad Cor. 7. f.* Qui autem sine vxore est, sollicitus est quæ domini sunt, & cogitat quomodo placeat Deo: qui autem cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est: *Sed quia talis status est altus, nec possunt omnes ad hoc attingere: sed solum perfecti: & ideo subdit:*

12 Qui potest capere capiat. *Quasi dicat tantum bonum non est necessitatis, sed supererogationis.*

13 Tunc ob. sunt. *Hic consequenter docet humilitatis obedientiam per hoc quod paruulos sibi oblatos dulciter suscepit, manus illis imponendo, & pro eis orando: verè autem obedientes illi sunt paruuli: & hoc est quod dicit:* Nunc obla. sunt ei. *ex deuotione scilicet offerentium.*

14 Vt manus eis impo. *Scilicet benedicendo & orando pro eis.*

15 Discipuli autem, *timentes ne importunitas offerentium offenderet magistrum.*

16 Iesus verò ait, *Suis discipulis.*

Sinite

MORALITER.

†6 *Non omnes capiunt verbum istud.* Sap. 8. d. *Cognoui quia non possum esse continens, nisi Deus det.*

9 *Et sunt eunuchi qui seipsos castrauerũt.* Per obseruantiam castitatis.

12 *Qui potest capere capiat.* Cum adiutorio Dei. Hiero. Hortantis Dei vox est, milites suos ad pudicitiæ præmium concitantis: quasi dicat qui potest pugnare pugnet, ac superet & triumphet.

13 *Tunc oblati sunt ei paruuli.* Sequitur:

15 *Discipuli autem eius.* In hoc per ipsos significãtur illi qui iuuenes impediunt à religionis ingressu, quos dominus reprobat dicens.

Sinite

corpore mundos tantùm laudaret.

A ✠ ORIGENES. Iam experti erant quoniam per impositionem manuum eius & orationem repelluntur mala. Considerabant enim quod impossibile est vt postquàm per tactum Dominus dederit in eis diuinam virtutem, ruina aut dæmonium aliquod tangere eos possit.

Tract.7. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Præsens locus instituit parentes vt filios suos sacerdotibus offerãt, non enim sacerdos manus imponit sed Christus, in cuius nomine manus imponitur. Si enim qui escas suas per orationem offert Deo sanctificatus eas manducat (sanctificatur enim per verbum Dei & orationem vt Apostolus dicit) quanto magis pueros offerri & sanctificari Deo necesse

Homil. 32. operis imp.

B

† dicis bonum?

Vtilitas manuum impositionis & benedictionis.

C est? Causa autem sanctificandarum escarum hæc est, quoniam totus mundus in maligno positus est. Consequenter infantes quando nascuntur, in maligno positi sunt.

Cur benedicuntur cibi.

a ¶ Non enim personarum acceptor est Deus.

a verò ait illis: Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me 1

a ¶ Vt humiles sua benedictione dignos significet.

b venire: talium est enim regnum cœlorum. Et cum imposuis- 2 †

c set eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi: † Ma- 3

d gister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam? 4 5

a ¶ Quid me vocas bonum magistrum, quasi aliquem hominem.

e Qui dixit ei: Quid me † interrogas de bono? † Vnus est bo- 6 7

a ¶ Viam quę ducit ad vitam. ¶ Tentando quasi non legerit, vel dominus posset iubere contraria Deo.

f nus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Di- 8 9

a ¶ Hęc est puerilis innocentia & castitas.

cit illi. Quæ? Iesus autem dixit. Non homicidium facies. Non 10 11 adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimonium 12 dices. Honora patrem tuum, & matrem, & diliges 13 14

¶ Non quod facit, sed quod factus est. ¶ Non vitium tuum vel suum.

g proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens: 15 16

esse regno, vultque certius non per parabolas sed apertè exponi, quibus meritis vitam possit consequi. D

HIERON. Iste adolescens & diues & superbus erat. Et secundum aliũ euangelistam eum non voto discentis sed tentãtis interrogat.

Luc. 10. d

e *Quid me interrogas de bono?* Quia bonum dixit magistrum, & non Deum, vel Dei filium confessus est: dicit quemlibet sanctum hominem comparatione Dei non esse bonum. Christus autem non renuit testimonium bonitatis, sed magistri absque Deo excludit errorem.

† Mat. 10. e Luc. 18. d

E

Non se magistrum bonum esse negat, sed magistrum absque Deo nullum bonum esse dicit.

† nullus est bonus nisi vnus Deus.

f *Serua mandata.* Iste quæsierat, quid faciam? contra non ait, disce: quia Deus eum docuerat factor rationalis creaturæ: ostendens quia ille non est bonus qui quærit de bono, sed qui facit quod bonum est. F

BEDA. Ecce actiua vita quæ ad legem pertinet. Nota quòd iusticia legis suo tempore obseruata non solùm bona terræ, sed vitam æternam dabat.

a *Sinite paruulos.* Si sancti sunt futuri, cur vetatis venire ad patrem? Si mali, cur sententiam profertis ante culpam.

b *Talium.* Nam quales sunt modo, meum quidem est, quod honorate: quales post futuri sunt, ipsorum est, quod miseremini.

Non ait istorum sed talium: vt ostendant non ætatem regnare sed mores: & his qui similem habent innocentiam & simplicitatem, præmium promittit.

c *Et cum imp.* Imponit manus paruulis, quando humilibus auxilium gratiæ tribuit.

d *Et ecce vnus.* BEDA. Audierat ille similes paruulo condignos esse

g *Dicit ei adolescens.* BEDA. Non putandus iste (vt quidam aiunt) vel dominum tentasse vel de sua vita mentitus esse, sed simpliciter vt vixit, confessus est: alioquin (vt alius Euangelista ait) non, intuitus arcana cordis eius, diligere eum diceretur Iesus. Diligit enim eos qui mandata legis custodiunt, sed quod ibi minus est his qui perfecti volunt esse, adiungit: vnde sequitur. *Si vis perfectus esse.*

Legis veteris obseruatio quomodo ęternam vitam præstitit. Matt. 10. e

☞ Omnia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sinite paruulos. *Quia isti sunt figura verè humilium & obedientium, quorum familiaritatem ego volo. Sequitur,*

2 Talium est enim regnum cœlo. *Sicut est dictum cap. precedenti nullus potest intrare regnum cœlorum nisi fuerit paruulus & humilis.*

3 Et ecce vnus accedens. *Hic consequenter docet paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes: quia primò docet id quod est necessitatis: secundo id quod est supererogationis, ibi:* Dixit ei adolescens. *In prima ergo parte ponitur cuiusdam volentis ascendere ad statum perfectionis interrogatio dicentis.*

4 Magister bone, quid boni faci. *Iesus autem respondit ei, primò quantum ad eius cogitationem: quia ille cogitabat Iesum esse purum hominem, licet crederet eum esse bonum & sanctum doctorem: et ideò quasi respondens Iesus cogitationi, dicit ei:*

5 Quid me inter. de bo. *Quasi dicat ex quo credis me purum hominem, non debes me vocare bonum: cuius causa subditur.*

6 Vnus est bonus Deus. *Hoc est dictum, Deus est solus bonus per essentiã, & nullus alius, Consequenter respondit eius interrogationi dicens:*

7 Si autem vis ad vitam. *Quasi dicat hoc sufficit ad salutem, quod amplius est non est necessitatis, sed supererogationis.*

8 Dicit illi. *Scilicet adolescens.*

9 Quæ? *Scilicet sunt illa mandata, quorum obseruantia est necessaria ad salutem.*

10 Iesus autem di. Non homi. *Hoc est præceptum decalogi per quod prohibetur nocumentum proximi in persona propria.*

11 Non adultera. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in persona sibi coniuncta.*

12 Non facies. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in re possessa.*

13 Non fal. test. di. *Per hoc prohibetur nocumentum proximi in fama.*

14 Honora patrem tuum, & matrem. *Per hoc pręceptum affirmatiuum intelligitur omne beneficium proximo reddendum: quia nomine patris & matris intelligitur omnis proximus: & hoc est quod subditur.*

15 Diliges proximum tuum sicut teipsum. *Quia obseruantia mandatorum non est meritoria vitę aeternę, nisi fiat ex charitate. Aduertendum, quod licet ponãtur hic solummodo pręcepta secundæ tabulę, quę ordinant hominem ad proximum, intelliguntur tamen cum hoc præcepta primæ tabulæ ordinantia hominem ad Deum: quia homo magis tenetur Deo quam proximo: & ideò si obseruantia mandatorum secundæ tabulæ necessaria est ad salutem, multò fortius obseruantia mandatorum primę tabulæ. Per prędicta etiam ostendit Saluator, quòd obseruantia præceptorum ceremonialium & iudicialium non erat amplius necessaria ad salutem.*

Præcepta primæ tabulę necessario in secundis præceptis intelliguntur.

16 Dicit illi adolescens. *Hic consequenter ostenditur quid sit supererogationis, scilicet abiectio omnium temporalium per paupertatem voluntariam. Et diuiditur in duas partes: quia primò docet paupertatis voluntarię meritum: secundò vt ad eam alliciat ostendit eius præmium, ibi:* Tunc respondens Petrus. *Prima in duas, quia primò docet paupertatis*

MORALITER.

† 1 *Sinite paruulos & nolite eos prohibere à me.* CHRYSOST. Nam si sancti futuri sunt, quid vetatis filios venire ad patrem? Si autem peccatores, vt quid sententiam condemnationis profertis antequam culpam videatis?

† *Et cum imposuisset eis manus, abiit inde.* REMIGIVS. Manibus impositis pueris benedixit, significans quod humiles spiritu digni sunt eius gratia & benedictione.

3 *Et ecce vnus accedens ait illi.* Sequitur.

5 *Quid me interrogas de bono?* HIERONYMVS. Saluator noster non renuit bonitatis testimonium, sed à magistris absque Deo exclusit errorem. Quæ autem vtilitas vt ita responderet, reducit eum paulatim & erudit liberari ab omni adulatione, & ab his quæ sunt super terram abducens, Deo adhærere suadet, & futura quærere, & nosse eum qui verè bonus est, & radix & fons omnium bonorum.

7 *Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata, &c.* REMIGIVS. Demonstratur his verbis, quòd lex suis impletoribus non solùm bona temporalia dabat, sed etiam vitam æternam, suo tamen tempore consequendam.

† Si vis

a *Omnia hæc.* HIERONYMVS. Mentitur. Si enim diligeret proximum suum sicut seipsum, opere complesset, non esset tristis cum sua pauperibus dare iuberetur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Auarus fuit & pecuniarum amator, quia Christus talem esse redarguit; simulator autem nequaquam, quia non est securum de incertis iudicare, & maximè accusando. Marcus autem hanc suspicionem destruit. Dicit enim quod occurrens & genuflectens rogabat eũ: & quoniã inspiciẽs eũ Iesus amauit eum. Si etiam tentans accessisset, demõstrasset nobis hoc euangelista, sicut in aliis facit.

Hom. 64. in Matth.

† tristitiæ affectus.

C b *Abiit tristis, &c.* ✠ AVGVSTINVS. Nescio quomodo cum superflua terrena diligũtur, arctiùs adepta quam concupita constringunt. Nam vnde iuuenis iste tristis discessit, nisi quia magnas habebat diuitias? Aliud enim est nolle incorporare quæ desunt, aliud iam incorporata diuellere.

Epist. 34.

c *Diues diffi.* Diuites non manentes, sed qui esse desierunt intrabunt. De omnibus tutius est, nec habere nec amare diuitias.

a Omnia hæc custodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni sequere me. Cùm audisset autem adolescens verbum, b abiit † tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis: Amen dico vobis, quia diues diffic- c ile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis: † Fa- d cilius est camelum per foramen acus transire, quàm diui- e tem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his, disci- f puli, mirabantur valdè, dicentes: Quis ergo poterit 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

(Interlinear: a ¶ Quia ex voluntate est. ¶ In dilectione Dei. b ¶ Non partem. ¶ Sic dando. a ¶ Retributionem. b ¶ Ecce contemplatiua, quæ ad euangelium pertinet. a ¶ Non sufficit relinquere mala, nisi sequatur dominum, id est, imitetur. ¶ Quare? ¶ Cum amore. a ¶ Quæ semen Dei suffocauerunt. a ¶ Amator diuitiarum. a ¶ Non impossibile est, sed rarum, quia difficulter contemnuntur diuitiæ. a ¶ Ingentibus membris enormem.)

✠ HILARIVS. Habere diuitias, criminis non est, sed modus in habendo retinendus est. Nam quomodo impertiendum est, quomodo communicandum est, si impertiendi & communicandi materia non relinquatur?

D Can. 19. in Matth.

d *Facilius.* MYSTICE. Facilius est Christum pro dilectoribus sæculi pati quã dilectores sæculi ad Christum conuerti. Camelus dicitur Christus, quia sponte humiliatus infirmitatis nostræ onera sustulit. Acus est E punctio per quam angustias passionis significat, qua passio ne velut acu nostræ naturæ quasi scissa vestimenta resarcire dignatus est, id est, reparare post lapsũ. Aliter: Facilius est Gentilem populum gibbo peccatorum deformẽ per angustæ viæ vitã ingredi, F quam Iudæum de meritis suis gloriantem, & ad subeundum leue onus Christi se humiliare nolentem.

omnia.

† Mar. 10. c Luc. 18. c.

e *Quam di.* ISIDORVS. Nullus diues intrabit, id est, confidens in diuitiis, vt Iesus secundum Marcum exponit.

f *Mirabantur.* Quia in numero diuitum deputabant omnes qui amant diuitias: etsi non habeant. Aliter enim cum sit maior turba pauperum, non dicerent: *Quis poterit saluus esse.*

NICOLAVS DE LIRA.

tatis voluntariæ meritum. Secundo quid sit huius perfectionis retardatiuum, ibi: Cum audisset autem adolescens. *Circa primum aduertendum quod adolescens iste volebat ad statum perfectionis ascendere, ideo dixit:*

1 Omnia hæc cu. *Mandata implendo.*

2 Quid adhuc mihi deest. *Ad perfectionem vitę. Hieronymus autem dicit, quòd iste iuuenis mendaciter & fictè loquebatur: Quod probat per hoc quod subditur postea.* Cũ audisset verbum, abiit tristis, *quod non fecisset, si ad Christum ex deuotione accessisset. Sed Beda & aliqui alij expositores dicunt contrarium, videlicet quod simplici animo venit ad Christum petens de salute æterna, & quod verum dixit se obseruasse mandata, quod probatur per hoc quod dicitur Mar. 10. c.* Iesus autẽ intuitus eum, dilexit eũ: *Quod non esset verum si venisset fictus. Quod autem arguit Hiero. contrariũ ex hoc quod sequitur:* Abiit tri[illegible], *non est contra ista, quia aliquis potens est statum inferiorem seruare, qui tamen non est potens statum altiorem ascendere.*

3 Ait illi Iesus: Si vis perfectus esse. *Id est, ascendere ad statum perfectionis supra communem statum saluti necessarium.*

4 Vade. *Contemnendo omnia temporalia.*

5 Et ven. quæ. *Propter Deũ, quia abiicere temporalia propter ostentationem non est meritorium, sicut aliqui philosophi fecerunt.*

6 Et habebis the. *Hoc non dicitur, quia paupertas sit maior virtus quam continẽtia vel obedientia, sed dicitur per quandam correspondentiam: quia thesaurus cœlestis sic respondet voluntariæ paupertati, sicut exaltatio humiliationi, sicut dictum est c. præce. Sequitur:*

7 Et veni seque. me. *Quia in sequela Christi per opera charitatis consistit perfectio principaliter, in paupertate autem voluntaria consistit inchoatiuè per modum remouentis prohibẽtis & disponentis: quia per hoc aufertur cura temporalium quæ impedit animum à dilectione Dei, & disponitur animus ad liberè Deo vacandum.*

8 Cum audisset autem. *Hic consequenter ostendit quid sit huius perfectionis impedimẽtum, videlicet nimia dilectio terrenarum possessionum, & hoc est quod subditur:* Cum audisset autem adolesc. ver. *scilicet Christi de perfectione paupertatis voluntariæ,*

9 Abiit tristis. *Quia nimis amabat possessiones terrenas, & ideò non poterat ad perfectionem voluntariæ paupertatis ascendere. Consequenter ostendit quomodo diuitiæ faciunt difficultatem in attingendo perfectionem dicens:*

10 Amen dico vobis quia diues. *Non dixit impossibile, sed difficile, quia difficile est diuitias possidere, & non teneri nimis amore earum: quia secundum quod dicit August. in epist. ad Paulinũ;* Bona terrena diliguntur arctius adepta quam concupita. *Aliud enim est nolle incorporare quæ desunt, aliud iam parata diuellere. Illa enim velut extranea iã repudiantur, ista velut mẽbra præscinduntur, &c. Et Chrys. super Matt. Appositio diuitiarum maiorem apponit flammã, & vehementior fit cupido. Et quia cupiditas est venenũ charitatis, ideò possessio diuitiarum reddit hominẽ difficilem ad perfectionem acquirendam: nõ tamen facit impossibilem: quia Abraham fuit valde diues, vt habetur Gen. 13. & tamẽ fuit perfectus, vt habetur Gen. 17. ideo dicitur Eccl. 31. a.* Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit. *& sequitur.* Quis est hic, & laudabimus eum? *quasi dicat, Vix & cũ difficultate inuenitur. Consequẽter ostẽdit qualiter diuitiæ faciũt impossibilitatẽ ad perfectionẽ & ad regnum cœlorum consequendum, quando scilicet homo constituit finem in diuitiis. Et hoc est quod dicit:*

Bonorum terrenorũ cupiditas quomodo augeatur.

11 Facilius est camelũ per foramen acus transire. *Primũ est impossibile, vt patet manifestè: ergo & secundũ. Quod autem loquatur de diuite constituente finẽ in diuitiis patet per illud quod habetur Mar. 10. c. vbi dicitur,* Quã difficile est confidẽtes in pecuniis regnum Dei introire, &c. *& sequitur ibidem.* Facilius est ca. &c. *Ex quo patet, quod illud quod dicit diuitem impossibile intrare in regnum Dei, intelligitur non de quocunque diuite, sed de diuite confidente in diuitiis, & in ipsis finem constituente, & hoc debet hic subintelligi.*

12 Auditis autem. *Quia talem perfectionem paupertatis voluntariæ & aliarum virtutum nullus docuerat ante Christum. sequitur:* Quis ergo pote. sal. esse. *Ad quod respondens.*

MORALITER.

† 3 *Si vis perfectus esse va. & ven.* GENNADIVS de ecclesiasticis dogmatibus: Bonum est facultates cum dispensatione erogare, sed melius est intentione sequendi Christum totum simul donare & absolutum à sollicitudine cum Christo egere.

ORIGENES. Non tamen sic intelligendum est, quod in ipso tempore quo bona sua tradidit pauperibus, fiat omninò perfectus, sed ex illa die incipiat speculatio Dei adducens eum ad omnes virtutes, ideò subditur:

6 *Et veni se. me.* HIERONYMVS. Sequitur enim dominum qui imitator est eius, & per illius vestigia graditur.

8 *Cum audisset autem ado. ver. abiit. tri.* CHRYSOST. Non enim similiter detinentur qui pauca habent & qui multis abundant: quoniam adiectio diuitiarum maiorem accendit flammam & violentior est cupido, ideò sequitur:

10 *Amen dico vobis quia di. diffi. intra in re.* CHRYSOSTOMVS. Quod quidem dixit non pecuniis detrahens, sed eis qui detinentur ab ipsis, & discipulos pauperes existentes non debere verecundari propter inopiam.

a *Deum.* Qui ab amore terrenorum ad charitatem æternorum conuertit: Non quod cupidi & superbi intrent.

Hom. 64. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Dei autem opus hoc esse consequenter ostendit, quoniam multa opus est gratia, vt homo in diuitiis dirigatur.

b *Ecce nos reliquimus omnia.* ✠ORIGENES. Etsi Petrus minima cum fratre reliquit, sed non minima æstimata sunt apud Deum considerantem, quoniam ex tanta plenitudine dilectionis illa minima reliquerunt, vt etiamsi multas habuissent possessiones, omnia reliquissent. Et puto quod magis Petrus confidens de affectu suo, quàm de ipsa quantitate rerum relictarum, fiducialiter interrogauit.

c *In regeneratione.* Duæ sunt regenerationes, prima ex aqua & spiritu sancto, secunda in resurrectione. Ita duæ adoptiones & duæ resurrectiones.

d *Filius hominis.* Id est, cum serui forma quæ iudicata est iudiciariam exercuerit potestatem, eritis & vos mecum iudices.

e *Super sedes duodecim.* Per duodecim sedes, vniuersitas iudicantiū. Per duodecim tribus, vniuersitas iudicādorū intelligitur. Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt dominum, hi iudices erunt: qui licita habentes rectè vsi sunt, iudicabuntur, quibus dicetur: *Venite benedicti patris mei: Esuriui enim & dedistis mihi manducare.* (inf. 25. c.) Duo enim sunt ordines bonorum.

Hom. 65. in Matth. ✠ CHRYSOST. Non simpliciter dixit, *Sedebitis,* sed adiunxit, *Qui secuti estis me,* vt hinc Iudam excludat, & eos qui postea futuri erant attraheret.

f *Centuplum.* Id est, qui carnalia pro domino dimiserit, spiritualia accipiet quæ cōparatione & merito sui ita erunt, quasi paruo numero centenarius comparetur. Marcus ait, *Centies tantum nunc in tempore hoc cum persecutionibus fratres & sorores, & in futuro vitam æternam.* id est, in hac (Mar. 10. d.)

(a ¶ Suo aspectu attentos facit.) saluus esse? Aspiciēns autem Iesus dixit illis: Apud homines [1] (a ¶ Vt per se à cupiditatibus suis conuertantur.) hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. [2] (a ¶ Id est, voluntatem habendi.) Tunc respōdens Petrus, dixit ei, ecce nos reliquimus omnia, [3] [4] (a ¶ Id est, etiam. b ¶ Quod est perfectio. c ¶ Præmij.) et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit [5] (a ¶ Non qui reliquistis tantum, quod & Socrates fecit. b ¶ Quando mortui resurgent incorrupti.) illis: Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me in regeneratione, [6] [7] cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ; [8] (¶ Quia vobis credentibus credere noluerunt.) sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim [9] (a ¶ Non tantum vos. b ¶ Omnes affectus charitati supposuerit.) tribus Israel. ✝ Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, [10] [11] aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum acci- [12]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iesus. di. illis. *Quia homo non potest ad hoc attingere ex virtute propria, sed solùm ex diuina gratia, quod habetur ad Rom 6. d.* Gratia Dei vita æterna: *& per hoc excluditur error Pelagij: qui posuit hominem ex sola libertate arbitrij, posse mereri. Et quia licet meritu vitæ æternę non possit esse virtute naturæ, potest tamen esse virtute gratiæ diuinę, ideo sequitur.*

2 Apud Deum autem omnia pos.

✦ *Aliter autem exponitur ab aliquibus illud.* Facilius est camelū, &c. *dicentibus quod quædam porta erat in Ierusalem quæ vocabatur porta acus, per quam non poterat camelus transire nisi priùs deposito onere: Sic nec diues in regnum cœlorum nisi deposita sarcina terrenorum; sed quia hoc de scriptura non habet autoritatem, ideo eadem facilitate contemnitur qua probatur. Non enim inuenitur scriptum in aliqua scriptura authētica quod in Ierusalem fuerit aliqua porta sic nominata: & ideo prior expositio melior videtur.*

3 Tunc respondens Petrus. *Hic consequenter ostenditur voluntariæ paupertatis præmium: & præmittitur interrogatio Petri.*

4 Ecce nos reli. *Licet autem Petrus esset pauper, tamen asserit confidenter se reliquisse omnia: quia licet esset pauper in actu, tamen habebat multa in potentia. Et quia per paupertatem voluntariam non solummodo relinquuntur possessa in actu, sed etiam possibilitas acquirendi & possidendi, & ista possibilitas aliquo modo se extendit ad omnia, ideo conuenienter Petrus dixit se reliquisse omnia.*

5 Quid ergo erit nobis? *In pręmio retributionis pro tali voluntaria paupertate. Consequenter ponitur responsio Christi:*

6 Amen. *Id est, fideliter,*

7 Dico vobis. *Quia vos qui secuti estis me, dimissis omnibus terrenis.*

8 In regeneratione. *Id est, in iudicio tempore resurrectionis mortuorum: quæ quidem resurrectio dicitur regeneratio, quia terminatur ad esse secundario acceptum.*

9 Cum sederit filius hominis. *Quia sicut in forma hominis fuit iudicatus coram Pilato. ita in forma humana iudicabit, sicut dicitur Act. 1. b.* Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, *ad iudicium: scilicet, quia sicut in humanitate ascendit, ita in humanitate descendet ad iudicium: quia tamen apparebit in forma humanitatis gloriosa, ideo subditur:*

10 In sede maiestatis suæ. *In primo enim aduentu sedit in sede humilitatis.*

11 Sede. & vos. *Aduertendum quod iudicare accipitur tripliciter. Vno modo principaliter, sicut iudex qui profert sentētiam: & hoc modo solus Christus iudicabit: alio modo pro sedere in loco eminenti iuxta iudicem, sicut assessores iudicis: & hoc modo apostoli & alij perfecti cum Christo iudicabunt. Tertio modo largè accipitur, scilicet, pro sententiam iudicis approbare; & hoc modo omnes electi iudicabunt, quia sententiam iudicis approbabunt. Considerandum etiam quod licet iudiciaria potestas quæ competit alicui, per modum assessoris conueniat apostolis & viris perfectis ratione suæ perfectionis supra alios eminentis, tamen magis attribuitur voluntariæ paupertati quam aliis virtutibus: & hoc per quandam correspondentiam, sicut supra dictum est: quia sicut exaltatio correspondet humilitati, sic iudiciaria potestas paupertati: quia pauperes in hoc mundo conculcantur & peruersè iudicantur: quia etiam eorum bona in malum interpretantur, ideo è contrario eminentia sedis iudiciaria competit eis in generatione.*

12 Et omnis qui re. *Non est sic intelligendum: vt aliqui dixerunt; quod post aliquam reuolutionem temporum post iudicium centuplum omnium quę hic dimittuntur propter Deum reddantur in eadem specie, vt centum agri pro vno agro dimisso: sed est sensus quod qui corporalia pro Christo dimiserit, spiritualia bona recipiet hic in præsenti, quæ ita excedunt bona temporalia sicut centenarius numerus vnitatem.*

Et vitam

MORALITER.

2 *Apud Deum omnia possi. sunt.* REMIGIVS. Hoc non est sic intelligendum, quod possibile sit apud Deum, vt diues cupidus auarus & superbus intret in regnum cœlorum, sed vt conuertatur, & sic intret.

4 *Ecce nos re. o.* GREGORIVS. homil 30. Multum dimisit qui cum re possessa etiam concupiscentiis renunciauit. Tanta ergo à sequentibus dimissa sunt, quanta à non sequentibus concupisci potuerunt.

✝ *Vos qui secuti estis me.* HIERONYMVS. Non dicit qui reliquistis omnia. Hoc enim & Socrates philosophus fecit & multi alij diuitias contempserūt, sed qui secuti estis me, quod proprie apostolorum est atque credentium.

8 *In regeneratione.* Sequitur.

11 *Sedebitis & vos super sedes duodecim.* CHRYSOST. Quod fuit ex tunc, quo gentes credere cœperunt in Christo ✝ regenerante. (✝ regnante.) Ex tunc enim apostoli sederunt super duodecim thronos, id est in omnibus Christianis. Omnis enim qui recipit verbum Petri, fit thronus Petri: & idem de aliis apostolis est dicendum.

✝ *Iudicantes duodecim tribus Israel.* HIERONYMVS. Id est, condemnantes: nam apostolis credentibus, Iudæi communiter credere noluerunt. *Et omnis qui re. do.* sequitur:

✝ *Centup. acci.* ORIGENES. etiam in hoc sæculo: quia pro fratribus carnalibus multos inuenit secundum fidem: Similiter patres, scilicet, episcopos & sacerdotes: & filios, scilicet, iuniores credentes: & sorores, scilicet, omnes qui se Christo exhibuerunt virgines castas: & agros, quia de agris multorum fidelium pascitur sufficienter, & hoc modo August. 20. de ciuit. Dei exponit illud Apostoli: *Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.*

Multi

...cutio-
...gaudiū
...ant, &
...ctorum
...dilectione

a ¶ Multi priùs feruentes postea torpent, multi subitò inardescunt.

pict, & vitam æternam possidebit.† Multi autem erunt primi ¶ Vt Iudas. nouissimi, & nouissimi primi. ¶ Vt latro.

fruuntur.
Sed quia multi tepescunt vel retrocedūt, subdit: *Multi autem erunt primi. &c.*

D † Mar,10 f Luc.13.f.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vitam æternam. *In futuro, scilicet, propter quod concluditur in fine sic:*

2 Multi autem. *Quia illi qui sunt hic primi in honore alios iudicantes iniustè, tunc erunt nouissimi & inferiores & iudicio aliorum subiecti: & è contrario voluntariè pauperes qui sunt hic nouissimi, in iudicio futuro erunt primi: quia sicut dictum est, erunt iudicis assessores.*

MORALITER.

Multi autem erunt primi. ORIGENES. Per hoc exhortatur eos qui nuper venerunt ad verbum, vt festinent ad perfectum ascendere præ multis, qui videntur senuisse in fide.

ADDITIO I.

In ca.19. *vbi dicitur in postilla:* Et sic patet, quòd indiuisibilitas matrimonij non solum est de iure diuino, sed etiam naturali.

Mirum videtur, quòd astruere nititur Postillator; videlicet quod de iure naturæ matrimonium est indiuisibile, inducens ad probationē huius conclusionis instinctum animalium, vt patet in litera postillæ, quod tamen nō videtur veritate fulciri. Ad quod probandum primò est euacuanda ratio eius. Secūdo sunt aliqua præsupponēda ad veritatē materie B *clariùs lucidādā. Tertio sunt aliquæ conclusiones formandæ. Circa primum dicendum est quod ratio Postillatoris non probat intentum suum: nec eget alia solutione nisi interēptione: negatur enim animalia bruta ita simul adhærere, vt coniunctio sua in aliquo indiuisibilitatem sapiat: quinimo omnia ferè animalia vel pro maiori parte ab inuicem post copulam discedunt, & vnus masculus sufficit pluribus fœminis, vt aries qui sufficit centum ouibus, & vnus equus multis equabus, & vnus taurus qui sufficit multis vaccis, & sic de similibus, ideo non potest sumi ad indiuisibilitatem matrimonij efficax argumentum ab animalibus brutis: & sic ratio huius cessat. Circa secundum primo præsupponendum est quod ius naturale dicitur multis modis. Interdum enim ius naturale ponitur pro diuino; interdum pro illo iure quod est commune omnibus hominibus, quod ius gentium appellatur: sed propriè sumpto vocabulo. Ius naturale primæuum est, quod conuenit omni animali. Hinc est quod solet dici: Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit: & ideo licet promiscuè vtamur illo verbo, ius naturale, propriè tamen loquendo ius naturale solummodo dicitur illud quod conuenit omni animali. Ad loquendum igitur propriè in hac materia, ne incertitudo vocabulorum aliquam ambiguitatem vel errorem pariat, cum diximus ius naturale, intelligimus de iure naturali primæuo congruenti omni animali, & de hoc videtur intellexisse Postillator. Secundo est præsupponendum,* C *quod ex hoc iure est maris & fœminæ coniunctio, liberorum procreatio & educatio, & proprij corporis defensio, & similia quæ pertinent ad conseruationem indiuidui & speciei, quod manifestè dicunt iura, cum de iure naturali loquuntur. Tertiò est præsupponendum quod est aliud ius quod dicitur Gentium, & ex hoc descendit consensus, & fuerunt inducti contractus, dominia distincta, introducta bella, seruitutes & cætera huiusmodi. Quartò est præsupponendum, quod est aliud ius quod dicitur ciuile seu humanum: & ex hoc iure fuit data forma contractibus & æquitas naturalis quæ erat in confuso, fuit reducta ad certas formas: vt patet in diuersis casibus determinatis per legumlatores. Quintò præsupponitur, quod est ius diuinum, scilicet, quod in vtroque testamento continetur: & quantum ad præsentem materiam pertinet, nō est constituenda species in iure canonico, quia adhæret iuri diuino. Sextò præsupponendum est, quod homo est alligatus omnibus iuribus, diuersis tamen respectibus. Iuri primæuo naturali alligatur inquantum est animal: Iuri verò Gentium inquantum est animal rationale: Iuri autem ciuili inquantum est animal ciuile. Nam vt Aristoteles ait à natura est ciuile animal homo & omnium aggregabilius: iuri vero diuino vtriusque testamenti inquantum est animal catholicum & fidele.*

His ergo præsuppositis circa tertium ponendæ sunt aliquæ conclusiones: Quarum prima est, quòd de iure naturali primæuo non est indiuisibilitas matrimonij: Quod patet, quia de hoc iure non est matrimonium, ergo nec eius indissolubilitas. Antecedens probatur autoritate principalium glossatorum vtriusque iuris. Ioannes enim Teutonicus glossator decreti: in ca. Ius naturale, dist.1. cum textus loquens de iure naturali diceret: Ex hoc iure est maris & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus: exponens dicit coniunctio, scilicet, corporum non animorum, quasi dicat, coitus est à iure naturæ, sed matrimonium non. Hoc idem notat Accursius. §.3. insti. de iure naturali. Patet etiam hoc manifestè per rationem. Nam si verum esset, quòd matrimonium esset de iure naturæ, sequeretur quod concubinatus esset matrimonium: quia ius naturale primæuum quod competit homini vt animali, non facit inter illa differentiam. Nec obstat, quod aliqui dicunt rationē naturalem inducere matrimonium, ex eo quod ratio dictat quod certi sint parentes propter educationem liberorum. Nam fateor hoc: sed aliud est ratio naturalis, aliud instinctus naturalis. Instinctus enim naturalis est communis omni animali: & iste est à iure naturæ. Ratio naturalis est propria hominis, & ista est à iure Gentium: alias enim sequeretur, quod animalia bruta haberent rationem naturalem: cum ius naturale est (vt dictum est) quod natura omnia animalia docuit. Coitus ergo est ab instinctu naturali, qui descendit à iure naturæ communi omni animali. E *Matrimonium verò, quod est quædam qualitas iustificatiua coitus descendit à consensu: qui prouenit à iure gentium. Forma enim essentialis matrimonij prout est de iure gentium, consensus est: vnde Legistæ solent dicere:* Nuptias non cōcubitus, sed consensus facit. *Sequitur ergo quod à iure naturali primæuo nō est indiuisibilitas matrimonij, cū de tali iure non est matrimoniū vt fuit assumptum. Secunda conclusio est, quod de iure gentium est matrimoniū: sed non indiuisibilitas matrimonij. Prima pars conclusionis patet ex supradictis. Cum enim matrimoniū formetur consensu, & consensus sit à iure gentium: ergo & matrimonium. Secunda pars probatur per rationem eiusdem iuris. Fundamentum enim in iure gentium est, vt quidquid homines consentiunt de agendis, per eos seruetur: vnde & legislator dicit: quod nihil tam congruum naturali æquitati est, sicut ea quæ placita sunt inter homines seruare. Hinc ergo est quod matrimonium descendit ex hoc iure vt consensus seruetur: sed in diuortio est cōsensus vtriusque coniugis ad discedendum, ergo seruandus est. Facit ad hoc regula iuris ciuilis quæ dicit, quod nihil est naturale, quod illa quæ vno genere ligantur, eodem genere soluuntur. Cum ergo ius Gentium duntaxat respiciat naturalem rationem, sequitur quod matrimonium quod ex hoc iure consensu firmatur contrario consensu tollatur, & sic patet quod attento hoc iure matrimonium est indiuisibile. Tertia conclusio est, quod de iure ciuili non* F *est matrimoniū originaliter: sed est data forma accidentalis matrimonio, & additæ solennitates & ritus: sed tamen ex hoc iure non est indiuisibilitas matrimonij? Quæ conclusio pro vtraque parte patet ex prædictis, & etiam quia iuristæ ciuiles tractant de ritu nuptiarum & de diuortiis & repudijs & de alijs materijs tangentibus matrimonia. Quarta conclusio est, quod de iure diuino consistēti in veteri Testamento matrimonium non est indiuisibile, cum ex iure hoc permittatur diuortium prout manifestè patet Deut. 24. Quinta conclusio est, quod de iure diuino consistente in lege euangelica, & de iure canonico quod eius vestigia sequitur, matrimonium est indiuisibile; vnde veritas ait: vt patet in eodem c. s. Matth. 19.* Quod Deus coniunxit homo non separet, &c. *Ex omnibus his conclusionibus elicitur vna conclusio, videlicet quod nec de iure naturæ, nec Gentium, nec de ciuili, nec diuino prout est in veteri Testamento, est indiuisibilitas matrimonij: sed de lege euangelica, quam lex canonica sequitur. Ad definitionem matrimonij quam inducit Postil. pro fundata sua opinione, dicendum quod illa definitio datur secundum legem euangelicam seu canonicam quæ eam sequitur. Posset etiam dici, quod cum in illa definitione ponitur, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, intelligitur durante matrimonio: non autem post separationem legitimam quæ secundum iura prædicta separationem permittentia fieri posset, vt ex prædictis patet, & sic prædicta definitio cōpetit matrimonio etiam secundum iura ciuilia & huiusmodi. Ratio autem huius differentiæ inter vetus testamentū & nouū circa indiuisibilitatem matrimonij potest esse duplex. Vna generalis sumpta ex imperfectione* ve.le. *quæ nihil ad perfectū adduxit, vt ad Heb.7. vnde matrimoniū veteri lege tanquam imperfectum erat dissolubile, nouæ verò legis quia perfectum, indissolubile. Alia verò ratio magis specialis, prout in prima secundæ. q.102. art.5. in responsione ad 3. argumentū. Matrimoniū fuit in veteri lege prout erat officium naturæ, non autē prout est sacramentū coniun-*

coniunctionis Christi & ecclesiæ, quæ nondũ erat facta. unde veteri lege, dabatur libellus repudij, quod est contra sacramẽnti rationem, non autẽ in noua lege. Quam quidem rationem idem sanctus doctor amplius videtur declarare super 4. dist. 33. in prima. q. vbi dicit quòd tria bona matrimonij, scilicet proles, fides, & sacramentum competunt homini secundum triplicem rationem. Nam bonum prolis competit homini secundùm naturam sui generis, unde procreatio & educatio prolis communis est animalibus, vt in 8. Eth. bonum autẽ fidei quod requiritur ad congruã communicationem operũ quæ sunt necessaria in vita humana competit homini secundum naturã suæ speciei, scilicet, inquantum homo. Bonum autem sacramenti competit homini inquantum est Catholicus, & hoc quantum apud fideles, quia significat coniunctionem Christi & ecclesiæ. Ex quibus cõcludit, quod pluralitas vxorum nec tollit nec impedit primum finem: cum vnus vir sufficiat pluribus vxoribus fœcundandis, etiam educandis filijs ex eis natis; sed secundùm finem qui est fides, etsi non totaliter tollit, multum tamen impedit, eo quòd non facilè potest esse pax in familia, vbi vni viro plures vxores iunguntur, vt ibidem declarat. Tertium autem finem, scilicet sacramentum pluralitas vxorum totaliter tollit, eò quòd sicut Christus est vnus, ita vna ecclesia. Ex quibus patet satis, quòd dissolubilitas matrimonij non est contra legem naturæ, nisi inquantum matrimonium est sacramentum quod solum est apud fideles Catholicos. De hac materia plenius habetur suprà Deut. 24. in additione 2. vide ibi.

ADDITIO II.

In eo. cap. vbi dicitur in Postilla: Et sic patet quòd litera huius versus prædicti defectiua, &c.

Litera huius versus præsupposito vero intellectu eorum quæ traduntur circa libellum repudij supra Deuter. 24. in additionibus ibi positis, non est defectiua sed planè sonat veritatem. Ad quod sciendum est prout ibidem fuit dictũ quod nullo modo licebat in ve. Test. repudiare vxorẽ nisi propter turpitudinem fornicationis, prout veritas literæ ibidem testatur: tamen secundùm Pharisaicam doctrinam, quæ sepè mandata Dei irritabat propter suas falsas traditiones vt supra cap. 15. ex multis alijs causis licere repudium asserebant, etiam pro solo libito voluntatis viri. Cuius doctrinæ falsitatem Christus ostendit in hoc loco di. Dico autem vobis quòd quicunque dimiserit vxorem suam nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mœchatur. Ex quo manifestè habetur à contrario sensu, quod qui dimiserit vxorem suam ob fornicationem etiamsi aliam duxerit, non mœchatur, quod est verum, eo quod libellus repudij ex causa legitima in lege determinata, scilicet, fornicatione, licitus erat, vt patet suprà in additionibus supradictis. Quod autem subditur: Et qui dimissam duxerit, mœchatur, intelligitur planè de illa de qua immediatè ante loquitur, scilicet, de dimissa non ob fornicationem: talis enim dimissio nulla est quia cõtra formam in lege datam, & sic manet vinculum vxoris sic dimissæ cum viro priori, & per consequens secundus eam ducens mœchatur, unde præsupposita veritate non oportet supplere nec interponere aliqua nisi solũ illa quæ ex litera plano sensu accepta intelligenda sunt. Illud etiam quod Postil. dicit quod eadem ratione vxor dimissa ab altero viro non potest duci: sicut nec vir eam dimittens potest ducere alteram, quia æqualiter manet vinculum matrimonij ex vtraque parte vt dicit, manifestum est veritatem non obtinere secundùm legem veterem secundùm quam pluralitas vxorum fuit licita seu permissa, nunquam autem pluralitas virorum.

REPLI. In cap. 19. vbi Postillator dicit de indiuisibilitate matrimonij Burg. hic sicut Deut. 24. grandem facit contra Postillatorem commotionem, ad quam sedandam clariori modo redigam factũ Burg. hic & Deut. 24. inter cætera dicta. Primum dictum eius, quod in veteri lege non fuit licitũ dimittere vxorem, nisi propter fornicationẽ. Hoc dictum habetur in sua digressione. Deut. 24. Secundum dictum est: Indissolubilitas matrimonij solùm pertinet ad legem euangelij. Tertium dictũ, dare libellum repudij in veteri lege non solùm fuit licitũ sed etiã fuit diuinum præceptum. Quartum dictum eius quod ius naturæ in quo disponitur de indiuisibilitate matrimonij solùm intelligitur de iure expresso in euangelio & iure canonico ipsum sequente. Quintum dictum eius est tale, aliquid est ius naturale quod est commune omni animali, & hoc dicitur propriè ius naturale. Sic quoque dicit postillatorem accepisse ius naturale quando dicit indiuisibilitatem coniugum esse de iure naturæ, quod tamen non videtur verum, vt dicit Burg. Ex quibus dictis elicit certas conclusiones quæ quia prolixæ sunt habeantur pro insertis, quia etiam tangentur in pertractatione istius digressionis.

Quantum ad istam materiam primò videndum de veritate & connexione dictorũ Bur. Secundò respondebitur ad rationes eiusdem factas contra postillatorem. Quo ad primum dictũ Bur. videtur falsum, quia dare libellum repudij fuit promissum in vet. le. nõ solum propter fornicationem sed etiam propter quamcunq; fœditatem. patet hoc Deut. 24. vbi dicitur: Si acceperit homo vxorem & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquã fœditatem, scribet libellum repudij, &c. Probatur etiam per canonem priuilegia distinct. 4. vbi dicitur quod quædam permittuntur vt licita, vt petere præmium, quædam autem permittuntur vt illicita, sicut dare libellum repudij ne fiant grauiora. Videamus insuper quomodo illud primum dictum cum tertio concordet. Nam primum dictum vult traditionem libelli fore illicitam præterquam in casu fornicationis. In tertio autem dicto dicit ipsam non solum simpliciter licitam, sed expressè à Deo mandatam, quod tamen nullibi legitur, imo rotunda litera hic contradicit, quia dicitur hic, propter duriciam cordis vestri permisit vobis Moyses, &c. Et idem tanquam minus malum permittitur ex canone priuilegia, suprà allegato. Nullum autem malum in lege generaliter præcipitur: Et dico generaliter propter præceptum factum Abrahæ de occisione filij, quod non erat regulare, nec generale sed ad tentandum singulare. Similiter & præceptum datum Osee prout patet in locis suis. Similiter & secundum dictum Burg. falsum est & contra literam euangelij præsentem, in qua Christus indissolubilitatem matrimonij sub euangelio probat per indissolubilitatem eiusdem sub lege naturæ, quæ fuit per Adam inspirante Deo promulgata, dicit enim tentantibus Pharisæis: Quia qui fecit hominem ab initio, masculum & fœminam fecit eos: & dixit: propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Quid planius, nisi quod matrimonij inseparabilitas sub lege euangelica & canonica ortum habet ex inseparabilitate sub lege naturæ per Christum hic allegata. Unde patet etiam quartum dictum Burg. esse falsum: quia in ea re (de qua sermo) lex euangelica & canonica se fundant super legem naturæ & matrimonij institutionem primariam.

Sic & tertium dictum falsum est & repugnans primo, vt suprà ostensum est.

Quintum autem dictum de iure naturæ primæuo cõmuni omni animali est confictum, quia nullum tale ius reperitur in scripturis sacris neque canonibus Nam ius sumptum in sua maxima generalitate solùm ad vocalia extendi probat Gratianus autoritate beati Isido. 2. etymo. dicentis: Ius generale nomen est, lex autem iuris est species. Ius autem dictum, quia iustum est. Omne autem ius legibus & moribus constat. Nunc autem iustum & iustitia ad sola rationabilia pertinent: Hoc autem ius generalissimè acceptum vbi supra, distinguitur in ius naturale gentium & ciuile. Ius naturale dicitur cõmune omni nationi: sola autem rationabilia per nationes distinguuntur: & ideo commune, quia vbique ex instinctu naturæ est, nõ constitutione aliqua, vt maris & fœminæ coniunctio, liberorum successio, puerorum educatio, communis omnium possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum quæ cœlo, terra marique capiuntur, depositi vel commodati restitutio, violẽtiæ per vim repulsio, & hoc & si quid simile huic est, nunquam iniustum sed naturale æquũmque habetur. Hæc inquam omnia iuris naturalis portiones, solis rationalibus conueniunt. Coniunctio autem maris & fœminæ in irrationabilibus non est secundum ius naturale, sed secundum instinctum naturæ. Aliud est enim dicere de iure naturali & de instinctu naturali: quia se habent sicut inferius & superius. Nam omne ius naturale est instinctus naturalis, sed non è conuerso: quia aliàs extenderetur ius naturale non solum ad irrationabilia sed etiam ad insensibilia, quia instinctus naturalis ab appetitu naturali non videtur distingui. Ius igitur naturale sic distinctum ab alijs, primatum obtinet & tempore & dignitate. Cœpit enim ab exordio naturæ rationabilis, nec tempore variatur, sed immutabile permanet, vt dicitur 5. di. c. 1. Fingit igitur Bur. tale ius naturale primæuum, imò impropriissimè diceretur ius iuxta prædicta: idcircò falsum imponit postillatori quod ita acceperit ius in proposito. Et quia fundamentum Bur. falsum est, nimirùm falsæ sunt conclusiones suæ in eo fundatæ. Prima namque conclusio fundatur super suo ficto iure naturali, & secunda conclusio, scilicet, quod matrimonium est de iure gentium, sed non indiuisibilitas. Nam ex litera euangelij matrimonium est à prima institutione naturæ rationalis: quæ ius gentium longè præcessit. Sed nec tertia conclusio est vera, quo ad hoc quòd ex iure ciuili non est matrimonium indiuisibile. Nec quarta conclusio: quæ duæ innitũtur eidem medio, videlicet quia in iure ciuili tractatur de diuortijs & repudijs, & in ve. Testa. similiter, quæ media non probãt bene illas conclusiones: nã & si diuortium in lege permissum est propter maius malum vitandum, ex hoc arguere, igitur matrimonium est diuisibile, consequentia non valet, nec formaliter nec legaliter. Non formaliter, quia arguit à secundum quid ad simpliciter. Sicut si argueretur: Antichristus est permissiuè ens, est igitur ens, sic in proposito. Nec legaliter valet consequentia. Non enim sequitur: Lex apud legislatorem non est necessaria, igitur non est necessaria. Sicut lex quæcunque nõ ligat Deum quin possit vel mutare vel dispensare, stat tamen legem esse solidã in se. Sicut necessario ignis calidus est & calefactiuus materia debita approximata: non tamen sequitur: In fornace trium puerorum non fuit calefactiuus, igitur non fuit calefactiuus: Ita est de matrimonio quod ex causis in litera expressis, Deuter. 24. fuerat separabile: non tamen sequitur, igitur non est indiuisibile. Iura autem quæ dicunt de diuortijs & repudijs, &c. non probant matrimonij diuisibilitatem, quia pertinent ad illegitimè contractũ matrimonium, quod non meretur dici matrimonium, quod de sua formali ratione est coniunctio legitimarũ personarũ: & si qua iura aliter de repudiis & diuortiis sentirent, essent abolenda

tanquam

tanquam naturali non cõsona, quod hic in litera per Christũ allegatur.

Quinta autem conclusio quamuis in se verà, tamen non ad intentionem Burg. quòd videlicet originaliter & primò matrimonium ex euãgelio habeat suam indiuisibilitatem: nam sicut supra dictum est euangelium & canones quo ad id se referunt ad legem naturalem per Christum hic allegatam. Ex his patet falsitas conclusionis per Burg collecta ex illis quinque ineptis conclusionibus, vt patet.

Nec valet responsio Burg ad argumẽtum postil. cum dicit definitionẽ allegatam in postill. tantum intelligi debere de coniunctis in lege euãgelica tantum. Huius responsionis falsitas ostensa est suprà, immo debet intelligi in omni lege iusta & consona legi naturali & primæuę à Deo institutę in exordio rationalis creaturæ. Diuortium autem & repudiũ intelligenda sunt permissiuè ex quibus non sequitur diuisibilitas nisi per accidens, vt prædictum est & secundum quid. Et ad hoc tendere videtur secunda responsio quam dat Burg. ad idem argumentum: quia dicit quod illa definitio tenet durante matrimonio: sed diuortio facto secundum permissionem iurium non tenet: vnde patet quod instantia Bur. ad definitionem matrimonij est secundum quid.

Nec valet differentia legis nouæ & veteris quã assignat Bur. quo ad hoc, quia quãuis vetus lex fuit imperfecta, tamen in ea fuerat verũ matrimoniũ de sui natura & institutione insolubili, quãuis propter maliciã eorum qui erant sub lege, non autem propter ipsius legis imperfectionem diuortium permittebatur secundum modum priùs dictum. Nec ex hoc debet dici matrimonium solubile nisi secundum quid, scilicet, solutione permissa. Nec valet quod Burg. de S. Tho. adducit quod videlicet in veteri lege ideò repudium erat licitum, quia matrimonium pro tũc fuit in officiũ, non autem erat sacramentũ significatiuũ coniunctionis Christi & ecclesiæ, quæ nondum erant, falsum est enim in veteri lege ecclesiam (quæ incipit ab Abel iusto secundum beatum Gregorium) Deo non fuisse coniunctam: quia vetus Testamentũ frequenter ostẽdit synagogam Deo desponsatam, quæ despõsatio est in vna sponsa vsque ad nouissimum iustum, Cui ecclesiæ totali Christus vt spõsus secundum deitatem ab initio coniunctus est: cuiusque coniunctio indissolubilis est vsq; ad consummationem sæculi Matth. vlt. Et ita oportet sanctum Tho. & Bur. sẽtire, nisi velint erroneè dicere cũ Heluidio Christum ante Mariam non fuisse Christus enim etsi ex tempore est factus homo, æternaliter tamen fuit Christus: quia à patre vnctus: nõ vnctione vt dicit per vnctionẽ, sed vt significat vngendi per generationem cõmunicationem. Est enim Deus vngens sicut est lumen, sicut & filius est lumen de lumine, ita est vngens ab vngẽte: sententia est Hila. 11. de trinitate prope medium. Item secundum sanctum doctorem & magistrum in 4. matrimonium fuit sacramentum ante peccatum: igitur alicuius sacræ rei signum, & nõ nisi coniunctionis Dei ad animam iustam quæ est ecclesia, vel in ecclesia fuit ab exordio rationalis creaturæ sponsus & sponsa mystica, & eorum coniunctio: quando igitur institutum fuit matrimonium, nõ deficit eius sacrum signum prout sanctus Tho. dixit & Burg. Sic igitur patet dicta Bur. non habere connexionem nec veritatem.

Quantum ad secundũ articulum restat respondere argumentis Burg. factis contra postillatorem, sed prænotãdum quòd factum Bur. fundatur super falsa imaginatione: Imaginatur enim quod quia Deus præcepit dari libellum repudij, ꝙ ergo præcepisset diuortiũ. Sed hoc falsũ est: nam libellum præcepit dare, non simpliciter sed ex suppositione vt supposito quod quis habeat odium contra vxorem, & voluerit eam repudiare, det illi libellum. Non igitur in hoc conditionato præcepto datur modus dimittendi vxorem, sed datur modus temperandi furorem: & ita Christus in hoc respondet Pharisæis proponentibus fallaciam secundùm plures interrogationes, vt vnam dicentibus: Quid ergo mandauit Moyses dare libellũ & dimittere? Sed dominus Iesus hanc multiplicẽ quæstionẽ distinxit tacitè concedens, ꝙ Moyses bene mandauit dare libellum, sed negauit quod Moyses mandauit dimittere vxorem: vnde dixit ad illam partem quæstionis Moyses, ad cordis vestri duriciam permisit dimittere vxorẽ: ab initio autẽ sic non fuit. Glos. interli. similiter & in arg. & est beati Hier. Moyses permisit non Deus, quia contra legẽ naturalẽ: Hæc in glo. sparsim, & magistro lib. 4. circa hanc materiã hic interpretatur responsio Christi. Et hoc est quod beatus Aug. de sermone domini in mõte vult: Nõ inquit qui præcepit dare libellũ, præcepit vt vxor dimittatur, sed qui dimiserit, inquit, det libellum vt iracundiam temerariam proiiciendi vxorem libelli coactio temperaret.

Per hoc ad argumenta. Et primò ad glo. Ioãnis. Teutonici & Accursij dico, quòd vbi glo. directè vadit contra textũ, sequenda est litera, & glo. spernenda, nisi haberet euidentem probationem qualiter non est hic. Quod autem glo. corrumpat literam patet: quia vt dicit Bur. litera habet quod de iure naturali est coniunctio maris & fœminæ quam matrimonium appellamus, Glo. coniunctio corporum, non animorum, vt allegat Burg. Talis autem glo. destruit textũ, quia coniũctio corporum sine coniunctione animorum non est matrimonium: quia stat veram matrimonium sine coniunctione corporum. Stat etiam coniunctionem corporum esse sine matrimonio quia in stupro adulterio, &c. Malè igitur glossatur coniunctio matrimonialis, dicendo eam coniunctionem corporum tantum. Alij volentes saluare glossas dicunt, quòd loquuntur non de iure, sed instinctu naturali: sed nec sic est coniunctio illa sacramentum & matrimonium sicut textus accipit: quia talis coniunctio se extendit ad irrationabilia & adulteria & cætera peccata, de quibus vadit argumentum Burgen. quod valdè ponderat, quamuis modicum valeat. In declaratione autem huius inualidi argumenti Bur. ponit tria inopinabilia: primum, quod instinctus naturalis est à iure naturæ, secundùm quod ratio naturalis est à iure gentium. Tertium quod matrimonium est qualitas iustificatiua coitus, & hoc à iure gentium propter consensum. Primum autem videtur irrationabile. Nam ius naturalè sequitur instinctum naturæ, non cuiuscunque, sed rationabilis naturæ, non igitur instinctus ille est à iure naturali. Similiter secundum falsum videtur: quia ius gentium est à naturali ratione, & eius recto dictamine. Non igitur naturalis ratio est à iure gentium: quia dictamen rectæ rationis præcessit & gentes & ius gentium. Sic & tertium dictum non videtur verum. Quamuis enim coitus sit ex instinctu naturæ, tamen non ex lege naturæ generaliter, quia sic omnis esset iustus & ordinatus, & tunc non essent adulteria & cætera mala. Qui igitur generationem præcepit quæ sine coitu per naturam fieri non potest, hic rationalem dedit ordinem per institutionem matrimonij, quam institutionem hic Christus allegauit. Si igitur coitus cadit sub Dei præcepto præcipientis generationem, non fuit de se malus, sic nec hodie est malus. Iustificatio igitur matrimonij non respicit directè coitum, sed eius vsum: vsus autem irrationabilium non potest esse deordinatus, quia illa agunt secundum impetum naturæ. Natura autem non ponit laudem nec vituperium. Rationabilia autem agunt secundum prohæresim & electionem quæ possunt deordinari. Illi autem conuenienter datur ordo per matrimonium: non ad iustificandum coitum qui ex instinctu naturæ bonus est, & per Deũ mandatus: sed ad prohibendum abusum qui factus fuisset & fieret, nisi lex matrimonialis interueniret.

Burgensis ponit hic tria inopinabilia.

Ad primum argumentum quod Burg facit circa Deut. 24. dico quod lex naturæ satis exprimit matrimonij indissolubilitatem prout hic à Christo allegatur, non igitur oportuit in lege Mosaica de huiusmodi singulare mandatum dare.

Ad secundum dico, quod Deus præcipiendo dationem libelli, non dat modum repudiandi sed dat modum temperandi pertinax odium, per consequens dat magis modum impediendi dimissionem.

Ad tertium dico, quòd quantumcunque fiat repudium semper manet vinculum, sed quòd in veteri lege post repudium permittebatur vterque nubere alteri, hoc fuit ad vitandum maius malum. Repudium enim permittebatur ad vitãdum vxoricidium. Alteri nubere permittebatur nè remaneret odiũ & vitaretur incontinẽtia. De iustitia enim legis naturæ & euangelij quamuis videatur vinculum rumpi, non tamen rumpitur etiam facto diuortio in casu fornicationis. nã permissio de nubendo per euangelium correcta est, permissio autem de diuortio manet in casu fornicationis, sed illa non tollit vinculum: quia separatione legitima facta neuter nubere potest sine mœchia: vt dicitur in litera hic, & ita fuit in veteri lege de iustitia, secus fuit de permissione ex causis sæpè dictis.

Matt. 10. g
Luc 18. f.

Ad quartum assumptum negatur, videlicet quod repudium sit de expresso mandato Dei. Probatio autem non valet, quia non sequitur: Deus præcepit, dare libellũ. ergo præcepit repudium, sicut patet ex dictis. Et cum postillator respondet rationibus alterius opinionis, Burgen replicat, sed nihil concludit. Cum enim arguitur, quòd sicut pluralitas vxorum non fuit in veteri lege illicita, sic neque repudium. Respondet postillator quod non est simile quia pluralitas vxorum non fuit prohibita: nec vnitas vxorum est de lege naturæ sicut inseparabilitas: & ideò propter maius bonum pluralitas fuit licita & sancta patribus sanctis. Secus est de repudio quod concessum est propter maius malum vitandum: hoc tamen minus malum, non facit fore licitum. Ibi replicat Bur. per illud Apostoli Non sunt facienda mala vt eueniant bona: quasi habere plures vxores propter maius bonum, deberet esse malum, quod falsum est. Sed adhuc replicans Bur. arguit sic: Pluralitas virorum est mala, quia contra legem naturæ: igitur pluralitas vxorum: consequentiam istam negat Scotus circa 4. di. 32. in quæst. de bigamia. Sed quod incidentaliter dicit Burg. quòd in repudio non permittitur aliquod malum, hoc redarguit hic plena litera, vide eam bene.

Sed & Bur. hic traducit exemplum postil. quod ponit de animalibus brutis quorum coniunctio in parte etsi non in toto manducit ad videndum inseparabilitatem matrimonij. Quod exemplum etsi non sit in toto simile, non igitur traduci debet, quia exempla & similitudines non semper currunt quatuor pedibus: prout patet sup. Osee 1. & inf. Matth. 20. in additione Burg. & patet totum.

In eo. ca. vbi dicitur: Quicunque dimiserit vxorem, &c. postillator dicit versum illum supplendum, quia oratio defectiua est. Burgen. dicit eum planè esse intelligendum. Supposito quòd verum sit totum quod ipse per suas digressiones hic & Deutero. 24. disseruit: sed suppositum non cõcedit, igitur nec reliquum. Sed quod obiicit contra postillatorem de pari iure viri & vxoris quo ad posse nubere alteri, allegans causam diuersitatis: quia pluralitas vxorum fuit in veteri Testamento licita, non autem virorum, non valet propter superius dicta & vide ibi Scotum in loco supra allegato.

Cap. XX.

A Simile est re. Ostendit per parabolam, quia primi erunt nouissimi, & nouissimi primi. Pater iste familias conditor noster est, qui habet vineam, vniuersalem ecclesiam, quæ ab Abel vsque ad vltimum electum qui in fine nasciturus est quotquot sanctos protulit, tot palmites misit. Hic pater exiit ad excolendam vineam mane hora tertia, sexta, nona, vndecima operarios conduxit à mundi huius initio vsque ad finem: ad erudiendam fidelium plebem prædicatores mittere non desistit.

B a *Simile est re.* Non homini solùm, sed toti negocio ab homine gesto, & in similibus similiter.

✻ Chrysost. Homo paterfamilias, Christus est, cui cœli & terra, quasi vna est domus: familia autem cœlestium, terrestrium, & inferiorum creaturarum. Vinea autem eius iustitia est in qua diuersæ species iustitiarum positæ sunt, quasi vites, puta mansuetudo, castitas, patientia, cæteræque virtutes, quæ omnes generaliter iustitia appellantur, homines autem vineæ cultores ponuntur. Deus enim iustitiam suam dedit in sensibus nostris, non propter suam vtilitatem sed propter nostram. Scitote ergo quia mercenarij sumus conducti. Sicut ergo nemo conducit mercenarium, vt hoc solum faciat quod manducat: sic & nos non solùm vocati sumus à Christo, vt hæc solùm operemur, quæ ad nostrum pertinent vsum, sed ad gloriam Dei. Et sicut mercenarius prius aspicit opus suum, deinde quotidianum cibum: sic & nos primum debemus aspicere, quæ ad gloriam Dei pertinent, deinde quæ ad nostram vtilitatem. Et sicut mercenarius totam diem circa Domini opus impendit, vnam autem horam circa suum cibum: sic & nos omne tempus vitæ nostræ debemus impendere circa gloriam Dei, modicam autem partem circa vsus nostros terrenos. Et sicut mercenarius ea die qua opus non fecerit, erubescit intrare domum & petere panem, quomodo tu non confunderis intrare in ecclesiã, & stare ante conspectum Dei, quando nihil boni in conspectu Dei gessisti?

(Hom. 34. in Matth.)

b *Primo ma.* Manifeste cœpit à primo iusto æterna mercede prædicatores ad plantandam ecclesiam inuitare.

D c *Conuentione.* Id est, confirmata promissione quod ad imaginem Dei reformandi essent, si ecclesiam ædificando mandatis decalogi insisterent.

d *Ex dena.* Hieron. Denarius habet imaginem regis qui olim pro decem nummis computabatur. Quãtò plus aliquis in cultu ecclesiæ laborat decalogi mandatis insistendo, tantò plus informatur in imaginem regis Dei. Prædicatores sunt operarij, etiam vnusquisq; dum in fide recta in bono opere persistit. Mane, hora tertia, sexta & nona antiquus & Hebraicus populus qui fide recta Deum coluit in electis, ad vndecimam gentiles vocantur. Possunt etiã diuersitates horarum in vnoquoque notari per momẽta ętatum. Mane quippe intellectus nostri pueritia est; hora tertia, adolescentia, quia iam sol in altũ proficit. Sexta iuuẽtus: cum plenitudo roboris solidatur. Nona, senectus, quando sol. i. calor ætatis descendit. Vndecima, decrepita ætas. In omnibus his aliqui ad bonam vitam perducuntur. Qui sibi viuit vt ociosus redarguitur. Qui & vsque ad vltimam ætatem differt rectè ei dicitur, *Quid hic statis*: id est, vel in vltimis resipiscite.

(Hominis ætates diuersis horis significantur.)

e *In foro.* ✻ Origen. Forum autẽ est quicquid extra vineam est, id est, extra Ecclesiam Christi.

F ✻ Chrysost. In hoc enim mundo vendendo & emẽdo viuũt homines, & inuicẽ sibi fraudem facientes, vitam suam sustentant. Otiosi autem sunt peccatores. Illi enim mortui dicuntur. Otiosus autem est, qui opus Dei non operatur. Vis ergo non esse otiosus? non aliena tollas, & de tuis des, & operatus es in vinea domini misericordiæ vitam colens.

(Hom. 35. operis imperf.)

f *Et quod, &c.* ✻ Chrysost. Solis primis conuenit specialiter dare denarium, alios autem sub incerto pacto conduxit, dicens: *Quod iustum fuerit dabo vobis.* Sciens enim dominus quia præuaricatus fuerat Adam, & omnes postmodum in diluuio erant perituri, certum fecit pactum ad eum, nequando dicat, ideò se neglexisse iustitiam, quia nesciebat quæ præmia fuerat recepturus. Istis autem non fecit pactum, quia tãtum paratus est retribuere, quantum mercenarij recipere non sperabant.

(Vbi supra.)

A nouissimis

CAPVT XX.

¶ Exponit per simile. ¶ Præsens Ecclesia. a ¶ Vita iustorum.

1 Simile † est regnum cœlorum homini patri- 2 familias, qui exiit † primo mane conducere 3 operarios in vineam suam. Conuentione 4 autem facta cum operariis ex denario † diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam 5 tertiam, vidit alios stantes in foro ociosos, & dixit illis: Ite & vos in vineam meam, & quod † iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierũt. Iterum autẽ exiit circa sextam 6

(Glossæ interlineares: ¶ Paterfamilias conditori, qui possidet electos in mundo, vt dominus subditos in domo. ¶ Prima hora ab Adam, vsque ad Noe. ¶ A Noe vsque ad Abraham. a ¶ Quasi venales, si quis dignè emere vellet, à bono tamen opere cessantes. a ¶ Ab Abraham vsque ad Moysen.)

(Marginalia: † enim; † ipso statim diluculo; † In diem; † quodcunque.)

NICOLAVS DE LIRA.

Cap. XX.

1 Simile est. *Hic consequenter Saluator docet virtutes prælatorum. In prælatis autem præ cæteris virtutibus debent esse quatuor. s. feruor ad continuè laborandum in agro dominico: vigor ad se martyrio exponendum pro grege sibi commisso: humilitatis tenor etiam in statu alto: pietatis dulcor continuè subditis benefaciendo. primum tangitur in prima parte c. secundum ibi:* Et ascendens Iesus: *tertium:* Tunc accessit ad eũ: *quartũ:* Et egredientibus illis: *primũ ostenditur in parabola illorum qui vocati sunt ad operandum in vinea à mane vsque ad vesperum. Ex quo patet q̃ prælati debent continuò laborare per doctrinam in ecclesia; debent etiam operari ibidem sine inuidia & mutua æmulatione, quod patet per hoc quia laborantes murmurantes hic reprehenduntur, propter quod Nu. 11. dicitur quod cum Iosue diceret Moysi, vt prohiberet Heldad & Medad prophetantes in castris Moyses redarguit ipsum dicens:* Qui emularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det dominus eis spiritum suum? *Igitur circa hoc duo tanguntur. Primum est vocatio ad laboris exercitium. Secundum ad recipiendum præmium ibi:* Cum serò factum esset. *Circa primum ergo dicitur.* Simile est re. *Id est, status ecclesiæ militantis.*

(In prælatis debent esse quatuor.)

2 Homini. *Iste est Deus pater, qui ita gubernat totum mundum sicut paterfamilias subditos in domo.*

3 Qui exiit. *Iste exitus non est per loci mutationem, sed per suæ bonitatis diffusionem in creatura subiecta. Vinea ista est vniuersalis ecclesia, quæ à primo iusto colligitur vsq; ad vltimum, qui in fine mundi nasciturus est, vt dicit Gre. Operarij autem sunt doctores & prælati à Deo missi ad culturam huius vineæ per prædicationem & doctrinam. Primo ergo manè Deus pater operarios conduxit, quia à principio mundi vsque ad Noe aliquos sanctos patres ad eruditionem hominum misit, videlicet Adam, Seth & Enoch & alios iustos.*

4 Conuentio. *Conuentio ista est promissio vitæ æternæ pro labore. Quæ quidem vita æterna dicitur denarius diurnus, qui est æqualis omnibus, quia vita æterna erit æqualis omnibus à parte finis.*

5 Et egres. *Hora tertia intelligitur mundi decursus à tempore Noe vsque ad Abraham, in quo aliqui sancti ad eruditionem aliorum missi sunt à Deo. vt Noe, Sem, Heber, Thare & Abraham, & consimiles.*

6 Iterum. *Hora sexta fuit ab Abrahã vsque ad Moysen, in qua missi sunt Abraham, Isaac, & Iacob, & 12. Patriar. Hora nona à Moyse vsq; ad Christum, videlicet tempore legis, in quo ad eruditionem populi missi sunt Moyses & Aaron, Iosue, iudices, reges, prophetæ, & sacerdotes.*

Circa

MORALITER.

1 *Simile est.* Parabolam istam de laborantibus in vinea patrisfamilias, alias exposui literaliter & moraliter, prout competit communitati fidelium. Nunc autem eam exponam prout conspicit communitatem religiosorum: quia religio vinea spiritualis est domini, ad quam veniunt aliqui in pueritia quasi in mane, aliqui in iuuentute quasi hora tertia, & aliqui in ætate virili tanquam hora sexta, & aliqui in senectute tanquam hora nona & aliqui in senio tanquam hora vndecima. Dominus autem vineæ Christus est, procurator autem eius præsidens illi religioni, qui aliquando tantum vel plus honoris vel recreationis facit vltimo venientibus propter compassionem vel personarum reuerentiam seu aliam rationabilem causam, quantum primò venientibus. Et aliquando contingit quod primo venientes accipiunt inde occasionem murmurandi licet iniustè propter quod meritò arguuntur à domino.

MORAL.

D

A nouissimis vsq. Quia qui in aduentu domini vocati sunt ad regnum, sine aliqua tarditate perueniunt, æquales his qui ab initio mundi cœperunt, omnes quidem idem cœlum, sed stella differt à stella in claritate. A nouissimis incœpit, dum priùs latronem quàm Petrum in paradisum introduxit. Quia priùs aliquando remunerantur serò venientes, quia prius de corpore exeunt, quàm qui in pueritia vocati sunt.

b *Et accipientes.* Quia antiqui patres in infernum descendentes à gloria dilati sunt, quasi ergò post murmurationē denarium accipiunt; qui post longa inferni tempora ad gaudia peruenerunt. *Et accipientes.* Hi sunt qui in initio nascentis ecclesiæ vocatis ex gentibus se præponebant, quasi populus Dei ab initio mundi, & illi canes qui pondus obseruationum portabant. Sed qui non venit superbos vocare iustos, sed humiles pœnitentes, cui magis placet humilis confessio malorum, quam superba gloriatio bonorum, subdit: *Amice non facio tibi iniuriam.* Non dolent quasi fraudati sua mercede, sed (ritu inuidorum) quòd illi plus quam merentur, accipiunt, & non tam ipsi plus accipere, quam alios nihil vel minus accipere desiderant, quasi alterius consortio sibi præmium minuatur.

c *Murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi vna, &c.* Quæritur, quomodo accipientes murmurasse dicantur, cum in illa beatitudine omnis inuidia & murmuratio prorsus remouenda sit? Sed hic est mos diuinæ scripturæ, vt cum de multis in collectione agat, quædam tantum quibusdam de illa collectione, & non toti collectioni tribuat, iuxtà illud Prophetæ: *Eduxit eos cum aur. & arg.* Et inde: *Et induxit eos in mon.* cum tamen illi qui de Ægypto exierunt, omnes præter Caleb & Iosue propter incredulitatem suam in deserto perierunt, quorum filij in montem sanctificationis inducti sūt. Ita ergo & de primis accipientibus quidam & non omnes murmurant, qui tamen post accipiūt. Sicut sæpe contingit quòd multi domino per longa tempora seruierunt, alij autem mox in principio suæ conuersionis martyrio vel aliquo modo ad denarium recipiendum translati sunt. Quod audientes qui diu laborauerunt. s. quod alij statim ad præmium transferuntur, ipsi autem tanto tempore in labore detinentur, de dilatione præmij quasi murmurare videntur. Potest etiam dici de malis, qui in principio quidem boni fuerunt, sed bonum quod inceperunt, ad finem non perduxerunt. Unde, non illi qui denarium acceperunt, sed isti, qui in bonitate non perstiterunt, præmio priuati murmurant, quia denario carebant, qui in principio boni pro quo etiam principio cum primis accipientibus connumerantur, se promeruisse crediderant.

Psal. 104. d. Ibid. 77. f.

---

a ¶ Ab Abraham vsque ad Moysen.

bo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exiit circa sextam

a ¶ A Moyse vsque ad aduentum domini. b ¶ Ab aduentu domini vsque ad finem mundi. c ¶ Per seipsum apparuit, qui priùs per patres innotuit.

& nonam horam, & fecit similiter. Circa vndecimam verò * exiit & inuenit aliòs stantes *, & dixit illis: Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei, quia nemo nos conduxit. Dicit illis: Ite & vos in vineam meam *. Cum serò autem factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo; Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt † singulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati sunt, quod plùs essent accepturi, acceperunt autem & ipsi † singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patremfamilias, dicentes: Hi nouissimi

a ¶ Gentilem populum à bono opere torpentem.
a ¶ Omni tempore pro salute laborare negligitis. b ¶ Vias vitæ nemo nobis prædicauit.
¶ Cum finis mundi vel cuiuslibet venisset.
¶ Pater. a ¶ Filio cui omnia dedit in manus. b ¶ Statue ante tribunal tuum.
a ¶ Vnicuique secundum opera sua prout gessit.
a ¶ Gentiles, vel qui decrepiti sunt vocati.
a ¶ Eandem æternitatem cùm his qui ab initio mundi vocati sunt. ¶ Id est, Iudæi.
a ¶ Digniorem locum in regno, qui prius in tabernaculo.
a ¶ Conformitatem claritatis corporis Christi.

* horam. | * ociosos. | † singuli denarium. | † singuli denarium. | * Et quodcunque fuerit iustum accipietis.

B C E F

✠ Chrysost.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Circa vndecim. vero exiit. *Vndecima hora intelligitur à tempore Christi vsque ad finem mundi, in quo gentiles vocati sunt per prædicationem Apostolorum & aliorum Ecclesiæ doctorum, & propter hoc dicitur hic:*

2 Quid hic sta. &c. *Quia qui à principio mundi vsque tunc laborare in bonis moribus neglexerant, quasi tota die ociosi stabant.*

3 Dicunt ei. *Id est, nullus doctor, nullus propheta ad nos instruendum venit: quia lex & prophetæ filiis Israel dati fuerunt, vt illi speciali sanctitate fulgerent, ex quibus Christus secundùm carnem erat nasciturus.*

4 Ite & vos in vineam meam. *Interponitur hæc coniunctio copulatiua, quia gentiles Iudæis adiuncti sunt vt vna ecclesia ex ambobus fieret.*

5 Cum serò autem factum esset. *Hic describitur vocatio ad recipiendum præmium. Serò autem ab aliquibus hic dicitur finis mundi, in quo vocabuntur iusti ad receptionem præmij, vt habetur infrà 25. cap.* Venite benedicti pa. mei &c. *Sed illud quod sequitur videtur contradicere, quod aliqui accipientes præmium murmurabant aduersus patremfamilias, quia nullus in fine mundi præmium æternum recepturus murmurabit contra Deum, sed erit suo præmio contentus. Ad quod respondet beatus Greg. quod ista murmuratio non est aliud quàm dilatio præmij quam sustinuerunt patres sancti in limbo vsque ad passionem Christi, sed hæc responsio non videtur conueniens, quia murmuratores hic dicuntur nequam, quod non potest dici de sanctis patribus in limbo existentibus: & in fine parabolæ concluditur:* Multi sunt vocati, pauci verò electi. *Ex quo patet, quod ista parabola non solùm extendit se ad electos, cuiusmodi sunt illi qui in fine mundi recipient præmium. Et ideò dicendum, quòd serò hic accipitur pro tempore gratiæ, quod incepit à Christo, vnde Ioan. 1. b. dicitur:* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est: *& ideò cum dicitur:* Cum serò autem fa. esset. *id est, cùm tempus gratiæ aduenisset.*

6 Dicit dominus. *Id est, Deus Pater.*

7 Procuratori suo. *Id est, homini Christo qui missus est ad procurationem salutis humanæ.*

8 Voca ope. *Illa merces bene intelligitur gratia, quia est quædam inchoatio gloriæ cum gloria non sit aliud quam gratia consummata.*

9 Incipiens. *Quia in primitiua ecclesia gratia Christi data est gentilibus qui vltimo venerant ad fidem, Iudæis pro maiori parte in infidelitate remanentibus.*

10 Cum venissent. *Id est, gentiles.*

11 Accepe. sin. *Id est, donum gratiæ quæ est quædam inchoatio & arra gloriæ.*

12 Venientes autem & pri. *Id est, Iudæi qui à principio legis datæ Deo seruierant.*

13 Arbitrati sunt. *Quia in primitiua ecclesia credebant, quod plus deberent habere de Christi gratia vnde reputabant gentiles indignos gratia Dei, secundum quod dicitur Act. 10. vbi Petrus vidit linteum submissum de cœlo, in quo erant animalia quadrupedia & serpentia & volatilia & immunda secundum legem. Et dictum est Petro:* Occide & manduca: *in quo signabatur incorporatio gentilium intra ecclesiam per fidem & gratiam, sicut patet ex litera consequenti: quia à Deo missus est Petrus ad prædicandum Cornelio Centurioni & alijs gentilibus, propter quod Petro abominationem habenti de manducatione immundorum secundum legem, in quo signabatur (vt dictum est) vocatio gentilium ad fidem, dictū est sibi à Deo:* Quod Deus purificauit tu ne commune dixeris. *Et inf. eo. cap. dixit Petrus Cornelio & amicis suis:* Vos scitis quoniam abominatio sit viro Iudæo coniungi aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit Deus neminem communem aut immundum dicere hominem. Act. 10. c.

14 Acceperunt. *Id est, consimilem gratiam, sicut & gentiles, & non maiorem, vnde Act. 10. dicitur, quod prædicante Petro cecidit* spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum, *videlicet super Cornelium & amicos eius: quia vt ibidem dicitur.* Receperunt spiritum sanctum in signo visibili, & donum linguarum, *sicut receperant Apostoli & alij discipuli qui erant Iudæi in die Pentecostes.*

15 Et acci. &c. *Quia ad literā in primitiua ecclesia conuersi Iudæi murmurauerunt de hoc, quod consimilis gratia fiebat gentibus sicut & ipsis, vnde Act. 11. dicitur, quod cū Petrus redisset in Ierusalē baptizato Cornelio & amicis eius disceptabāt aduersus illū qui erat ex circuncisione dicentes:* Quare introisti ad viros præputiū habentes, & manducasti cum illis? *Et ibi. 6. a. dicitur.* In diebus illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

9 Incipiens | 1 A t ille

✠ CHRYSOSTOMVS. Non autem oportet ea quæ in parabolis sunt secundum totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem propter quam composita est intelligere & nihil vltrà scrutari. Non ergo inducit hoc, vt ostendat aliquos esse inuidia morsos, sed vt ostendat hos tanto potitos honore, quod & inuidiam alijs poterat generare.

Hom 65. in Matth.

✠ IDEM. Non autem dolebant, quasi defraudati de mercede sua, sed quia illi amplius quàm meruerant, acceperant. Sic enim dolent inuidi, quando alteri aliquid additur, quasi eis subtrahatur, ex quo patet quod ex vana gloria nascitur inuidia. Ideò enim dolet esse secundus, quia desiderat esse prior.

Hom. 34. operis imp. † æstum. * in iis quæ mea sunt.

a *Huic nouissimo.* ✠ ORIGEN. Sed paterfamilias vni eorũ dixit (Forsitan. Adæ) *Amice non facio tibi iniuriam, nõnne ex denario conuenisti mecum? tolle quod tuum est, & vade* (Tuum est enim salus, quod est denarius) *Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi.* Non incredibiliter potest quis arbitrari hunc nouissimum esse D. Paulum, qui vna hora operatus est: & similiter omnes qui ante eum fuerunt.

b *Aut non licet.* Stulta quæstio contra bonitatem Dei. Quærendum esset, Non si daret quod non deberet: sed si non quod deberet.

c *An oculus tuus, &c.* Verè Iudæi prauam intentionem habuerunt qui prohibuerunt Apostolos gentibus loqui, vt salui fierent.

d *Sic erunt nouissimi primi.* AVGVSTINVS. Id est, Iudæi de capite vertentur in caudam: & gentes de cauda in caput. Vnde Moyses in Deuteron. *Aduena qui tecum moratur, ascendet super te: ille erit in caput, & tu eris in caudam.* Sed tamen nec omnes primi nec omnes nouissimi ad numerum electorum pertinent.

✠ CHRYSOST. Aut ideò primos dicit esse nouissimos, & nouissimos primos, non vt nouissimi digniores sint quàm primi, sed vt coæquentur, & nulla sit inter eos differentia temporis causæ. Quod autem dicit, *multi vocati, &c.* non ad superiores sanctos pertinet, sed ad gentes, quoniam ex ipsis gentibus qui multi vocati sunt, pauci sunt eligendi.

Hom. 34. in Matth. † An. † Mar. 10. Hom. 65. in Matth.

✠ IDEM. Quòd autem non omnes simul conduxit, sed alios manè alios hora tertia, & sic de alijs ex differentia mentis eorum processit. Tunc enim eos vocauit, quando erant obedituri. Nam & latronem vocauit, quando obediturus erat. Composita est ergo hæc parabola, vt eos auidiores faceret, qui in vltima senectute conuertuntur, ne existimarent se minus aliquid habituros.

[Interlinear glosses:] a ¶ Id est, qui diu sub onere legis sudauimus, & longiora carnis tentamenta sustinuimus. a ¶ Carnis. b ¶ Quia par erat hominibus murmurandi ratio. ¶ Primæ horæ operario. ¶ Reddo quod debeo. a ¶ Non enim promisi tibi nisi conformitatem meam. a ¶ Reddo tibi secundum opus tuum, in te itaque iustus sum. b ¶ Gratia est & misericordia vt coæqualis & concorporalis tibi fiat populus Gentilis. a ¶ Nõnne est potestas iudicis, vel iustitiam facere, vel misericordiam cui vult impendere. a ¶ Intentio qua ad primatum niteris. b ¶ Inuidia plenus, cui mea non placet benignitas. c ¶ Sicut ostensum est. a ¶ Gentiles, vel qui maioris videntur meriti, sunt minoris, & è conuersò. ¶ Iudæi. ¶ Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. ¶ Ad fidem. a ¶ Ad regnum. b ¶ Secundum situm loci.

vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauimus pondus diei & † æstus? [1] At ille respondens vni eorum dixit: [2] Amice, non facio tibi iniuriam. [3] Nõnne ex denario conuenisti mecum? [4] Tolle quod tuum est & vade. [5] Volo autem & huic nouissimo dare sicut & tibi. [6] † Aut non licet mihi quod volo facere * ? [7] An oculus tuus nequam est, [8] quia ego bonus sum? [9] † Sic erunt nouissimi primi, [10] & primi nouissimi. [11] † Multi enim sunt vocati, [12] pauci verò electi. [13] Et ascendens [14] Iesus Ierosolymam [15] assumpsit duodecim discipulos suos

c *An* ☞ *Ecce*

NICOLAVS DE LIRA.

1 At ille re. *Per diuinam reuelationem Apostolis factam.*

2 Vni. eo. di. *Sicut autem aliquando accipitur numerus indeterminatus pro determinato, ita etiam aliquando sumitur vnitas pro numero, sicut suprà dictum est, quod Petrus loquebatur pro omnibus Apostolis: ita similiter quod hic dicitur vni, intelligitur esse dictum multitudini eorum, qui de gratia data gentibus murmurabant seu admirabatur: & hoc factũ est Act. 11. vbi Petrus ratione reddidit Iudæis murmurantibus de hoc, quod baptizauerat Cornelium, dicens quod ex diuina reuelatione fecerat, & quia viderat spiritum sanctum descendentem super Gentiles sicut super Iudæos, vt habetur ibidem: Sequitur:*

3 Amice non facio tibi iniuriam. *Quia iniuria non habet locum vbi est mera gratia: & ideò si det gratiam cuicunque voluerit, non faciet alicui iniuriam.*

4 Nõnne ex denario, &c. *Quia ad hoc aliquis venit ad fidem, vt habeat gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.*

5 Tolle quod tuum est & vade. *Id est: gratiam quam meruisti credendo legi & prophetis de Christo, quia licet prima gratia non cadat sub merito, augmentum tamen gratiæ cadit sub merito, quod quidem augmentum datum est Iudæis credentibus in Christum.*

6 Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. *Id est, gentili vocato immediatè ab idololatria, sicut Iudæo vocato à legis obseruantia.*

7 Aut non licet. *Quasi diceret: Sic: quia Dei voluntas nullo modo potest esse distorta.*

8 An oculus tuus nequam, &c. *Quia talis inuidia & iudicium procedebat ex humano defectu.*

9 Quia ego bonus sum. *Per essentiam, & ideò non possum male agere.*

10 Sic erunt nouissimi primi, &c. *Quia gentiles qui à Iudæis erant quasi viles reputati sunt conuersi deuotè ad fidem Christi.*

11 Et primi nouissimi. *Quia Iudæi qui fuerant populus peculiaris ipsius Dei, propter infidelitatem sunt ab eo deiecti, & hoc est, quod subdit.*

12 Multi enim sunt vocati. *Ad fidem Christi per legem & prophetas.*

13 Pauci verò electi. *Quia pauci de Iudæis comparatiuè crediderunt in Christum, & de credentibus multi reuersi sunt ab ecclesia, & adhuc reuertuntur ad vomitum.*

MORALITER *autem potest exponi parabola ista de vocatis ad gratiam secundùm diuersas ætates. Ita quod hora prima, signat pueritiam, hora tertia, iuuentutem, quia sicut tunc sol incipit ascendere & calorem ostendere: sic in iuuẽtute calor naturalis in homine. Hora sexta ætatem virilem, quia tunc homo est in statu perfecto, sicut sol in cœli medio. Hora nona senectutem, in qua calor naturalis incipit in homine refrigescere. Vndecima verò signat senium, quia tunc homo est prope mortis occasum. Vocantur ergo operarij omnibus istis horis, quia aliqui vocantur ad fidem per gratiam operantem in pueritia, alij in iuuentute & sic de aliis ætatibus, & omnes habent denarium diuinum, quia quantumcunque homo tardè ad gratiam vocetur, dum tamen in ea perseueret, habet gloriam æternam. Contingit etiam quandoque, quod ille qui vocatur in senectute, consequitur tantam gratiam & gloriam à Deo, sicut ille qui in iuuentute vocatur: tum ex diuina liberalitate, tum ex ipsius vocati feruenti voluntate & operatione.*

14 Et ascendens. *Hic saluator ostendit quod in prælatis debet esse vigor ad tolerandum martyrium: si necesse sit pro grege sibi commisso: & hoc docet per exemplum sui, qui voluntariè venit in Ierusalem ad sustinendum mortẽ pro salute mundi, vnde beatus Gregorius exponens illud Ioannis* 10. b. Ego sum pastor bonus & animam meam pono pro ouibus meis, *dicit de se & aliis prælatis.* In hoc ostensa est nobis via quam sequamur. *Et hoc est quod dicit hic:* Et ascendens. *Qua respectu totius terræ promissionis est in alto sita; & propter hoc venientes illuc ab aliis partibus ibant ascendendo.*

15 Assumpsit duodecim. *Et hoc duplici de causa: Vna est, quia secretum mysterium suæ passionis futurum volebat Apostolis communiter præ aliis reuelare, ne videntes eum postea mori ignominiosè scandalizarentur. Secunda est quia secreta mysteria sunt tantum maioribus reuelanda & detegenda, cuiusmodi erant Apostoli, sequitur.*

Et filius

MORALITER.

✠ 14 *Et ascendens, &c.* HIERONYMVS. Dominus crebrò de passione sua discipulis ante prædixit, ne cum veniret persecutio & crucis ignominia, scandalizarentur.

✠ *Et tertia*

[E]cce ascendimus, &c. HIERONYMVS. Hoc sæpe eis dixerat [quia] multis interpositis poterat labi de memoria, iturus Ierusalem & apostolos secum ducturus, ad tentationem eos parat; ne de ignominia crucis scandalizentur, & passionis pœnam & resurrectionis gloriam prædicit, vt cum morientem viderint, resurrecturum non dubitent.

✠ CHRYSOSTOMVS. Omnis salus hominum in Christi morte posita est: nec est aliquid propter quod magis gratias agere debeamus Deo, quàm propter mortem ipsius. Ideò duodecim Apostolis in secreto mortis suæ annunciauit mysterium, quia semper pretiosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Si autem alij audiuissent passionē Christi futuram, viri forsitan turbarentur propter infirmitatem fidei, & mulieres propter mollitiem suæ naturæ, ex qua in tali negotio ad lachrymas excitantur.

(Margin: [Operis im]perf. via. Hom. 35. operis imperf. — B — † Mar. 10. c — † Poculum. — C — Hom. 66. in Matth.)

a † secreto, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendum: & tertia die resurget, † Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei: Quid vis? Ait illi: Dic vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam: & vnus ad sinistram in regno tuo: Respondens autem Iesus, dixit: Nescitis quid petatis. Potestis bibere † calicem, quem ego † bibiturus sum *? Dicunt ei, Possumus. Ait illis: Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, vel sinistram non est meum

(Interlinear glosses: ¶ A Iuda. — ¶ Iudæi. — a ¶ Pilato & ministris Romanorum. — a ¶ Aue rex Iudæorum. — b ¶ Vt tam citò resurrectio euacuet scandalum crucis. — a ¶ Non de ignorantia, sed vt illa palam proferat, & ipsa sit occasio docendi. — a ¶ Matre petente, filiis respondet quorum voluntate illa petierat. — b ¶ Quid ante humilitatem passionis vultis exaltari. — a ¶ Inexpertis leuius videtur, quod experti timuissent.)

(Verse numbers: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16; gloss letters b, c, d, e, f, g, h.)

b *Ad illu. &c.* Ideo dominus in mundo noluit prosperari sed grauia pati vt ostenderet nos qui per delectationem cecidimus cum qua amaritudine redire debeamus.

c *Tunc accessit ad.* Audita resurrectione putauit eum illico (immemor secundi aduentus) regnaturum, & auiditate fœminea præsentia cupit, immemor futurorum.

✠ CHRYSOSTOMVS. Videbant seipsos honoratos præ aliis & audierunt quod supra duodecim thronos sedebitis, vnde primatum ipsius cathedræ petebant accipere, timebant vero sibi præferri Petrum. Vnde & alius euangelista dicit, quod quia propè erant Ierusalem, putabant quod regnum Dei esset in ianuis, id est, aliquid sensibile.

d *Dic vt.* Bonum desiderium, sed inconsiderata petitio. Et ideò non voluntas, non propositum culpatur, sed ignorantia: & si impetrare non debet simplicitas, non meretur confundi.

e *Nescitis.* Qui sedem gloriæ petitis vel quæritis, quam nondum meruistis, delectat culmen honoris quos nondum exercuit via laboris.

✠ CHRYSOSTOMVS. Contulit se diabolus ad consueta arma mulierū: vt sicut Adā per mulierem spoliauit: ita istos separet per matrem, sed iam nō poterat per mulierem perditio introire in sanctos ex quo de muliere salus cunctorum processit.

(Margin: E — Hom. 35. operis imperf. — † bibo. — F — * aut baptismate quo ego baptizor, baptizari?)

f *Potestis.* Et hoc sciebat, quod eius passionem poterant imitari; Sed hoc dicit, vt eo interrogante, & illis respondentibus, omnes audiamus: quia nemo potest cum Christo regnare, nisi passionem eius sit imitatus.

✠ CHRYSOST. Vos inquit de honoribus & coronis cogitatis: ego verò de luctamine atque sudore differo. Non præmiorum hoc tempus est nec illa gloria mea modo apparebit, sed bella, pericula & necem præsens continet vita.

(Margin: Hom. 66. in Matth.)

g *Cali.* Vt Iacobus ab Herode truncatus, & Ioannes in feruentis olei dolium missus, & in Pathmos relegatus, animo non defuit martyrium.

(Margin: Act. 12. a.)

h *Non est meum dare.* Hoc est regnum cœlorum non est dantis ☞ sed

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis. *Id est, legisperitis: quia eis per Iudam fuit traditus & venditus.*

2 Et condemnabunt eum morte. *Quia ipsi iudicauerunt eum esse reum mortis, licet non haberent potestatem interficiendi: quia iudicium sanguinis erat eis ablatum à Romanis, qui dominabantur eis, & ideo sequitur:*

3 Et tradent eum gentibus. *Videlicet Pilato præsidi & suis militibus, ad perficiendum illud quod non poterant, videlicet Christi mortem, & hoc est quod subditur:*

4 Ad illudendum & flagellandum & crucifigendum. *ista enim tria inflicta sunt Christo per ordinem, vt videbitur infra.*

5 Tertia die resurget. *Hoc autem subdit Christus, ne Apostoli eius morte audita absorberentur præ tristitia.*

6 Tunc. *Hic ostendit tertiò, quod in prælatis debet esse tenor humilitatis, quia non debent appetere præesse. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponitur huius documenti occasio: secundò, subiūgitur humilitatis instructio, ibi:* Iesus autem vocauit eos: *Circa primum aduertendum, quod Iudæi æstimabant Christum per prophetas promissum regnaturum temporaliter in Ierusalem quia scripturas de regno Christi carnaliter intelligebant: & ideo regnum ablatum eis per Romanos credebant sibi restituendum per Christum, propter quod apostoli dicebant Christo. Act. 1. a.* Domine si in tēpore hoc restitues regnū Israel: *& hoc modo Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, & mater eorum audientes Christum post mortem tertia die resurrecturum, crediderunt ipsum immediatè post resurrectionem regnaturum in Ierusalem temporaliter; & ideo cupientes ei esse collaterales præ cæteris, quia erant eius cognati germani, informauerunt matrem suam de petitione sequenti: & hoc est quod dicitur hic:* Tunc. *Id est, audita resurrectione Christi futura.*

(Margin: Diuisio.)

7 Accessit ad eum. *Id est, ad Christum.*

8 Mater filiorum Zebedæi cum filiis suis. *Conscijs de petitione matris.*

9 Adorans & petens aliquid ab eo. *Non petiit primò in speciali & determinatè, sed tantum in generali, vt concessione facta in generali primo, minus posset postea sibi denegari in speciali.*

10 Qui dixit ei. Quid vis? *Non petit vt inscius, sed vt petitio sua postea conuenientius ostendatur irrationabilis.*

11 Ait illi: Dic vt &c. *Id est, sint tibi collaterales & maiores in regno tuo post te. Quod quidem regnum credebant temporale vt dictum est: nec est mirum: si talia Apostoli credebant & appetebant, qui adhuc carnales erant & nondum illuminati perfectè nec confirmati per gratiam spiritussancti.*

12 Respondens autem Ie. di. &c. *Respondet filijs, & non matri quia sciebat ipsam esse missam à filijs, & informatam de petitione facienda pro eis.*

13 Potestis bibere ca. quem &c. *Id est, sustinere mortem ignominiosam & crudelem quam ego passurus sum: & per quam debeo venire ad regnum non temporale vt creditis, sed æternum.*

14 Dicunt ei: pos. *Loquuntur sicut inexperti propria fragilitatis: Quod patuit per effectum, quia in passione Christi fugerunt præ timore mortis.*

15 Ait illis: Calicem, &c. *Quia Iacobus propter Christum ab Herode est occisus, vt habetur Act. 12. & Ioānes in dolium feruentis olei propter Christum missus est: & sic patet, quod habuit promptam voluntatem moriendi propter Christum. Fuit etiam missus in exilium propter ipsum. Exilium autem quædam mors est ciuilis.*

16 Sedere autem &c. dare vobis. *In illo supple statu in quo estis; id est, nondum humiliatis & adhuc carnalibus.*

MORALITER.

5 *Et tertia die re.* CHRYS. Quod quidem huius gratia dicit, vt cum viderent tristia, resurrectionem expectarent.

6 *Tunc ac. ad eum. &c.* Per istos qui per matrem petierunt à Christo præ cæteris discipulis alius honorari, eo quod erant eius consanguinei, significantur ambitiosi, qui habentes prælatum consanguineum volunt per hoc in ecclesia præ cæteris promoueri, quibus bene respondetur: *Nescitis quid petatis.* Nam honores ecclesiæ non sunt dispensandi ex propinquitate sanguinis, sed ex idoneitate personarum ratione scientiæ & virtutis. Ideo subditur:

13 *Potestis bibere.* Id est, sustinere martyrium propter Deum.

A sed accipientis. *Non enim personarum acceptio est apud Deum:* Sed quicunque dignus est accipit, quod non paratum personæ est, sed vitæ. Si itaque tales estis qui consequamini, quod victoribus pater parauit, accipietis. Vel, non est meum dare superbis, quod adhuc estis, sed aliis quibus paratum est. Ergo & vos nolite esse quod estis, sed estote alij, id est, humiliamini qui iam vultis exaltari, & est paratum vobis.

a *Et audientes de.* Vt illi carnaliter petierunt esse super omnes, sic & isti carnaliter cótristati sút esse aliquem ante se.

B b *Scitis.* Ac si dicat, Vos more sæculariũ petitis, per prælationem venire vultis ad requiem vel regni possessionem. *Scitis quia prin. gē.* Humilis & mitis magister nec immodicæ cupiditatis duos arguit, nec decem indignationis & liuoris: sed cóueniẽti exemplo docet eos frustra immoderata quæsisse, aut istos super eorum desiderio doluisse, cum ad summa non potentia sed humilitate veniatur.

C ✠ ORIGENES. *Reges gentium, &c.* Id est, non contenti tantum regere subditos, sed violenter eis dominari nituntur; Inter vos autẽ qui estis mei, non erunt hęc: quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, spiritualia autẽ in voluntate: sic & qui principes sunt spirituales, principatus eorum in dilectione debet esse positus, non in timore corporali.

c *Non venit ministrari.* ✠ ORIGENES. Nam etsi Angeli & Martha ministrarunt & tamen non ideo venit vt ministretur, sed vt ministret: & tantum creuit ministrans, vt impleretur quod sequitur, *Et daret animam suam in redemptionem, &c.* Ecclesiarum ergo principes imitari debent Christum, accessibilem, & mulieribus loquentem & pueris manus imponentem, & discipulis pedes lauantem, vt ipsi similiter faciant fratribus. Nos autem tales sumus, vt etiam principum mundi excedere videamur superbiam.

D d *Egredientibus, &c.* MYSTICE. Christo de præsentis vitæ defectu ad cœlos redeunte, & omnibus electis iam cœlum cum eo ingredientibus cœpit vterque populus diu perfidia cæcus spem salutis & illuminationis habere visum, & desideranter quærere.

E Nisi ab Ierusalem descendisset in Iericho, populus vsque hodie in tenebris sederet, sed ideo descendit, vt multos secum traheret.

e *Et ecce duo cæci.* De istis vnum commemorat Marcus, quia fuerat in illa ciuitate famosissimus: qui ex magna fœlicitate eiectus notissimæ erat miseriæ. Cęcus nempe & mendicus, vnde & nomen eius memorat, & nomen patris eius Barthimeus Thimei filius, quod in aliis nó facilè occurrit, nisi in Iairo, qui & in illo loco nobilis fuit. Famositas autem illuminati, magnam famam miraculo comparauit.

F Veniens Iericho vnum illuminat quod Lucas ait, quia morti propinquans lumen euangelij prædicauit Iudæis, exiens duos, quia post resurrectionem, Iudæis & gentibus. De quibus Marcus vnum ponit, qui gentibus scribit.

f *Turba autem.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Videbant enim sordidas vestes, & non considerabant conscientiæ claritatem. Ecce fatua sapientia hominum: existimabant enim iniuriam pati magnos, si a pauperibus honorentur.

✠ ORIGENES. Vel silentium non causa honoris exigunt, sed quòd acerbè à cæcis audiebant quod negabant, scilicet, ☞ Dominum

[Marginal notes: † magni. — † Mar. 19. f. Luc. 22. c. — † earum. — † eas. — † erit. — † vt sibi ministraretur. — † Mar. 10. g. Luc. 18. f. — † Mar. 10. g. Luc. 18. f. — tractatu 12. in Matth. — vbi supra. — † 93. di. c. diaconi sút 9. quæst. 3. c. nullus. — Mar. 10. g. — † supra 9. c. — Luc. 18. f. — Hom. 36. operis imp. — tractatu. 13. in Matth.]

¶ Nondum humiliatis.

dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audien- 1 2

a ¶ Non matri, quam ipsi miserant ad grandia petenda, ignorantes mensuram suam immodica cupiditate exarserunt.

tes decem indignati sunt de duobus fratribus. Iesus autem 3

b vocauit ad se, & ait: † Scitis quia principes gentium domi- 4 5

nantur † eorum, & qui † maiores sunt, potestatem exercent

a ¶ Cum econtra ad summam virtutem veniatur, non imperando sed ministrando.

in † eos. Non ita erit inter vos: † Sed quicunque voluerit in- 6

a ¶ Non primatum ambiendo, sed humiliter deuitando.

ter vos maior fieri, † sit vester minister & qui voluerit inter vos

a ¶ Quod charitas non conditio exigit. b ¶ Exemplum ponit, vt si verbis non credunt erubescant ad opera.

primus esse, erit vester seruus. Sicut filius hominis non venit

c a ¶ Non tantum prædicando vel miraculis admonendo, sed animam quam pro nobis accepit impendendo.

† ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptio-

a ¶ Non omnibus: sed prædestinatis. b ¶ Post resurrectionem gentes credunt in eum. c ¶ Luna & significat defectum nostræ mortalitatis.

d nem pro multis. † Et egredientibus illis ab Iericho, secuta 7 8

a ¶ Vterque populus sine Christo cæcus. b ¶ Iam voto Christum cognoscere cupientes, aduentus eius præconia audierant.

est eum turba multa. † Et ecce duo cęci sedentes secus viam 9 10

e a ¶ Magno desiderio illuminari postulauerunt, confessi Dauid filium. b ¶ Quem Deum credimus, filium hominis factum.

audierunt quia Iesus transiret, & clamauerunt dicentes: † Do-

a ¶ Carnalia desideria vel persecutiones obstabant.

mine miserere nostri fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt 11 12

f a ¶ Orando, pulsando insistebant donec strepitum turbæ vincerent. b ¶ Quia fides incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat.

tacerent. At illi magis clamabant, dicẽtes: Domine miserere no- 13

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed quibus. pa. *Id est, verè humilibus & spiritualia sapientibus.*
2 Et audien. de. *Scilicet, alij Apostoli.*
3 Indignati sunt. &c. *Aliquid humanum passi, quia adhuc erant carnales sicut & illi & ideo indignati sunt, quod excellentiam super alios habere voluerunt.*
4 Iesus autem. *Hic consequenter instruit discipulos suos de humilitate ex prahabita occasione, vt ambitionem Iacobi & Ioannis reprimeret, & indignationem aliorum sedaret.*
5 Et ait, Scitis quia princi. gen. *Quasi dicat, maioritas in regno meo non eodem modo acquiritur, sicut in regno terreno: quia in regno terreno acquiritur per ambitionem & potestatem, sed in regno meo cótrario modo acquiritur, videlicet per humilitatem, propter quod dicit:*
6 Quicunque vo. &c. *Id est, se exerceat in obsequiis humilitatis: Et quia in moralibus magis mouent facta quàm verba, ideo inducit seipsum exemplum dicens:* Sicut filius hominis non venit &c.
7 Et egredi. *Hic consequenter ostendit Saluator quod in prælatis debet esse pietatis dulcor ad continuè benefaciendum subditis: quia Christus non solum in domo & in quiete existens, sed etiam in via ambulãs non cessabat populum docere & infirmos curare: & hoc est quod dicitur hic:* Et egre. illis. *Id est, Christo & eius discipulis.*
8 Ab Iericho. *Nomen ciuitatis est, quæ coram filijs Israel corruit, vt habetur in lib. Iosue. 6. c. sed postea reædificata est.*
9 Secuta est eum. *Desiderantes audire doctrinam eius etiam in via.*
10 Et ecce duo cæci se. *Marcus dicit, quod erat vnus. Non est hic contradictio, quia licet essent duo secũdum veritatem, vt dicit hic Matheus: tamen vnus erat famosior altero, vel importunius clamabat: & ideo de illo tantum facit Marcus mentionem. Sequitur:*
11 Miserere no. fili. Da. *Vocant eum filium Dauid, quia credebant ipsum esse Christum per prophetas promissum, & notum erat apud omnes Iudæos, quod Christus nasciturus erat de semine Dauid.*
12 Turba autem &c. vt tace. *Quia per clamorem suum impediebant turbam ab audiendo Christi doctrinam.*
13 At illi magis clamabant, dicentes. *Timentes ne ab increpatione aliorum impediretur auditio & exauditio petitionis ipsorum.*

[Marginal note: Diuisio.]

Et ste-

MORALITER.

1 *Et au.* CHRYS. Sicut duo carnaliter petierunt, ita & decem † carnaliter contristati sunt: nam velle super omnes esse vituperabile est, non sustinere autem alterum super se minus est gloriosum.

† *Non ita erit. &c.* CHRYSO. Principes mundi ideo sunt, vt dominentur minoribus suis, & eos subijciant seruituti: principes autem ecclesiæ fiunt vt seruiant minoribus suis, & ministrent eis quæcunque à Christo receperunt, & suas vtilitates negligant, & illorum procurent, & mori non recusent pro salute inferiorum. *Et eg. il. &c.* Sequitur:

10 *Et ecce duo.* Per quos mysticè significantur duo populi, scilicet, gentiles, qui erant excæcati per Idololatriam, & Iudæi per doctrinam peruersam: mandatum Dei transgredientes propter traditiones hominum: sed adueniente Iesu & eorum oculos mentales tangente, illuminati sunt plures de Iudæis, & de gentibus pauciores, eum per fidem & opera sancta sequentes.

Dominum esse Dauid filium. Vel qui crediderãt, increpabant eos, vt non appellarent eũ contemptibili nomine filiũ Dauid, sed potius dicerẽt, *fili Dei miserere nostri.*

a *Et stetit Iesus, &c.*

a ¶ Transeunte Iesu cæci admoniti sunt, vt illuminentur, & astante illuminati sunt.
b ¶ Non ignorat, sed audire vult confessionem qui nouerat intentionem.

a stri fili Dauid. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait. Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi: Domine, vt aperiantur oculi nostri.

a ¶ Oculos tangit, qui radiis suæ lucis conscientiam illustrat.

Misertus autem eorum Iesus, tetigit oculos eorum. † Et confestim † viderunt, & secuti sunt eum.

a ¶ Fide. b ¶ Imitatione.

Trãsiens audit, stãs illuminat: quia per humanitatẽ misertus, per verbi æternitatẽ (quæ nõ mouetur) lumẽ reddit. Quia cæci sequi nõ poterant, stat & iubet vocari, ne turba prohibeat.

† visum receperunt oculi eorũ.

Tran-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ste.Ie. *In hoc apparet eius clementia, quia non dedignatus est stare & alloqui personas viles & pauperes.*

2 Quid vult.&c. *Non petit; quia ignoret eorum voluntates, sed quia ad miraculorum operationem, vult habere sanandorum confessionem vt ex hoc magis appareat euidentia miraculi.*

3 Tetigit oc.eo.& co. *Id est, subito. Ex quo apparet, quod illa illuminatio fuit miraculosa, nõ naturalis: quia natura non operatur in instãti.*

4 Et se.sunt eum. *Fide, scilicet, & moribus: quia illi qui illuminati sunt à Christo corporaliter, ab ipso illuminati sunt etiam mentaliter, quia totum hominem simul fecit saluum, vt dicitur Io.7.c.* Totum hominem saluum feci in sabbato.

ADDITIO.

In ca.20. *Vbi dicitur in postilla:* Sed hæc responsio non videtur conueniens, &c.

Non videtur responsio beati Grego. rationabiliter excludenda propter illas dissimilitudines quas allegat postill. Nam ea quæ parabolicè dicuntur, non sunt totaliter applicabilia intuẽti, vnde ipsemet postil. Luc. 16. expressè dicit, quod similitudo parabolica non currit semper quatuor pedibus: imo si teneret in omnibus iam non esset similitudo, sed magis identitas: præsertim cum ad tollendas similitudines huius parabolæ sufficit sententia Chrys. qui in hoc loco sic dicit: Non oportet ea quæ in parabolis sunt, secundum totum quod dicitur inuestigare, sed intentionem propter quam composita est intelligere, & nihil vltra scrutari. Non enim inducit hoc, vt ostendat aliquos inuidia morsus, sed vt ostendat hos tanto potitos esse honore quod etiam inuidiam aliis poterant generare. Hæc ille. Vnde in hoc loco murmuratores illi qui dicuntur nequã, non de sanctis intelligendum est, sed de aliis hominibus nequam, qui in simili casu consueuerunt murmurare. Similiter & quod dicit in fine: Multi sunt vocati pauci verò electi: *secundum eundem Chrys. non ad superiores sanctos pertinet, sed ad gentes ex ipsis gentibus, licet multi sunt vocati, pauci tamen electi,*

Et aduertendum, quod in ipsa expositione postillatoris inueniuntur maiores dissimilitudines in principali seu finali parte ipsius parabolæ. Dicit enim: Quod cum sero factum esset, *intelligitur de tempore gratiæ quod incipit à Christo: quod non potest stare. Primò quia illud, sero, iam non erat tempus operandi, sed potius recipiendi mercedem operationis: quod patet ex hoc quod* dicit dominus vineę, *id est Deus,* procuratori suo, *id est, Christo,* Voca operarios, & redde illis mercedem. *Ex quo patet, quod iam non erat tẽpus operandi, sed mercedẽ recipiendi. Non enim dixit, voca operarios vt laborent, sed vt mercedem recipiant laboris præteriti, quod non competit tempore gratiæ in quo magis oportet laborare, quam in prædictis temporibus, scilicet, antiquæ legis & huiusmodi. Vnde Apostolus.2.Cor.6.a.* Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, &c. *Quorum similia non leguntur dicta antiquis per modum exhortationis, licet aliquando per modum pœnæ. Secundò, quia licet gratia sit quædam inchoatio gloriæ, non tamen dicitur merces sed potius principium merendi.* Merces autem copiosa est in cœlis, *supr.5.b. Vnde sententia sanctorum validior est, secundum quam per illud dicitur:* cum autem sero factum esset *intelligitur, cum diei totius mundi ad vesperum consummationis inclinata esset.*

REPLI. In ca.20. *Vbi dicit, sero quando operarij vocantur ad recipiendum mercedem, oportet accipere pro tempore gratiæ, quod à Christo incipit. Propter hoc quod dicitur quosdam murmurasse, quod in æterna beatitudine locum non habet. Burg. obiicit, quod tempus gratiæ, non est tempus recipiendi sed merendi. Ad hoc potest dici, quod tempus gratiæ fuit & est tempus recipiendi quo ad prægustationem gloriæ quæ copiosa fuit in primitiua ecclesia. Et sicut putat Burg. soluere argumentum postillatoris, per hoc quia parabolæ non dicunt omnimodam similitudinem, per idem soluitur argumentum eius.*

CAP. XXI.

Et cum appro. Hic prætermittit Matthæus ea quæ facta sunt antequam intraret Ierosolimam, quæ alij prolixius tractant.

a *Et cum ap.* Dominus spiritualiter Ierusalem appropinquauit, quando incarnatus, ecclesiam in qua est visio pacis visitauit, quam per confessionem sibi reconciliauit.

Bethphage enim domus buccę dicitur.

b *Bethphage.* Bethphage erat viculus sacerdotum in monte Oliueti, in cuius montis latere est ciuitas Bethania. Bethphage, domus buccæ. Bethania, domus obedientiæ. Has dominus pergens, Ierusalem sua præsentia sublimat, quia multos ante passionem docendo donis piæ confessionis & obedientiæ impleuit. Sitæ autem sunt illæ ciuitates in monte Oliuarum, id est in Christo domino, à quo vnctio & lux omnibus venit: vnde. *Non potest ciuitas abscondi super montem posita.*

Supr. c.5.b.

CAPVT XXI.

a ¶ Salute data credentibus, ingredi cupit pacis vrbem, & visionis Dei.

a ET cum appropinquasset Ierosolimis & venissent Bethphage ad montem † Oliueti: tunc

a ¶ Domus buccæ interpretatur.
b ¶ Mons oliueti significat ecclesiam vel celsitudinem dominicæ dilectionis.
c ¶ Quando misericordiæ recordatus est.

1 c *Ad montem Oliueti: tunc Iesus, &c.*

Ad sublimitatem misericordiæ respiciens, ἔλεος, misericordia interpretatur.

† Oliuarũ.

Olei

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXI.

ET cum ap.&c. *Postquam descripta est ædificatio ecclesiæ gentilium in fide & moribus, hic describitur reprobatio synagogæ Iudæorum. Et hoc triplici ratione: quia primò fuerunt contemptores diuinæ maiestatis. Secundò, quia fuerunt contradictores diuinæ veritatis, ca.se. Tertiò, quia fuerunt quantum in se fuit, deprauatores seu damnatores diuinæ bonitatis 23.ca. Prima diuiditur in tres, quia primò ostenditur propositum signo celebri. Secundò, facto patenti, ibi:* Et intrauit Iesus. *Tertiò, verbo rationabili, ibi,* Quid autem vobis videtur. *Prima in duas, quia primò ponitur veritatis adimpletio, secundò, Iudæorum contradictio, ibi:* Cùm intrasset. *Iterum prima in duas: quia prima ostenditur propositum per duplex celebre signum Christi. Secundum ponitur ibi:* Plurima autem turba. *Circa primum aduertendum quod signum aduentus Christi in Ierusalem ad redemptionem populi fuerat prædictum, & celebri fama diuulgatum, Zach.9. videlicet quod Christus venturus erat in Ierusalem in paupertate & humilitate sedens super asinam & pullum eius. Et ideo legisperiti hoc videntes in ipso adimpletum, ostenduntur contemptores suæ maiestatis, quia non receperunt eum sed magis tanquam deceptorem persecuti sunt. Et hoc est quod dicitur hic.*

Diuisio.

1 Et cùm appro.&c. *Scilicet, Iesus & discipuli eius.*

2 Et venis. Beth. *Mons oliueti est propè Ierusalem distans ab ea* per

MORALITER.

1 *Et cum ap.Ier.&c.* Per asinam quæ erat oneribus assueta, significatur Iudæa, quę legis oneribus erat subiecta. De quo dicit Petrus Act. 15.b. *Quid tentatis imponere iugum super ceruicem* discipulorum

Olei natura lucis ministra est, & laborum & dolorum solamen, & excellit cæteris liquoribus.

a *Misit.* Quia lucernam quam accepit, non vult sub modio abscondi.

b *Duos di.* Duo propter scientiam veritatis & mundiciam operis, & sacramentum geminæ dilectionis prædicaturi. Quidam dicunt hos duos Petrum & Philippum, qui primum gentiles ad Christum adduxerunt, Philippus Samariam quam asinam interpretantur, Petrus Cornelium quasi Samariæ pullum.

Act. 8. b. Ibidē. 10. a.

c *Et pullum.* Pullus est populus gentium cui nullus doctorum frænum correctionis imposuit, liber & lasciuus, qui & ipse vinculis peccatorum irretitus erat. *Omnes enim peccauerunt & egent gratia Dei.* Alij de solo pullo: Matthæus qui Hebræis scribit, & de asina dicit docēs nō desperari salutem Hebræis si pœniteāt. Marcus dicit pullum ante ianuā in biuio inuentum. Ianua Christus, extra quam populus gentium stabat ligatus: non in vna via fidei, sed in diuersis erroribus.

† mittit. Rom. 3. c. Marc. 11. a. † super illa.

d *Soluite.* ✠ ORIGENES. Vnde ascendens in cœlum iussit discipulis vt soluerent peccatores, dans eis spiritum sanctum. Absoluti autem & proficientes digni habentur remitti in locum vnde assumpti fuerant, non iam ad opera priora, sed vt prædicarent filium Dei, hoc est quod dicit *Et confestim dimittet.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Neque paruum existimes quod factum est. Quis enim suasit dominis iumentorum, non velle contradicere, volentes silere & concedere? Et in hoc discipulos erudit, quoniam poterat & Iudæos prohibere, sed noluit. Sed & docet, vt quodcunque petitum fuerit, darent: Si enim qui ignorabant Christum, ita concesserunt, multò magis discipulos conuenit omnibus dare.

Hom. 71. in Matth.

e *Dicite filia Sion.* Filia Sion, est Ierusalem sita in monte Sion.

MYSTICE. Ecclesia pertinens ad supernam Ierusalem quæ est mater omnium nostrûm, cuius non minima pars tunc erat in populo Israel.

f *Rex.* Ne dicatis: *Non habemus regem, nisi Cæsarem.*

Ioan. 19. c.

g *Tibi.* Si credis; contra te si non credis.

h *Super asinam pul.* Non ad literam super vtrumque sedit, sed in præcordiis vtriusque populi.

a ¶ Duos prædicatorum ordines alterum in Gentes, alterum in circuncisionem.
¶ Quia lucernam quam accendit non vult sub modio poni.
¶ Penetrate Barbara & indocta mundi latera, quasi contrapositi castelli mœnia.

a b Iesus misit duos discipulos, dicens eis: Ite in † castellum quod 1

a ¶ Iudæos legis iugo domitos, sed tamen peccatis irretitos.

c contra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pul- 2

a ¶ A peccatis. ¶ Quæcunque solueritis soluta erunt.

d lum cum ea: soluite, & adducite mihi: Et si quis vobis ali-

a ¶ Obedientiam eorum denegare voluerit. b ¶ Non desistatis prædicando.
c ¶ Simpliciter omnium rerum, cui seruire debet omnis creatura.

quid dixerit, dicite, quia dominus his opus habet: & con-

a ¶ Veri domini seruitio mancipandos.

festim † dimittet eos. Hoc autem * factum est, vt adimple- 3

a ¶ Zachariam. ¶ Prædicatores.

retur quod dictum est per prophetam dicentem: † Dicite

a ¶ In spiritu videte, non oculis. b ¶ Vt ametur, non vt per potentiam timeatur.
c ¶ Ecce mansuetudo.

e f g filiæ Sion †: Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super 4 5

a ¶ Non in curru, vel in equo superbiæ vel belli: sed in asina pacis quia in humilibus & quietis requiescit.
b ¶ Quia exemplo Iudæorum Gentilis populus credidit.
c ¶ Christi virtus qui cor illius domini ad dandum animal parauit.

h asinam, & pullum filium subiugalis. † Euntes autem disci-

a ¶ Ministerium apostolorum.

puli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asi-

a ¶ Nota fidem & mores.

i k nam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua:

a ¶ Non ad literam super vtrumque sedit sed in præcordiis vtriusque populi. b ¶ Id est, Iudæi.

& eum † desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba 6

Potuit dominus, super vtrumque ascēdere, descendens de vno, & ascendēs super alium.

† pagū, qui

✠ CHRYSOSTOMVS. Non sedet in curru aureo, pretiosa purpura fulgens, nec ascendit super feruidum equum, discordiæ amatorem & litis, sed super asinam tranquillitatis & pacis amicam.

Hom. 37. operis imperfecti. * totum. † Zach. 9. c. Isa. 62. d. Hom. 67. in Matth. † filię datiuus casus

✠ IDEM. Non propter mysterium solum super asinam sedit, sed & mensuram nobis sapientia tribuere demonstrat, scilicet quod non super equos ferre necesse est, sed sufficit asino vti, & eo quod necessitatis est, esse contētum. Interroga autē Iudæos, quis rex super asinam delatus intrauit Ierosolymā non vtique alium habent dicere, nisi istum solum.

† Mar 11. a. Luc. 19. e.

i *Et ad.* Sic & apostoli mundum virtute Christi à potestate diaboli soluerunt, & imposuerunt vestimenta super eum. Sed cætera turba, id est, Iudæi vestimenta, id est, legis mandata sternunt, qui à Christianis erant conculcanda, in via, id est, in Christo.

k *Super eos.* Vestes apostolorum sunt præcepta diuina, & gratia spiritualis, quibus turpitudo carnis nostræ tegitur. His prius nudi populi, sed modo per apostolos ornati Christum habent sessorem. Minor turba non ponit vestes super asinam, sed in via nec vbi offendat: quia sancti martyres carnem exuentes, simplicioribus viam per exemplum suo sanguine parant.

MORAL. Item Iesus asellum insidens Ierusalem tendit: non solùm quando cuiusque fidelis animam regens ad pacis intimæ visionem ducit, sed etiam cum sanctæ ecclesiæ vniuersaliter præsidet, & eam in supernæ pacis desiderium accendit. Multi sternunt vestimenta sua in via, quia, corpora sua domant, vt ei iter ad mentem parent, vel exempla bona sequentibus præbeant.

Ramos

NICOLAVS DE LYRA.

per vnum miliare: quia dicitur Act. 1. quod distat tantum ab ea per iter sabbati quod continet mille passus, qui faciunt vnum miliare. Bethphage est quædam villa parua in descensu montis Oliueti versus Ierusalem, & erat villa sacerdotum: quia licet sacerdotes non haberent hæreditates ad excolendum, habebant tamen domos ad animalia nutriendum, & ad manendum tempore quo non vacabant cultui diuino in Ierusalem. Ex illo loco,

1 Misit duos. *Id est, in Ierusalem quæ erat clausa triplici muro cum propugnaculis & fortalicis ad modum castri, vt habetur, 3. Reg. & ideo dicitur castellum.*

2 Et statim, &c. *Ista asina erat communis pauperibus non habentibus animalia, & qui operabatur in ea dabat sibi pabulum: & facto opere reducebat ad locum determinatum, vt alius indigens posset accipere eam, & pullus eius nutriebatur cum ea pro consimili opere.*

3 Hoc autem, &c. Zach. 9. c. Dicite fi. Sion, &c. *Hoc est, ciuitati Ierusalem, quæ dicebatur filia Sion, quia in monte Sion erat fortalitium ciuitatis illius & protegebatur ciuitas ab illa parte, sicut filia à matre. Considerandum etiam, quod hic accipitur continens pro contento scilicet, ciuitas pro habitantibus in ciuitate.*

4 Ecce rex, &c. *Id est, Christus quia hæc autoritas à doctoribus Hebræis exponitur ad literam de Christo.*

5 Sedens super asinam. *Non quia sederit super vtrumque simul, sed successiuè quia primò sedit super pullum, quia tamen non erat domitus: quia adhuc non fuerat applicatus humanis vsibus, vt habetur Mar. 11. & Luc. 19. ideo postea sedit super asinam. Hoc autem factum est in figura, quia per pullum significabatur populus gentilis, qui non fuerat subiectus iugo legis, per asinam verò populus Iudaicus qui laborauerat sub lege. Ad hoc autem veniebat Christus, vt vtrumque populum subiugaret sibi per fidem catholicam.*

Quid per pullum significatur.

6 Plurima autem tur. *Hic ponitur secundum signum quod per Zachariam fuerat dictum, quod Christo adueniente super asinam & pullum ciuitas Ierosolyma exultaret & lætaretur: & hoc factum fuit tunc vt dicitur hic & hoc patet in tribus. Primò quia dicitur hic:* Plurima autē tur. sta. vesti. sua in via. *Et hoc fuit in signū exultationis & honoris, & ne asina & pullus offenderent ad lapides. Secundo in eo quod dicitur.*

Alij

MORALITER.

discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Per pullum verò de quo dicitur Marci. 11. a. *in quo nemo sedit,* significatur populus gentilis qui non erat subiectus oneribus legis. Christus autem super vtrumque sedit, quia ex ambobus vnam ecclesiam sibi subiectam fecit.

† *Et impo. super eos ves. sua. &c.* Scilicet Apostoli, per quorum vestimenta significatur eorum doctrina, qua recepta à Iudæis & gentibus sedit in eis Christus.

6 *Plu.* GREG. hom. 24. Quid sunt terrena omnia nisi quędam corporis indumenta. Vestimenta igitur in via sternere, est in via vitæ præsentis bona terrena pauperibus erogare. Ramos de arboribus cædere, est sanctorū exēpla accipere. Osanna clamare est salutē supernā à domino postulare, nā Osanna interpretatur, obsecro salua.

✠ Et cum

D

Ramos de. &c. Ramos vel frondes cædunt, quia verba & sententias de libris patrum excerperunt vel exempla.

b *Osanna.* HIERON. Osi, id est, salua, saluifica. Anna interiectio deprecantis, quasi salua obsecro. Osanna totum Hebraicum est, & significat quod aduentus Christi salus mundi sit: vnde sequitur: *Benedictus. Osanna.* id est, salua.

c *In ex.* Quia aduentus Christi non tantum hominum sed totius mundi salus est, terrena coniungens cœlestibus, *vt in nomine Iesu omne genu flec. cœle. ter. & infer. In excel.* Quia & Angelorum salus quorum numerum implet.

B

✠ ORIGENES. Humanam quidem Christi dispensationem laudant in eo quod dicebant *Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine Domini*: restitutionem autem eius in sancta, in eo quod dicebant, *Osanna in excelsis.*

C

d *Cum intrasset.* Frequenter ingressus est ciuitatem Ierusalem sed non cum his laudibus: non rex vocatur, quod semper fugerat, nisi modo cum ascendit passurus. Quod ideo factum est, vt amplius illorum aduersum se excitaret inuidiam, quia iam tempus passionis instabat.

e *Intrauit Iesus, &c.* Ingressus vrbem primò templum adijt, dans formam religionis, vt quòquo imus primò domum orationis (si ibi est) adeamus: & per orationes Deo commendati sic ad agenda negotia secedemus. Appropinquante passionis tempore appropinquauit Iesus loco vbi posset inueniri, ostendens se non inuitum pati. Hic introitus in Ierusalem factus est ante dies Paschæ, in quo passio complenda erat. † Dicit enim Ioannes quod *ante sex dies Paschæ venit Bethaniam*, vbi cœna facta à sorore Lazari oleo perunctus est, & in crastino asino insidens, obuiante turba cum palmis venit Ierusalem. Ecce quantum conuenit veteri vmbræ. Ibi dicitur decimo die mensis primi tollat vnusquisque agnum id est domum introducat, & seruet vsque ad 14. diem qua immolabitur ad vesperam: Et dominus die 10. eius mēsis, id est, ante quinque dies Paschæ, ciuitatē in qua passurus erat intrauit, certam præstolās horam immolationis: & 14. die ad vesperam cōprehensus & ligatus sacramenta victimationis inchoauit.

E

f *Et eij.* AVG. Eiecerat & ante alia vice, quod Ioannes solus dicit: sed de hac vltima eiectione dicunt & alij.

F

✠ CHRYSOSTOMVS. In quo maior est accusatio Iudæorum, quoniam cum bis hoc idem fecisset, morabantur tamen in sua dementia.

✠ ORIGENES. Mysticè templum Dei ecclesia est, in qua multi sunt non sicut decet, viuentes, qui domum orationis de lapidibus viuis constructam faciunt speluncam esse latronū actibus suis. Sunt autem eorum tres species. Qui enim in populo ad nihil aliud vacant, nisi circa emptiones, & venditiones, rariùs autem in orationibus permanent, ipsi sunt vendentes & ementes in templo Dei. Diaconi qui non bene tractant Ecclesiarum pecunias, & diuites fiunt de rebus pauperum, ipsi sunt numularij pecuniarum mensas habentes, quas Christus subuertit. Episcopi autem qui tradunt ecclesias quibus non oportet, ipsi sunt qui vendunt columbas, id est, gratiam Spiritussancti, quorum cathedras Christus euertit.

Margin: Ioan. 12. a. — † Ioan. 12. b — Phil. 2. b. — Tracta. 14. in Matth. — † Turbæ. — † frondes. — † 23. q. 3. §. 1 — Mar. 11. b. Luc. 19. g. Ioan. 2. c. — Lib. 2. de consensu Euāg c. 67. — Hom. 68. in Matth. — † 1. q. 3. c ex multis 16. quæst. 7. c. & hoc diximus. — tractatu 15. in Matth.

---

a ¶ Id est, simplicibus in exemplum viuendi proponunt. ¶ Vt illæso pede pullus incederet. ¶ Id est, legis mandata sternunt. b ¶ Fidem & mores.

a strauerunt vestimenta sua in via. † Alij autem cædebant † ramos de arboribus, & sternebant in via. † Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: † Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini, Osanna in excelsis. Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: Quis est hic? † Populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta à Nazareth Galileæ. Et intrauit Iesus in templum Dei, & † eijciebat

a ¶ Primitiui patres, & eorum sequaces, cum magno affectu fatebantur, quia salus ascribenda est homini à verbo Dei assumpto.

a ¶ Vel secundum Hieronym. osi interiectio, anna salua, id est, ò domine salua. ¶ Salus. b ¶ Et tu à peccato immunis qui prius in forma serui tandem apparituru es in gloria domini. c ¶ Vnde & ipse: Veni in nomine patris mei.

a ¶ Qui prius redimes ab inferis. ¶ Aliàs in altissimis. b ¶ Cum tanta turba.

a ¶ Mirans frequentiam, nesciens veritatem.

a ¶ A minoribus incipit confessio vt ad maiores perueniat. ¶ Sicut & Moyses eum prophetam dixit.

¶ Ardore spiritus concitatus.

☞ *Mensas*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Alij autem cæ. ra. de. ar. &c. *Viriditas ramorum erat signum lætitiæ & exultationis. Tertio in eo quod dicitur:*

2 Clamabant dicentes. osan. filio. Dauid. *Osanna est verbum Hebraicum compositum ex osi, quod est salua, & anna quod est aduerbium optandi, & valet vtinam, & dicitur osanna remota vltima litera primæ dictionis, vnde est ibi compositio ex corrupto & integro: & ideo osanna tantum valet quantum vtinam, vel obsecro salua. Et de qua salute intelligatur, subditur:*

3 Osanna in excelsis. *Quia Christus veniebat ad dandam salutem cœlestem & æternam.*

4 Et cum intras. *Hic ponitur Iudæorum indignatio, quia principes sacerdotum & maiores indignabantur de reuerentia Christo exhibita & ideo dicitur:*

5 Commota est vni. ciuitas. *Quia factum maiorum dicitur esse factum totius ciuitatis, dicens:*

6 Quis est hic. *Quasi dicat, iste non est talis ac tantus, quod talia deberent sibi exhiberi.*

7 Populi autem. *Id est, simplices & vulgares, quasi rationem de contrario reddentes.*

8 Dicebant: Hic est Iesus, &c. *Et vocant eum prophetam, non quemcunque, sed illum qui dictus fuerat per Moysen prophetam. Deut. 18. & replicatur Act. 7. c.* Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, &c. *Et ideo meritò debet honorari.*

Diuisio. 9 Et intrauit. *Hic secundò ostenditur, quod Iudæi fuerunt contemptores diuinæ maiestatis in facto potenti. Et diuiditur in duas: quia primo ostenditur Christi diuinitas ex duplici facto: secundo subiungitur Iudæorum impugnatio, ibi:* Videntes autem principes. *Prima in duas secundum duplex factum à Christo ostensum. Secundum ponitur, ibi:* Et accesserunt ad eum. *Ad euidentiam primi considerandum, quod principes sacerdotū, qui erant auari per astucias suas diuersas, conabantur excoriare populum: igitur quia de longinquis partibus aliqui veniebant in Ierusalem causa deuotionis: quia non erat eis licitum alibi sacrificium offerre, & non poterant ex tam longinquo animalia adducere: & ideo sacerdotes statuerant in templo aliquos de sua familia, qui vendebant in atriis templi illa quæ poterant in templo offerri, ne venientes à longe haberent excusationem cessandi ab oblationibus. Similiter quia aliqui veniebant ad templum, qui non habebant pecuniam, vnde possent animalia offerenda emere: ideo sacerdotes statuerant ibi nummularios, qui sub certa cautione pecuniam traderent: & sic nullus excusaretur quin posset sacrificium offerre. Licet enim pro illa accommodatione pecunia non reciperent pecuniam vltra sortem, recipiebant tamen aliqua munera vel xenia: & sic patet quod peccabant ex facto quod erat illicitum, scilicet aliquid recipere vltra sortem quantumcunque modicum. Et ex loco, quia talia exercebant in locis orationi deputatis: & ideo Christus talia tanquā illicita de templo eijcit & in hoc se dominū templi ostendit, & hoc est quod dicitur hic:* Et intrauit Iesus. *Templū autem aliquando accipitur propriè pro domo templi, quod diuidebatur in duas partes. Vna pars vocabatur sanctum, vbi erat altare thymiamatis, mensa, & candelabrū. Alia pars erat sanctum sanctorū, vbi erat arca testamenti, & duo Cherubin. Illam partem quæ dicebatur sanctum, intrabant quotidie sacerdotes ad offerendū incensum, & nulli alij: intra sanctum sanctorum solus summus pontifex intrabat, & semel in anno. Aliquando autem accipitur templum largè quadam platea quadrata ante templum clausa muro, & dicebatur atrium sacerdotum, quia sub dio erat altare holocaustorum, & illud intrabant non solum sacerdotes sed etiam Leuitæ eos adiuuantes in excoriatione hostiarum & ablutione, & consimilibus: vulgares autem homines illuc non intrabant, sed ad ostium illius atrij animalia viua offerebant sacerdotibus. Ista autē duo loca non intrauit Christus, quia non erat sacerdos, nec*

☞ *Leuita*

MORALITER.

†4 *Et cum intrasset Iero. &c.* Per hoc significatum fuit quod intrante Iesu Ierusalem cœlestem, angeli dicturi erant: *Quis est iste rex gloriæ.*

9 *Et intrauit Iesus in templum Dei.* CHRYSOSTOMVS. Hoc erat proprium boni filij intrare domum patris. Et tu imitator Christi factus, cum aliquam ciuitatem fueris ingressus, primum ad ecclesiam curras.

† *Et eijciebat omnes vendentes, &c.* Nam mercatores eijci debent de ecclesia.

✠ *Et mensas*

a *Mensas numul.* Quia de omnibus partibus ad templum veniebant, vendebant sacerdotes non habentibus omnia animalia, etiam columbas quas pauperes offerrent, vt vendita postea reciperent oblationes. Sed quia aliqui nihil habebant vnde emerent, posuerunt numularios, qui mutuo darent: & quia lex vetat vsuram, pro ea varias species, id est, poma, vuas & huiusmodi accipiebant, hos eijcit. Sic & mysticè quotidie de ecclesia eijcit. Et habet vnius criminis reos vendentes & ementes ecclesiastica officia.

† Esa. 56. Hiere. 7. b. Mar. 11. c. Luc. 19. g.

b *Et cathedras venden.* Quæ magistrorum sunt, id est, sacerdotium eorũ destruit qui de impositione manus, per quam spiritussanctus datur, precium accipiunt. Hinc est, quod hæresis Simonis dãnatur. Ad literam autem absurdum est dicere institores colũbarum in cathedris sedere.

c *Latronum.* Latro est qui lucra sectatur, qui & non dantes corporaliter persequitur, & dantes necat spiritualiter, & dum læsionem proximi cogitat, quasi latro sedet in spelunca.

Latro.

d *Et accesserunt.* MYSTICE. Simplices peccatores ad se per pœnitentiam accedentes, prius cæcos in cognitione & claudos in operatione illuminando, & in vitam rectitudinis dirigendo quotidie sanat.

e *Mirabilia quæ.* Vt flagello vnius & vilis tot eijci, mensas subuerti, quo nihil mirabilius egit. Igneum & sidereum aliquid radiat ex eius oculis, lucet in facie maiestas deitatis.

a ¶ Altaria Dei sic vocat propter auaritiam sacerdotum.

a omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numula- †

a ¶ Gratiam sancti spiritus vt ordines, &c. †

b riorum, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit 1

¶ Vnde Aug. Nemo in oratorio aliquid agat, nisi ad quod factum est vnde & nomen habet.

c eis: Scriptum est: † domus mea domus orationis vocabitur, 2 †

d vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt 3

a ¶ Calumniatoribus virtutis potentiam ostendit, vt in his facta corporaliter, melius fiant in illis spiritualiter.

b ¶ Testes vocis puerorum.

ad eum cæci & claudi in templo, & sanauit eos. Videntes au- 4 5

e tem principes sacerdotum & scribæ mirabilia quæ fecit, & 6

pueros in templo clamantes & dicentes: Osanna filio Dauid:

a ¶ Non ausi manum mittere, opera calumniabantur & testimonium populi.

b ¶ Quasi ascribis tibi hæc esse scripta de te?

indignati sunt & dixerunt ei: Audis quid isti dicunt? Iesus au- 7 8

a ¶ Perfidis contemptoribus.

f tem dixit eis: Vtique: Nunquam legistis: † quia ex ore in- 9 10

g a ¶ Perfectio laudis est fieri ab indoctis, in quibus sola veritas operatur, non ingenium hominis.

b ¶ Incredulis & contradicentibus.

fantium & lactentium perfecisti laudem? † Et relictis 11

f *Dixit eis.* Non patet calumniæ, nõ ait, bene faciunt vel male, vel ætati parcite, sed temperat, & se tacente verba puerorum testimonio scripturæ confirmat.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat, Esto, mea culpa est quia isti clamant, nunquid mea culpa est, q̃a ante tot millia annorũ hoc futurũ propheta prædixit? Si recordamur quomodo superius dixit: Turba autem quę præcedebat, & quæ sequebatur clamabat: intelligimus, quia infantes ducebantur non ętate sed simplicitate cordis. Infantes autem lactentes, nec intelligere aliquid, nec laudare possunt.

Hom. 38. operis imperf.

† Mat. 11. b. Psal. 8. a.

g *Infantium & lac.* Testes miraculorum Christi infantes dicuntur, non ætate sed simplicitate. Lactentes quasi lacte, id est, miraculorum suauitate delectati, quæ dicuntur lac, panis verò doctrina perfecta.

☞ Abiit

NICOLAVS DE LIRA.

Leuita: sed præter ista duo loca, erant adhuc duo alia loca, vbi homines sub dio erant in oratione: & in vno orabant viri, & in alio mulieres: & ista atria nomine templi vocabantur, secundum quod scribitur Actu. 3. a. Petrus & Ioannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam: & de hoc dicitur hic. Et intrauit Iesus, &c. *Sed quæritur hic quomodo non restiterunt ei? Dicendum, quod ex oculis eius & facie exibat fulgor terrens eos, ita quod non audebant resistere: Sicut in voce sua terruit eos, qui veniebant ad capiendum eum qui cum audiuerunt ipsum dicentem:* Ego sum abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram, *vt habetur Ioan. 18. a. In voluntate etenim Christi erat ostendere infirmitatem assumptam, & sua diuinitatis virtutem. Sequitur:*

Saluatoris maiestas fulgore terruit Iudęos

1 Et dicit eis: Scriptum est. *Isa. 56.*

2 Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis, &c. *Quia non curabant de cultu Dei, sed magis de excoriatione populi per astutias suas exquisitas, vt visum est. Spelunca autem latronum dicitur esse locus, vbi spolia quæ rapiunt congregantur: & hoc fecerunt sacerdotes de templo, vt visum est.*

3 Et accesserunt. *Hic ponitur secundum factum ostensiuum sua diuinitatis in curatione infirmitatum incurabilium, quod non potest fieri nisi virtute diuina, & hoc est quod dicitur:* Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo. *A priuatione enim in habitum non fit regressus per naturam.*

4 Et sanauit eos, &c. *Virtute propria, quod non poterat facere virtus creata.*

5 Videntes autem prin. *Hic consequenter ponitur contra Christum Iudæorum indignatio & diuiditur in duas partes, quia primò ex indignatione impugnant eius famam, & secundò eius doctrinam, ibi:* Et cum venisset in templum. *Prima in duas: quia primo ponitur Iudæorum impugnatio. secundo ponitur Christi responsio, ibi:* Iesus autem dicit eis. *Circa primum sciendum, quod sicut frequenter dictum est, principes sacerdotum conceperant rancorem & odium contra Christum, propter hoc quod manifestè reprehendebat auariciam & alia eorum vicia. Et videntes miracula quæ fecit, infirmos sanando.*

Diuisio.

6 Et pueros, &c. *Ipsum scilicet esse Christum verum.*

7 Indignati sunt. *Veruntamen, quia non audebant miracula manifestè impugnare, ideo arguunt eum de applausu populi, quem sustinebat circa se.*

8 Et dixerunt ei: Au. quid. *Quasi dicat, si tu esses iustus & bonus, tu non sustineres talem applausum populi.*

9 Iesus autem dixit eis. *Hic ponitur Christi responsio: vbi Christus ostendit eos iuste reprobandos à Deo: & primo facto, secundò euidenti signo, ibi:* Mane autem reuertens. *In prima ergo parte dicitur sic:* Iesus autem dixit. *Quasi diceret: bene scio, quid isti dicunt me Christum confitendo: & quod hoc debeam sustinere, patet; quia hoc est ex diuina præordinatione, secundum quod scribitur in Psal. propter quod subdit.*

10 Nunquam legistis: quia ex ore infan. *Quasi dicat, vos qui estis legisperiti, deberetis scire hanc scripturam, & per consequens me non reprehendere.*

11 Et relictis illis ab. *Tanquam excæcatis per inuidiam.*

5 Videntes ✠ Abijt

MORALITER.

† *Et mensas numulariorum, &c.* CHRYSO. Significans, quod in templo Dei non debent esse numi, nisi spirituales habentes imaginem Dei.

† *Et cathedras vendentium columbas euertit.* Id est, dignitates ecclesiæ obtentas simoniacè.

2 *Domus mea domus orationis voca.* Sed nunc domus dissolutionis potest vocari, & domus cupiditatis, ideo subditur:

† *Vos autem fecistis illam speluncam latro.* Magni latrones in speluncis suis existentes, quando sciunt aliquos parum habentes transire, non exeunt de speluncis, sed mittunt famulos suos ad illos spoliandum: sed quando sciunt homines transire multum pecuniosos currunt illuc de primis. Sic multi canonici, quando sciunt magnum lucrum temporale currunt ad ecclesiam, sed quando modicum est lucrum remanent in domibus suis & recreationibus, & ad ecclesiam clericos suos mittunt.

3 *Et accesserunt ad eum cæci & claudi in templo.* MORALITER. cæci sunt ignorantes, claudi verò rectitudinem iustitiæ dimittentes. Et isti curantur, aliquando per pauperes prædicatores, Christi sectatores, per eorum bona consilia & hortamenta, de quo tamen indignantur aliquando mali sacerdotes. Contra quos subditur:

10 *Nunquam le. &c.* Quasi dicat si sacræ scripturæ notitiam haberetis, non indignaremini, sed gauderetis: & ita fit communiter, quod bene literati non indignantur sed gaudent, quia per hoc imposito sibi onere subleuantur.

11 *Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, &c.* CHRYSOSTOMVS. Vt ibi maneret corporaliter, vbi habitabat spiritualiter.

✠ Et videns.

A [F]oras. Quia pauper, nullique adulatus, nullum in tanta vrbe inuenit hospitem:sed apud Lazarum receptus est.

✠ CHRYSOSTOMVS. Malum hominem melius locum dando potest aliquis vincere, quàm respondendo: quia malitia non instruitur sermonibus,sed excitatur.Et ideo dominus recedendo compescere studuit, quos respondendo non conpescuit.

b *Fici arborem.* Sicut multa dixit in parabolis, ita & fecit. Cur enim in ficu fru-B ctum quæreret, cuius tempus nondum esse quilibet sciret, & ob id æternæ sterilitati damnaret, nisi quia plebem quam docebat verbo terruit hic facto; neque habens folia, id est verba iustitiæ sine fructu operum, mereatur excidi.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non pro-C pter hoc veniebat quia esuriebat, sed propter discipulos. Quia enim vbique benefaciebat, nullum autem puniebat, oportebat & punitricis eius virtutis demonstrationē tribuere.Noluit autem in hominibus hoc ostendere sed in planta.

c *Folia.* Traditiones Pharisæorum sine fructu veritatis, vnde alius Euangelista: nondum erat tempus saluationis Israel, eò quod populus Gentium nondum subintrasset, vel quia præteriit tempus fidei,cum spretus ad gentes transiit.

d *Nunquam ex te fru.* Non facit iniuriam creator possidenti, si creatura sua ad arbitrium suum vtitur, & ad vtilitatem aliorum.

e *Et videntes.* Passurus dominus & scandalum crucis portaturus, discipulorum animos debuit signi anticipatione signare, vnde & mirabantur, quod ficus aruit. potuit eadem virtute inimicos siccare nisi per patientiam eorum expectasset salutem.

✠ CHRYSOSTOMVS. Ideò autem non in alia planta,sed in omnium humidissima miraculū fecit, vt & hinc maius miraculum appareat. Cur autem in plantis vel in brutis fit aliquid tale, non quæras, qualiter iuste siccata est ficus, si tempus non erat. Hoc enim quærere, est vltimæ dementię, quia scilicet in talibus non inueniuntur culpa & pœna, sed miraculum inspice & admirare.

f *Fidem.* Perfectam fidem habet, qui per dilectionē operatur: hic potest mōtes trasferre. Alij de peccato veniam obtinent si ipsi aliis dimittunt.

(Marginalia: Hom. 38. ... ; † in via. ; * ficus ; Hom. 68. in Matth. ; † Io. 14. b. & 16. c. ; Marc. 11. b. ; † diuersatus est. ; Hom. 68. in Matth. E ; † Non viua. ; † Marc. 11. c. Luc. 17. b. ; † id quod accidit ficui. ; † tollere & iactare. F ; † Mar. 11. d. Luc. 20. a.)

(a In domum obedientiæ vocationem gentium præfigurans. b Vsque ad consummationem sæculi.)

a illis abiit foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique † mansit. 1

(More studiosi operatoris qui mane surgit. a Pro veritate carnis vel salute credentium.)

b Mane autem reuertens in ciuitatem esuriit, & videns fici 2 3

(a Synagogam. b Non in via spiritus,sed literæ. c Immobilem sine pedibus euangelij.)

arborem vnam † secus viam venit ad eam, & nihil inuenit in 4 5

(a Id est,eloquia legis & prophetarum. Tali.)

c ea nisi folia tantùm, & ait illi: † Nunquam ex te fructus nasca- d 6

(a Damnanda. b Folia & truncus aruit,sola radix viuit,quæ in fine mundi pullulabit.)

e tur in sempiternum.Et arefacta est continuò ficulnea. Et vi- 7

(a Quando maledicta est.)

dentes discipuli mirati sunt, dicentes: Quòmodo continuò aruit *? Respondens autem Iesus ait eis: † Amen dico vobis, 8

(a Quæ non frangatur aduersis. b Vos accepturos quod petitis.)

f si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solum † de fi- 9

(a Et ad literam quando ratio exigit,iam in multis factum est: vel superbo diabolo. b De prædestinatis.)

culnea facietis, sed & si monti huic dixeritis: † tolle &

(a In turbulentos infideles. Quæ ad salutem pertinent.)

iacta te in mare: fiet. † Et omnia quæcumque petieritis 10

(Non hæsitantes.)

in oratione credentes, accipietis. Et cum venisset 11

(a q. Si diceret se Christum:arrogantem & superbum & sacrilegum inuaderent.)

g in templum, accesserunt ad eum docentem, principes 12 13

sacerdotum & seniores populi, dicentes: † In qua 14

MYSTICE. Per prædicationem apostolorum dominus qui est mons, à Iudæis est ablatus & in mare Gentium missus.

Exclusionem suam de electis,amplius sæuiendo vindicat in reprobis.

g *Accip.* Et si differatur ad tempus oportunum, & si non his quibus petitur tamen qui dignè petunt.

☞ In qua

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abiit foras extra ciui. *Et in hoc quod dimisit eos corporaliter sēdit factis eos esse dimittendos à Deo spiritualiter propter eorum excæcationem.*

2 Mane autem re. *Hic consequenter ostendit eos iustè reprobandos à Deo euidenti signo; in hoc videlicet quod arborem fici habentem folia tantum, maledixit, & per hoc ostendit sacerdotes illos esse maledictos à Deo in quibus non erant opera veritatis,sed tantum exterior apparentia sanctitatis. Sicut enim prophetæ non solùm verbis sed aliquando factis prophetabant, sicut Isaias iuit discalceatus, in signum quod populus sic duceretur captiuus: ita Christus maledixit ficui, non propter maliciam arboris vel defectū eius,quia non erat tempus ficorum,vt dicitur Mar. 11. sed,ad significandum,quod sacerdotes qui erant sine fructu bonorum operum, essent maledicti à Deo. Dicit ergo:* Mane autem. *Id est,in Ierusalem.*

(Isa. 20.)

3 Esuriit. *Ista autem esuries non fuit naturalis, quia in sero præcedenti comederat. nec erat adhuc hora comedendi: sed sicut maledictio arboris erat figuratiua.sic ista esuries signabat desiderium Christi de salute populi.*

4 Et videns fi. *Per hoc autem quod arbor ista non erat in via sed extra.significabatur quod sacerdotes erant extra viam iustitiæ.*

5 Venit ad. *Quia Christus in sacerdotibus non inuenit fructum pietatis,sed tantum apparentiam sanctitatis.*

6 Et ait il. *Quia sacerdotes ex maledictione Dei fuerunt reprobati, & honore fidei & deuotionis totaliter priuati.*

7 Et vi.disc. mi. *De subita arboris exsiccatione.*

8 Respondens autem Iesus dixit e. *Ad miracula enim facienda requiritur fides,vel saltem signum fidei,quia etiam aliqui mali ad inuocationem Christi leguntur fecisse miracula,vt dictum est supra.6.ca.*

9 Non

9 Non solum de.fi.&c.iac.te.in. *Hoc est aliquid æquale vel maius. licet enim apostoli & discipuli Christi non legantur transtulisse montes de loco ad locum, tamen leguntur maiora fecisse; sicut est suscitare mortuos, & illuminare cęcos, & consimilia, quæ non possunt fieri nisi virtute diuina; euersio autem montium & præcipitatio eorum in mare aliquando fit virtute naturæ,sicut patet in terræ motu.*

10 Et omnia quæcumque. *Dum tamen oratio sit pro se ad salutem & perseuerans.*

11 Credentes,acci. *Quia omnis talis oratio semper exauditur, licet aliquando exauditio differatur,vt dictum est supr.7 ca.*

12 Et cum venis. *Postquam sacerdotes impugnauerunt Christi famam & gloriam,hic impugnant eius doctrinam, & diuiditur in duas partes.quia primo ponitur eorū impugnatio,secūdo ponitur ipsius Christi cauta euasio,ibi:* Respondens Iesus dixit: *Dicit ergo:* Cum ve.in tē. *Id est,in atrium templi,vbi conueniebant homines ad orandum & verbum Dei audiendum vt supra dictum est.*

(Diuisio.)

13 Accesserunt ad eum do. *Ex quo patet quod non venerunt ex ignorantia,sed ex malitia.*

14 Dicentes in qua potestate hæc facis. *Aliqui exponunt hoc de miraculis à Christo factis,quasi dicerent: tu non facis virtute diuina sed arte magica,vnde supra dicebant 12.b.*In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmones, *sed hoc non videtur verum, quia illa die non legitur aliquod miraculum fecisse in templo, ideo intelligitur melius de actu docendi quem exercebat actualiter. & hoc signatur, cum dicitur:* Accesse.ad,&c. *Et ideo fecerunt sibi duplicem quæstionem, ad terrendum eum & ad capiendum.Prima fuit:* In qua potestate hæc facis, *id est, qua autoritate doces populum: quia autoritatem docendi in templo habebant sacerdotes & legisdoctores,ad hoc assignati à principibus sacerdotum,& non alij.Christus autem neutram autoritatem habebat. Secunda quæstio est:*

(Duplex quæstio.)

☞ Quis

MORALITER.

4 *Et videns.* Per arborem istā fructu vacuam,sed folia habentem significatur doctor vel prædicator vanus & curiosus, quærens auditorum applausum, & non fructum, propter quod Dei maledictionem incurrit,& per deuotionis defectū exsiccatur & igne gehennæ finaliter concrematur.

† *Amen di.vo.* Hoc fecerūt apostoli mysticè quādo dæmones qui montes dici possunt,ratione superbiæ eiiciebant suę fidei virtute.

10 *Et omnia,&c.* Hoc enim fit semper quando oratio est, pro se perseuerans,& de pertinentibus ad salutem.

✠ Baptismus

a *In qua potestate.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ostendunt multas esse personas quæ dant hominibus potestatem, siue corporalem, siue etiam spiritualem: quasi dicerent, de sacerdotali familia genitus non es, Senatus tibi hoc non concessit, Cæsar non donauit. Si autem credidissent quia omnis potestas ex Deo est, nunquam ita interrogassent. Omnis enim homo secundum se existimat alterũ. Fornicarius neminem æstimat castum. Castus nõ facilè de fornicario suspicatur. Sic qui nõ est Dei sacerdos, nullius sacerdotiũ putat ex Deo.

hom. 39. operis imperfecti.

Psal 57. a.

b *Interroga, &c.* Poterat apertè cõfutare eos: sed ideò interrogat, vt suo vel silẽtio vel sentẽtia damnentur, & in qua potestate hoc facit cognoscãt per se, secũdum illud: *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.*

† sup. 14. a. vbi supra.

✠ CHRYSOSTOMVS. Interrogantem oportet docere, tentantẽ autem rationabili percussione confundere, non autem ei virtutem mysterij publicare.

c *Nec ego dico vobis.* Duabus de causis occultatur veritas, vel quia non sunt capaces auditores, vnde: *Habeo multa vobis dicere sed non potestis portare modo.* Vel quia sunt contemptores, vnde *Nolite sanctum dare canibus.*

Ioan. 16. c. supr. 7. a.

d *Homo quidam habebat duos filios, & accedens, &c.* Facta sacerdotibus cauta responsione, statim infert parabolam, quæ & illos impietatis arguat, & ad gentes regnũ Dei transferendum doceat. Vt simpliciter, hæc parabola est non de Gentibus & de Iudæis, sed de peccatoribus & iustis, vt postea dominus differit: *Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.*

sup. co. b. † apud sc.

✠ CHRYSOSTOMVS. Magna est fiducia iustitiæ, vbi aduersario ipsa causa committitur. In parabolis ergo figurat personas eorum, vt non intelligant quomodo aduersum se sententiam dicerent.

Hom. 40. operis imperfecti.

e *Vade ho.* Ex quo homo conditus est legem habuit. *Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris.*

supr. 7. d.

---

a ¶ Quasi non Dei, sed Beelzebub, vt supra. b ¶ Filium Dei negant, quem non suis sed alienis viribus operari putant.

potestate hæc facis & quis tibi dedit hanc potestatem? Re-[1] spondens autem Iesus dixit eis: Interrogabo vos & ego[2] vnum sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego dicam vobis, ¶ Dicite mihi. in qua potestate hæc facio: Baptismus Ioannis vnde erat: è[3] a ¶ Ex statuto Dei. b ¶ An fictione hominum. cœlò an ex hominibus?[4] At illi cogitabant † inter se, dicentes:[5] Si dixerimus è cœlo: dicet nobis:[6] Quare ergo non credidistis[7] a ¶ Qui dixit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶ Qui mihi testimonium perhibuit, & in qua potestate hæc facio, demonstrauit. b ¶ Timent lapidationem, sed magis veritatis confessionem. illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam:[8] a ¶ Cuius baptisma susceperant. † Omnes enim habebant[9] Ioannem sicut prophetam.[10] Et re-[11] a ¶ Non ego dico vobis quia non vultis fateri, quod vtique scitis. spondentes Iesu dixerunt: Nescimus: Ait illis & ipse: Nec ego dico vobis, in qua potestate hæc facio. Quid autem vobis[12] a ¶ Deus, qui paternè diligit omnes quos creauit. b ¶ Populos. videtur? Homo quidam habebat duos filios,[13] & accedens ad[14] a ¶ Gentilem qui ab Noe. ¶ Quia prius fuit gentilis quam Iudæus. b ¶ Non in auribus sed dans intellectum sensibus. c ¶ In tempore huius sæculi. d ¶ Quod tibi non fieri vis alij ne feceris. primum dixit:[15] Fili: vade, hodie operare in vineam meam.[16] Ille a ¶ Superbè cum bonum reliquit, & malum elegit. b ¶ Hic liberum arbitrium. c ¶ In aduentu Christi. autem respondens ait: Nolo.[17] Postea[18] autem pœnitentia motus abiit.[19] a ¶ Sermonis contumaciam labore correxit. ¶ Iudæum qui ab Abraham. Accedens autem ad alterum,[20] dixit similiter. At ille[21]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quis tibi dedit hanc potestatem. *Quia potestatem docendi non habebat à sacerdotibus nec ab imperatore, cui erant subiecti & sic à nullo videbatur habere, sed magis sibi vsurpare.*

2 Respondens autem Iesus, &c. *Hic ponitur Christi cauta euasio, quia quasi retundens clauum clauo, proposuit eis aliam quæstionem per quam coacti sunt recedere absque Christi responsione: Quæstio autem ista fuit:*

3 Baptismus Ioannis, &c. è cœlo. *Id est, ex diuina ordinatione.*

4 An ex hominibus? *Id est, ex humana fictione.*

5 At illi cogitabant, inter. *Viam scilicet, respondendi, sed non habebant, propter quod sequitur:*

6 Si dixerimus è cœlo. *Id est, ex diuina ordinatione,*

7 Dicet nobis, &c. *Quare non receperant baptismum Ioannis, sed magis spreuerant. Similiter & testimonium Ioannis de Christo, quod ipsi audierant per nuncios ad Ioannem missos, vt habetur Io. 1. a. Si autem dixerimus ex hominibus, Hoc est, ex humana fictione.*

8 Timemus turbam ne. *Scilicet, lapidet nos, tanquam blasphemos. Cuius ratio subditur.*

9 Omnes enim habebant. *Id est, reputabant,*

10 Ioannem sicut prophetam. *Sanctum scilicet & verum, & per consequens verba eius & facta ex inspiratione diuina.*

11 Et respondentes, &c. *Ex sui enim taciturnitate compulsi sunt à sua petitione cessare. Sed quæritur hic quare non respondit eis manifestè, quia statim poterat dicere, quod ipse non haberet autoritatem docendi à sacerdotibus vel à Cæsare: habebat tamen immediatè à Deo patre, quod erat maius: Sicut & multi prophetæ leguntur immediatè missi ad docendum populum & non ex autoritate regum vel sacerdotum. Dicendum, quod licet posset prædicto modo respondere, noluit tamen, duplici de causa. Prima quia prædixerat suprà. 7. a.* Nolite sanctum dare canibus, nec margaritas ponere ante porcos. *Illi autem erant in malicia obstinati: & ideo non erant digni, vt eis veritas manifestaretur. Secundò, quia Christus voluit ostendere facto, quod licet vti cautelis contra cautelas malorum insidiantium bonis. Hoc modo Paulus posuit dissensionem inter Pharisæos & Saducæos volentes eum occidere, vt habetur Act. 23. & appellauit ad Cæsarem, ne traderetur Iudæis in Ierusalem, Act. 25.*

12 Quid autem vobis videtur. *Hic Christus ostendit Iudæos contemptores suæ maiestatis verbo rationabili: & hoc dupliciter. Primò, quia legem à Deo receptam non seruauerunt. Secundò, quia legislatorem Christum impugnauerunt, ibi:* Homo erat paterfamilias. *Circa primum dicit sic:*

13 Homo quidam, &c. *Homo est iste ipse Deus: Qui dicitur homo propter hoc, quod homo est ad imaginem Dei factus, & propter humanitatem assumptam, isti duo filij sunt duo populi, gentiles & Iudæi.*

14 Et accedens ad primum. *Id est, ad gentilem populum qui incepit à Noe, Iudæi autem ab Abraham vel ab ipso Heber, vnde dicti sunt Hebræi, qui Heber fuit longe posterior ipso Noe. Sequitur:*

15 Dixit primo. *Id est, gentili populo.*

16 Fili: vade hodie operare. *Id est, fac iustitiam, quia nunquam Deus desistit homines incitare ad bonum per occultos instinctus.*

17 Ille autem respondens ait: Nolo. *Quia gentiles per totum mundum ad idololatriam declinauerunt,*

18 Postea autem pœnitentia motus abiit. *Quia gentiles ad prædicationem Christi & Apostolorum credentes opera pœnitentiæ humiliter egerunt.*

19 Accedens autem ad alterum. *Hoc est ad Iudaicum populum.*

20 Dixit similiter. *Per Abraham & alios patriarchas & Moysen, quod scilicet facerent opera iustitiæ.*

21 At ille respondens ait: Eo domine: *Quia Iudæi obligauerunt se ad seruiendum domino per susceptionem legis, vnde dixerunt Exod. 24. d.* Cuncta quæ locutus est dominus faciemus.

Et non

MORALITER.

3 *Baptismus Ioannis, &c.* Per hoc ostendit Christus, quod malignantibus, quales erant isti, non sunt Dei secreta reuelanda, sicut Christus dixerat supr. 7. *Nolite sanctum dare canibus:* Sed eorum malicia prudenter est declinanda.

13 *Homo quidam ha. &c.* Per primum filium qui primò renuit patris præceptum sed postea fecit, significantur peccantes qui pœnitent, postea viriliter operantes, per secundum verò filium qui facere voluntatem patris promisit & non fecit, significantur illi qui operari virtuosè se promittunt, sed non faciunt: de quibus sunt multi religiosi profitentes seruare magna, scilicet, euangelica consilia, cum tamen non obseruent etiam præcepta; propter quod sæculares etiam peccatores, tamen postea pœnitentes, eis coram domino præponuntur, cum dicitur:

✠ Quia

a *Quis ex duobus,&c.* ✠ ORIGENES. Vnde poteſt conſiderari, dominum eſſe locutum in parabola iſta ad eos, qui modicum aut nihil promittunt, operibus autem oſtendunt: & contra eos qui magna promittunt, nihil autem ſecundum promiſſionem ſuam agunt.

A

Tracta 18. in Matth.

b *Dicunt ei.* In quibuſdam codicibus habetur, pro, primus, nouiſſimus. Intelligunt enim veritatem ſed tergiuerſando nolunt dicere quod ſentiunt, vt de baptiſmo Ioannis.

† regnum.

B c *Quia publicani.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Per hanc etiam parabolam oſtendit, quia meliores ſunt populares, qui à principio ſæcularē profitentur vitam quam ſacerdotes qui à principio profitētur Deo ſeruire. Quia populares quidem aliquando compuncti conuertuntur ad Deum, ſacerdotes autem impœnitibiles conſtituti nunquam deſinunt peccare in Deum.

Hom. 40. operis imp.

C

d *Ioan. in vi. iu.* Ioannem Iudæi contemnētes, nec viam iuſtitiæ cōprehenderunt, nec de operibus malis pœnitentiā egerunt.

e *Vos autem.* GREGORIVS. Quia apertè nolebant reſpondere ſapientiæ, in parabolis capiuntur.

f *Vineam.* De qua Iſa. *Vinea domini ſaba,&c.*

D

Iſaiæ 5. b.

✠ CHRYSOSTOMVS. Aliam ponit parabolam, vt oſtendat eorum accuſationem eſſe maiorem & venia indignam.

Hom 69. in Matth.

✠ ORIGENES. Homo paterfamilias Deus eſt, qui dicitur homo in quibuſdam parabolis, ſicut pater cum paruulo filio ſuo loquatur infantilia vt deſcendat ad verba filij ſui.

Tracta. 19. in Matth.

✠ CHRYSOST. Per ſepem intellige cuſtodiam patrum iuſtorum, qui tanquam murus facti ſunt populo Iſrael.

Homil. 40. operis imperf.

E

† pœnitentia moti fuiſtis.

✠ ORIGEN. Turrim autem ædificatam in ea aſcenſum habentē & eminentiam & altitudinē ſuper vineā ipſam & ſepē & torcular exiſtimo verbū eſſe de ipſo Deo, & de diſpenſationibus Chriſti & templum diuini ſenſus qui habentur in eo.

Tracta. 19.

† Mar 12. a Luc. 20. b

F

g *Fodit in ea torcu.* In foſſione timor notatur, quia præcepta illa legalia non amore ſed timore ſeruabant.

h *Tempus fructuum appropinquaſſet,&c.* Benè tempus fructuum, non fructus: quia nullus fuit in illo contumaci populo.

¶ Moyſi. a ¶ Omnia quæcunque dixeris faciemus. b ¶ Quia filium extra vineam interfecit.

a reſpondens ait: Eo domine: & non iuit. Quis ex duobus fe- 1

a ¶ Vt ſuo iudicio damnentur. 2

b cit voluntatem patris? Dicunt ei: Primus. Dicit illis Ieſus: A- 3

a ¶ Vt Matthæus. ¶ Vt Maria. 4

c men dico vobis: quia publicani & meretrices præcedunt vos †

a ¶ In cœlo, vel Eccleſia. b ¶ Quare. ¶ Prædicata, id eſt, Chriſto vel præceptis Dei.

d in † regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iuſticiæ & 5

non crediditis ei. Publicani autem & meretrices credide- 6 7

a ¶ Viam iuſticiæ quam prædicauit.

e runt ei: vos autem videntes, nec † pœnitentiam habuiſtis 8

a ¶ Saltem poſt completam eius prophetiam. b ¶ Vbi mortem ſuam eis improperauit. 9

c ¶ Alias locutus eſt.

poſtea, vt crederetis ei. Aliam parabolam audite. † Homo 10

a ¶ Dominus Sabbaoth. b ¶ Communitionem. ſ. terram promiſſionis. 11

c ¶ Murum vrbis, vel angelorum cuſtodiam, vel bellicoſorum virorum, vt Dauid & Machabæorum.

f erat paterfamilias, qui plantauit vineam & ſepem circumde- 12 13

a ¶ Impoſuit ei tormenta legalia, per quæ cogeretur ad bene viuendum. b ¶ Templum.

g dit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim: & locauit 14 15

a ¶ Qui ſupra operarij in vinea.

b ¶ Non mutando locum, ſed operandi relinquens liberum arbitrium. 16

h eam agricolis, & peregrè profectus eſt. Cùm autem tempus 17

a ¶ Moyſen & Aaron legiferos. b ¶ Qui ſe malè colebant. 18

fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas, vt 19

a ¶ Vt inquirerent fructum legis. b ¶ Legis cuſtodibus. 20

acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, 21 22

a ¶ Vt Ieremiam. b ¶ Vt Iſaiam.

c ¶ Vt Zachariam quem occiderunt inter templum & altare. 23

alium cæciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. 24 25

Nouiſ-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non iuit. *Quia Iudæi legem ſuſceptam non obſeruauerunt: ſed ad idololatriam & prophetarum occiſionem, & ad infinita mala declinauerunt, vt habetur lib. Iudicum & libris Regum.*

2 Quis ex duo. fe. *Non enim aliter poterant reſpondere, quia minus malum eſt non promittere, quàm promiſſum non ſeruare.*

3 Dicit illis Ieſus. *Ex reſponſione eorum confutant eos.*

4 Amen dico vobis,&c. *Q.d. non ſolùm gentiles, ſed peſſimi de gentibus erunt maioris meriti apud Deum quàm vos: quia ſecundum Hier. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas. Et hoc vitium potiſſimè vigebat in ſacerdotibus & Leuitis. Et ad declarationē ſui dicti ſubdit:*

5 Venit enim ad vos Ioannes in via iuſtitiæ, &c. *Quia opera perfectionis faciebat, & iterum, quia Chriſtum annunciabat qui eſt ipſa iuſtitia ſempiterna, vt habetur Daniel. 9.*

6 Et non crediſtis ei. *Opera eius imitando, & doctrinam eius audiendo.*

7 Publicani autem & me. cre. ei. *Ad prædicationem eius pœnitentiam agendo.*

8 Vos autem vident. *Iſtorum, ſcilicet pœnitentiam.*

9 Nec pœnitentiam ha. *Ad imitationem eorum. Ex quo ſequitur aggrauatio peccati ſacerdotum & phariſæorum.*

Diuiſio.

10 Aliam parabolam. *Hic conſequenter oſtendit qualiter ipſi impugnauerunt Chriſtum legiſlatorem. Et diuiditur in duas: quia primò ad oſtendendum propoſitum proponit quandam parabolam, ſecundo confirmat ſuum propoſitum per ſcripturam, ibi:* Dicit illis Ieſus nunquam legiſtis. *Circa primum dicit ſic:*

11 Homo erat. *Iſte homo, Deus eſt, rationibus prædictis: Qui dicitur paterfamilias quia ſic gubernat totam creaturam, ſicut paterfamilias gubernat ſubditos in domo.*

12 Qui plantauit vineam. *Domum ſcilicet Iſrael, ſecundùm quod dicitur Iſa. 5. b.* Vinea domini exercituum domus Iſrael eſt.

13 Et ſepem circum. ei. *Scilicet clauſuram legis & mandatorum.*

14 Et fodit in ea torcular. *Dando doctrinam prophetarum, in qua exprimitur & declaratur magis virtus legis.*

15 Et ædificauit turrim. *Scilicet templum in Ieruſalem, quod erat ædificatum ad modum turris: vnde templum dicitur turris. Michea. 4. c.* Et tu turris nebuloſa.&c.

16 Et locauit eam agricolis. *Videlicet ſacerdotibus & principibus, qui habent officium ſeruandi cultum diuinum & iuſtitiam in hominibus.*

17 Et peregrè profectus eſt. *Non quia mutet locum, cum ſit vbique præſens, ſed quia dimittit homines agere ſecundum libertatem arbitrij, ſecundùm quod dicitur Eccl. 15. q.* Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui.

18 Cùm autem tempus fructuum appropinquaſſet. *Quia poſt legem ſuſceptam debebant facere fructum bonorum operum.*

19 Miſit ſeruos ſuos. *Id eſt, primos prophetas.*

20 Ad agricolas. *Id eſt, ad reges & ſacerdotes principaliter, & ad alios eis ſubiectos conſequenter.*

21 Vt acciperent fructus. *Per prædicationem ſuam eos ad fructum bonorum operum reducendo.*

22 Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius. *Quia reges multi & ſacerdotes prophetas ſibi miſſos à domino turpiter comprehenderunt, & incarcerauerunt, ac occiderunt, & hoc eſt quod ſubditur:*

23 Alium cæciderunt. *Sicut Iſaiam qui ſerratus fuit cum ſerra ex præcepto Manaſſe regis Iuda.*

24 Alium occiderunt. *Sicut Amos quem Oſias vecte per tempora transfixit.*

25 Alium verò lapidaue. *Vt Zachariam, quem Ioas rex Iuda lapidare iuſſit inter templum & altare.*

Iterum

MORALITER

✠ † *Quia publi. & me. præce. vos in regno Dei,&c.* Sequitur. *Homo erat paterfa.&c.* Secundum ſenſum allegoricum homo iſte Chriſtus eſt, qui plantauit eccleſiam de ſuo latere formatam.

13 *Et ſepem circumd. ei.* Id eſt doctrinam Euangelicam.

14 *Et fodit in ea tor.* Id eſt, martyrum patientiam qua roborata eſt eccleſia.

15 *Et ædif. tur.* id eſt, contemplationem confeſſorū & doctorum.

16 *Et locauit eam,&c.* RAB. MORAL. hæc vinea cuicunque locatur cum baptiſmi myſterium ſibi datur, vt bene operando in ea exerceatur. Mittitur ſeruus vnus, alter, tertius, cùm lex, Pſalmus, prophetia legitur; ſed miſſus cæditur, eijcitur, cum ſermo contemnitur, vel quod peius eſt, blaſphematur. Hæredem verò quantum in ſe eſt occidit, qui filium Dei conculcauerit, & ſpiritui gratiæ cōtumeliam fecerit. Perdito malo cultore vinea alteri datur, cum donū gratiæ quod ſuperbus ſpreuerit humilis accipit.

a *Nouissimè, &c.* Vide patris familias patientiam qui expectat ad pœnitentiam.
b *Verebuntur.* Quasi faciam quod meum est, ipsi videant quod suum est.
c *Hic est hæres.* Patet principes sacerdotũ non per ignorantiam, sed per inuidiam occidisse Iesum, cum scirent eũ esse, cui dicitur: *Postula à me, & dabo tibi gen. hære. tu.* vnde & consulentes sibi aiebant: *Si dimittimus eum sic &c.*
d *Habebimus hære.* Hæreditas Christi quam resurgens possedit, Ecclesia est, quam moliebantur præripere Iudæi: dũ fide eius extincta iustitiam quæ ex lege est, Gentibus persuadere conabantur.

Psal. 2. b. — Ioan. 11. f. — † occupemus. — † Psal. 117 e.

Iterum misit alios seruos plures prioribus, & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum dicens: Verebuntur forsitan filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt intra se. Hic est hæres, venite occidamus eum, & † habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineam, & occiderunt. Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi: Malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Dicit illis Iesus: Nunquam legistis in scripturis: † Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris. Ideò dico vobis, † quia auferetur à vobis regnum Dei, & da-

(Interlinear glosses: ¶ Prophetarum choros. ¶ Adhuc locum dat pœnitentiæ. ¶ Non de ignorantia, sed semper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reseruetur. ¶ Quia extra portam passus est, vel prius a cordibus incredulorum repulsus, deinde crucifigitur. ¶ Iudicauerit. ¶ Non ignorans quærit, sed vt sua responsione eos condemnet. ¶ Ecclesiam de aliis nationibus eliget. ¶ Verbi vel facti, pro competentia temporis. ¶ Duos populos in se vno condens. ¶ Non humanis viribus, sed Dei potentia. ¶ Suæ traditiones. ¶ Concludo ex vestra concessione & prophetica autoritate. ¶ Iudæis. ¶ Sacra scriptura. ¶ Vt non sitis quod esse præsumebatis.)

e *Eiecerunt extra vineam.* Marcus mutat hunc ordinem, dicens: *Occiderunt & eiecerunt extra vineam*, quasi vile cadauer. In quo notat pertinaciam, quia occiso domino & resuscitato, à suis finibus eum excluserunt, & Gentibus miserunt.

Mar. 12. a. — Luc. 20. c. — iust. 15. d. — † 22 q. 7. c. si de rebus.

f *Quid faciet agricol.* HIERON. Alij videntes contra se dictũ, dixerunt secundùm Lucam, *Absit*, cum etiam secundum Marcum dominus à se dixisset: *Malos male per. & vi. suam. lo. agri. alie. q. r. e. f. t. suis.*

Luc. 20. b. — Mar. 20. a

✠ CHRYSOSTOMVS. Lucas quidem secundùm responsionem oris eorum narrauit, Matthæus secundùm responsionem cordis. Nam visibiliter in facie contradixerunt, dicentes *absit*. In conscientia autem, *malos malè perdet*.

Hom. 40. operis imperf.

✠ ORIGENES. Sicut Cayphas, sic & isti non ex se prophetauerunt contra se, quoniam tollenda erant ab eis eloquia Dei, & danda gẽtibus fructum in tempore datu-ris: vel dominus quem occiderũt, statim venit resurgens à mortuis, & malos quidem colonos male perdidit: aliis autem colonis, id est, Apostolis vineam suã consignauit, id est, eis qui ex Iudaico populo crediderunt.

vbi supra.

✠ CHRYSO. Dominus propter hoc eis parabolam proposuit vt ipsi non intelligentes contra se sententiam proferrent, sicut Dauid factũ est per Nathan. Rursus autẽ intelligentes esse contra se, dixerunt, Absit.

Hom. 61. in Matth.

g *Lapidem quem re.* Quod vinea aliis locabitur, affirmat prophetico exemplo. *Lapidem*, id est, Christum cuius fidem & iustitiam contempserunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Nunquam legistis, id est, si parabolam meam non intelligitis, vel istam scripturam cognoscatis.

Hom. 40. operis imperf.

h *Ædificantes.* Qui de subdita plebe quasi Deo domum struere videbantur.

Et qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iterum misit alios seruos plures prioribus. *Multiplicando scilicet prophetas ad populi correctionem.*
2 Et fecerunt illis simi. *Eos scilicet occidendo in tantum quod impleuerunt Ierusalem sanguine prophetarum vsque ad os, vt dicitur. 4. Regum 21.*
3 Nouissimè autem mi. ad eos fil. suum. *Pro nobis incarnatum, dicens.*
4 Verebuntur fors. fil. me. *Hoc non dicitur, quia Deus ignoraret contemptum quem Iudæi facturi erant Christo, sed per hoc exprimitur quid deberet fieri, ac si diceret:* Verebuntur fi. me. *id est, in reuerentia deberent habere.*
5 Agricolę autem. *Id est, sacerdotes & legisperiti.*
6 Videntes fil. *Id est, dominum Iesum Christum opera diuinitatis facientem, & omnia quæ prędicta erant de ipso adimplentem.*
7 Dixerunt intra se hic est hę. *Quia de ipso veram noticiam habuerunt, vt iam dicetur.*
8 Venite occidamus eum. *Propter hoc tractauerunt de morte eius, ne occasione Christi venirent Romani, & auferrent eis locum & gentem, vt habetur Ioan. 11. & sic occiderunt eum, vt pacificè possiderent ciuitatem & templum: contrarium tamen accidit eis, quia per hoc in vindictam mortis Christi perdiderunt locum & gentem: quia per Titũ & Vespasianum destructa est ciuitas & templum, & populus occisus & captiuatus.*
9 Et apprehensum eum eiecerunt extra vi. *Quia Christus extra ciuitatem Ierusalem crucifixus est,*
10 Cum ergo venerit dominus vineę quid fa. agricolis illis? *Venit dominus ad iudicandum & vindicandum illud factum, quando ex eius ordinatione venit contra eos exercitus Romanorum.*
11 Aiunt illi: Malos malè perdet. *Lucas verò ista verba refert quasi à Christo dicta: & sacerdotes dixerunt contrarium:* Absit, *vt habetur Luca 20. Dicendum, quod non est contradictio: quia in turba illa erant aliqui qui consentiebant doctrinę Christi, & illi dixerunt:* Malos malè perdet, *vt hic dicit Matthęus: Et hanc responsionem quasi approbando tanquam veram Christus repetijt, vt dicit Lucas: Et tunc consequenter sacerdotes videntes quod erat dictum contra eos, dixerunt:* Absit. *Malos autem dominus perdidit, quando ciuitatem & templum per Romanos destruxit: Sequitur:*
12 Et vi. *Quia Christus ecclesiam suam regendam tradidit apostolis & aliis discipulis.*
13 Qui red. ei. *Quia ad prędicationem eorum credidit multitudo gentium.*
14 Dicit illis Ie. *Hic confirmat parabolam suam per sacram scripturam.*
15 Nunquam le. in. *Id est, in Psalmis. q. d. Vos qui estis legisperiti, deberetis hoc scire.*
16 Lapidem quem. *Ad literam dicitur de ędificatione templi Salomonis, qui quidem lapis pluries oblatus est in ędificatione: & quia non poterat conuenienter collocari, ideò pluries reiectus est quasi reprobatus ab ędificantibus: vltimò autem positus est in consummatione anguli, vbi coniungebantur parietes templi & de illo scribitur in Psal.*
17 A domino, &c. *Quia illud non fuit à casu, sed ex diuina praeordinatione: quia lapis iste figurabat Christum, qui multoties & multipliciter reprobatus est à principibus sacerdotum, & tamen factus est in caput anguli, coniungens Iudæos & gentiles, quasi duos parietes in vnam ecclesiam. Quod autẽ Christus dicatur lapis in scriptura habetur Dan. 2. g* Lapis qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. *Quod etiam sit lapis angularis habetur Isa. 28. d.* Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem angularem probatum preciosum, &c. *Et ex autoritate concluditur reprobatio Iudæorum.*
18 Ideò di. vo. *Qui Christum reprobatis.*
19 Auferetur à vo. *Id est regimen ecclesiæ.*
20 Et dabitur. *Id est, apostolis & eorum successoribus.*

Et qui

a ¶ Gentilibus. ¶ Opera.

a bitur Gēnti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eum. † Et cùm audissent principes sacerdotum & pharisæi parabolas eius, cognouerunt, quòd de ipsis diceret: & b quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut prophetam eum habebant.

¶ Illas parabolas.

a *Et qui ce.&c.* Qui credit, & tamen peccat: cadit super illum lapidem & non conteritur: sed constringitur, quia per patientiam ad salutem reseruatur, sed cui lapis irruit, id est, qui negat, penitus conteritur, vt nec testa remaneat; vel cadit super eum qui modo contemnit & iniurijs afficit, necdum penitus interiit, sed quassatur vt non ambulet rectus. Cadit super illum lapis, quādo veniens in iudicio opprimit, cum dicit: *Ite in ignem æternum.* ✱ CHRYSOSTOMVS. Aliud est confringi, aliud cōminui. De eo enim quod confringitur, aliquid remanet, quod autē comminuitur, quasi in puluerem conuertitur. Quod autem cadit ad lapidem non frangitur secundum quod est lapidis virtus sed inquantum fortiter cadit, aut propter pondus suum, aut propter altitudinem casus: sic & Christianus peccans, non tantum petit quantum potest perdere Christus, sed quantum ipse se perdit per opera sua, aut propter magnitudinem peccati aut propter altitudinem dignitatis. Infideles autem pereunt tantum, quantum potest eos perdere Christus.

† Mat.11.c. & 11.a. Luc.9.a. & 20 d. Ioan.7.d.

b *Et quærentes eum.* Quasi mentientem interficere quærunt, in quo vera probantur, quæ dixerat. Ipse est enim hæres: illi praui coloni, qui solo humano terrore retardantur donec veniret hora eius.

MYSTICE. Principes & scribæ quærunt manum mittere in Iesum, nec audent timore cum quilibet solo nomine frater, fidei & pacis veritatem (quam non diligit) propter bonos cohabitantes vel erubescit, vel timet impugnare: qui tamen (sicut de stultissima auium struthione dominus ait) cum tempus venerit in altum alas erigit, quia persequendo Ecclesiam, quasi Deum cruci adijcere & ostentui gaudebit habere.

Ioan. 39.e.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui ce. *Ille autem cadit super lapidem, qui credens peccat per lubricitatem carnis seu aliis peccatis, & ille confringetur, sed non comminuitur, quia non peccat tam grauiter, sicut ille qui peccat peccato infidelitatis.*

2 Super quem. *Super illum verò cadit lapis, in quo inuenitur peccatum infidelitatis. Et iste conteritur, quia ex pondere diuini iudicij grauissimè punitur.*

3 Et cum au. prin. *Hic ponitur conclusio huius cap. vbi ostenditur obstinatio sacerdotum, quia audientes doctrinam eius, non fuerunt contriti, sed magis ad occidendum eum incitati.*

4 Et quærentes eum. *Scilicet ad occidendum.*

5 Timuerunt turbas. *Ex quo patet, quod solo timore retracti fuerunt ab eius morte. Occasione dictorum in hoc ca. quæritur vtrum Iudæi cognouerunt Iesum Nazarenum esse Christū sibi promissum. Et arguitur primò quod non per illud quod dicitur. 1. Cor. 2. b.* Si enim cognouissent: nunquā dominum gloriæ crucifixissent &c. *Item Act. 3. c. dicit Petrus loquens Iudæis.* Scio fratres quod per ignorantiam fecistis sicut & principes vestri. *Itē Luc. 23. e. dicebat Iesus in cruce.* Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. *Contrarium arguitur, per illud quòd habetur Ioan. 15. d.* Nunc autem viderunt & oderūt me & patrem meum: *Quod autem videtur manifestè cognoscitur. Item super illud quod dictum est in præsenti ca.* Agricolæ videntes filium, dixerunt intra se: Hic est hæres, *dicit Hiero. Manifestè probat dominus his verbis Iudæorum principes nō per ignorantiam, sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Responsio. Dicēdum, quod in populo Iudæorum aliqui erant maiores scientes scripturas lègis & prophetarum, aliqui autem minores, sicut laici & vulgares, tantummodo scientes illud quod est de necessitate salutis: vt præcepta decalogi & huiusmodi quæ debent sciri ab omnibus: sed subtilitatem scripturarum & dicta prophetarum ignorantes. Item quòd Christus erat verus homo, propheta sanctus & Deus in vnitate suppositi. Dicunt ergo aliqui & bene quantū ad hoc, quod minores populi Iudæorū non cognouerunt Iesum esse Christū, nec quātū ad diuinitatē nec quantū ad humanitatē: quia licet cognoscerent eum esse hominē verum, tamen non cognoscebant illum esse hominē seu prophetam, qui erat à Deo promissus Christus. Cuius ratio est, quia ignorabant scripturas quæ loquuntur de Christi diuinitate, & illas quæ loquuntur de determinatione tēporis & de signis sui aduentus: sed maiores cognouerunt eum esse verum prophetam à Deo promissum & missum: quia sciebant scripturas loquentes de tempore sui aduentus, & de signis, quæ omnia videbant in eo impleri: non tamen vt isti dicunt cognouerunt ipsum esse Deum: & secundùm hoc loquitur Apostolus in autoritate præallegata:* Quod si cognouissent, nunquā dominū gloriæ crucifixissent. *Quasi dicat nunquam cognouerunt eius diuinitatem. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia sicut scripturæ determinatè loquuntur de tempore sui aduentus: Dan. 9. f. In hebdomadibus illis abbreuiatis, & de signis sui aduentus sicut est translatio regni, vt habetur Gen. 49. Et modus eius adueniendi in paupertate & humilitate, vt habetur Zach. 9. a. vt dictum est in præcedenti cap. ita expressè vel expressiùs loquuntur scripturæ prophetarum de eius diuinitate, Ierem. 33. c.* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel & Iuda: in diebus illis germinare faciam Dauid germen iustum, & faciet iudicium & iustitiā in terra: & hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. *In Hebraico vbi habetur hic,* dominus, *ponitur nomen domini tetragrammaton, quod nullo modo potest dici de aliquo nisi de Deo vero. Cum ergo ista autoritas secundum omnes doctores etiam Hebraicos exposita sit de Christo, sequitur ipsum esse verum Deum. Item Isa. 9. b. dicitur:* Paruulus natus est nobis. *Sequitur:* Et factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, *quæ etiam autoritas secundum Hebræos intelligitur de Christo, & in ea fit expressa mentio de eius diuinitate sicut de humanitate: & multæ aliæ autoritates consimiles possunt ad hoc induci: sed propter prolixitatem omitto, & ideo dicendum, quòd sicut maiores populi Iudæorum habuerunt noticiam de tempore & signis sui aduentus, ita noticiam per scripturas habuerunt, quantum ad eius diuinitatem. Considerandum tamen, quòd aliquid cognoscitur in habitu, cuius tamen cognitio actualis impeditur propter aliquam passionem vel habitum impedientem, sicut dicit philosophus. 7. Ethico. quòd incontinens differt ab intemperato, per hoc quod habet æstimationem veram, non solum in vniuersali, quam etiam habet intemperatus, vt quòd fornicari est malum, cum non peccet per ignorantiam: sed etiam habet æstimationem veram in particulari: & per hoc differt ab intemperato: & tamen adueniente passione corrumpitur æstimatio vera particularis, quia passione vincente iudicat nunc fornicandum, ita quod passio impedit actualem considerationem veram in particulari, & si passio semper duraret semper sic iudicaret. Eodem modo dicendum est, quod Iudæi habuerūt veram æstimationem de Christo & in habitu & in actu in principio, sed quando incœpit contra eos prædicare, excitati fuerunt contra eum passionibus iræ, rancoris, & inuidiæ: quibus passionibus impediebantur ab actuali consideratione veritatis prehabitæ de Christo. Ideo machinati sunt in eius mortem, sicut & incontinens propter passionem concupiscibilis eligit fornicari: quod tamen alias refugeret. Considerandum tamen quod illa noticia quam habuerunt de Christo per scripturas prophetarum non erat certa certitudine euidentiæ: Tum quia talis certitudo solum habetur per demonstrationem vel sensum. Tum quia prophetiæ possunt aliquando variè exponi, & ideo erat magis noticia probabilis & verisimilis coniecturæ: vel secundum alios erat ibi certitudo adherentiæ quæ tamen potest impediri in actu modo prædicto. Per dicta possunt solui argumenta ad vtramque partem, quia illa argumenta, quæ probant quod habuerunt noticiam de Christo, intelligendum est de noticia habituali prædicto modo. Aliæ autem autoritates quæ dicunt contrarium: loquuntur de actuali cognitione applicante ad opus quæ fuit impedita propter passionem inuidiæ & rancoris, vt dictum est.*

Philosophus.

MORALITER.

†3 *Et cum audissent, &c.* CHRYSOST. Hæc est differentia bonorum hominum & malorum, bonus enim comprehensus in peccato gemit, malus autem fremit, non quia peccauit, sed quia comprehensus est in peccato.

ADDITIO I.

In capitulo 21. *Vbi dicitur in postilla.* In qua potestate hoc facis? *id est, qua autoritate doces populum.*

Ad maiorem harum quaestionum declarationem attendendum est, quod autoritas docendi apud Hebraeos duplex erat: quia aut secundum deriuationem generis, vt in sacerdotibus, iuxta illud Aggai. 2.c. Interroga sacerdotes legem. *Aut secundum graduationem. Sicut cum quis accipit gradum in scientia ab alio graduato habente ad hoc potestatem. Et tales erant illi septuaginta viri, qui ordinariè iudicabant populum, vt in libro Thamuldico, qui dicitur Shanhedrin tractatur. Et quia principes sacerdotum hanc quaestionem mouentes, sciebant Christum non descendere per lineam masculinam ab Aaron sacerdote, & per consequens non habere authoritatem docendi sacerdotalem. Idcirco dimisso hoc membro circa secundum quaerebant scilicet, Quis dedit tibi hanc potestatem, quia talis potestas ab ipsismet senioribus & sacerdotibus concedenda erat, & non ab alio. Ab Imperatore enim non pertinebat talis licentia impetrari, quod patet ex hoc. Nam cum Christus Luc. 20.c. & inf. 22.b. respondisset Pharisaeis.* Quę sunt Dei, date Deo. *Ex hoc non fuerunt indignati Herodiani, qui ibi erant, sed potiùs contenti de responsione Christi. Sed constat, quod doctrina diuina legis non est Caesaris, sed Dei. Hoc etiam patet per communem doctrinam eorum secundum quam nullus recipiebat, nec hodie tempore captiuitatis eorum autoritatem docendi legem recipiunt ab aliquo principe, quamuis sint subiecti. Et ideò ex his quaestionibus tacitè seipsos glorificabant, & Christum vili pendebant, quasi dicerent: Nullam potest habere potestatem docendi, nisi à nobismetipsis qui sumus doctores legis: vnde Christus in sua cauta responsione non solum eis silentium imposuit, sed etiam ipsorum errorem exprobrauit. Errabant enim in hoc, quod nullam potestatem docendi attribuebant Deo, sed hominibus, aut ex deriuatione generis vel graduatione personae, vt dictum est: vnde Christus ostendit eis quod est alia autoritas docendi praeter illas, & illis altior scilicet ex Deo. Et ideo quaerit de baptismo Ioannis, in quo noua doctrina fuit diuulgata, vtrum esset ex Deo an ex hominibus, in quo includitur, quod possibile est aliquam doctrinam esse ex Deo tantum, sicut patet de baptismo Ioannis, & per consequens remanebant confusi: eo quod praesupponebant quod omnis autoritas docendi erat ab hominibus modo praedicto.*

ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postill.* Iudaei ab Abraham vel ipso Heber.

Hebraei non dicuntur ab Abraham ratione proprij nominis, vt manifestè patet per literas Hebraicas, vt ipsemet Postillator tradit, Gen. 14. Cuius ratio est, quia Abraham incipit ab Aleph litera. Heber verò per Ain. Et id ò si Hebraeus diceretur ab Abrahā inciperetur ab Aleph quod non est verum: sed incipit per Ain. Nec etiam dicuntur Hebraei ab Heber, quia si sic Ammonitae & Moabitae qui de Loth descendūt, similiter & Ismaelitae & Madianitae qui descenderunt ab Abraham, similiter & Edomitae, qui descendūt de Isaac, omnes dicerentur Hebraei, cum omnes praedicti descēdunt ab Heber, vt manifestum est in litera Gen. 11. & 16. & in aliis. Sed haec denominatio accipitur ab Abraham, non ratione proprij nominis, sed alia ratione. Ad cuius euidentiam attendendum, quod inter Mesopotamiam & terram promissionis transit fluuius Euphrates, qui cum sit magnus & vnus de quatuor fluminibus paradisi, vt habetur Gen. 2. Idcirco in limitationibus terrae promissionis vocatur fluuius simpliciter, nō exprimendo nomen proprium quod est Euphrates vt habetur Exo. 22 d. vbi dicitur. Ponam terminos, &c. à deserto vsq; ad fluuium: *quod intelligitur de Euphrate qui terminabat terram promissionis ex parte Mesopotamiae, vt patet ibidem. Et quia Abraham natus fuit in Mesopotamia, vbi Thare pater eius & alij cognati seruiebāt idolis: & inde adductus fuit diuina directione in terrā Canaan, vbi segregatus ad cultum diuinum: aedificauit altaria domino inuocans nomen eius, vt habetur Gen. 12. Idcirco Abrahā veniens in terram promissionis, Hebraeus vocabatur, id est, trāsfluuialis. Heber enim cum Ain scripta, Hebraicè transfluuialis significat. Et ideò sicut illi qui veniunt de partibus vltramontanis communiter vltramontani dicuntur, sic Abraham in initio suae vocationis ad fidem, in terra promissionis existēs Hebraeus vocabatur, hoc est transfluuialis: vnde Gen. 14.b.* Venit vnus de his qui euaserunt & nunciauit Abrahę Hebraeo, *quod idem est dicere, vt si dicatur Abrahae transfluuiali. Ex quibus patet, quod Abrahā dictus est Hebręus, eo quod ex partibus transfluuialibus in terram sanctam venit. Et quia ista transportatio fuit facta in principio sui accessus ad fidem vel salutem suae publicationis, ideo inde cognominatus est cum sua posteritate, quasi à principio suae fidelitatis. Quae quidem ratio potest haberi Iosue. 24. vbi sic:* Haec dicit dominus: Transfluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor, seruierūntque dijs alienis. *Et sequitur.* Tuli patrem vestrum Abraham de Mesopotamiae finibus, *vbi in Hebręo habetur.* De Heber fluuij. *Id est, de transfluuio, & adduxi eum in terram Canaan vbi scilicet segregatus à parentibus idololatris se publicauit diuino cultui mancipatum. Ex praedictis patet, quare Hismaelitae, Idumitae & huiusmodi non dicuntur Hebraei: licet descendant ab Abraham. Nā illi soli qui sequuntur Abraham in separatione ab idololatria & cognitione Dei, Hebraei debent dici tanquam sequentes rationem illius denominationis. Et hoc est quod sequitur in praeallegata autoritate scilicet Iosue 24. vbi loquens de transportatione Abrahae à partibus transfluuialibus, subiungit:* Multiplicauitq; semen eius & dedit ei Isaac, *nullam faciens mentionem de Ismaele & alijs. Consequenter dicit de Isaac.* Illique dedi Iacob, & Esau dedi montem Seir. *Et ad excludendum Esau subiungit,* Esau dedi montem Seir. Iacob verò & filij eius descenderunt in Aegyptum. *Ex quibus patet, quod illi tantummodo nominandi sunt transfluuiales, qui descendunt ab Abraham, per Isaac & Iacob, alijs exclusis ratione praedicta.*

ADDITIO III.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postill.* Lapidem quem reprobauerunt, &c.

Fundamentum huius expositionis, quam dicit literalem est fictitium seu fabulosum: nusquam enim legitur in scripturis autenticis, quod hoc contigisset in aedificatione templi Salomonis, scilicet quod aliquis lapis pluries fuisset reprobatus in aedificio, & deinde in caput anguli collocatus, licet magister historiarum hoc videatur dicere: vnde Rabbi Abraham Hebraeus, qui inter alios expositores Hebraeorum magis videtur sequi literalem sensum, hoc non exponit de lapide materiali, sed de spirituali. Dicit enim quod lapis iste est populus Israeliticus, qui reprobatus à Gentibus in captiuitate existens in posterum erit caput omnium non virtute propria, sed à domino factum est illud. Cuius expositio licet falsa sit in hoc quod dicit, quod populus ille qui modo captiuus est, erit sublimatus prout ipse credit tempore sui Messiae, tamen habetur in dictis suis quoddam verum, scilicet quod haec litera non tractat de aedificatione templi Salomonis. Similiter Rab Sa. exponit hanc autoritatem dictam de Christo: vnde tenendum est, quod ad literam lapis iste est Christus, qui dicitur lapis abscissus sine manibus: *Dan. 2.g. Vt etiam Apostolus Petrus exponit Act 4. Non enim esset Christi argumentum efficax si ex sensu mystico sumeretur, prout dicit Aug. contra Vincentium Donatistam. Et quia ipsemet Postill. reuocat illa quae in hoc loco posuit de sensu literali istius versus Psalmista in expositione ipsius Psalmi, vbi de hoc largiùs tractat; ideò ista ad praesens sufficiant.*

ADDITIO IV.

In eod. cap. *Vbi dicitur in Postill.* Sed hoc non videtur conuenienter dictum.

Hanc quaestionem disputat sanctus Thom. in 3. parte, q. 47. art. 5. in cor. quaestionis sub forma praedicta, vnde in solutione principali tenet eandem opinionem, quam hic Postill. conatur improbare, quae quidem improbatio non videtur rationabilis. Ad cuius declarationem attendendum, quod licet omnia quae in sacris scripturis credenda traduntur, sunt à fidelibus tanquam vera certissimè amplectenda, cum sint à Deo reuelata, cuius testimonium fidele est, quaedam tamen de his quae ibidem etiam expressè traduntur, sunt exponenda taliter: vt non credantur sub propria verborum significatione, eo quod si sic acciperentur, repugnarent rationi naturali, seu etiam alteri auctoritati diuinae. Verbi gratia. Licet de Deo in scripturis sacris dicantur expressè aliqua verba, quae in prima significatione signant illius localem motionem seu altercationem vel passionem & huiusmodi, vt cum dicitur in persona Dei: Descendit Deus vt videret ciuitatem. *Gen. 18. cap. Similiter Exod. 3. b.* Descendi vt liberarem eum de manu Aegyptiorum. *Quae locutiones in propria significatione signant Deum localiter moueri. Similiter & alibi saepe legitur Deum iratum fuisse vel poenituisse & huiusmodi: nullo modo tamen talia sub propria significatione sunt credenda de Deo, cum manifestè rationi naturali repugnant, quae Deum penitus immobilem atque immutabilem demonstrant Similiter & contra autoritatem sacrae scripturae dicentem Malach. 3. b.* Ego dominus, & non mutor. *Vnde oportet haec & similia de Deo intelligi non in propria verborum significatione, sed translatiuè seu metaphoricè, prout Ambrosius declarat in 2. libro de trinitate. Similiter contingit secundum opinionem Hebraeorum circa ea quae in scripturis sacris veteris Testamenti traduntur denotantia deitatem Christi. Dicunt enim omnia talia non in propria significatione esse intelligenda, sed similitudinariè seu metaphoricè: quorum motiuum est, quia credunt quod Deum incarnari implicat compositionem seu naturarum confusionem in Deo, quae manifestè sunt impossibilia, cum sint contra simplicitatem diuinam. Et hoc contingit eis non solum antiquis sed modernis, eo quod non possunt capere seu intelligere habitudinem naturae assumptae ad verbum secundum veram catholicam traditionem. Nec de hoc videtur esse multum mirandum, cum haeretici qui non solum authoritates veteris Testamenti recipiunt, sed etiam noui,*

A *noui, in quo expressius mysterium deitatis Christi traditur quàm in antiquo: vt cùm dicit.* Ego & pater vnum sumus: *vel* antequam Abraham fieret ego sum: *& huiusmodi. In quibus verbis & similibus clarius exprimitur deitas Christi: Sed hoc non obstante deitatem Christi negare conātur, peruerse exponentes prædictas autoritates, vt Arrius et Sabellius & eorum sequaces. Ex quibus patet manifestè, quod licet scripturæ sacræ prophetarum quæ mentionem expressam faciunt de diuinitate Christi, sint satis euidentes ad huiusmodi mysterium fidelibus ostendendum, non tamen ex his sumitur argumentum efficax ad hoc, vt principes Iudæorum habuissent cognitionem de eius diuinitate. Hoc enim mysterium tantum excedit capacitatem humanam, quod rarò vel nunquā sine auxilio diuino intelligi posset. Inde est quod Petro expressè confitenti deitatem Christi dicendo:* Tu es Christus filius Dei viui. *Matt. 16. c. Christus respondit.* Caro & sāguis nō reuelauit tibi, &c. *Ex quo patet, quòd ad mysteriū incarnationis intelligendū seu veraciter confitendū, reuelatio diuina requiritur, propter eius summam excellentiam. Secus est de aliis conditionibus Christi in prophetis antiquis contentis, vt de tempore sui aduētus & de signis eiusdem. Similiter de virtutibus ipsius Christi, & de eius excellentia respectu aliorum prophetarum, & de modo adueniendi, & huiusmodi: nam talia in propria significatione possunt accipi[illegible]n enim excedunt communem humanæ intelligentiæ capacitatem. Et sic patet, quòd obiectio Postillatoris in hoc passu est inualida.*

Similiter & eius opinio non videtur rationabilis ex tribus. Primò, quia præsupponit falsum scilicet quod authoritates antiqui testamēti solæ sufficiunt ad cogendum Hebræos ipsas recipientes, vt cognoscāt deitatem Christi. Cuius oppositum patet ex dictis. Secundò quia exemplum B *quod inducit de incontinente (cuius actualis cognitio particularis seu consideratio impeditur seu corrumpitur propter passionem imminentem, vt habetur in 7. Ethic.) non videtur ad propositum facere. Nā incontinens semper habet æstimationem veram in vniuersali, adueniente tamen passione, corrumpitur æstimatio vera particularis. Sed in proposito vtraque æstimatio est particularis seu singularis. Si enim principes Iudæorum æstimassent Christum esse Deum antequam per passionem impediretur, deinde adueniente passione impediretur huiusmodi consideratio, ita quòd crederent ipsum non esse Deum prout opinatur Postillator, manifestum est, quòd vtraque harum æstimationum est singularis seu particularis: cum in vtraque æstimatione Christus supponitur vt subiectum, quæ est persona singularis. Tunc igitur aut simul & semel æstimauerunt Christum esse Deum, & Christum non esse Deum: quæ sunt contradictoria & per consequens inæstimabilia circa idem: aut primus habitus totaliter corrumperetur, & tamen remaneret in eis actualis consideratio, secundum quam ipsum iudicarent hominem purum. Cuius oppositum dicitur de incontinenti, scilicet quòd semper remanet in eo vera æstimatio saltem in vniuersali, & Philosophus in eodem loco manifestè ostendit: & sic exemplum non facit ad propositum. Tertiò quia hæc opinio non consonat sacris scripturis, quæ circa hæc allegantur. Nam in parabola Christi cum agricolæ dixissent.* Hîc est hæres: *non potest rationabiliter intelligi, quòd ipsi æstimassent eum hæredem in diuinitate, eo modo quo Apostolus ait ad Heb. 1. a.* Quem constituit hæredem vniuersorum. *Nulla enim amentia ad tantam potest communiter de-* C *uenire insaniam, vt credat diuinam maiestatem in propria persona superare. Comunis enim conceptus est etiam apud idololatras, quod Deus seu dij transcendunt omnes potestates: vnde ridiculū esset dicere, quòd eo ipso quòd principes illi credebant ipsum esse hæredem scilicet Deum verum, auderent eum interficere. Hoc etiam videtur contra opinionem ipsius-met. Postill. qui dicit, quòd quando eum interficere voluerunt iam non æstimabant ipsum Deum esse propter impedimentum passionis inuidiæ & huiusmodi: & sic iam non diceret de ipso:* Hic est hæres. *Oportet igitur dicere, vt per hoc quod dicebant:* Hic est hæres, *intelligebant quòd erat homo tantæ excellentiæ, quòd poterat vocari filius Dei, nō per naturam, sed per specialem adoptionem seu excellentiam respectu prophetarum aliorum: quod verificatur de Christo etiam secūdum humanam naturam considerato, contra quem non obstante tanta excellentia potuerunt æstimare, vt eum possent superare sicut & alios antea missos: nam magis & minus non variant speciem secundum Philosophum. Similiter autoritas beati Petri dicentis Act. 3. c.* Scio quòd per ignorātiam fecistis, sicut & principes vestri. *videtur facere contra opinionem Postill. nam secundum eum debuisset dicere, per odium seu inuidiā fecistis. Hæc enim fuit causa principalis sui erroris secūdum Postil. magis quàm ignorantia. Secundum vero primam opinionem quæ est sancti Tho. hæc autoritas propriè sonat: eo enim quod habuerant ignorantiam de Christo, scilicet de eius diuinitate, ausi sunt ipsum inuadere tanquam hominem purum: cui consonat autoritas apostoli dicentis.* Si enim cognouissent nunquam dominum gloriæ crucifixissent. *Quod denotat manifestè, ipsos nunquam cognouisse ipsum fuisse dominum gloriæ. Et notandum, quod hæc ignorantia non excusat principes Iudæorum à crimine, sed magis aggrauat, cum esset quodammodo ignorantia affectata. Nam licet non attigissent ex scripturis prophetarum ad cognoscendum Christi diuinitatem, eo quod scripturæ de hoc loquentes sunt quodammodo exponibiles, vt dictum est: debuissent tamen assentiri suæ doctrinæ secundum quam filium Dei se fatebatur. Tenebantur enim credere & obedire Christo in lege promisso. Iuxtà illud Deu. 18. c.* Prophetam suscitabit tibi, &c. ipsum audies. *Quod intelligitur de Christo ad litteram, & sic eius deitatem tenebantur credere tanquam ab eo dogmatizatam, & per miracula confirmatā. Vnde Ioā. 15. d. dicitur.* Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent, &c. *Fuerunt enim impediti ab acquiescendo doctrinæ Christi per inuidiam & odium ipsius, & sic nec habitualiter nec actualiter crediderunt ipsum esse Deum. Nam per scripturas antiquas de deitate loquentes non omninò conuincebantur vt dictum est. Nec etiam per doctrinam Christi de se hoc testantis, impediētibus rancoris & odij passionibus. Sicut enim homo cōmuniter natus est credere suo amico, sic & discredere inimico. Ex quibus bene attentis sequitur corrolariè, quod catholicus disputans cum Hebræis, vel eis prædicando persuadens de mysterijs Christi, non debet conari ad probandum deitatem Christi ex sacris scripturis ab eis acceptis. Possent enim hæc declinare per varias expositiones, vt etiam Postillator dicit in hoc capitulo, sed potius est procedendum ad probandum quòd ipse sit verus Christus in lege promissus. cui est audiendum & obediendum ex præcepto diuino. Quo ostenso, deitas Christi facilius probatur per doctrinam noui Testamenti à Christo diuulgatam. Et iste etiam est processus scientificus: quia secundum Philosophum 1. Physicorum: Connaturale est nobis à magis notis ad minus nota procedere.* D

REPLIC. In ca. 21. *Vbi Postill. dicit Hebræos dictos ab Heber Burg. obycit cuius obiectio correcta est Gene. 10. & 12.* E

In eo cap. *vbi dicitur.* Lapidem quem reprobauerunt, &c. *quem passum exponit Postillator per figuram de lapide materiali in ædificio templi, prout Scholastica historia narrat, sed exponit de Christo tanquam figurato principaliter intento: sed Burgen. vult narrationem illam esse fictam, & vult primam litteralem expositionem esse de Christo, Si Burgen. accipit primam, pro principaliter: hoc nō negat Postillator. Sed quod figura sit ficta, non probat sufficiēter Burgen. per Rabbi Abrahā qui minoris est authoritatis apud sanctam ecclesiam quàm Scholastica historia, immò plus fictum videtur, quod ille Rabbi exponit lapidem de populo Israelitico. Aliæ autem expositiones adductę non sunt literales, sed figuratiuæ. Oportet igitur aliquam assignare figuram, quæ etsi ficta foret, quia tamen nihil habet absurditatis, peccatum non videtur cōmitti, quia omnis fictio peccatū est, patet Exo. 7. in 2. correctorio.*

In eod. cap. *vbi requirit Postillator, an doctores & principes Iudęorum nouerant Christum in lege promissum, &c. Recitat etiam opiniones quorundam dicentium, quòd nouerunt eum esse verum Messiam, &c. sed non nouerunt eum esse Deum. Hanc tamen opinionē Postillator reprobat optimis rationibus. Burg. autem dicit sanctum Tho. tenere opinionem illam, quam reprobat Postillator, & ideò pro sancto Tho. certans magnam facit commotionem, quæ stat in certis dictis. Primum, quia Iudæi antiqui & moderni non potuerunt, nec hodie possunt videre & intelligere modum vnionis naturæ humanæ ad verbum sine compositione & naturarum confusione, igitur non potuerunt eum cognoscere Deum nec eius deitatem. Secundum dictum. Sicut hæretici malè exponentes scripturas negant Christi deitatem, sic non est mirum, quòd Hebræi propter falsas expositiones hoc idem negant. Tertium dictum, quod mysterium deitatis Christi non potest intelligi sine speciali reuelatione, probat hoc: quia dictum fuit Petro Matthæi 16. c.* Caro & sanguis non reuelauit tibi. *Quartum dictum: tempus aduentus Christi & cætera quæ in scriptura de Christo traduntur, non excedunt communem intelligentiæ capacitatem, sicut eius diuinitas. Ex quibus dictis conatur Burgen. concludere quod opinio postillatoris est irrationabilis, & obiectio eius contra oppositam opinionem inualida. Hic primo videndum est de irrationabilitate illorum quatuor dictorum Burgen. Secundo, de rationabilitate opinionis postillatoris. Tertio, de obiectionum valore contra opinionem oppositam. Quo ad primum articulum videtur primum dictum Burgen. irrationabile, quia ex eo sequitur nullum Christianum cognoscere Christum esse Deum. Probatur ex dicto suo, primo, quia nullus Christianus potest intelligere modū vnionis humanæ naturæ ad verbum: igitur secundum illationem Burgen. nullus Christianus potest scire Christum esse Deum. Antecedens est beati Leonis Papæ dicentis Deum & hominem in vnam conuenisse personam, nisi fides credat, sermo non explicat. Excedit enim & multum supereminet humanæ rationis facultatem, & cętera quæ de hac ineffabili vnione sancti doctores sentiunt. Illatio est Burgen. consequens autem falsissimum: quia Christiani non modo Christum sciunt esse Deum, sed etiam ita tenaciter huic sententiæ adhærent, vt sanguinem pro ea effundere sint parati. Stant igitur simul, quod Iudæorum sapientes, etsi cognoscere non poterant Christi deitatem ex modo incarnationis, poterant tamen scire ex scripturæ testimonio prout post dicetur.* F

Nec secundum dictum Burg. rationabile est: nam etsi peruersi doctores Hebraeorum malè scripturam exponentes & haeretici, ex prauitate voluntatis intelligere nolentes Christum, dixerint non esse Deu: ex hoc non sequitur, quod ex sacra scriptura non posset efficaciter ostedi Christu esse Deum. Nam peruersa scripturae expositio autoritatem scripturę non minuit. Sicut negato primo principio, principium ipsum non est minus verum: quinimo remanet necessaria veritatis: sed sic proteruientes indigent sensu & poena 4. Metaph. Nec postillator vult probationem ex sacra scriptura dicere sic efficacem, vt sufficere possit fideli & infideli praua & corrupta voluntati. Nam vbi voluntas erroris se tenet contra rectam rationem, ibi pertinax pugna est secundùm beatum Hylindium do. 10. de trinitate. Cum enim scripturae Christi deitatem sonantes, per autheticos Hebraeorum doctores bene exponuntur, haeretici & alij contra rationem & autoritatem eas exponentes fidem facere doctis & principibus non potuerunt, nisi voluntate praua praecedente: cum hoc stat eos ex autoritate sciuisse Christum esse Deum, & si voluntas sic deprauata iudicium rectae rationis absorbuisset, ex hoc non fuissent excusati, prout praetendit Burg sicut nec incontinens excusatur à peccato si in actu venereo ratio dicatur absorpta.

Nec tertium dictum Burg. valet, vbi sacra scriptura planè dicit aliquid ad fidem & mores pertinens, ibi fides debet adhiberi, vt dicit beatus Aug. 11. de ciuitate ca. 3. Cum igitur sacra scriptura prout autheticè à doctoribus Hebraeorum exponitur, clarè dicit Christum fore Deu, ei fides est accommodanda. Non igitur apud doctos & principes Iudaeoru, ad id sciendum necessaria erat specialis reuelatio, sed sufficere potuit fides acquisita non impedita per prauam voluntatem.

Nec Burg. probat suum propositum per ea quae dicebatur Petro, quia Petrus ante missionem spiritussancti fuit idiota ignorans scripturas de deitate Christi loquentes, & ideo Petro fuit facta specialis reuelatio prout dicit autoritas allegata. Secus est de principibus & doctoribus Iudaeorum. Ad falsificandum etiam hoc tertium dictum Burg. valet secunda quaestio prologi doctoris subtilis.

Sed quartum dictum videtur contradicere secundo. Nam Burg. fundat secundum dictum super falsa expositione literae, sonantis deitatem Christi, ex ea concludens quod per sacram scripturam à Iudaeis receptam non potest efficaciter probari Christum esse Deum. Nunc autem tempus sui aduentus in scripturis ita fuit occultatum in computatione hebdomadarum à Daniele descriptaru, quod non solùm apud Hebraeos, quinimo apud catholicos doctores in expositione multa est diuersitas. Similiter & passus de Genealog. & aliis locis sonantes tempus aduentus Christi, Hebraei antiqui & moderni exponunt corruptè: igitur non potest sumi argumentum efficax ex scriptura de Christi aduentu, sicut nec de eius deitate, quod est oppositu quarti dicti. Et fortasse ex scripturis planius & efficacius argumentu potest sumi de Christi deitate, quam de sui aduentus tempore. Quia autem habemus Hebraeorum expositores de primo, de secundo autem non, propter igitur Burg. inepta dicta non debuit dicere opinionem postillatoris irrationabilem.

Quantum ad secundum articulum dico ꝙ positio postillat. est multu rationabilis: quia fundatur super expositionem literae apud doctores Hebraeorum autetica translatione Chaldaica & caeteris quae rationabiliter nullus Iudaeus intelligens audet negare. Sed si quis negat non facit hoc ratiocinando sed proteruiendo prauitate affectionis: quod non facit probationem apud vtentes ratione minus efficacem, prout suprà dictum est in probatione secundi dicti Burg.

Quoad tertium articulum, dico quòd argumenta Burg. contra postill. non valent.

Non primum: quia falsè reportat postill. quasi dixerit quòd sola autoritas literae sufficiat: nam postill. non fundat probabilitatem positionis suae super nuda litera, quae sicut dicit Burg. variè potest & corrumpi & exponi: sed fundat (sicut dictum est) super autoritatibus Iudaeorum: quas declinare eorum docti non consueuerunt.

Secundum Burg. argumentum est sophisma. Putat enim Bur. quòd quia Christus est suppositum singulare, quod Iudaei vel alij non possent de eo habere aestimationem in vniuersali: quod falsum est: quia de vnico supposito possunt multa vniuersalia demonstrat[illegible] concludi: videlicet quod Sortes est risibilis, corporeus, sensibilis, &c. Non solùm in praedicamentis qualitatis sed etiam quantitatis. Non aduertit Bur. Auicen. 5. Meta. suae, qui dicit, quod omne vniuersale respectu subiecti in quo est, singulare est; quia omne receptum recipitur per modum recipientis. vniuersale igitur comparatum ad intellectum singulare est, & tamen de tali est scientia propriè dicta, quae est consideratio in vniuersali, cum qua stat ignorantia in particulari: sicut exemplificat postill. de incontinenti. Est igitur exemplum illud bene ad propositum. Sic igitur docti Iudaeoru habuerunt aestimationem verā de Christi deitate in vniuersali: particularis autem aestimatio fuit propter odium illius personae praepedita.

Similiter tertium argumentum Bur. concludit solum de actuali aestimatione in singulari: de qua Apostolus dicit. Si cognouisset, &c. Non autē concludit de vniuersali consideratione praecedente passiones excaecantes secundum quam dixerunt. Hic est haeres. Per idem dicitur ad omnes autoritates adductas pro opinione, scilicet Tho. Nam ignorantia de qua loquitur beatus Petrus, similiter & Paulus, intelligitur ignorantia affectata, quoad doctos Iudaeorum, prout etiam Burgen. dicit in notabili: sed ignorantia affectata non procedit primò ex rationis errore, sed voluntatis prauitate peruertente iudicium rationis circa particulare, cuius vniuersale nouerat, prout vult exemplum de incontinente: vnde patet rationes postillatoris pro sua positione non esse inualidas, sed potiùs Burgen. rationes in contrarium minimè valere.

CAPVT. XXII.

Cap. XXII.

☞ a Simile factū. Iterum arguit per parabolas: non tacet quia exasperati sunt, sed peiorem iram Dei per aliam parabolam dicit eis esse venturam.

† Luc 14. d.

¶ Obuians eorum prauae cogitationi de morte sua.

Et respondens Iesus, dixit iterum in parabolis eis dicens: a ¶ Hic de persecutione apostolorum arguit. b ¶ Congregatio iustorum. ¶ Praesens ecclesia. ¶ Deo patri. ¶ Per incarnationis mysterium ecclesiā filio copulauit.

a † Simile factum est 1 regnum 2 coelorum 3 homini regi,

qui conregnat, filio regis: secundum ea verò quae sunt in regno regis assimilatū est seruis & inuitatis ad nuptias, quorum quidam quidem nolentes venire neglexerunt propter occupationes saeculi huius, alij autem iniurijs affecerunt seruos & occiderunt.

Tracta. 10. in Matth.

✠ Origenes. Regnum ergo coelorum simile est, secundum eum quidem qui regnat, homini regi, secundum autem eū qui

☞ Nuptias

NICOLAVS DE LIRA.
Cap. XXII.

1 Et respondens. Postquam ostendit Iudaeos iustè reprobatos tanquam contemptores diuinae maiestatis, hic consequenter ostendit eos iustè reprobatos, tanquam contradictores diuinae veritatis, cui contradixerunt tripliciter primò, ipsam refutando, secundo, ipsam impugnando, ibi: Tunc abeuntes Pharisaei. Tertio, contrarium errorem amplexando, ibi: Cōgregatis autem Pharisaeis. Primum ostenditur per parabolam inuitatorum ad nuptias & nolentium venire: & ideo ipsis reprobatis, alij sunt vocati: in quo designatur vocatio Iudaeorum ad fidem Christi, vt videbitur: quam repellentes, iustè à Deo reprobati sunt: & gētiles loco eorum meritò sunt vocati. Et ideo prima diuiditur in duas partes: quia primò describitur Iudaeorum reprobatio digna: secūdò gentium vocatio benigna, ibi: Tunc ait seruis. Circa primum dicitur sic.

Diuisio.

2 Regnum coelo. Id est, status ecclesiae militantis.

3 Homini regi qui fec. nup. Nuptiae istae non possunt intelligi beatitudo aeterna in ecclesia triūphante: quia infra dicitur, ꝙ serui vocauerūt ad nuptias bonos & malos: & impletae sunt nuptiae. Dicitur etiā consequenter ibidē, ꝙ inuentus est ibi homo non habens vestem nuptialem, & propter hoc eiectus in tenebras exteriores. Ad beatitudinem verò coelestem non admittentur boni cum malis, sed solum boni: nullus etiam ibi

receptus

MORALITER.

✠ † Simile est reg. &c. Istud nuptiale conuiuium est eucharistiae sacramentum, ad quod Christus inuitauit Iudaeos Ioan. 6. d. dicens. Nō Moyses dedit vobis panē de coelo, sed pater meus dat vobis panē verū de coelo. Et istud conuiuium in coena domini fuit paratū. Per tauros & altilia significantur spiritussancti dona, quae conferuntur in huius sacramenti perceptione deuota.

Et misit

a ¶ Prius prophetas prænuncios incarnationis. a ¶ Iudæos,quibus in patriarchis hoc promiserat. b ¶ Id est,credere. c ¶ Apostolos qui asserunt factam, vnde, hic dicitur: Prandiũ paratum est,id est,mysteriũ incarnationis impletum.

a qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios seruos

a ¶ Doctrinam iustitiæ,& mensam scripturarum ex omnibus prophetis ordinaui. ¶ Introitus regni apertus in fide meæ incarnationis, qui ante fuerat clausus.

b dicens: Dicite inuitatis: ecce prandium meum paraui: tauri mei & altilia † occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias.

a ¶ Fide cæteris concordando. a ¶ Salutis suæ præconium.

c Illi autem neglexerunt, & abierunt: alius † in villam suam, alius verò ad negociationem suam. Reliqui verò tenuerunt

a ¶ Alij non solum contemnunt,sed & persequuntur. a ¶ De mortibus discipulorum dicit,qui supra in alia parabola de morte sua dixit.

d seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis per-

a ¶ Vocem sanguinis. b ¶ Tamen cum tranquillitate iudicans. c ¶ Romanis sub Tito & Vespasiano.

e didit homicidas illos, & ciuitatem illorum succen-

a ¶ Iudæos interemit. b ¶ Ierusalem. a ¶ Adhuc alios inuitat,quia sermo Dei & si alicubi laborat,alibi requiescit.

f dit. Tunc ait seruis suis: Nuptię quidem paratæ sunt,

a ¶ Iudæi. b ¶ Per legem & prophetas.

g sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exi-

(1–17)

a *Nuptias.* Nuptiarum thalamus,est virginis vterus. De inuitatis ad nuptias solus Matthæus narrat. Aliud simile ex parte Lucas dicit de cœna id est, æterno conuiuio, de quo nemo ingressus repellitur, sicut de præsenti ecclesia. (Luc. 14.d. — immolata)

b *Tauri.* Quia priùs prophetæ, & post Apostoli ab infidelibus passi sunt: qui vobis modo sunt in exemplum, quid sit vobis credendum. Venite, fide, cæteris concordando. Tauri sunt patres veteris Testamenti, quibus indulta est licentia inimicos quasi cornu feriendi. Altilia ab alendo, id est pinguia interna charitate, præcones noui Testamenti, contemplationis penna superna petentes. Occisa,vel ab eo quod fuerant, vel per mortem carnis iam in requie positi.

c *Alius in villam.* In villam ire,est terreno labori immoderatè incumbere. Negociari vero,terrenis lucris inhiare.

d *Rex autem.* Supra homo dum inuitabat & opera clementię agebat, nunc in vltione rex tantum.

e *Et missis.* Missis exercitibus, id est, angelis per quos iudicium exercebit, persequentes perdit: & ciuitatem, id est, carnem in qua habitauerunt cum anima in gehenna cremabit. († in agrum suum.)

f *Nuptiæ quidem paratæ.* Omne sacramentum incarnationis peractum est, natiuitas & passio.

g *Ad exitus, &c.* Actiones, sunt viæ:exitus, defectus actionum:quia plerumque facilè conuertuntur quos in terrenis actibus prospera nulla comitantur.

✠ CHRYSOST. (Homil. 41. operis imperf.) Vel viæ sunt omnes professiones huius mundi, vt puta philosophię, militiæ, & huiusmodi. Dicit ergo: *Ite ad exitus viarum*, vt cuiuslibet conditionis homines vocent ad fidem. *Adhuc*, sicut castitas via est quę ducit ad Deum: sic fornicatio via est quæ ducit ad diabolum, & sic de aliis virtutibus & viciis. Iubet ergo vt cuiuscunque conuersationis vel conditionis homines inuitent ad fidem

☞ Vt videret

NICOLAVS DE LIRA.

receptus eijcietur: & ideo per istas nuptias intelligitur verbi incarnatio; tunc enim Deus pater fecit nuptias filio suo, quando naturam humanam copulauit naturæ diuinæ in suo supposito. Quæ quidem nuptiæ celebratæ sunt in vtero virginali de quo Christus: Exiit tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

1 Et misit ser. &c. *Isti inuitati sunt Iudæi quibus data est lex in qua facta est promissio de incarnatione Christi,vt patet Gen. penult. b.* Non auferetur sceptrum de Iuda,&c. *Deut.18* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum, &c. *Serui autem qui missi sunt ad vocandum inuitatos istos, fuerunt prophetæ qui clarius denunciauerunt ea de Christo quæ obscurius erant posita in lege: hortabantur enim populum Iudaicum expectare Christi aduentum, & tendere in ipsum per fidem & bona opera.*

2 Et nolebant. *Quia nolebant verbis prophetarum obedire,vt patet ex decursu li. Reg. & Paralip.*

3 Iterum misit alios seru. *Isti serui secundo missi fuerunt illi qui de propinquo denunciauerunt aduentum Christi, vt Ioannes Baptista & discipuli Christi missi ab eo* in omnem ciuitatem & locum quo ipse erat venturus,*vt habetur Luc. 10.*

4 Ecce prandium meum paraui. *Videlicet sacramenta ecclesiæ,& doctrinam,quibus reficitur anima: & potissimè sacramẽto Eucharistiæ: in quo datur nobis caro Christi in cibum,& sanguis eius in potum.*

5 Tauri mei & al. *Tauri sunt præcepta moralia, altilia consilia superaddita.*

6 Illi autem ne. *Quia Iudæi prædicationem Christi & apostolorum contempserunt: quia pauci comparatiuè de Iudæis crediderunt. Causa autem huius fuit cupiditas rerum temporalium. Propter hoc enim sacerdotes conspirauerunt in mortem Christi. ne perderent ciuitatem & templum: in quo quidem templo hauriebant pecuniam populi,vt visum est capitulo præcedenti sub obtentu cultus diuini: & hoc est quod subditur.*

7 Et abierunt, alius in vi. suam. alius vero ad negociationem suam. *Per laborem vineæ,intelligitur omnis occupatio corporalis circa terrena impediens diuina. Per negociationem verò, occupatio mentalis circa talia.*

8 Reliqui vero te.ser.eius & contu.af.occiderunt. *Quia Ioannes Baptista ab eis est incarceratus & occisus. Similiter Iacobus frater Ioannis, & Stephanus & alij discipuli Christi, & similiter prophetæ multi in testamento veteri.*

9 Rex autem cum au.iratus est. *Quia à Deo merito pro talibus sunt puniti.*

10 Et missis ex su. *Scilicet exercitu Romanorum sub principibus Tito & Vespasiano,qui ex diuina ordinatione venerunt contra Ierusalem 42. anno post Christi passionem.*

11 Perdidit ho. il. *Quia in vltionem sanguinis Christi,& suorum discipulorum ab exercitu Romanorum sunt trucidati,& captiuati de Iudæis vsque ad decies centum milia,vt dicit Iosephus in libro de Iudaico bello.*

12 Et ciuitatem il.succendit. *Quia tunc Ierusalem succensa est & templum in ea.*

13 Tunc ait ser.su. *Hic consequenter describitur vocatio gentium benigna: quia Iudæis repellentibus fidem Christi ab Apostolis prædicatam, Apostoli de mandato domini transierunt ad prædicandum gentibus per totum mundum: & ipsi deuotè susceperunt fidem Christi ad prędicationem apostolorum: & hoc est quod dicitur Act. 13. g. vbi Paulus loquens Iudæis induratis,dixit sic.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei,sed quoniam repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitę,ecce conuertimur ad gentes:sic enim pręcepit nobis Deus:*& hoc est quod dicitur.* Tunc ait ser. *Id est,apostolis suis & aliis discipulis per diuinam reuelationem.*

14 Nuptiæ quidem para.sunt. *Id est,mysteria Christi impleta sunt.*

15 Sed qui inuitati erant. *Scilicet Iudæi, vt visum est.*

16 Non fuerunt di. *Propter suam incredulitatem.*

17 Ite ergo ad exitus vi. *Id est,ad dispersionem gentium.*

Et quoscunque

MORALITER.

1 Et misit ser. Scilicet apostolos aliosque discipulos.

4 *Dicite inui.* Id est,Iudæis à Christo,iã inuitatis,quorum aliqui renuerunt venire per negligentiam, & aliqui per occupationem terrenam,& aliqui per inimicitiam, quia Christi seruos occiderunt scilicet Stephanum,Iacobum fratrem Ioannis & Iacobum iustum,vt habetur in actibus Apostolorum.

10 *Et missis. &c.* Id est, Romanis, qui dicuntur exercitus Dei, quia venerunt eius instinctu in vltionem mortis Christi.

11 *Perdidit il.ho.* Partim occidendo, partim captiuando. *Tunc ait.* Sequitur.

17 *Ite ergo.* Hoc fuit impletum Act.13.a.cum Paulus & Barnabas constanter dixerunt Iudæis. *Vobis oportebat primũ loqui verbũ Dei,sed quoniã repellitis illud,& indignos vos iudicatis vitæ æternæ,ecce con-*

a ¶ Viæ,sunt errores gentium. b ¶ Cuiuscunque conditionis. ¶ Ad fidem.
tus viarum, & † quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et 1
a ¶ De Iudæa. b ¶ Sectas gentium.
c ¶ Sicut ecclesia inter cœlum & infernum est,indiscretè malos & bonos colligit. 2
egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inue-
a ¶ Crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam.
nerunt malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ † discum- 3
a ¶ Ad iudicium veniens,illuminabit conscientias. b ¶ In fide requiescentes.
a bentium. Intrauit autem rex, vt videret discumbentes, & vi- 4
a ¶ Omnes qui in malo sunt vnum. 5
b ¶ Id est fidem habentem,non opera charitatis,per quam dominus ad sociandæ sibi ecclesiæ nuptias venit.
b dit ibi hominem non vestitum veste nuptiali, & ait illi: Ami- 6
c a ¶ Impudentiæ arguit. b ¶ Per fidem,non per orationem. c ¶ Noui hominis sed veteris.
ce quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? At 7
a ¶ Quia non locus negandi ibi est. b ¶ Ligantur pœna qui ligati fuerunt culpa à bonis operibus. 8
d ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. † Ligatis manibus & 9
a ¶ Inferni quia hic interiores habent tenebras. 10
e pedibus eius † mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit 11
a ¶ Oculorum in vanis vagorum. b ¶ Qui de edacitate gauisi sunt. c ¶ Ad nuptias. d ¶ Fide. 12
f fletus & stridor dentium. † Multi autem sunt vocati, pauci ve- 13
a ¶ Ad regnum. 14
rò electi. † Tunc abeuntes Pharisei consilium inierunt vt † 15
a ¶ Vt aliquid quasi eo ignorante extorquerent ... quo argui posset. 16
b ¶ Quasi minus notos,à quibus minus caueret,& reprehensi minus erubescerent. 17
g caperent eum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum 18
a ¶ Eo tempore Herodes erat Ierosolymis. b ¶ Quasi laudatus mysterium sui cordis simpliciter eis aperiat, eosque velit habere discipulos.
Herodianis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam 19
¶ Non timens prælatam personam. 20
h Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo. Nó enim 21
a ¶ Indiscretè dicis veritatem maioribus & minoribus.
respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi vide-

A a *Vt videret discumbentes.* Id est, videri faciat iudicandorum merita, & discernat. [† quotquot]
b *Non vestitum veste nuptiali.* Confutatis autem Pharisæis supponit non omnes qui sunt in ecclesia, esse dignos regno, ne torpeant sui.
c *Amice quomodo huc intrasti non hab. vestem nup.* Amicus, quia ad nuptias inuitatus. *Quomodo,* impudentiæ arguit. [B] [† 35 di c. ecclesiæ.]
d *Ligatis manibus & pedibus.* Ligantur pœna qui hic à malo noluerunt ligari, id est, cohiberi. [† Sup. 20. b Mar. 12 a. Luc. 20. d.]
Manus quæ non extensæ ad eleemosynam. Pedes tardi ad bonum. [C]
Ibi singula membra pœnis subiicientur, quę hic singulis vitiis seruierunt.
e *Exterio. &c.* Quia hic interiores habent tenebras cordis.
f *Multi autem sunt vocati, pauci vero electi.* Repulso vno, in quo omne corpus malorum exprimitur, generalis sententia infertur. *Multi autē sunt voc.* Quasi dicat. Et si de vno dixi, de multis est intelligendum.
g *Cum Herodianis dicen.* Tanquam ignotis, vt facilius deciperent, quia timebant turbas. Quod per se non audent, præsidis manibus [Hieronym.]

[D] manibus attentant. *Cum Herodianis.* Id est, militibus Herodis. Sub Cæsare Augusto quando descriptio facta est, Iudæa facta est tributaria. His tributis præpositus est Herodes Antipatris filius alienigena & proselytus, rex Iudæis ab Augusto constitutus. Erat ergo seditio in populo, aliis dicentibus debere dari tributa, pro securitate & quiete, cum Romani pro omnibus militēt. Pharisæis contra nitentibus, non debere populum Dei qui decimas soluit, & cætera quæ lex dicit, humanis legibus subiacere. Mittunt igitur Pharisæi si possēt decipere. [† discūbentibus.] [E] [† tollite eū & tacite.] [† illaquearent.] [F]
✠ CHRYSOST. Mittunt itaque discipulos suos cum militibus Herodis sic interrogaturos vt vtrimque prærupta præcipitia laterent: vt quidquid responderit pręceps ruat: Herodianos autem simul acceperunt, vt si pro eis responsum ipsis faceret, ipsi criminarent. Sin vero pro ipsis, Herodiani continuo accusarent. [Hom. 71. in Matth.]
h *Non est tibi cura, &c.* Illuc prouocant, vt Deum magis timeat, quam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quoscunque inue vo. ad nup. *Quia nullus volens fidem catholicam recipere, repellendus est.*
2 Et egressi ser. &c. *Quia in ecclesia militante admixti sunt boni cum malis.*
3 Et imple. sunt nu. di. *Quia fides catholica diffusa est per orbem vniuersum.*
4 Intra. autem rex vt vi. di. *Discernendo scilicet merita & demerita credentium. Intrat autem dupliciter, generaliter intrabit in futuro iudicio, specialiter in morte cuiuslibet hominis.*
5 Et vi. ibi. ho. non ve. vc. *Ista vestis nuptialis, est charitas quæ diuidit inter filios regni & perditionis vt dicit Aug. Dicitur autē vestis nuptialis secundum Greg. quia ea indutus Christus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit. Sequitur.*
6 Amice quomodo huc in. *Vocatur autē amicus peccator propter naturam, quæ ad imaginem Dei facta est, & propter fidem informem quæ Dei donum est, licet non sufficiat ad salutem.*
7 At ille ob. *Quia nullus potest respondere Deo: sed propria arguente conscientia conuincitur, & mutus efficitur.*
8 Tunc dixit rex mi. *Id est, angelis executoribus diuinæ iustitiæ.*
9 Ligatis mani. & ped. *Quia post mortem non potest peccator bonum operari, nec ad salutem reuerti.*
10 Mittite eum in te. ex. *Tenebræ enim interiores sunt tenebræ mētales, quas solum habent modo peccatores. Tenebræ vero exteriores sunt tenebræ corporales quas cum prædictis habebunt post mortem, quando in infernum detrudentur per diuinam sententiam.*
11 Ibi erit fle. & strid. den. *Hoc suprà expositum est cap. 13.*
12 Multi autem sunt vo. *Scilicet ad fidem catholicam.*
13 Pauci verò electi. *Scilicet ad gloriam: quia pauci sunt scilicet comparatiuè respectu illorum qui sunt vocati ad fidem.*
14 Tunc abeun. Pha. *Hic ostenduntur Iudæi contradictores diuinæ veritatis ipsam impugnādo, & diuiditur in tres partes: quia primò impugnauerunt Christum de veritate iustitiæ: secundo de veritate doctrinæ, ibi:* In illo die, *Tertio, de veritate vitæ, ibi:* Pharisæi autē au. *Prima in duas: quia primo ponitur Pharisæorum fallax interrogatio: secundo, ipsius Christi vera responsio, ibi:* Cognita autem Iesus nequitia eorum. *Circa primum aduertendum quod Pharisæi maliciosè conspirabant contra Christum, quorum malicia primò ostenditur: & hoc quadrupliciter. Primò in hoc quod dicitur.* [Diuisio.]
15 Consilium inierunt. *Vt ex collocutione communi melius perpenderent qualiter possent eum decipere. Secundo cum dicitur:*
16 Vt caperent eum in sermone. *Quia non poterant eum capere in malo opere. Et quia faciliùs capitur homo in verbis quàm in factis. Tertio, cum subditur:*
17 Et mittunt ei discipulos suos. *Id est, homines Christo incognitos secundum æstimationem eorum, vt coram ipsis audacius loqueretur, & laxaret linguam ad aliquid dicendum, vnde posset capi. Quarto, cum subditur:*
18 Cum Herodianis. *Isti enim Herodiani erant milites Herodis: quia ista quæstio fuit facta Christo feria quarta ante passionē suā. Et de Herode legitur, quod ipse erat in Ierusalē cū exercitu suo in die passionis, quia venerat in Ierusalem propter solemnitatem Paschalem. Sic ergo milites Herodis missi sunt cum discipulis Pharisæorū, vt discipuli possent eum capere in sermone, & milites statim raperent eum, vt puniretur in corpore. Sic ergo patet, qualiter maliciosè agebant cōtra eum verbo: quia primò commendant eum verbis: vt facilius inducant ad dicendum aliquid contra potestatem Cæsaris: de quo volebant sibi facere quæstionem, vt videbitur. Dicunt ergo sic:*
19 Magister scimus, quia verax es. *In vita.*
20 Et viam Dei in veritate doces. *In sana doctrina.*
21 Et non est tibi cura de aliquo. *In quo apparet tua iustitia: & sic eū commendāt, licet fallaciter de veritate vitæ, doctrinæ & iustitiæ.* Quasi

MORALITER.

✠ *conuertimur ad gentes: sic enim nobis præcepit Deus.* Sed qui veniunt ad conuiuium carentes veste charitatis, quæ est nuptiale vestimentum, mittuntur in tenebras exteriores ligatis manibus & pedibus: per quod impossibilis exitus designatur. *Tunc abeun. Pha. &c.* Sequitur.
19 *Magister sci. &c.* ✠ CHRYSOST. Hæc est hypocritarum prima simulatio, quia laudant quos perdere volunt.
Reddite

quam Cæsarē: & ideo non debere solui tributa dicat, vt Herodiani quasi authorem seditionis teneant.

a *Hypocritæ.* Quia aliud sunt, & aliud simulant.

✻ CHRYSOST. Non secundum sermones eorum pacificos blandè respondit, sed secundū conscientiam eorum crudelem aspera dixit: quia Deus voluntatibus respondet, non verbis. Dicit ergo eis, *hypocritæ*, vt considerantes eum cordiū humanorum cognitorem, quod facere cogitabant, perficere non auderent. Vide ergo quod Pharisæi blandiebātur vt perderent: sed Iesus eos confundebat vt saluaret.

b *Reddite ergo.* Vel sicut Cæsar exigit impressionem suæ imaginis, sic & Deus animam lumine sui vultus signatam.

c *Saducæi, &c.* Duæ erant hæreses in Iudæis. Pharisæorum qui præferebant iustitiam traditionum & obseruationum: & Saducæorum

(Marg.: versutia. Marc. 12. — Hom. 42. operis imp. — 23. q. 1. c. militare, & q. fin. ca. si mortem, & c. conueniot De dc. cō. in c. ex parte sua. — Mar. 12. d — Duæ fuerunt hæreses Iudæorum.)

tur: Licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem Iesus nequitia eorum ait. † Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hæc & superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: † Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt Dei Deo. Et audientes mirati sunt: & relicto eo abierunt. † In illo die accesserunt ad eum Saducæi, qui dicunt non esse resurrectionem: & intorrogauerunt eum dicentes: Magister, Moyses dixit: si quis mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem illius: & suscitet semen fratri suo. † Erant autem apud nos septem fratres, & primus vxore ducta defunctus est, & non habens semen reliquit vxorem suam fratri suo: similiter secundus & tertius vsque ad septimum. Nouissimè autem omnium & mulier defuncta est: In resurrectione ergo cuius erit de septem vxor? Omnes enim habuerunt eam. Respondens

(Interlinear glosses: a ¶ Dolositate. b ¶ Non secundum verba eorum blandè, sed secundum conscientias eorum asperè. c ¶ Quia aliud est in corde, & aliud simulant in ore. a ¶ Denarium, qui pro censu soluitur, qui & habet imaginem Cæsaris. b ¶ Genus nummi quod pro decem nummis computabatur. a ¶ Satis patet, quod non de ignorantia interrogat, sed vt ad verba eorum competenter respondeat. a ¶ Tiberij priuigni Augusti, sub quo passus est dominus. ¶ Tributum pecuniam. a ¶ Decimas, victimas. b ¶ Qui credere debuerunt mirantur, quod non habent tentandi locum. a ¶ Infidelitatem reportantes. b ¶ Quo Pharisæi abierunt. c ¶ Qui interpretātur iusti. a ¶ Pharisæi credebant & animæ & corporis resurrectionem, sed Saducæi etiam animas interire cum corporibus. a ¶ Opinabantur, quod si resurgerent, quod ita tunc sicut nunc in hoc sæculo viuerent.)

cæorum, qui & ipsi vēdicabant sibi, quod nondum erant, id est, iusti. Saducæi namque iusti interpretantur, qui resurrectionem corporum non credunt, & animas interire putant cum corpore, turpitudinem fabulæ fingunt, quæ deliramenti eos arguat qui resurrectionem asserunt. Potest autem fieri vt in gente eorum hoc aliquando acciderit.

✻ CHRYSOSTOMVS. Quando recedebant Pharisæi, accedebant Saducæi; fortè tali consilio, quia decertabāt quis eum deprehendere posset, vel si ratione eum non possent superare, saltem per ipsam frequentiam subuerterent sēsum eius.

✻ MYSTICE. Hi omnes septem reprobi sunt, qui tota hac vita quæ septem diebus est, steriles à bono opere sunt: quibus misere mortuis, ad vltimum mundana conuersatio quæ sine fructu est transibit.

(Marg.: Mar. 12. Luc. 20. c Act. 23. b. — Homil. 42. operis imp. perf.)

☞ Erratis.

NICOLAVS DE LIRA.

✻ *Quasi dicat, non dimittes timore cuiuscunque hominis etiam Imperatoris dicere veritatem: & tunc proponunt quæstionem brigosam apud eos dicentes.*

1 Licet censum dare Cęsa. an. non? *Ista quæstio habuit ortum à tempore natiuitatis Christi: quia prout habetur Luc. 2. c.* Cæsar Augustus pręcepit, vt describeretur vniuersus orbis. *Et hæc descriptio primò facta est in Iudæa, quæ est in medio terræ habitabilis: & in ista descriptione omnes ibant ad ciuitates, de quibus erant oriundi, vt profiterentur se reddituros tributum Cæsari. Tūc surrexit quidam nomine Iudas, datione Galilæus, qui dicebat hoc esse Iudæis illicitum, quod scilicet recognoscerent aliquem dominum in terris, sed solum Deum qui in cœlis est, & multos traxit ad se, vt habetur Act. 5. Et Iosephus idem refert 20. lib. antiquitatum: & ex tunc aliqui huic opinioni adhærebant, quia ista opinio erat pro libertate populi, & pro honore ipsius Dei videbatur: è contrario alij asserebant, quod erat licitum dare tributum Romanis: quia pro defensione patriæ militabant, & ab hostibus & à latronibus defendebant, & pacem inter homines conseruabant & iustitiam. Hanc autem quæstionem maliciosè proposuerunt Christo, vt si diceret non esse licitum, statim caperetur tanquam contrarius imperatori. Si autem diceret esse licitum, videretur esse contrarius libertati populi & diuino honori: & sic incurreret maleuolentiam populi.*

2 Cognita autem &c. *Hic ponitur Christi responsio. Primò respondet ad eorum intentionem.*

3 Quid me ten. &c. *Quasi dicat non quæritis veritatem addiscere, sed me in verbis capere. Et propter hoc vocat eos hypocritas, quia aliud prætendebant, & aliud intendebant. Consequenter respondet ad quæstionem.*

4 Ostendite mihi numisma. *Id est, nummum qui datur annuè pro censu Imperatori.*

5 At illi obtulerunt. *Quia iste nummus, qui dabatur pro annuo cēsu à quolibet capitaneo domus valebat decem nummos vsuales. Et ideo vocabatur denarius, & erat de argento.*

6 Cuius est imago, &c. *Quia imago Cæsaris erat impressa in illo denario, & nomen eius in circuitu.*

7 Tunc ait illis: Reddi. &c. *Quia reddere debitum omnibus est bonum & iustum: non est autem inconueniens, nec contradictio, quod homo sit subditus homini in temporalibus, & Deo immediatè in spiritualibus, & maximè quia intrauerant Iudæi seruare fidelitatem & reddere tributum Romanis à tempore Pompei qui Iudæam fecit tributariam Romanis: & audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt sic confusi.*

8 In illo die. *Hic consequenter ostenditur quomodo impugnauerunt Christum Iudæi, in veritate doctrinæ, ad quam pertinet resurrectio mortuorum, quæ est de articulis fidei. Et primò circa hoc ponitur Iudæorum interrogatio. Secundo Christi responsio, ibi:* Respondens autem Iesus.

Circa primum aduertendum, quòd inter Iudæos quidam erant qui vocabantur Saducæi: qui recipiebant tantum quinque libros Moysi, & dicebant animam hominis mortalem, & per consequens negabant resurrectionē, secundum quod Iosephus refert de istis 20. libro antiquitatum & magister in historiis; vbi plenius tangitur diuersitas quæ erat in sectis Iudæorum: quod propter breuitatem omitto. Isti ergo mouerunt quæstionem, quæ videbatur eis insolubilis: & propter hoc videbatur eis resurrectio mortuorum impossibilis. Et ponitur casus de muliere quæ desponsata est septem fratribus successiuè: quia quando aliquis moriebatur sine filio, frater eius tenebatur accipere vxorem ad suscitandum semen fratri suo, ita quod primus filius natus non ascribebatur generanti, sed mortuo fratri secundum quod scribitur Deut. 25. Ista ergo mulier sine prole suscepta mortua est post omnes fratres. Et ideo proponunt quæstionem Christo.

9 In resurre. ergo, &c. *Quasi dicerent: impossibile est quod detur alicui eorum determinatè. Cuius causa subditur:*

10 Omnes, &c. *Et per consequens eadem ratione si debeat assignari vni, & alteri. Item non videtur possibile, quod detur septem fratribus simul: quia est contra legē Moysi quod duo fratres simul coniungātur vni mulieri matrimonialiter: & ex hoc intendunt concludere, quod impossibile sit animam immortalem esse & hominem resurgere.*

11 Respondens autem Iesus. *Hic ponitur Christi responsio. Vbi* ✻ tria

MORALITER.

† *Reddite ergo, &c.* ✻ ORIGE. Mundi princeps diabolus Cæsar dici potest: non enim Deo reddere possumus quæ sua sūt, nisi prius principi mundi reddiderimus quę sunt sua, id est, nisi deposuerimus maliciam vniuersam. *In illa, &c.* Sequitur.

† *Erant apud.* Per istos septem, qui non reliquerunt semen, designatur vniuersitas desidentium, qui ex suis operibus non relinquunt aliquid memoria dignum,

 ✻ In

a *Erratis.* Ideò quia nescitis scripturas. Vnde sequitur, vt nesciant virtutem Dei.
b *In resurrectione.* Resurgent quidem corpora, quæ possent nubere & nubi: quod de his dicitur, qui habent membra genitalia: sed alia ratione non nubent.

Tracta. 22. in Matth. ✠ ORIGENES. Quæritur, cum saluator dicat, *erratis nescientes scripturas*, An dicat quod in quibusdam scripturis positum est quod sequitur, *In resurrectione neque nubent, &c.* quod in veteri testamento non legitur scriptum. Nos autem dicimus quia scriptum est, non in ipsis sermonibus manifestè ista dicentibus, sed in mysterio indicantibus, secundum intellectum moralem. Sed nec inuenio scriptum, *erunt sicut angeli Dei*, nisi fortè quis & hoc moraliter intelligat, secundum illud quod dicitur: *Tu autem ibis ad patres tuos.* Item *appositus est ad populum suum.*

a ¶ Quæ resurrectionem asserunt. a ¶ Qui potest corpora suscitare. ¶ Viri producent. b ¶ Fœminæ producentur. a ¶ Ecce spiritualis conuersatio id est, sine labe corruptionis visione Dei fruentur qui ibi erunt. a ¶ In Moyse quem recepistis. a ¶ Simpliciter gradientes miracula venerantes sequuntur doctrinam. a ¶ Sapienti responsione. a ¶ Non habentibus quid dicerent.

a autem Iesus, ait illis: Erratis, nescientes scripturas, neque 1 2 b virtutem Dei. In resurrectione enim, † neque nubent, neque 3 c nubentur: sed sunt sicut angeli Dei in cœlo. De resurrectio- 4 5 d e ne autem mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo, 6 f dicente vobis: † Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac & 7 Deus Iacob. Non est Deus * mortuorum sed viuentium. † Et audientes turbæ † mirabantur in doctrina eius. Pha- 8 g risæi autem audientes, quòd † silentium imposuisset h Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum 9 10

d *De resurrectione, &c.* Hoc quidem de resurrectionis conditionibus quæstioni propositæ reddidit: de ipsa verò resurrectione contra infidelitatem eorũ ita ait: *De resurrectione autem mortuorum:* Ita testimonium ponit, quod videtur ambiguum, vel non satis ad resurrectionis pertinet veritatem, quia illi prophetas (vbi aperta sunt testimonia) non recipiunt, sed tantum quinque libros Moysi. Et hic de resurrectione, & alibi de diuinitate quædam coram contemptoribus inuenitur dominus dixisse: non vt daret sanctum canibus, & mitteret margaritas ante porcos, sed quia inter eos qui tentabant, erant aliqui qui vtiliter audiebant, quos pro aliorum immunditia negligi non oportebat.
e *Non legistis.* In Moyse quem recipitis, alioquin posset apertiora de resurrectione testimonia prophetarum dare: sed Prophetas Saducæi non recipiunt.

Diuisio. sup. 7. a. † neq; ducunt vxores, neque nuptum dantur. * Deus. † stupebant † os occlusisset.

Exo. 3. c. Mar. 12. c. † Mar. 12. c

Hom. 42 operis imperfecti. c *Sed sunt sicut angeli,* ✠ CHRYSOSTOMVS. Notandum quòd cum de ieiuniis, eleemosynis, & cæteribus virtutibus spiritualibus locutus fuit, nunquam angelorum similitudinem introduxit, nisi cum de absolutione à coitu loqueretur. Quoniam sicut omnes actus carnales, opera sunt animalium, præcipuè tamen actus libidinis: sic omnes virtutes sunt res angelicæ, præcipue tamen castitas, per quam vincitur natura virtutibus.

✠ HILARIVS. Eandem quam Saducæi, calumniam afferre plures solent, in quam formam muliebris sexus resurgat.

Lib. 22. de ciuit. ca. 22 ✠ AVGVSTINVS. Melius sapiunt, qui vtrumque sexum resurrecturum non dubitant. Non enim libido ibi erit quæ confusionis causa est. Nam priusquam peccassent nudi erant: natura autem seruabitur, quæ tunc quidem à concubitu immunis erit. Erunt tamen membra fœminea non accommodata vsui veteri, sed decori nouo quo non allicitur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit.

f *Deus Abraham, &c.* Qui iam mortui erant, quãdo hæc dicebat, ergo per hoc animas probat permanere post mortem: non enim diceretur Deus non existentium. Et sic introducitur & corporum resurrectio, quæ cum animabus bona vel mala gesserunt: *Deus Abrahã, Deus Isaac & Deus Iacob.* Per hoc probat æternitatem animarum, Et statim infert: *Non est Deus mortuorũ, &c* vt cum probauerit animas permanere post mortem, consequenter introduceretur etiam corporum resurrectio, quæ cum animabus bona vel mala gesserunt.
g *Silentium.* Nota venena inuidiæ superari posse, sed difficile conquiescere.
h *Conuenerunt.* Vt multitudine vincerent quem non poterant ratione. In tentando conueniunt qui in doctrina contrarij sunt. Iam confutati erant in ostensione denarij, iam viderant etiam Saducæos obmutescere, sed tamen maleuolentia & liuor nutrit impudentiam. Mat. 22. c.

d De

☞ *Tentans eum.*

NICOLAVS DE LIRA.

tria facit per ordinem: quia primò ostendit eorum errorem, & erroris causam, dicens:
1 Erratis. *In hoc supple, quod resurrectionem negatis.*
2 Nescien. scripturas. *Ipsi enim non recipiebant scripturas prophetarum in quibus fit expressa mentio de resurrectione mortuorum, vt habetur Dan. 12. a.* Multi qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, &c. *Et Ezech. 37 a* Facta est super me manus domini, &c. *Et ex ignorantia istarum scripturarum procedebat error eorum. Secunda causa tangitur, cum subditur:*
3 Neque virtu. Dei. *Si enim bene considerassent virtutem Dei, quæ potest aliquid ex nihilo facere, quod ipsi habebant necesse concedere, ex quo recipiebant libros Moysi, vbi fit expressa mentio de creatione mũdi, non negarent quin posset resuscitare mortuos. Secundo soluit argumentum eorum, dicens:*
4 In resurrectione enim, &c. *Id est, viri non accipient vxores.*
5 Neque nuben. *Id est, mulieres, non accipientur à viris, quia homines non resurgent ad vitam carnalem cibis & venereis vtentem.*
6 Sed sunt sicut angeli Dei. *Viuentes visione & fruitione Dei, Et sic patet eorum argumentum nihil concludere, quia illa inconuenientia ad quæ deducebant, non sequuntur, nisi ex suppositione, quòd actus carnales venereorum sint in resurrectione, quod patet esse falsum. Tertiò confirmat veritatem resurrectionis authoritate scripturæ dicentis Exod. 3.*
7 Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. *Quando enim dominus protulit hæc verba, illi Patriarchæ erant mortui corporaliter: cum ergo aliquis non possit esse Deus rei non existentis vel eius quod est nihil quod idem est (quia creaturę ad Deum est relatio realis quę non potest fundari in nihilo) oportet ergo quod isti patriarchæ aliquo modo essent, & ideò cum non viuerent vita corporali, sequitur quod anima adhuc viuebat, & per consequens quod immortalis erat, quare non destruitur destructo corpore, & per consequens sequitur quod resurrectio erit: quia anima non potest esse perfectè quietata, nec beata, nisi vniatur cum corpore: ad cuius vnionem habet inclinationem naturalem. Considerandum tamen, quod saluator bene accepisset authoritatem magis expressam de immortalitate animæ & futura resurrectione, authoritatem scilicet prophetarum, vt visum est, sed illa non recipiebatur à Sadducęis: & ideò nõ fuisset efficax contra eos.*
8 Pharisæi autem. *Hic consequenter ostenditur qualiter impugnauerunt Christum in veritate vitę, in hoc quod proposuerunt sibi quæstionem tentatiuam de primo mandato legis. Circa quod primò ponitur eorum interrogatio. Secundo ponitur Christi responsio, ibi:* Ait illi Iesus. *Circa primum dicitur:* Pharisęi autem, &c. *Licet enim ipsi essent contrarij Saducæis in opinione de anima immortalitate & de mortuorum resurrectione, vt visum est, tamen conueniebant cum eis in Christi persecutione. Et ideò audientes, quod silentium imposuisset eis.*
9 Conuenerunt in vnum. *Ad inuadendum ipsum Christum alio modo, & ad ipsum venerunt in magna multitudine ad magis eum terrendum.*
10 Et interrogauit eum vnus ex eis. *Vt si confusus esset, solus videretur confundi: si autem vinceret, omnes viderentur per eum vicisse, secundum quod dicit Chrysostomus.*

Tentans eum

MORALITER.

✠ *In resurrectione enim, &c.* Resurrectio spiritualis est à morte culpæ ad vitam gratiæ, quæ est arra gloriæ, & ideo quando hæc resurrectio firmata est per propositum cauendi recidiuum firmatum professione religionis, & etiam obseruatum, tunc est similitudo ad angelicam vitam, quia per castitatem fit conformitas angelicæ puritati. Angeli similiter nihil proprium possident in hoc mundo, & obediunt continuè ipsi Deo.

✠ *Magister*

a *Tentans eum.* Marcus ait, quod ei sapienter respondenti dominus dixerit. *Non longè es à regno Dei.* Potuit enim fieri, vt qui tentans venit, responso dominico conuersus sit. Vel tentatio non est mala quasi volentis decipere, sed causa volentis amplius experiri ignotum.

Exo. 20. a. Deut. b. b *Diliges dominum Deum tuum.* Fictam conscientiam interrogãtis dominus primo responso percutit. *Deus tuus vnus est. Non assumes nomen Dei tui in vanum. Obserua diem sabbati.* Hęc tria ad dilectionem Dei pertinent: Cuius cogites vnitatem, veritatem, voluntatem.

c *Ex toto corde.* Integritas fidei exprimitur. In tota anima, perfecta obedientia, exigitur. In tota mente, perseuerantia ostenditur.

Hom. 42. operis imperfecti. ✠ CHRYSOSTOMVS. Diligere Deum ex toto corde, est vt cor tuum non sit inclinatum ad alicuius rei dilectionem magis quàm Dei. Diligere autem Deum in tota anima, est certissimum animum habere in veritate, & firmum esse in fide. Alius est enim amor cordis, & alius est amor animæ. Amor cordis quodãmodo carnalis est vt etiam carnaliter diligamus Deum, quod facere non possumus nisi recedamus ab amore rerum carnalium. Tota mente diligere Deum, est vt omnes sensus Deo vacent.

Lib. 1 de doctrina Christi. c. 22. ✠ AVGVSTINVS. Deum ex toto corde diligere prçciperis, vt omnes cogitationes tuas, ex tota anima, vt omnem vitam tuã: ex tota mente tua, vt omnem intellectum tuum in illum conferas, à quo habes ea quæ offers.

✠ ORIGENES. Ex toto corde id est, secundum totam recordationem & operationem & cogitationé: ex tota anima, id est, vt parati sint eam ponere pro pietate Dei. In tota mẽte, nihil aliud scilicet proferentes, nisi quæ Dei sunt.

a ¶ Pro omnibus legisdoctor, vt si vincat, omnes victores habeantur, vel si vincitur, solus erubescat. b ¶ Non scire desiderans. c ¶ Cuius non vult esse discipulus.

a vnus ex eis legisdoctor [b]tentans eum. * Magister quod est [1] [2]

a ¶ Egregium. b ¶ Id est, diligere debes.

b mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: † Diliges domi- [3] [4]

a ¶ Intellectu, vt nullum in confessione diuinitatis relinquas errori locum. b Id est, voluntate, vt nihil ei contrarium velis.

c num Deum tuum ex toto corde tuo: & in tota anima tua,

a ¶ Id est, in memoria nil reminiscens quo minus de eo sentias. b ¶ Dignitate. c ¶ Ordine.

& in tota mente tua. Hoc est † maximum & primum

a ¶ Et si in executione sit primum. b ¶ Non par. ¶ Quia de dilectione.

d mandatum. Secundum autem simile est huic: † Diliges pro- [5]

* Et dicens Tr. ca 22. in Matth † Deut 6. a. † magnum † Leu. 19. d Mar. 12. c. Rom. 13. c

Lib. 1. de doctrina Christi. c. 30. d *Diliges proximum.* ✠ AVGVST. Manifestum est, omnem hominem proximum esse putandum: quia erga neminem operandum est malum.

Hom. 42. operis imperf. ✠ CHRYSOST. Qui autem hominem amat, simile est sicut qui Deum amat, quia imago Dei est homo, in quo Deus diligitur, sicut rex in sua imagine honoratur. Et propter hoc dicitur hoc mandatum esse simile primo.

In his

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tentans eum. *Capere scilicet in sermone. Marcus tamẽ videtur contrariũ dicere 12. cap. vbi dicitur quod Christus dixit isti legisdoctori quærenti de primo mandato legis.* Nõ longè es à regno Dei. *Dicendum, quòd iste in principio venit mala intentione cum aliis: sed postea audita Christi responsione vera: pœnituit & Christi responsionem approbauit, dicens:* Magister in veritate bene dixisti, &c. *vt habetur Mar. 12. Et tunc Christus videns eius pœnitentiam intulit verba prẽmissa, dicens:* Non longè es à regno Dei, &c. *Simile autem habetur Ioan 7. vbi dicitur quod principes & Pharisæi miserunt ministros, vt comprehenderent Iesum. Illi autem audientes Christi prædicationem pœnituerunt, & sic ad principes redierunt: & cum quęrerent ab eis, quare non audiuissent eum. Responderunt:* Nunquam locutus est sic homo. *Consequenter proponitur quęstio.*

2 Magister quod est mandatum magnũ in lege? *Credebat enim, quòd statim responderet de mandato primo primæ tabulæ:* Non habebis deos alienos, *Et tunc habuisset argumentum contra eum de præcepto charitatis quod est maius: sicut & charitas est maior virtus ipsa fide.*

3 Ait illi Iesus. *Hic ponitur Christi responsio.*

4 Diliges dominum Deum tuum, &c. Hoc est maximum & primum mandatum. *Hic tria sunt videnda de ipso præcepto charitatis. Primum est qualiter sit intelligendum. Secundum qualiter sit primum. Tertium, qualiter implendum.*

dilectionis præceptum quatuor in locis traditur. *Circa primum sciendum, quòd istud præceptum in quatuor locis traditur in scriptura scilicet Deut. 6. vbi ponuntur tria.* Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua, *& hîc Matth. 22. vbi dimittitur fortitudo, & duobus aliis additur vnum quòd Deus diligatur ex toto corde & ex tota anima, & ex tota mẽte Mar. autem 12. ponũtur ista tria, & additur quartum scilicet ex tota virtute quod est idem cum eo quod dicitur Deut. 6.* Et ex tota fortitudine. *Et eodem modo Lucę 10. habetur: nisi quòd dicitur ibi,* ex omnibus viribus tuis: *quod idẽ est cum eo quod dicitur: ex virtute vel ex fortitudine. Et sic patet, quod quatuor ista sunt de ratione istius præcepti scilicet diligere Deum ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex tota fortitudine. Cuius ratio est, quia diligere est actus voluntatis. Duplex est autem actus ipsius, vnus est elicitus & alter imperatus. Actus autem elicitus est qui immediatè egreditur ab ipsa voluntate, & iste actus tangitur cum dicitur.* Diliges dominum Deum tuum ex toto corde. *Id est, ex tota voluntate: quia sicut ex corde oritur motus ad alias partes corporis, ita voluntas mouet alias potentias animæ. Actus autem imperatus voluntatis est actus alterius potentiæ motæ ad suum actum per ipsam voluntatem. Per volũtatem autem informatam charitate mouetur intellectus ad assentiendum his quę sunt fidei & ad meditandum de Deo dilecto. Et iste actus significatur, cum subditur:* In tota mente. *Ibi enim accipitur mens pro ipso intellectu, vlterius per voluntatẽ mouetur appetitus sensitiuus, vt conformetur superiori parti: quia sicut sphæra superior mouet inferiores suo motu, ita voluntas appetitum sensitiuum, vt habetur 2. de anima. Et iste actus notatur, cum dicitur:* Et in tota anima. *Per animã enim hic intelligitur pars sensitiua secundũ quod scribitur Gen. 1. c.* Factus est homo in animam viuentem. *Id est, vitam animalem & sensibilem corpori dantem, vt dicit glo. Vlteriùs per voluntatem mouentur potẽtiæ motiuæ & executiuæ ad operandum ex dilectione. Et hoc notatur cum subditur:* Ex tota fortitudine tua, *vel,* ex omnibus viribus tuis. *Quod idẽ est: patet ergo primum.*

Philosoph. *Circa secundum considerandum, quòd aliquid dicitur primũ dupliciter. Vno modo origine: & sic illa quæ sunt imperfectiora priora sunt in illis quæ procedunt de potentia ad actum, vt dicitur 9. Metaphysicæ. Aliò modo dicitur aliquid primum dignitate seu perfectione. Hoc ergo secũdo modo proximitatis, mandatum de dilectione Dei dicitur primũ, quia origine, dilectio proximi prior est secundùm quòd dicit beatus Ioã. 1. canonicæ: ca. 4. d.* Qui non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? *Et sic patet secundum.*

Circa tertium considerandum, quòd totum & perfectum idem sunt vt habetur 3. Physicorum: & ideò diligere Deum ex toto corde, & ex tota anima, & sic de aliis est diligere ex perfecto corde vel ex perfecta anima, & sic de aliis. Perfectũ autẽ dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, quando nihil sibi deest de perfectione sibi possibili. Alio modo, quãdo nihil sibi deest de perfectione sibi debita vel competenti: sicut homo mediocris staturæ dicitur perfectæ quantitatis, licet non habeat quantitatem gigantis. Sic ergo accipiendo perfectum primo modo, sic impletur præceptum dilectionis in patria, quia mens ibi fertur in Deum totaliter & perfectè, quantum sibi possibile est, & sine aliqua interruptione, & secũdum hoc dicit Aug. libro de perfectione iustitiæ, quòd mandatũ charitatis solum implebitur in patria, vbi erit charitas perfecta. Si autem [illegible] *cipiatur perfectum secundo modo, sic impletur in via, quãdo nihil diligitur contra Deum. Ista enim est perfectio quæ debet inesse ex debito necessitatis: & hoc sufficit ad salutem. Diligere ergo Deum ex toto corde, hoc modo est sic diligere Deum, quòd nihil diligatur contra ipsum. Sequitur:*

5 Secundum autem simile, &c. Diliges, &c. *Id est, ad eandem beatitudinem, ad quam diligis te.*

In his

MORALITER.

2 *Magister quod est mandatũ magnum in lege.* ✠ CHRYSOST. De magno mandato interrogat qui minimum non obseruat. Et istis sunt similes multi studentes, qui quærunt alta & subtilia, cum tamen adhuc ignorent communem doctrinam & prima rudimenta, volentes volare antequam alas habeant: & sic in vanum laborant.

In eo.

a ¶ In proximo, quòd Dei bonitate factus est. b ¶ Id est, tuam substantiam.
c ¶ Id est, ad hæc duo refertur totus decalogus, & monita prophetarum ibi habent finem.

a ximum tuum, sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuer- 1

a ¶ Quia illò fertur, vbi habet finem.
b ¶ Qui ad tentandum venerant, occasionem dederunt suæ confutationis.

sa lex pendet & prophetæ. Congregatis autem Pharisæis, in- 2 †

b terrogauit eos Iesus, dicens: Quid vobis videtur de Christo,

a ¶ Secundum carnem. b ¶ Non reprehenduntur, quòd Dauid filium dicunt, sed quia filium Dei esse non credunt. c ¶ Si purus est homo.

cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis. Quomodo ergo 3

a ¶ Non de corde suo, sed in spiritusancto. b ¶ Qui non ante eum secundum vos. ¶ Pater. 4

c Dauid in spiritu vocat eum dominum, dicens: † Dixit domi- 5

¶ Filio. ¶ Non ad horam.

d e nus domino meo, sede à dextris meis: donec ponã inimicos 7

¶ Inobedientes. ¶ Subiiciam tibi volentes vel nolentes. 8

tuos, scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum 9

a ¶ Quod est secundum deitatem. b ¶ Quod est secundum carnem.

f dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei re- 10

g ¶ Quia confutati sunt verbis. ¶ Sed apertè comprehensum tradunt Romanæ potestati.

spondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare.

A a *In his duo.* Nam ideo duæ tabulæ legis datæ sunt in quibus erãt decem præcepta legis quæ sunt decachordum psalterium. Tria in vna quæ sunt ad Deum, septem in altera quæ sunt ad proximum. B In prima primum est: *Ego sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti.* (Deut. 5. a.) *Nõ habebis deos alienos:* quia Christus cum patre & filio & Spiritusancto vnus est Deus. Secundum. *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* (Exod. 20. b) C Id est, nomen Christi non debet in vanum accipi, vt putemus eum factum, per quem omnia facta sunt. Quia verò vnus Deus est pater & filius & spiritusanctus. In spiritusancto, id est, in dono Dei requies nobis promittitur. Vnde tertium sequitur. *Memento, vt diẽ sabbati sanctifices: in eo non facies omne opus.* (Ibidem.) In altera tabula: *Honora patrem & matrem.* (Ibidem.) Et, *Non occides: Non mœchaberis: Nõ furaberis: Non falsum testimonium dices: Non concupisces vxorem proximi tui: Non concupisces rem proximi tui.*

b *De Christo.* Siue venit, siue futurum creditis, quem purum hominem asseritis. D

✠ CHRYSOST. (Hom. 72. in Matth.) Discipulos quidẽ primum quid alij dicerent de Christo & tũc quid ipsi dicerent, interrogant: istos verò nõ eo pacto, seductorem enim profecto & perditum virũ dicere non dubitassent. E Quare sententiam eorum de Christo inquirit. († Psal. 109. Mar. 12. d. Luc. 20. g.) Nam quoniã interrogati primò nõ vera de ipso dicebãt, hominem esse nudũ asserentes: ad refutationem erroris ipsorum, Dauid illũ deitatis suæ prædicatorem citauit. F

c *Dixit.* Istud dicere est æqualem sibi filium generare.

d *Domino.* Non secundum quòd de eo natus, sed quòd de patre semper fuit.

e *Donec ponam.* ✠ CHRYS. Non autem in hoc stat, sed vt timeant subdit. *Donec ponam, &c.* vt saltem ita eos inducat. (Hom. 72. in Matth.)

f *Quomodo.* Repugnãtia sunt hæc secundum vestrũ intellectũ.

g *Et nemo poterat, &c.* Nota venena inuidiæ superari posse, sed difficilè conquiescere.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In his duob. &c. *Sicut enim in speculatiuis omnes conclusiones dependẽt ex hoc principio: De quolibet affirmatio vel negatio. Sic in operabilibus omnia dependent ex dilectione Dei principaliter, & consequenter ex dilectione proximi. propter hoc omnia mandata legis & monitiones non sunt nisi quædam explicationes istorum duorum mandatorum, quia omnia ordinantur ad dilectionem Dei & proximi, vt patet intuenti. Et similiter doctrina prophetarum ad hoc ordinatur.*

2 Congregatis autem, &c. (Diuisio.) *Hic consequenter ostenditur Phariseos esse contradictores diuinæ veritatis errori contrario adhærendo. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd licet pharisæi & legisperiti cognouerunt in principio Iesum esse verum Christum, & per consequens Deũ & hominem, vt suprà dictum est. c. præcedenti super illud:* Hic est hæres: *quia tamen conceperunt contra eum odium & rancorem: ideò hæc vera æstimatio corrupta est in eis aliquo modo, vt suprà dictum est, & ideo inceperunt eum negare & persequi tanquam blasphemum, quia dicebat se esse filium Dei, & per consequens incipiebant corrumpere scripturas & deprauare quæ loquebantur de eius diuinitate, propter quod Christus fecit eis istam quæstionem de Christo:*

3 Cuius fil. est? Dicunt ei: Dau. *Solum scilicet, diuinitatem negando.*

4 Ait illis. *Arguendo scilicet in contrarium.*

5 Quomodo ergo, &c. *Id est, Spiritusancto inspiratus.*

6 Vocat eum, &c. *Quod enim ista scriptura intelligatur de Christo, patet, quia ipsi pharisæi non negauerunt hoc, imò concesserunt.*

7 Sede à dextris, &c. *Sedere autem a dextris vno modo accipitur pro æqualitate, & sic Christus secũdu quod Deus, sedet ad dexterã. Alio modo est esse in potioribus bonis, & hoc modo conuenit Christo secundum humanitatem: quia vt sic in gloria præest angelis.*

8 Donec ponam ini. &c. *Istud complebitur in iudicio, quando omnia perfectè subiicientur homini Christo.*

9 Si ergo Dauid, &c. *Quasi dicat cum secundum naturam humanam sit filius Dauid, & per consequens eo inferior, oportet ponere in eo aliam naturam, per quam sit dominus eius & eo superior. Hæc autem est diuina: & sic in Christo duæ sunt, naturæ, diuina & humana.*

10 Et nemo poterat ei respõdere. *Quia non poterant scripturam negare. Considerandum tamen, quod Iudæi moderni diuinitatem Christi negantes dicunt prædictam authoritatem dictam esse ad literam de Abraham: & quòd Eliezer dispensator domus Abrahæ fecit hunc Psalmum, agens Deo gratias de victoria quam habuit Abraham de quinq; regibus, vt habetur Gen. 14. post quam victoriam apparuit dominus Abrahæ, dicens:* Noli timere Abraham, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. *Dicunt ergo quòd Eliezer loquitur sic:* Dixit dominus. *Id est, Deus cœli qui est dominus omnium.* Domino meo, *Abraham:* Sede à dextris meis, &c. *Quia confortauit eũ, vt visum est promittendo ei auxilium & præmium. Sed ista expositio patet falsa. Primò per titulum Psal. vbi ponitur Psalmus Dauid, etiam in Hebræo, quod non ponitur in Psal. factis ab aliis. Item per illud quod subditur in Psal eod.* Ex vtero ante luciferũ genui te. *Quod nõ potest dici de Abraham, quòd sit genitus ex vtero Dei vel substantia & ante luciferum, id est ante mundi creationem, sed solum potest verificari de filio Dei. Et iterum in fine Psalmi dicitur:* Tu es sacerdos, &c. *Quod non potest verificari de Abraham, qui non fuit sacerdos, & dato quòd fuisset, tamen sacerdotium eius non potuisset fuisse in æternum, sed solum Christi sacerdotium est æternum.*

☞ CAP.

MORALITER.

1 *In his, &c.* Quia tota sacra scriptura ad dilectionem Dei & proximi ordinatur.

† *Quid vobis videtur de Christo.* Christus, Græcè dicitur, vnctus Latinè: quod competit episcopis & regibus: propter quod debent imitari Dauid tanquam boni filij in mansuetudine & iustitia ipsius. Dicitur enim de ipso 2. Reg. 23. a. *Ipse est enim quasi tenerrimus ligni vermiculus,* qui licet sit mollissimus, tamen perforat lignum durum. Sic reges & episcopi debent esse molles & suaues erga bonos, & efficaciter punire rebelles obstinatos.

† MORA-

ADDITIO.

In eo. ca. 22. *vbi dicitur in postilla.* Quia anima non potest perfectè esse quietata.

Perfecta hominis beatitudo (quæ in visione diuinæ essentiæ principaliter consistit in anima) non dependet à corpore: vnde sine corpore potest anima esse beata, vt in prima secundæ q. 4. art. 5. in cor. q. licet verum est, quòd perfectius habebit anima suam propriam operationem in qua fœlicitas consistit, cum sit vnita corpori glorioso quàm separata: & hoc denotant verba Aug. 12. super Genesim ad litteram si rectè intelligantur. Similiter dicendum est, quod anima separata, in visione diuinæ essentiæ totaliter quiescit ex parte appetibilis cum habet illud quod suo sufficit appetitui, licet non totaliter quiescit ex parte appetentis: quia illud bonum non possidet secundum omnem modum quo possidere vellet: vnde corpore resumpto beatitudo non crescit intensiuè, sed extensiuè tantum vt in quæstione præallegata. Nec est necessarium quòd deductio ista intelligatur in verbis saluatoris quia ad concludendum contra Saducæos sufficit probare quòd anima sit immortalis. Nam ex mortalitate animæ quam ipsi credebant, procedebant ad negandum resurrectionem.

CAP. XXIII.

A a *Tunc locutus est.* Illis confutatis qui dolosi sunt, instruit eos qui idonei sunt, nihilominus hortans eos subijci illis propter sacerdotium, & nominis dignitatem: non opera, sed doctrinam considerantes.

b *Super cathedram, &c.* ✱ AVGVSTINVS. Cathedra tibi quid fecit Ecclesiæ Romanæ, in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anastasius sedet: vel Ecclesiæ Ierosolymitanæ, in qua Iacobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus nos in catholica vnitate connectimur, & à quibus vos nefario scelere separastis? Quare appellas cathedram pestilentiæ cathedram Apostolicam? Si propter homines quos putas legem loqui & non facere, nunquid Christus propter pharisæos, de quibus ait. *Dicunt & non faciunt*, cathedræ in qua sedebant vllā cathedram Moysi commendauit, & illos seruato cathedrę honore redarguit?

Li. 2. cōtra literas Petiliani c. 51.

✱ IDEM. Quia non habent hæretici quod in causa suæ diuisionis defendant, non nisi hominum vitia colligere affectant.

Epist. 137.

✱ ORIGENES. *Super cathedram, &c.* Iste sermo de me est, qui bona doceo & contraria gero, & sum sedens super cathedram Moysi sicut scriba & pharisæus. Præceptum tibi est (ô popule) si non habueris accusationem vitæ pessimæ, & alienorum ab ecclesia dogmatum, conspexeris verò meam culpabilem vitam, vt non habeas iuxtà docentis vitam, tuam instituere, sed ea facere quæ loquor. Nullum imitetur, etsi volumus imitari quemquam, propositus est nobis ad imitandum Christus, descripti sunt actus Apostolorum, & prophetarum gesta.

Hom. 6. in Ezechiel.

c *Onera grauia.* Legis mandata permixtis suis traditionibus, secundum ea suadentes viuere: & non venire ad facilem & delectabilē gratiā Christi: vnde suprà. *Venite ad me qui laboratis & onerati estis.*

✱ CHRYSOSTOMVS. Tales sunt qui venientibus ad pœnitentiam graue pondus imponunt, & sic dum pœna præsens fugitur, contemnitur pœna futura. Etsi erramus modicam pœnitentiam imponentes, nonne melius est propter misericordiam reddere rationem, quàm propter crudelitatem?

Hom. 43. operis imp.

d *Omnia verò.* Dixit tales doctores audiendos esse, non imitandos: nunc ostendit causam propter quam non possunt credere Christo, id est, quia omnia faciunt vt videantur ab hominibus. Non potest enim Christo cœlestia prædicanti credere, qui gloriam terrenam cupit.

✱ CHRYSOSTOMVS. Tolle hoc vitium (inanis gloriæ) de clero, & sine labore omnia resecabis: ex hoc enim fit, vt difficilè clerici peccantes pœnitentiam agant.

Hom. 43. operis imperfecti.

e *Dilatant.* Non vt faciendo sint iusti, sed vt dicendo appareant iusti. *Dilatant enim philacteria.* Datis mandatis per Moysen intulit dominus: *ligabis ea in manu tua, & erunt immota ante oculos tuos*, id est, sint tibi in opere & meditatione. Et Pharisæi male

Hieronym.

CAP. XXIII.

¶ Vt confusio illorum istis sit disciplina, confutatur malus vt corrigatur bonus, quidquid facit malus, propter bonos fit.

a TVnc locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos, dicens: † Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. † Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, * seruate & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere. Dicunt enim, & non faciunt. c † Alligant enim onera grauia, & † importabilia, & imponunt in humeros hominum, digitô autem suo nolunt ea mouere. d Omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. e Dilatant enim phylacteria sua: & magnificant fim-

(Interlinear glosses: ¶ Doctrinam, quam docuit Moyses. — a ¶ Propter cathedram, non vitam. — a ¶ Ad cathedram pertinentia. ¶ In corde. ¶ In opere. ¶ Doctrinam tenete, non vitam. — ¶ Quia non concordat vita cum doctrina. — a ¶ Vndecunque traditiones colligant, quæ conscientiam non leuant, sed grauant, quas suis viribus implere non possunt. — a ¶ Quasi ad hoc fortes sint. b ¶ Id est, nec in minimis perficiunt, quæ sine gratia implenda docere præsumunt. — ¶ Et hoc per partes ostendit: dilatant, &c. a ¶ Eo fine, vt venentur gloriam, & ideo non possunt credere Christo cœlestia prædicanti. — a ¶ Per partes ostendit.)

(Margin: 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9 — * seruate. — † Luc. 11. f. 26. q. 7. c. alligant. de consec. dist. 4 c baptismus. — Sup. 11. d. — 19. di c. secundum. — 1. q. 1. c. omnis & c. significastis & c. non quales. 3. q. 7. § fina. — † difficilia portatu.)

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XXIII.

1 TVnc locutus est Iesus, &c. *Hic ostenditur tertio Iudæos esse iustè reprobatos, quia fuerunt fictores bonitatis. Et diuiditur in duas partes, quia Saluator primò ponit huius fictionis motiuum. Secundo concludit huius motiui multiplicem effectum, ibi:* Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi. *Prima in duas: quia primò saluator huiusmodi motiuum ostendit. Secundo, hoc motiuum à suis discipulis excludit ibi:* Vos autem. *Motiuū autem fuit superbia Pharisæorum & legisperitorum. Et hæc superbia ostéditur ex tribus. Primò ex abusu suæ potestatis. Secundo ex simulatione sanctitatis, ibi:* Omnia ergo. *Tertio ex ambitione dignitatis, ibi:* Amant autem primos recubitus in cœnis. *Circa primum considerandum, quod à tempore Moysi fuerunt constituti à Deo 70. senes ætate & scientia prouecti, qui cum Moyse haberent curam populi: & dicebantur iudices ordinarij, quia ad ipsos fiebat recursus in dubijs causis. Magnæ etiam causæ non tractabantur sine eis: & istud fuit obseruatum apud Iudæos quandiu fuerunt in potestate. Et hoc est quod dicit hic saluator.*

Diuisio.

2 Super cathedram, *Id est, in autoritate iudicandi populum.*

3 Sederunt scribæ. *Quia illi qui videbantur in populo esse magis periti ad hoc eligebantur.*

4 Omnia ergo quæcunque dixe. *Quia prælatis etiam malis est obediendum, nisi in his quæ sunt manifestè contra Deum: & sunt habendi in reuerentia, quandiu tolerantur in officio suo. Quod patet per exemplum Dauid qui venerabatur Saulem regem, licet sciret eum esse malum & à Deo reprobatum.*

5 Opera verò. *Quia non sunt imitandi in malis: imò tantū in bonis.*

6 Alligant enim onera. *Quia supra legis præcepta constituerant multa ex suis traditionibus, sicut suprà patuit cap. 15. quæ erant subditis grauia & importabilia.*

7 Digito autem suo. *Id est, modicum conatum ad agendum talia nolunt apponere. Ex hoc patet, quod ille qui constituit legem aliquam, licet non sit subditus legi, quantum ad hoc quod puniatur per hominem si contrarium faciat, tamen obligatus est ad legem implendam, & grauius punietur à Deo si faciat contrarium, quia transgressio eius grauior est propter scandalum, propter quod dicit sapiens: Patere legem quam ipse tuleris. Et extra de consti. ca. Cum omnes: dicitur. Quod quisquis iure in altero statuit, ipse eodem iure vti debet. Patet etiam ex prædictis, quod illi qui statum ecclesiæ in generali, seu aliquem statum ecclesiæ in speciali onerant grauibus statutis sine magna & euidenti necessitate, abutuntur sua potestate, sicut faciebant Scribæ & Pharisæi. vnde dicit Aug ad inquisitiones Ianuarij loquens de religione Christiana. Ipsam religionem nostram quam dominus noster Iesus Christus in paucissimis sacramentorum celebrationibus voluit esse liberam, quadam seruilibus premunt oneribus, adeò vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui non humanis præsumptionibus, sed diuinis subijciuntur institutis.*

8 Omnia verò. *Hic ostenditur superbia Pharisæorum ex simulatione sanctitatis, quia hoc faciebant vt essent in reuerentia & honore in populo. Et hoc est quod dicit.* Omnia verò opera sua, &c. *Id est, propter gloriam humanam: quia videri in bonis propter gloriam diuinam non est malum, sed magis meritorium, vt supra dictum est 5. capitu.*

9 Dilatant enim phylacteria sua. *Phylacteria secundum quod dicit* Hieron.

MORALITER.

† 1 *Tunc locutus.* Sequitur.

4 *Omnia ergo quæcunque dixe. vob. ser. & fa. secundum opera verò eorum nolite fa.* Hoc generaliter intelligendum est de omnibus benè docentibus & malè viuentibus: nam eorum doctrina debet acceptari, & vita repudiari.

6 *Alligant enim, &c.* HIERO. Hoc generaliter dicitur aduersus omnes magistros qui grandia iubent, & minora non faciunt. CHRYSOST. Tales autem sunt qui graue pondus venientibus ad pœnitentiā imponunt, & sic dum pœnitentis pœna fugitur contemnitur futura. Si enim fascem super humeros adolescentis, quem non potest portare, posueris: necesse habet vt aut fascem reijciat, aut sub pondere confringatur. Sic & homini cui graue pondus pœnitentiæ imponis, necesse est vt aut pœnitentiam reijciat, aut suscipiens dum ferre non potest, scandalizatus amplius peccet. Deinde si erramus modicam pœnitentiam imponendo, nonne melius est propter misericordiam reddere rationē quam propter crudelitatem? Vbi paterfamilias largus est, dispensator non debet esse tenax.

8 *Omnia verò opera sua faciunt.* CHRYSOSTOMVS. In omni

A male interpretantes scribebant decalogum in membranulis, & ligabant in fronte, per quod religiosi viderentur populi. Iusserat etiam Moyses, vt in quatuor angulis palliorum facerent fimbrias, vt per hoc essent discreti Israelitici populi. Illi verò faciebant grandes fimbrias, & in eis ligabant acutas spinas, vt eundo & sedendo interdum pungerentur: quasi sic commoniti retraherentur ad officia Dei. Huiusmodi faciũt hodie zelo Dei, sed non secundùm scientiam, mulierculæ in paruis euangeliis, & ligno crucis, & in huiusmodi rebus: quod superstitio est.

B Phylacteria hebraicum nomen est, & sonat seruatoria, phylaxe enim seruare, Thorach lex interpretatur.

C a *Amant.* ✠ CHRYSOSTOM. Non vituperat eos qui primo loco recumbunt, sed eos qui amãt primos discubitus, ad voluntatem vituperationem referens, non ad factum. Sine causa enim loco se humiliat, qui corde se præfert. ✠ IDEM. Intende autem vbi in eis vana gloria dominabatur, in synagogis scilicet, in quas intrabant alios directuri. In cœnis

* vestimẽtorum suorum. † Mar. 12. d Luc 11. f. & 20. g. * rabbi. † Iac. 3. a. Hom. 43. operis imperf. † Luc. 14. c. & 18. c. Hom. 73. in Matth.

a ¶ Quasi mercedem suæ religionis gulam sequuntur, & in publico gloriam quærunt. b ¶ Magistros primos sedere non vetat sed eos arguit, qui hæc habita vel non habita indebitè appetunt.

a brias*. † Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro & vocari ab 1 2 3

a ¶ Magistri. b ¶ Id est, quod Deo debetur vobis præsumatis, nec alios rabbi vocetis, ne diuinum hominibus honorem deferatis.

b c hominibus, rabbi *. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus est 4

¶ Ab vno facti vnius naturæ.

enim magister vester: omnes autem vos fratres estis. Et pa- 5 6

a ¶ Autor naturæ, quia ex ipso sunt omnia.

d trem nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater

a ¶ Ne appetatis vocari.

vester, qui in cœlis est. † Nec vocemini magistri: quia magi- 7

a ¶ Repetit propter filium per quem sunt omnia, vel per quem reconciliati sumus. b ¶ Cui quidquid scitis attribuendum est. c ¶ De primatu non sit contentio inter vos.

e ster vester vnus est Christus. Qui maior est vestrûm, erit mi- 8 9

a ¶ Incautè eleuauerit. b ¶ A domino, etsi non coram hominibus.

nister vester. † Qui autem se exaltauerit humiliabitur, & qui 10 11

a ¶ De benefactis prouide. b ¶ A Deo. c ¶ Qui habetis noticiam legis & prophetarum.

se humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ & 12

D nis hoc pati qualitercunque tolerabile erat, quamuis doctorem in admirationem esse oporteat, non in ecclesia solum sed vbique.

b *Vos au.* Duplici ratione ab his attendere iubet, ne eorum simulatione seducamur, vel ne æmulatione inflammemur. *Phylacteria*

c *Vnus est.* Qui illuminat hominem, quod non alius homo sed tantum exercet docendo non intellectum præstat.

d *Pater ve.* Deus dicitur pater & magister natura, homo indulgentia. Pater, vt honor ætati deferatur, non vt autor vitæ habeatur. Magister, ex consortio veri magistri tanquam eius nuncius: & pro reuerẽtia eius à quo mittitur, honoratur.

E e *Qui maior.* Certantibus de prioratu discipulis (vt Lucas ait) Christus non eos initæ contentionis arguit, sed formam humilitatis ostendit.

F *Qui maior est*, id est, maioris meriti, vel qui præfertur aliis, debet eos præuenire obsequendo, non superbè dominando. Bene agentibus per humilitatem sit socius: contra delinquentes, zelo iustitiæ sit erectus. Nonnunquam grauiùs delinquitur, si inter peruersos plus æquali-

---

NICOLAVS DE LIRA.

Hieron. erant quædam chartæ in quibus scribebatur decalogus mandatorum & ponebatur illa charta in capite ad modum coronæ. Per hoc significabatur, quod debebant legem in memoria habere, secundum quod habetur Deut. 6. Dicebantur autem phylacteria à phylaxe quod est seruare, & Torach quod est lex: quia erant quædam signa seruandæ legis. Pharisæi igitur vt viderentur præ cæteris religiosi, faciebant sibi phylacteria magis lata, & scribebant in eis decalogum grossiori litera: & eadem ratione faciebant fimbrias maiores in palliis suis. Quæ autem essent istæ fimbriæ, dictum est sup. 9. c. super illud verbum. Tetigit fimbriam vestimenti eius.

Diuisio.

1 Amant autem. *Hic consequenter ostenditur superbia eorum ex ambitione dignitatis, cum dicit:* Amant autem primos recu. in cœn. *Et hoc duplici de causa scilicet ratione gulæ: quia ibi ponuntur fercula meliora, & ratione superbiæ, quia est locus honorabilior.*

Pharisæi amãt primos recubitus in cœnis duplici de causa.

2 Et primas cathedras in synagogis. *Vbi conueniebant homines ad audiendum verbũ Dei.* Et salutationes in foro. *Id est, in loco patenti.*

3 Et vocari ab hominibus rabbi. *Desiderare enim scientiam & actum docendi non est malum, sed meritorium: sed desiderare nomen tantum, hoc est malum & superbia peccatum. Si tamen desideretur nomen & autoritas magisterij ad hoc, quòd scientia iam habita aliquis meliùs posset vti, non est malum, sed est bonum: quia bonus doctor debet quærere illa quæ faciunt ad efficaciam suæ doctrinæ. Veruntamen quia homo non est magister principalis, sed solus Deus, ideo dicit:*

4 Vnus est enim magister vester. *Quia solus Deus potest interius docere intellectum illuminando, seu speciem intelligibilem infundendo: homo autem docet tantum exteriùs aliqua proponendo: ex quibus formantur phantasmata debita, à quibus intellectus agens faciliùs abstrahit speciem intelligibilem, sicut in sanatione hominis natura agit tantum principaliter, medicus autem aliqua administrat ex quibus natura iuuatur.*

5 Omnes autem vos fratres estis. *Quia filij Dei per creationem & adoptionem gratiæ.*

6 Et patrem nolite vocare. *Licet enim aliquis possit vocari pater in terra ratione generationis, doctrinæ, siue ætatis, tamen solus Deus est pater principalis: quia ab eo solo habemus animam intellectiuam, quæ est forma hominis, pater autem est ille qui dat formam.*

7 Nec vocemini magistri, &c. *Sicut iam supra expositum est.*

8 Qui maior est vestrûm. *Id est, vult esse secundùm veritatem.*

9 Erit minister ve. *Id est, paratus ad officia humilitatis secundum decentiam sui status: propter hoc papa vocat se seruum seruorum.*

10 Qui autem se exaltauerit. *In præsenti per superbiam.*

11 Humilia. *In futuro per gehennæ pœnam.*

12 Væ autem vobis. *Postquam Saluator ostendit hypocrisis motiuũ, quod est superbia: hic ostendit eius multiplicẽ effectum. Et diuiditur in duas partes: quia primò describit ex multiplici effectu hypocrisis culpã, secundo subiungit pœnam, ibi:* Serpentes, genimina. *Circa primũ aduertendum quod hypocrisis est simulatio falsa, & ideò opponitur veritati. Veritas autẽ triplex est, doctrina, iustitia, & vita. Et ideo diuiditur in tres partes: quia primò ostenditur qualiter Pharisæi corrũpebant per hypocrisim veritatem doctrinæ: secundò idem ostẽditur de veritate iustitiæ, ibi:* Væ vobis scribæ & Pharisæi hypocritæ qui decimatis: *tertiò idem ostenditur de veritate vitæ, ibi.* Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypo. qui munda. *Circa primum considerandum, quod doctrina legis ad tria ordinabatur, videlicet ad cognitionem Christi in lege promissi: secundò ad salutis consecutionem per mandatorum impletionem, vt supra dictum est. 9. c.* Si vis ad vitam ingredi serua mandata. *Tertiò ad cultum vnius Dei obseruandum. Et ideò diuiditur in tres partes, secundum quod ista tria per hypocrisim corrumpebant Pharisæi. secunda, ibi:* Væ vobis scri. & phar. hypo. qui circum. *tertia, ibi.* Væ vobis duces cœci. *Considerãdum autem, quod in omnibus istis effectibus hypocrisis præponit hãc dictionem væ: quæ maledictionem significat. Cuius ratio est, quia sicut in lege veteris Testamenti ponuntur benedictiones obseruantibus legem, & maledictiones transgredientibus eam, vt habetur Deu. 28. ita in euangelio ponuntur beatitudines, vt habitum est. 5. c. & hoc respectu iustorũ, & hic contrariæ ponuntur maledictiones contra hypocritas falsò iustitiam simulantes, dicit ergo:* Væ autem vobis scribæ & phari. *Regnum cœlorum hic accipitur pro beatitudine æterna. Ostium per quod intratur ad ipsam Christus est, secundùm quod ipsemet dicit Ioan. 10. b.* Ego sum ostiũ: per me si quis introierit, saluabitur. *Clauis*

Diuisio. Diuisio. Væ in sacra scriptura cuius nota sit.

MORALITER.

omni renascitur quod eam exterminat. Sicut in ligno vermis, & in vestimento tinea. Vnde sacerdotum ministerium qui positi sunt ad ædificationem sanctitatis, corrumpere diabolus nititur, vt hoc ipsum bonum dum propter homines fit, fiat malum.

1 *Amant primos recubitus in cœnis, & primas cath.* Ista recipere cum exhibentur ordinatè, non est malum, sed ipsa concupiscere. *6 Et*

6 *Et patrem nolite vocare vobis super terram.* Non excludit exhibitionem honoris debiti sed indebiti scilicet vt propter adulationem vel aliquid huiusmodi non fiat.

12 *Væ autem vobis scribæ & pha. hy. qui cla. reg. cœ. ante homines, &c.* Hoc faciunt illi qui nequiter repellunt prædicatores, & confessores viam salutis aperire peccatoribus volentes, & similiter illi qui fulminant indiscretè sententias excommunicationis, suspensionis

æqualitas quàm disciplina custoditur. Rectorem & matrem exhibeat pietas, & patrē disciplina. Cauendúmque est, ne aut districtio rigida, aut pietas sit remissa.

† Antiqui libri nō habent istud. Vę vobis &c vsque ad proximum væ.

a *Clauditis*. Vel malo exemplo, vel mysteria scripturarum tollendo. Exemplo enim & doctrina eorū qui magistri sunt, alij quidem Christū non recipiunt.

b *Circumitis*. In toto orbe euangelio detrahitis: & si quis vobis adhæret, duplę pœnæ filius est: quia neque remissionem peccatorum accipit, & in eorum societatem incidit qui Christum sunt persecuti. Quisquis eius filius dicitur cuius opera agit.

c *Proselytum*. Proselyti sunt de gentibus in

a ¶ Quia aduentum Christi doctrinæ simulatione abscondītis, qui aperit regnum cœlorum.

a Pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intrātis, nec introeuntes sinitis intrare.

a ¶ Non creditis. b ¶ Credere volentes.

a ¶ Qui vestra superstitione nihil intenditis, nisi vt prædam de subiecta plebe faciatis.

† Væ vōbis Scribę & Pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc † amplius accipietis iudicium.

a ¶ Quia: seruus domini voluntatem sciens, & non faciens, vapulabit plagis multis.

Væ vobis Scribæ & Pharisęi hypocritæ qui circumitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum, & cum fuerit factus, facitis ēum filium gehennæ † duplo quàm vos.

¶ Totum orbem. ¶ Ad legem conuertatis vnum aduenam de gentibus.

a ¶ Dum videns vicia vestra, reuertitur gentilis factus, & pro præuaricatione, maiori pœna dignus.

a ¶ Scribæ & Pharisæi. b ¶ Aliorum. c ¶ Stulti.

d ¶ Si conuictus fuerit mendacij, non tenetur criminis reus.

Væ vōbis dūces cæcī, qui dicitis: quicūmque iurauerit per templum, nihil ēst: qui autem iurauerit in aūro templi debitor est. Stūlti & cæcī, quid enim maius est, aurum: an templum, quod sanctificat aurū? Et quicumque iurauerit in altari, nihil est: quicumque autē iurauerit in dōno quod est super illud, debet. Cæci, quid enim maius est: donūm, an altare, quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quę super illud sunt. Et

a ¶ Reus periurij non tenetur.

b ¶ In pecunia, quæ sacerdotibus offertur, si conuincitur, statim in quo iurauerit cogitur exoluere.

a ¶ Proterui. b ¶ A vero lumine, qui putatis maius sanctificatum quàm sanctificans.

¶ Non est reus periurij.

a ¶ In oblationibus & victimis, & cæteris quæ offeruntur, hæc mox repetuntur.

¶ Sanctificatum.

¶ Ex quo oblatorum sanctificatio deriuatur.

in synagogam recepti, quorum raritas per vnū significatur, quia vix aliquis post Christum.

d *Quicunque*. Pharisæi qui omnia fecerant propter lucrum dicebant esse etiam sanctiora oblata quā templum vel altare: vt homines promptiores essent ad offerēda dona, quàm ad preces fundendas in templo vel iustitias faciendas. In quo nō Dei timorē, sed suam cupiditatem attēdebant. Ideò arguit eos dominus stultitię & fraudulentiæ.

† abundantius.

† duplo magis.

✠ Chrysost. Templum vel altare ad gloriam Dei pertinet, & ad hominis salutem. Aurum vel donū altaris, & ipsa ad gloriam Dei pertinent, & tamen magis ad delectatio- nem

Hom. 48. operis imperfecti.

NICOLAVS DE LIRA.

Clauis autem qua aperitur hoc ostiū vel clauditur, est doctrina, propter quod autoritas docendi vocatur clauis scientiæ, *vt habetur Luca* 11. *& ideo per sanam doctrinam aperitur hoc ostium, & per falsam doctrinam clauditur. Ergo quia pharisæi & scribæ autoritates quæ sunt in lege & prophetis de Christo corrumpebant, vt visum est prace. ca. ideo claudebant regnum cœlorum ante homines, eos à fide & noticia Christi veri auertendo. Ideò sequitur:*

1 Vos enim. *Quia à cognitione quam habuerūt de Christo per odiū & rancorem conuersi sunt in errorem, vt visum est cap. prace. & ca* 21.

2 Nec introeuntes, &c. *Id est, intrare volentes, quales erant simplices populi.*

3 Sinitis. *Quia per istos pharisæos, fuerunt decepti, & à fide Christi pro maiori parte auersi.*

4 Væ vo. scri. *Hic ostendit qualiter corrumpebant veritatē doctrinę in his qua pertinent ad salutem: dicebant enim, quod obseruare legē erat necessarium omnibus ad salutem: quod est falsum, quia multi Gentiles sunt saluati, vt Iob, & plures alij. Ex suppositione autem huius falsi discurrebant aliqui doctores Hebræi per diuersas ciuitates & castra, vt possent conuertere aliquos de gentilitate ad Iudaismum: & hoc est quod dicitur hic:*

5 Qui circumitis ma. *Proselytus enim legis dicebatur ille qui de Gentilitate ad Iudaismum conuertebatur.*

6 Et cum fue. fa. &c. *Quia per malam vitam suam ipsum in moribus corrumpebant: sed additur:*

7 Duplo quam vos, &c. *Quia ille sic in moribus deprauatus ad gentilem ritum reuertebatur & sic erat apostata à lege quam obseruare promiserat: & sic in moribus & fide peccabat. Similiter autem faciunt illi qui multum laborant ad hoc vt possint aliquem ad statum religionis adducere: & cum adductus fuerit, per mala exempla faciunt ipsum apostatare, & sic fiunt nouissima eius peiora prioribus.*

8 Væ vobis duces cæci qui dicitis: quicunque, &c. *Hic consequenter ostendit qualiter corrumpebant veritatem doctrinæ in his qua pertinent ad actum latriæ: cuius actus est iurare modo debito, & iuramentū obseruare. Pharisæi enim & scribę ex cupiditate moti, dicebant, quod illi qui iurabant per templum Dei, nec peccabant, nec erant in aliquo obligati: sed illi qui iurabant per aurum templi, erant obligati ad soluendum sacerdotibus certam portionem auri. Et iste error procedebat ex cupiditate, vt dictum est. In rebus enim materialibus non est aliqua sanctitas, nisi inquantum ordinantur ad cultum diuinum: ad hoc autem directè ordinabatur templum. Aurum autem quo operiebantur parietes templi interiùs, magis ordinabatur ad templi decorem: propter hoc dicitur:* Duces cæci. *Quia erāt in errore, & alios in errorem inducebant.*

9 Quid enim ma. est aurum an tem. &c. *Quasi dicat nulli dubium quod templum est maius ratione prędicta.*

10 Et quicunque iu. in. *Id est, non peccat, nec est in aliquo obligatus.*

11 Quicunque autē iura. &c. debet. *Id est, obligatus est ad soluendū tantum quantum valet illud donum. Et iste error similiter procedebat ex cupiditate: propter quod subditur:*

12 Cæci, quid enim maius est, donū, an altare, quod, &c. *Quasi dicat ipsum altare: quia si quis fecisset tunc oblationem Deo alibi quàm in Ierusalem & quàm in altari quod erat in templo, non erat acceptabilis Deo: immo in hoc incurrebat crimen sacrilegij. Addit etiam secundam rationem ad hoc.*

13 Qui ergo iu. &c. *Ex quo patet, quod iuramentum quod fit in altari includit illud quod fit in dono quod est super altare, & nō è conuersò: & sic se habet ad illud sicut totum ad partem. Addit etiam tertiam rationem ab hoc dicens:*

14 Et qui iu. *Quia enim templum erat ordinatum ad dominum cultū, ideo Deus speciali modo habitabat in templo: ideo iurans per templum iurat per Deū qui colitur in tēplo: & hoc est maius quàm iurare in dono quod sibi offertur. Confirmat autem vltimum dictum per exemplum.*

Et qui

MORALITER.

sionis aut interdicti.

4 *Væ vobis scribę & pharisęi hypocritæ qui comeditis.* Isti sunt begardi sanctitatem simulantes propter quæstum, non propter salutem animarum.

† *Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui circumitis mare & aridam, &c.* Istis sunt similes aliqui religiosi, qui cum magna diligentia inducunt seculares ad religionis ingressum & postea malè nutriuntur: & sic peiores fiunt quàm in sæculo, propter exempla mala quæ vident, & frequenter reuertuntur ad sęculum.

8 *Væ vobis duces cæci qui dicitis: quicunque iurauerit per templum nihil est, &c.* Chrysostomvs. Multi autem Christiani sic insipienter intelligunt. Etenim si aliqua causa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum, qui verò iurat per euangelium, maius aliquid fecisse videtur. Quibus similiter respondendum est, Scripturæ propter Deum sunt, & non Deus propter scripturas. Maior est ergo Deus qui sanctificat euangelium, quàm euangelium quod sanctificatur à Deo.

Væ vobis

nem hominum, & vtilitatem sacerdotum. Et ideo aurum quo delectantur, & dona quibus pascuntur, sanctiora dicuntur: vt homines promptiores sint ad illa offerenda.

Typicè. Templum & altare est Christus. Aurum & donum, laudes & sacrificia quæ Deo offeruntur: non enim ille per hæc, sed hæc per illum sanctificantur.

a *In cœlo.* Per creaturam: vbi non putatis periurium esse, iurat in cœlo, id est, per subiectam creaturam iurat, & per diuinitatem præsidentem creaturæ.

b *Væ vobis.* Et hic arguit eos auaritiæ: quia nihil prætermittunt de his quæ ad cômodum suũ sunt.

c *Qui decim.* Quia Deus præceperat omnium rerum decimas offerri propter alimoniam sacerdotum. Nota quod per eleemosynam aliqua impunitas non emitur in iniquitate manentibus.

¶ Astringitur sacramento continentis & contenti, & sanctificantis & sanctificati.

quicunque iurauerit in templô, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. † Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimâtis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hæc oportuit facere, & illâ non omittere. Duces cæci excôlantes culicê, camelũ autem glutientes. † Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ; qui mundatis quod de foris est calicis &

a ¶ Hic arguit eos auaritiæ, quia nihil prætermittunt de his quæ ad commodum suum sunt. a ¶ Qui quæritis decimam. ¶ Diligenter exigitis decimas cunctarum rerum. b ¶ Id est viliora olera. ¶ Incorrecta. ¶ Si negligantur. a ¶ Id est vt rectè inter hos iudicetur. ¶ In discussione causarum. b ¶ In pauperes & viduas. a ¶ In Deum. ¶ Maiora. b ¶ Vos vel populum. ¶ Principaliter. c ¶ Minora, id est, decimas terrenorum fructuum exigere, vel illos dare. a ¶ Aliquem liquorem magis purum facere vt lac. ¶ Onera. ¶ Illud. ¶ Omnia fallaciter faciunt.

Hom. 44. operis imperfecti. ✠ CHRYSOST. Quia sacerdotes auaritia pleni, si quis decimas alicuius rei minimæ non obtulisset, corripiebant eum quasi magnum crimen fecisset. Si quis autem alterum lædebat, aut in Deum peccabat, non curabant eum corripere: de lucro autẽ suo solliciti, & de gloria Dei ac salute hominum negligentes. Seruare enim iustitiam & facere misericordiã & habere fidem, propter suam gloriam Deus mandauit, decimas autem offerre propter vtilitatem sacerdotum, vt sacerdotes quidem populo in spiritualibus obsequantur, populi autem in carnalibus sacerdotibus subministrent, sic & modo fit, quia omnes de suo honore sunt solliciti, de honore autem Dei, nulli. Portiones enim suas diligenter defendunt, sed circa obsequium ecclesiæ, curam impendere non attendunt.

Tracta. 25. in Matth. ✠ ORIGENES. Scribæ moraliter sunt, qui amplius nihil æstimant positum in scripturis quàm simplex sermo demonstrat. Pharisæi autem sunt omnes qui iustificant seipsos, & diuidunt se à cæteris dicentes, noli mihi appropinquare quoniam mundus sum. Menta autem & anethum & cyminum ciborum conditura sunt non principales cibi: Sic in conuersatione nostra quædam sunt necessaria ad iustificationem vt iudicium, misericordia & fides. Alia sunt quasi condientia actus nostros, & suauiores eos facientia, vt abstinentia, risus, ieiunium, &c.

d *Hæc opor.* Ne eleemosynas fructuũ terræ, videretur respuere, hæc addidit.

e *Duces ca.* Opinione religionis in minimis quæ lucrũ habent diligentiã ostêditis: sed magna præcepta de iudicio, fide & misericordia deuoratis & negligitis.

f *Excolantes.* MYSTICE. Culicis nomine seditiosus homicida Barrabas signatur: quia hoc animal strepêdo inquietat & sanguine delectatur. Cameli nomine propter humilitatẽ ad subeunda onera, dominus intelligitur. Colunt ergo Iudæi culicem, id est, minima obseruant, quia Barrabam qui nô soluerat sabbatum, dimiserunt, & camelum glutiunt, id est, maiora contemnunt: quia Christum spiritualiter sabbatum insinuantem per iudiciũ & misericordiã & fidẽ (quæ illi contẽnunt) occiderũt.

g *Væ vo.* Diuersis similitudinibus simulationis & mendacij arguit pharisæos qui aliud hominibus ostêdunt, aliud domi agunt.

h *Qui mun.* Frustra sanctitatem exterius prætenditis, sicut si quis calicem mundet exterius, intus autem relinquat sordes: cum eius vsus sit interior. Lucas ita. *Stulte, qui fecit quod deforis est, etiam id quod intus est, fecit,* id est, qui vtramque naturam hominis fecit, vtramque mundari voluit. Nemo igitur putet fornicationem & huiusmodi corporalia vitia solummodo grauia esse, & auaritiam, & superbiam, & iram, & cætera spiritualia leuia esse.

Tracta. 25. in Matth. ✠ ORIG. Hic sermo nos admonet vt festinemus esse iusti non apparere. Qui enim studet vt appareat iustus, quæ à foris sunt, mundat, & quæ vidẽtur, curat, cor autẽ & conscientiam negligit.

i *Calicis.* Per similitudinem, non quòd in calice & paropside sit eorum superstitio.

Qui adi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et qui iu. in cœlo. *Quia sicut dictum est sup. cap. 5. qui iurat per cœlum, iurat quodammodo per ipsum Deum, inquantum virtus diuina relucet speciali modo in cœlo.*

2 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocri. *Hic ostendit qualiter Pharisæi corrumpebant veritatem iustitiæ per hypocrisim, quia illa quæ erant parui ponderis, multum reputabant ad simulationem sanctitatis: & illa quæ erant maioris necessitatis ad salutem contemnebant: & hoc est quod dicit.*

3 Decimatis men. *Hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo respectu sui, quia licet ministri templi acciperent decimas à populo, tamen de illis acceptis à populo, & de his quæ habebant ex labore suo, decimas reddebant summo sacerdoti, vt habetur numer. 18. Et ideo ad simulationem sanctitatis reddebant eis decimas de minimis. Hoc etiam faciebant ratione cupiditatis, vt per exemplum sui inducerent populum ad reddendum sibi decimas de omnibus vsque ad minima. Aliter potest intelligi respectu aliorum: quod per doctrinam suam inducebant ad decimas stricte soluendum sibi, vt sit sensus:* Qui decimatis mentam & anethum, *hoc est qui decimare docetis.*

4 Et reliquistis quæ grauiora sunt, &c. *Hoc similiter intelligitur dupliciter. Vno modo respectu sui, quia quæ erant magnæ necessitatis, facere omittebant. Alio modo respectu aliorum quia alios ad talia obseruanda inducere negligebant. Similiter faciunt sacerdotes ecclesiæ & prælati: qui sollicitè arguunt & argui procurant subiectos de redditione decimarum & consimilium quæ eis debentur, & parum curant, si in maioribus criminibus inuoluantur. Quæ autem sint illa maiora à Pharisæis neglecta, subdit.*

5 Iudicium & misericordiam & fidem. *Fides importat debitum ordinem hominis ad Deum: Iudicium autem importat debitum ordinẽ hominis ad proximum in his quæ habẽt rationem debiti: Misericordia autem in his quæ habent rationem doni. Et etiam in istis tribus intelliguntur omnia illa quæ sunt multum necessaria ad salutem. Sequitur:*

6 Hæc oportuit facere, &c. *Tanquam magis necessaria.*

7 Et illa non omittere. *Tanquam minora bona. Hoc autem dicit, ne forte ex verbis prædictis crederet aliquis, quod nõ esset bonum soluere decimas de minimis.*

8 Duces cæci. *Vocat eos duces, qui habebant regere populum. & cæcos: quia peruertebant intellectum scripturarum, dicentes esse multum curandum de minimis, & parum de magnis, propter quod subdit:*

9 Excolantes culicem. *Id est, minima cum diligentia perquirentes & tractantes.*

10 Camelum autem glu. *Id est, illa quæ sunt maioris ponderis pro nihilo reputantes: quia camelus animal est magnum & ponderosum.*

11 Væ vobis. *Hic consequenter ostendit qualiter corrumpebant veritatem vitæ: & ponit tria exempla. Primũ erat in rebus exterioribus; Pharisæi enim ad ostentationem mundiciæ quando debebant ascendere in templum ad orandum, primum lauabant vtensilia domus & vestimenta & consimilia: & parum curabant de interiori mundicia, & hoc est quod dicit.* Qui munda. *Sequitur:*

Intus

MORALITER.

2 *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentam & cyminum.* Per hoc arguit illos qui modica diligenter obseruant, & negligunt maiora: sicut aliqui religiosi plus ponderant & puniunt silentij fractionem, vel inclinationis omissionem quàm defraudationem proximi, vel aliquid huiusmodi pro monasterij sui vtilitate temporali.

11 *Væ vobis scri.* CHRYSOST. Calix est vas ad potum, & paropsis ad cibum. Sermo ergo per quem spiritualiter potamur, & omnis narratio per quam nutrimur, vasa sunt potus & cibi. Qui ergo studet sermonem compositum proferre, magis quàm sensu salutari repletum, calix eius à foris est mundatus, intus autem vanitatis sordibus est repletus.

Væ vo-

☞ a *Qui ædifi.* Extruitis memoriam occisorum propter fauorem vulgi, vt iusti videamini, arguitis etiam facinora patrum vestrorum.

†Luc.11.c.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non illos incusat quoniam sepulchra ædificant, sed intentioni eorum detrahit cum qua ædificabant: quoniam non propter honorem eorum qui occisi fuerant, sed sicut pompam sibi statuentes in occisionibus eorum.

Hom. 75. in Matth. †apparent. †Luc.11.g.

✠ IDEM. Vel quia dicebant apud se. Si bene fecerimus pauperibus, nō multi vident & pro tempore vident. Ædificia verò facimus quæ omnes aspiciunt, non solum nunc, sed in posterum. O insipiens homo quid tibi prodest post mortem ista memoria: si vbi es, torqueris: & vbi non es, laudaris.

Homil. 45. operis imperf. †Luce 11.g

b *Itaque.* Quia scelera patrum detestamini pro specie quidem sanctitatis: dum Christum persequendo & apostolos eadem facitis, facto probatis vos esse filios non solum carne, sed imitatione iniqua: & patet eos scientes peccare. Id est contra vos loquimini dum patres damnatis: similiter enim facitis.

a ¶ Vas quadratum est. b ¶ In conscientia. c ¶ Auaricia. d ¶ Sordibus viciorum.

parōpsidis, intūs autē †pleni estis rāpina, & †immūdiciā. Pharisæe cæce mūdā prius quod intūs est calicis & paropsidis, vt

a Qui intus non vides. b ¶ Cor & conscientiam a fraude & malis desiderijs.

a ¶ Vt possis foris veraciter ostendere sanctitatem per opera. b ¶ Non est mundum quod intus est sordidū. c ¶ Item alia similitudine eos arguit.

fiāt & id quod de foris est mūndum. † Væ vōbis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepūlchris † dealbatis quæ à foris † parent hominibus speciosa, intūs verò plenā sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitiā. Sic & vos à foris quidem parētis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. † Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui ædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis monumenta iūstorum, & dicitis: Si fuissemus in diebus patrum nostrorum, non † essemus socij eorum in sanguine prophetarum. † Itaque testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt: & vos implete mensuram patrum vestrorum. Serpentes, † genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetās & sapiēntes & scribas: & ex illis occidētis & crucifigētis, & ex eis flagēllabitis in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem, vt veniat super vos ōmnis sanguis iustus, qui effusus est super

a ¶ Id quod supra similitudo calicis. ¶ Vos enim estis sepulchra quibus alios mortificatis. a ¶ Sic peruersi magistri qui alia docent, & alia faciunt. a ¶ Putredine & fœtore. b ¶ Omnes superiores similitudines breuiter hic exponit. a ¶ Habitu vestis, phylacterijs, longa oratione. ¶ Amore vanæ laudis. ¶ Odio veritatis. ¶ Hypocritæ omnia fallaciter faciunt propter opinionem vulgi. a ¶ Aliorum, si non verbis opere ambitiose ornando monumenta iustorum quos à patribus non negant occisos esse. ¶ Effundendo. ¶ A patribus cæptam. ¶ Dolosi homicidæ. ¶ De homicidis nati. ¶ Non enim ædificando sepulchra. ¶ Vt impleatis quod patribus defuit de me & meis. a ¶ Qui ventura dicant. b ¶ Quia scripturas exponunt. ¶ Moralium latores. a ¶ Vt Paulum. b ¶ Vt petrum. c ¶ Vt apostolos in actibus apostolorum. ¶ De Iudæa ad gentes. a ¶ Debita vltio pro effusione sanguinis iusti.

c *Et vos.* Probato quod filij sunt homicidarum, ponit id ad quod tendebat: *Et vos implete*, quod illis defuit implete, illi prophetas, vos dominum prophetarum occidite. Non iubet, sed quod facturi sunt ostendit.

d *Quomodo fu.* HIERONYM. Sepulchra sanctorum ædificando, an potius corda à malicia mundādo. Liberabunt vos sancti, quorum sepulchra ornatis? Non certè. Sancti non sunt amici inimicis Dei, frustra sanctos honorant, qui sanctitatem spernunt.

e *Sapientes.* Qui sciunt quem proferant sermonem.

f *Scrib.* In lege peritos.

g *Vt ve. su.* Non hos tantum præsentes dicit, sed omnem generationem malorum præcedentem & futuram: quia omnes vna ciuitas sunt, vnum corpus diaboli.

†iniustitia. †Luce 11.f †calce illitis. †fuissemus. †Germina, progenies.

☞ Abel

NICOLAVS DE LIRA.

1 Intus autem. *Et hæc erat magna cæcitas, quia mundicia exterior non est Deo accepta nisi propter mundiciam interiorem propter hoc dicit:*

2 Pharisæe, &c. *Per interiora enim calicis & paropsidis intelligit metaphoricè interiora mentis: ex cuius mundicia dependet bonitas exterioris mundiciæ propter quod sequitur:* Vt fiat & id quod de foris est mundum.

3 Væ vobis Scribæ. *Hic ponitur secundum exemplum quod erat in proprijs actibus: quia exteriorem conuersationem habebant honestam, vt cooperirent maliciam occultam, hoc est quod dicit:*

4 Quia similes estis se.de. &c. *Et patet litera.*

5 Væ vo. *Hic ponit tertium exemplum, quod respicit actus prædecessorum suorum. Isti enim Pharisæi, vt viderentur iusti respectu præcedentium patrum, ornabant & ædificabant sepulchra prophetarum à prædecessoribus interfectorum & hoc est quod dicit:* Qui ædificatis sepul. *sequitur.*

6 Itaque testimonio, &c. *Hoc enim ipsi dicebant, vt patet ex litera immediatè præcedenti vbi dicitur:* Si fuissemus in diebus pa.no. &c. *Sed quia non solum erant filij prædecessorum suorum quantum ad naturam, sed etiam quantum ad mores, subdit:*

7 Implete. *Id est, implebitis.*

8 Mensuram pa. *Quod factum est, quando occiderunt Christum, cuius serui fuerunt prophetæ, qui fuerant à patribus Iudæorum occisi, & ideo Pharisæi impleuerunt mensuram patrum suorum, eos in malicia excedendo.*

9 Serpentes. *Postquam in Pharisæis arguit hypocrisis culpam, hic ostendit consequentem pœnam, & primò pœnam æternam, secundo temporalem, ibi:* Ierusalem, Ierusalem. *dicit ergo:* Serpentes, *venenum inuidiæ habentes.*

10 Genimina viperarum, &c. *Quia venenum maliciæ à parentibus traxerant.*

11 Quomodo fugietis à iu. gehennæ. *Quasi dicat nullo modo, quia erant in malicia obstinati. Non solum autem hanc pœnam meruerunt propter mortem Christi, sed etiam propter occisionem apostolorum & discipulorum eius propter quod sequitur:*

12 Ecce ego mitto, &c. *Quia in discipulis Christi multi habuerunt spiritum propheticum, sicut Ioannes Euangelista, vt patet in Apoc. & Agabus & multi alij, vt patet in actibus apostolorum. Aliqui etiam fuerunt Scribæ, sicut euangelistæ qui scripserunt euangelia ad instructionem populi Christiani. Fuerunt etiam sapientes quia de diuinis & cœlestibus à Deo illuminati.*

Lu. 11. g

13 Et ex illis occi. &c. *Quia Iacobus frater Ioannis ab eis occisus est. Act. 12. & Stephanus. Act. 7. & multi alij.*

14 Et crucifigetis. *Vt Petrum & Andream fratrem eius, & multos alios.*

15 Flagellabitis in synagogis ve. *Hoc patet etiam in Actibus apostolorum, 16. vbi dicitur quod Paulus & Sylas flagellis cæsi sunt, & 2. Corint. 11. e. dicit Paulus:* Ter virgis cæsus sum, &c.

16 Et persequemini de ciuitate in ciuitatem: *Hoc patet Act. 13. g. vbi dicitur, quod Iudæi Paulum & Barnabam eiecerūt de finibus suis.*

17 Vt veniat super. *De isto Abel nulla est ambiguitas, quin fuerit ille, quem Cain frater eius occidit. De Zacharia autem sunt opiniones. Vna est, quod ipse fuerit pater Ioannis Baptistæ: & hæc fuit opinio*

✠ Origenis

MORALITER.

5 *Væ vo.* CHRYSOST. Vt quid vis apparere quod nō vis esse. nam quod turpe est apparere, turpius est esse, & quod formosum est apparere formosius est esse: aut ergo esto quod appares, aut appare quod es. *Væ vo. scri. & pha. hyp. qui edi. sepul. prophe.* Sequit.

6 *Itaque testi.* Illi se esse filios malorum testantur, qui mores eorum sequuntur: sed tunc adimplent eorum mensuram, quando excedunt eorum maliciam, & sic fecerunt Iudæi, quorum patres occiderunt prophetas, & ipsi dominum prophetarum.

12 *Ideo ecce ego mit. ad.* Multi de Christi discipulis istas gratias habuerunt qui tamen à Iudæis persecutiones passi sunt. *Vt veniat super vos & cæte.* Sequitur.

✠ Vsque

¶ Cuiuslibet laici ¶ Sacerdotis

a terram, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ

a ¶ Benedicti domini. ¶ Quem occidit vestra generatio in atriis templi sub dio.

b filij Barachiæ, † quem occidistis inter templum & altare. A-

a ¶ Ne miremini super his quæ dico. b ¶ Scelera.

c men dico vobis: venient hæc omnia super generationem

a ¶ Homines non saxa plangit affectu patris. b ¶ Dominum nunciantes prophetarum. c ¶ Duricia cordis à te repellis, vel corporaliter vt Stephanum.

d istam. Ierusalē Ierusalē quę occidis prophetas, & lapidas eos

a ¶ Per prophetas missos à me hactenus. ¶ In vnitate fidei. ¶ Partriarcharum hæredes

e qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos,

f quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, &

a ¶ In proximo. b ¶ Templum vel ciuitas Romanis tollentibus gentem & locum.

g noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Di-

a ¶ Nisi pœnitentiā egeritis, & confessi fueritis me filium omnipotentis patris, meam faciē nō videbitis. ¶ Post passionem.

cò enim vobis, non me videbitis amodo donec dicatis:

¶ Confiteamini filium omnipotentis quem benedictum, id est, à peccato immunem, misit pater ad glorificandum nomen suum.

h Benedictus qui venit in nomine domini.

A a *Abel iusti.* Iustitia Abel approbata est per munerum acceptionem.

b *Vsque ad.* Cur vsque adhuc, cum multi post hunc occisi ante natalem Christi, & Christo nato mox pueri ab hac generatione sunt peremptí? Sed quia Abel pastor ouium fuit necatusque in agro: Zacharias sacerdos necatus est in atrio tēpli: vtriusque gradus martyres & laicos & officio altaris mancipatos, sub eorum voluit intimare vocabulis. (Gen. 4. 6.; 2. Par. 24.)

B Zacharias qui occisus est à rege Ioas inter templum & altare, vt historia Regum narrat, filius fuit Ioiadæ, & in euangelio quo vtuntur Nazaræi, pro filio Barachiæ legitur filius Ioiadæ. Sed vt iustitia Ioiadæ sacerdotis prædicetur, ipse Barachias vocatur, id est, benedictus domini.

C Iste Zacharias de duodecim prophetis vnus erat, sicut pater Ioannis de prophetis vnus erat.

c *Super ge.* Quæ à primo parricida vsque ad vltimum perditionis filium computatur: Quasi, similes erunt in pœna sicut sunt & in culpa.

d *Ierusalem.* Quasi dicat: Rei estis sanguinis, & meritò: quia multoties misi ad vos congregandos, & noluistis.

✠ CHRYSOSTOMVS. Missum ad te Isaiam serrasti, & seruum meum Ieremiam lapidasti, Ezechielem tractum per lapides excerebrasti, quomodo saluaberis, quæ ad te medicum nullum venire permittis? Et non dixit, occidisti, aut lapidasti, sed occidis & lapidas, id est, hoc, quasi propriam & naturalem consuetudinem habes, vt occidas & lapides sanctos. (Homil. 46. operis imperfecti.)

D e *Quoties.* Ac si dicat: Ego volui, & tu noluisti, & quotquot congregaui mea voluntate semper efficaci te nolente feci, quia semper ingrata fuisti.

✠ ORIGENES. Dicit quoties volui, cum sit manifestum semel eum docuisse in corpore Iudęos. Semper enim Christus pręsens fuit & in Moyse & in prophetis & in angelis ministrantibus saluti humanæ per singulas generationes. (Tracta. 26. in Matth.)

E f *Gallina.* Hoc animal magnum affectum habet in filios suos, ita vt eorum infirmitate affecta infirmetur, & eos alis protegens contra miluum pugnet. Sic Dei sapiētia per carnē infirmata, protegit nos & defendit à diabolo. (Gallinæ affectus in pullos.)

F g *Relinquetur.* Ciuitas auxilio dei nudata suæ ditioni relinquetur, quæ bene derelicta est, cum à Deo derelinquitur.

h *Benedictus qui venit.* Hoc turbæ dixerunt domino venienti Ierusalem. Quod autem his transactis hic dominus dicit, cogit mystice intelligi de aduentu charitatis suæ, vbi confitebuntur filium quem crucifixerunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. Per hoc occultè secundum aduentū significauit, quoniam, tunc omninò eum adorabunt. Quod autem dicit, *Amodo*, ad tempus crucis refertur. (Hom. 80. in Matth.)

Non

NICOLAVS DE LIRA.

Origenis dicentis quod propter hoc occisus est in templo domini, quia beata virgo post partum filij sui venit adorare in Ierusalem, & stetit in illa parte vbi virgines consueuerant stare in oratione, in quo loco non erat licitum mulieribus cognitis à viro orare, & ideo ministri templi voluerant eam repellere. At Zacharias pater Ioannis, qui eam virginem sciebat, opposuit se eis dicens, quod erat digna stare in loco illo: & ideo ipsum Zachariam tanquam legi contradicentem interfecerunt. Hoc autem reprobat Hierony. tanquam apocriphum, & dicit quod iste Zacharias fuit filius Ioiadæ sacerdotis qui interfectus est in templo, vt habetur. 2. Paral. 24. Sed contra hoc videtur, quod iste dicitur hic Barachiæ filius, ille autem dicitur filius Ioiadæ. Ad quod respondet Hiero. quod Saluator voluit hic exprimere sanctitatem Ioiadę sacerdotis, ideo vocauit eum Barachiam, id est, benedictum domini, sicut aliquando contingit, quod aliquem liberalem hominem vocamus Alexandrum, ad exprimendum liberalitatem eius: quamuis hoc non sit proprium nomen eius. Aliter possumus dicere, quod Ioiada fuit binomius, sicut pater Dauid vocatus est Iesse & Isai, & multi alij in sacra scriptura. Saluator hic exprimit vnum nomen eius, aliud exprimitur. 2. Paral. 24. Sequitur: (Opiniones de Zacharia occiso inter altare)

1 Amen. *Id est fideliter,*

2 Dico vob. &c. *Id est, super populum Iudaicum est: quia pro istis punitus multipliciter diuersis temporibus. Considerandum etiam quod Abel fuit simplex homo, pastor ouium & illiteratus. Zacharias autem fuit sacerdos & legisperitus. Per hos ergo duos intelliguntur omnes iusti ab eis occisi, & est sensus: Vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est à sanguine iusti Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, id est, à sanguine iusti minimi vsque ad sanguinem maximi iusti.*

3 Ierusalem Ierusalem. *Hic prædicit eis consequenter pœnam temporalem scilicet destructionem ciuitatis & templi quæ facta est per Titum & Vespasianum in vindictam mortis Christi, 42. anno à prædicta passione: dicens ergo* Ierusalem Ierusalem, *Alloquitur hic populum Iudaicum sub nomine ciuitatis metropolitanæ. Et hic est communis modus loquendi, hoc enim dicitur ciuitas facere quod populus habitās in ea fecit.*

4 Quæ occidis pro. *Id est, consueuisti occidere.*

5 Et la. eos &c. ad te mis. *Id est, ad instructionem tuam, sicut patet in prophetis antiquis, & in Ioanne Baptista, qui fuerunt à Iudęis occisi. Vnde. 4. Reg. 21 c. dicitur. quod tempore Manasse* effusus est sanguis innoxius in Ierusalem donec repleretur vsque ad os.

6 Quoties vo. *Sub cultu vnius Dei per fidem & charitatem.*

7 Filios tuos. Id *est* Iud*æos.*

8 Quemadmo. *Ponitur exemplum de gallina, ad ostendendum affectum suum ad populum* Iudaicum: *quia inter alias aues gallina videtur magis affici ad conseruationem & nutritionem pullorum.*

9 Et noluisti. *Quia primò prophetas à Deo missos, postea Ioannem Baptistam & vltimò dominum nostrum Iesum Christum contempserunt, propter quod subditur pœna:*

10 Ecce relinquetur vo. do. *Id est ipsum templum, quod per Romanos fuit destructum nec reędificabitur amplius: quia secundùm quod dicitur: Danieli. 9.* vsque in finem mundi perseuerabit desolatio.

11 Dico enim vobis &c. *Id est à tempore passionis Christi, quæ de proximo imminebat futura, quando Christus dixit ista.*

12 Donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine. *Hoc erit quando apparebunt signa euidentia aduentus eius ad iudicium: tunc enim Iudæi qui credituri sunt in Christum in fine mundi laudabunt, & confitebuntur ipsum.*

Et

MORALITER.

† *Vsque ad san.* Orige. Zacharias interpretatur memoria Dei. Omnis ergo qui memoriam dei perdere festinat in eis quos scandalizat, Zachariæ sanguinem effundere videtur. Abel autem luctus interpretatur. Qui ergo non recipit quod scriptum est: *Beati qui lugent*, sanguinem effundit.

10 *Ecce.* CHRYS. Sicut enim corpus anima recedente primò quidem frigescit, deinde putrescit & soluitur: sic & templum nostrum Dei spiritu sancto recedēte, prius seductionibus & indisciplinationibus repletur, deinde venit ad ruinam.

Et

ADDITIO.

A In capitulo.23. *Vbi dicitur in postilla,* id est, à sanguine iusti minimi vsque ad sanguinem iusti maximi.

Quod Abel sit minimus iustus & Zacharias maximus, siue intelligatur simpliciter siue respectu occisorum tantum, ex scripturis non habet autoritatem. Vnde secundùm Hier. eadem facilitate contemnitur, qua approbatur. Nec etiam ex hoc quod præsupponitur Abel fuisse simplicem pastorem, illiteratum, & quod Zacharias fuit sacerdos & legisperitus, sequitur quod Abel fuit minimus iustus & Zacharias maximus. Non enim excellentia iustitiæ sequitur literaturam. Quod patet in pluribus; præsertim cum antiqui patres, licet non legantur literas didicisse, fuerunt tamen in diuinis maximè illustrati: Quod patet de Adã & patriarchis. Et fortè ex his quæ leguntur de vtroque scilicet de Abel & Zacharia plura ad rationem iustitiæ pertinentia leguntur de Abel, quàm de Zacharia. In hoc enim quod fuerunt ambo sine culpa occisi, æquales videntur, sed de Abel super hoc legitur, quod tam ipse quàm munera eius fuerunt Deo accepta Gen. 4. b. quod est maximum testimonium suæ iustitiæ, vnde Hier. in hoc loco de Abel dicit. Iustus autẽ nõ ex hominum sentẽtia, sed ex Gene. testimonio comprobatur: vbi accepta B *eius à Deo narrantur munera, vnde planior potest ratio assignari circa nominationem istorum duorum, scilicet quod loquendo de temporibus præteritis ante passionem Christi, quando ista dicebantur à Christo, Abel fuit primus iustus qui sine culpa legitur occisus, Zacharias vero vltimus: vnde conuenienter nominat extrema, ad hoc, vt omnes intermedij includantur.* D *Quicunque enim fuerit iste Zacharias secundùm diuersitatem opinantium, ipse tamen fuit vltimus iustus occisus, de quo in scripturis expressa mentio habeatur. Si autem obijciatur de Ioanne Baptista, respondetur, quod ille non fuit occisus à Iudæis sed ab Herode alienigena: hic autẽ agitur de occisionibus factis per Hebræos & eorũ prædecessores, inter quos occisio Abel debet cõputari, cũ tunc tẽporis omnes fideles erant sub vna lege naturali, cui successit lex scripta quod patet in hoc quod dicitur:* Ierusalem Ierusalem quæ occidis prophetas, &c.

REP. *In cap. 23. vbi Postill. reddit rationẽ nominationis illorũ scilicet Abel & Zachariæ, quia vt inquit, per eos significãtur omnes iusti à quibuscunque occisi, siue magni siue parui; sic quod magni significantur per Zachariam magnũ sacerdotem & doctorem, per Abel autem parui & illiterati Burg. nolens intelligere Postill. putat quod velit dixisse iustitiam sequi literaturam: quod non est verum. Nam quod comparat paruos iustos Abel, hoc est per quandam similitudinem, non proprietatem. Non igitur sequitur eum fuisse paruum iustum; sicut Christus comparatus oui, leoni, &c. non ideò dicitur ouis vel leo.* E *Ista autem trãslatio potest habere rationẽ, quia numerus quicunque incipit a minimo. Numerus igitur sanctorum incipit ab Abel: rectè igitur minimi denominantur ab illo. Ratio autem assignata per Burg. ad idem, non est obiectionis expers, sed transeat.*

CAPVT. XXIIII.

NOn relin. hic la. super la. MYSTICE. Recedente domino de templo omnia legis ædificia & compositio mandatorum ista destructa est, vt nihil possit à Iudæis impleri. Diuinitus autem prouisum est, vt crescente euangelij gratia templum illud cum suis cæremoniis tolleretur, ne quis infirmus in fide illis stantibus Iudaismi occasionem haberet. C Idem qui comminatus est verbo, ostendit signo, dum egreditur ab illis facta comminatione.

(†Marc. 13. a. Luc. 19. g. & 21. b.)

a *Sedente autem.* (Mar. 13 a.) Vbi Marcus ait, *contra templum.* Sedet contra tẽplum cum de ruina eius & excidio Gẽtis disputat vt & corporis situs verbis suis congruat.

(†oliuarum.) (†Seorsum.)

MYSTICE. Sedet in monte Olitieti, id est in ecclesia quietus manens superborum detestatur arrogantiam.

b *Accesserunt.* ✠ CHRYSOSTOMVS. (Hom. 76. in Matth.) Secretò accesserunt quia de magnis erant interrogaturi. Etenim cupiebant discere diem aduentus eius, quia vehementer desiderabant gloriam eius videre.

c *Dic no.* Quia dixit omnia destruenda, tempus & signa destructionis quærunt. (Discipuli Christi quæ fuerunt tria.)

Tria quærũt quo tempore destruenda Ierusalem sit? quo venturus Christus? F quo consummatio sæculi ventura sit?

✠ CHRYSOSTOMVS. (Hom. 78. in Matth.) Lucas autem ait vnam esse interrogationẽ quæ est de Ierosolyma, *quasi æstimantibus, discipulis tũc futurũ esse Christi aduentum & finem mundi quando Ierosolyma destrueretur. Marcus autem ait nõ omnes eos de consummatione Ierosolymæ, sed Petrum, Iacobum, Ioannem & Andream quasi liberius & securius de Christo loquentes. (*Nonne.)

CAPVT XXIV.

ET † egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens: ait illis: *Vidẽtis hæc omnia. Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montem † Oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius † secretò dicentes: Dic nobis, quando hæc erunt & quod signũ

1 a ¶ Non ignotas, sed tanquam admirandas, quia videbatur quod nunquam destrueretur tale opus & frustra esset comminatio Christi.

2 a ¶ Videtis tam firmam ædificationem. ¶ Quod 42. anno post passionem domini factum est à Romanis.

3 4 ¶ Quasi contrarius ciuitati.

a ¶ Id est, super fructiferam ecclesiæ celsitudinem. b ¶ Marcus ait Petrus & Iacobus & Ioannes & Andræas.

5 6

Videte,

NICOLAVS DE LYRA.

CAPVT XXIV.

ET egressus Iesus de templo ibat. *Postquam posita est legis Euangelicæ promulgatio & confirmatio per miracula hic consequenter ponitur iudicium secundùm legem illam. Et quia lex Euangelica est perfectissima & extrema ideò sibi correspondet iudicium extremum, quod erit perfectissimum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponuntur quædam antecedentia ipsum iudicium: secundò ipsum iudicium describitur, cap. sequenti. Prima in duas: quia primò circa hoc ab apostolis proponitur quæstio & secundò ponitur quæstionis solutio, ibi:* Et respondens Iesus. *Prima in duas: quia primò ponitur quæstionis occasio: secundò habita occasione formatur quæstio, ibi:* Sedente autem eo. super montem Oliueti. *Circa primũ considerandum, quod Christus in fine ca. præcedentis dixerat, quod domus templi relinqueretur deserta, ideò in principio huius ca. dicitur quod Iesus egressus de templo ibat. In hoc ostendebat per factum quod templum esset à diuina protectione relinquendum.*

1 Et acce. *Non quia ostenderent sibi aliquid incognitum, cum frequenter in templo fuisset, vt patet ex præcedentibus, sed vt ex nobilitate ædificiorum quæ erant facta ad diuinum cultum, prouocarent eum ad misericordiam, & per consequens mitigaret pœnam prædictam.*

2 Ipse au. *Quasi dicat quantumcunque sunt magna & fortia,*

3 Amen. *Id est, fideliter,*

4 Dico vobis. *Non est sic intelligendum quin remaneret lapis super lapidem, saltem in fundamentis: sed est modus loquendi ad exprimendum magnitudinem destructionis, quæ completa est sub Tito & Vespasiano, vt dictum est ca. præcedenti.*

Sedente au. *Ex prædictis formatur duplex quæstio. Quia enim audierant à Christo euersionem illam credebant propinquam esse mundi consummationem, ideò quæsierunt primò:*

5 Dic nobis quando. *Id est, destructio ciuitatis & templi: secundò quæsierunt:*

6 • Et quod si. *Vtrumque enim simul fiet. Et propter hoc est quæstio vna*

MORALITER.

† 1 *Et egressus Iesus de templo, &c.* Sequitur:

† *Non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non, &c.* ORIGEN. Omnis homo qui suscipiens est verbum Dei tẽplum est. Si post peccatũ adhuc saluat ex parte vestigia fidei & religionis, templum est ex parte destructum, & ex parte consistens. Qui autem postquam peccauit curam sui non habet, paulatim minuitur: donec ad plenum recedit à Deo viuente, & sic non relinquetur lapis super lapidem mandatorum Dei, qui non destruatur.

† *Sedente autem eo super montem Oliueti.* Contra templum sedẽs de ruina Iudaicæ gẽtis disputat, vt etiã ipso situ corporis mõstret, quod quietus in ecclesia manens, impiorũ superbiã condemnat.

a *Videte.* Cum hæc fient, ne putemus instare diem domini, cuius signum perspicuè ponitur in sequentibus. Præmunit ne turbentur, vel deficiant per deceptionē, vt per Simonem Magum, vel per tribulationem & persecutionem, vt per Neronem. Nota hæc venientia ante excidium Ierusalem similia sunt & eadem fere cū his quæ fient in cōsummatione sęculi, & loquitur ita de vno quasi de alio.

✻ Chrysost. Non de destructione Ierosolymæ, neque de secundo aduentu respondit statim, sed de malis quibus statim obuiandum erat.

Hom. 76. in Matth. † Mar 13.c. Luc. 21.b. Eph. 5.b. Col. 2.d.

b *Multi.* Imminente Ierusalem excidio multi fuerunt principes qui se dicerent esse Christos, & tempus libertatis prope esse. Multi in ecclesia temporibus apostolorum, qui præter alia falsa dicerent instare diem domini.

Luc. 21.c.

aduentus tui, & consummationis sæculi? Et respondens [1]

a ¶ Ne quis persuadeat, quasi hæc omnia mox sint futura.

b ¶ Antichristi pro Christo quorū prim⁹ Simō mag⁹, cui oēs in Samaria auscultabāt dicētes. Hæc virt⁹ Dei magna est

a Iesus, dixit eis: † Vid^a ete, ne quis vos seducat. M^b ulti enim [2] [3]

a ¶ Ante horum completionem.

b venient in nomine meo, dicentes: Ego sum Christus, & mul- [4]

¶ Hic tentatio. ¶ Ante excidium. ¶ Quæ ad hostes. a ¶ Expectationes vt rumores. ¶ In Luca seditiones. ¶ Quæ ad ciues.

c tos seducent. Audituri enim estis prælia & † opinion^a es præ- [5] [6]

a ¶ Iudæam deseratis. ¶ Quantum ad prælia.

b ¶ Constat hæc omnia contigisse tempore Iudaicæ seditionis ante vltimam prouinciæ euersionem.

liorum, videte ne turbemini. Opor^b tet enim * hæc fieri, sed [7] [8]

a ¶ Audituri estis præ. & opi. &c. Consur. enim gens. [6]

d nondū est finis. † Consurg^a et enim gens cōtra gentē, & regnū [10]

¶ Hæ sunt partes præliorum. [11]

in regnū, & erunt pestilētię & fames, & terræmotus per loca. [12]

c *Audituri.* Hæc in Iudæa à passione domini abundauerunt: quibus ne territi apostoli Ierusalem & Iudæam deserant admonentur, quia non statim finis, sed post quadraginta duos annos.

Epist. 80.

✻ Avgvs. Interrogantibus discipulis dominus respondit ea quæ iam ex illo tēpore fuerant secutura, siue de excidio Ierusalem, siue de aduentu suo per ecclesiam in qua vsque ad finem venire non cessat, siue de ipso in quo apparebit viuos iudicaturus & mortuos. Cum itaque signa dicat, quæ ad ista tria pertinent, quò eorum trium signorum ad aliquid horum referendum sit diligenter considerandum est, ne fortè quod pertinet ad vnum, referendum putemus ad alterum.

vbi supra.

✻ Chrysost. Hic loquitur de præliis quæ Ierosolymis erant futura.

Tracta. 28. in Matth.

✻ Origen. Qui audit ipsas voces quæ fiunt in præliis audit prælia, qui autem de præliis longè gestis audit, rumores vel opiniones audit pręliorum.

d *Consurget enim gens, &c.* Mystice. Regnum surget in regnū & pestilentia eorum, quorum sermo vt cancer serpit. Et fames verbi Dei commotio terræ, & à fide separatio. Vltima enim tribulatio multis pręuenitur, & per crebra mala iudicantur mala perpetua. Et ideò post bella & seditiones non statim finis, quia multa mala debent præcurrere, vt nuncient mala sine fine. Eorum autem alia è cœlo, alia è terra, alia ab elemētis, alia ab hominibus. *Surget gens.* Ecce perturbatio hominum. *Terræmotus:* Ecce respectus iræ desuper. *Pestilentia.* Ecce inæqualitas corporum. *Fames:* Ecce sterilitas terræ. *Terrores de cælo & tempestates*, secundum Lucam: *Ecce inæqualitas aeris.* Omnia ergo consummando conturbantur, vt qui in omnibus deliquimus in omnibus feriamur, vnde *Pugnabit pro eo orbis terræ contra insensatos.*

† rumores. * omnia. Luc. 21.c. Sap. 5.d.

✻ Chrysostom. Et non simpliciter hęc fient secundum consuetudinem antea in hominibus existentem, sed ex ira quæ erit desuper. Et propter hoc non simpliciter dixit ea esse ventura, neque repente, sed cum quadam significatione. vnde subdit: hæc autem omnia initia sunt dolorum, id est, Iudaicorum malorum.

Hom. 76. in Matth.

✻ Origenes. Sicut ægrotant corpora ante mortem, sic necesse est ante corruptionem mundi, vt quasi languens terra frequentius terræ motibus conquassetur. Aër vim mortiferam concipiens, pestilens fiat, & vitalis virtus terræ deficiens suffocet fructus. Consequens autem est, vt propter inopiam ciborum, in auaritiam & bella homines excitentur.

Tracta. 81. in Matth.

☞ Hęc au

NICOLAVS DE LIRA.

vna. Notandum etiam quod ista quæstiones fuerunt sibi factæ super montem oliueti, & hoc rationabiliter, quia locus iste distat solùm à ciuitate per vnum miliare, & sic ciuitas illa & templum ex illo loco clarissimè videntur: & occasione huius de tempore destructionis illius, ibi quæritur. Similiter etiam iudicium extremum futurum est circa illum locum, vt habetur Ioe. 3. ideò conuenienter fit ibi quæstio de futuro iudicio.

1 Respondens. *Hic ponitur vtriusque quæstionis solutio, & primò prima, secundò, secunda ibi:* Orate autem. *Circa primum duo facit quia circa ea quæ pertinent ad destructionem ciuitatis & templi primò scribit initium & secundo, finalem exitum, ibi:* Cum ergo videritis. *Circa quod considerādum quod, inchoatio & signum destructionis futura fuerunt clades & pestilentia, quæ fuerunt in Iudæa ante bellum Romanorum contra eos, vt dicit Iosephus libro de Iudaico bello. Diuiditur ergo in duas partes, quia primo tanguntur mala quæ contigerunt Iudæis in generali, secundo: mala quæ contigerunt Christi discipulis in speciali, ibi:* Tunc tradent vos. *Circa primum quatuor tanguntur. Primum est seductio erroris, quod notatur cum dicitur.*

Iosephus.

2 Videte ne quis vos seducat. *Ista autem prædixit: quia minus iacula feriunt quæ præuidentur.*

3 Multi enim venient. *Id est, ascribentes sibi nomen meum, quod patet per hoc quod subditur.*

4 Dicentes ego sum Christus, &c. *De talibus fuit Simon magus qui per hoc seducebat Samaritanos, de quo habetur Act. 8. b. quod Samaritani dicebāt de illo.* Hic est virtus Dei quæ dicitur magna. *Hic, etiam dicit super locum illum, quod ante destructionem ciuitatis plures apparuerunt qui dicebant se esse Christos.*

5 Audituri enim estis. *Hic ponitur secundum quod est concussio timoris, cum dicit:* Audituri enim estis prælia. *Secundum enim quod refert Iosephus lib. antiquitatum. 20. post passionem Christi ante destructionem ciuitatis, multæ seditiones & multa prælia fuerunt apud Iudæos: quia Samaritani qui partim tenebant ritum gentilem, insurgebant contra Iudæos, & è conuerso. Item in populo Iudæorum erant plurimi qui incitabant populum ad rebellandum contra Romanos, alij autem contrarium. Sequitur:*

6 Et opiniones præliorum. *Quia ante destructionem ciuitatis multa signa apparuerunt, quæ interpretabantur ab aliquibus in bonum & pacem ciuitatis, ab alijs autem in contrarium & destructionem: & inter alia ponit vnum scilicet, quod sydus stetit super ciuitatem per annum simile gladio. Quam apparitionem quidam dicebant significare auxilium sibi affuturum contra inimicos. Aliqui è contrario dicebant significare vindictam Dei contra mala habitantium in ciuitate, & per hoc erant diuersæ opiniones de prælijs inter eos.*

Signa excidij Ierusalem in cœlo.

7 Videte ne tur. &c. *Recedendo de Iudæa propter talia. Voluit enim Christus quod discipuli sui manerent aliquantulum in Iudæa post mortem suam ad prædicandum fidem Catholicam.*

8 Oportet enim hæc. *Quia sunt à Deo præordinata.*

9 Sed nondum est. *Quia post auditionem talium stetit adhuc ciuitas per longum tempus scilicet. 40. annis post passionem Christi.*

10 Consurget enim gens. *Hic ponitur tertium, videlicet disturbatio pacis, cum dicitur:* Consurget gens in gentem. *Quia gens Iudæorum erat diuisa intra se, vt patet.*

11 Et regnum aduer. *Quia regnum Iudęorum contra regnum Romanorum rebellauit, & hoc patet ex prædictis.*

12 Et erunt pesti. *Hic ponitur quartum, scilicet perturbatio orbis seu elementorum ex quibus consurgunt pestilentia in aere & mari, & per consequens sterilitas & fames in terra. Quod autem hoc acciderit illo tempore patet Act. 11. d. vbi dicitur quod propheta Agabus prædixit famem magnam futuram, quæ facta est imperante Claudio propter quod fideles qui erant Antiochiæ, miserunt auxilium de facultatibus suis fidelibus qui erant in Iudæa & Ierusalem per manus Barnabæ & Sauli. Sequitur.*

Hæc au.

MORALITER.

3 *Multi enim venient in nomine meo dicentes, ego sum Christus, &c.* Id est, Multi videntur plus dicere facto, quia sua statuta districtius faciunt obseruari quàm præcepta Dei.

10 *Consurget.* Mystice. Hic autem videtur regnum contra regnum consurgere, & pestilentia eorum quorum sermo serpit vt cancer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuersæ terrę in hæreticis magis intelligi, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt.

Tunc

a *Hæc au.* Hæc autem omnia sunt initia, non cõsummatio quasi præconia Antichristi, vel excidij vrbis. Hæc partim ad euersionem Iudæorum, partim ad diem iudicij pertinent, quia ita apostoli interrogauerunt de vtroque.

✠ HIERONYMVS. Quod dixit, *hæc autem initia sunt dolorum*, melius transfertur, parturitionum: vt quasi conceptus quidam Antichristi non partus intelligatur.

b *Tunc tra.* Quo merito hæc Iudæis eueniant, subdit, quæ post occisionẽ Christi, nominis & fidei eius præcones persecuti sunt.

✠ CHRYSOSTOMVS. *Tunc tradent.* Opportunè pericula discipulorum inseruit vt à communibus eos consolaretur: nec tamen id sibi suffecit sed adiecit: *propter nomen meum.*

Hom. 76. in Matth. † sup. 10 c. Mar. 13. b. 7. quæ. 10. suggestũ. De pœni. dis. 2. c. non reuerebantur, & 1. apostol. Vbi supra.

a Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalicabuntur multi, & inuicem tradent & odio habebent inuicem. † Et multi pseudo-prophetæ surgent, & seducent multos. † Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet charitas multorum. † Qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe,

(Interlinear: a ¶ Futurorum. b ¶ Ministris. c ¶ Exercendos. — a ¶ Per apostolos omnium credentium persona signatur. b ¶ In fine mundi similes apostolis tribulationibus sunt probandi. — a ¶ Propter assertionem veritatis. b ¶ Discedent à fide timore vel portentis vel immanitate tormentorum. — a ¶ Gladio domini ab inuicem separante eos, quod in principio prædicationis factum est, maximè tempore Antichristi est futurum. b ¶ Frater infidelis fratrem fidelem. — a ¶ Vt miraculis seducant. ¶ Hoc tempore Iudaicæ vastitatis, plenè tempore Antichristi. — a ¶ Vnde Apostolus. Erunt homines aman. se. b ¶ Infidelitas. c ¶ Pro tribulatione quæ ante tribulationem videbatur calere, vel calebat vtcumque in pace. — ¶ In fide & charitate. ¶ Quocumque tempore incipiat. ¶ Præsentis vitæ. — a ¶ Ædificatorium ecclesiæ ante finem mundi sicut ante destructionem Ierusalem per apostolos.)

c *Et tunc scandalizabuntur.* ✠ IDEM. Postquam duplex prælium posuit, scilicet quod est à seductoribus & quod est ab inimicis, consequenter tertium prælium ponit quod est à falsis fratribus.

d *Et mul. pseu.* Quidam hoc ad euersionem Iudæorum referunt. Sed tunc inter eos, quia nullus erat fidelis, ad quem fieret exhortatio; melius hoc accipitur de hæreticis, quorum primus Simon Magus fuit. Extremus maior omnibus, Antichristus est. Diligenter intuendum est, quod signorum ad excidium vrbis, quod ad diem domini referatur. Respondit enim dominus, quæ ex illo tempore erant secutura siue de excidio Ierusalem siue de aduentu suo.

e *Et prædicabitur.* Quia nouerat dominus corda discipulorum de excidio de excidio & perditione suæ gentis contristanda, hæc solatio releuat vt scirent multo plures socios gaudij æterni de toto orbe colligendos.

Adhuc tenete hoc signum, quod non instet dies domini vel desolatio Ierusalem antequam apostoli toto orbe dispersi sint, præter duos Iacobos, qui primus in Iudæa interfecti sunt. Dispersi inquam, vt si dolerent de perditione suæ gentis, solatium habeant plures socios de omni gente collectos.

✠ CHRYSOST. Quod autem ante captionem Ierosolymæ vbique prædicatum est euangelium: audi quod ait Paulus: *In omnem terram exiuit sonus eorum.* Et vides eum à Ierusalem in Hispaniam vsque currentem. Quod si vnus in tanta parte orbis prędicauit: cogita quid à reliquis factum fuerit.

Vbi supra. † 1. q. 3. ca. Saluator. † De rebus ec. non ali. c. si.

✠ AVGVSTINVS. Non est ab Apostolis prædicatio ista completa quando adhuc sunt gentes in quibus nondum cœpit impleri. Quod autem dixit Apostolus *In omnem terram, &c.* verbis quod futurum erat dixit, non quod iam factum est. Epist. 80.

✠ ORIGENES. Cum omnis gens audierit euangelij prædicationem tunc erit sæculi finis. Multæ autem non solum barbarorum, sed etiam nostrarum gentium nondum audierunt Christi verbum. Tracta. 28.

✠ HIERONYMVS. Non puto aliquam remansisse gentem quæ Christi nomen ignoret. Et quanquam non habuerit prædicatorem, tamen ex vicinis gentibus opinionem fidei non potest ignorare.

☞ Abominatio

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc autem omnia. *Id est, quatuor prædicta.*

2 Initia sunt do. *Qui quidem dolores fuerunt consummati in destructione ciuitatis & templi per Romanos.*

3 Tunc tr. *Hic ponit mala quæ contingerunt Christi discipulis in speciali, vbi ponuntur quatuor. Primum est violentia afflictionis dupliciter scilicet ab intra & ab extra. Illa quæ fuit ab extra, fuit à Iudæis fideles persequentibus, de quo habetur Act.* 8. *a. vbi dicitur, quod post mortem beati Stephani* facta est persecutio magna in ecclesia, quæ erat Ierosolimis, *& ibidem subditur, quod,* Paulus deuastabat ecclesiam.

4 Et occi. vos. *Quia illo tempore occisus est Stephanus à Iudæis, vt patet Ac.* 7. *g. & Iacobus filius Zebedæi Act.* 12. *a. Iacobus frater domini, vt dicit Iosephus libro* 22. *antiquitatum.*

5 Et er. odio. *Id est, aliquibus omnium gentium.*

6 Propter no. meum. *Hoc additur ad eorum consolationem, quia ad hoc sequitur magnum præmium, vt habitum est sup. v. c.*

7 Et tunc scandalizabuntur. *Hic ponitur afflictio ab intra, scilicet à falsis fratribus, quia multi qui receperant fidem Christi videntes persecutionem oriri contra eos, scandalizabantur, cadentes propter hoc à fide suscepta, & sic habebant odio veros discipulos Christi, quos ad mortem tradebant.*

8 Et mul. pseu. *Hic ponitur secundum, scilicet vehementia seductionis, quia multi prophetæ falsi denunciabant contraria prædicationi apostolorum,*

9 Et quoniam abunda. ini. *Hic ponitur tertium scilicet abundantia iniquitatis, quæ erat in falsis Christianis, & propter hoc refrigescebat charitas in multis aliis, licet non caderent totaliter propter quod concludunt.*

10 Qui autem perseuerauerit vsque. *In fide scilicet formata charitate, hic saluus erit.*

11 Et prædicabitur. *Hic ponitur quartum quasi ad consolationem prædictorum, quod est euidentia credulitatis, & hoc est quod subditur* Et prædicabitur hoc euangel. *Id est, euangelium Christi quod introducit ad regnum cœleste, quod non faciebat lex propter quod erat imperfecta respectu euangelij, vt supradictum est in principio huius libri.*

12 In vniuerso mun. *Quod enim ante destructionem ciuitatis per Titum & Vespasianum in tribus partibus orbis, scilicet Asia, Aphrica & Europa, prædicatum sit euangelium Christi, patet sic. Viuente enim Petro fides prædicata est in Italia, & non solum in Italia, sed etiam in Gallia, quia sanctus Sauinianus qui fuit vnus de* 70. *missus à beato Petro in Galliam cum pluribus aliis, ciuitatem Senonensem (quæ tunc erat metropolis Galliæ & vocabatur ciuitas aurea) conuertit ad Christum & ibi tribus ecclesiis ædificatis vna scilicet in honore beatæ virginis, alia in honore beati Stephani protomartyris; & alia in honore sancti Ioannis Baptistæ, quartam ædificauit in honore apostolorum, quæ quia viuente Petro constructa est, ideò ecclesia beati Petri viui adhuc nominata est vsque in hodiernum diem. Ex loco autem illo sanctus Sauinianus socios suos circa alias partes Galliæ misit ad prædicandum. Ex quo patet, quod viuente Petro fidei prædicatio peruenit versus mare occidentis, vbi terminatur vltimum clima nostræ terræ habitabilis. Quod autem est vltra, secundum autores astronomiæ ponitur extra climata. Ierusalem autem de qua exierunt apostoli & alij Christi* discipuli

MORALITER.

2 *Tunc.* Quod non impletur mysticè, quia pauperes religiosi per homines malos, & specialiter per clericos peruersos tribulantur & per detractiones eorum linguarum gladiis occiduntur, & plures infirmi scandalizantur, odientes statum suum, & fratres suos nequiter accusant ab ordine recedentes.

7 *Et multi.* Id est, prædicatores, quæ sua sunt tantùm quærentes, surgunt & multos simplices seducunt, & sic frigescente charitate abundat iniquitas.

6 *Qui au perse.* Scilicet in doctrina Christi & à talibus verbo & factò prædicatur euangelium regni.

a *Abominationem, &c.* Vel si de excidio vrbis, abominatio, id est, idolum. Pilatus enim posuit imaginem Cæsaris in templo desolato. Vel hoc dicitur de statua Adriani equestri, quæ in ipso sanctorum loco longo tempore stetit.

✠ AVGVSTINVS. Lucas quidem vt ostenderet tunc factam fuisse abominationẽ desolationis quæ à Daniele prædicta est, quando expugnata est Ierusalem, eodem loco hæc domini verba commemorat: *Cũ videritis circumdari ab exercitu Ierusalem, tũc scitote quia appropinquauit desolatio eius.*

✠ HILARIVS. Totum iudicium aduentus futuri dominus ponit dicens, *Cum videritis, &c.* De Antichristi enim temporibus hic locutus est propheta. Abominatio ex eo dictus est, quod aduersus Deum veniens honorem Dei sibi vendicasset, desolationis autem abominatio, quia bellis & cædibus terram desolaturus sit: atque ob id à Iudæis susceptus, loco sanctificationis instituitur: vt vbi sanctorum precibus Deus inuocabatur: illic à Iudæis susceptus venerabilis sit, & quia proprius iste Iudæorum error erit, vt qui veritatem respuerunt suscipiant falsitatem, Iudæam deseri monet, & transfugere in montes, ne admixtione plebis illius Antichristo crediture vis afferatur.

b *Tunc qui in.* Hæc ad litteram facta sunt cum appropinquãte exterminio Iudæorum oraculo moniti omnes Christiani fugerunt in regnum Agrippæ qui parebat Romanis.

✠ MYSTICE. *Tunc.* Id est, cum hæreses & flagitia regnare cœperint inter sanctos, & pacem eorum distrahere, quanto plures vident sequi praua, tanto altius virtutes petant.

c *Væ au.* Quia sarcina grauatæ fugere non poterunt. In isto: *Qui in Iudæa sunt fugiant ad montes*, concordat Lucas, cætera videtur aliter dicere, ita: *& qui in medio eius discedant.* Sed quomodo cum prædixit euangelista circundari Ierusalem ab exercitu, *qui in medio sunt*, id est, cum ita vrgebit periculum vt euadi non possit? *discedant*, id est, non capiantur desiderio huius sæculi in aliam vitam migrare parati. Idem quod alij dixerunt, *Qui in tecto non descendat tollere aliquid de domo sua*: hoc est nullo affectu inclinetur ad carnem. Et hoc quod Lucas ait, *& qui in regionibus non intrent in eam.* Id est, qui iam bono proposito cordis extra illam facti sunt, non eam rursus carnali cupiditate desiderent. Hoc alij *& qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam*, hoc est, iterum inuolui curis quibus exutus erat. Graues animæ peccatis, & quæ nutriunt id est, imperitæ Antichristum effugere non poterunt. Vel væ illis qui sua germina non produxerunt in virum perfectum.

d *Orate*, Si de captiuitate, orent ne fuga eorum sit hyeme vel sabbato, quia in altero prohibet duricia frigorum ad solitudines fugere, & in desertis latitare: In altero transgressio legis est si fugere volunt, vel mors si remanent. Spiritualiter autem præcipitur, vt non frigescat fides in Deum & charitas, neque ociosi in opere torpeamus virtutum sabbato. Hanc sententiam Lucas illustrat. Dicit enim: *Attendite vobis, ne grauentur corda vestra, in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & superueniat in vos dies illa repentina.* Vigilate itaque omni tempore, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt. Ad hyemem, pertinent curæ quæ tristes sunt, vt hyems. Crapula & ebrietas ad sabbatum, quia in eis delitijs affluere mos erat Iudæis ignaris veri sabbathi.

[Margin: Epist. 80. — Dan. 9. g. Lucæ 21. d. Lucæ 21. — Mar. 13. b. Lucæ 21. d. — vestimenta sua. — Lucæ 21. d. — Finis. — Lucæ 21. — Res suas domesticas — Mar. 13. b. Lucæ 21. b. — Lucæ 21. f.]

¶ Suæ damnationis. ¶ Non credentibus. a ¶ Post hæc omnia.

in testimonium omnibus gentibus, et tunc veniet ✝ consummatio. [1, 2]

a ¶ Nunc statim, sed non prius. b ¶ Hominem peccati, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus qui destruet, & ad solitudinem rediget suscepturos se.

✝ Cum ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta stãtem in loco sancto, [3]

¶ Prædicta. a ¶ In templo Dei, vel, vbi non debet secundum Marcum quod idem signat. a ¶ Illam prophetiam vel sequentia. b ¶ In confessione fidei. ¶ Vel dimissa occidente littera & Iudaica prauitate æternis approprient mentibus.

qui legit, intelligat. ✝ Tũc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes. [4, 5]

a ¶ Virtutum culmen altius ascendant. b ¶ Qui excedit carnem animo non redeat ad aliquos actus pristinæ conuersationis.

Et qui in tecto, non descendat tollere ✝ aliquid de domo sua, & qui in agro, nõ reuertatur tollere ✝ tunicã suã. ✝ Væ autẽ prægnantibus & nutriẽtibus in illis diebus. Orate autẽ, vt [6, 7, 8]

a ¶ Carne vel mundo. b ¶ Qui operatur in ecclesia. ¶ Qui exierit ciuitatem huius mundi. c ¶ Id est rem secularem qua se exuit vt nudus Christum sequatur. d ¶ Væ ambitiosis parituroram.

a ¶ Diuitias quas adepti sunt fouentibus, quia sarcina grauati fugere non poterunt. b ¶ Qui initia fidei habent & egent nutrimento magistrorum. c ¶ Non tunc primo incipiatis declinare à malo, cum morte præueniente iudicium Dei non potestis effugere.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

discipuli ad prædicandum, est in medio terræ habitabilis, quia est in quarto climate, vbi primo publicata est fides catholica, & ideo sicut à Ierusalem vsque ad fines terræ habitabilis ex parte Galliæ vbi prædicata est fides per sanctum Sauinianum & socios eius: similiter ex parte Hispaniæ, vbi Paulus prædicauit. Eadem ratione probabile est, quod à Ierusalem vsque ad alios terminos terræ habitabilis peruenit prædicatio fidei per alios apostolos & discipulos ad hoc missos, & sic patet quod viuente Petro fides Christi prædicata est in vniuerso mundo, quia cognitio fidei peruenit ad omnes partes orbis. Petrus verò martirizatus est sub Nerone, post imperium autem Neronis destructa est ciuitas Ierosolymitana secundo anno imperij Vespasiani, vt habetur li. de Iu. bello in fine.

1 In testi. *Quasi dicat ad hoc prædicanda est fides in vniuerso orbe, vt testimonium Christi audiretur in omni gente, secundùm quod dictum fuit apostolis Act. 1. a.* Eritis mihi testes in Ierusalem & Iudæa & Samaria & vsque ad vltimum terræ.

2 Et tunc. *Quia post prædicationem euangelij prædictam facta est consummatio destructionis ciuitatis à Christo prædicta. Considerandum autem quod alia est prædicatio euangelij futura in omnibus gentibus quantum ad efficaciam, sic quod omnes gentes recipient fidem Christi & hoc erit in consummatione seculi.*

3 Cum erg. *Hic describitur excidium ciuitatis quantum ad eius terminum. Et ponuntur ibi duo. Primum est prophetiæ impletio quæ habetur Dan. 9. g. vbi dicitur quod destructa ciuitate & templo ponetur abominatio in desolationem, id est, idolum (quod nomine abominationis intelligitur in vete. te.) debebat poni in templo desolatio, hoc autem impletum est quando Helius Adrianus imaginẽ suam fecit statui vbi steterat arca testamenti, vt scribitur in Scholastica historia, & hoc est quod dicit.* Cum er. &c. *Sequitur.*

4 Qui legit intel. *Quasi dicat qui legit prophetiam Danielis intelligat eam esse dictam de hoc facto. Secundum, quod ibi ponitur, est Iudæorum captiuatio & perfecta eorum dispersio, cum dicit:*

5 Tunc qui in Iu. sunt fu. *Quasi dicat extunc Iudæi non habitabunt in Iudæa plus: quia licet Helius Adrianus Ierosolymam reædificauerit, præcepit tamen ne aliquis Iudæus haberet licentiam intrandi illud. Aliter autem exponitur ab aliquibus de tempore quod fuit ante destructionem ciuitatis immediatè, quia fideles qui erant in Ierusalem admoniti sunt per angelum vt fugerent in regnum Agrippæ vltra Iordanem, quia rex Agrippa erat confœderatus Romanis, & ideo ibi fideles saluati sunt, vt scribitur in Scholastica historia. Sequitur:*

6 Et qui in te. *Quasi dicat, melius est quod saluet vitam suam quàm rem possessam.*

7 Væ autem. *Quia prægnantes non possunt bene fugere aggrauatæ pondere, nec etiam nutrientes propter curam circa paruulos.*

8 Orate autem. *Hic incipit soluere secundam quæstionem de consummatione seculi. Et diuiditur in tres partes, quia circa consummationem sæculi primò ostendit tribulationis magnitudinem, secundò temporis incertitudinem, ibi:* De die autem illa & hora. *Tertiò excitat nostram solicitudinem, ibi:* Vigilate itaque. *Prima adhuc in duas, quia primò tangit tribulationem futuram tempore Antichristi & secundò aduentum ipsius Christi ad iudicium, ibi:* Statim autem. *Prima in duas, secundum quod tribulationem futuram tempore Antichristi describit ex duobus, primũ est violentia afflictionis. secundum est vehementia seductionis quod tangitur, ibi:* Tunc si quis vobis dixerit. *Circa primum aduertendum*

[Margin: Diuisio.]

MORALITER.

✠ 3 *Cum ergo videritis abominationẽ desolationis.* Abominatio stans in loco sancto est prælatus malus in ecclesia, de quo dicitur Zac. 11. d. *O pastor & idolum derelinquens gregem.*

4 *Tunc qui in.* Id est, confessione veritatis.

✝ *Fugiant ad montes.* Id est, quærant auxilium à Deo vt prouideat de pastore bono.

6 *Et qui in te.* Per quem significatur bonus contemplatiuus.

✝ *Et qui in agro &c.* Id est, bonus actiuus quasi dicat isti non dimittant occupationem suam bonam propter prælati maliciam.

7 *Væ autem prægnantibus & nu.* Id est, quilibet debet optare vt non impediatur fuga tanti mali ecclesiæ.

✠ Erit

a *Et nisi.* Quæ ergo spes electis, nisi gratia Dei, quæ dat patientiam piis, vt citius demat potentiam impiis? Quanto enim erit hęc tribulatio grauior, tanto erit breuitate moderatior. Vel dierum nomine, ipsa mala significantur.

b *Breuiati fuissent.* Non mensura, sed numero, ne mora temporum fides concutiatur credentium. Erūt enim hæc mala tribus annis, & dimidio tantum.

✠ CHRYSOSTOMVS. Intende autē Spiritussancti dispensationem, quoniam nihil horum scripsit Ioannes, vt non videretur ex ipsa eorum quæ facta sunt historia scribere, etenim post captionem Ierusalem vixit multo tempore. Sed qui ante mortui sunt & nihil horum viderūt, ipsi scribunt vt vndique fulgeat prænunciationis virtus.

Hom. 77. in Matth. — †Mat. 13. c. Luc. 17. c.

a ¶ Quia hæc tempora non sunt itineri conuenientia. b ¶ Hoc proprie temporibus Antichristi.

non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tribu- 1 2
a ¶ Cuius non concutiatur fides, cum persecutor pietatis erit operator virtutum.
a latio magna qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, ne- 3
b que fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua om- 4 5
a ¶ Ne desperent. ¶ In illa pressura.
nis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si 6 7
a ¶ Vestris imitatoribus. ¶ Apud Arianos. ¶ Apud Donatistas vel huiuscemodi.
c quis vobis dixerit: † Ecce hic Christus, aut illic, nolite crede- 8 9
a ¶ Membra eius qui se efferet super omne quod dicitur deus aut quod colitur.
re. Surgent enim pseudochristi, & pseudoprophetæ: & da- 10 11
a ¶ Aliquid magni significantia.
bunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducan- 12
¶ Vt præscii vigiletis. ¶ Quia præmoniti estis.
d tur si fieri potest etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo 13 14
e f a ¶ Christus moratur in dogmate gentilium philosophorum. b ¶ A fide ad doctrinam eorum.
dixerint vobis: ecce in deserto est, nolite exire: ecce in 15 16

Multi erunt qui non credent Christum esse communem salutem omnium, sed quorumdam, vnde dicitur: *hic aut illic.*

✠ CHRYSOSTOMVS. *Ecce hic.* Non enim sicut in priori aduentu in Bethleem apparuit, & in paruo angulo orbis terrarum, & nullo sciente à principio, ita & tunc erit: sed manifestè veniet, ita vt non indigeat quod aliquis eius aduentum annunciet. (vbi supra.)

✠ ORIGENES. Quando hæretici secretas & non vulgatas scripturas proferunt ad confirmationem mendacij sui, videntur dicere. Ecce in solitudine verbum est veritatis. Quoties autem canonicas proferunt scripturas, in quibus omnis Christianus consentit, videntur dicere, ecce in domibus est verbum veritatis. Sed nos non debemus exire à prima ecclesiastica traditione. Si dixerint vobis, Ecce in solitudine est nolite exire à regula fidei. Veritas enim similis est fulgori egredienti ab oriente & apparenti vsque ad occidentem. (Tracta. 30 in Matth.)

✠ IDEM. Cum complesset dominus ea quæ de Ierosolymis sunt, ad suum de cætero peruenit aduentum, & dicit eius signa non illis solum vtilia, sed & nobis, vnde dicit: *Tunc si quis vobis, &c.* Sicut autem cum supra dixit Euangelista, *In diebus illis venit Ioannes Baptista*, non tempus quod immediatè est consequens exposuit, cum 30. anni in medio essent: Ita & hic cum dicit, *Tunc*, totū mediū tempus prætermisit, quod futurum erat à captione Ierosolymæ, vsq; ad initia consummationis mundi. (Ibidem.)

c *Ecce hic Christus.* Habet vnaquæque hæresis, vel certas mundi partes, vnde dicitur:

Ecce hic & ecce ill. Vel in occultis aut in obscuris conuenticulis curiositatem hominum decipit, vnde dicitur: *Ecce in cubilibus ecce in deserto.*

Multi

d *Si fieri pos.* Id est, si aliquo modo fieri posset, vt Dei præfinitio mutaretur, & ideo non de veris intelligi potest electis.

e *Electi.* Non quod diuina electio frustretur, sed qui iudicio humano videntur electi.

✠ ORIGENES. Exaggeratorius sermo est; vult enim ostendere quoniam frequenter valde persuasorij sunt sermones hæreticorum, & commouere potentes eos qui sapienter agunt. (Tracta. 30. in Matth.)

f *Ecce in deserto.* Multi etiam credunt non venire in publicum sed

NICOLAVS DE LIRA.

aduertendum: quod quia prædixerat tribulationem Iudæorum ex destructione ciuitatis Ierosolymitanæ: vt patet ex prædictis: & nunc prædicit tribulationem fidelium futuram sub Antichristo maiorem; ideo conuertit se ad discipulos suos: in quibus admonet fideles pro illo tempore futuros, dicens: Orate au. &c. *Id est, tempore incompetenti ex aeris importunitate.*

1 Vel sabbato. *Id est, tempore incompetenti ad fugam ex quacumque alia causa: quia tunc non erit sabbatum obseruandum: in quo non erat licitum Iudæis ambulare vltra mille passus. Per sabbatum ergo intelligit tempus inconueniens ad fugam modo prædicto & subiungitur ratio cum dicitur:*

2 Erit enim tunc. *Id est, tempore Antichristi.*

3 Tribulatio magna, &c. *De præterito.*

4 Neque fiet. *De Futuro. Ex quo patet quod loquitur hic de tribulatione Antichristi quæ ab omnibus doctoribus dicitur maxima.*

5 Et nisi bre. fu. di. il. *Non est intelligendum quod dies sint breuiores tempore Antichristi quàm sint modo, quia quantitas diei causatur ex motu solis qui est vniformis: sed dies hic accipiuntur pro tempore, quia tempus illius tribulationis erit breue, quia non durabit vltra tres annos cum dimidio vt habetur Dan. 12. c. vbi dicitur, quod durabit* per tempus & tempora & dimidium temporis. *Causa autem huius breuitatis subditur cum dicitur:*

6 Non fieret sal. omnis caro. *Caro autem hic accipitur pro homine secundum quod habetur Gen. 6. a.* Non permanebit spiritus meus in homine in æternum quia caro est. *Sensus ergo est iste: Omnis caro non fieret salua, id est, nullus homo fieret saluus, si esset longum prædicta tribulationis tempus. Negatio enim postposita huic signo vniuersali, omnis, facit æquipollere signo vniuersali negatiuo: quia, omnis non, valet nullus, propter quod subditur.*

7 Sed propter electos bre. *Ne ex tribulationis magnitudine cadant à veritate.*

8 Tunc. *Hic consequenter ostenditur magnitudo tribulationis ex vehementia seductionis, quia mult discipuli Antichristi venient ad seducendum populum, dicendo; quod ipse sit verè Christus in lege & in Prophetis promissus: & ideo hoc prædicit, ne fideles tunc decipiantur, di.* Tunc. *Id est, tempore Antichristi:*

9 Si quis vo. di. *Et quia non solum modo habebunt verba ad decipiendum, sed etiam signa quod est difficilius ad euadendum; ideo subdit:*

10 Surgent enim. *Per hoc intelligit Antichristum & discipulos eius, qui sunt membra ipsius.*

11 Et da. sig. *quia virtute dæmonum possunt multa mirabilia fieri, quando permittuntur à Deo.*

12 Ita vt. *Hoc dicit quia prædestinatio licet sit certa, tamen non tollit libertatem arbitrij. Ista enim propositio: Prædestinatus potest damnari, falsa est in sensu composito, tamen in sensu diuiso vera est, sicut diffusius declaratur primo sententiarum.*

13 Ecce prædixi vobis. *quasi dicat, Ad hoc ista prædico nunc, vt caueatis pro tunc, quia minus iacula feriunt quæ præuidentur, secundum quod dicit beatus Grego.*

14 Si ergo di. vo. ec. in. *Christus supple, tanquam homo religiosus in loco deserto existens.*

15 Nolite exi. ad vi. *Scilicet, eum ne seducamini. Et si dixerint.*

16 Ecce in pe. *Id est, in locis occultis.*

Nolite

MORALITER.

† 2 *Erit enim tunc tribulatio magna qualis, &c.* Scilicet, figuratiuè quia malus prælatus est Antichristi figura: qui sedebit in templo Dei, vt dicitur 2. Thessa. 2. b. Ideo dicitur. 1. Io. 2. c. *Iam Antichristi multi sunt.* Tamen dies talium aliquando breuiantur per bonorum orationes.

9 *Tunc si quis.* Nunc autem fit hoc mystice: nam adulatores multi laudant malos prælatos & principes, tanquam sint boni Christiani: Christus enim Gręce dicitur, vnctus Latine. Episcopi vero & reges saltem aliqui sunt vncti.

✠ Noli-

a penetralibus, nolite credere. † Sicut fulgur exit ab oriente, & † patet vsque in occidentem: ita erit aduentus filij hominis. † Vbicumque * fuerit † corpus: illic congregabuntur & aquilæ. b † Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, c & luna non dabit lumen suum & stellæ cadent de cœlo & virtutes cœlorũ cõmouebuntur. Et tunc † parebit signum filij hominis in cœlo: & tunc plangent omnes d tribus terræ, & videbunt filium hominis veniente in nubibus

¶ Hæreticorum, qui se iactant arcana dei nosse. ¶ Contra hoc quod dixit: Ecce in penetralibus. a ¶ Cunctis videntibus, non in secreto. a ¶ Contra quod dixit: Ecce hic, ecce illic. b ¶ Nec vno loco, nec occultus erit aduentus Christi sed in toto orbe manifestabitur. a ¶ Verus Christus non est fictitius. b ¶ Eo festinat intentio sanctorum, qui in veri splendore solis suos possunt figere intuitus. a ¶ Non quod tota transacta, sed quia præcedet tribulatio vt sequatur quorumdam defectio. a ¶ Id est lumine carebunt. b ¶ Timebunt angeli, quanto magis homines. ¶ Et venient ad vos. a ¶ Thau, impressum frontibus fidelium. ¶ Vel signum crucis, vt videant in quem transfixerunt, vel vexillum signum victoriæ triumphantis. ¶ Sero accusante conscientia. ¶ Ad iudicandum.

A sed in deserto. Multi credunt Christum dedisse secretiora præcepta fidei aliis, non omnibus, vnde dicitur, *in penetralibus*. *Nolite credere*, quod Christus in deserto vel in penetralibus, sed quod fides eius ab oriente in occidentem in catholicis fulget clara & manifesta. Ne ergo credatur schismaticis. Nomine Orientis & Occidetis totum orbem designat.

a *Sicut enim ful.* Pro manifestatione & claritate inter nubila, vel noctem huius seculi. Stultum est B ergo eum quærere in paruo loco, vel in abscondito, qui totius mundi lumen est. Et ne loci in quo futurus est essemus ignari, ait, *Vbicunque fuerit corpus*, id est, in cœlum quo hinc leuauit corpus susceptum: quia *rapiemur obuiam* C *Christo in aera, & sic semper cum domino erimus*. De naturali exemplo Christi astruit sacramentum. Aquila & vultures dicuntur transmarina sentire cadauera, ibique congregari. Nonne ergo nos rationales congregabimur ad eum qui vt fulgur erit? Vel per corpus quod significantiùs dicitur cadauer, quod morte cadat, passionem Christi intellige ad quam prouocamur, vt vbicunque legitur congregemur, & per illam venire possimus ad verbum Dei.

Vel sancti sunt Aquilæ, qui innouantur consumpta vetustate ad petram qui est Christus.

b *Statim autem post.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Tribulationem dicit dierum Antichristi & pseudoprophetarum. Tribulatio D enim tunc erit magna, tot existentibus deceptoribus, sed non extendetur per temporis longitudinem. Si enim Iudaicum bellum propter electos decurtatum est, multò magis propter eos hæc tribulatio abbreuiabitur, propter hoc addidit *statim*.

c *Sol obscu. &c.* MYSTICE. Ecclesia speciosa vt luna, electa vt sol, & quæ nocte illuminat vt stellæ: tunc non apparebit impiis vltra modum sæuientibus. Et ca- E dent multi qui fulgere videbantur, & fir- missimi turbabuntur.

Vel sol & luna & stellæ ad tempus suo lumine priuabuntur, vt vicinũ indicent aduentum domini. Sed peracto die iudicij mũdo innouato maius lumen recipient. F Vel superueniẽte claritate veri luminis, videbuntur obscurari & nullius esse luminis, & angeli in tenebras reputabuntur.

Iob dixit: *Columnæ cœli contremiscunt, & pauent aduentum eius.* ✠ ORIGENES. Sicut autem in dispensatione crucis sole deficiente tenebræ factæ sunt super terram: sic & signo filij hominis in cœlo apparente deficiẽt lumina solis, lunæ & stellarum.

d *In nubibus.* ✠ AVGVSTINVS. Ipsum aduentum accipe, quando venturus est ad viuos & mortuos iudicandos in corpore suo, in quo sedet ad dexteram patris, in quo etiam mortuus est & resurrexit & ascendit in cœlum & sicut in actibus legitur, *Nubes suscepit eum &c.*

& quia

Marginalia: † apparet. † Luc.17.g. 14. qu. 1. c. quoniam vetus. * Enim. † Ioel.2.g. Mar.13.c. † apparebit 1.The.4.d. Luc.17.c. † cadauer. Iob. 26 c. Vbi supra. Epist. 80. Hom. 77. in Matth.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nolite cre. *Ratio autem subditur.*

2 Sicut enim ful. *Quia licet aduentus Christi in carne fuerit occultus, tamen aduentus eius ad iudicium erit ita manifestus, quod non poterit aliquem latere propter quod subditur.*

3 Vbicumque fue. *Id est Christus in humanitate, quia sicut supra frequenter dictum est, iudicabit in forma humana gloriosa tamen.*

4 Illic congrega. *Id est, sancti occurrentes obuiam Christo venienti ad iudicium, secundùm quod dicitur infra 1. ad Thessal. 4.*

Diuisio. 5 Statim autem. *Descripta tribulatione, quæ futura est per Antichristum, describit aduentum Christi ad iudicium. Et diuiditur in duas partes: quia primò describit quædam signa præcedentia iudicium. Secundò describit iudicis aduentum, ibi:* Et tunc apparebit. *Circa primum aduertendum quod prout dicunt doctores & sancti, post tribulationem Antichristi antequam appareant manifesta signa iudicij, erit tempus breue in quo poterunt illi qui fuerunt decepti per Antichristum pœnitere, & hoc signatur Apoc. 8. a.* Factum est silentium in cœlo quasi media hora. *Istud enim tẽpus non durabit vt dicunt, nisi per 40. dies vel circiter & hoc est quod dicitur hic:* Statim autẽ, &c. *Id est, paruo tempore elapso post tribulationem Antichristi apparebunt signa manifesta, propinqui iudicij: & hoc est quod subdit:*

6 Sed obscura. *Non per priuationem sui luminis, cum sit ei naturalis. Corpora autem cœlestia tunc manebunt in sua natura integra. sed ista obscuritas erit respectu nostri per interpositionem alicuius corporis opaci, quemadmodum fit in eclipsi.*

Quomodo intelligitur quod luna non dabit lumen. 7 Et luna. *Quod potest dupliciter intelligi, vno modo, quia erit interposita inter terram & solem & sic pars lunæ quæ est versus terram, obscurabitur, cùm non habeat lumen nisi à sole. Alio modo per interpositionem nubium obscurarum.*

8 Et stellæ cadent de cœl. *Non quantum ad earum substantiam cum sint incorruptibiles, sed secundum apparentiam: quia verè stellæ abscondentur per nubium densitatem & de nubibus versus terram descendent exhalationes ignitæ, quæ dicuntur stellæ cadentes.*

9 Et virtutes cœlorum com. &c. *Virtutes hic accipiuntur angeli, qui sunt de medio ordine secundæ hierarchiæ: ad quorum officium spectat cooperari aliquo modo ad miracula, secundùm quod dicit Beatus Dionysius. Et ipsi tunc frequentiùs solito mouebuntur ex diuina voluntate ad faciendum miraculosas transmutationes in elementis, ad incutiendum hominibus terrorem iudicis venientis.*

10 Et tunc. *Hic describit iudicis aduentum, & circa hoc duo facit, quia primò facit quod dictum est. Secundò inducit exemplum ab arbore fici: Dicit ergo:* Tunc, *Id est immediatè post signa prædicta.*

11 Parebit signum filij homi. *Id est crux, claui, & lancea, quæ sunt passionis Christi instrumenta.*

Vel aliter. Signum *id est, cicatrices, quæ apparebunt in Christi corpore. Ista autem apparebunt in cœlo, id est, in aere: qui aliquando vocatur cœlum in scriptura.*

12 Et tunc plan. &c. *Id est, aliqui de omnibus tribubus & nationibus in quibus sunt aliqui mali: quibus aduentus iudicij erit tristabilis.*

13 Et videbunt filiũ hominis. *Quia sicut dictum est in forma homines iudicabit.*

14 Venientem in nu. cœli. *Sicut in nube ascendit in cœlum ab apostolis, propter quod dicitur Act. 1. b.* Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum sic veniet.

Cum

MORALITER.

1 *Nolite credere.* Scilicet talibus adulatoribus, quia prophetæ sunt Antichristi.

3 *Vbicunque fuerit corpus illic congregabuntur &c.* Id est, vbi est bonus prælatus, ibi congregantur bonæ personæ.

5 *Statim autem post tri.* Scilicet electionis vel prouisionis peruersæ. nam talis prouisio est ecclesiæ magna tribulatio.

6 *Sol obscurabitur &c.* Quod fit moraliter quando malus præficitur.

7 *Et luna non dabit lumen suum.* Id est, ecclesia quæ lumen habet à bono pastore sicut luna à sole, propter quod ipso subtracto deficit lumen ecclesiæ.

8 *Et stellæ cadent de cœlo.* Id est religiosi de contemplationis excelso.

9 *Et virtutes cœlorum mo.* Nam perfecti de Dei patientia in permissione mali prælati mirantur.

14 *Et videbunt, &c.* Id est, Christum qui in tali tribulatione venit aliquando pro consolatione bonorum, deiiciens malum prælatum, & substituens bonum.

7 Et luna

Et mittet

& quia illic dictum est ab Angelis, *sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum*, meritò credendus est non solùm in eodem corpore sed & in nube venturus.

Vel in nubibus, id est, in sanctis, sicut quotidie facit dum prædicatores & angelos mittit.

a *Cum vir.* Secundus aduentus non in humilitate vt prior, sed in gloria demonstrabitur.

b *Cum tuba, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Quid autè tubarum sonus sibi vult? ad exsuscitationem, ad gaudium, ad exprimendum rerum stuporem, ad dolorem eorum qui relinquuntur.

c *Et congregabunt.* ✠ ORIGENES. Scriptum est autem in numeris, quod ex quatuor ventis congregabant sacerdotes tubicinantes eos qui sunt ex castris Israel, secundum quorum comparationem de Angelis Christi consequenter dicitur, *& congregabunt.*

a ¶ Sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.
¶ Qui quasi humilis & infirmus iudicatus est.

a cœli cùm † virtûte multa & maiestate. † Et mittet angelos 1 2

a ¶ De qua apostolus loquitur. b ¶ Tam aperta & tam intensa voce quæ vbique à mortuis audiatur. c ¶ Ad iudicium.

b suos cum † tûba & vôce magna: & côngregabunt electos 3 4

a ¶ Id est, mundi climatibus Oriente, Occidente, Aquilone, Austro.

c d eius à quatuor vèntis, à summis cœlorum vsque ad † terminos 5 6

a ¶ Sub exemplo arboris docet de aduentu consummationis.

e eorum. † Ab arbôre autem fici discite † parabolam: cum iam 7 8

¶ Intelligitis æstatis aduentum.

ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prope est æ- 9

a ¶ Quæ scripta sunt, quæ dixi supra.
b ¶ Ne putetis iam esse consummationem mundi, sed præcursiones quasdam quæ ostendunt quòd prope sit in ianuis.

stas: Ita & vos cum videritis hæc ômnia, scitôte quia prope

a ¶ Credite quæ dixi. b ¶ De morte ad immortalitatem, donec veniat dies domini.

est in ianuis. † Amên dico vobis quia non prætèribit hæc 10

a ¶ Vel omne genus hominum, Vel gens Iudæorum, quæ non deficiet donec veniat dies domini.
b ¶ Aerum non æthereum. c ¶ Innouabuntur.

f generatio, donec omnia fiant. † Cœlûm & terra transibûnt, 11 12

a ¶ Sed sicut dicuntur, sine vlla imminutione implebuntur.
¶ Ne Apostoli quærerent certam horam aduentus Christi, qui intelligitur etiam in morte vniuscuiusque.

g verba autem mea nôn præteribunt. De die autem illa & 13 14

a ¶ In quo filius & Spiritussanctus intelligitur.

h hora nemo scit, neque angeli cœlorum, nisi pâter * solus. 15 16

d *A summis cœ.* Ne quis putaret à quatuor plagis terræ, & non à cunctis finibus eius, simul & mediterraneis regionibus electos esse congregandos, subditur: *A summo terræ vsque ad summum cœli*, id est, ab extremis terræ finibus per directum vsque ad vltimos terminos eius: vbi longè aspicientibus circulus cœli, terræ videtur insidere.

e *Ab arbor.* MYSTICE. A populo Israel, in quo cæcitas ex parte contigit: & fuit ficus damnata. Sed cum de arido ligno ramus fidei & charitatis in eo viruerit, & folia, id est, verba prædicationis exorta fuerint, propè est æstas, quæ expectatur, id est, æterna serenitas & renascentium desiderata nouitas. Cùm enim tandem ablata perfidia Israel omnis saluus fiet, prope esse diem iudicij non dubitandum est.

f *Cœlum & terra.* Innouabuntur, deposita priori forma, permanente autem substantia, vnde dicitur. *Terra in æternum stabit.*

g *De die.* Ne fortè auditis signis, quærerent etiam illius diei certum terminum, ait: De die nouissima, post quot annos vel dies ventura sit, nolite esse solliciti, nulli diffinitum est, quòd vel in die vel in nocte iudicium futurum sit, sed pro manifestatione dicitur dies, vel pro occultatione nox.

h *Nemo scit, &c.* In quibusdam códicibus additur, *neque filius*, Qui quidem omnia scit cum patre, sed non facit homines scire, sicut Apostolus ait: *in eo esse absconditos thesauros sapientiæ & scientiæ.* Non facit scire, quia inutiliter sciretur. Sed semper simus incerti de aduentu iudicis, vt sic quotidie viuamus quasi in alia die iudicandi simus. Neque electi angeli quemquam scire fecerunt. Vel nulli sanctorum angelorum concessit Deus noticiam

Marginalia: a potestate multa & gloria. † Mar. 13. c. Hom. 77. in Matth. † tuba vocis magnæ. † Mar. 13. c. Tractatu. 30 in Matt. † Mar. 13. d. † Extrema. Eccl. 1. † Similitudinem. † 35. q. 10. c. fraternitatis. * Meus. Col. 2. a. Lucæ 21.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cum virtute mul. *Quia primus eius aduentus fuit in infirmitate, secundus erit in virtute.*

2 Et maie. *Quia veniet vt dominus, qui primo venit vt seruus.*

3 Et mit. angel. su. *Quia ministerio angelorum colligentur cineres mortuorum.*

4 Cum tu. *Sicut enim in datione legis auditus est sonitus terribilis vt habetur Exod. 19. c. ita audietur tunc sonitus consimilis, virtute angelorum factus in elementis.*

5 Et vo. ma. *Illa vox erit vox Christi vocantis mortuos ad iudicium, ex cuius virtute suscitabuntur.*

6 Et con. ele. *Licet enim omnes adducantur ad iudicium, tamen electi specialiter adducentur ministerio sanctorum angelorum, quia erunt concines eorum.*

7 A quatuor ven. *Id est, à quatuor partibus mundi, vnde oriuntur principales venti: & per hoc intelliguntur aliæ partes orbis minus principales.*

8 A summis cœlorum, &c. *Iste modus loquendi est secundum apparentiam, quia summum cœli videtur esse super Zenith capitis nostri. Terminus autem cœli videtur vbi terminatur aspectus noster, quia ibi videtur cœlum coniungi terræ, licet secundum veritatem æqualiter distet à terra vndique. Est ergo sensus,* A summis cœlorum, &c. *Id est, ab omni loco qui sub cœlo est, adducentur electi ad locum iudicij.*

9 Ab arbore autem fici discite parabolam. *Hic ad declarationem prædictorum adducit exemplum, quia sicut viriditas arboris incipiens est signum æstatis propinquæ, ita signa prædicta erunt signa ipsius iudicis immediatè venientis: & hoc est quod dicit:* Ab arb. fici. *Id est, similitudinem ad propositum congruam, & patet litera. Sequitur:*

10 Amen dico vobis, &c. ge. hæc. *Id est, congregatio fidelium.*

11 Donec omnia fi. *Quia quantumcunque fideles opprimantur tempore Antichristi, tamen aliqui permanebunt in fide stabiles vsque ad finem mundi.*

12 Cœlum & ter. &c. *Non quia corrumpantur secundum suam substantiam, sed quia cessabit motus cœli, & transmutatio in elementis. Ista enim ordinata sunt ad contemplandum numerum electorum, & ideo ipso completo in iudicio cessabunt, sicut ea quæ sunt ad finem habitô fine.*

13 Verba autem mea non. *Per verbum enim Christi factus est mundus, & ideo verbum eius est ipso mundo stabilius.*

14 De die autem. *Hic circa iudicium ostendit temporis incertitudinem. Posset enim aliquis credere, quod ex signis prædictis posset aliquis tempus iudicij determinatum certitudinaliter cognoscere, ideo hoc excludit dicens:* De die autem illa. *Quia per rationem naturalem homo non potest tempus illud certitudinaliter cognoscere, quia dependet ex simplici voluntate Dei. Similiter nec per reuelationem cognoscit: quia si hoc reuelasset aliquibus, hoc fuisset factum apostolis qui fuerunt maximè illuminati: & tamen ipsis de hoc quærentibus, Act. 1. a. respondit:* Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate: *Quod exponens Augus. 18 de ciuitate Dei, dicit: Omnium calculantium digitos resoluit ille qui hoc dixit, per digitos potentiam numerandi intelligit.*

15 Neque angeli cœlorum. *Sicut enim principium mundi à solo Deo fuit præcognitum, quia mundus immediatè est ab ipso factus, ita & finis mundi soli Deo est cognitus, & homini Christi reuelatus ad quem pertinet iudicare de omnibus.*

16 Nisi pater solus. *Per hoc non excluditur filius vel spiritussanctus, sed magis*

MORALITER.

3 *Et mittet. ange. suos, &c.* Tunc enim mittuntur angelici viri cum tuba prædicationis ad congregandum electos hinc & inde in vnitate charitatis.

8 *A summis cœlorum.* Id est, à maioribus vsque ad minores, quia prædicatio debet esse communis.

9 *Ab arbore fici discite, &c.* Per ficum cuius dulcis est fructus, significatur bonus prælatus, qui in institutione sua incipit virescere per opera bona: & hoc est signum fructificationis bonæ in se, & in alijs de proximo futuræ.

14 *De die autem illa & hora nemo, &c.* Istud ad literam exponitur de die iudicij generaliter. MORALITER autem potest exponi de die iudicij particularis, qui est dies mortis cuiuslibet hominis. Diem autem mortis suæ nullus scit nisi Deus sibi reue-

noticiam diei huius, neque filio adoptiuo, id est, neque vlli sanctorum hominum.

a *Sicut autem.* Subitum aduentus sui diem plurimis affirmat exemplis, Nam & fulguri citò omnia transuolanti comparauit & diebus Noe, vel Loth secundum alium euangelistam æquiparat.

Luc. 17. f. Gen. 6. c.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vt autem addiscas quod non ignorantiæ suæ est quod de die & hora iudicij tacet, aliud signum inducit de diebus Noe, ostendens quod repente venit & inopinatè & multis lasciuientibus. Hoc enim & Paulus dicit, *cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.*

Hom. 78. in Matth. + Gen. 6. & 7. Luc. 17. f. † ducentes vxores. 1. ad Thess. 5. † pistrino.

✠ MYSTICE. Noe arcam ædificauit, cū dominus ecclesiam construit, quam consummatam ingreditur cum eam in die iudicij præsentia visionis suæ æternus habitator illustrat. Sed cum ædificatur arca, iniqui luxuriantur, cum intratur intereunt, quia qui hic sanctis certantibus insultant, illis coronatis puniuntur.

† Mat. 13. d

a ¶ Sic repentinus interitus incredulis superueniet cum dixerint pax, &c.

a ✝ Sicut autem in diebus Noe, ita erit & aduentus filij hominis. b Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, ✝ nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit in arcam Noe, & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. c Tunc duo erunt in agro, d vnus assumetur & ✝ vnus relinquetur. e Duæ molentes in ✝ mola, vna assumetur, & ✝ altera relinquetur. f Duo in lecto, g vnus assumetur, & ✝ alter relinquetur. h ✝ Vigilate ergo, i quia nescitis qua ✝ hora dominus vester venturus sit. k Illud autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati:

(1 ¶ Gulæ dediti. 2 ¶ Ebrietati dediti. ¶ Et his toti dediti & iudicii diem contemnentes perstiterunt vsque in eum diem. 3 a ¶ Cognoscere noluerunt quamuis Noe prædicante. 4 a ¶ Tanquam fur comprehendit filios noctis. 5 a ¶ In illa consummatione. b ¶ Prædicatores. c ¶ Inuenientur in semente pares, sed non æquè metentes fructus. ¶ Occupati secularibus. ¶ Qui habuerunt tanquam non habentes. a ¶ Qui in incerto diuitiarū sperauerunt. a ¶ Continentes, non occupati ecclesiasticis vel secularibus. a ¶ Ecce quò tendant quæ dixit. ¶ Solliciti estote Hæc enim est causa, cur nescire vult nos diem aduentus sui. ¶ Probat quod debent vigilare & sobrii esse. 7 ¶ Spiritus. a ¶ Deus in morte. b ¶ In illa hora quæ sibi esset suspecta. ¶ Id est corpus. ¶ Sine macula & ruga.)

e *Duæ mol.* Duæ differentiæ sequentium orbem rerum mobilium, qui fœminino genere designantur, quia maiorum consilio reguntur fœminæ à viris.

f *Duo in lecto.* Qui ocium eligunt, & quietem, quæ significantur nomine lecti, nec sæcularibus nec ecclesiasticis negociis occupati.

g *Vnus assu.* Qui propter Deum continere studet, vt sine sollicitudine viuens cogitet quæ Dei sunt. Qui autem humana laude, vel aliqua viciorum corruptione monasticam vitam elegerit, relinquetur à Deo. Non sunt alia genera hominum, quàm hæc tria in ecclesia. Vnde Ezechiel tres viros liberatos vidit, Noe, Daniel, & Iob, id est, rectores vt Noe, continentes vt Daniel, coniugatos vt Iob. Et secundum hæc tria genera hominum, tres supponit parabolas. In prima agit de laborantibus in agro, quod est vbi dicit: *Vigilate ergo.* In secunda agit de existentibus in lecto, quod est vbi dicit: *Simile est regnum cœlorum decem virginibus.* In tertia agit de molētibus in mola, quod est vbi dicit. *Sicut enim homo peregrè profici. &c.*

† alter. Tria sunt genera hominum. † vna. † vnus. † custodia.

b *Comedentes & bibentes, nuben. &c.* Non alimenta & nuptiæ, sed immoderatus licitorum vsus arguitur. Post bella, fames, terræmotus, &c. tunc breuis sequetur pax, vt fidelis probetur, an trāsactis malis speret iudicem venturum, vnde dicitur: *Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.*

1. Thess. 5. a Luc. 12. e.

c *Tunc.* Lucas, *in illa nocte*, id est, in illa tribulatione qua probantur, in qua alij permanent, alij cadunt.

d *Duo erunt.* Duæ differentiæ prædictorum sunt in ecclesia, quasi in agro laborantium, eorum qui sincere Christum annunciant, & eorum qui verbum Dei adulterant.

✠ CHRYSOSTOMVS. Aliud signum ponit per quod ostendit & quod inopinabiliter dies ille veniet & quod diem illum ignorat dicens: *Tunc duo. &c.* Ex quibus verbis ostenditur quod assumentur & relinquentur & serui & domini & qui in otio & labore.

Hom. 78. in Matth.

h *Vigilate ergo.* HIERONYM. Non dixit quia nescimus, sed quia nescitis, vt ostendat se diem iudicii non ignorare.

✠ GREGORIVS. Vigilat, qui ad aspectum veri luminis oculos apertos tenet. Vigilat, qui seruat operando quod credit. Vigilat, qui à se corporis & negligentiæ tenebras repellit.

Hom. 13. in Euang.

i *Quia nescitis.* ✠ AVGVSTINVS. Imparatum enim inuenit ille dies, quem imparatum inuenerit suæ vitæ vltima dies.

Epist. 80.

✠ IDEM. Vani sunt omnes siue qui consummationem mundi scire se profitentur quando erit, siue qui vitæ propriæ finem scire se gloriantur quem nemo scire potest, nisi spiritu sancto illuminatus.

Lib. de prædestin. sanctor. c. 1.

k *Si sciret, &c.* Nesciente patrefamilias fur domum perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors carnis habita-

c *Dua*

NICOLAVS DE LIRA.

sed magis includitur, quia vna est noticia trium personarum. Dictio enim exclusiua addita vni personæ in diuinis respectu termini essentialis non excludit aliam, vt diffusius tractatur primo sententiarum: sic autem est in proposito, quia illa quæ important respectum ad creaturam sunt communia tribus: Huiusmodi autem est noticia diei iudicij. Confirmat autem prædicta per exemplum veteris testamenti, dicens:

1 Sicut autem fuit in die. Noe. *Quando diluuium erat occultum.*

2 Ita erit aduentus fi. ho. *Id est, Christi venientis ad iudicium.*

3 Sicut enim erant in diebus ante diluuium. *Id est, in magna securitate existentes.*

4 Donec venit dilu. & tulit. *Id est, perdidit excepto Noe, & his qui cum eo erant in arca.*

5 Ita erit aduentus filii hominis. *Quia hominibus in securitate existentibus: & de nullo timētibus, subitò veniet tribulatio Antichristi. Vel secundum alios istud refertur ad tempus post mortem Antichristi ipso mortuo, & per consequens hominibus in securitate existentibus, subitò apparebunt signa iudicij & iudicis aduenientis.*

6 Tunc. *Per existentes in agro intelliguntur prælati, quorum officium est laborare in agro militantis ecclesiæ. Per molentes in mola, vbi est magnus labor corporalis, intelliguntur actiui. Per existentes in lecto intelliguntur contemplatiui, qui sunt in requie contemplationis. De istis tribus dicitur:* Vnus assumetur, *quia istorum trium statuum aliqui stabunt in fide in persecutione Antichristi, & aliqui cadent. Et similiter adueniente iudicio aliqui assumentur ad gloriam, aliqui relinquentur ad pœnam.*

7 Vigilate. *Hic ex prædictis excitat nostram sollicitudinem. Quia enim tempus iudicij est incertum, ideo semper debemus esse parati ad ipsum expectandum: quia in tali statu, in quo aliquis capietur in morte, qua etiam nobis incerta est, ita etiam in tali statu præsentabitur in iudicio. Ad hoc etiam adducit duplex exemplum: Primum est de patrefamilias qui sollicitus est de custodia domus: & multò fortius nos debemus esse solliciti ne perdamus vitam eternam. Quod erit si inueniamur imparati per carentiam gratiæ in morte: & hoc est quod dicit:* illud autem, *& patet litera. Secundum exemplum ponit ibi:*

Quis

MORALITER.

reuelauerit, ideò subditur.

1 *Sicut autem fuit in diebus Noe, &c.* Erant enim tunc comedētes & bibentes in securitate, diluuium non timentes. Sic etiam multi de morte sua non cogitant, quamuis certitudinaliter sint morituri, ideo subditur:

2 *Ita erit & aduentus filij hominis.* Ad particulare iudicium venientis: Nam aliqui moriuntur repentè in prandiis & festiuitatibus magnis: & de operantibus in agro vnus aliquando fulguratur, & alii relinquuntur: & sic est in aliis sequentibus exemplis: & ideò concluditur.

7 *Vigilate ergo.* Vos ad mortem sollicite præparando.

2 *Ita* *Quis putas*

habitaculum irrumpit,& ad supplicium trahit. Furi autem resisteret si vigilaret, quia aduentum iudicis occulte venientem præcauens occurreret pœnitendo.

a *Quis putas est fidelis seruus.* Tribus similitudinibus fulguris, furis, & submersionis Pentapolis terrorem iudicij introduxit

Sit etiam fidelis seruus & prudens vt non effundat rationabilem & spiritualem cibum quibus non oportet, volés ostendere se esse prudentem illis scilicet qui magis necessarium habent verbum quod mores eorum ædificet,& vitam componat, quàm quod ædificet scientiæ luce.

communiter ad omnes, vt vigilarent & parati essent. Nunc specialiter ad prælatos loquitur qui humiles, prudentes non appetentes bonum propter lucrum temporale, sed verbo & exemplo & opere debent pascere oues. *Quis putas,* quasi dicat: Admonendi estis. Nam quàm rarus est domino propter dominum seruiens, oues Christi non ad lucrum, sed amore Christi pascens.

b *Prudens.* In futuro sibi prouidens.

c *Quem consti.* Quã rarus qui sit vocatus à Deo tanquam Aaron & non magis se ingesserit, & qui non magis se pascat quàm oues.

a ¶ Difficultatem ostendit per,quis,non impossibilitatem virtutis.

a quia † nescitis qua hora filius hominis venturus est. † Quis 1
¶ Bene erogando pecuniam domini sui. ¶ Christus.
b c putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit domi- 2
a ¶ Discernens capacitatem singulorum. ¶ Ecclesiam. b ¶ Pro capacitate adiutorium. c ¶ Sermonis diuini,vel exempli sui.
nus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore: † 3
a ¶ Christus.
d Beatus ille seruus, quem, cùm venerit dominus eius, inue- 4
a ¶ Cibum ministrantem.
e nerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super om- 5
a ¶ Pro tempore & cætera supradicta. Tum pro vita sua, Tum pro gregis custodia. ¶ Non vt soli,sed vt præ cæteris habeant æterna præmia. ¶ E contra si dissimulauerit iudicium Dei in proximo venturum securitatem sibi ipsi faciens.
niã bona sua constituet eũ: Si autem dixerit malus seruus ille 6
in corde suo, moram facit dominus meus venire, & cœperit 7
a ¶ Iniuriis afficere. b ¶ Ipse autem sit deditus gulæ vel ebrietati vel facinoribus & illecebris sæculi plenus sit.
f percutere conseruos suos, manducet autem & bibat cum
a ¶ In quo omnes mali præpositi intelliguntur.
ebriosis: veniet dominus serui illius in die qua non † spe- 8
a ¶ A consortio fidei. b ¶ Sortem eius.
rat,& hora qua ignorat, & † diuidet eum, partemq; eius po- 9 10
a ¶ Licet non fuisset hypocrita. b ¶ Pro calore. c ¶ Pro frigore.
g h net cum hypocritis: illic erit fletus & stridor dentium. 11

d *Beatus ille.* Æterna autem beatitudine glorificandus est qui domino veniente ad iudicium repertus fuerit fideliter annonam verbi ministrans & in cura gregis vigilans. Rarus inuenitur fidelis vel prudens, sed qui talis inuenitur beatus est.

e *Super.* Id est, super omnia cœlestis regni gaudia, cæteros, id est, bonos auditores faciet discumbere, & transiens ministrabit eis.

f *Percutere conseruos.* Iniuriis afficere vel infirmorum conscientias prauo verbo vel exemplo viciare. Vnde Lucas ait *seruos vel ancillas,* quorum quanta infirmior est ętas vel sexus, tantò facilior est ruina.

† Luc. 12. c. De pœ. di. 1. § si lacet- dos. † Luc. 12. c. † dissecabit † expectat. Luc. 12. f.

✠ ORIGENES. Conuenire in vnum fidelem & prudentem rarissimum est. Vt autem in tempore det cibum, necessariam habet quis prudentiam: vt autem non adimat quis cibos indigentium, opus est fide, quoniam & secundum simplicem intellectum opus habemus vt fideles simus ad dispensandum Ecclesiæ reditus & non deuoremus quæ sunt viduarum, vt memores simus pauperum & ne occasionem accipientes ex eo quod scriptum est, dominus constituit his qui euangelium prædicant de euangelico viuere, amplius quæramus quam cibum & vestimenta, & vt nec amplius teneamus nobis, quam his qui necessitatem patiuntur. prudentes autem vt prudenter intelligamus indigentium causas propter quas sunt indigentes. Sit

Tracta. 31. in Matth.

✠ ORIGEN. Peccat autem in Deum quicumque Episcopus qui non quasi conseruis seruus ministrat, sed quasi dominus, frequenter autem amarus & quasi dominus dominãs per vim, similis constitutus Ægyptiis qui affligebant vitam filiorum Israel cũ vi. Nec esurientes suscipit, sed epulatur cum ebriosis & semper somniat quod post multum temporis venturus est dominus.

Tracta. 31.

g *Cum hypocri. &c.* Cum illis scilicet qui erant in agro, & qui molebant, & nihilominus derelicti sunt. Qui dicuntur hypocritæ, & in agro, & in mola, id est, qui bona videbantur facere, sed exitus diuersæ voluntatis apparuit.

h *Fletus.* Per similitudinem membrorum magnitudo ostenditur tormentorum. ☞ CAP.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Quis putas. *de seruo patrisfamilias qui sollicitus est regere domum sibi commissam, non solum in præsentia domini, sed etiam in absentia, vt sic veniens dominus eum remuneret. Si autem in contrarijs actibus ipsum inueniat, æternaliter puniat. Iste autẽ seruus est quilibet Christianus qui est dispensator domini sui. Quod potest intelligi tripliciter. Vno modo in dispensatione spiritualium, quod proprie pertinet ad prælatos. Alio modo regimine temporalium quod pertinet ad principes seculares & iudices. Tertio modo in bono vsu gratiarum sibi à Deo collatarum & hoc pertinet ad omnes. hoc ergo est quod dicit:* Quis putas est fidelis, &c.

2 Quem constituit. *Et potest responderi, vt patet ex prædictis. Hic est bonus prælatus vel bonus iudex, vel etiam bonus simplex Christianus, quia vt dicitur in Ecclesiastico.* Cuilibet mãdauit Deus de proximo suo.

3 Vt det illis. *Id est, auxilium, id est, in tempore necessitatis, ad quod quilibet prædictorum tenetur, vt visum est.*

4 Beatus ille ser. quem. *Quærens in morte rationem seruitij sui,* inuenerit sic facientem, *id est, in actibus charitatis se exercentem, quia per talia meretur beatitudinem, propter quod subditur:*

5 Amen dico vobis quoniam super. *Quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus. vt dicitur.* 3. *de consolatione. ph.*

6 Si autem dix. malus seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus. *Hoc dicunt illi qui non cogitant de morte.*

7 Et cœperit percutere conseruos. *Id est, occupare se in actibus malis, & charitati contrariis.*

8 Veniet dominus, &c. *Quia nihil est incertius hora mortis.*

9 Et diuidet. *Separando animam à corpore in morte.*

10 Partémque eius *Id est, cum falsis Christianis separando ipsum à beatis, & coniungendo condemnatis.*

11 Illic erit fletus. *Hoc supra expositum est ca.* 13.

MORALITER.

1 *Quis putas.* Hic est bonus prælatus, qui subditos suos pascit pabulo sacræ scripturæ & eucharistiæ, quem si dominus inuenerit vigilantem super personę suæ gregisque sui custodiam,

5 *Super omnia bo.* Dando ei seipsum & per consequens omne bonum bonum.

6 *Si autem dixe.* De aduentu eius in morte nihil cogitando.

7 *Et cœperit percu conser.* Id est viuere iniuriose & gulose.

8 *Veniet dominus ser.* Repetens mortis debitum repentinæ, sicut frequenter accidere consueuit.

ADDITIO.

In cap. 24. *vbi dicitur in postilla.* Homini autem est noticia diei iudicij.

Quæcunque noticia Deo attributa etiam si non importaret respectũ ad creaturam, necessarium est quod sit communis tribus personis, eadem enim est cum essentia diuina.

REPLICA. *In cap. 24. vbi dicitur de noticia diei iudicij, quod pater solus, &c. dicit Postill. quod per hoc non excluditur filius & spiritussanctus, quia omnis respectus Dei ad extra est communis tribus: talis autem est noticia diei iudicij. Burg. dicit quæcunque noticia Deo attribuitur, etiam si non importaret respectum ad extra, necesse est vt sit communis tribus personis: eadem enim est cum essẽtia diuina. Sed si ratio. Burg. valet, paternitas erit communis tribus personis, quia est eadem essentia diuina. Sed dictum in se non videtur scholasticum, quia per noticiã generatur verbum. Si igitur illa est communis tribus, tres personæ generant verbum. Item verbum est noticia, per paternum intelligere expressa, & ideo dicitur sapientia. Si igitur illa noticia est communis tribus, pater vtique erit sapiens sapientia genita, quod negat beatus Aug. l. Retrac. ca. 25.*

CAPVT XXV.

A Hom 79. in Math. TVnc simile, &c. ✠ CHRYSOSTOMVS. In superiori parabola dominus pœnam ostendit eius qui percutiebat & inebriabatur & bona domini sui dispergebat. In hac autem parabola punitionem indicit etiam ei qui vtilitatem non affert, & qui emolumento alijs non est, nec accumulatè indigentibus sua ministrat.

Decem virgi. Virgines sunt omnes qui se à B luxu sæculi continent.

✠ HIERONYMVS. Quidam parabolam simpliciter interpretantur de virginibus, quarum aliæ iuxta Apostolum corpore & mente virgines sunt, C aliæ virginitatem tantum corporum reseruantes, vel cætera opera non habent vel parentum custodia reseruatę nihilominus mente nupserunt. Sed mihi videtur ex superioribus esse alius sensus, non ad virgines corpore, sed ad omne hominum genus hanc comparationem pertinere.

D Hom. 79. in Math. ✠ CHRYSOSTOMVS. Ostendit quod licet virginitas magnum quid sit, tamen si ab operibus misericordiæ sit deserta, cum adulteris foras eijcietur.

b *Et sponsæ.* Omnes simul sunt sponsa quæ modo desponsata est virgo à corruptione sæculi. Nubet, cum mortalis immortali coniungetur.

c *Quinque.* Quia quinque pertita est continentia in carnalibus illecebris, videlicet vt in E quinque sensibus contineant se à voluptatibus.

d *Moram autē facien-te sponso.* Quia non est parum temporis inter priorem & secundum aduentum Christi.

e *Dormitauerunt omnes & dormierunt.* Quia F postea suscitandi.

f *Media autem nocte clamor factus est,* Id est, nullo sciente vel sperante. Vnde *Dies domini sicut fur in nocte veniet.*

Margin: † quæ fatu. — ‡ suis. — Et sposæ. † 1. qu. 1. c. quod quidem 32. c. 5. c. si Paulus. De facra vnct. c. vnico. — 1. ad Thess. 5.

CAPVT XXV.

¶ Hæc parabola tam ad subiectos quàm ad prælatos refertur.
¶ Aliud de eodem exemplum.

a ¶ Ecclesia permixta omnibus tam religiosè quàm superstitiosè continentibus.

TVNC simile erit regnūm cœlorum decem [1] (a ¶ Opera quæ secundum continentiam fiunt.) [2] virginibus, quæ accipientes lampădes suas [3] (a ¶ Concordauerunt voluntati sponsæ & matris Ecclesiæ.) exiĕrunt obuiam sponso & sponsæ. † Quin- [4] (a ¶ Quia veritati seruiunt pro laudibus hominum. b ¶ Quia veritati seruiunt pro æternis. s. premijs.) [5] que autem ex eis erant fatŭa, & quinque prŭdentes. † Sed [6] (a ¶ Acc... ostensione bonorum operum.) quinque fatuæ acceptis lampădibus non sumpserunt o- (a ¶ Gloriam intra conscientiam, vel oleum est lætitia mentis quam habet qui intus Deo placet. b ¶ Nitorem gloriæ. c ¶ Id est, in conscientijs suis.) lĕum secum. Prudentes verò acceperunt olĕum in văsis [7] (a ¶ Ostensione bonorum operum. b ¶ Iudicium differente extremum.) [8] suis cum lămpadibus ‡. Moram autem faciĕnte sponso, dor- (a ¶ Ante mortem languoribus b ¶ Electi & reprobi. c ¶ Somno mortis. d ¶ Securis omnibus. e ¶ In insperatò.) mitauerŭnt ŏmnes, & dŏrmierunt. Mĕdia autem nŏ- [9] (a ¶ In voce archangeli, & in tuba Dei. b ¶ Ad sociandam sibi perpetuo virginem. c ¶ Occurrite ei in aera.) ĉte clamŏr factus est: Ecce sponsus vĕnit, exite ŏbuiam [10]

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXV.

Diuisio. TVNC simile erit. *Data lege euangelica, postquam saluator ostendit quædam antecedentia iudicium extremum. hic describit ipsum iudicium. Et quia vniuersitas indicanda distinguitur in tres status videlicet actiuorum, contemplatiuorum, & etiam prælatorum, ideo diuiditur in tres partes secundum tres parabolas quas hic ponit ad istos tres status pertinentes. Prima pertinet ad contemplatiuos, secunda ad prælatos, ibi:* Sicut enim homo peregrè &c. *Tertia ad actiuos, ibi.* Cum autem venerit filius hominis. *Prima in duas, quia primò circa vitam contemplatiuam ponitur meritum, & secundo ponitur circa hoc examinationis iudicium ibi:* Media autem nocte. *Dicit ergo primo.*

1 Simile erit. *Id est ecclesia militans, quantum ad statum contemplatiuum.*

2 Decem virgi. *Per quas signatur vniuersitas contemplatiuorum. Numerus enim denarius est primus digitus vel primus limes numerorum, vnde & numeri sequentes componuntur ex denario pluries sumpto vel aliqua parte eius, sicut patet viginti bis decem. 30. ter decem & sic consequenter. Similiter 11. vnum & decem. & 12. duo & decem. & sic consequenter. Propter quod dixerunt aliqui philosophi quod numeri non procedunt in infinitum, sed solùm vsque ad decē vt habetur 4 Physicorum: & ideo denarius numerus benè significat vniuersitatem. Virginitas autem quæ tenet supremum gradum in virtute castitatis, significat vitam contemplatiuam, quia castitas eleuat mentē à carnalibus. Et sicut disponit intellectum ad contemplationem veritatis sic è contrario luxuria deprimit mentem & causat hebetudinem intellectus, & sic reddit hominem quasi bestialem propter quod Ethicorum vita voluptuosa, vocatur vita pecudum.*

3 Quæ accipientes. *Lampades istæ sunt opera vitæ contemplatiuæ, quæ sunt bona de genere.*

4 Exierunt. *Ad hoc debet ordinari exercitium vitæ contemplatiuæ, vt homo possit securè & decenter obuiare Christo venienti ad iudicium qui tunc coniunget sibi ecclesiam totaliter mundatam, non habentem maculam neque rugam.*

5 Quinque autem. *Prudentia autem est virtus directiua operum humanorum in finem debitum. Propter quod à philosophis, & à sanctis dicitur auriga virtutum. Virgines autem prudentes sunt contemplatiui seu religiosi, opera sua bona de genere ad finem debitum ordinantes: videlicet ad gloriam Dei principaliter, ad perfectionem sui, & ædificationem proximi consequenter. Et quia fatuitas est priuatio prudentiæ contraria, ideo fatuæ virgines, dicuntur contemplatiui à prædicto fine deuenientes, propriam gloriam & fauorē hominum vel quæstum principaliter intendentes, & meritò dicuntur virgines fatuæ, quia bonum opus de genere perdunt propter defectum intentionis rectæ.*

6 Sed quinque. *Oleum istud est spirituale gaudium quod oritur ex operibus bonis factis propter Deum, de quo dicit Apostolus ad Phil. 4. a.* Gaudete in domino semper. *Hoc autem oleum non habent virgines fatuæ propter defectum intentionis rectæ, licet habeant lampades, id est, opera bona de genere.*

7 Prudentes. *Quæ propter rectitudinem intentionis gaudent in domino de suis operibus bonis. Dicitur autem gaudium istud oleum, quia nutrit & fouet ignem charitatis. Ex hoc enim quod aliquis delectatur in opere fortius & melius operatur secundum Philo. & per consequens disponitur vt ei maior charitas infundatur.*

8 Morā autem. *Mora ista est decursus temporis ab ascensione Christi vsque ad diem iudicij. Quod tempus propter longitudinem vocatur hic mora. Iam enim durauit per mille ducentos, & septuaginta quinque annos & vltra & quamdiu durabit incertum est nobis incertum. In hoc autem temporis interuallo moriuntur omnes tam boni quàm mali. Quæ quidem mors signatur hic per dormitionem, quia ita faciliter excitabuntur à morte per Christum ad iudicium venientem, sicut homo purus excitat alium dormientem.*

9 Media autem nocte. *Hic ponitur examinationis iudicium circa prædicta opera contemplantium. Dicit ergo:* Media autem no. *Non est intelligendum per hoc quod iudicium extremum sit celebrandum de nocte: Sed de die prout dicit Apostolus infrà. Co. 3. c.* Dies domini decla. &c. *Sed quia tempus iudicij est nobis occultum, vt patet ex præce. ca. ideo hoc signatur per hoc quod dicitur:* Media autem no. *quia illa quæ fiunt media nocte sunt hominibus occulta.*

10 Clamor autem. *Id est, vox Christi vel angelorum ad vocandum mortuos ad iudicium, vt dicetur infra eodem ca.*

MORALITER.

✠ 1 *Tunc simile erit regnum cœlorum decem.* Per quas intelligi potest vniuersitas fidelium, qui propter integritatem fidei virgines nominantur secundum illud. 2. Corinth. 11. a. *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.*

5 *Quinque autem ex eis erant fatuæ.* Id est, bonis operibus vacuæ, quia fides sine operibus mortua est. (Iaco. 2. b.)

† *Et quinque prudentes.* Id est, opera bona habentes, & sic acceperunt oleum ad ornatum suarum lampadum propter quod à Christo dicuntur receptæ, aliæ verò exclusæ,

☞ a *Date nobis de oleo, &c.* Quorum facta aliena fulciuntur, laude eadem subtracta deficiunt, & de consuetudine id semper inquirunt, vnde gaudere animus solet. Itaque hominum qui corda non vident, testimonium volunt habere apud Deum, qui cordis inspector est.

sibi attinebant.

✠ ORIGENES. Est inuenire quosdam qui quando debuerunt neglexerunt aliquid vtile discere, in ipso autem exitu vitæ suę, dum disponunt discere comprehenduntur à morte. (Tract. 31. in Matth.)

f *Clausa est.* Post iudicium magna est eius seueritas, cuius est ante ineffabilis misericordia.

a ¶ A somno mortis. b ¶ Boni & mali. ¶ Continentes.
¶ Numerauerunt secum opera sua pro quibus remunerationem expectant.

ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illę, & ornauerunt
a ¶ Sua fiducia deceptæ intus vacuæ dicunt proximis.
b ¶ Testimonium laudum, dicendo de operibus nostris quod vidistis.

a lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt. Date
a ¶ Opera nostra quæ hominibus clara videbantur.

b nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguntur.
a ¶ Non de auaritia sed timore, quia in illo die testimonium cuiusque vix sufficiet sibi, nedum sibi & proximo.

c Responderunt prudentes dicentes. Ne fortè non sufficiat
a ¶ Increpando. ¶ Ite, id est, modo videamus quid vos adiuuent qui vobis laudes vendere consueuerant. b ¶ Venamini laudes vestro more.
¶ Non dant consilium, sed ex obliquo commemorant crimen earum.

d nobis & vobis: ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum
a ¶ Quibus conscientia dabat bonum testimonium.

e autem irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant in-
a ¶ Vbi munda anima verbo Dei copulatur.
b ¶ Aditus regni cœlestis quia precibus postea nullis patebit aditus post iudicium.

f trauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. † Nouissi- (†postea, deinde.)
a ¶ Dolore repulsionis compulsæ appellationem ingeminant dominationis.

g mè verò veniunt & reliquæ virgines dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico vobis,
a ¶ Ideo vos desero, quia per vitæ metum non recognosco. b ¶ Ecce quo parabola tendit.

h nescio vos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque ho-
i ram. † * Sicut enim homo peregrè proficiscens vocauit seruos (†Mar. 13. d. Lucæ. 13. c. — †Luc 19. b. *in qua filius hominis veniet.)
k a ¶ Dedit bona hominibus naturalia & gratuita.
b ¶ Exteriorum scientiam quinque sensibus acquisitam.

suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij
a ¶ Intellectum & operationem. b ¶ Intellectum.
c ¶ Non pro largitate vel parcitate, alij plus, alij minus, sed pro viribus accipientium.

autem duo, alij verò vnum, vnicuique secundū propriā † virtu- (†potētiam, vires.)

b *Extinguntur.* Id est, aduentu iudicis intus obscurantur, & à Deo non habent mercedem, quia receperunt laudem.

c *Ne for.* Quia quisque pro se rationem reddet, nec alieno testimonio iuuatur quis apud Deum, cui secreta patent, & vix sibi quisque sufficit vt exhibeat testimonium conscientia sua. *Ne forte.* vnusquisque pro suis operibus mercedē suscipiet, nec possunt in die iudicii aliorum virtutes, aliorum vicia subleuare.

d *Ad venden.* Vendentes sunt adulatores, quia dant laudem & accipiunt aliquam mercedem.

e *Dum autem.* Inclinantibus se illis in ea quæ foris sunt, & solita gaudia requirentibus, cum interna non nouerunt, venit ille qui iudicat.

g *Nouissimè ve.* Per veram pœnitentiam, per infructuosas lachrymas pulsant foris relictæ. Non dicitur quod emerunt oleum: quia nullo iam remanente gaudio de alienis laudibus, in angustiis redeunt ad implorationem Dei.

h *Vigila.* Videlicet vt testimonium bonæ conscientiæ nobis præparemus, ne cū fatuis virginibus foris remaneamus.

i *Nescitis diem neque horam.* Non solum diem iudicij, sed diem mortis cuiusque, vel horam in qua qui paratus inuenitur, & tunc paratus inuenietur. Et quia paratos nos inuenire desiderat, subiicit aliam de eadem re parabolam.

K *Peregrè proficiscēs vocauit seruos suos &c.* Locus carnis terra est, ergo Christi carnem nostram ad peregrina duxit, quando cœlum ascendit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Per hoc autem quod dicit, *dum autem irent*, ostendit quia etsi misericordes efficiamur post mortem, nihil hinc lucrabimur ad effugiendum: sicut nec diuiti profuit quod factus est misericors & sollicitus circa eos qui sibi (Hom. 69. in Matth.)

✠ ORIGE. Secundū diuinitatis suæ naturā non peregrinatur sed secundum dispēsationem corporis quod suscepit. Qui enim ☞ dicit (Tract. 33. in Matth.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc surre. omnes vir. il. *Quia omnes resurgent boni & mali, vt appareant in iudicio Christi.*
2 Et orna. *Iste ornatus non est aliud quàm recursus ad montem cogitando de iusticia suorum operum & bonitate circumstantiarum.*
3 Fatuæ autem. *Ista petitio vana & responsio negatiua significat quod nullus ad alium quantumcūque iustum poterit recurrere pro auxilio habendo, nec aliquis quantumcunque iustus poterit alium iuuare sed sibi soli sufficiet iustitia sua, & hoc est quod subditur:*
4 Ne for. *Exprobratio est præterita fatuitatis in hoc quod bona opera de genere dederunt propter fauorem laudis humanæ, quia venditores olei sunt adulatores secundum Aug. quasi dicat: Considerate quid valuit vobis pro tali fauore continenter viuere.*
5 Dum au. *Per hoc insinuatur remorsus propriæ conscientiæ dicentis testimonium de prædictis contra se.*
6 Venit spons. *Id est, Christus ad remunerationem bonorum.*
7 Et quæ pa. *Per opera charitate formata.*
8 Intrauerunt cum eo ad nup. *Id est, ad gloriam cœlestem, aliis relictis ad pœnam.*
9 Et clausa est ianua. *Quia post iudicium non erit alicui aditus possibilis ad gloriam propter quod subditur:*
10 Nouissimè verò. *Id est, nimis tardè.*
11 Veniunt & reliquæ vir. di. domine, domine ape. *Per hoc quod vocant eum dominum, signatur quod crediderunt in Christum. Sed quia fides earum fuit informis, ideo subditur:*
12 At ille respondens. Amen dico vobis, nescio vos. *Notitia scilicet approbationis qua soli electi à Deo cognoscuntur. Et in fine huius parabola ad nostram instructionem concluditur:*
13 Vigilate itaque. *Ad habendum scilicet fidem formatam charitate.*
14 Quia nescitis diem neque horam. *Scilicet mortis nec per consequens status pro die iudicij. Quia sicut dictum est in tali statu præsentabitur quilibet in iudicio, in quo inuenietur in morte.*
15 Sicut enim homo peregrè. *Hic ponitur secunda parabola quę pertinet ad prælatos. Et primo circa statum eorum describitur meritum & demeritum propria actionis. Secundo iudicium discretionis, ibi:* Post multum verò temporis. *Dicit ergo primo.* Sicut homo peregrè proficiscens. *Homo iste est Iesus Christus, qui licet secundum diuinitatem non possit proficisci de loco ad locum, quia sic est vbique semper & de necessitate, secundùm tamen naturam humanam peregrè profectus est quando ascendit in cœlum, quia locus proprius omnium compositorum ex elementis, vbi naturaliter quiescunt, est terra. vt habetur. 2. de generatione, quia elementa grauia excedunt in eis secundum quantitatem molis.*
16 Vocauit seruos suos. *Id est, prælatos ecclesię, qui speciali modo sunt eius serui.*
17 Et tradidit il. bo. *Bona scilicet natura, bona gratia gratis data, bona scientia, bona potentia: & bona opulentia, & dicuntur talenta, quia per bonum vsum talium potest homo sibi acquirere cœleste præmium.*
18 Et vni dedit quinque ta. *Quia aliqui habent omnia ista à Deo sibi collata, alij plura istorum, & alij vnum tantum:*

Abiit.

MORALITER.

15 *Sicut enim peregrè proficiscens, &c.* Hoc communiter exponitur de Christo qui ascendens in cœlum suis fidelibus bona sua dedit, de quibus rationem exiget in iudicio finali. Potest etiam exponi de Christo nobiscum existente in huius mundi peregrinatione, sicut ipse dicit in

fine

A dicit discipulis suis: *ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*, vnigenitus Dei est, qui non est corporeo ambitu circumclusus.. Hoc autem dicentes non soluimus Iesum, sed vnicuique substantiæ proprietatem eius saluamus. possumus etiam dicere quod peregrinatur dominus per fidem ambulantibus & non per speciem: si autem peregrinantes à corpore cum domino fuerimus, tunc & ipse erit nobiscum.

a *Et profectus est statim*, non locum mutans, sed liberam eis potestatem operandi permittens.

B b *Operatus est in eis.* A visibilibus se custodiendo, alios pro posse exhortando, vt de visibilibus ad inuisibilia transeant. Vel vtrique sexui prædicando, & de bonis moribus informando geminauit accepta talenta.

† Bene recte & infra supra. 7. b.

c *Posuit ra.* Cœpit singulorum actus discutere accusante C conscientia vnumquemque vel excusante.

Vbi supra.

d *Et Accedens.* ✠ ORIGEN. Intellige accessum, de hoc mundo transitum ad illum.

e *Ecce alia quinque.* Quotquot ab errore conuertit, tot domino obtulit, testimonium sibi dante conscientia, quod per gratiam sibi datam non tantum sibi profuit, sed etiam quos potuit lucrifecit.

f *Super pauca.* Pauca sunt bona præsentis vitæ quamuis multa videantur, quia non sine alicuius molestiæ admixtione sunt. Multa autẽ bona æterna, quæ sunt sine omni corruptionis molestia.

g *Intra in gaudium domini tui.* Admixtus choris angelorum. sic D intus lætare de munere, vt iam non sit quod exterius doleas de corruptione.

h *Qui duo talenta acceperat.* Iste viribus suis quidquid in lege Dei didicerat, in euangelio duplicauit. Siue conscientiam & opera præfectis vitæ futuræ beatitudinis typos intellexit.

¶ Promouit. a ¶ Scientiam exteriorum & mystica non penetret.

† tem: & profectus est statim. Abiit autem qui quinque ta- †

a ¶ Dum se à visibilium voluptate custodit, ab his etiam alios amouendo compescit.

lenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia [1]

a ¶ Intellectum & operationem.
b ¶ Prædicando, & mira operando, tales instruit qui itidem florent scientia & opere.

quinque. Similiter qui duo acceperat, lucratus alia duo. Qui

a ¶ Intellectum. b ¶ Per se, sed non rediens per se.
c ¶ Terrenis actibus se applicauit, nec lucrum spiritale quæsiuit.

autem vnum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit

a ¶ Quod est ab ascensione domini vsque ad secundum aduentum.

pecuniam domini sui. Post multum verò temporis venit [2]

a ¶ Ad iudicandum.

dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. [3]

¶ Præparans se ad reddendum rationem.

Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: Domine quinq; talenta tradidisti mihi, ecce alia

a ¶ Non tua quærens, sed quæ Iesu Christi.

quinq; super lucratus sũ. Ait illi dominus eius: †Euge serue bo- [4]
ne & fidelis quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te consti- [5] [6]

a ¶ Gaudens dominus in gaudium intrare iubet.

tuã, intrà in gaudium domini tui. Accessit autẽ & qui duo ta- [7]
lenta acceperat: & ait: Domine duo talenta tradidisti mihi, ecce

a ¶ Non tua quærens, sed quæ Iesu Christi.

alia duo lucratus sum. Ait illi dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te con-

a ¶ Accipe quod oculus non vidit nec auris audiuit. b ¶ Infœlicissimum habens à sua conscientia testimonium.

stituam, intrà in gaudium domini tui. Accedens autem & qui [8]
vnum talentum acceperat, ait: domine † scio quia homo [9]

a ¶ Alias austerus. b ¶ Non parcis, sed præcidis falce iudicij tui eos quibus legem non commisisti.
c ¶ In regno tuo bonos, etiam ex gentibus, & ex eorũ comparatione qui naturalem legem seruant, damnas eos qui negligunt scripturas.

durus es, metis vbi non seminasti, & congregas vbi non [10]

¶ Per liberum arbitrium.

sparsisti & timens abij, & abscondi talentum tuum [11]

---

i *Durus es.* Quia ardua est via quæ ducit ad vitã, & quia quãtò gradus altior, tantò casus grauior.

✠ HIERONYM. Verè enim hoc quod scriptum est, *ad excusandas excusationes in peccatis*, huic ser- E uo contigit vt ad pigritiam & negligentiam superbiæ quoque crimen accederet. Qui enim debuit simpliciter inertiam confiteri & orare patremfamilias, è conuerso calumniatur, & dicit se prudenti fecisse cõsilio ne dum lucra pecuniæ quæreret, etiam de sorte periclitaretur.

F ✠ ORIGENES. *Durus es.* Intelligimus quod verè dominus noster metit vbi seminauit, quoniã iustus seminauit in spiritu, ex quo metet vitã æternã. Metit etiam vbi non seminat, & congregat vbi non spargit, quia computat sibi esse collata quæcumque in pauperibus fuerint seminata.

Tracta. 33. in Matth.

† noui test. Lucæ. 5. b.

k *Et timens abij, &c.* Et timens aggredi altioris vitæ gradum, ne alterius salutem quærens ipse periclitaretur,

l *Abscondi talentũ tuũ.* Non prædicaui quod te donãre intellexi.

In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Abiit aut. *Quia aliqui sunt qui ista talenta multiplicant & geminant bene vtendo prædictis ad sui perfectionem & proximi ædificationem. Alij autem abscondunt in terra, qui prædictis vtuntur ad mundi gloriam & temporale lucrum seu quæstum.*

2 Post multum verò temporis. *Hic ponitur circa prædicta examinationis iudicium.* Post multum verò temporis venit dominus seruorum illorum. *Quia magnum tempus est ab ascensione Christi in cœlum vsque ad aduentum eius ad iudicium, vt prædictum est.*

3 Et posuit rationem cum, &c. *Quia tunc districte exiget rationem de bonis ab eo collatis, bene operantes remunerando. Propter quod sequitur:*

4 Euge. *Interiectio est gaudentis.*

5 Serue bone & fidelis. *Quærens in suis actibus gloriam domini, non suam.*

6 Quia super pauca, &c. *Bona enim in hac vita collata homini parua sunt respectu bonorum gloriæ, quia vbi confertur homini bonum infinitum. propter hoc sequitur:*

7 Supra multa te constituam, &c. *Et patet.*

8 Accedens autem & qui, &c. *Quia mali licet (inuiti) apparebunt in extremo iudicio diuino conspectui.*

9 Ait domine. *Tu quia Deus à seruis suis requirit opera ardua scilicet opera virtutis. Tum quia in iudicio durus erit, qui modo est pius & mansuetus.*

10 Metis vbi non seminasti, &c. *Hoc intelligitur dupliciter. Vno modo, quia non solum requirit in prælatis ecclesiæ bona in propria persona, sed etiam in aliena: quia eorum officium est inducere alios ad bonum. Alio modo, quia requirit ab homine opera meritoria vitæ æternæ & tamen non seminauit in natura hominis principium sufficiens huius operis. Homo enim ex puris naturalibus non potest mereri vitam æternam, imò contrarium dicere est hæresis Pelagiana, non tamen Deus iniuste requirit opera meritoria vitæ æternæ: quia si homo faciat quod in se est, Deus infundit sibi gratiam per quam potest prædictum opus exercere.*

Ecclesiæ prælati de subditis ratione reddent.

11 Et timens abii, & abscon. ta. *Quia ex pusillanimitate aliqui refugiunt aggredi opera virtutum, & declinant ad vitia, & ad sola terrena quærenda, curantes tantum de corpore & nullo modo de anima, propter quod sequitur:*

Ecce

MORALITER.

fine huius euangelij. *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem sæculi.* Ipse etiam dat nobis bona sua inæqualiter, tamen secundum sapientiæ suæ ordinem.

† *Et profectus est sta.* Per hoc non intelligitur eius recessus ab ecclesia, sed quia dimittit nos agere pro libertate nostra. Illi verò duplicant talenta, qui ex eis faciunt opera bona. Illi verò abscondunt, qui viuunt ociosè, vel ex eis temporalia tantum lucra quærunt. Venit autem dominus rationem quærere in cuiuslibet hominis morte, & duplicantes talenta remunerat, alios verò damnat.

Cum

a *In terra*. In carnali vita subsistens, sicut habui, sic tenui non augens, vel minuens. Nota quod piger seruus inertiam non excusat, sed superbit calumniando dominum. Et dicit se prudenter fecisse, ne dum lucra quærit periclitetur etiam de sorte, & vocat eum durum, cui tamen non seruit ad lucrum. Cui similes sunt in ecclesia, qui meliorem vitæ vias aggredi metuunt, & iacere in ignauia nō verentur: & cum se peccatores considerāt, sanctitatis viam arripere timent: & tamē in iniquitatibus remanere nō timent. Quorum Petrus adhuc infirmus speciem tenuit, cum viso piscium miraculo dixit: *Exi à me domine, quia homo peccator sum*. Imo si peccator es Deum à te non repellas: Quod faciunt hi qui videntes se infirmos nolunt ad meliora progredi: Peccatores quidē se fatentur & dominum repellunt, & velut in perturbatione consilium non habent. Dum moriuntur, & vitam timent, hac sibi blandientes peruersitate: quasi dicerent: Sufficit mihi de me rationem reddere, quid opus est aliis ministrare, vt de eis quoque coga. rationem reddere? Cum etiam hi inexcusabiles sint, qui non audita lege vel euangelio dormierunt, cum per creaturam Deum cognoscere potuerunt. Vnde dicitur: *Meto vbi non semino, &c.*

in terra: Ecce habes quod tuum est. Respondens autem dominus eius dixit ei: Serue mâle & pigêr sciebas quia meto vbi non † semino: & congrêgo vbi non sparsi. Oportuit ergo te pecuniam meam committere numulâriis & veniēns ego recepissem vtique quod meum est cum vsûra. Tollite itaque ab eo tâlentum, & date ĕi qui habet decem talenta. † Omni enim habēnti dabitur, & abundabit: Ei autem qui non habêt, & quod † videtur habêre auferetûr ab eo. Et inutilēm seruum eiicite in tenebras exteriores: illic erit flētus & stridor dentium. Cū autem venerit filius hôminis in † maiestate sua, & omnes angeli eius cum eo, tunc sedêbit super sedem

a ¶ Superbe qui calumniam facis domino. b ¶ Qui lucrum facere neglexisti. a ¶ Quia etiam ab his exigo quibus non commisi ad erogandum. ¶ Diuinum sermonem. a ¶ Numularij sunt qui prædicationem auditam valent verbis & opere exercere. b ¶ Id est merita discutiens. a ¶ Et te per gratiam bene dispensatam & per te acquisitos. a ¶ Intellectum. b ¶ Qui exteriora bene administrauit sed intellectu adhuc vacuus fuit. a ¶ Studium verbi erogandi, dabitur gratia super gratiam. a ¶ Hoc studium vel charitatem. b ¶ Vel naturali ingenio, vel literali studio. c ¶ Quia nulla dulcedine internæ sapientiæ gaudebit. a ¶ Infructuosum qui sponte & negligentia sua corruit in interiores tenebras. b ¶ Non delectatio, vt in istis fuit. a ¶ Qui est & filius Dei. b ¶ In diuinitate qua iudicabit qui prius venit in humilitate. a ¶ Regnabit. b ¶ Ecclesiam, in qua tunc apparebit omnis potentia eius.

† Seminaui. † Habet. † Supr 13. b. Luc. 8. c. Marc. 4. c. † Gloria misericordiæ operū corporalis sufficiētia.

b *Sciebas quia*. Quare ista cogitatio non incussit tibi timorem vt scires me mea diligentius quæsiturum? Quod dixit pro excusatione vertitur in culpam.

✠ ORIGENES. Non confessus est dominus se esse durum sicut ille arbitrabatur, cæteris autem eius sermonibus consensit.

c *Numulariis*. Vel cæteris doctoribus vt apostolis, & episcopis. Vel, cunctis credentibus qui possunt pecuniam duplicare.

d *Et date ei, &c.* Hoc in ecclesia fieri plerúmque videmus, quia plerique dum bene ministrant exteriora quæ accipiunt per adiunctam gratiam ad intellectum quoque mysticum perducuntur.

e *Omni enim*. Multi enim natura licet sapientes & acuti, si sint desides, perdunt bonum naturæ, & præmium quod erat eis promissum, videtur transire ad alios qui quod habent minus per naturam acquirunt per industriam. Vel qui habet fidem & bonam voluntatem, etiam si minus habet in opere dabitur ei à bono iudice. Sed qui in fide non habet etiam virtutes quas naturaliter habet perdit sine qua non sunt virtutes. Vel qui habet amorem verbi, datur ei sensus intelligendi. Qui verò non habet, etiam si naturali studio caller, deficit. Vel qui non habet charitatem, amittit omne bonum quod habet. Nota quod hoc quod cuique datur in rebus mundanis vel spiritualibus, pro talento imputatur de quo est rationem redditurus.

f *Et inutilem seruum*. ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide autem quia non solùm qui rapit aliena, aut qui mala operatur punitur extrema pœna, sed etiam qui bona non facit. (Hom. 79. in Matth.)

g *Cum autem*. Tradendus in proximo cruci præmisit gloriam triumphantis, vt secutura scandala hac promissione compensaret. Post parabolas de fine mundi nunc exequitur dominus modum futuri iudicij.

✠ CHRYSOSTOMVS. Est hæc pars delectabilissima, quam cōtinuè in animo vertentes audiamus cum studio & omni compunctione. Nam & ipse Christus terribilis est, & lucidius hunc pertractat sermonem. Ideo non dicit de cætero, *simile est regnum, &c.* sed reuelate seipsum ostendit dicens. *Cum venerit.* (Hom. 80. in Matth.)

h *Omnes ange.* Qui testes sunt humanorum actuum, sub quorum custodia bene vel male egerunt,

Oues

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce habes, &c. *Quia aliqui ad tantam insaniam deueniunt, quod dicunt: Deus fecit animam, curet de ea si voluerit. Alij autem præsumentes credunt habere gloriam sine merito dicentes: Deus non fecit animam pro damnatione, ipsam saluabit & trahet ad se.* (Terrena quærentes, animę salutem contemnunt.)

2 Respondens autem dominus, &c. *Ex verbo enim suo eum condemnat, quia in iudicio conscientia vniuscuiusque testificabitur contra se.*

3 Sciebas quia me. *Quasi diceret ex quo sciebas me esse durum in repetendo multiplicationem talentorum tibi traditorum per exercitium bonorum operum, ex hoc ostendis te iuste condemnandum: propter quod sequitur:*

4 Tollite itaque, &c. *Bona diuinitus collata non cedent ad gloriam male operantibus, vel ociosis, sed magis ad pœnam.*

5 Et da. ei qui decem talen. *Quia damnatio reproborum cedet in gloriam electorum, secundùm quod scribitur in psalmis.* Lætabitur iustus cum viderit vin. &c. *propter quod etiam sequitur:* (Psalm. 57. b)

6 Habenti dabitur, &c. *Quia quum reperietur in gratia dabitur gloria, & abundabit, non solùm de sua & aliorum glorificatione: sed etiam de impletione diuinæ iusticiæ in malorum reprobatione.*

7 Ei autem qui non habet, &c. *Quia ei qui non inuentus fuerit in gratia in morte, bona natura & gratia quæ habuit, cedent ei ad pœnam.*

8 Et inu. *Peccatores enim non solum habent tenebras interiores quæ sunt tenebræ mentis: in inferno autem habebunt cum hoc tenebras corporales quæ sunt tenebræ exteriores.*

9 Illic erit. *Id est dolor mentis & corporis: Et ad ista reducitur omnis pœna infernalis.*

10 Cum au. *Hic ponitur tertia parabola, quæ pertinet ad actiuos ad quos pertinet se exercere in actibus misericordiæ, pro quo exercitio remunerabuntur: desistentes autem à talibus condemnabuntur. Dicit ergo.* Cum autem ve. *Licet enim idem sit filius Dei & hominis: facit tamen mentionem de filio hominis, quia in forma humana veniet ad iudicium.*

11 In maie. *Quia tunc apparebit in forma hominis gloriosa, qui in primo aduentu apparuit in forma passibili & infirma.*

12 Et omnes ange. *Tum propter honorem iudicis. Tum propter executionem iudicij, quia ministerio sanctorum angelorum deducentur electi ad cœlum per malos angelos reprobi trahentur ad infernum.*

13 Tunc sede. *Per hoc signat potestatem iudiciariam, quæ data est Christo homini.*

Et

MORALITER.

10 *Cum autem.* Hoc etiam potest exponi de aduentu Christi ad iudicium particulare, sicut est pars præcedens: nam à tempore ascensionis sedet in maiestate ad dexteram Dei patris, & angeli sunt cum eo, omnes etiam gentes congregatæ sunt ante eum quia *omnia nuda & aperta sunt oculis eius*. Hebre. 4. Ipse etiam segregat oues ab hœdis, omnium merita & demerita discernendo: & ponit bonos ad dexteram dando eis gratiam quæ est arra gloriæ, & per oppositum malos ad sinistram arram gloriæ denegando: & sic dicit bonis:

Possidete

a *Oues ab.* Duo ordines erunt in iudicio electorum scilicet & reproborum: sed electorum alij iudicabunt, quibus dicitur: *Sedebitis & vos super se. duo. iud. tri. Israel.* Alij iudicabuntur quibus dicitur: *Esuriui & dedistis mihi manducare.* Item reproborum alij qui extra ecclesiam sunt, non iudicabuntur: Alij qui iudicabuntur, quibus dicitur. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare &c.*

In iudicio erunt duo ordines. supr. c. 19.

b *Hœdos.* Hœdus est animal petulcum & olidum, qui pro peccatis offerebatur in lege, & significat peccatores: nec dicit capras quæ possunt habere fœtus.

✠ CHRYSOSTOMVS. Hos vocat hœdos, illos autem oues, vt horum infructuositatem ostendat: nullus enim fit ab hædis fructus: Illorum autem vtilitatem: multus enim est ouium fructus & à lana & à lacte & fœtibus qui parturiuntur. Nomine autem ouis in scripturis diuinis innocentia & simplicitas solet designari.

Hom. 80. in Matth.

c *Benedicti pa.* Beneficio patris mei promoti ad obtinendam gloriam, in qua sine corruptione regnetis, ad quam prædestinati estis à constitutione mundi.

✠ RABANVS. Vel locantur benedicti, quibus pro bonis meritis debetur æterna benedictio. Patris autem sui dicit esse regnú, quia ad eum refert potestaté regni è quo ipse rex est genitus: vnde per autoritatem regiam, qua ipse solus exaltabitur in die illa proferet iudicij sententiam.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit accipite, sed possidete siue hæreditate, sicut familiaria bona siue paterna, sicut vestra vobis antiquitus debita.

hom. 80.

d *Esuriui.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Pro quibus ergo sancti cœlestis boni regna accipiant manifestat, cum subditur: *esuriui.* Ad literam nota opera misericordiæ. Mystice, charitatis perfectionem: Qui esurientem & sitientem iustitiam pane verbi reficit, vel potu sapientiæ refrigerat, charitatis agit opera: Et qui errantem in domo matris ecclesiæ reuocat, & qui infirmum in fide assumit, & qui tribulatione aliqua seu carcere tristitiæ oppressum subuenit commendando vel consolando, veram dilectionem adimplet.

Vbi supra.

e *Tunc Respondebunt.* Non diffidentes de verbis domini, sed vel stupentes pro magnitudine maiestatis regis: Vel quia parum videtur illis omne bonum quod fecerunt, vnde dicitur: *Non sunt condigna passiones huius t. ad fu. glo. &c.*

Rom. 8.

✠ ORIGENES. Humilitatis causa laude beneficiorum suorum indignos se proclamant, non obliti eorum quæ fecerunt.

Tracta. 34. in Matth.

f *De his fra.* Fratres mei & mater sunt qui faciunt voluntatem patris mei.

supr. 12. d.

✠ CHRYSOSTOMVS. Per hos autem non solos monachos intelligit, sed vnumquemque fidelem etsi fuerit sæcularis, fratrem enim baptisma facit & ministeriorum communicatio.

Hom. 80. in Matth. † Luc. 13. f.

g *Maledicti.* ✠ ORIGENES. Considerandum quoniam in sanctis dictum est: *benedicti patris mei*, non autem nunc dicitur, *maledicti patris mei.* Nam benedictionis quidem ministrator est pater, maledictionis autem vnusquisque sibi est autor, qui maledictione digna est operatus.

Tracta. in Matth.

h *In ignem æternum.* ✠ ORIGENES. Ignis æternus alterius est generis ab hoc igne quem habemus in vsu. Nullus enim ignis inter homines æternus, sed nec multi temporis. Et considera quoniam regnum quidem non angelis præparatum dicit, ignem autem æternum diabolo & angelis eius, quia quantum ad se homines non ad perditionem creauit.

Vbi supra.

TERTVLLIANVS.

(a Omnis temporis, omnis conditionis, omnis sexus, omnis ætatis.)

maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes[1]

(a Qui posuit animam pro ouibus suis. b Bonos.)

& separabit eos ab inuicem[2], sicut pastor segregat oues ab[3]

(A malis. Confirmabit in beatitudine bonos.)

hœdis. Et statuet oues quidem à dextris suis[4], hœdos autem

(In miseria æterna. Ad beatitudinem pertinent. Regum. a Inuitat ad regnum non expellit ad pœnam.)

à sinistris[5]. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt[6]: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à[7] constitutione mundi[8]. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare[9]. Sitiui, & dedistis mihi bibere†. Hospes eram & collegistis me†. Nudus, & cooperuistis me†. Infirmus, & visitastis me†. In carcere eram, & venistis ad me†. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine quando te vidimus esurientem & pauimus: sitienté, & dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te, aut nudum, & cooperuimus te, aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens rex dicet illis: Amen dico

(Innuit se non dixisse generaliter de omnibus pauperibus, sed de his qui pauperes sunt spiritu.)

vobis, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis,

(Capiti in membris. a A sinistris sunt qui sinistra, id est, præsentia quamdiu vixerunt ardenter amauerunt.)

mihi fecistis. Tunc dicet rex & his qui à sinistris erunt: † Dis-

(a Vt tollatur impius ne vi. glo. Dei. b Quia visi sunt esse cum eo, dum permixti sunt bonis mali. c Iudicium fiet ei sine misericordia, qui non fecit misericordiam. d Prærordinatus à constitutione mundi, vt bonis regnum.)

cedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est dia-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et congrega. *Quia nullus tunc poterit latere.*

2 Et separa. *Quia iusticia cuiuslibet & malicia apparebit omnibus manifestè, & talis distinctio vocatur separatio: & cum hoc forte distinguentur secundum situm.*

3 Sicut pastor. *Per oues intelliguntur iusti propter eorum innocentiam per hœdos reprobi propter eorum nequitiam. Hœdus enim quando crescit, est animal fœtidum & luxuriosum: vnde & in lege hircus offerebatur pro peccato principis vt habetur Leui. 4.*

4 Et statuet oues. *Id est, in potioribus bonis: quia sancti transferentur ad gloriam.*

5 Hœdos au. *Quia mali dimittentur ad pœnam, vel quia fortè sic erunt dispositi secundum situm in iudicio, quia dextera est locus honorabilior, & ideo conuenit electis.*

6 Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti pa. mei. *Id est, à patre meo.*

7 Possidete. *Id est, æternaliter tenete.*

8 Paratum vo. *Quia à principio mundi factum est cœlum empyreum, quod est locus beatorum.*

9 Esuriui enim, & dedistis mihi manducare, &c. *Hic tanguntur sex opera misericordiæ quæ sunt necessaria ex parte corporis. Et intelligitur per hoc septimum quod est sepelire mortuos, Sufficientia autem istorum hoc modo accipitur, quia homo in vita præsenti primo indiget ex parte corporis alimento, sine quo non potest esse. Et hoc alimentum*

Sex opera misericordiæ.

MORALITER.

8 *Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi.* Secundum quod dicitur Luc. 17. e. *Regnum Dei est intra vos.*

9 *Esuriui.* In membris meis desiderantibus eucharistiam.

† *Et dedistis mihi manducare, &c.* Vos sacerdotes bene ministrando.

† *Sitiui.* Potum sapientiæ salutaris.

† *Et dedistis mihi bibere.* Vos doctores & prædicatores ecclesiæ.

† *Hospes eram.* Exclusus à communitate ecclesiæ.

† *Et collegistis me.* Vos pij iudices absoluentes me.

† *Nudus,* Operimento virtutum.

† *Et cooperuistis me,* Reducendo me ad virtutis bonum.

† *Infirmus,* Infirmitate passionis inordinatæ.

† *Et visitastis me,* Supportando charitatiuè.

† *In carcere eram,* Ligatus praua consuetudine.

† *Et venisti ad me,* Soluendum à tali ligamine. E contrario verò dicit malis.

Esuriui

a bolo & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non cooperuistis me. Infirmus & in carcere, & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & b ipsi dicentes: Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis: quādiu non fecisti vni de † minoribus his, nec mihi fecistis. † Et ibūt hi in supplicium æternum c Iusti autem in vitam æternam.

¶ Solatium charitatis. ¶ Humilibus spiritu. ¶ Nec mihi capiti vos exhibuisse gaudeatis.

TERTVLLIANVS. Quid illum thesaurum ignis æterni æstimamus, quum fumariola quædam eius tales flāmarum ictus suscitent vt proximæ vrbes, aut iam nullæ extent, aut idem sibi de die sperent. Dissiliunt superbissimi montes ignis intrinsecus fœta: & quod nobis iudicij perpetuitatem probat, cū dissiliant, cum deuorentur, numquam tamen finiuntur. Quis hęc supplicia interim montium non iudicij minantis exēplaria deputabit? Quis scintillas tales non magni alicuius & inęstimabilis focimissilia quædam, & exercitoria iacula consentiet?

lib. de pœnitentia c. 11.

AVGVSTINVS. Adhærebunt dæmones licet incorporei, corporalibus ignibus cruciandi, accipientes ex ignibus pœnam, non dantes ignibus vitam. Ignis autem incorporeus erit, & cruciabit hominū corpora cum spiritibus, dæmones autem spiritus sine corporibus.

Libu. de ciuitate ca. 10.

a *Non dedistis, &c.* Quid meretur qui aliena rapuit, si æternaliter damnatur quid de suo non dedit?

AVGVSTINVS. Si in ignē mittitur, qui non dedit rē propriā, putas vbi mittendus est, qui inuasit alienam? Si cū diabolo ardere habet qui nudū non vestiuit, putas vbi arsurus est qui expoliauit.

Serm. 10. de verbis Domini ex Matth.

CHRYSOSTOMVS. Omnia sufficientia sunt ad pœnam, primò quidem facultas petitionis, panis enim erat. Secundò, miseria eius qui petebat, pauper enim erat. Tertiò compassio naturæ, homo erat. Quartò desiderium promissionis, regnū enim promisit. Quintò dignitas eius qui accipiebat, Deus enim erat. Sextò superabūdantia honoris, quoniam dignatus est ab hominibus accipere. Septimò iustitia dationis, ex suis enim à nobis accipit.

Hom. 80. in Matth.

b *Domine quando.* Excusare se satagunt quasi Deum fallere possint qui homines fallebant. Sed non habent excusationem qui conuerti à malis & agere eleemosynas noluerunt: vnde subdit: *Quamdiu non fec. vni. &c.*

c *In supplicium æter.* Frustra ergo Origenes spondet liberationem post multos annos malis hominibus & ipsis dæmonibus.

† minimis

In supplicium æter. AVGVSTINVS. Qua in re misericordior profectò fuit Origenes qui & ipsum diabolū atque angelos eius post grauiora pro meritis & diuturniora supplicia ex illis cruciatibus eruendos atque sociandos sanctis angelis credidit. Sed illum & propter hoc & propter alia nonnulla, & maximè propter alternātes sine cessatione beatitudines & miserias, & statutis sæculorum interuallis, ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles non immerito reprobauit Ecclesia.

lib. 21. de c. Dei c. 17. † Ioan. 5. e.

ORIGENES. Attende quod cum prius dixisset, *Venite benedicti*, deinde *discedite maledicti*, propterea quod proprium boni Dei est, primum recordari benefacta bonorum quam malefacta multorum, hic prius nominat pœnam malorum, deinde vitam bonorum, vt primùm quæ timoris sunt, euitemus mala, postea quæ honoris sunt, appetamus bona.

Tracta. 34. in Matth.

NICOLAVS DE LIRA.

Misericordiæ operū corporalis sufficiētia.

alimentum duplex est. Vnum est calidum, & siccum: & hoc vocatur cibus: & sic vnum opus misericordię est pascere esurientem. Vnde dicit philosophus 2. de anima, quod esuries est appetitus calidi & sicci. Et aliud est alimentum corporis frigidum & humidum, & illud vocatur potus, & sic secundum opus misericordiæ est potare sitientem. Et sic dicitur 2. de anima: quòd sitis est appetitus frigidi & humidi. Secundò indiget aliquo, sine quo non potest bene esse, videlicet indumento & domicilio in quo possit requiescere: Et sic est duplex opus misericordiæ, scilicet vestire nudum & colligere vel recipere hospitem. Tertio indiget post vitam istam sepultura: & sic ponitur quintum opus misericordiæ, scilicet, sepelire mortuum. Ista autem quinque prędicta sunt omnibus communia. Alia sunt duo opera misericordię, quę impenduntur alicui ex aliquo accidente superueniente: vt si aliquis incurrit infirmitatem vel capiatur ab hostibus: & sic accipiuntur duo opera quę sunt visitare infirmum, & redimere captiuum. Et in nomine redemptionis intelligitur omne beneficium eis impensum. Ista autem septem opera misericordię habentur in vno versu: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. *Et patet sententia ex prędictis. Ista autem septē impensa Christi fidelibus propter Christum, sibi reputat totum factum, quia fideles sunt membra eius. Et è contrario fidelibus denegata, sibi reputat denegari: propter quod facientibus opera misericordię reddit vitam ęternam, denegantibus autem pœnam. Et istis patet litera. Aduertendum tamen quando dicitur.*

Versus.

1 Domine quando te vidi. &c. *Non est quæstio procedens ex ignorantia: quia iusti certitudinaliter cognoscent, quod opera misericordię facta membris Christi Christus sibi reputat fieri, & pro talibus certitudinaliter se saluari. Et similiter mali scient se damnari pro contrario. Sed est quæstio admirationis pro magnitudine gratiæ, quę fiet electis, & magnitudine miserię quæ infligetur reprobis. Considerandum etiam, quod hic non fit mentio de operibus misericordiæ ex parte animæ: quia illi pertinent pro maiori parte ad prælatos, ad quos pertinet alios instruere, & dirigere in salutem: hic autem agitur de iudicio circa statum actiuorum, vt visum est. Cætera patent ex dictis.*

Misericordiæ opera spiritualia in iudicio subticentur & quare

MORALITER.

† *Esuriui enim et non dedistis mihi manducare: sitiui, etc.* Expositio patet ex dictis per negationem collationis dictorum beneficiorum: & sicut conferentes digni sunt præmiatione: ita denegantes & dare potentes punitione. Ideò concluditur in fine: *Et ibunt hi in supplicium æternum. Iusti autem, &c.*

CAPVT XXVI.

1 E T factum est, cúm consummasset Iesus sermones hos

CAP. XXVI.

a *ET, fa. est cū con.* De consummatione sæculi, & à discretione iudicij: vel ab initio euangelij vsque ad passionem omnia faciendo & prædicando compleuerat. Post sermonem quo se venturum in claritate prædixit, passurum se ostendit, vt sacramētum crucis admixtū esse gloriæ æternitatis admoneat.

Scitis

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XXVI.

1 E T fa. *Postquam Matthæus euangelista in principio sui euangelij declarauit personam mediatoris, et vlterius legem euangelicam à Deo datam ad instructionem hominis transgressoris, hic consequenter describit ipsius mediatoris passionem, per quam solutum est precium nostræ redemptionis. Et diuiditur in duas: quia primò ostenditur maligna Christi comprehensio per explorationem Iudæorum. secundo eius iniusta condemnatio per executionem gentilium capitulo sequenti. Prima diuiditur in quatuor partes: quia primo describitur Christi venditio facta non ex eius ignorantia, sed magis ex præscientia & voluntate. Secundo ipsius venditi traditio, non ex displicentia, sed ex charitate ibi:* Prima autem die azymorum. *Tertio ipsius traditi comprehensio non ex ipsius impotētia, sed ex sua mititate, ibi:* Adhuc eo loquēte. *Quarto, comprehensi illusio, non ex eius iniusticia, sed ex eius humilitate ibi:* Princeps autem sacerdotum.

Diuisio.

Circa primum quatuor per ordinem ponuntur. Primum est ipsius venditionis

MORALITER.

1 *Et fa.* Sequitur.

1 *Et fa.*

a *Scitis, quia.* Sicut ex Ioannis narratione colligitur, *ante sex dies pascha venit Iesus Bethaniam*: ibique factum est illud conuiuium, in quo de vnguento pretioso fit commemoratio. Inde venit Ierusalem sedens super asellum: postea geruntur ea quæ narrantur, post hunc aduentum Ierosolymis acta vel gesta. Ex illo ergo die, quo venit Iesus Bethaniam vsque ad diem, quo omnia ista gesta & dicta sunt, intelligimus esse consummatum quatriduum, vt occurreret dies quē ante biduum paschæ Matthæus & Marcus diffinierunt.

Ioan. 12. a. † Mar. 14. a. Luc. 22. a.

MYSTICE. Post duos dies clari luminis vete. & no. te. verum pascha per mundum celebratur. Pascha quod Hebraicè dicitur phase, non à passione sed à transitu nominatur: quia exterminator viso sanguine in foribus Israel, transiuit eos, & Deus auxilium præbens eis desuper ambulauit.

† Mar. 14. a. Exod. 12. d.

MYSTICE. Quia in ea festiuitate agnus Dei de hoc mundo erat transiturus, vel nos salubri transitu quasi de Ægypto huius mūdi educturus. Pascha propriè solus dies dicitur, quo agnus ad vesperam occidebatur, id est, 14. luna primi mensis. Decimaquinta luna qua egressi sunt de Ægypto erant azyma septem diebus. Sed indifferenter & pascha pro diebus azymorum, & dies azymorum pro pascha ait Marcus: *Erat pascha & azyma post biduum.* Lucas: *dies festus azymorum qui dicitur pascha.*

Mar. 14. a. Luc. 22. b.

MYSTICE. Vno die agno immolato septem dies azymorum sequuntur: quia Christo semel passo, per totum tempus sæculi viuendum est in azymis sinceritatis & veritatis.

✠ LEO PAPA. Prouidentibus ergo principibus ne in sancto die tumultus oriretur, non festiuitati, sed facinori studebant. Seditiones enim fieri in præcipua solennitate metuebant, non vt populus non peccaret, sed ne Christus euaderet.

Serm. 7. de passione.

a omnes, dixit discipulis suis: † Scitis, quia post biduum Pascha

a ¶ Prænouit & non declinauit, sed etiam cæteris nō nolentibus, pergit intrepidus.

b ¶ Qui debuerant se parare ad pascha, contra verum agnum se armant

fiet, & filiꝰ hominis tradetur, vt crucifigatur. Tūc cōgregati sunt principes sacerdotum * & seniores populi in atriū principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt,

a ¶ Nam si palam, timebant ne eis tolleretur.

vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem:

a ¶ Non timentes seditionem, sed ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.

b Nō in die festo. † Ne fortè tumultus fieret in populo. Cū autē

a ¶ Mundum redempturus moratur in domo obedientiç. a ¶ Olim, sed postea à Christo mundati.

c esset Iesus in Bethania, in domo Simonis Leprosi, accessit ad

d a ¶ Genus marmoris in quo bene seruantur vnguenta sine detrimento.

e eū mulier habens alabastrū vnguenti preciosi, & effudit super

* & scribæ

b *Cum au.* Habito consilio ordo narrationis illuc trāsit, *tūc abijt vnus de duodecim*, vt factum Iudæ coniungatur ad consilium sacerdotum. Redit autem ad eum diem, qui erat ante sex dies paschæ dicens: *Cum autem, &c.*

c *Simonis.* Permanet pristinum nomen vt virtus curantis appareat. Per eam domum accipe illam partem populi quæ credidit domino & curata est. *Simon*, id est, obediens.

d *Accessit.* HIERONYMVS. Diligenter obserua, quæ de duabus super caput. Siquidem peccatrix, super pedes, & ea quæ dicitur non fuisse peccatrix, super caput.

e *Mulier ha.* Maria Magdalena soror Lazari modo iusta & familiaris, quæ quondam peccatrix venit & pedes lachrymis lauit, nunc caput, & pedes vnxit, pedes nunc, vt Ioannes dicit.

Ioan. 12.

f *Vnguenti preciosi.* Marcus: nardi spicati, id est, de spicis & folijs confecti, quod preciosius est. Ioannes nardi pistici, id est, fidelis non adulterati alijs herbis: πίστις Græcè, fides Latinè.

MYSTICE. Hæc deuotio Mariæ, fidem significat ecclesiæ, quæ dum deitatem Christi prædicat, caput vngit: dum humanitatem,

NICOLAVS DE LIRA.

venditionis prænuntiatio. secundùm venditionis consultatio, ibi: Tunc congregati sunt. *Tertium venditionis occasio, ibi*: Cum autem esset Iesus. *Quartum venditionis modus & ordo, ibi*: Tunc abiit vnus ex duodecim. *Circa primum considerandum, quod ea quæ prædicta sunt capitulo præcedenti, prædicauit Christus feria tertia ante passionē suam, & eadem die prædixit discipulis suis passionem suam futuram post duos dies, sicut postea fuit completum. Ex quo patet quod non fuit ex ignorātia traditus, sed ex sua præscientia & voluntate, vt dictum est: hoc est ergo quod dicitur hic:* Et factum est. *quia continetur cap. præcedenti.*

1 Dixit. *Eadem die scilicet.*

2 Discipulis, *In secreto & non coram turbis.*

3 Scitis quia. *Id est, immolabitur agnus paschalis, qui debebat immolari vespere feria quintę à quo incipiebat solennitas sequentis diei.*

4 Et filius. *Quia eadem nocte traditus est à Iuda Iudęis.*

5 Vt crucifi. *Quia vlterius Iudęi tradiderunt ipsum Pilato ad crucifigendum.*

6 Tunc con. sunt. *Hic ponitur ipsius venditionis consultatio, quæ facta est feria quarta ante passionem: & tunc Iesus non venit in Ierusalem, sicut fecerat alijs tribus diebus præcedentibus: sed mansit in Bethania, vt daret Iudęis locum tractandi liberius de morte sua, & hoc est quod dicitur hic:* Tunc, *id est, sequenti die post quam dixit Iesus apostolis verba premissa.*

7 Congregati sunt. *Qui conceperant erga Christum rancorem & odium, vt patet ex premissis.*

8 Et se. *Isti erant iudices ordinarij, de quibus supra dictum est 15. ca. in prin.*

9 In at. pri. *Id est, qui primis dederat Iudęis consilium de morte Christi, vt habetur Ioan. 11.*

10 Et consilium. *Prius enim determinauerant ipsum interficere, sed consilium quærebant de modo faciendi, qualiter possent facere occultè, & sine populi seditione, et hoc est quod subditur:*

11 Dicebant autem, *Id est, in solemnitate paschali imminente de proximo, vt visum est.*

12 Ne for. *Multi enim propter solennitatem pascha venerant in Ierusalem: Et quia aliqui reputabant Iesum esse verum Christum, alij autem seducti à sacerdotibus reputabāt eum Magum, & ideò si occideretur durante solennitate paschali timebant periculosam seditionē populi: propter quod consulebant mortem eius vsque post festum differri, tamen istud consilium postea mutauerunt, quia inuenerunt opportunitatem eum capiendi per Iudam, vt dicitur infra.*

13 Cum autem. *Hic ponitur venditionis Christi occasio. Iudas enim cupidus, motus fuit ad Christi venditionem, vt posset recuperare per hoc valorem vnguenti super caput eius effusi, & hoc est quod dicitur:* Cum autem. *Illud fuit factum sexto die ante passionem Christi, vt habetur Ioan. 12. sed hic recolitur à Matthęo, quia fuit occasio venditionis Christi, vt dictum est iam.*

14 In domo. *Iste enim tunc non erat leprosus, quia iam fuerat curatus à Christo, retinuerat tamen nomen leprosi: sicut Matthæus post vocationem ad statum apostolicum adhuc vocatur Publicanus, vt dictū est supra 12. cap.*

15 Accessit ad eum mulier. *Ista fuit Maria soror Lazari, vt dicitur Ioan. 12.*

16 Habens ala. *Id est, vasculum factum de alabastro, quod est genus marmoris candidi, quia tale vasculum optimè conseruat vnguenta in terra illa, & hoc est quod dicitur.*

17 Vnguenti prec. *Id est, contentiui vnguenti. Aduertendum tamen, quod vnguentum hic vocatur lachryma fluens de arboribus quæ est multum preciosa in terra illa: quia valet ad multa medicinalia.*

18 Et effu. *Sicut effunditur aqua rosacea propter refrigerium & odorem.*

Recumbentis.

MORALITER.

† 3 *Scitis quia post bi.* Moraliter exponendo Christus post biduum mortis suæ die tertia transiit ad gloriā corporis, & nos eius mēbra post biduum confessionis & satisfactionis trāsibimus ad gloriam patris. *Tunc congre. &c.* Sequitur.

11 *Dicebant autem, &c.* Sic hæretici de proditione verbi Dei tractant in occultis, timentes cōtra se fieri tumultum à Christianis.

15 *Accessit ad eum mu.* 1. Cor. 11. a. dicitur. *Caput Christi Deus*, itaque Christi caput vngit qui ad honorem Dei omnia opera sua facit, secundùm illud 1. Cor. 10. g. *Omnia in gloriam Dei facite.*

11 Dicebant † Videntes

humanitatem, pedes. De hoc vnguento in domo Simonis leprosi in Bethania dicunt, & Matthæus & Marcus & Ioannes. Lucas verò aliud dicit simile huic factum ante in domo alterius Simonis Pharisæi non leprosi, neque in Bethania, sed de eadem muliere quæ tunc accessit peccatrix.

✠ AVG. Quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur quã sese habent mores eorum cum quibus viuit, aut temperans aut superstitiosus est: Quisquis vero sic eis vtitur vt metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat aut flagitiosus est. In omnibus enim talibus nũ rerũ vsus, sed libido vtẽtis in culpa est. Neq; vllo modo quisquã sobrius crediderit Domini pedes ita vnguento precioso à muliere perfusos, vt luxuriosorum & nequam hominum solent, quorum talia conuiuia delectamur. Odor enim bonus bona fama est: nam quisquis bonæ vitæ operibus abundauerit, dum vestigia Christi sequitur, quasi pedes eius preciosissimo odore perfundit.

a *Discipuli indigna.* Ioannes dicit hæc Iudam locutum, & hoc gratia cupiditatis: alii potuerunt verbis eius cõsentire, vel etiam idem dicere: sed propter curam pauperum.

✠ CHRYSOSTOMVS Quia discipuli audierunt Christum dicentem, *Misericordiam volo & non sacrificium*, apud se cogitabant, si holocausta non acceptat, multo minus olei vsum.

b *Opus enim bo.* Sicut Maria piæ deuotionis adepta est gloriam, ita è contra Iudas contradicens perfidiæ infamiam, sed dominus qui bona laudat, tacendo hæc præteriit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non simpliciter dixit, *bonum opus, &c.* sed prius posuit: *Quid molesti estis, &c.* erudiens nos quodcunque geritur bonum à quocunque, etsi non valdè diligenter factum fuerit, suscipere, fouere & augere, & non ex principio omnem diligentiam expetere. Quisquis enim eum interrogasset antequam fecisset hoc mulier, non mandasset hoc fieri, sed post effusum vnguentum, non habebat locum discipulorum increpatio, & ideo hæc dixit in consolationem mulieris.

Mar. 14. a. Ioan. 12. a. Ioan. 12. a. Lib. 3. de doctrina Christi. cap. 12. † Mar. 14. a. † Ad quid. Hom. 81. in Matth. Vbi supra

a caput ipsius recumbentis. [1] Videntes autem discipuli indignati [2] sunt, dicentes: [3] † Vt quid perditio hæc? [4] Potuit enim * istud venundari multo, [5] & dari pauperibus. [6] Sciens autem Iesus, [7] ait b illis: Quid molesti estis huic mulieri? [8] Opus enim bonum operata est in me. Nam semper pauperes habetis vobiscum: [9] c me autem non semper habebitis. [10] Mittens enim d hæc vnguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. [11] Amen e dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, [12] dicetur quod hæc fecit in memoriam eius. [13] † Tunc f abiit [14] vnus de duodecim, [15] qui dicebatur Iudas Iscariotes ad [16] g principes sacerdotum, & ait illis: [17] Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? [18] At illi constituerunt ei [19] triginta argenteos.

¶ Synecdoche. ¶ Deuotionis & pietatis. a ¶ Id est, quòcunque se dilatauerit ecclesia. b ¶ Nota notitiam futurorum in Christo. a ¶ Id est, ecclesia. b ¶ Id est, obsequium quod mihi piè exhibuit. c ¶ Mariæ. a ¶ Damnum de effusione vnguenti vult magistri precio compensare. ¶ Memoria mortis. a ¶ Idem precium quo Ioseph venditus est à fratribus.

c *Me au.* Corporali præsentia, alioquin dicit alibi: *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad cõsummationem sæculi.*

d *Mittens enim.* Officium est sepulturæ quod vos perditionem esse putatis. Nec mirum, si mihi dat fidei odorem, pro qua mox fusurus sum sanguinem.

e *Amen dico vobis.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ecce quod dixit, factum est. Vbicũque enim terrarum abieris, videbis hanc mulierem famosam. Et regum quidem multorũ victoriæ silentur: mulier autẽ hæc oleum effudit in domo leprosi cuiusdam duodecim viris præsentibus, & hoc omnes cruciat.

f *Tunc abijt.* Præmissa est causa quæ compulit Iudã ad vẽdendum dominum. Cum enim fur esset, & loculos haberet, & vidisset vnguẽtum super caput & pedes domini effusum, quod putauerat esse vendendum & precium sibi esse tradendum, vt aliquid inde furaretur, quod perdiderat in effusione vnguenti, voluit recompensare in venditione magistri.

Quando congregati sunt principes. Vbi patet quod non inuitus neque coactus, sed spontè iniit consilium sceleratorum. Quarta feria congregati sunt principes sacerdotum, &c. Iudas accessit, vt venderet magistrum. Et hoc ostendit prophetia Isaiæ, quæ legitur quarta feria vbi dicitur: *Ecce merces eius cum eo.*

g *Quid vultis.* Quasi vile mancipium tradens, ponit in potestate ementium quantum velint dare.

*vnguentũ infra 28. d. Hom. 81. in Matth. † Mar 14. a. Luc. 22. a. 11 q. 3. c. abiit Iudas. Isa. 40. d.

☞ *Et exinde.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Recumbentis. *Id est, residentis in mensa: quia faciebant magnum festum Christo & discipulis eius, & Lazarus qui fuerat resuscitatus ab eo erat vnus de recumbentibus, sicut habetur Io. 12. a.*

2 Videntes autem. *Hic ponitur plurale pro singulari secundum communem modum loquendi, quia quod vnus de aliqua societate facit, tota societas dicitur facere: Solus enim Iudas murmurauit vt habetur, expressius Ioan. 12. Vel si fortè aliqui cum eo murmurauerunt fuerunt ab eo incitati.*

3 Dicentes vt quid perdi. *Putabat enim Iudas vnguentum perditum propter hoc, quod non habebat apud se precium.*

4 Potuit enim. *Istud expressius ponitur Ioan. 12. a. vbi dicitur:* Quare hoc vnguentum nõ væniit trecentis denariis & datum est egenis?

5 Et dari pau. *Non dicebat hoc Iudas compatiens pauperibus, vt habetur Ioan. 12. sed quia dolebat quod vnguentum non fuerat sibi traditum, vt eius precium sibi retineret, & furaretur.*

6 Sciens au. *Scilicet, malignam cogitationem Iudæ.*

7 Ait illis, quid molesti estis. *Quasi dicat, sine causa. Cuius ratio subditur.*

8 Opus enim bonum operata est in me. *Quasi dicat, semper potestis recuperare ad faciendum illis eleemosynam.*

9 Me autem non, &c. *Sed contrarium videtur Matth. vlt. d. vbi dicit discipulis suis:* Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. *Sed hic intelligitur de esse cum hominibus per gratiam & etiã sacramentaliter in sacramẽto altaris: sed istis modis non possunt sibi corporalia obsequia exhiberi, Sequitur:*

10 Mittens enim. *Quasi dicat, in hoc facto præfigurauit sepulturam meam futuram, de propinquo, vnde Ioan. 12. dicitur quod præcepit partem vnguenti ad sepulturam suam reseruari: vnde credendum est, quod hæc mulier hoc fecit edocta à spiritu sancto. Sequitur.*

11 Amen dico vobis. *Hoc est, factum huius mulieris pertinens ad euangelium Christi.*

12 Dicetur & quod hæc. *Id est, ad laudem eius recitabitur tanquam factum virtuosum: & hoc patet adimpletum.*

13 Tunc abiit. *Hic consequenter describitur venditionis Christi modus & ordo: Et primò quantum ad tempus, cùm dicitur:* Tunc. *Id est feria quarta, quando principes sacerdotum fuerunt congregati ad tractandum de morte Christi vt dictum est.*

14 Abiit vnus. *Id est, ex principalibus Christi discipulis.*

15 Qui di. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Iudæ qui fuit frater Iacobi minoris. Et notandum quod Scarioth est nomen villæ de qua erat oriundus Iudas proditor: propter quod inde cognominatur.*

16 Ad prin. *Quod audierat esse congregatos ad tractandum de morte Christi.*

17 Quid vultis. *Occultè scilicet, & sine strepitu: propter quod mutauerunt consilium prædictum.*

18 At illi. *Id est, ex pacto firmiter promiserunt.*

19 Triginta argen. *Argenteus nummus valebat decem nummos vsuales, & per consequens triginta argentei valebãt trecentos de nummis vsualibus, vt patet manifestè si multiplicentur triginta pro decem: & sic in venditione Christi recuperauit valorem prædicti vnguenti.*

Diuisio. Scarioth.

Et exinde

MORALITER.

† 2 *Videntes autem.* Per hoc designantur detractores, bonorum opera denigrantes.

13 *Tunc abiit vnus de duode. &c.* Per istum significatur hæresiarcha, qui verbum Dei promittit tradere in conclaui.

a *Et exinde.* Multi hodie sunt, qui factum Iudæ execrantur, & idem faciunt. Nam cum pro munere falsum testimonium dicũt, quia veritatem negãt, Deum qui veritas est vendunt, dum charitatem violant: Deum qui charitas est produnt: præsertim cum non ignorantia, sed opportunitate faciendi quæsita hoc faciunt.

b *Prima autem die, &c.* Id est, quartadecima die primi mensis, quando abiecto fermẽto agnum immolant ad vesperam quod exponit Apostolus: *Etenim pascha no. im. est. &c.* Qui licet die sequenti, id est, 15. luna sit crucifixus, tamen ea nocte passionis suæ tentus à Iudæis celebrauit exordium.

1 Cor. 5. b.

Mar. 14. b. Luc. 22. c. Ioan. 13. c.

c *Vbi vis, &c.* Non erat eis certa domus: In quo improbatur ædificatio superfluorum.

d *Ad quen.* Eundem significat, quem Marcus & Lucas dicunt patremfamilias. Qui ergo ait ad quendam, tanquam ex persona sua (& non domini) studio breuitatis illum compendio insinuauit. *Ad quen.* Non ad quemlibet, sed ad aliquem certum, quem ex persona sua loquens rectè posuisset. Modo autem cum verba domini posuit, *Ite in ciuitatem*: interponit ipse, *ad quendam*: non quia dominus hoc dixerit, sed vt ipse nobis insinuaret tacito nomine proprio fuisse ibi quendam ad quem mittebantur.

Mar. 14. b. Luc. 22. a

a ¶ Quod sine turbis eum tradere posset, quod Lucas apertè ait.

Et exinde quærebat opportunitatem, vt eum traderet. Prima autem die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit: Ite in ciuitatem ad quendam, & dicite ei: Magister dicit, tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. † Vespere autem facto discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis dixit: Amen dico vobis, quia

a ¶ Ecce oportunitas. b ¶ Paschæ.

a ¶ Quando verus sol ad occasum properabat. b ¶ Quia eis æternam requiem præparabat, & per eos aliis.

✻ Chrysostomvs. Ex hoc manifestum est quoniam non erat ei domus neque tugurium. Ego autem æstimo neque discipulos habuisse. Profecto enim eum rogassent illuc venire.

Hom. 82. in Matth.

✻ Hilarivs. Ideo hominem cum quo pascha celebraturus esset, non nominat, non enim Christiani nominis honor credentibus erat præstitus.

e *Et fece. di. si.* In alio Euangelio scribitur: *Inuenerunt cœnaculum grande stratum.* Cœnaculũ, lex spiritualis est, quæ de angustiis literæ egrediens in sublimi loco recipit Saluatorem. Nam qui literam sequitur in imo pascha facit. Sed qui aquæ baiulum, id est, præconem gratiæ in domum ecclesiæ sequitur, hic per spiritum literam transcendens in alto mentis Christo refectionem parat.

Mar. 14. b.

f *Quia vnus.* Qui prædixit de passione, prædicit de proditore, vt videns se non latere pœniteret facti.

Mittit crimen in numero, vt agat conscius pœnitentiam, non tamen designat specialiter, ne impudentior fieret.

✻ Chrysostomvs. Edentibus illis disputat de traditione Iudæ, vt & à tempore & mensa ostendat maliciam proditoris.

Hom. 82.

✻ Chrysost. Cœperunt.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et exinde. *Scilicet, temporis & loci.*

2 Vt eum. *Scilicet, occultè: quod adimpleuit in nocte diei sequentis, vt infrà patebit.*

3 Prima autem. *Hic describitur ipsius Christi venditi traditio vbi quatuor tanguntur: quia primò præmittitur paschale conuiuium ad proditoris reuocationem, secundò, instituitur eucharistia sacramentum ad fidelium refectionem, ibi:* Cœnantibus autem. *Tertiò prędicitur discipulorum scandalum ad ipsorum premunitionem, ibi:* Tunc dixit illis. *Quartò subiungitur Christi desiderium ad nostram redemptionem, ibi;* Tunc venit Iesus: *Dicit ergo sic:* Prima autem. *Ista dies fuit feria quinta, quæ erat vigilia paschę in qua immolabatur agnus paschalis ad vesperam illius diei, quæ erat dies quartadecima primi mensis: & tunc tenebantur vesci panibus azymis vsque ad vesperam vigesimę primæ diei eiusdem mensis, vt habetur Exod. 12. Aduertendum tamen est, quod Græci dicunt Christum cœnasse cum discipulis suis ante passionem suam tertiadecima die primi mensis, ita quod anticipauit immolationem agni paschalis per vnam diem: quia pręuidebat se passurum in crastinum quando debebat agnus immolari secundùm legem: hoc autem probant ex euangelio. Ioan. 8. vbi dicitur quod Iudęi ducentes Christum ad Pilatum,* non intrauerunt in prætoriũ, vt non contaminarẽtur, sed vt manducarent pascha, *ex quo concludunt quod eadem die passus est, in qua immolabat agnum paschalem, scilicet, quartadecima die mensis primi: & per consequẽs die tertiadecima cœnauit cum apostolis: Ex quo vlteriùs concludunt, quod Christus confecit corpus suum in pane fermentato: quia Iudęi non vescebantur azymis ante vesperam quartadecimę diei. Ex quo vlterius in tantam insaniam prorumpunt, quod dicũt Matthæum Marcum & Lucã falsum scripsisse: quia describunt Christum cœnasse cum apostolis prima die azymorum, in qua agnus paschalis immolabatur, propter quod dicunt vlterius, quod Ioannes qui scripsit posterior in hoc correxit eos 12. cap. dicens:* Ante diem festum paschæ, &c. *vbi consequenter agitur, quomodo lauit pedes discipulorum suorum & eadem nocte traditus est. Sed ista sunt falsa & erronea. Dicere enim quod in scriptura canonica sit aliquid falsum & erroneum, cum sit tradita à Spiritu sancto: & iterùm si concedant esse falsa in aliquo loco, per consequens non potest habere aliquid firmitatis in aliis locis, vt arguit Aug. in epistola ad Hieronymum: Item quod dicunt Christũ confecisse in fermentato, hoc est contra Chryso. qui fuit doctor Græcus qui dicit super Mar. Apertissimè Dominus demonstrauit, qui à principio circuncisionis suæ vsq; ad diem paschæ extremum non erat contrarius diuinarũ legum. In lege autem præcipiebatur, quod carnes agni paschalis comederent cum panibus azymis, ergo in illa cœna vltima in qua confecit corpus suum, erant panes azymi, & propter hoc bene scribit Matthæus, qui scribit:* Prima die azymorum. &c. *Quod autem arguunt de Ioanne, qui dicit quod Iudęi non introierant prætorium ne impedirentur à manducatione paschę. Dicendum quod pascha accipitur non pro agno paschali qui fuerat immolatus nocte præcedenti, sed pro azymis panibus quibus vtebantur septem diebus, ad quorum comestionem requirebatur quod homo esset mundus. Ad secundum quod arguunt de euangelio Io. 13. a.* Ante diem festum, &c. *dicendum, quod quintadecima dies mensis primi, illa erat dies festiuitatis paschalis, quæ tamen festiuitas incipiebat à vespere diei præcedentis, & propter hoc illa eadem die incipiebant comedere azymos panes in vespere, vt patet ex prędictis. Ex quo patet, quod Ioannes non contradicit alijs, sed magis conuenit cum eis. sequitur.*

Scriptura sacra impermixta est aliqua fallitate.

4 Vbi vis pare. tibi. co. pa. *Id est, agnum paschalem?*

5 At Ies. di. Ite in ciu. ad quen. *Matthęus hic loquitur generaliter. quia Christus non expressit illis nomen illius ad quem debebant ire, tamen dedit eis signum per quod poterant determinatè cognoscere, secundum quod habetur Mar. 14. b. vbi dicitur sic:* Occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: & quocunque introierit. dicite domino domus, &c.

6 Tempus me. *Scilicet, patiendi.*

7 Prope est, apud te. fa. pa. cum dis. me. *Quasi dicat, prouide mihi de loco & cibo, vnde creditur quod ille erat discipulus Christi occultus tamen. Patet etiam quod Christus ita pauper erat, quod nec domicilium habebat: nec vnde posset cibum paschalem emere, sequitur:*

8 Vespere au. fa. *Quia illa hora comedendi agnum paschalem.*

9 Discumbebat e. cum duo. di. su. *Ex quo patet. quod quantũ erat in se reuocabat proditorem amore primo, cum esset vnus ex duodecim, & tamen illum non repulit à conuiuio agni paschalis, licet eius proditio non lateret eum.*

10 Et edentibus illis. *Hic secundò reuocat proditorem dolore, prædicendo coram eo passionem suam, quæ debebat esse discipulis suis materia doloris & hoc est quod dicitur.*

11 Amen dico vo. quia vnus vestrûm. *Id est 12. discipulorum principalium.*

Me tradi-

MORALITER.

† 3 *Prima autem die azymo. &c.* Sequitur.

6 *Tempus me. pro. est. apud te fa. pa.* Per hoc autem quod Christus morti propinquus, non solum agnum typicum, sed etiam corpus suum verum sacramentaliter cum apostolis suis manducauit, ostenditur quod quilibet Christianus periculo mortis imminente, debet si potest sacramentaliter communicare. Sed si non potest, communicet saltem fide, secundùm verbum Aug. *Crede & manducasti. Vespere au. fa.* Sequitur.

10 *Et eden. illis dixit: amen dico vo. quia vnus vestrũ me tra. est.* Per

✻ hoc

a *Cœperunt sing.* Quia plus credunt magistro quam sibi: & timentes etiam fragilitatem suam, quærunt de peccato cuius non habent conscientiam.

✠ ORIGENES. Vnusquisque enim discipulorum sciebat ex his quæ docuerat Iesus, quoniam ad malum vertibilis est humana natura, & in colluctatione aduersus rectores huius mundi tenebrarum, idò vnusquisque eorum timens interrogauit.

b *Qui intingit.* Alijs contristatis & à cibo manum retrahentibus, ea impudentia qua tradidit, manum cū magistro mittit, vt audacia bonā cōscientiam mentiretur. Ecce humilitas & patiētia, qua proditorem ad mensam admittit.

✠ ORIGENES. Vidēs eos de seipsis timentes demonstrauit proditorem indicio propheticæ vocis dicentis: *Qui manducat panem meum mecum, amplificauit aduersus me supplantationem.* Nec enim discrepat illud ab hoc quod dicit: *Qui intingit mecum manum in parapside hic me tradet.*

c *In paro.* Marcus: *in catino.* Paropsis est vas escarum quadrangulum à paribus absidibus, id est, ab æquis lateribus dictum: Catinum vas fictile, aptum ad imittendum liquorem, & potuit fieri vt mensa fictile vas & quadrangulum contineret.

Pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata supplicia.

d *Bonum e. ei.* Multò melius esset omninò non esse, quam malè esse, vsitatè & simpliciter hoc dicit. Non potest enim ei bene esse qui non est. An diabolo dicit non nasci ad peccatum: an etiam bonum illi erat vt Christo nō nasceretur per vocationem, ne esset apostata per proditionem. Vel solemus dicere simpliciter, melius esset non esse, quàm malè esse.

✠ CHRYSOST. Quamuis scriptum fuerit passurum esse Christum, nihilominus tamen incusatur Iudas. Non enim traditio Iudæ salutem nostram operata est, sed sapientia Christi qui aliorum nequitijs ad id quod nobis expediebat, vtebatur.

e *Rabbi.* Alij dicunt, domine, iste, rabbi. Quasi minus peccatum habens prodere magistrum quā dominum, vel blandiēdò.

f *Nunquid ego sum*

✠ ORIGENES. Vide quoniam exspectans Iudas tantū sermonē Christi de se, non præcidit narrationē eius sua responsione, sed post omnes respondit dicēs: *Nūquid ego sum, Rabbi?* Non ex affectu discendi, sed secundū consuetudinē nominādi magistrū, eū vocauit magister: quasi subsannans eū, quia vocabatur magister, eum non esse hoc vocabulo dignum.

g *Tu dixi.* Nec hic apertè dicitur, an ipse esset: Potest enim intelligi, quasi dicat, non ego dixi.

h *Cœnantibus autem, &c.* Finitis solemnibus gaudijs veteris paschæ quæ in memoriam liberationis populi Dei de Ægypto agebantur, transit ad nouum quod in sui memoriam ecclesiam frequentare volebat. Vt videlicet pro carne agni ac sanguine, sui corporis ac sanguinis sacramentum substitueret: Ipsumque esse monstraret, cui *iurauit dominus & non pœnitebit eum: tu es sacerdos*, &c.

i *Accepit.* HIERONYMVS. Postquam typicum pascha fuerat impletum, & agni carnes cum apostolis comederat, assumit panem.

k *Et bene. ac f.* Quia hominem assumptum ita morti subdidit, vt ei immortalitatis potentiam inesse, & ideò citò resurrecturū ☞ esse

Margin: A; Tractat. 35. in Matth.; B; † tradebat; † Mar. 14. c. Luc. 22. b.; † Mar. 14. c. Luc. 22. b. 1. Cor. 11. f; Tractat. 35. in Matth.; Quare Christus corpus suum dedit Iudæ.; C; D; Hom. 82 in Matth.; Tract. 35. in Mat.; † catino; E; † gratias egit; F; Psal. 109.

(Text) a ¶ Quia non erant sibi huius reatus conscij. 1 vnus vestrûm me traditurus est. Et contristati valdè cœperunt singuli dicere: 2 Nunquid ego sum domine? At ipse re-a ¶ Qui latenter notatus non resipiscit, manifestius arguitur, non tamen ex nomine. 3 spondens, ait: b Qui intingit mecum manum in c † paropside, hic a ¶ Homo pacis meæ, qui edebat panes meos mag. s. m. su. me tradet. 4 Filius quidem hominis vadit 5 sicut scriptûm est de illo. 6 Væ autem homini illi: per quem filius hominis tradetur. a ¶ Ne tacendo videretur se prodere. alijs interrogantibus. d 7 Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. 8 Respondens autem Iudas qui † tradidit eum, dixit: e Nunquid ego sum, f rabbi? a ¶ Tu prodidisti, non ego. b ¶ Finito veteri pascha transit ad nouum. 9 Ait illi: g Tū dixisti. 10 h † Cœnantibus autem eis, i accepit Iesus panem, 11 & † k benedixit ac fregit, 12 deditque discipulis suis, 13 & ait: a ¶ q. d. Intelligite. b ¶ Quod sub specie panis videtur. † Accipite, & comedite: 14 Hoc est corpus meum. 15 Et accipiens

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Me tradi. & contri. val. *Non solum propter mortem magistri sui futuram contristati sunt, sed quia quilibet timebat de se ne esset ille qui debebat eum tradere, propter quod,*

2 Cœpe. sin. di. nunquid ego sum do. *Quia quilibet debet sibi timere de peccato futuro quantumcunque sit sanctus.*

3 At ipse resp. ait: Qui intin. me. m. in pa. hic me tra. *Per hoc non poterant perpendere quis esset determinate, quia omnes comedebant in eodem vase, in quo erant carnes agni paschalis posita.*

4 Filius qui ho. va. *Ad passionem scilicet.*

5 Sicut scri. est de il. *Isa. 53. c. vbi dicitur sic,* tanquam ouis ad occisionem ducetur, *&c. & Dan. 9.* Post hebdomadas 72. occidetur Christus *& in pluribus alijs locis simile habetur.*

6 Væ au. *Hic tertio reuocat proditorem timore, prædicendo ei pœnam damnationis suæ di.* Væ autem hom. il. per quem fi. ho. tra.

7 Bonum erat ei si na. non fuis. homo ille. *Minus enim malum accipitur hic pro bono. Minus autem malum est non esse simpliciter quā esse damnatum: quia etsi non sit minus malum ratione pœnę adiunctę, quę non priuat totum esse creatum: minus tamen malum est ratione culpę mortalis, quę inseparabiliter adhæret damnatis: & ipsa non solū priuat quoddam esse creatum sicut pœna, sed etiam priuat bonum infinitum, scilicet, diuinum propter quod esse miserum miseria culpę mortalis æternaliter, hoc est peius quam sit non esse simpliciter.*

8 Respondens au. Iu. *Hic quarto reuocat proditorem pudore, quia illi ostendit se suam proditionem cognoscere, & hoc est quod dicitur:* Respon. au. Iu. qui tr. eum di. Nunquid ego sum rab. *Si enim Iudas alijs de hoc quærentibus tacuisset, reddidisset se eis suspectum.*

9 Ait il. tu. d. *Et in hoc delictum suum alijs non publicauit, sed conscientiæ Iudæ significauit se eius delictū scire. Poterat enim per hoc verbum mentem Iudę sic mouere, quod alios latebat.*

10 Cœnantibus au. *Hic instituitur eucharistię sacramentum ad dominicæ passionis recordationem. Et diuiditur in tres partes, quia primo describitur huius sacramenti institutio. secundo, prædicatur immortalis vitę inchoatio, ibi:* Dico autem vobis. *tertio, pro vtroque redditur gratiarum actio, ibi:* Et hymno dicto. *Circa primum aduertendum, quod istud sacramentum duplici sub specie institutum est, scilicet, panis & vini: quia panis conuertitur in corpus Christi, & vinū in sanguinem, & istę conuersiones fiunt separatim, quia Christi sanguis fuit separatus à corpore vel à carne in passione. Hoc autem sacramētum, vt dictum est, institutum est quasi quoddam memoriale illius passionis: & ideò consecratio carnis & sanguinis fit sub speciebus distinctis.*

Considerandum etiam, quod sub vtraque specie est totus Christus, quia sub specie panis est totum corpus ex vi conuersionis vel sacramēti, sanguis autem & anima & diuinitas sunt ibi ex concomitantia naturali et inseparabili. Similiter sub specie vini sanguis tantum est ibi ex vi sacramenti, cętera autem ex concomitantia, vt diffusiùs tractatur 4. sententiarum. Dicit ergo: Cœnant. au. il. *Id est, postquam comederat carnes agni paschalis, antequam surgerent de cœna,*

11 Acce. Ie. *Quia vbi terminatur figura, ibi debet incipere veritas: agnus autem paschalis erat figura huius sacramenti: & ideò institutum est post comestionem agni.*

12 Et bene. *In hoc dedit nobis exemplum, quod ante sumptionem huius sacramenti debet mens eleuari in Deum.*

13 Deditque. *Inter quos erat Iudas, vt dicunt sancti communiter; licet Hilarius dicat contrarium. Ratio autem quare Christus dedit ei corpus suum, fuit, quia peccatum eius erat discipulis alijs occultum: & propter hoc in ecclesia obseruatur, quod peccatori occulto eucharistia nō negatur.*

14 Et ait. Ac. & co. h. est cor. m. *Si enim verbum Christi tantę est virtutis, quod fecit de nihilo omnem creaturam, non est mirū, si vnam creaturam conuertit in aliam.*

15 Et ac. ca. *Separatim consecrabat sanguinem à corpore ratione prædicta,*

✠ Gratias

Margin: Diuisio.; Sacramentū eucharistię quare sub specie panis & vini.

MORALITER.

† hoc quod in cœna pœnitentiam proditoris denunciauit, significauit, quod proditiones innocentium frequenter fiunt in conuiuijs, scilicet, per venenum.

Cœnantibus autē il. acce. Iesus panē AVGVSTINVS. De vno pane Petrus accepit & Iudas, sed Petrus ad vitam, Iudas ad mortem.

15 *Et acci.* Ad significandum perfectam animæ refectionem sicut

esse monstraret. *Fregit.* vt ostendat corporis sui fractionem non sine sua sponte fore. Benedixit prius, quia naturam quam assumpsit cum patre & spiritu sancto, gratia diuinæ virtutis impleuit. Ideò post cœnam corpus suum dedit, quia necesse erat Pascha typicum prius consummari, & sic veteri Paschæ sacramenta post substitui. Nos verò pro reuerentia tanti sacramenti priùs reficimur dominicæ passionis sacramentis, quam corporalibus escis.

a ¶ Inter aduersa. b ¶ Ipse æqualis Deo patri, quid ergo subditus faciet?
a calicem grâtias egit, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc om- 1
a ¶ Dedicator. b ¶ Non veteris, quod sanguine hircorum dedicatum est.
c ¶ Quia impossibile est sanguine hircorum peccata auferri.
b nes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro mul- 2 3
tis effundetur in remissionem peccatorum. † Dico autem vo- 4
a ¶ Mortalitatem bibit Christus, & legis vetustatem, dum ei placuit.
b ¶ Quod est mortalitas & passibilitas. c ¶ Est humanitatis.
c d bis, non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem 5 6

a *Gratias egit.* Ostendit quod quisque facere debet in flagello culpæ propriæ, cum ipse æquanimiter tulit alienæ: quia panis corpus confirmat, vinum sanguinem operatur.

MYSTICE. Hoc ad corpus, illud ad sanguinem Christi refertur. Verum nec panis sine aqua conficitur, nec vinum sine aqua offertur: per aquam populus signatur, qui nec sine Christi passione saluatur, nec sine eius amore Christus passus est. Oportet ergo vt nos ei vniamur, vt ipse in nobis maneat, & nos in ipso.

Catechesi b *Hic est enim sanguis.* ✠ CYRILLVS IEROSOLYMIT. Cùm Christus ipse sic affirmet atque dicat de pane: *Hoc est corpus meũ:* quis deinceps audeat dubitare? ac eodem quoque confirmante & dicente: *hic est sanguis meus,* quis inquam dubitet & dicat non esse eius sanguinẽ? Aquam olim in vinum conuertit in Cana Galileæ, quod cum quandã habeat cum sanguine propinquitatẽ, facilè in illũ transmutatur. Etenim parũ dignũ existimabimus, cui credamus quod vinũ in sanguinẽ transmutet? Nã in specie panis dat nobis corpus, & in specie vini dat nobis sanguinẽ, vt cũ sumpseris, gustes corpus & sanguinẽ Christi factus eiusdẽ corporis & sanguinis particeps. Sic Christophori erimus hoc est, Christũ in corporibus nostris ferentes, cũ corpus eius & sanguinem in mẽbra nostra receperimus, atque, vt Petrus dicit, diuinæ naturæ cõsortes efficiemur. Quamobrem non sic attendas velim tanquam sint nudus & simplex panis, nudum & simplex vinum, corpus enim est & sanguis Christi. Nam etsi sensus aliud tibi renunciat, fides tamen te confirmet ne iudices rem ex gustu

In ancorato. ✠ EPYPHANIVS. Videmus quod accepit Saluator in manus suas, veluti euangelium habet, *quod surrexit in cœna & accepit hęc, & vbi gratias egisset, dixit: hoc meum est,* hoc & hoc. Et videmus quod non æquale est, neque simile, non imagini in carne, non inuisibili deitati, nõ lineamẽtis membrorum. Hoc enim est rotundæ formæ & insensibile, quantũ ad potentiã. Et voluit per gratiã dicere, hoc meũ est, hoc & hoc, & nemo non fidem habet sermoni: Qui enim non credit esse ipsum verum: excidit à gratia & salute.

Lib. 4. de sacramentis cap. 5 ✠ AMBROSIVS. Ipse Dominus Iesus testificatur nobis quod corpus suum accipiamus & sanguinem, nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare?

✠ CHRYSOSTOMVS. Quoniam ille dixit, *Hoc est corpus meum,* nulla teneamur ambiguitate, sed credamus, & oculis intellectus intueamur. Vestimenta eius desideras videre, ipse verò seipsum tibi tradidit, non vt videas solum, verumetiam vt tangas & in te habeas.

Lib. 3. de sacerdotio. ✠ IDEM. O miraculum! ô Dei benignitatem! qui cum patre sursum sedet, in illo ipso tẽporis articulo omniũ manibus pertractatur, ac se ipse tradidit volentibus ipsum excipere ac cõplecti.

In epist. ad Calosyriũ. ✠ CYRILLVS ALEXAND. Ne dubites an hoc verum sit, eò manifestè dicente, *hoc est corpus meum,* sed suscipe potius verba Saluatoris in fide nec dubites.

In Matth. ✠ EVTHYMIVS Non dixit Christus hæc sunt signa corporis mei & sanguinis mei, sed hæc sunt corpus meum & sanguis meus. Oportet ergo non ad naturam eorũ quæ proponuntur aspicere, sed ad virtutẽ eorũ. Quemadmodũ enim supernaturaliter assumptã carnem deificauit, (si ita loqui liceat) ita & hæc ineffabiliter transmutat in ipsum viuificũ corpus suum & in ipsum pretiosũ sanguinem, & in gratiam ipsorum.

†Mar. 14. c In dialogo. ✠ THEODORETVS *Eranistes.* Quid æstimas donum altaris quod per sacerdotis inuocationem offertur? *Orthodoxus.* Ego cibum & potum vt ex sui natura est iudico. *Eranistes.* Sed quid facta sanctificatione reputas? *Orthodoxus.* Corpus & sanguinem Christi.

In Matth. ✠ THEOPHYLACTVS. Cum benedixisset, hoc est, gratias egisset, fregit panem, id quod nos etiam facimus, preces adiungendo, *Hoc est corpus meum,* hoc, inquam, quod sumis. Non enim figura tantum & exemplar corporis domini panis est, sed in illud ipsum conuertitur corpus Christi.

Lib. 4. de fi. de cap. 14. ✠ DAMASCENVS. Si volens ipse Deus verbum factus est homo, & ex sanctæ virginis purissimis & illibatissimis sanguinibus in seipso sine semine carnem sustentauit, non potest panem suiipsius corpus facere, & vinum & aquam & sanguinem? Dixit in principio: *Producat terra herbam virentem,* & vsque nunc pluuia facta produxit germina, diuino coadiuta præcepto dixit Deus: *Hoc est corpus meum: & hic est sanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem,* & omnipotenti eius præcepto donec veniat efficitur. Sic panis & vinum & aqua per inuocationem & aduentum Spiritussancti, supernaturaliter transmutatur in corpus & sanguinem Christi, & non sunt duo, sed vnum & idem. Non est figura panis & vinum corporis & sanguinis Christi, absit enim hoc: sed est ipsum corpus domini deificatum, ipso domino dicente, *Hoc est meum corpus* non figura corporis sed *corpus:* & non figura sanguinis sed *sanguis.*

Lib. de corpore & sanguine domini. ✠ PASCHASIVS Omnia quæcunque voluit dominus fecit, in cælo & in terra & quia voluit, licet figura panis & vini hic sit tamen omnino nihil aliud quam caro Christi & sanguis post cõsecrationem credenda sunt.

c *Non bibam.* Non delectabor ceremoniis huius populi, in quibus sacra paschalis agni præcipua sunt.

Post passionem non assumam carnem, donec assumam eam nouam quæ modo mortalis est.

d *De hoc gen. vi.* Vitis est humana natura, genimina eius, mortalitas & legis vetustas. Mortalitatem bibit Christus, & legis vetustatem, dum ipsi placuit, & ipse obseruando impleuit. De genimine vitis eiusdem bibit in resurrectione factus immortalis, quia immortalitas est genimen illius vitis, quam in resurrectione bibent sui. Ideò dixit, *vobiscum.* Immortalitate enim resurrectionis eadem remanebit substantia, & si qualitas sit mutata. Si autem vitem de cuius vetustate non passionis calicem bibit, Iudæos accipis, signat etiam gentem ad corpus Christi per nouitatem vitæ accessuram, cum post gentes ingressas omnis Israel saluus fiet.

Isai. 5. b. *Vinea domini Sabaoth domus Israel est,* de qua semper bibit, quia non defuerunt aliqui quorum pietate delectaretur: sed passo domino tempus erat, vt illa legalis obseruantia cessaret, & in spiritum transiret.

☞ Nouum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Gratias egit. *Eadem ratione, sicut in consecratione corporis dictum est, sequitur:*

2 Hic est e. *Id est ad confirmationem no. Te. quia sicut ve. Te. confirmatum est in sanguine animalium immolatorum, vt habetur Exod. 24. ita nouum Te. sanguine Christi confirmatum est. In quo apparet excellentia no. Te. respectu veteris, vt arguit Apostolus ad Heb. 9.*

3 Qui pro mult. eff. *Dicit autem pro multis, quia sanguis Christi pro omnibus effusus fuit quantum ad sufficientiam, quantum autem ad efficaciam non fuit effusus pro omnibus.*

4 Dico au. *Hic consequenter prędicitur ęternę vitę inchoatio: quia perceptio huius sacramenti dat vitam æternam, secundum quod dicit Saluator Ioan. 6. f.* Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. *Dicit ergo:* Dico au. vo. *hoc est ab hora qua instituit hoc sacramentum.*

5 De hoc gen. *hoc est de vino quod generatur in vite.*

6 Vsque in. *Id est, in nouo modo, hoc fuit impletum, quando post resurrectionem suam comedit & bibit cum apostolis suis ad declarationẽ suę resurrectionis: vt habetur Luc. vlti. Et tunc bibit nouo modo, quia corpus suum non erat tunc passibile & mortale, sed gloriosum non indigens cibo vel potu: sed solum comedit ad declarandum veritatem suæ resurrectionis: vt dictum est.*

In

MORALITER.

† sicut ex cibo & potu fit perfecta corporis refectio, separatim tamen fecit corporis & sanguinis consecrationem, quia sanguis

a *Nouum in re.pa* Dicens illud *nouum*, hoc vetus, ostendit corpus: scilicet, de veteri Adam quod immortalitate immutabitur. *Vobiscum*, per hoc & suis immortalitas promittitur, & si non eodem tempore. *De hoc genimine*, quia eadem corpora resurrectura. Erit autem dies meæ resurrectionis, cum in regno Dei, id est, immortalitatis gloria sublimatus, de salute eiusdem populi spirituali gratia regenerati, nouo vobiscum gaudio perfundar.

†Matt.14.c 44. dist.c. quando. 1. de cō. dist. d.c. de hymnis. Psal. 21.f.

b *Et hym.* Hoc est quod Psalmus dicit: *Edent pauperes & saturabuntur, &c.* Vel hymnum secundùm Ioann. patri gratias agens cantabat, in quo pro se & discipulis & crediturîs precabatur.

†Mar.14.c Ioan. 13.d.

Hom. 83 in Matth. †Mar.14.d. Luc. 22.d.

✱ Chrysost. Audiat qui velut porci simpliciter manducantes cum ebrietate surgunt, cum deceret gratias agere & in hymnum mensam desinere. Audiant quicunque vltimam orationem in sacris mysteriis non expectant.

c *Exierunt in mon.* Vt per sacramentorum perceptionem & suam intercessionem ad altiora charismata quibus corde perungamur nos conscendere doceat: vbi laboris refectio, doloris solatium.

d *Omnes vos scandalum pati.* Prædicit illis quid passuri sunt, vt post eum tum non desperent, sed pœnitentia liberentur.

✱ Chrysostomvs. Docet nos quales ante crucem fuerunt discipuli, & quales post crucem. Etenim qui neque cum Christo dum crucifigebatur, stare poterant, post mortem Christi adamante fuerunt fortiores.

e *Postquam.* Sicut prædixit locum passionis, sic prædicit locum resurrectionis, vt sicut sunt tristes ex passione, sic lætentur glorificati resurrectione vel visione.

f *Præcedam vos, &c.* Vt infirmitatem eorum, sponsione reditus sui consolaretur.

¶ Genimen. a ¶ Immortalis & impassibilis.

a illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. 1

a ¶ Spirituali cibo pastus debet conscendere ad montem virtutum quibus vngatur vel reficiatur.

b c †Et hymno dicto exierunt in montem †Olíueti. Tunc dicit 2 †Oliuarum †Mar.14.c

d illis Iesus: †Omnes vos scandalum patiemini in me in ista no- 3

a ¶ Id est, in ista tribulatione. ¶ Non congruit scandalum. 4

b ¶ In Zacharia: Percute pastorem, ex persona prophetę. c ¶ Ab vnitate fidei soluentur. 5

cte scriptum est enim: †Percutiam pastorem, & dispergen- 6 †Zach.13.c Mat 14.d.

e tur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos 7 8

f in Galilæam. †Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes 9

g scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi 10 11

¶ Petrus ex ardore promittit, Christus vt Deus ventura prædicit.

a ¶ Marcus dicit; Antequam gallus bis vocem dederit: cęteri: Antequam gallus cantet. 12

h Iesus: Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam gallus cátet, 13

a ¶ Timor erit causa ter me negandi. b ¶ Intellexit enim quod timore mortis prędiceret eum negaturum. 14

ter me negabis. †Ait Petrus: Etiamsi opórtuerit me mori 15 16

g *Et si omnes.* Non est mendacium nec temeritas, sed fides & ardens dilectio, intantum vt imbecillitatem suā & fidem verborum Dei, non contueretur.

h *Antequam gallus.* Tres ita simpliciter, solus Marcus: *antequam gallus bis vocem dederit.* Tertia negatio Petri, si tota post primum gallicantū inciperet, mētiri viderentur tres qui dicūt, *antequam gal. cantum.* Item si tota ante, superfluè diceret Marcus, *antequam bis cantet.* Sed quia ante primum cœpta, attenderunt illi tres, non quando completurus esset eam, sed quanta futura esset quandocumque incœpta, vel tota in animo timentis Petri peracta est ante primum cantum: quamuis verbis ante primum cœpta, ante secundum peracta sit. Tantus enim timor mentem eius inuaserat, qui ter negare faceret. Matthæus & Marcus negationem Petri subnectunt, postquam Iesus egressus est de domo, vbi manducauit pascha. Lucas & Ioannes, antequam inde egressus esset Iesus. Sed facile intelligimus illos recapitulasse, vel istos præoccupasse, nisi magis moueret, quod tam diuersa non modo verba, sed etiam sententias domini præmittunt: quibus permotus Petrus illam præsumptionem præferet moriendi, vt magis cogant intelligi ter illum expressisse præsumptionē suā diuersis locis ad sermones Christi & ter illa à domino responsum,

Ibidem

Luc. 22. Ioan. 18. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In re. pa. *Id est, ego tunc existens in regno patris mei bibam tunc vobiscum modo prædicto licet enim Christus fuerit beatus ex parte animę ab instanti conceptionis, ex parte tamen corporis erat viator & passibilis ante resurrectionem suam sed completa resurrectione fuit beatus in anima & in corpore.*

2 Et hymno. *Hic consequenter ponitur pro prædictis gratiarum actio. dicit ergo.* Et hymno. *Id est, cantico diuinæ laudis,* Dicto, *pro sacramenti institutione & nouæ vitę denunciatione, scilicet, in loco, vbi ista erant facta.*

3 Exierunt in mon. *Hoc est versus montem Oliueti, quia locus ad quem Christus exiit & in quo fuit captus, erat situs in pede montis Oliueti, vt dictum est.*

4 Tunc. di. il. *Hic prædicitur discipulorum scandalum ad eorum præmunitionem, & primo prædicitur in generali respectu omnium, secūdo, in speciali respectu Petri, ibi:* Respondens autem. *Dicit igitur.*

5 Omnes vos scan. *Id est, ruinam in peccatum.*

6 In me, *Id est, recedentes à me propter timorem humanum.*

7 In ista nocte. *Futura enim contingentia prædicit eis certitudinaliter, & determinato tempore, vt cognoscant ipsum esse Deū, qui potest talia cognoscere propria virtute.*

8 Scriptum est. *Zach. 13.*

9 Percu. pa. *Id est, Christum.*

10 Et dispergentur oues. *Id est, discipuli ex timore fugientes. Aduertendum tamen, quod Zach. mutantur verba, licet sit eadem sententia: quia ibi ponitur prophetia ac si propheta loquatur ad dominum di.* Percute pastorem, *&c. hic autem ponitur, ac si dominus loquatur di.* Percutiam pa. *quia idem est verbū domini & prophetæ licet diuersimodè: quia ipsius domini principaliter & ipsius prophetæ instrumentaliter.*

11 Postquam autem re. *Hoc addit, ad consolationem eorum vt qui audita eius morte erant desolati, audita eius futura resurrectione essent aliqualiter consolati.*

12 Præcedam vos in Gali. *Non solum promittit eis visionem suam in beatitudine & in loco multum distanti sed in propinqua regione, scilicet in Galilæa.*

13 Respondens autem. *Hic specialiter prædicit scandalum Petri* Respondens autem Pe. *quia erat cęteris feruentior.*

14 Ait illi, & si omnes. *In hoc non mentiebatur, quia sic habebat in mente, sed præsumptuosè loquebatur non considerans debilitatem fragilitatis suę propter quod grauius cæteris permissus est cadere: & iterum quia futurus erat pastor ecclesię, vt ex suo casu sciret aliis cōdescendere.*

15 Ait il. Ie. Amen di. ti. quia in hac. *Mar. 14. c. dicitur expressius:* Antequam gallus bis vocem dederit, ter me es negaturus. *Augustinus in lib. de concordia euangelistarum dicit quod tertia negatio Petri fuit inchoata etiam ante primum cantum galli, antequam tamen esset consummata gallus cantauit, quia negatio secundum totalitatem suam accepta habet aliquem tractum temporis, in hoc enim includitur verbū illorum qui dicebant Petro:* Tu es ex illis, *& argumētum quod adducebant ex loquela eius: & negatio Petri sequens: & sic patet quod bene potuit inchoari illa negatio antequam gallus primò cantaret & post terminari. Matthæus ergo Lucas & Ioannes qui dicunt Petrum ter negasse Christum ante primum gallicantum: loquuntur habendo respectum ad negationis inchoationem. Marcus autem qui dicit tertiam negationem Petri esse post primum gallicantum, & ante secundum, loquitur habendo respectum ad negationis consummationem.*

16 Ait il. Pet. etiam si opor. *Petrus & alij discipuli hoc dicendo non dixerunt mendacium, quia sic cogitabant fore, dixerunt tamen falsum quia contrarium accidit.*

MORALITER.

† sanguis eius erat in cruce à corpore separandus.

2 *Et hym.* Merito de tanto conuiuio gratiæ reddendæ erāt Deo.

4 *Tunc di. il. &c. Res. au. P.* Remigivs. Quod ille prædixit præuidendo, ipse denegat amando. Vbi moraliter instruimur, vt quantum confidimus de fidei feruore, tantum timeamus de humana fragilitate: videtur tamen Petrus accusabilis, quia contradixit, & quoniam aliis se præposuit dicens.

14 *Et si. o. scan.* Et tertiò quoniam totum sibi attribuit, scilicet quòd esset fortiter perseueraturus, vt hoc igitur in eo sanaret, permisit fieri casum eius, non impellens ad negandum, sed eum sibi deserens, & humanam naturam de fragilitate conuincens.

responsum, quod eum ante galli cantum esset negaturus sicut post resurrectionem an se amaret ter interrogauit & ter de pascendis ouibus præcepit.

Ante galli cantum id est, crescentibus tenebris negat, post gallicinium, id est, luce vicina culpam lachrymis lauat.

a *In vil. quæ dicitur Gethse.* Lucas, *in montem Oliuarum* Ioannes, *trans torrentem Cedron*: quod idem est: quia Gethsemani locus in quo orauit est ad radicem montis Oliueti vbi est ortus. Gethsemani interpretatur vallis pinguium: & loca & tẽpora plena sunt figuris. Cum in monte orat, sursum nos habere cor in oratione docet. Cum in valle: & hoc in valle pinguium, docet in oratione humilitatem, & internæ pinguedinem dilectionis esse seruandam.

(Luc. 22. d. Ioan. 18. a. † prædium. † Manete. Orantium dispositio.)

a ¶ Ex amore & ardore eodem.

tecum non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in † villam quæ dicitur † Gethsemani. Et dixit discipulis suis: Sedete hic, donec vadam illuc & orẽm. Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi cœpit contristari, & mœstus esse. Tunc ait illis: † Tristis est anima mea vsque ad mortem. † Sustinẽte hic, & vigilãte mecum. Et progressus pusillum † procidit in faciem suam orans, & dicens: Pater mi, si possibile est transeat à me

a ¶ Non moueamini sicut nec loco, ita nec mente.
a ¶ Cuius oratio omnium redemptio. b ¶ Progressus parum. c ¶ Quibus secretiora manifestârat.
¶ Ne putetur irrationalis anima Christi. Animalia mœrent sed non norunt cur & quousque, tristentur.
a ¶ Pondus tribulationis. b ¶ A somno infidelitatis & torpore mentis, ne ingrauante diabolus obrepat.
a ¶ Vt humilitatem mentis habitu corporis ostendat.
a ¶ Scilicet, vt me non moriente mors moriatur.

b *Et orem.* Proxima morte aptè orat in valle pinguedinis, quia per humilitatem & charitatis pinguedinem pro nobis subijt mortem.

(Tract. 35. in Matth.)

✠ ORIGENES. Non conueniebat vt ibi caperentur, vbi cum discipulis manducauerat pascha: conueniebat autem prius quàm proderetur, orare, & eligere locum mundum aptũmque ad orationem.

(Lib. 3. de fide c. 24.)

✠ DAMASCENVS. Cum oratio sit ascensus intellectus in Deum, vel petitio decentium à Deo, qualiter Christus orabat? Neque enim ascensione intellectus ad Deum indigebat. Sed formans in seipso quod nostrum est, docuit nos à patre petere & ad ipsum extendi. Sicut enim passiones sustinuit, vt triumphũ nobis aduersus eas & victoriã tribueret, ita erat nobis viam faciẽs ad ipsam quæ ad Deum est, ascensionem.

c *Cœpit contristari.* Non timore passionis, qui ad hoc venerat, sed pro scandalo apostolorum & perditione impiorum.

HIERONYMVS. Cœpit contristari, vt veritatem assumpti hominis probaret. Verè contristatus est, sed non passio eius animo dominatur: verum propassio est, vnde ait: *cœpit contristari.* Contristatur autem non timore patiendi, qui ad hoc venerat, sed propter infœlicem Iudam & scandalum apostolorum & eiectionem Iudæorum & euersionem Ierusalem.

d *Tristis.* Anima est quæ timet & tristatur. Petrus inferior non timet dicens, *animam meam ponam pro te*: quia vt homo vim mortis ignorat. Christus timet, quia vt Deus in corpore constitutus fragilitatem carnis exponit, qui corpus suscepit omnia debuit subire quæ corporis sunt.

(† Gessemani. † Mœsta. Ioan. 12. d. De celebra. mis. c. in quadam. † Mar. 14. d)

e *Vsque ad mortem.* HILARIVS. Non propter mortem sed donec apostolos sua liberet passione. Nõ mors sed tempus mortis in metu est, quia post virtutem resurrectionis, fides est firmanda credentium.

(Lib. 3. de fide cap. 10.)

✠ DAMASCENVS Naturales nostræ passiones secundùm naturam & suprà naturam fuerunt in Christo. Secundùm naturam enim, quia permittebat carni pati quæ propria: supra naturam autem, quia non præcedebant in eo voluntatem naturalis, nihil enim coactum in Christo consideratur, sed omnia voluntaria, volens enim esuriuit, timuit & contristatus est.

(Tract. 35. in Matth.)

✠ ORIGENES *Tristis est*, &c. Q. d. Tristitia cœpta est in me, non semper, sed vsque ad mortem, tempus mortis, vt cum mortuus fuero peccato, moriar vniuersæ tristitiæ, cuius principium tantum fuit in me.

(Tract. 35. in Matth.)

f *Et progressus pusillum, &c.* ✠ ORIGENES. Petrum magis de se confidentem, & alios adduxit, vt videant cadentem in faciem, & orantem, & discant non magna, sed humilia de se sapere, nec veloces esse ad promittendum, sed soliciti ad orandum.

g *Si possibile est.* Hoc non pro timore, sed pro misericordia, ne Iudæi qui excusationem ignorantiæ non habent, me occidant: vnde ait *iste* i. populi Iudæorũ, nõ simpliciter calix: *Si pos. est.* vt sine interitu Iudæorum credãt Gentiles, passionẽ recuso. Sin autẽ: illi excæcandi sunt, vt gentes intrent: fiat non mea, sed tua voluntas.

Non

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc ve. Ie. *Hic consequenter ostenditur Christi desiderium ad nostram redemptionem. Quod ostendit tripliciter Christus. Primo anxiando, secundo orando, ibi:* Et progressus pusillum. *tertio proditori occurrendo, ibi:* Ecce appropinquabit. *Circa primum aduertendum, quod anxietas animi est passio causata ex apprehensione magni mali de proximo imminentis impossibilis ad euadendum. Christus autem videbat mortem acerbissimam sibi de proximo imminentem & non euasibilem: quia sciebat hoc esse determinatum à Deo patre, à cuius determinatione non poterat declinare cum non posset peccare. Ista tamen necessitas libertatem arbitrij non tollebat. Igitur ex tali morte sic imminente Christus habebat materiam maximæ anxietatis. Item pars sensitiua non alleuiabitur à tali anxietate ex contemplatione diuinæ essentiæ seu promptitudine voluntatis: quæ erat in superiori parte animæ, quia diuina virtute fiebat, vt ex superiori parte animæ nõ fieret influentia in inferiorẽ, vt sic esset ibi dolor partis sensitiuæ maximus ad nostram redẽptionem. Ex quo ergo ex tali anxietate Christus non fugiebat sed magis venit ad locum, vbi proditorem venturum sciebat, ostendit desideriũ ad nostram redemptionem, et hoc est quod dicitur hic:* Tunc. ve. Ie. cum il. *id est, discipulis suis.*

2 In vil. *Illa enim villa erat sita in pede montis Oliueti, & propter hoc dicitur Luc. 22. quod venit in montem Oliuarum. In fine etiam illius villæ erat quidam hortus contemplationi aptus & illuc intrauit Iesus, vt dicitur Ioan. 18. & est vltra torrentem Cedron, vt dicitur ibidem, quia vallis Iosaphat est intermedia inter montem Oliueti & ciuitatem Ierusalem, torrens autem Cedron currit per medium illius vallis, & sic patet quod euangelista concordant de loco, licet ipsum diuersimode nominent.*

3 Et dixit disci. su. Se. hic. *Hoc dixit octo apostolis, quia Iudas non erat ibi, & tres secum duxit. vnde sequitur:*

4 Et assumpto Petro & duo. filijs Ze. *Isti enim tres erant magis familiares ipsi Christo, & ad eius secreta magis admittebantur quam alij. Ratio autem tacta est suprà 17.*

5 Cœpit. contri. & mœ. esse. *Hoc fuit ad ostendendum veritatẽ humanę naturę. Et quod ista tristicia fuerit maxima, subditur:*

6 Tristis est anima mea vsque ad m. *Et potest* vsque *accipi dupliciter. Vno modo intensiuè, quia tantum intensa erat quantum poterat esse vt visum est. Alio modo extẽsiuè, quia durauit vsq; ad horã mortis.*

7 Sustinete hic & vigilate me. *Tanquam amici speciales qui debent in angustijs amicis assistere.*

8 Et progressus. *Hic ostenditur Christi desiderium ad nostram redemptionem, quia per orationem offerebat spiritum Deo patri pro nobis: Quæ quidẽ oratio ostẽditur perfecta, primò quia solitaria, cũ dicitur:* Et progressus pu. *recedens aliquantulum à predictis tribus apostolis: quia oratio est eleuatio mentis in Deum, quod melius fit quando homo est sequestratus ab alijs, Secundo, quia humilis; quod notatur cum dicitur:* Procidit in faci. suam. *Tertio, quia deuota, cum dicit,* Pater mi. *Quarto, quia recta: quia noluit contraire predestinationi diuinæ quod notatur cum dicitur;*

(Oratio quo modo & vbi fieri debeat.)

9 Si possi. est. *Sed voluntatem suam supponit voluntati diuinæ di.*

Veruntamen

MORALITER.

† 1 *Tunc ve. Ie. cum il. in vil. quæ di. Gethse.* Quæ interpretatur vallis pinguedinis. REMIGIVS. Pulchrè appropinquans passioni in valle pinguedinis orasse dicitur, vt demonstraret quod per vallem humilitatis & per pinguedinem charitatis mortem pro nobis suscepit. Moraliter etiam nos instruxit, vt non gestemus cor aridum à pinguedine Charitatis.

† Sedete

4 *Sedete hic donec vadam illuc & orem.* CHRYSOSTOMVS. Consuetudo illi erat sine discipulis orare, hoc autẽ faciebat erudiens nos in orationibus quietem constituere, & solitudinem quærere.

† *Transeat à me calix iste.* HILARIVS. Pro his orat, qui post se passuri erant, di. *Transeat à me ca.* Id est quomodo à me bibitur ita ab eis bibatur, sine differentia spei metúque mortis.

† Veruntamen

a *Non ſicut ego volo.* AVGVST. Transfigurat in ſe ſuos, qui nihil aliud vult quam pater, vt ibi: *Eſuriui & de.mi.man. Et quid me perſequeris?* Docet autem eos priuatam voluntatem corrigere & dirigere iuxta diuinam.

Sup.25.art. 9 AMBROSIVS. Hominem quem veritate corporis demonſtrabat, æquabat affectu, vt diceret: *Sed non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.* Suſcepit voluntatem meam, ſuſcepit triſticiam meam. Confidenter triſtitiam nomino qui crucem prædico.

†Mar.14.d. Luc.22.c.

B ✠ LEO PAPA. Sermone 7. de paſſione. Diſcant hanc vocem omnes eccleſię filij vt cum aduerſitas alicuius tentationis violenter incumbit, ſeparato timore formidinis, accipiant tolerantiam paſſionis.

b *Vigilate.* ✠ ORIGENES. Tractatu 35. in Mat. Vigilat qui facit opera bona, & qui ſolicitè agit ne in aliquod tenebroſum dogma incurrat, ſic enim vigilantis exauditur oratio.

C c *Caro autem.* Non de ſe vtique hoc dicit, ſed de his qui dixerunt ſe nunquam negaturos.

a ¶ Quaſi in ſe reuerſus hoc dicit. b ¶ Humano affectu. c ¶ Docet humanæ voluntati voluntatem Dei præponi.

a calix iſte. Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu vis. 1

a ¶ Præ triſticia ſomnum vincere non poſſunt.

† Et venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos dormientes, & 2

a ¶ Quia præ cæteris erat gloriatus, præ cæteris erat increpandus.

b dicit Petro: Sic nō potuiſti vna hora vigilare mecum? Vigi- 3

a ¶ Non, ne tentemini, ſed ne tentatione ſuperemini. ¶ Ideo orandum.

late & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidē 4

a ¶ Ad confitendum. b ¶ Ad tolerandum. ¶ Quia nondum induti virtute ex alto.

c promptus eſt, caro autem infirma. Iterum ſecundò abiit, & 5

¶ Similiter.

d oravit dicens: Pater mi, ſi non poteſt hic calix trāſire * niſi 6

¶ Vicina iam negatione.

bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit

a ¶ Langueſcebant enim eorum oculi vicina negatione.

eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis 7

e illis, iterum abiit, & orauit tertiò eundem ſermonem dicēs:

f Tunc venit ad diſcipulos ſuos, & dicit illis: Dormite † iā & 8 9

¶ Interpoſito aliquo ſilentio ait.

requieſcite. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis 10 11

tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: Ecce appro- 12

pinquabit qui me tradet. † Adhuc eo loquente, ecce Iudas 13

vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum 14

g gladijs & fuſtibus miſſi à principibus ſacerdotum & 15

d *Iterum ſecundò.* Secundò orat, id eſt, ſi non poteſt Niniue ſaluari aliter, niſi aruerit cucurbita, id eſt, populus Iudæorum, qui prius fuit eius tabernaculum, vt me occidat.

e *Orauit ter.* Tribus vicibus orauit, vt & nos à præteritis peccatis veniam, & à pœnitentibus malis tutelam, & à futuris periculis cautelam oremus, & vt omnem orationem ad patrem & filium & ſpiritum ſanctum dirigamus. Item ſicut eſt trina tentatio cupiditatis, ita & timoris. Eſt enim concupiſcentia carnis concupiſcentia oculorum & ambitio ſæculi. Eſt & timor mortis, & timor vtilitatis & timor doloris, contra quæ omnia docet nos debere muniri oratione. Vnde & propter trinam tentationē paſſionis, poteſt intelligi dominus ter oraſſe.

D Triplici timore triplex cōcupiſcētia reprimitur.

✠ CHRYSOSTOMVS. In cap. 27. Matth. Orauit autem tertio confirmans ſe vere hominem factum fuiſſe. Quod enim ſecundo fit ac tertio maiorē in ſcripturis ſanctis indicat veritatem.

E f *Dormite.* Primò reuertens obiurgat, ſecundò ſilet, & tertiò quieſcere iubet. Quia primò poſt reſurrectionem diffidentes reprehendit. Secundò, miſſo ſpiritu grauatus ad contuendam euangelij libertatem oculo viſitauit. Tertiò, claritatis ſuæ reditu ſecuræ quieti eos reſtituit. *Dormite iam & requi.* Huic videtur repugnare quod connectit: *Ecce appropin.* Sed ſciendum poſt illa verba ſiluiſſe dominū, vt fieret quod promiſerat. Et poſt ſecundum Marcum intulit, Sufficit, quod iam requieuiſtis, Additque: *Ecce ap. Surgite eamus.* Vltrò nos offeramus, non timentes inueniant, vt confidentiam & gaudium paſſuri videant.

*à me. †de cętero. F †Mar.14.c. Luc.22.e. Mar.14 e.

Poſtquam in hortum dominum cum diſcipulis ingreſſum dixit Ioannes, non commemorat quid illic egerit donec traditor venit. Io.18.a.

g *Cum gla. & fu.* Factum congruit mutatæ menti. Iam enim venit cum fuſtibus qui quamdiu cum pace fuit tranquilliùs ſe egit.

☞ Dedit

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Verumtamen non ſicut ego. *Quintò, charitatiua: quia in agonia mortis poſitus dulciter ſuos diſcipulos viſitabat, vnde ſequitur:* Et ve.ad di.ſu.

2 Et dicit Pe.Sic.&c. *Quaſi dicat, non oſtendis tantum feruorem facto quantum verbo. Sequitur.*

3 Vigilate & ora. *Id eſt, vt non ſuperemini tentatione de proximo imminente, ſicut fuerunt poſtea ſuperati.*

4 Spiritus quidem. *Ad dicendum, ſcilicet, quod eſtis parati pro me mori, vt patet ex pręcedentibus.*

5 Caro autem infir. *Ad ſuſtinendum imminentem tentationem. Hoc autem dixit Chriſtus, quia apoſtoli dixerant ex magno ſpiritu prius mortem ſubire quam ipſum negare: cuius tamen contrarium fecerunt impulſu carnali,*

6 Iterum ſe.abiit. *Vbi iterat orationem, oſtendens quod oratio debet eſſe continua. Similiter iterat viſitationem diſcipulorum ſuorum, quia opera charitatis debent eſſe coniuncta orationi.*

7 Et relictis il. *Ter orationem replicat, ſicut ter fuerat tentatus, vt ſuprà patuit 4.ca. vt liberet nos primò à malis præteritis per veniam, ſecundò à præſentibus per tutelam. Tertiò à futuris per cautelam.*

8 Tunc venit ad diſcipulos ſuos. *Ter diſcipulos viſitat, ſicut ter orat ratione prædicta.*

9 Et dicit illis. *Quaſi compatiens eis propter tentationem de proximo eis imminentem.*

10 Dormite iam & requieſcite. *Quaſi dicat, parum poteritis hoc facere.*

11 Ecce ap. *Hic tertio oſtenditur Chriſti deſiderium ad noſtram redemptionem, quia non ſolum proditorem cum turba venientem expectauit, ſed etiam occurrit eis, vt habetur Io. 18. & hoc eſt quod dicitur hic:* Ecce appropin.ho. *Poſtquam enim dixerat diſcipulis ſuis:* Dormite iam & re. *Vt dictum eſt, dimiſit eos aliquantulum quieſcere: poſtea cum ſciebat Iudam appropinquantem dixit eis:* Sufficit, *vt habetur Mar. 14. e. & tunc euigilauit eos dicens:* Ecce appropinquauit hora,

12 Surgite eamus. *Obuiam, ſcilicet, Iudæ proditori.*

13 Adhuc eo loquen. *Hęc eſt tertia pars principalis huius ca. vbi deſcribitur ipſius Chriſti traditi comprehenſio, vbi tria deſcribuntur per ordinem. Primum eſt ipſius Iudę fraudulentia. ſecundum eſt Chriſti patientia, ibi:* Et ecce vnus. *Tertium, diſcipulorū ignauia, ibi:* Tunc diſcipuli. *Circa primum dicitur ſic:* Adhuc eo loquen. *Scilicet, Chriſto cum diſcipulis ſuis.*

14 Ecce Iudas vnus. *Id eſt principalibus Chriſti diſcipulis.*

15 Venit & cum eo tur. mul. *Talem autem turbam adduxit ne fortè alij credentes in Chriſtum ipſum vellent eripere. Sequitur.*

9 Et ✠ Qui

MORALITER.

† 1 *Veruntamen non ſicut ego vo.* LEO PAPA. Hæc vox omnes fideles inſtruxit, omnes confeſſores accendit, omnes martyres coronauit. Nam mundi odia, tentationum turbines, perſecutores, errores quis poſſet ſuperare, niſi Chriſtus in omnibus, & pro omnibus patri diceret: Fiat voluntas tua?

4 *Spiritus quidem promptus eſt caro autem infirma. Iterum ſecundò abiit & orauit dicens.* HILARIVS. Itaque quantum de ardore fidei confidimus, tantum de carnis fragilitate timeamus.

11 *Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: Ecce appropinquabit qui me tradet.* ORIGENES. Sed & nunc in manus peccatorum Ieſus traditur, quando hi qui videntur in Chriſtum credere, habent eum in manibus ſuis cum ſint peccatores: ſed & quotieſcunque iuſtus habens in ſe Ieſum, in poteſtate traditur peccatorum.

o 5 † Quem-

A a *Dedit eis signum* Putabat signa quæ viderat non diuinitùs sed magicè facta: & quem in monte transformatum audierat, timebat ne tali modo nunc de manibus eorum laberetur: & ideò dabat signum.

b *Quemcunque oscu.* Habebat adhuc aliquid de verecundia discipuli, cum non eum palam tradidit persecutionibus, sed per signum osculi.

c *Et oscu. est* Suscepit dominus osculũ, non quo simulare nos doceat, sed ne B proditionem fugere videatur, vnde: *Cum his qui oderunt pacem, eram pa.* (Ps. 119.)

✠ ORIGENES. Ego puto quod omnes proditores veritatis, amare veritatẽ fingentes, osculo vtuntur. Omnes etiam hæretici sicut Iudas, Iesu dicunt, Rabbi. Iesus autem placabilia respondet, amice ad quid venisti? C Dicit enim amice, improperans simulationem. Hoc enim nomine neminem bonorum in scripturis cognoscimus appellatum. Ad malùm enim dicitur. *Amice, quomodo huc intrasti, Amice, non facio tibi iniuriam.*

(Tractatu 35. in Matth. †Mar. 14. e. Lucæ. 22. e. Io. 18 b. 23. q. 3. c. pro mẽbris & q. finali. & c. secundo & 24 q. 1. c. si Petrus. modò.)

a senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit eis signum b dicens: Quemcunque osculatus fuero, ipse est, tenete eum. †

a ¶ Impudens confidentia magistrum vocare, & osculum iungere ei quem tradidit.

Et confestim accedens ad Iesum, dixit: c Aue rabbi: Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus: Amice, ad quid † venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. † Ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, d extendens manum exemit gladium suum, & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus. † Conuerte gladium tuum in locum suum. † Om- e nes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An pu- f tas, quia nõ possum rogare* patrem meum, & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones angelorum? Quo- g modo ergo implebuntur scripturæ? Quia sic oportet fieri.

¶ Ironicè. ¶ Vt supra. Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem.
¶ Petrus eodem ardore mentis quo cætera, zelatus sicut Phinees.
¶ Cesset vindicta, exhibeatur patientia, vt patientiam nostros doceamus non vindictam.
a ¶ Nam econtrario. ¶ Si omnes, tunc & Iudæi. b ¶ Exercuerint vindictam, ipsa vindicta erit eis causa perditionis.
a ¶ Quibus dictum est. Tamquam ouis ad occi. du. est &c.

✠ RABAN. Exulta Christiane, in commercio inimicorũ tuorum vicisti, quod Iudas vendidit, & Iudæus emit tu acquisiuisti.

d *Seruum prin. sa.* MYSTICE. Seruus, est populus Iudæorum principibus sacerdotum indebitè mancipatus, qui in domini passione dexteram aurem, id est, spiritualem intelligentiam perdidit, sinistra, id est, vtilitate literæ contentus, non Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pandente: qua auris in his qui credere maluerunt pietate Dei restituitur. Vel auris amputata & sanata significat auditum ablata vetustate innouatum vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ, quod cui datur a Christo, datur & regnare cum eo. Vnde bene Malchus dicitur quod est rex vel regnaturus. Quod seruus inuentus est pertinet D ad vetustatem quæ in seruitutem generat: sed cum accessit sanitas, figura est libertas. Lucas addit, quod dominus tangens aurem sanauit: qui nec hostibus pietatis obliuiscitur. (Luc. 22. f.)

e *Gladio per.* Gladio illo quo igneus vertitur ante paradisum, id est, diuinæ vindictæ, & gladio spiritus, id est, verbi Dei (Li. 22. cõtra Faustum cap. 70.)

✠ AVGVSTINVS. Reconde gladiũ: qui enim gladio vsus fuerit, gladio cadet. Ille autem vtitur gladio, E qui nulla superiori ac legitima potestate vel iubente vel cõcedẽte, in sanguinem alicuius armatur. Nam vtique dominus iusserat, vt ferrum discipuli eius ferrent, sed nõ iusserat vt ferirent. Quid ergo incongruum si Petrus post hoc peccatũ factus est pastor ecclesię, sicut Moyses post percussum Ægyptium, F factus rector illius synagogæ? Vterque enim non detestabili immanitate sed emendabili animositate iustitiæ regulam excessit. (*adest? †23. q. 1. §. 1. & q. fi. §. 1. * modò.)

f *An putas quia, &c.* Quasi dicat non indigeo auxilio apostolorum duodecim qui possum habere duodecim legiones angelorum, in quibus sunt. 72. milia quibus omnium gentium lingua exprimitur. Innuit autem non esse verendum, si contra Iesum omnes nationes insurgant, cum multò fortiores ipse habeat exercitus angelorum. Aliter. Hic numerus significat omne genus hominum cum Romano imperio contra Iudæos certaturum. Hi sunt angeli Dei, qui post resurrectionem anno quadragesimo secundo, cum Tito & Vespasiano perdiderunt homicidas illos, & ciuitatem illorum succenderunt

g *Sic oportet fieri..* ✠ CHRYSOSTOMVS. Non solum autem per hoc (Hom. 85. in Matth.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui autem tradidit eum, dedit eis signum dicens. *Hoc autem fecit ne loco Christi caperent Iacobum minorem qui erat similis Christo in facie, propter quod dicebatur specialiter frater domini. Sequitur.*

2 Et osculatus est eum. *In quo apparet maxima Christi mansuetudo, qui non negauit osculum proditori suo.*

3 Dixitque il. Ie. Amice. *Quasi dicat, tu ostendis amicitiam signo & agis proditionem de facto: quod patet ex hoc quod sequitur.*

4 Tunc accesserunt. *Scilicet qui erant in comitiua Iudæ.*

5 Et manus iniecerunt in Iesum. *Violentas quantum erat ex parte ipsorum.*

6 Et tenuerunt eum, &c. *Quando enim voluit tentus est, & non ante.*

7 Et ecce vnus. *Hic describitur ipsius Christi patientia, & hoc dupliciter. primo facto. secundo verbo, ibi:* In illa hora. *Patientia autem Christi facto ostenditur in hoc quod discipulos suos prohibuit à defensione eius, & hoc est quod dicitur:* Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu. *Iste fuit Petrus, vt habetur Ioan. 18.* (Christi patientia.)

8 Extendens manum, ex. gla. su. *Habebat enim duos gladios, vt habetur Luc. 22. d. quos credo fuisse duos cultellos magnos quibus vsi fuerant in decisione agni paschalis.*

9 Et percutiens seruum princip. *Quem tamen sanauit Christus tactu suo, vt habetur Luc. 22. & in hoc adimpleuit quod prędixerat Mat. 5. g.* Benefacite his qui oderunt vos.

10 Tunc ait. *Prohibendo defensionem armorum: Et ad hoc inducit multiplicem rationem. Prima ratio tangitur ibi.*

11 Omnes enim qui acce. gla. *Gladium enim accipit qui eo vtitur ad vindictam propria authoritate, & hoc est illicitum, gladio autem vtitur sibi tradito qui eo vtitur ad punitionem malorum zelo iustitiæ, sicut principes qui autoritatem habent à Deo quia in hoc princeps minister Dei est, vt dicit Paulus apostolus, & similiter ministri ad hoc à principibus constituti. Secundam rationem assignat cum dicit,* (Rom. 13. a.)

12 An putas. *Quasi dicat, per aliam viam possem euadere, si vellem.*

13 Et exhibe. &c. le. an. *Legio autem vna continet sex millia sexcentos sexaginta sex. Aduertendum tamen quod Christus non dicit hoc propter hoc quod indigeret auxilio angelorum sed magis econuerso ipsi indigent suo auxilio: sed vt ostendat quod pluribus modis poterat euadere. Tertiam rationem assignat, cum dicit.*

14 Quomodo ergo implebun. scri. *Scripturæ enim diuinitus reuelatę loquuntur expresse de passione Christi, vt patet Isa. 53. & Dan. 9. & in pluribus alijs locis quæ non implerentur nisi Christus pateretur, quod est inconueniens, cum sint deriuatę à prima veritate, propter quod subditur.*

15 Quia sic oportet fieri. *Quia ex quo aliquid est secundum prædestinationem à Deo prędictum oportet illud impleri. Ibi est necessitas consequentię*

MORALITER.

† *Quemcunque osculatus fuero, ipse est tenete eum. Et confestim, ac.* HIERONYMVS. Dic sacerdos, dic clerice quomodo eisdem labiis deoscularis filium virginis, quibus deosculatus es filiam meretricis. O Iuda, osculo filium hominis tradis? *Et ecce vnus.* Sequitur. (Sacerdotio libidinosè abutentes redarguuntur.)

9 *Et percutiens ser. prin. sa.* HIERO. Populus Iudæorum seruus factus est impietatis & deuotionis sacerdotũ: dexterámque perdidit auriculam, vt literæ veritatem audiat in sinistram.

† *Conuerte gla. tu. in lo suo.* RABANVS. Oportuit vt autor gratiæ fideles patientiam, suo doceret exemplo, & potius ad sustinendum aduersa fortiter instrueret, quam ad vindicandum prouocaret.

☞ hoc timorem discipulorum euacuat, sed etiam per hoc quod scripturas in medium introducit.

a *Existis cum gla.* Stultum est cum gladijs & fustibus quærere eum qui vltrò se tradit, & in nocte per proditorem inuestigare quasi latitantem, qui quotidie in templo docebat. Sed in tenebris congregamini, quia potestas vestra in tenebris.

✠ REMIGIVS. Ac si diceret: Latronis officium est nocere, & latitare: ego verò nemini nocui sed plures sanaui, & in synagogis semper docui:

b *Tunc di.om.re.* Sicut Petrus qui negationē lachrymis abluit, & confessione Dei funditus extirpauit, recuperationem eorum significat qui in martyrio labuntur: Ita cæteri qui fugerūt, cautelam fugiendi docent eos qui minus idonei sunt ferendis aduersis: quibus tutiùs est latere, quam se discrimini committere, Ita etiam adolescens, qui secundum Marcum relicta syndone nudus profugit, illorum opus & animum designat, qui vt securiores sint, omnia quæ in mundo habent, abiiciunt: & Deo potius famulari nudi quam hærendo mundi rebus, materiam tentandi & à Deo reuocandi dare didicerunt. Iuxta exemplum Ioseph, qui relicto adulteræ pallio, maluit nudus Deo quam indutus meretricis cupiditatibus seruire.

c *Ad Cai.* Conuenit nomen actioni. Caiphas, id est, inuestigator vel sagax ad implendam, scilicet doli sui nequitiam. Vel vomens ore, quia impudens ad proferendum mendacium, & ad petendum homicidium.

d *A lon.* Meritò à lōgè, qui in proximo fuerat negaturus, significat ecclesiam imitaturam passionem Christi longè differenter, quia ecclesia patitur pro se sed Christus pro ecclesiā.

e *Duo falsi testes &c.* Quia non eo sensu quo dominus, qui dixit de templo corporis sui: sed in verbis quibusdam additis vel mutatis quasi iniustam calumniam faciunt. Dominus dixerat: *Soluite templū hoc,* commutant. *Ego dissoluam templum hoc manufactum.* Vos, inquit, soluite non ego: quia non est licitum vt nobis mortem inferamus. Item dominus dixerat: *Et ego suscitabo*, quod de animali templo dicitur. Illi inuertunt. Aliud manufactum ædificabo, vt propriè de templo Iudaico dictum videatur.

✠ CHRYSOST. Non adduxerunt in medium accusationem de solutione sabbati, quia multoties eos super hoc confutauerat.

☞ *Tu dixisti.*

a In illa hora dixit Iesus turbis: † Tanquam ad latronem exi-1 stis cum gladijs & fustibus comprehendere me: quotidie a-2 pud vos 3 sedebam 4 docens in templo, 5 & non me tenuistis. Hòc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ pro-6 b phetarum. † Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt. † At 7 8 c illi tenentes 9 Iesum duxerunt ad Caipham principem sacer- 10 dotum, vbi scribæ & seniores conuenerant. † Petrus au- 11 12 13 d tem sequebatur eum à longè vsque ad atrium principis sa- 14 15 cerdotum. Et ingressus intrò sedebat cum ministris, vt vi- 16 deret finem. † Principes autem sacerdotum & omne conci- 17 lium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum mor- 18 19 ti traderent. Et non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessis- 20 e sent. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes & dixerunt: Hic 21 †

a ¶ Promptum animum ostendit ad patiendum, vt sua passione afferat prophetarum dicta. b ¶ Tanquam ouis ad oc. ductus est. ¶ Timorem mortis ostendentes. a ¶ Qui pontificatum illius anni precio sibi acquisierat ab Herode Romanorum principe, prius tamen ad Annam, vt Ioannes ait. a ¶ In hoc diuersus à cæteris. a ¶ Hoc est deuotionis. b ¶ Hoc timoris naturæ est, quod negat, obreptionis est, quod pœnitet fidei est. a ¶ Per discipulum notum pontifici. b ¶ Expectans, vel amore discipuli, vel humana curiositate. a ¶ Quid iudicaret pontifex de Iesu. a ¶ Quia non erant, vt Marcus ait, conuenientia testimonia.

†Mar.14.e. Luc.22.f. †Mar.14.f. Luc.22.f. Io.18.c. Gene.39.c. †Mar.14.f. Luc.22.f. Ioan.18.c. Ioan.2.d. Hom.38. †Mar.14.e. †Mar.14.f. Luc.22.g. Mat.15.a. Mar.14.c.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *tas consequentiæ non tamen consequentis: quia diuina præordinatio non tollit contingentiam à rebus.*

1 In illa ho. *Hic ostenditur Christi patientia verbo, quia non impatienter, sed rationabiliter allocutus est turbam ipsum comprehendentem.*

2 Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me. *Quasi dicat, sine causa fecistis hoc, cuius rationem assignat dicens:*

3 Quotidie, *Id est, frequenter,*

4 Apud vos, *Id est, in loco in quo habetis potestatem,*

5 Sedebam, *Pacificè & sine armis. Quasi dicat, tunc potuistis me comprehendere. Sequitur.*

6 Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur scripturæ prophetarum. *Quia scriptum erat de eo, quod tractaretur sicut malefactor & latro, Isa.53.d.* Cum sceleratis reputatus est.

7 Tunc disci. *Hic describitur discipulorum Christi ignauia, Primò omnium in generali, cum dicitur:* Tunc disci. om. re. li. eo. *Id est, Christo magistro suo.*

8 Fugerunt. *Timore perterriti, & dimiserunt magistrum suum sicut latronem deduci, propter quod sequitur:*

9 At illi te. Ie. du. eum ad Cai. *Licet enim primo fuerit ductus ad Annam, vt dicitur, Ioan.18. tamen Matthæus de hoc non facit mentionem: quia non fuit ibi ductus nisi propter quandam reuerentiam, quia erat socer Caiphę, vt ibidem dicitur.*

10 Vbi scribæ, *Id est, legisperiti.*

11 Et seniores. *Id est, iudices ordinarij, vt visum est suprà ca. 15.*

12 Conuenerant: *Ad examinandum & iudicandum Christum.*

13 Petrus autem. *Hic ponitur ignauia Petri in speciali, cum dicitur quod*

14 Sequebatur eum à lon. *Quia timebat ne perciperetur eius esse discipulus. Sequitur.*

15 Et ingres. in. *Qualiter autem ingressus fuerit dicitur Ioan. 18.. Scilicet, per impetrationem alterius discipuli, qui erat notus pontifici.*

16 Vt videret finem. *Licet autem non auderet Christum confiteri seu defendere, tamen volebat videre, quid finaliter fieret de eo.*

17 Principes. *Hæc est quarta pars principalis huius ca. in qua describitur ipsius Christi apprehensi illusio, vbi quatuor tāguntur per ordinem. Primum est eius accusatio maligna per falsos testes. Secundum, accusati iniusta condemnatio per malos iudices, ibi.* Et surgens. *Tertium, condemnati vituperatio per malignos apparitores, ibi:* Tunc expuerūt, *Quartū, Petri negatio per tres vices, ibi:* Petrus autē sedebat. *Circa primū dicitur sic:* Principes au. sa. *Quia verū nō poterāt inuenire.*

18 Vt eum mor. *Per Pilatum præsidem, quia ipsi non habebant altam iustitiam.*

19 Et non inue. *Vnde possent eum accusare tanquam dignum morte coram Pilato.*

20 Cum multi fal. *Ad id quod dictum est procurandum.*

21 Nouissimè au. ve. *Sed quæritur quomodo isti dicuntur falsi testes, quia Ioan.2.d. scribitur quod Christus dixit Iudæis:* Soluite templū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. *Quod videtur idem esse cum eo quod hic dicitur. Dicendum, quod illa verba quę dixit Christus Ioan. 2. intelliguntur de templo corporis sui, vt ibidem dicitur, & hoc sonant verba ibidem posita, quia dixit ibi:* Soluite templum hoc, *non præcipiendo eis, sed prædicendo eis, quid essent facturi dissoluendo corpus eius: quod erat templum spirituale Dei, vnde sensus est:* Soluite, *id est: soluetis corpus meum per mortem quā mihi inferetis vnde sequitur ibidē:* Et in tribus diebus excitabo illud. *Excitare enim est à somno mortis reuocare, quod non competit templo materiali sed tēplo spirituali scilicet suo corpori. Isti autē testes loquebātur ac si de templo materiali Christus intellexisset, cū diceba:* in tribus diebus reædificabo illud, *quia reędificare propriè respicit templum materiale. Item, Non dixit destruam, vel possum destruere, vt ipsi imponunt, sed dixit:* Soluite. *Id est, soluetis mihi mortem inferendo: prędicens mortem suam & resurrectionem, vt patet ex prædictis. Et sic patet, quod isti testes mutauerunt verba eius & sententiam: in quo apparet falsitus eorū. Dato etiā, quòd bene repetijssent verba eius & sententiam, tamen possunt dici falsi testes alia ratione, scilicet ex falsa intentione, quia intendebant procurare mortē innocentis.*

✠ Et surgens

MORALITER.

† 7 *Tunc disci. omnes relicto eo fugerunt.* Sicut prædixerat eos scandalum passuros.

† *Hic dixit: possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud.* HIERONYMVS. Falsus testis est qui non eodem sensu dicta proponit. Saluator dixerat: *Soluite templum hoc.* Isti commutant & aiunt: *Possum destruere templum Dei.* Item dixerat: & *excitabo* illud, quod est viuentis corporis, & non lapidei.

† *Iesu*

a *Tu dixisti.* Marcus: *Ego sum*: quod idem est: Et est similis contra Pilatum & Caipham responsio, vt à propria sententia condemnentur.

b *Filium hominis.* Me in forma quam iudicatis exaltatum, & habentem nomen quod est super omne nomen:

c *Scidit ve.* Furor qui fecit de solio surgere, facit & vestem scindere. Magno mysterio: cum vestis domini nec à militibus scindi potuit. Significat enim sacerdotium eorum pro sceleribus pontificatum esse penitus soluendum: Sed soliditas ecclesiæ (quæ vestis Dei dicitur) vsque in finem sæculi indirupta manebit.

Mos est Iudæorum cum aliquid blasphemiæ audiunt, scindũt vestimenta.

Quod Paulus & Barnabas fecerunt in Licaonia, cũ dicti sũt Iupiter & Apollo.

d *Tunc expue.* Sicut tunc consputus est saliuis infidelium, ita nunc opprobriis exhonoratur falsorum fidelium, & colaphis, id est, blasphemiis eorundem cæditur.

e *Prophetiza.* Dicunt contumeliam ei, qui se prophetam haberi voluit à populis.

Velauerunt enim faciem eius secundum Marcum, non vt eorum scelera non videat, sed vt à seipsis gratiam cognitionis eius abscondãt. Sicut velum fuit super faciem Moysi, quod vsque hodie manet.

f *Pe. verò.* ✠ HIERONYMVS. Foris sedebat, vt videret exitum rei, & non appropinquabat Iesu, ne ministris aliqua suspicio nasceretur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Qui quando magistrum captum vidit, ita efferbuit vt gladium euaginauerit, & auriculam absciderit: quando contumelias Christi audiuit, negator efficitur & vilis puellæ minas non sustinet.

g *Vna ancilla.* Cur prima ancilla prodit cum viri magis poterant cognoscere, nisi vt iste sexus ostendatur in necem domini peccasse: & per passionem redemptus. Et ideo, mulier prima resurrectionis mysterium accepit: & mandata custodiuit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem. Sicut per fœminã hostis antiquus primum parentem seduxit, ita per mulierem ad magistrum negandum quem Christum filium Dei confessus fuerat, principem ecclesiæ compellit.

Marginalia: Marc 14. f. Phili. 2. c. — † Mat 14 f. Ioan 2 d. 10. 19. d. — Act. 14. b. — † Mar. 14. c. Luc. 22. g. — † per triduum. — Hom. 86. in Matth. — † Mar. 14. f. Luc. 22. g. — † Mar. 14. g. Luc. 22. g. — * Eius.

dixit: † Possum destruere templum Dei, & † post triduum

a ¶ Motu corporis indicat insaniam mentis. b ¶ Iratus quia non inueniebat calumniæ locum.

1 reædificare illud. Et surgẽns princeps sacerdotum, ait illi: 2 Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur?

a ¶ Sciens vt Deus, quidquid respondisset torquendum in calumniam.

Iesus autem tâcebat. Et princeps sacerdotum ait illi: Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius 3

a ¶ Didicisti in lege. b ¶ Quamuis vt hominem condemnatis, tamen dico.

a Dei. Dicit illi Iesus: Tũ dixisti. † Verũntamen dico vobis a- 4 b modò videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis 5

a ¶ Ad iudicium in nube vel mirabiliter operantem in sanctis.

Dei, & vẽnientem in nubibus cœli. † Tunc princeps sacer- 6 c dotum scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiã. * Quid 7

a ¶ Quia eum blasphemum putauerunt, ideò morti addixerunt.

vobis videtur? At illi respondentes, dixerunt: Reũs est mor-

a ¶ Significat eos qui gratiæ eius præsentiam respuunt. b ¶ Colaphis cædunt, qui honores suos præferunt.

d tis. † Tũnc expuerunt in faciem eius, & colãphis eũ cæcide- 8

a ¶ Significat eos qui eum venisse negant tanquam præsentiam eius à se repellentes. ¶ Alias alapas.

runt. Alij autem pãlmas in faciem eius dederunt, dicentes: 9 e Prophetiza nobis Christe, Quis est qui te percussit? Pe- 10 f

a ¶ Non appropinquabat Iesu ne ministris aliqua suspicio oriretur.

g trus verò sedẽbat foris in atrio. Et accessit ad eum vna an- 11 12

Velauerunt

Exeunte

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Surgens princeps sacer. *Hic consequenter ostenditur qualiter Christus condemnatus est per malos iudices. Dicit ergo sic:* Et surgens princeps sacer. *Ex impatientia surrexit de tribunali, quia non inueniebat vnde posset iuste Christus condemnari.*

2 Ait illi. Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te. *Quia ea quæ contra Christum dicebantur, erãt falsa, & responsione indigna, ideo nolebat respondere. Item, quia volebat adimplere illud quod de ipso scriptum erat Isa. 53. c.* Quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum *Sequitur.*

3 Adiuro te per Deum viuum: vt dicas nobis si tu. *Ad hoc autem respondet Christus, propter reuerentiam diuini nominis inuocati dicens.*

4 Tu dixisti. *Supple veritatem, quod patet ex sequentibus.*

5 Veruntamen dico vobis, amodò videbitis. *Quia in iudicio extremo sic videbitur ab illis qui eum iniuste condemnauerunt. Dicit igitur amodò, quia à tempore suæ passionis eum vlterius non viderunt.*

6 Tunc princeps. *Iste erat mos Iudæorum, scindere vestimenta in signum doloris, quando audiebat blasphemiam diuini nominis. Hoc autem imponebat princeps sacerdotum Christo, propter quod subditur.*

7 Blasphemauit. *Propter quod ipse & alij assistentes indicauerunt eum dignum morte, cum tamen diceret veritatem, vt patet multipliciter ex prædictis in hoc euangelio.*

8 Tunc expuerũt in fa. *Hic consequenter ostenditur qualiter Christus fuit turpiter vituperatus per malignos apparitores: & hoc dupliciter. primò facto, cùm dicit:* Expuerunt in faciem eius, *Tãquam in hominem pestiferum & dignum morte. Mos enim erat Iudæorum super tales spuere in contemptum.*

9 Et colaphis eum cæciderunt. *Sine causa percutiendo & vituperando eum. Secundo, verbo dicentes:*

10 Prophetiza. *Quasi dicat, tu es falsus propheta.*

11 Petrus verò sedebat foris in atrio. *Hic ostenditur qualiter Christus fuit negatus à suo discipulo per tres vices. Primò simplici verbo, secundo cum iuramento. Tertio, per detestationem cum iuramento, Id est, per execrationem quod est quando aliquis non solum iurat per Deum sed etiam imprecatur sibimet aliquod malum, nisi id quod dicit sit verum. Dicit igitur:* Petrus verò sedebat foris in atrio. *Non enim Petrus erat simpliciter extra domum, vt iam dictum est, sed erat extra locum, vbi Christus illudebatur in quodam atrio in quo erat ignis accensus in medio, secundum quod dicitur Luca 22.*

12 Et accessit ad eum vna ancilla. *De istis negationibus Petri videntur euangelista diuersimodè scribere maximè de secunda & tertia quia de secunda dicitur hic, quod fuit ad vocem ancillæ. Lucas autem dicit quod fuit ad vocem hominis. Ioannes autem dicit quod fuit ad vocem plurium. Similiter de tertia dicit Ioannes, quod fuit ad vocem vnius qui erat cognatus illius cuius Petrus abscidit auriculam. Mattheus autem hic dicit, quod fuit ad vocem illorum qui astabant. Dicendum igitur quod principalis intentio euangelistarum erat negationem trinam Petri exprimere, & in hoc conueniunt omnes euangelistæ. Exprimere autem personas accusantes Petrum, non erat principalis intentio eorum, sed tantum ex accidenti. Tamen non contrariantur in hoc: quia verisimile, quod multi ad illa verba concurrebant circa Petrum: & consimilia verba proferebant ipsum accusando: & sic vnus euangelista vnam personam nominat: alius aliam: vnam vel plures: nec est ibi falsitas: ratione dicta. Videtur autem secũdum veritatem historiæ, quod prima negatio sit facta ad vocem ostiariæ principaliter. Secunda ad vocem illorum qui stabant ad ignem: fuerunt tamẽ excitati ab alia ancilla: propter quod Mattheus illã exprimit hic & de alijs tacet. Quod autem hic dicitur quod facta est Petro exeunte ianuam, intelligendum est se disponente ad exitum: quia adhuc erat propè ignem vt dicit Ioannes sed timens ne perciperetur exire. Tertia autem negatio facta est multis eum accusantibus, inter quos principalis erat cognatus illius cuius Petrus abscidit auriculam, propter quod exprimit illum Ioannes de alijs tacendo. His dictis litera patet vsque ad illum locum.*

Marginalia: Trina Christi negatio. — Euangelistarum concordia de negationibus Petri.

Nam

MORALITER.

† *Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi.* AVGVSTINVS. Ex hoc autem loco discimus calumniantium & falsorum testium voces, vt nec responsione dignas habeamus, maximè vbi maius est liberè fortitérque sustinere, quam defendere sine vllo profectu.

7 *Tunc expuerunt in faciem eius & colaphis eũ.* AVGVSTINVS. Per hoc significauit eos qui præsentiam gratiæ eius respuunt.

† Et tanquam

a *Exeunte au.* Hic Marcus adimplet quod iste breuitatis causa omisit. *Exiit inquit foras ante atrium & gallus cantauit*: Quo reuerso, in atrio fit negatio. *Exeunte autem.* In hac secunda negatione à duobus compellitur. *Ab ancilla*, vt ait Matthæus & Marcus & ab alio vt ait Lucas dicens: Et post pusillum ait alius: Et tu de illis es. In hoc pusillo exiit, & reuersus stans ad focũ, vt Ioannes ait: Iterum negat. *Exeunte autem illo.* Id est cum exiret, hoc est, cum exurgeret vt exiret, animaduertit eum ancilla, & dixit his qui circa ignem erant: Quibus rediẽs iurat Petrus. *Non noui hominem.* Id est, nõ sum eius discipulus, in quo & ipse Christum negauit. Nota, primum ait: *Nescio quid dicis*. Secundò, *cum iuramento negauit*. Tertiò *cœpit detestari & iurare, quia non nouisset hominem*, quia perseuerare in peccato dat incrementum: & qui minima spernit, cadit in maiora.

Mar. 14. g. Luc. 22. f. † Mar. 14. g Luc. 22. f. Io. 18. c. Ioan. 18 c. † in vestibulum. † 11. q. 4. c. absione. sexprobrate. † Ma. 14. g. Luc. 22. g.

b *Non noui ho.* Quam noxia prauorum colloquia, quæ cogunt Petrum negare Christum, vel hominem se nosse, quem confessus est inter discipulos Dei filium.

Ioan 18. c. Luc. 22. f.

c *Qui stabant* Ioannes & Lucas vnum dicunt cognatum Malchi. Sed vel est plurale pro singulari. Vel vnus erat qui eum viderat, & præcipuè dicebat, quem secuti cæteri similiter arguebant.

d *Et continuò gal. can.* Post tertiam negationem sequitur gallicantus. Sacramenta rerum, per statum temporum designantur. Media nocte negat, in gallicantu pœnitet, post resurrectionem sub luce quę ter negauerat ter se amare professus est: Quia quod in tenebris obliuionis errauit, speratæ iam lucis rememoratione correxit: & eiusdem veræ lucis præsentia plenè quidquid mutauerat, erexit.

a ¶ Quia manifestare se expauit qui adhuc nolebat mori.

cilla, dicens: † Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem il-

¶ Cum quibus calefaciebat se Petrus.

lo † ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his qui erant ibi: Et

a ¶ Ab illis inquisitus quibus ancilla propalauerat.

hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iura-

a ¶ Lucas ait quasi facto interuallo vnius horæ.

b mento, quia non noui hominem. Et post pusillum accesse-c runt qui stabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es.

¶ Ierosolimitæ & Galilæi æquè sunt Hebræi vnius linguæ, sed quæque prouincia habet suum sonum.

† Nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit dete-d stari & † iurare quia non nouisset hominem. Et cõtinuò gal-

a ¶ Respiciente se domino.

e lus cantauit. † Et recordatus est Petrus verbi Iesu, quod di-

a ¶ Vt haberet liberum locum flendi.

f xerat: priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

• MYSTICE. Gallus aliquis doctor est, qui somnolentos increpans, ait: Euigilate iusti & nolite peccare. Quòd Petrus ante primum gallicantum negat, eos significat qui Christum ante resurrectionem Deum non putauerunt esse, morte eius turbati. Quòd bis ante secundum gallicantum negat, illos significat, qui nunc in illo secundum hominem vel secundum Deum in vtraque substantia errant, & ideo veritatem negant. Primus gallicantus, est domini resurrectio in seipso. Secundus, est eiusdem in corpore ecclesiæ.

e *Recordatus est.* In alio Euangelio dicitur, *Respexit dominus Petrum* & intuitu prouocauit ad lachrymas, Quasi in mentem ei reducens quoties negauerat, & quod ei prædixerat, nec potuit in tenebris permanere, quem lux mundi respexit.

Luc. 22. g.

f *Et egressus.* Ab impiorũ cõsilio seclusus culpã lauat, quod nõ intus. Ob hoc hesitare permissus est vt in ecclesię principe remediũ pœnitentiæ cõderetur, & nemo auderet de sua virtute confidere.

✠ LEO PAPA. Fœlices, ô Apostole, lachrymæ tuæ, quæ ad diluendam culpam negationis virtutem habuere sacri baptismatis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nam & loquela, &c. *Licet enim lingua Hebræa sit vna, tamen aliquo modo variabatur secundum diuersitatem prouinciarum: & ideo illi de Galilæa aliter loquebantur aliquo modo quam illi qui erant de Ierusalem. sicut lingua gallica est vna & tamen aliter loquuntur illi qui sunt de Picardia quam illi qui habitant Parisijs: & per talem varietatem potest percipi, vnde aliquis sit oriundus. Sequitur.*

2 Tunc cœpit de. &c. *In hoc significatur iuramentũ per execrationẽ.*

3 Et re. est Pe. Dominus *enim* respexit Petrum, *vt dicitur Luc. 22. g. Et ex hoc Petrus recordatus est de verbo Christi, quod dixerat eum negaturum & ad pœnitentiam reductus est, vnde sequitur.*

4 Et egres. foras, &c. *Et ex tunc Petrus traxit in consuetudinem, vt à primo gallorum cantu vsque ad horam matutinam staret in oratione flens pro ista negatione, vt habetur in Itinerario Clementis.*

MORALITER.

† Et tanquam colaphis eum cædunt qui ei suos honores præferunt. Et palmas in faciem eius dant, qui superbia cæcati eum non venisse affirmant.

† *At ille ne.* RAB. In hac autem negatione Petri discimus non solum negare Christum qui dicit eum Christum non esse: sed qui cum sit, se negat esse Christianum.

ADDITIO.

In ca. 26. *Vbi dicitur in postil.* Prima autem die azymorum, &c. *Ista dies fuit feria quinta.*

Quæstio.

Ad declarationem temporis cœnę domini circa quod non solum inter græcos & latinos sed etiam inter sanctos doctores diuersitas non modica inuenitur, olim quandam formaui quæstionem, quam in hoc loco superaddere decreui: cuius tenor talis est. Vtrum quinta feria in qua Christus cũ discipulis, pascha manducauit, fuit. 14. luna primi mensis, in qua agnus paschalis secũdùm legem immolari debuit. Et videtur primò quod sic. Mat. 26. b. legitur quod prima die azymorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Vbi vis pa. tibi pas. &c. *Sed prima dies azymorum, vel est. 14. luna in cuius secundis vesperis immolatur agnus qui cum azymis comedebatur: Vel. 15. luna quę erat prima dies solemnitatis azymorum. Sed in proposito non est. 15. luna. Nã si sic nec Christus pascha comedisset in tempore debito, nec in tempore à lege præfigurato fuisset passus: quorum vtrumque est valde inconueniens in proposito, patet consequentia, quia sic comedisset pascha in. 15. & fuisset passus in. 16. ergo prima dies azymorum prædicta est. 14. luna. Præterea Mar. 14.* Prima die azymorũ quando pascha immolatur, dicũt ei dis. &c. *Vbi expresse habetur quod in † propria die immolationis agni Christus pascha comedit, quod est propositum, nam illa solum est. 14.*

† prima.

Præterea Luc. 22. a. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha & misit Petrum & Ioannem, &c. *sed nulla dies est in qua necesse sit occidi pascha, nisi. 14. luna, vt patet Exo. 12 & Num. 9. & in alijs quam plurimis locis, ergo propositum.*

Idem patet per Chry. super Mat. dicentem quod vsque ad vltimum diem non fuit Christus contrarius legi: Quod fuisset si pascha comedisset non tempore debito secundum legem.

Idem patet per Hier. dicentem expressè, quod Christus cœnam fecit. 14. Sed ad oppositum arguit sic: Sexta feria qua Christus fuit Passus erat luna. 18. ergo feria quinta immediatè pręcedens erat luna. 13. Consequentia patet de se, & antecedens habetur Ioan. 18. e. vbi dicitur quod Iudæi non introierunt prætoriũ Pilati vt non contaminarentur, sed manducarent pascha. *Sed cum pascha manducari non possit legitimè, nisi. 14. luna, scilicet, secundis vesperis, vt Ex. 12. ergo dies passionis Christi fuit 14. luna quod fuit assumptum. Nec consonum videtur quod mãducare pascha in loco euangelij allegato intelligatur de cibis paschalibus, scilicet de azymis, prout videtur sentire Chriso. quem sequi. S. Th. et etiã aliqui moderni glossatores. Tum quia licet pascha cũ azymis debeat comedi: nusquam tamen legitur quod azyma nec agrestia dicatur pascha nec econtra: Tum quia azyma poterant comedi etiam ab immũdis: cuius contrarium non legitur in aliquo loco vbi agatur de hac materia in sacra scriptura: Quod etiam consuetudo Hebræorum hodierna testatur: quia licet profiteantur se esse immundos & contaminatos isto tempore cum careant legitima aspersione cineris vitulę rufæ de qua Nu. 19. comedunt tamen hodie azyma & agrestia in paschatis tempore, non curantes de contaminatione.*

Item Ioan. 19. expressè dicit: Erat autem parasceue paschæ, &c. *Cũ enim parasceue alicuius festi idem est quod præparatio ad illam diem & non dicit parasceue sabbati, sed paschę: manifestè ostendit, quod in illa*

A illa die pascha sperabatur, quod est propositum.

Item si sexta fer. in qua est Christus passus, fuisset 15. sequeretur quod res non corresponderent propriis figuris, quod est valde inconueniens in hac materia. Nam cum agnus Paschalis nihil aliud figurabat nisi passionem Christi: ad cuius agni immolationem sola 14. luna erat tempus determinatum, intantum quod impediti à comestione agni propter euentum contaminationis, non poterant defectum supplere in. 15. sequenti, nec in alia quacumque, sed in 14. luna mensis secundi, vt habetur Nu. 9. ergo nullo modo dicendum videtur, quod res principaliter figurata esset in. 15. luna vnde & idem Chrys. expresse dicit Christum reseruasse suam occisionem sextę feriæ, quando vetus pascha fiebat. Nec videtur rationi consonum quod Remigius & alij doctores dicunt, scilicet, quod Christus fuit ligatus & tentus in 14. in vesperis, & quod tunc inceperunt passionis exordia. Nã immolatio Christi propria nõ fuit nisi in ara crucis, vt cõmunis doctrina ecclesiæ testatur. Itẽ feria sexta in qua Christus fuit passus, non fuit celebris nec solemnis in obseruantia Hebræorum, ergo non fuit. 15. luna mensis primi, cõsequentia patet, nam Exo. 12. de eadem die, scilicet. 15. legitur. Dies prima erit sancta ac solemnis, nihil operis facietis in ea, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. *Ex quibus verbis manifeste elicitur quod quidquid operis prohibetur in sabbato, est prohibitum in. 15. luna primi mensis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Sed assumptũ probatur, nam multa fecerunt Hebręi in eadem sexta feria, quæ nullo modo licebant fieri in sabbato: nec in tali solemnitate; videlicet accusare, flagellare, testes præsentare, examinare & sententiam diffinitiuam ferre, quæ omnia exercuerunt circa personam Christi, vt euangelistę testantur. Quæ quidem iudicialia etiam apud nos in solẽnibus diebus festiuis sunt illicita, multo magis apud eos qui nimis* B *literalizant. Item angariauerunt patrem Alexandri & Rufi. Mar. 15. quod est manifeste prohibitum in diebus festiuis, præsertim extra ciuitatem, Iere. 17. quod licet de sabbato dicat, idẽ tamẽ est de prima die solẽnitatis paschalis, vt dictum est. Nec dicendũ quod hoc commisissent ex odio Christi: nam ipsi tenebantur iustificare facta sua: & per legem mosaicã ea reuelare, dicentes:* Nos legem habe. &c. *Præterea veritas assumpti patet expresse in sepultura Christi. Fuit enim sepultus per Ioseph ab Arimathia & Nicodemũ qui iusti erant, & nullo modo quod nõ liceret in tempore solẽni fecissent; vnde super illud Io. 19. ibi:* Propter parasceue Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, &c. *Aug. Acceleratam vult intelligi sepulturam ne aduesperaret, quoniam iam facere aliquid non liceret. Sed constat quod si feria sexta fuisset 15. luna, sic erat illicitum in eadem sepelire sicut erat in sabbato, hoc idem patet Luc. 23.* quia dies erat parasceue, & sabbatũ illucescebat. *Ex quo videtur, quod sepultura illa licita erat in sexta feria, nõ tamen in die sabbati. Ex quo patet quod feria sexta illa non erat prima die solemnitatis paschalis apud Hebræos, quod fuit assumptũ, &c. Nec valet dicere, quod Ioseph ab Arimathia ex deuotione Christi festũ violasset pro eius sepultura. Nã de Magdalena quæ Christum feruentius diligebat, & de cæteris mulieribus ipsum sequẽtibus legitur Mar. 16.* Et cum transisset sabbatũ emerunt aromata: *Vbi manifeste apparet, quod ab emptione aromatũ pro sepultura domini pertinentium: (quod est valde leuius opus quam sepultura) mulieres deuotæ propter obseruantiam sabbati abstinuerunt. Idem Hiero. super illud Mat. 28. a.* Venit Maria Magdalena, &c. *Sepulto nãque feria sexta domino, mulieres præparauerant aromata & vnguenta, quamdiu licuit operari, scilicet, vsque ad solis occasum Sabbato si-* C *luerunt, id est, quieuerunt ab operando secundum legis mandatũ, vt Lucas ait. Hæc Hiero. Ex quo sequitur quod feria sexta illa nõ erat celebris solemnitas azymorum Nam si sic omnia prędicta fuissent illicita, sicut in sabbato, vt dictum est. Præterea Io. 19. f.* Erat dies illa magna dies sabbati. *Ergo in illa die sabbati concurrebant duę festiuitates, scilicet sabbatina & paschalis, & per consequens dies sabbati erat 15. luna. apud eos, consequentia patet: quia tota celebritas hebdomadæ azymorum erat solum in prima die & 7. vt patet Leuit. 22. Concordat Beda dicẽs:* Erat magna dies illa sabbati, *id est, propter solemnitatem paschalem.*

Ad cuius difficultatis declarationem aliqua sunt circa festiuitates legis antiquæ præsupponenda: quorum quędam sumuntur ex sacra scriptura vel in ea habẽt aliquod fundamentum, quędã ex regulis Calendarij Hebræorum apud eos diuulgatis, & vsque in hodiernum diem infallibiliter obseruatis.

Quãdo incipit dies apud Hebræos.

Primum præsupponendum est, quod dies naturalis apud Hebræos incipit ab occasu solis diei sabbati, & terminatur in occasum solis diei dominicę: & sic de alijs. Et sic intelligitur illud: A vespere vsque ad vesperam celebrabitis Sabbata vestra. *Leuit. 23. Secundũ est, quod mensis apud eos est lunaris & perficitur ex †. 30. diebus & 10. horis naturalibus & duabus tertijs vnius horę cum † tribus minutis: quę quidẽ computatio concordat cum Ptolemæo & alijs astronomis secundũ cursum medium lunę qui est inuariabilis.*

Mẽsis apud Hebræos. † 29. † tertijs.

Annus eorundem.

Tertium est quod annus Hebraicus incipit à Calendis seu nouilunio, quod est prope æquinoctium vernale. Vnde Exo. 12. a. Mensis iste vobis principium mensium primus erit in mensibus anni. *Et. inf. Exo. 13. a.* Hodie ingredimini in mẽse nouarum frugum. *Quartum, quod omnia festa Hebręorum præter sabbatum exordium computationis, & per consequens mobilitatem per diuersas ferias hebdomadæ sumunt à neomenia primi mensis prędicti. Verbi gratia: Sit prædicta neomenia in quinta feria, tunc dies solemnitatis azymorum erit similiter quinta feria: quia in 15. luna & dies immolationis agni solemnitatis paschalis, iuxta illud Nume. 28. d.* Numerabitis ergo ab altero die sabbati, &c. Septem hebdomadas plenas, *& festum tubarum erit in die sabbati. Nam sex menses lunares qui computabantur à neomenia primi mensis vsque ad neomeniam septimi sunt centum. 70. & septem dies integri, qui reuoluti per hebdomadas in sexta feria finiuntur, & sic neomenia mensis septimi sequentis erit in sabbato. Consequenter festum expiationis erit feria secunda: nam est in decima die à festo tubarum. Consequenter festum scenopegiæ seu tabernaculorum erit in sabbato, quia in 15. festo tubarum & sic in similibus, quæ omnia Leuit. 23. & in alijs locis habentur.* D

Quintum est, quod in quacunque die coniunctio luminarium secundum medium cursum supradictum prope æquinoctium vernale occurrerit, in eadem die est Calendę seu neomenia mensis primi prędicta nisi in certis casibus in quibus repellenda est seu transferenda ad sequentem diem, & quandoque ad subsequentem. Qui quidem casus duo sunt. Primus: quando talis coniunctio transcendit 18. horam eiusdem diei in qua est. Cuius repulsionis ratio est, quia tunc magis declinat talis coniunctio ad diem sequentem quam ad illam in qua est: cum iam transit tres quartas partes illud diei, & attingit quartam vltimam, & talis coniunctio vocatur apud eos nouilunium vetus seu antiquum: Verbi gratia. Si nouilunium æquinoctij vernalis esset in. 18. hora sabbati vel infra, tunc Calenda seu neomenia esset fienda in eadem die sabbati: & per consequens principium computationis festiuitatum totius anni esset ab eadem die sabbati. Si autem coniunctio esset vltra 18. horam, E *tunc talis neomenia esset transferenda seu repellenda ad diem dominicam immediate sequentem: & per consequens paschalia festa & aliæ festiuitates illius anni transferentur ad ferias correspondentes diei dominicę & non sabbati, vt patet ex dictis. Secundus casus est quando nouilunium vernale occurrit in secunda feria quarta vel sexta. In his enim tribus ferijs non possunt figi Calendæ seu neomenia ęquinoctij vernalis. Cuius ratio patebit, infra. Sexto præsupponendum est, quod quandoque oportet quod fiant duę repulsæ de eadem neomenia. Hoc patet ex duobus casibus supradictis: nam si nouilunium vernale occurrat in die dominica vltra 18. horam: tunc in eadem die non est neomenia figenda propter antiquitatem seu vetustatem nouilunij secundum primum casum: Nec in secunda feria sequẽti propter hoc quod est vna de tribus ferijs interdictis: iuxta secundum casum: & sic oportet quod transferatur ad tertiam feriam: & hoc contingit apud eos satis frequenter. Nec sentiendum est erroneum seu contra mentem legis loquentis simpliciter de prima die mensis: nam computatio mensium quantum spectat ad cultũ festiuitatum, sufficit quod sit vniformiter regulata & apud omnes communiter suscepta, & aliqualiter veritati propinqua, prout gratiosius & remotius contingit in computo nostro circa festiuitatem paschalem & alia festa mobilia ipsam sequentia. Ratio autem quare prædictę tres feriæ. s. secunda, quarta & sexta repelluntur, ne in aliqua earum neomenia primi mensis figatur, quantum ad secundam & quartam feriam vna est & est talis. Nam cum festũ expiationis sit celeberrimũ sicut dies sabbati, in tantum quod cibaria non permittũtur in eadem die parari, sicut nec in sabbato, vt ex sacra litera potest haberi, inde est* F *quod ex earum traditione antiqua seu consuetudine immutabili, quæ vsq; hodie durat, habetur quod dies expiationis nunquã concurreret in die veneris nec in die dominica. Nam si dies sabbati à parte ante vel à parte post continuaretur cũ festo expiationis; tũc essent duo dies naturales cõtinui celeberrimi, in quibus nullo modo liceret parare cibaria, quod esset graue & valde onerosum toti populo. Ex quo sequitur, quod neomenia prædicta primi mensis non potest esse in secunda feria: nam sic festũ expiationis occurreret in sexta feria, & continuaretur cum die sabbati à parte ante, quod est cõtra prædicta. Similiter nec neomenia primi mensis habet esse in quarta feria: nam si sic festum expiationis esset in dominica, & per consequens continuaretur cũ sabbato à parte post: quod est contra prædicta, vnde patet ratio repulsę secundæ ferię & quartæ.*

Quare festum Tabernaculorum.

Sed ratio quare feria sexta excluditur ad hoc, vt in eadem neomenia primi mensis non figatur apud eos talis est: Nam in festo tabernaculorum seu scenopegię, quod festum secundũ eos & etiam secundũ doctores nostros præceptum fuit ad cõmemorandũ beneficiũ diuinæ protectionis, & deductionis: quod habuerunt per desertũ vbi in tabernaculis habitauerunt, in quo habebant lętari per septem dies coram domino sumẽtes fructum arboris pulcherrimę spatulásque palmarum, & cæ. prout legitur. Leuit. 23. ad significandum quod per aridam terram deserti deduxit eos Deus ad terram delitiosam, prout sanctus Tho. prima secundę. q. 102. arti. 4. in responsione ad 10. ar. ponit: in qua lætitia prout traditur in eorum codicibus apud eos autenticis, circumibant altare solemniter cũ huiusmodi spatulis & ramis semel in prima die & in alijs diebus vsque ad sextam inclusiue. In septima autem cicumibant septies in memoriam captionis Iericho quę fuit prima ciuitas terrę promissio- nis

A n[illegible] capta per huiusmodi circuitiones septenarias, vt habetur Iosue sexto. Vnde & in illa septima die procedebant in huiusmodi laticia, intantum quod quadam ibi facta non licebat fieri in die sabbati: Cuius circumitionis memoria hodie fit inter eos in gyra rotuli legis, cum altare non habeant. Sed si neomenia primi mensis fuisset in sexta feria, sequeretur quod festum tabernaculorum concurreret in die dominica, vt patet computanti, & sic septima dies tabernaculorum esset in die sabbati, vnde cessarent illa quæ dicta sunt.

Regula Hebræorũ de eorum solennitatibus.

Ex quibus omnibus elicitur quædam regula in Calendariis eorum vbique & apud omnes diuulgata, & vsque in hodiernum diem infallibiliter obseruata. Quia prima dies solemnitatis paschalis nunquam est feria secunda, quarta, nec sexta. Septimum est, quod anno quo Christus passus fuit, concurrit coniunctio luminarium propè æquinoctium vernale iuxta veram computationem Hebræorum quę est secundum medium cursum solis & lunæ, vt dictum est in feria quinta post. 19. horam cum certis minutis, hoc est certissimè calculatum per me, & cum peritis Hebræorum diligentissimè repertum & concordatum. Quibus præsuppositis patet solutio dubij prędicti. Nam in anno passionis Christi licet coniunctio luminarium, vt dictũ est, fuit feria quinta: non potuit in ea neomenia figi propter ipsius vetustatem, quia fuit vltra. 18. horam, vt patet in septimo præsupposito: & per consequens occurrit primus casus repellendi supradictus, habuit ergo transferri ad sequentem diem: sed quia B sequens erat sexta feria, nec in ea poterat neomenia assignari, vt dictum est. nam est secundus casus repulsionis iam dictus: habuit ergo repelli seu transferri neomenia ad diem sabbati: & per consequens. 15. luna fuit eodem anno secundum Hebraicam computationem legitimam & assuetam in die sabbati, in qua concurrunt duæ festiuitates solemnes apud eos, sabbatina, scilicet & paschalis quę est prima dies solemnitatis azymorum: & sic erat magna dies illa sabbati secundum Io. & in feria sexta immediatè præcedenti fuit secundum eos 14 luna in qua legitimè erat pascha immolandum. Vnde in eadem sexta feria fuit immolatus verus agnus paschalis ab eis: similiter & typicus: pro cuius typici manducatione, vt non contaminarentur, non intrauerunt prętorium secundum Io. Christus autem in huiusmodi neomenia primam repulsam tantum tenuit & non secundam. Prima enim est rationalis in se & fine respectu ad festa futura, sed solùm propter vetustatem coniunctionis. vnde neomenia illius anni apud ipsum fuit translata ad sextam feriam; sed de sexta ad septimam nullatenus debuit transferri apud eum: nam ratio illius repulsæ ex festis futuris in mense septimo dependebat, vt patet ex iam dictis. Quæ festa, scilicet, futura cum Christus sciuisset per passionem suam de propinquo imminentem cassari, sicut & cetera legis cerimonialia, nullam vim habebant transferendi seu repellendi præsentem neomeniam, vt patet intuenti. Nam cessante causa præsertim C finali, cessare debet effectus. Fuit ergo iuxta verissimam & infallibilem noticiam Christi neomenia tempore suę passionis in sexta feria. Similiter, & prima dies Paschalis solemnitatis, hoc est 15 luna apud eum. vnde & in feria quinta pręcedenti fuit vera 14 luna in qua Pascha cum discipulis tempore determinato secundùm legis veritatem manducauit. In hoc etiam videtur concordare magister historiarum, dicens. Quod si tabulam computi diligenter retro percurramus, inueniemus quod tempore passionis Christi feria sexta fuit 15 luna. Et hoc est verum, licet tabula nostri computi sit grossior quam Hebraica in hac materia.

Ex quibus habetur, quod tempore passionis Christi duplex fuit 14 luna sicut & neomenia primi mensis. Vna, scilicet, vera simul & legitima secundum veram computationem Christi, cuncta legis Mysteria tam pręsentia quam futura scientis. Alia verò legitima tantum secundum communem & assuetam computationem aliorum omnium præter Christum: & in vtraque 14 vterque agnus fuit immolatus verus & Typicus. In 14 enim vera & legitima quæ fuit feria quinta Christus manducauit agnũ typicum, & consequenter verum agnum sub sacramento discipulis tradidit. In 14 verò legitima tantum quæ fuit sexta feria agnus verus fuit immolatus, consequenter autem Typicus: & sic reddendo singula singulis: omnia veraciter concordantur. Nam Matthæus Marcus & Lucas qui de cœna domini notabilem mentionem fecerunt exprimendo, in illa agnum Paschalem solemniter Christum cum discipulis manducasse, & in eadem sacramentum eucharistiæ instituisse vt patet ex eorum dictis, quilibet eorum ipsam feriam quintam notat, D tanquam propriam ad immolationem agni, & per consequens 14 lunam secundum veram computationem Christi prędictam secundum quam autoritates Chrys. & Hiero. ad partem affirmatiuam supra inductæ & similes obtinent veritatem. Sed Ioannes qui de cœna domini breuissimè se expediuit solum, dicens: Cœna facta &c. Ioan 13. nihil exprimens de agni manducatione, nec de sacramenti institutione, cum iam de hoc sacramento plus cæteris tradiderat: fecit potius mentionem de secunda 14 scilicet, legitima tantum, quę fuit sexta feria, vt dictum est. Ad excludendum errorem qui insurgere posset ex hoc, quod principale figuratum non correspondêret figuræ in tempore tam districtè per legem determinato: vnde & vocat eum parasceue Paschæ, id est, vigilia. Et dicit quod Hebræi nondum manducauerant pascha tempore passionis Christi: quod habet veritatem secundum legitimam computationem Hebræorum & cæterorum mysteria passionis pro tunc ignorantium. Et ideo in illa sexta feria licuit eis iudicialia exercere, sepelire, angariare, & huiusmodi. Et sanctis mulieribus in eadem sexta feria aromata pręparare tanquam in die non festiuo.

Ex quo clarius patet error Gręcorum dicentium, quod Ioannes correxit alios euangelistas asserente, quintam feriam pro tunc † 13 lunam. †14. Nam vt ex iam dictis patet Ioannes non correxit alios, sicut nec ipsi similium aliquod asseruerunt, sed potius vt de more euangelistarum est, E illud quod alij prætermiserunt ipse declarauit, scilicet, † 13 lunam pro- †14. tunc etiam fuisse feria sexta secundum aliam computationem legitimã, cui concordant historię Hebræorum dicentium manifestè, quod in vigilia paschæ Christus fuit patibulo suspensus: & quod à sęculis nunquam fuit inter eos prima dies paschalis feria sexta.

Et attendendum, quod ex verbis euangelij prædicta differentia duplicis neomeniæ seu 14. lunæ aliqualiter possit notari. Nam Matth 26. legitur: Magister dicit: Tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis. Vnde si li, tempus meum propè est, diligenter intelligatur, non habet referri ad tempus passionis, sicut communiter exponitur. Nam licet sit verum quod tempus passionis erat propè: non tamen consonat cum litera sequenti. Dato enim quod tempus passionis esset protunc remotius, adhuc Christus habebat pascha manducare cum discipulis suis, vt legem adimpleret: Sed verus intellectus iuxta prædicta videtur talis: Magister dicit: Tempus meum. Id est, tempus manducandi Pascha secundum veram meam computationem propè est, id est, hodie feria quinta, licet aliquorum tempus iuxta ipsorum assuetam computationem fuisset remotius, scilicet, in feria sexta. Et ideo sequitur: Apud te facio, &c.

Et notandũ etiam videtur, quod in manducatione paschæ cũ Christo non fit mentio de alijs discũbentibus, vel cõuescentibus nisi de duodecim discipulis tantum, sicut & illis tantum secretè passionem futurã denunciauit Mat. 20 c. concordat prædictis. Nam ex passione futura, quam solis Apostolis secretò expressè prænosticauit, diuersitas huius paschalis temporis dependebat vt dictum est. Et ideò nimirum si sanctę mulieres, & Ioseph ab Arimathia & huiusmodi, potius sequerentur Hebraicam computationem communem, quam Christi veram computationem. Nam mysteria passionis & præcipuè legalium euacuatio abscondita fuit etiam apostolis post resurrectionem vsque ad tempus. Et sic iuxta sententiam phi. 1. Ethi. omnia vera consonant vero. Diuina igitur prouidentia circa hęc deuotè attendenda est, quę paschalia festa sic in antiquis præordinauit, vt tempore passionis Christi duplex 14 luna occurreret ad agni immolatione pręsignata, vt in prima Christus sacrificium adimpleret legale & nouum institueret, & in secunda se Deo in sacrificium offerret vespertinum: vt vtrumque tempore pręsignato pro humana salute perficeret: Quam nobis concedat, &c.

REPLI. In ca. 26. Cum postillator soluisset omnes difficultates circa cœnam domini & esum agni paschalis moueri consuetas præsertim à Græcis. Burg. facit vnam longam singularem computationem in qua multa ponit multis dubia, cui placet videat. Et finaliter in eodem capitulo dicit quis fuerit ille hymnus de quo dicitur: Et hymno dicto, &c. Et dicit, quod fuit magnum alleluia quod incipit à Psalmo, Laudate pueri: vsque ad Beati immaculati, exclusiuè. Idem dicit circa Psalmum. Laudate pueri. Si verum est placet, Autoritatem autem ad id sacri canonis non habemus.

☞ CAP.

Mar. 14. f.

CAP. XXVII.

a *Mane autem.* Matthæus & Marcus contexerunt narrationem de his quæ cum domino acta sunt usque ad mane, sed postea redeunt usque ad negationem Petri narrandam. qua terminata redeunt iterum ad mane, ut inde cætera contexerent.

Pœnitētia Iudæ infructuosa

b *Peccaui tradens, &c.* Quasi in potestate sua esset mutare persecutorum sententiam: licet autem mutauerit voluntatem, tamen primæ voluntatis exitum non mutauit.

Hō. 86. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMUS. Vide quoniam pœnitentiam agit, quando completum est & finem accepit peccatum. Non enim permittit diabolus eos qui nō vigilant, videre malum antequam perficiant.

c *Quid ad.* Quid ad nos pertinet de hoc? *tu videris*, tu scias quid fecisti. Vel quid videris pertinere ad nos. Quid ad nos pertinet precium acceptum: tu istud probaueras, tu inde fac quod vis.

Qui ad mortem peccant, tantam habent ignorantiam, & cæcitatem, ut nec turbentur in sceleribus suis, nec pœnitentiæ dolore crucientur.

d *Et proiectis.* Sicut pœnitentia eius fuit infructuosa: sic & hæc oblatio in templo est execrabilis.

e *Et abiens* HIERONYM. Nihil profuit Iudæ egisse pænitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Sed quando frater sic peccat in fratrem, ut emendare valeat quod peccauit, potest ei dimitti. Sin autem permanent opera, frustra voce assumitur pœnitentia. Hoc est quod de eo dicitur: *Et oratio eius fiat in peccatum*: ut non solum emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit, unde scelestior.

Psal. 108. a.

LEO PAPA. Sceleratior omnibus Iuda & infelicior extitisti, quem non pœnitentia reuocauit ad dominum, sed desperatio traxit ad laqueum. Expectasses consolationē criminis tui, & donec sanguis Christi pro omnibus funderetur peccatoribus informis leti suspendium distulisses.

Sermone 3. de passione c. 3.

Nō licet. LEO PAPA. Refutatur illius sanguinis taxatio, cuius no timetur effusio.

f *Non licet eos.* Verè colētes culicē & camelum glutientes: si enim ideò nō mittūt pecuniā in corbonā, id est, in gazophylaciū, id est, inter dona Dei, quia preciū sanguinis est, cur ergo ipse sanguis effunditur? Et quid præmij eis, si inde ager emitur in sepulturam pauperum?

Sem. 6. de pas. c. 3. 1. q. 1. c. qui studet & 23. q. 5. c. si non licet De pœ. dis. 3. c. inter Hircum 1. & c. Iudas. & c. Nihil Iudæus &c. sequenti. 6. dis. c. 1.

g *Emerunt, &c.* ALLEGOR. Magnum mysteriū est in factis iniquitatis. Figulus est Deus in cuius manu ex eodē luto facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Ager eius sæculum quod vniuersum præcio eius emitur, ut ei cōmortui sepeliantur peregrini. Non utique Israel, sed alieni qui in precio sanguinis Christi sepulti æternam requiem sortientur.

Actu. 1. c. Roma. 9. c.

CAPUT XXVII.

¶ Vide quam solliciti in malo tota nocte vigilauerunt ut facerent homicidium.

a 1 M† Ane autem facto † consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum, ut eum morti traderent. 2

a ¶ Quem vinxerant in horto, ut Ioannes ait. b ¶ Mos erat, ut quem morti adiudicassent, ligatum iudici traderent.

3 Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato 4

a ¶ Magnitudinem auaritiæ impietatis pondus excludit.

præsidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damna- 5

¶ Præ pudore vel amore

tus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos prin- 6

a ¶ Quanto magis qui emerunt

b cipibus sacerdotum & senioribus, dicens: † Peccaui, trādens 7

¶ Emisse se audiunt, & tamen extra reatum se credunt, & in vendente scelus constituunt.

c sanguinem † iustum. At illi dixerunt: Quid ad nos? Tu † vi- 8 9

a ¶ Ut ostenderet se perosum cœli & terræ.

d e deris. Et proiectis argenteis in templo recessit, & abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis ar- 10

a ¶ Oblatio impiorum abominabilis est domino quæ offertur ex scelere. ¶ In gazophilacium.

f genteis dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam quia 11

g precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis. 12 †

Margin: †Mar. 15. a Luc. 23. a. Ioan. 18. c. † consilium; † innocentem. † videbis

☞ Illi

NICOLAUS DE LIRA.

CAP. XXVII.

Diuisio

MANE, autem, *Ostenso qualiter passio Christi fuit per Iudaos inchoata, hic ostenditur qualiter fuit per gentiles consummata. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur ipsius Christi crudelis occisio. Secundo, eius fidelis & deuota tumulatio, ibi:* Cum sero factum esset. *Prima adhuc in duas: quia primò describitur ipsius Christi iniqua condemnatio. Secundo: ipsius sententiæ iniquæ executio, ibi:* Et postquam illuserunt ei. *Prima in quatuor: quia primò describitur ipsius Christi coram præside præsentatio. Secundò ipsius præsentati diligens interrogatio, ibi:* Iesus autem stetit. *Tertiò, innocentiæ eius declaratio, ibi:* Per diem autem solemnem. *Quartò, innocentis condemnatio, ibi:* Videns autem Pilatus. *Prima adhuc in duas: quia primo describitur ipsius Christi præsentatio, ut dictum est. Secundò, incidentaliter subditur Iudæ desperatio, ibi:* Tunc videns. *Circa primum dicitur sic.*

1 Mane autem facto. *Quia à media nocte usque ad illam horam illuserunt, eum conspuendo & palmis cadendo, ut visum est.*

2 Consilium inierunt, &c. *Non enim ex testimonijs præhabitis habebant aliquid, unde posset accusari coram Pilato, sicut reus mortis: & ideo ulterius, consulebant qualiter eum sicut dignum morte accusarent, ut patebit infra. sequitur.*

3 Et vinctum adduxe. *Illi enim qui reputabantur digni morte, ducebantur coram iudice ligati.*

Pontius nomen propriū & Pilan cognomē qui Lugdunensis erat.

4 Et tradiderunt Pontio. *Aliqui dicunt quod Pilatus erat proprium nomen eius, compositum ex nomine matris quæ dicebatur Pila & patris qui dicebatur Atus. Pontius autem cognomen eius, quia fuerat index missus à Romanis ad insulam Pontianam, hoc autem diffusè habetur in quadam legenda quæ vocatur aurea. Sed quia ibi multa dicuntur de hoc quæ videntur prima facie falsa, quæ propter prolixitatem omitto. Ideo aliter dicendū, quod Pontius erat proprium nomen eius, quod patet ex duobus. Primò, quia postponitur cognomē, & nō præponitur proprio nominis saltem de cursu communi. Secundò quia hoc nomen cōmune est in Burgūdia, unde Pilatus erat oriūdus: Erat enim natione Lugdunēsis: ut dicit magister in historijs. Et idē dicit Iosephus libro antiquitatū. Pilatus autē erat eius cognomen. Præses autem erat nomen officij sui. Et dicitur à præsidendo, quia præsidebat Iudeis ibidem missus à Romanis.*

5 Tunc vi. *Hic incidentaliter subditur Iudæ desperatio, cum dicitur.* Tunc vi. Iudas qui eum tra. quod da. es. *Hæc autem desperatio processit ex duobus. Primò, ex magnitudine sceleris, tradendo ad mortem illum cuius tantam sanctitatem expertus fuerat. Secundo, quia damnationem suam audierat à Christo, ut dictum est capitulo præce. quem sciebat prophetam verissimum.*

6 Pœnitētia du. *Infructuosa tamē, quia erat sine spe veniæ, sicut de his qui sunt in inferno dicitur Sap. 5. a.* Dicētes intra se pœnitētiā agētes.

7 Retulit tri. argen. prin. sa. *Ex quo patet, quod cupiditas sua nihil valuit sibi. Sequitur.*

8 At il. di. Quid ad nos? *Quasi dicat, non curamus. si peccasti vel non.*

9 Tu vide. *Id est, ad te pertinet videre factum tuum.*

10 Et abi. la. su. *Ex desperatione: Et in hoc plus peccauit quā in tradēdo Christū, ut dicit Hiero. Cuius ratio est quia in traditione Christi peccauit cōtra eius humanitatē directè: sed in desperatione illa peccauit directè cōtra eius diuinitatem, quia contra infinitatem diuinæ misericordiæ. Sequitur.*

11 Non licet eos, &c. Corbam *Hebraicè, idem est quod oblatio. Corbonam autem erat locus ad ponendum oblationes factas in templo pro reparatione templi & alijs necessarijs. Magna igitur apparet sacerdotum excæcatio, qui occisionem Christi reputabant sibi licitam, imo tāquam sacrificium Deo facerent & tamen precium venditionis eius reputabant nefarium & indignum applicari ad usum templi.*

12 Consilio autem inito, &c. *Quia ille cuius ille ager erat, figulus fuit, ideo sic vocabatur. Vel fortè, quia ibi erat terra apta ad faciendum vasa fictilia.*

❦ In

MORALITER.

5 *Tunc videns Iudas qui eum tradidit quod damnatus esset, pœnitentia.* ORIGE. Si autem locum pœnitentiæ requisisset, & tempus pœnitentiæ obseruauisset, forsitan inuenisset eum qui dicit: *Nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur, & viuat.*

Ezech. 18 g. Sermone 2. de cœna domini.

12 *Emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. &c.* AUGUST. Peregrinis inquam qui sine domo, patria & toto

✠ orbe

Illi quidem fecerunt alia voluntate, vt æternum relinquerent suæ nequitiæ monumentum. Sed nos qui peregrini eramus à lege & prophetis, praua eorum studia suscepimus in salutem, & in precio sanguinis Christi requiescimus.

a *Per Ieremiam.* HIERON. Hoc non in Ieremia, sed in Zacharia legitur: tamen aliis verbis. Legi nuper Ieremiæ apocryphũ, in quo hæc verba scripta reperi. Sed tamen magis mihi videtur hoc sumptũ de Zacharia more apostolorum, qui verborum ordine prætermisso, sensus tantum de veteri Testamento proferunt.

Euãgelistarum excusatio in alternata prophetiarũ allegatione.

✠ IDEM. Absit ergo de pedissequo Christi, quòd possit argui de falso, cui cura fuit non verba & syllabas aucupari, sed sententias dogmatum ponere.

Lib. de optimo genere interpretãdi.

¶ Huius seculi.

agrum figuli in sepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, † hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod a dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: † Et ac-

¶ Quod in Zacharia, appenderunt, id est, alii rei comparauerunt. a ¶ Hoc scilicet b ¶ Illius Christi. c ¶ Scilicet me.

ceperunt triginta argenteos, precium appreciati, quem ap-

a ¶ Id est non pluris precij me facientes, quam vile mancipium.

b preciauerunt à filijs Israel, & dederunt eos in agrum figu-

a ¶ Constitutum mihi reuelauit.

li sicut constituit mihi dominus. † Iesus autem stetit ante c præsidem & interrogauit eum præses, dicens: Tu es rex

¶ Sic temperat, vt sermo eius calumniæ non pateat & tamen verum dicat

d Iudæorum? Dixit illi Iesus: Tu dicis. Et cum accusaretur à

¶ Vt verum patientiæ det exemplum, sicut flagellatus ante, ita modo filet accusatus.

e principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit.

Per Ieremiam prophetam. Sed hoc in Ieremia non inuenitur: sed in Zacharia ferè secundum sensum, non secundum verba. Vnde quidam codices non habent, per Ieremiam, sed tantum, per prophetam. Tamen secreto Dei consilio factum est, vt animo Matthæi pro Zacharia occurreret Ieremias: quia omnes prophetæ vno spiritu sunt locuti, ita vt singula sint omnium, & omnia singulorum. Quare ergo Matthæus hoc emendaret, quod spiritu regente fecerat: vt per hoc admoneremur tantum inter prophetas esse concordiam, vt vni deputetur congruè quod ab alio dicitur. Vel apud Ieremiam inuenitur de empto agro, sed non sub hoc nomine precij. Apud Zachariam de tringinta argenteis: & nihil de emptione agri. Vtrumque ergo interpretatur euangelista ad hoc quod de domino completum est, & confert in vnum triginta argenteos quod est in Zacharia, & agrum emptum quod est in Ieremia. Quod subdit. *Quem appreciauerunt.* Apud neutrum inuenitur, sed ex persona euangelistæ accipiendum est, quia hoc ex reuelatione domini cognouit ad hanc rem, quæ de precio Christi facta est huiusmodi pertinere prophetiam. Liber quippe empti agri apud Ieremiam iubetur mitti in vas fictile. Et hic emitur ager figuli de precio domini in sepulturam peregrinorum, id est, ad permansionem quietis eorum qui peregrinantur cum domino & consepeliuntur ei per baptismum, nam & illam emptionem agri hoc significare Ieremiæ dominus dicit: quia erit permansio de captiuitate liberatorum in illa terra.

Iere. 32. c. Zac. 11. c. Iere. 32. c.

b *A filiis Israel, &c.* A quibus minus oportuerat, qui magnificare debuerant.

c *Tu es rex Iudæorum.* Secundùm Lucam duo obiecerant, scilicet quòd prohibebat dari censum Cæsari, & quòd diceret se regem. De regno ergo Pilatus, quia nescit interrogat. De tributis: quia audierat eũ respondisse: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*: quasi apertũ mendacium inuidorum negligit. Vnde Marcus. *Et non erant conuenientia testimonia eorum.* In hoc quòd Pilatus nihil aliud criminis interrogat, nisi an sit rex Iudæorum: arguuntur impietatis Iudæi, qui nec falsò inuenire potuerunt quod obijcerent Saluatori.

Luc. 23. a. Luc. 20. d. †Zac. 11. c. Mar. 14. f. †Mar. 15. a. Luc. 23. a. Ioan. 18. f.

✠ ORIGENES. Iudex totius creaturæ constitutus à patre, vide quantùm se humiliauit, vt acquiesceret stare ante iudicem tunc terræ Iudææ, & interrogatus est interrogationem, quam forsitan Pilatus deridens aut dubitans interrogat.

Tractat. 35. in Matth.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia sciebat Pilatum nullam curã facientem legalium, ad publicas accusationes rem ducunt.

Hom. 87. in Matth.

d *Tu dicis.* Sacerdoti, quasi de præteritis respondit quia lex omnis venturum Christum prædicauerat. *Tu dixisti*: quasi venturum Christum ex lege ipse dixisset. Huic legis ignaro dicitur: *Tu dicis*: quia per fidem præsentis confessionis salus gentium est. Nota quòd Pilato aliqua ex parte respondet qui inuitus ferebat sententiam. Pharisæos verò indignos suo sermone iudicauit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Confessus est se esse regem sed cœlestem, vt in alio euangelio manifestiùs legitur, *Regnum meum non est de hoc mundo.* Vt neque Iudei neque Pilatus excusationem habeant, huic accusationi insistentes.

Hom. 87. in Matth.

e *Nihil respondit.* ✠ ORIGENES. Accusatus Iesus sicut tunc nihil respondit, sic nec & modo: non enim fit eis verbum Dei, sicut aliquando fuerat ad prophetas: sed neque dignum erat vt Pilato interroganti responderet, qui non habebat permanens & firmum de Christo iudicium, sed ad contraria trahebatur.

Tracta. 35. in Matth.

☞ *Consueuerat*

NICOLAVS DE LIRA.

1 In sepulturam peregrinorum. *Quia non habebant proprium sepulchrum.*

2 Propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach. *Hoc est ex Dei ordinatione factum est ad memoriam perditionis Iudæ & passionis Christi.*

3 Tunc impletum est quod di. est per Ier. *Quia secundum quod dicit Hiero. licet autoritas sequens non sit in libro Ieremię quem habemus: tamen Hiero. vidit autoritatẽ istam de verbo ad verbũ in quodam libello Hebraico qui dicebatur esse Ieremię prophetæ. Multi enim libri prophetarum non habentur. Vel aliter, li.* Ieremiam, *non est de textu, vt dicit Hiero. nec etiam in antiquis libris est & tunc quod dicitur per prophetam intelligere debemus Zachariam: quia Zacharię vndecimo habetur ista sententia, licet verba aliquantulum sint mutata.*

4 Et acceperunt triginta argenteos, precium appreciati. *Id est ipsius Christi.*

5 Quem appre. fi. Is. *Quia istud precium fuit constitutum inter Iudam & sacerdotes qui erant de filiis Israel.*

6 Et de. eos in ag. fi. *Hoc est pro agro figuli.*

7 Sicut constituit mi. dominus. *Hoc est additum ab euangelista, quia ista prędicta erant à Deo prędordinata.*

8 Iesus autem stetit. *Hic ponitur ipsius prȩsentati interrogatio. Ad cuius euidentiam considerandum, quòd Iudęi accusauerunt Christũ coram Pilato de tribus, vt habetur Luc. 23. a. Primum fuit, quòd subuertebat gentem Iudæorum à cultu legis. Secũdum, quòd aduertebat populũ à redditione tributi imperatori Romano. Tertium, quòd dicebat se esse regem & sic volebat sibi vsurpare regnum. De primo non curauit Pilatus quia erat homo gentilis, & ideo non curabat de obseruatione seu violatione Iudaicę legis. Secundum sciebat esse falsum, quia audierat à Christo responsum fuisse Iudęis:* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, &c. *vt supra, habitum est 21. De tertio autem interrogauit ipsum Christum: quia cõtra imperatorem videbatur esse directè, quòd aliquis diceret se esse regem Iudæorum qui seruiebant imperatori Romano sub tributo. propter quod Romani abstulerant à Iudæis nomen regium à tempore Pompeij & hoc est quod dicitur hic:* Et interrogauit eum Præses dicens Tu es rex Iudæorum?

Iudæi accusauerunt Christũ coram Pilato de tribus.

9 Dixit illi Iesus. Tu. di. *Scilicet veritatem: quia non negauit se esse regem, sed magis consensit: veruntamen exposuit dictum suum, dicens.* Regnum meum non est de hoc mundo, *vt habetur Ioan. 18. g Et in hoc satisfecit Pilato: quia regnum imperatoris non potest esse nisi in hoc mundo, & sic regnum Christi non erat contrarium Imperatori.*

10 Et cum accusaretur &c. *Quę dicta sunt quę expressiùs tanguntur Luc. 23.*

11 Nihil respondit. *Tum quia manifestè falsa erant & responsione indigna. Tũ quia volebat implere illud quod erat scriptũ de eo. Isa. 53. c.* Sicut agnus corã tõdentẽ se obmutescet, & non aperiet os suum.

Tunc

MORALITER.

† orbe exules iactantur, requies Christi sanguine prouidetur. Istos autem peregrinos dicimus esse deuotissimos Christianos, qui renunciantes sæculo & nihil possidentes in mundo, in Christi sanguine requiescunt.

8 *Iesus autem stetit, &c.* Sequitur.

† *Et non*

a *Consueuerat preses.* ✠ ORIGENES. Sic enim quasdam gratias A præstant gentes his quos subijciunt sibi, donec confirmetur super eos iugum ipsorum. Tamen consuetudo hæc fuit aliquando apud Iudæos. Saul enim non interfecit Ionathan, omni populo eum petente ad vitam.

Vbi supra

b *Qui di. Bar.* Barrabas in euangelio secundùm Hæbræos filius patris vel magister eorum interpretatur. Ipse est Antichristus, quem illi Christo præferunt, quibus dicitur: *Vos ex patre diabolo estis.* Pilatus qui os malleatoris interpretatur, diabolum significat, qui est malleus vniuersæ terræ, per quem dominus vasa sua permittit probari: & ad vltimum côterit, quando in extrema damnatione confringet.

Ioan. 8. f.

B

c *Quem vultis.* Populo volens satisfacere dat optionem quamuis non dubitet Christum eligendum sciens per inuidiam traditum.

C

✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat. Si nô vultis sicut innocêtem dimittere, saltem sicut condemnatum festiuitati dimittatis. Si enim oportebat in peccatis manifestis existentem dimittere, multo magis in dubiis. Vide autem ordinem conuersum. Petitio pro condemnatis solet esse plebis, concessio autem principis: nunc autem princeps petit à plebe, & plebs ferocior redditur.

†Mar. 15. b. Luc. 23. c. Hom. 87. in Matth.

a ¶ Ethnicus est qui condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum.

Tunc dicit illi Pilatus: Non audis † quanta aduersum te di- 1

a ¶ Ne crimen diluens dimitteretur à præside, & crucis vtilitas differretur.

cunt testimonia? Et non respôndit ei ad vllum verbum, ita vt † 2 mirareretur præses vehementer. † Per diem autem solennem 3

a ¶ Non imperiali sanctione, sed ductus populi consuetudine cui placere volebat.

a consueuerat præses dimittere populo vnum vinctum 4

a ¶ Propter seditionem & homicidium.

quem voluissent. Habebat autem tunc vnum vinctum 5

a ¶ Vulgatum in malitia. b ¶ Barrabas filius magistri, vel Barrabas filius patris, quod rectius.

insignem, qui dicebatur Barrâbas. Congregatis ergo il- b

c lis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, 6

d an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim, quòd per in- 7

a ¶ Timentes, ne omnes crederent in eum. b ¶ In Pilato & vxore eius Christum iustum confitentibus, gentilis populi testimonium est.

e uidiam tradidissent eum. Sedênte autem illo † pro tribunali, 8

f misit ad eum vxor eius dicens: † Nihil tibi & iusto illi. Multa 9

g enim passa sum hodie † per visum propter eum. † Principes 10 11

a ¶ Egressa est iniquitas à senibus & iudicibus.

autem sacerdotum & seniôres persuaserunt populis, vt pete- 12

h rent Barrabam: Iesum verò perderent. Respondens autem præses, ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi

i dixerunt, Barrabam. † Dixit illis Pilatus. Quid igitur fa-

¶ Qui rex vester est

ciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes:

† ne quid rei sit tibi cum iusto illo
† in somnis

d *Qui dicitur Christus.* Idem quod Marcus ait: regem Iudæorum, quorum rex Christus vocabatur. D

e *Pro tribunali.* Tribunal sedes iudicum, vt solium regum, cathedra doctorum.

f *Vxor eius.* Vxor viri gentilis hoc in visione intelligit, quod Iudæi vigilantes intelligere noluerunt.

g *Nihil tibi.* Nunc demum diabolus intelligens per Christû se spolia amissurum, sicut primum per mulierem mortem intulit ita modo per mulierem vult Christum de manibus Iudæorum liberare, ne per mortem eius mortis amittat imperium.

† quot
†Mar. 15. a. Luc. 23. c. Ioan. 18. g.

E

h *Barrabam, &c.* Filium diaboli elegerunt pro filio Dei, vt Saluatorem cum sua salute perderent, & proditorem liberarent, quæ sua petitio hodie etiam hæret eis, amissa gente & loco & libertate: quia datorem libertatis perdere voluerunt.

† in
†Mat. 15. d. Luc. 23. c. Ioan. 18. g.

F

i *Quid igitur faciam de Iesu.* Multas quærebat occasiones, vt eum cum beneuolentia populi liberaret. Primò, latronem iusto conferens. Deinde: *Quid ergo faciam de Iesu, qui dicitur Christus?* Et cum dicerent, *crucifigatur*, non statim acquieuit, sed iuxta suggestionem vxoris ait: *Quid enim mali fecit?* Quo dicto Pilatus absoluit Christum.

d *Qui* ☞ *Lauit*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc dicit illi, &c. *Eadem ratione non respondit ei et iterum, quia nolebat impedire passionem suam. Sequitur.*

2 Ita vt miraretur. *De Christi patientia sic tacendo: cum omnia qua contra eum dicebantur, posset exufflare vno verbo.*

3 Per diem *Hic consequenter ponitur innocentię Christi declaratio. Et primò ostenditur eius innocentia. Secundò Iudęorum resistentia, ibi:* Principes autem. *Prima in duas: quia innocentia Christi primò declaratur de verbo iudicis. Secundò: ex testimonio sua vxoris ibi:* Sedête autem. *Ad euidentiam prima partis aduertendum, quòd in fauorê Iudæorû concessum erat à Romanis, vt in solemnitate Paschali dimitteretur vnus incarceratus secundùm voluntatem eorum in memoriam liberationis eorum de Ægypto: quia in solemnitate Paschali fiebat memoria illius beneficij. Pilatus autem sciebat eos cupidos de obseruanda illa consuetudine. Ex altera parte volebat Christum liberare: ideo proposuit eis optionem dicens, quòd liberaret eis Iesum vel Barrabam, & nullum alium per hoc subtiliter credens liberare Christum de consensu eorum: quia non credebat aliquo modo quòd peterent liberationem Barrabę, quia erat homicida & seditiosus & pessimus, vt habetur Luc. 23. Et ideo credebat, quòd præeligerent liberationem Iesu. Et hoc est quod dicitur.* Per diem au. so. *Non quemcunque, sed in solemnitate Paschali, vt dictum est.*

4 Consueuerat. *Ratio dicta est.*

5 Habebat au. *Dicitur autem hic insignis non nobilitate generis, sed ex famositate sui criminis: quia etiam bonum ad mala transferimus vt dicitur 5. Meta. sicut aliquis dicitur bonus latro, ita potest dici insignis. Sequitur.*

6 Quem

6 Quem vultis. *Quasi dicat nullum alium habebitis, & per hoc credebat liberare Iesum, vt dictum est. Cuius ratio subditur:*

7 Sciebat enim *Quia publicè arguebat vicia sacerdotum & Phariseorum.*

8 Sedente. *Hic declaratur innocentia Christi per testimonium vxoris Pilati. Ad cuius euidentiam sciendum, quòd diabolus qui captionem Christi procurauerat per Iudaos, per aliqua signa perpendit quòd ipse esset verè Christus, & per consequens, quòd per eius mortem spoliaretur infernus: hoc autem perpendit per eius patientiam, & per scripturarum impletionem, & forte per sanctorum patrum in lymbo existentium exultationem: & ideo mortem Christi impedire volebat per vxorem Pilati: cuius preces efficaces credebat in conspectu viri sui. Et hoc est quod dicitur hic.* Sedente autem eo. *indicando scilicet Christum.*

9 Misit ad eum vxor. *Quasi dicat nullo modo condemnes eum, sed magis eum dimitte.*

10 Multa enim passa. *Quia diabolus apparuerat ei, mouens eam terroribus ad liberationem Christi. Vtrum autem talis apparitio fuerit ei facta in somno vel vigilia expresè non habetur hic: videtur tamen quòd fuerit in somno, per hoc quod hic dicitur* per visum: *Christus enim fuit præsentatus Pilato valde mane, vt dictum est in principio huius capituli. Et ideo probabile est, quòd vxor eius iacebat adhuc in lecto, quia domina non solent ita mane surgere sicut viri sui.*

11 Principes. *Descripta Christi innocentia, hic subiungitur Iudęorum resistentia: in tantum enim odiebant eum, quòd praelegerunt liberare hominem pestiferum, ne Christus liberaretur. Et hoc est quod subditur hic:* Princ. aut. sacer. & se. *Falsas rationes inducendo.*

12 Vt peterent. *Et patet vsque ibi.*

Quid enim

MORALITER.

† *Et non respondit ei &c.* Ratio dicta est cap. præced. secundum AVGVST. HIER. vel ideò nihil respondit ne crimê diluens dimitteretur à præside, & crucis vtilitas differretur.

11 Principes.

11 *Principes.* ORIGENES. Est & nunc videre, quomodo populus Iudæorum à senioribus suis & Iudaicæ culturæ doctoribus suadetur, & excitatur aduersus Iesum, vt perdant eum: & hodie in locis pluribus fit idem aduersus membra eius.

† Innocens

a *Lauit manus.* Gentilem populum ab impietate Iudæorum alienum designans, qui clamauerunt: *Crucifige, crucifige eum.*

b *Sanguis eius.* Perseuerat vsque hodie imprecatio, & sanguis Christi non aufertur ab eis.

Hõ. 87. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Intuere Iudæorum insaniam qui sibi maledicunt, sed tamẽ misericors Deus eorum sententiã nõ firmauit, sed ex eis & eorum filiis suscepit, qui pœnitentiam egerunt. Etenim & Paulus ex ipsis fuit, & multa milia eorũ qui Hierosolymis crediderunt.

c *Tunc di. il. Barra.* Barrabas latro seditiosus, & homicidiorum autor, dimissus est populo Iudæorum.

†Mar. 15. d. Luc. 23. d. Ioan. 19. a. Isidorus. ISIDORVS. diabolus qui iam olim ob superbiam à patria lucis expulsus, & in tenebrarũ carcerẽ fuerat missus. Et ideo Iudæi pacem habere non possunt, quia seditionũ principẽ eligere maluerunt. Vel Barrabas typum gerebat Antichristi.

Crucifigẽdi legẽ Romana prius flagellabãtur. d *Iesum verò fla.* Ideo credendus est Pilatus Iesum flagellasse, & militibus ad illudendum dedisse, vt satiati pœnis eius & opprobrijs, Iudæi eius mortem vltra non sitirent. *Iesum verò.* Seruiens Romanis legibus, quæ crucifigendos prius iubent flagellari.

Sermone de passione. ✠ AVGVSTINVS. Proh dolor, iacet extensus ante hominem Deus, & supplicium patitur rei, in quo nullum peccati vestigium potuit inueniri.

e *Chlamydem coc.* Quæcunque fecerunt, licet alia mente, tamen nobis sacramenta dederunt. Chlamydem idem quod Marcus dicit purpuram, in qua Christi caro passionibus obiecta insinuatur: vnde propheta: *Quare ergo rubrum est indumentum tuũ?* In spinea corona, nostrorum susceptio peccatorũ, quæ per spinas notãtur. In calamo, venenata occidit animalia. Iuxta Lucã apud Hærodem alba veste induitur in quo innocentia & castitas assumptæ humanitatis exprimitur, & gloria regni immortalis, quam per passionem accepit. Vel induitur purpura id est sanctis martyribus, alba veste, aliis sanctis: quia verò solet calamo scriptura fieri, caput Christi percutiunt calamo, qui diuinitati illius contradicentes, errorẽ suum autoritate scripturæ sanctæ cõfirmare conãtur. In faciem spuunt qui Iesum in carnem venisse denegant. Vt illi falso adorabant, ita hodie qui credunt sed peruersis actibus verba eius & promissa regni despiciunt quasi fabulosa.

Mar. 15. b. Isa. 63. a. Ecclesia. 4. c. Luc. 23. b.

a ¶ Vt vxor mandauerat; nihil tibi & iusto illi.

Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim mali fecit? At illi
a ¶ Quanto plus audiebant, quòd Pilatus vellet eum liberare.
magis clamabant, dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pi-
a ¶ Id est rebellionis crimen ei contra Cæsarem impingeretur.
latus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, ac-
a ¶ Quodammodo contestans, ego innocentem volui liberare.
b ¶ Non in hoc Deum fallit, particeps est, sed innocentior illis qui dicunt: Crucifige, crucifige.
cepta aqua lauit manus coram populo, dicens: Innocens e-
a ¶ Ego minister sum legum, vestra vox sanguinem fundit.
go sum à sanguine huius iusti, vos † videritis. Et respondens
¶ Culpa & pœna. ¶ Vnde per Isaiam. Si leuaueritis manus ad me, non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.
vniuersus populus, dixit: † Sanguis eius super nos, & super
filios nostros. † Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum verò
a ¶ A Pilato, vt Ioannes ait. ¶ Ideo flagellatum, vt nos à flagellis liberemur.
flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites
a ¶ Quia obiiciebatur ei quòd vsurpasset imperium in populo Iudæorum, illusionibus hoc ostendunt.
præsidis suscipientes Iesum in prætorio, congregauerunt ad
a ¶ Proprijs vestimentis. b ¶ Pro purpura qua reges vtebantur.
eum, vniuersam cohortem, & exuentes eum, chlami-
a ¶ Pro diademate.
dem coccineam circumdederunt ei. Et plectentes coronam
¶ Pro sceptro.
de spinis posuerunt super caput eius, & arundinem in dextra e-

† videbitis.

HIERO. In chlamyde coccinea opera gentium cruenta sustentat. In corona spinea, maledictum soluit antiquum. In calamo, venenata occidit animalia. Vel calamum tenet in manu, vt sacrilegium scriberet Iudæorum. In suis vestibus non illuditur, sed in his quæ propter peccata nostra portauit. Cum crucifigeretur suum recepit ornamentum statim: quia elementa turbantur, & creatori testimonium dat creatura.

Exeuntes

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid enim mali fecit? *Quasi dicat, non allegatis causam sufficientem suæ mortis.*

2 Et illi magis. *Per clamorem autem & tumultum populi voluerunt obtinere quod non poterant per rationem habere, dicentes:*

3 Crucifigatur. *Id est, morte turpissima & acerbissima moriatur.*

4 Videns au. *Declarata Christi innocentia, vt visum est, hic ponitur ipsius innocentis iniusta condemnatio, quæ processit ex parte iudicis ex timore, ne si dimitteret eum contra clamorem populi, accusaretur postea ad Cæsarem, & hoc est quod dicitur hic:* Videns au. Pi. *Ostendendo Christi innocentiam ad eius liberationem.*

5 Sed magis tu. *Scilicet clamantiu ad contrarium per seductionem sacerdotum, vt visum est.*

6 Accepta aqua la. *Ad hoc vt Iudæi totum peccatum super se acciperent, & ipse immunis esset à peccato. Sed hoc non sufficit ad omnimodam eius excusationem, quia cum esset iudex tenebatur ex officio seruare iustitiam: & ideo grauiter peccauit faciendo contra eum, ad habendum populi fauorem: minus tamen peccauit quàm Iudæi: quia eius motiuum fuit minus malum. Iudæi enim ad occidendum Christum moti sunt per rancorem & odium. Pilatus autem propter timorem Cæsaris & fauorem Iudæorum habendum.*

7 Tunc di. il. Bar. *Facta responsione à Iudæis, quòd totum peccatum reciperent super se & filios suos.*

8 Iesum au. *Licet ista flagellatio Christi ponatur hic post sententiam iudicis, tamen fuit ante facta vt habetur Ioan. 19. quia ad hanc intentionem eum præcepit Pilatus flagellari & illudi, vt Iudæi essent satiati sanguine eius, videntes eum sic punitum etiam vltra condignum; & ideo ponitur hic quasi per recapitulationem.*

9 Tunc mi. *Id est, post flagellationem immediatè & ante sententiam.*

10 Susci. Ie. in præ. *Vt magis illi illuderent in loco patenti & coram multitudine.*

11 Et exu. *Scilicet vestimentis suis.*

12 Chlamy. coc. *Id est, rubeam in similitudinem purpuræ qua vtuntur reges.*

13 Circund. ei. *Ipsum vestiendo.*

14 Et plecten. co. de spi. *Id est, de iuncis marinis ad modum spinarum acutis. Et ego qui hæc scripsi, audiui a quodam qui fuerat vltra mare cum sancto Ludouico rege Franciæ, quòd in littore maris senserat puncturas iuncorum per sotulares intermedios.*

15 Posuerunt su. ca. eius. *Pro similitudine coronæ regia.*

16 Et arund. in de. eius. *Pro sceptro regio.*

Et genu

MORALITER.

Sermone 8. de passione. † *Inno.* LEO PAPA. Excessit ergo Pilati culpam facinus Iudæorum, sed nec ipse euasit reatum, qui reliquit proprium iudicium & in crimen transijt alienum.

7 *Tunc di.* HILARIVS. In quo arcanum infidelitatis futuræ ostenditur, scilicet Antichristum Christo præferendum.

9 *Tunc mili.* CHRYSOSTOMVS. Quæ igitur erit nobis cura de cætero, si contumelias ab aliquo patiamur postquam Christus hæc passus est? Etenim quod fiebat in Christo, vltimus contumeliæ terminus erat: nec vna particula tantum sed vniuersum corpus patiebatur iniurias: caput per coronam & arundinem & colaphos: Facies, quia conspuebantur genæ & alapis cædebantur: corpus totum per flagella denudatur, & circundationem Chlamydis ad fictam adorationem: manus per arundinem quam dederunt ei pro sceptro, ac si timerent ne prætermitterent aliquid grauissimæ præsumptionis.

MORALITER. RAB. Caput Christi Deus Igitur calamo Christi caput percutiunt qui diuinitati eius contradicẽtes errorem suum autoritate sacræ scripturæ quæ calamo scribitur firmare conãtur. Spuunt in faciem eius, qui præsentiam gratiæ suæ verbis execrandis respuunt, & Deum in carne venisse denegant. Falsò autem illum adorant qui eum credunt, sed peruersis actibus despiciunt.

† Et

a *Exeuntes autem.* Primò dominus crucem suam portauit: quod Ioannes refert antequam iste veniret obuius: cui imposita est. Et hoc congruo ordine mysterij, quia Christus *passus est pro nobis, no. re. exen. vt se. ve. eius.* Et quia Simon de Cyrenis est, quæ est in Lybia, per eum gentes significantur, qui primò peregrini à testamento Dei, nunc obediendo ciues sunt & domestici Dei & hæredes. Simō enim obediens, Cyrene hæres interpretatur. Qui bene de villa venit, id est, de gētilitate. Villa Græcè pagus, vnde pagani, qui à ciuitate Dei sunt alieni: qui relictis paganis ritibus passionis vestigia imitantur. Vel in domino figurantur: qui sponte portant crucem domini, in Simone qui inuiti.

b *Cyreneum.* Ecce non Hebræus, sed alienigena opprobrio Christi subditur, vt plenitudo sacramentorum transire à circuncisione ad præpucium ostendatur.

c *Golgotha.* Syrum est, & interpretatur Caluariæ non ob caluitium Adæ quem mentiuntur ibi sepultum, sed ob decollationem damnatorum. Adam iuxta Hebron in libro Iesu legitur sepultus.

d *Cum felle mixtum.* Alius euangelista dicit *Mirrhatum*, id est, amarissimum. Et potuit vtraque esse commixtio fellis & myrrhæ.

(Ioan. 19. c. — 1. Pe. 1. d. — † Mar. 15. b, Luc. 23. d. — † Mar. 15. b, Luc. 23. c. — † Ioan. 19. d — † Psal. 21. d. — Iosue. 14. d)

a ¶ Adorant vt regem

ius: & genuflexo ante eum illudebant ei, dicentes: † Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. † Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum nomine Simonem: hunc † angariauerunt vt tolleret crucem eius. † Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est † Caluariæ locus. Et dederunt ei † vinum bibere cum felle mixtum. Et cùm gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, vt impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: † Diuiserunt sibi vestimenta mea, &

a ¶ Vt vbi erat area damnatorum, ibi sint vexilla martyrum. b ¶ Decollatorum. c ¶ Qui omnes conuersi sunt ei in amaritudinem viris alienę. ¶ Fel pro amaritudine. a ¶ Gustauit quidem mortem ad horam, sed tertia die resurrexit.

e *Et cum gustasset, noluit.* Hoc Marcus tacet: *noluit bibere.* Hoc est quod Marcus ait: *non accepit,* scilicet vt biberet.

f *Diuiserunt.* Hoc Ioannes distinctius: vestimenta in quatuor partes vt ecclesia in quatuor partibus mundi significatur. Tunica sortita, significat omnium partium vnitatē vinculo charitatis, quæ sorte, id est, gratia Dei prouenit, non humano arbitrio.

(Mar. 15. b. — † Mar. 15. b. — Ioan. 19. d. — † adegerūt — † acetum. — hom. 88. Matth.)

✱ CHRYSOST. Non parua hæc abiectio Christi erat. Quasi enim circa dehonoratum & omniū vilissimū in Christo hoc agebant, in latronibus autem nihil tale operati sunt. Diuidere enim vestimenta, in valdè vilibus condēnatis & abiectis fit, & nihil aliud habentibus.

☞ *Causam*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et genufle. an. eum il. ei. *Facto similiter & verbo: vnde sequitur.*

2 Dicen. Aue rex Iu. *Quasi dicant, voluisti regnare & non potuisti: & sic eorum illusio accusationi Iudæorum correspondebat.*

3 Et expuo. in eum. *Tanquam in personam contemptibilem & vilem.*

4 Acceper. arun. *De manu eius.*

5 Et percu. caput eius. *Et ratione contemptus & ratione doloris infligendi: quia ex tali persecutione aculei coronæ intrabant caput eius.*

6 Et postquam. *postquam descripta est ipsius Christi condemnatio iniusta, hic ponitur iniquę sententię executio. Et primò ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio. Secundò, crucifixi illusio, ibi.* Prætereuntes. *Tertiò, illius expiratio, ibi:* A sexta autē hora. *Circa Christi crucifixionē quatuor tanguntur, loci vilitas: Iudęorum crudelitas, ibi:* Et dederunt. *Militum cupiditas, ibi:* Postquam autem. *Latronum societas, ibi:* Tūc crucifixi sunt. *Circa primum dicit sic.* Et postquam il. *Qui chlamydem illam coccineam imposuerunt sibi solum ad deridendum eum sicut regem falsum.*

(Circa Christi passionē quatuor tāguntur.)

7 Et indu. eum ve. e. *Quibus spoliauerunt eum, vt prædictum est: & hoc fecerunt, vt ductus ad mortem magis cognosceretur in propria veste quàm in aliena.*

8 Exeun. *Hoc non est contra id quod dicitur Ioan. 19. c.* Et baiulans sibi crucem, &c. *Ipse enim primò portauit crucem suam, quando exiuit de domo Pilati vt dicit Ioannes; sed quia erat fatigatus ex pręcedenti labore ieiunijs et vigilijs, ideò milites coegerunt Simonem ad portandum eius crucem, vt citius possent peruenire ad locum crucifixionis, vt dicitur hic.*

9 Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha: quod est Cal. lo. *Ille locus non est sic nominatus à Caluaria Adæ ibi sepulti, vt dicunt aliqui: quia Adam fuit sepultus in Hebron vt habetur Iosue 14. propter quod Hebron dicebatur antiquitùs Cariatharbe, id est, ciuitas quatuor: quia quatuor magni patriarchę sunt ibi sepulti cum vxoribus suis scilicet Adam & Eua. Abraham et Sara, Isaac & Rebecca, Iacob, & Lia. Dicitur ergo Caluariæ locus, quia locus ille erat plenus capitibus mortuorum, qui ibi decollabantur: quia ibi malefactores puniebantur: & sic patet loci vilitas, in quo Christus crucifixus est.*

10 Et dederunt *Hic consequenter ponitur Iudęorum crudelitas, cum dicitur.* Et dede. ei vi. cum fel. mix. *Ioannes autem dicit, quòd dederunt ei acetum. Ad euidentiam autem huius considerandum, quòd aliqui dicunt hoc esse factū vt citiùs moreretur: & sic milites de eius custodia citiùs expedirentur quia debebant eum custodire, quousque expirasset. Dicunt enim, quòd exeuntes in tormento si potentur aceto citiùs moriuntur. Sed hoc non videtur multum probabile: quia acetum est frigidum, & per consequens videtur magis mortem talium differre: propter quod aliter dicendum est. Scribitur enim in quodam libro Hebraico qui apud eos intitulatur liber Iudicum ordinariorū: quòd quia Salomon dixerat: Prouer. 31. a.* Date siceram, *id est, potum inebriatiuum* mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo, vt bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur ampliùs. *Ideo ex occasione huius verbi seniores Iudęorum statuerant, vt condemnatis ad mortem daretur vinum aromaticum ad bibendum, vt facilius tolerarent passionem. In Ierusalem autem erant matronę deuotę & compassiuę, quę hoc vinum dabant ex deuotione. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti tale vinum datum pro Christo & alijs duobus cum eo crucifixis acceperunt sibi, secundum quòd dictum erat Amos 2. c.* Vinum damnatorum bibebant, *& loco eius posuerunt acetum cum felle mixtum.*

11 Et cum gu. no. bi. *Marcus dicit.* Et non accepit: *quia non accepit ad bibendum, sed solùm ad gustandum modicum, vt sic impleretur in eo quod scriptum est in Psal. 68. c.* Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

12 Postquam cruci. eum. *Hic ponitur militum crucifigentium cupiditas in hoc quod abstulerunt sibi vestimenta sua omnia: cum tamen damnatis ad mortem dimittatur aliquod vestimentū ad carnis suæ operimentum; & hoc est quod dicitur.*

13 Diuiserunt ve. e. *In quatuor partes, secundum quod dicitur Ioan. 19. quia quatuor erant milites ipsum crucifigentes.*

14 Sortem mitten. *Ista sors fuit missa super tunicam domini inconsutilem, quæ erat facta quasi reticulato opere: & ideo non poterat benè diuidi cum non haberet aliquam suturam, & ideo miserunt sortes, vt quis haberet eam integram.*

15 Vt adimpl. quod dictum est per prophe. d. Diui. si. *Secundum Hier. istud non est de textu Matthæi, nec est in antiquis libris, sed tantum in euangelio Ioan. Expositio tamen huius autoritatis patet ex dictis:* ☞ Et seden-

MORALITER.

† *Et du.* Extra ciuitatem, vt per hoc ostenderetur, quod pro totius mundi salute patiebatur Heb. 13. b. *Iesus vt sanctificaret populum suum extra portam passus est.*

8 *Exeuntes autem inue. ho. cy.* HIERONY. Mysticè crucem suscipiunt nationes, & peregrinus obediens portat ignominiam Saluatoris.

10 *Et dederunt ei vin. bi. cum felle mixtum.* Hoc moraliter faciunt qui membra eius amaritudinibus affligunt.

13 *Diuiserunt.* Hoc nequiter attentant, qui ecclesias spoliant.

† *Tunc*

a *Causam*. Pro qua eum Iudæi Pilato tradiderunt. Rex per crucem non perdidit, sed confirmauit imperium, velint nolint Iudæi.
b *Vnus à dex*. Vnus à dextris per quem mortificatio significatur carnis pro cœlesti gloria: vnus à sinistris, per quem iterum significatur mortificatio carnis pro aliqua mundi causa.
c *Blasphemabant*. Prædictum erat in libro sapientiæ. *Morte turpissima condemnemus eum. Erit enim respectus in sermonibus illius. Si enim verè filius Dei est suscipiet illum & liberabit illum de manu contrariorum*. Quia ergo crucifigebatur, & non liberabatur, credebant illum non esse Dei filium: propterea pendenti in ligno insultant, & caput agitãt:
d *Si filius Dei es*. Si insultantibus cedens descenderet de cruce, virtutem patientiæ non demonstraret.
e *Et credemus ei*. Fraudulẽta promissio: maius facit surgens de sepulchro, & non creditis: si ergo de cruce descenderet, non crederetis. Sed hoc dæmones immiserunt, statim enim senserunt virtutem crucis, & suas vires fractas & hoc agunt vt de cruce descendat. Sed sciens hoc dominus, permanet, vt diabolum destruat.
f *Confidit in Deum, liberet, &c.* ✠ CHRYSOSTOMVS. O inquinati valdè? Nunquid prophetæ & iusti non erant, quia eos non eripuit à periculis Deus? Si autem illorum gloriæ non obfuit, quod eis pericula induxistis, multo magis in ipso non oportebat vos scandalizari per ea quæ patitur, quia semper per ea quæ dixit hanc vestram remouit suspicionem.
g *Idipsum autem & latro*. Prius vterque blasphemauit, deinde visis signis vnus credidit. Ita vterque populus Deum prius blasphemauit: sed alter signis territus pœnituit, & nunc Iudæos arguit.

Vsitatè dicitur. Et rustici insultant mihi, si vnus hoc facit. Ita & hic.

(Sap. 2. d. † Mar. 15. c. Luc. 15. c. Ioan. 19. d. † Nazarenus. † Mar. 15. c. † & Pharisæis. † Luc. 23. c. † Deo. Homil. 88. in Matth.)

a ¶ Tunicam inconsutilem. b ¶ Diligentia hæc nobis profecit, vt apertior virtus resurrectionis appareat.

super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes seruabant [1] eum. † Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: Hic est Iesus † rex Iudæorum. [2] Tunc crucifixi sunt cum [3] eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. † Prætereuntes [4] autem blasphemabant eum mouentes capita, & dicentes: † Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: [5] Salua temetipsum: [6] Si filius Dei es, descende de cruce. [7] Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & [8] senioribus, dicebant: [9] † Alios saluos fecit, seipsum non potest [10] saluum facere. Si rex Israel est, [11] descendat nunc de cruce, & [12] credemus ei. Confidit in † Deũ liberet eũ nũc si vult. † Dixit enim, quia filius Dei sum. [13] Idipsum autẽ & latrones, [14] qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. [15] A sexta autem hora tenebræ factæ

(Glossæ interlineares: a ¶ Pilatus & ministri. a ¶ Non in via veritatis pedem ponentes. a ¶ Sicut mobiles gressu corporum, ità & mente, ita sermone. a ¶ Fatuus populus concordat voci falsorum testium. ¶ Nolentes verum dicunt, & qui hoc potuit, posset vtique, sed minus volebat vt faceret maius. ¶ Plurale pro singulari. ¶ Compatiuntur elementa conditori suo. a ¶ Ne sol pendentem dominum videret, vel ne impij sua fruerentur luce.)

& hic. Lucas enim ait vnum fideliter dixisse. *Memento mei domine dum, &c.*

Moralem sanctæ crucis figuram describit Paulus, vbi ait: *In charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas & profundum scire etiam supereminentem scientia charitatem Christi*. In latitudine quippe opera charitatis significat: In longitudine perseuerantiam cõuersationis sanctæ vsque in finem: In altitudine, spẽ cœlestiũ præmiorum: In profundo, inscrutabilia iudicia Dei. Quando ista gratia inter homines venit, & hæc coaptãtur sacramẽto crucis, vt in latitudine accipiatur trãsuersum lignum quo extenduntur manus propter operum significationẽ. In longitudine, ab ipso vsque in terrã, vbi totum corpus erat, significatur persistere, idest, longanimiter permanere. In altitudine ab ipso transuerso ligno sursum versus vbi caput erat, propter spectationem supernorum, ne illa bona opera, & in eis perseuerantia, propter beneficia Dei terrena ad temporalia facienda credatur: sed propter illud sempiternum quod desuper sperat fides quæ per dilectionem operatur. In profundo autẽ pars illa quæ in terra abdita defossa latet, sed inde consurgit omne illud quod eminet. Sicut ex occulta Dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gratiæ alius sic, alius autem sic. Supereminentem verò scientiæ charitatem Christi, eam profectò vbi pax illa est, quæ præcellit omnem intellectum.
h *A sexta au. ho.* Nota, sole à centro mundi recessuro crucifigitur dominus, quia propter peccata moritur, & Adam post meridiem cum peccasset vocem domini audiuit. Et ordo est rationis, vt quo tempore præuaricanti Adæ clausit, eo tempore pœnitenti latroni ianuã reseret paradisi. Quod Marcus ait hora tertia crucifixisse

(Luc. 23. f. Eph. 3. d. † Mar. 15. c. † Eum. † Mar. 15. c. Luc. 13. f. Gal. 5. a. Gen. 3. b. Marc. 15. c.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et seden. ser. eum. *Ne aliquis raperet eum de cruce antequam esset mortuus.*
2 Et impos. su. ca. *Iste erat modus Iudæorum, quod super capita crucifixorum ponebatur causa condemnationis ipsorum. Ipse autem accusatus fuerat quod sibi volebat vsurpare regnũ Iudæorũ, vt visum est.*
3 Tunc cruci. cum eo. *Hic describitur latronũ societas. Ad hoc enim crucifixi sunt cum Christo ex intentione Iudæorum, vt Christus videretur particeps & magister in malefactis eorum. Sed ex intentione Dei hoc permittentis factum est, vt impleretur quod de Christo scriptum erat, Isa. 53 d.* Et cum sceleratis reputatus est.
4 Prætereuntes au. *Hic describitur ipsius Christi crucifixi derisio: quia primò fuit derisus à prætereuntibus, hoc est à vulgaribus hominibus circa locum crucis concurrentibus, dicentibus:*
5 Vah. *Interiectio est insultantis seu deridentis,* Qui destruis tem. Dei. *Imponebant enim sibi, quod hoc dixerat. Sed hoc falsum erat vt visum est cap. præce.*
6 Salua temetipsum. *Quasi dicat non potes: ex quo patet falsitas tua. Secundò fuit derisus à sacerdotibus, & hoc est quod dicitur.*
7 Similiter & prin. sa. illu. cum scribis. *Id est, legisperitis.*
8 Et seniori. *Id est, iudicibus ordinarijs.*
9 Dicebant: Alios sal. fe. *Quasi dicat non est verum: quia si posset facere talia saluaret semet ipsum.*
10 Si rex Israel est. *Non quicunque sed Messias promissus in lege.*
11. Descen. nunc de cru. *Quia alij reges non possent talia facere.*
12 Et crede. ei. *Falsum dixerunt: quia maiora fecit, quando Lazarum suscitauit, & quando post mortem de sepulchro surrexit, & tamen non crediderunt ei. Tertio fuit derisus à latronibus, & hoc est quod dicitur:*
13 Idipsum. *Id est, verba præmissa.*
14 Et latro. &c. impro. ei. *Contrariũ videtur Luca. 23. f. Vbi dicitur quod vnus increpabat eum, alter autem rogabat eum, dicens:* Domine memento mei, dum veneris in regnũ tuum. *Dicendum quod Mattheus loquitur secundum illum modum loquendi, quo societas dicitur aliquid facere quando vnus de societate hoc facit. Vel aliter dicendum, quod vterque improperauit primò Christo, sed alter videns postea patientiam Christi pœnituit, & misericordiam petit, & sic inuenit.*
15 A sexta autem hora. *Hic consequenter describitur ipsius Christi crucifixi*

MORALITER.

† 3 *Tunc crucifixi sunt cũ eo duo*. Per istos duos latrones designantur omnes qui arctioris vitæ continentiam apprehendunt. Quicunque enim intentione placendi Deo hoc faciunt, designantur per illum qui à dextris Christi crucifixus. Qui verò pro appetitu laudis humanæ, vel aliqua minus digna intentione, per illum qui à sinistris.
4 *Prætereuntes autem blasphemabant*. Sic & modo qui viam prætergrediuntur iusticiæ, non cessant ipsum blasphemare.
† *Si filius Dei es*. RABANVS. Si autem tunc de cruce descenderet, virtutem patientiæ non demonstraret: sed expectauit paulalum, irrisionem sustinuit, & qui de cruce descendere noluit, de sepulchro resurrexit.
5 *A sexta*. ORIGENES. Sicut Moyse extendente manus in cœlũ

A crucifixisse dominum, ideo est, vt Iudæos qui se excusant, magis crucifixisse ostendat linguis, quam milites quorum manibus factum est: qui hora tertia vt crucifigerentur inclamauerunt. Quando enim crucifixus est, hora erat quasi sexta, id est non adhuc plenè sexta.

Tracta. 35. in Matth. ✠ ORIGENES. Dicũt filii huius seculi, quomodo hoc factum tam mirabile nemo Græcorũ scripsit? Phlegon quidẽ in chronicis scripsit in principatu Tyberij factum, sed non signauit in luna plena: arbitror ergo, sicut cætera signa quæ facta sunt in passione, ita hoc in Ierusalem tantùm factum.

† Mar. 15. c. Ioan. 19. f. B † Mar. 15. c.

Hom. 88 in Matth. ✠ CHRYSOST. Hoc admirandum erat quod in omnem terram tenebræ sunt factæ, quod nũnquam prius contigerat. In Ægypto enim solùm tenebræ factæ sunt, quando pascha perficiendum erat.

a ¶ Ne putetur consueta eclipsis per tres horas tenebræ factæ sunt

a sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. † Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens: † Eli

b a ¶ Susceptæ naturæ in primis parentibus corruptæ deplorat miseriam.

Eli lammasabacthani: hoc est: Deus meus, Deus meus, vt quid

a ¶ Humana natura erat derelicta, sed non Dei filius.

dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes di-

c ¶ Ex eo quod dixit Eli.

cebant: Eliam vocat iste. † Et continuò currens vnus ex eis d acceptam spongiam impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. † Cæteri verò dicebant: Sine videamus, an e

a ¶ Quid dixerit Lucas aperit. Pater in manus tuas commendo spiritum meum.

veniat Elias liberans eum. Iesus autem iterum clamans

D recipiat quæ in me ausus est, vt priuetur à lumine tuæ prospectionis, sed & pro salute gentium dereliquisti, me forsitan autem & videns peccata hominum pro quibus patiebatur, dixit, *quare me dereliquisti*, vt fierem quasi qui colligit stipulam in messe & racemos in vindemia. Non autem æstimes humano more Saluatore ista dixisse propter calamitatẽ, quæ comprehẽderat eum in carne.

† Mar. 15. c. אלי אלי למה שבקתני eli eli lãma sabathani & est vltima dictio Chaldæa, siue Syra.

✠ DAMASCENVS. Etsi mortuus est vt homo, & sancta eius anima ab incontaminato diuisa est corpore, sed tamen deitas inseparabilis ab vtrisque permansit, ab anima dico & corpore. Et neque vna ita hypostasis in duas diuisa est. Corpus enim & anima sicut à principio in verbi hypostasi habuerunt existentiam etiam in morte, neque enim anima neque corpus propriam habuerunt hypostasim præter hypostasim verbi.

Lib. 3. cap. 27. de fide. E

C a *Et circa horam no.* Cum inclinata est dies ad vesperam & tepefactus est sol à feruore, passionem consummat, ostendens se mori propter peccata nostra quibus à diuina luce & dilectione in hanc noctem cecidimus. Mane surrexit dominus, docens resuscitatos in anima se esse producturum in lucem æternæ fœlicitatis.

b *Eli Eli lamma.* Quorum suscipit naturam, eorundem plorat miseriam. In quo ostendit quantum ipsi flere debent qui peccant. Ne mireris verborum humilitatem, & querimonias derelicti, cum formam serui sciens scandalum crucis videas.

Hom. 89. in Matth. ✠ CHRYSOSTOMVS. Quidam quia non possunt exponere, derelinqui Christum à Deo, dicunt quod per humilitatem dictum est. Sed manifestè intelligere poteris, quid sit quod dicit, faciens comparationem gloriæ illius, quam habuit apud patrem, ad confusionem, quam contemnens sustinuit crucem.

Tracta. 35. ✠ ORIGENES. *Dereliquisti me*, id est, talibus exinanitum calamitatibus tradidisti, vt populus qui apud te fuerat honoratus, recipiat

c *Quidam autem.* Non omnes, forsitan Romani, Hebræi sermonis ignorantes proprietatem. Vel aliqui Iudæi Christum minorem Elia reputantes, vt eius auxilium deprecetur.

Psal. 68. E d *Et continuo cur.* Quare acetum sit ei datum Ioannes ostendit dicens: *Sciens Iesus quod omnia alia consummata sunt, vt consummaretur scriptura hoc impleretur: Et in sitis mea potauerunt me aceto, dicit: Sitio.* Iudæi erant acetum degenerantes à vino patriarcharum de pleno vase, de iniquitate huius seculi impleti, cor habentes vt spongiam cauernosis & tortuosis latibulis fraudulentum vt spongia. Spongia herba est vacua & cauernosa. Hisopus humilis herba & purgans pectus, humilitatem Christi significat. Spongiam ergo hisopo cirumponunt, quia humilitatem Christi circundederunt & se circumuenisse putauerunt. Arundo significat scripturam quæ hoc facto implebatur. Imponunt ergo spongiam arundini, id est, euentum rei præmissæ prophetiæ adiungunt.

e *Sine, videa.* Quia vocem domini malè intelligebant, frustra Eliæ expectabant aduentum.

Et ecce

NICOLAVS DE LIRA.

crucifixi & derisi expiratio: vbi primo notatur pertubatio elementorum quasi Christo morienti compatientium. Secundo confessio assistentium ibi: Centurio autem. *Prima in duas: quia primo describitur perturbatio corporum superiorum. Secundo inferiorum, ibi:* Et ecce velum. *Circa primum dicit sic.* A sexta hora tenebræ factæ sunt. *Hieronymus dicit super istum locum, quod istæ tenebræ fuerunt factæ per retractionem radiorum solis diuina virtute. Origenes autem dicit, quod hoc factum est per interpositionem nubium densarum. Sed in hoc magis credendum est Dionysio, qui dicit in epistola ad Polycarpum, hoc fuisse per interpositionem lunæ inter terram & solem: sicut fit in eclipsi solis. Et ibidem dicit, quod ipse hoc vidit: tunc existẽs in Ægypto, vbi est aëris puritas: quia rarissima fiunt ibi nubes & pluuiæ: propter quod talia potuit tunc magis perpendere. Vidit ergo vt dicit lunã ab oriente ascendentem versus meridiem, & supponentem se soli. Hieronymus autem & Origenes non loquuntur de illa eclipsi asserendo, quod sic fuerit vt dicunt, sed quod potuit sic fieri. Ex dictis patet, quod illa eclipsis non potuit naturalis esse sed miraculosa. Et hoc multipliciter, Primo quia luna erat quintadecima, vt patuit ca. præcedenti & tunc luna distat à sole per diametrum cœli. Eclipsis autem solis non potest fieri naturaliter, nisi tempore coniunctionis solis & lunæ: propter quod dicit Dionysius, quod mirabatur: quia non erat tempus conueniens ad talem coniunctionem. Secundum miraculum fuit ibi: quia transacta eclipsi, luna rediit ad orientem ita quod in vespere fuit in oriente sole existente in occidente: & sic orbes eorum sunt ad pristinum statum restituti. Tertium miraculum fuit ibi,*

Eclypsis tẽpore passionis Christi fuit miraculosa.

ibi quia pars orientalis solis primò fuit obscurata, & iterum vltimo illuminata. Contrario autem modo fit in eclypsi naturali.

1 Super vniuersam terram. *Hic accipitur pars pro toto, Eclypsis enim solis non potest esse vniuersalis, & propter hoc quando dicitur super vniuersam terram, intelligendum est de terra Iudeæ.*

2 Vsque ad horam nonam *Ex quo patet quod luna fuit immobilis sub sole per tres horas. Et in hoc fuit quartum miraculum illius eclipsis: quia in naturali eclipsi luna continuè mouetur sub sole.*

3 Eli Eli lammasabactani. *Et in Hebræo idem est quod Deus: iota litera Hebraica adiuncta facit signare cum hoc meus, & ideo Eli idem est quod Deus meus, lãma vna est dictio per se, & idẽ valet quod quare in Latino* Azabatani *non est vera litera: quia nõ designat idem quod* dereliquisti me, *sed debet præponi ibi quædam litera quæ vocatur Ain: & sonat sicut. a. formatum in gutture: vnde debet sic scribi azabtani, & tunc significat idem quod dereliquisti me, sed per ignorantiam scriptorum corrupta est litera in latinis libris dicit autem Christus se derelictum à Deo patre, quia dimittebat eum in manibus occidentium.*

Interpretatio istorum nominũ Hebraicorum Eli eli lãma azabatani.

4 Quidam autem illic stantes. *Scilicet milites ipsum custodientes qui erant gentiles propter quod linguam Hebraicam ignorabant, dicebant.*

5 Heliam vocat iste. *Cætera patent vsque ibi.*

6 Iesus autem iterum clamans voce magna emisit spiri. *Ex quo patet quod illa vox non fuit naturalis sed miraculosa: quia homo magno cruciatu & longo afflictus & ex tali afflictione morti sic proximus non posset sic clamare virtute naturæ.*

Et ecce

MORALITER.

† factæ sunt tenebræ super Ægyptios, sic & Christo hora sexta manus extendente in cruce ad cœlum super populum qui clamauerat, *Crucifige eum*, factæ sunt tenebræ, & omni lumine priuati sunt in signum futurarum tenebrarum quæ apprehensuræ erant Iudaicam gentem.

† Deus

† *Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti me.* Glossa. Subtraxit protectionem, sed non soluit vnionem. Sic martyres in manibus carnificum dereliquit, quos tamen charitate firmissima sibi iunxit.

6 *Iesus autem iterum clamans vo. ma. emi. spi.* Ostendens ex clamore supernaturali, quòd ex maxima charitate tradidit nostræ salutis precium.

† Et ecce

a *Et ecce velum templi*. Vt arca testamenti & omnia sacramenta legis quæ tegebantur appareant, & ad gentes transeant. Iosephus ait virtutes angelicas præsides quondam templi tunc pariter conclamasse: Transeamus de his sedibus. Velum quod dicebatur exterius: quia nunc ex parte videmus: cum autem venerit quod perfectũ est, tunc velum interius dirumpetur.

Iosephus 1. Cor. 13. c.

✠ ORIGENES. Duo autem fuisse vela intelliguntur, vnum quod velat sancta sãctorũ, aliud exterius, siue tabernaculi, siue tẽpli. In passione ergo Domini, velum quod erat à foris conscisũ est, à sursum vsq; deorsum, vt ab initio mundi vsq; ad finem conscisso velamine mysteria publicẽtur, quæ vsq; ad aduentũ Domini rationabiliter fuerant occultata. Cum autem venerit quod perfectum est, tunc auferetur etiam secundum velum, vt videamus etiam quæ interius sunt occultata, scilicet, veram arcam testamenti.

†Mar. 15. d. Luc. 23. f. Tractat. 35. in Matth. †facta fuerant. *spectãtes.

¶ Non alius extorsit.

voce magna, emisit spiritum. † Et ecce velum templi scissum [1]
a ¶ In nouum & vetus testamentum. b ¶ Ab initio mundi quando homo conditus est, vsque ad consummationem seculi.
est in duas partes, à summo vsque deorsum. Et terra mota [2]
a ¶ In typum futuræ resurrectionis.
est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & mul- [3] [4]
ta corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. Et [5]
a ¶ Quo ordine hoc, & quando, considerandum est. b ¶ Ad testimonium dominicæ resurrectionis. [6]
exeuntes de monumentis post resurrectionem eius vene- [7]
a ¶ Pro antiquo nomine, vt Matthæus publicanus. ¶ Id est, idoneis. ¶ Non omnibus, quia non generalis resurrectio. [8]
runt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. † Centu- [9]
¶ Milites.
rio autem: & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ † fiebant, timuerunt valde, dicentes: Verè filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres mul- [10] [11]
tæ à longè * quæ secutæ erant Iesum à Galilæa ministran- [12]
a ¶ De qua dominus eiecerat septem dæmonia. b ¶ Soror matris domini. c ¶ Minoris. [13]
tes ei. Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, [14]
¶ Quæ regnum suis postulauerat filijs. [15]
& Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. † Cùm [16]

✠ TERTVLLIANVS. Nam spiritum cum verbo sponte dimisit, præuento carnificis officio. Eodem momento dies medium orbem signante sole, subducta est. Deliquium vtique putauerunt, qui id quoque super Christo prædicatum non scierunt. Et tamen eum mundi casum relatum in archiuis vestris habetis.

In apologetico.

b *Terra mo. est*. Omnia elementa suum dominum crucifixum demonstrant. Terra mouetur, dominum suum pendentem ferre non sustinens.

c *Petra*. Id est, corda gentilium, vel vaticinia prophetarum, qui petræ dicuntur à petra Christo, vt quidquid in eis duro legis velamine clausum erat, scissum pateret gentibus.

MYSTICE. Corda terrenorum per passionem Christi commutantur. Petræ scissæ sunt, quia duricia Iudaica ex parte erat emollienda.

d *Et monumen*. Et tamen cum monumenta aperta sunt, non ante surrexerunt, quàm dominus resurgeret, vt esset primogenitus ex multis fratribus.

Rom. 8. f.

e *Corpora san*. Hi credendi sunt cum domino ascendente similiter ascendisse cum corpore.

f *In sanctam ciui*. Ierusalem quæ sancta dicitur propter templum: & sancta sanctorum quod nulla alia.

g *Centurio autem*. Hi in scandalo crucis confitentur Deum. Arrius in ecclesia prædicat creaturam, quẽ cæci Iudæi nec tot miraculis credunt.

†Mar. 15. d. Luc. 23. g.

In centurione fides ecclesiæ designatur, quæ velo cœlestium mysteriorũ per mortem domini reserato, Iesum filium Dei tacẽte synagoga confirmat.

†Mar. 15. d. Luc. 23. g. Ioan. 19. f. Luc. 23. g. Ioan. 19. f.

h *Mulieres multæ*. Matthæus & Lucas dicunt Mariam Magdalenam à longè stetisse. Ioannes verò iuxta crucem, quia tanto interuallo aberat, vt iuxta diceretur: quia præsto erat in conspectu eius, & longè comparatione turbæ propioris. Possumus etiam dicere quòd illæ quæ erant cum matre domini postquam eam commendauit discipulo, abire cœperint iam, vt à densitate turbæ eruerent se & cætera quæ facta sunt longius intueerentur.

i *Ministrantes ei*. Consuetudinis Hebraicæ erat, vt mulieres de substantia sua præceptoribus suis ministrarent: quod dominus accepit, vt exemplum daret apostolis.

k *Iaco*. Iacobus Alphæi minor dicitur ad differentiam Iacobi, qui inter primos apostolos vocatus est & electus à domino.

Homo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce velum templi. *Hic secundò declaratur perturbatio elementorum inferiorum, quia ad motum terræ & aeris velum templi scissum est. Illud autem velum erat secundum aliquos in introitu templi, prohibens aspectum eorum quę erant intra templum: & ideo per talem scissionem declarata est impletio veritatis in morte Christi, quæ latebat in figuris veteris Testamenti. Secundum alios verò, non fuit velum quod erat in intraitu templi, sed velum quod erat intra templum inter* sanctum & sanctũ sanctorum, *& scissio eius idem significat quod prius dictum est, & hoc dicunt communius doctores. De vtroque verò velo dictum fuit plenius. Exo. 26.*

2 Et terra mo. est. *Quasi non potens sustinere mortem Christi.*

3 Et petræ scissæ sunt. *In signum huius, quòd corda quantumcunque dura deberent Christo morienti compati.*

4 Et monumenta aperta sunt. *Ex terræmotu ad denotandum, quod resurrectio Christi propinqua erat & aliorum cum ipso resurgentium.*

5 Et multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. *Non tunc quando monumenta aperta sunt, scilicet hora mortis Christi sed posteà quando resurrexit: quia cum eo surrexerunt tanquam testes sua resurrectionis, & hoc est quod subditur:*

6 Et exeunt. de monum. post resurre. eius. *Id est, Christi.*

7 Venerunt in sanct. ciui. *Id est, Ierusalem. Quæ dicebatur sancta, propter templum diuino cultui deputatum, quod erat ibi.*

8 Et apparuerunt multis. *Ad declarationẽ dominicę resurrectionis*

9 Centurio autem. *Hic ponitur assistentium confessio: & primò centurionis & suę societatis: qui videntes signa prędicta in morte Christi, confessi sunt veritatem suę diuinitatis dicentes:*

10 Verè filius Dei erat iste. *Et per consequens eiusdem naturę cum eo.*

eo. Secundò ponitur confessio mulierum deuotarum, quę confitebantur eum facto, inquantũ assistebant ipsi morienti: quod nõ audebant facere apostoli: quia solus Ioannes legitur ibi stetisse: & hoc est quod dicitur:

11 Erant autem mulie. multæ à longè. *Contrarium videtur Ioan. 19. vbi dicitur, quod stabant iuxta crucẽ. Dicendũ, quòd erant longè respectu militũ Christum crucifigentium & custodientium: sed propè erant respectu aliorũ astantium. Non erant enim ita longè, quin possent eum loquentẽ audire, quando dixit matri suę:* Mulier ecce filius tuus, &c.

12 Quæ secu. erãt. *Ex deuotione quã habebãt ad audiendũ verbũ eius.*

13 Ministrantes ei. *Necessaria vitę suę de facultatibus suis: istę enim erant mox Iudęorum, quod necessaria vitę administrabant doctoribus.*

14 Inter q. erat Maria Magdalenę. *Sic nominata à Magdalo castello.*

15 Et Maria Iacobi & Ioseph ma. *Ista erat soror Marię matris Christi. Et mater filiorum Zebedei, scilicet Iacobi & Ioannis.*

16 Cum sero aut. fact. esset. *Hic describitur ipsius Christi mortui deuota tumulatio, vbi duo ponuntur: primum est sepelientium deuotio: secundũ Iudęorũ malignãtiũ machinatio, ibi:* Altera aut. die. *Circa primũ aduertendũ, quòd licet mors Christi fuerit ignominiosa, vt patet ex prędictis, sepultura tamen eius fuit nobilis & sumptuosa. Cuius ratio est quia passibilitatem & humanitatẽ assumpsit Christus propter nostram redẽptionẽ: & ideo ipsa cõpleta in sua morte, prędicta debuerunt cessare: & ea quę sequebãtur quodãmodo ad gloriã suę resurrectionis pertinere. Vtrumque autẽ fuerat prędictũ per Isa. prophetã de turpitudine mortis eius, Isa. 53. c.* Tãquam ouis ad occisionẽ ducetur. *Et sequitur ibidẽ:* Cũ sceleratis reputatus est. *De nobilitate sepulturę eius dicitur Isa. 11. c.* Radix Iesse qui stat in signũ populorũ, ipsum gentes deprecabuntur: & erit sepulchrũ eius gloriosum: *hoc est ergo quod dicitur hic:* Cum sero autem factum esset. *Quia circa vesperam feria sextę depositus*

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Ecce velum tem. scis.* Dei templum est fidelis anima 1. Cor. 3. d. *Templũ Dei sanctum est, quod estis vos.* Cuius velum scinditur, quãdo velamen hypocrisis dissipatur: terra mouetur, quando terrenum desideriũ in amorem cœlestiũ cõmutatur: & petræ scinduntur, quãdo duricia cordis per pietatẽ emollitur: & mortui resurgunt,

gũt, quãdo somnus pigritiæ ad boni operis exercitium excitatur.

16 *Cum sero autem factum esset.* Sequitur. *Et petijt corpus Iesu.* Ille corpus Iesu postulat, qui pro digna receptione eucharistiæ, Deum suppliciter exorat, & inuoluit syndone munda, quando recipit mente pura, & ponit in monumento nouo, id est, in corde per gratiam renouato. Et aduoluit saxum magnum ad ostium,

† quando

A a *Homo diues.* Quia ad presidem nisi diues accedere non poterat, non quod diuitias commendet euangelista. Dictus est & Decurio, quia fuit de ordine curiæ & officium curæ ministrabat per hoc potuit habere facultatem, per hoc quod discipulus, hoc ministerio dignus fuit.

Hom. 89 in Matth.

✠ CHRYSOST. Inspice huius viri fortitudinem. In mortis enim periculum se tradidit, inimicitias ad omnes assumens propter beneuolentiam Christi. Et non solum audet corpus petere, sed & sepelire.

† De cō. di. 1. c. cōsulto. † De cons. di. 1. consulto.

B b *Discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum.* Etsi occultus, vitans prius inimicitias Iudæorum, in hoc extremo officio nihil curat de illis.

c *In syndone munda.* MYSTICE. Syndone munda Iesum inuoluit, qui pura mente eum suscepit. Hinc etiam mos ecclesiæ habet, vt sacrificium altaris non serico, C non panno tincto, sed puro lineo celebretur.

d *In monumento suo nouo.* Quia si in monumento, vbi alius positus esset, poneretur, alius fortasse resurrexisse fingeretur. In petra, ne si ex multis lapidibus ædificatum esset, suffossis tumuli fundamentis ablatus furto diceretur.

e *Erant autem ibi.* Alijs notis Iesu ad sua redeuntibus, solæ mulieres quæ arctius amabant, obsequium funeris inspiciebant, expectantes quod promiserat Iesus: & ideo primæ resurrectionem vident.

f *Post parasceu.* Parasceue, id est, præparatio: hoc nomine dicitur sexta sabbati, id est, in qua præparabantur necessaria sabbato, vt de manna dictum est: sexta die colligetis duplum, quia sexta die homo factus est, & in septima requieuit dominus. Ideo sexta die Iesus pro homine moritur: vnde & dixit. *Consummatum est*, id est, sexta die pro redemptione mundi opus expletum est: & in sabbato quieuit in sepulchro. Ita & nos in hac sexta ætate pro domino pati debemus, & in septima (quæ est mortuorum) in secreta pace quiescere, donec octaua resurrectionis veniat. In Genesi septimus dies vesperam habere non legitur, quia in illo sęculo requies animarum nullo mœrore consumitur: sed gaudio futuræ resurrectionis augetur. Nostrum pascha est immolatio Christi, id est, parasceue, id est, præparatio eius ab hora captionis.

D Exod. 16. b. Gen. 2. a. Mar. 15. d. Ioan. 19. f. Gen. 2. a. E

a †Sero autem factum esset, venit quidam homo diues ab A- [1]
a ¶ Ipsa est Ramatha, Helchiæ & Samuelis ciuitas.
b rimathæa nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic [2] [3]
¶ Ecce Ioseph dignus apud seculum.
accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit [4] [5]
¶ Maioris meriti apud Deum. [6]
reddi corpus. † Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in [7]
c a ¶ In simplici sepultura domini condemnatur ambitio diuitum, qui nec mortui diuitiis carent. [8]
d †syndone munda, & posuit illud in monumento suo nouo [9]
a ¶ Vt non posset aperiri sepulchrum sine auxilio multorum. [10]
quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad [11]
e ostium monumenti, & abiit. Erant autem ibi Maria [12] [13]
Magdalenæ & altera Maria sedentes contra sepulchrum. [14]
¶ Præparationem Paschæ.
f Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt [15] [16]
principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum dicentes:
a ¶ Non sufficit scelus mortis nisi post mortem famam eius lacerent. ¶ Quod erant, domino imponunt.
g Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit ad-
h huc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo † custodiri sepulchrum vsque in diem tertium, ne fortè veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis, †
a ¶ Ignoranter verum dicunt, quia peior est contemptus pænitentiæ quam error ignorantiæ.
& erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, † [17]

† muniri

g *Quia seductor ille.* ✠ HIERONYMVS. Principes sacerdotum licet immensum facinus in nece Domini perpetrauerint, tamen non sufficit eis, nisi etiam post mortem eius conceptæ nequitiæ virus exerceant; quem innocentem sciebant, seductorem vocant. Sicut autem Cayphas ignorans ante prophetauerat, dicens. *Expedit &c.* Sic & modo. Seductor enim erat Christus, non à veritate in errorem mittens, sed à falsitate in veritatem, à viciis ad virtutes, à morte ad vitam ducens.

F

h *Post tres.* A parte totum, sexti diei quo crucifixus est cum sua nocte pro vno die. Sabbatum integrè. Tertius dies à parte prima, id est, nocte totius cum suo diurno, & sic est triduum.

☞ *Munierunt*

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *depositus est de cruce.*

1 Venit quidam homo diues. *Et propter hoc potuit de facili accedere ad Pilatũ: & quia erat nobilis, & vnus de curia, vt habetur Luc. 23.*

2 Ab Arimathæa. *Ista est ciuitas qua 1. Reg. dicitur Ramatha. De qua fuit oriundus Samuel.*

3 Nomine Ioseph. *Nomen autem eius exprimitur, quia erat homo famosus.*

4 Qui & ipse disci. erat Iesu. *Occultè tamen ne expelleretur de synagoga, quia secundum quod dicitur Ioan. 12. f.* Ex principibus multi crediderunt in Iesum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non eiicerentur.

5 Hic accessit ad Pi. *Deposito enim timore, confidenter.*

6 Petiit corpus Ie. *Ad sepeliendum honorificè.*

7 Tunc Pilatus ius. reddi. c. *Tunc quia Ioseph erat homo valens & nobilis, propter quod Pilatus petitioni eius voluit acquiescere. Tum quia sciebat Christum crucifixum iniustè.*

8 Et accepto cor. Io. inuol. *Hoc est in panno lineo mundo. Propter quod corpus Christi non consecratur in altari super pannum sericum sed lineum, quia corpus Christi in sepulchro tali pano fuerat inuolutum.*

9 Et posuit illud in monumento suo. *Quod erat sumptuosè factum.*

10 Nouo. *Quia si aliquis fuisset ibi ante sepultus, calumniari posset à Iudęis, Iudæis, quod ille surrexisset, & non Christus.*

11 Quod excide. in pe. *Eadem ratione factum est: ne si Christus fuisset sepultus in terra, diceretur à Iudæis quod discipuli rapuissent corpus eius fodientes in terra desubtus per viam subterraneam.*

12 Et aduoluit sa. ma. *Quod non posset de facili amoueri ne aliquis veniens posset rapere corpus Christi.*

13 Ad ostium mo. *Monumentum illud factum erat ad modum cuiusdam domunculę in cuius medio erat sepulchrum, & in domuncula erat quoddam ostium ad habendum illuc ingressum.*

14 Erant au. ibi Ma. Mag. *Assistentes sepelientibus Christũ ex deuotione, ad videndum qualiter possent reuerti ad ipsum inungendum.*

15 Altera au. *Hic ponitur Iudęorum machinatio quia impetrauerant custodiri sepulchrum, ne discipuli Christi raperent corpus eius, & diuulgarent eum resurrexisse. Sed quia* non est consilium contra dominum, *vt dicitur Pro. 21. d. ideò factum Iudæorum magis fecit ad oppositum, scilicet ad certitudinem dominicæ resurrectionis: quia ab ipsis custodibus testificata est, vt habetur sequenti cap. & hoc est magnum scilicet habere testimonium ab aduersariys. Dicit ergo:* Altera die quæ est post pa. *Id est, sabbato: quia feria sexta in qua passus est Christus, dicta est parasceue, id est, pręparatio: quia illa die præparabantur cibaria pro sequenti die. In crastino igitur dominicę passionis*

16 Conuenerunt prin. sacer. *Patet vsque ibi.*

17 Ait illis Pi. *Id est, concedo, quod accipiatis milites ad custodiendum eum pro voluntate vestra.*

✠ Illi autem

MORALITER.

† quando ponit diligens obstaculum contra peccati reciduium. & mulieres sedent contra sepulchrum, cum animæ deuotæ considerant passionis Christi mysterium.

15 *Altera au. die.* Sequitur.

† *Iube ergo custodiri se.* Notandum, quod volentes impedire diuinam prouidentiam, contra suam intentionem promouent illam: sicut fratres Ioseph vendiderunt ipsum, ne adorarent eum, & per hoc compulsi sunt eum adorare secundum ordinem prouidentiæ diuinæ: sic principes Iudæorum volentes impedire celebritatem nominis Christi, fuerunt valde diligentes de custodia sepulchri: & per hoc celebrata est fama de veritate suæ resurrectionis: & per consequens sui nominis.

† *Et erit no. er.* Veritatem ignoranter dixerunt: sicut & Caiphas: nam error eorum quo milites pecunia corruperunt, vt furatum corpus Christi mentirentur, peior fuit errore, quo petierunt custodiam sepulchri, ne discipuli corpus Christi furarentur.

¶ Q. diceret: Sufficit vobis quòd in neca consensi innocentis, vobiscum permaneat error.

† Habetis custodiam. † Ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes muniierunt sepulchrum † signantes lapidem cum custodibus.

¶ Quantò diligentius seruatur, tantò magis virtus resurrectionis ostenditur.

a *Munierunt se*. Diligentia eorum nostræ profuit fidei. Nã quantò amplius seruabatur, tãtò magis virtus resurrectionis ostenditur.

b *Signantes lapidem cum custodibus*. CHRYSOSTOMVS. Non autem permittit Pilatus solos milites sigillare: Si enim soli milites sigillassent, possent dicere quoniam milites permiserunt, quod discipuli corpus Domini furarentur, & ita resurrectionis infringere fidem: nunc hoc dicere non possunt, cùm ipsimet sepulchrum sigillassent.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Illi autem abeuntes. *Militibus armatis*.

2 Signantes lapidem cum cust. *Sigillo suo, ne aliquis posset ingredi sine scitu eorum*.

CAP. XXVIII.

a *Vespere autem sab. &c.* Marcus ait: *Valde mane*, in quo discordat à Luc. & Ioãne, Matthæus à prima parte noctis, id est, à vespera nocte significat: cuius fine venerunt ad monumentum. Ideò autem sic nominat, quia ab eo tempore licebat facere quòd vellent transacto sabbato. *Vespere autem sabbati*, id est, nocte diei sabbati. Vespere quidem cœperunt venire, id est, aromata præparare: sed lucescente mane peruenerunt: Quod Matthæus causa breuitatis ponit obscuriùs alij apertius. Vespere solet tenebrescere: sed Mysticè dicit lucescere, pro gloria resurrectionis. Hucusque diem nox præcedere dicebatur: nunc ordo mutatur, & nox qua resurrexit, diei quo se ostendit adiuncta est. Congruè prius diem nox sequebatur, quia homo à luce in tenebras ceciderat. Nunc dies sequitur noctem: quia post resurrectionem à peccatis ad vitam reducimur. *Vespere*, id est, nocte quæ lucescit, id est, quæ terminatur luce, quod non prima pars noctis est, sed extrema pars noctis est diluculum quo venerunt.

HIERONYMVS. Quòd diuersa tempora istarum mulierum in euangelijs describuntur, non mendacij signum est, sed sedulæ visitationis officium, dum crebro abeunt & recurrunt, & non patiuntur à sepulchro domini diu abesse vel longiùs. Sepulto domino quandiu licuit eis operari, id est, vsque ad occasum solis vnguenta parabant: & quia præ angustia temporis opus explere non potuerunt, transacto sabbato, id est, occidente sole vbi licentia operandi redijt, emerunt aromata. Et quia nocte præoccupante sepulchrum adire non potuerunt, mane adeunt.

BEDA. Ab exordio mundanæ creationis vsque huc, ita temporum cursus distinguebatur, vt dies noctem præcederet, quia homo à luce paradisi peccando lapsus, in huius seculi tenebras arumnásque decidit. Aptissimè autem nunc dies sequitur noctem, quãdo per fidem resurrectionis à peccati tenebris & vmbra mortis ad lucem vitæ Christo largiente reducimur.

Mat. 16. a. Luc. 24. a. Ioan. 20. a.

Hom. 1 inter æstiuales de tempore.

CAPVT XXVIII.

† Espere autem † sabbathi, quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalenæ, & altera Maria, videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem *, &

¶ Quando primum licuit operari.

¶ Præbens obsequium domino suo.

¶ Non vt egressuro ianuas aperiat, sed vt egressum eius pandat, iam factum.

† Mar. 16. a. Luc. 24. a. Ioan. 20. a.

† sabbatorum qui.

b *Maria Magdalenæ, & altera Maria*. Duæ vnius nominis & deuotionis mulieres, duas significant plebes pari deuotione Christi passionem & resurrectionem amplectentes.

c *Terræmotus*. Sicut in passione, & in resurrectione fit motus terræ: significat autem corda terrenorum per fidem passionis & resurrectionis ad pœnitentiam mouenda.

d *Reuoluit la*. Clauso potuit exire sepulchro, qui clauso natus est virginis vtero. Reuolutio lapidis significat reserationem sacramentorum Christi, quæ velo literæ tegebantur: quo ablato resurrectio, mortis abolitio, vita æterna cœpit toto orbe prædicari.

HIERONYMVS. Angelum non putemus idcirco venisse vt aperiret sepulchrum domino resurgenti & reuolueret lapidẽ, sed post-

quæst. 6. ad Hedibiã.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXVIII.

Diuisio.

VEspere autem sabb. *Postquàm euangelista descripsit Christi passionem & sepulturam, hic consequenter describit ipsius resurrectionem, & primò describitur dominicæ resurrectionis manifestatio. Secundò, ipsius manifesta diuulgatio ibi:* Vndecim autem. *Prima in tres, quia primò, manifesta est resurrectio per descendentem angelum: secundò, per apparentem dominum, ibi:* Et exierunt. *Tertiò testimonium militum custodientium, ibi:* Quæ cum abissent. *Circa primum tria notantur. Mulierum deuotio, Angeli apparitio, ibi:* Et ecce terræmotus, *Et Resurrectionis manifestatio, ibi:* Scio enim. *Ad euidentiam primi considerandum, quod denominatio fit à nobiliori, ideò apud Iudeos omnes dies hebdomade denominabantur à sabbato: ita quod dies immediatè sequens sabbatum dicebatur prima sabbati: id est, prima à sabbato, alia secunda sabbati, & sic consequenter. Ab illa autem hora qua Christus fuerat sepultus, non poterant mulieres emere aromata ad inungendum Christum vsque ad vesperam diei sequentis, quia solemnitas sabbati incæpta erat ab hora sepulturæ, in qua non licebat aliquid emere vsque ad vesperam sequentis diei, scilicet sabbati, & tunc scilicet vespere sabbati emerunt aromata, & præparauerunt se ad veniendum: non tamen venerunt propter noctem de proximo imminentem, sed in mane sequenti venerunt in prima hora diei sequentis, quæ dicebatur prima sabbati. Sic ergo construenda est litera.*

1 Vespere autem sab. quæ. *Scilicet vespera*,

2 Lucescit in prima sab. *Id est, incipit illucescere in principio diei sequentis.*

3 Venit Maria. *Præmittitur autem ibi:* Vespere autem sabbati: *non quia illa hora venerunt ad monumentum, vt dictum est: sed quia tunc se præparauerunt ad veniendum videre sepulchrum, id est, qualiter possent ingredi ad vngendum Christum.*

4 Ecce terræm. *Hic describitur angelica apparitio, non ad hoc quòd angelus præpararet exitum de sepulchro domino resurgenti: quia Christus exijt clauso sepulchro, sicut intrauit ad discipulos ianuis clausis, sed vt ostenderet sepulchrum vacuum, & resurrexisse dominum, hoc est ergo quod dicitur:* Et ecce terræmotus factus est magnus. *Cuius causa subditur.*

5 Angelus enim domini descendit de cœlo. *Id est, virtute eius factus est ille terræmotus, quia corporalia obediunt angelis ad nutum quantum ad motum localem.*

6. Et accedens re. la. *Vt ostenderet Christi resurrectionem completam.*

Erat

MORALITER.

4 *Et ecce terr.* BED. Quod terræmotus resurgente domino sicut & ipso moriente in cruce factus est magnus, significat terrena prius corda, per fidem passionis ac resurrectionis eius ad pœnitentiam concutiendo salubri pauore commota.

5 *Angelus enim do. descen. de cœ.* Angelus iste significat bonum prælatum, de quo dicitur Malach. 2. b. *Angelus domini exercituum est*, qui descendit de altitudine contẽplationis diuinæ, propter releuationem necessitatis fraternæ.

† *Reuoluit la.* Impedimentum tollens accedendi ad Christi monumentum, quia monet mentes subditorum ad considerationem mortis Christi per compassionem, & resurrectionis eius per cœlestium amorem.

sed postquàm dominus resurrexit, hora qua ipse voluit, & quæ nulli mortalium cognita est, indicasse quod factum est: Et sepulchrum vacuum reuolutione lapidis, & sui ostendisse præsentia.

BEDA. Angelus reuoluit lapidem, non vt egressuro domino ianuam pandat, sed vt egressus eius iam facti, hominibus præstet indicium. Qui enim mortalis clauso virginis vtero potuit nascendo ingredi mundum, ipse factus immortalis clauso sepulchro potuit resurgendo exire de mundo.

a *Sedebat*. Regnantem indicans, qui in natiuitate stando, bellaturum significauerat. Super lapidem, quo monumentum claudebatur, vt claustra infernorum superata doceret. Marcus dicit: *Introeuntes mulieres in monumentum, iuuenem vidisse in dextris coopertū stola cādida.* Quod potest mouere, nisi intelligamus, vel Matthæum tacuisse de illo angelo, quem intrantes viderant: vel Marcum de illo quem foris super lapidem viderunt, vt duos viderint, & vt à duobus singulatim eadem audierint. Aut certè intrantes in monumentum, hoc in aliqua septa maceriæ debemus accipere: quia locum tunc fuisse munitum credibile est, scilicet in aliquo spatio ante petram: qua excisa locus factus est sepulturæ, vt ipsum viderint in eodem spacio sedentem à dextris, quem dicit Matthæus sedentem super lapidem.

b *Sicut ful.* In candore vestis significabat blandum iustis, in terrore fulguris, significat terribilem futurum reprobis.

c *Nolite ti.* Quæ vestros conciues videtis. Illi timeant qui ad eorum societatem non pertinent.

d *Et citò eunt.* Nec concessum est nobis hoc gaudium occulto cordis tenere, sed similiter amantibus pandere.

e *Et ecce præce.* Quia iam à morte ad vitam transmigrauerat, cuius resurrectionis gloriam post læti videbimus: si modo à vicijs ad virtutes transmigramus.

Exierunt citò currentes nunciare. Lucas idem dicit, *Regressæ nunciauerunt omnia illis vndecim & cæteris omnibus.* Sed Marcus ait: *fugerunt exeuntes. Inuaserat enim eas timor, & nemini quidquam dixerunt.* Nemini scilicet non apostolorum, sed angelorum, quibus non fuerunt ausæ aliquid respondere. Vel certè ipsis custodibus quos iacentes viderunt.

f *Cum timo. & gau.* Duplex est affectus in eis, timoris & gaudij. Alter de magnitudine miraculi, alter ex desiderio resurgentis, & vterque gradum fœmineum concitabat.

g *Et ecce Iesus, &c.* Sic omnibus iter virtutum inchoantibus adiuuando occurrit Christus.

h *Et tenuerunt.* Superius dictū est clauso exisse monumento, vt immortale corpus intelligeres: Hic tenentur pedes, vt veram carnem comprobes. Et quia tantā visionem tremebāt, primum pellitur timor: *Nolite timere*: vt mente placida possint audire quæ dicuntur. Istæ tenent pedes quæ adorant resuscitatum: sed illa quæ nesciebat adhuc resurrexisse filium Dei, audit merito: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.*

i *Nunciate*. Vt mulier mortifera serpentis verba narrauit, ita modo verba viuificatoris, vt à qua tunc mors, modò ab ea vita.

k *Fratribus meis*. Ante etiam seruos vocauit, modo fratres, vt post resurrectionem eandem humanitatem resumpsisse, & illos idem sperare doceat.

l *Vt eant in Gali.* Non tamen ibi solum, neque ibi primum visus est à discipulis. Lucas enim & Ioannes satis apertè dicunt, ipso die resurrectionis dominum visum esse in Ierusalem: Primò Mariæ Magdalenæ, quando dictum est ei: *Noli me tangere.* Deinde eidē & alij Mariæ currentibus nūciare apostolis, quādo & pedes eius tenuerunt: visus est etiam ipso die duobus discipulis in via. Visus

[Margin: vbi supra. † species forma. * album. * Vobis. à mortuis. Mar. 16. a. * dum ibāt vt renunciarent discipulis suis. Luc. 24. c. Mar. 16. b. †Mar. 16. b. Luc. 24. a. †Mar. 16. b. Luc. 24. a. Ioan. 20. c. Ioan. 20. d. Luc. 24. b.]

¶ Ipso habitu terribilem futurum reprobis & blandum significat iustis.

a sedebat super eum. † Erat autem aspectus eius sicut ful- 1 ¶ Quia terribilis impijs.

b gur, & vestimentum eius * sicut nix. Præ timore autem eius 2

a ¶ Quia vitam viuere desperabant. ¶ Quia blandus iustis.

exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens 3 autem angelus dixit mulieribus: † Nolite timere vos. Scio 4

c a ¶ Quia multi hoc nomine dicebantur, determinat, qui crucifixus est. b ¶ Per præsentiam carnis.

enim, quod Iesum qui crucifixus est, quæritis, non est hic: 5 6

a ¶ Impossibile est non fieri quæ dixit. b ¶ Et si verbis non creditis.

Surrexit enim, sicut dixit *. Venite, & videte locum, vbi posi- 7 8

d tus erat dominus. Et citò euntes dicite discipulis eius, quia †

e surrexit * & ecce præcedet vos in Galilæam: Ibi eum vi- 9 †

debitis: ecce prædixi vobis. † Et exierunt citò de mo- 10

f numento cum timore & gaudio magno currentes nuncia- 11

¶ Quia sic intentè. a ¶ Vt maledictum Euæ in mulieribus solueretur. 12

g re discipulis eius. Et * ecce Iesus occurrit illis, dicens: Aue- 13

h te. Illę autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & a- 14 15

dorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus: Nolite timere. Ite, 16

i ¶ Non in Iudæa, sed in Gentibus. 17

k nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam: ibi me vi- 18

l 19

NICOLAVS DE LIRA.

1 Erat au. aspe. eius sicut ful. *Ad incutiendum terrorem custodibus.*

2 Vesti. eius sicut nix. *Ad dandam consolationem mulieribus, propter quod subditur:*

3 Præ timore autem eius exterri. sunt cu. *Et illud quod sequitur.* Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere.

4 Scio enim. *Hic ponitur dominicæ resurrectionis manifestatio: quæ quidem resurrectio primò manifestatur mulieribus ipsum deuotè quærentibus. Et hoc est quod dicitur:* Scio enim, quod Iesum qui crucifixus est. *Hoc additur ad differentiam aliorum: quia multi erant qui vocabantur, nomine Iesu.*

5 Quæritis. *In sepulchro sicut mortuum.*

6 Non est hic surre. enim sicut di. *Hoc autem addidit angelus, vt reduceret ad memoriam verba Christi dicta ante passionem suam, vt sic magis crederent resurrectionem eius factam.*

7 Venite & vi. lo. *Vacuum scilicet.*

8 Vbi positus erat. *Et patet litera. Sequitur.*

9 Præcedet in Gal. ibi eum vi. *Non solùm in beatitudine, sed in propinquo tempore & propinqua regione antequàm ascendat in cœlum.*

10 Et exierunt. *Hic ponitur manifestatio dominicæ resurrectionis per ipsum dominum apparentem mulieribus de sepulchro reuertentibus: & hoc est quod dicitur:* Exierunt citò: *ad denunciandum bonos rumores Christi discipulis.*

11 Cum timore. *Ex insolita angeli visione.*

12 Et gaudio magno. *Ex Christi resurrectione.*

13 Currentes nunci. *Discipulis: Mar. 16. dicitur quòd fugerunt de monumento, timentes & nemini quidquam dixerunt. Dicendum, quod verbum Marci intelligendum est de militibus, qui iacebant præ timore sicut mortui: & nemini illorum mulieres aliquid dixerunt, sed verba angeli cum eis loquentis apostolis dixerunt.*

14 Et ecce Ie. oc. il. *Reuertentibus scilicet de monumento: antequam venirent ad Apostolos.*

15 Dicens: Auete. *Verbum est consolatorium.*

16 Illæ autem acces. & tenue. pedes e. *Ex deuotione.*

17 Et adorauerunt eum. *Adoratione latriæ.*

18 Tunc ait illis nolite timere. *Hoc dicit ad earum perfectam consolationem, quia timor qui inuaserat eas ex aspectu angeli, adhuc non totaliter recesserat ab eis.*

19 Ite & nuncia. *Discipulos suos vocat fratres, eos amicabilius nominans solito, vt securius accedant ad eum, & non timeant accedere, propter hoc quod reliquerant eum in sua captione.*

Quæ cum

MORALITER.

1 *Aspectus eius sicut ful.* Nam obstinatos terret.

2 *Et ve. eius sicut nix.* Quia pœnitentes demulcet: in signum huius subditur.

3 *Præ ti. au. e. ex. s. cu. & mu. di. No. ti. vos. Veni. & vi. lo.* Per diligentem meditationem prædictorum.

† *Et citò eun.* Id est, alios inducentes ad simile bonum.

9 *Præcedet vos in Gal.* Quæ transmigratio interpretatur, quia Christus transmigrans ad cœlestia præcessit ad præparandum electis suis loca.

† *Ibi eum vi.* Facie ad faciem in gloriā.

14 *Et ecce Ie. occur. il.* RABANVS. Per hoc ostendit omnibus iter virtutum inchoantibus, vt ad salutem perpetuam peruenire queant, adiuuando se occurrere.

9 Præcedet † Pecuniam

in via. Viſus eſt etiam & Petro. Quod quomodo factum ſit euangeliſta non declarat. Viſus eſt etiam & diſcipulis ſimul cum loquerentur reuerſis illis qui cognouerunt eum in fractione panis, quando ſtans in medio eorum dixit: *Pax vobis*. Tamen ſpecialiter Matthæus & Marcus ſcribunt dixiſſe angelum, vel ipſum dominũ, quod in Galiæa videndus eſſet.

Ioan. 20. e.

MYSTICE quidem, quia Galilæa dicitur tranſmigratio. *Præcedet ergo vos in Galilæam*, id eſt, gratia Dei tranſmigratura à Iudæis ad gentes præcedet vos viam in cordibus eorũ præparando: *& ibi videbitis eum*, id eſt membra eius & viuum corpus eius ibi inuenietis. Vel Galilæa dicitur reuelatio non in forma ſerui, ſed in ea in qua patri eſt æqualis. Illic nos præceſſit, cum *ſimiles ei erimus*, ibi *videbimus eum ſicuti eſt*.

1. Ioan. 3. a.

Et hæc eſt beata reuelatio vel tranſmigratio de iſto ſeculo ad æternitatem.

---

debunt. ^a Quæ cùm abiiſſent, ecce quidam de cuſtodibus ^1 venerunt in ciuitatem, ^2 & nunciauerunt principibus ſacerdo- ^3 tum omnia quæ facta fuerant. ^4 Et congregati cum ſenioribus ^5 ^b conſilio accepto pecũniam copioſam dederunt militibus ^† ^c dicentes: Dicite, quia diſcipuli eius nocte venerunt, furati ſunt eum nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit † à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. ^6 Et diuulgatum eſt verbum iſtud apud Iudæos vſque in hodiernum diem. ^7 ^d Vndecim autem diſcipuli ^8 abierunt in Galilæam ^9 in montem vbi conſtituerat illis Ieſus. ^e ^10 Et videntes eum adorauerunt, ^11 quidam au-

a ¶ Indocta ſimplicitas fatetur veritatem.
¶ Miracula quæ viderant. a ¶ Aſtuta duplicitas modum quęrit quomodo aſtruat falſitatem.
a ¶ De templo acceptam, ſicut prius 30 argenteos.
¶ Furtim eum ſublatum.
a ¶ Ne quidquam à vobis exigat ¶ Abſque periculo.
a ¶ Error empti mendacij pereſeuerat ne in Chriſtum credant.
a ¶ Credentes ſe ante eum humiliauerunt.

Hom. 91. in Matth.

a *Quæ cum abiiſſent*. ✠ CHRYSOSTOMVS. Signorum quæ circa Chriſtum apparuerunt, quędam fuerunt orbi terrarum communia, puta tenebræ, quædam propria militibus cuſtodientibus, ſicut mira angeli apparitio, & terræmotus, quæ propter milites facta ſunt, vt ſtupefierent, vt ab ipſis fiat teſtimonium veritatis. Veritas enim à contrariis diuulgata, magis refulget, quod & contingit.

b *Pecuniam co*. HIERONIMVS. Qui rebus eccleſiæ abutũtur in aliis rebus quibus ſuam expleant voluntatem, ſimiles ſunt Scribarum & Phariſæorum & ſacerdotum redimentium mendacium & ſanguinem Saluatoris.

c *Furati ſunt eum nobis dor*. AVGVSTINVS. Si dormierunt, quomodo viderunt? Si non viderunt, quomodo teſtes eſſe potuerunt?

Auaricia quæ captiuauit diſcipulum comitem domini, decepit & milites cuſtodes ſepulchri: & ſic Iudæos ſeduxit, vnde ſubdit: *Et diuulga. eſt*.

In cathena D. Thomæ in Matth.

✠ SEVERIAN. Planè amiſerũt milites, perdiderũt Iudęi, ſed diſcipuli magiſtrum ſuum non furto, ſed fide, virtute, non fraude, ſanctitate, non crimine, viuum nõ mortuum ſuſtulerunt.

Hom 91. in Matth.

† ſub præſide, id eſt, ſi res apud illum iudice agatur.

✠ CHRYSOST. Qualiter furati ſunt diſcipuli homines pauperes & idiotæ, & neque apparere audentes. Nunquid oſtiũ ſepulchri poterãt euertere? Nũquid non erat ſigillum ſuperpoſitum? Propter quid non furati ſũt prima nocte, quando nullus ſepulchro affuit? Sabbato enim petierunt à Pilato cuſtodiam. Quid autem ſibi volunt hæc ſudaria, quæ Petrus vidit iacentia; Si enim vellent furari, non poſſent nudum corpus furari, non ſolùm ne iniuriarentur, ſed ne etiam in exuendo tardarent, & tribuerent militibus ſe detinendi facultatem.

d *Abierunt*. A Ieruſalem in Gal. *In montem*: quia corpus de communi terra ſuſceptum ſuper omnia terrena erat eleuatum Et monet nos, vt ſi eum videre volumus, ad ſuperna de infimis eleuemur. Præceſſit Chriſtus primitiæ dormientium, ſequuntur alij in ſuo ordine, & videntes eum adorant, id eſt, ſine fine laudant.

e *Quidam au*. *Dubitauerunt* vt Lucas ait: exiſtimantes ſe ſpiritum videre, quem moriendo tradidit.

☞ ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ cum abiiſſent. *Hic declaratur reſurrectio Chriſti per teſtimonium cuſtodum, qui vt dicitur*

2 Venerunt in ciuita. *De ſepulchro Chriſti, quod erat aliquantulum extra Ieruſalem, vt dicitur Ioan.* 19.

3 Et nunci. prin. ſa. *A quibus erant poſiti ad cuſtodiendum ſepulchrum Chriſti.*

4 Omnia quæ fac. fue. *Scilicet Chriſti reſurrectionem, & angeli terribilem apparitionem.*

5 Et congrega. cum ſenioribus. *Iſtud mendacium militum emerunt carè, quod adhuc tenet Iudęos in errore, vnde ſequitur poſtea:*

6 Et diuulgatum. *Tanquam verum, quod tamen erat falſum apud Iudæos vſque in hodiernum diem.*

7 Vndecim aut. diſ. *Hic ponitur reſurrectionis manifeſtatę diuulgatio, & primò quãtum ad Chriſti diſcipulos: ſecundò, quantum ad omnes populos, ibi:* Euntes ergo. *In prima ergo parte dicit;* Vndecim autem diſcipul. *Quia Iudas erat mortuus, vt viſum eſt cap. præcedenti.*

8 Abierunt in Galilæam. *Secundùm mandatum Chriſti & angeli.*

9 In montem. *Scilicet Thabor in quo transfiguratus fuit coram Iacobo, Petro, & Ioanne, vt habitum eſt ſuprà cap. 17. Ibi enim paucis oſtenderat gloriam ſuæ reſurrectionis, vt ibidem dictum eſt: & ideò ibi reſurrectionem completam manifeſtauit omnibus diſcipulis ſuis. Vnde probabiliter creditur, quòd illa ſit manifeſtatio, de qua ſcribit Apoſtolus 1. Corinth. 15. a,* Deinde viſus eſt plus quàm quingentis fratribus ſimul, *hic tamen non exprimuntur, niſi vndecim Apoſtoli, qui erant principales Chriſti diſcipuli. Prius tamen viſus eſt ſepties perſonis ſpecialibus. Primò, Marię Magdalenæ manenti iuxta ſepulchrum aliis recedentibus vt dicitur Ioannis vigeſimo & Marci decimo ſexto. Secundò ipſi Mariæ Magdalenæ cum aliis mulieribus à ſepulchro reuertentibus: quia poſtquam viderat Chriſtum, ſecuta eſt alias, & inuenit eas in itinere & tunc apparuit eis Chriſtus. Tertiò, Petro, ſecundùm quod habetur Lucæ vltimo licet non habeatur expreſſè ex euangelio quando facta eſt ei iſta apparitio. Probabile tamen eſt quòd hoc fuit quandò ipſe & Ioannes cucurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore Chriſti abiit Petrus mirans ſecum quod factum erat, vt dicitur Lucæ vltimo, & ideò dum eſſet in tali admiratione ſolitarius creditur Chriſtus ſibi apparuiſſe. Quarto, apparuit duobus diſcipulis euntibus in Emaus, vt habetur Luc. vlti. Quintò, apparuit decem apoſtolis abſente Thoma, vt habetur Ioan. 20. Et iſtę quinque apparitiones factæ ſunt ipſa die reſurrectionis, vt patet euangelia intuenti. Sextò, apparuit vndecim apoſtolis exiſtente ibi Thoma, vt habetur Ioannis 20. & fuit octaua die poſt reſurrectionẽ, vt habetur ibidem. Septimò, apparuit Petro & ſocijs ſuis ad mare Tyberiadis, vt habetur Ioan. vlti. Et octauò, in mõte Thabor, vt hic dicitur, apparuit apoſtolis & multis alijs. Et iterum bis apparuit diſcipulis in die aſcenſionis: ſemel in Ieruſalem ipſis conueſcentibus, & ſemel in monte Oliueti hora ſuæ aſcenſionis: vt habetur Marci vltimo: & Lucæ vltimo, & Act. 1, Sequitur.*

10 Et videntes eum adorauerunt. *Adoratione latriæ.*

11 Quidam autem &c. *Ex quo patet, quòd ibi erant alij quàm apoſtoli, qui iam erant certificati de eius reſurrectione, etiam Thomas qui inter alios fuit magis incredulus, & hęc patent ex præcedentibus.*

Et accedens

MORALITER.

† *Pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes: Dicite.* HILARIVS. Emitur ergo reſurrectionis ſilentium, & furti mendacium argento: quia honore ſæculi qui in pecunia eſt & cupiditate Chriſti gloria denegatur. Item iſtis Iudæis ſimiles ſunt qui cum magnis ſumptibus & laboribus conantur ad ſubuerſionem veritatis in ſpeculabilibus vel agibilibus, cuiuſmodi ſunt aduocati doloſi & doctores glorioſi, & illi qui eos ad hoc inducunt.

7 *Vndecim aut. diſc. abier. in Galil. in mon. vbi conſt. il. Ieſus.* RABANVS. In monte quidem apparuit eis dominus, vt ſignificaret quod corpus quod de communi generis humani terra naſcendo ſuſceperat, iã ſuper omnia terrena ſubleuabat. Et vt admoneret fideles ſi illic celſitudinem reſurrectionis eius cupiunt videre, hic ab infimis voluptatibus ſtudeant ad ſuperna deſideria tranſire.

† *Euntes ergo*

a *Et acce.* Et ideò pius magister & illos ad fidem confortat, & dubios ad fidem vocat intimans ad quantam peruenerit gloriam.

b *Data est.* Hoc non de coæterna patris diuinitate, sed de assumpta dicit humanitate, in qua minor angelis, in qua etiam gloria & honore coronatus est & omnibus superpositus. (Heb. 2. b.)

a ¶ Dubitatio eorum nostram auget fidem.

a tem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, di- 1

a ¶ Vt qui ante regnabat in cœlo, per fidem regnet in terris.

b cens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. † Eun- 2

a ¶ Id est, primum catechisate, quia sine fide impossibile est placere Deo.

b ¶ Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest intrare in regnum cœlorum.

c d tes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine 3

e ¶ In inuocatione nominis. ¶ In processione trinitatis. a ¶ Quia fides sine operibus mortua est. 4

¶ Quæ quidem non sunt pauca vel leuia. 5

patris & filij & spiritussancti: docentes eos seruare omnia 6

¶ Diuinitate. 7

quæcunque mandaui vobis. Et ecce ego vobiscum sum 8

f ¶ Cum finitis laboribus mecum regnabitis. 9

omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. 10

c *Euntes.* Qui iam in lucem venit, quod hactenus quibusdam de causis dubium hominibus fuerat.

d *Docete.* Congruus ordo. Primò enim docendus est auditor. Deinde fidei sacramentis imbuendus, tunc ad seruanda mandata instruendus. Quia nisi prius anima fidem recipiat, non est dandus baptismus, nec valet mundari, si post non insistat bonis operibus.

✠ BEDA. Qui antè passionem suam dixerat, *in viam gentium ne abieritis*, surgens à mortuis dicit, *Ite, docete omnes gentes.*

e *In nomine patris, &c.* ✠ DYDIMVS. (Lib. 2. de Spiritusan.) Licet autem quis possit existere mentis alienæ, qui ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat, videlicet contrarius Christo legislatori: tamen sine perfectione baptizabit, imò penitus à peccatis liberare non poterit, quos à se existimauerit baptizatos.

f *Et ecce ego vobiscum sum.* Quæ autem merces piæ conuersationis, quòdve pignus futuræ beatitudinis etiam in præsenti sit fidelibus, subdit: *Ecce ego vobiscum sum, &c.*

Quod Apostolis, per successiones vniuersali ecclesiæ promittit. Nota quòd vsque in finem sæculi non sunt desituri qui diuina mansione sunt digni.

✠ CHRYSOSTOMVS. (Hom. 91. in Matth.) Quia magna eis iniunxerat, erigens eorum sensus dicit, *Ecce ego, &c.* quasi dicat, ne dicatur difficile esse iniunctum negocium, ego sum vobiscum, qui omnia facio leuia. Non autem cum illis solùm dixit se futurum esse, sed & cum omnibus illis qui post illos credunt, non enim vsque ad consummationem sęculi Apostoli mansuri erant, sed sicut vni corpori fidelibus loquitur.

✠ RABANVS. Ex hoc autem intelligitur, quod vsque ad finem sæculi non sunt defuturi in mundo, qui diuina mansione & inhabitatione sunt digni.

✠ HIERONYMVS. Ostendit se à credentibus nunquam recessurum.

✠ CHRYSOSTOMVS. (Hom. 91 in Matth.) Rememorat autem eis & consummationem, vt eos magis attrahat, & ne præsentia solùm inspiciant, sed & futura bona & sine fine manentia.

AVGVSTINVS. (Lib. 3. de consensu Euangelistarum ca. vlt.) Prima sabbati diluculo (sicut omnes euangelistæ consentiunt) ventum est ad monumentum. Iam factum erat, quod solus Matthæus ait, de terræ motu & reuoluto lapide, & territis custodibus. Venit autem Maria Magdalena cæteris feruentior. Vnde Ioannes de ea commemorat tacitis aliis (Ioan. 2.) quæ cum ea fuerant: vidénsque lapidem sublatum, antequam diligentius inspiceret, credens sublatum corpus, cucurrit nuncians Petro & Ioanni, qui etiam concurrerunt ad monumentum: & non inuento corpore crediderunt, quod Maria dixerat ablatum, abieruntque Maria autem stetit (Mar. 19.) foras plorans, in horto, scilicet vbi ingressæ fuerant. Tunc viderant angelum sedentem super lapidem reuolutum, de quo Matthæus & Marcus dicunt. Qui dicit illis: *Nolite timere: scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis.* Quibus similia (Ioan. 20. c.) Marcus non tacuit. Ad hæc verba Maria dum fleret inclinauit se, & prospexit in monumento, & vidit duos angelos vnum ad caput & vnum ad pedes sedentes in albis. Dicunt illi: *Mulier quid ploras? Quia tulerunt dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Hic intelligendum est angelos surrexisse, vt & stantes viderentur sicut Lucas ait: (Luc. 24. a.) qui & eos dixisse refert: *Quid quæritis viuentem cum mortuis, &c.* Post hæc conuersa est Maria (Ioan. 20. d.) retro: *& vidit Iesum stantem* (vt Ioannes ait) *& nesciebat quia Iesus esset*, putans hortulanum: vbi & nominata agnouit eum, cui & dictum est. *Noli me tangere. Tunc egressa est de monumento*, id est, de loco ante lapidem effossum: *& cum ea aliæ quas* (vt Marcus ait) (Mar. 16. b. Matth. 28. b.) *timor inuaserat, & nemini quidquam dicebant.* Tunc iam secundum Matthæum: *Ecce Ie. oc. e. di. Auete. Illa autem ac. & te. pe. e.* Sic colligimus & angelorum allocutionem bis eas habuisse venientes ad monumentum, & ipsius domini semel, quando Maria hortulanum putauit: & nunc cum eis iterum occurrit, vt eas ipsa repetitio firmaret. Venit ergo Maria Magdalenæ nuncians discipulis, & aliæ quæ cum ea erant, quas Lucas commemorat. Plures quidem fuerunt apparitiones quod innuit Paulus dicens: *Visus est Iacobo, visus est plus quàm quingentis fratribus simul*, sed decem legimus in euangelijs. Quinquies in ipso resurrectionis die. Primò apparuit Mariæ Magdalenæ flenti ad monumentum. Postea eidem & alij Mariæ egredientibus nunciare apostolis. Tertiò, Simoni. Quartò, Cleophæ & socio eius. Quintò reuersis illis & narrantibus quomodo cognouerunt eum in fractione panis, apparuit ianuis clausis vbi Thomas abierat. Sextò post dies octo, quando cum eis erat Thomas, Septimò, piscantibus ad mare Tyberiadis. Octauò, in monte Galilææ qui non longe erat ab Ierusalem. Nonò, recumbentibus illis vndecim, die quo ascendit. Decimò, viderunt eum iam non in terra positum, sed eleuatum in aëra, cœlos petentem, dicente eis angelo: *Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* (Luc. 24. b. 1. Cor. 15. a. Ioan. 20. a. Ibidem. c. Luc. 24. b. Ibidem. e. Ioan. 20. f. Ibidem. 21. a. Matt. 28. d. Luc. 24. g. Act. 1.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et accedens Iesus loc. est ei di. *Ad certificandum eos qui dubitabant de sua resurrectione, dicens:*

2 Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Quia licet Christus quantum ad diuinitatem ab æterno haberet hanc potestatem, & in quantum homo ab instanti conceptionis haberet potestatem in cœlo & in terra authoritatiuè, tamen executiuè non habuit ante resurrectionem suam: sed voluit esse passibilitati subiectus propter nostram redemptionem.*

3 Euntes ergo. *Hic ponitur diuulgatio dominicæ resurrectionis quantum ad omnes populos, quæ facta est per prædicationē apostolorum per vniuersum orbem. Et hoc est quod dicitur.*

4 Docete om. gen. *Prius enim dixerat eis, quod solùm prædicarent Iudæis vt suprà dicitur. 10. cap. quia ante Christi resurrectionem fides Christi non erat diuulganda per vniuersum orbem, vt ibidem dictum est.*

5 Baptizantes eos. *Præposuit, docete, quia cathechismus debet præcedere baptismum. vnde adulti prius debent instrui de his quæ pertinet ad fidem, quàm baptizentur.*

6 In no. *Propter vnitatem substantiæ.*

7 Pat. & fil. *propter distinctionem personarum. Ista est forma baptismi instituta à Christo, sed familiari consilio spiritussancti quodammodo mutata est in primitiua ecclesia, quando apostoli baptizabant in nomine Christi, vt habetur Act. 10. & 19. vt nomen Christi quod tunc erat odiosum magnificaretur: & hoc diffusius tractatur in quarto sententiarum.*

8 Docentes eos seruare omnia. *Videlicet sacramenta à Christo instituta & alia ad fidem Catholicam pertinentia.*

9 Ecce ego vobiscum sum om. die. *Et hoc dupliciter. Vno modo assistendo eis in operibus miraculosis ad confirmationem doctrinæ. Alio modo existendo in sacramento Eucharistiæ, vbi est totus Christus, vt patet ex prædictis cap. 26.*

10 Vsque ad consummationem seculi. *Ex quo patet quòd fides Catholica non deficiet vsque ad finem mundi, quantumcumque tribulationibus*

MORALITER.

† 3 *Euntes ergo docete omnes, &c.* Ex hoc patet, quod prædicatores euangelij debent omnibus magnis & paruis sine acceptione prædicare & ministrare sacramentum secundum gratiam & potestatem immediate à domino vel per ministros suos sibi † datam.

A NICOLAVS DE LIRA. D

lationibus agitetur. Aduertendum etiam, quòd licet Deus non assistat continuè doctoribus ecclesiæ per operationem miraculorum, quia non est necesse cum fides Catholica sit sufficienter confirmata per miracula facta in primitiua ecclesia, tamen aliquando hoc modo assistit ecclesiæ faciendo miracula aliqua ad consolationem fidelium. Assistit etiam ecclesiæ semper ipsam dirigendo per occultos instinctus spiritussancti, vt sic non deficiat fides Petri: Ad laudem & gloriam domini nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

MORALITER.

datam. Quibus promittitur assistentia domini, cùm dicitur: *Et ecce vobiscum sum, &c.* Scilicet dirigēdo sermonem ad salutem audientium & meritum vestrum.

Incipit Procemium venerabilis magistri Nicolai de Lira in Euangelium Marci.

FACIES leonis à dextris ipsorum quatuor, Ezech. 1. cap. *Secundùm quod dictum fuit in principio Euangelij secundùm Matthæum per quatuor facies quas vidit Ezechiel propheta in animali vno, designantur quatuor euangelistæ seu quatuor euangelia ab eis scripta de domino* B *nostro Iesu Christo: & sicut in facie hominis designatur euangelium Matthæi, sic in facie leonis designatur euangelium Marci, de quo dicitur verbum propositum.* Facies leonis, *&c. in quo quidem verbo circa Marci euangelium possumus quatuor notare: videlicet procedendi modum, cùm dicitur:* Facies, *Speciale subiectum, cùm dicitur,* leonis: *Ordinem vel situm, cùm dicitur:* à dextris. *Ipsius cum alijs, certum numerum, cùm dicitur* ipsorum quatuor.

Quatuor notāda circa Marci euangelium.

Circa primum considerandum, quòd licet facies sit breuis pars corporis: tamen in ea continentur omnes sensus videlicet visus, auditus: &c. sic in euangelio Marci licet sit breue respectu aliorum, tamen in eo breuiter continentur sententiæ aliorum trium euangeliorum, secundùm quod dicit Gregor super Ezech. Si quæras quid Marcus de incarnatione domini senserit, hoc nimirum quod Matthæus, Lucas & Ioannes, & ideò talis modus procedendi in quo sub quodam compendio continentur aliorum sententiæ competenter per faciem designatur: de quo potest accipi illud quod dicitur Esther. 15. d. Facies tua plena gratiarum: *quia modus procedendi ipsius sancti Marci euangelistæ, licet sit breuis vt dictum est, tamen plenus est sententiarum gratiosarum: & sic patet primum.*

Circa secundum considerandum, quòd licet Marcus de omnibus Christi factis scribat, sicut & alij: tamen specialiter versatur & immoratur circa resurrectionem & regnum Christi quod assecutus est Christus in C *sua benedicta resurrectione, secundùm quod dixit apostolis immediatè post resurrectionē suam. Matth. vlti. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Quod quidem regnum per leonem conuenienter designatur, qui est rex animalium, vt dicit Isidorus libro Etymol. 12. & ideò speciale subiectum circa quod specialiter immoratur.*

Quare euāgeliū Marci in leone designatur.

Marci euangelium designatur in nomine leonis: & hoc propter tria quæ in resurrectione Christi reperiuntur & proprietatibus leonis assimilantur. Primum est resurrectionis efficiens principium, quod in alijs hominibus est extrinsecum, sed in Christo fuit intrinsecum, secundùm quod ipse dicit Ioa. 10. d. Potestatem habeo ponendi animam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, *quia propria virtute resurrexit. Et simile huius in proprietate leonis reperitur. Dormit enim oculis apertis, secundùm quòd dicit Isido. vbi suprà. Licet autem caro Christi in sepulchro dormierit per veram mortem & animæ separationem, tamen diuinitas vtroque coniuncta vigilabat secundùm quod dicitur Can. 5. a.* Ego dormio & cor meum vigilat, *& virtute huius deitatis sic vigilantis surrexit à somno mortis, vnde potest exponi de eo quod dicitur Iere. 4. b.* Ascendit leo de cubili suo: *quia Christus qui est leo de tribu Iuda, de sepulchro ascendit virtute propria. Secundò assimilatur leoni propter tempus & modum, quia resurrectio Christi facta est post triduum: quod tamen accipitur per synecdochen, ita similiter leo natus de nouo tribus diebus dicitur dormire secundùm Isidorum vbi supra, & postea fremitu & rugitu patris excitatur: sic Christus post triduum dormitionis in sepulchro virtute Dei patris fuit excitatus à mortis somno, secundum quod dicitur Act. 3. c.* Hunc Deus suscitauit à mortuis, &c. *& ideò de hoc potest exponi illud Gen. 49. b.* Catulus leonis Iuda, *& subditur:* Requiescens accubuisti vt leo, *scilicet in sepulchro & subditur:* Quis suscitabit eum, *scilicet de somno mortis post triduum? Ad quod potest responderi, Deus pater, vt patet ex prædictis. Nec istud dictum contrariatur ei quod præmissum est, scilicet quod Christus resurrexit virtute propria, quia vna & eadem simpliciter est potestas patris & filij. Tertiò assimilatur resurrectio leoni propter assecutum imperium: quia licet Christus ante resurrectionem suam humilis & abiectus apparuerit, tamen in resurrectione dominium obtinuit: secundùm quod dicit Apostolus ad Philip. 2. a.* Humiliauit semetipsum factus E obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, &c. *Et in leone inuenitur huiusmodi similitudo, in quantum est rex animalium, vt prædictum est: & ideò nomen leonis dicitur à λεὼς Græcè quod significat regem Latinè & de hoc dicitur Apoc. 5. b.* Ecce vicit leo de tribu Iuda: *quia per suam benedictam passionem & resurrectionem subiecit sibi omnē creaturam & sic patet secundum.*

Tertiò in verbo præassumpto notatur huius euangelij situs vel ordo cū dicitur: A dextris. *In illa enim visione imaginaria Ezechieli prophetæ ostensa sic apparebat animal habens quatuor facies quod facies hominis erat in directo aspectu prophetæ, facies autem leonis in dextera parte, & bouis in sinistra, & ideò sicut euangelium Matthæi quod designatur per faciem hominis ponitur primum, ita euangelium Marci rationabiliter ponitur secundum: quia dextera pars prior est sinistra: & de hoc potest exponi quod dicitur Deuteron. 33. d.* In dextera eius ignea lex, *id est, lex euāgelica à Marco descripta quæ dicitur ignea, quia accēdit animos fidelium ad amorem cœlestium inquantum describit resurrectionem Christi, per quam introducimur ad cœlestia: quia tunc Saluator noster deuicta morte æternitatis nobis aditum reserauit, sicut dicitur in Collecta Paschæ, & in signum huius angelus resurrectionis Christi nuncius qui perennem vitam eius nunciare venerat, rectè in dextera sedebat, secundùm quod dicit beatus Gregorius Homil. 12. Et sic patet tertium.*

Quartò in verbo præassumpto describitur numerus determinatus euangeliorum cùm dicitur: Ipsorum quatuor. *Circa quod considerandum, quòd licet plura euangelia & à pluribus fuerint scripta, quatuor tamen tantum sunt approbata, secundum quod dicitur in prologo super Matthæum & hoc propter figuram sacramenti, quia iste quaternarius numerus multipliciter fuit in lege figuratus. Primò in quatuor fluminibus de paradiso exeuntibus, Gen. 2. Item in quatuor patriarchis principibus à quibus denominata est Cariatharbe, id est, ciuitas quatuor, Ge 23. quia quatuor principales patriarchæ sunt ibi sepulti cum suis vxoribus. Tertiò in quatuor circulis arcæ Testamenti, Exod. 25. Quartò in quatuor pedibus mensæ propositionis, ibidem. Quintò in quatuor cornibus altaris holocaustorum, Exod. 27. Sextò in quatuor ordinibus lapidum rationalis, Exod. 28. Septimò in quatuor deambulatorijs domus Salomonis 3. Regum 7. Octauo in quatuor ventis mortuos viuificantibus, Ezech. 37. Nono in quatuor minimis terræ, præ cæteris tamen sapientibus, Prouerbior. 30. Decimo in quatuor viris in fornace Deum laudantibus, Daniel. 3. Vndecimo in quatuor fabris cornua hæresum deijcientibus, Zach. 1. Duodecimo in quatuor quadrigis per orbem discurrentibus, Zach. 6. Tertiodecimo in quatuor animalibus oculatis antè & retro, Apoc. 4. de quibus ibidem subditur:* quod requiem non habent die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens: Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Incipit quædam introductio in hunc prologum.

A In quatuor euangelijs.

HIERONYMVS. Quatuor sunt qualitates de quibus sancta euangelia contexuntur: Præcepta, mandata, testimonia, exempla. In præceptis, iusticia: in mandatis, charitas: in testimonijs, fides: in exemplis, perfectio. Præcepta huiusmodi: *In viam gentium ne abieritis*: hoc est, diuertere à malo. Mandata, vt hoc: *Mandatū nouum do vobis, vt diligatis inuicem*: hoc est facere bonū & charitatem implere. Testimonia quæ in ore duorum vel trium testium, vt hoc: *Ioānes testimoniū perhibet de me: sed habeo testimoniū maius Ioāne: Est enim pater qui testimonium perhibet de me*. Exempla vt hoc: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*. Et: *Estote perfecti sicut & pater vester*, & alibi: *Exemplum enim dedi vobis, vt & vos ita faciatis*. De his enim Dauid: *Præceptum domini lucidum illu.* Historiam maximè præcepta continent. Et alibi: *Latum mandatum tuum nimis*: quia qui diligit proximum totam legem impleuit. Item: *Testimonia tua intellexi*. Et alibi: *Testimonium domini fidele*, quia plus fide animi quam oculis carnis testimonium indiget. Quartò. *Iudicia domini ve. iu. in se.* Vt sic scilicet sint iudiciorum nostrorum exempla iustificata, sicut in iudicijs Dei comparata habemus. Vnde idem alibi: *A iudicijs enim tuis timui. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini*. In his quatuor qualitatibus sunt timor, fides, spes, charitas. Timore namque incipimus, fide seruamus quæ incipimus: spe erigimur, charitate consummamur. *Finis enim præcepti est charitas.* Hi sunt quatuor menses, quos Christus ante messem prædixit dicēs: *Nonne quatuor menses sunt vsque ad messem*: Vt & nos per præcepta domini atque mandata, ac testimonia, & exempla maturos post iudicium metamus fructus cum gaudio: qui in lachrymis timoris semina pœnitentiæ iactauimus in terra nostros portantes charitatis manipulos cum gaudio metamus in cœlo.

(Marg.: Matt.10.a. Psal.33.c. Ioan.13.d. B Ioan 8.c. Ioan.1.b. Matt.11.d. Ibidem 5 g Ioan.13.b. Psal.18.c. C Ibi.118.m. Ibidem. Psal.18.d. Ibidem.c. D Ibid.118.p. Matth.7.a. 1.Tim.1.a. Ioan.4.c. E)

Incipit Prologus beati Hieronymi in Euangelium secundùm Marcum.

MARCVS Euangelista Dei electus & Petri in [1] baptismate filius atque in diuino sermone dis- [2] cipulus, sacerdotium in Israel agens, secun- [3] dum carnem Leuita, conuersus ad fidem Christi euangelium in Italia scripsit: osten- [4] dens in eo quid & generi suo deberet & Christo. Nam [5] [6] initium principij in voce propheticæ exclamationis insti- [7] [8] tuens, ordinem Leuiticæ electionis ostendit, vt prædicans præ- [9] [10] destinatum Ioannem filium Zachariæ in voce angeli annun- [11] ciantis emissum. Non solùm verbum carnem factum, sed & [12] [13] corpus domini in omnia per verbum diuinæ vocis anima- [14] [15] tum in initio euangelicæ prædicationis ostenderet: vt qui hæc [16]

(Interlinear glosses: ¶ Confirmationem. — a ¶ Quæ est de Ioanne Baptista, qui est de genere Marci, quia de tribu Leuitica, & ita ostendit Marcus quid debeat generi suo. — ¶ Id est, dignitatis. — a ¶ Id est, sola gratia Dei creatum. — ¶ Id est, ad hoc emissum, vt esset vox & angelus annuncians, quę notantur in illis duabus autoritatibus Vox clamantis: Et, Ecce ego mittam. — ¶ Ecclesiam. — a ¶ Id est, prædicationem filij Dei. — ¶ Quod ostendit ibi ante faciem tuam:, & ante te, scilicet hominem, & hoc est quod Christo debet. — b ¶ Ioannis. — a ¶ Id est, charismatum impletum donis. — b ¶ Hoc ibi, Qui præparabit viam tuam. Et ibi, Parate viam domini, rectas facite semitas. Et hoc item debet Christo.)

HIERONIMVS. Marcus Euangelista Dei, Petri discipulus, Leuiticus genere & sacerdos, in Italia hoc scripsit euangelium primus Alexandriæ episcopus, cuius per singula opus euangelij dicta scire, & in se disponere: & disciplinam in se legis agnoscere, & diuinam domini in carne intelligere naturam. Qui seminat post Matthæum, qui fremit vt leo, qui volat vt aquila, qui discit vt homo, qui immolat vt sacerdos, qui irrigat vt flumen, qui florescit vt ager, qui feruet

(Marg.: F In prolog.)

Sequitur postil. venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra in prologum Euangelij beati Marci.

Diuisio. MArcus Euangelista. *Euangelio Marci beatus Hieronymus præmittit prologum istum, qui diuiditur in tres partes, quia primò Hieronymus ostendit scriptoris autoritatem: secundo scribendi modum & ordinem, ibi:* Nam initium principij: *Tertio, ordinis rationem, ibi:* Denique. *Circa primum ostenditur autoritas beati Marci scriptoris huius euangelij: primò, quantùm ad officium post eius conuersionem ad fidem Catholicam, cùm dicitur:*

1 Marcus euangelista Dei electus. *Ad officium enim scribendi euangelium fuit à Deo electus & assumptus: secundo, quantùm ad eruditionem in fide Catholica pleniorem, cùm dicitur:*

2 Et Petri in baptismate filius, atque in diuino sermone discipulus. *Ex hoc enim, quod fuit filius spiritualis beati Petri fuit ei magis familiaris: & per consequens specialius ab eo eruditus de factis & doctrina Christi, secundùm quod Petrus viderat in Christo, & audierat ab ipso: propter quod certiùs poterat scribere euangelium à Petro auditum, quàm cæteri discipuli eius: Tertio ostenditur eius autoritas ex statu quem habuit ante conuersionem, cum subditur:*

3 Sacerdotium in Israel agens. *Quia ad Sacerdotes & Leuitas pertinebat [ve]re præ cæteris scripturas veteris Testamenti, quæ de Christo testimonium perhibent.*

4 In Italia scripsit. *Vbi tunc vigebat studium quod à Græcia fuerat Romam translatum, & in eadem ciuitate Marcus rogatus à fratribus scripsit istud euangelium, vt dicit Hieronym. in libro illustrium virorum: & ex solemnitate loci scriptoris ostenditur autoritas: quia in talibus locis non solent scribere nisi homines authentici.*

5 Ostendens in eo. *Sacerdotes enim Leuitici, qui debent intelligere scripturas prophetarum testimonium de Christo perhibentium ex hoc redduntur magis idonei ad scribendum euangelium.*

6 Et Christo. *Quia licet breuiter scripserit euangelium, tamen sufficienter Christo reddidit debitum eius euangelium completè scribendo.*

7 Nam initium. *Hic consequenter ostendit Hieronymus scripturæ ipsius Marci ordinem. Circa quod sciendum, quòd Marcus in principio sui euangelij ponit quandam præfationem vsque ad illum locum:* Fuit in deserto Ioannes, *vbi præmissa præfatione incepit narrationem. Primo ergo ostendit Hieronymus ordinem scripturæ Marci quantum ad præfationem seu prologum. Secundò, quantum ad narrationem seu tractatum, ibi:* Denique cum perfecti. *Circa primum sciendum, quòd Marcus in præfatione sui euangelij ponit duas prophetias. Prima habetur Malach.3.a.* Ecce ego mitto angelum meum, *& loquitur de aduentu Christi in mundo: ad quem denunciandum præmissus est Ioannes Baptista in hac prophetia designatus per angelum. Angelus enim interpretatur nuncius. Secunda habetur Isa.40.* Vox clamantis in deserto, parate viam domini. *Et loquitur de Aduentu Christi in corde humano per fidem & deuotionem, & de istis duobus ostendit hîc Hieronymus: licet obscurè quod contineantur in præfatione ipsius Marci euangelistæ, cùm dicitur:* Nam initium prin. *id est, initiale principium, seu prologum à quo incipit suum euangelium.*

(Marg.: Diuisio.)

8 In voce propheticæ exclamationis instituens. *Quia prologum suum inchoat à prophetijs: vt dictum est.*

9 Ordinem Leuiticæ electionis ostendit. *Id est, suæ electionis ad scribendum euangelium ostendit ordinem per hoc quòd à principio sui operis allegat prophetias, quarum intellectum sacerdotes Leuitici generis, de quibus fuerant, debebant habere.*

10 Vt prædicans Ioannem prædestinatum. *Id est, à Deo preordinatum.*

11 Emissum in voce angeli. *Id est, significatum nomine angeli vt dictum est.*

12 Annunciantis. *Scilicet Ioannis.*

13 Non solum verbum carnem factum. *Id est, aduentum Christi in carnem, per quàm in mundo visibilis apparuit.*

14 Sed & corpus do. *Id est, ecclesiam seu congregationem fidelium quæ est corpus Christi mysticum.*

15 In omnia per verbum diuinæ anim. *Id est, viuificatum: quia sicut anima viuificat corpus vita naturæ, ita verbum diuinum quod est Dei filius veniens in mentibus hominum, viuificat eos vita gratiæ: & vtrumque, aduentum Christi, scilicet in carnem & in mentem denunciauit Ioannes Baptista per suam prædicationem. Et quia ista prædicatio Ioannis fuit ordinata ad eruditionem fidelium, ideo subditur:*

16 Vt qui hæc le. *Id est, animaduerteret.*

Cui initium

qui feruet vt vinum. A Christus enim de quo loquitur: vt homo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ascendendo.

HIERONIMVS. Marcum penè intactum, maiores nostri prætereunt, quia penè eadē quæ Matthæus narrat, licet quibusdam distinctis testimoniis, vt alterius ala alam alterius tangat animalis, & rota rotam eadem via sequatur, & versis adinuicēm vultibus sese animalia contueantur, In primo canone Marcus cum Matthæo Lucáque comitatur & Ioanne. In secundo cum Matthæo & Luca. In quarto cum Matthæo & Ioanne. In sexto canone comitatur semper cum Matthæo, vt duo annuli in vno vecte, id est, in quadraginta nouem capitulis. In octauo canone cum Luca comitatur in tredecim capitulis. In proprijs verò quæ maximè vtcunque explanare dispono, decem & octo incedit spaciatim capitulis, quæ simul omnia ducenta triginta tria sunt capitula, Marcus, excelsus mandato: Lucas, iste consurgens vel ipse eleuans.

BEDA. Marcus Petri discipulus rogatu Roma-

Legere.

Marcus quare euangelium scripserit.

a ¶ Ioanni. b ¶ Principium carnis. c ¶ In virtute domini & operatione.
legens sciret cui initium carnis in domino, & Iesu aduenien- 1
a ¶ Se esse habitaculum. b ¶ Vt in se inueniret illa caro. c ¶ Filium Dei. 2
tis habitaculum caro deberet agnoscere: atque in se verbum 3
¶ Ioannis. ¶ Id est, Adam & Eua & diabolo. a ¶ Illa caro. b ¶ Id est recuperet in Christo. 4
vocis quod in consonantibus perdiderat inueniret. Denique 5 6
cùm perfecti euangelij opus intrans, & à baptismo domini 7
prædicare Deum inchoans, non laborauit natiuitatem car- 8 9
a ¶ Id est, Matthęo, pluralis pro singulari, vel quia plures ante eum scripserunt.
nis, quam in prioribus viderat dicere, sed totius exprimens 10
a ¶ Non numerum ieiunij, sed ieiunij numerum quod quasi subest numero pro mysterio numeri. 11
expositionem deserti, ieiunium numeri, tentationem diabo- 12
li, congregationem bestiarum, & mysterium protulit ange- 13 14
lorum: vt instituens nos ad intelligendum singula in breui 15
a ¶ Id est, Matthæi dicta destrueret. 16
compingens, ne authoritatem factę rei demeret, & perficiendi 17
a ¶ Id est, prætermissum ab eo suppleret. 18
operis plenitudinem non negaret. Denique amputasse sibi post 19
fidem pollicē dicitur, vt sacerdotio reprobus haberetur: sed tā- 20 21
¶ Fidelibus volentibus ipsum pastorem.
tum consentiens fidei prædestinata potuit electio, vt nec sic in 22 23
opere verbi perderet, quod prius meruerat in genere. Nā A- 24 25

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cui initium carnis in domino. *Id est, in Christum, cuius caro non habuit principium ex viro: quia non de semine virili natus est, sed virtute spiritussancti illa caro sanctissima fuit formata.*

2 Et Iesu aduenien. ha. *In id est mentem humanam quę est habitaculum ipsius Iesu venientis in mentem, vt dictum est.*

3 Caro debe. agno. *Id est, homo qui in sacra scriptura vocatur caro. Isa. 40. b.* Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri: *quia per prologum Marci euangelistę homo legens debet cognoscere vtrumque aduentum Christi, scilicet in carnem & in mentem.*

4 Atque in se verbum vo. *Id est, Dei filium per Ioannem, qui vocatur vox verbi, secundùm quod habetur Ioan. 1. c.* Ego vox clamantis in deserto, *annunciatum.*

5 Quod in conso. perdi. *Id est, in primis parentibus suasioni serpentis consentientibus in quibus genus humanum perdidit verbum Dei mentes viuificans vita gratia.*

6 Inueni. *Per fidem verbi incarnati quam predicauit Ioannes prout traditur in euangelio Marci. Aliter exponitur ab aliquibus ab illo loco:* Caro debet cognoscere. *Id est, pater carnalis Ioannis baptistæ, scilicet Zacharias deberet agnoscere, quòd angelus ei apparens verum sibi annunciauerat, quia propter dubium verbi eius factus est mutus.*

Atque in se v. vo. *Id est, loquelam articulatam.* Quod in conso. per. *Quia licet muti possint sonare vocales saltem aliquas non tamen cum eis possunt sonare consonantes.* Inueniret: *quia Zacharias in natiuitate filij firmiter credendo recuperauit loquelam, quam perdiderat verbis angeli discredendo.*

7 Denique cum perfecti euangelij, &c. *Hic consequenter ostendit ordinem scripturæ Marci quantum ad narrationem seu tractatum sui euangelij, ostendens eum ordinatè scripsisse per hoc quod aliqua omisit: eo quod sufficienter erant à Matthæo expressa, aliqua etiam ab eodem Matthęo dicta breuiter tetigit, vt vitaret prolixitatem & verborum Matthæi ostenderet firmitatem: quia in ore duorum vel triū testiū stat omne verbum. Et in hoc etiam, quòd aliqua addicit Matthęi dicta ad perfectam euangelij descriptionem, & hoc est quod dicitur:* Denique cum perfecti, &c. *Id est, narrationem euangelij incipiens. Et dicit perfecti euangelij: quia lex Mosaica licet esset bona, tamen fuit imperfecta: quia populo rudi et imperfecto fuit data: ideò dicitur Heb. 7. c.* Nihil perfectum adduxit lex. *sed euangelium imperfectionem legis suppleuit. Vel aliter dicitur,* Perfe. euan. *vt continuetur litera cum hoc quod sequitur:*

Matt. 18. b. Deut. 17. b.

8 A baptismo inchoans. *Quia Christus tempore prædicationis suæ incœperat 30. suæ ętatis annum, vt habetur Luc. 3. quod est tempus ętatis perfectę, & secundùm hoc potest dici.* Per euangelij opus in, &c. *Eo quòd incipit narrationem euangelij sui à baptismo Christi, quo tempore in ętate fuit perfecta.*

9 Non laborauit natiuitatem carnis, *Scilicet Christi.*

10 Quam in prio. vi. *Scilicet dictis Matthęi ad vitandum superfluitatem.*

11 Sed to. ex. *Id est, quomodo post baptismum immediatè intrauit desertum ibi habitando.*

12 Ieiunium nu. *Scilicet 40. dierum, qui numerus est mysticus, eò quòd consurgit ex denario, per quaternarium ducto: in quo significatur quòd impletio decalogi in fide verbi incarnati in quaternario euangeliorum descripti ducit ad vitam beatam, secundùm quod dicit Saluator Matthęi. 19. c.* Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

13 Tentationem diaboli. *Quæ plenius describitur Mat. 4.*

14 Congregationem bestiarum & mysterium protulit ange. *Vt ostenderet quòd animalia irrationabilia & creaturę intellectuales cœlestes obediant ei.*

15 Vt institu. nos, &c. *Ad hoc prædicta breuiter tetigit vt instrueret nos.*

16 Ad intelligen. *Quòd eadem latiùs dicta à Matthæo vera essent, ideò subditur.*

17 Ne autoritatem factæ rei. *Id est, euangelij descripti à Matthæo.*

18 Demeret. *Sed magis adderet & confirmaret.*

19 Et perficiendi operis. *Addendo aliqua his quæ à Matthęo fuerant prædicta.*

Diuisio

20 Denique amputasse. *Hic consequenter ostendit prædicti ordinis rationem, licet enim spiritussanctus principaliter causa fuerit huius ordinatæ descriptionis, Marcus tamen fuit causa instrumentalis, & ex parte eius hic assignatur dicti ordinis causa: Et primò ex eius humilitate, secundò ex studiositate, ibi:* Cuius per singula. *Circa primum sciendum, quòd sapientis est ordinare se & ordinatè scribere. Humilitas autem maximè disponit ad sapientiam diuinam, secundùm quod dicitur Prouer. 11.* Vbi humilitas, ibi sapientia, *& ideo ostenditur Marci humilitas cùm dicitur:* Denique amputasse sibi post fidem pol. dicitur, vt sa. repro. habe. *Ex humilitate enim reputabat sese indignum, & ideo reformidabat ascendere tantum gradum.*

Quare Marcus sibi pollicem amputauerit.

21 Sed tantum consentiens fidei prædestinata po. *Id est, diuina ordinatio quæ ita potens est quòd ei nullus potest resistere.*

22 Consentiens fidei. *Id est, condescendens deuotioni fidelium, qui desiderabant eum habere episcopum, fecit aliter ipsum promouendo, licet ex humilitate refugeret, ideò subditur:*

23 Vt nec sic in opere ver. perderet. *Id est, in prędicatione, quod est opus episcopi, vnde Act. 7. Apostoli quorum successores sunt episcopi vt habetur in decretis dist. 21. ca. in nouo Testamento, administrationem temporalium septem diaconibus commiserunt, vt operi prædicationis liberius vacarent.*

24 Quod prius meruerat in genere. *Fuit enim de tribu Leui, ad quam spectabat sacerdotium.*

25 Nam Alexandriæ episcopus fuit. *Non obstante, quòd amputasset sibi pollicem. Non enim dicitur quòd amputauerit sibi totum pollicem: sed fortè aliquam partem per quam non impediebatur à congregando. Et simile legitur factum in libro qui dicitur Paradisus de Antonio Anachorita, quem cum quidam ciues vellent rapere & constituere sibi episcopum ferro secuit sibi aurem sinistram, dicens: Lex diuina inbet nullum aure pręcisa optari in episcopum, quod cum Theophilo episcopo hoc dictum fuisset, respondit: à Iudæis lex ista seruatur: Ego autem si dederitis mihi aliquem auribus truncatum sed moribus probum non dubito eum episcopum facere: hoc tamen modo non obseruatur.*

Antonius Anachorita quare sibi aurem amputauerit.

Cuius per

Romanorum euangelium scripsit, vt quod Petrus verbo prædicauerat, conseruaretur in perpetuum literarum memoria. Primò, expulsio dæmonis in synagoga ab homine. Secundò, liberatio socrus Simonis à febre. Tertiò, leprosum mundauit. Quartò, paralyticum curauit. Quintò, in synagoga manum aridam curauit. Sextò, dæmoniacum à legione possessum liberauit. Septimò, fluxum sanguinis tactus à muliere restrinxit. Octauò, filiam Iairi in domo suscitauit. Nonò, quinq; panibus quinque milia hominum satiauit. Decimò, à filia Syrophænissæ dæmonium expulit. Vndecimo, surdi & muti hominis aures & linguam aperuit. Duodecimò, cæcum extra vicum Bethsaidæ illuminauit. Tredecimò, quatuor milia septem panibus saturauit. Quartodecimò hominem à surdo & muto spiritu (quod discipuli nequibant) liberauit.

(Math. 8.6. Ibidem a. Ibidem 2.a Ibidem 3.a Math. 9.c. Lucæ 8.f. Ibidem 6.e Ibidem 7.c Ibidem c. Ibidem t.c Math. 15.d. Ibidem 9.c)

lexandriæ episcopus fuit. Cuius per singula opus fuit scire [1] euangelij in se dicta disponere, [2] & disciplinam in se legis agnoscere [3], & diuinam in carne domini intelligere naturam. [4]

¶ Vt prius faciamus opera bona, post doceamus.

Quæ in nos primum oportet requiri: [5] dehinc inquisita volumus agnosci [6], habentes mercedem [a ¶ Bonæ exhortationi.] exhortationis, [7] † quoniam [¶ Tantum.] qui plantat, [8] & qui rigat [9] vnum sunt, qui autem incrementum præstat. Deus est.

(† 1 Cor. 3.b)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cuius per singula opus. *Hic consequenter redditur ratio ex studiositate. Homines enim studiosi magis possunt cogitata ordinare & ordinatiùs scribere. Marcus autem fuit valde studiosus, secundùm quod dicitur hic:* Cuius per singula opus fuit sci. *Scilicet prophetias de Christo prenunciatas.*

2 Euangelij in se dicta disponere. *Non solùm intelligendo, sed etiam operando.*

3 Et disciplinam in se leg. agno. *Non solùm literaliter intelligendo, sed etiam spiritualiter.*

4 Et diuinam in car. domini intellig. natur. *Quantum ad distinctionem naturarum, vt suppositi vnitatem: Et quonia vitam & doctrinam beati Marci debemus imitari, ideò concludit Hieronymus.*

5 Quæ in nos pri. opor. requi. *Doctrinam beati Marci imitando.*

6 Dehinc inquisita volumus agnosci. *Suple ab alijs, quia perfectionem quam aliquis habet, debet alijs tradere, secundum illud* 1. *Petri.* 3. *b.* Vnusquisque prout accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, quia hoc cedit ad magnum meritum, *vnde subditur.*

7 Habentes mercedem, &c. *Sed quia iste labor sine Dei adiutorio non proficit, ideò subditur.*

8 Qui plantat. *Primò erudiendo.*

9 Et qui rigat, &c. *Illam eruditionem fouendo & nutriendo, vnde dicit Apostolus* 1. *Corinth.* 3. *b.* Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, *qui est benedictus in sæcula sæculorum: Amen.*

(Questio. An liceat mutilare seipsum.)

Occasione cuiusdam dicti in hoc prologo potest quæri, vtrum licitum sit alicui seipsũ mutilare: Et arguitur quod sic, quia beatus Marcus amputauit sibi pollicem (vt dictum est) nec tamen ex hoc reprobatur. Item occidere seipsum peius est quam mutilare. Samson autem seipsum interfecit, vt habetur Iudi. 11. *g. Et tamen numeratur inter sanctos, vt habetur Hebr.* 11. *f. Item Razias seipsum interfecit, vt habetur* 2. *Machab.* 14. *g. Et tamen scriptura videtur ex hoc ipsum commendare: quia ibidem dicitur,* eligens nobiliter potius mori, quàm subditus fieri peccatoribus. *Item minus bonũ est contemnendũ propter conseruationem maioris boni, sicut ad conseruationẽ vitæ aliquis proiicit merces in mari: sed virtus castitatis est maius bonum quàm membrum corporale: ergo licitè potest sibi quis abscindere virilia propter conseruationem castitatis. Contrarium arguitur per illud quod habetur in Decretis dis.* 55. *cap. Siquis amputauit sibi virilia, clericus non fiat, quia homicida sui est. Responsio. quælibet pars corporis ordinatur ad totum, & ideo de ipso ordinandum est, prout respicit bonum totius corporis, & vlterius prout respicit bonum hominis & communitatis: quia sicut pars corporis ordinatur ad totum corpus, sic corpus ad hominem, cuius est pars & vnus homo ad totam communitatem. Ergo si membrum aliquod sit noxium corpori, vtpotè, quia propter aliquam ægritudinem aliorum membrorum corruptiuum, licitè potest abscindi, ne inficiat alia membra: & hoc ab eo cuius est si habeat artem medicandi, vel ab alio de voluntate eius: quia cuilibet est commissa cura salutis sui corporis: sicut etiam homicida vel raptor per iudicem licitè occiditur, & à communitate hominum abscinditur, inquantum eius vita esset in nocumentum communitatis: quia iudicibus committitur cura salutis communitatis. Si autem membrum sit sanum, tunc regulariter non est licitum alicui seipsum mutilare. Primo quia homo naturaliter amat seipsum, & per consequens omnia quæ sunt de integritate ipsius. Et ideo mutilare seipsum est agere contra charitatem, quàm quilibet tenetur habere ad seipsum. Item homo singularis est pars communitatis, & ideo inferre sibi nocumentum per mutilationem, est agere contra commune bonum Item Deus est institutor naturę instituendo membra in corpore: & ideo mutilans seipsum agit contra Deum: in casu tamen licitum est, videlicet ex præcepto Dei occulto, quod alio modo vocatur instinctus spiritussancti: quia Deus est author naturæ & dominus vitę & mortis humanæ, & per consequens omnium membrorum: & ideo si præcipiat homini auferri sibi vitam vel membrum aliquod, non solùm licitum, sed etiam debitum est hoc fieri: & hoc modo dicit Aug.* 1. *de ciui. Dei, quod Samson interfecit seipsum cum Philistæis: Quod probat ex hoc quod dominus ad hoc agendum restituit sibi miraculosè pristinam fortitudinem; vnde dicit ibidem Aug. quod ille hoc latenter iusserat fieri, qui per ipsum miracula faciebat. Et hoc etiam modo dicit: Aug. de quibusdam sanctis mulieribus, quę tempore persecutionis seipsas occiderunt, de quibus ecclesia memoriam facit. Iudæi vero & aliqui Christiani in hoc ipsos sequentes dicunt, quod etiam sine tali præcepto diuino vel instinctu licitum est alicui se occidere vel mutilare in casu, scilicet quando videt rationе sua vitę vel alicuius membri imminere sibi ludibrium in contemptum Dei: quia debet negligere vitam propriam, multo fortius aliquam partem sui corporis: sed ad præcauendum contemptum honoris diuini: & hoc modo dicunt quod Samson interfecit seipsum, cõsiderans quod Philistæi exercebant in eo ludibrium ad laudẽ idolorum suorũ, & in diuinum contemptum, & Razias vt habetur.* 2. *Machab.* 14. *Et eodem modo quędam mulieres sanctę legantur sibi nares amputasse ne ab infidelibus exerceretur luxuria in corporibus earum in contemptum diuinum. Sed istud dictum videtur esse expressè contra dictũ Saluatoris Ioannis. vlt. f. dicentis Petro:* Cũ esses iunior cingebas te & ãbulabas vbi volebas: cùm autẽ senueris extẽdes manus tuas, & alius te cinget & ducet quò tu nõ vis. *Et subditur:* Hoc autẽ dixit significãs qua morte clarificaturus esset Deũ: *Super quem locũ dicit Augustinus quod hic satis expressit non à seipso sed ab alio debere occidi qui vestigia sequitur Christi. Et eodem modo dicendum de mutilatione. Ratio etiam quæ inducitur pro opposito non valet: quia licet intentio infidelium sit exercere ludibrium in sanctis ad Dei contemptum: tamen ex diuina ordinatione quę ex malis elicit bona, ordinatur ad Dei gloriam, & meritum electorũ: Quod patet in martyribus, qui quanto maiora ludibria & magis exquisita tormenta sustinuerunt, tanto gloriosius de tyrannis triumphauerunt ad tyrranorum confusionem & proprium meritum & Dei gloriam qui in martyribus triumphabat. Ex dictis patet ad primum argumentum, quod Marcus creditur sibi amputasse pollicem instinctu spiritussancti. Et eodem modo dicendum ad secundum & tertium. Ad quartum dicendum, quod non est licitum sibi amputare virilia propter obseruantiam castitatis: Tum quia hoc non est efficax remedium: Tum quia per hoc non abscinduntur concupiscentię interiores: Tum quia per aliam viam habetur melius remedium, videlicet per conatum liberi arbitrij resistendo tentationibus cum adiutorio Dei, secundum illud.* 1. *Cor.* 10. *c.* Fidelis Deus est qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentũ, vt possitis sustinere.

(Seipsos occidentes nonnulli quomodo excusatur.)

ADDITIO.

Marci in prologo secundo, *vbi dicitur in postilla:* Ratio etiam quæ inducitur pro opposito.

Hæc ratio est valida & consona autoritatibus sanctorum in postilla allegatis: licet postillator eam reiicere videatur. 1. *Reg.* 31. *vbi videtur tenere cum Hebræis & aliis minus bene sentientibus, qui asseruerũt quod Saul posset excusari ab occisione sui, eo quod timebat ne in ipsum, qui erat principalis in populo, fierent ludibria in contemptum Dei: quam assertionem seu opinionem ibidem recitat tanquam veram vel saltem tolerabilem: quę manifestè contrariatur his quæ in hoc loco tenet, quæ manifestè sunt vera: prout patet legenti ea quæ hic & alibi à postillatore ponuntur, &c.*

REPLIC. *In prologo circa euangelium sancti Marci postillator mouet quęstionem. An sit licitum cuiquam seipsum mutilare. Et respondet quod non: nisi interueniat instinctus diuinus: Et addit quod Iudæi & quidam Christiani in hoc eos sequentes dicunt quod licitum sit non solum*

A non solum se mutilare, verumetiam occidere sine tali instinctu, ad præcauendum ludibrium & contemptum honoris diuini Sed illum modum dicendi reprobat postillator: & excludit rationem eius, quia ludibria & tales contemptus Deus scit couertere in bonum patientis, &c. Hic putat Burg. Postil. velle inuoluere in contradictorijs commendans illum modum dicendi hic. Sed dicit eum sentire oppositum illius 1. Reg. vlti. Sed diligenter perlegenti quod postilla. sentit de Saul & alijs se interficientibus, patet quod Burg. ei falsum imponit. Postil. enim opinionem Hebræorum & aliquorum Latinorum ibi recitat: sed finaliter in hoc residet quod beatus Aug. 1. de ciuit. nullam personam excusat sese occidentem, nisi interuenerit diuinus instinctus. Ita de Saul dici potest, si via alia non sufficiunt. Vnde patet Burgen. frustrà Postillatorem notasse. D

CAP. I.

a INitium euangelij. ISIDORVS. Euangelium bona annunciatio, quod propriè ad regnum Dei & remissionem peccatorum pertinet. Vnde, *Pœnitemini & credite euangelio: & appropinquabit regnum cœlorum*.

HIERONYMVS. Quatuor euangelia vnum sunt, & vnum quatuor. Itaque & Marci liber dicitur euangelium, & similiter aliorum: quia vnum omnia, & omnia vnum.

B b *Iesu Chri*. HIERONYMVS. Iesus Hebraicè, Sother Græcè, Saluator Latinè, Christus Græcè, Messias Hebraicè, vnctus Latinè, id est, rex sacerdos: dicitur de genere Dauid regis, & Leuitico.

c *Filij Dei*. BEDA. Matthæus dicit, *filij Dauid filij Abraham*. Marcus dicit, *filij Dei*, vt paulatim à minoribus ad maiora surgamus. Et Matthæus qui humanam C generationem scribit, conuenienter eum filium hominis dixit. Marcus autem qui suum librum ab initio euangelicæ prædicationis inchoat, conuenienter eum filium Dei apppellat. Euangelium enim solius Dei est. Vbi notandum, quòd euangelistæ vno spiritu scripserunt, sed diuersum sibi scribendi & initium & finem statuerunt. Matthæus, à natiuitate incipit, in resurrectione finit. Marcus ab initio prædicationis Christi vsque ad ascensionem & discipulorum prædicationem peruenit. Lucas, à natiuitate Ioannis vsque ad ascensionem domini, cùm discipuli in Ierusalem expectant aduentum spiritussancti. Ioannes ab æternitate verbi Dei inchoat, in resurrectione domini consummat.

Matth. 1. a.

Incipit Euangelium secundum Marcum.



CAPVT I.

¶ Saluatoris. ¶ Vncti.

1 2 INITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptũ est † in Isaia propheta. † Ecce ego mittò angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam 3 4 5

a Spiritus ad patrem de filio per Malachiam; vel vox patris ad filium de Ioanne. b ¶ Ioannem. ¶ Angelus nuncius, qui nunciat de Christo: Qui post me venit ante me factus est.

d *Sicut script*. Marcus prophetarum testimonia præmittit quibus hæc vetera & non noua, sed à prophetis præscita & prædicta asserit, in quo & Iudæos qui legem & prophetas susceperant ad euangelium E inuitat: & Gentiles qui euangelium tenebant ad venerationem legis & prophetarum prouocat, ne quis iuxtà hæreticos alterum sine altero suscipiat.

e *Ecce mitt*. BEDA. Angelus dicitur Ioannes non societate naturæ, vt mentitur Origenes, sed officij dignitate: Sicut & sacerdotes, de quibus dicitur: *Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem exquirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est*. F

Malac. 2. b.

BEDA. Nota quod hoc testimonium: *Ecce e. mit. an. &c.* Malachiæ est, vtrumque tamen dicit Isaiæ esse, quia etsi verba, sensus tamen inuenitur in Isaia, & manifestius in hoc versu: *Vox cla. in des*. Angelus enim qui mittitur ante fa. d. est vox clamantis in deserto præparat autem viam dicens: *Parate viam dom. &c.* Potuit autem pro Malachia Isaiæ nomen diuinitus occurrere, nec voluit Marcus emen-

Malac. 3. a. † in prophetis.

† Mala. 3. a. Matt. 11. b. Lucæ 7. d.

Incipit Postilla Venerabilis Magistri Fratris Nicolai de Lira in Euangelium Marci.

CAP. I.

Diuisio.

INitium Euangelij Iesu Christi. *Euangelium secundum Marcum in duas partes diuiditur, scilicet in prologum & tractatum, secunda ibi:* Fuit in deserto Ioannes. *Sicut patet ex prædictis Marcus breuitati studuit in scribendo, & ego similiter intendo breuitati studere ipsum exponendo, ea quæ repetit dicta in Matthæo omittendo, & ad expositionem ibi positam remittendo, maximè vbi esset immorandum*, Dicit ergo.

1 Initium euangelij: *Euangelium idem est quod bona annunciatio, quia ibi annunciatur inenarrabile bonum, quod ab antiquis patribus fuit summè desideratum, secundũ quòd dicit Saluator Luca* 10. d. Multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ vos auditis, & non audierunt.

2 Iesu. *Id est, Saluatoris*.

3 Christi. *Id est, vncti: quia est rex & sacerdos: quibus in lege debebatur vnctio*.

4 Filij Dei. *Matthæus autem in principio sui euangelij dicit:* Filij Dauid, filij Abraham, *quia eius genealogiam secundum humanã naturam enarrare volebat, vt patet in principio euangelij sui. Marcus verò illam tanquam sufficienter enarratam dimittens, vocat eum filiũ Dei scilicet naturalem, non adoptiuum, diuinam naturam (in qua est idem patri) ostendens. Sciendum etiam, quod Marcus ante conuersionem ad fidem, erat instructus in lege & prophetis de Christo testimonium perhibentibus, & ideo à prophetis de Christo incipit suum euangelium: sub vno contextu duas prophetias coniungens: Quarum prima scribitur Malach. 3. Secunda Isa. 40. quarum intellectus patet ex prædictis in prologo: veruntamen Marcus hic solum exprimit Isaiam prophetam dicens:*

5 Sicut scri. *Quia licet ambo prophetæ vno spiritu prophetauerint, Isaias tamen principalior est altero: ideo solus nominatur. Et quia auto-*

MORALITER.

1 *Initium euangelij Iesu Christi filij Dei sicut scriptum est in Isa. &c.* Per hoc quòd Marcus Euangelium à verbis propheticis inchoauit, prædicatorem Euangelij sermonem incipere à sacra scriptu-

emendare, quia omnes prophetæ vno spiritu loquuti sunt quasi vno ore.

a *Clamantis*. ISIDORVS. Ad Iudæos surdos propter peccata longè positos, indignationis clamore dignos.

b *In des.* In deserto fit vox & clamor: quia deserta domus Iudæa vacans scopata sine spiritu Dei, propheta, rege, sacerdote. Vnde Iesus & Ioãnes quærũt quod in deserto amissum est. Vbi vicit diabolus, ibi vincitur: vbi cecidit homo, ibi resurgit.

c *Parate*. ISIDORVS. Pœnitentiam agite & prædicate. Vnde Parasceue ante sabbatum dicitur, Id est: pœnitentia ante requiem. Hinc & initium prædicationis Ioannis & Christi: *Pœnitentiam agite, &c.* quia in die septima requieuit Deus ab omnibus operibus suis. Necesse enim nobis septem vitia tanquam septem gentes delere per pœnitentiam, vt possideamus quieti terram desiderabilem.

d *Viam domini*. HIERONYMVS. Via domini qua ad homines ingreditur, pœnitentia est, per quam ad nos Deus descendit, & nos ad illum ascendimus. Vnde angeli ascendentes descendentésque memorantur super filium hominis.

e *Rectas fa. sem.* ISIDORVS. Præcipit, vt regia via euntes, proximos diligamus vt nos, & nos vt proximos. Qui se diligit & non proximum, ad dexteram declinat. Qui proximum non se, ad sinistram. Multi bene agunt, & non corrigunt, vt Eli. Alij corrigunt sed non bene agunt, vt Scribæ & Pharisæi, qui sedebant super cathedram Moysi. Hinc os turturis ad ascellas in lege retorqueri iubetur, vt non separetur os ab opere, nec opus ab ore.

Semitæ post viam, quia mandata moralia post pœnitentiam secundum Marcum vel Matthæum explanantur. Paratur via per fidem & baptismum & pœnitentiam.

Rectæ semitæ per austera indicia vestis, zonæ, cibi, potus, vocis humillimæ. Vnde:

f *Ioannes*. ISIDORVS. Gratia Dei. A gratia Dei incipit, vnde sequitur.

g *Baptiz. &c.* Per baptismum peccata dimittuntur: vnde: Quod *gratis accepistis, gratis date*. Et Apostolus: *Gratia saluati estis.*

Baptizans, &c. HIERONYMVS. Baptismum pœnitentiæ dedit, baptismum in remissionem peccatorum prædicauit, tamen non dedit. Sicut prædicatione sua Christi prædicationem præcurrit, sic baptismo pœnitentiæ baptismum remissionis. Quod consummatur per sponsum, initiatur per paranymphum. Vnde cathecumeni, id est, instructi incipiunt per sacerdotem, chrismãtur per episopum. Nunc per amicum sponsi inducitur sponsa, vt Rebecca Isaac, per puerum pallio albo velata.

✠ IDEM. Vt enim antè præcursor domini, sic & baptisma eius prœmium Christi baptismatis fuit. *Quia de terra est*, aiebat, *terrena loquitur: At qui de supernis venit, super omnes est.*

✠ AVGVSTINVS. Baptizatos à Paulo eos qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, legimus in actibus Apostolorum, nõ ob aliud, nisi quia Ioannis baptismus nõ fuerat baptismus Christi.

✠ IDEM. Non renascebantur qui baptismate Ioannis baptizabantur à quo & Christus baptizatus est: sed quædam præcursorio illius ministerio, qui dicebat *parate viam domino.*

✠ IDEM. Ita credo baptizasse Ioannem in aqua pœnitentiæ, in remissionem peccatorum, vt ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, reipsa verò in domini baptismo id fiebat: sicut resurrectio quæ expectatur in finem, spe in nobis facta est, sicut dicit Apostolus.

✠ DAMASCEN. Hoc Ioannis baptisma elementarium erat & rudimentarium, eósque qui baptizabantur ad pœnitentiam ducens, vt Christi fidem posteà amplecterentur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Discis hinc Ioannem præcursoris tantum personam sustinuisse, hoc est, viam ad cœleste illud donum, quod est peccatorum remissio, docendo & prædicando ita nominasse, vt tamen illud non impartiret. Nec mirum. Siquidem munus illius non erat expiare aut sanctificare, sed eorum animas, qui vniuersorum Deum suscepturi erant, ad eiusmodi munditiem disponere & præparare. Pœnitentiæ itaque baptisma quod prædicabat Ioannes, ad sanctitatem internámque animi munditiem disponebat: perfectam verò sanitatem, vt baptisma Christi nequaquam præstabat. Hæc enim sanitas contingit per gratiam, qua Ioannis Baptisma destituebatur.

✠ BEDA. Baptismus Ioannis in remissionem peccatorum dari non potuit. Remissio enim peccatorum in solo baptismate Christi tribuitur.

In Iorda. HIERON. Iordanis aliena descensio, vbi peccata absoluuntur. Arca enim per eum in terram alienam transiuit, & media parte in mare fluente, altera ad montis formam erigitur. Sic nos olim alienati à Deo per baptismum humiliati erigimur ad alta, Quia *qui se humiliat, exal.* Pars quæ fluit in mare amaricatur, quia arca Dei, id est, corpus Christi, non mundatis non proficit, sed in deterius mutat.

h *Confiten. &c.* HIERONYM. *Confessio & pulchritudo in conspectu eius*, id est, sponsi. Vnde desilit sponsa de camelo, cum se humiliat ecclesia Christo, qui figuratur per Isaac, in cuius natiuitate risum fecit Deus Saræ. Sicut ad Mariam dicitur, quæ est princeps cum Deo: *Benedicta tu in mulieribus.*

Margin: † Isa. 40. a. Matt. 3. b. Ioan. 1. c. — * omnes. — Matth. 3. a. Gen. 2. a. — Lib. aduersus Luciferianos. — Li. 5. de baptismo. c. 9. — in Enchiridio. c. 49. — † Matt. 3. a. Lucæ 4. a. Ioan. 3. c. — Lib. 5. de baptismo. cap. 10. — Luc. 14. d. — Psal. 95. b. Gen. 18. b. — Luc. 1. c. d.

a ¶ Pœnitentiam. b ¶ Filium, vel ante præsentiam aut incarnationem. c ¶ Ioannes de quo clamat dominus ad Iudæos, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista, &c. d ¶ Ad surdos obturantes aures voci. ¶ Christi. e ¶ De Iudæa.

tuam ante te. Vox clamantis in deserto: Parate viam domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionẽ peccatorũ. † Et egrediebatur ad illum omnis Iudeæ regio, & Hierosolymitæ vniuersi, & baptizabantur * ab illo in Iordane flumine confi-

a ¶ Quas incuruastis declinando ad dexteram vel ad sinistram.

a ¶ Beda Vt ita baptismum pœnitentiæ quo peccata soluuntur, suo baptismate quo peccata solui non possent, præcurreret. ¶ Ideo.

✠ IDEM ... ☞ BEDA.

NICOLAVS DE LIRA.

autoritas vltima est ipsius Isaia: res autem denominatur à fine. Item quia Marcus breuitati studebat, vt dictum est in prologo.

1 Fuit Ioan. in. *Hic ponitur tractatus siue narratio. Circa quod considerandum, quòd intentio euangelistæ est ostendere reductionem peccatoris in Deum per opus mediatoris, & ideo primò ostendit personã mediatoris: secundò, reductionẽ peccatoris, ibi:* Et statim spiritus expulit.

Circa primũ mediator ostenditur dupliciter. Primò, verbo præcursoris; secundò, facto & verbo Dei patris, ibi: Et factũ est in diebus. *Circa primum describitur locus vbi Ioannes prædicabat, cùm dicitur:* Fuit Ioan. in. d. *Quia prędicabat pœnitentiam agendam. Vt homines essent dispositi ad Christi de proximo venturi receptionem. Et sic loci conditio congruebat suæ prædicationi. Asperitas enim deserti, austeritatem pœnitentia designat.*

2 Et præ. ba. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de Baptismo Christi, virtute cuius dimittuntur peccata. Et quia tale baptisma Ioannes dare non poterat; ideò ipsum prædicabat dandum per Christum in proximo venturum, & secundum hoc, ly* baptizans, *refertur ad baptismum Ioannis. Et quod sequitur:* Prædicans baptismum, *ad baptismũ Christi futurum. Alio modo exponitur de baptismo Ioannis, & sic baptizans & prędicans referuntur ad prædicationem Ioannis & baptismum eius: quia licet baptismo Ioannis non dimitterentur peccata, tamen susceptio illius baptismi erat quędam protestatio agendi veram pœnitentiam de peccato per quam dimittuntur peccata.*

3 Egredieba. ad illum omnis Iudeæ &c. *Id est, multi de illa regione & de Ierosolymis: Et est hyperbolica locutio, sicut in communi modo loquendi dicitur de aliquo spectaculo: Tota ciuitas vadit ad tale spectaculum, licet aliquando maior pars populi non vadat.*

4 Et baptiz. ab illo in Iorda. flu. *Per illud enim flumen filij Israël transierunt ad terram promissionis: & ideò baptismus Ioannis conuenienter factus est in Iordane flumine, quia erat quædam protestatio pœnitentia agendæ, per quam est transitus ad terram viuentium, secundũ quod dicitur Matth. 3. a.* Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. *Et quia prædicatorem decet austeritas vitæ secundũ quod dicit Paulus apostolus 1. Cor. 9. d.* Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar, *& ideo subditur.*

Et erat

MORALITER.

† scriptura debere, non à Poëticis verbis aut Philosophicis demonstrauit.

1 *Fuit Ioannes in deserto baptiz. & prædic. &c.* HIERONYMVS. Vestis autem Ioannis, cibus & potus austeram vitam prædicantium designat.

1 Fuit ... † Veniet

A BEDA. Confitentes peccata sua baptizantur. Debent enim melioris vitæ nouitatem promittere, qui baptismum desiderant accipere. Vnde prędicante Paulo dicitur: *Multi veniebant confitentes & annunciantes actus suos.* (Act. 19.d.) Et Petro dicitur: *Macta & manduca.* (Act. 10.b.) q. d. Occide mala quæ in eis erant, & sic mundatos Christianam religionem promittentes in ecclesię membra commuta.

a ¶ Aliter non valet baptismus. b ¶ Meritò egrediebantur, & baptizabantur à Ioanne quia Ioannes erat vestitus, &c. c ¶ Conueniens vestis prędicatori. d ¶ Diuites gentium.

a tentes peccata sua. † Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & 1

a ¶ Pauperes. b ¶ Sapientes. c ¶ Fideles.
¶ Habitatores solitudinis non decet ciborum delicias quęrere, sed tentum necessitatem supplere.

zona pellicea circa lumbos eius, & locustas & mel siluestre 2

a ¶ Misericordia. ¶ Gratia. b ¶ Per gratiam remissionis.

b edebat: & prædicabat dicens: † Venit fortior me post me, cu- 3 †

a ¶ Explicare. b ¶ Quam fecit sibi de nostra mortalitate ¶ Id est, mysterium incarnationis Dei.

c ius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calcea- 4

a ¶ Quia. ¶ Homo purus. b ¶ Non spiritu c ¶ Deus.
d ¶ BEDA Non solum in die baptismi, sed quotidie, cum per gratiam spiritus proficimus.

d mentorum eius. Ego baptizaui vos aqua, ille verò baptiza- 5 6

a ¶ Qui super aquas. b ¶ Cum Ioannes baptizaret.

bit vos spiritusancto. Et factum est in diebus illis, venit Iesus 7 8 9

(†Mat. 3.a.) a *Et erat Ioann. &c.* HIERONYMVS. Vestis prophetæ & cibus & potus, totam austeram vitam prædicantium significat, & gentes ad gratiam Dei quę est Ioannes, intus & foris esse iũgendas: (†Ioan. 1.g.) pili cameli, B diuites gentium: zona pellicea, pauperes mũdo mortui: locustę, sapientes huius mundi, qui stipulas aridas relinquentes Iudęis frumenta mystica trahunt, & in calore fidei saltus inhabitant. Melli siluestri fideles de inculta silua pręparati comparantur, quia omnia à gratia euangelij, in qua non est distinctio Iudæi & Græci. (Rom. 10.c.)

BEDA. *Vestitum pi. came.* quia peccata non fouit, sed asperè increpauit, dicens: *Genimina viperarum, &c.* (Moraliter. Lucæ 3.b.) Zona pellicea circa lumbos, quia carnem suam crucifixerunt cum vicijs, &c. (Galat. 5.d.) *Locustas & mel silue.* &c. quia prædicatio eius adeò dulcis fuit, vt etiam Christus putaretur. Sed citò hæc opinio decidit. quia cum non Christum sed Christi præcursorem esse innotuit. In melle enim dulcedo, in locusta alacer volatus, sed citò deciduus.

✠ THEOPHYLAC. Vestis de pilis camelorum, doloris erat C ostensiuum. Dolorem enim saccus significat. Zona verò pellicea mortificationem Iudaici populi. Esca etiam Ioannis non solùm abstinentiam notat, sed etiam est indicatiuum intelligibilis escæ, quia tũc populus vescebatur, non quid altum intelligẽs, sed tamen in alta saliens, iterùmque se deprimens. Talis enim est locusta in altum saliens & iterum cadens. (Mat. 18.c.)

b *For. me.* HIERONYMVS. Quis fortior est gratia qua abluuntur pèccata? Ille qui septies & vsque septuagies septies peccata dimittit. Gratia quidem prior est, sed semel remittit peccata per baptismum. Misericordia verò in miseros ab Adam vsq; ad Christum, per septuagintaseptem generationes, & vsque ad centumquadragintaquatuor millia peruenit.

c *Soluere corrigiam calciamentorum eius.* BEDA. Modus fuit apud veteres, vt siquis eam quæ sibi competeret, accipere vxorem nollet, ille ei calciamenta solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Christus autem sponsus est ecclesiæ: de quo dicit idem Ioannes: *Qui habet sponsam, sponsus est*: (Ioan. 3.d.) Quia ergo homines Ioannem Christum esse putabant, rectè se indignum soluere corrigiam dicit: q. d. Ego Redemptoris vestigia nudare non valeo, quia sponsi nomen mihi non vsurpo.

HIERONYMVS. Corrigia calcamentorũ, id est mysterium D Incarnationis Dei. Calx enim extrema pars est corporis. In fine enim ad iusticiam adest Saluator incarnatus. Vnde bene per prophetam dicitur: In Idumeam extendam calceamentũ meũ: quia nisi iũgatur scientia spiritus, nemo per gratiam remissionis inuestigat Incarnationis Christi mysterium, quomodo verbũ caro factum est: vnde caro Christi, vnde anima, vnde spiritus sumit exordium, vt verus homo fiat per omnia absque peccato, vt verus Deus in Deo vero sine principio, id est, filius hominis qui est in cœlo: (Ioan. 1.a) & quomodo tanquã E sponsus procedens de thalamo suo, id est, de virginali vtero clausum relinquens. Vnde adueniente vero sponso domus Ioannis domus discalciati dicitur. (Psal. 59.b.) Vnde in specie columbæ spiritussanctus descendit. De sponsa dicitur: *Sponsa mea, amica mea, proxima mea, dilecta mea, columba mea*, (Can. 2.d.) Sponsa in patriarchis, amica in prophetis, proxima in Maria & Ioseph, dilecta in Ioanne Baptista, colũba in Christo & apostolis: quibus dicitur: *Estote prudentes sicut serpentes, &c.* (Matth. 10.b)

✠ VICTOR ANTIOCHEN. Aliud est calceamenta portare, quod dicit Matthæus, aliud procumbere & calceamentorũ corrigiam soluere, quod habet Marcus. At neuter interim euangelista aut à veritatis scopo aberrat, aut cum altero pugnat. Verisimile sit enim Baptistam diuersis temporibus vtrumque dixisse: quin eandem quoque rem diuersis sæpè verbis diuersóque F modo commemorant, quippè qui maiorem rerum quam verborum curam habere soleant.

d *Ego ba. vos aqua.* BEDA. Nondum Ioannes dicit Deum aut Dei filium esse aperte, quia rudes erant auditores: sed paulatim per humanitatem glorificatam ad fidem diuinitatis ducit, dicens: *Ille vero baptizabit vos spiritussancto.* Sed postea cum capaciores iam videret, Dei filium iam aperte prædicat dicens: *Testimonium perhibuit, quia hic est Dei filius.* (Ioan. 3. c.)

ISIDORVS. *Ego baptizo vos aqua, ille, &c.* Dei fluuius semper plenus, semper ęqualis, de quo: *Fluminis impetus lætificat ciuit. Dei.* (Psal. 45. a) Multum distat inter spiritũ qui fertur super aquas non subter, & aquam, quantum inter animam quæ regit, & corpus quod regitur. Sed mansit super eum spiritus. Hæc est vnctio Christi secundum carnem, de qua: *Vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.* (Psal. 44. b.) Oleum non potest esse sub aqua, nec creator sub creatura. Oleum de amaritudine radicis surgit in pabulum luminis, medicinam vulneris, refectionem esurientis. Vnde fit quòd vnctio Christi de amaritudine passionis peruenit ad gloriam resurrectionis: vnde apostolus. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu,* &c. vsque. *Propter quod & Deus illum exaltauit.* (Phil. 2. a.)

☞ *Et baptiz. est*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erat Ioannes vestitus pilis camelorum. *In quo ostenditur austeritas vestitus. Et etiam quia Ioannes veniebat in spiritu & virtute Eliæ, vt habetur Luca 1. ideò describitur in consimili habitu, prout habetur 4. Reg. 1.*

2 Et locustas & mel siluestre edebat. *In quo ostenditur austeritas victus. Iste est enim cibus pauperum in terra illa.*

3 Et prędicabat dicens: veniet fortior me. *Hoc autem dicebat Ioannes ad remouendam falsam opinionem populi: quia credebant ipsum esse Christum.*

4 Cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorũ eius. *Matthæi 3.c. dicitur:* Cuius non sum dignus portare calceamenta. *potuit enim Ioannes vtramque dicere. Matthæus tamẽ expressit deportationem, Marcus autem solutionem, tamen per vtrumque idem intelligitur. q. d. Ioannes: Tanta excellentia est Christus respectu mei, quòd non sum dignus ei exhibere etiam minimum obsequium, non enim Christus habebat calceamenta portanda vel soluenda, quia scribitur Act. 1. a.* Cœpit Iesus facere & docere. *Ipse autem discipulis ad prædicandum missis imposuit sine calceamentis incedere, vt habetur Luca 10. & ideo non est credibile, quòd calceamentis vteretur.*

5 Ego baptizo vos aqua. *Quia baptismus Ioannis lauabat tantum corpora.*

6 Ille verò baptizabit vos spiritussancto. *Quia in baptismo Christi confertur gratia spiritussancti.*

7 Et factum est. *Hic consequenter ostenditur mediatoris persona testimonio Dei patris, cum baptizaretur à Ioanne, & hoc est quod dicitur.*

8 In diebus illis. *Scilicet in quibus Ioannes baptizabat & prædicabat, antequam in carcere clauderetur.*

9 Venit Iesus à Nazareth Galilææ. *In illa ciuitate fuit nutritus, vt habetur Luca 2.*

☞ Et baptizatus

MORALITER.

† *Venit fortior me, &c.* Per hoc autem ostendit Ioannes, quòd prædicator veritatis se iactare non debet: sed magis alios (veraciter tamen) commendare.

9 *Venit Iesus à Nazareth Galil.* Scilicet vt baptismum Ioannis & eius doctrinam approbaret. In hoc dans exemplum maioribus, vt approbent bona opera subditorum.

q a † Et

¶ Flos. ¶ Rota. ¶ Gratia.

a à Nazareth Galilææ, & baptizatus est in Iordane à Ioanne. Et 1
a Post baptismum. b ¶ Qui aperiuntur baptizatis, clausi Adę interposito Cherubin & flammeo gladio qui extinguitur in aqua baptismi. 2
b statim ascendens de aqua, vidit † apertos cœlos, & spiritum
c tanquam columbā † descendentem & manentē in ipso. † Et vox
a ¶ Non Ioannes.
d facta est de cœlis. Tū es filius meus dilectus † in te complacui. 3 4

a *Et baptizatus est in Iordane.* Tribus causis: Vt iustitiam & humilitatem impleret: Vt baptismum Ioannis comprobaret: Vt Iordanis aquas sanctificans per descensionem columbæ spiritumsanctum in baptismo adesse monstraret.

Psal. 41. a. HIERONYMVS. Marcus: Sicut ceruus desiderans ad fontes aquarum saltus dat, culmina pratorum carpit, palmas in vertice portat, velut apis melliflua flores agri (cui odor veri Isaac similatur) summatim gustat. Vnde à Nazareth Galilææ venientem Iesum ad baptismum in Iordane acceptum à Ioanne enarrat: & statim de aqua ascendisse, apertos cælos vidisse, spiritum vt columbam descendisse, in ipso mansisse, voce de cœlis facta patri in dilecto filio complacuisse, & spiritum eum in desertū expulisse, tentatū à Sathana, 40. diebus & 40. noctibus cum bestijs angelis ministrantibus commoratum. Quem ordinem nobis sequendum ad consortia angelica festinantibus prius opere quam voce ostendit Christus. Debemus enim de volubilitate mundi penduli, voluptatis odore, floris mundicia tracti cum adolescentibus post sponsum currere: & sic per baptismi sacramenta de duobus fontibus dilectionis Dei & proximi gratia remissionis absoluimur: & ascendentes, spe cœlestia secreta mundis cordis oculis intuemur. Deinde spiritumsanctum spiritu contrito & humiliato, cū simplici corde descendentem ad mansuetos, & cum charitate nunquam cadente manentem suscipimus & vox à Deo ad nos dilectos dirigitur: *Beati pacifici quoniam filij Dei vocabuntur:* Et tunc in nobis complacet patri cum filio & spiritusancto, quando efficiemur vnus spiritus cum Deo. Vnde: *Vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.* Tunc spiritus nos expellit in desertum 40. dierum numero tentandos à Sathana, vt patientia probationem, probatio spem, spes autem charitatem generet, cum nobis non sit colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed ad. prin. re. te. Et tunc bestiæ erunt pacatæ nobis, cum in arca animæ nostræ munda cum immundis mansuefaciamus, & cum leonibus sicut Daniel cubamus, cum spiritus non sit aduersus carnem, nec caro aduersus spiritum. Post hæc angeli ministri, qui vident semper faciem patris in cœlis, mittuntur in solatium dicentes: *Exaudita est oratio tua, Et: Nolite timere, Iesum quęrentes Nazarenum: Et: Ego quos amo arguo: &c.* Et: *Vincenti dabo edere de lig. vitæ, quod est in p. d. m.*

Margin: † descendentē in ipsum. Gene. 27. d. — Matth. 5. a. — Ioan. 17. b. — Rom. 5. a. Ephes. 6. b. — Lucæ 1. a. Marc. 16. a. Apocal. 3. d. Ibidē 2. b.

b *Vidit aper. cæ. &c.* BEDA. Mysterium trinitatis in baptismo demonstratur, filius baptizatur, spiritus est in columba, pater in voce sonat: Aperiuntur cœli non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis. Sedit columba super Iesum, ne putaretur vox ad Ioannem facta, non ad eum. Pulchrè autem addidit, *& manentem in ipso*, hoc enim proprium est Christo, vt semel eum implens spiritus, semper in illo maneat. Fidelibus verò aliquando confertur ad miracula facienda, aliquando tollitur. Quibus tamē ad operationem iusticiæ ad amorem Dei proximi conseruandum nunquam abest. Vnde apud nos manebit & in nobis erit iuxta mensuram fidei spiritus. De Christo autem dicitur: *Plenum gratia & veritatis.*

Margin: † findi — † Matt. 3. b. Lucæ 3. c. — † in quo mihi bene complacitum est. — Ioan. 1.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cœli *σχιζοντας diffinduntur*, vt habet Marcus. Vt autem Matthæus legit ἀνοίγοντας aperiuntur, hoc autem denotat sanctimoniam è cœlo hominibus obuenire, cœlestiáque rebus terrenis se consociare.

✠ IDEM. Spiritussanctus in specie columbæ descendit. Nam vbi reconciliatio cum Deo intercedit, ibi columba præsto esse consueuit. Quare vt in arca Noë columba non defuit: ita nūc quoq; spiritussanctus in columbæ specie, non assumpto corpore aduenit, suóque aduentu Dei misericordiam orbi annunciauit.

Margin: Ioan. 1. b.

c *Manentem in ip.* Manet in eo spiritus, non ex quo baptizatus, sed ex quo conceptus. Quod autem in baptismo descendit, significat nobis gratiam spiritualem in baptismo dari, quibus in remissionem peccatorum ex aqua & spiritu regeneratis solet amplior spiritus gratia per impositionem manus episcopi cœlitus dari.

d *Tu es fi. me. di.* BEDA. Non quod nesciebat docetur, sed nobis quod credere debeamus ostenditur, ipsum, scilicet qui quasi homo cum alijs ad baptizandum venit, verum esse Dei filium: & ideò in spiritu baptizari posse nos quoque per aquam absolutionis & spiritū sanctificationis Dei filios effici. *Quotquot enim receperunt eum dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Benè autē in specie columbæ descendit spiritus, quæ simplex animal & sine felle: quia simplices quærit, nec habitat in mentibus impuris.

Margin: Ioan. 1. b.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vox hæc cœlitus delata, non patris propria extitit, sed in patris persona angelorum ministerio deformata fuit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et baptizatus est à Ioanne in Iordane. *Quamuis enim non indigeret aliquo baptismate, venit tamen ad baptismum Ioannis. Primò vt illum approbaret, & ipsum à Deo ordinatum ostenderet contra maliciam aliquorum Iudæorum: qui dicebant ipsum humana fictione adinuentum. Secundò vt Ioannes ipsum esse Christum in lege & prophetis promissum populis denunciaret, secundùm quod dicitur Ioan. 1. c.* Sed vt manifestaretur in Israel: propterea veni ego in aqua baptizans: *& ideo dixit de eo:* Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi.

2 Et statim ascen. de aqua, vidit apertos cœlos. *In baptismo enim Christi apparuit tota trinitas, pater in voce, spiritussanctus in columbæ specie, & filius in carne: veruntamen caro vnita erat filio in vnitate suppositi: vox autem & columba non habebant vnitatem suppositi cum patre & spiritusancto, sed tantum in repræsentatione signi: & cum per talem apparitionem trinitatis baptizato Christo significatum fuit, quod baptismus Christi deberet conferri in nomine Patris & Filij & Spiritussancti: tamen in primitiua ecclesia ad tempus collatus fuit in nomine Christi, vt habetur Act. 2. & 19. vt nomē Christi in maiori reuerentia haberetur. Et ad excludendum errorē illorum, qui virtutem baptismi attribuebant ministris, secundùm quod habetur 1. Cor. 1. b. dicentes:* Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, &c. *sed cessantibus illis causis rediit ecclesia ad formam prędictam.*

3 Tu es fil. meus, &c. *Præ cæteris: quia filius es naturalis, alij autem adoptiui.*

4 In te complacui. *Ad perficiendum in te opus redemptionis humanę. Ad maiorem intellectum dictorum potest quæri hic, vtrum conueniens fuit cœlum aperiri Christo baptizato, & vocem patris audiri. Arguitur quòd non, quia talis apertio non fuit secundùm veritatem, cū corpora cœlestia sint incorruptibilia. Nec secundùm apparentiam tantum, quia falsitas fuisset in operibus diuinis, quod non conuenit. Item, Christo baptizato non fuit aperta ianua cœlestis, sed in passione: cùm ergo talis apertio cœli significaret apertionem beatitudinis, videtur quòd non debuit fieri Christo baptizato, sed ipso passo. Item, vox patris super Christum erat quędam approbatio suæ prædicationis: vnde Matth. 17. a. vbi similis vox facta est super ipsum in transfiguratione, additur,* ipsum audite: *sed non prædicauit immediatè post baptismum, sed post incarcerationem Ioannis vt dicitur infrà eo. ca. ergo &c. Responsio: dicēdū quòd Christus baptizatus fuit à Ioanne non vt baptismo indigeret, sed vt virtutem regenerandi aquis conferret, & vt testimonio Ioannis manifestaretur, vt dictum est. Et propter vtrumque conueniens fuit cœlum aperiri, vocem patris audiri, quia cū testimonio Ioannis quod erat humanū, fuit testimonium Dei patris & spiritussancti apparentium in voce & columba: & similiter creaturę irrationabilis & insensibilis testimoniū per illam apertionem cœlestem. Item, conueniens fuit ad significandum virtutem baptismi dandi per Christum, per quem est introitus in regnū Dei secundum quod dicitur Ioan. 3. a.* Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest introire in regnum Dei.

Margin: An fuerit conueniens cœlum aperiri in Christi baptismo. — Responsio.

Ad primum dicendum, quòd illa apertio non fuit in corpore cœlesti sed in aere: sicut solet fieri in coruscatione in qua videtur cœlum aperiri: & sic dicunt homines vulgares: Cœlū aperitur in coruscatione, scriptura autem sacra communiter tenet modum loquendi vulgarem. Nec fuit ibi falsitas aliqua, quia sufficiens erat ad significandum apertionem ianuæ per baptismum, sicut secundùm aliquos Doctores columba illa non fuit vera columba, & tamen non fuit ibi falsitas aliqua ratione dicta, quia sufficiebat ad repræsentandum vel significādum spiritumsanctū. ✠ *Ad secundum*

MORALITER.

† 2 *Et statim ascendens de aqua, vidit cælos, &c.* Per hoc designatum fuit, quòd baptizatus baptismo Christi recipit spiritumsanctum, & efficitur Dei filius adoptiuus.

✠ *Et statim*

a *Spiri.* BEDA. Ne dubium quis spiritus, Lucas consultè præmittit. *Iesus plenus spiritusſancto regreſſus eſt à Iordane*, deinde intulit: *& agebatur à ſpiritu in deſertum, ne putetur immundus* spiritus quiquam contra eum potuisse.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem quæcunque dominus faciebat aut tolerabat, ad nostram doctrinã & instructionem faciebat & tolerabat; propterea sese in desertum abduci, diabolique tentamentis exponi patitur: ne videlicet baptismo expiati, animo statim concidant, si post susceptum sacramentum, graui nonnunquam inexpectataq; tentatione pulsari se sentiãt, verum infracto semper imperterritóq; animo consistant: cunctaq; quæcunque tandem euenerint viriliter perferant.

✠ IDEM. Filium Dei non simpliciter in desertum profectum, sed per spiritum abductum dicit, per hoc insinuans, neminem vltrò eis tentationibus se obiectare, verum si quo casu in illas inciderit, animosè eisdem resistere debere.

b *Quadraginta dieb.* BEDA. Totum tẽpus significat, quo mẽbra eius diabolus tentat. Quadripartitus enim mundus per obseruantiam decem præceptorum contra diabolum certando domino famulatur. Quater verò decem quadraginta faciunt. Vbique & semper adest aduersarius, qui iter nostrum impedire non cessat.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Deus baptismi sacramento initiatos à diaboli vexationibus & tentamentis non absoluit. Vt hinc discas multò te nunc maiore robore pollere, quam dudum ante. Deinde quo carnis & dæmonis tentationibus obnoxium te intelligens intra mediocritatis limites te contineas, neque propter donorum magnitudinem te extollas: hinc vt malignus spiritus per tentationum experimenta edoctus, perfectè te illum deseruisse cognoscat. Mox vt hac conflictatione, veluti ferrum induratus fortior subinde euadas. Postremò vt quanti thesauri opes tibi concreditæ sint, ex hac re perspicias. Neque enim diabolus adeo infestus esset, nisi in maiori honore & loco te nunc quam anteà constitutum animaduerteret.

c *Eratq; cum bestiis.* Nos quoque si in eremo sanctæ conuersationis bestiales hominum mores impolluta mente toleramus, mysterium angelorum meremur, à quibus corpore absoluti in cœlum transferamur.

d *Postquam autem.* ISIDORVS. Accepimus gratiam pro gratia, carnalia decollantur, spiritualia viuificantur. Cessante vmbra adest veritas. Ioannes in carcere, lex in Iudæa, Iesus in Galilæa, salus in gentibus.

✠ BEDA. Nemo putet traditum Ioãnem statim post tẽtationem 40. dierum & ieiunium domini. Inuenitur enim in euangelio Ioannis, dominum ante multa docuisse & miracula fecisse: *Et hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilaæ.* Et iterum: *Necdum erat missus in carcerem Ioannes.* Fertur autem quia cum aliorum legisset Ioannes euangelia, & probasset eos verè historiam texuisse, sed vnius anni tantum in quo & passus est post carcerem Ioannis, prætermisso anno cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam traderetur Ioannes gesta narrauit.

Postquam autem. ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hæc Euangelia Marcus satis consentaneè ad ea quæ exponit Matthæus. Ille enim posteaquam dixerat: *Et ecce angeli accesserunt, &c.* statim subiungit: *Cum autem audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam,* & paucis interiectis: *exinde cœpit Iesus prædicare & dicere, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum.*

e *Prædicans euangelium regni Dei, &c.* HIERONYMVS. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsi possidebunt, &c.* Regno terreno succedit paupertas, paupertati Christianorum regnum sempiternum: vnde: *Regnum meum non est de hoc mundo:* omnis enim honor terrenus, spuma, fumus, somnus.

Marginalia: Matt. 4. a; Lucæ 4. a; Ioan. 2. b; Ioan. 3. c; Matth. 4; Matth. 5. a.

¶ Post baptismum. ¶ Sanctus. a ¶ Vt & nos mundi illecebras fugiamus.

a Et statim spiritus expulit eum in desertum.[1] † Et erat in de-[2]

¶ In prosperis. ¶ In aduersis.

b serto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tenta-[3]

¶ Vt nos post baptismum non solum ad bona agenda, sed etiam ad mala toleranda accingamur. ¶ Vt homo.

c batur à Sathana. Erátque cum bestijs, & angeli ministrabant[4]

¶ Vt Deo. ¶ Lex. ¶ Euangelium.

d illi.[5] Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Ga-[6]

a ¶ Hoc. b ¶ Beda, de quo: Vbi venit plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum in ter. &c. ¶ Gentes. ¶ Quod ducit ad regnum.

e lilæam prædicans euangelium regni Dei, & dicens,[7] Quoniam[8] impletum est tempus, & appropinquabit regnum Dei.[9]

☞ *Pænitemini.*

NICOLAVS DE LIRA.

Ad secundum dicendũ, quod licet per Christi passionem ianua cœli sit aperta quantum ad remotionem impedimenti generalis, quod erat ex peccato Adæ, tamen applicatur virtus passionis quantum ad singulares personas beatitudinem intrantes per baptismum: per quem incorporantur Christo & efficiuntur participes redemptionis factæ per passionem; & ideò conuenientiùs fuit cœlum aperiri in baptismo, quàm in passione: quia per baptismũ est immediatè ingressus ad beatitudinẽ, vt visum est.

Ad tertium dicendum, quòd licet Christus incœperit prædicare publicè & communiter post incarcerationẽ Ioãnis, vt dicitur infra eo. cap. tamen ante incarcerationem dictam docuit, & miracula aliqua fecit & discipulos habuit, vt habetur Ioan. 2. & 3. licet non ita publicè prædicauerit sicut post.

Diuisio. 1 Et statim spiritus. *Hic consequenter describitur reductio peccatoris in Deum per opus mediatoris. Et primò per ipsius prædicationem: secundò, per passionis redemptionem, cap. 14. tertiò, per resurrectionis glorificationem cap. 16. Circa primum ponitur prædicatio Christi per viam amoris, scilicet cum prædicatione curando & miracula faciendo: secundò per viam timoris terrorem futuri iudicij incutiendo. cap. 3. Adhuc circa primum præmittitur Christi prædicatio per seipsum tantum. Secundò, cum hoc per discipulos. secunda pars incipit circa mediũ 3. cap. ibi:* Et ascendens in montem. *Adhuc circa primum præmittitur Christi prædicatio: secundò, ex hoc ponitur Iudæorum æmulatio, seq. cap. Adhuc circa primum præmittitur prædicatoris debita dispositio, secundò prædicationis executio, ibi:* Postquam autẽ traditus est Ioannes, *Tertiò sequens aliquorum conuersio, ibi:* Et præteriens secus mare *Quartò conuersorum confirmatio, ibi:* Et ingrediuntur Capharnaum.

Circa primum sciendum, quod debita dispositio prædicatoris est mortificatio carnis, vt sit subdita spiritui, secundũ quod dicit Paulus 1. Cor. 9. d. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar. *Et solitudo contemplationis, vt ibi hauriatur quod posteà populo per doctrinam effundatur. Et licet Christus talibus non indigeret, cum in carne eius nulla fuerit rebellio, & ab instanti suæ conceptionis fuerit repletus gratia, virtutibus & scientiis: veruntamen egit talia præbens aliis formam & exemplum & ideò primò præmittitur solitudo deserti, cùm dicitur:* Et stat. *qui est locus aptus contemplationi propter segregationem à tumultu secularium, spiritus autem iste à quo dicitur expulsus in desertum, intelligitur spiritus diuinus & etiam humanus: quia Christi voluntas erat omninò cõformis voluntati diuinæ: & sequitur maceratio carnis, cùm dicitur:*

2 Et erat in deser. *In quibus ieiunauit, vt Matth. 4.*

3 Et tentab. à Sa. *Modus autem & ordo huius tentationis hic tacetur sed exprimitur Mat. 4.*

4 Eratque, &c. *Non tamen nocebant ei, sed magis applaudebant.*

5 Et an. mi. il. *Per hoc ostendebatur dominus terrestriũ & cœlestiũ.*

6 Postquam autem tra. est. *Hic consequenter describitur Christi prædicatio. Et primò quantũ ad tempus, cum dicitur:* Postquam tra. est Ioan. *Sicut enim Ioannes erat Christi præcursor, ita prædicatio ipsius erat præuia prædicationi Christi, & ideò Christus non prædicauit communiter & publicè antequam incarceraretur Ioannes finita eius prædicatione, secundò quantum ad locum, cum subditur:* Diuisio.

7 Venit Ie. in Gal. *Quare autem ibi primò prædicauerit loquendo de publica & communi prædicatione, Matthæus expressit 4. cap. circa medium, & ibi est expositum.*

8 Imp. est tem. *Scilicet redẽptionis humanæ per prophetæ prædicta.*

9 Et appropin. reg. Dei. *Quia per Christum aperta est ianua cœli.*

† Pœnitemini

MORALITER.

1 *Et statim spir. exp. eũ in des. &c.* Per hoc insinuatur, quod illi qui sunt Dei filij adoptiui sequuntur instinctum spiritussancti, Rom. 8. c. *Qui spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.*

4 *Eratq; cum be.* Scilicet pacificè.

5 *Et angeli, &c.* Per hoc moraliter insinuatur, quòd illi quorũ sensualitas sub ratione pacificè tenetur, per angelorum ministerium ad cælestia transferentur.

7 *Venit Iesus in Gal. &c.* Per hoc insinuans quod prædicator euangelij prius debet transmigrare de carnalibus ad spiritualia, & de terrenis ad meditandum cœlestia: quia Galilæa transmigratio interpretatur.

a ✝ Pœnitẽmini, & credite euangelio. Et præteriens secus mare Galilææ vidit Simonem & Andream fratrem ✝ eius mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus: ✝ Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Et ✝ protinus relictis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipsos ✝ componentes retia in naui, & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenariis secuti sunt eum. ✝ Et ingrediuntur Capharnaũ: & statim

(Interlinear: a ¶ BEDA: Renunciate operibus mortuis. ¶ Ergo. ¶ Aliter non intelligetis. ¶ Non fiunt opera vt sit fides, sed fides vt sequantur opera. ¶ Mundum volubilem. ¶ Prius mittuntur piscatores ad prædicandum, vt fides credentium in virtute Dei puteiur esse, non in eloquentia vel doctrina hominum. ¶ Obediens ¶ Virilis. a ¶ Mundanis intentos lucris. a ¶ Cum retibus euangelij. ¶ Omninò. ¶ Post vocationem horum. ¶ Supplantatorem. ¶ Fugitiui. ¶ Gratiam. a ¶ Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. ¶ Villam consolationis.)

☞ A

a *Pœnitemini.* HIERONYMUS. Amaritudinem radicis dulcedo pomi compensat: pericula maris spes portus delectat, dolorem medicinæ spes salutis mitigat. Qui desiderat nucleum nucem frangat, pœnitentiam agat, qui vult æterno adhærere bono. Præconia Christi narrare possunt, qui ad palmam indulgentiæ peruenire meruerunt. Vnde post pœnitentiam prædicatores eliguntur.

✝ Pœniteat vos, seu resipiscite.

✠ VICTOR ANTIOCHENUS. Obseruandum, Ioannem dum prædicandi initium facit, cœlesti regno pœnitentiã præmittere: Christum verò, non quidem statim, *Pœnitentiam agite*, prædicare cœpisse, verum, *impletum est tempus, appropinquauit regnum Dei.* Nam cum Ioannes ad hoc missus esset, vt viam domini præpararet, par erat vti pœnitentiam antè cœleste regnum prædicaret. Porrò pœnitentia quam prædicabat Ioannes non erat eiusdem rationis cum ea quam exigebat Christus. Ioannes enim pœnitentiam prædicando, ad vitæ emendationem, hoc est, ad peccatorum, quæ in vita designarant detestationem, scelerumque patratorum expiationẽ auditores prouocabat. Christus autẽ per verba illa, *pœnitentiam agite*, Iudæos à legali litera, ad legalem spiritum qui in euangeliis reuelatur, transferre satagebat.

✝ Mat. 4. d. Luc. 5. b. ✝ statim B ✝ reficiẽtes. sarcientes. ✝ Luc. 4. e.

C b *Vidit Simonem.* HIERON. Simon obediens, Andreas virilis, Iacobus supplantator, Ioannes gratia. His nominibus in imaginẽ Dei conuertimur: Obedientia vt obediamus, virilitate vt pugnemus, supplantatione vt perseueremus, gratia vt conseruemur. *Nisi enim dominus ędifi. do. in va. la. qui, &c.* Hæ quatuor virtutes cardinales dicuntur. Per prudentiam obedimus, per iusticiam viriliter agimus, per temperantiam serpentes calcamus, per fortitudinem Dei gratiam meremur.

Psal. 126. a.

HIERON. Quẽ nõ inebriat eloquentia sæcularis? Difficilè homines potentes, & nobiles, & diuites, & multò his difficiliùs eloquentes credunt Deo. Obcæcatur mens eorum diuitiis & opibus atque luxuria, & circumdati viciis non possunt videre virtutes, simplicitatemq; scripturæ sanctæ, non ex maiestate sensuum, sed ex verborum iudicant vtilitate.

4. Reg. 2. b.

HIERONYMUS. Vocantur quatuor piscatores, Simon, Andreas, Iacobus & Ioannes: Relictis omnibus sequuntur. Hac quadriga vehimur ad æthera vt Elias, his quatuor angulis constituitur prima ecclesia, his quatuor literis Hebraicis Tetragrãmaton nomen Dei cognoscitur à nobis. Quibus etiam similiter præcipitur, vt audiamus dominum vocantem, & obliuiscamur populum viciorum, & domum paternæ traditionis, quæ est stulticia Deo, & rete aranearum quò nos penè lapsos velut culices tenebat aër inanis. Nauem pristinæ conuersationis fugiamus. Pellibus enim mortuis tegitur Adã pater noster secundum carnem, quo deposito cum actibus suis nouum sequentes, pellibus Salomonis tegimur, quibus sponsa se gloriatur formosam.

D Ephes. 4. c. Can. 2. b. ✝ Matt. 4. c. Act. 3. d. Ioan. 18. g. ✝ Simonis

BEDA. Quæritur quomodo primum Petrum & Andream & post pusillum Iacobum & Ioannem vocauerit, sicut narrat Matthęus & Marcus: cum dicat Lucas in magna captura piscium socios Petri fuisse Iacobum & Ioannem, & Iesum dixisse Petro: *Ex hoc iam eris homines capiens*: & similiter eum secutos fuisse, subductis ad terram nauibus. Sed quod dicit Lucas, primò factum est & Petro prædictum est quòd homines esset capturus, non quod extunc non esset piscaturus. Ad capturam enim piscium redierunt, & postea sicut Matthæus & Marcus narrant, bini vocati sunt. Primo Petrus & Andreas: deinde & alij. Tunc enim non subductis ad terram nauibus tanquam cura redeundi, sed tanquam vocantem & iubentem secuti sunt.

E F

c *Et ingrediuntur* HIERON. Marcus dicta euangelij in semetipso disponens, ordinem historiæ non secutus, mysteriorum ordinem seruat, vnde in sabbatis primam virtutem narrat dicens, *Et ingre. &c.*

d *Capharnaum* HIERONYMUS. Capharnaum villa consolationis, sabbatum requies, Homo in spiritu immundo, genus humanum, in quo immundicia *regnauit ab Adam vsque ad Moysen. Nam quod sine lege peccauerunt, sine lege peribunt.* Qui sciens sanctum Dei, obmutescere iubetur: Dum scientes quidem Deum *non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis.* Spiritus discerpens hominem exiit ab eo, quia appropinquante salute, appropinquat tentatio. Pharao dimissus ab Israel, persequimur eum, diabolus cõtemptus surgit in scãdala.

Roma. 1. e.

BEDA. quod sabbato maximè curat & docet, ostendit se non sub lege esse, sed supra: & docet nos verum sabbatum, vt saluti scilicet animarum studentes, ab omni opere seruili, id est, ab omnibus illicitis abstineamus.

☞ VICTOR

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pœnitemini & cre. euan. *Quia sine pœnitentia præteriti delicti & fide Christi non habetur vita beata.*

2 Et præteri. *Hic consequenter describitur prædicationis Christi fructus, scilicet aliquorum conuersio ad ipsum, videlicet Petri, Andreæ, & Iacobi & Ioannis. patet litera vsque ibi.*

3 Et reli. pa. suo. *Dicuntur autem hic mercenarij aliqui homines, qui in piscatione iuuabant Zebedæum pro mercede. Sciendum autem, quòd ista vocatio de qua loquitur hic Marcus, fuit illa qua vocati sunt prędicti ad discipulatum Christi vlterius ad propria negocia non reuersuri. Prius enim vocati fuerant saltem tres illorum ad quãdam Christi familiaritatem, postea tamen reuersi sunt ad propria negocia, de qua loquitur Ioannes, primo dicens quod duo discipuli Ioannis Baptistæ audientes eum dicẽtem de Christo,* Ecce agnus Dei; secuti sunt eum. *Et ibidẽ subditur, quod* Andreas erat vnus ex illis duobus: *& de altero dicũt Doctores quod fuit Ioãnes euãgelista. Et de vocatione Petri subditur ibidem. Ista tamen vocatio Ioannis & Andreę fuit instrumẽtaliter verbo Ioannis Baptistę, principaliter autem Christi inspiratione. Si autem quęratur quomodo homines secularibus implicati ad solum Christi verbum, relictis omnibus sequebantur eum. Dicendum, quod humanitas Christi instrumentum erat diuinitati coniunctum: sicut manus est instrumentum artificis: & ideo sicut verbum Christi inquantum vox mouebat aurem, ita inquantum instrumentum diuinitatis mouebat mentem.*

4 Et ingrediuntur Caphar. *Hic consequenter ponitur conuersorum confirmatio per opera miraculosa. Et describuntur hic tria miracula. Primum est de dæmoniaco curato. Secundum est de socru Petri sanata ibi:* Et protinus egredientes. *Tertium autem de leproso mundato, ibi:* Et venit ad eum. *Circa primum dicitur:* Et ingrediuntur Cap. *In illa enim ciuitate in principio suæ prędicationis pluries Christus prædicauit, & multa miracula fecit: propter quod Luc. 10. c. Exprobrabat illi ciuitati, quia per hoc non fuerunt ad Deum verè conuersi.*

5 Et statim, &c. *Synagoga enim est locus vbi conueniebant legisperiti & communis populus ad audiendum doctrinam legis, maxime diebus sabbatorum, in quibus diuinis erat vacandum: & ideo tali loco & tempore docebat Christus, quia erant conuenientia doctrinę eius.*

Et stupebant

MORALITER.

✝ 2 *Et præteriens secus mare Galilææ.* Per hoc autem quod Petrus & Andreas relictis retibus, & Iacobus, & Ioannes relicto patre vocantem dominum statim sunt secuti, nobis ostenditur quòd non cupiditas temporalis nec affectio carnalis retrahere nos debent à sequela Christi.

Et stupebant

¶ Requies.
sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. † Et stupe- 1
¶ Ideò. ¶ Substantialem & propriam.
a bant super doctrina eius. Erat enim docens eos † quasi po- 2
¶ Cum doceret.
testatem habens, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum † 3
¶ Commune.
b homo in spiritu immundo: & exclamauit dicens: * Quid no- 4
a ¶ Præsentia Iesu, tormenta sunt dæmonum.
bis & tibi Iesu Nazarene? Venisti † perdere nos? Scio quia sis 5 6
c sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus dicens: Obmutesce, 7
d & exi de † homine. Et † discerpens eum spiritus immundus, & 8
a ¶ Quod exiens ei non plus nocuisset.
exclamans voce magna exijt ab eo. Et mirati sunt omnes,
e ita vt conquirerent inter se, dicentes: Quidnam est hoc?
¶ Propria alij in accepta. ¶ Etiam.
Quænam doctrina hæc noua? Quia in potestate * spiri- 9
¶ Vt Deus. ¶ Quia tanta faciebat. 10
tibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit ru-
mor eius statim in † omnem regionem Galilææ. † Et 11

(Marginalia: † Matt. 7. b; † tanquam; * Ah. Matt. 1. c.; † ante tempus.; † cõuexans; * etiam; † totã circũiacentẽ regionem.; † Mar. 8. b. Luc. 4. f.)

A ✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Sabbatis vel solum vel potissimum inter se coibant Iudæi, idque non tam virtutis hoc est sanctimoniæ & obedientiæ amore, quàm legalis pœnæ formidine.

a *Erat enim* BEDA. Scribæ dicebant quæ scripta erant in Moyse & prophetis Iesus vt Deus & dominus, ipsius Moysi liberè quæ deerant legi addebat vel cõmutabat, vnde in Matthæo: *Audistis quia dictum est antiquis, &c. Ego autem dico vobis.*

B ✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Stupebant super doctrina eius, quia non loquebatur ad gratiã, neque vlli prorsus adulabatur, nec auditorum laudes captabat, sed erat sermo eius in potestate. Hortabatur enim non ad quæuis promiscuè, sed ad cœlestia & animæ salutaria, perfidisque & obstinatis peccatoribus imperterritè supplicia comminabatur.

C ✻ THEOPHYLACTVS. Docebat etiam in potestate, transmutans homines ad bonum & pœnam non credentibus minabatur.

b *Quid nobis, &c.* BEDA. Non est hic voluntatis confessio, sed necessitatis extorsio: sicut seruus fugitiuus visum dominum timet, & de verberibus deprecatur. Dæmones enim in terris dominum cernentes, se continuò iudicandos credebant esse.

✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Te tandem (clamat nequam spiritus) præsentem conijcio, te tandem aduenisse suspicor. Nam etsi hoc absolutè se scire simulet, perindéque ac si certò sciat, verba fundat, attamen necdum certam & firmam satis de illius præsentia notitiam hauserat. *Venisti ante tempus perdere nos.* Quorsum hęc pertinent? Huc vtique. Nullum nobis ampliùs locum reliquum facis. Nam & impietatem è medio tollis & errorem proscribis & Dei noticiam mortalium pectoribus inseris.

D c *Obmutes.* BEDA. Congruo ordine lingua serpentina quæ prima virus sparsit, ne vltra spargat primo obcluditur, deinde fœmina quæ prima seducta est à carnali concupiscentiæ febre curatur. Tertiò vir qui malè coniugi obediuit, ab erroris lepra mundatur; vt sit idem ordo restaurationis in domino, qui perditionis in protoplasto. (Gen. 3. a.)

E ✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Salutare documentum per hoc nobis tradidit, ne videlicet vllã vnquam dęmonibus fidem habeamus, etiã si vera se dicturos profiteantur.

d *Dis.* BEDA. Vel cõuexãs, sicut quidã codices habent. Lucas autem dicit quia nihil ei nocuit. Sed quod Marcus ait, *discerpens*, idem est quod Lucas: *cum proiecisset eum in medium*. Quod verò addidit, *nihilque nocuit*: intelligendum est, quia illa iactatio non eum debilitauit: sicut exeunt dæmones amputatis vel auulsis aliquibus membris.

F BEDA. Virum à dæmonio liberatum, animum ab immunda cogitatione purgatum intelligimus. Fœminam verò à febribus consequenter curatam, carnem à concupiscentiæ feruore per continentiæ præcepta frænatam.

e *Quidnam est?* Per ea quæ vident ad inquisitionẽ eorũ quę audierant excitantur, Ad hoc enim & ipse dñs signa facit, & discipulis facere dedit, vt per hoc euãgelio certius credatur, dũ qui cœlestia promittunt terrenis, cœlestia & diuina opera operẽtur in terris.

Et statim

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et stu. super do. eius. *Id est, admirabantur: Tum quia legem & prophetas non didicerat, & tamen clarissimè docebat. Tum quia doctrinam suam diuinis operibus confirmabat. Vnde subditur:*

2 Erat enim docens eos q. po. ha *Scilicet faciendi miracula. Quod statim ostenditur per factum cum subditur.*

3 Et erat, &c. *Id est, obsessus à dæmone.*

4 Et ex. *Dolens de Christi doctrina, quæ erat animarum salus & medicina. Et quia de salute hominum torquetur diabolus inuidia motus, ideò subditur:*

5 Venisti perde. &c. *Id est, diminuere & auferre potestatem nostram nocendi hominibus.*

6 Scio, quia sis sanctus &c. *Id est, Christi ad salutem hominum missus. Per prophetias enim de Christo dictas quæ determinauerant tempus, locum & modum veniendi ipsius Christi, secundùm quod pleniùs declaraui in quadam quęstione de aduentu Messiæ completas in eo: & per alias circunstantias sciebant ipsum esse Christum in lege promissum, vnde infrà eo. cap. dicitur: quod* non sinebat eos loqui: quoniam sciebant eum esse Christum, *secundum quod expressè dicitur Luc. 4. veruntamen nesciebant ipsum esse Deum. Nec per tentationem Christi in deserto diabolus potuit scire de Christo vtrum esset Dei filius per naturam habens eandem naturam numero cum patre: licet ad hunc finem tripliciter eum tentauerunt, vt dictum fuit pleniùs Matt. 4. Si enim cognouissent dæmones ipsum esse Deum, numquam induxissent Iudæos ad ipsum crucifigendum secundùm quòd dicitur 1. Cor. 2. b.* Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. *Aliqui autem doctores dicunt, quod non solum non cognouerunt dæmones ipsum esse Deum (vt dictum est) sed nec etiam cognouerunt certitudinaliter ipsum esse Christum in lege promissum, sed tantum hoc cognouerunt quadam coniectura probabili multum, quæ in hoc loco & in alijs locis euangelij pluribus nomine scientiæ exprimit. Sed primum dictum magis videtur consonum textui & dictis sanctorum.*

7 Obmu. *Compellat enim Christus dæmones ad tacendum de ipso, ne veris falsa miscerent, & ne videretur quærere testimonium ab ipsis: Maximè quia Pharisæi dicebant ipsum in Beelzebub principe dæmoniorum ejcere dæmonia, vt habetur Matth. 12. vbi dictum Pharisæorum pleniùs excluditur, sicut ibidem exposui.*

8 Et discer. *Contrarium videtur Luc. 4. vbi dicitur de isto dæmone, quod exiuit ab illo,* & nihil ei nocuit. *Dicendum, quod dæmones ab obsessis corporibus solent exire, non solum cum afflictione corporis, sed etiam cum mutilatione alicuius membri. Per hoc ergo quod Lucas dicit, quod nihil ei nocuit, intelligendum est quantum ad mutilationem, quia exiuit absque mutilatione membri. Quod autem dicit Marcus,* discerpens eũ *intelligendum est quantum ad afflictionem: quia licet in exitu non mutilauerit eum, tamen multum afflixit: & hoc idem habetur Luc. 4. f. vbi dicitur:* Et cum proiecisset illud dæmonium in medium: *per quod intelligitur obsessi afflictio, ibidem subditur:* Exiuit ab eo, nihilque ei nocuit, *per quod excluditur mutilatio.*

9 Quænam do. *Quia pręceptis veteris legis addebat nouitatem consiliorum, & etiam quia nouo modo confirmabat doctrinam suam, scilicet per operationem miraculorum, & ideò subditur:*

10 Quia in potestate, &c. *Sequitur.*

11 Et protinus egredientes. *Hic ponitur secundum miraculum. Et diuiditur in duas partes, in principalem & incidentalem, secundum ibi:* Vespere autem facto, *Circa primum dicitur:* Et protinus egredientes de sy. *scilicet, post Christi prædicationem & eius confirmationem per expulsionem dæmonum.*

Venerunt

MORALITER.

† 1 *Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens quasi potestatem habens.* Id est, suam doctrinam confirmans operibus miraculorum.

† *Et non sicut scri.* Qui suam doctrinam affirmabant iactantia verborum, Per hoc ostenditur, quod prædicator euangelij non debet doctrinam suam ostentare verborum affluentia, sed eam firmare per opera sancta.

3 *Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo.* Per quem significatur homo pollutus carnis vicio, de quo dicitur.

8 *Et discer. eum.* Quia vicium carnale non curatur, nisi carnali afflictione: vt per quæ peccat quis, per hęc & torqueatur.

¶ Iesus & discipuli. — a ¶ Circuncisionem Petro commissam.

protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis & Andreæ cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat au-

a ¶ Alleg. Synagoga quodammodo mater ecclesiæ commisse Petro.
b ¶ Inuidiæ æstibus laborans, & ecclesiam persequens.

a tem socrus Simonis febricitans, & statim dicunt ei de illa. Et

a ¶ In spiritualem vsum erexit carnalia eius opera.
b ¶ Non remanente molestia ægritudinis, vt solet sanitas quę datur imperio domini, tota simul redit.

b c accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuo

d dimisit eam febris, & ministrabat eis. † Vespere autem facto

a ¶ Beda. Morte. — b ¶ Beda. Christus qui dicit, quandiu in mundo sum, lux sum mundi.

e cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes

¶ Pœnitentiam.

f & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ia-

¶ Vitijs.

g nuam. Et curauit multos qui vexabantur varijs languori-

a ¶ Beda. Peccatori dixit, quare tu enarras iusticias meas, &c.
¶ Ne quis dum audit prædicantem, sequatur errantem & falsa veris miscentem.

h bus. Et dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui,

a ¶ A morte.

i quoniam sciebant eum *. Et diluculo valde surgens, e-

a ¶ Gentes. — ¶ Beda in suis.

gressus abijt in desertum locum, ibique orabat. Et prosecutus

¶ Obediens.

cutus est eum Simon, & qui cum eo erant: Et cum inuenissent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te.

(margin: 1 2 3 4 5 6 7 8 9; * Christũ esse.)

a *Et statim dicunt ei, &c.* Lucas dicit quia rogauerunt pro illa. Modo enim Saluator rogatus, modo vltro curat, vt contra viciorum quoque passiones, & se precibus fidelium semper adesse, & quæ non intelliguntur, vel intelligenda dare, vel non intellecta, dimittere piè petentibus ostendat. Vnde; *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me.* (Luc. 4. f. Psal. 18. d.)

b *Et accedens.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Accessit ad illum verbum, corporeaque manu extensa, febricitantem erexit. Nam indiuulsam se cum carne sua societatem habere, persuasum volens, pleraque miracula per corporis ministerium edebat. (Christi corpus sanitatis instrumentum.)

c *Apprehensa.* Socrus Petri febricitans apprehensa manu leuatur. Febris, intemperantia est, de qua nos filij synagogæ per manum disciplinæ, & leuationem desiderij sanamur, & huius qui sanat nos ad vesperam declinantis à nobis ministramus voluntati. (†Matt. 8. b.)

d *Ministrabat eis.* BEDA. Tropo. id est, membra quæ seruierant immundiciç, seruiant iusticiæ. (Rom. 6.)

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Socrus Petri à febribus liberata, suum vicissim ministerium exhibet: nos per hoc erudiens, ne sanitatis beneficium frustrà aut præposterè à Deo expetamus, verùm eo præcipuè animo, vt sanitatem iam adepti, præceptis illius accuratius parere, sanctisque eiusdem necessaria vitæ præsidia subministrare valeamus. (Quo animo sanitas expetenda.)

e *Vespere autem.* BEDA. Occasus solis mors Christi. *Afferebant ad eum omnes male habentes.* Plures enim per apostolos post mortem suam sanauit, quam cùm in carne viuens Iudæis prædicauit. (Luc. 4.)

f *Ad ianuam.* HIERONYMVS. Ianua regni, moraliter pœnitentia est cum fide, quç operatur salutem varijs languoribus. Varia enim sunt vicia, quibus languescit ciuitas mundi. (Luc. 4 g. Moraliter.)

g *Et curauit multos.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Euangelista Marcus Christum multos malè habentes curasse asserit. Verum is scripturarum more multitudinis nomen generatim pro omnibus accipit (scripturæ namque dictionem hanc frequenter in eo sensu vsurpant) aut certè per τὸ multos, eos omnes & solos denotat, qui in illum credebant. Fides namque ad præstãdum sanitatis beneficium alliciebat. Verùm Lucæ contextus cum priori expositione magis facit, ait enim, *at ille singulis manus imponẽs curabat eos.*

h *Quoniam sciebant eum.* BEDA. Lucas dicit apertius: *exibãt dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es filius Dei & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant eũ esse Christum.* Dæmonia ergo Christum esse sciunt & filium Dei esse confitentur. In ieiunio enim fatigatum hominẽ diabolus putauit, nec tentãdo potuit eum experiri, an esset filius Dei. Sed postea per signorum potentiam, vel potius suspicatus est, vel intellexit. Non igitur eum quia ignoraret crucifigi persuasit, sed quia morte illius damnandum se esse non præuidit, vnde Paulus: *Nemo principium huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent.* (1. Co. 2. b)

✠ AVGVSTINVS. Sciebant Christum esse qui per legem fuerat promissus. Omnia enim signa, videbant in eo quç dixerant prophetæ. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant sicut principes eorum. (Seu quisquis author. lib. quæst. noui & veteris test cap. 66.)

i *Et dilu.* BEDA. Sicut per occasum solis mors, sic per diluculũ resurrectio Christi: cuius manifesta luce abijt in desertũ gentium & in fidelibus orabat, quia eorum corda ad orationẽ excitabat.

☞ *Ad hoc*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Venerunt in do. Si. *Vt ibi acciperent refectionem post laborem.*

2 Recumbebat autem socrus Simo. &c. *Licet enim virtute naturę febris posit curari, non tamen in instanti. Christus autem sanauit eam hic subito: & ita perfectè quod illa mulier ministrabat eis. Ex quo ostenditur illa curatio miraculosa ad discipulorum confirmationem.*

3 Vespere autem facto. *Hic ponitur pars incidentalis: occasione enim huius sanationis illi qui habebant infirmos in illa villa adduxerunt eos ad Christum quærentes remedium: & hoc est quod dicitur:* Vespere autem facto. *Dicit autem Theophilus expositor, quòd ita tardè adduxerunt eos ad Christum, quia illa dies erat dies sabbati, & credebant curationes non esse licitas durante die sabbati, quæ finiebatur in vespere illius diei.*

4 Et erat omnis ciuitas. *Id est, multi de ciuitate. Et est modus loquendi hyperbolicus, sicut supra dictum est.*

5 Et cura. mul. *Id est, omnes qui fuerunt ibi adducti, qui erant multi. Aliter exponitur:* Multos, *id est, plures de adductis, quorum fides & deuotio curationem merebatur.*

6 Et dæmonia multa eijciebat. *Eodem modo dupliciter exponitur id est, omnia vel plura.*

7 Et non sinebat ea lo. *Ex causis prædictis.*

8 Quoniam scie. eum. *Iam dictum est, qualiter hoc sit intelligendum.*

9 Et dilu. val. sur. *In hoc dans exemplum, vt prædicator & mirabilium diuinorum operator debeat fugere populi applausum, veruntamen quia non debet omittere salutem animarum, ideò subditur.*

4 Et — Eamus

MORALITER.

2 *Recumbebat autem socrus Simonis febricitans.* Per quam significatur mulier calore luxuriæ laborans quæ manu eius apprehensa sanatur, quia talis mulier eius repressa libertate curatur, Eccl. 26. b. *In filia non auertente se firma custodiam.*

3 *Vespere autem facto.* BEDA. Mysticè solis occubitus passionem, mortemque significat illius qui dicit, *Quamdiu sum in mundo, lux sum mundi* & sole occidente plures quàm ante dæmoniaci & ægroti sanantur, quia qui temporaliter in carne viuens paucos Iudæorum docuit, omnibus per orbem gentibus fide salutisque dona transmittit.

7 *Et non sinebat ea loqui.* THEOPHYLVS. In hoc docens nos non credere dęmonibus, etiamsi vera dicant, quia si aliquos credentes sibi inuenerint, veritatibus mendacia miscent. Vnde in collatione Moysi abbatis dicitur quod quidam anachoreta deceptus fuit à dęmone in angelum lucis se transformante, quia post plura vera quæ sibi dixerat, proiecit seipsum in puteum ad eius verbum. Nam ei dixit quòd tanti meriti erat apud Deum, quod ex hoc nullum pateretur malum, quòd fuit falsum: nam ex hoc lętaliter fuit vulneratus & citò post mortuus.

9 *Et diluculo valde surgens egressus abijt in desertum locum.* Per hoc ostendens, quod prædicator euangelij redire debet ad orationis secretum, vt ibi hauriat quod postea populis effundat; ideò sequitur:

† *Et præ-*

A a *Ad hoc enim veni.* VICTOR ANTIOCHENVS. Commodè hoc subdit euangelista. Neque enim solo illius diuinitatis autoritas, per hoc adumbratur, verùm etiam spontaneæ euacuationis humilitas. Lucas autem, quo verbi œconomiam exprimat, *Ad hoc enim missus sum*, scribit. Quare is patris de verbi incarnatione beneplacitum, Apostolatus nomine desi-gnat.

† proxima municipia. vt ibi.&c.

b *Et erat prędicans in synago.* BEDA. In hac prædicatione intelligitur etiam sermo ille habitus in monte quem refert Matthæus: nam Marcus adiungit: *Et venit ad eum le.* de quo talia dicit. Quibus intelligitur ille esse quē Matthæus dicit sanatum, postquam dominus descendit de monte. Sic enim Matthæus ait: *Cum autem descendisset Iesus de monte, se. sunt eum tur. m. & ecce leprosus veniens adorabat eum, dicens Domine si vis potes me mundare.*

B † sacerdoti Matth. 8.a.

c *Et genu.* BEDA. Humilis pudibūdus. Debet enim quisq; de maculis vitæ suæ erubescere, sed confessionem verecundia non reprimat: ostēdat vulnus, remedium poscat.

Ezech.18.g HIERO. Leprosus genuflexo domini voluntatem deprecans mundatur qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Lepra nostra peccatum primi parentis, quæ à capite incæpit, quando regna mundi desiderauit, *radix omnium malorum cupiditas.* Vnde Giezi auariciam secutus, lepra suffunditur. Hæc verò sacerdoti secundum ordinem Melchisedech ostensa, oblatione mundatur, dicenti: *Date eleemosinam: & ecce omnia munda sunt.*

1.Tim.6.b. 4.Re.5.g. C Lucæ.11.f. Lucæ.5.c.

Roma.3.c. BEDA. Leprosus genus humanum significat, qui secundum Lucam, lepra plenus fuisse perhibetur. *Omnes enim peccauerunt & egent illa gloria Dei.* Scilicet, vt extenta manu Saluatoris, id est, incarnato verbo, humanámque contingente naturam à varietate prisci erroris mundentur: & qui diu à populo Dei secreti erant à templo Dei reddantur: & vero sacerdoti offerre (qui est in æternum secundum ordinem Malchisdech) *corpora sua hostiam viuentem. s. d. p.*

Rom.12.a

d *Si vis potes.* BEDA. In voluntate tribuit potestatem, nec dubitat vt incredulus de voluntate domini, sed colluuionis suæ conscius non præsumit.

BEDA. Qui exclusus à lege domini se potestate curari postulat, supra legem iudicat gratiam esse. Vt enim in domino potestatis autoritas, sic in illo fidei constantia.

✠ THEOPHYLACTVS. Non dixit si Deum deprecatus fueris, sed si vis, quasi ipsum credens Deum.

e *Extendit manum.* BEDA. Leprosum tangi lex prohibet, sed quia dominus legis est, non obsequitur legi, sed legem facit. Non ideo tangit, quia sine tactu curare non poterat, sed sic probat, quia legi subiectus non erat.

D

f *Volo, mun.* BEDA. Illud mirabile, quo rogatur eo sanat genere. *Volo, mūdare: & cum dixisset, statim discessit ab eo lepra.* BEDA. Nihil medium inter opus & præceptum. *Dixit & facta sunt.* Vides quia voluntas potestas est. Itaque tanquam potestatem habens sanandi, & autoritatem iubendi, non refugit testimonium operandi. *Volo* enim dicit propter Fotinū; imperat propter Ariū, tangit propter Manichæū.

Psal.32.b. † Mar. 8. a. Luc.5.c.

g *Vide ne.* BEDA. Non quia voluit quod non potuit, quia *omnia quæcumque voluit fecit.* Sed docet nostra beneficia reprimi, non tantū à mercede pecuniæ, sed etiā gratiæ.

* quidquid E Psal. 113. b.

h *Osten.* BEDA. Vt intelligat non legis ordine, sed gratia quæ super legem est esse curatū. Offerre iubet, vt ostendat quia non legem soluit sed implet, dū secundum legem gradiens supra legem sanat, quos remedia legis non sanabant. Nec sacrificium significans cessare debebat, cum nondum significatum confirmatum erat constitutione apostolorum & fide credentium.

† diuulgare

a ¶ Iam facto sermone. a ¶ Non decet ociosum esse prędicatorem.

Et ait illis: Eamus in † proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prę-[1]

a dicem: Ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synagogis eo-

b rum, & in omni Galilæa, & dæmonia eijciens. † Et venit ad [2]

¶ Ostendit vulnus, remedium postulat.

c eum leprosus deprecans eum, & genuflexo dixit: Si vis potes [3]

d a ¶ Misericordiæ affectum.

e me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum [4]

¶ In hoc humilitas. a ¶ Gratia superat legem, non timet contaminari qui alios liberat.
¶ Nullum spernamus, & si maculosum videamus. b ¶ In hoc pietas. c ¶ In hoc potestas.
d ¶ Be. Nihil medium inter præceptum & opus. e ¶ Illud Volo: mundare.

f suam: & tangens eum ait illi: Volo: Mundare. Et cum dixisset, [5] [6]

statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus [7]

est ei: statímque eiecit illum: & dicit ei: Vide nemini * dixe-

g h ris: sed vade ostende te † principi sacerdotum, & offer pro e-

a ¶ Secundum legem offerri. b ¶ Si Deo credat, si impietatis lepra discedat.
¶ Salutis.

mundatione tua, quæ præcepit Moyses in testimonium illis.

¶ Prohibitus est dicere. At ille egres. a ¶ Sed nec ad horam potuit abscondi.

i At ille egressus cæpit prædicare, & † diffamare sermonem, ita [8]

¶ Tumultuosas carnalium mentes fugit, secretos à mundanis curis visitat.

k vt iam non posset manifestè in ciuitatem introire, sed foris [9]

¶ Allego. Hi sunt quos nihil potest separare à charitate Christi.

in desertis locis esse, & conueniebant ad eum vndique.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quo impudentem Iudæorum linguam obstruat, secundùm legis decretum ad sacerdotum principem mundatum amandat, *vade*, inquit, *ostende te sacerdotum principi*, vt cum paulò post veluti erronem & impostorem me persequentur, tutè mihi testimonium perhibeas & quod à me sanatus fueris, & quod iuxta legis præscriptum sacerdotis iudicio te sistere iussus. Ostende te nihilo secius, ne extra hominum consortium eijciare.

F

i *At il. egres.* BEDA. Vnius salutio multos ad dominum cogit. Non potest tacere beneficium, etiam iussus ab eo qui dedit. Præcepit dominus abscondi. Vult enim, vt in bonis quæ agimus latere velimus, quod est humilitatis; & inuiti prodamur vt alijs prosimus, quod magnæ est sublimitatis, cum etiam si ipsi velimus, opera non possunt taceri.

k *Ita vt iam.* HIERON. Non omnibus manifestatus est Iesus, qui latis atque plataneis seruiunt laudibus, & proprijs voluptatibus sed his qui foris cum Petro exeunt, & in desertis locis sunt, quæ elegit dominus ad orandum & reficiendum populum, qui deserunt delectationes mundi & omnia quæ possident, vt dicant: *Portio mea dominus.* Gloria verò domini manifestatur his qui conueniunt vndique, id est, per plana & ardua, quos nihil potest separare à charitate Dei.

Psal. 118.h.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Eamus in proximos vicos & ciuitates, &c. *Cætera patent.*

2 Et venit ad eum, &c. *Hic ponitur tertium miraculum de leproso mundato, cuius fides exprimitur cum dicitur.*

3 Si vis potes me. *Confitendo enim in Christo diuinam potentiam, meruit curationem: ideo subditur.*

4 Iesus autem mi. *Licet enim secundum determinationem legis ex tactu leprosi contraheretur immundicia, tamen hoc in Christo locum non habuit, quia ex tactu lepram curauit.*

5 Ait illi: volo. *Hic est punctus: & quod subditur.*

6 Mundare. *Imperatiuum est, vt ostendat se per modum imperij lepram curare, tanquam dominus creaturæ.*

7 Et commi. est. ei. *Prohibendo ne hanc curationem diuulgaret, donec ostendisset se sacerdotibus, & sacrificium in lege pręceptum pro sua emendatione obtulisset. Legalia enim habuerunt cursum suum & obligationem vsque ad Christi passionem, in quo oblatum est vnum perfectum sacrificium euacuatiuum legalium, & ideo vsque tunc Christus legalia seruauit, sicut declaratum fuit Mat. 5. super illud verbum:* Non veni soluere legem sed adimplere. *Et similiter alijs seruanda mandauit, vt hic patet.*

8 At ille. *scilicet, post factam oblationem prędictam.*

9 Vt iam non pos. *Propter pressuram hominum sibi occurentium ad quęrendum sanitates, & videndum miracula.*

MORALITER.

† † *Et prædicans in syna. &c. Et venit ad eum leprosus.* Per lepram quæ morbus est contagiosus, originalis culpa significatur, quæ per carnalem generationem ad posteros deriuatur, qui manu Christi tactus sanatur, quia virtute eius per baptismum emundatur. Per oblationem autem muneris & diuulgationem operis significatur quod baptizatus tenetur Deo fideliter seruire, & eum iugiter collaudare.

A

ADDITIO I.

In cap. I. *Vbi dicitur in postil.* Ideo non est credibile, quòd calceamentis vteretur.

Vti calceamentis manifestum est esse de communi hominum consuetudine, non solum rudium seu imperfectorum, sed etiam sanctorum vt patet de Moyse Exod. 3. b. cui in reuerentiam terræ sanctæ dicitur per angelum: Solue calceamenta de pedibus tuis. *Similiter de Iosue legitur Ios. 5. d. Vnde non est incredibile, quod Christus qui non solitariam duxit vitam, sed cum hominibus conuersatus est, vt Baruch. 4. d. calceamentis vteretur. Conuenientissimũ enim est, vt quis cum eis quibus conuersatur, saltem in licitis & honestis conformetur, vnde. I. Cor. 9. d.* Omnibus omnia fa. sum. *Nec obstat illud quod Postil. allegat, quod Christus imposuit discipulis ad prędicandum missis sine calceamentis incedere.*

Primò, quia non omnia quæ ipsis discipulis ad prædicandum missis imposuit Christus, ipse seruauit. Præceperat enim eis. In ciuitates Samaritanorum non intraueritis. *Matth. 10. a. quod tamen ipse Christus non seruauit, vt habetur Ioan. 4. Similiter Matth. 10. a.* In viam gentium ne ab. *Christus autem abijt in viam gentium, vt patet Mat. 15. b. vbi legitur*: Secessit in partes Tyri & Sidonis. *Vnde illud quod legitur actu. I. a.* Cœpit Iesus facere & docere. *Intelligitur de his quæ simpliciter sunt bona secundum legem naturalem vel diuinam, seu de his quę pertinent ad perfectionem vitæ. Vsus autem calceamentorum de se nec est bonus nec malus secundùm vtramque legem prędictam: vnde secundùm Aug. de doc. Christiana. In omnibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est.*

B

Secundò, quia illud quod dicitur. Luc. 10. a. Nolite portare peram nec calceamenta, *à doctoribus intelligitur, non vt litera sonat, sed figuratiuè, vnde in glo. ibidem vtrumque de mortui animalis corio fit. vnde nihil mortale vult esse in illis quos ad prædicandum mittit, hac in glo. Quæ quidem glo. non mystica tantum censenda est, sed potius literalis. Nam cętera quæ Christus prohibuit discipulis ad prędicationem missis, ad literam intellecta sunt impeditiua officij prędicationis, inquantum aliquam solicitudinem superfluam secum trahunt, sicut est possidere aurum & argentum, vel portare sacculum vel peram & huiusmodi. Sed calceamẽta manifestum est, quod non impediunt ad itinerandum, sed potius expediunt, vnde dominus qui Israeliticis exeuntibus de Ægypto, ad festinationem exeundi & ambulandi hortabatur in esu agni paschalis, pręcipiebat eos habere calceamenta in pedibus, vt patet Exo. 12. b. Cuius ratio est, ne nudis pedibus ambulando per offensionem lapidum vel huiusmodi, impedirentur ab itinere. Ex quibus videtur sequi quod Christus non prohibuit prædicatoribus materialiter calceamenta, sed intelligendum est prout in glo. allegata. Hoc enim patet. inf. 6. c. manifestè, vbi Christus discipulis ad prędicandum missis iubet calceari sandalijs, vbi Aug. de consensu euangelistarum dicit, quod Marcus dicendo calceari sandalijs, aliquid hoc calceamentum mysticæ significationis admonet, & ideo nullam contradictionem includit, si vno loco calceamenta discipulis prohibeantur, & in alio eisdem pręcipiantur: cum secundùm mysticam expositionem vtrumque sit verum. Si quis autem omnino contendat quod nullo modo calceamenta intelligantur nisi materialiter, tunc ex dictis apostoli habebit concedere, quod prędicatores euangelij debent habere calceamenta. Dicit enim Eph. 5. c.* State ergo suc. &c. *Et sequitur*: Et calceate pedes in præparatione euangelij

C

pacis. *Oportet ergo dicere, quod tam in dictis Christi prohibentis calceamenta discipulis, quàm in dictis Apostoli præcipientis prædicatoribus calceari, vtrobique intelligantur calceamenta non materialiter, sed spiritualiter. Tertiò, nam consuetudo ecclesiæ vniuersalis maximam habet autoritatem. Ipsa enim doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia autoritatem habet. Dicit enim Aug. in li. de vtilitate credendi: Non crederem euangelio, nisi ecclesia illud mihi traderet. Constat autem, quòd ex consuetudine ecclesię vniuersalis prędicatores diuini verbi materialibus vtuntur calceamentis: nec ex hoc reprehenduntur, nisi fortè illi qui ex regula vel constitutione ad hoc restringuntur. Cæteri autem nullo modo tam generaliter & irreprehensibiliter hoc fecissent si ex pręcepto Christi hoc fuisset interdictum prædicatoribus, vt posti. videtur sentire. Quarto, quia ex his verbis Ioannis Baptistæ August. intellexit ad literam, quòd Christus calceamenta materialiter portabat, vnde dicit in lib. de verbis domini: De his calceamentis quibus calceati sumus confortat me dominus Iesus, quia nisi calceatus fuisset, de eo Ioannes non dixisset:* cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere: *Surrepat ergo humana præsumptio di. Ego euangelium seruo: quia nudo pede ambulo. Hac ille. Est etiam alia ratio ad propositum: vide. infr. ca. 6. in additione secunda.*

ADDITIO II.

In eo. c. *Vbi dicitur in postil.* Dicendum quod illa apertio non fuit in corpore cœlesti sed in aëre.

Melius dicendum est secundùm Hiero. super Mat. dicẽtem, quod non reseratione elementorum, sed spiritualibus oculis cœli aperti sunt sicut Ezechiel in primo sui voluminis apertos esse commemorat. secundùm quam sententiam nec in corpore cœlesti, nec in aëre apertio illa fuit facta sed tantum respectu ipsius Christi hanc apertionem spiritualiter considerãtis. Quod etiam ipse modus loquendi euangelistarum testatur. Dicitur enim Mat. 3. d. Et ecce aperti sunt cœli. *Vbi Chryso. Quod corporaliter aperitur, omnibus apertum est. Similiter & Marcus dicit de Christo tantum.* Vidit cœlos apertos: *Quasi ipsa apertio cœlorum ad visionem Christi referatur, scilicet, intellectualẽ, prout Christus baptismo iam sanctificato vidit apertum esse cœlum hominibus: quod tamen antea viderat fiendum. Vnde in hac apertione secundùm Tho. in 3. par. q. 29. ar. 5. in cor. quæstionis, tria sunt consideranda quę pertinent ad efficaciam nostri baptismi. Primò quidem principalis virtus ex qua baptismus efficaciam habet. Quæ quidem est virtus cœlestis, scilicet, diuina, quod rectè significatur per apertionem cœlorum. Secundò, ad efficaciam baptismi operatur fides ecclesiæ & eius qui baptizatur. Baptismus enim est fidei sacramentum, per fidem autem cognoscimus cœlestia, quæ sensum & humanam rationem excedunt: ad quod significandum aperti sunt cœli. Tertiò, quia per baptismum aperitur nobis introitus regni cœlestis, prout in postilla.*

D

ADDITIO III.

In eod. ca. *Vbi dicitur in postil.* Si enim cognouissent dæmones ipsum esse Deum, nunquam induxissent.

Non videtur ratio quare dæmones non induxissent Iudęos ad crucifigendum Christum, etiam si cognouissent ipsum esse Deum. Dæmones enim cum sint in termino damnationis, quanto ad maiora peccata homines trahere possunt, tantum ad illud magis conantur: & ideo Beda in hoc loco loquens de diabolo sit dicit: Non igitur ideo Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Dei filium non esse putauit. Ex quo patet, quod etiam si filium Dei ipsum esse putasset: adhuc persuasisset vt crucifigeretur. Dictum autẽ Apostoli. I. Cor. 2. b. dicentis: Si enim cognouissent, nunquã dominũ gloriæ crucifixissent, &c. *Non facit ad propositum. Loquitur enim de hominibus qui tanquã viatores quãtuncumque viles sint, nondum tamen communiter attingunt ad terminum damnationis.*

E

REPLI. In primo ca. *Vbi dicitur*: Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti, &c. *Postil. hoc exponens dicit, per hoc significari vile obsequium, quasi dicat, non sum dignus ei in minimo obsequium pręstare. Non enim ad literam Christus calceamenta soluenda habuit qui apostolis ne portarent interdixit, quia* cœpit Iesus facere & docere, &c. *Burg. hoc dictum ęgre ferens fortasse propter postil. nudipedem calceamentorum vsum paruipendit, non attendens quod sanctus Dyonisius ca. 15. angelicæ hierar. singulari mysterio describit angelos discalceatos, vt ostenderet ad diuinas illuminationes suscipiendas & communicandas nudipedes esse aptiores. Attendat Bur. primum ecclesiæ electum & deputatum rectorem Moysen, non nisi nudipedem ad diuinæ contemplãda accedere potuisse: Exo. 3. a. Et prophetarum disertissimum Isaiam ad Dei pręceptum nudipedem incessisse, Isa. 20. b. Et magistrum vnicum nudipedem sedisse, vt patet ex Mariæ pœnitentia, quę pedes eius lauit, Luc. 7. g. Apostolosque calceatos non fuisse. Et quamuis omnium illarum rerum sint rationes mysticæ per doctores & glossam assignatæ, verum est tamen ad literam illam contigisse & Moysi & Isaiæ & apostolis pręcepta fuisse: Ecclesia catholica vsus est in picturis & imaginibus aliquorum sanctorum depictis cum calceis, imagines tamen apostolorum & Christi nudipedes apparent: quę picturę libri laicorum dicuntur, & rerum gestarum rememoratiuæ. Vnde. Bur. se inaniter fatigat, in commendatione calceamentorum in suggilationem postil. quasi dixerit vel senserit euangelicos prędicatores sub præcepto Christi astrictos ad abiectionem calceorum: quod tamen non intendit: sed dicit apostolos prohibitos. Constat autem prædicatores verbi Dei multa licenter facere, quæ facere apostolis non licebat. Constat enim apostolos reliquisse omnia quæ eorum successores non relinquunt, sed quidam thesaurizant. Constat etiam apostolos vota emisisse: quæ successores eorum non emiserunt. Constat apostolos in illatis contumeliis fuisse gaudentes, successores eorum iniurias acriter vindicãtes, & sic de multis aliis. Frustra etiam Bur. se fatigat ad persuadendum Christum incessisse calceatum, quia vt dicit conuenientissimum fuit se conformare cum his cum quibus conuersabatur in licitis & honestis. Allegat ad hoc apostolum. I. Cor. 9. d.* Omnibus omnia factus sum. *Et sicut Bur. subsumit de calceamentis, ita & ego subsumo de diuitijs & possessionibus, quę sunt honestę & licitæ, igitur conueniebat Christum fuisse diuitem & proprietarium, sicut Burg. arguit eum calceatum: sed consequens est contra Christi professionem. Dixit enim*: Vulpes foueas habent, &c. filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. *Ita subsumi potest de nuptiis & multis aliis licitis & honestis: patet igitur principium Bur. modicum veritatis habere. Item si propter conseruari cum hominibus, prout allegat Burg. Baruch. 3. Christus debuit esse calceatus, igitur fuit calceatus antequam incarnatus. Tenet consequentia, quia illa conuersatio cum hominibus, allegata, exponitur ad literam de conuersatione cum Iudæis in deserto. Apostolus etiam per Burgen. allegatus, per totum capitulum probat, oppositum intentionis suæ, quia probat ibi autoritatibus & rationibus à licitis abstinendum veris prædicatoribus, sicut accipere sumptus necessarios ab his quibus prædicant: Vide Bon. in apologia. Nec valet*

F

responsum Burg. ad argumentum Postillatoris, quia facit glossam nouam illius dicti: Cœpit Iesus facere & docere. *Et puto suam glossam fore errori propinquam: illud scilicet dictum intelligendum esse solum de his quæ simpliciter sunt bona secundum legem naturalem & diuinam: quia secundum illam glossam Christus non fecisset nec docuisset opera supererogationis neque condescensionis, neque consilia, quæ non sunt similiter bona ad legem naturalem & diuinam pertinentia, alias enim non possent omitti sine peccato, quod falsum est, vt patet Matt. 19. Melius autem glossatur illud dictum, quod* cœpit Iesus facere & docere, *id est, quidquid ad virtutem & austeritatem vitæ pertinet, quod Christus docuit, ipse primò fecit. Et quia nudipeditio austeritatis est, & apostolis præcepit, ideo fecit, quod est argumentum postil.*

Sed huic rationi Burgen. dat instantiam dicens: Christus præcepit apostolis: In viam gentium ne abieritis. *Matt. 10. a. & tamen ipse transiit per mediam Samariam, &c. Hic dico, quòd instantia non valet, quia non dicitur Act. 1. quòd Christus docuit quidquid fecit, sed dicitur: quidquid docuit, hoc primum fecit: & fecit quæ non docuit facienda, prout August. dicit. Non enim Christus dixit. Discite à me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare. Non hoc dixit: sed quid ait?* Discite à me, quia mitis sum & humilis. *Potest etiam dici, quod cum Christus transiret per mediam Samariam, ibant etiam cum eo apostoli, qui per eum prohibiti erant ad prædicandum gentibus propter causas assignatas in glo. autoritatis allegatæ: & sic Christus etiam seruauit, quia occasionalis fuit eius transitus per Samariam, non principaliter intentus ad ibi prædicandum: ideo Matthei quintodecimo c. dixit mulieri.* Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domum Israel. *Et sequitur:* Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus.

In eod. cap. *Vbi dicitur:* Cœli aperti sunt. postil. *exponit de signo visibili sensibili, vel imaginaria visione considerato. Burgen. autem non vult aliquod fuisse reale signum in aëre, sed solius Christi specialem intuitum significare cœlum apertum. Sed doctores per eum allegati non loquuntur cum præcisione, restringentes se ad solam spiritualem visionem Christi, cuius signum repræsentatiuum in aëre apparuit etiam Ioanni Baptistæ: propter id quod dicitur Ioan. 1. Ipse baptizans accepisse à Deo signum agnoscendi baptizatum. Nam si præcisè de Christo intelligeretur visio spiritualis illius apertionis cœli, mirum videretur ad quem finem, cum anima Christi viderit omnia in verbo quæ verbum. Sicut igitur non oportuit dici aperiri cœlum, vt cœlum videat, quia perfectior est visio omnium in verbo quam in specie propria. Intelligibilius igitur videtur dici, quod Ioannes viderit imaginaria vel sensuali visione (sicut Ezechiel) super Christum cœlum aperiri: sicut vidit spiritum descendere ad perhibendum testimonium de efficacia baptismi Christi: per quod aperitur ianua cœli. Vidit inquam in hoc, sicut in signo repræsentante.*

In eod. cap. *postil. præponderat opinionem dicentium dæmones non sciuisse Christum esse Deum: propter hoc quod dicitur primæ Cor. 2. b.* Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent, *id est, induxissent Iudæos ad crucifigendum. Burg. autem abiicit rationem dicens, quòd non videtur ratio, etiam si nouissent eum esse Deum, quare non induxissent, quia conantur homines trahere ad peccata maiora libentius. Sed Burg. potuit bene videre rationem multiplicem, cur ad crucifigendum non induxissent. Nam diabolus sciuit per mortem Christi suum perire imperium, & hominem saluari & regnum Christi exaltari, &c. quę quia diabolo præiudicant scienter, ad sui præiudicium non conatur: vnde & si trahit libenter homines ad vicia, non tamen in suæ potestatis destructionem, & sic allegatum de Apostolo est magis ad propositum quàm de hominibus malis, de quibus Burg. exponit, quia nemo vtens ratione sibiipsi nocere cupit.*

CAP. II.

A a *Ita vt non.* BEDA. Prædicante domino, in domo non capiuntur, neque ad ianuam: quia prædicante in Iudæa Christo gentiles ad audiendum nondum intrare voluerunt, ad quos tamen (etsi foris positos) doctrinæ suæ verba direxit per prædicatores suos.

paralysis. b *Paralyticum.* HIERO. Paralysis typus est torporis, quo piger iacet in mollicie carnis, habens desideriũ salutis: sed turbis ignauis & duplis cogitationibus, ac si eneruatis membris offenditur. Quẽ portãt quatuor quas supradiximus virtutes ad regulas diuinitatis & sapientię in domo carnis Christi patefactas. Cui vice muneris dicitur portare carnem quæ se portabat, vt per aliam viam cum magis in suam regionem redeat.

✱VICTOR ANTIOCHENVS. His non absimilia exponit Lucas quoque vno illo duntaxat excepto, quod ciuitatis, in qua miraculum editũ fuerat, nomen nõ exprimat. Matthæus verò, quod de tecto reuulso narratur, suppresso, eadem fere verborum serie, signum in sua ciuitate factũ scribit. At ciuitas illius nõ Capharnaũ, sed Nazareth habebatur: nisi quis Capharnaum ob id forsan ciuitatem illius appellatam dicat, quod frequenter admodũ in illa degeret multáq; subinde miracula in ea patraret. Sũt qui putent (quod loca illa paruo interuallo à se inuicẽ distarent) euangelistas non tam curasse, vt locum præcisè indicarent, quam vt miraculũ ipsum exponerent: de hoc autem omnium sententias inter se conspirare, etiamsi alij alio modo historiam texant.

b *A quatuor portabat.* BEDA. Quia quatuor virtutibus ad dominum fiducia mentis erigitur. De quibus dicitur in libro Sapientiæ. *Sobrietatem & sapientiam docet & scientiam & virtutem,* quas alij prudentiam, fortitudinem, temperantiam & iusticiam nuncupant. (Sap. 8. b.)

(Margin: ❡ne ea quidẽ quæ ad ianuam. — * amplius † caperẽtur — †Matt. 9. a. Luc. 5. d.)

CAPVT II.

a ❡ Beda. Post desertum. ❡ Sed quia nec carnales deserit, iterum intrauit in Caphar. ❡ Be. ciuitatem a ❡ Be. in Iudæa. ❡ Ideo.

1 ET iterum intrauit Capharnaum post dies octo: & auditum est, quòd in domo esset, & conuenerunt multi, ita vt non * † caperet † neque ad ianuam, et loquebatur eis verbum.

❡ s. domus. a ❡ Beda Tamen. b ❡ Be. Per apostolos. ❡ Doctores. a ❡ Be. Alle. Animam mollicie carnis torpentem. b ❡ Quia quatuor libris Euangelij omnis doctrina firmatur.

b † Et venerunt ferentes ad eum paralyticum, qui à quatuor portabatur. 2 Et cùm non possent offerre eum illi præ

❡ *Nudauerunt*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. II.

1 ET iterum intra. in Ca. post. di. octo. *Postquam descripta est Christi prædicatio, hic consequenter describitur insurgens ex ea Iudæorum æmulatio, & hoc in quatuor casibus, scilicet in paralytici curatione, in Matthæi vocatione, in discipulorũ Christi argutione, & in manus aridæ sanatione. secunda pars incipit ibi:* Et cum præteriret, vidit Leui. *Tertia, ibi:* Et erant discipuli Ioannis. *Quarta in principio se. c. Circa primum præmittitur æmulationis occasio: secundò, æmulorum peruersa cogitatio, ibi:* Erant autem illic quidam de scribis? *Tertio ipsorum confutatio, ibi.* Quo statim cognito Iesus. *Istæ tres particulæ expositæ sunt Matt. 9. in principio capituli: hoc excepto quòd ibi tacetur modus offerendi paralyticum ipsi Christo, qui hic exprimitur cum dicitur:*

2 Et cum non pos. of. eum, &c. nu. tec. *Scilicet domus in qua erat Christus. Ad cuius intellectum sciendum quod domus in terra illa habent plana tecta & ibi ascendunt homines causa recreationis ad habendum aërem & confabulandum ad inuicem: quia de tecto vnius domus potest de facili transiri ad tectum alterius domus & propter hoc dicit Saluator Matt. 10. c.* Quod in aure auditis, *id est, in secreto,* prædicate super tecta, *id est in publico vbi conueniunt homines. Et in quolibet tecto est vna clausura quę aperitur, quando homines de domo ascendunt super tectum*

MORALITER.

† 1 *Et iterum intra. in Ca.* Sequitur.

† *Et vene. fe. &c.* Per quem significatur turpi marcens ocio. Lectus in quo iacet est praua consuetudo: portatores eius vt sanentur à Christo sunt quatuor suę salutis procuratores, scilicet monens secrete, prædicans publicè, orans pro eo, & inuitans exemplo; & sic ante Deum locatur, & dictorum meritis, si tamen obicem non ponat, sed magis consensum, sanatur & tollit lectũ malæ consuetudinis per exercitium boni operis & sic procedens de virtute in virtutem: vadit ad domum suam cœlestem. Illi verò qui inde murmurant significant dæmones qui inde valde dolent.

† *Et cum*

a *Nudauerunt tectum vbi erat*. Tectum domus in qua Christus docet, sublimitas est scripturæ, *in qua corrigit adolescentior viam suam, in custodiendo sermones tuos.*

Psal. 118.b. Luc. 5.e.

BEDA. Domus Iesu secundum alium euangelistam tegulis tecta dicitur, quia vilitate literæ sensus spiritualis tegitur. Cum grabato ante Iesum deponitur, quia cognoscere Iesum debet etiam in carne hac constitutus.

b *Cum au. vidi.* BEDA. Multum valet apud Deum fides propria, vbi tantũ valuit aliena: vt homo interius & exterius sanatus repente exurgeret aliorúmque meritis, sua ei relaxarentur errata.

† Luc. 5. d.

c *Fili*. Mira humilitas: despectũ ab omnibus, dissolutum totis artubus, filiũ vocat. Aut certè ideo, quia dimittuntur ei peccata.

✠ VICTOR ANTIOCHEN. Quod paralyticum hunc filium vocat, illud, aut propter fidem quam de ipso conceperat, facit, aut certè ad creationis causam respicit. At quid hoc est, inquit intra se ille, quod de peccatis audio? Aliud expecto, & aliud largieris. Detulerunt me huc illi, vt recuperata sanitate ambulem, tu verò aliud pro alio sanas. Cernis haud dubiè quæ non illi cernunt. Cognoscis enim quæ secretò admisi, quæ illi non cognoscunt. Anima præ corpore laborat, morbi itaque causam è medio submouens, ipse etiam morbus vna submouebitur.

† Matt. 9. a. Luc. 5. e. Ioan. 5. b.

† stuperent

d *Dimittun. ti. pec.* Ostendit propter peccata fuisse morbo percussum, & ideo non posse sanari nisi prius his dimissis. Sicut paralytico ad piscinam: *Ecce sanus factus es, iam noli pec. ne deterius tibi con.* BEDA. Quinque de causis afficiuntur homines molestijs carnis. Aut propter merita augenda, vt Iob & martyres. Aut propter humilitatem conseruandam vt Paulus ab angelo Sathanæ. Aut ob peccata intelligenda & corrigenda, vt Maria soror Moysi. Et hic paralyticus qui non nisi dimissis peccatis potuit curari: aut ad gloriã Dei, sicut cæcus, de quo: *Neque hic peccauit, neque paren. eius, &c.* & Lazarus, cuius infirmitas non fuit ad mortem, sed pro gloria Dei, aut ad initium æternæ damnationis, vt Herodes.

Ioan. 5. c. Quibus de causis affciantur molestijs carnis. 2. Cor. 12. b. Nu. 12. c. Ioan. 11. b.

e *Quis potest di.* BEDA. Verum dicunt: Solus Deus hoc potest, solus etiam per eos dimittit quibus potestatem dimittendi peccata tribuit, ideo verè Deus. Verum testantur, sed personam Christi negando falluntur. Errant igitur, quia vt Deum esse, & peccata dimittere credunt, Christum tamen esse eum non credunt. Sed dementius Ariani qui & Christum esse & peccata dimittere negare non audent: Deum esse, negare non timent.

f *Quid est*. BEDA. Quasi dicat. Qua potentia cordis occulta intueor, eadem peccata dimitto. Quasi dicat: Ex vobis intelligite quid consequatur paralyticus.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vtique peccata reipsa dimittere difficiliùs est, quam dicere, dimittuntur tibi peccata. Neque enim is facilè falsitatis redargui potest, qui dicit, dimittuntur tibi peccata tua, quippe cum hic effectus sub sensum non veniat. Si quidẽ vulnus non patet, vt medici virtus diiudicare possit. Quia ergò verbo fidem non habetis opus adijcio, quo illud statuatur quod sub aspectũ nõ cadit. Etenim si Dominus primùm exterius paralyticum sanasset, atq; deinde illi peccata cõdonasset, rati fuissent primùm quidem præstitum, secũdum verò manere incertum. Quia ergò primum erat ambiguũ, vulgóque parũ creditum, adiectum est secundum.

† perfodientes. † loquitur blasphemias. † Ma att. 9. Luc. 5. c.

g *Filius hominis*. BEDA. Solus Deus dimittit peccata, & filius hominis habet potestatẽ dimittendi peccata: ergo idem Deus & filius hominis est: Ita homo Christus per diuinitatem dimittit peccata, per humanitatem pro peccatoribus potest mori.

† honorificarent. † Matt. 5. a. Luc. 5. f.

a turba, nudauerunt tectum vbi erat, & † patefacientes submiserunt grabatum in quo paralyticus iacebat. Cùm autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico: Fili dimittuntur tibi peccata. Erant autem illic quidam de scribis sedentes & cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic † loquitur? Blasphemat. † Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo, quia sic cogitarent intra se, dixit illis: Quid ista cogitatis in cordibus vestris? † Quid est facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata, an dicere: surge, tolle grabatum tuum & ambula. Vt autem sciatis, quia potestatem habet filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico. † Tibi dico, surge, tolle grabatum tuum, & vade in domũ tuã. Et statim surrexit ille & sublato grabato abiit corã omnibus, ita vt † mirarentur omnes, & † glorificarent Deũ, dicẽtes: quia nũquã sic vidimus. † Et egressus est rursus ad mare, omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cùm

[Interlinear glosses: a ¶ Cogitationum. ¶ Domus. b ¶ Scripturarum mysteria. ¶ Carnem. ¶ Torpens. a ¶ In incredulitate, non surgentes ad fidem. a ¶ Ideo inuident, quia dixit: Dimittuntur tibi peccata. ¶ Non Dei ¶ Despectiuè. ¶ Tam alte. ¶ Enim. a ¶ Quia perfidos saluare desiderat occultorum cognitione, & operum virtute se Deum esse manifestat. a ¶ Hoc. s. cognito. b ¶ Mihi. a ¶ Dixit & facta sunt. ¶ Hiero. Quasi eiusdem potentię est animam sanare & corpus. b ¶ Quod spirituale, quod solus Deus nouit qui facit. a ¶ Quod corporeis oculis videri potest. b ¶ Vt visibile miraculum probet inuisibile. a ¶ Beda. A carnalibus desideriis ¶ Beda. Carnem per continentiam spe cœlestium à terrenis segrega. a ¶ Paradisum quæ prima domus hominis fuit. b ¶ Mira domini virtus, sine mora salus in iussu est. a ¶ Damnata blasphemia ad laudem vertuntur. ¶ Post curatum paralyticum. a ¶ Capharnaum. b ¶ Vt maritimos colligat.]

✠ VICTOR ANTIOCH. Filius hominis signum patraturus hæc verba præmittit. *Vt autem sciatis, &c.* Vt planum fiat diuinitatis vim, propter indiuulsam vtriusque vnionem, in humanam quoque naturam sese diffundere: Quasi diceret: Quamuis homo iam factus, cum Deus alioqui essem, propter carnis œconomiam in terris degam, nihilominus vt Deus signa edo, peccatísque obstrictis vincula relaxo.

h *Vade in do. tuam.* BEDA. Qui languerat, grabatum domum reportat, cum anima peccatorum remissione curata, se ad diuturnam sui custodiam cum ipso corpore refert: ne quid iterum vnde feriatur admittat.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Mirantur omnes id quod in omnium oculos incurrebat, & quod maioris momenti erat, puta peccatorum remissionem missam faciunt.

i *Et egressus, &c.* BEDA. Post curationem paralytici in Capharnaum ad mare egreditur, quia non solùm ciues, sed & maris habitatores instruit, & fluctiuagos mundi motus fidei firmitate contemnere docet. Ibi turbam multam erudit: ibi Publicanum apostolum facit, ibi peccatores per pœnitentiam correctos, suos dignos reddit conuiuio, & auditu suorum arcanorum, & ab vndis cupiditatum separatos ad solitudinem quietę conuersationis quæ est in spe cœlestium pertrahit. Nam sequitur: *Et cum præteriret,*

NICOLAVS DE LIRA.

tectum, & clauditur, quando descendunt. Illi igitur qui portabant istum paralyticum, non potentes ingredi domum in qua Christus erat propter turbam: quæ non solum erat intra domum, sed etiam ad ostium, per aliã domum contiguam portauerunt illum paralyticum super tectum domus in qua erat Christus, & aperientes clausuram tecti prædictam,

1 Submiserunt. *Paralyticum in lecto ante Christum. Cætera exponuntur, sicut exposita sunt Matthæi nono.*

2 Et cum præteriret vidit Leui. *Hic describitur æmulatio Iudæorum contra Christum in Matthei vocatione. Et primò ponitur æmulorum*

MORALITER.

† 2 *Et cum preteriret vidit Leu.* Ibi sedent aliqui cupiditate lucri per artem campsoriam, & aliqui per artem deceptoriam in ludo taxillorum. Et aliquando tales vocantur à domino, non solum ad pœnitentiam agendam, sed etiam ad prædicandum, sicut hic vocauit Matthæum: & cum talibus voluit discumbere, † ostendens

☞ *teriret, vidit Leui*, &c.

A a *Leui*. HIERO. Leui additus, quia à telonio negociorum sæcularium sequitur solum verbum quod dicit: quia *qui non renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse disci.* (Luc. 14. g.)

BEDA. Marcus & Lucas verecundiæ causa & honore euangelistæ nomen vulgatum non ponunt. Ipse (secundum hoc quod scriptum est. *Iustus in primis accusator est sui*) Matthæum se & publicanum nominat: vt ostēdat nullum cōuersum debere de salute diffidere cum apostolus & euangelista de publicano sit factus repente. (Prou. 18. c.)

B b *Secutus est eum.* BEDA. Lucas plenius. *Et relictis omnibus secutus est eum.* Sequitur, qui vt pauperem Christum non tam corporis gressu quàm mentis affectu possit sequi, omnia relinquit, sicut Matthæus qui non solum lucra vectigalium, sed etiam periculū quod propter imperfectas rationes accidere poterat à principibus sæculi contemnit, cupidus sequendi. Qui enim exterius vocauit, vt mox sequeretur, intus accendit, & modum docuit. Meritò ergo qui obediendo humana contempsit negocia, diuinorum dispensator factus est talentorum. (Luc. 5. f.)

C c *Et factum est dum.* BEDA. Lucas *Fecit eis conuiuium magnū Leui in domo sua.* Qui enim Christum intus recipit, voluptatum delectatur vbertate, & dominus libenter ingreditur, & in eius recumbit affectu. Hoc est spirituale conuiuium bonorum pauperum, quo diues eget, pauper epulatur. (Luc. 5. f.)

d *Publicani.* Qui publica vectigalia exigunt, vel sæculi lucra sectantes, qui exemplo publicani conuersi iam de salute præsumunt, nec vt Pharisæi calumniantur in viciis permanentes, sed pœnitentes. Vnde enim, &c.

BEDA. Ad conuiuium peccatorum vadit: vt docendi occasionem habeat, & spirituales cibos impertiat. Eundo ad peccatores, domini humilitas ostenditur: in conuersione pœnitentium patet doctrinæ eius potentia.

BEDA. Per vocationem Matthæi fides gentium: quæ relictis lucris sæculi, epulis charitatis & operum bonorum cum domino conuiuantur. Per pharisæorum supercilium, de salute gentium Iudæorum inuidia designatur, quibus dicitur: *Publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.*

e *Quare cum publicanis.* ✠ VICTOR ANTIOCHENAS. Lex polluta omnia reiiciebat, Christi autem gratia malum in bonum cōuertebat. Neque enim Christus venerat vt Iudex, sed vt medicus. Quare quod medicorum ars & professio deposcit, familiariter cum his agebat, qui sanationis egentes erant. D

f *Non necesse.* BEDA. Si medicum dicit, qui miro medicandi genere vulneratus est propter *iniquitates nostras, & liuore eius sanati sumus*

---

a ¶ Oculis misericordiæ b ¶ Additus. c ¶ Ad curam vectigalium, telos enim Græcè Latinè vectigal.

a præteriret vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium, & ait [1]

a ¶ Imitare. ¶ Pauper pauperem. Beda. ¶ Et fecit ei conuiuium, quod Lucas dicit

b illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum. † Et factum est

c cùm accumberet in domo illius, multi publicani & peccato-

d res simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Erant e-

¶ Pœnitentes.

nim multi † qui sequebantur eum. Et scribæ & pharisæi videntes, quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, dicebant discipulis eius. † Quare cum publicanis & peccatori- e

¶ Cum peccatoribus iustus.

bus manducat & bibit magister vester? Hoc audito, Iesus ait

¶ Magister pro discipulis respondit. ¶ Superbi, ¶ Humiles.

f illis: Non † necesse habent sani medico, sed qui male habent.

a ¶ Ideo vos declino. b ¶ Vos qui tanquam iusti fugitis peccatores, qui vestram iustitiam statuentes, iustitiæ Dei non estis subiecti. c ¶ Qui se peccatores agnoscunt. Non per legem iustificari se videntes, Christi gratię colla submittunt, ideo ad peccatores declino.

Nōn enim veni vocare iustos, sed peccatores ✠. Et erant disci- [2]

g a ¶ Causam sequentis quęstionis pręmittit.

puli Ioannis & Pharisęi ieiūnantes, & veniunt, & dicunt illi: † Quare discipuli Ioannis & pharisęorum ieiunant, tui au-

¶ Ideo. ¶ i. debent.

tem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus: Nunquid possunt

h ¶ Apostoli. a. ¶ Christi & ecclesię. b ¶ Christus. c ¶ Corporis præsentia. ¶ Non. d ¶ Quia

filij nuptiārum, † quādiu spōnsus est cūm illis, ieiunare? Quan-

a ¶ Cuius plus proficit præsentia quàm corporalis abstinentia.

to tempore habent spōnsum secū nō possunt ieiunare. Venient

a ¶ Ascensionis. ¶ Passionis. b ¶ Corporaliter. c ¶ Bed. Tam à cibis quam à mundi amore.

autem diēs cùm † auferetur ab eis sponsus, & tūc ieiunabūnt in

---

g *Et erant dis.* BEDA. Alij euangelistæ dicunt pharisæos & discipulos Ioānis hoc quæsiuisse. Hic videtur dicere, quod alij quæsierunt quos eiusdem rei cura mouisset. Vnde colligitur hoc à pluribus fuisse obiectum, à Pharisæis, à discipulis Ioannis, à conuiuis, vel quibuslibet alijs. († Mat 9. b. Luc. 5. f.) E

BEDA Discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant, quia qui operibus legis gloriantur, vel (quod peius est) traditiones sequuntur hominum, vel etiam Christi præconium tantum aure, non cordis amore percipiunt, à spiritualibus bonis ieiuni corde tabescunt. Discipuli Christi non ieiunant, quia qui fideliter mēbrū Christi est, corpore ipsius epulatur & sanguine alitur. Dominus cum peccatoribus manducat & bibit, sed ideo, quia illi abstinentia meritū auget, cui nulla potentia naturæ est. Dominus autem qui delicta naturaliter delere potest, manducantes ieiunantibus potest facere puriores. Ieiunauit tamen Christus vt ieiunares: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernens potestatem agnosceres. (Mysticè. * ad pœnitentiam.) F

h *Nunquid poss.* Matthæus ita. *Nunquid possunt filij sponsi lugere quandiu cum illis est sponsus, &c.* Sponsus Christus, sponsa ecclesia, de quo spirituali connubio apostoli creati sunt, qui lugere & ieiunare non possunt, quamdiu sponsum cum sponsa vident. Quando transierint nuptiæ, ac passionis & resurrectionis tempus aduenerit, tunc ieiunabunt. (Mat. 9. c.)

✠ VICTOR ANTIOCH. Nunc nuptiarū, nunc vocationis, nunc doctrinæ tempus est: nunc pueri educantur, nunc vocati lacte pascuntur, nullus nunc ieiunationi locus est. Dominus autem tempus quo in carne cum discipulis familiariter versatur, nuptias vocat: quia omnem ægritudinem & molestiam secludere natum erat. Is enim iustam lugendi causam habet, qui bonum quod desiderat, non obtinet: siquidem optati boni absentia, sua natura affligere solet: expetitur namque eius fruitio. At verò qui præsenti bono iam potitur, is ab omni cura mœroréque solutus ☞ iure

Marginalia: † & sequuti fuerant. † Matt 9. b. Luc. 5. f. † opus. † Mat 9. b. Luc. 5. f. † quo tempore. † ablatus fuerit.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *lorum murmuratio: secundò, eorum confutatio, ibi:* Hoc audito Iesus. *Circa primum dicitur.*

1 Vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium. *Matthæus enim ante vocationem Leui vocabatur, & erat filius Alphęi. Cętera exponantur sicut supra exposita sunt Matt. 9.*

2 Et erant discipuli Ioannis. *Hic describitur ęmulatio Iudęorum contra Christum in discipulorum Christi argutione, volentium retorquere apparentem defectum (licet non existentem) discipulorum Christi in magistrum. Et ponitur duplex casus. Secundus ponitur ibi:* Et factum est iterum. *Primus casus est de hoc, quod arguebant discipulos Christi, eo quòd non ieiunabant sicut discipuli Ioannis & Pharisæi: sed Christus eos confutat, discipulos suos rationabiliter excusando, & expositio litera patet ex his quę dicta sunt Matth. 9. parum ante medium capituli.*

✠ Et fac.

MORALITER.

† ostendens quòd nullus debet eos despicere, ignorans quid Deus de ipsis disposuit ordinare.

2 *Et erant discipuli Ioannis.* Per istos autem qui propter suum ieiunium se discipulis Christi præferebant, significantur hypocritæ, propter apparentiam suæ religiositatis alios contemnentes, di. illud Luc. 18. b. *Non sum sicut cæteri hominum, rap. adul.* &c. Sequitur ibidem. Ieiuno bis in sabbato, &c.

† *Et fac.*

A iure meritoque lætatur. *Cum auferetur ab eis sponsus.* Hoc est, quando is ad cœlos assumetur, qui ecclesiam sibi desponsaturus est. Siquidem priori nupta, hoc est, synagoga eiecta, facta est noua quædam desponsatio. Desponsatio autem nihil aliud est, quàm arrabonis datio. Arrabo autem qui hic intercessit, est spiritussancti gratia: per hanc enim & mundum credit, & piscatorum cœtus terrarum orbem flexit, & in aliud vitæ genus transformauit.

Moraliter.

BEDA. Quamdiu sponsus nobiscum est, in læticia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere, cum verò pro peccato recedit & auolat, tunc ieiunium indicendum, tunc luctus multiplicandus.

¶ deterior

† Mat. 12. a. Luc. 6. a.

B a *Nemo assument.* BEDA. Discipulos, vestimenta vetera dicit, id est, adhuc carnales, necdum innouatos fidei firmitate: quibus si nouus pannus, id est, pars doctrinæ quæ ad nouam vitam pertinet assuatur, & ipsa quodammodo scinditur, cuius pars importunè traditur quæ ad ieiunium valet ciborum, cum illa doceat ieiunare, non à cibis tantum, sed ab omni voluptate carnis.

a ¶ Ideo non ieiunant, quia. b ¶ Seueriora præcepta nouæ vitæ. c ¶ Apostolis veteri consuetudini deditis.

a illis diebus. Nemô assumêntum panni rudis assuit vêstimen

a ¶ Si assuit. b ¶ Repugnat noua vita veteri.

to veteri, aliôqui, aûfert supplementum * nouum à veteri,

a ¶ Quia si quid boni inerat, nimio quasi pondere pressum perit. b ¶ Spiritualia præcepta.

& † maiôr scissura fit. Et nemo mittit vinûm † nouum in v-

a ¶ Apostolos. ¶ Non possunt pati, quia carnales adhuc. b ¶ Doctrina spiritualis memoriæ non commendatur.

três veteres, alioquin disrumpet vinum * vtres, & vinûm ef-

¶ Qui habent perdunt. ¶ Spiritualis doctrina. ¶ Spirituales.

b fundetur, & vtres peribunt. Sed vinũ nouum in vtres nouos c mitti debet. † Et factum est iterum cùm sabbatis ambularet 1 d per sata, & discipuli eius cœperunt prægredi, & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei: Ecce quid faciunt

a ¶ Veterem historiam obiicit.

e discipuli tui sabbatis quod non licet. Et ait illis: † Nûn-

a ¶ In Nobe. b ¶ Fugiens Saulem.

quam legistis quid fecêrit Daûid, quando necessitatem habuit, & esuriit, ipse & qui cum eo erant: quomodo f introiuit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdo-

Cauendum est doctori, ne animæ nondum innouatæ, sed in maliciæ vetustate perduranti, nouorum mysteriorum secreta committat.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vos itaque qui priscis illis ritibus & consuetudinibus etiam non addicti obstrictique hæretis, Mosaica ieiunia meritò obseruatis. Isti verò qui vt noua tanquam inaudita præcepta & leges hominibus tradunt, designati sunt, ad vestras ieiunationes hoc tempore compelli nõ

C debent. At suis nihilominus locis vna cum cæteris virtutibus ieiunij quoque obseruantiam & religionem ostensuri sunt. Non quòd aliqua legis necessitate ad hoc adigantur, aut quòd vestro more aut sensu veteribus ritibus adhuc insistendum arbitrabuntur, sed quòd hoc medium veluti salutare & oportunũ, ad virtutis perfectionisq; studium suo postea tempore adhibituri sunt. Enimuerò inter eos qui in Moysi, & eos qui in lege gratiæ ieiunijs dant operam, hoc præter cætera interest, quòd illi quidem ieiunia præfinita habebant, quæ explere obligabantur, etiamsi aliàs noluissent: hi verò virtutis amore liberáque voluntatis electione ieiunant, veriùs quam vlla legis coactione. Quòd si verò quadragesimale vel aliud quodcũque ieiunium definitum habemus, propter ignauos & negligentes, quo nimirum ij quoque officium faciunt, definitum habemus. Studiosi namque pietatique dediti, certo animi consilio, propensaque voluntate ieiunium illud persoluunt magis quam vlla omninò legis aut præcepti vi impulsi.

Allegoricè

BEDA. Veste foris tegimur, vino intus refecimur. Vestis bona opera quibus hominibus foris lucemus. Vinum, feruor fidei spei & charitatis, quo in conspectu Dei intus sensus nouitate reformamur.

b *Sed vinum no.* Erant autem noui, cum post ascensionem desiderio consolationis eius sperando & orando innouabantur: tunc spiritumsanctum acceperunt, quo quasi nouo musto noui D vtres repleti sunt.

c *Cum sab.* BEDA. Nota primò apostolos literam sabbati destruere contra Hebionitas, qui cum alios discipulos recipiant, Paulum quasi transgressorem legis repudiant.

d *Et vel. spi.* Esuriunt vt homines, præ turba manducandi spacium non habentes. Sed exemplum austerioris vitæ præbent, non præparatas epulas, sed simplices quærunt.

* eius

† nouellum

Mysticè

* nouum

BEDA. Discipuli per sata transeunt cum prælati subditos pia sollicitudine circunspiciunt, & qualiter quemque ad fidem trahant, sedulè perpendunt, quorum salutem esuriunt. Vnde Petro E inter preces esurienti oblatis quas esuriebat dapibus dictum est, *Surge Petre, occide & manduca.* Et mira sacramenti concordia: ibi mactari & manducari iubentur animalia, hic spicas conuellunt discipuli: & secundum alios euangelistas manibus confricantes manducant. vnde: *Mortificate membra vestra, & exuite veterem hominem.* Aliter enim non transeunt in corpus Christi. Aliter doctorem sui profectus fructus nõ pascunt. Vellere itaq; spicas, est ab omni intentione terrena radicẽ mentis eruere. Fricare manibus, exemplis virtutũ à concupiscentia carnis quasi aristarum folliculis mentem exuere. Grana manducare, est purgatũ quemq; per prædicatorũ ora ecclesiæ incorporare. Hoc discipuli ante dominũ faciunt, quia præcedit sermo doctoris, subsequitur gratia supernæ visitationis. Et bene sabbatis: quia prædicatores pro spe quietis laborant, & auditores admonent, vt à curis sæculi feriantes, pro æterna requie laborent.

-iterum

† Nũquid 1. Reg. 21. a. Mat. 12. a. Act. 10. b.

Luc. 6. a. Col. 3. a.

Moraliter

BEDA. Per sata cum domino ambulant, qui eloquia sacra domino obtemperantes meditantur. In satis esuriunt, cum in eis illa inuenire desiderant, quibus amplius accensi, amore Dei quasi F pane pascantur: & hoc sabbatis: vnde, *Gustate & videte, quoniam suauis est dominus.* Vellunt spicas & conterunt, quia testimonia scripturarum assumunt & perscrutantur, donec medullam dilectionis extrahant quæ sub vilitate literæ quasi sub aristatum horrore velatur. Hoc dominus sabbati probat, stulti defensores sabbati improbant, qui solam literæ superficiem diligunt, mentis refectionem nesciunt, requiem animarum non norunt: vnde & ait illis. *Nunquam legistis quid &c.*

Psal. 33. b.

✠ VICTOR ANTHIOCHE. *Ecce discipuli, &c.* Obiiciunt hæc illi quia non expendunt legislatorem sua lege non teneri, Neq; enim quicquam est omninò, quod regi in suis legibus non liceat.

e *Nunquam leg.* Præ cæteris in medium adfert Dauidẽ, qui legis sanctimoniæ aduersatus videri potuit. Facit autẽ hoc eo consilio quo per honorem & reuerentiã quã Dauidi deferebant, cõpescat impudentẽ sycophantiã, quam Apostolis malignè intentarunt. Quasi diceret, an non Dauidem legis seruitute obstrictũ meministis? Ego autem etsi filius hominis dicar, sabbati dominus sum.

f *Sub Abiathar principe sacerdo.* Non te turbet quod alij dicunt Achimelech, ambo enim tunc illic aderant. Achimelech pater, &

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fac. est ite. *Hic ponitur secundus casus, quia arguebant Christi discipulos, eo quòd euellebant spicas, & comedebant in die sabbati: sed Christus confutat eos excusando per scripturas vete. Te. Et patet expositio huius literæ ex dictis Matth. 12. in principio: hoc excepto quod hîc additur,* Sub Abia. *Et videtur hoc falsum: quia princeps sacerdotũ tunc erat Achimelech vt habetur 1. Reg. 22. Dicendũ, quod Abiathar erat filius Achimelech, & tunc agebat sacerdotiũ sub patre verũtamen magis hic exprimitur Abiathar quam pater eius Achimelech, quia interfecto Achimelech à Saule, Abiathar filius eius fugit Dauid, vt ibidẽ dicitur & fuit socius itineris & laboris ipsius, & per consequẽs maioris nominis & autoritatis fuerat quam pater eius, propter quod hic exprimitur tacito patre.*

NICO-

MORALITER.

† 1 *Et fac. est ite. cum do.* Per sata significantur sacri libri, in quibus sunt semina verbi Dei, Luc. 8. b. *Semen est verbum Dei.* Igitur per sata discipuli cum Christo ambulant, cum sacras scripturas deuotè student, & hoc fit sabbatis: quia studium, hoc quietem exigit mentis. Spicas autem vellunt, cum ibidem vitæ panem inueniunt: sed tunc manducant, cum sibi per impletionem operis incorporant: & hæc refectio à malignantibus reprobatur, sed à Christo veraciter approbatur.

MORA-

pater, & Abiathar filius: qui occiso patre à Saule, comes exilij Dauid factus est, & eo regnante summus pontifex maioris nominis quam pater: & ideo dignus cuius dominus mentionem faceret, quasi summi sacerdotis, etiam patre viuente.

1. Reg. 22. a.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sunt qui Achimelech binomium extitisse existiment, adeoque hunc eundem esse cum illo: alij Regum libros Achimelech tanquam simplicis sacerdotis meminisse respondent, Abiathar autem per idem tēpus pontificem, hoc est, summum sacerdotē fuisse. Et huic sententiæ fauet scripturæ contextus. Neque enim Achimelech pontificem, sed sacerdotem pluresq; alios sacerdotes, Saulis iussu trucidatos, asserit.

†Mat. 12. a.

a tum, & panes propositionis manducauit quos non licebat manducare nisi sacerdotibus & dedit † eis qui cum eo erant; Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Itaque dominus est filius hominis etiam sabbati.

¶ Et leuitis. ¶ Achimelech. a ¶ Aliter probat idem. b ¶ Beda, Ideo salus hominis prima custodia sabbati, prout hominis vtilitas exigit.

B a Panes propo. BEDA. Quasi dicat. Si Dauid & Achimelech à nobis non reprehenduntur, sed pro fame excusantur, cur in his causam improbatis quam in cæteris probatis? quamuis sit magna distantia; hi spicas confricant, illi panes Leuiticos comedunt: & accedebat sabbato neomeniarum dies quando in conuiuio requisitus fugit ex aula regis.

BEDA. Figuratè, quod Dauid & pueri eius panes sanctificatos comedunt significat sacerdotalem cibum in vsum transiturum populorum: quia omnes sacerdotum vitam debemus imitari, & omnes filij ecclesiæ sacerdotes sunt, iuncti in sacerdotium sanctum, offerentes seipsos spirituales hostias Deo.

D

b Et dedit eis. Hoc secutus. Misericordiam volo, & non sacrificiū: melius iudicauit à famis periculo homines liberare quàm sacrificiū offerre. Hostia Deo placabilis: hominum salus.

Hosee 6 b. † etiam iis

c Homo pro sab. BEDA. Ita sabbatū custodiri præceptū est, vt si necessitas fuerit, non sit reus qui violauerit. Sabbato circumcidi non est prohibitum, quia necessariū. Iosue muros Iericho septē diebus circumit. Machabæi in sabbato pugnant. Quod non est licitum in lege, necessitas licitum facit. Sic & hodie in ieiunijs, si quis ieiunium fregerit ægrotus, reus non tenetur.

Iosue. 6. a. 1 Mac. 2. e. E

d Itaque dom. Quasi dicat. Si Dauid rex & sacerdotes (secūdum alium euangelistam propter templi ministerium sabbatum violantes, crimine carent: quanto magis filius hominis verus rex & sacerdos: & ideo dominus sabbati in sabbato vulsarum spicarum crimine non tenetur reus?

Mat. 12. a.

CAP. III.

a ET introiuit, &c. ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Lucas cæteris adiungit docendi gratia in synagogam venisse: tum sanitate potitum dextram manum aridam habuisse. Matthæus autem de Miraculo hoc ita scribit: *Quis erit ex vobis homo, qui habet ouem vnam, si ceciderit hac in sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam?* Omnia hæc summo consensu probant, humanæ salutis causa sabbatum soluere nefas non esse. Neque enim ex diuinis tantum scripturis Dominus id euincit, sed oppositum statuentes, euidentibus planéque inuictis rationibus refellit: adeoque miraculum ab omni prorsus crimine, sinistraque suspicione alienum esse ostendit.

Cap. 12. C †Mat 12. a. Luc. 6. b.

CAPVT III.

a ¶ Vbi maius donum scientiæ, ibi maius periculum culpæ.

ET introiuit iterum in synagogam, & erat ibi homo habens manum aridam: & obseruabant eum si sabbatis curaret *, vt accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridā. Surge in medium. Et dicit eis: † Licet sabbatis benefacere, an malè: animam saluam

¶ Genus humanum. ¶ Calumniam præuenit. ¶ Vt ab omnibus videatur. ¶ Hominem curare an non?

* eum

b Manū ari. BEDA. Quæ ad fructum vetitum extensa est, à bono opere aruit, per manus Christi in cruce extensas, bonorum operum succis restituta.

HIERO. Homo iste significat auaros, qui nolentes dare, volunt accipere, prædari & non largiri: quibus dicitur vt extendant manus suas, id est, qui *furabatur iam non furetur, magis autem laboret operans manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.*

c Et obseruabant. BEDA. Quia discipulos probabiliter excusauerat: ipsum obseruant, vt si in sabbato curet, transgressionis: si non curet, crudelitatis aut imbecillitatis arguant.

d Licet sabbatis be. BEDA. Arguit, quod legis præcepta praua interpretatione violant, æstimantes in sabbato à bono feriandum, cum lex dicat: *Omne opus seruile non fa. in eo*, id est, peccatum. Hoc præcepto figuratur, quia qui per sex sæculi ætates bona fecerint in septima à malis tantum feriabunt. Non enim erit ociosus boni operis fructus, in laude Dei quiescere.

Leui. 23. a.

Matthæus dicit illos interrogasse: Marcus & Lucas, interrogatos fuisse. Sed illi prius interrogauerūt: & Iesus cognita nequitia eorum, statuit in medio eorū sanandum, & interrogauit: quod Marcus & Lucas dicunt. Et tunc illis tacentibus, similitudinem præposuit de oue, & conclusit quòd *licet sabbato benefacere. Et sic circumspiciens &c.*

Matt. 12. a. F

✠ PET. CHRYSOL. Ad infamiā iudicis & nequitia cognitionis, quæritur de cura crimen, de pietate accusatio, reatus de virtute, de salute suppliciū. Sed mirum non est, semper offendūt bona malos, pia impios, sancta profana; obseruabant solliciti sacerdotes sabbatis, non si peccaret, sed si curaret, vt accusarent eum. Amatores criminum inuigilant, insidiantur in accusatione virtutum: quasi contra salutem nō pro salute sabbatū sit prouisum.

Sermō. 52.

✠ VICTOR ANTIOCHE. Marcus & Lucas Dominū ex Pharisæis id sciscitatū scribūt. *Licetne sabbatis, &c.* Mattheus autē Pharisæos, liceret ne sabbatis curare ex illo interrogasse narrat.

e Ani. BEDA. Hominem totum per partem significat. Vel quia propter animam hoc faciebat, vel quod hæc manus sanatio, animæ salutem significat.

a Perdere

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. III.

1 ET introiuit iterū. *Hic ponitur quartus casus de sanatione habentis manū aridā. Vbi primò ponitur Iudeorū insidiatio: secundò, eorū cōfutatio, ibi:* Et ait homini. *Tertio, eorum obstinatio, ibi:* Exeuntes autem. *Expositio primarum duarum partium patet ex dictis Mat. 12. vbi casus iste plenius ponitur, hoc excepto, quod subditur hic.*

2 Licet sab. benefa. *Circa quod sciendum, quod aliqui sunt actus boni in genere entis, qui tamen ex se non habent bonitatem in genere moris; sicut ędificare domum vel huiusmodi, & talia non erāt licita in die sabbati. Alij autē sunt actus boni in genere moris secūdum se; sicut sunt opera virtutum, & talia licita sunt in die sabbati: de quibus erat sanatio manus arida, quia erat opus pietatis, & cum hoc erat ad gloriā Dei manifestandam inquantum fiebat miraculosè: & ideo de talibus nulli debet esse dubium, quin possint fieri in die sabbati, non solum licitè, sed etiam laudabiliter: & hoc est quod dicitur:* Licet sab. benef. *Quasi dicat certum est omnibus quòd sic.*

3 Animam saluam face. *Id est, hominem curare. Et accipitur hic anima pro ipso homine: quia est principalior pars hominis. Et per talem modum loquendi dicitur Exod. 1. a. Omnes animæ quæ egressæ sunt de femore Iacob, &c.*

1 At illi

MORALITER.

† 1 *Et intr. iterum ha. man. ari.* Per manum quæ est organum organorum, vt dicitur 3. de anima, conuenienter intelligitur opus meritorium: & ideo manus est arida, quæ est ad hoc opus inualida; sed cum ad verbum Christi surgit per gratiam, tunc manum extendit ad sanctam operationem.

✠ 3 Exeun.

a *Perdere.* BEDA. Non quòd summè pius quenquam possit perdere, sed eius non saluare est perdere. Sicut dicitur indurasse cor Pharaonis, non quòd obdurauit, sed obduratum non emolliuit.

b *Et circumspiciens.* ✠ PETRVS CHRISOLOGVS. Circumspiciens dixit, non conspiciens, id est, non tantum faciem vt homo intuens, sed vt Deus corpora, corda, mentes, sensus, præterita, præsentia contemplatus. Circumspiciens eos cum ira contristatus irascitur vt Dominus, contristatur vt parens, dolet vt homo, intuetur vt Deus. *Extende manum tuam.* Agnouit pœna iudicem, opus Deum, indulgentia prodidit conditorem.

c *Extende manum.* BEDA. MORALITER. Infructuosa debilitas animæ, non melius curatur quàm eleemosynæ largitione. vnde: *Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.* Et in ecclesiastico: *Fili, non sit manus tua porrecta ad capiendum & ad dandum collecta,* Frustra enim in oratione manus ad dominum expandit, qui eas ad rogantem viduam non extendit.

d *Et resti. est ma. illi.* Magnum studium nequitiæ in crimen reputant, quòd ad verbum illius sanata est manus. Neque & sabbato potest conuinci laborasse, qui dixit & facta sunt: cum ipsi in sabbatis cibos portent, calices porrigant, & cætera victui necessaria.

Vbi supra. — † occidere. — † illius sana vt altera. — † Mat. 12. b Ioan. 10. g. — † Mar. 4. d. Luc. 4. g. — Luc. 3. b. — Eccle. 4. d.

(a ¶ Non audentes respondere. ¶ Quasi incredulitati illorum irascens.)
a facere, an † perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos b cum ira contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit ho- (¶ Ilico.) c d mini: Extende manum tuam. Et extendit & restituta est ma- (a ¶ Hiero. Similis similem quærit. b ¶ Quia soli non possunt.) e nus † illi. † Exeuntes autem statim pharisæi, cum Hero- (a ¶ Gens sine consilio, ¶ Magna insania, qui salute indigent, de nece Saluatoris consiliantur. b ¶ Quia ratione vincuntur mortem machinantur.) f dianis consilium faciebant aduersus eum † quomodo eum (¶ Ideo. a ¶ Medicus cedit insano populo. b ¶ Odientibus cedit, amantibus accedit.) g perderent. Et Iesus cum discipulis suis secessit ad mare, (¶ Rota. ¶ Confessio.) h † & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, & (¶ Visio pacis. ¶ Sanguinea. ¶ Aliena descensio.) ab Ierosolymis, & ab Idumæa & trans Iordanem, & (¶ Angustia. ¶ Venatio piscis.) i qui circa Tyrum & Sidonem, multitudo magna, audientes (¶ Beda. Opinionem virtutum. ¶ Ideo.) quæ faciebat, venerunt ad eum. Et dixit discipulis suis, vt na-

e *Exeuntes autem.* Qui per se non possunt, socios iniquitatis quærunt.

f *Cum Hero.* Ministri Herodis propter inimicias quas ipse aduersus hominem exercebat, Iesum insidiis & odiis persequebantur quem Ioannes prædicabat.

✠ THEOPHYL. Herodiani dicuntur milites Herodis. Hæresis namque noua surrexerat, quæ Herodem Christum esse dicebat. Prophetia enim Iacob innuebat quod quando deficerent principes de Iuda, tunc Christus veniret. Et quia Herodis tempore nullus superarat Iudaicorum principum, sed ipse solus regnabat, quidam putauerunt ipsum esse Christum & hæresim constituerunt.

g *Sec.* Fugit vt homo, quia nondũ venerat hora eius, & passionis eius extra Ierusalem non erat locus.

Allegoricè. — Hor. etiam meminit Epipha. nius lib. hæres. & Tertull. lib. de præscript. — † vt — Allegoricè.

BEDA. De synagoga secedit ad mare &c. Iudæam relinquit, ad gentes venit cum discipulis, scilicet prædicantibus apostolis corda gentium adiit: & sic multos ad se venientes suscepit, & desideratam salutem dedit: vnde aptè subditur: *& dixit dis. suis.*

h *Et mul. tur.* BEDA. Magistri plebis & ministri regis odio persequuntur: vulgus indoctum dilectione sequitur, & plurimi sanari merentur.

i *Qui circa Tyrum, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Tyriis & Sidoniis tametsi essent allophyli proderat. Cognati autem eius eum persequebantur: adeo nulla à genere prouenit vtilitas, nisi simul

NICOLAVS DE LIRA.

1 At illi ta. *Non potentes contradicere verbis eius, nec tamen volentes confiteri veritatem.*

2 Et cir. eos. *Propter eorum cæcitatem & maliciam. Ad maiorem intellectum huius dicti quæritur, vtrum ira fuerit in Christo? Arguitur primo quod non, quia non est nisi duplex ira secundum doctores catholicos, scilicet ira per vicium, & ira per zelum, sed neutra fuit in Christo, ergo &c. Probatio minoris: quia Greg. dicit mora. quod ira per vicium excæcat oculum mentis, ira per zelum ipsum turbat: sed oculus mentis in Christo non fuit excæcatus nec turbatus: ergo, &c. Item ira opponitur mansuetudini, vt habetur 4. Ethic. sed Christus fuit maximè mansuetus ergo ira in ipso non habuit locum. Contrarium dicitur in litera.* Et circunspiciens eos. *Dicendum quòd ira est appetitus vindictæ propter illatam iniuriã sibi vel alteri, vt habetur 2. Rhetoricæ. Talis autem vindicta potest appeti præter ordinem rationis, & sic est vitiosa: & vocatur ira per vicium. de qua dicitur Iacob 1. c.* Ira viri iusticiam Dei non operatur. *Alio modo potest appeti secundùm ordinem rectæ rationis: & hoc est laudabile, secundùm quòd dicitur Psal. 57. b.* Lætabitur iustus cum viderit vindictam, &c. *Illud enim laudabiliter appetitur de quo quis iustè letatur & talis ira est per zelum, secundum quod dicit Augu. super Ioan. 2. Zelo domus Dei comeditur, qui omnia peruersa quæ videt emendare cupit: & si emendare non potest, tolerat & gemit: & talis ira fuit in Christo, vnde Ioã. 2. illud Psal. 68. b.* Zelus domus tuæ comedit me, *introducitur tãquam dictum de Christo. Ad primum dicendũ, quod ira per zelum in nobis aliqualiter bene turbat oculum mentis, quia potentiæ animæ sic se habent, quòd vna intenta in actu suo, alia remittitur. Et ideo motus iræ qui est in irascibili parte, quamuis sit moderatus ratione, impedit intellectum à contemplatione veritatis: & sic dicitur turbare oculum mentis. Talis tamẽ turbatio non est peccatum, veruntamen in Christo non habuit locũ: quia virtute diuina quælibet potẽtia permittebatur agere illud quod erat sibi proprium, ita quod vna non impediebat aliam in actu suo. Et ideo sicut gaudium fruitionis in anima Christi non impediebat dolorem passionis in parte inferiori, sic è conuerso motus iræ in parte inferiori in nullo impediebat actum mentis sine rationis. Ad secundum dicendum, quod ira quæ est præter rationem opponitur mansuetudini, non autem illa quæ moderata ratione, quia de ratione mansuetudinis est, quòd faciat talem moderationem.*

Quæstio. — Philosoph. — Responsio.

3 Exeun. au. *Hic describitur Iudæorum obstinatio, quia nec verbis Christi nec factis resilierunt à malo suo: sed magis obstinati sunt incipientes machinari in mortem Christi.*

4 Cum Herodian. *Hoc exponitur dupliciter: quia dicunt aliqui, quod isti Herodiani fuerunt quidã Iudæi, fingentes quandam sectam nouã, dicentes de Herode Ascalonita, quod erat Messias, moti ex falso intellectu illius quod dicitur Gene. 49. b.* Nõ auferetur sce. de Iuda: *vbi dicitur, quod ablatio regni à tribu Iuda erat signũ aduẽtus Messiæ. Iste autẽ Herodes obtinuit regnũ illud, cũ tamen esset alienigena, quia pater eius fuit Idumæus, secundũ quod dicit Iosephus & alij historiographi. Et quia Messiam promissum illi intelligebãt regnare temporaliter, nec videbant alium regnare tunc in Iudæa, nisi Herodem, ideo dixerũt eum esse Messiam: cum tamen prophetia Iacob prædicta esset secundum veritatem intelligenda de Christo, qui natus fuit tempore dicti Herodis, vt habetur Matth. 2. a. Isti igitur habebant occasionẽ persequẽdi Christũ, eo quod ipsum esse Christũ sicut erat secundum veritatẽ, erat contrariũ sectæ suæ. Alij autẽ dicũt, quod isti Herodiani erãt milites Herodis Antipæ, qui fuit filius prædicti Herodis & dominabatur in Galilæa, non sicut rex, sed vt Tetrarcha, vt habetur Luc. 3. Et iste incarcerauit Ioannẽ, ex quo habebat aliquam occasionem persequendi Christum quem prædicauerat Ioannes. Et ex his patet malicia pharisæorum qui cum peruersis hominibus tractabant consilium ad perdendum Christum.*

5 Et Iesus. *Hoc expositum est Mat. 12*

6 Et dixit Iesus discipulis suis, &c. sibi deser. *Infirmitatem ostendens in se carnis.*

Quot

MORALITER.

3 *Exeun. autem.* Per pharisæos qui diuisi interpretantur, discoli qui dissensiones faciunt, significantur. Per Herodianos autem superbi, quia gloriosi in pellibus interpretantur. Isti verò consilium faciunt contra Iesum, qui cum humilibus & charitatem habentibus commoratur: & ideo recedit ab eis se elongando, & humiles eum sequuntur, & à Deo salutem consequuntur.

Et ascendentes

simul & boni mores adsint. Et alienigenæ quidem à remotis locis ad eū veniunt: Iudæi autē cum ad ipsum venissent, insectatur.

a *Nauicula* Ecclesia de gentibus congregata fluctus sæculi mente transgressa: quæ quanto sinum cordis gratię recipiendæ dilatat, tanto fluctus sæculi securius calcat.

b *Ne compri.* Comprimunt, qui ecclesiæ pacem turbant. Tangunt, qui fidem vero corde & dilectione suscipiūt, qui tetigere sanati esse perhibentur: fugiens comprimētes nauiculam ascendit.

c *Et spir. im. &c. di.* BEDA. Vterque & plagas habentes, & immūdi spiritus. Sed infirmi pia intentione salutis: dæmoniaci, vel potius in eis dæmones: non solū timore coacti ad procidendum, verumetiam ad confitendum maiestatē eius. Præsentia enim eius perterriti, quem filium Dei esse iamiámque nouerant, celare non poterant. Saniores Arianis, qui etiam hodie negant filium Dei esse.

a ¶ Ecclesia de gentibus congregata. b ¶ Discordes.

a nauicula sibi deseruirent propter turbam, ne comprimerent b eum. Multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum c tangerent quotquot habebant plagas.[1] Et spiritus immundi[2] cùm illum videbant procidebant ei, † & clamabant dicentes: Tu es filius Dei.[3] Et vehementer comminabatur eis,[4] ne d manifestarēt illum. † Et ascendēs in montē vocauit ad se quos[5] e f voluit ipse: & venerūt ad eū. Et fecit, vt essent duodecim † cū illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit eis potestatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. † Et imposuit Si- g

¶ Ideo confluebant. ¶ Fideles. ¶ Dæmones. a ¶ Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, &c. b ¶ Dæmonibus & curatis. a ¶ Deum esse, ne differretur passio. b ¶ Gratia. ¶ Non meriti, sed diuinæ gratiæ est. a ¶ Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. ¶ Libero arbitrio. b ¶ Vt ter quaterni fidem charitatis per quatuor partes orbis prędicarent, vnde ab oriente portę tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, ab occasu portæ tres.

d *Ne manifestarent.* BEDA. Non solùm dæmones, qui inuiti, vel ab eo sanati, qui sponte confitentur: sed & apostoli toto orbe post passionem prędicaturi, ante passionem tacere iubentur, ne diuina maiestate prædicata passio differretur, & sic salus mundi.

e *Et asc.* BEDA. Postquam immundos spiritus se prædicare prohibuit, sanctos elegit, qui eum prædicarent, & nefandos spiritus eiicerent.

Mons iste significat altitudinem iustitię, qua instruendi, & quam prædicaturi erant, per locum admonet ad cœlestia erigi, sic & legem in monte dedit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ecclesiæ duces & pastores admonere per hoc voluit, vti prius in oratione pernoctent, quàm illis manus imponant, quos ad sacrorum ministerium consecrare deliberatum habent: ne forte eiusmodi promotio frustra cadat. Ille enim qui omnium corda vt Deus, explorata habebat, non absque iudicio Apostolorum delectum habuit. Et si interim quo palam fieret, non ipsam hominum naturam, in causa esse, vt alij saluentur, alij peccent: sed liberam vniuscuiusque voluntatem, Iudam Iscariotam, sciens volénsque in Apostolum asciuerit. Vnusquisque enim seipsum vita vel interitu dignum declarat.

HIERO. Consuetudo diuinæ scripturæ est allegoricè loqui: sed nos sic excelsa sensibus nostris applicemus, vt historię veritatem cernamus. Christus enim solus spiritualiter mons est, cœlestium rerum qualitate copiosus, ex quo fluunt aquę viuæ, & quidquid summè bonum creditur, in hoc fundatur qui est mons omnium montium, & sanctus sanctorum, quos quotidie ad se inuitat. In montem vocantur excelsi & merito & verbo, vt locus congruat meritis altis.

f *Vt essent duod.* Speciem Iacob dilexit Deus cùm videret excelsus gentes, & separaret filios Adam. Statuit terminos populorum iuxta numerum filiorū Israel, vt sint super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Quibus data est potestas, quam filius accepit à patre secundum carnem, vt opera quæ ipse fecit & ipsi faciant, & maiora horum facient. (Ioā. 14. b)

BEDA. Dedit etiam potestatē mortuos suscitandi, sicut Matthæus dicit, vt virtus ostensa fidem verbo daret, & noua facerent qui noua prædicabant: nunc autem quia numerus fidelium creuit, multi vitam virtutum tenent, & signa virtutum non habēt: quia frustra foras miraculum ostēditur, si deest qui intus operetur: quia *lingue in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus.* (Matt. 10. a. † Luc. 4. g. † Matth. 10. a. † secum. † Matth. 10. a. Luc. 6. a)

g *Et imposuit.* BEDA. Non modo primum, sed cum adductio ab Andrea dixit: *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Sed hic euangelista te attentum reddit dicens, quòd eum dominus sic cognominauerit. Aliter enim putares sic vocari casu, non prouidentia Dei. Voluit autem eum Deus prius alio nomine vocari, vt ex mutatione nominis viuacitas sacramenti notaretur Græcè vel Latinè *Petrus*, quod Syriace *Cephas*: & in vtraque lingua à petra dictum: de qua: *Petra autem erat Christus.* Sicut enim à Christo luce lux mundi vocantur apostoli, sic à petra Petrus. Simon ponens mœrorem negationis scilicet viuo domino post resurrectionem. Vel audiens tristitiam mortis scilicet cum ei dicitur: *Alius te cinget & ducet quò tu non vis.* (Ioan. 1. f. 1. Cor. 10. b. Ioan. 21. f. Infra 4. 0.)

HIER. *Et impo. Simoni nomen Petrus.* De obedientia ascendit ad agnitionem. *Qui enim habet dabitur ei, & abun.*

✠ VICTOR ANTIOCH. Ne quis casu aut temerè Apostolos electos putet, Euangelista singulorum nomina ordine recenset, dicit autem Simoni imposuisse nomen Petri, quo nimirum nomen rem ipsum anticipet. Quia enim Dominus supra petram, hoc est supra infractam sanámque Petri doctrinam, inconcussamque eius fidem, ecclesiam suam ædificaturus erat, ob id prophetico spiritu Petrum illum appellat: filios autem Zebedæi Iacobum minorem & Ioannem, Boanerges, hoc est, filios tonitui vocat, siquidem diuina illorum prædicatio magnū quendam & illustrem sonitum, per terrarum orbem datura erat.

Et Iacobum. Qui supplantata habet desideria carnis. Et Ioannem, qui gratia accepit quod alij per laborem. *Et impo. eis no. Boaner. quod est filij toni.* Quorum sublime meritum in monte meretur audire tonitruum patris per nubem de filio tonantis: *Hic est filius meus dilectus*, vt per nubem carnis & ipsi Christi ignem ac fulgura in pluuiam spargerent in terris: quoniam dominus in pluuiam fulgura fecit, vt extinguat misericordia quod iudicium exurit: vnde, *Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine.* (Matt. 17. a. Psal. 134. b. Psal. 100.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quotquot hab. pla. *Id est, infirmitates varias.*

2 Et spiritus immundi. *In hoc ostendebat virtutem suæ deitatis: vtrumque enim necesse est confiteri fuisse in Christo, scilicet infirmitatem carnis, & potentiam deitatis; & ideo vtrumque manifestabat Christus in operibus suis.*

3 Tu es filius Dei. *Coniecturaliter loquebantur.*

4 Et vehementer comminabatur eis. *Cuius causa assignata est supra in primo capite.*

5 Et ascendens in montem vocauit ad se. *Postquam descripta est Christi prædicatio per seipsum tantum, hic consequenter describitur eius prædicatio etiam per apostolos, & primò, describitur potestatis collatio secundò dictæ collationis executio 6 ca. ibi:* Et vocauit &c. *Circa primum, primò potestas confertur, secundò, dubium remouetur, ibi:* Et veniunt ad domum. *Circa primum describitur electio apostolorum, & numerus, & nomina eorum, & potestas eis collata: & patet sententia ex his quæ dicta sunt Matt. 10. hoc excepto.* ✠ Boanerges

MORALITER.

5 *Et ascendens in montem.* Per hoc autem quòd apostolos instituit in monte, significauit quòd episcopi qui sunt apostolorum successores, in superiori gradu sunt ecclesiæ: vnde dicuntur ab ἐπὶ quod est supra, & σκοπὸς intentio, quia supra gregem dominicum debent intendere, vt eum dirigere valeant ad superna.

† *Et fecit vt essent duod.* Ad significandum, quod quilibet eorum, per quatuor partes suæ diæcesis fidem trinitatis debent prædicare: duodecim enim consurgūt ex ductu quaternarij per ternariū. (Diuisio.)

† *Et dedit eis po.* Curandi infirmitates peccatorum.

† *Et eiiciendi dæmonia.* Id est, excommunicandi superbos & rebelles de ecclesia.

a ¶ Vocauit ad se. b ¶ Supplantatorem. ¶ Fugitiui.
moni nomen Petrus: et Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est [1]
a ¶ Beda. virilis, à Græço aner quod est vir, quia viriliter domino adhęsit. b ¶ Os lampadis vel lampadarum. c ¶ Filius suspendentis aquas prędicatores ad cœlestia, vnde vberius inebrient corda terrenorum. ¶ Syrum est.
filij tonitrui. Et Andream & Philippum & Bartholomæum
a ¶ Donatus. b ¶ Abissus vel geminus, Gręcè dydimus. c ¶ Ad differentiam Iacobi Zebedęi. d ¶ Corculus, id est, cordis custos. ¶ Docti vel millesimi.
& Mattheum & Thomam & Iacobum Alphæi & Thadæum
a ¶ Ponens tristiciam. b ¶ Ad differentiam Simonis Petri. c ¶ Huius casus confirmat alios in humilitate. d ¶ Memoria mortis.
& Simonem Cananæum, & Iudam Scarioth, qui & tradidit
a ¶ Fœlix occupatio saluatoris, fœlix studium turbę confluentis. d ¶ Idiotę minus eruditi.
illum. Et veniunt ad domum, & conuenit iterum turba, ita vt [2]
¶ Etiam. [3]
non possent neque panem manducare. Et cum audissent [4]

a *Iacobum.* Qui curam carnis domino vocante supplantauit, & ipsam carnem Herode trucidante contempsit.

b *Ioannem.* BEDA. In quo est gratia, vel domini gratia, qui ob amoris præcipui gratiam quam virginali gloria promeruit, supra redemptoris sui pectus in cœna recubuit.

c *Filij.* BEDA. Quorum vnus intonans, vocem theologam (quam nemo prius edere nouerat) emisit: *In principio erat verbum &c.* Quam tanto pondere grauidam reliquit, vt si aliquanto plus intonare voluisset, nec ipse mundus capere potuisset.

d *Et Andream.* HIERON. Qui viriliter vim facit perditionis suę vt responsū mortis sēper in se habeat & animam semper in manibus suis.

e *Et Philip.* HIERON. Qui os lampadis est, qui illuminat ore quod accepit, cui datum est opus oris illuminati. Hoc locutionis genus sæpe scriptura commemorat, quando nomina propter mysteria sunt posita. quod nunc euangelista, ex Dei persona vehementer affectans interserit.

e *Et Bartho.* HIERON. Qui est filius suspendentis aquas illius scilicet qui dixit: *Mandabo nubibus meis ne pluant.* Nomen verò filij Dei per pacem & dilectionem acquiritur. *Beati enim pacifi. quoniam fi. d. v. Et diligite inimicos vestros vt sitis filij Dei.*

Esa. 5. b. Matth. 5. a. Luc. 6. d.

f *Et Matthæum.* Qui est donatus. cui non solum remissio peccatorum, sed etiā in apostolorum numero esse datur, *vt leo & bos simul comedant: & lupus cum agno.*

Isa. 11.

Nota, quod alij euangelistæ Matthæum præponunt, & publicanum non dicunt. Ipse post Thomam se ponit, & publicanum se dicit.

g *Et Thomam.* HIERO. Qui est abyssus. Multi enim profunda sciunt, sed non proferunt. *Vnde scio hominem in Christo &c.* vsque: *quæ non licet homini loqui.*

2. Cor. 12. a.

BEDA. Thomas abyssus: quia altitudinem virtutis in resurrectione penetrauit. Vel geminus Græcè, quod dicitur dydimus, id est, dubius propter dubium cor, quia resurrectionem vix credidit.

h *Et Ia. Al.* Id est, docti vel millesimi cuius *à latere cadent mille, & decem milia à dextris tuis,*

Psal. 90. b.

✠ HIERO. Iacobum Alphæi cui non est *colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes po. te. &c.*

Eph. 6. b.

BEDA. Iacobum Alphæi, qui & frater domini dicitur: quia Maria Alphæi fuit soror matris domini quam Ioannes Mariam Cleophę dicit fortasse, quia idem Alphæus & Cleophas. Vel defuncto Alphęo post natum Iacobum Cleophæ nupsit. Qui merito filius Alphæi, id est, docti, inde enim post resurrectionem statim Ierosolymorum ordinatur episcopus, tanquam doctus vel docti filius.

Ioan. 19. c.

i *Thadæum.* Custos cordis: Hunc Lucas in euangelio, & in actibus apostolorum Iudam Iacobi nominat, quia frater Iacobi fratris domini. Vnde dicitur filius Marię matris Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis.

Luc. 6. c. Act. 1. b.

HIERO. *Et Thadæum* qui est corculus, id est, Cordis cultor qui seruat cor suum omni custodia. Mundicia namque cordis videtur Deus vt per vitrum mundum.

k *Et Simonem.* BEDA. Simon Cananæus à Cana vico Galilææ, qui & Simon Zelotes, id est, æmulator. Cana zelus: Cananæus Zelotes.

l *Et Simon. Cananæum.* Qui & Zelotes Simon ponens vel habens tristiciā. *Beati namque qui lugent, quoniam ipsi. con.* Trinum luctum implet qui consolationem quærit futuram. Deflet propria peccata cum Dauid & Maria: Cum Paulo flet cum flentibus. Et flet multum cum Ioanne qui dicebat: *Et ego flebam multum: quia nemo dignus inuentus est qui ape. li. & sol. sig. eius.* Zelotes autem dicitur quem comedit Zelus domus Dei, vt Phinees: & cessauit quassatio.

Matth. 5. a. Apo. 5. a. Nu. 25. b.

m *Et Iudam sca.* Qui non delet peccatum suum per pœnitentiam, nec illud deletur per memoriam. Vnde *& peccatum matris eius non deleatur. Fiat contra do. sem.*

Psal. 108. b.

Iudas confitens vel gloriosus, Scarioth memoria mortis. Confessores multi sunt in ecclesia superbi & gloriosi quorum primus Simon magus, & alij hæretici, quorum memoria mortalis in ecclesia celebratur: vt deleatur.

HIERO. Iudas Scarioth à vico in quo ortus, aut à tribu Isachar. Isachar merces, pretium scilicet perditionis: Scarioth memoria mortis, quia non repente, sed præmeditatus Deum tradidit. Hic prouidè inter apostolos eligitur, quia magna vis veritatis quam nec aduersarius minister infirmat. Voluit dominus prodi à discipulo, vt tu à socio proditus modestè feras, tuum errasse iudicium, tuum perisse beneficium.

HIERO. Hi enim apostoli circa tabernaculum domini per quadrum terni excubant, & sancta domini verba propriis operum humeris portant, vt tabernaculum vnum māsionibus multis ad terram promissionis portent, quos vnius exemplum ad timorem humiliat, vt angelos luciferi casus, *Vt non glorietur sapiens in sapientia sua, sed qui gloriatur, in domino glorietur.*

Hierem. 9. 1. Cor. 1.

n *Et veniunt, &c.* BEDA. Qui aliorum curam susceperunt, sollicitè custodire debent conscientiæ donum, vt se prius, inde alios regant.

HIERO. Domus in qua conueniunt, primitiua ecclesia est. Turbæ quę impediunt panem manducare, peccata & vicia sunt, quia, *qui manducat corpus domini indignè, iudicium sibi manducat & bi. non di. c. d.* Vnde dominus in furore vertitur cum dicit: *Nisi manducaueritis carnem filij hominis & bi. e. s. n. h. v.*

1. Cor. 11. g. Ioan. 6. f.

o *Et cum audis. &c.* Turba frequentat eum, sui tanquā furiosū despiciuut, in quo salus gentium notatur, & inuidia Iudæorum reprobatur, de quibus: *In propria venit & sui eum non receperunt.*

Ioan. 1. a.

☞ VICTOR

NICOLAVS DE LIRA.

1 Boanerges &c. fil. tonit. *Sic enim vocati sunt à Christo: quia in transfiguratione Christi audierunt verbum Dei patris dicentis de Christo:* Hic est filius meus dile. &c. *Quod quidem verbum vocatur tonitruum secundum illum modum loquendi Iob 26. d. Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, tonitruum magnitudinis illius quis poterit intueri?*

2 Et ve. *Hic consequenter remouetur dubium. Ex hoc enim, quod contulerat potestatem prædicandi apostolis, posset aliquis credere, quod in persona propria vellet à prędicatione cessare: quod remouetur per hoc quòd feruentius prædicauit quàm prius. Et iste feruor primò ostenditur in generali, secundò in speciali se ca. Adhuc circa primum dictus feruor primò ostenditur. secundo, irrationabilis locutio ex hoc insurgens: expellitur, ibi:* Et cum audissent sui. *Circa primum dicitur.*

3 Et conue. ite. tur. *Ad audiendū verbum Dei ab ipso: & ipse ita feruenter intendebat prædicationi, quòd ipse & discipuli eius non habebant tempus manducandi.*

4 Et cum audis. *Hic irrationabilis locutio insurgens ex prædicto feruore repellitur: & hoc in tribus casibus. Secundus ponitur, ibi:* Et scribe. *Tertius ibi:* Et veniunt mater eius. *Circa primum sciendum quod illi qui erant de cognatione sua ex parte matris videntes insolitum feruorem in eo, quia sicut dictum est: propter feruorem prędicandi omittebat horam comedendi. Videbant etiam in vultu eius insolitam claritatem ex virtute diuinitatis procedentem. Item audiebant* ☙ *eum*

MORALITER.

† 3 *Et conuenit ite. tur. &c.* Hoc est contra illos, qui dimittunt opus prædicationis propter saturitatem comestionis.

4 *Et cum au. &c. exi. te. eum.* Similiter illi qui sunt feruidi ad sequendum Christum à mundanis hominibus insani reputantur, & ab eis quantum possunt retinentur.

Et eum † *Quomodo*

a ¶ Discipuli. b ¶ Quem faciunt alij magnum, sui despiciunt, quia non est propheta sine honore nisi in patria sua. c ¶ Tanquam furiosum. d ¶ Quia sapientiæ eius altitudinem capere non poterant, alieno sensu locutum putabant. e ¶ Ex hoc errabant discipuli.

a sui exierunt tenere eum. Dicebant enim quoniam in furorem

a ¶ Sapientes.

b versus est. † Et scribæ qui ab Hierosolymis descenderant, di- 1

a ¶ Hoc. b ¶ Hic. Patitur ipse quod nos pati docuit dicens. Beati eritis cum maledixerint vobis ho. c ¶ Vir muscarum.

c cebant, quoniam Beelzebub habet: & quia in principe dęmo-

a ¶ Vt probet ratione, quia neque mente captus est, neque in Beelzebub eiicit dęmones. b ¶ Vt non intelligant donec capiantur.

niorum eiicit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dice- 2

Hoc. ¶ Sicut dicitis me in Beelzebub eiicere dęmonia, ¶ Nullo modo quia.

d bat illis: Quomodo potest Sathanas Sathanam eiicere? Et si †

¶ Causa præmissa. a ¶ Dæmones pugnent contra e. b ¶ Di cordia maximæ res dilabuntur. †

regnum in se diuidatur, non potest stare regnum illud. Et si †

¶ Aliter probat idem. a ¶ Contra. ¶ Pugnando.

domus super semetipsam dispertiatur, non potest domus illa

¶ Ergo. ¶ De cuius regno estis. ¶ Contra.

stare. Et si Sathanas consurrexerit in semetipsum, dispertitus

a ¶ Vos dicitis, quia in Beelzebub eiicio dæmonia. Nemo po. &c. b ¶ Homines à diabolo deceptos. c ¶ Diaboli.

e est, & non poterit stare, sed finé habet. Nemo potest vasa fortis †

a ¶ Bc. Mundum in maligno positum, in quo vsque ad aduentum Saluatoris quasi pacato imperio sine contradictione quiescebat. b ¶ Diabolum. c ¶ A seductione compescat.

ingressus in domū diripere, nisi prius fortem alliget, & tūc do-

a ¶ Ereptos à diabolo ecclesię adunauit, & per distinctas graduum dignitates ordinauit. ¶ Dicitis me immundum spiritum habere, sed. ¶ Hæc contra Nouatianum qui in martyrio lapsis veniam negat.

f mum eius diripiet. † Amen dico vobis, quoniā omnia dimittē-

¶ Dignè pænitentibus. a ¶ In quoslibet. b ¶ In Deum.

tur filiis hominū peccata & blasphemiæ, quibus blasphemaue-

A ✻ Victor Antiochen. Vnde isti venerint, vel vnde Christum furere audiuerint, disertè non exponitur. Probabile fit autem malum hoc à Scribis & Pharisęis, qui à Ierosolymis venerant, ortum fuisse. Illi enim cum admirabilia eius facta audiuissent, turbásque ingentes circumfusas vidissent, inuidia simul & ira perciti, & quasi in vesaniā acti illum furere dixerūt, atque ita vt eum tenerent, irruerunt, aliisque vt idem facerent, autores fuere, Arbitrabantur enim id illum pati, quod ipsi reuera patiebātur, furia enim aperta, & pudenda meritis vesania erat, tantarum rerum opificem, tantúmque animarum curatorem, B cœlestísque doctrinę magistrum, in furorē versum existimare. Quamobrem turbæ multò in Christū æquiores erāt quam Iudęorum proceres. Horum enim mentis iudicium impediebat ambitio, vanæque gloriæ cupido, illorum verò quædam animi habitudo mentisq; caligo.

†Mar.11.b. Luc.11.b. &c.

†Mar.12.c. Luc.12.b.

✻ Theophylactus. *In furorem versus est*, id est, dæmonium habet & furit, & ideo eum tenere volebant, vt incarcerarent tanquam dæmoniacum. Et quidam sui hoc volebant, id est, propinqui fortè compatriotæ eius vel fratres eius. Stulta autem C fuit insania, quod tantorum miraculorum factorem, in furiam versum concipiunt.

a *Et scribæ.* Beda. Si qui tarditate mentis non intelligunt verbum Dei, remanet tamen spes salutis, si forte intelligāt, nulla Qui autem intelligere nolunt & inuertunt quod intelligunt, nulla spes est. Vnde, scribæ, id est, sapientes, &c.

b *Ab Ierosolymis.* Quod significat eum à ciuibus suis esse persequendum vsque ad mortem. Legimus suprà quia secuta est eum turba à Galilæa & Iudæa & Ierosolymis, & trans Iordanem & circa Tyrum & Sidonem, quæ sunt ciuitates gentilium: & Scribæ ab Ierosolymis blasphemabant: quia turba populi Iudæorum illum cum palmis & laudibus perduxit: gentiles desiderabant: scribæ & seniores populi de nece eius tractabant.

c *Beelzebub habet.* Vir muscarum siue habens muscas: quo nomine principem dæmoniorum cognominabant propter sordes immolaticij cruoris.

d *Quomodo potest Sathanas, &c.* Beda. Eligant quod volunt. Si Sathanas Sathanam non potest eiicere, nihil contra dominum dicunt. Si autem potest recedant à regno eius, quòd diuisum stare non potest. D

✻ Victor Antiochenus. Dominus ab ipsa rerum natura, quod illi dicebant fieri non posse, validissimè probat. Siquidem omne omninò regnum intestinis tumultibus & seditionibus inter se dissectum, non potest paulatim non infirmari, penitúsque tandem dilabi. Hoc ipsum etiam in familiis & ciuitatibus & quibuscunque aliis communitatibus contingere videmus. Ea propter si Sathanæ regnum inter se diuisum est, vt re vera diuisum est, interitui vicinum sit necessum est. Quandoquidem imperium quod dęmones obtinent, in homines potissimùm obtinent. Si hoc autem sibi mutuo adimunt, nihil aliud dici potest, quàm regnum illorum dissolutū iam esse. Quod E si verò diaboli regnum adhuc subsistit, isque rerum humanarum etiamnum potitur, manifestum fit, regnum illius necdum è medio sublatum esse, atque ideo Sathanam diabolum non expellere.

e *Nemo potest.* ✻ Idem. Quandoquidem homines propter peccata dæmonum vasa euaserant, neque in potestatem illorum deuenerant, fieri non potuit, vt dæmones suo illo peculio prius orbarentur, quam bello fusi, in vincula pererentur: ne amplius videlicet sese erigere, nouáque in posterum bella, ademptа sibi possessione ciere possent. Hæc autem dęmonum fusio & in vincula petitio, à dæmonibus nunquam est facta: sed neque fieri quoque potuit, vt ipsi ea potestate quam in homines exercebant, se mutuò quoque spoliarent. F

✻ Theopylactus. Exemplum tale est. Fortis est dæmon, vasa eius sunt homines in quibus recipitur. Nisi ergo quis prius vincat dæmonem & alliget, quomodo vasa eius, id est, dæmoniacos ab eo diripiet? Sic & ego qui diripio vasa eius, id est, libero homines à dęmoniaca passione, prius alligo dæmones & supero illos & inimicus eorum sum.

f *Et tunc domum eius diripiet.* Beda. domum diripuit, quia omnes mundi partes à diabolo possessas, apostolis & eorum successoribus quasi diuisas prouincias, vt populos ad fidem conuerterent, distribuit.

☞ *Qui autem*

Nicolavs de Lira.

eum loquentem de diuinis ardua, & insolita, & per consequens eis non intelligibilia, ideo credebat eum loqui sicut arrepticium vel furiosum: ideo voluerunt eum tenere & ligare, ne sibi vel alijs posset nocere: & isti mouebantur pietate. Circa casum secundum qui ponitur, cum dicitur:

1 Et scribæ. *Considerandum, quòd isti moti contra Christum inuidia & malignitate dicebant ipsum Christum habere quendam dęmonem priuatum, aliis dæmonibus superiorem: per cuius virtutem expellebat dęmones inferiores à corporibus obsessis ab eis; & ideo Christus illorum & istorum irrationabilia verba repellit cum dicitur:*

2 Et conuocatis eis. *Quia rationabiliter loquendo, ostendit se non esse furiosum. Et vera & sancta docendo, ostendit se non habere dæmonem priuatum cum sit pater mendacij, vt habetur Ioan.8. Cætera patent ex his quæ dicta sunt Math. 12.*

Et veniunt

Moraliter.

† *Quomodo potest Sathanas Sathanam eiicere.* Hoc autem moraliter fit quando vicium vnum aliud expellit, vt prodigalitas auariciam, vel è conuerso.

† *Et si re. in se diuida.* Regnum animæ diuiditur, quando sensualitas rationi contrariatur.

† *Et si domus super se.* Hoc contingit, quando in eodem homine habitus malus ad aliquid declinat, cui conscientia recalcitrat.

† *Nemo potest vasa fortis.* Iste fortis est fomes, qui fortit † inclinat

a *Qui autem blasphe.* HIERO. Quia non meretur pœnitentiam agere vt recipiatur, qui Christum intelligens principem demoniorum esse dicebat: quia nunquam soluitur à carcere qui quadrantem verbi nouissimum non soluerit ante finem vitæ. Quatuor namque partibus fundatur denarius æternæ vitæ, vt quod corde credis: ore cõfiteatis: & quod cõfiteris, opere cõpleas: & quod compleueris, docere non cessaueris. *Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.*

BEDA. Matthæus dicit: *qui blasphemauerit in spiritum sanctũ vel verbum dixerit contra spiritum sanctum: non habebit remissionem neque in hoc seculo, neque in futuro.* Vbi ostendit quędam reuelari in futuro. Quod de minimis intelligendum est, vt de sermone ocioso, de risu nimio: quorum etiam hęc vita veniam promeruit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Blasphemiam in Deum (quem Spiritussancti nomine designat, siquidem vt spiritussancti virtus est regnum Dei, ita conuicium in spiritumsanctum, est blasphemia in Deum) venia indignam pronuntiat. Dicitur autem peccatum venia indignum, quia ex se veniæ causam non adfert. At verò blasphemiam in filium cum altera illa collatam venia dignam affirmat. Nam etsi hic reipsa Deus esset, vulgo tamen tenuis sortis, obscurique generis homo habebatur. At grauius censetur peccatum in Deum quam in hominem.

b *In ater.* Hoc contra Origenẽ, qui omnibus peccatoribus veniam promittit post iudicium transactis innumeris seculis.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Apud Matthæum legitur: *Qui dixerit verbum in spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro*, hoc est, neque supplicium in hoc seculo in blasphemos constitutum euadet, neque illud etiam quod in futuro. Quandoquidem lex morte illum mulctari iubebat, qui in Deum blasphemus extiterat. Cui legis decreto Dominus sese conformans, eiusmodi peccatum neutrobique remissum iri comminatur. Hæc autem cum de blasphemiæ peccato Seruator noster differit, neque conuicium in filium absolutè remissibile neque blasphemiam rursus in spiritum sanctum simpliciter irremissibilem definire vult. Quasi nullus prorsus eiusmodi blasphemis pœnitentiæ locus sit relictus, verum comparatione quadam inter hanc & illam contumeliam facta, indicat eam quæ cadit in filium, tanquam quę in hominem proximè ferri videatur, multò minorem censeri illa, quæ fit in spiritum sanctum.

†25. dist. c. qualis. — Matth. 5. — Ibidẽ 12. c.

a ¶ Id est, Qui intelligens opera Dei, cùm negare non possit, ex inuidia contradicit, & opera spiritussancti dicit esse Beelzebub. b ¶ Quia pœnitere digne non potest. a ¶ Quia similis diabolo, contra conscientiam suam maiestatem Dei oppugnat. b ¶ Quia ipse delinquit qui nunquam pœnitet. ¶ Eo prædicante. ¶ Populus Iudæorum. a ¶ In litera. b ¶ Foras. a ¶ Be. In spirituali intelligentia quiescebat. ¶ Gentilium. a ¶ Nos quoque si foris stemus, non cognoscimur. ¶ Vt attentos faciat. a ¶ Propter vtrumque sexum fidelium.

runt. † Qui autem blasphemauerit in spiritumsanctum, nõ habet remissionem in æternum, sed reus ẽrit æterni † delicti: quoniam dicebant, spiritum immundum habet. † Et veniunt mater eius & fratres fõris stantes miserunt ad eum vocantẽs eum. Et sedẽbat circa eum turba, & dicunt ei: Ecce mater tua & fratres tui foris quęrunt te. Et respondens eis ait. Quę est mater mea, & fratres mei? Et circumspiciens eos qui in circumitu eius sedebant, ait: Ecce mater mea, & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei, hic frater meus & sorõr mea & mater est.

†indicii. — †Matt. 12. Luc. 8. c. Matt. 10. d.

c *Reus erit ater. de* BEDA. Non quia spiritum non esse: vel quia esse, sed nõ Deum esse: vel Deũ esse, sed minorem patre & filio: quia hoc nõ inuidia diabolica, sed humana ignorantia, sed, *quoniam dice. &c.*

d *Fratres*, HIERO. Nõ filij Mariæ semper virginis, vt mẽtitur Heluidius: vel Ioseph ex alia vxore, sicut alij garriunt, sed cognati.

Mystice. BEDA. Mater & fratres populus Iudæorum ex quibus Christus secundum carnem, foris stant in literali sensu. Turba in domo gentes in spirituali mysterio. Foris volunt Iudęi videre Christum, quia spiritualem intelligentiam non quærentes, potiùs ad carnalia docenda eum exire cogunt vel quærunt.

Exod. 20. b. e *Quæ est mater.* BEDA. Non refutat obsequi matri qui dicit: *Honora patrem & matrem*: sed ostendit se plus debere paternis mysteriis, quam maternis affectibus, idem exemplo mõstrauit, quod verbo ait: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Nec fratres iniuriosè contemnit, sed opus spirituale præficit cognationi, docẽs meliorẽ esse copulam cordiũ quã corporũ.

f *Ecce mater mea.* &c. HIER. Vt sciamus nos esse & fratres eius & matrem si voluntatem patris eius fecerimus, vt cohæredes simus, quia non in sexibus, sed in factis discernit. Soror & frater credendo, mater prædicando dum per prædicationem amor Christi quasi ipse Christus in corde auditoris generatur.

✠ THEOPHILACTVS. Non negans matrem hoc dixit, sed ostendens quod non solum est digna honore propter hoc quod genuit Christum, sed propter omnem aliam virtutem.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et veniunt mater eius & fratres. *Hic consequenter ponitur tertius casus: Ipso enim prædicante nunciatum fuit sibi insidiosè, quod mater eius & fratres stabant foris ad tentandum, si ex affectu carnali ad matrem, dimitteret vel interrumperet prædicationem: & ipse hoc verbum malignum repulit rationabiliter vt patet ex his quæ dicta sunt. Matt. 12.*

MORALITER.

† inclinat ad malum, sed per rationem fortiter alligatur, quando virtutis habitus in irascibili & concupiscibili per bonum exercitium confirmatur, & tunc eius vasa, id est opera dissipantur.

1 *Et veniunt mater eius & fratres foris stantes.* Christi mater, & eius fratres possunt dici synagoga & Iudæi, qui foris stare dicuntur Christo prædicante, quia gentibus Christo credentibus, synagoga cum Iudeis extra fidem mansit pro maiori parte.

CAPVT IIII.

CAP. IIII.

1 E*T iterum cœpit docere.* BEDA. Exiẽs de domo vbi dæmonium habere dicitur, docet ad mare, vt ostenderet se ob perfidiæ culpam Iudæam relicturum & ad gentes transiturum. Vnde aptè præmittitur, quia prædicante eo in domo, mater & fratres foris steterunt.

HIERONYMVS. Cœpit docere ad mare, vt locus indicet auditores amaros & instabiles. Et ideo in parabolis loquitur, vt qui nõ intelligerent: ab apostolis quos contemnebant inquirentes discerent mysterium regni quo carebant. Mare mundus est, qui gustatus amarus est, & viciorum fluctibus inquietus: sed ab ipso domino eripiuntur prædestinati, qui amara dulcificat, tristia conuertit in gaudium, ægritudinem in salutem.

†Luc. 8. a. — †Ierem.

a ¶ Eodem die, vnde Matthęus post superiorem sermonem, & continuo subiunxit. In illa exiit, &c. ¶ Gentes tumidas & amaras.

ET † iterum cœpit docere † ad mare, & congregata est

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT IIII.

1 ET iterum cœpit docere ad mare, & congregata est, &c. *Hic consequenter ostenditur feruor prædicandi in spirituali. Et primò describitur feruor prædicationis, secundò ex hoc insurgens liuor æmulationis: in principio 6. cap. Circa primum euangelista primò describit prædicationis typum. secundò, prædicationis fructum, ibi:* Et dice. Sic est regnum Dei. *Tertiò, confirmans miraculum, ibi.* Et ait

MORALITER.

1 *Et iterum cœpit docere ad mare, & cong.* Sequitur.

†Ecce exiit

a *Nauim ascendens se. in ma.* BEDA. Ecclesiam, quę est in mari inter infideles, quam Deus gratia suæ visitationis illustrat, & dilectam sibi mansionem consecrat.

b *Et omnis turba circa mare.* HIERO. Hi sunt qui nuper ad audiendum verbum venerunt, & inde pietate animi, ab amaritudine reproborum tanquam à mari secuti sunt: sed nondum cum domino in naui sunt, quia nōdum cœlestibus mysterijs vel sacramentis quæ desiderant imbuti sunt.

†Mat. 13.a. Luc. 8.a.

Parabola quid est.

c *In parabolis multa.* Parabola est rerū natura discrepātium sibi sub aliqua similitudine facta comparatio. More suæ prudentiæ loquitur, vt qui cœlestia capere non poterant, per similitudinem terrenam auditam percipere potuissent. Græcé, similitudo dicitur quādo quod intelligi volumus, per aliquas comparationes indicamus, vt ferrū, aliquem durū, velocem, ventis comparamus & auibus. Idē fit in tricesimo sexagesimo & centesimo fructu, id est, lege, prophetia, & euangelio, quod in ore triū testium mysteriū regni in monte ostensum, id est, Moysi Eliæ & Iesu constitit.

†qui circū illum erant cum duodecim. †Mat. 13.b. Matt. 17.a. †Exterius.

a ¶ Be. Frequentia populorum ad fidem confluentium.

a ad eum tūrba multa, ita vt in nauim ascendens sederet in mari ¶ Infidelium.
b & omnis turba circa mare super terram erat: & docebat illos
c in parabolis multa, & docebat illos in doctrina sua. Audite:

a ¶ Christus. ¶ De sinu patris in mundum, vel de Iudæa ad Gentes. vnde Habacuc. Egressus es in salutem populi tui. b ¶ Verbum per se vel per suos.

† Ecce exijt seminans ad seminandum. Et † dum seminat: a- ¶ Circa.
d liud cecidit secūs viam: & venerunt volucres, & comederunt

a ¶ Be. Duriciam proteruæ mentis. b ¶ Be. Leuitatem animi obedientis.

illud. Aliud verò cecidit super pētrosa, vbi non habuit tērram

a ¶ Be. Quia audito verbo ad horam delectantur.

multam & stātim exortum est, quoniam non habebat alti-

a ¶ Probitatem animi cœlesti disciplina exercitati, & ad obediendum regulariter instituti. b ¶ Feruor persecutionis.

tūdinem terræ, & quando exortus est sōl, exæstuauit, & eo

a ¶ Firmi desiderij. b ¶ Quia huiusmodi ad horam tantum audito sermone delectantur. c ¶ Corda diuitiarum cura sollicitata,

quod non habebat radicēm, exāruit. Et aliud cecidit in spinās,

a ¶ Multiplicatę sunt diuitiæ. b ¶ Nec potest fructificare verbum. ¶ Ideo.

& ascendērunt spinæ, & suffocāuerunt illud, & fructum

¶ Fidelem mentem.

non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam, & dabat fructum ascendentem & crescentem: & afferebat vnum trigin-

a ¶ Fidem sanctę trinitatis. ¶ In coniugatis, quod significat index & pollex, ad significandum tricenarium quasi blando osculo iuncti. b ¶ In viduis. c ¶ In virginibus. d ¶ Significat se alta dixisse.

tā, & vnum sexāginta, & vnum centūm. Et dicebat: Qūi ha-

a ¶ Cordis. b ¶ Intelligat. c ¶ Secretus à turba.

bet aūres audiendi aūdiat. Et cum esset † singūlaris interro- ¶ Discipuli.
I gauerunt eum hi † qui cum eo ērant duōdecim parabo-

a ¶ Qui mecum non his qui foris sunt. b ¶ Secreta scripturarum.

lam. † Et dicebat eis: Vōbis datum est † nosse mystērium

a ¶ Nolunt accedere. b ¶ Non in naui mecum. c ¶ Non modo verba, sed & facta, quia non poterant capere spiritualia, quæ in eis tegebantur.

regni Dei: Illis autem qūi † fōris sunt, omniā in parabolis

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quo auditorem attentiorem reddat, præsentem parabolam instar procemij in acie collocat. Docet autem per ænigmata & parabolas, primò quidem propter scribas & pharisæos, qui multitudini admixti erant. Mox verò quo sermonem illustriorem apertiorémque reddat: Postremo quo res per parabolas sensibus quodammodo subijciens, cognitu obseruatúq; necessaria, auditorū memoriæ altiùs imprimat. Porro non dicit, qui sementem faciebat, semen iuxta viā sparsisse, sed semen iuxta viam cecidisse. Aliud vero cecidit super petrosam, aliud inter spinas: aliud in terram bonam. Atque ita ex toto semine, quarta duntaxat pars seruatur. Sed neque hoc quoque fructum ex æquo fundit, sed magno cum discrimine. Hæc autem ea de causa proponuntur, vt hinc intelligamus, Christum dominum copiosè & candidè citra vllam personarum acceptionem, diuinū illud verbi semen spargere, omnibúsque proponere: vt enim illi qui agrum seminant, inter hanc & illam agri partem non secernunt, sed simpliciter & indiscriminatim semen deijciunt: ita

† factū est dum seminaret. †solitarius. †scire.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Indicat euangelista appositè accuratéque theatrum instituisse, vt nulli omninò dorsum obuerteret, verùm omnes ex aduerso positos haberet. Cæterùm parabolæ quas ordine hic iam subiungit, aliud fermè nihil esse videntur, quàm quædam earum rerum adumbrationes, & quasi delineationes, quas circa verbi ministerium euenturas, iam tum præuidebat. Orditur autem à prædicationis fructu & incremento, illorúmque qui fide destituti, aliorum more, aures cœlesti doctrinæ non accommodant, peruersitate.

Luc. 8.a. d *Aliud cecidit secus viam, & venerunt volucres, &c.* Lucas: *Et conculcatum est, & volucres cœli comederunt.* Via mens, metu carnalium cogitationum trita: vnde semen perit nec fructum affert, & à volucribus rapitur, id est, à dæmonibus. Qui volucres cœli dicuntur, siue quia cœlestis & spiritualis naturæ, vel, quia in aëre habitant.

✠ VICTOR

Seruator noster, quod suarum erat partium, omnibus promiscuè diuini verbi pabulum offerebat: esto, quod de multis futurum erat, non ignoraret. Cæterum prophetæ de Iudaici populi cœtu, perinde quondā verba faciebant, atque de quadā vinea: Christus verò ecclesię corpus sementi cōparat. Cum autem audis, *exijt qui seminat ad seminandum*, ne ταυτολογίαν ineptámque repetitionem committi existimes. Siquidem sator non semper ad seminandum egreditur, sed interdum quoq; propter alia quædam negocia, puta vt herbas noxias extirpet, &c. Hoc autem loco seminator ad serendum egressus dicitur. At vnde prouenit, inquis, vt maior seminis pars interierit? Interitus causa non extitit penes seminantem, sed penes terram, quæ semen exceperat, hoc est, circa audientium animas: tametsi Dominus, ne auditores vehementius perstringat: aut ne quem forsan in desperationem conijciat, disertè id non afferat. Per hanc parabolam discipulos instruit,

NICOLAVS DE LIRA.

Et ait in illa die. *Circa primum primò describitur prædicationis Christi tempus & modus. Secundò prædicationis parabola siue typus, ibi:* Ecce exijt seminans. *Tertiò, huius parabolæ aperitur intellectus, ibi:* Et cum esset singularis. *Et ista pars diuiditur in duas: quia primò aperitur intellectus parabolæ apostolis specialiter, secundo prædicitur aperiendus per apostolos omnibus generaliter, ibi:* Nunquid venit lucerna. *Tres primæ partes expositæ sunt Matth. 13. paucis exceptis.*

I Et cum esset singularis. *Id est, extra pressuram turbarum tunc exposuit parabolam apostolis.*

Nunquid

MORALITER.

† *Ecce exijt seminans.* Sicut docet quis verbo, sic etiam exemplo Matthęi 13. parabolam istam exposui de verbo doctrinæ hic autem exponi potest de exemplo vitæ, quod semen dici potest. Videntes autem exemplum hoc semen recipiunt, sed diuersimodè. Nam aliqui sunt dæmonum suggestionibus peruij, qui rapiunt semen illud, significati per volucres, per superbiam alta petentes. Aliqui verò sunt in malicia indurati sicut petra, propter quod semen in eis non facit fructum. Aliqui verò sunt sicut spinæ pungitiui & maledici: propter quod ex bono exemplo non proficiunt sed magis deficiunt attribuentes illud hypocrisi. Aliqui verò sunt bonæ voluntatis & deuotionis, & isti proficiunt inde diuersis tamen gradibus secundum gratiam à domino sibi datam.

A instruit, ne animo consternătur, si plures interdum, ex his qui euangelij doctrinam exceperant, perire, quàm ad salutis portum appellere intelligant. Et quidem agricola iure incusaretur, si temerè vbiuis semen disspergeret. At doctor si hoc fecerit, laudē promeretur. Agricola, inquam, nō iniuria reprehenderetur si citrà vllum soli delictum, semen deijceret, quia is petrosam vt neque protritam, neque spinosam in pinguem & vberem mutare valet. Verum B in spiritali semente, potest tellus saxea in pinguē glebā transmutari. Sic rursum anima quæ ante instar viæ publicæ ab omnis generis vitijs calcabatur, ab ea conculcatione liberari potest, & infructuosum solum verti.

a *Vt videntes non videant.* ✠ IDEM. Vidēdi facultas aderat illis ex illius, & per illius gratiā quā coram cernebant. Quod autem nihil videbant, hoc inde oriebatur, quod oculos suos ad obiectam lucem studiosè clauC ferant, seséque nihil videre malignè cōfingerēt. Sic quoque quod non audirent, ex eo prouenie-bat, quod illa quę dicebantur, intelligere non vellent: sed publicè contemptui ducerent.

b *Hi autem.* Differētias ponit eorū qui audiunt verbum. Sunt autē quidam, vt gentiles, qui nec audiunt.

c *Reli. conc. &c. suf. ver.* Quod præceptum est. Præcipitur enim: *Concupisces sapientiam: serua mandata, &c.* Et alibi. *Beatus vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis.* Hæ concupiscentiæ bonæ: qui reliqua concupiscit, aberrat.

Marginalia: † tēporarij; † curæ * huius; † Matt. 5. b. Luc. 8. c. & 11. e.; † in propatulum; † Matt. 7. a. Luc. 6. f.; * qui auditis.; † Luc. 8. c. Matt. 13. b.; Prouer. 7. a.; Psal. 111. a.

(a ¶ Exterius. b ¶ Exteriora. c ¶ Corde. d ¶ Exterius.)
a siunt, vt videntes videant, & non videant, & audientes audiat,
(¶ Corde. a ¶ Id est, vt non. ¶ b q. d. Ideo non conuertuntur, nec remittuntur eis peccata.)
& non intelligant, nē quando cōuertantur, & dimittantur
(a ¶ Excitat attentionem.)
eis peccata. Et ait illis: Nescitis parabolam hanc? Et quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat, verbum
(¶ In quibus.)
b seminat. Hi autem sunt qui circa viam vbi seminatur ver-
(a ¶ Quia nulla fide, nullo intellectu, vel tentandæ vtilitatis occasione percipiunt.)
bum, & cùm audierint, & confestim venit Sathanas & aufert verbum quod seminatum est in † cordibus eorum. Et hi sunt
(¶ Be. Hi vtilitatem probant, desiderium gustant, sed aduersa impediunt quę formidant.)
similiter qui super petrosa seminantur, qui cum audierint verbum, statim cum gaudio accipiunt illud, & non habent ra-
(¶ Fidem firmam. a ¶ Ad tempus credunt. ¶ Ergo. b ¶ Interiori.)
dicem in se, sed † temporales sunt, deinde orta tribulatione
(a ¶ De loco in locum.)
& persecutione propter verbum, confestim scandalizan-
(¶ Diuitijs, quæ diuersis curis pungunt, quia permultis indigent, qui permulta possident.)
tur. Et alij sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui verbum
(a ¶ Curarum, b ¶ Appetitus deficiens.)
audiunt, & † erumnæ seculi *, & deceptio diuitiarum & circa
(a ¶ Acquirendi. b ¶ Id est strangulant guttur mentis, nec bonum desiderium ad cor transire sinunt.)
c reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & si-
(¶ Fidelem conscientiam.)
ne fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam semi-
(a ¶ Beda. Hi excipiunt, conseruant, & fructificant.)
nati sunt: qui audiunt verbum & suscipiūt, & fructificant,
(a ¶ Fidē trinitatis in electorū cordibus. b ¶ Perfectionē bonę operationis, quia sex diebus ornatus mūdi expletus est. c ¶ Ba. Perpetuam beatitudinem, quia centenarius à leua transfertur in dexteram digitali computatione.)
vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. Et dice-
(a ¶ q. d. Vobis datum est. n. m. r. sed cæteris per vos idem mysterium reuelandum, & ideò carnali timore non abscondatis. ¶ Verbi Dei. b ¶ Vita vestra.)
d bat illis: † Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut
(a ¶ Carne. b ¶ Corpus. ¶ Vt dominetur.)
e sub lecto? Nónne vt super candelabrum ponatur? † Non est
(¶ Aliàs reueletur.)
f enim aliquid absconditum, quod non manifestetur: nec factum est occultum, sed vt † in palam veniat. Si quis habet
(a ¶ Intelligendi verbum Dei. b ¶ Memoriæ mandet. ¶ Non se subtrahat, non auditum ad fabulas conuertat. c ¶ q. d. Omnia quæ potestis solerter facite, quia in qua mensura men. fue. reme. vo.)
aures audiendi, audiat. Et dicebat illis: Vidēte quid au-
(a ¶ In præsenti, sensus intelligendi, & effectus operandi, & in futuro dona æternæ retributionis adijcientur.)
g diatis. † In qua mensura mensi fueritis, † remētietur vo-
(a ¶ q. d. Verbo quod audistis operam date. Qui enim habet, &c. b ¶ Amorem verbi. c ¶ Sensus intelligendi quod amat)
h bis, & adijcietur vobis *. † Qui enim habet dabitur illi, & qui
(¶ Amorem. a ¶ Naturali ingenio vel literarum exercitio. b ¶ Beda. Id est, nulla veræ sapientiæ dulcedine gaudebit.)
non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat:

Marginal numbers: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10. Marginalia: † corde; † Matt. 10. c. Luc. 8. c.; † mensurabitur.

d *Lucerna, &c.* HIERON. Lucerna: verbum Dei. Modius aut lectus, auditus inobedientium. Candelabrum, apostoli, quos illuminauit verbum Dei. Absconditum & occultum, quod palam fit cum à Domino tractatur.

BEDA. Modius, vita nostra diuina præscientia mensurata. Lectus, caro, in qua quiescit anima. Lucerna, verbū quod illuminat. Qui ergo amore præsentis vitæ & carnalis illecebrę occultat verbum Dei, quasi sub modio vel lecto lucernam operit, quia ei E carnis concupiscentias præponit.

e *Nónne vt super candelabrum ponatur?* BEDA. Vt dominetur prædicatio veritatis, subsit seruitus corporis, per quam tamen excelsior appareat doctrina tanquam per candelabrum lucerna.

f *Non est enim aliquid &c.* Quasi dicat: Nolite erubescere euangelium, quia nihil occultum modo, quod non fiat palam in iudicio, *quando illuminabit Deus abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium* vbi vobis à Deo F laus, illis autem pœna æterna.

g *In qua mensura men. &c.* HIERON. Etenim secundùm mensuram fidei vnicuique diuiditur intelligentia mysteriorum, & adijcietur nobis donum scientiæ, etiam adijcientur virtutes.

h *Qui enim, &c.* Scilicet qui fidē habet, habebit virtutē, & qui habet opus verbi, habebit intelligentiā mysterij. Et ē contra, qui nō habet fidē, deficit virtute: & qui nō habet opus verbi eius intelligētia caret: & qui non intelligit, auditū perdit, ac si nō audisset.

d *Lucerna,* … *Sic est*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquid venit lucerna. *Hic ostenditur doctrina euangelica per apostolos publicanda. Quod factum est post ascensionem Christi ad cœlos, tunc enim dispersi sunt per orbem vt in omnem terram exiret sonus prædicationis eorum: & etiam ante passionem Christi missi sunt ad prædicandum, non tamen ita diffusè: & hoc est quod dicitur:* Nunquid venit lucerna. *Id est, doctrina euangelica secundùm illud Psal.* Lucerna pedibus meis verbum tuum, &c.

2 Vt sub modio ponatur, &c. *Id est, occultè in latebris doceatur, sicut doctrina suspecta hæreticorum & hominū malorum, quasi dicat. Non.*

3 Nónne vt super candelabrum ponatur. *Hoc est in palam, & publicè doceatur: quasi dicat: Sic.*

4 Non est enim aliquid absconditum. *Quia illa quę Christus docuit apostolos secretè, voluit per apostolos prædicari publicè & manifestè, secundum quod dicitur eis Matt. 10. c.* Quod in aure auditis prædicate super tecta.

5 Si quis habet aures audiendi. *Id est, desiderium intelligendi doctrinam Christi, quasi dicat talis potest proficere non solum sibi intelligendo, sed etiam alijs ipsos docendo, ideo subditur:*

6 In qua men. mensi. fu. *Quod exponit sic Be. Si solerter omnia quæ valetis bona facere ac proximis intimare studetis, aderit diuina pietas, quæ vobis in præsenti sensum altiora capiendi conferet, & in futuro retributionem æternam adiiciet: & ideo subditur:* Et adiicietur vobis.

7 Qui enim ha. da. illi, &c. *Quia habens fidem & gratiam ex vsu talis gratiæ meretur, quòd iterū sibi detur gratia ad augmentum præcedentis.*

8 Et qui nō habet. *Scilicet fidē & gratiā quales erāt Scribæ & Pharisæi.*

9 Etiam quod hab. au. ab eo. *Quia noticia legis quam habebant ablata fuit ab eis in quantū non valuit eis ad salutem, sed magis fuit eis in augmentum suæ damnationis, secundum dictum Saluatoris Luc. 12. f.* Seruus qui sciuit voluntatem domini sui, & non facit, vapulabit multis.

10 Et dice. *Hic consequenter describitur Christi prædicationis fructus, primò in vno homine, secundò, in communitate ecclesiæ, ibi:* Et dice. cui assi. *Circa primum sciendum, quod per semen intelligitur prædicatio, sicut patet in parabola præcedenti. Ex semine autem isto recepto in aliquo homine*

Marginalia: Psal. 118. o.; Diuisio.

a *Sic est regnum.* HIERO. Scriptura diuina per terrenas similitudines monstrat cœlestia sacramenta, sicut per totũ euãgeliorum corpus constat. *Regnum Dei*, est ecclesia quæ regitur à Deo, & ipsa regit homines, & vicia calcat, vt Centurio habens sub se milites. Homo iaciens semen, filius hominis est. Semen, est verbum. Terra, corda humana. Dormitio hominis, mors est saluatoris. Exurgit semen nocte & die, post somnum Christi, numerus credentium per prospera, & aduersa magis, magisque germinauit in fide, & creuit in opere. *Dum nesc. il.* Tropica est ista locutio, & in diuinis creberrima: nescit, id est, nescire nos facit, quis fructũ in fine afferat, dũ dicit: *Qui perseuerauerit in fine, hic saluus erit. Vltro enim terra fructifi.* dũ voluntatem nostram Deus expectat dicens: *Si vis peruenire ad vitam, serua mandata. Primum herbam.* Id est, timorem. *Initium sapientiæ timor domini. Deinde spi.* Id est, pœnitentiam lachrymosam. *Deinde ple. fr. in spi.* Id est charitatem. *Plenitudo enim legis est charitas. Et cùm ex se pro.* Falx, est mors, vel iudicium quod secat omnia. *Quo adest mes.* Id est, consummatio sæculi, in qua iusti gaudebunt qui in lacrymis seminauerunt.

†De pœdi. 1.c. dũ sanctum. †produca-tur. Tropicè †qua parabola Matt. 10. c. †Luc. 13. d. Math. 9. †nidificare Ps. 110. b. Rom. 13. c. Psal. 125. a.

¶ Ecclesia. ¶ Filius hominis. ¶ Verbum.

a † Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat semen- †

¶ Corda. ¶ Moriatur. ¶ Aduersis. ¶ Prosperis.

tem in terram, & dormiat: & exurgat nocte & die, & semen

a ¶ In opere. b ¶ Nescire facit. ¶ Quia in arbitrio hominis est.

b germinat & † increscat dum nescit ille. Vltro enim terra fru-

a ¶ Timorem. b ¶ Pœnitentiam lachrymosam. ¶ Charitatem.

ctificat, primũm herbam, deinde spicam, deinde plenum fru- 1

c mentum in spica. Et cùm ex se produxerit fructus, statim mit-

¶ Mortem vel iudicium. ¶ Finis seculi.

tit falcem, quoniam adest messis. Et dicebat: Cui assimilabi- 2

a ¶ Beda. Prædicatio euangelij, quæ ducit ad regnum Dei, de qua dicitur: Auferetur à vobs regnum, &c. 3

mus regnum Dei, aut † cui parabolæ comparabimus illud? †

d a Beda. In corde credentis, vel in mundo.

e † Sicut granum sinapis, quod cùm seminatum fuerit in terra,

a In timore. †

f minùs est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cùm na-

a ¶ Primo parua. b ¶ Charitate.

g tum fuerit, ascendit in arborem, et fit maius omnibus oleri-

h a ¶ Omnis caro fœnum. b ¶ Prædicatores ex ipsa prædicatione nascentes. ¶ Ramos misericordię & compassionis. c ¶ Protectione Dei, de qua, Sub vmbra illius, quam desiderabam, sedi, &c.

bus, & facit magnos ramos, ita vt possint sub vmbrã eius aues

a ¶ Sancti.

cœli † habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis 4

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Per regnum Dei fides in Christum, verbique aduentus in carnem significatur. Notum est enim illud seruatoris quod ad apostolos aliquando dixit: *Regnum Dei intra vos est.* Item: *Appropinquauit regnum cælorum.* Hoc igitur regnum assimilatum est homini semẽ in terram spargenti, homo enim est, & quis cognoscet eum? Etenim Dei filius citra vllam sui mutationem nostri causa homo factus, terram conseuit, mundumque vniuersum diuinæ cognitionis luce illustrauit; postea verò asi dormitum aliquo concessisset, ad cœlos abiit, animo interim benigno & patienti, vt illi qui semen illud cœleste salutarémque doctrinam exceperant, fructum opportunum ferrent, expectans.

b *Dum nescit ille.* ✠ IDEM. Quorsum hæc? Liberę doctrinæ semen suscipientium voluntati, vt velint, operentur, permittit. Ipse namque non omnia per se efficit, ne bonum nobis quasi inuitis obueniat, sed nostram quoque synergiam efflagitat. Quare statim quoque subdit, *vltro enim terra fructificat*. Neque enim liberum hominis arbitrium necessitate aut vi, aut astrorum circunuectione, aut fortuna, aut fato cogitur, vt stolidé quidam nugantur, sed liberé ad hoc vel illud fertur.

c *Mittit falcem.* IDEM. Messis quidem tempus consummationis, falx Dei verbum omni gladio ancipiti penetrabilius. Cæterum falx hoc loco nõ denotat suppliciũ aut maledictionem, vt alicubi apud prophetas. Neque enim ea de causa falx hic in messoris manu ponitur, quo perdat, verùm ne quid de frumẽto pereat. Hæc præsens igitur parabola de solis iustis agit. Prima autẽ quatuor ordines hominum ponit, è quibus tres diuerso modo noxa constricti pereunt, vnus seruatur: quamuis hoc ipsum quoque pro fidei & operum diuersitate variè assignatur enim isthic triplex iustorum hominum discrimen. Hic autem triplex illa differentia in vnam classem redigitur. Omnes enim ferunt frumentum, etsi non æquè multum omnes.

d. *Sicut granum.* HIERO. Hoc semen iterum comparat grano sinapis, quod minimum in timore est, magnum in charitate, quæ maior est omnibus oleribus, quia Deus charitas est, & omnis caro fœnum & qui infirmus est, olera manducet. Et facit ramos misericordię, & compassionis. Cuius sub vmbra pauperes Christi qui sunt cœli animalia delectantur habitare.

1. Ioã. 4. c. Esa. 40. b. Ro. 14. a. Matt. 13. c.

✠ THEOP. Vide quantus sermo tantum est ei grauum sinapis. Nam prædicatio missa super terrã dilatata est & creuit, ita vt volatilia cæli, hoc est, omnes sublimes scientia & sensu in ipso habitent. Quot enim sapientes relicta sapientia Gẽtilium in prædicatione requieuerunt?

e *Seminatũ fue.* A Christo siue ab homine in terra, vel in agro. i. in corde suo. Hic homo est sensus noster & animus, qui fouẽs granũ prædicationis humore fidei facit pullulare in agro pectoris sui.

f *Minus est, &c.* Quasi contẽptibilia prædicãs, & primo nõ creditur, quia prædicat Deũ hominem mortuũ crucifixum, hoc eloquentiæ & sapientiæ Philosophorũ cõparatũ minus inuenitur.

g *Ascendit &c.* Quæ altitudine, amplitudine, annositate transcẽdit herbarũ naturã. Alta est: quia ad cœlestia sustollit. Ampla: quia totũ mundum occupauit. Annosa, quia non poterit finiri.

h *Olerib.* BEDA. Philosophicis disciplinis, quæ quantò apertiùs excrescunt, viliores fiunt: quia sicut olera herbarũ cito decident.

☞ a Sine

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *homine fit talis processus: quia primò concipitur timor diuinorum iudiciorum, & significatur per herbam, quę est quid imperfectum, cum dicit:* Fructifi pri. h. *Et quia ex timore cessat homo à malis, & incipit se exercere in bonis: ideo secundò concipitur spes diuinorum beneficiorum quę signatur per spicam, in qua iam est spes grani futuri, cum dicitur:* Deinde spi. *Tertio, ex hoc datur charitatiuus amor, qui habet opus perfectum: & ideo significatur per plenum frumentum, cum dicitur:*

1 Deinde plenum fru. *Quia vt dicitur ad Ro. 13. c.* Plenitudo legis est dilectio, *& tunc est homo dispositus, vt de statu gratię transeat ad gloriam; ideo subditur:*

2 Quoniam adest mes. *Id est, collectio iustorum in patria.*

3 Et dice. *Hic consequenter describitur fructus prædicationis Christi quantum ad communitatem ecclesię, qua de paruo statu creuit ad magnum sicut sinapis granum: & patet sententia ex dictis. Math. 13. excepto, quod hic subditur:*

4 Et tali. mul. *Quod exponit Theophilus dicens. Quoniam turba erat indocta à consuetis nominibus instruit eas per similitudinem rerum sensibilium, qua erant eis cognita. Sed hoc videtur contradicere ei quod supra dixit Christus Apostolis eodẽ capitulo,* vobis datũ est nosse mysteriũ regni Dei: Illis autẽ qui foris sũt in parabolis, vt vidẽtes videãt

Parabolicè quare domini populis prædicauit.

✠ & non

MORALITER.

† *Sic est re.* BEDA. Cum desideria bona concipimus, semen in terra iactamus: cum operari recta incipimus, herba sumus: cum ad profectum boni crescimus, ad spicam peruenimus: cum in eisdem operationis perfectione solidamur, iam plenum frumentũ in spica proferimus. Missio verò falcis tempus est bonæ mortis.

† Cui

† *Cui assimilabimus re. Dei.* Sequitur.

† *Sicut gra. si.* Seminatio, est boni propositi conceptio, profectus seminis incipit à timore qui principium est sapientiæ: & est minimum inter septem spiritussancti dona: sed fit magnum introducta charitate quæ maior est omnibus virtutibus. 1. Cor. 13. Et facit ramos per actus charitatis distinctos: in quibus aues cœli, id est, contemplatiui requiescunt.

r 4 † Et

a ¶ Lac potum dedi vobis, non escam.

a verbum prout poterant audire: † Sine parabola autem non

¶ A turba ¶ Spiritualibus spiritualia dignis intelligere. ¶ Apertè.

b loquebatur eis. Seorsum autem discipulis suis † differebat 1

a ¶ Appropinquante occasu veri solis,

omnia. Et ait illis in die illa cum serò esset factū. Transeamus † contra. † Et dimittentes turbam assumunt eum, ita vt erat

¶ Vel cum eo. a ¶ Persecutorum vel dęmoniorum.

c in naui & aliæ † naues erant cum illo. Et facta est procella †

¶ Ecclesiam.

magna venti & fluctus † mittebat in nauim, ita vt implere-

a ¶ Alias naui. b ¶ Corpus cui diuinitas, sicut caput inclinata recumbit.

c ¶ Corporaliter vt homo.

d e tur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens. Et

a ¶ Be. Ne diutius resurrectione dilata perirent omnino.

b ¶ Discipuli turbati precantes resurrectionem. ¶ q. d. Non est tibi curę.

excitant eum, & dicunt illi: Magister, non ad te pertinet quia

a ¶ A morte: per mortem destruxit eum qui habebat mortis imperium. b ¶ Diabolo.

perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit

a ¶ Persecutoribus. b ¶ Be. Iudæorum rabiem per resurrectionem repressit quæ caput quatiens clamauit: Si filius Dei est descendat nunc de cruce.

¶ Imperat vt Deus.

f mari: Tace, obmutesce. Et cessauit ventus, & facta est tran-

a ¶ Pax in ecclesia post pressuras vel theorica post actiuam. ¶ Ideo timidi quia nec &c.

g quillitas magna. Et ait illis: † Quid timidi estis? † Necdum 2

h habetis fidem? Et timuerunt timore magno, & dicebant ad

¶ Vere mirabilis

alterutrum: † Quisputas est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

A a *Sine parabola.* BEDA. Non quod nullum sermonem turbis apertum faceret, sed quia nullus sermo eius inuenitur in quo aliquid parabolæ non inueniatur.

b *Seorsum autem discipuli.* HIERO. Illi enim digni erant audire mysteria in intimo penetrali sapientiæ, qui remotis cogitationum tumultibus in solitudine virtutum permanebāt. Sapientia enim est in tempore ocij discenda. (*† Mat. 5. e.*)

c *In naui.* BEDA. ALLEGORI. Mare, sæculi æstus. Nauicula, crux qua mundi fluctus ascendimus & ad litus patriæ cœlestis peruenimus. Aliæ naues quæ cum domino fuisse, nec in altum ductæ, nec tempestatem pertulisse dicuntur: eos significant, qui ita fide dominicæ crucis imbuuntur, vt tanquam rudes nondum tribulatione pulsati suscepta fidei mysteria in pace conseruent. Vel eos qui post tribulationum crebras procellas ad tempus pacis serenitate vtuntur. Erant enim forsitan illæ naues nuper factæ & in portum tantum deductæ, vel post maris pericula ad portum reductæ. (*Allegorice.* *† In vlterio-rem ripam* *† Mat. 8. d.* *† Irruebant* B *† Mat. 8. c.* *† Quisnam* *† Luc 8 d*)

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ne autem discipuli ob id se efferant, quod cæteris missis soli ipsi assumpti fuerunt, dominus graui tempestate illos iactari sinit. Quamuis per hoc quoque illorum constantiam explorare voluerit. Non sinit autem illos iactari præsentibus aliis, ne infirma illorum fides cæteris patefieret, ipseque seorsum illos commodiùs instruere & corrigere posset. Neque enim ipsi quoque conuenientem satis de illo opinionem habebant. Nam etsi scirent & crederent à somno excitatum maris æstum compescere posse, dormientem tamen id posse nunquam credebant.

d *In puppi.* HIERONYMVS. Puppis mortuis pellibus viuos continet & fluctus arcet, & ligno solidatur, id est cruce & morte domini saluatur ecclesia.

HIERONYMVS. Puppis initium est sanctæ ecclesiæ in qua dominus dormit morte corporali, quia nunquam dormiet, qui custo. Ierusalem. Comminatur vento & mari, de quo dicitur. *Tu dominaris potestati maris.* Ventus & mare, dæmones & persecutores sunt, quibus dicit, *tace*, quando compescit edicta iniquorum regum vt voluerit, quia non est hominis, vt dirigat gressus suos. *Tranquillitas mag.* pax ecclesiæ post pressuras siue (*Psal. 120. a.* *Psal. 88. b.*)

siue theorica post actiuam vitam.

e *Dormiens*, BEDA. Discipulis nauigantibus Christus obdormit, quia fidelibus regni futuri quietem meditantibus & spiritussancti secundo flatu vel remigio proprij conatus mundi fluctus post terga iactantibus, subito Christi passio aduenit, quo ascendente puppim crucis, vt somnū mortis caperet, fluctus blasphemantium dæmoniacis excitati procellis assurgunt, quibus tamen non turbatur eius patientia, sed discipuli turbantur, trepidant, periclitantur. (*† appetie-bat.* *† nauiculæ*)

MORALITER. Cum signo crucis imbuti, mundum relinquere disponimus, nauem cum Iesu conscendimus, mare transire conamur. Sepè qui non dormitabit neque dormiet custodiens Ierusalem, nobis nauigantibus dormit, quia inter medios virtutum nisus, vel dæmonum vel hominum prauorum vel nostrarum cogitationū impetu fidei splendor obtenebrescit, spei celsitudo tabescit, amoris flamma refrigescit. Sed ad gubernatorem recurramus, illum sedulò excitemus, qui non seruit, sed imperat ventis, qui omnia sedabit, qui portum salutis indulgebit. (E *Psal. 120.* *† Quomodo non*)

F f *Tace, ob.* Nota quod omnis creatura sentit imperium creatoris. Non quod omnia animata, vt mentiuntur hæretici, sed maiestate conditoris quæ nobis insensibilia, illi sunt sensibilia.

g *Quid timi. estis.* BEDA. Quasi dicat: Quid me præsente timetis. Cui simile est, quod post resurrectionem *exprobrauit incredulitatem illorum, & duriciam cordis, quia hi qui viderunt eum resurgere, non crediderunt.* Et item. *O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti sunt propheta. Nonne oportuit pati Christum, & sic intrare in gloriam suam?* (*Lucæ. 24. d*)

h *Et timue.* Matthæus. Porrò homines mirati sunt dicentes *Qualis est &c.* Non ergo discipulis, sed alij qui in naui erant mirabantur, de eo dubitantes, cui mare & ventus obedirent. Vel etiam ipsi discipuli rectè homines dicti, quia necdum nouerant potentiam Saluatoris. (*Matth. 8. d*)

✠ THEOPHYLACTVS. Dubiè se habebant erga eum. Inquantum.n. iussu mare placauit, non baculo vt Moyses, non precibus, vt Elisæus Iordanem, neque arca vt Iesus Naue, secundū hoc verè Deus eis videbatur; secūdū verò quod dormiebat, homo.

☞ CAPVT

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *& non videant & Matt. 13. d.* In parabolis loquor eis, quia videntes non vident, &c. *Dicendum quod sacra scriptura hoc habet proprium quod sub vna litera habent plures sensus, quorum aliqui sunt potentiores & alij magis latentes; & ideo in parabolis Christi turbę capiebant sensum magis patentem, non autem latentem, sed de tali intellectu docebat Christus apostolos ad partem, ideo subdutur:*

1 Seorsum

1 Seorsum autem discipulis &c. *De turbis autem prędictum est,* vt videntes videant & non videant, *id est, capiant sensum magis patentem, non autem latentem.*

2 Et ait illis in illa die. *Hic consequenter describuntur miracula doctrinę Christi confirmatiua. Et primò describitur miraculum factum in mari, secundo, in terra in principio sequentis capituli. Sententia primæ partis patet ex his quę dicta sunt. Matt. 8.*

✠ CAPVT

MORALITER.

† † *Et facta est procella ma. &c.* Nauis quam Christus ingreditur est anima iusti quæ ab eo per gratiam inhabitatur. Procella verò surgens est tribulatio, quæ frequenter insurgit piè viuentibus in Christo. Sed Christus dormit cum talia permittit secundum vulgare dictum, sed excitatur cum oratio patientis exauditur. Et fit tranquillitas exterius cum persecutio cessat, vel interius quando Deus sustinenti patientiam bonam præstat. Et hæc tranquillitas melior est quam prima sicut dictum fuit Paulo. 2. Corin. 12. c. *Sufficit tibi gratia mea.* Propter quod subiunxit: *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.*

† MORA.

CAPVT V.

A E T Venerunt &c. Gerasenorum. BEDA. Gerasa vrbs insignis Arabiæ trans Iordanem iuncta monti Galaad in tribu Manasse, non longè à stagno Tyberiadis, in quo porci præcipitati sunt, significat gentes quas post resurrectionē suam dominus missis prædicatoribus visitare dignatus est. Vnde benè Gerasa siue Gergesi colonū eiiciens, siue aduena appropinquans, interpretatur, quia gentium populus colonū scilicet diabolū à quo diu incolebatur expulit, & qui erat lōgè factus est propè in sanguine Christi.

✠VICTOR ANTIOCHENVS.

B Emendatiora exemplaria neque Gadarenorum, neque Gerasenorum legunt, sed Gersenorū. Est autem Gadara ciuitas Iudææ, propter salubres vicinásque thermas haud ignobilis. Huius promontorio adiacet lacus quem incolæ mare appellant. Gerasa est oppidum Arabiæ nullum neque mare neque lacum vicinum habens. Gergesa est locus à quo Gergesenorum ciuitas denominatur vetus quidem illa, non prout ab ea sita quæ nunc Tyberias appellatur, circa quem extat rupes præcelsa, & lata ex qua porci dæmonibus acti, in mare se præcipites dedisse feruntur. Interpretatur autem Gergesa, eiectorum vicina ab euentu fortassis hoc nomen sortita, quod

C loci illius homines Christum si non vi certè precario inde expulerint: siquidem rogabant illum, vt à finibus eorum discederet. Vel certe quod mali dæmones porcos inde in mare deturbarint.

a *Homo in spiritu.* ISIDORVS. Homo iste desperatissimus est populus gentium quem enumerat apostolus. Elatus, superbus, immundus, sanguinarius, idololatra, ignominiosus nec lege naturę, nec Dei, nec humano timore ligatus, cui legio nomen est, id est, decem milia quæ cadunt à dextera patris quę est Christus. Huic grex porcorum creditur, hi sine respectu misericordiæ simul in inferno per imperium immaturæ mortis suffocantur. Ab his multi fugiunt, pascebant eos. Flagellato enim stulto sapiens sapientior fit vel prudentior. [1.Tim.3.a.]

✠VICTOR ANTIOC. Marcus & Lucas vnius tantum qui à dæmone vexabatur, mentionem faciunt. Matthæus autem duorum. At hæc non pugnant, pugnarent tamen si Marcus & Lucas vnum duntaxat extitisse scriberent. Matthæus autem duos. Verisimile fit Marcum & Lucam sæuiorem de duobus elegisse. Quare etiam calamitatem illius accuratius exponunt quam Matthæus. Scribunt namque vinculis catenísque disruptis per loca deserta diuagari consueuisse. Marcus addit lapidibus seipsum concidisse. D

[† In vlteriorē ripam † Gadarenorum.]

CAPVT V.

ET venerunt ✝ trans fretum maris in regionem † Gerasenorum. Et † exeunti ei de naui
[a ¶ Beda. Gentes quæ dæmoniacis illusę doctrinis idola colunt.]
a statim occurrit de monumentis homo in spi- 1
[a ¶ Quia gentes mortuis operibus, id est, peccatis, delectantur,]
ritu immundo, qui domicilium habebat in mo-
[a ¶ Beda. Perfidorum corpora, animę peccatis mortuæ sunt sepulchra. b ¶ Legibus diuinis, quia non erat dignus. ¶ Vel Deus, vel homo.]
b numentis. Et neque catenis iam quisque poterat eum ligare, quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus dirupisset catenas & compedes comminuisset, & nemo pote-
[¶ Aduersis. ¶ Prosperis. ¶ In fœditate operum.]
c rat eum domare. Et semper nocte ac die in monumentis 2
[¶ In fastibus superbię. a ¶ Be. Per verba durissime infidelitatis. b ¶ Beda. Idolis ¶ Quoniam arreptis cautibus seipsos furibundi concidebant.]
& in montibus erat clamans & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longè cucurrit, & adorauit eum, & cla-
[a ¶ Be. q. d. nihil commune nobis. ¶ Hoc contra Iudæos dicunt. In beelzebub eiicit dæmo.]
d mans voce magna, dixit: Quid mihi & tibi Iesu fili Dei
[a ¶ Hoc contra Arium qui negat filium Dei. ¶ Credunt & contremiscunt filium Dei. ¶ Alias summi.]
altissimi? Adiuro te per Deum, ne me torqueas. Dicebat
e enim illi. Exi spiritus immunde ab homine isto. Et inter- 3

[† Mat 8.d. Luc. 8. d. † exeunte. Lucæ. 8.]

b *Et neque catenis &c.* BEDA. Catenis & compedibus graues, & duæ leges gentium signantur, quibus peccata in re eorum publica cohibebantur. Ruptis catenis (vt Lucas scribit) subito agebatur à domino in deserto, quia etiam transgressis illis legibus ad ea scelera cupiditate raptabātur, quæ iam vulgarē excederent consuetudinem.

c *In monumentis.* E ✠VICTOR ANTIOCHENVS. Dęmones in sepulchris versantur quo rudi plebi execrandum dogma persuadeant, nēpe demortuorum animas in dæmones transformari.

d *Quid mihi & tibi* ✠VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem Apostoli in naui Christum hominem esse confessi fuerant, prodeunt nunc in medium dęmones qui illius diuinitatem apertè promulgent. Eapropter qui mare fluctuans rursúmque conquiescens non audierant, illi iam dęmones magna id voce clamantes audiunt, quod mare per subitam tranquillitatem iam antè clamârat.

e *Torqueas.* BEDA. Magnum tormentū ei à læsione hominis cessare & tantò dimittit grauius quantò possidet diutius. F

✠VICTOR ANTIOCHENVS. Ne adulandi studio *Iesu filij Dei &c.* clamitare videantur, rerum experientia, hoc est pœnarum sensu compulsi *venisti huc ante tempus torquere nos*, vociferantur. Nam ne illorum supplicatio de fraude suspecta haberi queat verbis modo allegatis inimicitiam inter se intercedere manifestè testantur. Neque enim igni qui sub sensum non cadebat, Christíque præsentia dirè tantum incendebantur & torquebantur, verum etiam impendentiū malorum metu. Arbitrabantur enim vltimum supplicium iam tum adesse adeóque ad inferorum cruciatus vestigio sese abreptum iri. Metu itaque consternati, rogant perque omnia sacra obtestantur ne ante tempus ad pœnarum locum amandentur. Vt ij ergo qui tēpus adhuc reliquum habeant, intra quod ea quęlibet circa homines exerceant, non sine contentione cum domino expostulant, tanquam qui ante legitimum tempus vim ipsis adferat pœnámque citra iustam causam inferat.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT V.

ET venerunt trans fretum. *Hic consequenter describuntur Christi miracula facta in terra ad doctrina sua confirmationem. Et primum describitur dæmoniaci curatio, secundò filiæ Archisynagogi resuscitatio, ibi:* Et cum ascendisset Iesus in naui. *Prima in duas, quia primò describitur curatio dæmoniaci, secundò deuotio ipsius curati, ibi:* Cúmque ascenderet. *Expositio primę partis patet ex dictis Matt. 8. paucis exceptis quę discurrentur.* [Diuisio.]

1 Occurrit ei de monu. homo in spi. immundo. *Id est obsessus à dęmone Matt. 8. dicitur quod erant duo. Ad quod dicendum quod secundum veritatem duo erant dæmoniaci, vt dicit Matthæus, sed vnus erat sæuior, altero in quo erat legio dęmonum, vt dicitur infra & iste solus nominatur hîc à Marco, & alius tacetur, quia non erat ita famosus in malo.*

2 Et semper &c. in m. *Scilicet gentilium damnatorum super quorum animas dæmones iam habebant potestatem, & ideò habitabant vbi corpora eorum erant sepulta, tanquam habituri potestatem super ea post finale iudicium.*

3 Et interrogabat eum quod ti. no est? *Interrogauit autem Christus, non quia ignoraret, sed vt multitudo dęmonum in illo homine habitantium ex confessione eorum appareret, vnde subditur.*

☙ Legio

MORALITER.

† *Et venerunt trans fretum.* Sequitur.

1 *Statim oc. &c.* Per istum dæmoniacum diabolus significatur, qui in monumentis & in montibus, id est, in fœdis & in superbis hominibus habitat & concidit se lapidibus, id est, hominibus in fide stabilibus quos acriter tentat. Sed conciditur, nam ab eis deuincitur. Nomen eius legio, quia multis in malum sociatur. Eius autem eiectio per Christum, significauit dæmonum multitudinem deuincendam per ipsum. Quod autem dæmones eiecti porcos intrauerunt, significat, quod intrāt ducentes vitam porcinam, & eos præcipitant in gehennam.

a *Quod tibi nomen est?* BEDA. Non quasi nescius interrogat, sed vt confessa publica peste quam tolerauerat, virtus curantis gratior appareat. Sed etiam sacerdotes nostri temporis qui per exorcismum dæmones eiiciunt solent dicere: non aliter patientes posse curari, nisi quantum sapere possunt, omne quod à dæmonibus visu, auditu vel quolibet sensu corporis aut animi vigilantes dormientésve pertulerunt, patenter confiteantur.

b *Legio mihi nomen est, &c.* BEDA. Significat populum gentilem innumeris idololatriæ cultibus mancipatum: cui contra est: *Multitudinis cre. e. cor vnum & anima vna.* Vnde bene in Babylonis constructione linguarum vnitas per spiritum superbiæ scissa, in Ierusalem per gratiam spiritussancti linguarum varietas est adunata, & illa confusio, & hæc pacis visio dicitur, quia electos in pluribus linguis & gentibus, vna fides & pietas toto orbe pacificando confirmat, reprobos autē plures sectæ quàm linguæ dissociando confundunt.

† omnes dæmones.

† Luc. 8. f.

a rogabat eum: Quod tibi nomen est? † Et dicit ei: Legio mihi b nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multùm ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi † circa montem grex porcorum magnus pascens in agris. Et deprecaban- c tur eum † spiritus, dicentes: † Mitte nos in porcos, vt in eos d introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus e immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præ- f cipitatus est in mare ad duo millia, & suffocati sunt in mari. g Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre quid esset facti, & h veniunt ad Iesum, & i vident illum qui à dæmonio vexabatur k sedentem vestitum, & sanæ mentis, * & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant, qualiter factum esset ei qui dæmo- l nium habuerat, & de porcis. Et rogare cœperunt eum vt discederet de finibus eorum. † Cúmq; ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat, vt esset cùm il- m lo, & nôn admisit eum, sed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuncia illis, quanta tibi fecerit dominus, & misertus sit tui. Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quanta

a ¶ Sed mitteret in gregem porcorum, & hoc est, Erat enim, &c.

a ¶ Vt porcorum perditio, hominibus esset salutis occasio, pastores enim videntes statim nunciauerunt ciuitati.

b ¶ BEDA. Accepta potestate à Deo, aliter enim nec pecoribus nocerent.

a ¶ Conscij fragilitatis suę adhuc infirmi pondus sapientiæ eius sustinere non poterant.

a ¶ Dissolui, & esse cum Christo multò melius est.

a ¶ Quia manere in carne propter alios necessarium est.

eum diabolus potestatem non accipit, nisi forte ad probandum: non autem ad perdendum.

e *Grex praci. est.* BEDA. Quia iam clarificata ecclesia, & liberato populo gentium à dæmonum dominatione, in abditis agunt sacrilegos ritus qui Christo credere noluerunt cæca & profunda curiositate submersi.

f *Ad duo millia, &c.* BEDA. Erubescat Manichęus si de eadem substantia, & ex eodē autore hominum bestiarúmque sunt animæ: quoniā ob vnius hominis salutem duo millia porcorū suffocātur.

g *Qui autem.* Quia quidā primates impiorū, quāuis Christianam legem fugiant, potentiam tamen eius stupendo & mirando per gentes prædicant.

h *Et vident illum.* BEDA. Lucas, *sedentem ad pedes eius*: quod signat eos qui à peccatis correcti sunt, fixa mentis intētione vestigia Saluatoris quę sequantur, intueri.

i *Vestitum.* Virtutū studio, quod vesana mēte perdiderat. Vnde filius prodigus ad patrē rediens, mox stola prima cum annulo induitur: quia quisquis vero corde pœnituerit potest donante Christi gratia pristina iusticiæ opera, de quibus ceciderat, cum annullo inuiolatæ fidei recuperare.

† De pœ. dis. 3. c. pla. ces.

† Iuxta.

† Matt. 8. d.

* cum qui habuerat legionem.

Luc. 15. d.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non dicit numerum præcisè, sed simplici voce magnam adesse multitudinem indicat. Siquidem exacta numeri discussio nihil ad rei quæ quærebatur noticiam faciebat: *Et deprecabantur eum spiritus, &c.* Ne scilicet extra prouinciam ipsos deiiciat, aut ne in abyssum abire iubeat, vt habet Lucas. (Abyssus enim secessio est ex hoc sæculo, Ex eo autem quod dæmones, ne extra prouinciam, aut extra hominū consortium, in tenebras exteriores, quæ paratæ sunt diabolo & angelis eius, expellantur, tantoperè rogant; planum fit, dominū aliò illos amandare potuisse si voluisset, permisit autem eos in terra illa hærere, quemadmodū diabolum quoque in mundo hoc circumagere sinit: non quod nobis malè velit, sed ne per aduersarij absentiam, humana natura corona, hoc est obtentę victoriæ prę mio spolietur. Tot autem porcos perire passus est, vt palam faciat, quanta ira & indignatione dæmones in homines ardeant. Voluit etiam ostendere multò minora dāna inferre hominibus, quàm inferrent, nisi Dei virtus prohiberet.

c *Mitte nos.* BEDA. Lucas: Et rogabant eum ne imperaret illis, vt in abyssum irent. Sciebant ergo aliquando futurum vt per aduentum eius mitterentur in abyssum, non futura prædiuinantes, sed prophetarum in se dicta recolentes, idcóque gloriam Christi, quam mirabantur, ad suam tendere timebant damnationem.

Luc. 8. e.

d *In porcos.* BEDA. Porci significant homines immundos, qui vocis & rationis expertes in monte superbiæ pascuntur, & lutulentis actibus oblectantur, quibus per cultum idolorum possunt dęmones dominari. Nam nisi quis porci more vixerit, in eum

k *Et timuerunt.* Multi enim antiqua suauitate delectati honorare se, sed pati nolle Christianam legem dicunt, quia eam implere non possunt, admirantes tamen fidelem populum à pristina conuersatione sanatum.

l *Et rogare cœperunt eum.* RABBANVS. Vt Petrus: *Exi à me domine, quia homo peccator sum, &c.* Ne tangant arcam Dei, vt Oza.

Luce 5. b. 2. Reg. 6. b.

✠ VICTOR ANTIOCHEN. Agnoscunt enim se indignos, qui tantum bonum in sua regione habeant, simulque ne ob præsentis virtutem, grauius quiddam propter admissa peccata patiantur, plurimū formidant.

m *Vade in domum tuam.* BEDA. Sic quisque post resurrectionē peccatorum in conscientiam bonam redeat & propter aliorū salutem euangelio seruiat: vt post cum Christo quiescat, ne dum præproperè vult iam esse cum Christo, negligat prædicationis mysterium fraternæ redemptioni accōmodatum.

HIERONYMVS. Homo sanatus mittitur in domū suam id est, in spiritualem legis obseruantiā: & prædicat in Decapoli, id est, obseruat decalogū. dū à Romano nunc regno conuertuntur Iudæi, id est, sunt de ecclesia, qui etiā in litera tantū pendent decalogi: quia moralia ad literam obseruanda sunt.

BEDA. Matthæus duos, Marcus & Lucas vnū à dæmone curatum dicunt, quia vnus eorum clarioris nominis, est famosioris: & ideò curatio eius est famosior.

ALLEGORICE. Duo, gentes significant de duobus filiis

Noe. Cùm

NICOLAVS DE LIRA.

Legio quid est.

1 Legio mi. nomen est. *Legio autem propriè dicitur numerus determinatus armatorum in exercitu: Et continet sex millia sexcentos sexaginta sex, & inde dicitur legio in dæmonibus qui militant contra nos.*

2 Et deprecabatur. *Scilicet legio dæmonum.*

3 Ne se ex. &c. *Id est, extrà hominum habitationem, vnde & Luce 8. c. dicitur,* in abyssum: *locus enim inferni debetur dæmonibus, permittuntur tamen inter homines habitare vsque ad iudicium, vt gloriosior sit electorum victoria in dæmonum tentantium superatione.*

4 Cùmque

4 Cùmque ascende. *Hic describitur curati deuotio, quia gratus de beneficio sibi collato, voluit sequi Christum.*

5 Iesus autem non admisit eum. *Id est, non recepit eum ad apostolatum vel discipulatum propter horrorem præcedentis passionis. Item ne ascriberetur dæmoni, quod iste faceret, si esset discipulus Christi. Ex hoc loco accipitur, quod dæmoniaci & furiosi post curationem non promouentur in ecclesia Dei.*

6 Et abiit & cœpit prædicare in Decapoli quam, &c. *Nomen est regionis: & dicitur à deca quod est decem & polis quod est ciuitas.*

Et cum

Noë. Cùm enim Noë tres filios genuerit, vnus assumptus est in possessionem Dei, duo idolis dediti.

a *Et venit quidam de ar. &c.* HIERONYMVS. Post hæc Iairus archisynagogus venit, quia cum intrauerit plenitudo gentium tunc omnis Israël saluus fiet. Iairus illuminans vel illuminatus id est, Iudaicus populus vmbra literæ deposita spiritu illustratus & illuminatus, procidens ad pedes, id est, ad incarnationem Iesu se humilians, rogat pro filia, qui sibi viuit, alios viuere facit. Abrahã & Moyses & Samuel rogãt pro plebe mortua, & sequitur Iesus preces eorum.

BEDA. Iairus illuminans vel illuminatus: quia verbis vitæ populum illuminauit: & vt hoc posset, à spiritusancto illuminatus est.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Miraculum miraculo succedit. Etenim princeps Synagogæ non tam de fide ad promerendum Christi gratiã, instructus, quàm lethali filiæ morbo impulsus, præsidij causa ad Iesum venit.

eorum conscientiam erigeret, noxia carnalium populorum consuetudine grauatus est.

d *Et mulier quę, &c.* Pergente domino ad filiam Archisynagogi, morbosa mulier annis 12. præripit sanitatem, & post filia sanata est, & suscitata est: quia sic dispensata est salus humani generis, vt primò aliqui ex Israël, deinde plenitudo gentium & sic omnis Israël saluus fiet.

BEDA. Notandum quod puella duodenis & mulier 12. annis sanguine fluxit, id est, quando hæc nata fuit, illa infirmari cœpit. Vna enim penè eadémque sæculi ætate synagoga in patriarchis nasci & gentes cœperunt idololatria fœdari.

BEDA. Mulier sanguinaria à domino curata, ecclesia est de Gentibus ingenti carnalium delectationum fluxu polluta, & iam à cœtu fidelium segregata. Hæc dum Christus Iudæam sanare discerneret, iam paratam aliísque promissam salutem spe certa præuenit.

1 sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. Et cùm † transcendisset Iesus in naui rursus trans fretum, conuenit turba multa † ad eum: & erat circa mare. a Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus: & videns eum prócidit ad pedes eius, b & deprecabatur eum multum dicens: 2 Quoniam filia mea in extremis est: † veni, impone manum tuam super eam, vt salua sit & viuat. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa: c & comprimebant eum. † d Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, 3 & fuerat multa perpessa à compluri- e bus medicis, & † erogauerat omnia sua, nec quidquam † profecerat, sed magis deterius habebat: f cùm audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimentum eius. Dicebat enim, quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius, & † sensit corpore, quòd

Interlinear glosses: ¶ Moyses legislator. a BEDA. Humiliat se. b ¶ Caput Christi Deus, pedes, incarnatio est. ¶ Incarnationem. ¶ Plebs Iudaica. ¶ In desperatione. a ¶ In carnem. b ¶ Misericordiæ. ¶ A vicijs. ¶ In virtutibus. ¶ Hæmorroissa. ¶ Naturalem industriam. ¶ Per fidem. ¶ Radix immundę cogitationis.

Margin: Rom. 11. d. — † illum. — † expenderat. — Rom. 11. c. — † traiecisset — Nota. — † Matt. 8. c. Lucæ 8. f. — † adiumẽti senserat. — † cognouit

b *Quoniam filia mea.* BEDA. Lucas, Quia filia vnica erat illi fere annorum 12. & hæc moriebatur. Filia Archisynagogi, est synagoga sola legali institutione composita, quasi vnica Moysi nata. Hæc 12. anno, id est, tempore pubertatis appropinquante moriebatur, quia nobiliter à prophetis educata, postquam ad intelligibiles annos peruenit, & spiritualem Deo sobolem generare debuit, subitò errorum languore consternata, spirituales vias desperabiliter omisit. (Luc. 8. f.)

✠ VICTOR ANTIO. Rogat dominum Archisynagogus pro filia, quã Matthæus mortuã, Marcus grauiter ægrotantẽ & tantũ non animam agentem affecit. Quare paulo pòst de Archisynagogi familia venere, qui domino adhuc iter carpente, puellam vita functam denunciarunt. Ideóque magistrum eius rei gratia amplius vexare, superuacaneum videri. Verùm nulla est repugnantia. Siquidem Matthæus miraculum hoc exponens, vnum breuiter per alterum designat. Ex hoc enim quod dominus mortuam exuscitauit, vtrumque inferre licuit: nempè & mortem obijsse, & in extremis laborasse adolescentulam. Matthæus ergò exacta illa narratione missa, dominum operam suam pollicitum, vna cum discipulis exuscitatum abijsse scribit.

c *Et comprimebant.* Dum ad puellam sanandam vadit, à turba comprimitur: quia Iudæis salutis monita præbens, quibus ægrã eorum

✠ THEOPHYLACTVS. Per Hæmorroissam intellige humanam naturam. Profluebat enim perfectum, quod animam occidens, quasi sanguinem fudit animatum nostrarum. Hæc à pluribus medicorum, sapientium dico huius mundi, & legis & prophetarum curari non valuit; mox vt fimbriam Christi tetigit, id est, carnem eius sanata est. Qui enim credit filium Dei incarnatum, hic est qui vestimentorum fimbriam tangit.

e *Multa perpessa à complurib. medicis, &c.* BEDA. Falsis Theologis, Philosophis, legum secularium doctoribus, qui se vtilia viuendi præcepra dare promittebant. Dæmones quoque, quasi hominibus consulendo se pro Deo colendos ingerebãt: quibus audiendis, quando magis naturalis industriæ vires expendebant, tantò minùs sanari poterant. Sed cùm audissent populum Iudæorum ægrotasse & verum medicum de cœlo venisse, cœperunt languoris sui & sperare & inquirere remedium.

f *Venit in tur. re.* BEDA. *Si quis mihi ministrat me sequatur.* Et alibi: *Post dominum Deum ambulabis.* Vel quia Deum præsentem in carne non videt, sed post ad fidei agnitionis gratiam peruenit. & tactu, id est participatione sacramentorum eius meruit sanari à peccatis. Fons quippe sanguinis, origo peccati, primordium immundæ cogitationis, ex quo omne peccatum oritur. Sed dominus non solum opera, sed & verba mala & cogitationum radicem sacramentis euangelicis quasi suis vestimentis, fontes (Ioan. 12. d. Osee. 11. d.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum transcen. Ie. in na. *Hic consequenter describitur resuscitatio filiæ Archisynagogi. Et primò describitur huius facti inchoatio. secundo, interponitur mulieris sanguifluæ curatio, ibi:* Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis. *Tertiò, describitur prædicti facti consummatio, ibi:* Adhuc eo loquente. *Sententia istarum trium partium patet ex his quæ dicta sunt Matth. 9. exceptis aliquibus quę exponentur. Quantum ad primam partem dicitur hic:*

2 Deprecabatur eum mul. di. Quoniam. *Matth. 9. c. dicitur quod Archisynagogus dixit Christo:* Filia mea modo defuncta est. *Ad quod dicendum, quòd euangelistæ repetendo dicta alicuius vel aliquorum; aliquando repetunt eadem verba, aliquando vero sententiam per alia verba. Filia autem Archisynagogi laborabat in extremis, secundùm quod dicit hic Marcus: verumtamen erat ita propinqua morti, quod reputabatur mortua: vnde etiam secundùm communem modum loquendi de aliquo qui sic est morti propinquus dicitur, quod mortuus est, quia quod modicum distat quasi nihil reputatur, & hoc modo loquendi vsus est Matthæus. Circa secundam partem dicitur:*

3 Et fuerat mul. *Scilicet non solùm in facultatibus, sed etiam in corpore, vt patet per literam sequentem.*

Et statim

MORALITER.

† *Et venit quidam de Archisynagogis.* Per quem intelligi potest vnus de sacerdotibus curatis, qui si habeat aliquam personam in periculo mortis spiritualis, cui nõ potest aut nescit succurrere, debet ad Iesum venire, id est, ad illum qui habet zelum salutis animarum: & scit & potest remedium adhibere. Etsi aliqui velint impedire dicentes.

† *Quoniam filia.* Id est, quod impossibile sit remedium adhibere, propter hoc dimittere non debet: quia de nullo desperandum est vita præsenti durante.

† *Et mulier quæ erat in profiu.* Humanitas Christi dicitur eius vestimentum Philip. 2. a. *In similitudinem hominum factus est, & habitu inuentus vt homo.* Cuius fimbria sunt pedes tanquam extremitas. Mulier 12. annis sanguiniflua fuit Magdalena multò tempore peccatis polluta, sed tangendo Christi pedes, fuit simpliciter emundata.

fontes obsceni sanguinis emundat.

A a *Tetigit.* BEDA. Sola fidelis mulier dominum tangit, quem passim comitans turba comprimit. Quia qui diuersis inordinatè glomerantium hæresibus, vel peruersis moribus grauatur, solo fideli ecclesiæ corde tangitur, vnde: *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum.* Quia veraciter tangere, est eum æqualem patri credere. (Ioan. 20. d.)

HIERONYMVS. Septima virtute suscitatur mortua, sed inter viā tangit fimbriam retro mulier sanguinaria quæ cū salute substantiam in medicos nihil proficientes perdiderat. Septimo die requieuit Deus ab omni opere. Quādo suscitatur mortua intus & semiuiua foris cū turbis, fluxus sanguinis sterilitatem facit. Vnde dicitur ad ecclesiam Gentium. *Lætare sterilis quæ non paris.* Retrò accedit, id est, post resurrectionem. Fimbriam tangit, ac cymbala & mala punica quæ pendent in extremis oris tunicæ summi sacerdotis. Cymbalum, confessionem: malum punicū martyrij voluntatem significat & virtutum candorem. (Gal. 4. d.)

(† de se. — Seu quisquis author. — † Matt. 9. c. Luc. 9. g. Luc. 8. f. Matth. 2. a. — † tumultuamini.)

sanatā esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens [1] virtutem quæ exierat † de illo, conuersus ad turbam, aiebat:
a ¶ BEDA. Interrogat vt salus quam mulieri dederat, declarata & agnita fidei virtute multis proficiat.

a Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui. [2]
¶ Inordinatos. ¶ Hæresibus, prauis moribus.

Vides turbam comprimentem te, & dicis, quis me tetigit? Et [3]
a ¶ BEDA. Oculi domini super iustos, & a. e. in pre. e. Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum.

b circumspiciebant videre eam quæ hoc fecerat. Mulier autem timens & tremens, sciens quod factum esset in se, venit, & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Iesus au-
a ¶ Ideò quia fidelis. b ¶ BEDA. Non dicit faciet. In eodem quod credidit iam salua facta est.

c tem dixit ei: † Filiā, fides tua te saluam fecit, vade in pace, &
a ¶ BEDA. Perseuerando in eadem fide. Qui enim perseuerauit vsque in &c.

d e esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuncij ad archisynagogum, dicentes: quia filia tua mortua est, quid vltrà vexas magistrum? [4] Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait Archisynagogo: Noli timere, tantummodo crede. f g Et non admisit quemquam sequi se, nisi Petrum & Iacobum [5] & Ioannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum Archisynagogi, h & vidit tumultum, & flentes & eiulantes multum: & i ingressus ait illis. Quid † turbamini, & ploratis? Puella non
¶ Irrisoribus.

k est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse verò eiectis
¶ Qui miraculum venerentur.

omnibus assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Virtutes quæ ex Seruatore in alios dimanabant, non locali aut corporali motu, ab illo decedebant. Nam cum corporis expertes essent, ita de alio in alios transibant, alijsque impendebantur, vt tamen in illo esse non desinerent. Quemadmodum enim scientiæ & penes doctorem consistunt, & discentibus nihilominus traduntur: ita Christi virtus, & penes illum manebat, & in illos nihilominus cum bona illius voluntate deriuabatur, qui fide eum tangebant. Appositè autem Euangelista non dixit, sentiens autem virtutem, sed cognoscens virtutem quæ exierat de illo. Neque enim virtutes illius sentiebantur, cum corporeæ non essent, sed tantum intelligebantur. Cæterùm illi Christum spiritualiter tangunt, qui in illum credunt. Cæteri verò qui in illum fidem non habent, eum veriùs comprimunt & affligunt, quàm tangunt. Qui autem Christum verè tangit, is illum ad clementiam & misericordiam allicit. Negabant autem omnes se illum tetigisse: Nam cū in illum non crederent, non tangebant eum: sed tantum comprimebant.

b *Mulier autem.* BEDA. Ecce quò tendebat interrogatio, vt mulier scilicet confiteatur veritatem diuturnæ infirmitatis, & subitæ credulitatis & sanationis: & ita ipsa confirmaretur in fide, & alijs præberet exemplum.

D c *Vade in pace.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Corpore mulieris sanato, dominus animæ quoque eiusdem benignè facit: Amandat enim illam ad bonorum fastigium: nempe ad pacē illam, in qua Deus habitare dicitur.

d *Adhuc, &c.* BEDA. Muliere sanata statim nunciatur puella mortua: quia ecclesia Gentium à labe vitiorum curata, & ob fidei meritum filia nominata, continuo synagoga perfidiæ læto resoluta est, quia in Christum nō credidit, & inuidiæ, quia ecclesiam credere doluit.

E e *Quia filia tua, &c.* BEDA. Multi enim hodie statum synagogæ videntes, restaurari posse nō credūt: & pro restauratione eius supplicādum esse non æstimant. Sed quod hominibus est impossibile, Deo est possibile: vnde sequitur, *Iesus autem, &c.*

f *Archisynagog:* Archisynagogus, cœtus est doctorum legis de quibus: *Super ca. Mo. sederunt scrib. & Pharis.* Qui si credere voluerint etiam subiecta eis synagoga salua erit. (Matth. 23.)

F g *Et non admisit quemquam, &c.* BEDA. Blasphemis & irrisoribus non sunt reuelanda mysteria, sed fidelibus qui honorent. Vnde alibi. *Iustificata est sapientia ab om. fi. su.* (Luc. 7. c.)

h *Flentes & eiu.* BEDA. *Lætentur omnes qui sperant in domino, & in æternum exultabunt, & ha. in e.* Hanc læticiam meritò infidelitatis synagoga amisit: & ideò inter flentes & vlulantes mortua iacet. Sed Iesus eam funditus interire non patitur, vnde sequitur: *Et ingressus est.* (Psal. 5. c.)

i *Non est mor.* Mihi, in cuius dispositione & anima recepta viuit, & caro suscitanda quiescit. Hinc mos est Christianis, vt mortui qui resurrecturi non dubitantur, dormientes vocentur. vnde *Nolumus vos ignorare fra. de dor.* (1. Thess. 4.)

BEDA. Cum anima quæ peccauerit moriatur, ea tamen quā dominus ad vitam æternam præuidet, nobis quidem mortua fuisse sed ei obdormisse non incongruè dici potest. (Ezech. 18. a)

k *Eiectis omnibus.* BEDA. Turba eijcitur vt puella suscitetur: quia nisi secularium curarum multitudo à corde eijciatur: anima quæ intus iacet mortua non suscitatur. Dum enim se per vniuersas cogitationes spargit, ad considerationem sui sese nullatenus colligit. (Moraliter.)

a *Thabita cumi.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et statim Ie. in. *Non est intelligendum, quod aliqua virtus existens in Christo migrauerit extra ipsum, sed talis exitus intelligitur per modum causæ producentis effectum in quem dicitur exire inquantum causa relucet in effectu. Et per talem modum loquendi dicitur Sap. 7. d. de sapientia increata, quod per nationes in animas sanctas se transfert, & amicos Dei & prophetas constituit. Quæ translatio non potest intelligi, quod sapientia increata sit alicubi vbi prius non erat, cum de necessitate sit vbique præsens: sed quia causat ibi nouum effectum. Vtrum autem talis virtus in Christo fuerit virtus diuina tantum, vel cum hoc humana, dicetur in fine huius cap.*

2 Quis teti. *Non quærit ex ignorantia: sed vt per confessionem mulieris sanatæ appareat fides eius, & à Christo commendetur, & quia manifestatio miraculi dictæ sanationis cedebat ad gloriam Dei, & Archisynagogi assecurationem: vt per hoc certificaretur de futura suscitatione filiæ suæ.*

3 Turbam compri. *Licet in tali pressura eum tangerent corporaliter, non tamen tangebant eum cum tali deuotione & fide sicut illa mulier tetigerat, & de tali tactu singulariter quærebat. Circa tertiam partem dicitur sic:*

4 Quid vltrà ve. *Licet enim crederent ipsum posse eam sanare, non tamen à mortuis suscitare, ex quo patet quod eorum fides erat imperfecta.*

5 Et non admisit, &c. *ostendens quod in operibus miraculorum non debet faciens quærere ostentationem, in hoc dans exemplum eius discipulis qui erant facturi miracula; veruntamen, quia in operibus miraculosis manifestatur Dei gloria, ideo aliquando faciebat miracula valde publicè, sicut patet in Lazari suscitatione, & cæci illuminatione, ostendens exemplum discipulis, vt in talibus quærerent Dei gloriam tantum, & non propriam.*

Thabita

a Thabita cumi. In Syro sermone quem euangelista ponit, non plus est quam puella surge. Sed fortè ad vim dominicæ iussionis exprimendam hoc addidit: *tibi dico surge*, & magis sensum loquentis quàm verba intimare curauit. Sic sæpè apostoli & euangelistæ cum aliquod testimonium assumunt magis sensum quàm verba ponunt. animam malè olentem, & alios fama corrumpentem. Puellam paucis alloquitur, quia eam facile resuscitat, quam & mortuam negat, & animam similem citò resuscitari demonstrat. Iuuenem pluribus corroborat, cum dicit: *Tibi dico surge*, quia tales animæ aliquando difficilius reuiuiscunt. Ad monumentum Lazari fremit, turbatur, lachrymatur, magna voce clamat: *Lazare, veni foras*. Similiter longa consuetudine peccandi pressus, vix & quasi cum labore suscitatur. Notandũ quoque, quòd publica noxa publico eget remedio. Leuia autẽ & secreta possunt deleri pœnitentia leui & secreta.

HIERONIMVS. Ad puellam dicitur *tabita cumi*, id est, puella surge. Archisynagogo dicitur: *Filia tua mortua est*: Iesus: *Non est mortua, sed dormit*, vtrũque est: mortua vobis, sed mihi dormit. Annorum 12. erat puella, & annis 12. mulier perpessa, peccata incredentium apparent in initio fidei credentium. vnde dicitur: *Credidit Abraham Deo, & repu. est ei ad iu.*

(marg.: טליתא קומי tabitha cumi. — † dixit dari — Gal. 3. a.)

a ¶ BEDA, Prius mundat manus Iudæorum quæ sanguine plenæ sunt, aliter puella non resurgeret.

erant & ingrediuntur vbi puella erat iacens: & tenens manũ

¶ BEDA. Id est, puella surge

puellæ ait illi: † Thabita cumi: quòd est interpretatum: puel- 1

¶ BEDA, à vitiis.

la tibi dico surge. Et confestim surrexit puella, & ambulabat.

¶ BEDA. In bonis operibus.

Erat autem annorum duodecim: & obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret. Et 2 3 † iussit dare illi manducare.

BEDA. Quod Christus tres mortuos suscitauit, tria genera animarum significat. Puellam suscitat adhuc in domo clausam, id est, animam consensum tantum non actum delectationi malæ præbentem. Iuuenem suscitat iam extra portam delatum, id est, peccatorem qui consensum iam perduxit ad actum. Suscitat Lazarum iam fœtentem, & longa consuetudine peccandi animam

(marg.: Moraliter — Matth. 9. c. — Luc. 7. c. — Ioan. 11. c.)

Puella in domo iacens paucis arbitris surgit, & eis præcipitur, vt nemini dicant. Iuuenis extra portam turba multa comitante & vidente. Lazarus de monumento vocatus intantum innotuit: vt propter hoc turbæ cum palmis domino occurrerent: *& multi abierunt ex Iudæis: & crediderunt in Iesum*. Quartum mortuum annunciante discipulo audiuit: sed quia viui qui pro eo precarentur defuerunt: *Dimitte inquit mortuos sepelire mortuos suos.*

(marg.: Mortui per Christum quot & quo modo suscitentur. — Matth. 8. c.)

Cap

NICOLAVS DE LIRA.

1 Thabita cumi. *Duæ sunt dictiones Hebraicę: quarum prima est nomen, & secunda verbum, vt patet per interpretationem. Sciendum autem quod Thabita non est nomen commune: sed est proprium nomen illius puellæ quæ fuit suscitata: & hoc patet per simile Act. 9. f. vbi dicitur:* In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Thabita, *& ideo Marcus pro nomine proprio posuit commune interpretando scilicet puella. Sciendum etiã, quòd illud quod ibi interponitur scilicet*, tibi dico, *non est de significato sermonis Hebraici hic positi: sed additum fuit ab euangelista ad maiorem expressionem, quòd ad verbũ Christi illa puella suscitabatur.*

2 Et præcepit illis vehe. &c. *Causa iam est expressa, per hoc volẽs dare exemplum aliis, vt non quęrerent ostentationem in operibus miraculosis.*

3 Et iussit dare illi man. *Ad probationem veræ resurrectionis, sicut & Christus post resurrectionem suam manducauit cum apostolis, vt habetur Luc. 24.*

Ad maiorem euidentiam eorũ quę dicta sunt hic & alibi de miraculis Christi, quæritur vtrũ Christus fecerit miracula sola diuina virtute. Et arguitur primò quod sic. Dicit enim Leo Papa in epistola ad Flauianum: Cum Christo sint duę naturæ, vna earũ est, scilicet diuina quę fulget miraculis: altera scilicet humana quę succumbit iniuriis, ergo sicut se habet humana natura ad succumbendum iniuriis, sic se habet diuina ad agendum in operibus miraculosis: sed sola natura humana iniuriis succumbit, quia talia pati repugnat deitati ergo sola natura diuina agit in operibus miraculosis.

Et confirmatur autoritate Psal. 135, *a.* Qui facit mirabilia magna solus, *ergo sola diuinitas est principium agendi miraculum.*

Item opera miraculosa excedunt totam virtutem naturæ creatę, natura autem humana in Christo creata est: ergo vt videtur in nullo attingit opera miraculosa.

Contra quia Christus per tactum corporis sanabat miraculosè, vt dictum est de muliere patiente fluxum sanguinis, & infra 6. g. Quotquot autem tangebant eum, salui fiebant: *si ergo talis tactus nil ageret in sanatione prædicta frustrà adhiberetur: quod non conuenit ipsi Christo scilicet aliquid frustrà agere, ergo ille tactus aliquid faciebat: & certum est quod pertinebat ad humanitatem, ergo, &c. Responsio, in hac quæstione sic est procedẽdum, quia primo videndum est qualiter viri sancti viui vel defuncti quorum miracula scripta sunt, in illis operati fuerunt, secundò qualiter Christus inquantum homo operatus fuerit.*

(marg.: Matth. 9. c.)

Circa primum aliquid est certum, videlicet quòd miracula non possunt fieri aliqua virtute tanquam principaliter agente, nisi virtute diuina, quia sicut dictum est, operatio miraculosa excedit totam facultatẽ virtutis creatę. Similiter certum est, quòd sancti viri ad miracula possunt operari meritoriè: quia frequenter expertum est miracula facta fuisse à Deo ad preces sanctorum.

Sed dubium est vtrum viri sancti in miraculis aliquando operati sunt per aliquam virtutem in eis existentem, non quia illa sit principalis ratio agendi, sed tantum instrumentalis, vt sic Deus tanquã principaliter agens fecerit miracula per sanctos tanquam per quædam instrumenta. Et hanc quæstionem relinquit Augustinus 22. l. b. de ciuit. Dei, insolutã: vbi enarratis multis miraculis martyrum dicit sic: Siue enim Deus per seipsum miro modo quo res temporales operatur æternus siue per suos ministros ista faciat, & eadem ipsa quæ per ministros facit, siue quędã faciat etiam per martyrum spiritus, siue per homines adhuc in corpore constitutos, siue Deus ista per angelos quibus inuisibiliter immutabiliter, incorporaliter imperat, operetur: vt quæ per martyres fieri dicuntur eis orantibus tantum & impetrantibus, non etiam operantibus fiant, siue alia istis, siue alia illis modis, qui nullo modo comprehendi à mortalibus possunt: ei tamen attestatur fides hæc in qua carnis in ęternum resurrectio prædicatur. Beatus tamen Gregorius hanc quæstionem determinare videtur. 2. lib. Dialogorũ, vbi dicit sic: Qui deuota mẽte Deo adhærent, cum rerum necessitas exposcit, exhibere signa modo vtroque solent, vt mira quæq; aliquando ex prece faciant, aliquando ex potestate concessa illis à Deo: Et hoc probat consequenter ratione & exemplo. Ratio autem talis est. Cui conceditur illud quod est maius, non est mirũ si aliquando concedatur quod est minus, sed maior est potestas filios Dei fieri, etiam per adoptionem, cum hoc solùm sanctis concedatur, quàm miracula operari, quod etiam aliquando malis conceditur, vt habetur Math. 7. Sed primum conceditur hominibus sanctis, secundùm quod dicitur Ioan. 1. a. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Item probat hoc exemplo, quia Petrus suscitauit Tabitham orando, vt habetur Act. 9. g. Ananiam verò & Saphirã morti tradidit subito absque oratione, sed solùm culpam eorum increpando. Act. 5. à. & sic videtur illud factũ fecisse ex aliqua potestate sibi concessa à Deo tanquam instrumentum diuinę iustitię. Item ad hoc videtur facere quod gratia Dei diuiditur per gratiam gratis datam & per gratiam gratum facientem, & licet aliquando ab aliquibus dictum fuerit quod gratia gratum faciens nihil ponit in anima, tamen de gratia gratis data ab hominibus conceditur, quod aliquid ponit in anima, & hoc patet manifestè de gratiis gratis datis, quæ vocantur sermo sapientię & sermo scientiæ 1. Corinth. 12. a. quia significant quasdam eminentes cognitiones diuinorum & humanorum, quæ ponunt aliquid in anima. Similiter fides, prophetia, genera linguarum, & interpretatio sermonum. Et eadẽ ratione videtur, quod gratia sanitatum & operatio virtutum, id est, miraculorum, quę ponuntur gratiæ gratis datæ dicãt aliquam virtutem in anima existentem. Dicunt tamen aliqui, quod ista virtus operantis miracula non est aliqua virtus mansiua per modum habitus, sed per modum passionis transeuntis, sicut & prophetia: propter quod tales non possunt facere miracula quotiescunque volunt, nec prophetare. Sed quidquid sit de conclusione, ratio tamen non valet: quia sicut dictum est, talis virtus operandi miracula, non est principalis, sed tantum instrumentalis. Instrumentum autem operari nõ potest, quamuis sit perfectum, per formam suam, nisi moueatur actualiter per manum artificis; sicut patet quod securis non potest secare, nisi per manum artificis moueatur: & ideo dato quòd talis virtus sit mansiua non potest tamen operari ad miracula absque motione diuinę virtutis principaliter agentis; si tamen talis virtus sit mansiua vel per modum passionis transeuntis solùm, sicut est motio instrumenti cùm mouetur ab agente principali, nihil dico modo. Item ad conclusionem inducitur illud quod à sanctis & Doctoribus Catholicis dicitur de sacramentis nouæ legis, videlicet quod efficiunt quod figurant, ita quòd*

tanquam

NICOLAVS DE LIRA.

tanquam quędam instrumenta diuina misericordię agunt ad inductionem gratia ipsam instrumentaliter attingendo, vel saltem aliquam dispositionem ad ipsam, vt characterem, vel aliquid simile correspondens in sacramentis, quæ non imprimunt characterem: ita quod in sacramentis est aliqua virtus ad efficiendum modo prędicto: & tamen sacramenta consistunt in quibusdam rebus sensibilibus: & ideo multo fortius videtur quod in animabus sanctorum virorū defunctorū vel viuentium possit poni aliqua virtus diuinitus eis concessa in operibus miraculosis per modum prædictum. Ex dictis patet quod dicendum sit de humanitate Christi, quę est organum seu instrumentum coniunctum ipsius deitatis, sicut manus est instrumentum artificis. Homines autem alij quantumcunque sancti non sunt sic coniuncti, & ideo sunt quasi quędam instrumenta deitatis separata: & adhuc plus separata sunt ecclesiæ sacramenta, instrumentum autem coniunctum magis participat efficaciam agentis principalis quàm separatam: & ideo talis virtus operandi miracula efficacior inuenitur in humanitate Christi, quàm in quibuscunque alijs, His dictis potest responderi ad argumenta. Ad primum dicendum, quod simile tenet quantum ad hoc quod sicut humanitas in Christo fuit ratio patiendi, sic deitas est ratio & principium faciendi miracula principaliter: non tamen tenet quantum ad secundum: quia non repugnat humanitati Christi operari ad miracula per modum instrumenti: repugnat autem deitati qualitercumque pati. Verumtamen ratione identitatis suppositi idiomata communicantur: quia sicut hæc est vera: Deus passus est, ita hæc est vera demonstrato Christo: iste puer creauit stellas. Ad illud quod inducitur de Psal. dicendum quod ly solus non excludit humanitatem tanquam instrumentaliter agentem, sed tanquam principaliter, & sic intelligēdum est respectu aliorum sanctorum, quod solus Deus facit miracula scilicet tanquam principale agens. Ad secundum dicendum, quod instrumentum in virtute principalis agentis bene attingit ad aliquid quod excedit facultatem propriam conuenientem ei secundum se, sicut calor naturalis in virtute animæ generat carnem, vt habetur 2. de anima. Argumenta autem in contrarium concludunt tantum, quod humanitas Christi agebat ad miracula sicut agens instrumentale & secundarium, quod conceditur.

CAP. VI.

ET egressus. Sequitur.

a *Vnde huic, &c.* Mira cæcitas. In factis & dictis Christum cognoscere possunt, ob solam generis noticiam contemnunt.

b *Faber.* BEDA. Qui operatur igni & spiritu, vnde, *Ipse baptizabit vos in igne & spiritu*. (Ioan. 1. c.) Faber est qui fabricatus est auroram & solem.

✠ HIERONYMVS. Filius fabri vocatur: & hoc mysticū scilicet fabri, qui fabricatus est auroram & solē: ecclesiam primam & sequentem, in quarū figura mulier & puella sanatur.

c *Non est, &c.* Prope naturale est ciues ciuibus inuidere quia non opera, sed infantiam quam viderunt recordantur. († Mat. 13. g.)

ISIDORVS. Comitatur sæpè vilitas originem. *Vt quis est filius Isai.* Sed *humilia dominus respicit, & alta à longè cognoscit.* († in nullo precio habitus. 3. Reg. 12. d. Psal. 137. b.)

d *Et non pot. ibi virt. vllam.* Ne ciues incredulos peius condemnaret faciens multas virtutes. Vel quia in patria sua despicitur, paucas ibi virtutes fecit & signa, ne penitus excusabiles sint. Maiora quotidie in gentibus signa facit, non tam in corporum sanatione quàm animarum.

✠ VICTOR ANTHIOCHENVS. Hoc propter eorum duriciam & incredulitatem dicitur, qui illiusmodi beneficio potituri erant. Quia enim ad impetrandam sanitatem vtrumque coire debet, nimirum eorū qui cura egent, fides, & illius rursum qui curaturus est, virtus, si alterum horum defuerit, non temerè sanitatis beneficium obueniet. Potest quoque addi, rationi non satis consentaneum videri, sanitatem ei præstare qui propter fidei inopiam, detrimentum potius, quàm emolumentum inde percepturus creditur.

✠ THEOPHYLACTVS. Quod dicit, *non poterat*, intelligere oportet, non acceptabat, quia non ipse impotens, sed illi infideles erant, ergo ibi non operatur virtutes parcens eis, ne maiori reprehensione digni essent, etiam factis miraculis non credentes.

e *Et mir.* BEDA. Non quasi de improuiso, sed quasi mirandū ostendit, quia nec prophetis credūt, nec ipsi quę præsentē cernūt.

Et conuocabit.

CAPVT. VI.

ET egressus inde abijt in patriam suam, & sequebantur eū discipuli sui. Et factô sabbato cœpit in synagoga docere: & multi audiētes † admirabātur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? † Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simonis? Nónne & sorores eius hic † nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo. † Et dicebat eis Iesus: quia non est propheta † sine honore, nisi in patria sua, & † in cognatione sua, & in domo sua. Et non poterat ibi virtutem vllam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit, & mirabatur propter incredulitatem illorum. Et circumibat

(Interlinear glosses: ¶ Nazareth, vbi natus fuit. ¶ Malè sabbatum celebrat qui vacat à bonis operibus. ¶ Vt pluribus proficiat. ¶ Id est, doctrina. ¶ Vel huic ¶ BEDA, sanitates. ¶ Miracula. ¶ Cognatus. ¶ Hac de causa. ¶ Ergo. ¶ Prophetam suscitabit vobis Deus.)

(Marginalia: † stupebant. † apud nos. † Mat. 13. g. Lucæ 4. d. Ioan. 4. f. Act. 3. a. † inter cognatos.)

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VI.

1 ET egress. *Postquam descriptus est feruor predicationis in Christo, hic consequenter describitur liuor amulationis contra ipsum propter doctrinam & miracula ipsius, & patet sententia ex dictis Matth. 13. exceptis quæ sequuntur.*

2 Nónne. *In Matthęo dicitur fabri filius: Credebant enim isti quod esset eiusdē artis cū patre suo putatiuo Ioseph, qui dicitur fuisse faber lignarius. Et probabile videtur, quod Christus eandē artem exercuit, quia non fuit occupatus in doctrina & miraculis vsque ad tricesimum ætatis annum: nec ante fuit intentus studio secundùm quod dicitur Ioan. 7. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Nec verisimile, quod tanto tempore fuerit ociosus: magis autem verisimile est quod fuerit occupatus in arte patris sui putatiui quā in alia, & hoc videtur per verbum istorum qui erant de Nazareth, qui modum suum viuendi cognoscebant, & fabrum eum vocabant.*

3 Et non po. ibi, &c. *Istud non posse, non refertur ad potentiam eius absolutam, sed congruitatis & decentię: quia non erat congruum quod ibi faceret multa miracula cuius causa subditur, cùm dicitur.*

4 Et mirabatur propter. *Fides enim credentium est meritoria de congruo, quod eis fiant miracula sicut patet cap. precedenti de muliere sanguinis flua cui dictum est à Christo.* Fides tua te saluam fecit, *& in multis alijs locis in euangelio simile habetur.*

5 Et circumibat. *Quia sui doctrinam eius repulerant, conuenienter ad alios docendos transiuit, & ita fecerunt apostoli, secundum quod dicitur Act. 13. g.* Vobis oportebat primum loqui, *scilicet Iudæis* verbum Dei, sed quia repellitis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: sic enim præcepit nobis Deus.

Et connocauit

MORALITER.

† 1 *Et egressus inde abiit in patriam suam, &c.*

† *Vnde huic hæc.* Isti similes sunt rustico, qui crucifixum adorare nolebat, eò quod lignum creuerat in horto suo.

† *Et conuocauit*

a *Et conuocauit.* HIERONYMVS. Mittuntur 12. apostoli, & datur eis potestas præcepta docendi vt comitetur verbum simul & factum: & cum promissis inuisibilibus virtutes misceantur, & sic cum vngunt ægros oleo, infirmitatem fidei virtute corroborant.

Missio apostolorum.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Marcus numerū eorum quos ad munus illud delegerat accuratè exponit: Matthæus autem nō hoc solum, sed missorum quoque nomina edit, Marcus rursus missionis modū diſertis verbis aperit, scribit enim dominum binos & binos simul ad euangelizandum misisse, Matthæus autem nō modo qui missi fuerant, exprimit, verumetiā missorum ordinem describit. Indicat nāque quis eorum fuerit primus, quis secundus, &c.

†Mat.10.b. †Mat.14.a. Lucæ 9.a.

b *Et dabat ill. &c.* Benignus dominus & magister non inuidet discipulis & seruis potestatē suā. Sed ipse potestate sua agit, illi sua infirmitate, si quid agunt, & domini virtutem confitentur dicentes: *In Iesu nomine surge & ambula.*

c *Ne quid tolle. &c.* Tanta sit in domino fiducia, vt nihil deesse certissimè sciant, ne dum sibi prouident temporalia, minus aliis prouideant æterna.

Matth.10.a Lucæ10.b.

BEDA. Matthæus & Lucas memorant dominum discipulis dixisse, vt nec virgam ferrent: Marcus, ne quid tollerent nisi virgam. Sed illi realiter virgam accipiunt. Marcus per virgam potestatem accipiendi necessaria à subditis intelligit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Apud Matthæum non hæc tantùm, sed gemina quoque tunica, & calceamenta & virga prohiberi videntur. At verò apud Marcum virga permitti videtur. Et præcepit, inquit, illis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum. Ibidem sandaliorum quoque vsus permittitur. Verum quod de virga hîc asseritur, tantum secundum quandam indulgentiam assertum videtur. Certè verba eiusmodi quiddam insinuant: habent enim, *nisi virgam tantùm*, quasi dominus dicat: Nihil omninò volo vos in via deferre, nisi forsan virgam qua nitamini. Particula itaque μηδὲ, neque ita latè hoc loco vsurpatur, vt non absolutè neget, sed aliquatenus etiam permittat.

d *Calciatos sandaliis.* BEDA. Vt pes neque tectus sit neque nudus ad terrā, id est, nec euangelium occultetur, nec terrenis commodis innitatur.

e *Ne indue. dua. tu.* BEDA. Quod est vt simpliciter ambulent, non dupliciter.

f *Excutite puluerem de pe.* BEDA. Puluis excutitur de pedibus in testimoniū laboris sui, quod ingressi sunt ciuitatem, quod prædicatio vsque ad illos peruenerit. Vel quod nihil ab eis acceperint ad victum necessariū qui euangelium spreuerunt.

Lucæ 10.a.

a castella in circumitu docens. Et conuocauit duodecim, & [1] cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem † spirituum immundorum. Et præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi † virgam tantum, non peram, non panem, neque in zona æs, sed calciatos sandaliis, & ne induerentur duabus tunicis. [2] † Et dicebat eis. † Quicumque introieritis domum, illic manete donec exeatis inde. Et quicumque non receperint vos nec audierint vos, exeuntes inde, excutite puluerem † de pedibus vestris in testimonium illis. † Et exeuntes prędicabant vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & [3] vngebant oleo multos ægros, & sanabantur. † Et audiuit rex [4] Herodes, manifestum enim factum est nomen eius, & dicebat: Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis, & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, quia Elias

Interlinear glosses: ¶ Charitate concordes. ¶ Potestatem viuendi de euangelio. ¶ Onus sęculi. ¶ Delicias. ¶ Occultam sapientiam. ¶ Ne alia induti aliam in futuro reseruent, non quòd vnâ tunica in locis glacialibus contenti esse debeamus. ¶ Alienum est prædicatorem per domos cursitare, & hospitij iura mutare. ¶ Accepta potestate & auditis præceptis à domino. ¶ Quę est prima via salutis. ¶ Sic. ¶ Quia tot signa fiebant. ¶ Pelliceus. HIERON. Non est fas lucernam abscondi sub modio. ¶ Christi. ¶ BEDA. Bene sentit de resurrectione, quòd scilicet maioris potentię sint sancti futuri post resurrectionem.

† aduersus spiritus immundos Iaco. 5. c. † vbicūque † qui est sub † Amen dico vobis, tolerabilius erit Sodomis aut Gomorrheis in die iudicij, quàm illi ciuitati.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cū ostendere vellet, impunè nō habituros, qui Apostolos nō receperint, aut sermones illorum non audierint; iubet vt puluerē pedibus cohærentē, in eos excutiāt qui illos non admittunt: qui itineris laborisque illorū causa frustra suscepti, testis sit.

g *Et vngebant oleo.* BEDA. Iacobus dicit: *Infirmatur quis in vobis, indu. p. ec. & o. super e. vn. e. o. &c.* Vnde patet ab apostolis hunc morem esse traditum vt energumini & alij ægroti vngantur oleo à pontifice consecrato.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Oleum autem inter alia & laborum molestias mitigat, & lumen fouet, & hilaritatem conciliat. Oleum quod in sacra vnctione adhibetur, & Dei misericordiam, & morbi sanationem & cordis illuminationem denotat. Dici tamen potest orationem hæc omnia efficere: oleum autem eorum omnium quæ fiunt, externum tantum symbolum esse.

h *Et audiuit rex.* BEDA. Lucas. *Audiuit Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo & hæsitabat, eo quod dicebatur à quibusdam, quod Ioannes resurrexit à mortuis: à quibusdam verò quod Elias apparuit.* Vnde intelligendum, aut confirmatum eum ex aliorum verbis credendo dixisse, aut adhuc hæsitando: *Quem ego decol. &c.*

Luc. 9. a.

i *Quia Ioannes Baptist. &c.* BEDA. Mira contra dominum inuidia Iudæorum Ioannem (de quo dictum est, quia nullum signum fecit) potuisse resurgere nullo attestante credunt. Iesum signis & virtutibus approbatum, cuius mortem elementa tremuerunt, & resurrectionem & ascensionem angeli & apostoli viri & fœminæ prædicauerunt, non resurrexisse sed subleuatum esse furtim credere maluerunt.

☞ Philippi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conuocauit duodecim & cœpit eos mittere. *Superius 3. c. descripta est collatio potestatis prędicandi facta apostolis, hic describitur executio dictæ potestatis, & primo describitur apostolorum missio ad prędicandum, secundo eorum reuersio ad Christum, ibi:* Et conuenientes apostoli ad Iesum. *Prima in duas, quia primo describitur dicta missio, secundo ex hoc surgens Herodis opinio, ibi:* Et audiuit rex Herodes. *Expositio primæ partis patet ex dictis Matthæi, 10. exceptis quæ sequuntur.*

2 Sed calciatos sandaliis. *Matth. 10. dicitur quod non portarent calceamenta. Ex quo patet, quod sandalia non dicuntur calceamenta propriè quia illis poterant vti apostoli, vt hic dicitur.*

3 Et vngebant oleo mul. *Ex hoc loco patet quod vnctio extrema quę est infirmorum fuit instituta à Christo.*

4 Et audiuit rex Herodes. *Hic consequenter describitur opinio Herodis de Iesu. Et diuiditur in duas partes, scilicet principalem & incidentalem, secunda ibi:* Ipse enim Herodes. *Circa primum sciendum, quod apostolis prędicantibus aduentum Christi & eius miracula: quia non solum erant prædicantes, sed etiam facientes miracula in nomine eius, Herodes audiuit famam de Iesu & credidit, licet falsò, quod ipse esset Ioannes Baptista, quem ipse decollauerat, & quod à mortuis surrexisset. Ex quo patet, quod iste Herodes non fuit de secta Saducæorū, qui negabant resurrectionem: sed de secta Pharisæorum qui eam confitebantur, vt habetur Act. 23. Cætera patent ex dictis Matth. 14.*

Ipse enim

MORALITER.

† 1 *Et conuocauit.* 12. Sequitur.

† *Et præcepit eis ne quid, &c.* BEDA. Per peram onera seculi, per panem delitiæ corporales, per æs in zona sapientiæ occultatio designatur: quia quisquis officium doctoris accipit, neque oneribus secularium negociorum deprimi, neque delitiis carnalibus resolui, neque commissum sibi talentum verbi sub ocio lenti corporis debet abscondere.

† *Quicumque introieritis in domum, illic manete, &c.* Theophilus, ne de gula contingeret eos reprehendi ab aliis in alios transeuntes.

4 *Et audiuit rex Herodes manifestum enim factum, &c.* Sequitur postea.

† Et contristatus

A a *Philippi fratris sui.* BEDA. Vetus historia narrat Philippum maioris Herodis fuisse filium, & fratrem Herodis, sub quo passus est dominus, & duxisse Herodiadem filiam Arethæ, & postea Aretham ortis simultatibus filiam suam tulisse, & Herodi inimico Philippi in dolorem ipsius nuptiis copulasse. Egesippus vel Iosephus tamen longè aliter.

3.Reg.18.c & 21.f.

b *Non licet tibi ha.* BEDA. Qui venerat in spiritu & virtute Eliæ Herodē arguit & Herodiadem, sicut Elias Achab & Iezabel, malēs apud regē periclitari, quā immemor esse præcepit Dei.

† est ipse

BEDA. Soli Herodes & Pharao leguntur natalis sui diem celebrasse, & vterque solemnitatē sanguine fœdasse. Sed Herodes tantò nequiùs, quātò sanctum & veritatis doctorem & regis cœlestis præconē occidit: & pro voto saltatricis caput occisi ante conuiuas inferre non puduit. Pharao peccantem Eunuchum occidit. Vtriusque tamen exēplo melius est & vtilius nobis diē mortis semper commemorādo timere, quā diem natiuitatis luxuriando celebrare. Homo enim ad laborem nascitur, & sancti per mortem transeunt ad requiē.

† quando

† vsque ad Gen. 40.d. Iob. 5.b.

✠ THEOPHYLACTVS. Lex præcipiebat quod frater vxorem fratris acciperet, cum defunctus prolem non haberet. Ibi autem erat filia, propter quod erant nuptiæ sceleratæ.

c *Et iura.* BEDA. Non excusatur à periurio per iuramentum. Ideò enim fortè iurauit, vt occasionem inueniret occidendi. Et si illa patris aut matris interitum postulasset, non vtique concessisset Herodes.

D ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Colligimus autem hinc tria inter cætera Ioannē Baptistam capite mulctasse, nimirū adulterium, saltationem, & iusiurandum. Quare si mentis iudicio valemus, tria hæc auersemur, vt quàm maximè: si non propter aliud, certè ne cum iis cōmunicemus, culpæque obnoxij euadamus, qui mortis præcursoris autores & causæ extitere.

est: alij verò dicebant, quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito Herodes ait: quem ego decollaui Ioannem, * hic à mortuis resurrexit. † Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam: Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi, & volebat eum occidere nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum & sanctum: & † custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset * Herodes † natalis suæ cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilæ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi simulque recumbentibus, rex ait puellæ: Pete à me quod vis, & dabo tibi. Et iurauit illi: quia quidquid petieris, dabo tibi † licet dimidium regni mei: Quæ cùm exisset, dixit matri suæ: Quid petam? At illa dixit: caput Ioannis Baptistæ. Cúmque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens: Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistę. Et contristatus est rex. Propter iusiurandum, & propter simul recumbentes noluit eam contristari: † sed misso spiculatore præcepit afferri caput eius in disco: & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit † illud

[Interlinear glosses:] a ¶ Esset. — a ¶ Non dominus prophetarum. — b ¶ BEDA. Hæc pronunciatio vel affirmatiua vel dubitatiua. — a ¶ HIERON. Non per ironiam expressè pronunciat. — a ¶ BEDA. Tetrarchę Itureę & Traconitidis regionis. — ¶ Adhuc viuentis. — ¶ Ideò vel enim — a ¶ BEDA. Timebat ne Herodes aliquando resipisceret vel fratri amicus fieret. — ¶ In altari. — ¶ Dignum saltatione sanguinis præmium. — ¶ Opinionem non re. — a ¶ BEDA. Vult omnes simul sceleris sui esse consortes vt in luxurioso conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. — ¶ Altari. — a ¶ Christum. — b ¶ Legis.

† Mat. 14. a Lucæ. 3. d.

d *Et contristat &c.* BEDA. Cōsueto more scripturæ contristatus, nō re, sed multorum opinione, Sicut & ipse Ioseph ab ipsa quoque Maria dicitur pater Iesu: sic contristatus Herodes, quia hoc discūbentes putabāt. Dissimulator mētis suæ tristitiā præferebat in facie, lætitiā celebrabat in mēte. Scelus iuramento excusabat, vt sub occasione pietatis impius fieret.

E † obseruabat.

† in natali-ciis suis

e *Caput eius in dis.* BEDA. Caput legis quod est Christus, à corpore abscinditur: proprio, id est, à Iudaico populo, & datur puellæ de gentibus, id est, Romanæ Ecclesiæ & puella dat matri suæ, adulteræ, id est, synagogæ in fine crediture. Corpus Ioannis sepelitur, caput in disco locatur: litera humo tegitur, spiritus in altari honoratur ac sumitur.

Hieronym.

F

† & protinus.

† tres

BEDA. Ioannes capite minoratur, id est, fama illius qua Christus à populo credebatur minorari ostenditur. Christus in cruce exaltatur, quia qui propheta tantum credebatur, Deus & dominus prophetarum est cognitus. Vnde & ipse Ioannes: *Illum oportet crescere, me autem minui.* Ioannes autem quem oportebat minui, cum dies decrescere incipiunt natus est Christus

Ioan. 3.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Ipse enim Herod. *Hic ponitur pars incidentalis. Intentio enim principalis euangelistæ erat describere gesta Christi. Et quia propter opinionem Herodis de Christo fecerat mentionem de decollatione Ioannis Baptistę, ideò incidentaliter hic describit modum dictę decollationis. Et primò describitur eius incarceratio, secundò incarcerati decollatio, ibi:* Herodias autem. *Tertiò decollati tumulatio, ibi:* Quo audito discipuli eius vęne. &c. *Sententia autem istarum trium partium patet ex dictis Matth. 14. exceptis quę sequuntur circa partem secundam.*

2 Herodias autem insid. *Ipsa enim timebat ne Herodes ad prædicationem Ioannis de peccato suo pœniteret, & eam marito suo redderet: & ideo quærebat mortem Ioannis.*

3 Herodes autem metuebat Ioan. *Solo enim metu tenebatur ab interfectione Ioannis, quia propter sanctitatem eius quæ erat nota toti populo, timebat si Ioannem interficeret, ne totus populus insurgeret contra eum, vt plenius patet Matthæi 14.*

4 Et libenter eum audiebat, &c. *Totum istud erat simulatorium, vt ex tali auditu Ioannis & obtemperatione dictis eius, in aliquibus retineret populum à rebellione contra ipsum. Et similiter quod postea iurauit dare puellę saltanti quidquid peteret, fuit malitiosè factum, vt ratione iuramenti & multitudine magnorum cum eo comedentium haberet occasionem decapitandi Ioannem absque rebellione populi, qui habuit eum excusatum saltem in parte propter ista. Et hanc sententiam tenet Beda super locum istum, & quod subditur.*

5 Et contristatus est rex. *Dicit Beda, quod licet tristaretur in facie, lætabatur tamen in corde.*

✠ Et conuenientes.

MORALITER.

† 5 *Et contris. est rex. &c.* BEDA. Dissimulator mentis suæ tristiciam præfert in facie, cum lætitiam haberet in mente, scelúsque excusat iuramento, vt sub occasione pietatis magis impius fieret, & ideò per ipsum signantur illi qui sub specie religiositatis machinantur opus facere malignantis. Per Herodiadem verò signatur luxuria. Per saltatricem dissolutio libidinosa. Per quas Ioannis, id est, hominis gratiosi frequenter procuratur mors spiritualis, & aliquando corporalis.

† *Et ait illis*

rus est. Christus autem qui est lux mundi, cum incipiunt cresce- A re dies.

a *Et tule.* BEDA. Iosephus narrat Ioannem vinctum, in castellum Macheronta adductum, ibiq; truncatum. Ecclesiastica narrat historia, in Sebasthe vrbe Palestinæ, quæ dicta est quondam Samaria. Tempore vero Iuliani Paganos inuidentes Christianis, qui sepulchrum eius sollicitudine frequentabant, monumentum inuasisse & ossa eius per campos dispersisse, & rursus collecta igni cremasse, ac denuo per agros sparsisse. Affuisse tamen ibi, de Ierosolymis B monachos, qui immixti Paganis ossa legentibus, maximā eorum partem congregauerunt, & ad Philippū Ierosolymam detulerunt, & ille misit ea Athanasio Alexandriæ vrbis episcopo, & ibi postea seruata Theophilus iubente Theodosio omnibus gentium phanis destructis, expurgato à sordibus templo Serapis ossa eadem ibi posuit, & basilicam in honore sancti Ioannis consecrauit.

b *Et conuenientes.* HIERONYMVS. Ad locum vnde exeunt flumina redeunt. Deo gratias semper referunt super his quæ acceperunt.

c *Omnia quæ.* Non solum quæ ipsi egerant & docuerant apo- C stoli domino renunciant, sed etiam quæ Ioannes eis docentibus passus sit. Vel sui vel eiusdem Ioannis discipuli, sicut Matthæus scribit, vnde sequitur: *Et ait illis.*

d *Venite se.* BEDA. Non solum requisitionis causa, sed myslicè significat, quod relicta Iudæa quæ sibi prophetiæ caput abstulerat, non credendo in deserto ecclesiæ quæ virum non habuerat, verbi cibaria quasi panem & piscium epulas esset largiturus. Ibi enim prædicatores sancti qui apud Iudæā non concedentem, sed contradicentem diu graui tribulatione premebantur, requiem adepti sunt de gentibus gratia fidei collata. Venit seorsum, ducit quos eligit, vt inter malè viuentes mala non attendant, vt Loth, in Sodomis, & Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab. *Et ait illis.*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Per hoc Christus ecclesiæ doctores & pastores monet, ne externis turbis perpetuo se dedant sed priuatim sæpe, secretóque agentes, animos colligant, eundémque à publicis negotiis & occupationibus quantum res patitur identidem seuocent. Docet etiam in verbi ministerio descendentes; nonnunquam respirare, & interquiescere, seséque & corpus suum suo tempore curare, & reficere debere D maximè verò post ministerium absolutum.

e *Requiesci.* Vt aues in ramis sinapis. Pusilla hic requies sanctis, longus labor: sed post dicitur illis, vt requiescant à laboribus suis.

[Margin: anni. 18. 14. Theodore. lib. 1. histo. cap. 6. † abibant. ascēdētes in nauim. conue- ad]

a ¶ Ecclesia de gentibus. ¶ Synagogæ.

puellæ, & puella dedit matri suæ: † Quo audito discipuli eius

¶ Litteram.

a venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in mo-

a ¶ Riui ad fontem. ¶ Gratias agentes.

b numento. Et conuenientes apostoli ad Iesum, renunciauerunt 2

a ¶ Ne malis consentiatis

c illi omnia quæ egerant, & docuerant. Et ait illis: Venite seor- 3

d a ¶ Hic breuis requies sanctis, longus labor. ¶ Ideò oportuit discipulos requiescere: Erant enim &c. b ¶ Felix studium discentium. 4

e sum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim 5

f ¶ Vt latro. ¶ Vt Iudas. ¶ Felix labor docentium. ¶ Quia nondum est conuiuium horum.

qui veniebant, & † redibant multi. Et nec spacium mandu-

a ¶ Non solum discipuli, sed cum domino vt Matthæus dicit.

candi habebant. Et ascendentes in nauim † abierunt in deser- 6

g a ¶ Ignis non absconditur qui semper lucet.

tum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cogno- 7

h uerunt multi, & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerunt illuc, * & præuenerunt eos. † Et exiens vidit

i turbam multam Iesus, & misertus est super eos: quia erant sicut oues non habentes pastorem: & cœpit illos 8

f *Erant enim.* HIERONY. In arca Noë animalia quæ intus erant foras mittebātur, & quæ foris erant, intus erumpebant. Sic in ecclesia Iudas discessit, latro accessit. Quandiu receditur à fide, nec ecclesiæ requies est sine mœrore. *Rachel plorans filios suos, &c.* Non est hic conuiuium in quo bibatur vinum nouum, cum cantabitur can- E ticum nouū in cœlo nouo, & in terra noua ab hominibus nouis? Cum quinq; panibus & duobus piscibus quinque milia hominum vespere vitæ pascentur, cum duodecim cophini octaua virtute fragmentis pleni colligun- tur: cum sunt super thronos 12. iudicantes 12. tribus Israel quæ sunt fragmenta Abraham, Isaac, & Iacob, quando reliquiæ Israel sal. fi. quādo facie ad faciem Deum videbimus quod in lege Moysi & prophetis & psalmis de Christo legimus. Vnde post quartam vigiliam noctis compescit Christus Iesus tumorem maris ambulans super illud, & dicit: *Confidite ego sum.* quia cum videbimus sicuti est: tunc cessabit ventus & procella, Iesu se- F dente & regnante in naui quæ est vniuersalis ecclesia.

[Margin: † Mat. 14. b. Ierem. 31. c. * abiit. † Mat. 9. d. Roma. 9. F. 1. Cor. 13. d. 1. Ioan. 3. a. Eccle. 1. b. Matt. 14. b.]

g *Abierunt in deserto.* BEDA. Petendo solitudinem fidem turbarum an se sequatur explorat, & exploratam digna mercede remunerat. Turbæ autem non iumentis, non vehiculis, sed proprio labore pedum, iter deserti arripiunt, & salutis desiderium ostendunt. Rursus ipse excipiendo fatigatos, docendo inscios, sanando ægrotos, recreando ieiunos, quantum deuotione credentium delectetur insinuat.

h *Et pedestres.* Nota quia non in aliam maris ripam siue Iordanis nauigio peruenerunt. Sed transito aliquo freto vel stagno proximos eiusdem regionis locos adierunt, quo etiam pedestres indigenæ peruenire potuerunt.

i *Et mise.* BEDA. Quomodo misertus sit, Matthæus plenius exponit hoc modo: *Et misertus est eis, & curauit languores eorum.* Hoc est enim pauperum & non habentium pastorem veraciter misereri, & viam veritatis aperire, & languidos curare & ieiunos reficiendo ad laudem supernæ largitatis animare quæ sequentia eum fecisse declarant.

Et cum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et conuenientes. *Hic describitur reuersio apostolorum ad Christum, vbi primò describitur condescensio Christi ad apostolos redeuntes, secundò ad populum ipsum sequentem, ibi:* Et viderunt. *Circa primum dicitur,* Et conue. *De prædicatione redeuntes ad ipsum.*

2 Renun. *Miracula faciendo.*

3 Et docuerant. *Prædicando ostendentes, quod mandatum eius executi fuerant fideliter.*

4 Et ait il. *Compatiendo eis de laboribus suis.*

5 Venite se. *Vt scilicet, post laborem quiescerent aliquantulum, in hoc ostendit Christus quod prædicatores verbi diuini post laborem possunt recipere recreationem competentem.*

6 Et ascen. in na. *Vt segregati à turbis possent quiescere.*

7 Et viderunt. *Hic consequenter describitur condescensio ipsius Christi ad populum ipsum sequentem. Et primo describitur dicta condescensio, secundò Pharisæorum confutatio c. seq. Circa primum primò describitur condescensio Christi ad populos ipsos pascendo; secundò ad discipulos eos de periculo liberando, ibi:* Et coëgit discipulos suos. *Tertiò ad infirmos ipsos curando:* Et cum transfretassent. *Sententia autem istarum trium partium patet ex his quæ dicta sunt. Mat. 14. vsque ad finem illius ca. exceptis quæ sequuntur. Quantum ad primam partem dicitur.*

8 Erant sicut oues non. *Sacerdotes enim illius temporis & principes erant sicut lupi rapaces spoliantes populum bonis temporalibus, & per malum exemplum spiritualibus, sed Christus tanquam bonus pastor pascebat eos spiritualiter continuè verbo doctrinæ suæ, & aliquando corporaliter, secundùm quod dicitur consequenter.*

Eunte

MORALITER.

† 4 *Et ait illis: Venite seorsum.* THEOPHYLVS. Quiescere facit Christus discipulos suos, vt discant præpositi, quod qui laborant in opere & sermone requiem promerentur, & quòd non debent continuè laborare.

† *Et pedest. &c.* Adhuc temporibus istis pauperes & mediocres personæ magis currunt ad sermones quam magnæ.

a *Et cum.* Die declinata Saluator turbas reficit, quia vel fine seculi propinquante, vel cum sol iusticiæ pro nobis occubuit, à diutina spiritalis inediæ sumus liberati fame.

Allegoricè BEDA. Christum deserta gentium petentem multæ fidelium cateruæ relictis mœnibus priscæ conuersationis, neglectóque variorum dogmatum presidio sequuntur, & cum primum notus in Iudea Deus, tunc exaltatus est super cœlos & super omnem terram gloria eius.

Psal. 75. a.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Discipuli à Christo vt turbam dimittat, petunt, allegantes tam loci solitudinē, tum commeatûs quoque tenuitatem. At verò diues ille & benign⁹ pater corporeā quoque mensam illis apponi iussit, discipulos tantum non oratione compellans: Ne de escis plus satis anxij sitis, en ego adsum, qui magnam copiam & affluentiam subministrare valeo. Cum illi autem quò tenderet, non intelligerent, animóque propter rei difficultatem penderent, sciscitatus est, *Quot panes habetis?* Ipsi vero facta inquisitione, quinque & duos pisces responderunt.

a docere multa. Et cū iam hora multa † fieret, accesserunt * discipuli eius dicentes: Desertus est locus hic: & iam hora † præterijt: dimitte illos, vt euntes in † proximas villas & vicos b emant sibi cibos † quos manducent. Et respondens ait illis: Dac te illis manducare. Et dixerunt ei: † Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis: Quot panes habetis? Ite & videte. Et cùm cognouisd sent, dicunt: Quinque, & duos pisces. Et præcepit illis, vt ace cumbere facerent omnes † secundum contubernia super virif de fœnum. Et discubuerunt † in partes per centenos & quing quagenos. Et acceptis quinque panibus & duobus piscih bus, intuens in cœlum benedixit, & fregit panes: & dedit di-

(Interlinear glosses: a ¶ Vespere: Vnde Lucas, Dies autem cœperat decli. a ¶ q. d. Vestrum est officium. ¶ Libros Moysi. ¶ Prophetas & Psalmos. ¶ Diuersos ordines. ¶ Continentem carnem. a ¶ Perfectam requiem. ¶ Requiem. a ¶ Sursum dirigendam aciem mentis significat ad lucem scientię quærendam.)

(Margin: † facta esset; † quidenim manducēt, nō habent; † per areolas; * ad eum; † multa; † circumiacentes; † per cōtubernia super viride fœnum.)

b *Date illis.* Prouocat apostolos ad fractionem panis, vt illis se non habere testantibus, magnitudo signi notesceret. Et insinuans, quia quotidie per eos ieiuna corda sunt pascenda, cum eorum exemplis vel verbis ad amanda cœlestia suscitamur. Notandum, quod hoc panum miraculum Ioannes scripturus præmisit, quòd proximum esset pascha. Matthæus & Marcus hoc interfecto Ioanne, continuò esse factum dicunt: vnde colligitur Ioannem imminente pascha fuisse decollatum, & alio sequente Pascha crucifixum dominum.

Ioan. 6. a. Matt. 24. b.

c *Euntes emamus.* ✠ AVGVSTINVS. Hoc Philippus apud Ioannem respōdet, sed Marcus à discipulis responsum esse commemorat, volens intelligi hoc ex ore cæterorum, Philippum respondisse, quanquam & pluralem numerum pro singulari vsitatissimè ponere potuerit.

Li. 2 de cōsensu euāg. cap. 46.

Allegoricè d *Quinque.* BEDA. Quinque panes quinque Mosaicæ legis libri, quibus diuinæ ęternitatis cognitio, mundi creatio, cursus labentis seculi, & vera Deo seruiendi religio humano generi innotuit. Duo pisces, psalmi & Prophetæ, qui eruditum in lege Dei populum de promissione dominicæ incarnationis, nouæ gratiæ dulcedine pascebant, quibus tota veteris te. series comprehenditur. Vnde: *Oportebat omnia impleri quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.* Et cum aperuisset illis sensum, vt intelligerent scripturas, & intellectas fideliter auditoribus traderent, quasi benedicens apostolicis panibus & piscibus: & eos internæ suauitatis dono multiplicans turbis dispartiri pręcepit. Et bene secundum Ioannem panes hordeacei dicuntur, qui cibus est iumentorum maximè, rusticorum ac seruorum; quia incipientibus auditoribus asperiora & quasi grossiora sunt committenda præcepta. *Animalis verò homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei.* Et ideo dominus cuique pro viribus tribuens dona, & semper ad perfectiora prouocans. Primo quinq; panibus quinque milia, secūdo, septem panibus quatuor milia reficit; tertio, discipulis suæ carnis & sanguinis mysteria credidit; ad vltimū vero magno munere dat electis vt edant & bibāt super mensam suam in regno suo.

Luc. 24. f. Ioan. 6. a. Ma. 14. b. Luc. 9. b. Ioan. 6. a.

e *Secundum con.* BEDA. Diuersi discubitus, distincti ordines ecclesiarum qui vnā catholicam faciunt.

f *Per cente. & quin.* Per quinquaginta iubilei requies. Quinquagenarius autem bis ductus centum facit; & ideo vtriusq; quietis perfectionē significat, scilicet, corporis & mentis. Qui enim quiescit ab actibus prauis, requiem habet corporis. Qui autem à cogitationibus etiam peruersis, requiem habet mentis.

Bene autem super viride fœnum discumbentes. Dei pascuntur alimentis, qui per studium abstinentiæ, calcatis illecebris carnis, audiendis implendisque verbis Dei operam impendunt:

Ideò alij quinquageni, alij centeni, quia requiescitur priùs à malo opere, vt post sit etiam requies in mente.

g *Et acce.* Non noua cibaria creat, quia incarnatus, non alia quam quæ scripta erant prædicat: sed legem & prophetas mysteriis grauida esse demonstrat.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Merito nunc in cœlum suscipit, & gratias agit: nempe quo facto hoc omnibus planum faciat se id totum quod fiebat, cœlesti patri asscribere.

✠ THEOPHYLACTVS. Intuetur etiam in cœlum, vt instrueret à Deo petere escam & non à diabolo, sicut faciunt illi qui iniuste alienis laboribus nutriuntur. Ex hoc etiam turbis tunc innuit quod non esset Deo contrarius, sed Deum inuocaret. Dat autem panem discipulis apponendum turbis, vt tractando panem non dubium sed miraculum videatur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem Deus manna Israelitas in deserto pauerat, ipsiq; obiicere quandoque ausi fuerant, *Nunquid & panem poterit dare, &c.* ne ea in re patre inferior videatur, panes hic in deserto multiplicat. Interim ne Iudæis qui varias calumniandi occasiones aduersus illum venabātur, iustam aliquā cauillandi ansam offerat, quasi Deo sese adæquet, aut eidē se præferat: priùs ad cœlum spectat: quam panē multiplicet, totúmq; quod fiebat: & futurū erat, patri tribuit.

Psal. 77.

h *Fregit.* Et ante turbas ponenda distribuit discipulis suis, quia sacramenta sanctis doctoribus, qui hæc toto orbe prædicent, patefecit.

☞ Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Euntes emamus, &c. *Ioan. 6. a. dicitur, quod Iesus quęsiuit à Philippo:* Vnde ememus panes, vt manducent hic. *& ibidem subditur:* Hoc autem dixit tentans eum. Ipse enim sciebat quid esset facturus, *& tunc Philippus respondit, vt ibidem dicitur:* Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, &c. *quasi dicat: Tantum precium non habemus cum pauperes simus. Et hic Marcus dicit discipulos generaliter hoc respondisse, licet aliquo modo sub aliis verbis:* Euntes emamus ducentis denarijs. *quasi dicat, si vellemus eis dare ad manducandum, oporteret nos ire ad emendum panes precij ducentorum denariorum, & tamen hoc precium non habemus, & sic se excusabant per impotentiam. Dicuntur autem hic discipuli respondisse illud quod solus Philippus respondit. Tum quia non solum ex persona sua sed etiam aliorum loquebatur. Tum quia illud quod facit aliquis de aliqua communitate vel dicit, dicitur communitas hoc fecisse vel dixisse: & tunc discipulis se excusantibus de datione ciborum populis Christum sequentibus, dixit Christus quod hic habetur:*

2 Quot panes habetis: *Ioan. 6. dicitur solus Andreas hoc respondisse, per alia tamen verba dicens:* Est puer hic vnus qui habet quinque panes, &c. *Dicuntur tamen hic discipuli hoc respondisse in generali quod dixit Andreas, eo modo sicut dictum est de Philippo. Circa secundam partem dicitur:*

Et statim

MORALITER.

† *Et cum iam hora multa, &c.* BEDA. Mysticè declinata die, turbas saluator reficit: quia cum sol iusticiæ pro nobis occubuit, à spiritalis inediæ tabe sumus saluati. Prouocat apostolos ad fractionem panis, insinuans quod quotidie per eos sint corda nostra pascenda; eorum scilicet, literis & exemplis. Per quinque panes quinque libri Moysi, per duos pisces prophetæ & psalmi figurantur. Duodecim cophini

† sunt

a *Et sustule.* VICTOR ANTIOCHENVS. Duodecim sportæ reliquijs implentur, quo miraculum euidentius fieret, eorúmque qui interfuerant sensibus tenacius infixum hæreret. Nam hoc quoque perfecto obseruatóque, discipuli dubij adhuc hærebant vt euangelista indicat paulò pòst, ait namque, *Non enim intellexerāt de panibus: Erat enim cor eorum obcæcatum.* Deinde vt publicè constaret, tantam rerum abundantiam magis prouenisse, ad ostendendam facientis virtutem, quam explendam populi necessitatem. Moyses quondam manna Israelitis suppeditabat, verùm id tātum ad necessariū vsum. Siquidem quò plus colligebatur, hoc statim in putredinem vertebatur. Quare vbi primùm terræ Palestinæ fructus apprehenderunt, manna illicò descendere desiit. Sic Elias quoque viduæ farinam & oleum multiplicauit, verùm tantisper hoc solùm, dum pluuiæ terram irrigaturæ descenderent, vbi enim hæ descendere cœpere, statim quoque farinæ multiplicatio cessauit. Quó ergo discrimen inter hos & illum appareat, magnam residuorum copiam reliquam fecit: ita vt illi etiam qui saturati fuerant, reliquiarum vim mirarentur. Nil verò mirùm si Dominus ad subministrandam alimentorum copiam, hac potestate non semper vtatur. Siquidem signum non temerè sed publicæ vtilitatis causa fieri debet: nempe quo facientis virtus per illud manifestetur, & Catholica rursum fides, per illud ipsum statuatur & nutriatur. Insinuatum est hic denique alimenta ab his percipere, quos in fide erudimus.

†Matt. 14. c. Ioan. 6. b. †Mat. 14. c. Psal. 41. c. Isa. 43. a.

BEDA. Secretiora mysteria quæ rudes capere nequeunt, perfectiores diligenter inquirunt. Nam per cophinos, duodecim apostoli: & per apostolos sequentes doctores figurantur, foris despecti, intus salutaris cibi reliquijs ad alenda humilium corda cumulati. In cophinis enim seruilia geruntur opera: sed ille eos panis fragmentorum impleuit, qui infirma mundi, vt frangat vel confundat, elegit.

1. Cor. 1. d.

b *Quinque mi.* BEDA. Propter quinque sensus corporis. Hi dominum secuti, significant eos qui in seculari adhuc habitu positi, exterioribus quæ possident bene vti norunt. Qui rectè quinque panibus aluntur: quia necesse est vt tales legalibus adhuc præceptis instruantur. Qui autem mundo omninò renunciant, & quatuor sunt milia & septem panibus refecti, hoc est euangelica perfectione sublimes, & spirituali gratia intus eruditi.

c *Et sta. co.* Exemplum dat nobis vt in omnibus bonis quæ agimus humani fauoris retributionem vitemus: ne nos operatio virtutum ad concupiscentiam flectat temporalium. Quod ipse dominus nobis insinuans, cum hi qui virtutes eius admirabantur, regem eum facere vellent, fugit in montem orare: Crucifixoribus promptus occurrit, vt scilicet parati simus ad aduersa toleranda, cauti ad blandimenta si arriserint, & ne nos, si affluant emolliendo decipiant, crebris à domino precibus imploremus.

d *Ad Bethsaidam.* BEDA. Bethsaida ciuitas est in Galilæa Andreæ & Petri & Philippi prope stagnum Genesareth. Sed Marcus dicit peracta refectione venisse trans fretum ad Bethsaidam: Lucas quod in locis Bethsaidæ factum fuerit miraculū. Ait enim, *assumptis illis secessit seor. in locum desertum qui est Bethsaida. Quod cum cognouissent turbæ sequutæ sunt illum, & excepit eos,* &c. vsque ad refectionem illam. Sed forsitan Lucas desertum locum qui est Bethsaidæ, non ipsius viciniam ciuitatis dixit, sed loca deserti ad eam pertinentis. Marcus enim dicit apertè, quod præcederent eū ad Bethsaidam, vbi ipsius fines ciuitatis notat. Lucas verò qui non dicit in desertū locum qui est Bethsaida, sed qui est Bethsaidæ. Fortè non ipsam ciuitatē, sed locū desertum ad ipsam pertinentē intelligi voluit. Ioannes dicit turbas manducasse panem iuxta Tyberiadem, & ascendentes nauim discipulos venisse in Capharnaum trās mare, quæ ambæ sunt ciuitates in Galilæa iuxta stagnum Genesareth: quod etiam Tyberiadis à Tyberiade ciuitate sic vocatur.

Lucæ. 9. b. *panes ferè. Ioan. 6.

e *Abijt in mon.* BEDA. Bene orat qui Deum orando quærit, à terrenis ad superiora progrediens, verticem curiæ sublimioris ascendit. Qui de diuitijs, aut honore seculi, aut de morte inimici orat, in imo iacens viles ad Deum preces mittit. Orat autem dominus, non pro se, sed pro me. Nam etsi omnia posuerit pater in manu filij, filius tamen vt formam hominis impleret obsecrat patrem pro nobis qui aduocatus est nobis, vnde: *Aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum.* Si aduocatus est, debet pro nostris interuenire peccatis. Non ergo quasi infirmus obsecrat, sed quasi pius impetrat. Omnia quæ vult potest, quia aduocatus & iudex noster est, alterum pietatis officium, alterum potestatis insigne.

Ioan. 5. 1. Ioan. 2. a.

f *Et ipse solus,* &c. Qui aliquando omninò in periculis ecclesiam deseruisse videtur, vnde: *Vt quid domine re. lon.* &c. Sed quia differt auxilium, non aufert subsidium, vnde sequitur:

g *Et circa quar.* BEDA. Stationes & vigiliæ militares, horarum spacio diuiduntur: patet ergo eos tota nocte laborasse, & diluculo appropinquante auxilium habuisse: quia cum pressuris obsita humana fragilitas paruitatem virtutum suarum considerat, in se nihil nisi tenebras angustiarum & hostium insurgentiū æstus cernit. Cum verò mentem ad superni præsidij lumen, & ad perpetuæ retributionis dona erigit, quasi inter vmbras noctis repentè ortum Luciferi conspicit qui diem proximum, id est, Christum nunciet. Lucifer namque tres horas noctis, id est, totam vigiliam matutinam illuminare dicitur.

Psal. 9. d.

h *Et volebat præterire eos.* BEDA. Vt ad horam, scilicet, conturbati: sed continuò liberati, plus liberationis suæ miraculum

---

¶ Qui sunt dispensatores verbi. ¶ Aperirent.

scipulis suis, vt ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. a Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus. b Erant autem qui manducauerunt * quinque

a ¶ Quia sicut Ioannes post hanc refectionem statim continuat, venturi erant vt caperent, & facerent eum regem.

millia virorum. † c Et stàtim coëgit discipulos suos ascendere 1 d nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam dum 2 e ipse dimitteret populum. Et cùm dimisisset eos: abijt in mon- 3

a ¶ BEDA. Pro se obsecrat, sed pro me impetrat. b ¶ Sic ecclesia in fluctibus seculi tendens ad littus patriæ cœlestis.

tem orare. Et cùm serò esset, erat nauis in medio mari, & †

a ¶ Pietatis aspectu, scilicet corroborat.

f ipse solus in terra. Et vidèns eos laborantes in remigan-

¶ Flatus dæmonum.

g do, erat enim ventus contrarius eis. Et circa quartam vigi-

¶ Comprimens omnia pericula mundi.

h liam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat præ- 4

¶ Ad horam vt gratior esset liberatio.

terire eos. † At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et statim coëgit discipulos suos ascendere nauim vt præcederent eum trans fre. *Quia non libenter recedebant absque magistro suo, eius societate & doctrina delectati.*

2 Ad Bethsaidam dum ipse. *Locus erat vnde recedebant.*

3 Et cum dimisisset. *Per hoc ostendens quod prædicator verbi diuini debet post sermonem suum ad Deum in oratione redire, vt quidquid boni ibi fecerit gloria Dei ascribatur.*

4 Et volebat præterire eos. *Eo modo sicut post resurrectionem suam ambulans cum duobus discipulis suis euntibus in Emaus finxit*

MORALITER.

† sunt duodecim fructus spiritussancti, quibus reficimur in eucharistiæ sacramento.

3 *Et cum dimisisset eos, abijt in montem.* Per hoc ostendens, quod orans non debet in terrenis desiderijs iacere.

† *Erat nauis in me. ma.* &c. Nauis est corpus humanum, in quo secundùm Platonicos anima est sicut nauta in naui: quæ fluctibus passionum iræ & concupiscentiæ (quæ sunt in organis corporalibus) frequenter impellitur & aliquando periclitatur, nam motus passionis aliquando subuertit iudiciū rationis. Sed quarta vigilia quæ terminatur in luce matutina, Christus venit, quia dum mens ad superni luminis claritatem oculos erigit, passionum impetus conquiescit, & tunc fit applicatio ad terram Genesareth, id est, generantis auram, per quam significatur spiritus auræ lenis, vbi est dominus. 3. Reg. 19. & sanantur infirmi à languore peccati.

miraculum stuperent, & ereptori suo maiores gratias referrent. Sic sæpe diuina pietas in tribulatione videtur fideles deseruisse, quasi laborantes in mari discipulos putetur Iesus voluisse præterire, vnde: *Quare me de. & qua.contri in.dum affli.me. inimi.* Sed continuò dominus adest, quasi diceret: Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, vnde sequitur: *Et statim loquutus est, &c.*

a *Putauerunt.* BEDA. Adhuc hæretici putant phantasma esse, nec veram carnē de virgine assumpsisse. Theodorus enim Pharanitanus Episcopus scripsit pondus corporale, secundùm carnem non habuisse dominum, sed absq; pondere & carne supra mare ambulasse. Fides autem catholica & pondus eum secūdum carnem habuisse prædicat, & onus corporeum & cum pondere & onere corporali incedere supra aquas non infusis pedibus vnde Dionysius in opusculis de diuinis nominibus ita ait; Ignoramus qualiter de virgineis sanguinibus alia lege pr ter naturalem formabatur, & qualiter non infusis pedibus corporale pondus habentibus & materiale onus, deambulabat in humidam & instabilem substantiam.

b *Nolite ti.* Prima subuentio est pellere timorem; secunda, tempestatem præsentiæ suæ virtute compescere. Nec mirum si domino ascendente in nauim cessat ventus: quia in quocunque corde per gratiam sui amoris adest, mox vniuersa vitiorum & aduersantis mundi & malignorum spirituum bella quiescunt.

VICTOR ANTIOCHENVS. Hac Christi voce audita metus quidem illorum sedatior factus est, interim apparentis visi nouitas eorum animos adhuc dubios & suspensos tenebat. Ea propter quò id quod videbatur, phantasma non esse accuratius disceret, tum rursum quò ipse quoque nouæ huius rei periculum faceret, Petrus magno animi feruore incitatus, ad Iesum dixit: *Domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas.* Per hoc tamen quod laborantibus non statim adfuit, discipulos & nos per illos docere voluit, ne à malis, in quæ forsan incidimus, liberationem è vestigio petamus: verùm vndecūque illata, forti animo perferamus.

c *Non enim intelle.* BEDA. Miraculo panum, quod esset rerum conditor ostendit. Ambulando super vndas, quod totum corpus habebat liberum ab omni grauedine peccati. Placando ventos & vndas, quod elementis dominaretur ostendit. Sed carnales adhuc discipuli magnitudine quidem virtutum stupebant, sed diuinæ maiestatis veritatem non cognoscebant.

d *Cognoue.* Rumore, non facie vel magnitudine signorum: etiam vultu plurimis notus erat.

e *Fimbriam vestimenti eius tangerent.* BEDA. Minimum mandatum quod qui transgressus fuerit, minimus vocabitur in regno cœlorum: vel assumptionem carnis per quam venimus ad verbum Dei.

¶ Non enim putabant verum corpus super aquas incedere posse.

a putauerunt phantasma esse, & exclamauerunt: Omnes enim viderunt eum, & cōturbati sunt: (¶ Isidorus. videbimus eum sicuti est.) Et statim locutus est cum eis, & b dixit illis: Confidite: ego sum, nolite timere. †Et ascēdit ad illos in nauim & cessauit ventus. (¶ Ecclesiam. a ¶ Magnitudine miraculorum, & non cognitione deitatis, & hoc est, Non enim, &c.) Et † plus magis intra se stupebant*. (¶ Quare.) c Non enim intellexerunt de panibus: erat enim cor eorum obcæcatum. † Et cum transfretassent venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt *. (¶ Incola.) 1 Cúmque egressi essent de naui, (¶ Mira fides, non præsentium tantùm salute contenti sunt, mittunt ad illos per circuitum, vt currant omnes ad medicum.) d continuò cognouerunt eum, & præcurrentes vniuersam * 2 regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui se male habebant (¶ Infirmos.) circumferre, vbi audiebant eum esse, & quòcunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant (¶ Non ipsum) e infirmos & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti (a ¶ Hoc in futuro. ¶ Quando aufugiet dolor & gemitus.) eius tangerent: & quotquot tangēbant eum, salui fiebant.

Marginalia: * & admirabantur. †Mat. 14 d. †Mat. 14 d. Matth. 14. † valdè supra modū. * In pōtū. * circumiacentem.

NICOLAVS DE LIRA.

finxit se longius ire *vt habetur Luc. vlt. Nec tamen fuit ibi aliqua duplicitas seu falsitas secundum quod dicit bea. Grego. Hoc enim fecit: vt sic ostenderent se eis exterius, qualis apud eos erat in mentibus eorum interius, erāt enim dubij in fide resurrectionis Christi, & tardi ad credendum, vt ibidem dicitur, & propter hoc dubium erant aliquantulum elongati à veritate & ideo apparuit eis in peregrina effigie & finxit se longius ire quia tales apparitiones fiunt communiter secundum dispositionem interiorem ipsorum quibus fiunt: Et eodem modo dicitur hic quod volebat præterire eos: quia erant parua fidei, secundū quod dicitur in textu, quia putabant phantasma esse, & tamen iam viderant tanta miracula eum fecisse, quod credere debebant ipsum super aquas posse ambulare. Circa tertiam partem dicitur.*

1 Cúmque egres. es de. con. *Scilicet, illi de terra Genesareth, quia per famam quam audierant & miracula quæ aliqui eorum viderant, cognouerunt, quod ille erat, qui infirmos curabat, & mirabilia alia faciebat, & ideo subditur.*

2 Et præcur. vni. re. *Quia Geraseni miserunt per ciuitates ad hoc, quod adducerentur infirmi ad præsentiam Christi, vt fimbriam vestimenti eius tangerent. Iudæi enim erant distincti ab alijs gentibus, non solum in lege, sed etiam in habitu, quia Num. 15. præcipitur, quod facerent fimbrias in angulis palliorum, & talem habitum portabat Christus sicut & legem seruauit: & ad tactum huiusmodi fimbriarum curabantur infirmi.*

ADDITIO. I.

In cap. 6. *vbi dicitur in postil.* Nec est verisimile, quod tanto tempore fuerit ociosus.

Cum Christus etiam in hac vita summum gradum contemplationis attigit, nullo modo dici potuerit ociosus, etiam si aliquando ab omni actione seu exercitio corporali cessasset: hoc enim pertinet ad contemplatiuam vitam ab exteriori actione quiescere secundùm Greg. in 6. mora. & ideo irrationabile est attribuere Christo occupationem in artibus mæchanicis ad remouendum ab eo ociositatem: nec ex hoc quod illi de Nazareth ipsum fabrum vocabant, concluditur ipsum fuisse fabrum sicut nec sequitur ipsum habuisse sorores, licet ipsi dixissent. Nónne sorores eius hic nobiscum sunt? *sed fabrum ipsum dicebant ad vilipendendam doctrinam Christi: Frequenter enim hi qui occupantur in actionibus corporalibus, deficiunt ab intellectualibus. Vel dicendū secundum Aug. quod eo ipso fabrum Christum credebant, quo fabri filium, quia communiter filij creduntur habere artem patris.*

ADDITIO II.

In eo. c. *vbi dicitur in post.* Ex quo patet quod sandalia non dicuntur calceamenta.

Manifestum est ex communi modo loquendi, quod sandalia sunt quædam species calceamenti. Calceamentum enim se habet vt genus ad omnia quibus pes induitur. Vnde si apostoli prohibentur ne aliquo modo portarent calceamenta, prout intelligit Postillator, ex consequenti non possent portare sandalia cum sint quędam species calceamenti: & sic essent eis iniuncta contraria precepta, quod est manifestè contra rationem. Vnde aliter dicendum est. Ad quod sciendum, quod calceamenta seu sandalia possunt dupliciter portari. Vno modo in pedibus prout communiter fit. Alio modo ligata sub cingulo vel recondita in sacculo vel in pera & huiusmodi: prout pauperes itinerantes quandoque faciunt, vt cum corrumpuntur vel deficiunt calceamenta seu sandalia quæ habent in pedibus prouideant sibi de alijs, quæ secum portant modo prædicto. Primo modo nunquam fuit prohibitum apostolis vti sandalijs nec calceamentis scilicet in pedibus, quia hoc pertinet ad velocius seu expeditius incedendum. Vnde Israeliticis vt citius exirent de Ægypto, & non desidiose ambularent, præcipiebatur à domino vt haberent calceamenta in pedibus, prout ipsemet postillator dicit Exod. 12. Secundo verò modo prohibitum est apostolis euntibus ad prædicandum, scilicet, portare calceamenta in sacculo vel huiusmodi: quia

quia hoc est impedimentum itineranti, sicut & alia superflua vel duplicia quę omnino prohibebantur apostolis euntibus ad prædicandum: vt in præsenti ca. Veritas autem huius distinctionis, scilicet, de duplici modo portandi calceamenta, patet ex modo loquendi sacræ scripturæ. Nam Matth. 10. b vbi calceamenta eis prohibebātur, non prohibet eis portare in pedibus. Dicit enim: Nec calceamenta, nec virgam. *Similiter Luc. 10 a. dicit:* Nec peram, nec calceamenta, *non exprimens in pedibus, secundū Marcū in hoc ca. non permittitur apostolis portare sandalia simpliciter: quia hoc esset contra aliud præceptum de directo, sed permittitur eis calceare sandalijs, quod est portare sandalia primo modo vnde expresse dicit: Sed calceatos sandalijs, Similiter Apostolus ad Ephe. 6. c. in eadem materia dicit:* Calceati pedes in præparatione euangelij. *Non enim dicit, quod portent calceamenta: quod potest intelligi secundo modo portandi, sed quod portent in pedibus, & sic in his duobus præceptis nulla est contradictio, etiam si sandalia & calceamenta pro eodem sumantur, & de hac materia vide supra cap. 1. in additione secunda.*

REPLI. In cap. 6. *vbi dicitur:* Nónne hic est faber. *dicit Postillator, quod non est verisimile Christum à iuuentute vsque ad tricesimum annum fuisse ociosum. Bur. dicit Christum non debuisse operari opera mœchanica, quia impediuisset opera intellectualia, in quibus Christus summum gradum tenuit: ideo ociosus dici non potuit: Hoc dico, quo ad factum, quod & si Christus nihil operando corporaliter ociosus non fuit, præbuisset tamen exemplum ociosis, qui ab eo sumerent velamen excusationis. Laborauit igitur sicut & orauit, non ad suffragium, sed ad exemplum. Nec talis labor in Christo potuit remittere summum gradum intellectualis contemplationis: vt Burg. arguit, sicut nec dolor summus in passione potuit remittere summam fruitionem, de quo alibi.*

In eo. c. *vbi conceduntur apostolis sandalia. Postillator volens saluare literam, Matth. 10. vbi prohibentur calceamenta, dicit sandalia propriè non esse, nec dici calceamenta. Burg. vult, quod sandalia sint cōtenta, vt species sub genere calceamentorum. Et soluit eam contrarietatem quam mouit postillator de Matth. 10. & hic per portare in pedibus vel in sacculo, &c. Sed non videtur maturum de hoc oportere fieri mandatum, quod rarò & per viles personas fieri consueuit, scilicet, portare calceamenta in dorso ligata. Ridiculosa igitur videtur distinctio Burg. Satis enim dictum arbitror de vsu calceamentorum in pedibus Christi & apostolorum super Matt. 10.*

De sandaliis autem hic concessis secus est, quia non pertinent ad genus calceamentorum: Genus dico logicum, sed propter similitudinem vsus respectu pedum, modum habent calceamenti, quę alio nomine dicuntur caligę, iuxta illud Act. 12. b. vbi dicitur Petro: Calcea te caligas tuas, *Græcus sermo habet sandalia, vbi nos caligas. Et vt quidā volūt, sandalia sunt in soleis integra, superiùs aperta, & sic cum non sint calceamenta, habent tamen aliquid simile quia pedum contra asperitatem viæ sunt munimenta, & sic prohibitis calceamentis, conceduntur sandalia sine contrarietate. Ad plenam enim calceationem requiruntur multa, scilicet, caligę ligaturæ, &c. Ab huiusmodi curiositate sunt apostoli prohibiti, & cæteris quæ in litera enumerantur, sandaliis concessis.*

CAP. VII.

a ET conue. BEDA. Patet quàm vera sit confessio domini ad patrem qua dicitur: *Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Indocti veniunt, infirmos adducunt, vt vel fimbriam eius contingant, & ideò cupita salute potiuntur. Pharisæi verò & Scribæ qui doctores populi esse debebāt, non ad verbum audiendum, non quasi ad medicū, sed ad quæstionum pugnas cōcurrunt.

A — Matt. 11. d.

B

b *Communibus ma.* HIERONYMVS. Immundis, vel communibus manibus communionem gētium significat. Mūdicia Pharisæorum sterilis est, communio apostolorum nō tota extendit palmites suos vsque ad mare.

† incusaue-runt.

† Mat. 15. a.

C

c *Non lotis.* De non lotis corporis manibus vituperant, cum in eorum operibus nihil immundiciæ inueniatur. Ipsi aqua exterius loti, conscientiæ liuore intus sunt polluti.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non est hoc eo sensu accipiendum, quasi discipuli manus nullo modo lauerint, non ita enim res habet. Verùm quia à Domino ita edocti erant, vt ea quæ ad explendam communem corporis necessitatem faciunt, pro rerum vsu, loci & temporis commoditate administrarēt, soli autem virtutum studio ex animo incumberent: quo tempore cibus sumendus erat, de receptis apud Pharisæos lauationibus, non multum curabant. Hoc autem cum Scribæ & Pharisæi animaduertissent, illos veluti vsitatarum traditionum transgressores, apud Christum accusabant.

D

CAPVT VII.

a [1] ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis venientes ab Ierosolymis. Et cum
a ¶ Aperit quare venissent.
b vidissent quosdam ex discipulis eius, † communibus manibus, id est, non lotis manducare panes, † vituperauerunt. [2] Pharisæi enim
c ¶ Ideo. d ¶ Panem.
& omnes Iudæi, nisi crebro lauent manus, non manducant,
a ¶ Non Dei. b ¶ Redeuntes. c ¶ Lauentur.
¶ Frustra baptizantur sic, dum in nomine saluatoris non abluuntur.
tenentes traditionem seniorum. [3] Et à foro nisi † baptizentur, non comedunt, & alia multa sunt, quæ † tradita sunt illis seruare
e baptismata calicū & vrceorum, & æramentorū & lectorum. f † Et interrogant eum Pharisæi & Scribæ. Quare disci-
¶ Immundis
puli tui non ambulant iuxtà traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens dixit

d *Pha.* BEDA. Superstitiosa hominum traditio crebrius lauari, ob manducandum & huiusmodi. Sed necessaria doctrina veritatis eos iubet, qui panem vitæ qui de cœlo descendit manducare desiderant, crebrò eleemosynarum, aliorūque iustitiæ fructuum lamento sua opera purgare.

E

† inquinatis.

† abluti fuerint.

† acceperūt tenēda ablutiones.

e *Baptismata cali.* Frustra valorum baptismata seruant, qui cordium suorum & corporū sordes negligunt. Non enim hoc de materialibus manibus dictum est, sed pro mentium emundatione, & operum castigatione, & animarum sanctimonia & salute.

F

f *Quare discipuli tui non ambulant, &c.* Mira stultitia filium Dei arguunt, quia non seruat præcepta hominum. Manus autem, id est, opera non corporis sed animę lauandæ sunt, vt fiat in illis verbum Dei.

☞ Bene

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. VII.

1 ET conueni. *Postquam descripta est erga discipulos Christi condescensio, hîc consequenter describitur Pharisæorum confutatio, & hoc quadrupliciter. Primò in eorum obseruantiis. Secundo in miraculis Christi, seq. c. ibi:* Et exierunt Pharisæi. *Tertiò in lege permissis 10. c. Quartò in parabolis 12. cap. Circa primum primo describitur Pharisæorum confutatio, secundo populorum consolatio, ibi:* Et inde surgens. *Circa primum primo describitur Pharisæorum obseruatio vana, secundo, eorum interrogatio maligna, ibi:* Et interrogabant Pharisæi. *Tertiò eorum confutatio vera, ibi:* At ille respondens. *Quarto, dictæ confutationis expositio plana, ibi:* Et cum introisset in domum. *Sententia vero istarum partium patet ex dictis Matth. 15. exceptis quæ sequuntur.*

2 Pharisæi enim &c. la. ma. &c. *Volentes per mundiciam exteriorem prætendere, quod haberent interiorem, cum tamen essent pleni iniquitate & immundicia, secundum quod dicitur Matt. 23.*

3 Et à fo. nisi bap. non come. *Quando enim exibant ad negocia exteriora in publico, reputabant se immundiciam aliquam contrahere ab aliis, qui tamen erant meliores ipsi: & ideo redeuntes à talibus negociis lauabant se antequam comederent, quasi purgantes immundiciam ab aliis contractam.*

☞ Moyses

MORALITER.

† 1 *Et conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis venien.* Spiritualiter, ritualiter, Illotis manibus manducare est immundum viuentem eucharistiam tractare.

f 3 † Popu-

a *Bene propheta.* HIERONYMVS. Latratum Pharisæorum reprimit furca rationis, id est, Moysi & Isaiæ increpatione, vt & nos hæreticos verbis scripturæ vincere possimus.

b *Bene irritum fe.* Falsam calumniam vera ratione confutat, quasi vos propter traditionem hominum præcepta Dei contemnitis & negligitis, quare ergo meos discipulos, arguitis, qui iussa seniorum parui pendunt, vt custodiant mandata Dei.

c *Vos autem dicitis.* BEDA. Consules dominus imbecillitati, vel ætati vel penuriæ parentum, præcepit vt filij honorarēt patres etiam in necessarijs huius vitæ. Hanc autem legem Scribæ & Pharisæi subuertentes, vt impietatem sub nomine pietatis inducerent, docuerunt filios suos, vt si quis ea quæ parentibus offerenda sunt, Deo vouere voluerit: qui verus pater est, oblatio domini præponatur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. *Vos autem dicitis.* Id est, si quis ob dehonestatos parentes munus, hoc est, illud Deo in sacrificium sese oblaturum promiserit, quod patri alioqui debebat, vos id iustum pronunciatis. Vos, inquam, rem qua filij parentes alere & honorare omni iure obligabantur, Deo offerre licitum asseritis. Id quod aliud nihil est quam manifestaria diuinæ legis, propter vestrā traditionem euersio & abrogatio.

† Isa. 29. d. Mat. 15. a. † Exo. 20. b. Leui. 20. b. † Mat. 16. b † 15. q. 5. c. 1.

cis: Bene prophetauit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum
¶ Extrinsecus. a ¶ Et quia longè est cor: In vanum, &c.
est: † Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum † longè est à me. In vanum autem me colunt docentes doctrinas
¶ Quia. ¶ Non Dei. ¶ Necessaria.
& præcepta hominum, vel relinquentes mandata Dei tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum, &
¶ Vanas. ¶ Non Dei. ¶ Scilicet. ¶ Superstitiosa & inutilia facitis.
alia similia his facitis multa. Et dicebat illis: bene † irritum fecistis præceptum Dei vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit: Honorā patrem tuum & matrem tuam, & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri aut matri, corban, quod est donum quodcunque ex me tibi proderit, et vltrà non dimittitis eum quidquam facere pātri suo aut matri † rescindentes verbum Dei per traditionem vestram quam tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et aduocans † iterum turbas, dicebat illis: Audite me omnes & intelligite. Nihil est extra hominem, introiens in eum, quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cùm introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius † parabolam. Et ait illis: † Sic & vos † imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas. Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa † coinquinant hominem. † Abintus enim de corde hominum cogitationes malæ pro-

(Interlinear: a ¶ Non tantum salutatione & officio deferendo, sed munere, sicut illud est, Honora viduas, id est, tribue necessaria. — a ¶ q d. Bene potest dicere. b ¶ Filius. ¶ Quod Deo voui. — ¶ Alias profuerit. a ¶ Sic. — ¶ Boni. a ¶ Quasi debet sustentari necessarijs huius vitæ. b ¶ Quasi in hoc rescinditis. c ¶ De parentibus. — ¶ Vestræ auaritiæ. ¶ Non Deus. — ¶ Contra mandatum Dei. ¶ Confutatis superbis humiles aduocat & docet. — a ¶ De corde hominis. b ¶ Alias communicant. Commune enim dicunt Iudæi immundum. ¶ Attentos facit. — ¶ Relicta. ¶ Exponere. — ¶ Vel communicare. — ¶ In quo est sedes animæ.)

catio hoc facit immundum. Vnde: *Non potestis bibere calicem domini & calicem dæmoniorum.*

Iudæi se partem Dei iactant, communes cibos vocant, quibus omnes homines vtuntur, vt ostrea, lepores, & huiusmodi animalia, quæ vngulam non findunt, nec ruminant, nec squamosa in piscibus sunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hinc lex secundùm spiritum, se paulatim prodere incipit. Neque enim hęc vt Mosaica, circa corporales expiationes ciborumq; differentias, versatur, sed circa virtutē spiritus. Ne mireris autem, si veteri lege corporū inquinamenta diiudicāte, & auerstante, Christus hoc loco contradicere videatur, (loquitur enim per inde atque si nulla corporalis immundicia in hominē cadere queat:) liquidē lex vetus ad externū tantum hominē spectabat, Christus autem ad internū mentis aciē coniiciebat, veluti tempore illo iā pręsente, quo crux illis rebus typicis & corporalibus finē impositura erat.

† procul abest. † reiicitis † abrogātes † totā turbam. † de parabola. † sine intelligentia. † communicant.

f *Et vos impru.* Corripiuntur, quia quæ per se patent, mystica putāt. Ex quo aduertimus vitiosum esse auditorem, qui obscura manifestē, aut manifestē dicta obscurè vult intelligere.

g *Et in secess.* BEDA. Hinc calumniantur quidam hæretici, quòd dominus physicæ ignarus putet omnes cibos in ventrē ire, & in secessū digeri, cum statim infusæ per artus & venas & medullas, neruósque fundantur. Vnde & multos qui vitio stomachi perpetem vomitum sustinent, post cœnas & prandia statim euomere dicunt, & tamen corpulentos esse: quia ad primum tactum liquidior cibus & potus per membra funditur. Sed quamuis tenuissimus humor & liquens esca, cum in venis & artubus cocta fuerit & digesta, per occultos meatus (quos Græci poros vocant) ad inferiora dilabitur & in secessum vadit.

✠ THEOPHYLACTVS. Volentes Pharisæi quæ offerebantur, comedere, instruebant filios, quod cum peculia aliqua habebant: & parentes hæc peterent, responderent illis. Corbam, hoc est, donum quod à me petis, iam obtuli domino, & ita hæc non exquirerent quasi Domino oblata, id est, ad salutem parentum proficua, & sic decipiebant filios, vt parentes non honorarent, & ipsi oblata deuorarent.

d *Tibi prode.* ISIDORVS. In tuos vsus consumitur, quod sacrilegium est. Vel interrogatiuè. Quasi dicat, Proderit tibi? Non debet: Hoc metuentes patres afficiebantur inedia.

e *Nihil est extra, &c.* BEDA. Nec idolothitum inquantum cibus est, inquantum Dei creatura est: sed dæmoniorum inuocatio

AVGVSTINVS. Quædam sic accedunt vt etiam mutent & mutentur, sicut & ipse cibus amittens speciem suā, in corpus nostrum vertitur, & nos refecti in robur mutamur.

h *De corde hominum.* BEDA. Animæ locus principalis non iuxtà Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde est.

Arguuntur

NICOLAVS DE LIRA.

1 Moyses enim dixit: Honora patrem, &c. *Dominus autem dixit hoc, vt habetur Exod. 20. sed moyses explanauit qualiter esset intelligendum, contra quem intellectum sacerdotes & Pharisęi docebant.*

2 Corban quod est do. *Corban non significat donum generaliter acceptum: sed donum Deo oblatū vel offerendum. Pharisęi & sacerdotes auaricia moti dicebant, quod melius erat filiis offerre Deo bona sua, quam prouidere parentibus in necessitate positis: & sic euacuabant preceptum Dei de honore parentum, vt plenius dictum fuit Matth. 15.*

3 Si quis ha. *Id est, si quis habet voluntatem audiendi veram doctrinam, audiat meam, & Pharisæorum.*

4 In secessum. *Natura enim quę est sagax, impuritatem quę est in alimento suscepto, emittit per secessum, retinens illud quod est ibi purum ad corporis nutrimentum, & sic purgatur esca corporis nutritiua.*

5 De corde hominum. *Id est, consensus deliberatiui ad mala agenda: quę explicat magis in particulari, cum subdit:*

Adulteria

MORALITER.

† *Populus hic labiis me honorat.* Labiis & non corde Deum honorare, est bene loqui & malè viuere,

† *Bene irritum fecistis.* Hoc autem faciunt principes, & prælati facientes statuta sua sub graui pœna diligenter obseruari, & parum aut nihil curant de obseruatione mandatorum Dei.

† *Et aduocans iterum, &c.* Hoc est ita morale, quod non indiget alia moralitate. *Et inde surgens, &c.* Sequitur.

† Mulier

cedunt: Adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia mala hæc ab intus procedunt & coinquinant hominem. Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum: neminem voluit scire & non potuit latere. † Mulier enim statim vt audiuit de eo cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis Syrophœnissa genere. Et rogabat eum, vt dæmonium eijceret de filia eius. Qui dixit illi: Sine prius saturari filios. † Non est enim bonū sumere panem filiorum, & mittere † canibus. At illa respōdit, & dixit ei. Vtiq; domine. Nam & catelli comedūt de micis sub mēsa puerorum.

¶ Inuidia. a ¶ Id est, Romana ecclesia. b ¶ Ideò. c ¶ In auditu auris obediuit mihi. d ¶ Occidentalis ecclesia. a ¶ Causa cuius venerat mater ad Iesum. b ¶ Humanitatem. a ¶ Hic fides qua credit filiam posse saluari. ¶ Gentilibus. ¶ Hic patientia, qua toties contempta, vt Matthæus dicit, perseuerat. a ¶ Humilitas, qua se non canibus sed catellis comparat. ¶ Mysticè loquitur mulier gentilis. b ¶ Intellectus. c ¶ Non ad mensam.

Arguuntur etiam ex hac sententia qui cogitationes à diabolo immitti putant, non ex propria nasci voluntate. Diabolus incentor & adiutor malarum cogitationum esse potest: autor esse non potest. Si autem in insidijs semper positus leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari eum quoque cordis occulta rimari, sed ex corporis habitu & gestibus extimare, quid versemus intrinsecus, vt si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit nos amare.

a *Et inde sur.* Relictis scribis & Pharisæis calumniatoribus, in partes Tyri & Sidonis secessit, vt Tyrios Sidoniósque curaret. († Mat. 15. c)

b *Neminem vo.* BEDA. Quamuis latere non potuerit, non tamen factū est quod voluit. Sed exemplū eis dabat, quibus sanandi infirmos gratiam conferebat, vt in miraculis humani fauoris gloriam quantum possent declinarent: nec tamen à pio opere virtutum cessarent, cum hoc fieri vel fides bonorum iustè expeteret, vel incredulitas prauorū necessario cogeret; ob hanc enim causam Tyri & Sidonis fines intrabat, vt filiam Syrophœnissæ à dæmonio liberaret, & per fidem gentilis fœminæ scribarum & pharisæorum perfidiam argueret.

c *Mulier enim.* Marcus dicit dominum fuisse in domo, cum venit ad eum mulier. Matthæus dicit, quod clamat post nos. Per quod innuit quod post ambulantem preces emiserit. Venit ergo ad eum mulier in domum, sed quia Matthæus ait: *Non respondit ei verbum*, dedit intelligere, quòd ambo tacuerunt, & cum silentio ingressi sunt, Et ita cætera contexuntur, quæ in nullo dissentiunt. (Mat. 15. c.)

HIERONYMVS, Mulier, est mater nostra Romana ecclesia. Nata, dæmoniaca occidentalis barbaries, cuius fides fecit de cane ouem. Micas intellectûs quærit, non panem infractum literę cupit. (Allego.)

BEDA. Mulier gentilis, sed cum fide ad dominum veniens ecclesiam significat de gentibus collectam, quæ pro filia dęmoniaca dominum rogat, id est, pro suis populis nondum credentibus: vt & ipsi à diaboli fraudibus absoluantur. Quæ bene secundùm Matthæum de finibus suis egressa: secundùm Marcum ingressa ad dominum atque ad pedes procidisse dicitur, vt ex vtroque colligatur: quia illi soli fideliter & rectè pro errantibus orant, qui priscas suę perfidiæ mansiones relinquunt, atque in domum Dei, id est, ecclesiam pia se deuotione transferunt. (Alleg.) (Mat. 15. b.)

d *Sine prius saturari filios.* Quasi dicat, Futurum est, vt & vos gentes salutem consequamini: sed priùs oportet Iudæos, qui antiqua electione filij Dei nominantur, pane cœlesti refici, & sic tandem gentibus vitæ pabula ministrari.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. *Sine prius &c.* Quæ dicit, huc tendunt: necdum præsto est tempus vt gratia & beneficentia mea inter gentes & alienigenas, diffundatur: siquidem Israel bonum oblatum nedum plenè recusauit.

e *Filiorum & mit.* BEDA. Mira conuersio: Nam Israel quondam filius, nos canes. Pro diuersitate fidei ordo nominum mutatur. De illis dicitur: *Circumdederunt me canes multi.* De nobis: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili.* († Mat. 15. d. Psal. 37. b. Psal. 147. a. Psal. 21. a. Ioan. 10. c.)

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Venit Dominus ad Cananæos, non tanquam ad domesticos, sed tanquam ad eos quibus cum patribus ad quos promissio facta fuerat, nihil commune erat. Et quia res ita habebat, Tyrijs & Sidonijs aduentum suum non indicauit, sed quantum commodè fieri potuit, celauit. Fecit hoc autem, ne ante tempus ad gentes migrare videretur. Cum quo Iudæos propter beneficia quæ in illos conferebat, virtutésque quas inter ipsos exercebat, ad fidem prouocaret. Nihilominus non potuit per omnia latere. Sed neque rationi consentaneum erat, vt ijs qui fide Israelitis multis partibus præstabant, nullo prorsus indicio aut beneficio sese manifestaret, maximè verò propter Apostolos, quos ex hoc facto certam coniecturam facere oportuit, salutis ostium gentibus quoque patefactum esse.

f *De micis.* Non integros cibos digna sum recipere, reliquijs catellorum contenta sum, vt sic veniam ad panem integrum.

BEDA. *De micis, &c.* Mensa, scriptura, vnde: *Parasti in consp. meo men. &c.* Micæ puerorum interna mysteria, quibus humiliū corda reficiuntur, secundùm illud; *Et adipe. fru. sati. te.* Conuersi enim ad fidem catelli, id est, qui in gētibus erāt despecti; nō literæ superficiem, sed spiritualiū sensuū inquirūt medullā. Et hoc sub mensa (Allego. Psal. 22. b.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Adulteria. *In quibus est violatio thori alieni.*
2 Fornicationes. *Id est, illiciti concubitus personarum à matrimonio solutarum.*
3 Homicidia. *Quibus infertur nocumentum in personas proximorum.*
4 Furta. *Quibus res aliena subtrahuntur.*
5 Auaritiæ. *Inquantum aliqua iniustè retinentur.*
6 Nequitiæ. *Quæ consistunt in calumnijs proximorum.*
7 Dolus. *In deceptione eorum.*
8 Impudicitia. *Quantum ad tactus & aspectus immundos.*
9 Oculos malos. *Quantum ad odium & inuidiam, quia non permittunt videre recto oculo bonum proximi.*
10 Blasphemiæ. *Id est, iniuria in Deum.*
11 Superbia. *Dei vel proximi contemptus.*
12 Stultitia. *Id est, qualibet iniuria in proximo.*
13 Et inde surgens. *Hic consequenter describitur consolatio populorum. Et primò gentilium. Secundò Galilæorum, ibi:* Et iterum exiens. *Circa primum dicitur:* Et inde surgens. *Vbi habitabant gentiles, ad quos transijt Christus ad benefaciendum eis, relinquens Iudæam propter maliciam Pharisæorum & ingratitudinem.*
14 Et ing. &c. *Id est, noluit manifestari aduentum eius per discipulos suos, ostendens, quod prædicator & operator miraculorum non debet quærere propriam ostentationem.*
15 Et non potuit latere. *Illud non posse, non refertur ad eius potentiam absolutam: sed ad congruentiam. Non enim erat congruum, quod aduentus medici lateret infirmos. Nec fuit decens, quod manifestaretur per suos discipulos, vt dictum est. Et ideo manifestatus fuit per alios qui famam eius audierant, & aliqui eum viderant, quia non solum de Iudæa, sed etiam de nationibus alijs multi veniebant ad eum propter miracula & sanitates quas operabatur, vt habetur supra 3. c.*
16 Mulier enim statim, &c. *Non est intelligendum quod curauerit filiam eius existens in domo, quia tunc noluit facere, sed magis in via cum ipsa clamaret post eos, vt habetur Mat. 15. c.*
17 Erat enim mu. *Id est, de Syria Phœnicis. est enim Syria nomen generale prouinciæ: phœnis autem nomen cuiusdam specialis contratę in illa prouincia. Et inde componitur Syrophœnissa, id est, de tali contrata oriunda.*

Propter

MORALITER.

16 *Mulier enim. &c.* Peccatrix anima bene mulier dicitur fragilis & infirma: cuius filia est operatio à dæmone possessa. Peccatores dicuntur catelli, propter quod nō sunt digni recipere panē Dei sed cum humiliter confitentur peccata, de quorum numero est mulier ista cuius filia sanatur nam operatio praua deletur.

☞ mensa dominorum suorum, id est, dum verbis Dei humiliter subditi, & adimplenda quæ scripta sunt cuncta cordis & corporis officia supponunt, vt ad speranda superna quæ à domino promissa sunt præmia in cœlo, merito se humilitatis erigant.

a *Propter hunc ser.* BEDA. Hîc datur exemplum cathechizandi & baptizandi infantes: quia per fidem & confessionem parentum, in baptismo liberantur à dæmonio paruuli qui necdum per se sapere vel aliquid agere boni possunt aut mali.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Matthæus sanationis causam fidei, Marcus sermonis virtuti adscribit, sed in idem redit: efficax enim sermo ex efficaci fide prodibat.

b *Tyri.* HIERONYMVS. Tyrus angustia significans Iudæam, cui dominus, *Coangustatum est stratum & pallium breue vtrumque operire non potest, vt transferat se ad alias gentes.*

† Hephethah. Esa. 28.

c *Sidonem.* HIERONYMVS. Sidon, venatio, fera indomita, nostra regio vel natio est.

d *Decapoleos.* BEDA. Regio decem vrbium trans Iordanem ad Orientem. Quod autem dicitur: *Venit ad mare Gal. inter me. fi. De.* Non ipsos eum intrasse significat, neque enim mare transnauigasse dicitur, sed vsque ad mare venisse, atque ad locum, qui medios fines decapoleos longè trans mare positos respiciebat.

HIERONYMVS. Saluator ad saluandas gentes ab apostolis deducitur, & docet quod adolescenti interroganti respondit. *Nosti mandata, hæc fac & viues.*

Luc. 18. d.

e *Surdum & mutum.* BEDA. Qui scilicet, nec aures verbis Dei audiendis, nec os pro loquendis aperit. Quales necesse est, vt hi qui audire & loqui verbum Dei longo vsu didicerunt domino sanandos offerant, vt eos quos humana fragilitas nequit, gratiæ dextera saluet.

HIERONYMVS. Genus humanum tanquam vnus homo varia peste absumptus in protoplasto, cæcatur dum videt, surdus fit dum audit, dum odorat emungitur, obmutescit dum loquitur, mancus fit dum manus erigit, incuruatur dum erigitur, hydropicus fit dum concupiscit, claudus dum progreditur, lepra suffunditur dum mundatur, dęmone impletur dum diuinitatem appetit, moritur morte dum audacter excusat.

f *Et deprecabantur.* Incarnationem domini prophetæ & patriarchæ cupiebant.

g *Et apprehendens eum, &c.* Seorsum à turbulentis cogitationibus & actibus inordinatis sermonibúsque incompositis educitur qui sanari meretur. Digiti qui in aures mittuntur, verba spiritussancti, de quo dicitur: *Digitus dei est hic.* Et: *Opera digitorum tuorum sunt cœli. Tetigit linguam, &c.* Spuma de carne domini, diuina sapientia, quæ soluit ignorantiam humani generis, vt dicat: Credo in Deum patrem omnipotentem, &c.

Exod. 8. c. Psal. 8. a.

h *Seorsum de tur.* BEDA. Prima salutis via est de turba educi. De turba educit dominus infirmum, cum mentem peccatis languidam visitando illustrat, & à consuetæ conuersationis moribus aduocat, & ad sequenda præcepta sua prouocat. Digitos autem in auriculas mittit, cum per dona spiritussancti aures cordis ad intelligenda & suscipienda verba salutis aperit. Et quia cognitionem veritatis debet sequi confessio. Sequitur. *Et expuens te.* Cum scilicet ad cófessionem fidei ora cathechizatorum instruit. Sputum namque domini est sapor sapientiæ quæ dicit: *Ego ex ore altissimi prodij primogenita.* Vnde, sputo eius terræ commixto cæcus illuminatur. Sputum enim quod ex capite domini descendit, diuinam eius naturam exprimit: quæ ex Deo est. Portio terræ cui sputum immixtum est, humaná significat naturam. Sic ergo ex sputo ac terra composito medicamento oculos cæci nati aperuit, quia genus humanum per confessioné vtriusque suę naturæ ab ingenitis errorum tenebris eruit. Expuens ergo linguam muti vt loqui valeat, tangit, cum ora diu bruta ad verba sapientię proferenda contactu suæ pietatis informat.

† impeditæ linguæ. Eccl. 24. c.

¶ Beda. Humilem, fidelem. ¶ Hiero. prudens humilis meretur quod poscit.

a Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exijt dæmonium à 1 filia tua. Et cum abijsset domum, inuenit puellam iacentem 2

¶ Ab ea,

supra lectum, & dæmonium exijsse. Et iterum exiens de fini- 3

¶ Angustia. ¶ Venatio. a ¶ Fluctuosam volubilitatem. b ¶ Alias contra.

b bus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilæę inter medios 4

c ¶ Mandata decalogi. a ¶ Genus humanum. ¶ Quia audiuit. b ¶ Quia loquutum.

d fines Decapoleos, & adducunt ei surdum † & mutum. Et de- 5

e a ¶ Patriarchę vel prophetæ incarnationem domini desiderantes. ¶ Misericordiæ.

f precabantur eum, vt imponat illi manum. Et apprehendens

g ¶ Vel illum. ¶ De strepitu mundi. ¶ Isidorus, verba spiritus.

h eum seorsum, de turba misit digitos suos in auriculas eius. 6

a ¶ Sapientiam. b ¶ Vt dicat, Credo in Deum patrem, &c. c ¶ Quasi homo.
d ¶ Quia inde verba mutis, auditus surdis, medela cunctis infirmis.
¶ Docens cor ad dominum dirigi.

Et expuens tetigit linguam eius, & suspiciens in cœlum in 7

i a ¶ Gemere nos docuit, vel pro nostris vel pro nostrorum reatibus supplicantes.
b ¶ Vno sermone curauit quia Deus. c ¶ Ad hymnos & cantica & psalmos.

gemuit, & ait illi: † Effeta quod est adaperire. Et statim apertæ 8

k

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Infert digitos in aures eius, cum solo verbo miraculum patrare potuerit: quo corpus, modo qui verbis exprimi nequit, ipsi vnitum, animáque intelligenti & rationali informatú diuinæ virtutis vim obtinere commonstret.

i *Et suspiciens, &c.* HIERONYMVS. *Ingemuit.* Gemere nos docuit, & in cœlum thesaurum nostri cordis erigere, quod per compunctionem cordis à friuola carnis lætitia purgatur, vt dicitur: *Rugiebam à ge. cor. mei: Domine ante te omne desi. meum, &c.*

Et ait illi: Effeta quod est adape. Corde creditur ad iusti. &c. Et statim aperta, &c. Aures apertæ sunt ad hymnos & cantica & psalmos. Soluitur lingua, vt eructet verbum bonum: quod non possunt nec minæ nec verba cohibere vel prohibere. Vnde Paulus. *Ego vinctus sum, sed verbum Dei non est alligatum in me.*

Rom. 10. 2. Tim. 2. b

Et præcepit illis ne cui dice. Non in virtutibus gloriandum esse docuit sed in cruce & in humiliatione.

Matt. 15. b

Quanto autem eis præci. &c. Ciuitas in monte posita vndique circunspecta abscondi non potest: humilitas semper præcedit gloriam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cœlum respicit, partim quidem ea quæ faciebat, ad cœlestem patrem tanquam ad primarium autorem referens; partim verò humanæ naturę causam dolore & commiseratione prosequens. Expendebat enim in quantam calamitatem & miseriam omnis bonæ actionis hostis diabolus, primorúmque parentum incuria & lapsus, illam deiecisset.

k *Adape.* Ad aures propriè. Aures enim ad audiendú aperiendæ, lingua vt loqui posset erat soluéda. vnde sequitur: *Statim apertæ &c.*

h *Seorsum* ☞ a *Et loquebatur.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter hunc ser. *Id est, propter tuæ fidei confessionem.*

2 Exijt dæmonium à filia tua. *Quia confessio fidei de congruo est meritoria miraculi, Cætera patent ex dictis Matth. 15.*

3 Et ite. *Hîc consequenter describitur consolatio Galilæorum. Et primò in curatione dæmoniaci. Secundò, in ministratione alimenti, in principio sequentis capituli. Circa primam partem determinatur locus vbi Christus fecit sequentem curationem, cum dicitur:*

4 Inter me. *Decapolis est nomen regionis, vt dictum est suprà c. 5. Et huiusmodi regionis vna pars est vltra Iordanem, alia citra, vt patet in descriptione terrę sanctæ. Igitur mare Galileę quod est quidam lacus, per quem transit Iordanis fluuius respicit terminos vtriusque partis regionis prædictę.*

5 Et addu. ei sur. & mu. *Non erat talis à natiuitate, nec ab infirmitate superueniente, sed à dæmone ipsum obsidente, eius auditum impediente & loquelam.*

6 Misit digi. *Christus aliquando sanauit infirmos tangendo corporaliter vt ostenderet humanitatem suam esse diuinitatis instrumentum modo supradicto cap. 5.*

7 Et suspiciens in cœ. inge. *Vt ostenderet se verum hominem, à Deo quærens auxilium.*

8 Et ait il. Effeta, &c. *Ostendens se verú Deum curando per imperium.* Et præ-

MORALITER.

† 5 *Et adducunt ei surdum & mu.* Spiritualiter, surdus est inobediens, mutus laudes Dei debitas omittens, sed tactu Christi vtrumque tollitur impedimentum: quia cum Christus sua gratia tangit cor hominis, fit humiliter obediens & deuotè Deum laudans. Quod autem Christus sursum aspiciens ingemuit, fuit ad ostendendum, quòd omne remedium est inde cum deuotione quærendum.

Et præcepit.

¶ Vt eructet verbum bonum.
sunt aures eius, & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis, ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis † plus prædicabant, & eò amplius † admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

a ¶ Quia non est in altis gloriandum, sed in cruce & humilitate. ¶ Humilitas præcedit gloriam. ¶ Hoc, scilicet.

† abundantius. † stupebant † feruentius

a *Et loquebatur re.* BEDA. Ille solus rectè loquitur vel dominum confitendo, vel alijs prędicando, cuius auditum vt cœlestibus possit auscultare & obsecundare mandatis diuina gratia reserat: Cuius linguam dominus tactu sapientię quæ ipse est ad loquendum instruit. Hic talis dicere potest: *Domine labia mea aperies, &c.* (Psal. 50.)

b *Quanto autem eis præcipiebat, &c.* Sciebat ille qui omnia nouit antequam fiant, quod magis prædicarent, & hoc pręcipiẽdo pigris volnit ostendere, quãtò studiosiùs quantoque † frequentius prædicare debeant, quibus iubet vt prædicarent: quando illi qui prohibentur tacere non poterant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et præcepit, &c. *ostendens, quod benefactor de suis beneficijs propriam laudem non debet quærere.*
2 Quanto au. *Quia beneficiatus acceptis debet se gratum ostendere, & benefactorem laudare, quamuis hoc benefactor non quærit.*
3 Et eo. *De tanta eius humilitate.*
4 Bene omnia. *Licet non exprimat hic nisi vnum surdum & mutum esse curatum, tamen plures fuerunt cæci & claudi & muti curati, vt habetur Mat. 15. Sed inter illos erat vnus cuius cura fuit mirabilior inter cæteros: quia in ipso tria miracula concurrerunt, secundum quod dicitur Hie. quia auditus fuit ei redditus, & affatus, & à dæmone fuit liberatus & hic solus exprimitur à Marco.*

MORALITER.

† 1 *Et præcepit illis, ne cui dicerent, &c.* Ad ostendendum quod homo de suis bonis actibus non debet quærere laudes hominum.

CAPVT VIII.

a *IN il. di. &c.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vt dominus iam antè, quo hac via ac ratione populum ad fidem alliceret, escas multiplicauerat; ita nunc denuo idem signum instaurat: vtrobique commoda occasione, quæ se offerebat, ad hoc vsus. Ea autem præsenti loco erat, inuicta plebis quæ eũ sequebatur perseuerantia. Nam, triduo, vt hic scribitur, illum iã sustinuerãt. Etenim cum panes non haberẽt, neque commodè in deserto habere possent, citra detrimenti cuiuspiam periculum impràsi dimitti non poterant. Quod si eiusmodi necessitas non vrsisset, seruator, vtique consuetã miraculorum virtutem, hic non ostendisset: siquidem turbæ non sectabantur illum propter corporalem annonam, sed propter spiritalem escam, Etsi interim ex toto numero non deessent, qui hunc quoque scopum præfixum haberent.

CAP. VIII.

IN illis diebus iterum cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis * discipulis ait illis: † Misereor super turbam, quia ecce iam triduo † sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. Quidam enim ex eis de longè venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogabat eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

a ¶ Materiam miraculi præmittit. ¶ Scilicet suis. ¶ Ideo.
a ¶ Iudæi de prope lege & prophetis edocti, gentes de longe veniunt ad Christum nullis doctoribus de eius fide præmonitę.

† Iesus. † manent apud me. † Mat. 19. a † Mat. 14. a

b *Misereor super tur.* Quia verus homo miseretur & compatitur affectu humanæ fragilitatis. Quod de septem panibus & paucis pisciculis quatuor milia hominum satiauit, diuinæ potentiæ opus est contra Euticetis errorem.

c *Triduo sustinent.* Quare triduo sustinerent Matthæus dicit sic: *Et ascendens in montem sedebat ibi, & accesserunt ad eum turbæ multæ habentes secum mutos, cæcos, claudos, & debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos.* Turba triduo dominum sustinet propter sanationem infirmorum suorum, cum electi quique fide sanctæ trinitatis lucidi domino, pro suis suorúmque peccatis, animæ peccantis, scilicet, languoribus instanter supplicant.

ITEM. Turba multa triduo dominum sustinet, cum multitudo fidelium peccata sua per pœnitentiã declinans ad dominũ se in opere, in locutione & cogitatione conuertit.

✠ THEOPHYLACTVS, Vel per eos qui per triduum expectant, significat baptisatos, Baptismus enim illuminatio dicitur, & trina submersione perficitur.

BEDA. Hoc miraculo designatur, quod viam præsentis seculi, aliter incolumes transire nequimus, alimento verbi sui Christus nos reficiat. Hoc vero typicè inter hanc refectionẽ & illam quinque panum & duorum piscium distat, quod ibi litera ve. te. spirituali gratia plenè designatur: hic noui testamenti veritas & gratia ministranda mõstratur. Vtraque autẽ refectio in mõte celebrata est, vt aliorum euangelistarum narratio declarat: quia vtraq; scriptura rectè intellecta prædicat altitudinem cœlestiũ præceptorũ & præmiorum, & altitudinem Christi qui est mons in vertice montium. Ipse enim ædificatam super se ciuitatem, id est, ecclesiam in alta bonorum operum extollit, & cunctis manifestat. Ipse ab infimis delectationibus abstractam pane cœli reficit, atque ad appetitum supernæ suauitatis cibi spiritualis dato pignore accendit.

d *Si di. eos.* Quia conuersi peccatores in præsentis vitæ via deficiunt, si in sua conscientia sine doctrinæ pabulis dimittantur.

e *De longe.* MORALITER. Qui nihil carnalis corruptionis expertus, ad seruitutem Dei festinat, de longinquo non venit; qui etiam nulla impudicitia, nullis flagitijs inquinatus, solum autem coniugiũ expertus, nec iste de longinquo. Alij post multa flagitia veniunt: & ideo de longinquo.

f *Septem.* BEDA. Mysterium est noui testamenti, in quo septiformis spiritus gratia plenius creditur & datur. Nec sunt panes hordeacei, sicut illi quinque, de quibus quinque milia hominum satiata sunt, ne sicut in lege, vitalis animæ alimentum corporalibus sacramentis tegeretur. Hordei enim medulla tenacissima tegitur palea.

NICOLAVS DE LIRA. CAP. VIII.

1 IN illis diebus, &c. *Hic consequenter ponitur consolatio Galilæorum in alimenti datione. Et patet sententia ex his quæ dicta sunt Mat. 15. hoc excepto.*

MORALITER.

1 *In il.* Sequitur.
† *Misereor su.* Triduo vero dominum sustinent, qui contriti, confessi & satisfacientes pro suo posse Dei bonitatem expectant quorum miseretur, & pascit eos septem panibus, id est, septem donis spiritussancti, ne deficiant in via huius mundi. Per septem sportas remanentes, significantur septem dotes quæ reseruantur dandæ post hanc vitam: quæ sunt, clara Dei visio, fruitio, tentio, quantum ad animam. Impassibilitas, subtilitas, agilitas, & claritas, quantum ad corpus in resurrectione.

A Hieronymvs. Septem panes, septem dona spiritus sancti. Quatuor milia, annus noui testa. cum quatuor temporibus Septem sportæ, septem primæ ecclesiæ. Fragmenta panum mystici intellectus primæ septimanæ sunt, Pisciculi benedicti: libri noui testamenti, quomodo piscis assi partem resurgens postulat, & piscem superpositũ prunis discipulis in captura piscium porrigit.

a *Super ter.* Beda. In refectione quinque panum turba supra fœnum discubuit, quæ autem septẽ panibus reficiẽda est, super terram discumbere præcipitur: quia per legem carnis desideriũ calcare iubemur quæ est fœnum, *Omnis caro fœnũ*. In nouo autem testamento ipsam quoque & facultates temporales relinquere iubemur. Vel quia mons in quo fit refectio, Christi altitudinem significat: ibi supra fœnũ, hic supra terram reficitur: quia Christi celsitudo ibi propter carnales homines & Ierusalem terrenam carnali spe & desiderio regitur, hic autem remota omni cupiditate carnali conuiuas noui testamenti spei permanentis firmamentum tanquam ipsius montis soliditas nullo fœno interposito continet.

† Mat. 16. b. Ioan. 6. d. Isa. 40. a.

B

a Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens
 a ¶ Hiero. septem dona spiritussancti.
 b ¶ Ostendit quantum gaudeat de salute nostra. Et nos docet gratias agere de carnali & spirituali refectione.
 c ¶ Sacramenta aperuit. d ¶ Quia spiritualem scientiam tradidit eis, & per eos alijs.
b septem panes gratias agens fregit, & dabat discipulis suis, vt
 ¶ Libros noui testamenti.
c apponerent: & apposuerunt turbæ: & habebant pisciculos pau-
d cos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducaue-
 a ¶ Attentè audiendo. b ¶ Edent pauperes & saturabuntur. ¶ Plenè perficiendo.
 ¶ Mysticus intellectus.
e runt & saturati sunt, & sustulerunt quod superauerat de frag-
 ¶ Primas ecclesias.
f mentis septem sportas. † Erant autem qui manducauerant
 a ¶ Annus noui testamenti. ¶ Vt in ipso numero se doceant pastos esse euangelij præceptis.
quasi quatuor milia & dimisit eos. Et statim † ascendens na-
g uim cum discipulis suis, venit in partes Dalmanutas. Et exie- 1
runt Pharisæi & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab il- 2
 a ¶ Pro infidelitate eorum. ¶ Vt verus homo.
h lo signum de cœlo tentantes eum. Et ingemiscens spiritu, ait:
 ¶ Incredula.
† Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis, si da-
 ¶ Id est, non dabitur, sicut illud est: Si Dauid mentiar, ¶ Aposiopesis. ¶ Vt infideles
bitur generationi isti signum. Et dimittens eos ascendens ite- 3
 ¶ Discipuli.
i rum nauim, abijt transfretum. Et obliti sunt sumere panes &
 a ¶ Mysticè. Christum panem vitæ, cuius qui reficiuntur amore minus curant de terreno pane.
k nisi vnum panem non habebant secũ in naui. † Et præcipiebat 4

† Mat. 12. b. Luc. 11. d.

b *Gratias agens.* ✠ Victor Antiochenvs. Quasi cæterorum more, virtutẽ & energiam circa id quod propositum erat, à Deo accipiat, gratias illi agit, cum tamen eiusmodi vim nõ aliundè vt sancti viri solent, sed à seipso peteret.

C c. *Piscicu.* Beda. Sanctos illius temporis, per quos eadem condita est scriptura: vel quorum ipsa scriptura: fidem, vitam & passiones continet, qui de fluctibus sæculi erepti, & diuina benedictione consecrati refectionem nobis, ne in huius mundi excursu deficiamus vitæ suæ & mortis suæ exemplo, præbuere.

d *Manducauerunt.* Beda. Sunt multi qui quamuis omnia sua relinquere, & altiora huius mundi nequeant implere, tamen esurientes & sitientes iustitiam saturantur, cum audientes mandata Dei ad vitam perueniunt æternam.

✠ Victor Antiochenvs. Omni ex parte miraculum fit manifestum. Primò quidem ex eorum saturitate, qui epulati fuerant: mox verò ex escarum copia, quæ superfuerant: postremo ex eorum multitudine, qui ad saturitatem vsque manducauerant. Admonemur autem hoc exemplo, rerum vsum ex necessitate spectandum & metiendum esse; nihil autem vnquam grauiori necessitate seclusa, propter habendi studium subducendum.

e *Quod su.* Beda. Altiora præcepta vel exhortamenta, & consilia, quæ generalis fidelium multitudo nequit attingere sicut hic: *Si vis perfectum esse, vade & vende omnia quæ habes, &c.*

D f *Septem spor.* Septem sportæ, spiritussancti gratia septiformi repleti. Fiunt enim sportæ de iunco, & palmarum folijs. Iuncus nascitur super aquas, palma victorem coronat. Sancti quoque ne ab humore æternitatis arescant, in ipso vitæ fonte se collocant, & æternę retributionis palmã expectant.

g *Et statim* Pro hoc in Mattheo habemus: *Ascẽdit in nauiculam, & venit in fines Magedan.* Sed non est dubitandũ eundem locum esse sub vtroque nomine. Nã plerique codices habent Magedan, etiam secũdum Marcum.

† ingressus. E

h *Quærẽtes ab.* Quasi ea quæ viderant, non fuissent signa. Sed quid quærãt per hoc determinatur, de cœlo, vel in morem Eliæ ignem de sublimi, vel ad similitudinem Samuelis æstiuo tempore mugire tonitrua, vel fulgura vel imbres: quasi nõ possent & hæc calumniari qui ea calumniabantur quæ oculis viderant, manu tangebant, vtilitate sentiebant. Vel signa de cœlo, manna, vt qui paucis panibus multa hominum milia satiauit, nunc sicut Moyses manna cœlitus misso populum omnem passim reficiat. Vnde Ioannes post edulium panum turbas quęsisse dicit: *Quid operaris? Patres nostri manducauerunt manna in deserto.*

Ioan. 6. c.

✠ Victor Antiochenvs. Expectabant vt solem sisteret, aut retrorsum flecteret, aut fulmina dimitteret, aut aërem immutaret, &c. Verum aliud primi aduentus tempus deposcit, aliud secundi: priori conuenere & necessaria fuere signa terrena, cuiusmodi sunt, quæ dominus in terra adhuc cum hominibus versans edebat. Cœlestia autem posterioris aduentus tempestati asseruantur. Nunc tanquam medicus occultè venit, tunc autem tanquam iudex, summa cum gloria & claritate venturus, pœnásque à sceleratis exacturus est.

F

i *Si dabi.* Avgvstinvs. De concordia euangelistarum. In Marco ita scriptum esse dicit: & signum non dabitur ei.

Beda. Generationi isti, id est, tentantium Deum & contradicentium verbis eius, non dabitur signum de cœlo, quod tentantes quærunt: quibus tamen multa cœlestia signa dabat in terra. Generationi autem quærentium dominum signum de cœlo ostendit, quando cernentibus apostolis in cœlum ascendit, spiritum misit: ad impositionem manuum Apostolorum gratiam sancti spiritus de cœlo plurimis credentibus infudit.

k *Ascendens na.* Beda. Septem sportis modo impletis statim ascenderunt in nauiculã, & venerunt in fines Magedam & ibi ☞ nauigantibus

NICOLAVS DE LIRA.

☙ 1 Venit in. *Mat.* 15 *dicitur*: Et venit in fines Magedan. *Dicendum est quod eadem regio dupliciter vocata.*

2 Et exie. *Hic consequenter describitur confutatio Phariseorum in miraculis. Et primò ponitur dicta confutatio. Secundò discipulorum reprehensio, ibi*: Et præcipiebat eis, *sentẽtia primę partis patet ex dictis Matthęi.* 10. *hoc excepto.*

3 Si dabitur, &c. *Id est, non dabitur: quia accipitur si pro non, sicut Psal.* Quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

Psal. 94. b.

4 Et præcipiebat. *Hic ponitur discipulorum Christi reprehensio Et primò in eis arguitur ignorantia. Secundò ostenditur eorum impotentia: sequenti ca. ibi.* Et veniens ad discipulos. *Tertiò reprimitur eorum ambitio vel superbia, ibi:* Et inde profecti. *Circa primum describitur primò reprehensio discipulorum generaliter. Secundò: ipsius Petri specialiter. ibi:* Et ingressus est Iesus. *Adhuc autem primò arguitur ignorantia discipulorum verbo, & secundò facto, ibi:* Et veniunt Bethsaida. *Circa primum dicitur.*

☙ Cauete,

MORALITER.

† 1 *Et exie.* Istis signum de cœlo quærentibus Christus non dedit, quoniam irrisores erant & indigni. Apostolis autem dedit quando ipsis videntibus ascendit in cœlum.

† Videte

[...]ntibus dictum est, quod cauerent à fermento pharisæorum [...]ducæorum. Sed scriptura dicit quod obliti sunt panes tolle-re, in quo ostenditur quod modicam curam carnis haberent intenti domini præsentiæ.

a *Cauete à fermento.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Etsi Matthæus scribat, *cauete à fermento pharisæorum & Saducæorum*: Marcus verò, *à fermento pharisæorum & Herodianorum*, Lucas autem, *à fermento Pharisæorum*, tantum, nulla tamen interuenit hic pugna. Siquidem omnes tres primarios inter illos nominarunt, puta pharisæos: duo autem inter posteriores fecerunt. Alter namque pharisæis adiungit Saducæos, alter Herodianos. At neuter interim, vel hos vel illos solos extitisse asserit. Verisimile sit autem Marcum, ad narrationis expletionem, Herodianos, quos Matthæus prætermiserat, cæteris adiecisse.

b *Quid cogi.* BEDA. Accepta occasione docet quid significet quinque panes & septem, & pauci pisciculi, quinque milia hominum aut quatuor. Si enim fermentum pharisæorum & Herodis traditiones peruersas & hæretica significat dogmata, quare cibi quibus nutritus est populus Dei, non veram doctrinam integrámque significat?

c *Et expuens.* BEDA. Sputum ab intus à capite domini procedit. Manus verò membra corporis exterius posita. Expuens ergo in oculos cæci, manus suas imponit, vt videat: quia cæcitatem humani generis & per inuisibilia diuinæ pietatis dona & per ostensa à foris sacramenta assumpta humanitatis absterſit.

† disputabant inter se.

a ¶ Id est, Legem Dei traditionibus hominum postponere, verbis prædicare, factis impugnare, dominum tentare, doctrinæ eius vel operibus non credere.

eis, dicens: Videte & cauete à fermento pharisæorum & fer- 1

a ¶ Quod est adulterium, homicidium, temeritas iurandi, simulatio religionis.

mento Herodis. Et † cogitabant ad alterutrum dicentes: quia 2

a ¶ Quasi hoc ideo dicit quia pa.

panes non habemus. Quo cognito, Iesus ait illis: Quid cogi-

¶ Mecum ideo hoc dixisse: quia pa.

tatis, quia panes non habetis? Nondum cognoscitis, nec in-

a ¶ Spiritualem sensum. b ¶ Post tot miracula.

telligitis? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum: † Oculos ha-

¶ Interius.

bentes non videtis, & aures habentes non auditis. † Nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque milia: & quot cophinos fragmentorũ plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim. Quando & septem panes in quatuor milia: quot sportas * fragmentorũ tulistis? Et dicunt ei: Septẽ. Et dicebat eis: Quomodo

a ¶ Post tot miracula. b ¶ Hiero. domus vallis, id est, mundus qui est vallis lachrymarum.

nondum intelligitis? Et veniunt Bethsaida, & adducunt ei 3

a ¶ Qui non videt quod fuit, quod est, quod erit.
b ¶ Vt lamentationem de cæcitate cordis agat flens cum Ieremia subuersionem ciuitatis Dei, id est, animæ suæ.
¶ Tangitur qui compugitur. c ¶ Vt ad bonum opus confortet.

cæcum, & rogabat eum, vt tangeret illum. Et apprehensa ma-

a ¶ Ciuitatem malorum. Corrumpunt bo. mo. co. ma. b ¶ Vt videant voluntatem domini per flatum spiritus sancti.

nu cæci eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius

a ¶ Misericordiæ.

impositis manibus suis interrogauit eum, si aliquid vi- 4

a ¶ Maiestatem. A magnitudine enim creaturæ cognoscitur creator.

deret. Et aspiciens ait. Video homines, velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos

a ¶ Mundo corde.

eius, & † cœpit videre, & restitutus est, ita vt clarè videret 5

† fecit eum respicere.

Quem vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat: & quæ vix & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicat per quam singula perfectionis incrementa adiuuant.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Expuit manúsque imponit, per hoc ostendens verbum diuinum actionemq; verbo adiunctam, opera quæ admirabilia habebantur, & erant absoluere. Manus enim operationis est symbolũ & organũ, verbi autem quod de ore procedit, opus ipsum perficit.

d *Video homi. &c.* HIERON. Omnes æstimat sibi superiores, se indignum iudicans: vt Dauid se vocari hominem, sed canem mortuum & pulicem vnum. Primò autem videt homines quasi arbores ambulantes, id est, formam corporum ita vt non sit facile, an homo sit an arbor discerni: quia primus profectus virtutis est cæterorum vires, vitam, mores, inspicere, bonum imitari, malum cauere. Sed quia longa obscuritate & desipuit, & inter bonũ & malũ, fidẽ & perfidiã, sinceritatem & simulationẽ adhuc discernere nescit: homines cernit ambulantes sicut arbores: quia facta eorum absque luce discretionis videt. Huic dominus secunda impositione manuum, lucem omnia clara videndi restituit: scilicet quid credendum quomodo viuendum, quæ præmia sint speranda.

† Psal. 113. b. 1. Re. 24. c. † Mat. 14. c. supr. 6. e. Luc. 9 b. Ioan. 6. b. * plenas.

e *Deinde ite.* HIERO. Vt clarè videret omnia, id est, per opera visibilia inuisibilia intelligeret: & quæ oculus non vidit & clarum animæ suæ statum post rubiginem peccati mundi cordis oculo contemplaretur. *Beati enim mũdo corde quoniam ipsi Deũ videbunt.* Mat. 5. a.

☞ Et misit

NICOLAVS DE LIRA.

☙ 1 Cauete à fer. *Id est, à doctrina eorum peruersa, qua præponebant traditiones suas diuinis præceptis, vt dictum est cap. 7.*

2 Et fermento Herodis, &c. *Id est, à secta erronea Herodianorum, de qua dictum est supr. capitu. 3. Hoc autem dictum Christi discipuli intellexerunt de fermento vel pane materiali, in quo apparet eorum ignorantia: Tum quia Christus frequenter fuerat eis locutus in parabolis, & eas eis exposuerat, vt dictum est. ca. 3. & ideo bene intellexisse debuissent hoc verbum Christi dictum parabolicè: Tũ quia ipsis videntibus Christus satiauerat quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piscibus, vt dictum est. supr. 6. ca. Item quatuor milia hominum de septem panibus, vt dictum est in hoc capitulo. Et ideo bene debuissent intellexisse quod Christus non erat solicitus de materiali pane, nec de ipso loquebatur.. Cætera patent ex dictis Mat. 16.*

3 Et veniunt Bethsaida. *Hic arguitur ignorantia discipulorum facto per hoc quod ipsis præsentibus illuminauit cæcum, primo, imperfectè, quod notatur cum dicitur:*

4 Interrogauit eum si aliquid vi. Et aspi. ait: video ho. ve. ar. am. *Non enim distinguebat lineamenta humanorum corporum: videbat tamen obscurè corpora eorum moueri de loco ad locum, & postea illuminauit eum perfectè: quod notatur cùm dicitur:* Iterum imposuit manus super oculos eius. *Et subditur:*

5 Et restitutus est. ita vt cla. vi. omnia. *Certum est autem, quod Christus poterat eum statim perfectè illuminare: sed per talem modum fecit, vt designaret discipulos adhuc in parte obscuratos caligine ignorantiæ, & ad clarè intelligendum indigebant maiori illuminatione, vnde & post resurrectionem suam aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, vt habetur Luc. 24. Et per talem modum Christus maledixit ficum habentem tantum folia, vt habetur. infr. 11. cap. ad significandum quod sacerdotes Iudæorum erant maledicendi & puniendi à Deo eo quod non habebant fructum iusticiæ, sed tantum folia verborum, secundum quod dicit Augu. in home. Et simili modo Ieremias propheta qui denuntiauerat captiuitatem Babylonicam, hoc idem significauit sensibili signo per hoc quod de mandato domini posuit catenas in collo suo vt habetur Hieremiæ 27. per hoc designans, quod sic catenati ducerentur Iudæi in Babylonem captiui. Alij autem exponunt illuminationem huius cæci successiuè factam propter paruitatem fidei ipsius cæci, & offerentium ipsum Christo. Et potest esse, quod ista causa & prædicta concurrerunt ad istum effectum.*

☙ Et egressus

MORALITER.

† 1 *Videte & cauete à fermento, &c.* THEOPHILVS. Fermentũ vocat doctrinam corruptiuam. Herodiani enim doctores erant qui Herodem Christum esse dicebant, pharisæi verò traditiones hominum Dei præceptis præponebant.

3 *Et veni, &c.* Per hoc autem quod istum cæcum illuminauit successiuè, significauit, quod aliquando Deus dat suam gratiam augmentando primam datam.

† Interrogabat

a *Et misit.* HIERON. Vt videret in se quod ante non vidit. non enim putat desperans homo de salute omninò posse se quod facere illuminatus per spem potest perficere.

MYSTICE. Admonet dominus omnes qui agnitione veritatis illustrantur, vt ad cor redeant, & quantum sibi donatum fuerat solicita mente perpēdant, & beneficiis Dei digna operatione respondeant.

b *Nemini dixeris.* BEDA. Quod sanationem silere iubet, exemplum est suis, ne si mirāda faciant, fauorem quærant, sed diuinis aspectibus sint placere cōtenti.

BEDA. Philippus frater Herodis tetrarcha Itureę, & traconitidis regionis in honore Tyberij cesaris, Cæsaream Philippi (quæ nunc Paneas dicitur) appellauit: imitatus Herodem patrem suum: qui in honorē Augusti Cęsaris appellauit Cæsareā, quæ prius turris Strathionis vocabatur. Cęsarea Philippi est, vbi Iordanis oritur ad radices Libani: & habet duos fontes: vnum Ior, alterū, Dan, qui simul mixti Iordanis nomen efficiunt.

¶ Cor.

omnia. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in do-

¶ Hiero. id est, cęcitatem tui cordis prædica non virtutem. Vnde Paulus, Blasphemus fui, & persequutus sum ecclesiam Dei.

mum tuam & si in vicum introieris, nemini dixeris, † Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philip-

a ¶ Nec in eundo docere cessat.

pi, & in viâ interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines? Qui responderunt ei, dicentes: Alij

a ¶ Non dominum prophetarum opinantes.

Ioannem Baptistam, alij Eliam, alij verò quasi vnûm de pro-

¶ Vos qui dij.

phetis. Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis? Re-

a ¶ Beda. Vnus pro omnibus, omnes enim idem sciebant.

spondens Pêtrus ait ei: Tu es Christus. Et comminatus est

a ¶ Eum filium Dei esse. b ¶ Præmunit ne passione deficiant. ¶ Causa quam non dicant.

eis, ne cui dicerênt de illo. † Et cœpit docere illos, quoniam

a ¶ Nota quod eum quem tot pati oporteat, filium hominis appellat, quia passo in carne Christo diuinitas impassibilis mansit.

oportet filium hominis multa pâti, & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & scribis, & occidi, & post tres dies

¶ Spe resurrectionis confortat. ¶ De morte, resurrectione. ¶ Seorsum.

resurgere. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens

¶ Ad discipulos.

eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuersus, & videns

a Non contra.

discipulos suos comminatus est Petro, dicens: Vade rêtro

a ¶ Aduersarius siue contrarius, quia contraria loqueris voluntati meæ.

¶ Vt pro salute hominum moriar.

me Sathâna, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt

mine patris & filij & spiritus sancti. Quia non prodesset eum publicè prædicari, quem flagellatum sunt visuri, & crucifixum multa pati.

g *Quoniam oportet filium hominis multa, &c.* HIERO. Sicut gubernator peritus tempestatem in tranquillitate præcauens, nautas paratos vult esse suos. Sicut alibi: *Si quis vult venire post me, abneget se, &c.*

THEOPHYLACTVS. Postquā dominus confessionem discipulorum acceptauit dicentiū verum Deum, tunc ipsis reuelat crucis mysterium.

h *Et apprehendens.* BEDA. Amantis affectu dicens: *Absit à te domine.* Vel vt melius in Græco habetur: *Propitius esto domine: non erit istud.* Id est, non potest fieri: nec recipiūt aures meæ, vt Dei filius occidendus sit.

Et apprehendēs eum Petrus. BEDA. Quia nimis amat dominum, Et quia confitendo dixit: *Tu es Christus*, Et præmiū suum audiuit secundum Matthæū: *Beatus es Simon ba. &c.* Non vult destrui confessionem suam, nec putat posse fieri, vt Dei filius occidatur: apprehenditque eum in affectum suum, vel separatim ducit, ne præsentibus cæteris magistrum videatur arguere.

c *Quem me dicunt.* Pulchrè primò sententiam hominum interrogat, ne confessio eorum vulgi opinione, sed veritatis agnitione videatur infirmata: ne sicut Herodes de auditis hæsitare putentur. Vnde Petro secundum Matthæum dicit: *Caro & sanguis non reuelauit tibi.* Id est, doctrina hominum.

d *Homines.* Pulchrè qui hominum morē diuersam de domino sententiam ferunt, homines dicuntur. Nam qui veritatem potentiæ eius pia mente cognoscunt, non homines, sed dij appellari merentur. Vnde dicit illis: *vos vero, &c.* Quasi dicat. Illi homines humana opinantes, sed vos dij quem me esse dicitis.

e *Tu es Christus.* BEDA. Omnia complectitur qui & naturam & nomen exprimit, in quo summa virtutum. Paulus dicit: *Nihil iudicaui me scire inter vos, nisi Iesum Christū, & hunc crucifixum.* Petrus nihil amplius quam Dei filium putauit confitendum. Nos & quando & quomodo natus sit, & quantus sit, humanæ infirmitatis contemplatione rimamur. Finis ergo fidei meæ Christus est, finis fidei meæ Dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem. Non licet tamen nescire generationis fidem.

VICTOR ANTIOCHENVS. Hunc locum Matthæus præsenti euangelista accuratiùs exponit. Marcus namque ne quid in Petri magistri sui gratiam dicere videatur, compēdio contentus exactiorem historiæ explanationem prætermittit.

f *Et comminatus est.* BEDA. Noluit se ante passionem & resurrectionem prædicari: quia completo sanguinis sacramento apostolis oportunius dicit: *Eūtes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine*

VICTOR ANTIOCHENVS. Dicebant satius esse prorsus non mori quam mori iterúmque resurgere, aliis itaque omnibus perturbatis & hæsitantibus, rursum Petrus tanquam cæteris ardentior in medium prosilit, déque eo quod quæstionem habebat, audenter inquirit.

i *Vade retro.* BEDA. Multi putant quod non Petrus sed aduersarius spiritus sit correctus, quo suggerente hoc Apostolus dicebat: Sed mihi error Apostoli de pietatis affectu veniens, nunquam incentiuum videbitur diaboli. Diabolo dicitur: *Vade retro Sata.* Petro: *Vade retro me.* Id est, sequere sententiam meam.

VICTOR ANTIOCHENVS. Mirum non est, si qui fœlix à Domino antè predicatus fuerat, tam citò prolabitur, & impingit, siquidem nullam ille de Christi passione & cruce notitiam è cœlo acceperat. Christum Dei esse filium, diuinitus ei patefactum fuerat, & crucis mysterium adhuc ipsum fugiebat *Erat enim, vt* Lucas ait, *Verbum istud absconditum ab eis.* Cæterum ad Satanam cum Iesum in deserto tentaret, dictum non est, *vade post me Satana*, sed dictum est, *vade Satana, scriptum est enim, &c.* Ad Petrum vero qui adhuc peccatis obstrictus erat, adeóque post Iesum non ibat, dicitur, *vade post me Satana, scandalum es mihi. Vade post me*, id est, sequere me.

k *Quæ Dei sunt, &c.* Mea est voluntas & patris, vt pro salute hominum moriar: tu non vis granum frumenti in terram cadere, vt multum fructum afferat.

Si quis

NICOLAVS DE LIRA.

I Et egressus est, &c. *Hic consequenter describitur increpatio Petri specialiter. Et primo ponitur increpatio Petri. Secundo, incitatio ad palmam martyrij, ibi:* Et conuocata turba. *Circa primum præmittitur de Christo hominum falsa opinio. Secūdo: subditur discipulorū vera cognitio, ibi:* Tunc dixit illis. Vos vero, *&c. quia Petrus pro se & alijs apostolis*

MORALITER.

† *Interrogabat disci. &c.* Per hoc ostendens, quod doctores debent inquirere de sua fama, vt si bona sit, bonis operibus augeatur: si verò mala, occasio tollatur. Nam bona fama doctoris multum facit ad doctrinæ fructum & mala ad detrimentum. GREG. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

† *Et cœ. do. &c.*

† *Vade retro me, &c.* Per hoc ostendit quod illi qui detinentur affectu carnali adhuc apti non sunt eum sequi: propter quod petenti quod permitteret eum primò sepelire patrem suum dixit: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos* Matthæ. 8.

† *Si quis*

a *Si quis vult, &c.* BEDA. Postquam mysterium suæ passionis & resurrectionis ostendit, hortatur omnes ad imitandum passionis exemplum, & omnibus salutem promittit animarum. Sed perfectioribus, quanta passurus quod à mortuis resurrecturus esset aperuit, formam tribuens prædicandi, vt scilicet, pro suo quisque modo instruatur, neque infirmis altiora committantur.

b *Deneget*. Non valet apprehendere quod vltra ipsum est si nescierit mactare quod est. Nisi quis à semetipso deficiat, ad Deum qui supra ipsum est, non appropinquat.

✻ THEOPHYLACTVS. Sicut qui abnegat alterum fratrem aut patrem, quamuis vulnerentur aut moriantur, non compatitur nec irritatur: sic & nos debemus spernere corpus nostrum, vt si vulnerari contingat pati non curemus.

c *Tollat crucem*. Vel per abstinentiã macerando corpus, vel per compassionem animum. De corpore dicit Paulus. *Castigo corpus meum, & in ser. re. &c.* Idem de compassione animi. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

d *Qui enim*. BEDA. Duo tempora ecclesia significat, aliud persecutionis, quando ponenda est anima. Aliud pacis: quando frangenda sunt desideria terrena. Vnde sequitur: *Quid e. pro. &c.*

e *Qui enim me*. Quia multi auariciam vincunt: labentia despiciunt, sed fidei rectitudinem quam habent verecundia impediti, non exprimunt voce. Addit: *Qui enim me. &c.*

✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Non sic est si fidem animo retineas, aut corde tantum credas: sed opus est præterea confessione quę fit ore. Neque enim frustra sua nos gratia Christus iungit; verum quo libero ore eum profiteamur maioremque dilectionis affectum in medium afferamus: adeóque illustriores hac ratione euadamus.

f *Amen dico*. BEDA. Cum de futura vita loqueretur, ideo necessariũ fuit, vt hoc promitteret de pœnitenti vita, vt rudes adhuc discipuli hac consolatione confortarentur, sicut de Iudaico populo dicitur: *Dedit illis regiones gentium & la. po. pos. vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requi.*

g *Regnum Dei, &c.* Id est, ecclesiam contra mundi huius gloriam erectam, Vel futuram in cœlis beatitudinem, quam in monte viderunt. Quod pia prouisione factum est, vt æternum gaudium, tametsi ad breue momentum prælibatum, ad aduersa ferenda fortius animaret.

(Margin: † abneget. † Quicunque. † iactuam. † cõfundetur, erubescet de eo. 1.Cor. 9.d. 2.Cor. 11.g. † Mat 16.d. Luc. 17 g. Matt. 16. c. † confusus. Psal. 104.d. † venisse)

¶ Prius solis discipulis loquebatur altiora arcana.

hominum, Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis: [1]

a ¶ Siue discipulus siue alius. b ¶ Alter factus ex altero. c ¶ Veterem hominem exuat, & nouum induat. Vnde Paulus. Viuo ego iam non ego, viuit autem in me Christus.

Si quis vult me sequi, † deneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. † Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: Qui autem perdiderit animam suam propter me & euangelium, saluam eam faciet:

¶ Ac si dicatur agricolæ, frumentum si seruas, perdis. ¶ Si seminas renouas.

a ¶ q. d. In aduersitate perdenda est anima, in pace autem cor muniendum omni custodia. b ¶ Tempore pacis: quia licet viuere, licet ambire.

Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum, & † detrimentum faciat animæ suæ? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Qui enim me † confessus [2] fuerit, & verba mea in [3] generatione ista adultera & [4] peccatrice, & [5] filius hominis † confitebitur eum, cùm venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis. Et dicebat illis: Amen dico vobis: quia sunt quidam de hic stantibus, qui nõ gustabunt mortem, donec videant regnum Dei † veniens in virtute.

¶ Corde, ore, opére. ¶ Consolatoria promissio. a ¶ Discipulis. b ¶ Ad horam habituri vitam æternam. a ¶ Corporalem. b ¶ Ecclesiam. ¶ Alias venientis vel viuentis.

NICOLAVS DE LIRA.

apostolis respondit. Tertio, ponitur Christi passionis prænunciatio, ibi: Et cœpit eos docere. *Quartò, describitur Petri increpatio, ibi:* Et apprehendens Petrus eum. *Petrus enim ex zelo Christi volebat impedire eius passionem: Et quia iste zelus erat indiscretus: quia passio Christi erat ordinata ad salutem generis humani: ideo meruit duram reprehensionem. Sententia autem partium istarum patet ex dictis Matthæi 16.*

1 Et conuoca. *Quia Christus increpauerat Petrum volentem impedire passionem eius, ideo hic consequenter inuitat fideles ad tolerantiam passionis. Et primò facit hoc verbo. Secundò facto in principio sequentis cap. Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 16. hoc excepto quod subditur:*

2 Qui enim me confusus &c. *Hęc est vera litera: quia sic habent antiqui libri & correcti, & etiam Gręci. Et hoc patet per illud quod habetur Luc. 9. vbi eadem sententia ponitur per alia verba sic:* Qui me erubuerit & meos sermones.

3 In genera. *Quia Iudęi descenderant à patribus qui ad idololatriam declinauerant dimisso Deo qui eos desponsauerat in datione legis in monte Sinai. Et ideò filij ab eis descendentes adultera generatio vocantur.*

4 Et peccatrice. *Quia sicut patres eorum persecuti fuerant prophetas eos occidendo, ita ipsi persequebantur Christum mortem eius quęrendo.*

5 Et filius hominis, &c. *Hæc est vera litera: quia sic habent Græci & antiqui. Et patet per istud quod habetur Luc. 9. c. vbi dicitur:* Et filius hominis erubescet eum. *Id est, non recognoscet eum de suis, sicut homo non libenter recognoscit illum de quo erubescit. Et per talem modum loquendi dicit Hiero. de quadam sancta. Quia non est confusa Christum, Christus non confundetur eam. Nec est curandum, si est impropria locutio secundum regulas grammaticæ quibus non subiacet theologia.*

MORALITER.

† *Si quis vult me sequi. &c.* BEDA. Persecutionis tempore ponenda est anima. Pacis autem tempore frangenda sunt desideria terrena.

† *Et dicebat illis, &c.* Gustare mortem est incurrere culpam mortalem: quod non faciunt illi qui regnum Dei semper attendunt: vel qui seueritatem venientis iudicis contremiscunt.

CAP. IX.

A ET post dies, &c. HIERONYMVS. Post comminationem crucis resurrectionis gloria ostenditur, vnde: sequitur.

a *Et post dies, &c.* Vt non timerent opprobria crucis, qui oculis suis viderant gloriam futuræ resurrectionis.

Luc. 9. c. BEDA. *Et post dies sex.* Lucas: Factum est autem post hæc verba ferè dies octo &c. Octauo die resurrectionis gloriã manifestat, vt ostensa cœlestis vitæ dulcedine, cunctorum corda quæ hoc audire possunt refoueat: & octonario numero verum tempore resurrectionis gaudium doceat esse venturum. Ipse enim post sextã sabbati qua crucem ascendit, & septimam qua in sepulchro quieuit à mortuis resurrexit: & nos post sex huius seculi ætates in quibus pro domino pati gaudemus & septimã animarum quæ interim in alia vita agitur, octaua ætate resurgemus. Quod autem Matthæus & Marcus dominum post sex dies transfiguratum dicunt, nec tempore, nec mysterio discrepant. Illi enim medios dies tantum ponunt. Vnde & absolutè post sex dies dicunt factum. Hic primum quomodo hoc dominus promisit & vltimum quo compleuit adiungit: & ideò temperantiùs ponit, *ferè dies octo.*

†Mat. 17. a. Luc. 9. d. † visus. B Mat. 17. a

MYSTICE. Illi post sex mundi ætates sanctis ab omni labore quiescendum: hic verò tempore octauo significat esse resurgendum. Vnde sextus Psalmus pro octaua inscribitur: *Domine ne in furore tuo, &c.* Quia per sex ætates quibus operari licet, precibus est insistendum, ne in octauo retributionis tempore ab irato iudice corripiamur.

Psal. 6. a. C

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Lucas post octo dies, quæ sequuntur accidisse scribit, verùm hæc non pugnant: sed oppidò inter se conspirant. Quandoquidem Lucas diem quo Dominus dixit, *sunt quidam de hic stantibus*, & illum rursum quo Petrum, Iacobum & Ioannem secum assumpsit, cæteris connumerat. Marcus autem tantum sex illos, qui inter duos extremos intercesserunt, percenset.

Luc. 9. d. b *In montem ex.* BEDA. In montem vt oraret, secundum Lucam. In montem oraturus, vt sic transfigurandus ascendit, docens eos qui fructum resurrectionis expectant, qui regem in decore suo videre desiderant, mentem in excelsis habere, & continuis precibus incumbere. Tres solummodo discipulos secum ducit, vel quia multi vocati, pauci verò electi. Vel quia qui fidem sanctæ trinitatis incorrupta mente seruauerint, tunc æterna eius visione merebuntur lætari.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Poterat sanè in domo gloriam suã discipulis patefacere: verum quod mentis celsitudo quandã cum maiestatis illius celsitudine cognationem haberet, quos secum ex discipulis assumpsit, in montem excelsum subduxit.

c *Transfiguratus.* BEDA. Non veram substantiam carnis amisit, sed gloriam futuræ suæ, vel nostræ resurrectionis ostendit. Talis post iudicium cunctis apparebit electis: In iudicio in forma serui & bonis & malis, vt impij quem spreuère, quem Iudæi negauere, milites quem crucifixere. Pilatus Herodésque quem iudicauere nequeant iudicem agnoscere.

D ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Trãsfiguratio de qua hîc agitur, secundũ quẽdam ex ternũ fulgorem facta est. Nam vt Matthæus narrat: *Facies eius resplenduit vt sol, vestimenta autẽ eius facta sunt alba vt nix.* Hinc tamen inferre non licet aliquam naturalis formæ mutationem in cœlesti illo regno olim futuram. Vt enim Christi effigies secundum se non est immutata, sed tantũ illustrata, ita nec iusti quoque qui corpori claritatis illius conformabuntur, secundum formã mutabũtur, sed illorum tantũ corpora quandam splendoris & lucis accessionẽ acceptura sunt.

E † transformatus.

CAPVT IX.

¶ Multi vocati pauci vero electi.

ET post dies sex † assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & † transfiguratus est coram ipsis, & vestimenta eius facta sunt splendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo super terram non potest candida facere. Et † apparuit illis Elias cum Moyse: & erant loquentes cum Iesu. Et respondens Petrus, ait Iesu: Rabbi bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnũ, & Eliæ vnum. Non enim sciebat quid diceret. Erant enim timore exterriti. Et facta est nubes obumbrans eos, &

a ¶ Non substantiam veram carnis amisit. b ¶ Gloriam resurrectionis ostendit. c ¶ Sancti. d ¶ De quo. Amplius laua me ab iniquitate mea. e ¶ Non potest in terra claritatem dare fidelibus suis quam eis conseruat in cœlis. f ¶ Stupefactus tanta claritate. g ¶ Quamuis stupefactus, insitum tamen sibi affectum indicat. h ¶ Quasi stupefactus.

d *Et vest.* Vestimenta domini sancti. Vnde: *Qui in Christo bapti. e. Chri. in.* Hæc domino in mundo manente videbantur despecta, sed ipso montem petente nouo candore refulgent. *Quia nunc quidem filij sumus Dei sed nondum apparuit quid erimus. Cum ergo apparuerit similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est*, vnde subditur.

Gal. 3. d. 1. Ioan. 3. a.

e *Qualia fullo. Et ap. &c.* Moyses sanctus mortuus, Elias viuus in cœlum raptus, visi in maiestate cum domino (vt Lucas dicit) futuram in illo omnium sanctorum gloriam significant: qui tempore iudicij vel viui in carne reperientur vel mortui.

Deu. 34. b. 4. Reg. 2. b. Luc. 9. d.

F ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Moyses & Elias præ cæteris apparent. Cuius rei plures sunt causæ. Primò hoc facto illorum opinio refutabatur, qui Christum Eliam aut Ieremiam aut vnum ex prophetis esse existimabant. Mox verò planum ex hoc mysterio euasit, Apostolum Petrum rectè laudatum quod Christum Dei viui filium esse confessus fuerat.

f *Elias cum.* BEDA. Legislator, & eximius prophetarum apparent: Loquuntur cum domino in carne viuente ostendentes ipsum esse quem lex & prophetæ promiserunt: Non in infimis sed in monte cum illo, quia qui terrena desideria mente transeunt soli maiestatem scripturæ sanctæ quæ in domino impleta est, perspiciunt.

g *Rabbi.* Quamuis stupefactus, insitum tamen affectum sibi indicat: oblitus sanctis regnum promitti, non in terris, sed & in cœlis: & se & coapostolos mortali carne indutos immortalis vitæ statum subire non posse, & domum manufactam necessariam non esse. Legi quoque & prophetis & euangelio tria tabernacula facere cupit, cum non possint separari, vnum habentia tabernaculum, id est, ecclesiam Dei.

h *Bonum est.* Multò ergo melius choris sanctorum interesse, deitatis perfrui visione: Si sic delectat humanitas Christi transfigurata, & duorum societas ad punctum ostensa.

i *Nubes obum.* Vnde quia quæsiuit materiale tabernaculum nubis

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. IX.

1 ET post dies. *Hic ponitur incitatio ad martyrium facto. Illud enim quod maximè excitat ad tolerantiam martyrij, est magnitudo præmij, quæ magis monet visa quam audita: ideo Christus ostendit tribus principalibus suis discipulis gloriam resurrectionis in transfiguratione, in qua ostendit se eis in claritate gloriæ. Et primò describitur ista ostensio. Secundo ex hoc mouetur quæstio, ibi*: Et interrogabant eum. *Sententia istarum partium patet ex dictis Mat. 17. exceptis quæ sequuntur.*

2 Et transfi. *Non est intelligendum, quod figura corporis Christi fuerit mutata: sed quia figura est in extremitatibus corporis, & similiter claritas gloriæ quam tunc in corpore suo habuit est in extremitate corporis: & ideo vocatur transfiguratio, & per talẽ modũ loquendi dicit Apostolus Phi. 3. d.* Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ confi-

MORALITER.

† 1 *Et post dies, &c.* Sex diebus factus est mundus Gen. 1. propter quod per sex dies figurari potest totus mundi decursus: quo completo Christus suos verè discipulos, id est, electos ducet in montem excelsum, id est, in cœlum empyreum gloriosos in anima & corpore videntes eius gloriam singularem.

† *Et ap. illis El. cum Moy.* Id est, legem & prophetas cum euangelio concordantes. Quod autem Petrus dixit: *Faciamus hic tria tabernacula:* nesciuit quid diceret. Nam omnium erit vna gloria sicut vnus denarius diurnus, licet in illa sint diuersi gradus.

† Precepit

☞ nubis accepit vmbraculum, vt discat in resurrectione non tegmine domorum, sed spiritussancti sanctos esse protegendos.

a *Hic est.* Q. d. Hic verè est ille quē Moyses iste vobis promisit, huic auscultare & omnes auscultare iubete. Nota quod sicut in baptismo, sic in monte mysteriū trinitatis declaratur, quia gloriā eius quā in baptismo credētes cōfitemur, in resurrectione videntes collaudabimus. Hic spiritus in nube lucida, illic in colūba: quia quā percipit fidem quisquis simplici corde seruat: tunc lucē apertę visionis quā crediderat, contemplabitur: ipsaque illustrabitur gratia & in perpetuum protegetur.

b *Et statim.* BEDA. Cū fieret vox super filium hominis, inuentus est ipse solus. Quia cum manifestauerit seipsum electis: erit Deus omnia in omnibus: imo ipse cum suis vnus per omnia Christus, id est, caput cum corpore splendebit, vnde: *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo.*

c *Præcepit illis.* Non vult gloriā regni futuri & triūphi quā in mōte ostenderat publicè prædicari: ne & incredibile esset pro magnitudine, & post tantā gloriā apud rudes animos sequens crux scandalum faceret.

(Marginalia: † Mat. 17. a. — Matt. 17. a. Ioan. 1. e. — 1. Cor. 15. d — Ioan. 3. b. — † Mat. 17. c. Luc. 9. g.)

a ¶ Patris pro filio respondentis.

venit vox de nube dicens: † Hic est filius meus charissimus, [1]

a ¶ Moyses & Elias serui, huic faciendum tabernaculum, huic seruiendum non illis. ¶ Et Moyses tanquam me ipsum audietis. b ¶ Vbi cœpit filius designari, mox serui discesserunt ne ad illos vox facta putaretur.

audite illum. Et statim circunspicientes, neminem amplius

¶ Post transfigurationem.

viderunt nisi Iesum stantem tantum secum. † Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cui quæ vidissent narrarent, nisi cum filius hominis à mortuis resurrexerit. Et ver- [2]

¶ Nemini dicentes. ¶ Hoc.

bum continuerunt apud se, conquirentes quid esset, cùm à [3]

a ¶ q. d. Si iam apparuisti in gloria. Quid ergo, &c.

mortuis resurrexerit. Et interrogabant eum dicentes: Quid ergo dicunt pharisæi & scribæ, quia Eliam oportet venire

a ¶ Non aliter est secundus aduentus, nisi ille præcedat. ¶ q. d. Non est hic aduentus quem putatis, quem præcedet Elias: Elias enim cum venerit, &c.

primùm? Qui respondens ait illis: Elias cùm venerit, primò restituet omnia: quomodo scriptum est † in filium hominis

a ¶ Sic & Elias ¶ Quasi dicat. Venturus est Elias ipse in corpore, sed etiam venit in spiritu & virtute, scilicet, Ioannes.

vt multa patiatur, & contemnatur. Sed dico vobis, quia & E-

a ¶ Spreuerunt, decollauerunt.

lias venit, & fecerunt illi quæcumque voluerunt, sicut scri-

¶ De monte.

ptum est de eo. Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam [4]

¶ Disputantes.

magnam circa eos, & scribas conquirentes cum illis. Et [5]

a ¶ Indocti, non scribæ sapientes. b ¶ Quasi stultus. ¶ Timor non est in charitate.

confestim omnis populus videns † Iesum, & stupefactus est,

a ¶ Quasi serui.

& expauerunt, & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos: † Quid inter vos conquiritis? Et respondens vnus

conspexissent, & regni illius nonnullum iam gustum hausissent, de eo illum consuluerunt, quod scribæ & pharisæi de Eliæ aduentu frequenter in ore habebant. Dominus autem consultus prophetæ oraculum non infirmat, sed confirmat.

✠✠ THEOPHYLACTVS. De Helia rumor quidam erat apud Hebræos quod venturus esset ante Christum. Verumtamen pharisæi non vt oportebat interpretabātur de Helia, sed spontanea malicia veritatē occultabāt. Duo enim sunt aduentus Christi, scilicet qui pręteriit, & is qui futurus est. Prioris præcursor fuit Ioannes, posterioris autē erit Helias. Proinde Christ⁹ vocat Ioannem Heliam, & quod acriter reprehendebat ac æmulabatur, & quod solitudinem amabat. Vrget itaq; Christus iuxta pharisæorum opinionem suspicātium quod prioris aduētus Christi præcursor sit Helias.

f *Restituet, &c.* Scilicet *couertet cor Patrū ad filios, & cor filiorū ad patres.* Restituet enim morti quod debet & diu viuendo sustulit vnde addit.

g *Quomodo scriptum.* Quasi dicat. Sicut de Christi passione prophetæ multifariè scripserunt: sic & Elias multa passurus est. Restituet ergo omnia. Primo, corda hominum illius temporis ad credendum in Christo, resistendum Antichristo. Deinde, ponet animam pro Christo.

(Marginalia: † Mat. 17. b — Matt. 17. b. — † de filio. — † eum.)

d *Verbum conti.* HIERON. Id est, cum absorta mors fuerit in victoria, non erunt in memoria priora, cum abstulerit dominus sordem filiæ Sion auferens omnē lachrymā ab oculis sanctorū.

e *Quid ergo.* Tradunt scribæ secundùm Malachiam, quod Elias veniet ante aduentum saluatoris, & reducet corda patrum ad patres eorum, & restituet omnia in antiquum statum. Existimant ergo discipuli hanc aduentus gloriam esse, quam viderant in mōte, & dicunt: Si iam venisti in gloria, quare pręcursor tuus non apparet? maximè quia vident recessisse Eliam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. *Quid ergo?* Quomodo hęc inter se cohæreant, paucis expendāmus. Cum discipuli in monte adhuc essent, Dominique transfigurationem coram conspe-

(Marginalia: 1. Cor. 15. g. — Mat. 14. b.)

h *Turbā magnam.* HIERON. Non est requies sub sole: semper occidit paruulos inuidia, magnos percutiunt fulgura montes, alij discentes cū fide, alij inuidentes cum fastu, ad ecclesiam veniunt.

i *Conquirentes.* BEDA. Quid conquirent euangelista non dicit, Sed potest intelligi de hoc quæstionem motam fuisse, quare discipuli dæmoniacum qui in medio erat, non possent liberare: Hoc enim ex sequentibus concipi potest.

k *Et interroga.* BEDA Nota quod loca rebus congruunt In monte orat, transformatur, discipulis arcana suæ maiestatis aperit, in imo à turba excipitur, miserorum fletu pulsatur. Sur- ☞ sum

NICOLAVS DE LIRA.

✠ configuratum, corpori claritatis suę.

1 Venit *Sicut in baptismo Christi auditum est testimonium patris de filio eius naturali, sic & in transfiguratione. Cuius ratio est quia homines fiunt filij Dei adoptiui per assimilationem ad filiationem naturalem ipsius Christi: Quæ quidem assimilatio fit dupliciter. Vno modo in præsenti per gratiam, Alio modo in futuro & perfectius per gloriam, secundùm illud.* 1. Io. 3. a. Nunc filij Dei sumus & nondum apparuit quid erimus: Scimus quoniam cum apparuit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. *In baptismo verò Christi data est aquis virtus regenerandi per gratiam. In transfiguratione verò ostensa est claritas gloriæ in corpore Christi. Et quia in istis duobus vt dictum est, assimilatur homines filio Dei naturali, ideo conueniens fuit, vt in baptismo Christi & eius transfiguratione audiretur testimonium patris de eius naturali filiatione.*

2 Et verbum con. *Secundum præceptum Christi.*

3 Con-

3 Conquirentes, &c. *Videbatur enim eis inconueniens, quod Christus moreretur & resurgeret à mortuis: postquam viderant eum in claritate gloriosa, ad quam alij venient post resurrectionem: ideo terminus resurrectionis vel finis iam videbatur eis completus in Christo.*

4 Et veniens, &c. *Hic ostenditur discipulorum Christi impotentia in hoc quod non poterant curare dæmoniacum eis oblatum. Vbi sic proceditur: quia circa hanc curationem primo ostenditur discipulorum impotentia, secundo Christi efficacia, ibi:* Qui respondens eis dixit: O generatio, &c. *Tertio vtriusque causa ibi:* Et cum introisset in do. *Sententia istarum partium patet ex dictis Mat. 17. exceptis quæ sequuntur:* Et veniens, &c. *Scilicet, quos dimiserat assumptis tantum secum tribus, coram quibus transfiguratus fuit.*

5 Vidit turbam, &c. conqui. *Quia deridebant eos, eo quod tentauerant curare dæmoniacum eis oblatum & non potuerant, vt patet in litera sequenti.*

✠ Allidit

MORALITER.

† *Præcepit illis, &c.* Per hoc ostendens quod secreta diuina non nisi debito tempore publicanda. *Elias cum vene.* Sequitur:

† *Sed dico vobis quia, &c.* Per hoc ostēdit duplicem Eliam, sicut & aduentum Christi duplicem. Officium primi Eliæ facit homo monens fratrē charitatiuè, sicut & primus aduentus fuit in mansuetudine. Officium verò secundi facit prælatus corripiēs ex authoritate, quia secūdus aduentus erit in potentia & maiestate.

† Magist

cum discipulis mysteria regni reserat, deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum vocem patris his qui audire poterant pandit, deorsum malos spiritus expellit. Nunc pro meritorum qualitate alijs ascendere, alijs non desistit descendere.

Et interrogauit. HIERON. Scit & interrogat, vt confessio pariat salutem, & murmur cordis nostri sermonibus soluatur prius vt est: Dic iniquitates tuas prius, vt iustificeris.

Esa. 43. d. secundū 70

a *Et dixi discipulis.* Latenter culpā obliquat in discipulos, cum sæpe curatio non curantium, sed curandorum impediatur vicio.

b *O generatio.* Non homini irascitur, sed vicio. Non tædio affectuū hoc dicit, sed vt medicus ægro cōtra præcepta agenti. Et arguit per vnum Iudæos incredulitatis.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Scriptura hunc hominem infirmæ fidei extitisse ostendit Primò ex eo quod dominus ait, *O generatio incredula*, Item. *Si potestis credere, omnia sunt possibilia credenti*. Mox ex eo quod cū lachrymis ad Christum accedens, *Adiuua domine incredulitatem meam*, dixerit. Tertio ex eo quod dæmonio, ne denuò ingrediatur in eum, Dominus imperat Quartò ex eo quod ad seruatorē dicit: *Si quid potes, adiuua nos, nostri misertus*. Quare incredulitas illius in causa fuit, quod dæmō ad Apostolorum vocem cedere noluerit. Dices, si ita est, cur Dominus Apostolos obliquè incusat. ostendere voluit, nonnunquā etiam citra offerentium fidem ægris quibusdam sanitatem obtingere posse. Cæterum ne hominem ad desperationem adigat, non in illius solam personam orationis neruum intendit: sed generatim omnes Iudæos, incredulitatis perstringit. Probabile fit enim nullos ex præsentibus ob Apostolorum imbecillitatem offensos, ea de illis cogitasse, quæ non satis conueniebant.

c *Statim spi.* Quia dum post peccatum ad dominum, conuerti volumus, magis à diabolo impugnamur, vt vel excutiat virtutem, vel vindicet suam expulsionem.

d *Ab infantia.* HIERONYMVS. Significat gentilē populum cui natiuitate increuit cultus Idolorum, vt stultè immolaret filios suos dæmoniis, vnde sequitur.

Et frequenter eum, &c. Alij enim ignem, alij aquam venerabantur.

e *Adiuua.* HIERO. Credulitas nostra, vt rostrata lingua infirma est, nisi innixa adiutorio Dei. Fides cū lachrymis optata vota capit, vt est: *Fiat tibi secundum fidem tuam.* (Mat. 15. c.)

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Atque si credebat, vt se credere aiebat, qua ratione, adiuua incredulitatem meam dixerit? Non vnius rationis est fides. Est enim fides inchoata, est rursum consummata. Exorsus igitur credere vt dominus virtute sua quod deerat, adiiceret, opus habebat. Sic discipuli ad Seruatorē aiebāt. *Auda ge nobis fidē.*

f *Surde & mute.* Spiritui imputat quod homini præstat dum ille audiret, neque loqueretur quod peccator pœnitens audit & loquitur. *Exi ab eo & amplius ne introeas, &c.* Exiens ab homine nunquā reuertitur, si cor suum serauerit clauis humilitatis, & ostium obtinuerit homo munitatis, vnde: *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum mu. vt sal. me facias.* (Psal. 70. a)

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quod dicit, *ego præcipio tibi.* id diuinæ virtutis energiam, etiamsi humana fides non adsit, arguit. Quando porrò addit. *Exi ab eo, & amplius ne introeas in eum*, Indicat facilè altera vice dæmonem in illum qui fide satis munitus non erat, ingredi potuisse, nisi Domini præceptum ne id fieret, impediuisset. Quandoquidem hoc ipso etiam vrgente, dæmonium non absque difficultate & tergiuersatione abscedebat. Nam & vociferabatur, & hominem discerpebat, & tandem decedere coactum, mortuo similem deserebat.

---

a ¶ Deprecando per conquestionem exponit incommoda filij.

de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum, qui vbicumque eum apprehenderit, † allidit illum & spumat, & stridet dentibus, & arescit. Et dixi discipulis tuis, vt eiicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, dixit: † O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? Quamdiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerunt † eum. Et cùm vidisset eum statim spiritus † conturbauit eum, & † elisus in terra volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius: Quantum temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia. Et frequenter eum in ignem & in aquam misit, vt eum perderet. Sed si quid potes, adiuua nos misertus nostri. Iesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cum lachrymis, aiebat: Credo domine, adiuua credulitatem meam. Et cum vidisset Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immundo dicens illi: Surde & mute spiritus, ego tibi præcipio, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et cla-

Interlinear glosses: a ¶ Hieron. Alle. Peccatorum spumat stultitia. b ¶ Iracundia. ¶ Ignauia. a ¶ Quasi dicat, Incredulitas vestra impedit salutem. a ¶ Puerum non dæmonem, vt ostendat illum dæmonio traditum propter peccatum suum vel parentum. a ¶ Non quasi ignorans interrogauit, sed vt diuturnitas infirmitatis ostensa curationem gratiorem faciat. a Moraliter, iræ vel libidinis. b ¶ Cupiditatis. a ¶ Libertatem arbitrij indicat. b ¶ Quæ in nomine Iesu postulantur. ¶ Alias sine in. a ¶ Aliàs credentem. b ¶ q. d. Comminatio potentia est. ¶ Cuius præcipere, est facere.

Marginalia: † Mat. 17. c Luc. 9. c. † illum ad eum. † discerpsit. † lacerat. † credentem. † cadens ... plus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Allidit illum. *Id est, ad terram proijcit,*
2 Et spumat, &c. *Ad ostendendum vehementiam passionis.*
3 Et cum vidisset eum statim spiritus, &c. *Videns enim se citò eijciendum, faciebat peius quod poterat.*
4 Et inter. *Non ex ignorantia, sed vt ex responsione patris appareret omnibus diuturnitas passionis & difficultas curationis, vt ex his miraculum esset euidens.*
5 Si quid po. *Ex quo patet, quòd pater erat dubius in fide, dubitans de Christi potestate.*
6 Omnia possibilia, &c. *Fides enim credentis meretur de congruo vt ei detur beneficium per omnipotentiam Dei,*
7 Credo domine adiu. *Qui dixit: Credo, non erat omnino incredulus: sed vocauit incredulitatem suam fidei suæ imperfectionem, quam petebat à Christo suppleri & perfici.*
8 Surde & mu. *Non formaliter, sed effectiuè, quia in puero obsesso auditum impediebat & loquelam.*

MORALITER.

† *Magister attu. &c.* Per istum ab infantia vexatum à dæmone, significatur peccator ab infantia nutritus peruersè, sicut refert beatus Gregorius de puero quinquenni, quem cum teneret pater in sinu suo vidit dæmones in specie Maurorum venientes ad rapiendum ipsum: & tunc Deum blasphemauit, & statim expirauit. Et quoniam in tali ætate crescente crescit malicia, subditur.

† *Habentem spiritum, &c.* Quia talis non audit correptionem ad bonum.

† *Qui vbicunque apprehenderit allidit illum, &c.* Quia cedit cuilibet tentationi dæmonum.

2 *Et spumat.* Per gastrimargiam.

† *Et stridet dentibus.* Per iracundiam.

† *Et arescit.* Per ignauiam. Hunc discipuli curare non possunt, quia contemnit monitiones hominum, sed solus Deus aliquando de gratia speciali curat eum; Ideo subditur:

† *Ego ti.* Et non alius.

† *Exi ab.* Quod fit quando ex Dei adiutorio non patitur recidiuum, ad quod designandum subditur.

a *Discerpens, &c.* HIERONYMVS. Discerpit diabolus appropinquantes ad salutem, quod est ei esca dilecta, quos in ventrem suum trahere desiderat per terrores & damna, vt Iob.

b *Factus, &c.* ISIDORVS. RABAN. &c. Sanatis enim dicitur: *Mortui enim estis, & vita vestra ab. est cū Christo Ie. d.* Vnde infirmitas Christianorum nō est mors, sed mortis similitudo.

c *Hoc genus in nullo.* HIERONYMVS. Stulticia ad luxuriā carnis pertinet & ieiunio sanatur. Ira & ignauia oratione depellitur. Medicina cuiusq; vulneris adhibenda est ei. Non sanat oculum quod calcaneum, ieiunio passiones corporis, oratione sanātur pestes mentis.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Discis hinc quomodo Christus Seruator noster doctrinā de ieiunio proponat eiusdémque necessitatem & vsum insinuet. Neque mihi hîc paucorum quorundam qui citra ieiunium dęmonia eiecerunt, exemplum opponas.

d *Occident eum, &c.* Prosperis miscet tristia, vt cum venerint, non impræmeditatis ferantur animis. Si contristat eos, quia occidendus est, debet lætificare quia die tertia resurrecturus est.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quando Christus de sua morte & cruce verba facit, statim miraculum aliquod adiungit. Et quidem antè & post traditam doctrinam non rarò hoc facit, prout multis passim locis obseruare id licet. *Exinde,* scribit Matthæus, *cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oporteret eum ire Ierosolymam & multa pati.* Tunc, inquam quando Apostoli illum filium Dei confessi sunt. Et post transfigurationem suæ passionis meminit.

e *Ignorabant.* Non tam ingenij tarditate quàm amore, quia Deum verum cognouerunt, moriturum credere nequibant. Et quia eis in figuris loqui consueuerunt, horrentes eius mortem, in his quoque eum loqui figuratè putabant.

f *Capharnaum.* HIERONYMVS. Villa consolationis: Congruit prædictæ sententiæ: *occisus die tertia resurget.* Granum frumenti moritur, vt multiplicius colligatur: si non moritur, solùm manet.

g *Quid in via, &c.* HIERON. In via tractabant de principatu: similis tractatio loco. Principatus enim vi ingreditur, sic deseritur, & dum tenetur labitur: & incertum in qua mansione, id est, in qua die finiatur: vnde dicit: *Qui vult esse primus, &c.*

BEDA. Hinc exorta videtur disputatio, quia viderāt Petrum & Iacobum & Ioannem seorsum ductos in montē, & aliquod secretum ibi esse creditum eis, sed & Petro sicut Matthæus dicit, claues regni cœlorum promissas, & ecclesiam super Petram fidei à qua ipse nomen acceperit ædificandam. Putabant ergo vel illos tres cæteris, vel omnibus Petrum esse prælatum.

[Marginalia: Colloss. 3. a. — †Mat. 17. d. — †Mat. 17. d. Luc. 9. c. sup. 8. d & inf. 10. c. — *inter vos metipsos disputabatis — †Mat. 20. d. & 19. a. Luc. 9. f. — †vltimus — Ioan. 12. d. — At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. — †Mat. 18. a. Luc. 9. f. — Matt. 16. c. — †Mat. 18. a. Luc. 9. f. — Mat. 16. — Matth. 17. — Cant. 2. b. — Diuisio.]

a mans & multum discerpens eum, exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent: quia mortuus est. Iesus autem tenens manum eius eleuauit eum, & surrexit. Et cum introissent in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum: † Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam, nec volebat quemquam scire. † Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum & occident eum, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabant verbum, & timebant eum interrogare. Et venerunt Capharnaum. Qui cum domi essent, interrogabat eos: Quid in via* tractabatis? † At illi tacebant. Siquidem in via inter se disputauerunt, quis eorum maior esset. Et residens vocauit duodecim & ait illis: † Si quis vult primus esse, erit omnium † nouissimus, & omnium minister. † Et accipiens puerum statuit eum in medio eorum. Quem cum complexus esset, ait illis: Quisquis vnum ex huiusmodi pueris re-

[Interlinear: ¶ Mundo. — ¶ Se ibi esse. — ¶ Villa pulcherrima. — ¶ Præ verecundia. — ¶ Quia. — ¶ q.d. Formam virtutis seruent propter me rationis auxilio, quam paruuli gratis beneficio.]

h *Et residens, etc.* Illi euntes disputabant de principatu, & ipse sedens docet humilitatem. Principes enim laborant, humiles quiescunt. Desiderium gloriæ vult humilitate sanare, & primò simplici monet imperio, mox innocentiæ puerilis exemplo.

i *Complexus.* Significat humiles dignos esse suo complexu, qui iure possunt gloriari & dicere: *Leua eius sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me.*

k *Quisquis vnum.* Vel simpliciter pauperes Christi ab his qui velint esse maiores, pro eius honore ostendit esse recipiendos. Vel ipsos malicia paruulos esse suadet, vt tanquam paruuli simplices sint.

☞ *Et quicunque*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factus est sicut mor. *Vt per hoc magis declararetur Christi virtus: quia ad tactum Christi surrexit perfectè curatus.*

2 Hoc gen. in nul. *Dęmones enim non sunt equales in virtute naturali: et ideo vnus ab alio potest difficilius expelli. Ad expulsionem autem istius requirebatur in expellente subiectio carnis ad spiritum, quæ fit per ieiunium, et magna eleuatio spiritus in Deum, quæ fit per orationem. Talia autem adhuc non erant in apostolis, quia pro tēpore illo non competebat eis ieiunare, vt dictum est suprà c. 2. Nec erant adhuc in Deum perfectè eleuati, quia fuerunt rudes et imperfecti vsqueq̃uo receperunt post passionem Christi pleniorem gratiam spiritussancti. Matth. 17. dixit illis Christus, quod non potuerant illum eijcere propter incredulitatem suam: quæ causa ibi est exposita. Et tenendum: quod vtraque causa scilicet illa quæ hic exprimitur, et illa quæ in Matthęo ponitur, simul concurrerunt in discipulis: propter quas illum dęmonem expellere non potuerunt.*

3 Et inde. *Hic consequenter exprimitur discipulorum Christi superbia: vbi primò exprimitur ipsius Christi humiliatio. Secundo exprimitur discipulorum ambitio, ibi:* Qui cum domi essent. *Circa primum describitur humiliatio Christi per hoc quod prædixit eis ignominiam suæ passionis, quam voluntariè erat passurus, et hoc debebat discipulis exemplum esse humiliationis: verumtamen tanquam adhuc rudes non capiebant ad plenum verbum eius. Ideò sequitur:*

4 At illi igno. *Quia frequenter loquebatur eis in parabolis: propter quod dubitabant si hoc verbum esset parabolicum.*

5 Qui cum, &c. *Hic reprimitur ambitio discipulorum. Et diuiditur in partem principalem & incidentalem. Secunda, ibi:* Et respondit illi Ioannes. *Et primæ partis patet sententia ex dictis Matth. 18. exceptis quæ sequuntur:*

6 Interrogabat eos. *Non ex ignorantia, sed vt ex doctrina sequenti appareret Christum non ignorare verba quæ dixerunt inter se ipso absente.*

7 At illi taceb. *Verecundia ducti. Cuius causa subditur, cùm dicitur:*

8 Si quidem in via, &c. *Quod in eis erat verecundum & reprehensibile, cùm magister eorum esset humillimus, & immediatè eis prędixerat humiliationem suæ passionis.*

Respondit

MORALITER.

† *Iesus autem. Docebat autem di. &c.* Sequitur.

† *Et occi.* THEOPHYLACTVS. Postquam verò dixerat, quod erat triste, adiunxit quod debet lætificare, vt disceremus ex hoc quod post angustias læticiæ subsequentur.

8 *Siquidem in via, &c.* HIERON. Vbi notandum, quòd illi euntes disputabant de principatu: ipse verò sedens docet humilitatem, quia principes laborant, & humiles requiescunt.

† *Et accipiens pue. etc.* BEDA. In quo malicia paruulos esse suadet, vt simplicitatem sine arrogantia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia conseruent.

a *Et quicumque.* Quia in pueris se recipi docebat, vt caput in membris, ne putaretur hoc solùm esse quod videbatur, adiunxit. *Et quicumque me susce. &c.*

b *Respondit illi.* Quia dixerat: *quisquis vnum ex huiusmodi pu. receperit, me recipit*, intelligit Ioannes quòd in nomine eius eos non recipiant, qui non sincerè ambulant. vnde ait:

c *Magister vi. quem* Q.d. Hic in nomine tuo nō debet suscipi.

† Luc 9.f.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Nō inuidia aut praua aliqua æmulatione percitus tonitrui filius hæc aiebat: verùm omnes qui Christi nomen inuocabant, Christum ibidem sequi, vnáque cum Christi discipulis ætatem agere debere persuasum habebat. Multi autem in Christum alioqui non credentes apud Iudæos extiterunt, qui istiusmodi gratias & prærogatiuas acceperant. Qualis erat is de quo hoc loco sermo est. Talis quoque erat Iudas Iscariotes. Nam etsi ille nequam esset, soloque corpore Christum sequeretur, miraculorum tamen gratia ornatus erat.

* quia non sequitur nos.

† lapis molaris.

a ceperit in nomine meo, me recipit: Et quicumque me susce-
(a ¶ Solum. ¶ Suscepit b ¶ Quia inter eum & me nihil distat.)
b perit, non me suscipit, sed eum qui me misit. † Respondit illi
c Ioannes, dicens: † Magister vidimus quendam in nomine
d tuo eijcientem dæmonia, qui non sequitur nos: & prohibui-
e mus eum *. Iesus autem ait: Nolite prohibere eum. Nemo
est enim qui facit virtutem in nomine meo, & possit citò ma-
(¶ Q. dicat, quisquis vnum ex huiusmodi, &c. sed ne paupertatis excusationem prætendatis. Quisquis enim.)
lè loqui de me. Qui enim non est aduersum vos, pro vobis
(a ¶ Leuissimo enim præcepto excusationem diluit.)
f est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ frigi-
dæ in nomine meo, quia Christi estis: amen dico vobis, non
g perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit vnum
(a ¶ Magni nullo modo mouentur, pusilli occasiones quærunt.)
ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis, si
h circumdaretur † mola asinaria collo eius, & in mare mitte-

d *Et prohibuimus eum.* Putauit eum excludendum à beneficio qui non vtitur officio, sed docetur neminem à bono quod ex parte habet arcendum sed ad hoc potius quod non habet prouocandum: vnde: *Nolite prohibe.*

Philip. 1. c.

e *Nolite prohibe.* BEDA. Hinc Apostolus: *Sed siue occasione siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudio semper gaudebo.* Tales quamuis signa faciant, & ob aliorum salutem censeantur esse non prohibendi, non tamen eis secura conscientia. Immo cum dixerint: *In nomine tuo prophetauimus, & dæmonia eijcimus, &c. dicetur eis, quia nunquam noui vos: discedite à me qui operamini iniquitatem.* Itaque hæreticis & schismaticis & malis catholicis non sacramenta communia in quibus nobiscum sunt, non contra, sed diuisionem paci veritatique contrariam qua aduersum nos sunt, & dominum non sequuntur nobiscum, detestari & prohibere debemus.

Matth. 7. d.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Addit hoc ob eos fortassè qui postea in prophanas hæreses prolapsi sunt. E quorū numero erat Simon magus, Menander, item & Cherinthus pluresq; alij; fieri nihilominus potest, ne hosce quidem vera in Christi nomine miracula patrasse, sed quibusdam præstigijs & imposturis, mortalium mentibus illusisse.

f *Frigidæ.* Ne paupertate & penuria lignorum aliquis se excuset. Similiter dicit Apostolus ad Gal. *Communicet autem is qui cathechizatur verbo ei qui se. ca. in omnibus bonis.* Et ne quis se paupertate excuset ait: *Nolite erra. Deus non ir. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet.*

Gal. 6. d. Ibidem. † Luc. 9. f.

g *Et quisquis scand.* Quamquam hoc generale sit: potest tamen secundùm consequentiam sermonis contra apostolos dici, qui de primatu disputabant & eos quos ad fidem vocabant, exemplo suo perdere poterant.

BEDA. Nota quod in bono opere nostro aliquando cauendum est scandalum proximi, aliquando pro nihilo habendum: Inquantum sine peccato possumus, vitare proximorum scandalum debemus. Si autem pro veritate scandalum sumitur, vtiliùs nasci permittitur quàm veritas relinquatur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Pusilli imprimis dicuntur, qui in illum credunt. Tum illi rursum qui nomen illius inuocant, esto eum non sequantur. Tum illi tandem qui aliud nihil valentes aquæ tantùm frigidæ poculum propter nomen illius offerunt.

h *Mola asin.* HIERONYMVS. Secundum morem prouinciæ. Hæc enim pœna maiorum criminum erat. Et re vera est meliùs innoxiam pœna atrocissima temporali tantum finire vitam corpoream, quam lædendo fratrem mortem animæ mereri perpetuam. Per molam asinariam secularis vitæ circumitus & labor, per profundum maris, extrema damnatio. Melius est vt solus pereat sub habitu exteriori, non simulando se bonum, quàm simulando se bonum corrumpere alios. Leuius ergo est si sub exteriori habitu ad mortem terrena acta constringant, quàm si sacra officia culpam cæteris imitabilem demonstrent: quia si solus caderet, tolerabilior vtcunque eum inferni pœna cruciaret.

Et si scan-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Respondit il. *Hæc est pars incidentalis. Ex hoc enim quod Christus dixerat paruulos recipiendos in nomine eius, quamuis sint parua reputationis; ideo Ioannes mouit quæstionem de quodam eijciente dæmonia in nomine Christi, qui tamen non erat de societate eius, quem prohibuerat discipuli: vtrū bene vel male, fecissent ad sciendum si essent hoc alias facturi in casu consimili. Et circa hoc primo ponitur responsio Christi, secundo, prohibitio scandali, ibi:* Et quisquis vnū de pusillis, &c. *tertio. declaratio cuiusdam dicti, ibi:* Omnis enim igne salietur. *Circa primum est duplex modus dicendi. Dicunt enim aliqui quod iste de quo quæsiuit Ioannes, non erat fidelis. Aliqui enim infideles videntes per experientiam nomen Christi virtuosum in nomine eius eijciebant dæmones, vt habetur Act. 19. Dicit tamē Christus quod ille qui sic facit, nō prohibendus: quia talis eiectio dæmonis facit ad declarationem virtutis Christi. Nec etiam talis (licet sit infidelis) habet frontem loquendi contra fidem Christi, cum glorietur de signis in nomine eius factis, & hoc est quod subditur:*

2 Nemo est enim, &c. *Infideles enim aliqui benè aliquibus conueniunt cum fidelibus, vt quod Deus sit vnus & huiusmodi: & in talibus sunt cum eis, licet non in alijs. Alij verò dicunt, quod iste de quo Ioannes quæsiuit, erat fidelis credens in Christum: & hoc dicit Chrysost. verumtamen non erat tantæ perfectionis, quòd vellet sequi Christum & discipulos eius in modo viuendi, sicut nec modo omnes fideles volunt sequi Christum per religionis ingressum. Et talis etiam non est prohibendus, quia beneficia diuina non solùm dantur per maiores sed etiam aliquando per minores & imperfectos, vt in hoc etiam declaretur virtus nominis Christi, quæ per magnos & paruos indifferenter potest operari. Et quia tales imperfecti aliquando ad tempus credunt, & in tempore tentationis à fide recedunt, ideò subditur:* Nemo est enim qui facit virtutem in nomine meo. *Quia si aliquis imperfectus fecerit miracula in nomine Christi, & postea recedet à fide, non habet frontem loquendi contra Christum in cuius nomine fecerat miracula, de quibus gloriabatur. Et quia non solùm in nomine Christi fienda sunt miracula, sed etiam opera meritoria, ideò sequitur:*

3 Quisquis enim potum dederit vob. cal. aquæ frig. *Hoc dicit ad ostendendum, quòd quilibet quantumcunque pauper potest aliqua pietatis opera facere: quia potum aquæ frigidæ potest dare quilibet quantumcunque pauper:*

4 Et quisquis scandalizau. vnum, &c. *Hic consequenter ponitur prohibitio scandali. Et patet sententia ex dictis Math. 18. excepto quod sequitur:*

Vbi vermis

MORALITER.

† *Magister vidim. &c.* Per istum qui non erat de societate apostolorum significatur laicus bonus, qui non habet prędicandi officium, tamen bonis verbis & exemplis agit ad expulsionem dæmonis de cordibus proximorum: quamuis non sequatur Christum per statum religionis & clericatum.

4 *Et quisq. scan. &c.* GREGOR. Per molam asinariam secularis vitæ circumitus & labor exprimitur. Per profundum maris extrema damnatio designatur. Qui ergo ad secularitatis speciem deductus verbo cæteros destruit vel exēplo; melius profectò erat, vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringant, quam sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent: quia

4 Et

† nimirum

a *Et si scan.* Quia suprà docuit, ne scandalizemus eos qui credunt in eum, admonet quantum debemus eos cauere qui scandalizant.

σκάνδαλον Græcè offendiculum vel ruina vel impactio pedis. Vel vt alij, scrupulus. Ille ergo scandalizat fratrem, qui ei dicto vel facto occasionem ruinæ præbet.

† Mat. 5.c. & 18.a.

†mancum, mutilum.

b *Manus tua.* Amicus, cuius ope & consilio indigemus quotidie. Sed si hic lædere in causa animæ voluerit: excludendus est à nostra societate, ne si cum perdito in hac vita partem habere volumus, simul cũ illo pereamus.

c *Quam duas ma.* HIERONYMVS. Duę manus principatus, humilitas & superbia. Abscinde superbiam, tene humile principatum.

†Mat.18.b.

d *Vbi vermis.* BEDA. Fœtor vermium de corruptione carnis & sanguinis, ideoque caro recens sale conditur, vt exiccato humore sanguineo, vermis esse nequeat. Caro ergo & sanguis vermes creant, quia delectatio carnalis cui condimentum continentiæ non resistit, pœnam luxuriosis generat æternam. Debemus ergo corpus continentiæ sale, & mentem condimento sapientiæ ab erroris & vitiorum labe castigare.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vermis nomine designatur impura scelerataque conscientia. Siquidem vna hæc animam peccatricem nulliusque boni sibi consciam, inutilis pœnitentię aculeis, instar edacis vermis continuò pungit & rodit.

e *Omnis enim igne.* Quia tertiò mentionem fecit ignis & vermis, ostendit quomodo vtrumque valeamus vitare. *Omnis enim igne*, Mirè dictum est: Quod enim sale salitur, vermis putredinẽ arcet. Quod verò igne, id est, in igne, asperso sale carnem quoq; consumit. Hęc secundùm legem in hostiis fiebant quæ in altari cremabantur, vbi in omni victima & sacrificio sal offerri præceptum est.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cognatum est huic illud Paulinum: *vnusquisque opus quale sit*, ait ille, *ignis probabit.* Est autem præsens hic locus, ex illo Leuitici petitus. *Quicquid obtuleris sacrificij sale condieris*: rursum, *In omni oblatione offeres sal.* Obseruamus autem præceptum hoc secundum mysticum sensum legemque

1. Cor. 3. Leu. 2.

---

a retur. † Et si scandalizauerit te manus tua, abscinde illam. †

b ¶ Quia. ¶ Sine cupito principatu.

c Bonum est tibi † debilem introire in vitam, quàm duas ma-

a ¶ Inferni pœnas enumerat, vt exterreat.

nus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem,

a ¶ Putredo gehennæ. b ¶ HIERON. Pœna exterius sæuiens inconsumpta, vnde propheta, Ambulate in lumine ignis vestri, in flammis quas succendistis vobis. ¶ Conscientia fera scilicet dolor interius accusans eos.

vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et

a ¶ Amicus necessarius cuius tibi quotidianis vsibus seruit discursus. b ¶ Cùm corrigere nequeas, amputa à societate tua. c ¶ Quia.

si pes tuus te scãdalizat, amputa illum. Bonum est tibi, claudũ in vitam æternam introire, quàm duos pedes habẽtem mitti

d in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non

a ¶ Qui tibi prouidet. ¶ In oculo, nostri carnaliter amici, spiritualiter aduersarij significantur.

moritur, & ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus

¶ Quia.

scandalizat te, eijce eum. † Bonum est tibi, luscum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, &

a ¶ Gratia spiritussancti vel tribulatione. b ¶ Asperso sale sicut in hostiis fiebat.

e ignis non extinguitur. Omnis enim igne salietur, & om-

f a ¶ Humanum genus. b ¶ Purgatorio igne. c ¶ Sapientia. ¶ HIER. Bonum est verbum Dei audire, sale sapientiæ cor condire, immò cum apostolis sal esse, id est aliis sapientiam ministrare. d ¶ HIER. Sal insulsum est qui amat principatũ, qui increpare non audet nec confiteri, ne de synagoga eiiciatur, diligens gloriam hominis magis quàm Dei.

g nis victima sale salietur. Bonũ est sal. † Quod si sal insulsum

---

legémq; spiritus si omni dono sacrificij nostri, quod plurimum per orationem exhibetur, aliud donum, quod in vsum proximi cedat, hoc est, eleemosynam adiunxerimus, quò hac nimirum ratione, gratiam in conspectu domini inueniamus. Dicimus rursum sacrificij nostri munera sale condire, si iuxta diuinarum literarum præscriptum Deo illa litauerimus & obtulerimus; vniuscuiusque proinde opus hic quidem sale, ibi verò igne salietur. Quòd si verò sacrificium nostrum hic quoque igne condiendum est, diuino illo cœlestique igne quẽ dominus in terrã mittere venerat, audiatur: ita vt iuxtà Pauli doctrinam, spiritu post hac feruentes simus.

Luc. 12.

Roman. 12.

Sal dulcedo sapientiæ; ignis, sancti spiritus gratia. *Om. e. ig. sa.* Quia omnis electus sapientia conditur, vt digna victima Dei efficiatur altaribus. Vnde bene addit.

f *Omn. vi. sa. sal.* Ille enim verè domini victima est qui corpus & animam à vitijs emundando per amore spiritussancti Deo consecrat: Nec solùm sale aspergitur, sed igne consumitur, quãdo non peccati tantùm contagio pellitur, sed etiam pręsentis vitæ delectatio tollitur, & futuræ vitæ conuersatio tota mente suspiratur: Vnde: *Nostra conuersatio in cœlis est.* Et, *Obsecrò per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam sanctam, &c.* Aliter. Altare Dei, cor bonorum, hostiæ & sacrificia, bona opera fidelium. In omnibus sacrificijs sal, quia nullum opus bonum sine sapientià. Ignis sacrificia in altari consumit, de quo: *Ipse vos baptizabit in spiritusancto & igne.* Vel, ignis, tribulationes. Respicit hoc ad superiora, vbi scandalizantia membra euelli præcepta sunt: quia hoc est igne saliri, & tentationibus exerceri ob Christi amorem dilectos & proximos nobis abnegare. *Om. vi. sa. sal.* HIERON. Victima genus humanum, quod hic sapientiæ sale vel ratione salitur, dum corruptio sanguinis, custodia putredinis, & mater vermium hic consumitur, & post purgatorio igne examinabitur.

†Matt. 5.b. Luc. 14.g.

Philip. 3.d. Rom. 12.a.

Matt. 3.c.

g *Quod si sal.* Id est, si quis semel condimentis veritatis refectus ad apostasiã redierit: quo alio doctore corrigitur, qui eã quã gustauit sapientiam, vel aduersis territus, vel prosperis illectus respuit? Vnde: *Quis medebitur incantatori à serpente percusso?*

Eccle. 12.

In hoc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vbi vermis cor. &c. *Id est, aculeus vel remorsus conscientiæ, qui continuè affligit damnatos.*

2 Omnis e. ig. *Hic ponitur declaratio cuiusdam dicti. Dixerat enim Christus, quod ad euitandum scandalum pes esset amputandus & manus & oculus eruendus. Quę quidem mutilatio non est intelligenda per abscisionem vel erutionem alicuius membri, sed per restrictionem ab actu malo, quod fit per macerationem carnis & disciplinam: vbi necessaria est discretio sapientiæ. Vnde dicitur:* Om. e. ig. *In quo docet modũ acquirendi discretionẽ sapientiæ, qua acquiritur tribulationis igne, quia vexatio dat intellectum: & hoc est quod dicitur:* Om. e. ig. sa. *Id est, tribulationis igne sapiens efficietur. Sicut enim per ignem decoquentem materia conuertitur in sal, sic per ignem tribulationis acquiritur sal discretionis.*

3 Et

3 Et om. vi. *Sicut enim in lege veteri sal ponebatur in omni sacrificio Dei, sic in omni opere bono requiritur discretio.*

4 Bonum est sal. *Id est, discretio bona est, per quam opera humana habent bonitatem.*

5 Quod si sal insul. fu. *Hic accipitur sal pro hominibus discretionem habentibus, eò quòd aliquis excellens in aliqua proprietate non solùm denominatur ab ea concretiuè, sed etiam abstractiuè, sicut notabiliter liberalis vel sapiens dicitur ipsa liberalitas vel sapientia. Et per talem modum loquendi Christus dixit apostolis qui cæteros præcellere debebant sapientia:* Vos estis sal terræ. *Matth. 5.b. Dicit ergo Saluator:* Quod si sal insf. *Quia si ille qui debet alios dirigere per eminentiam suę discretionis & sapientiæ, fuerit insulsus per defectum discretionis, ille defectus redundat in alios.*

Habete

MORALITER.

† nimirum & si solus caderet, vtcunque hunc tolerabilior inferni pœna cruciaret.

† *Et si scandaliz. te ma. tua absc. ill. &c.* Sanctus Iob 29. c. dicit: *Oculus fui cæco & pes claudo*, id est, consiliarius ignorantium & adiutor impotentum. Ergo manum abscindere, & oculum eruere ne scandalizent, est hominem quantumcunque sibi vtilem in temporalibus à sua societate expellere, si sit sibi ad periculum ruinæ in spiritualibus.

2 Omnis

2 *Omnis en. ign. sal.* Per ignem intelligere possumus spiritussancti virtutem, qui datus fuit apostolis in specie ignis per quem omnis salietur, quia eius discretione ad bonum dirigitur, quia sicut dicitur Sap. 13. *Incerta sunt prouidentiæ nostræ.*

Ioan. 1.

† *Et om. vi. sa. sal.* Id est, opus Deo acceptum, conditur spiritussancti directione.

5 *Quod si sal ins. fu.* Id est, si humana discretio careat spiritusancto, non proficit, sed aliquando magis officit quia facit hominem nimis confidere de seipsõ.

5 a

In hoc Iudam & socios eius significare creditur, qui Phylargyria corruptus, & apostolatum perdere, & dominum tradere non dubitauit.

Quia autem sunt multi quos dum maior scientia erigit, ab aliorum societate disiungit, & quo plus sapiunt, eo plus à concordiæ virtute desipiunt subiungit:

a *Habete in vobis sal. & pa.* BEDA. Habere sal sine pace, nō virtutis est donum, sed damnationis argumentum. Quo enim quisque melius sapit eo deterius delinquit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ecquidnam inquit Baptista est sal quod dominus hoc loco vnumquemlibet habere præcipit, dicens: *Habete in vobis sal & pacem habete inter vos*? Ecquid rursum Apostolus vult, dum ait: *Sermo vester semper in gratia sit conditus*? Domini itaque verbis docemur, ne quam vnquam mutuæ auersionis aut dissidiæ materiam subministremus, verum vti spiritus vnitatem in vinculo pacis perpetuò indiuulsam conseruare studeamus. Per apostoli autem verba vnusquilibet nostrûm dicti illius admonetur: Num quis panem manducare potest absque sale? Num quis sapor in verbis inanibus inesse potest? Admonemur per hęc, inquā, vti orationem nostram ... dei ædificationem, hoc est eo modo & ratione ...amus, ...gratiam apud eos, qui audiunt conciliet: Intere... ...tempus oportunum, ordinémq; compositum, ...ribus faciendam idoneū obseruemus.

a ¶ Iusticiam. GHIER. Sal correctionis amor proximi temperet, & dilectionē sal iusticiæ condiat. b ¶ Dilectionem. ¶ ... sapienter loquitur, magnopere metuat, ne eius ... vnitas rumpatur.

fuerit, in quo illud condietis? ✝ Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

✝ al. dic. et §. sed cum rector.

NICOLAVS DE LIRA

1 Habete in vobis sal. *Id est, discretionem.* 2 Et pacem habete inter vos. *q. d. Per sapientiam pax inter homines acquiritur, & etiam conseruatur.*

ADDITIO.

In cap. 9. *Vbi dicitur in Postill.* Et similiter claritas gloriæ ... tunc in corpore suo habuit, est in extremitate corporis.

Quòd figura sit in extremitatibus corporis, patet ex definitione. Figura enim est quæ termino vel terminis comprehenditur, vt ait Geometra. Sed quòd similiter se habeat claritas gloriæ, vt scilicet sit tantum in extremitatibus corporis, hoc non est verum. Claritas enim gloriæ non solùm extremitates continet, sed totum corpus penetrat, cùm totum sit gloriosum, sicut & totum agile. Et ideo in transfiguratione legitur *resplenduit facies eius sicut sol. Sed constat, quòd claritas solis non est tantum in extremitatibus eius, sed etiam in omnibus partibus suis intrinsecis. Ratio autem quare assumptio claritatis transfiguratio dicitur, licet figura non materiæ ... est, quia sicut color (qui participat claritatem imperfectè) in superficie corporis colorati attenditur: sic & claritas quæ est perfectè lucida, in eius superficie attendi potest.*

Sed Burgen. hic vnum supponit satis dubium, quòd videlicet corpus Christi in transfiguratione fuerit gloriosum: non fuit verè passibile & formaliter: quod cum glorioso corpore simul stare non potest, quia omne corpus gloriosum impassibile est. Cum enim Christi transfiguratio fuit facta ad ostendendam gloriam resurrectionis ipsis apostolis, quorum oculi profundum corporis videre non potuerunt, sed solùm superficiem corporis & figuram, ... sicut debuit claritas extremitatum. Et dato, quòd redundantia gloriæ in corpus passibile ex singulari dispensatione fuerit penetratiua: ab oculis tamen non glorificatis videri non potuit, nisi superficietenus; nisi Burgen. aliud ponat miraculum circa miraculum quod communiter ponitur in absentia ... redundantiæ gloriæ; scilicet quòd oculi apostolorum ... ad videndum claritatem existentem in profundo corporis.

... ratio Burg. concludit, quæ vult ex litera quòd resplenduit facies eius sicut sol, ... autem habet claritatem non modo in superficie, sed etiam in profundo. ... secundum Burg. in multis locis similitudo, non est respondenda omnimodè, quia aliàs esset identitas non similitudo, quæ curritur quatuor pedibus. Argumentum autem a simili non valet generaliter: ... facies Christi ... resplenduit, & tamen claritatem tantum superficietenus habuit.

REPLICA. *In cap. 9. vbi dicitur de transfiguratione, Postil. Dicit claritatem transfigurati fuisse in forma & figura corporis, per consequens in extremitate. Burg. autem dicit hoc non esse verum, quia vt inquit, claritas gloriæ non solùm extremitates continet, sed totum corpus penetrat: cùm totum corpus sit glorificatum, sicut & totum agile. Sed Burg.*

CAPVT X.

a ET *inde exurgens.* Hucusque ea quæ in Galilæa fecit & docuit: Hinc narrat quæ in Iudæa fecit & docuit & passus est. Et primò quæ trans Iordanem ad Orientem: deinde quæ cis Iordanem, quando venit Ierichō, & Bethaniam & Ierusalē. Cùm enim omnis Iudæorum prouincia generaliter ad distinctionem aliarum gentium Iudæa dicta sit, specialiùs tamen meridiana plaga dicitur Iudęa ad distinctionem Galilęæ Decapolis, & cæterarū in eadem prouincia regionum.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Venienti autem rursum occurrunt turbæ quas ille more suo iterum instituit, necnon a morbis, vt Matthæus habet, quibus tenebantur, liberos asserit. Contulit autem illis geminam sanitatem: corporis vnam, animæ alteram. Hanc quidem per doctrinam, illam verò per diuinā virtutem. Cæterùm corporalium infirmitatum profligatio, non iis modo, qui instabantur, in diuinæ cognitionis materiam cedebat, sed alijs quoque. At non ita Pharisęis. Illi enim per hoc ipsum magis incendebantur, multoque efferatiores efficiebantur.

b *Pharisæi inter.* Magna distantia inter turbas & Pharisæos. Hæ conueniunt, vt doceantur, & infirmi curetur, sicut Matthęus apertè dicit: Illi vt tentando decipiant. Has enim deuotio pietatis: illos adducit stimulus liuoris.

c *Si licet vi.* BEDA. Cornuto syllogismo tētauit, & quicquid respōdeat capere putant. Si dicit dimittendam & aliam ducendam: pudicitiæ prædicator sibi videtur contraire. Si non dimittendam, reus sacrilegij, & contra doctrinam Moysi, & per Moysen contra doctrinam Dei facere. Igitur dominus responsum sic tēperauit, vt transeat decipulā, scripturā sanè intellectam in testimonium adducens & naturalē legem, primámq; Dei sententiā secūdę opponens: quę nō voluntate Dei, sed peccantiū necessitate cōcessa est.

CAPVT X.

ET inde exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum, & sicut consueuerat iterum docebat illos. Et accedentes Pharisæi (¶ Hoc.) interrogabant eum si licet viro vxorem dimittere, tentantes eum ✝

✝ per loce qui est.

☞ *At ille resp.*

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

1 ET inde exurgens. *Hic ponitur confutatio Pharisæorum de aliquibus in lege permissis; & primò, describitur confutatio Pharisæorum, secundò sacerdotum, sequ. cap. Prima in duas: quia primò describitur Pharisæorum confutatio, secundò discipulorum instructio ibi:* Et offerebant illi paruulos. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matth. 19. Licet enim Matthæus idem factum sub alio refert ordine, non tamen differt quantum ad veritatem, vt dicit August. & hoc inuenitur frequenter in Vete. Testam. vtpotè libris Reg. & Para. quod eadem dicta & facta exprimuntur hic & ibi, sub alio tamen ordine.*

Quid

MORALITER.

1 *Et inde exurgens venit in fines Iudææ, &c.* Sequitur. ✝ *Si licet*

✝ *Si licet vir.* Vxor ista potest intelligi sapientia Philosophica: & hæc nō est à doctoribus Theologis simpliciter repellenda: nā in multis

At ille respondens dixit eis: Quid vobis præcepit Moyses? † Qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus, ait: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ab initio autem † creaturæ, masculum & fœminam fecit eos Deus. † Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo † in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: † Quicumque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit † super eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mæchatur. Et offerebant illi † paruulos, vt tangeret eos: discipuli autem † comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Iesus, indignè tulit: Et ait illis: Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum Dei. Amē dico vobis: Quisquis non

a ¶ Moyses. q. d. Hominis est consilium, non Dei imperium. ¶ Non fœminas. In hoc ostendit secunda esse vitanda coniugia. ¶ Non ad vxores. ¶ Non tres. a ¶ Faciendo vnam carnem viri & fœminæ. ¶ De quo Pharisæi. a ¶ Forsan quia paruulum statuerat in medium discipulorum, & complexatus fuerat. ¶ Verè talium, quia amen dico vobis.

a *At ille respond.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Neque semper tacet, ne machinationum, & conciliorum illorum ignarus videatur: Neque semper rursum eos reprehendit, quo per omnia miti patientique animo perferenda esse nos doceat. Prudenti autem interrogatione, de legis decreto, illorum sententiam primò explorat, quò per anticipationē hoc illi respondere cōpellātur quod ipsum alioqui respōdere oportuisset.

b *Moyses permisit li.* ✠ VICTOR ANTIOCHEN. Quia propheta Malachias ad hoc quosdam tacitè iam responderat. Siquidem illos, qui vxores suas temerè dimittebant, increpans, ita scriptum reliquerat: *Vxorem pubertatis tuæ ne deseras fuit enim socia tua, & vxor fœderis tui, &c.* Ob id problema hoc tanquā omninò insolubile, illi proponūt, eò nimirum quòd Prophetæ oraculum legi, quæ ea de re cauerat, videtur planè aduersum. Verùm dominus seruator noster ea sapientia respōdet, vt neque Prophetæ dictum infirmet, neqi legem tamen vllius omnino iniquitatis incuset; ait autem.

c *Ad duritiam cor.* BEDA. Nunquid Deus contrarius sibi est, vt aliquid antè iusserat, & idem post nouo fregerit imperio? Non: Sed Moyses videns propter desiderium secundarum nuptiarum vxores primas interfici, aut in malam vitā duci, maluit indulgere dissidium propter discordiam, quàm per odia & homicidia perseuerare nuptiarum copulam.

d *Et erunt, &c.* Præmium nuptiarum est è duobus vnam carnē fieri. Castitas iuncta spiritui vnus spiritus efficitur.

e *Homo non sep.* Desiderio secundæ vxoris. Deus separat: qui coniungit, quando ex consensu vtriusque propter seruitutem Dei (eo quòd tempus breue sit) sic habent vxores quasi non habentes.

f *Et in domo, &c.* HIERONYMVS. Non discipuli interrogauerunt prius, sed Pharisæi. Sed secunda interrogatio ab alijs, id est, ab apostolis iterum dicta est, quia de eadem re de qua Pharisæi.

HIERONYMVS. Iterata sententia verbi, non fastidium, sed esuriem & sitim præstat, vnde: *Qui me comedunt, adhuc esuriunt, & qui me bibunt, adhuc sitiunt.* Melliflua sapientiæ eloquia gustata, diligentibus multimodum saporem reddunt. Quod significatum est quando dominus pluit manna ad manducandum, sub sole liquescēs, vt est hoc: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum.* Ad ignem duratur, vt panis cor hominis confirmet, vt est: *Si quis vult post me venire, &c.*

g *Quicunque dimis.* BEDA. Matthæus pleniùs: *Quicunque dimiserit vxorē suam, nisi ob fornicationem & aliam duxerit, mæchatur.* Vna ergo solummodo causa est carnalis, fornicatio: vna spiritualis, timor Dei, vt vxor dimittatur, sicut multi religionis causa fecisse leguntur. Nulla autem causa est Dei lege præscripta, vt alia ducatur viuente ea quæ est relicta.

h *Discipuli autem comminabantur offerentibus.* Non quia nollent eis & manu & voce Saluatoris benedici, sed nondum plenam fidem habentes putabant eum more hominum offerentium importunitate lassari.

i *Talium enim est regnum Dei.* Talium significanter dicit, non istorum. Quasi dicat: Mores regnant, non ætas. His promittitur regnum cœlorum qui similem habent simplicitatem & innocentiam, quibus congruit illud Apostolis: *Nolite effici paruuli sensibus, sed malicia paruuli estote.*

✠ THEOPHYLACTVS. Puer enim non odit neque aliquid maliciosè operatur, neque verberatus à matre discedit, sed etsi eum vilibus induat vestimentis, præfert ea regalibus indumentis. Sic & ille qui viuit secundùm virtutem ecclesiæ matris suæ, nihil huic præhonorat, neque etiam reginam multorum, voluptatem.

k *Quisquis non receperit reg.* Qui non perseuerat in ira, læsus non meminit, videns pulchram mulierem non concupiscit, non aliud habet in ore, aliud in corde. Q. d. Si tales non fueritis, non intrabitis in regnum cœlorum.

HIERO- ☞ *Regnum Dei.*

Marginalia: † Deut 24. a. Matth 5. c. & 19. a. — † creationis — † Gen. 1. d. Matth 9. a. Ephes. 5. g. 1. Cor. 6. d. — † Matt. 5. c. & 19. c. Luc 16. e. — † In eā, aduersus eam — † puellos. — Repudij libellū quare Moyses permisit. — 1. Cor. 7. e. — Eccle. 24. c. — Exod. 16. c. — Matth. 13. f. Luc. 9. c. — Matth. 5. c. — † vna caro vel in carnē vnam. — Separationis coniugatorum causa sola est fornicatio. — † increpabant. — 1. Cor. 14. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quid vobis præcepit Moyses. *Matth. 19. dicit quòd Pharisæi hoc dixerunt Christo quasi ei obijciendo. Et dicendum, quòd Christus primò quæsiuit hoc ab eis, vt hic dicitur: quia antequam diceret suam sententiam, volebat quòd audiretur eorum falsa opinio, qua credebant hoc esse licitum: & ideò tunc quasi obijciendo dixerunt.*

2 Moyses permisit libellum repudij, &c. Et in do. ite. di. *Quia discipuli adhuc rudes ad plenum non intellexerunt verbum Christi, ideò cùm venissent ad domum iterum interrogauerunt eum, & ipse idem repetijt quod prius dixerat in præsentia Pharisæorum.*

3 Et offere. *Hic consequenter describitur instructio discipulorum, & primò ponitur dicta instructio, secundò instructionis confirmatio, ibi:* Et proficiscente eo de Ier. *Prima in tres, quia primò instruit discipulos de humilitate, quæ est fundamentum aliarum virtutum: secundò, de voluntaria paupertate, ibi:* Et cum egressus esset. *Tertiò, de toleranda aduersitate, ibi:* Et assumens iterum duodecim. *Primum autem docet per hoc quod dicit nullum intrare in regnum cœlorum, nisi puerum, id est, humilem, eo modo loquendi quo dicitur* 1. Reg. 15. c. Cùm esses paruulus in oculis tuis. *Et patet sententia ex dictis Matthæi 19.*

3 Et — 1 Et cum

MORALITER.

† in multis valet ad fidei consolationem, & disputando cùm hæreticis ad eius defensionem: sed si fornicetur est repudianda. Et hoc fit, quando propter rationes Philosophicas incipit quis dubitare de fide quæ est suprà rationem.

3 *Et offere.* Paruuli possunt dici pauperes & generis infirmi: per discipulos autem impedientes ne offerantur Christo, significantur ecclesiæ rectores vel religiosi, qui propter paupertatem vel generis infirmitatem repellunt eos à debita promotione vel receptione ad religionem cum tamen aliàs sint apti: propter quod impedientes arguuntur ore Christi, ideò subditur:

† *Talium est enim regnum Dei.* Matth. 5. *Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum, &c.*

† *Quisquis non receperit regnum Dei velut par.* Id est, sine superbia & dolo.

a *Regnum Dei.* Id est, doctrinam euangelij sicut paruuli accipere iubemur, id est, sicut paruulus doctoribus non contradicit, rationes aduersus eos non componit, sed fideliter suscipit, cum metu obtemperat & quiescit: ita & nos obediendo simpliciter, & sine omni contradictione verba domini debemus suscipere.

b *Et complexans eos & implens manus, etc.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Continuè aptéque illos complectitur suamq; cõplexis benedictionem impertitur; siquidem conditoris opus, quod initio in peccatum prolapsum, ab ipso seiunctum fuerat, rursum erigitur & quasi inter brachia subleuatur. Imponit autem infantibus manus, diuinæ virtutis illapsum, proprijque operis complemẽtum per eam manuum impositionem tacitè designans. Et quidem secundum communem hominum consuetudinem: Nam vt verus: numerísque omnibus perfectus homo erat: itaque humana quoq; verè operabatur & patiebatur. At verò interiùs non operabatur vt homo, aut ritu humano, sed vt Deus prout verus quoque Deus erat.

c *Procurrens quidam genu.* BEDA. Audierat credo iste à domino tantùm eos qui volunt paruulis esse similes introitu regni cœlestis esse dignos, & ideò certior esse desiderat, non per parabolas sed apertè: quibus operum meritis vitam æternam consequi possit.

d *Quid me di.* BEDA. Quia magistrum vocauerat bonum, & non Deum, vel Dei filium, discit quemuis sanctum hominem, comparatione Dei non esse bonum. De quo: *Confitemini domino quoniam bonus.* Vnum autem Deus bonus, non pater solus, sed & filius, qui dicit: *Ego sum pastor bonus.* Et spiritussanctus bonus est de quo: *Pater de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se.* Vna scilicet & indiuidua trinitas, pater & filius & spiritussanctus, solus & vnus Deus bonus est. Non igitur bonum se negat, sed Deum esse significat. Nec se magistrum bonum non esse, sed absque Deo, nullum bonum esse testatur.

[Margin: † hæreditate possidebo? † Exo. 20. b. † Mat. 19. c. Luc. 18. d. Psal. 106. a. Ioan. 10. b. Luc. 11. b.]

a receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. †
(a ¶ Vt significet tales sua dilectione & gratia & benedictione esse dignos.)
b Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. c Et cùm egressus esset in via, procurrens quidam 1 genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens: †Magister bone, quid faciam, vt vitam æternam † percipiam? Iesus autem di-
(¶ Comparatione Dei. a ¶ Qui solus bonus ex se, alij per ipsum boni.)
d xit ei: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. † e † Præcepta nosti, ne adulteres, ne occidas, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, † honora pa- f trem tuum & matrem. At ille respondens ait illi: Magister,
(a ¶ Arcana cordis eius.)
omnia hæc obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus 2
(a ¶ Ad perfectionem. b ¶ Omnia omninò, non partem sicut Ananias.)
eum, dilexit eum, & dixit ei: † Vnum tibi deest. Vade, quæ-
(a ¶ Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. b ¶ Quem nec ærugo nec tinea demolitur.)
cumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesau-
(a ¶ Quia hoc solùm non sufficit. b ¶ Imitando, sicut ego ambulo ambulando.)
g rum in cœlo, et veni, sequere me *. Qui contristatus in ver-
(a ¶ Causa tristitiæ. b ¶ HIERON. Q. d. spinas nascentes & tribulos, quæ sementem dominicam suffocauerunt.)
bo, abijt mœrens. Erat enim habens multas possessiones. Et h circumspiciens Iesus ait discipulis suis: Quàm difficilè qui pe- † cunias habent in regnum Dei introibunt. Discipuli autem

e *Ne adul.* BEDA. Hæc est puerilis innocentiæ castitas, quæ nobis imitanda proponitur, si regnum Dei intrare velimus. Notandum sanè, quòd iusticia legis suo tempore custodita, non solùm bona temporalia, sed etiam vitam conferebat æternam.

f *Magister.* BEDA. Non putandus est voto tentantis (vt quidam putant) dominum interrogasse, & de sua vita mentitum esse, cum legis mandata custodisse dixerit, sed simpliciter confessus. Si enim mentiretur, nunquam intuitus arcana cordis eius eum diligere diceretur Iesus. Diligit enim eos qui mandata legis etiam minora custodiunt: & quod in lege minus fuerat, his qui perfecti esse desiderant, ostendit, quia non venit soluere legem, sed adimplere. vnde addit: *Vade, quæcumque habes vende, & da pauperibus, etc.*

g *Et veni sequere me.* BEDA. Q. d. Post contẽptas diuitias Saluatorem imitare, id est, relictis malis fac bona. Faciliùs saccus contẽnitur quàm concupiscentia vel voluptas.

[Margin: † Mat. 19. b. Luc. 10. d. & 18. d. † Eccl. 3. b. Math. 5. b. * tollens crucem.]

h *Quam difficile.* BEDA. Qui multiplicandis diuitijs incumbunt patet quia vitæ alterius gaudia quærere contemnunt. Sed aliud est pecuniam habere, aliud amare. Multi habent, & non amant, & multi non habent & amant. Item alij & habent & amant. Alij verò non habere nec amare se gaudent, qui tutiores sunt, & quidem cum Apostolo dicere possunt: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Vnde & Salomon non ait: Qui habet, *sed qui amat diuitias, fructus non capiet ex eis.* Et ipse dominus in his verbis discipulis obstupentibus dicens: *Filioli.* Non ait, *impossibile.* (Quod enim impossibile est, omninò fieri non potest: quod difficilè, cum labore potest fieri) sed cum magno labore iuuante Dei gratia, vt pecunias habentes, vel etiam in eis confidentes exutis Phylargyriæ retinaculis intrare possint regnum Dei.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hæc Christi oratio ipsas pecunias in ius non vocat, aut damnat, sed illos, qui citra modum illis conquirendis inhiant, aut nimis auarè conquisitas detinent. At quorsum ad discipulos, qui pauperes erant, nihilque omninò

[Margin: Galat. 6. d. Eccles. 5. b.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum egres. esset. *Hic consequenter docet discipulos de voluntaria paupertate. Circa quod primò mouetur quæstio, secundo ponitur quæstionis solutio, ibi:* Iesus autem dixit ei. *In qua solutione Christus primò ostendit quid sit necessarium ad salutem, videlicet obseruatio mandatorum: secundò, quid requiritur ad maiorem perfectionem qua consistit in obseruatione consiliorum, in qua perfectione, primum est abrenuntiatio temporalium, vt quis liberè possit sequi Christum, & hoc ponitur ibi:* Iesus autem intuitus, &c. *Sententia duarum partium primarum patet ex dictis Matth. 19.*

2 Iesus autem intuitus. *Hic docetur voluntaria paupertas, & primò quantum ad eius perfectionem, secundo, quantum ad eius difficultatem, ibi:* Qui contristatus. *Tertiò, quantum ad eius remunerationem, ibi:* Et post hæc cœpit ei pe. di. *Sententia istarum partium patet ex dictis Matth. 19. exceptis quæ sequuntur:* Iesus autem in. est eum & di. ei. *Propter bonam conseruationem suam præteritam, ostendit sibi vultum amicabilem. Verumtamen ad perfectionem maiorem non potuit ascendere propter impedimentum diuitiarum. Aliqui enim sunt apti ab benè viuendum in inferiori statu, non tamen in maiori & perfectiori.*

MORALITER.

† *Non intrabit.* Sequitur.

† *Magister bo. q.* Ipsum interrogabat, quia licet crederet eum hominem purum, tamen eum reputabat in lege peritum, propter quod respondit dicens:

† *Quid me dicis bonum.* Ex quo credis me hominem purum.

† *Præcepta no. &c.* Q. d. eorum obseruatio sufficit ad salutem sed non ad euangelicam perfectionem; ideò subditur:

† *Vnum ti. dee.* BEDA. Non partem tantum, sicut Ananias & Saphira Act. 5. b.

† *Et da pauperibus.* Non amicis carnalibus, nisi fuerint indigentes.

† *Et ha. the. in ca.* CHRYSOSTO. Ostendit quòd plus reddit quantò maius est cœlum quàm terra.

† *Qui contri. abijt mœ.* Impeditus à perfectione quam quærebat, possessionum amore. BEDA. Inter pecunias habere, & amare, multa distantia est, vnde: Salomon non ait: Qui habet, sed *qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Et accipit amare pro fidem in diuitijs ponere. Et de talibus subditur.

† *Quam diffici. qui pecunias hab.* Et capitur hîc difficilè pro impossibili, vt patet ex litera sequenti, & declaratum fuit pleniùs Matthæi 19.

† Ecce nos

omninò in bonis habebunt, ait: *Filioli quàm difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt!* voluit per hoc illos admonere ne propter paupertatem erubescant aut animum despondeant.

a *Facilius est ca.* BEDA. Quomodo ergo in Euangelio Matthæus & Zachæus, & Ioseph & in veteri Testamento quam plurimi diuites intrauere? Fortè quia diuitias pro nihilo habuere vel ex toto contemnere didicerunt, vnde Dauid. *Vnicus & pauper sum ego.* Et idem. *Diuitię si affluant, nolite cor apponere.* Non ait nolite suscipere.

† Mat.19.c. Lucæ 18.c. Psal 24.c. Ibidē 61.c.

ALLEGORICE. Facilius est Christum pati pro dilectoribus seculi, quàm eos ad Christum posse conuerti. Camelus enim Christus est spontè humiliatus infirmitatis nostræ onera sustulit. In quo enim melius intelligitur: *Quanto maior es humilia te in omnibus.* Acus punctiones, id est, dolores, passiones. Foramen acus, angustia passionis, qua (velut scissa) vestimenta nostræ naturæ quodammodo resarcire, id est, reparare dignatus est. Vnde post lapsum melius induti gaudeamus. Ad hoc testimonium Apostoli: *Quicunque baptizati estis in Christo, Christum induistis.*

Eccl.3.c. † Mat.19.d. Lucæ 13.f. Gal.3.d.

quando omnia quæ propter Deum dimisimus, multiplici nobis fœnore sunt reddenda, insuper & vita æterna. Nec vident quàm sunt inepti, saltem in centenis vxoribus secundum alios euangelistas, præsertim cum Dominus dicat nec nubent neque nubentur, & ea reddenda in hoc tempore cum persecutionibus, quæ post resurrectionem omninò iustis nullæ erunt. Sensus ergo est: Qui propter euangelium Christi carnalia reliquerit, spiritualia bona recipiet quæ sui merito & comparatione ita erũt quasi paruo numero centenarius comparatus; quia fratribus & sororibus (quibus spirituali glutino colligatur) multo gratiorē etiam in hac vita recipiet charitatem. Vnde: *Multitudinis cre. erat cor vnum & anima vna & erant illis omnia communia.* Aliter Centenarius à læua translatus in dexteram, licet eãdem in flexu digitorum videatur tenere significationem vel figuram quam denarius in leua, numerum tamen quantitatis magnitudine superuadit, quia omnes qui propter regnum Dei temporalia spernunt etiam in hac vita persecutionibus plena regni gaudium fide certa prægustant: & in expectatione patriæ cœlestis quæ per dexteram significatur omnium pariter electorum verissima dilectione fruuntur.

Luc.18.f. † amplius stupebant. Act.4.f. * aut vxorem.

a ¶ Quia non poterant intelligere.

obstŭpebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens, ait

a ¶ Non dicit habentes, sed in eis confidentes.

illis: Filioli quàm difficile est confidentes in pecunijs in re-

a ¶ Verè difficile, quia. b ¶ Christum. c ¶ Angustias passionis.

a gnum Dei introire. † Facilius est camelum per foramen a-

¶ Diuitias amantem. ¶ Quod est pauperum.

cus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Qui †

a ¶ Quam ante quia idem repetendo confirmauit. ¶ Cum pene omnes cupiunt fieri diuites.

b magis admirâbantur, dicentes ad semetipsos: Et quis potest
c saluus fieri? Et intuens illos Iesus ait: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum. Omnia enim possibilia sunt

¶ Quia audiuit diuites non posse intrare in regnum cœlorum.

d apud Deum. Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus †
e omnia, & sequuti sumus te. Respondens Iesus ait: Amen dico vobis nemo est qui reliquerit domum aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, * aut filios, aut agros, pro- 1

a ¶ Omnes sancti & quęcumque habent communicantur ei.

f pter me & propter Euangelium, qui non accipiet centies 2 3

a ¶ Spirituales.

tantum nunc in tempore hoc domos & fratres & sorores &

a ¶ Hoc enim persequutionibus plenum est tempus.

matres & filios & agros cum persequutionibus, & in sæculo

¶ Iudas de Apostolo apostata.

g futuro vitam æternam. † Multi autem erunt primi nouissimi,

¶ Vt latro.

& nouissimi primi. Erant autem in via ascendentes Ie- 4

a ¶ Quasi caput vnus moriturus pro omnibus. ¶ Ad mortem imperterritus. 5

h rosolymam, & præcedebat illos Iesus, & stupebant, 6

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Obseruandum est hic quoque Dominum nõ simpliciter dicere: difficile esse diuitem in regnum Dei intrare; sed quadam emphasi & vehementia vsum, rem hanc quodammodo impossibilem definire. Quod discimus ex exemplo, quod de camelo & foramine acus in medium adfert, patet. Ostenditur autem cœlestium rerum meditationi impigrè vacare donum esse eiusmodi quod hominibus diuitibus & præpotentibus non temerè obueniat. Quare Dominus quoque studium hoc peculiare Dei opus appellat.

b *Et quis po.* Cum plures sint pauperes quàm diuites, non hoc dixissent nisi in diuitum numero intellexissent cunctos qui diuitias adipisci vellent.

c *Apud de.* Qui à cupiditate terrenorum ad charitatem æternorum conuertere potest, & superbos facere humiles.

d *Ecce nos di.* Grandis fiducia: Piscator erat, diues non erat, victum manu & arte quærebat, & tamen confidenter dicit: *Ecce nos relinquimus omnia, &c.*

e *Et se. su.* Quia non sufficit sic dimittere, iungit quod perfectum est, *& secuti sumus te.* Quasi dicat, Fecimus quod iussisti: Quid ergo dabis præmij?

f *Centies ta.* BEDA. Hac occasione quidam Iudaicam mille annorum fabulam post resurrectionem iustorum dogmatizant quando

g *Multi au.* Quia multi incipiunt sed non perficiunt, Terribilis sententia subditur: *Multi autem, &c.*

Latro in cruce confessor eodem die quo pro peccatis suis crucifixus est, gratia fidei cum Christo in paradiso gaudet. Quotidie quoque videmus multos laicos magis vitæ meritis excellere, & alios à prima ætate spirituali studio feruentes, ad extremum ocio torpescere.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Illi autem inter cæteros futuri sunt primi, qui in Christum credunt seseque ac sua omnia propter ipsum deserunt. Per nouissimos verò, Pharisæos innuere videtur; id quod antè quoque visus est facere, cum nimirum filios regni in tenebras exteriores eiectum iri prædicabat. Vel certè per nouissimos, diuites illos designant, qui pecunijs obstinatiùs quam par est, adhærent, quorum proinde salus perdifficilis est. Certum est enim Apostolos ad diuites spectasse quando dicebant: *Et quis potest saluus fieri?*

h *Et stupebant.* Ideò scilicet quia meminerant quod se passurum multa à summis sacerdotibus & scribis prædixerat, & occidẽdum. Metuebant ergo ne vel ipsi cum eo occiderentur, vel ille cuius vita & magisterio gaudebant, occideretur.

☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propter me. *Id est, propter amorem mei.*
2 Et propter euange. *Id est, doctrinam Christi.*
3 Qui non ac. *Quia pro temporalibus accipit in presenti bona spiritualia, quę tantum excedunt temporalia quantum centenarius vnitatem. Aliter autem potest exponi de religiosis qui pro vno patre carnali vel fratre dimisso, habent spirituales patres & fratres multos, & possessiones & agros, inquantum ex possessionibus omnium fidelium sufficienter sustentantur secundùm illud Apostoli, 2. Cor. 6. b.* Quasi nihil habentes, & omnia possidentes.
4 Et no. p. *Quia reprobatis Iudæis quibus data fuit lex tanquam populo à Deo prælecto, gentiles sunt vocati. Potest etiã exponi aliter, quia aliqui tardè venientes ad fidem vel religionem, aliquando ita feruidè operantur quod præcedunt meritis illos qui venerunt in iuuentute.*
5 Erant au. in via. *Hic consequenter Christus instruit discipulos de toleranda aduersitate. Et primò ponitur eorum instructio; secundo, reprimitur ipsorum ambitio, ibi, Et accedũt. Primum docet Christus exemplo sui, quia promptè & hilariter ascendebat in Ierusalem vbi erat passurus mortem secundum quod discipulis iam prædixerat & hoc adhuc replicat, & patet sententia ex dictis Matthæi 20. hoc excepto:*
6 Et stupebant. *Ex hoc quod ita promptè & hilariter ibat ad locum passionis.*

✠ 1 Et

MORALITER.

† † *Ecce nos dimisimus omnia & se.* Hoc moraliter facit qui inordinatum amorem ad omnia terrena deponit, & talis nunc recipit centies tantum, quia pro abiectione carnalis amoris recipit charitatis donum, quo se & omnia ordinat in Deum.

† *Multi autem erunt.* Quia detenti circa terrenorum amorem inordinatum, primi sunt in hoc seculo, sed erunt nouissimi in futuro.

t 4 † 1 Quia

A a *Et assu.* BEDA. Præuidens discipulorum animos ex passione sua perturbandos, longè ante & passionis pœnam & resurrectionis gloriam prædicit vt cum morientem viderent, resurrecturum non dubitarent. Paganorum quoque dementiam (qui eius crucem irrident) apertè confutat, cum & passionis tempus quasi futurorum præscius ostendit, & locum mortis quasi intrepidus adit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Operæpretium videbatur vt Dominus iste hæc fore discipulis prædiceret. Tum quò hinc discerent quod futurū erat non ignorasse, sed omnia dudū ante præsciisse. Tum maximè quo planum huic fures non inuitum, sed vltroneum mortis supplicium subiisse atque

B vnum hoc in causa erat vt frequenter illud ipsum fore repeteret & ne cruciatibus illius plus æquo conturbarentur.

b *Et acce.* Audita resurrectione, immemores secundi aduentus putant eum more hominum regnare. Matthæus dicit matrē postulasse, sed Marcus dicit ipsos, desiderium eorum volens aperire quorum consilio mater petebat.

C ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Matthæus mātrem filiorū Zebedæi ad Iesum accessisse scribit. Vtrumque factum verisimile fit. Nam quo filij supplicationem instituant efficaciorem, perque matris intercessionem Christum faciliùs in suam sententiam inducant; vel certe quod rubore impediti per se petere non audeāt, matrem assumunt, eandemque veluti clypeum Christo obijciunt; Verùm licet mater interuenerit, petitio tamen filiorum erat. Quare etiam Dominus non ad matrem, sed ad filios orationem dirigit.

c *Nescitis quid petatis.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Nescitis quanta res sit ad Dei patris dexteram confedere, non intelligitis quanto interuallo sessio isthæc omnium supernarum virtutum vim & dignitatem excedat.

d *At illi dixerunt possumus.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sperantes id se concessum audituros, quod petiuerant, statim D permittunt.

Aut baptismo. Idem quod calix. Vnde alibi de passione sua dicit: *Baptismo habeo baptizari: & quomodo coarctor vsque dum perficiatur.*

(Margin: † Mat. 20. d. Lucæ 18. f. — † Mat. 20. e — † cœperūt indignari. — † 93. di. diaconi sunt, 9. q. 3. c. nullus primas.)

a & sequentes timebant. † Et assumens iterum duodecim cœpit illis dicere quæ essent ei ventura, quia ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum & interficient eum, & tertia die resurget. b † Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magister volumus, vt quodcumque petierimus facias nobis. At ille dixit: Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt: Da nobis, vt vnus ad dexteram, & alius ad sinistram c tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis: Nescitis quid petatis. Potestis bibere cālicem quē ego bibo, aut baptismō quo ego baptizor baptizari? d At illi dixerunt ei: Possumus. e Iesus autem ait eis: Calicem quidem † quem ego bibo bi- f betis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini, sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram, non est meum g dare vobis, sed quibus paratum est. † Et audientes decem h † indignati sunt de Iacobo & Ioanne. i Iesus autem vocans eos ait illis: Scitis quia hi qui videntur † principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum potestatem habent ipsorum: † Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicumque voluerit in vobis primus esse erit omnium seruus. † Nam & filius

(Interlinear: ¶ Quia videbat eos timere. — ¶ Hæc scilicet. — a ¶ Ad quem pertinet pati quia non potest diuinitas pati vel lædi. — ¶ Astutè sine nomine munus. — ¶ Interrogat, vt stultitiam confessis corrigat. — ¶ Regnare vultis qui non meruistis culmen honoris sine exercitio laboris: — a ¶ Passionem vnde appropinquante passione sua. Pater si vis transfer calicem hunc à me. — a ¶ Id est tinctura passionis. — ¶ Petitionem eorum. — ¶ In cœlo. — ¶ In terra. — ¶ Id est. — a ¶ Quod debetis amplecti.)

(Margin numbers: 1, †, 2, 3, †, 4, 5.)

e *Calicem qui.* BEDA. Iacobus ab Herode capite truncatur, Ioannes in feruentis olei dolium missus. Inde ad coronam martyrij Athleta Christi processit, statimque in Pathmos relegatus. Itaque & martyrio animo non defuit, & calicem confessionis bibit quem biberunt in camino tres pueri, licet persecutor sanguinem non fuderit.

E f *Sedere au.* Quasi, Vultis vt hoc tribuam vobis? Sed regnū cœlorum non est dantis, sed accipientis. *Non enim personarum acceptio est apud Deum,* sed quicumq; dignus fuerit, accipiet quod non personæ, sed vitæ paratum.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Moriemini quidem mei causa eritisque mei in passione socij; at hoc interim sat non est, vt primas vobis sedes vindicetis. Si enim alius quispiam accesserit qui vnā cū martyrio omnem aliam virtutē F secum deportauerit aut certè multo plura multoque excelletiora virtutum ornamenta in medium attulerit quam illa, vtique præcedet.

(Margin: Act. 10. e. — † Quē ego bibo. — † Mat. 10. d. — † Imperare — † Mat. 10. d.)

g *Vobis.* Adhuc superbis, Q. d. Si vultis accipere: nolite esse quod estis: alijs paratum est, & vos alij estote, & vobis paratum est, quod est, priùs humiliamini qui iam vultis exaltari.

h *Indignati sunt.* Non de matre, sed de filijs, qui ignorantes mensuram suam immodica cupiditate ardebant.

i *Iesus autem vocans eos.* Humilis magister, & pius & mitis, nec cupiditatis immodicæ duos arguit, nec decem indignationis increpat & liuoris, sed docet maiorem esse qui minor fuerit, & Dominum qui seruus sit. Frustra igitur, aut illi ad maiora suspirant aut hi super desiderio eorum dolent cum ad summitatem virtu-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sequentes timebant. *Quia nondum erant perfecti vsque ad tolerantiam martyrij, Quod patuit per effectum: quia Petrus inter alios feruentior, postea timore mortis negauit Christum.*

2 Et accedunt. *Hic consequenter reprimitur discipulorum ambitio. Et primò duorum in speciali, secundo omnium in generali, ibi:* Audientes decem. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matth. 20. excepto quod seq.*

3 Filij Zebedæi di. Magist. *Matth. 20. dicitur, quod mater eorum formauit istam petitionem: Sed quia fuit introducta ad hoc per filios, ideo dicuntur hic eam fecisse: Quia quod per amicos facimus quodam modo per nosipsos facimus.*

4 Aut baptismo quo ego baptizor. *Tincturam enim sanguinis sui in sua benedicta passione vocat hic baptismum.*

5 Et audientes decem. *Hic reprimitur ambitio discipulorum in generali. Et patet sententia ex dictis Matth. 20.*

MORALITER.

† *Quia ecce ascendimus.* Frequenter prædixit discipulis passionem suam, per hoc significans quod multoties esset passurus in mēbris suis, vnde Act. 9. a. dixit: *Saule Saule quid me persequeris?* Et Petro imminente sua passione dixit: Vado Romam iterum crucifigi.

2 *Et accedunt.* Isti credebant Christum in Ierusalem temporaliter regnaturum. Et quoniam erant eius cognati, volebant esse post eum primi. Et istis quantum ad hoc sunt similes, qui terrenis honoribus sunt multum solliciti, & de cœlestibus negligentes, quod est valde fatuum. Ideo Dominus dixit illis:

† *Nescitis quid.* Sicut fatuus qui petit caseum & negligit aurum.

5 *Et audientes.* Humanum quid passi, propter quod Christus vtrosque reprimens, cœpit eos docere de humilitate, per quām honor cœlestis acquiritur, & contemnitur terrenus.

virtutum non potentia sed humilitas ducat. Suis denique propo- A nit exemplum. vt si dicta paruipenderent, ad opera erubescerent. *Nam & filius hominis &c.*

a *Et veniunt Iericho.* HIERON. Iericho luna vel Anathema quod congruit appropinquanti passioni. Defectus carnis Christi, præparatio est cœlestis Ierusalem, vnde Iericho deserentes, Ierusalem. i. visioni pacis appropinquant.

fert, alij tres qui gentibus scribunt conuersis, asinum tantum ad dominum ductum dicunt.

Cæci quos dominus illuminauit, homines sunt supernæ lucis (quæ Christus est) nescij, sed ipso donante ad confitendam cæcitatem & petendam veritatis lucem sunt compuncti. Iericho, luna quæ defectum nostræ mutabilitatis significat, vnde: *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho.*

¶ In carne. ¶ Nota eum qui ministrat, hominis filium appellari. a ¶ Intantum vt etiam animam daret.

hominis non venit vt ministraretur ei sed vt ministraret, et daret animam suam redemptionem pro multis.

¶ Non pro omnibus sed pro his qui credere volunt.

† Et veniunt Iericho. Et proficiscente eo de Iericho & discipulis eius & plurima multitudine: filius Thimei Barthimæus cęcus sedebat iuxta viam mendicans.

a ¶ Hiero. Qui scripturam seruat, nec complet, iuxta mensam mendicans esurit.

Qui cùm audisset, quia Iesus Nazarenus † est, cœpit clamare & dicere: Iesu fili Dauid miserere mei.

a ¶ Peccatoris. b ¶ Dæmones compescent clamorem pauperis quem exaudiuit dominus.

Et comminabantur illi multi vt taceret. At ille multò magis clamabat, fili Dauid miserere mei.

¶ Qui transiens audiuit.

Et stans Iesus præcepit illum vocari.

¶ Per apostolos.

Et vocăt cæcum, dicentes ei: † Animę quior esto, surge vocăt te.

a ¶ Id est, Persceuera in oratione.

Qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad † eum.

a ¶ Per pœnitentiam. b ¶ Per baptismum. c ¶ Nudus veteri homine. ¶ Vt hinnulus super montes.

Et respondens Iesus dixit illi: Quid tibi vis

b *Et proficiscente eo.* BEDA. Quia ascēdente ad cœlos domino & fidelibus sequentibus, cunctis. s. electis ab initio mundi cum illo regnum cœleste ingredientibus, mox gentium populus diu perfidia cæcus, audito Christi aduentu, B cœpit lumen salutis sperare. Iuxta viam sedens mendicat, quia nōdum veritatis iter agnoscēs sedula desiderij inquisitione ad hoc venire contendit, vt Cornelius qui Deū quem colebat, crebris precibus vt se illuminare dignaretur, orabat. Transeundo audit, stando illuminat quia per humanitatem miseretur, in qua natus, passus, resurrexit, ascendit quæ est actio temporalis & transitoria. Et stans cæcum illuminat quia verbi æternitas non transit, quæ in se manens omnia renouat. Stare Dei, est incommutabili dispensatione mutabilia cuncta disponere. Quare ergo transiens audit, stans illuminat? quia qui propter nos temporalia pertulit, inde nobis lumen tribuit vnde transitum mutabilitatis habere nescit.

† esset

† Iesum

Act. 10. b.

c *Barthimęus cæc.* HIERO. Cæcitas Iudæorum quæ illustrabitur in fine in aduentu Eliæ & Enoch.

d *Qui cum au.* Populus gentium audita fama Christi, cuius particeps quærebat fieri contradicebant multi, primò Iudæi post etiā gentiles, ne illuminandus sanandusque mundus Christum inuocaret, nec tamen ad vitā præordinatos æternam poterat impugnantium furor prohibere.

Lucæ. 10. e

† Mat. 20 d

Lucæ. 18. f.

E

† Confide. vel. Bono animo esto

e *Fily Da.* HIERO. Per merita patriarcharum illuminatur Iudaicus populus, cui adest misericors Deus & miserator illuminans cæcos & erigens elisos.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cæcus Christum dominum filium Dauid vocat. Et quidem dominus genus illud non repudiat, esto alibi omni carnali gente sese superiorem ostendisset: neque enim sanitatem cæco impendisset si Dauidis filium falsò illum vocasset, aut ex vana fide aut blasphema oratione & nomine eundem compellasset: Sicuti nugantur, qui quadā externa tantum apparentia Dei verbum in mundū venisse aut ex alienā substantia, & non ex Dauidis massa carnē suscepisse mentiuntur.

f *At il. mul. ma.* Ingrauescente bello vitiorum, manus leuandæ sunt ad lapidem adiutorij cum clamore, id est, ad Iesum.

F

HIERO. Conueniens ordo salutis. Audimus primò, deindè clamamus per fidem, vocamur per apostolos, surgimus per pœnitentiam exuimur per baptismum, interrogamur per voluntatem vnde qui proiecto vestimento suo, exilire nudus veteri homine dicitur vt hinnulus saliens super mōtes, segniciē deponens, patriarchas & prophetas, apostolos in altis considerans.

Mat. 20. d. Luc. 3. f.

BEDA. Matthęus in hoc loco dicit duos cæcos secus viam sedentes illuminatos. Lucas, cum appropinquaret Iericho, vnum illuminatum pari ordine: sed Lucas scribit quod Matthæus omi- C sit. Quod autem hoc loco Matthæus duos dicit, Marcus dicit vnum, alterum non negat. Sciendum est vnum eorum fuisse notissimum: vnde nomen eius & patris commemorat Marcus: quod in aliis non facit, nisi cum Iairum expressit nomine quia & ille nobilis fuit: Ita iste ex aliqua fœlicitate deiectus, notissimæ & famosissimæ miseriæ fuit qui non solum cæcus, verumetiam mēdicus sedebat. Huius ergo illuminationem Marcus describit, quia hoc miraculo maiorem famam comparauit.

BEDA. Appropinquans ergo Iericho cæcum vnum illuminauit, quia in carne veniens & passioni propinquans, non multos ad fidem adduxit. Non enim primò, sed paucis annis antequam pateretur lumen verbi exhibuit. Sed de Iericho proficiscens cæcos illuminauit: quia resurgens à mortuis atque ascendens in cœlum, spiritum sanctum apostolis misit, eosque ad illuminationem omnium populorum in mundum dispersit.

Typicè

TYPICE. Vnum, appropinquans Iericho illuminat, quia ante passionem suam vni tantum Iudæorum populo prædicauit: Et proficiscens de Iericho, duos, quia post resurrectionem per apostolos & Iudæis & gentibus prædicauit, & æternæ diuinitatis & assumptæ humanitatis arcana patefecit. Marcus vnum scribit, quia ad gentes quibus scribebat, respicit qui omninò à luce erant alieni, quorum cæcitas quanto famosior, tanto illuminatio gratiosior. Matthæus duos, quia Hebræis credentibus scribebat euangelium quod ad gentium quoque noticiam erat peruenturum, vt ad easdem vnam fidei gratiam pertinere doceret. Hinc etiam est quod Matthæus asinam & pullum refert

Mat. 21. a.

g *Et vo. cę.* BEDA, Alle. Cæcum clamantem dominus vocat, dum populo gentium scientiam veritatis desideranti, per sanctos prædicatores verbum fidei committit. Qui vocantes cæcum animæquiorem esse & surgere, ad eumque venire, præcipiunt, cum prædicando spem salutis habere, de vitiorum torpore surgere, atque ad virtutum studia quibus illuminari mereatur, accingi iubent quasi dicat, *Accedite ad eum & il.* Et, *Surge qui dor. &c.*

Allego.

h *Qui proiecto ve. suo.* Id est abiectis mundi curis, expedito mentis gressu ad datorem lucis properat.

Psal. 33. a. Ephe. 5. d.

i *Exiliens.* Promptam voluntatem completione desiderij remunerat. vnde: *quodcunque petieritis in oratione credentes accipietis.*

Infra. 11. c.

k *Quid tibi vis.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cur dominus istud rogat? Ne quis dicere queat, Christū aliud dedisse, aliud cæcum expetiuisse, nam prius vbique illorum voluntatem & scopum qui sanitatem ambiebant, exquirere, exquisitamque præsentibus omnibus patefacere solitus erat, quam sanitatem præstaret. Portum quidem quò alios ad pium quendam zelum & æmulationem prouocaret, partim etiam quo sanitatis beneficium in dignos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et proficiscente eo de Iericho. *Hic ponitur instructionis præcedentis confirmatio per illuminationem cęci. Et patet sententia ex dictis Matthęi vigesimo, excepto quod sequitur:*

2 Cæcus sedebat. *Mat. 20. dicitur quod erant duo cęci, sed quia vnus erat magis notus & clamabat altero fortius, ideo hic solus exprimitur.*

3 Animæquior esto. *Id est, magis quietus animo, ac si dicant appropinquat tua illuminatio.*

4 Qui proiecto. *In quo mendicabat, vt celerius veniret ad Christū.*

Rabboni

MORALITER.

† 1 *Et proficiscēte eo de Iericho. & discipulis eius, & plurima.* Sequitur.

† *Barthimęus cæ. se.* Barthimæus qui filius pinguedinis interpretatur, significat hominem delitiis carnalibus nutritum, ideò dicitur cæcus scilicet sapientiæ luce priuatus de qua dicitur Iob. 28. quod *non inuenitur in terra suauiter viuentium*; quia deliciæ carnales hebetant intellectum.

† *Qui cum audisset.* Talis enim cum audit de saluatore, debet clamare per orationem deuotam, vt ab eo recipiat sapientię lumen qui dat omnibus affluenter, saltem de necessariis ad salutem,

in dignos collatum publicè constaret. Quod in his patet primò quidem ex ardenti illius inuocatione, mox verò ex eo quod à domino vocatus, cum omni alacritate exiliens ad illum accurrerit, vestem, vt expeditior esset quasi veterem hominem abiecerit dominus fidei illius testimonium perhibuit, ait enim: *vade fides tua te saluum fecit*, denique salutem consequutus, non, vt solent ingrati, resilit.

Scit quid velit, sed peti vult, quod se dare & nos petere praenoscit qui importunè admonet ad orandum; & tamen dicit: *Scit namque pater vester quid opus sit antequam petatis eum*. Ad hoc ergo requirit vt petatur, & cor ad orationem excitet, vnde caecus

THEOPHYLACTVS. Dicit autem quod secutus est dominum in via, scilicet in hac vita. Quia post hanc excluduntur omnes qui hic eum non sequuntur operando mandata eius.

a *Rabboni vt vi.* Non aurum quaerit, sed lumen. Caecus enim diuitias habere potest, sed non videt quod habet. Exemplo huius non falsas diuitias quaeramus, sed lucem quam cum solis angelis videre possumus ad quam via fides est. Vnde illuminato caeco dicitur: *Vade fides tua saluum te fe.*

b *Vidit & se.* BEDA. Videt & sequitur qui quod bene intelligit operatur sequi, imitari. vnde: *Si quis mihi ministrat me sequatur.*

c *In via.* Consideremus qua via graditur, & sequamur per humilitatem, per labores.

Via quae dicit: *Ego sum via veritas & vita.* Haec est via angusta quae ducit ad ardua, Ierosolymae & Bethaniae ad montem Oliuarum, qui est mons luminis & consolationis.

Mat. 6. b. †Mat. 20. d Luc. 18. g Morali. † visum recipiam. Ioan. 12. d Ioan. 14. a

¶ Magister. a ¶ Vnam petij à domino hanc requiram vt videam volunta. do.

a faciam? Caecus autem dixit ei. Rabboni, † vt videam. Iesus au- ¶ Vide. b tem dixit ei. † Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vi- c dit & sequebatur eum in via.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Rabboni. *Id est magister mi.*

CAP. XI.

Et cum ap. Sequitur.

a *Betha.* BEDA. Bethania villa siue ciuitas in latere montis Olíueti, quae stadijs. 12. ab Ierusalem vbi Lazarus suscitatus est, domus obedientiae interpretatur. Et benè Ierusalem venturus & mundum sanguine redempturus, primò Bethaniam venit, & ibi à deuota muliere vnctus est quia multos ante passionē docendo domū sibi obedientię fecit, quorum pia actione quasi odorifero vnguēto delectatur. Hinc ciuitas etiam haec in monte Olíueti posita dicitur, vt ecclesia per gratiam Dei esse saluanda signetur, quam vnctione spiritualium charismatū, & scientiae & pietatis luce fouet. Mons enim Olíueti spiritualium distributor gratiarum. Ne autem absconderetur ciuitas super hunc montem posita, mittit duos de discipulis suis in castellum quod contra eos est, doctores scilicet qui indocta vel barbara orbis loca, quasi oppositi castelli moenia praedicatione diruerent. Duos propter veritatis scientiam & operis mundiciam.

b *Duos ex disci.* HIER. Bini vocantur, bini mittuntur, quia charitas nō in vno consistit. vnde: *Vę soli.* Duo educunt Hebraeos de Aegypto: Duo portant botrum de terra sancta, vt semper praepositi coniungant operi scientiam. Duo mandata de duabus tabulis proferant, in duobus fontibus abluantur & abluant, & duobus vectibus arcam domini portant, & inter duo cherubim dominum cognoscant, spiritu mente psallentes.

c *Et statim.* BEDA. Introeuntes mundum praedicatores inuenerunt populum nationum, peccatorum funiculis alligatum & etiam Iudaeorum. *Omnes enim peccauerunt.* Vnde apud Matthaeum asina quoque cum pullo alligata reperitur, quae subiugalis & domita significat synagogam, quae iugum legis traxerat. Pullus lasciuus & liber gentes super quem nemo adhuc sedit, quia nemo rationabilium doctorum ei fraenū correctionis imposuit, quo vel linguam à malo cohiberet, vel in arctam viam vitae ire cogeret. Duo discipuli ad animalia missi, duo ordines praedicatorum vnus in gentes, alius in circuncisionem missus.

Et abeuntes inue. pul. &c. Bene pullus ante ianuam fori inuenitur in biuio. Ianua enim est ille qui ait: *Ego sum ianua ouium, per me si quis introierit, egredietur & ingredietur & pas. inue.* quibus pascuis populus gentium carebat, cum adhuc extra ianuam, in biuio ligatus erat. Bene in biuio, quia non adhuc vnam vitae fideique vitam certus tenebat, sed plures sectas. Vnde Lucas ait quia dixerunt domini eius ad illos. *Quid soluitis pullum?* Non vni quippe superstitioni deditus erat, sed prolibitu immundorū spirituum raptabatur varijs erroribus. Communis enim est qui immundus est, qui autem mundus & sanctus est, solius Dei est.

d *Pullum li.* HIER. Pullus ligatus & indomitus, quem soluunt & domant, populus gentilis est. Ante ianuam fidei, cum vinculis peccatorum suorum in biuio stat: in libertate arbitrij dubitat inter mortem & vitam.

THEOP. Vel. *In biuio.* Id est, in vita hac. Solutus est autem à discipulis per baptismum & fidē. Considera verò quāta dominus discipulis praedixerit. s. quod inuenirēt pullū. vnde sequitur: *Et statim introeūtes &c.* Et quod impedirent ab accipiendo, vnde sequitur. *Et si quis vobis dixerit quid facitis? dicite &c.* Et quod hoc dicto permittunt accipere, vnde sequitur: *Et continuo illum dimittet huc.* Et sicut dominus praedixerat, ita impletur, vnde sequitur: *Et abeūt. inuen. pul. lig. ante ianuam foris in biuio & soluunt eum.*

Mat. 5. b. Eccl. 4. a. Allegoricè Rom. 3. c Mat. 21. a. † Ad Bethphage & Bethaniam Ioan. 10. b. † Dominus eo opus habet. † Ioan. 12. a Luc. 19. c

CAP. XI.

a ¶ Visioni pacis in qua immobilis foelicitas, quę est mater omnium nostrum.

Et cum appropinquaret Ierosolymae † & Bethaniae ad montem oliuarum, mittit ¶ Charitate functos. ¶ Propter dilectionem Dei & proximi. duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in castellum quod contra vos est. Et statim in- ¶ Gentes. ¶ Peccatis. troeūntes illuc, inuenietis pullum ligatum ¶ Rationabilium doctorum corrigendo. super quem nemo adhuc hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit, quid facitis, * dicite quia † domino necessarius est, & continuò illum dimittet huc. † Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in bi- ¶ Fidei. uio, & soluunt eum. Et quidam de illic stantibus, dicebant

* hoc

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XI.

Diuisio. Et cum ap. *Hic consequenter describitur confutatio sacerdotum. Et primò ponitur aduentus Christi ad templum; secundò, subditur confutatio sacerdotum, ibi,* Et alia die. *Sentētia primę patris patet ex dictis Mat. 21. exceptis quę sequuntur.*

1 Et cum ap. Ier. *Mons enim Oliueti est medius inter Ierusalem & Bethaniam, & ideò est propinquus vtrique.*

2 Inuenietis pul. li. *Cum ipso asina erat similiter secundum quod dicit Matthęus. Sed Marcus hic tacet de ea quia non oportet quod omnia à quolibet euangelista referantur. Et quia principaliter quaerebatur pullus ad obsequium Christi.*

MORALITER.

1 *Et cum ap.* Sequitur.

† *Mittit d. ex di.* Per binarium insinuans quod discipuli sui habere debent geminam charitatem scilicet Dei & proximi.

† *Ite in ca.* Id est in mundum ad praedicandum.

† *Illum, inue. pullum liga.* Id est hominem dissolutum, praua consuetudine ligatum.

† *Super quem ne.* Quia nulli voluit obedire.

† *Soluite.* Monitis vestris extrahentes eum de sua praua consuetudine.

Et | 1 Et | Benedictum | illuc | † Et

a *Et dimi.* BEDA. Qui in ſoluendo contradicebant, audito nomine domini dimiſerunt. Quia magiſtri errorem qui prius doctoribus contradicebant, poſtquam per miracula virtus fidei dominicæ apparuit, amplius reſiſtere non valebant: & ſic liber credentium populus ad dominum ducebatur. *Et impo. illi ve. ſua.* Doctrinam ſcilicet virtutũ: vel ſcripturarum diſcretionẽ, vel ecclaſiaſticorum dogmatum varietates, quibus hominũ corda, nuda ante & frigida, quo Chriſto ſeſſore fiant digna operiunt.

✱ THEOPHYLACTVS. Diſce Dominum id non ſiue cauſa feciſſe: neque enim opus habebat pullo, qui toties Iudæam & Galilæam peragrauerat: ſed monſtrabat quod ſuper populũ gentiũ ſeſſurus eſſet, qui tum incredulus erat & ineruditus, & vinctus peccatis ſuis in biuio, hoc eſt vita hac, apud ianuam, quæ eſt extra eccleſiam.

Abyſſus abyſſum inuocat, id eſt, lex legem alteram.

g *Benedictus.* Secundum Ioannem, cum turbæ eum raper vellent, & facere regem fugit: & regnum ad hu c victurus noluit Nunc autem iam paſſurus regem non refugit ſe dici. Non hymnos filio Dei & rege dignos non eos reprimit qui regnum Dauid in eo reſtaurandum, & priſcæ benedictionis donum concinunt: quia ſcilicet non temporalis & terreni, ſed æterni in cœlis rex eſſet imperij, ad quod per cõtemptũ mortis & gloriam reſurrectionis, & triumphũ aſcenſionis perueniret. Vnde diſcipulis poſt reſurrectionem ait: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœ. & in terra.*

a ¶ q. d. Quis poteſt dimittere pecca ta. ¶ Theophylactus. Vel prohibentes ſane dæmones quibus fuerunt apoſtoli fortiores.

illis: Quid facitis ſoluentes pullum. Qui dixerunt eis ſicut præ-

¶ Quia domino neceſſarius eſt. ¶ Pullum.

a ceperat illis Ieſus: & dimiſerunt eis. Et duxerunt pullum ad

a ¶ Per baptiſmum. b ¶ Id eſt primam ſtolam immortalitatis.

b Ieſum: & † imponũnt illi veſtimentã ſua, & ſedit ſuper eum.

a ¶ Hi ſunt qui corpora ſua per abſtinentiam domant, vt menti iter parent, vel, bona exempla ſequentibus præbeant. ¶ Vt inoffenſo pede pullus tranſiret.

c † Multi autem ſtrauerunt veſtimenta ſua in via. Alij autem

d ¶ Sententias. ¶ De libris. ¶ Prophetæ, Patriarchæ.

e frondes cædebant de arboribus, & ſternebant in via Et qui præi-

f ¶ Apoſtoli. ¶ Saluifica.

g bant & qui ſequebantur, clamabant dicentes: O ſanna, be-

h nedictus qui venit in nomine domini, benedictum quod ve- [1]

i a ¶ Mane venit ad Iudæos Chriſtus.

k nit regnum * patris noſtri Dauid: oſanna in † excelſis. Et introiuit [2]

† imponẽntes ei. *in nomine domini.* *† Mat. 21. a. Luc. 19. f. Ioan. 12. b.*

h *Regnum pa. &c.* BEDA. Per hoc quod iũgitur: oſanna in excelſis: quod eſt ſalus; ſignificat quod aduentus Chriſti non ſolum hominum ſalus, eſt ſed totius mundi terrena iungens cæleſtibus, vt *ei omne genu flectatur, cæleſtium terreſtrium & infernorum.*

Matt. 28. d. הושיעה נא *Hoſiah na* *† altiſſimis.* *Philip. 2. d.* *Luc. 1. c.*

b *Et ſedit.* HIERO. Cœpit regnare vt nõ regnet peccatum inmortali vel laſciua carne: ſed iuſtitia & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto.

Rom. 6. b.

c *Multi autem ſtra.* Quia multi martyres ſe propriæ carnis amictu exuentes, ſimplicioribus viam ſuo ſanguine parant, vt inoffenſi ad ſupernam ciuitatem, ad quam ducit Ieſus incedant.

MORALITER. Saluator noſter aſino ſedens Ieruſalem tendit quando animam cuiuſque fidelis regens, quaſi iumentum ſuum ad pacis æternæ viſionem ducit. In pullo etiam ſedet, cum eccleſiæ vniuerſaliter præſidet, eámque in ſupernæ pacis deſiderium accendit.

HIERO. *Multi* &c. Pedes ſunt extremi quos ad iungendum conſtituit Apoſtolus, qui etſi non ſunt dorſum, in quo ſedit dominus, tamen cum militibus à Ioanne inſtruuntur.

d *Alij aut.* HIERO. Iuſti vt palma florebunt, anguſti in radicibus, lati in floribus & fructibus: quoniam bonus odor Chriſti ſunt, & ſternunt viam mandatorum Dei bona fama.

Pſal. 91. c. 2. Cor. 2. d.

BEDA. Alij autem frondes vel ramos de arboribus cœdunt, qui in doctrina veritatis verba & ſententias patrum de eorum excerpunt libris. Et hæc in via Dei ad animum auditoris venientis humili prædicatione ſubmittunt.

✱ THEOPHYLACTVS. Sternamus & nos viam vitæ noſtræ cædentes ramos de arboribus, Id eſt, ſanctos imitantes. Nam arbores ſancti ſunt, de quibus ille ramos cedit, qui virtutem eorum imitatur.

e *Et qui præibant.* Præceſſit Iudaicus populus, ſecutus eſt gentilis. Et quia omnes qui fideles ſunt vel fuerunt in Chriſtum crediderunt & credunt, & qui præeunt, & qui ſequuntur oſanna clamant: quod ſalua nos, Latinè dicitur. ab ipſo enim omnes priores etiam ſalutem quæſierunt.

✱ THEOPHYLACTVS. Sed & qui præeunt & qui ſequuntur noſtrorum actuum, ad laudem ſunt Dei. Quidam enim in præterita vita bonum fecerunt initium, ſequens verò non eſt vt prior, neque in laudem Dei finita.

f *Benedictus qui ve.* Quoniam vna fides, vna ſpes omnium. Illi expectabant & venturum credebant, & nos veniſſe credimus.

Pſal. 21. b. Ioan. 6. b.

Et qui præibant. HIERO. Præeunt prophetæ, ſequuntur apoſtoli. *Abyſſus*

HIERO. Hoc Gabrieli conſonat: qui ait: *Hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur: & Dabit illi dominus Deus ſedem Dauid patris ſui.* Vt ſcilicet gentem quam Dauid temporaliter rexit & exempla iuſticiæ præbuit, & ſpiritualibus hymnis ad fidem, & Dei amorem accendit, ipſe ſanctis, verbis, donis & promiſſis regnum cœleſte regeret, & ad viſionem Dei introduceret.

i *Oſanna in ex.* HIERO. Saluifica vt iuſti ædificentur in ruinam angelorum, & terreni ſaluentur ab eo benedicto vincente & veniente in nomine domini, id eſt, patris ſui: quoniam filius de patre nomen ſuſcepit, & pater de filio.

Oſanna: verbum Hebræum, & compoſitum ex integro & corrupto. הושיעה Hoſiah enim ſalua vel ſaluifica נא na interiectio deprecantis. Denique in pſalmo vbi LXX. interpretes tranſtulerunt: *O domine ſaluum me fac*: in Hebræo habetur na adonai Hoſiah na, quod noſter Hiero, ita tranſtulit, *Obſecro domine, ſalua obſecro.* Idem ergo eſt: O Domine, per interiectionem obſecrantis, quod obſecro domine, per ipſum verbum obſecrationis.

k *Et intro.* HIERO. Iam appropinquante paſſione in loco paſſioni præfinito ante ſecula vult eſſe, vt qui eum capere vellent ibi inuenire poſſent, vt oſtenderet, quòd non inuitus, ſed ſponte mortem ſubiret. Introiuit autem ante quinque dies Paſchæ, Dicit enim Ioannes, quòd ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, vbi cœna ei facta & Maria ſoror Lazari vnguento eum perfudit, & in craſtino aſino ſedens obuiante cum palmis turba Ieruſalem venit. In lege enim dictum eſt, quòd decima die menſis tollat vnuſquiſque agnum, & ſeruet eum vſque ad decimumquartum diem menſis, immolétque eum multitudo filiorũ Iſrael ad veſperum. Vnde dominus decima die menſis, id eſt, ante quinque dies Paſchæ ciuitatem in qua pateretur ingreſſus eſt, & certum ſuæ immolationis diem conſpirante contra eum omni conſilio principum & ſeniorum expectauit. Agnus immolabatur 14. die primi menſis ad veſperum, & dominus eadem hora agnũ cum diſcipulis ſuis manducans vbi legalis Paſchæ decreta compleuit,

Ioan. 12. a

NICOLAVS DE LIRA.

1 Benedictum quod. *Credebant enim ipſum cito regnare in regno Dauid, & reſtituere regnum temporale quod à Romanis erat vſurpatum, cuius contrarium dixit Chriſtus coram Pilato Ioan.* 18. *f.* Regnum meum non eſt de hoc mundo: *Sed ſupple de cœlo. Et hoc diuina ordinatione ſignabatur verbis laudantium, cum dicebant:*

2 Oſanna in ex. *Licet non intelligerent, ſicut & Caiphas dixit mortem Chriſti futuram pro ſalute mundi Ioan.* 11. *licet hoc non intelligeret.* Et cir.

MORALITER.

† *Et du. pul.* Ad confeſſionem fidei Chriſtianæ. Sequitur:

† *Et impo. illi eum.* Id eſt, virtutum opera.

† *Et ſedit ſu. eum.* Per obedientiæ actum.

† *Multi autem ſtra.* Nam quando aliquis inſolens perfectè conuertitur ad Deum, alij plures animari ſolent ad ſimile faciendũ. † *Alij*

† *Alij autem frondes.* Per quas ſignificatur lætitia propter quod per iſtos ſignificantur illi qui gaudent & Deum laudant mutatione tali.

† *Et introiuit Iero. in templum.* BEDA. Formam nobis religionis quam ſequamur demonſtrans, vt cum quælibet loca in quibus ſit domus orationis intramus, ad hanc primò diuertamus. † *Et cir.*

pleuit, egressus est, cum eis ad locum orationis, vbi cōprehensus à Iudæis & ligatus, iam sacramētū beatæ immolationis inchoauit.

a *In templum.* Exemplum dedit nobis, vt quocumque veniremus, primum ad domum orationis si ibi sit diuertamus: & cum nos per orationis studium Deo commendauerimus, ad ea propter quæ venimus agenda facedamus.

THEOPHYLACTVS. Mysticè autem dominus introiuit in templum, sed rursus exiuit, ostēdens quod ipsum relinqueret desertum & in rapinam.

b *Et circumsp. &c.* Non semel hoc fecit, sed per omnes quinque dies. Per diem in templo docebat, noctibus exiens in monte Oliueti morabatur, sicut Lucas ait. Docendo enim incredulis officium correctionis sedulus impendebat, manendo apud fideles gratiam benignitatis propitius exhibebat.

MORALITER. *Circunspectis* &c. Inspicit omnia corda, & in contradicentibus veritati non inuenit vbi caput reclinet. Secessit ad fideles, & in eis qui obediunt mansionem fecit. Bethania namque domus obedientiæ interpretatur.

[Margin: † abijt. — Luc. 11. g. — † De custo. eucha c. si. Luc. 19. g. — † Isa. 56. c. Iere. 7.]

a ¶ Si quis eum hospitio susciperet. Tantæ enim paupertatis fuit, & ita nulli adulatus, vt in tanta vrbe nullum hospitium inueniret. ¶ In vespera mundi visitat nos.

Ierosolymam in templum, & circumspectis omnibus cum 1 iam vespera esset hora, † exiit in Bethaniam cum duodecim. †

a ¶ Vt qui in vrbe non inueniebat, in agro paruulo apud Lazarum & sorores eius habere, hospitium.

a ¶ Veritatem humanę carnis ostendit. ¶ Salutem hominum ęstuans ad incredulitatem Israelitis.

Et alia die cùm exiret à Bethania esurijt. 2 † Cúmque vidisset

a ¶ Id est, synagogam, vestitam mandatis hominum, & superstitionibus scopatam, cui denegat fructum in quum, vnde templum ingrediens eijcit vendentes & ementes &c. b ¶ Verba. c ¶ Homo factus. d ¶ Boni operis.

à longè ficùm habentem folia, venit, si quid † forte inueniret

a ¶ Reliquię in fine fructificabunt.

in ea. Et cum venisset ad eam, nihil inuenit præter folia. Non enim erat tempus ficorum. Et respondens * dixit ei: † Iam non amplius in æternum quisquam ex te fructum manducet. Et audiebant discipuli eius, & veniunt Ierosolymam. 3 Et cum introisset in templum cœpit eijcere vendentes & ementes

¶ Quod soli orationi dedicatur. ¶ Qui honores vendunt & gradus emunt.

de templo: & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit, † Et non sinebat vt quisquam trans- 4

a ¶ Commune immundum mercandi gratia non Deo dedicatum. ¶ In Isaia.

ferret vas per templum: & docebat dicens eis: Nónne scri-

¶ Non taurorum vel hircorum.

ptum est: † quia domus mea domus orationis vocabitur

d *Non enim erat tem. ficorū.* CHRYSOSTOMVS. Dominus ante tempus fructum quęsiuit in ficu, & non inueniens maledixit. Quia omnes qui mandata legis adimplent, isti suo tempore fructificare dicuntur, sicut est illud mandatum, *non mœchaberis.* Qui autem non solum non mœchatur, sed permanet virgo, quod est magis, virtutibus excedit, Dominus autem à perfectis nō solum exigit, vt virtutes obseruet, sed supra mandata fructificent.

VICTOR ANTIOC. Insinuabatur facto illo profūdum quoddā mysterium, *habenti dabitur & ei qui non habet etiam auferetur id quod habere videbatur.*

e *Iā non amplius.* BEDA. Tu quoq; si non vis audire in iudicio à Christo, *Discedite à me mal. in ig. ater. quia esu. & non de. mi. man.* arbor sterilis esse caueto, sed potius Christo pauperi & esurienti fructum pietatis quo indiget offer.

f *Cœpit eijce.* In ipsa re ostendit quod per figuram in ficu fecit.

[Margin: † Mat. 21. b — † vtique. — * Iesus. † Ne post hac. — Moraliter. — Matth. 25. d]

c *Cumq; vidisset.* BEDA. Sicut per parabolas loquitur ita facit: ideò esuriens in ficu fructum quærit cuius nondum tempus esse nouit. Eam tamen perpetua sterilitate damnauit vt ostenderet plebem quā docebat propter folia, id est, verba iustitiæ quæ habebat sine fructu, id est, bono opere non posse saluari: sed excidi, & in ignem mitti. Esuriens ergo Dominus vidit ficum folia habentem, & fructum in ea quæsiuit, & non inuenit: quia salutem humani generis desiderans vidit Iudæam habentem eloquia legis & prophetarum: quæsiuit in ea fructum boni operis docendo, corripiendo, miracula faciendo, & non inuenit: ideò damnauit.

VICTOR ANTIOCHENVS. Et cur, inquis, seruator noster ficui, quæ insons alioqui erat, neque enim ficuum tunc tempus erat, maledixit? Propter discipulos hoc fecit. Posteaquam enim vbiq; beneficia prestiterat, nullum autem punierat, consentaneum erat, vt aliquod quandoq; punientis virtutis specimen ederet: quo Apostoli hinc discerent, licet Iudæis veniæ pœnitentięq; locum clementer indulget: neque omnem statim vitæ succum illis adimeret, tamen, imò verò in nihilum illos redigere potuisse.

THEOPH. Volens ostendere discipulis quod si vellet, hos qui crucifixuri erant ipsum in momento posse exterminare.

Ficus enim non peccauit si ante tempus fructum non habuit, sed sacerdotes.

g *Vendentes.* BEDA. Ea scilicet quæ qui de longinquo venerunt ab indigenis offerenda emebant. Si ergo hoc prohibet, quanto magis risum & vaniloquium & huiusmodi.

h *Et ca.* BEDA. Columbas vendunt qui de impositione manuum munus accipiunt, per quam spiritus datur, qui per columbam significatur qui in specie columbę super Christum apparuit. Horum cathedras euertit, quia sacerdotium talium dominus deseruit. Hinc canones tales à sacerdotio priuari præcipiūt. Omnes enim tales vel ante Dei oculos vel ante humanos semper priuantur sacerdotio.

[Margin: Allegoricè]

THEOPHYL. *Et cathedras, etc.* Hoc est Pontifices vendentes spiritualia dona. Columba enim symbolū est spiritussancti quem qui vendunt à Domino à Sacerdotio repelluntur. Nam qui propter datum aurum ordinat, depositus est. Sed & quisquis gratiam quæ ex baptismate est, & munditiam prodit diabolo, hic vendit columbam suam: propterea ex templo eijcitur.

i *Et non si.* Futuri iudicij exemplum præmittit, quando omnes reprobos ab ecclesia repellit: & ne vltra ad eam turbandā intrent æterno verbere compescit.

k *Domus me.* MORAL. In præsenti domus Domini cor est. Eiectio, cordis purificatio, vt non tantum peccata quæ intrant tollat compunctio diuinitus immissa, sed ne vltra repetantur adinue-

[Margin: Luc. 19. g.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cir. &c. *Licet fuisset honorificè receptus à communi populo & prædicasset per totam diem vsque ad vesperam, nullus tamen inuitauit eum ad hospitium in domum suam: et ideo cum discipulis redijt in Bethaniam, vbi manebant Martha, Maria, & Lazarus.*

2 Et alia die cum exirent. *Hic consequenter describitur confutatio sacerdotum: & primo signo sensibili: secundo, facto mirabili, ibi:* Et cùm introissent. *Tertio, verbo rationabili, ibi:* Et veniunt rursum. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matt. 21.*

3 Et cum introisset in templum. *Hic ponitur confutatio sacerdotum facto mirabili, & primo describitur dicta confutatio: secundo, incidenter ponitur discipulorum instructio, ibi:* Et cum vespera esset. *Circa primum sciendum, quod satis mirabile factum fuit, quòd vnus homo pauper omnes vendentes & ementes eijceret de templo, & nullus ei resisteret. Secundum enim quod dicunt sancti, quidam fulgor mirabilis egrediebatur de vultu eius & oculis, quo territi sacerdotes et etiam alij non valebant resistere ei. Et ita eiectio fuit signum, quòd sacerdotes essent eijciendi de templo & officio tanquam indigni.*

4 Et non sinebat vt quisquam transfer. vas per templum. *Et loquitur de vasis humanis vsibus applicandis, quia vasa diuino cultui deputata*

[Margin: Actu. 13. b.]

MORALITER.

† 1 *Et circunspe. om.* Quia nullus recepit eum in domum suam.

† *Abiit in Bethaniam.* Quamuis gaudiosè recepissent eum in mane: & ideo per istos significantur illi qui cum gaudio recipiunt prædicationis verbum, & tamen non faciunt fructum.

† *Cùmque vidis.* Ideo per ipsam significatur hypocrita habens tantum apparentiam sanctitatis & non opera: propter quod Dei maledictionem incurrit.

3 *Et cum introisset &c.* Isti sunt adulatores qui laudes falsas vendunt prælatis, & ipsi eas emunt, ecclesiasticis beneficiis indebitè collatis.

† *Et mensas.* Isti sunt mali prælati & curati qui magis student pecuniis leuandis, quàm animabus saluandis.

† *Et chate. &c.* Id est, ecclesiastica sacramenta, in quibus datur gratia: sic igitur domus Dei spelunca latronum efficitur: quia latrocinium est quicquid dictis modis acquiritur.

3 Et — † Quo audito

iuuet diuina gratia perseuerans.

A a *Vos autem fe.* Ad hoc enim in templo erant, vt vel non dantes corporaliter persequerentur, vel dantes spiritualiter necarent. Templum & domus Dei mens est & conscientia fidelium, quæ in læsione proximi peruersas cogitationes profert, quasi in spelunca latrones resident, & simpliciter gradiẽtes interficiũt: & sic mens iam non domus Dei, sed spelunca est latronum.

Luc. 19. g. & 20. c. & 22. a.

✠ THEOPHYLACTVS. Speluncam latronũ templũ nominat, propter lucrũ. Gens namq; vẽ-

B latronum ad lucrum se congregat: quia ergo illa animalia quæ ad sacrificia oblata erant, causa lucri vẽdebant; latrones ipsos dixit. Ad hoc enim in templo erant, vel vt nõ dantes corporaliter persequerentur, vel dantes spiritualiter necarẽt. Et mens fidelium spelunca latronis fit, quando relicta simplicitate sanctitatis, illud conatur agere

C quo valeat proximis nocere.

Allegoricè

b *Aridam fa.* BEDA. A radicibus arefacta est ficus, vt ostenderetur gens impia non ad tempus, vel ex parte corripienda externorum incursibus, & per pœnitentiam liberanda, sicut sæpe factum est, sed omni & æterna damnatione ferienda.

Aliter. Arefacta est à radicibus, vt ostendatur non solum humano extrinsecus, sed diuino intus fauore funditus destituenda: nam & vitam perdidit in cœlis & patriam in terris.

c *Recordatus Pe.* Petrus agnoscit aridam, & abscissam radicem cui succedit oliua pulcherrima fructifera vocata à domino. Vnde sequitur. *Amen dico vo.*

Luc. 17. b.

d *Quicumque dixe.* BEDA. Solent quidam dicere, quòd nostri nondum plenam fidem habuerunt, qui montes transferre non potuerunt. Quibus respondemus, quòd nec omnia facta Christi sunt scripta: & hoc tamen legimus factum precibus Gregorij Neocesariæ Ponti episcopi. Sed mons, diabolus propter superbiam qua se contra Deum erexit dicens: *Similis ero altissimo*, hîc ad præceptum prædicatorum ab electis expulsus in mare, id est, infidelium amaras & turbulentas mentes vesaniam suam exercere permittitur: qui tanto acrius in eos quos possidet sæuit, quanto à piorum læsione se expulsum gemit.

D

a ¶ Non in Iudæa vel Ierusalem tantum. b ¶ In Ieremia.

a omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. ✝ Quo audito principes sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent: timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et

a ¶ Quia in Iudeis tenebras reliquit sol egrediens. b ¶ Ad aliam generationem & obedientem.

cum vespera esset facta egrediebatur de ciuitate. ✝ Et cum

a ¶ Cum sol occidit Iudæis, oritur apostolis. b ¶ Ipse cum apostolis. c ¶ Synagogam

d ¶ Cain & cæteris, à quibus omnis sanguis iustus requiritur ab Abel vsque ad Zachariam.

b mane transirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.

c Recordatus Petrus dixit ei: Rabbi ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus ait illis. ✝ Habete fidem Dei ✝ Amẽ

a ¶ Id est Christo, qui est mons crescens de lapide abscisso sine manibus.

d dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, tollere, &

a ¶ Gentes.

mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit fiat, fiet ei ✝ propterea dico vobis, omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipie-

a ¶ Rectæ fidei. b ¶ Vos qui tantæ perfectionis non estis.

e tis & venient vobis. Et cùm stabitis ad orandum ✝ dimittite,

a ¶ Querimoniæ. b ¶ Qui vos læsit. c ¶ Magna fiducia.

d ¶ Non vnius, omnes enim fratres estis.

si quid habetis aduersus aliquem, vt & pater vester qui in cœ-

a ¶ Iustis. ¶ Tremenda sententia.

lis est, dimittat vobis peccata vestra. ✝ Quod si vos non dimiseritis, nec pater vester qui in cœlis est dimittet vobis peccata

¶ A Bethania.

vestra. Et veniunt rursum Ierosolymã. Et cum ambularet in

I HIERO. Sed hoc factum est: quando dixerunt apostoli: *Dignè transferimur ad gentes, quia vos indignos iudicatis.*

✝ Mat. 21. b.

E BEDA. Notanda est distinctio deprecantiũ. Qui perfectã fidem habet orando vel iubendo etiã potest trãsferre vel corporales montes vel etiam spirituales, vt Pau. de Elima mago quem oculis & arte nefanda priuauit: & de Phytonissa in Philippis. Qui autem ad fastigium tantæ perfectionis ascendere nequeunt, petant sibi peccata dimitti, quo ad vitam mereantur intrare perpetuam: & sine dubio impetrabunt si tamen in se peccantibus primò dimittunt

✝ Habetis. ✝ Mat. 17. c. & 21. c. Isa. 14. e.

✝ Mat. 21. a. Ioan. 14. b.

✝ Mat. 6. b.

F ✝ Mat. 18. d.

e *Et cum sta.* HIERO. Marcus suo more, septem versus orationis dominicæ vna oratione comprehendit. Is namque cui dimissa sunt omnia quid amplius rogabit, nisi quòd perseueret in eo quod obtinuit?

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sensus est vt animi munditia quam vera pœnitentia parit, vobis obtingat, veniamq; peccatorum consequamini, per gratuitam iniuriæ ab homine vobis illatæ condonationem, viam vobis ad Deum munite ansamq; ue, vt vestras vobis noxas, gratuito condonet, illi offerte. Per hęc autem Apostolos in spem erigit, quasi dicat, nullam vnquam repulsam metueritis, dummodo orationem purã fidéque munitam

NICOLAVS DE LIRA.

deputata ibi debebant esse, & non alia. Cætera patent ex dictis Mat. 21.

Instructio discipulorum.

1 Et cum vespera esset. *Hîc incidenter describitur discipulorum instructio, eo quòd Petrus fecit mentionem de arefactione ficus subita ad maledictionem Christi: & ideo instruit eos occasione huius de efficacia fidei. Secundò, de efficacia orationis, ibi:* Propterea dico vobis. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matth. 21.*

2 Propterea dico vobis. *Hîc instruit discipulos de efficacia orationis quæ procedit ex duobus; videlicet ex fidei certitudine: quod notatur cum dicitur.*

3 Quæcumque orantes, &c. *Et hoc est intelligendum, quando quis orat, piè, pro se, & perseueranter. Nisi enim quis piè oret, id est, de pertinentibus ad salutem, oratio eius non est exaudibilis. Item si oret pro alio de pertinentibus ad salutem: potest carere effectu ex demerito illius pro quo orat. Item si orat piè pro se, non tamen perseueranter, potest carere effectu, quia Deus non statim dat beneficium petitum, sed differt aliquando vt congruo tempore detur, & vt ex dilatione carius habeatur. Secundum ex quo oratio habet efficaciam, est dispositio orantis, scilicet quando non retinet iram vel rancorem contra illum qui sibi iniuriam fecit. vnde dicitur: Eccl. 28. a.* Homo homini seruat iram, & à Deo quęrit medelam. *quasi dicat, frustra: propter hoc. subditur.*

4 Et cum stabitis ad orandum. *Sciendum tamen, quòd hoc intelligitur de remissione offensæ, quia homo tenetur esse in charitate, sed remissio iniuriæ non est de necessitate. Potest enim aliquis petere secundum ordinem iustitiæ recompensationem pro iniuria sibi facta.*

5 Et veniunt rur. Iero. *Hîc ponitur confutatio sacerdotum, Scribarum: & Seniorum verbo rationabili: & patet sententia ex dictis Mat. 21.*

Ad euidentiam dictorum & dicendorum quęritur, vtrum Christus in prędicationibus suis debuit vitare offensionem vel scandalum sacerdotum, scribarum & pharisæorum.

An Christus, vitãdi scãdali causa, debuit intermittere pharisęorũ increpationem.

Et arguitur primò quòd sic 1. ad Timo. 5. a. dicitur: Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: *prædicti autem erant seniores populi & patres: ergo &c.*

Item 1. ad Cor. 10. g. dicitur. Sine offensione estote Iudęis & gentibus & ecclesię Dei: *cum igitur facta Christi & dicta fuerint nobis data pro exemplari, videtur quòd debuit cauere ab offensione prędictorum.*

Contra Isa. 8. fuerat prophetatum, quòd Christus foret in lapidem offensionis, & petram scandali duabus domibus Israel.

Scandalum duplex.

Responsio: Duplex est scandalum, actiuum & passiuum: Actiuum non habuit in Christo locum, quia tale scandalum est dictum vel factum alicuius minus rectum, præbens alteri occasionem ruinę, vt habetur ex verbis Hiero. super Mat. Omnia autem facta & dicta Christi fuerunt rectissima:

MORALITER.

✝ ✝ *Quo audito principes sacerdotum, &c.* Adhuc durat ista persecutio contra detestantes vitia eorum. *Baptismus Ioannis.* Sequitur.

✝ *Neque ego*

munitam obtuleritis. Quia ergo diuinam illius virtutem non satis exploratam habebant, propterea ab incredulitate qua tenebantur, tacitè illos abducere, necnon quantum sit fidei robur ostendere contendit.

a *In qua po.* De Dei dubitant potestate: & volunt subintelligi diaboli esse quod facit.

✱ THEOPHYL. Hæc autem dicebant vt dubitare eum faciant & in verbis capere queant. Nam si dixisset, potestate mea hæc facio, lapidassent illum vt Deo contrarium. Sin autē dixisset, potestate Dei facio, abduxissent ab eo plebem, quæ illum arbitrabatur esse Deū. Dominus verò illos interrogat de Ioanne non frustra neque sophisticè, sed quia de eo Ioānes perhibuerat testimonium.

b *Interrogabo.* Poterat aperta responsione calumniam tentatorum confutare: sed prudenter interrogat, vt vel silentio suo vel sententia condemnentur.

c *Si dixerimus.* HIERO. De lucerna mundi obscurantur: vnde dicit: *Paraui lucernam Christo meo: inimicos eius indu. confu.*

d *Quare ergo &c.* Quasi dicat: Quem confitemini de cœlo habuisse prophetiam: mihi testimonium perhibuit & ab illo audistis in qua potestate hæc facio.

templo, accedunt ad eum summi sacerdotes & scribæ & seniores, & dicunt ei: † In qua potestate hæc facis: & quis dedit tibi hanc potestatem, vt ista facias? Iesus autem respondens ait illis: Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi, & dicam vobis in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant secum, dicentes: Si dixerimus de cœlo, dicet nobis: Quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus, ex hominibus, timemus populum. Omnes enim habebant Ioannem quia verè propheta esset. Et respondentes dicunt Iesu. Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis: Neque ego dico vobis in † qua potestate hæc faciam.

¶ q. d. In Beelzebub eijcis dæmonia. a ¶ Apertè filium Dei negant, quem putant non suis sed alienis viribus signa facere. ¶ Cornuto coarctati syllogismo. a ¶ Quia non vultis fateri vos quod scitis. ¶ Hiero. Hic cum peruerso peruertitur Deus.

†Mat. 21. c. Luc. 20. a. Ioan. 16. c. Psal. 131. c.

e *Si dixerimus.* Quodlibet horum respondeant: vident se in laqueum ruituros, timent lapidationem: sed magis confessionem veritatis.

f *Neque ego dico vo.* BEDA. Duabus de causis scientia veritatis occultatur quærentibus, cum aut hic qui quærit minus intelligit, aut odio aut contēptu veritatis indignus est cui debeat aperiri. Propter alterum dicitur: *Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modo.* Propter alterum: *Nolite sanctum dare canibus.*

✱ VICTOR ANTIOCHENVS. Cū in aperto sic responsum dare vos detrectare; non quod verū ignoretis, sed quod verum dicere non velitis: *Neque ego dico vobis in qua potestate hęc faciam.* Non respondet autem nescio, sed respondet *non dico.* Siquidem testem illum, qui in testimonium venerat, vt testimonium perhiberet de lumine, non recipitis. Enimuero si iuxta illius testimonium me veram illam lucem esse crederitis; intelligeretis vtique, me iure tenebras à templo submouisse. Et quid enim aliud sunt auaritia, & turpe lucrum quibus templum scatet; quam tenebræ, quæ bonum & honestum cerni non sinunt.

Mat. 7. a.

NICOLAVS DE LIRA.

sima: & ideo quæstio ista intelligitur de scandalo passiuo. Quod est quando aliquis ex dicto vel facto alterius bono scandalizatur ex imperfectione sua. Et istud scandalum aliquando procedit ex ignorantia, vel infirmitate illius qui scandalizatur. Et tunc dicta vel facta bona, occultanda sunt vel differenda quousque infirmi vel ignorantes instruantur; nisi sint talia bona quæ sint de necessitate salutis, quæ non sunt omittenda propter scandalum alterius. Si autem infirmi vel ignorantes post instructionem debitam in scandalo permaneant: iam tale scandalum non procedit ex infirmitate vel ignorantia, sed malicia. Et tale scandalum est contemnendum; maximè quando est contra bonum commune: quia bonum commune semper est præferendum vtilitati & paci quorumcunque hominum singularium. Tale autem fuit scandalum sacerdotum, Scribarum, & Pharisæorum: quia sua malicia nitebantur impedire doctrinam Christi, in qua consistebat salus populi. Item suis malis exemplis & moribus trahebatur populus ad peccandum. Item per doctrinam suam malam euacuabant Dei mandata propter suas traditiones, vt dictum est sup. & ideo Christus in publico debuit vitia eorum reprehendere: nec ab hoc cessare propter scandalum. Propter quod Mat. 15. b. cum discipuli dixissent Christo. Scis, quia Iudæi audito hoc verbo scandalizati sunt: *respondit.* Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Si cæcus cæco ducatum præstet: ambo in foueam cadūt.

Ad primum dicendum, quod loquitur de senibus honestate & moribus: non de senibus ætate, malicia corruptis: quia tales sunt acriter arguendi, sicut Daniel durè increpauit illos senes impudicos Dani. 13.

Ad secundum dicendum, quod homo debet esse sine offensione Iudæis & gentibus, ita quòd dicto suo vel facto minus recto non præbeat alicui occasionem ruinæ. Sed si de veritate scandalum sumitur, rectius oriri permittitur, quam quod veritas relinquatur, secundum quod dicit beatus Gregor. super Ezechielem.

Responsiones ad argumenta.

MORALITER.

† *Neque ego di. vo.* BEDA. Quasi dicat: Non dico vobis quod scio, quia non vultis dicere quod scitis. Duabus autem causis maximè scientia veritatis est occultanda quærentibus. Cum scilicet is qui quærit aut non est capax ad intelligēdum quod quærit, aut indignus est, vt ei debeat aperiri: & hic vtrumq; concurrebat.

Duabus de causis scientia veritatis occultanda.

CAP. XII.

a *Et cœpit illis in parabolis, &c.* Sequitur. *Lacum.* siue torcular aut altare, aut illa torcularia quorum titulo quidā psalmi prænotantur.

b *Peregrè profe.* Dans liberum arbitrium operandi non mutatione loci, quia vbique Deus, & omnia complet.

CAPVT XII.

Et cœpit illis in parabolis loqui. † Vineam † pastinauit homo & circūdedit sepem, & fodit lacū & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis, & peregrè †

a ¶ Domum Israel plantauit. a ¶ Deus pater humano affectu. b ¶ Custodiam angelorum vel murū vrbis. c ¶ Legem. a ¶ Templum. b ¶ Sacerdotibus. ¶ Operarijs conductis hora tertia & sexta & nona.

†Mat. 21. d. Luc. 20. b. †plantauit.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XII.

1 ET cœp. il. in pa. *Hic consequenter ponitur confutatio sacerdotum, & seniorum in parabolis. Et primò ponitur confutatio sacerdotum, secundò, Pharisæorum & Herodianorum, ibi:* Et mittunt ad eum, *Tertiò Saducæorum, ibi.* Et venerunt ad eū Saducæi. *Quartò Scribarū, ibi.* Quomodo ergo dicunt scribæ. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matt. 21. exceptis quæ sequuntur.*

2 Vineam pasti. ho. *Id est, coluit. Et dicitur à pastus pasta pastum, & est propriè modus colendi quo ponitur fimus vel pinguedo terræ circa radicem vineæ vel arboris. Radices enim secundum Philosophum 2. de anima sunt ori similes: quia sicut in animalibus per os sumitur alimentum vnde animalia nutriuntur, sic per radices trahitur alimentum terræ nascentium.*

3 Et fodit lacum. *Lacus propriè dicitur locus vbi recipiuntur aqua*

MORALITER.

1 *Et cœpit illis in parab. loqui. Vineam pasti. hom.* Id est, Christus plantauit ecclesiam sanguine suo.

† *Et circundedit sep.* Id est. euangelicam doctrinam.

3 *Et fodit lacum.* Id est, abundantiæ spiritus sancti defluxum.

† *Et ædificauit turrim.* Id est, spiritualem angelorum custodiam.

† *Et locauit eam agricolis.* Id est, Christianis.

† *Et peregre profectus est.* BEDA. Non loci mutatione, sed † abire

a ¶ Non in prouentu fructus, quia nullus erat. b ¶ Prophetas.

a profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab

a ¶ Fructus vineæ obedientia.

agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehensum eum

a ¶ Alij prophetæ cæsi, alij vulnerati, alij occisi.

b cæciderunt, † dimiserunt vacuum. Et iterum misit alium seruum ad illos, & † illum in capite vulnerauerunt, & contu-

c melijs affecerunt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt, & plures alios quosdam cædentes, alios verò occidentes. Ad- †

a ¶ Christum vnigenitum.

huc ergo vnum habens filium charissimum & * illum misit

¶ Per Ironiam.

d ad eos nouissimum, dicens: quia reuerebuntur filium meum.

e † Coloni autem dixerunt ad inuicem: † hic est hæres. Venite 1 occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes

a ¶ Id est, plebem, dicentes, quia Samaritanus es tu, & dęmonium habes.

f eum occiderunt, & eiecerunt extra vineam. Quid ergo faciet

g dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos, & dabit vineam

¶ q.d. quo alio modo implebitur hæc scriptura. ¶ Christum.

h alijs. Nec scripturam hanc legistis: † Lapidem quem repro-

a ¶ Magistri, qui se & alios Deo dignam domum ædificare debebant.

b ¶ Duos condens in semetipso, ex vtroque populo vnam ciuitatem & vnum templum sibi ædificans.

bauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: à domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. † Et quęrebant 2

☞ a *Seruum.* Primo missus est Moyses, qui fructum legis quam A dederat à cultoribus inquirebat: sed cęsum dimiserunt & vacuum: vnde: *Irritauerunt Moysen in ca. & a. san. do. Et vexatus est Moyses propter eos &c.* (Psal. 105. c.)

b *Et iterum mi. a. ser.* Dauid & alios psalmistas, qui missi sunt post Moysen: vt cultores vineæ ad exercitiũ boni operis excitarent. Sed ipsum quoque Dauid, qui caput psalmodię & fons in spiritusancto clauerat, abiecerunt dicentes: *Quæ nobis pars in Dauid, aut quæ hæreditas in filio Isai?* (Ibidem. † remiserũt. 3. Reg. 12. d. † illi iactis lapidibus caput cõtuderunt, & remiserunt cõtumelijs affectum.)

c *Et rursum alium.* Prophetarum chorum cum suis socijs, qui suis attestationibus populum cõuenerunt, & mala huic vineę ventura prędixerunt: B *Et rursum aliũ mi. &c.* His tribus seruorum gradibus omnes doctores qui sub lege & prophetis fuerãt intelligimus. vnde alibi: *Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me.* (Num. 16. a. † Agricolæ Ioan. 12. c. Luc. 24. f.)

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Per primum seruum, alij eos pastores & doctores designatos volunt, qui ætate Elię vixere, & ipsum etiam Eliam, cæterosque prophetas, qui tum temporis apud Iudæos florebant. Per secundum verò Isaiam, Oseam, Amos, & reliquos hisce patribus æquales. Per tertium autem Ezechielem, Danielem, aliósque illius ætatis Synagogę duces & ministros. Iuxta hanc ergo partitionem, paterfamilias tribus diuersis annis, hoc est, tẽporibus, venit fructum ex hac ficu, vel vinea quærẽs, sed nullum comperit. Ad prophetas itaque triennium illud referatur vt quartus aduentui domini nostri asseruetur, & non tertius.

C d *Quia reuerebuntur.* Non hoc ignorando dixit, quia omnia nouit, sed semper ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reseruetur.

BEDA. Interrogamus Arrium & Eunomium ecce pater dicitur ignorare, & sententiam temperat, & quantum in nobis est dicitur esse mentitus. Quidquid pro patre responderint, hoc intelligant pro filio, qui se dicit ignorare consummationis diem.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hunc autem misit, tametsi quid futurum erat non ignoraret, quo colonos illos omni prorsus ignominia & pœna dignos palam ostenderet, si hunc tanto, & tam benigno filiofamilias morem non gererent.

e *Coloni autem* BEDA. Probat Iudæorum principes non per ignorantiam Christum crucifixisse, quia intellexerunt eum esse de quo dicitur: *Postula à me & da. tibi gen. hære. tuam &c.* Vnde sibi consulentes dicebant. *Ecce mundus totus post eum a. & si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* Hæreditas ergo filij Dei ecclesia est de cunctis gẽtibus ei data, quam sanguine acquisiuit, resurgendo possedit. Hanc mali coloni præripere moliebantur, cum eum crucifigentes fidem eius extinguere, & suam iusticiam D quæ ex lege est, præferre nitebantur. (Psal. 2. b. Ioan. 12. c.)

f *Et eiecerunt.* Notat pertinaciam eorum: qui nec crucifixo ac resuscitato domino ad prædicationem apostolorum credere voluerunt, sed quasi vile cadauer proiecerunt: quia quantum in se erat, à suis finibus excludentes gentibus suscipiendũ dederunt.

✠ VICTOR ANTIOCHEN. Coloni illi Christum extra vineam, hoc est, extra templum & ciuitatẽ eiectum, occiderunt.

g *Veniet, &c.* BEDA. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum eius.* Hoc autem diuinitus fuisse procuratum prophetico testimonio vel exemplo probat dicens. E *Nec scripturam, &c.* (* suum. Math. 2.)

HIERO. Vinea datur alijs ab oriente & occidente & austro & aquilone venientibus & recumbentibus cum Abraham, Isaac & Iacob in regno cœlorum. (Matt. 8. b. † Psa. 117. c. Matt. 21. d. Luc. 20. c. Moraliter † Mat. 21. d Luc. 19. g)

BEDA. Cuicunque fidelium mysterium baptismi, quod operando exerceat committitur, quasi vinea quam excolat ei locatur. Mittitur seruus vnus, & alter, & tertius: qui de fructu accipiant, cum lex, psalmodia, prophetia, quarum admonitionem ad bene agendum populus sequatur, legitur. Sed missus seruus contumelijs affectus vel cęsus eijcitur, cum sermo audito vel cõtemnitur vel blasphematur. Missum hæredem quantum in se est occidit, qui & filium Dei conculcat, & spiritui gratię quo sanctificatus est contumeliam facit. Perdito malo cultore vinea datur alij, cũm dono gratiæ quod superbus spernit, humilis ditatur. Manum mittere in Iesum, timore turbæ retinentur, cum quilibet solo nomine super eam quam non diligit ecclesiasticæ F fidei & pacis vnitatem, propter cohabitantium multitudinem aut erubescit, aut timet impugnare. Cum autem tempus fuerit persequendo ecclesiam quasi dominum crucifigere & ostentatui habere gaudebit.

h *Lapidem quem re.* HIERO. Lapis reprobus, quem gessit angulus, coniungens in cœna agnum cum pane, finiens vetus, nouum inchoans Testamentum, hic præstat mira in oculis nostris.

✠ VICTOR ANTIOC. Dominus seipsum lapidem vocat, ædificatores autem illos ipsos quos paulo ante vineę colonos, nimirum Iudæorũ pontifices & doctores. Seipsum porrò, posteaquam ab architectis illis repudiatus fuerat, in caput anguli constitutum asserit, vt pote medium inter Iudęos & gentes. Addit tandem à domino factum esse, & apud homines pręsertim intelligentes miraculi loco haberi. Admirantur enim & meritò, Christum post mortem Deum viuum in medium prodire, summáq; potentia cœlestibus simul & terrestribus imperare, & gentes ante profanas, sanctas Deóque acceptas & familiares efficere.

☞ *Et mit.*

NICOLAVS DE LIRA

aquæ à riuulo, & ibi colliguntur. Et ad similitudinem huius locus vbi recipitur vinum fluens à torculari, dicitur hîc lacus.

1 Hic est hæ. *Ex hoc dicit Bed. quòd sacerdotes & legisperiti habuerunt cognitionem de Iesu, quòd ipse erat verè Christus in lege promissus: sed ista cognitio postea ex inuidia fuit in eis obscurata, & hoc plenius fuit declaratum Mat. 21. in quæstione quadam de hoc mota in fine huius capituli.* 2 Et quære. eum tene. *Ex quo patet eorum obsti-*

natio in

MORALITER.

† abire dicitur à vinea: quia vinitoribus liberum operandi arbitrium dereliquit.

† *Et mi. seruos suos ad agr.* Id est, bonos episcopos ad malos Christianos arguendum. Et aliquos cęciderunt, vt Ioannem Damascenum, cui absciderunt manum, & sanctum Brictium contumelijs afflictum, & sanctum Thomam Cantuariensem occisum, & de pluribus alijs similia leguntur.

† *Adhuc er. vnum h. f.* Hic est Christus qui mittitur inuisibiliter à patre, quando aliquem instigat ad bonum: sed aliqui sunt ingrati, eius instinctum non solum repellentes, sed & pessimè agentes: propter quod quantum in eis est, occidunt eum, de quibus dicitur Heb. 6. a. *Rursus crucifigentes filiũ Dei.* Et sic Dei iustitia mali perdũtur & vinea locatur alijs cũ eorũ loco boni subrogãtur.

2 *Et quærebant eum te. & ti. t.* RABANVS. Hoc quotitidie geritur in ecclesia, cũ quilibet solo nomine super eã quam diligit

† ecclesiasticæ

Quasi mentitum contra se, in quo magis probent eum vera dixisse, ipse enim est hæres, illi mali coloni. b Ad modicum timore retardantur, quia nondum venerat hora eius.

eum tenere, & timuerunt turbam. Cognouerunt enim, quo- 1 niam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto illo abie- runt. † Et mittunt ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodia- 2 nis vt eum † caperent in verbo. Qui venientes dicunt ei: Magister, scimus quia verax es, & non curas quemquam. Nec enim vides in faciem hominum: sed in veritate viam Dei doces. Licet dari † tributum Cæsari, * an non dabimus? Qui sciens † versutiam eorum, ait illis: Quid me tentatis? Afferte mihi denarium, vt videam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis: Cuius est imago hęc & inscriptio? Dicunt ei: Cęsaris. Respondens autem Iesus ait illis: † Reddite ergo quę sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Et mirabantur super eo. † Et ve- 3 nerunt ad eum Saducæi, qui dicunt resurrectionem non esse, & interrogabant eum, dicentes: Magister, † Moyses scripsit nobis, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem & † filios non reliquerit, accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant,

(Interlinear: Id est propter. ¶ Alias direxerit. ¶ a Militibus Herodis, qui Ierosolymis erant illis diebus. ¶ a Mellitis sermonibus circundant, sicut apes mel portantes in ore, aculeum in dorso. ¶ a Sapientia sapienter agit, vt suis sermonibus capiantur. ¶ Quod necessitatis. ¶ a Nummum, tributum, pecuniam. ¶ a Quod voluntatis. ¶ Vos, & decimas, primitias. ¶ b Quia insidiarum calliditate præualere non poterant. ¶ c Id est, super sapientia eius.)

a *Et mit. ad eum.* BEDA. Turbam timebant, atque quod per se non poterant, terrenæ potestatis manibus efficere tentabant: vel vt ipsi à morte eius viderentur immunes. Nuper enim Iudæa sub Augusto Cæsare, quando in toto orbe celebrata est descriptio, stipendiaria facta erat, Vnde seditio magna. Alij dicebãt: Romanis pro omnibus militantibus debere tributa persolui. Pharisæi non debere populũ Dei qui decimas, & quę in lege præcipiebantur soluerent, subiacere legibus humanis. Cuius seditionis fomes adeo inualuit, vt post resurrectionem domini, patriã, & gentem, & regnum & omnia perdere maluerint, quàm esse tributarij.

(Marg.: Luc. 2. a. †Mat. 22. b. Luc. 20. d. † captarent. † censum. † hypocrisim, simulationem. †Mat. 20. e. Luc. 20. d. Rom. 13. b. † liberos.)

b *Magister sci.* BEDA. Blanda & fraudulenta interrogatio ad hoc prouocat respondentem, vt magis Deũ quàm Cæsarem timeat, & dicat nõ debere tributa solui, vt audientes Herodiani seditionis cõtra Romanos autorem teneant.

c *Qui sci. ver.* Qui putãt interrogationẽ Saluatoris ignorationem esse non dispensationem, ex hoc loco discant, quod potuit scire cuius imago esset. Sed interrogat, vt ad sermonem eorum competenter respondeat.

d *Denarium.* Denarius genus nummi qui pro decem nummis computatur, & habet imaginem Cæsaris.

e *Reddite, er. quæ sunt Cæ.* Hoc ipse fecit: pro se & pro Petro soluendo tributa. *Quæ sunt Dei Deo.* Hoc quoque fecit patris implẽs voluntatem. Aliter. *Reddite quæ sunt Cæs. Cæ.* Impressionẽ suæ imaginis. *Quæ sunt Dei Deo.* Animam lumine vultus eius illustratam, Vnde: *Signatum est super nos lumen vultus tui, &c.* (Psal. 4. b.)

f *Et quæ sunt.* VICTOR ANTIOCHENVS. Adiunxit autem, *reddite quę sunt Dei Deo*, ne quam Iudæis cauillandi ansam relinquat. Nam ni hoc fecisset, dicere poterant, Cæsari adulari voluisse. Siquidem abiecta quædam res vilisque seruitus videtur, hominem homini obstrictum certumque vectigal illi exoluere obligatum esse, Deo autem nihil. Dæmum responsionis acumen admirati (neque enim vlla ratione illum carpere poterant) victi confusique abierunt.

g *Saducæi &c.* Duæ hæreses erant in Iudæis, Pharisęorum & Saducæorum. Pharisæi traditionum & obseruationum (quas illi δευτερώσεις vocant) iusticiam præferebant: vnde & diuisi vocantur à populo. Saducæi autem, id est, iusti, & corporis & animę resurrectionem negabant.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Et quidem nullam hic illi de carnis resurrectione quæstionem directè mouent, Confingunt autem rem quandam, tanquam verè gestam, quæ (vt probabile sit) nũquam vsu venerit; puta vnam mulierem septem ordine fratribus nupsisse: Rati hoc commento in inextricabilem difficultatem se Christum cõiecturos, nullamque post hanc vitam carnis resurrectionem superesse, certo euicturos.

Saducæi &c. BEDA. Qui resurrectionem corporum esse negant, vel non credunt, animas iudicantes interire cum coporibus; rectè huiusmodi fabulã fingunt, quæ deliramẽti arguat eos qui asserunt resurrectionẽ corporum. Potuit autem & in gente eorum aliquando hoc accidere.

(Marg.: * an non dabimus.)

h *Septem ergo &c.* BEDA. Turpitudinem fabulæ opponunt, vt resurrectionem negẽt. Sed mysticè, septem fratres sine filijs defuncti, omnib. reprobis cõgruunt: qui per totã vitam (quæ septem diebus voluitur) à bono opere steriles sunt, quibus viritim morientibus ad vltimum & ipsa mũdana conuersatio moritur, id est, transit, quasi vxor infœcunda, quam illi sine fructu boni operis exegerunt.

(Marg.: †Mat. 22. c. Luc. 20. e. Act. 23. b. †Deu. 25. b.)

HIERO. Mulier sterilis, nec relinquens semen ex septem fratribus, nouissimè moriens; synagogam significat relictam quasi mortuam à spiritu septiformi, qui septem patriarchas impleuit, qui non reliquerunt ei semen Abrahæ quod Christus est. Licet enim Iudæis natus, tamen gentibus datus. Hæc mulier mortua Christo, nulli de septem in resurrectione iungetur. Septenario enim perfectorum vniuersitas significatur: Sicut versa vice per Isaiam dicitur: *Apprehendent septem mulieres virum vnum.* Septem sunt ecclesiæ quas dominus vnus amat, arguit, castigat. Adorant enim vna fide. Hæ sunt septem sportę fragmentis panum plenæ. Panes, verba spiritus sancti: Sportæ verò ecclesiæ. Panes Iesus benedicens fregit, & discipuli eius diuiserunt turbę, cùm die septimo benedixit opera sua requiescens in eis. Vnde luce facta primo die, qui est sapientia: & firmamento in secundo, qui est intellectus: & arida tertio, qui est consilij: & luminibus quarto, quę sunt virtutes: & volatilibus & piscibus quinto, qui sunt sciẽtiæ: animatis & anima viuente sexto homine ad imaginem Dei facto, quod est pietatis: septimo de spiritu timoris domini qui permanet sanctus in seculum seculi, & replet orbẽ terrarum, sancta ecclesia repletur non habens maculam neq; rugam. Ideoque ecclesia septiformi, id est, perfecto timore repletur, quia iustus vix saluabitur, qui rogat. *Non intres in iudicium cum seruo tuo domine:*

(Marg.: Isa. 4. a. Apoc. 1. a. Gene. 1. a.)

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *natio in malo.*

1 Et timuerunt turbam. *Ex quo patet, quod ex solo timore populi retardabantur à morte eius.*

2 Et m. ad e. *Hic consequenter describitur confutatio Pharisęorum & Herodianorum. & patet sententia ex dictis Mat. 22.*

3 Et ve. ad eum sa. *Hic consequenter ponitur confutatio Saducęorum: Et diuiditur in duas, in partem principalem & incidentalem. Secunda ibi,* Et accessit vnus de scribis. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matth. 22.*

✠ Et acce-

MORALITER.

† ecclesiasticę fidei & pacis vnitatem, propter cohabitantium fratrum bonorum multitudinem aut erubescit aut timet impugnare.

† *Magister scimus, &c.* Communiter dicitur: Qui bene scit vngere, bene scit pungere: propter quod minutores vngunt oleo oliuę lanceolas suas, vt melius possim venam pungere: & sic fecerunt isti & similiter alij proditores.

† *Reddite ergo, &c.* Per Herodianos qui gloriantes in pellibus interpretantur, prælati bene forrati significantur. Per Pharisæos qui interpretantur diuisi, significantur religiosi habitu & vita ab alijs diuersi, & isti reddere debent Deo deuotionem, & mundo vitam exemplarem.

† *Magister, Moyses, &c.* Exponatur vt supra Mat. 5.

† *Interrogauit*

tuo domine: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. De his septem qualitatibus spiritus, commemorat Dauid: *Quid negligentia nostra peperit, quid diligentia quæsierit, quid diuina prouidentia contulerit, quid inimici instigatio fraudauerit, quid obliuio lubrica subtraxerit, quid humana fragilitas intulerit, quid ignorantia improuida fefellerit.* Hos omnes effectus in psalmis inuenimus. Primus. *Concepit dolorem & peperit iniquitatem.* Secundus. *Præueni in maturitate & clamaui.* Tertius: *Incerta & occulta sapientiæ tuæ.* Quartus est, *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Quintus: *Obliuioni datus sum tanquam mortuus* &c. Sextus: *Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus.* Septimus: *Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas* &c. Hos effectus, spiritus septiformis eneruat vel eliminat & illuminat. Vnde septem lucernæ ab austro ardentes, & aquilonares tenebras in tabernaculo domini illuminantes. Spiritus sapientiæ in pigro negligentiam repellit. Spiritus intellectus diligentiam rationabiliter quærit. Spiritus consilij, diuinam prouidentiam prudenter innuit. Spiritus virtutis, instigationes fortiter retundit. Spiritus scientiæ, obliuionem lubricam diu esse non sinit. Spiritus pietatis humanam fragilitatem clementer indulget. Spiritus timoris improuidam ignorantiam ardenter & bene decoquit & bene replet. Sapientia domum ædificat. Intellectus gubernacula inuenit. Consilium bona discreta facit. Virtus, in patientia animam possidet. Scientia, diuitiæ fidei & salutis munera acquiruntur. Pietate, prosperitas præsentis vitæ & futuræ consistit. Timore humilitas conseruatur, & omne peccatum expellitur, quia *initium sapientiæ timor domini.*

(Psal 7.d. Ibi 18.c. Ibi.50.b. Ibi.16.c. Ibi.30.d. Ibi.37.b. Ibi 24.b.)

c *De mor. au. &c. super ru.* Ie. In quo similitudo vestra in quo ignis ardebat, sed non eius spinas consumebat; sic vos eloquium meum inflammat nec spinas sub maledicto germinatas absumit. Inquiens: *Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iac.* Ter Deum nominando trinitatem significat, Deum iterans vnam substantiam. Viuunt autem qui vendicant portionem suam quam elegerant: Mortui verò sunt, qui quod vendicauerunt perdiderunt.

& primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cùm resurrexerint, cuius de his erit vxor? Septem enim habuerunt eam † vxorem. Et respondens Iesus, ait illis: Nónne ideo erratis, non scientes scripturas neque virtutem Dei? Cùm enim à mortuis resurrexerint, neque† nubent neque nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlis. De mortuis autem, quòd resurgant, non legistis in libro Moysi † super rubum, quomodo illi dixerit Deus, inquiens: † ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis. † Et accessit vnus de scribis, qui audierat illos † conquirentes: & videns quoniam bene illis responderit, interrogauit † eum, quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei: quia primum omnium mandatum est: † Audi Israel, dominus Deus † tuus Deus vnus est. Et diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum; secundum autem simile est illi: Diliges proximum tuum, † tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. Et ait illi scriba: Bene magister in

(Interlinear: ¶ Ipse. ¶ Mundana conuersatio. ¶ Quia. a ¶ Ideò. b ¶ Christum. a ¶ Nemo ibi moritur, nemo nascitur nec infans nec senex ibi. a ¶ Soluta quæstione probat resurrectionem esse. a ¶ Hic probat æternitatem animarum. ¶ Hic resurrectionem corporum. ¶ Cum in diuersis libris diuersè ordinentur. a ¶ Dij Gentium multi sunt. ¶ Id est maximum.)

(Margin: † ducunt vxores: neque nuptui dantur. † in rubo. † Deut.6.c Matt 22.d. Luc. 10. † noster dominus. † vxorem. † Exo.3.b. Matt 22.c. † Mat.22.d † disputantes. † Iesum. † sicut.)

De mortuis autem etc. ✠ VICTOR ANTIOCHE. Quod autem carnis resurrectio per diuinam potentiam fieri queat, eadémque certa futura sit olim, id dominus humanæ rationis argumentis missis; ex diuinæ scripturæ fundamentis constituit. Neque enim Deus apud Moysen, eorum quæ non sunt, Deum se vocat, sed rerum existentium: *Ego*, inquit Ibi *sum Deus Abraham, et Deus Isaac, & Deus Iacob*: hoc est, ego viuentium rerúmque existentium Deus sum, mortuorum autem aut eorum, quæ nusquam existunt, non ita.

BEDA. Cum multa apertiora testimonia de resurrectione posset proferre, hoc tamen protulit quauis ambiguum: quia Saducæi, nec angelos, nec spiritum nec resurrectionem corporum confitentur: & animarum interitum mentiuntur. Tantum quinque libros Moysi recipiunt, prophetas respuunt. Stultum ergo erat eorum testimonium proferre quorum autoritatem nolebant recipere. Porrò ad æternitatem animarum probandam, ponit exemplum: *Ego sum Deus Abra. & De. Isa. et De. Ia.* Et infert: *Deus nõ est mo. sed vi.* vt cum probauerit animas manere post mortem: non enim poterat Deus esse eorum qui non subsisterent; consequenter induceretur corporum resurrectio, quæ cum animabus vel bona vel mala gesserunt.

a *Cum à mort. resur. neque nub. &c.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sensus horum est: Vos Saducæi pro rationis vestræ fundamento mendacium ponitis, scripturas, quæ de carnis resurrectione agunt, non intelligentes neque virtutem Dei, quæ solo verbo ex iis quæ non sunt, constituit vniuersa, corruptáque & in aerem dilapsa, in integrum identidem instaurat, non comprehendentes. Quia ergo homines, post carnis resurrectionem in multitudinem amplius non diffundentur; sed angelorum more integri perpetuo incorruptique persistent, propterea nuptialis societas & communicatio nulla post hanc vitam & reliqua erit: hoc enim per illa verba *Et erunt sicut angeli Dei in cœlis* indicatur. Quemadmodum enim angelorum multitudo, tametsi ingens, per generationem non est multiplicata, neque vnquam multiplicabitur, sed tantùm per creationem; ita quoque exsuscitatorum hominum multitudo fœlici illi sæculo, per generationem amplius non propagabitur.

b *Neque nu. neque.* BEDA. Græco idiomati Latina consuetudo non respondet: Nubere enim propriè mulieres dicuntur: & viri ducere. Sed nos simpliciter dictum intelligamus, *neque nubent* viri, *neque nubentur* mulieres.

d *Interroga. eum.* HIER. Quid sibi vult hæc quæstio, cùm hoc sciant omnes periti in lege? Sed diuersè in Exodo & Leuitico & Deut. ordinantur mandata. De his enim duobus vberibus super pectora sponsæ leuatis alitur nostra infantia.

e *Primum omnium, &c.* Maximum quod ante omnia debemus in corde, quasi vnicum pietatis fundamentum locare, hoc est, scilicet cognitio atque confessio diuinæ vnitatis cum executione diuinæ operationis, quæ in dilectione Dei & proximi perficitur: hæc est *fides quæ per dilectionem operatur.*

f *Simile est.* ✠ THEOP. Propter hoc dicit esse simile, quia hæc duo mandata alternatim sunt sibi consona, & reciprocè conuertuntur. Nam qui diligit Deum, diligit & facturam suam. Principale autem facturorum eius est homo: vnde qui diligit Deum, diligere debet omnes homines. Qui verò diligit proximum, qui multoties dat causam scandali, multo magis eum debet diligere, qui semper præstat beneficia, & Deo propter cohærentiam horum mandatorum subdit: *Maius horum aliud mandatum non est.*

g *Bene mag.* BEDA. Ostendit scriba in hac responsione inter scribas & pharisæos grauem quæstionem diu versatam esse, *quod esset*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et accessit. *Hæc est pars incidentalis. Quia enim Christus confutauerat rationabiliter Pharisæos, & Saducæos, hoc videns quidam scriba quæsiuit ab eo:*

2 Quod esset pri. *Quia de hoc erant tunc quæstiones apud sapientes.*

3 Iesus autem re. *Vt patet sententia ex dictis Math. 22. exceptis quæ sequuntur.*

4 Bene magister in ✠. dixisti. *Ex dictis videtur, quod ille scriba*

MORALITER.

† *Interrog. eum, &c.* Iste quærebat de primitate dignitatis, vt patet ex sequentibus: propter quod sibi similes sunt nouitij qui statim ardua religionis volunt facere & non potentes recedunt à religione.

A *esset primum mandatum & maximum in lege.* Alijs hostias & sacrificia laudabant: Alij fidei & dilectionis opera præferebant, quia plurimi patrum ante legem absque omni sacrificiorum consuetudine, ex fide tantum quę per dilectionem operatur, Deo placuerant: nemo autem absque fide & dilectione in qua sententia scriba iste declarat se fuisse.

a *Non longe es à regno Dei, &c.* ISIDORVS. Quamuis ad tentandum venerit: Longior namque est ignorãtia quàm sciẽtia, vt Saducæis dicitur: *Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei.* (Matt. 22. c)

B ✠ THEOPHYLACTVS. In hoc tamen non esse perfectum testatur: non enim dicit, intra regnum cœlorum es, sed *non longe es à regno Dei.*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hoc ipso quod, *non est procul à regno Dei*, aiebat, illum à regno adhuc distare iudicabat, etsi non ita procul vt ante, idque eo animo differebat, vt ea, quæ ad finem hunc obtinendum ipsi adhuc deerant, studiosè inquireret. (†Matt. 23. a Luc. 11. f. & 20. g.)

C BEDA. Matthæus dicit, quia tentando quærebat, cui secundum Marcum dicitur: *Non longe es à regno Dei*; cùm scriptura dicat: *In simplicitate cordis quęrite illum, quoniam inuenietur ab his qui non tentant eum.* Sed fortè audito responso domini mox ad pietatis gratiam redijt; & quem prius tentando decipiendum putauit, mox amplectendo sequendum cognouit. Aut certè tentationem accipiamus, non malam, quasi decipere volentis inimicum, sed cautam, quasi experiri amplius volentis ignotum, secundum illud: *Qui facilè credit leuis est corde, & minorabitur.* (Matt. 22. d. Sapien. 1. a. Eccle 19. a.)

b *Et nemo.* Quia in sermonibus confutantur, vltra non interrogant; sed apertè comprehensum Romanæ potestati tradunt vnde patet venena inuidiæ superari posse, sed difficilè quiescere.

c *Quomodo dicunt scribæ.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Posteaquam saluator illum laudauerat, qui vnum tantum Deum esse dixerat; ne iure illi obiicere possent, quod signa quidem & miracula patraret, legi nihilominus & Deo hoc ipso manifestè aduersaretur, quod diuinitate temerè sibi arrogaret: Propterea quæstionem hanc mouet, arte quadam huc illos inducere contendens, vt ipsum Deum esse agnoscant & fateantur.

d *Sede à dex.* Nã in hoc infirmitate filij, sed quia alter in altero operatur ostendit. Nam & filius subijcit inimicos patri, & Deum patrem glorificat super terram. (E †Matt. 22. d Luc. 20. d. †Psal. 109.)

e *Cauete.* BEDA. Nota, quia non vetat eos qui huius officij sunt, in foro salutari, primò sedere; sed quia hoc amantes quasi improbos docet esse cauendos, animam scilicet, non gradum redarguens. Quamuis & hoc non culpa careat, eum in foro litibus interesse, qui in cathedra Moysi magister vult appellari. Duabus de causis vanæ gloriæ cupidos cauere iubemur: ne eorum simulatione seducamur, vel æmulatione ad idem inflammemur. (F)

✠ THEOPHYLACTVS. Specialiter etiam Apostolos docet ne iuxta scribarum morem viuant sed se imitetur. Doctores enim illos ordinans consentaneum erat, vt & vitæ suæ faceret imitatores.

f *Qui deuorant domos viduarum.* Quasi patroni in iudicio futuri, ab infirmis & peccatorum conscientia turbatis pecuniam accipere non dubitant: cum commendet Deo orationem manus porrecta ad dandum, non collecta ad accipiendum: quibus illud congruit: *Oratio eius fiat in peccatum.*

☞ *Gazophylacium.*

---

veritate dixisti. quia vnus est Deus, & nõ est alius præter eum. Et † vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. [1] (†diligere ipsum.) Iesus autem videns quod sapienter respondisset dixit illi:

a ¶ Quia noui testamenti sententiæ & euangelicæ perfectioni consentit.

a Nõn longe es à regno Dei. [2] b Et nemo iam audebat eum interrogare.

a ¶ Hierony. Palam loquitur, vt inexcusabiles sint, & vt ignis incendit arida scribarum & pharisæorum exempla.

Et respondens Iesus dicebat docens in templo. † [3]

a ¶ Non reprehunduntur, quia Christum Dauid filium dicunt, sed quia filium Dei esse non credunt. b ¶ Hominem simplicem.

c Quomodo dicunt scribæ Christum esse filium Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritusancto: †

a ¶ Non errore, non propria voluntate.

d Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit eum dominum, & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et

¶ Tantum & non Deus.

a ¶ Voluntatem arguit, non gradum. b ¶ Cultioribus vestimentis, ad publicum procedere.

e dicebat eis in doctrina sua: † Cauete à scribis qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere f in synagogis, & primos discubitus in cœnis: [4] qui deuorant domos viduarum sub † obtentu prolixæ orationis: [5] hi accipient † prolixius iudicium. [6] Et sedens Iesus † contra (†prætextu prolixè orantes. †abundantius. †e regione Gazophylacij.)

a ¶ Quam qui amant in angulis stantes orare, hi enim non solum laudes hominum, verumetiam pecuniam quærunt.

NICOLAVS DE LIRA.

scriba interrogauerat Christum, non ad capiendum eum in verbo, sicut alij præcedentes, sed ad audiendum veritatem, quam sciri desiderabat propter varietatem opinionum. Vel aliter potest dici, quod à principio maliciosè quæsiuit, sed ex Christi responsione contritus Christum commendauit, & Christus eum: videns ipsum emendatum. Et hanc secundam expositionem posuit Matth. 22. August. vero libro de consensu euangelistarum ponit vtrumque dicens: Nec moueat quemquam, quod Matthæus dicit tentantem fuisse à quo dominus interrogatus est. Fieri enim potuit, vt quãuis tẽtans accesserit, domini tamen responsione correctus sit: aut certè ipsam tentationem non accipiamus malam, tanquam decipere volentis inimicum, sed tanquam experiri volentis amplius ignotum.

1 Et diligere proximum tanquam seip. maius est. *Circa hoc enim tunc erant opiniones doctorum: quia quidam dicebãt sacrificia & oblationes magis esse accepta Deo quam exercitium in operibus charitatis. Alij autem dicebant contrarium. Et huius opinionis quę vera est, videtur fuisse iste scriba: & propter hoc eius dictum approbatur à Christo cùm subditur:*

2 Non longè es à regno Dei. *Id est, à veritate euangelij quę in pluribus locis vocatur regnum Dei: & inde credendum est, quod iste conuersus fuit ad Christum.*

3 Et respondens Iesus. *Hic describitur confutatio scribarum & primò ponitur dicta confutatio: secundò discipulorum instructio, ibi:* Et sedens Iesus contra Gazophylacium. *Sententia primæ partis patet ex dictis Matthæi 23. excepto quod subditur.*

4 Qui deuorant domos viduarum. *Bona earum sibi attrahendo fallaciter per simulationem sanctitatis.*

5 Hi accipient prolixius iudicium. *Quia* simulata sanctitas duplex est iniquitas, *secundum quod dicit Hier.*

6 Et sedens Iesus contra. *Hic ponitur discipulorum instructio. Sacerdotes*

MORALITER.

† *Quomodo dicunt scribę Christum esse filium Dauid?* Per Christum qui vnctus interpretatur: rex per vnctionem institutus sicut est rex Franciæ, significatur: qui filius est episcopi Parisiensis in spiritualibus: & eius dominus in temporalibus: sic Christus est filius Dauid secundum carnem, eius dominus secundum deitatem.

† *Cauete à scribis qui volunt.* In fine concluditur.

5 *Hi accipient prolixius iudi.* Id est, condemnationem, quia sicut dicit Hier. *Simulata sanctitas duplex est iniquitas.*

6 *Et sedens Iesus contra Gazophylacium aspiciebat quomodo turba* † *iactaret*

a *Gazophilacium*. BEDA. φυλάττειν Græcè, seruare latinè. Gaza, Persicè, diuitiæ, Gazophylacium locus quo diuitiæ seruantur, & Arca, scilicet, in qua populi donaria congregabantur ad vsus templi. Vnde in lib. Reg. *Tulit Ioiada pontifex Gazophylacium vnum, aperuitque foramen desuper, &c.* & porticus in quibus seruabantur. Vnde. *Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo.*

Eccl. 4. d. Psal. 108 a. 4 Reg 12. b

b *Aspiciebat quomo.* Sicut appetitores primatus & vanæ gloriæ cauendos esse dixit, & simulatione orãtibus prolixius iudicium prædixit, sic etiam offerentes iusto examine discernit, vt retribuat singulis, secundum cor & opera, quod & hodie facit in ecclesia.

¶ Diuitiarum custodiam.

a gazophylacium aspiciebat quomodo turba iactaret æs in

a ¶ HIERON. Qui proferunt de thesauro cordis sui noua & vetera, quę sunt incerta & occulta vtriusque testamenti.

b gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. † Cùm

¶ Ecclesia. ¶ Spiritu. a ¶ Dilectionem Dei & proximi.

c venisset autem vna vidua † pauper, misit duo minuta,

d quod est quadrans. Et † conuocans discipulos suos ait il-

e lis: † Amen dico vobis, quoniam vidua hęc pauper plus

f omnibus misit, qui miserunt in gazophylacium. Omnes

g enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de

a ¶ HIERON Quia tota voluptas corporis in victu consistit, vnde; Totus labor hominis in ore suo est.

penuria sua omnia quę habuit misit, totũ victum suum.

† paupercula. † aduocans

cium admirare. Neque enim is tam numerum magnitudinem considerat, quàm animi alacritatem & promptitudinem ponderat. Illi, inquit, qui opibus affluebant, ex eo quod ad quotidianũ vsum necessarium non erat, impenderunt. Hæc autem totum, quod in bonis habebat, obtulit. Hæc prouidè vidua non solum scribis & pharisęis, verùm lasciuieribus quoque ventriq; & gulæ deditis viduis, multis partibus faustior & honoratior est. Illæ enim magistrarũ partes sibi sumentes, garrulis blandisque sermonibus, necnon nugis ad animæ salutem nihil facientibus, perpetuò intentæ, impunè liguriunt, ligurientésque & aliena absumentes, vagæ passim per domos discurrũt: Hæc autem cuncta quæ habebat nullo vitæ præsidio sibi relicto, clam, Deo largita est, Neque enim procerum assentatione, aut adulatione mota fecit, sed Deo secreto voluntatem suam probare voluit:

† Luc. 21 a. † 24 q. 1. odi in fi. De pœ dist. 5. ca. 1. ac fi.

Allegoricè c *Diuites*. BEDA. Diuites, Iudæi de iusticia legis elati. Vidua pauper, Ecclesia quæ spiritum superbię & temporales rerum concupiscentias quasi mundi diuitias abiecit. Vidua, quia eius vir pro ea mortuus est, & ab eius oculis occultus in cœlo est.

C Hæc duo minuta offert, quia in conspectu diuinę maiestatis qua oblationes deuotæ nostræ operationis quasi certo numero conscriptę, & consignatę seruantur, vel dilectionem Dei, vel proximi, vel fidei orationisque munera Deo offert, Quę respectu fragilitatis minuta sed merito piæ intentionis accepta, cunctis superborum Iudæorum operibus, pręstant.

d *Vidua pauper*. HIERONYMVS. Hæc paupercula me & similes signat, qui mitto quod possum, & desidero quod nõ possum vobis explanare. Non quantum, sed ex quanto desiderat Deus. Vnusquisque quadrantem potest offerre. Hæc est torta panis in Leuitico, quæ est voluntas prompta. Quadrans, quia ex tribus consistit, cogitatu, verbo & facto.

Leui. 21.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Time itaque, & Dei iudicium

e *Quadr.* Quadrantem vocant calculatores quartam partem cuiusque rei, scilicet, loci, temporis, pecuniæ. Forsitan ergo hic quartam partem sicli: id est, quinque obolos significat.

f *Vidua hæc*. MORALITER. Intimatur quàm sit acceptabile Deo quod offertur bono animo, qui non offerentium substantiam sed pensat conscientiam. Nec perpendit quantum offeras in eius sacrificio, sed ex quanto.

Moraliter

g *Omnes enim*. BEDA. Iudæus ex abundante mittit in munera, quia de iusticia sua præsumit & dicit: *Deus gratias tibi ago, quia non sum sicut ceteri homines, &c.* Omnem victum suum in Dei munera mittit ecclesia, quia omne quod vicit non sui esse meriti, sed diuini muneris dicens *Deus propitius esto mihi peccatori.* & iterum. *fortitudinem meam ad te custodiam: quia tu Deus susceptor meus, Deus meus misericordia eius præueniet me.*

Allegoricè Matth 18. b Ibidem. Psal. 58. b.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *cerdotes enim qui erant auari, docebant quod ille qui plus offerebat in templo absolute loquendo, plus habebat de merito: quod est falsum: quia quantitas meriti non accipitur secundum quantitatem doni absolutè, sed per comparationem ad facultatem dantis, & promptitudinem suę voluntatis & deuotionis. Et hanc sententiam docet Christus cum dicitur*: Et sedens Iesus contra gazophylacium. *Locus erat vbi ponebatur pecunia oblata pro necessarijs templi & sacerdotum & ministrorum.*

1 Et multi diuites iacta. *Secundum doctrinam illorum sacerdotum. Sequitur sententia Christi.*

2 Vidua pau. *Non absolute loquendo sed considerata facultate sua, plus est enim vni puero ferre quinque, quam viro forti ferre viginti. Et eodem modo plus est pauperi dare modicum, quam diuiti multum modo prædicto.*

MORALITER.

† *iactaret æs in gazophylacium.* Magis ponderans quantitatem deuotionis, quàm muneris: vnde consequenter vidua pauper ponens duo minuta, plus laudatur ab eo quam diuites ponentes munera magna.

MORALITER. Hæc vidua pauper dici potest persona simplex carens diuitijs & scripturarum noticia, quæ tamen apud Deum plus meretur orationibus & bona vita, quam potentes in temporalibus & scientia magna. vnde Augustinus cum legisset vitam Pauli simplicis dixit: Simplices & illiterati rapiunt cœlum, & nos cum literis nostris trahimur ad infernum.

August. de Paulo simplice.

ADDITIO.

In cap. 12. *vbi dicitur in Postilla*, quod quantitas meriti non accipitur secundum quantitatem doni.

Quantitas meriti dupliciter pẽsatur.

De quantitate meriti quomodo accipi debet propriè habetur in prima parte q. 50. a. 4. in cor. q. vbi sit quantitas meriti ex duobus potest pensari. Vno modo ex radice charitatis & gratiæ: & talis quantitatis meriti respondet præmio essentiali, quod consistit in Dei fruitione. Qui enim ex maiori charitate aliquid facit, fruetur Deo perfectius. Alio modo potest pensari quantitas meriti ex quantitate operis. Quæ quidem est duplex, scilicet, absoluta & proportionabilis. Vidua enim quę misit duo æra minuta in gazophylacium, minus opus fecit quantitate absoluta, quam illi qui magna munera posuerunt: sed quantitate proportionabili vidua plus fecit secundum sententiam domini. quia magis eius facultatem superabundabat: vtraque tamen quantitas meriti respondet pręmio accidentali, quod est gaudium de bono creato. Hæc sanctus Thomas. Quibus bene consideratis & ad propositum applicatis, patet quod hæc vidua commendatur à Christo, ex hoc solum quod quantitate proportionabili plus fecit quam alij qui maiora obtulerant: non autem de quantitate meriti essentialis, quæ consistit in radice charitatis: quæ quidem charitas est causa proxima deuotionis. Hoc enim soli Deo est notum. Vnde non dixit Christus hæc vidua plus meruit, sed dixit, plus omnibus misit.

REPLI. *In ca. 12. vbi postillator dicit, quod, quantitas meriti non accipitur secundum quantitatem doni. Ibi Burg. dicit satis bene & conformiter cum sancto Thoma & Postillatore. Sed addit de suo, quod Christus nõ commendauit viduam de quantitate meriti essentialis: quod consistit in radice charitatis, quæ est causa proxima deuotionis: Sed sic dicendo videtur Christum non directè reprobasse errorem sacerdotum dicentium, quod plus meretur qui plus offert. Hoc autem probat Christus esse falsum de vidua quę obtulit minuta duo: quia maioris meriti est ex magna deuotione offerre modicum, quam remissa deuotione multũ, quia Deus plus pensat affectũ quam censum, secundum beatum Greg. Si igitur vidua commendatur ex deuotione quæ secundum Burg. causatur ex charitate, sequitur quod eius commendatio pertinet ad quantitatem meriti essentialis, cuius oppositum dicit Burgensis.*

CAP. XIII.

a *ET cum egre.* BEDA. Recedente de templo domino omnia legis ædificia compositio mandatorum ita destructa est, vt nihil à Iudæis impleri possit, & capite sublato vniuersa inter se membra compugnent, Aptè post laudatam in paupercula muliere ecclesiæ deuotionem, de templo egreditur, quia fundata ingentibus Christi ecclesia, Iudæa suæ perfidiæ pœnas, erat luitura, & ædificia ruitura.

b *Ait illis vnus ex discipulis suis.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Marcus vnum, Lucas quosdã, Matthæus discipulos vniuersè quæstionẽ hanc mouisse asserit. Marcus rursum & Lucas vnã dũtaxat quæstionem motã scribunt: eam nimirũ quæ de Hierosolymorũ & tẽpli euersione agit, Existimabãt hi fortè secundum Christi aduentũ, & Hierosolymorũ deuastationẽ ad idem tẽpus spectare. Matthæus autem, de templi & ciuitatis destructione seorsum, De secundo rursum Christi aduentu seculique cõsummatione seorsum interrogasse tradit. Potuit etiam vnus cæteros anteuertens petere, quod alij postea repetiuerunt, quos Matthæus tradit indefinitè percunctatos. Vt verisimile sit non omnes, sed eos tantum id exquisiisse, quos Marcus paulò post, ad Iesum accessisse, eáque de re eum consuluisse exponit. Hi enim cæteris maiorem fiduciam & libertatem apud dominum habebant. Ad alterum dici potest, de vtraque re quæstionem quidem agitatam fuisse, verum Marcum & Lucam vnam tantum, Matthęum autem vtramque attigisse.

c *Vides has.* Diuinitus autem procuratum est, vt patefacta per orbẽ fidei euangelicæ gratia, ipsum templum cũ ceremonijs tolleretur: ne fortè aliquis paruulus adhuc, ac lactens in fide, si videret manere illa à prophetis facta à domino instituta, admirãdo sanctum seculare, paulatim ad Iudaismum relaberetur. Aufertur ergo vmbra, & palmam tenet veritas per orbem declarata.

HIERONYMVS. Prænunciat cladem nouissimi temporis id est, destructionem templi cum plebe & litera sua. De qua: *Lapis super lapidem non relinquetur*: id est, testimonia prophetarum super eos in quos Iudæi retorquebant ea, vt in Esdram, in Zorobabel, in Machabæos,

d *Et cum.* BEDA. In sanctis quietus manet: dũ superborũ detestatur amentiam. Mons enim oliuarũ fructiferam ecclesiæ celsitudinem significat, Mons ille non infructuosas arbores sed oliueta gignit, quibus lumen alitur, requies lassis tribuitur, infirmitas soluitur.

e *Et respon.* BEDA. *Mystice.* A tempore dominicæ passionis in populo Iudæorum qui latronẽ seditiosum elegerunt, Christũ saluatorem abiecerunt, nec bella hostiũ nec seditiones ciuiũ cessauerũt. Sed apostoli ne his aduẽtantibus terreantur, & ne Ierosolymã Iudæãm que deserãt, admonentur, *quia non statim finis.* In quadragesimum enim annũ desolatio prouinciæ & vltimũ vrbis ac tẽpli excidium protelatum est.

f *Multi enim venient.* Imminente excidio multi venerunt qui se esse Christos, & iam tempus libertatis adesse mentirentur. Multi etiam in ecclesia tẽporibus apostolorum inter cætera diem domini instare minati sunt. Multi in nomine Christi venere Antichristi, quorum primus Simon Magus, *cui auscultabant omnes qui erant in Samaria à minimo vsque ad maximum dicentes, Hic est virtus Dei quæ vocatur magna: eò quod multo tempore magicis artibus dementasset eos.*

g *Exurget enim.* BEDA. Hæc omnia ante vltimos & acerbissimos dolores, quibus omnis vastata est prouincia tempore Iudaicæ seditionis, constat ad literam contigisse. Potest verò regnum super regnum, & pestilentiæ eorum quorum sermo serpit vt cancer, & fames audiendi verbum Dei, & commotio vniuersæ terræ, & à vera fide separatio; in hæreticis magis intelligi: qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS, *Exurget gens, &c.* Per hoc indicat è remotò venturos qui Iudęis assultent & ciuitates eorum inuadent. *Exurget itaque gens contra gentem, &c.* Significat per hæc seipsum quoque impetum in Iudæos facturum, bellàque & prælia contra illos concitaturũ: nõ solùm per hostiles exercitus, verumetiam per famem, terręmotus, aliásque plagas, quales peccatoribus diuinitus inferri solent, hæc autem omnia *initium dolorum.* qui nimirum obstinatę illi genti obuenturi sunt.

Marginalia: †Mar. 24. a. Luc. 21. b. — †ex aduerso templi, è regione templi. — †consummãda sunt. — †Mat. 24. a. Luc. 21. b. Ephe. 5. b. — †rumores — †Luc. 21. c. — †turbemini. — Act. 8. — Luc. 21. b.

CAPVT XIII.

¶ Facto ostendens quæ verbo dixerat.

ET cùm egrederetur de templo, ait illis vnus ex discipulis suis: Magister aspice quales lapides,

¶ HIERON. Quæ enumerat potius spernenda sunt quàm tractanda.

& quales structuræ? Et respondens Iesus ait illi: Vides has omnes magnas ædificationes? Non relin-

¶ De ruina templi & excidio gentis disputans.

quetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Et cùm sederet

a ¶ Ipse situs corporis congruit verbis.
b ¶ Quia prædixerat omnia esse destruenda, discipuli secretò tempus & signa destructionis quærũt, & cum se in mon.

in monte oliuarum † cõntra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Ioannes & Andreas: Dic nobis quando ista fient: & quod signum erit quando hæc omnia † incipient consummari? Et respondens Iesus cœpit illis dicere: † Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum, & multos seducent. Cùm audieritis autem

a ¶ Hostium. b ¶ Seditiones ciuium.

bella & † opiniones bellorum, ne † timueritis. † Oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens super gentem, & regnum super regnum:

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XIII.

1 ET cum egrederetur temp. *Superius à primo capitulo vsque huc docuit Christus per viam amoris miracula faciendo, & beneficia conferendo. Hic incipit docere per viam timoris, terrorem futuri iudicij incutiẽdo. Et circa hoc primo duplex quæstio proponitur, secundo soluitur, ibi:* Et respondens Iesus. *Circa primum proponitur quæstionis occasio, per hoc quod Christus templum prædixit destruendum, & ideò discipuli quæsierunt ab ipso, primò de tempore huius destructionis, quod notatur cum dicitur:*

2 Dic nobis quando hæc fient, &c. *Et quia post destructionem templi credebant de propinquo vltimum iudicium fieri, ideo de hoc quæsierunt secundò quod notatur cum dicitur:*

3 Et quod signum erit quando hæc omnia incipient consum. *Tunc enim erit consummatio huius mundi.*

4 Et respondens Iesus. *Hic ponitur dictæ quæstionis duplicis solutio, & primo prima, secundo secunda, ibi:* Orate ergo. *Circa primum præmittitur districtæ destructionis templi inchoatio, & secundo consummatio, ibi:* Cum autem videritis, *Adhuc circa primum prædicitur quid eueniendũ sit omnibus generaliter, secundò quid discipulis Christi specialiter, ibi:* Videte autem vosmetipsos. *Circa primum prædicuntur pericula, scilicet, seductio erroris, ibi:* Videte ne quis vos seducat. *incussio timoris, ibi:* Cum audieritis. *commotio plebis, ibi:* Surget gens &c. *turbatio orbis, ibi:* Et erunt terręmotus. *Et patet sententia istarum partium ex dictis Matth 24. vsque ibi.*

MORALITER.

† 1 *Et cum egrederetur de templo.* Templum Dei quęlibet religio potest dici. quæ sic destruitur, quod non remanet lapis super lapidem, quando non remanet ibi conformitas aliqua ad primum fundatorem.

† *Et cum sederet in monte Oliuarum contra templum*, Per hoc significauit, quod cultus noui Te, abijceret ceremonias Iudæorum.

Multi enim venient in no. ATHANASIVS. In vnaquaque hæresi diabolus figuratus dicit: Ego sum Christus, & apud me veritas est.

† *Cum autem audieritis bella & op.* AMBROS. Sunt autem & alia bella quæ vir sentit Christianus, scilicet, diuersarum prælia cupiditatum, studiorum conflictus, multò enim grauiores sunt hoste domestici quàm extranei.

† *Opor. sed nondum est finis*, Magnitudo malorũ præcedentiũ generale iudiciũ est figura sequentiũ incomparabiliter grauiorum.

a *Videte autem.* BEDA. Quare hæc omnia inferantur, dicit *Videte &c.* Ea enim vel sola maxima causa est excidij, quia post occisionem domini, nominis quoque ac fidei præcones similes & confessores impia crudelitate vexabant.

✠ VICTOR ANTIOCHENUS. Opportunè interserit hoc loco incōmoda, & persecutiones, quæ Apostolis contingent, quæ tamen geminam consolationem adiunctam habent: alteram ex malorum communione (neque enim ipsi soli vexationem illam sustinebunt, sed vna cum multis alijs) alteram ex eo quod propter Christi nomen siue propter Christum ipsum, hæc incōmoda perpessuri dicuntur. *In testimonium illis.*

✠ IDEM. Significatur per hæc nullam Iudæis iustam excusationē reliquā futuram; Quippe cū apostoli & propter incōmoda, quæ illis autoribus pertulerunt, apertum aduersus eorū perfidiam & incredulitatem testimoniū laturi sint.

b *Et in omnes gent.* BEDA. Quia nouerat dominus corda discipulorum de perditione suæ gētis tristanda, hoc modo consolatur, vt sciant amissis Iudæis se socios regni cælestis ex toto orbe habituros. Sicut enim ecclesiasticæ historiæ testantur multò antè excidium Iudææ, omnes apostoli ad prędicandum euangelium per totum orbem sunt dispersi, exceptis Iacobo Zebedæi, & Iacobo fratre domini, qui prius in Iudæa pro verbo euangelij sanguinem fuderunt.

[Margin: † Cauete autem vosmetipsos. † statuemini. † ne ante solliciti sitis, vel anxij. † Dan. 9 g. Luc. 21. d. * quæ dicta est à Daniele propheta.]

a ¶ Lu. terræ motus magni erunt per loca & pestilentiæ & fames.

& erūnt terræ motus per loca & fames. † Initium dolorum hæc. † Videte autem vosmetipsos. † Tradent enim vos in consilijs, & in synagogis vapulabitis, & † ante reges & præ-

a ¶ Constantes animos tam bona causa dabit. ¶ Hiero. vt clamet ecclesia. A finibus ter. ad te do. cla. ¶ q. d. Ne de perditione vestræ gentis tristemini, qui socios de omnibus gentibus estis habituri.

sides † stābitis propter me in testimonium illis. Et in omnes

¶ Ante præsides.

gentes primum oportet prædicari euangelium. † Et cum

a ¶ Voluntatem tantum offerte, ego loquar qui sum in vobis & gratia spiritussancti in respondendo aderit. b ¶ Ante præsides.

duxerint vos tradentes, † nōlite præcogitare quid lōquamini

¶ A spiritu.

*, sed quod datum fuerit vobis in illa hora, id loquamini.

¶ Quod continet omnia scientiam habet vocis. a ¶ Hoc in persequutionibus frequenter visum est.

Non enim vos estis loquentes, sed spiritussanctus. † Trādet

a ¶ Non est eorum fidus affectus quorum diuersa est fides.

autem frater fratrem in mortem, & pāter filium, & consurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis † odio

a ¶ Tam bona constanter causa tuenda fuit. ¶ Non enim martyrem facit pœna sed causa.

omnibus propter nōmen meum. † Qui autem † sustinuerit

a ¶ Finis non pugna coronat.

in finēm, hic saluus erit. † Cum autem videritis abomina-

a ¶ Antichristum, vel imaginem Adriani vel Cæsaris.
b ¶ Matth. In loco sancto qui idem est, quia in loco sancto obominatio stare non debet.
c ¶ Prophetas qui hoc prędixerunt.

tionēm desolationis * stāntem vbi non † debet (qui lēgit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt fugiant in montes: & qui super tectum, non descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui in agro erit non reuertatur retrò tollere vestimentum suum. † Væ autem prægnantibus &

e *Cum autem videritis &c.* BEDA. Potest abominatio intelligi, vel Antichristus, vel imago Cæsaris quam Pilatus in templo posuit; vel statua Adriani equestris, quæ in ipso sanctosanctorum loco multo tempore stetit. Abominatio quoque secundum scripturam, idolum nuncupatur, & ideò addit, *desolationis,* quia in desolato tēplo atque deserto, idolum positum est.

✠ VICTOR ANTIO. Sunt qui Pilatum, qui Christum dominum in crucem egit, clā noctu Cæsaris signum in tēplum intulisse, & erexisse dicant, eāque rem magnas inter Iudæos turbas & tumultus excitasse. Ex eo enim tēpore, vt Iosephus refert, in testina seditio exorsa nō prius grassandi & sæuiendi finem fecit, quā templum incensum, & ciuitas tota in vastam solitudinem versa est, hanc ergo Cæsaris statuā in templum illatā merito desolationis abominationem vocat; quippe quæ illi seditioni, per quam ciuitas tota in perfectam solitudinē versa est, causam initiúmque dederit: maiorē autem in modum admirari hīc licet, cū Christi virtutem, tū apostolorum quoque constantiam & fortitudinem, vt qui toto illo tempore, quo Iudæorum res erant afflictissimæ, vtpote ex omni parte oppugnatæ, constanter semper sacris concionibus operam dederint.

[Margin: † Initia. † Mat. 10. b & c. 24. a. † apud. † Mat. 24. b * neque meditemini. † Luc. 21. e. † odio habiti ab. † Mat 10 a & 24. b. † perseuerauerit. † oportet. † Mat. 24. b Luc. 21. d.]

c *Et cum duxerint vos &c.* ✠ VICTOR ANTIOCHENUS. Denunciat illis ne anxiè præmeditentur quid responsuri sint coram magistratibus constituti: *Ego enim,* inquit, *Dabo vobis os & sapientiā, cui nō poterūt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri.* [Margin: Lucæ. 21.]

d *Tradet autem frater fratrē in mortē.* ✠ VICTOR ANTIOCHENUS. Hic illud apostolis vsu venturum prædicit, quod omnium propemodum est difficillimum & miserrimum: videlicet tantam vbique fore rerum perturbationem & calamitatem vt ne ab ijs quidem vllam omnino cōsolationem accepturi sint, qui summa alioqui amicitia & necessitudine coniuncti sunt. Si quidem ob bella intestina occultásque seditiones & machinationes; tantam rerum omnium confusionem, & tempestatem grassaturam insinuat, vt nullus prorsus familiaritati, aut societati, nullus cognationi aut affinitati locus reliquus futurus sit. Quò fit vt triplex belli genus assignari queat; vnum quod infertur à familiaribus & domesticis: alterum, quod ab hæreticis & seductoribus: Tertium & postremum, quod ab exteris hostibus. At Simon interim solamen adfert quòd hæc omnia propter Christi nomen illis euentura prædicantur, hoc vnum enim propter futuram spem, sat est ad mitigandam & submouendam omnem omninò animi tristitiam, externámque ærumnam vndecumque ortam vel illatam. [Margin: Lucæ. 21. e]

e Cum

BEDA. Iuxtà spiritualem sensum cum viderimus abominationem desolationis stare vbi non debet: id est, hæreses & flagitia regnare in eis qui cælestibus mysterijs sunt consecrati, cum operantes iniquitatem, loquentes mendacium: viros sanguinum & dolosos pacem fidelium turbare perpēdimus: *Tunc qui in Iudæa,* id est, in confessione veræ fidei persistimus, ad montes fugiamus, id est, culmina virtutum. Tunc qui super tectum, qui scilicet excedit animo carnalia, & tanquam in aura libera spiritualiter viuit; non descendat in domum, ad infimos scilicet actus pristinæ conseruationis, vt ea quæ reliquerat mundi desideria carnisve repetat. Domus enim nostra, vel hic mundus, vel caro, in qua degimus.

f *Tunc qui in Iu. &c.* BEDA. Hæc facta sunt cum appropinquāte Romano bello & Iudeæ exterminio qui in prouincia erant Christiani ammoniti oraculo (vt Ecclesiastica narrat historia) trans Iordanem secedentes, sub Agrippæ regno manebant ad tempus in Pela ciuitate, qui cum ea quę sibi obtemperare voluit parte Iudęorum, semper parebat imperio Romanorum. [Margin: Lucæ. 21. d]

g *Et qui super tectū non descēd.* ✠ VICTOR ANTIO. Quasi dicat: magni tum temporis beneficij loco ducatis si vel nudo corpore euadere mortem licet; quamobrem qui tunc in tectis, vel agris versabuntur ne sint solliciti, vt descendant, & vestimēta accipiāt. Per hæc autē aliaque id genus similia mala prorsus ineuitabilia, talisque calamitas insinuatur, quæ nuuquam habitura sit finē. [Margin: 1. Reg. 4. b]

h *Væ au. Præg. &c.* Quia vel vteri pondere vel filiorum sarcina [Margin: 1. Reg. 1. 8]

grauatæ

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et cum duxerint vos. *Cuius sententia patet ex dictis Matthæ.* 10.

2 Cum

2 Cum autem videritis. *Hic predicitur consummatio desolationis templi, & patet sententia ex dictis Matth.* 24.

Orate

MORALITER.

† *Tradet au. fra.* Spiritualiter autem vnusquisque tradit proximum suum in mortem, quando vnus inducit alterum in culpam mortalem.

2 *Cum au. vi.* Per quam potest intelligi simoniæ vitium, quod est Deo abominabile. Est etiam desolatiuum ecclesiæ, quia per hoc indigni promouentur, & digni repelluntur. Quæ quidem abominatio stat vbi non debet, quando in ecclesiæ prælatis locum habet. † *Tunc, qui.* Id est, in confessione veritatis eo quod Iudæa confessio interpretatur. † *Fugiant.* Id est, recurrant ad ciues cœlestes per orationem deuotam vt Deus amoueat pestem istam. † *Et qui su.* Id est, bonus contemplatiuus. Et qui in agro, id est bonus actiuus neuter istorum quęrat, sed magis fugiat talem promotionem, vel potius damnationem; ideò sequitur: † *Væ autem pra.* Id est, illis qui conceperunt in animo taliter promoueri. † *Et nutrientibus.* Id est, promotis

† simoniacè

A grauatæ fugere non poterunt. Vnde in libro historiarum legitur vxorem Ionathæ turbatam fuga, filium sinu suo lapsum recepisse perpetuò claudum.

a *Orate autem.* HIERONYMVS. Vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Isido. ne finiatur fructus operis vestri cum fine temporis. Hyeme enim finitur fructus, sabbato tẽpus. BEDA. *Orate aut.* Si de captiuitate à Tito & Vespasiano facta hæc accipimus, orare debent, ne fiat fuga eorum hyeme vel sabbato. Hyeme enim prohibet frigus fugere ad solitudinem, & in mõtibus desertis latere. In sabbato autem, aut transgressio legis si fugiunt, aut mors, si remanent. Si de consummatione mundi intelligitur, præcipitur, vt fides & charitas nostra in Christum non refrigescat, neq; vt ociosi in opere Dei torpeamus virtutum sabbato. Hæc enim domini loquutio partim ad captiuitatem Iudaicam, partim ad diem iudicij pertinet, vnde Matthæus: *Dic nobis quando hæc erunt, & signum aduentus tui, & consummationis seculi.*

† lactantibus. †Mat. 24 b †Mat. 24. b Luc. 17. d. †Mat. 24. c Luc. 17. c. Mat. 24. a.

a ¶ Matthæus autem: Orate autem vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato.

† nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme non † fiant. ¶ Ideo orandum. Erunt enim. ¶ Hæc propriè ad Antichristum quando crebriora, & acerbiora tormenta inferentur fidelibus; & quod grauius est, signa quoque comitabuntur. Erunt enim dies illi tribulationis tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vsque nunc, neque fient. † Et nisi † breuiasset dominus dies non fuisset salua ¶ HIERON. Ne malicia mutet intellectum eorum. omnis caro. Sed propter electos quos elegit breuiauit dies. † Et tunc si quis vobis dixerit: Ecce † hic est Christus, ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos (si fieri potest) etiam electos. Vos ergo videte: Ecce prædixi vobis ¶ Ad gelida corda. omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illam † sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ sunt in cœlis † mouebuntur. † Et tunc videbunt filium hominis veniente in nubibus cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & a ¶ Vt triticum ventilatum, de arca totius terræ. congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ

D se deceptum trahebant. Sed ibi nullus erat fidelis, quem Deus exhortaretur, ne peruersos magistros sequeretur. Omnes & obsidentes & obsessi alieni à Christo obdurabant, vnde melius de hæreticis accipiendum, qui contra ecclesiam venientes, se Christos esse mentiuntur: quorum primus Simon Magus: extremus Antichristus.

✠ THEOPHYLACTVS. Postquã ea quæ ad Hierusalem pertinebant, dominus cõpleuit; nũc de aduentu loquitur Antichristi, dicens: *Et tũc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, ecce illic, ne credideritis.* Hoc autem quod dicit tunc, non sic intelligas, id est, statim cum completa fuerint supradicta circa Hierusalem sicut & Matthæus post Christi generationem dicit: *In diebus illis venit Ioannes.* Nũquid immediatè post Christi natiuitatem? Non, sed indeterminatè, vel indistinctè. Sic & in hoc loco *Tũc,* accipi potest non scilicet quando Hierusalem desolabitur, sed circa tempus aduentus Antichristi.

† fiat fuga vestra. † decurtasset. † hoc loco E † Ioel. 3. c. Matth. 24. † quatientur cõcussiones.

b *Et nisi breuiasset domi.* q.d. Quod in tantis malis refugium? Quæ spes electis? hoc solum scilicet, vt Deus qui dat virtutẽ patiendi, breuiet potentiam persequendi, & hoc est: *Et nisi breuiasset, &c.*

BEDA. *Et nisi breuiasset dominus dies.* Hæc tribulatio quantò cæteris grauior, tantò breuitate moderatior. Tribus annis scilicet, & dimidio quantum ex Daniele & Apocalypsi Ioannis conijci potest ecclesia per orbem impugnanda est.

C ✠ VICTOR ANTIOCH. Vel per omnem carnem; vniuersam Iudæorum gentem designat: hoc est tam eos, qui intra ciuitatem obsessi tenebantur, quam eos qui extrà illam in diuersis locis & ciuitatibus diuersabantur. Neque enim illi solum oppugnabãtur & ad necem petebantur, qui in Iudæa ætatem agebant, sed alij præterea omnes qui per terrarũ orbẽ passim dispersi erãt

c *Sed propter electos quos elegit breuiabit dies.* ✠ IBIDEM. Quos quæso electos vocat? Eos vtique quos in medio oppugnatorum cætu fideles comperit. Ne enim Iudæi mentiri possent mala, quæ pertulerant & perferebant, propter electos illos & promulgatum Christi euangelium accidisse; Oppositum verum asserit. Asserit, inquam, nisi pauci illi electi extitissent, ad vnum omnes funditus interituros fuisse. Etenim ne illi, qui Christo per fidem ex Iudæorum genere adiuncti fuerant, vna cum cæteris infidelibus extinguerentur; benignus dominus cruenta illa bella tempestiuè dissoluit, sæuisq; prælijs, & pugnis maturè finem imposuit.

d *Et tunc si quis.* BEDA. Quidam hoc ad captiuitatem Iudaicam referunt, quando multi Christos se esse dicentes, populum post se

e *Sed in illis diebus, &c.* BEDA. Sidera in iudicio videbuntur obscura, non lucis suæ diminutione, sed superueniente veri luminis claritate, id est, summi iudicis, cum venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum angelorum; quamuis nihil prohibeat verè intelligi tunc solem & lunam cum alijs sideribus ad tempus suo lumine priuari, sicut sol in passione domini. Luna enim tunc temporis cum esset plena sub terra latebat: vnde illud Ioel adhuc imperfectum est, qui cum dixisset: *Sol conuertetur in tenebras,* addit *& luna in sanguinem antequam veniat dies domini magnus & manifestus.* Et quod de die iudicij Isaias dicit; *Erubescet luna & sol confundetur, &c.* Sed peracto die iudicij clarescente futuræ gloria vitæ, cum fuerit cœlum nouum & terra noua, tunc fiet quod idem propheta alibi dicit; *Et erit lux lunę sicut sol, et lux solis erit septempliciter sicut lux septem dierum.*

Ioel. 2. g. F Isa. 24. d Ibidem 3. f

f *Decident.* A lumine quando penè deerit semen Abrahæ, cui assimilatæ sunt stellæ.

g *Et virtutes quę.* BEDA. Quid mirum tremere homines, cum aspectu iudicij tremant angelicæ potestates. Vnde Iob: *Columnæ cæli contremiscunt, et pauent ad nutum eius.* Et quid patitur virgula deserti, vbi concutitur cedrus paradisi.

Iob. 26. c.

h *Mouebuntur.* HIERONYMVS. Ad iram vindictæ quando mittentur à filio hominis veniente in nubibus cœli cum virtute, quæ prius sicut pluuia in vellus descendit in humilitate.

i *A qua. ven.* Ab oriente & Occidẽte, Austro, Aquilone, & non tantum ab his; sed à summo terræ vsque ad summum cœlum, i. ab extremis finibus terræ per directũ vsque ad vltimos terminos eius, vbi longe aspicientibus circulus cæli terræ videtur insidere.

A sicu

NICOLAVS DE LIRA.

1 Orate vero. *Hic soluitur secunda quæstio: In cuius solutione Saluator primò excitat discipulorum deuotionem, quę est necessaria tempore magnę tribulationis. Secundo prædicit tribulationem futuram ante iudicium, ibi:* Erunt enim dies illi tribulationis. *Tertiò prædicit iudicis aduentum, ibi:* Et tunc videbunt filium ho. *Quartò excitat attentionem credentium, ibi:* Videte, vigilate, &c. *& ideò concludit in fine.*

Quod

MORALITER.

† simoniacè, se lautè nutrientibus de bonis ecclesię.

1 *Orate verò vt hyeme non fi.* Id est, vt dictæ promotiones simoniacæ non fugiantur tepide, sed in charitatis feruore.

† *Erunt enim dies illi tribulationis tales quales non fuerunt ab initio creatura quam condidit Deus.* Scilicet, maiores quam temporibus tyrannorum, de qua beatus Bernardus exponit illud Isa. 38. c. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima,* dicens, quod hoc dicere potest modernis temporibus ecclesia, quia maiora mala, spiritualiter patitur sub pace principum Christianorum, propter simonias & alia mala clericorũ quam pateretur ex persecutione tyrannorũ: & dominus per suam gratiam breuiet ista mala.

Luc. 21. † *Tunc si quis, &c.* De episcopo vel sacerdote male promoto, qui Christus: id est, vnctus dici potest, eò quod per vnctionem est institutus.

† *Ne credideritis, &c.* Quia sic commendantes eos de scientia vel vita sunt mendaces. Sequitur:

† *Sol contene.* Id est, Christus secundùm apparentiam hominum; vnde dicunt, quando fiunt tales peruersæ promotiones, quod Christus dormit, eò quòd talia mala permittit.

† *Et stellæ cœli, &c.* Nam homines boni & literati per dicta deprimuntur in ecclesia Dei.

† *Et virtutes quę.* Nam homines contemplatiui mirantur aliquando propter prædicta de patientia Dei.

Luc. 9. b

† *Et tunc videbunt fili.* Quia recogitant, quod Christus bonis viris hic defectis reseruat bona maiora.

† *A sicu*

¶ Prophetia.

a vſque ad ſummum cœli. ✝ A ficu autem diſcite † parabolam. †

¶ Verba.

Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia, cognoſcitis, quia in proximo ſit æſtas. Sic & vos, cùm videritis hæc fieri, ſcitote quod in proximo ſit in oſtijs. Amen dico vobis,

a ¶ Vel omne genus hominum, vel ſpecialiter Iudæorum.

quoniam non tranſibit generatio hæc, donec omnia iſta fiant.

b Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt.

a ¶ q. d. Signa illius diei prænuncia.

De die autem illa vel hora nemo ſcit neque angeli ✝ in cœlo,

¶ HIERON. id eſt, corpus eius in terra poſitum, quod eſt eccleſia.

¶ Nobis. ¶ In quo filius. ¶ HIERON. Vigilia opus eſt mentis ante mentem corporis.

c neque filius, niſi pater. Videte, vigilate & orate: Neſcitis enim

a ¶ Iudicij. b ¶ HIERON. Corpus Chriſti in cœlum delatum relinquens domum, id eſt, eccleſiam. ¶ Locus carnis propriè terra eſt.

quando tempus ſit. ✝ Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem ✝ cuiuſque †

a ¶ HIERON. Octo talenta ſecundùm Matthæum, decem mnas ſecundùm Lucam.

a ¶ Qui ducit in domum cœli.

d e f operis, & ianitori præcepit vt vigilet. † Vigilate ergo, neſcitis †

a ¶ Quando occiſa ſunt primogenita Ægypti.

enim quando dominus domus veniat, ſerò, an media nocte, an gallicantu, an manè: ne cùm venerit repentè, inueniat vos

a ¶ HIERON. Hoc fine concludit ſermonem, vt commune omnium præceptum nouiſſimi per primos audiant. b ¶ Generale bonum non ſingulare.

g dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, vigilate. 1

A a *A ficu autem.* Quaſi dicat, quomodo cum fuerint in ficu teneri cauliculi, & gemma in florem erumpit, intelligitis aduentum æſtatis & veris & fauonij; ſic cum hæc quæ ſcripta ſunt videritis, non puteris iam adeſſe finem mundi, ſed quaſi præcurſores venire, qui oſtendant propè eſſe.

Myſticè. BEDA. Ficus ſynagoga, quæ quia ad ſe veniente domino fructum iuſticiæ nõ habuit æterna ſterilitate damnata eſt. *Sed quia cæcitas ex parte contigit in Iſraël do. p. g. in. & ſic omnis Iſrael ſaluus fiet*, diu ſterilis arbor fici fructum reddet quem

B negauit, vnde Iob: *Lignum ſi præci. fu. rur. vi. &c.* Hoc vt factũ videris, ſcito in proximo eſſe diem iudicij, & æſtatem veræ lucis & pacis.

HIERONYM. Fici parabola, id eſt, prophetia. Folia nata, verba ſunt præſentia, æſtas verò proxima dies eſt iudicij, in quo vnaquæque arbor manifeſtabit quod intus habuit an aridum ad comburendum, an

C viride ad plantandũ in eden cum ligno vitæ cuius folia in ſalutem Gentium, id eſt, verba quibus dicetur, *Venite benedicti pa. mei: &c.*

b *Cœlum & terra tranſibunt.* Cœlum aereum, à quo aues cœli & nubila cœli, vnde Petrus: *Cœli autem qui nunc ſunt, & terra eodem verbo repoſiti ſunt & igni reſeruati,* apertè docens, quia alij cœli ſunt igne perituri quam aqua perditi, id eſt, inania & nebuloſa. Aqua enim diluuij quæ tantum quindecim cubitis cacumina montium tranſcendit vltrà aëris ætheriſque confinia non peruenit. Eccleſiaſtes: *Generatio præterit, & generatio aduenit: terra verò in æternum ſtat.* Sic ergo cœlum & terra tranſeunt, ſecundum imaginem, manent in æternum ſecundum eſſentiam.

c *Neque fi. In eo enim ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi.* Ideò abſconditi, quia nobis ſcire non expedit, vnde ait: *Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel mo. quæ p.p. in ſ.p.* In quo oſtendit quòd ſciat, ſed noſſe apoſtolis non expediat, vt ſemper incerti de aduentu iudicis, ſic quotidie viuant quaſi alia die iudicandi. Scit ergo filius ſibi, ſed non nobis, vt ſemper ſimus ſolliciti, vnde: *Videte, vigilate, &c.*

D HILARIVS. Filius & ſpiritusſanctus quia non ſunt à ſe, de die illa neſciunt à ſe: pater autem quia à ſe eſt, ſcit à ſe.

d *Et ianitori, &c.* HIERONY. Ei, ſcilicet, qui prædicat. Cui dicitur; *Si non annunciaueris iniquo iniquitatem ſuam, ſanguinem eius de manu tua requiram.*

e *Vigilate ergo.* Præmiſſo patrisfamilias exẽplo cur conſummationis diem reticeat, dicit: *vigilate ergo.* Qui dormit: non corpora, ſed phantaſias videt, cùm euigilat nihil habet de his quæ viderat. Sic ſunt quos mundi amor rapit in vita, de

E ſerit poſt vitam.

f *Neſcitis quando dominus domus veniet.*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Per dominum domus ſeipſum non obſcurè deſignat ſaluator. Quod ad hunc autẽ locum attinet excitat ignauos & deſides ad ſtudiũ & vigilantiam, monétq; vt quãtam curam & diligẽtiam circa pecuniæ cuſtodiam adhibent, qui ne furto ſubducantur, probabili ratione ducti formidant tantum illi, &

F nos omnes circa ſalutem noſtram adhibeamus.

✠ THEOPHYLACT. Vide autem quia non dixit: Neſcio quando tempus erit, ſed *neſcitis*. Propter hoc enim hoc occultatis quia nobis expediebat. Nam ſi nunc ignorantes finem non curamus, quid faceremus ſi finem ſciremus? Malicias namque noſtras differremus vſque ad vltimum. Attendamus etiam dictiones: ſero namque finis exiſtit, cum quis moritur in ſenectute; media nocte, cũ quis moritur in medio iuuentutis; gallicantu vero cum ratio completur in nobis. Cum enim incipit puer ſecundũ rationẽ viuere tunc gallus in eo vociferatur excitãs à ſomno ſenſualitatis: manè autẽ puerilis eſt ætas. Oportet enim omnes iſtos finẽ præſcire, nã & à puero cauendum, ne inbaptiſatus pertrãſeat.

g *Quod autem vobis.* Non ſolum rectores eccleſiæ ſed & omnes vigilare præcipimur, ianuas cordium cuſtodientes; ne antiqui hoſtis mala ſuggeſtio ſubintret, ne nos dominus dormientes inueniat, vnde Paulus: *Vigilate iuſti, & nolite peccare.*

Mat.24.c Luc.21.f. 1.Cor.15.e Rom.11.e Mat.24.c Luc.21.f. Job.14.b. Mat.25.b Luc.16.b. Matt.25.c 2.Pe.3.c. Gen.7.d. Eccleſ.1.a Act.1. Matth.24. Ezech.3.e † ſimilitudinem. † qui in cœlo ſunt. † & vnicuique opus ſuum. † Mat.24.d & 25.a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quod autem vo. *oſtendens quòd non loquebatur pro diſcipulis tantum ſed pro omnibus fidelibus præſentibus & futuris. Sententia autem iſtarum partium patet ex dictis Matth. 24.*

Chriſtus an doctrinam ſuam debuit tradere ſcripto.

Ad maiorem prædictorum intelligentiam quæritur hic, vtrùm Chriſtus doctrinam ſuam debuerit tradere ſcripto.

Et videtur quòd ſic, quia ſcriptura inuenta eſt ad hoc vt doctrina memoriæ commendetur: ſed doctrina Chriſti erat maximè memoriæ commendanda; ergo, &c.

Item figura debet reſpondere figurato & è conuerſo: ſed lex vetus quæ fuit figura legis nouæ, fuit data in ſcripto, ergo, &c.

Ad contrarium arguitur, quia nulli libri ab eo ſcripti habentur in canone: ſed tantum à diſcipulis ſuis, vt apoſtolis & euangeliſtis.

Reſponſio. Doctrina Chriſti fuit immediatè tradita à Deo: quia ipſe in vnitate perſonæ fuit, & eſt verus Deus & homo. Vetus autem Teſtamentum licet fuerit datum à Deo, non tamen immediatè: ſed mediantibus angelis, vt dicitur Gal. 3. c. Lex data eſt per angelos in manu mediatoris. *& Act. 7. g. dixit Stephanus Iudæis.* Accepiſtis legem in diſpoſitione angelorum. *Et ideò doctrinæ Chriſti debebatur excellentiſsimus modus tradendi eam, qui eſt in hoc quod doctrina aliqua non immediatè ſcribitur in pelle mortua, ſed in mentibus hominum, quæ ſunt ad imaginem Dei facta. Quod factum eſt de doctrina Chriſti, quam impreſsit mentibus diſcipulorum. Et hoc fuit prædictum Iere. 31. e.* Ecce dies veni. dicit dominus, & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundũ pactum quod pepigi cum patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, &c. *Et ſubditur.* Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Iſrael: dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam. *Sed per apoſtolos aliόſque diſcipulos Chriſti deriuata eſt doctrina eius verbo prædicationis & etiam ſcripto, vt patet in euangelijs apoſtolorum & epiſtolis. Ex hoc patet ſolutio primi argumenti.*

Ad ſecundum dicendum, quod figura deficit à perfectione figurati; & ideò lex euangelica non ſolum fuit ſcripta in tabulis lapideis & pellibus mortuis ſicut lex vetus, ſed etiam in mentibus humanis, vt dictum eſt: quantum ad primam eius conſcriptionem. Secundariò autem fuit ſcripta in libris, vt dictum eſt.

☞ CAP.

MORALITER.

† *A ficu autem.* Cum enim incipit ramos & folia producere, ſignum eſt fructificationis futuræ; ſic bona indoles iuuenis ſignũ eſt boni profectus ſequentis. † *Sicut homo, &c.* Hoc de Deo dicitur, eò quod à nobis in præſenti nõ videtur. † *Et dedit ſer.* Hoc dicitur, quia dimittit homines agere ſecundum libertatem ſuæ voluntatis. † *Et ianitori, &c.* i. rationi, quæ debet eſſe vigil ad claudendum oſtium conſenſus diabolo, & ad aperiendum Chriſto qui ad oſtium pulſat, quando ad bonum nos inuitat.

† *Sero an media nocte, &c.* Per manè ſignificatur iuuentus, per gallicantum virilis ſtatus, per mediam noctem ſenectus, per ſero ſenium. Et quia domini aduentus eſt nobis incertus, ideo vigilandum eſt omnibus ætatibus, vt in morte venientem eum recipiamus per bonam voluntatem.

☞ CAP.

CAP. XIV.

A a Erat autem pa. HIERONYMVS. Pascha, transitus interpretatur, Phase verò immolatio. In immolatione agni & transitu per mare vel per Ægyptum præfiguratur passio Christi & redemptio populi de inferno, quando post biduum nox visitat, id est, plenissima luna, ætate Christi perfecta, vt parte nulla tenebrosa carnes agni immaculati qui tollit peccata mundi, in vna domo quæ est vna ecclesia catholica, calceati charitate, & armati virtute comedamus dicentes: *Etenim Pascha no. immo. est Christus.*

†Mat.26.a Luc. 22 a. Ioan. 12.a. 1.Cor.5.c. †Mat.26.a

CAPVT IV.

¶ Transitus: quod Heb. phase.

a b c † Erat autem pascha & azyma post biduũ, & quærebant summi sacerdotes & scribę, quomodo eum dolo tenerent, & occiderẽt: Dicebant enim: Nõ in

¶ Non seditionem timebant, sed ne auxilio populi de manibus eorum tolleretur.

d die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. † Et cũ esset * Be- †

a ¶ Simon enim obediens dicitur. b ¶ Nomen pristinum manet, vt virtus curantis appareat. Leprosus enim fuerat, sed à domino curatus erat.

¶ HIERON. Ecclesia habens fidem quæ dicit nar. me. de. o. suum.

e f g thaniæ in domo Simõnis leprósi, & recumberet, venit mulier †

B BEDA. Pascha quòd Hebraicè Phase, à transitu, non à passione, eò quòd exterminator videns sanguinem in foribus Israelitarum transierit, nec percusserit eos, vel dominus auxilium dans eis desuper ambulauerit, cuius mysterium Ioannes aperuit. *Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad patrem.* Vbi ostendit sic mysticè notatum, quod agnus Dei qui peccata mundi tollit, de hoc mundo esset transiturus. Vel nos salubri transitu, de Ægyptiaca seruitute redempturus est vel educturus.

Exod.12.d. Ioan.13.a.

BEDA. Pascha, solus dies quo agnus occidebatur ad vesperam quartadecima luna primi mensis, Azyma quindecima luna, quando filij Israel egressi sunt de Ægypto, quæ septem celebrabantur diebus, id est vsque ad vicesimum primum eiusdem mensis diem ad vesperam. Sed indifferenter alterum pro altero ponitur, quia & dies Paschæ in azymis celebrabatur, & nos quasi perpetuum Pascha facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur. Vno quippe die agno immaculato immolato ad vesperum, septem ex ordine dies sequuntur azymorum: quia Christus C pro nobis semel in fine sæculorum vel temporum passus, per totum huius seculi tempus (quod septem diebus agitur in azymis synceritatis & veritatis) nobis præcepit esse viuendum, & omni visu desideria terrena quasi Ægypti retinacula fugere, & velut à mundana conuersatione secretam solitudinem: iter scilicet admonet subire virtutum.

b *Et quærebant summi sa.* HIERONYMVS. A principibus egressa est iniquitas, qui templum parare, & vasa, & se purificare secundum legem ad esum agni debuerant.

c *Non in die festo.* HIERONYMVS. Vitant diem festum, quod conuenit illis: Non est festiuitas eis qui vitam & misericordiam perdiderunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Sanè festum propter cædem, quam iam tum animo conceperant, haud inuitè transtulissent; at per legem non sinebantur: Siquidem decretum quod in legalibus illorum libris traditum extabat, impleri oportebat. Erat autem illud eiusmodi: *Pascha vestrum quartadecima die mensis primi immolabitis.* In eo enim mense illóque die verum illud Pascha immolari necessum erat. Ostenditur hic autem, quomodo Christus Dominus in mortem, quam nostri causa subijt, vltro sese obtulerit. Quandoquidem cùm illum comprehendere D volebant, vt sæpenumero iamdudum ante voluerant, eum comprehendere non potuerunt. Quando verò de illius comprehensione nihil deliberatum habebant, tunc præter omnem illorum spem vltrò se illis dedidit; factumqúe est, vt id in quo diu multumqúe magno studio incubuerant, tãdem aliquando ad finem perducerent.

Exod. 12.

d *Et cum esset Beth.* HIERONYMVS. Hinnulus ceruorum semper ad lectulum suum redit, id est, filius obediens patri vsque ad mortem: obedientiam à nobis petit. Simon enim obediens dicitur. *Iesus

E ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. *In domo Simonis.* Quæ in Bethania in domo Simonis leprosi acciderunt, illa etiam Matthæus æque atque Marcus cæteris adiungit. Et prima quidem facie, vnam eandémque mulierem apud omnes Euangelistas decantari videri queat. Et tamen res ita non habet. Nam apud tres vna eadémque celebratur: Nempe admirabilis illa Lazari soror Maria: Atque hoc ipsum quoq; Ioannes regiæ ciuitatis Episcopus profiteatur. Origenes verò aliam illam esse dicit, quæ apud Matthæum & Marcum in domo Simonis leprosi vnguentum super caput Iesu effudit: aliam rursus eam, quæ cum in ciuitate peccatrix esset, in domum Pharisæi ingressa, pedes illius lachrymis abluit & vnguento perfudit. Apollinarius tandem & Theodorus eandem apud omnes Euangelistas describi aiunt, Ioannem verò historiam illam cæteris accuratius persecutum. At longè verisimilius fit quòd paulò antè dicebatur, neque Origenes quoque disertè inficiatur, etsi de ea cuius fit mentio apud Ioannem nihil dicat, videlicet Matthæum, Marcum, & Ioannem de eadem omninò agere. omnes namque in Bethania (quæ est vicus quidam ab Hierusalem non procul distans) rem hanc accidisse tradunt. At illa verò de qua Lucas agit, alia omninò erat, scribit enim: *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quia Iesus accubuit in domo Pharisæi, &c.* Hæc itaque & peccatrix erat, & in ciuitate viuebat. Altera autem illa neque peccatrix appellatur, neque in ciuitate versata describitur, sed in Bethaniæ vico. F

e *Simon leprosi.* HIERONYMVS. Simon leprosus mundum infidelem primò, postea fidelem significat.

f *Et recumberet ve. &c.* HIERONYMVS. Recumbente seipso, id est, humiliante se, vt eum tangeret fides peccatricis: quæ de pedibus ascendit ad caput, à capite descendit per fidem id est, à Christo ad membra eius.

g *Mulier.* BEDA. Maria Magdalena soror Lazari quem suscitauit dominus. Hoc Ioannes dicit esse factum ante sex dies Paschæ pridie quàm asino sedens venerit Ierusalem. Ipsa est enim non alia, quę quondam adhuc peccatrix (vt Lucas scribit) pedes domini rigauit & vnguento vnxit nunc iustificata & familiaris facta; non tantum pedes, vt Ioannes dicit, sed & caput, vt Matthæus & Marcus perhibent, oleo sancto perfudit.

Ioan. 12.a Luc. 7.f. Matt.26.a

Alaba-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. IV.

1 Erat autem, &c. *Postquam descripta est reductio peccatoris in Deum per mediatoris prædicationem, hic consequenter describitur eadem reductio per passionis suæ redemptionem. Et quia superius prædixit passionem suam per Iudæos inchoandam, & per gentiles consummandam, ad quos tunc pertinebat iudicium sanguinis in Ierusalem: ideò primò describitur eius passio per Iudæos inchoata, secundò, per gentiles consummata, cap. seq. Circa primum quatuor per ordinem describuntur. Primum est ipsius Christi venditio, non ex eius ignorantia, sed ex eius præscientia & voluntate: secundò, venditi traditio, non ex eius displicentia, sed charitate, ibi:* Et prima die azymorum. *Tertiò, traditi comprehensio, non ex sua impotentia, sed mititate, ibi:* Et adhuc eo loquente. *Quartò comprehensi condemnatio, non ex sua iniustitia sed humilitate, ibi:* Summi verò sacerdotes.

Circa primam partem præmittitur venditionis occasio, quæ fuit duplex. Prima sacerdotum inuidia: & hæc ponitur in principio. Secunda fuit Iudæ auaricia, qui voluit recuperare precium vnguenti effusi, quæ ponitur ibi: Et cum esset Bethaniæ, &c. *Tertiò ponitur ipsa venditio, ibi:* Et Iudas Iscariotes, &c. *Secunda pars principalis incipit ibi:* Et prima dies azymorum. *vt dictum est. Et diuiditur in quatuor, quia primò ponitur paschale conuiuium ad proditoris reuocationem: secundò, instituitur eucharistia sacramentum ad charitatis vnionem, ibi:* Et manducantibus illis. *Tertiò, prędicitur discipulorum scandalum ad eorũ confirmationem, ibi:* Et ait illis Iesus: Omnes vero scandalizabimini &c.

Diuisio.

MORALITER.

† 1 *Erat autem Pascha.* THEOPHYLVS. Voluit enim dominus in Paschate crucifigi, quia ipse erat verum Pascha.

† *Et quære. sum. sa. &c.* Adhuc aliqui de istis Christum persequuntur in membris suis.

† *Et cum esset, &c.* Per hoc ostendit, quod prædicatores non debent abhorrere peccatores.

† *Venit mulier ha. ala. &c.* Mulier ista est rationalis anima, quæ frangit alabastrum, cum rationabiliter domat corpus proprium: Et quoniam hoc cedit ad honorem Dei, effundit super caput Christi 1. Cor. 11. a. *Caput Christi Deus.*

† *Et* † *Erang*

a *Alaba*, Alabastrum marmor candidum varijs guttis distinctum vnguenta incorrupta seruat.

b *Nardi spicati*. Pistica nardus dicitur mixta, quia non solùm de radice, sed de spicis & de folijs compositum erat: quod est preciosius.

c *Et fract.* HIERONYMVS. Domus impleta odore, cœlum & terra est. Fractum alabastrũ carnale est desiderium, quod frãgitur ad caput: ex quo omne corpus compaginatum est.

Mysticè. Can. 1. d. BEDA. Deuotio Mariæ, fidê & pietatem designat ecclesiæ, quæ dicit: *Dũ esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.* (*† Mat. 26. a. Ioan. 12. b. Ioan. 12. a.*) Quod ad literam Mariæ manibus compleuit & quotidie spiritualiter in membris suis implere non desinit, quæ in toto mundo gloriãdo dicit: *Deo autem gratias ago qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* (*1. Cor. 2. d.*) Et odorem noticiæ suæ manifestat per nos in omni loco: *quoniam Christi bonus odor sumus Deo.* (*Ibidem.*) Cum potentiam diuinitatis eius quæ illi vna est cum patre digna reuerentia confitetur, laudat, & prędicat. Caput eius vnguento perfundit precioso, cum humanitatem digna reuerentia suscipit. In pedes vnguentum pisticum, id est, fidele & verum perfundit, quia illam naturam eius quæ terram contingere, id est, inter omnes conuersari dignatus est, pia prædicatione & deuotis veneratur obsequijs.

¶ Carnale desiderium.

habens alabastrum vnguenti nardi † pistici preciosi: & fra- a

¶ Carnali desiderio. a ¶ HIERON. Per synecdochen dicitur vnus pro multis, & multi pro vno.

b cto alabastro effudit super caput eius. Erant autem quidam c indignè ferentes † intra semetipsos, & dicentes: † Vt quid d perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentum i- e stud venundari plus quàm trecentis denarijs & dari paupe- f

a ¶ Beda. Hoc de solo Iuda, synecdochicos.

ribus. Et fremebant in eam. Iesus autem dixit: Sinite eam. g † Quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. Semper enim pauperes habetis vobiscum, & cum volueritis h potestis illis benefacere, me autem non semper habebitis.

a ¶ HIERONYMVS. Non aliunde quæramus quod in nobis habemus.
b ¶ Id est. Antequam veniret qui excluderet.

i Quòd habuit hæc fecit, præuenit vngere corpus meum in sek pulturam. Amen dico vobis: vbicumque prædicatum fuerit euangelium istud in vniuerso mundo & quod fecit hæc,

(*† apud sese* — *† fidelis vel probatæ* — *† Ad quid*)

f *Poterat enim vnguem.* HIERON. Sub prętextu auariciæ mysterium loquitur fidei. Etenim nostra fides trecentis emitur denarijs, id est, decem sensibus per corpus & animam & spiritum triplicatis: vt & nos sicut Gedeon trecentorum virorum numerum assumentes, Allophylorum castra pauperes spiritu fractis lagũculis nostris cum tubis & lucernis destruamus: Et sicut Abrahã cũ trecentis viris spolia diuidamus ad vesperam.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Cum discipuli vnguentum istud plus trecentis denarijs diuendi potuisse asserũt, quãtum mulier illa in vnguentum illud insumpserat, quantũq; ex consequẽti, animi alacritatem & pietatem erga Christũ declararat nobis diiudicandum relinquamus.

g *Bonum opus operata.* HIERON. Qui credit in Deum, reputatur ei in opus iusticiæ. Aliud enim est credere ei, aliud est credere in eum, id est, totum se inijcere in illum.

d *Erant autem quidam.* BEDA. Per synecdochen plurale pro singulari posuit. Ioannes Iudam hoc dixisse dicit, *quia fur erat & loculos habens ea quæ mitte. por.* Forsitan & alij discipuli aut senserunt hoc, aut dixerunt, aut Iuda dicente persuasi sunt, & omnium voluntatem Matthæus & Marcus verbis expresserunt. Sed Iudas quia fur, & alij propter curam pauperum: Ioãnes autem illum solum commemorare voluit, cuius hac de causa furandi consuetudinem intimare curauit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Multis prouidè & varijs rem hanc insimulantibus, Dominus, qui omnium sensus & corda comperta habebat, tametsi generali oratione vtatur solũ Iudam tanquam auarum perstringit verius, quàm reliquos discipulos. Notat enim ex quadam potius animi simplicitate, quam ex malitia aut inuidia, mulieris factum improbasse venerat forsan illis in mentem, Illud Christi: *Misericordiam volo & non sacrificium.*

e *Vt quid perditio ista.* HIERO. Perditus de salute perditionem inuenit, vt in ficu fructifera mortis laqueum nancisceretur.

f Poterat

h *Me autem non semper.* BEDA. Corporali præsentia & familiaritate coniunctum sicut nunc. vnde Apostolus: *Etsi nouerimus Christum secundum carnem sed nunc iam non nouimus.* (*2. Cor. 5.*) Spiritualitèr autem semper est nobiscum, vnde: *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi o. di.*

HIERONYMVS. Ita intelligendum est: Me autem non semper habebitis in corporali præsentia, vt prius in conuictu & familiaritate.

i *Quod habuit.* Quod putatis perditionem esse vnguenti, officium sepulturæ est. Nec mirum si mihi dedit odorem fidei bonum, cum ego pro ea fusurus sum sanguinem meum.

✠ THEOPHYLACTVS. Præuenit enim quasi à Deo ducta vngere corpus meum in signũ sepulturæ futuræ in quo proditorem cõfundit, ac si ei dicit: Qua conscientia mulierem confundis, quę in sepulturam corpus meũ vngit, teipsum verò non confundis, qui me in mortem tradis? Prophetisat autẽ dominus cõsequenter duas prophetias, scilicet, quod Euangeliũ eius predicabitur in vniuerso mundo & quod opus mulieris laudabitur.

k *Amen dico vobis.* BEDA. Nota in Christo noticiam futurorum, passuros post paucos dies præscit euangelium suum toto orbe prædicandum.

BEDA. Notandum, quod sicut Maria toto orbe quo est ecclesia diffusa gloriam meruit de pio obsequio, quod domino deuotè exhibuit: sic & Iudas qui ei detraxit, perfidiæ nota longè lateque

NICOLAVS DE LIRA.

&c. Quartò describitur Christi desiderium ad nostrã redemptionem, ibi: Et veniunt in prædium, *Tertia pars principalis huius capituli quæ incipit, ibi:* Et adhuc eo loquente, *diuiditur in tres quia primò describitur Iudæ fraudulentia, secundò, Christi patientia, ibi:* Vnus autem de circunstantibus: *Tertiò, discipulorum ignauia, ibi:* Tunc discipuli relicto eo fugerunt. *Quarta pars principalis quæ incipit, ibi:* Summi vero sacerdotes, *diuiditur in quatuor: quia primò scribitur accusatio Christi per falsos testes, secundo, eius condemnatio per iniustos iudices, ibi:* Exurgens autem summus sacerdos, *Tertio, condemnati vituperatio per malignos satellites, ibi:* Et cœperunt quidam conspuere eum, *Quarto, negatio Petri per tres vices, ibi:* Et cum esset Petrus. *Sententia autem huius totius capituli patet ex dictis Mat. 26. a. vbi ista sunt exposita eodem ordine quo hic ponuntur & sub eisdem verbis pro magna parte & restant pauca exponenda quę discurrentur. In prima parte principali dicitur:* Erat autem pascha & azyma post biduum. *Solemnitas autem paschalis Iudæorum celebrabatur quinta decima die primi mensis, vt habetur Leui. 23. Hæc solemnitas incipiebat à vespere quartædecimę diei quãdo immolabatur agnus & tunc vescebantur azymis vsque ad septimum diem.*

1 Alabastrum vnguen. *Dicunt aliqui, quod nardus est herba faciens spicas in cacumine, de quibus extrahitur liquor optimus, sicut aqua rosacea de rosis: & talis liquor vocatur hic vnguentum, Alij dicunt quod est frutex vel arbor paruula & inde fluit vel extrahitur liquor modo predicto. In secunda parte principali dicitur.*

Et

MORALITER.

† *Erant autem quidam indignè ferentes intra semet.* Istis sunt similes illi qui grauius portant expensas decem solidorum pro Christo quàm quinquaginta vel centum pro mundo, ideo sequitur.

† *Sinite illam.* Eius approbando operationem,

lateque infamatur. Sed dominus bonum pia laude remunerat, futuras impij contumelias tacet.

a *Vnus de du.* HIERO. Vnus numero, non merito, nomine non numine corpore non animo, vnde sponsus ad sponsam: *Vulnerasti cor meum soror mea in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.* Oculus & crinis sapiētia est & virtus, quoniam Iudæ cum cæteris dicitur: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* Et: *Dedi vobis potestatem cal. &c.*

b *Abijt ad.* Ille abijt ad principes: & postquā exiuit, intrauit in eū Sathanas. Hic nox nocti indicat scientiam *vnumquodque animal ad sibi simile iungitur.* Maria currit ad apostolos, vt dies diei eructet verbū, Iudas ad Iudæos, vt nox nocti indicet scientiam.

c *Vt proderet eum illis.* ✠ THEOPHYLACTVS. Vt annunciaret illis quando sol* existeret. Timebant autem in eum irruere quando docebat, propter turbam.

narrabitur in memoriam * eius. † Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim, abijt ad summos sacerdotes, vt † proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt, & promiserunt ei pecuniam se daturos, Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. Et prima die azymorum quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli: † Quò vis eamus, & paremus tibi comedere pascha? Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret vobis homo † lagenam aquæ baiulans. Sequimini eum: & quocumque introierit, dicite domino domus quia magister dicit: Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande stratum *, & illic parate nobis. Et

(Interlinear: a ¶ Remi. Damnum effusi vnguenti vult compensare precio magistri. a ¶ Non inuitatus, non coactus, preciū quoque in voluntate ementium posuit, quasi vilis mancipij. Quid vultis mihi dare &c. a ¶ Amiserunt vitam, quam pecuniam ipse recipit cum vitam amittit. a ¶ Oportunitas doli nunquam inuenitur, indicatur enim hic vel illic. a ¶ HIERON. Vt cum voluntate Dei dirigamus gressus nostros. b ¶ Aliàs, vt manduces. a ¶ Charitas non est sola. ¶ Ecclesiam. a ¶ Primitiuus populus. b ¶ Legem literæ. ¶ Diuersorium meum.)

d *Et quærebat quomodo illum, &c.* HIERON. Promittit se tradere, vt magister eius ante dicebat: Tibi dabo hanc potestatem vniuersam.

BEDA. Multi hodie scelus Iudæ exhorrent nec tamen cauent. Cū enim pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pro pecunia vendunt: Qui dicit: *Ego sum via, veritas & vita.* Cum societatem fraternitatis aliqua discordia cōmaculant, Deum produnt, quia *Deus charitas est.* Et quod peius est, non infirmitate, non ignorantia, sed sicut Iudas quærunt oportunitatem, vt amotis arbitris mendacio veritatem, crimine mutent virtutem.

e *Et prima die azymorum.* BEDA. Quartadecima luna, quando abiecto fermento agnus occidebatur ad vesperum. Quod exponens Apostolus ait. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus.* Quamuis enim sequenti die quindecima luna sit crucifixus, hac tamen nocte qua agnus immolabatur, & discipulis suis corpus sanguinémque suum dedit, & à Iudæis tentus & ligatus, ipsius immolationis, id est, suę passionis exordium sacrauit.

ISIDORVS. Cum amaritudine comeditur azyma, quæ est redemptio nostra. Amaritudo enim est passio domini.

f *Quò vis eamus & paremus tibi, vt m. p.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hinc manifestum fit Christum dominum nullum proprium domicilium, aut diuersorium habuisse. Idem de illius discipulis citra temeritatem dici quoq; potest, vt qui iamdudum antè ab omnibus se abdicassent. Nam si quam habuissent, ad illam vtique seruatorem inuitassent.

g *Ite in ciuita.* BEDA. Indicium est præscientię diuinitatis, quod & cum discipulis suis loquens quod alibi fit, nouit. Pulchrè autem paraturis Pascha homo lagenā vel amphoram (secundum alium euangelistam) aquæ baiulans occurrit, vt ostendatur huius Paschæ mysterium pro ablutione mundi esse celebrandum. Aqua enim lauacrum gratiæ, lagena fragilitatem eorum designat, per quos hæc gratia mundo erat ministranda. Vnde: *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* Parant Pascha discipuli, vbi aquæ infertur lagena, vt adesse tempus insinuent quo cultoribus veteris Paschæ typicus de limine ac postibus cruor auferatur: & ad tollenda mundi crimina viuifici fontis baptisma consecretur.

HIERO. Ciuitas est ecclesia quæ muro fidei cingitur: homo occurrēs primitiuus populus est, amphora aquæ lex literæ.

h *Homo lage. aqua.* BEDA. Cōsultè & aquæ baiuli, & domini domus tacita sunt vocabula: vt omnibus verum pascha celebrare volētibus id est, sacramentis, Christi imbui, eumque suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Mittit illos ad hominem ignotū, planum pet hæc faciens potuisse nō pati. Nā qui solo verbo hospitis huius mentem potuit flectere & permouere, in alijs si ita visum fuisset. quid non potuisset? Deinde verò, quia vt Marcus & Lucas narrant, ignorabant, quasi certum itineris ducem, dedit illis signum. Neuter autem Euangelistarum, Christum, tecum pascha manduco, dixisse, scribit, verum *Vbi diuersorium*, vel cœnatio *vbi pascha cum discipulis meis manducem?*

✠ THEOPHYLACTVS. Hydriam baiulat baptizatus. vadit autem in domū, quæ rationali suo ordine digna est. Qui enim habet baptisma, ad requiem vadit, iuxta rationem viuens, & viuit in ordine quasi in domo sua.

i *Sequimini.* HIERO. Qui ducit in altum vbi refectio Christi. Vnde Raab exploratoribus mandat, vt non per ima sed per excelsa irent.

k *Cœnaculum gran.* HIERO. Ecclesia magna, quæ narrat nomen domini, strata varietate virtutum & linguarum, vnde: *Circumamicta varietate* virtutum, in qua paratur domino pascha. Dominus domus Petrus apostolus cui dominus domū suam credidit: vt sit vna fides sub vno pastore.

BEDA. Cœnaculum lex spiritualis: quę de angustijs literæ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem. Nam qui adhuc occidentem literam seruauerit: qui in agno non aliud quam pecus intellexerit, in imo pascha facit: quia maiestatem spiritus non comprehendit in verbis Dei. qui autem baiulū aquæ, id est, gratiæ præconem in domum ecclesiæ fuerit secutus, per spiritum scientiæ illustrantem superficiem literæ transcendendo in alto mētis solio parat refectionē Christo: quia cūcta paschæ sacramēta & cætera legis decreta eius esse sacramenta cognoscit.

✠ THEOPHYLACTVS. Dominus domus intellectus est qui ostendit cœnaculum grande, id est, altitudinē intelligentiarum, quod et si altum sit, tamen nihil habet vanæ gloriæ & tumoris, sed sternitur & planum fit humilitate. Ibi autē, id est in tali mēte pascha Christo paratur, à Petro scilicet & Ioanne, id est, ab actione & contemplatione. BEDA. Consultè autem siue baiuli aquæ, siue domus domini sunt prætermissa vocabula, vt omnibus verum pascha celebrare volentibus, hoc est, Christi sacramentis imbui, cúmque mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur.

(Margin: Can. 4. b. Mat. 13. b. Luc. 10. c. *eius fœminimum est. Psal. 18. a. Eccle. 13. b. † Mat. 26. b Luc. 22. a. Mat. 28. d. 1. Ioan. 4. 1. Cor. 5. Exo. 22. a. † Mat. 26. Luc. 22. a. 1. Cor. 4. b. Indic. 7. b. † traderet Gen. 14. b. Roma. 4. d. † vas fictile vel aquale fictilem. * apparatū Iosu. 2. Psal. 44. c. 1. Cor. 3. b.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et prima, &c. *De ista die est controuersia inter Græcos & Latinos, quæ plenius tractata est Mat. 26. & Ioan. 13.*

2 Occurret vobis, &c. *Istud signum dedit eis ad inueniendum locum pro cœna. Et creditur quod dominus illius domus esset discipulus Christi occultus.*

3 Vbi est. *Id est, agnus Paschalis: quia dominus illius domus non solum prouidit de loco, sed etiam de agno.*

4 Vobis de. *In illo cœnaculo Pascha comederunt, & in illo post resurrectionem latuerunt discipuli propter metum Iudæorum: & in illo*

MORALITER.

† † *Et mit. duos ex di. suis, &c.* Scilicet Petrum & Ioannem, vt dicitur Luc 22. per Petrum significatur actio bona, per Ioannem contemplatio deuota, quæ præparant Pascha, id est disponunt ad Christi corpus debitè sumendum: præparant autem in cœnaculo

Vespere au. HIERON. Vespera diei vesperam indicat mundi. Circa vndecimam namque horam veniunt nouissimi: qui primi denarium accipiunt vitæ æternæ: quia ante crucem Abraham erat in inferno, & post crucem latro in paradiso.

b *Amen di.* Sicut de passione prædixerat: ita de proditore prædicit, dans locũ pœnitendi, vt cum intellexisset cogitationes suas præsciri à Deo pœniteret eum facti sui. Non tamen ex nomine designat, ne aperte redargutus impudẽtior fiat. Mittit crimen in numerum: vt conscius pœnitentiam agat.

c *Vnus ex vo.* Dum falsitas arguitur veritas comprobatur & impletur. *Qui edebat pa. me. ma. super me super.* Omnes tangũtur vt fiat harmonia in cithara. Omnes nerui bene suspensi consona voce respondent: *Nunquid ego sum domine?* Vnus remissus & pecuniæ amore affectus dixit: *Nunquid ego sum Rabbi:*

abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis*: & parauerunt pascha. Vespere autem facto venit cum duodecim, & discumbentibus eis & manducantibus ait Iesus: † Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari & dicere sigillatim: Nunquid ego? † Qui ait illis: Vnus ex duodecim qui intingit manum mecum in catino. Et filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Væ autem hómini illi per quem filius hominis tradetur. Bonũ erat ei si natus non esset homo ille. † Et manducãtibus illis, accepit Iesus panem & benedicens fregit & dedit eis, & ait: Sumite*: hoc est corpus meum. Et accepto calice grãtias agẽs dedit eis: Et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sãguis meus noui testa-

¶ Fine mundi. a ¶ HIERON. Multi bonum vt Iudas faciunt, sed nihil eis proficit. b ¶ Simpliciter dictum. a ¶ Latens materno vtero, melius est non esse quàm ad tormenta esse. ¶ Alias fuisset. a ¶ HIERON. Gratia non meritis saluati sumus à Deo. a ¶ Non veteris, de quo: Hic sanguis testamenti est. ¶ Quod mandauit ad vos Deus.

*Iesus — Ioan. 13. c — Psal. 40. c. — † & alius nunquid ego. — † Mat. 26. c Luc. 22. b Ioan. 13. c 1. Cor. 11. c — * comedite.

d *Contristari.* Sicut vndecim quia nihil mali contra dominum cogitauerant: sed plus credunt magistro quàm sibi & timentes fragilitatem suam tristes de peccato suo interrogant: cuius non habebant conscientiam.

e *Vnus ex duodecim.* HIERONYM. Separat seorsum ouẽ lupus quã cupit. Ouis quæ de ouili egreditur, lupi patet morsibus.

f *Qui intin.* BEDA. Mira domini patientia. Prius dixit: *vnus ex vobis tradet me*, perseuerat proditor in malo. Apertiùs arguit: & tamen non propriè designatur. Iudas alijs contristatis & manum retrahentibus à cibis temeritate & impudentia qua dominum tradit; etiam manum cum magistro in catino mittit vt audacia bonam conscientiam mentiretur.

g *Et filius quidem hominis vadit.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. His verbis mortem suam transitioni, aut discessui cuipiam similiorem ostẽdit, quàm veræ morti. Dixerat idẽ antè ad Iudæos quoque: *vado ad eum, qui misit me.* Significat per eandem vocem quoque, sponte se ad mortem abire.

h *Væ au.* BEDA. In sempiternum væ homini illi qui ad mensam domini indignè accedit. Ille enim in exemplum Iudæ filium hominis tradit non Iudæis quidem peccatoribus: sed tamen peccatoribus membris: scilicet, suis, qui accipere domini corporis sacramentum temerariè præsumit. Ille dominum vendit qui eius timore & amore neglecto, terrena pro illo & caduca imo & criminosa diligere & curare non metuit.

Væ autem. BEDA. Nec primò nec secundò correctus pœnitet sed patientia domini nutrit impudentiam suam & thesaurizat sibi iram. Pœna prædicitur vt qui pudore non vincitur, timore corrigatur.

i *Manducant.* BEDA. Finito veteri pascha quod in cõmemoratione liberationis populi Dei ab Ægypto agebatur: transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoriam ecclesia frequentare volebat: vt scilicet, pro carne agni ac sanguine sui corporis: ac sanguinis sacramentum substitueret: & se esse monstraret: *cui iurauit dominus: & nõ pœnitebit eũ, tu es sacerdos in æternũ, &c.* Frangit ipse panem: quem discipulis porrigit: quia fractio sui corporis sponte sua & procuratione venit, vnde: *Potestatem habeo ponendi ani. meam, &c.* Prius quam frangeret benedixit: quia naturam humanam quam passurus assumpsit: vna cum patre & spiritusancto gratia diuinæ virtutis impleuit. Benedixit panem & fregit: quia hominem assumptum ita morti subdidit: vt ei diuinæ immortalitatis veraciter inesse potentiam demonstraret: ideóque velo ciùs à morte resuscitandum.

Psal. 109. d — Ioan. 10. d.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Insinuat hic, Iudam tametsi diuinorum mysteriorum participem effectũ, sui semper similem mansisse, hoc est tremendæ illius mensæ cibo refectum, nihil prorsus mutatũ, aut emendatum esse, verùm in sua nequitia & auaritia obstinatè vsque perstitisse. Ioannes post acceptã bucellã Sathanam in illũ introisse scribit. Et hoc ea de causa non contigit quod Sathanas acceptum Christi corpus pro nihilo duceret aut contemneret, sed quod Deus impudentem proditoris ausum impunem abire non vellet. Dominus autem, licet omnium consiliorum Iudæ gnarus esset, attamen à sacramenti sui accessu illum non prohibuit. Cur ita? nempè vt hinc discat, nihil eorum prætermisisse, quæ eum ad sanam mentem reducere quoquo modo poterant. Sunt tamen, qui Iudam ante porrectum Eucharistiæ sacramentum exiuisse existiment. Sanè Ioannes quiddam eiusmodi subindicare videtur. Dicunt hi, nequaquam decuisse, vt cædis Christi minister salutaris communionis symbolum acciperet. Addunt ijdem, Christum æquanimiter tolerasse, hoc verò tantum piaculum neutiquam permittere voluisse.

Clem li. 5. c 13. Const. Apost. & alij nõnulli.

k *Acce.* HIER. Figurans corpus suum in pane quod est ecclesia præsens quæ accipitur in fide: benedicitur in numero, frangitur in passionibus: datur exemplis: sumitur doctrinis. Formans sanguinem suum in calice & aqua mixtum, vt alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis. Sanguine namque agni domus seruatur à percussionibus angeli: Et aqua maris rubri extinguntur inimici quæ sunt mysteria ecclesiæ Christi.

Exod. 12. d

BEDA. Panis qui confirmat cor hominis, refertur ad corpus; vinum quod sanguinem, operatur ad sanguinem. Sed quia nos in Christo: & Christũ in nobis manere oportet, vinum aqua miscetur: quia teste Ioanne: *Aquæ populi sunt*: neque aquam solam, vinum solum, sicut nec solum granum sine aquæ confectione in panem cuiquam licet offerre: ne videatur à membris caput secernere: vel Christum sine nostræ redemptionis amore pati potuisse, vel nos sine illius passione saluari.

Mysticè. — Apoc. 17. d

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quod dominus potestatem celebrandi & conficiendi noui testamenti mysteria Apostolis per hæc contulerit, hoc nemo, opinor, in dubium vocat.

l *Gratias.* Gratias egit & benedixit iam proximus passioni, qui pœnam alienæ iniquitatis suscipit: qui nihil dignum passione egit: vt ostendat quam æquanimiter vnusquisque propriæ culpæ flagella sustinere debeat.

m *Bibe.* HIERON. Ebrietas fœlix: salutaris satietas quæ quantò copiosiùs sumitur tanto sobrietate mentibus dignatur donare. Et ☞ Iudas

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *& in illo spiritum sanctum receperunt in die Pentecostes: vt habetur Act. 2.*

1 Qui intin. ma. *Vas est fictile ad refrigerandum vinum & in illo erat ius lactucarum agrestium cum quo carnes agni debebant comedi: vt dicitur. Exodi. 12.*

1 Qui

MORALITER.

naculo, id est, in homine per orationem in Deum eleuato. Grandi, longitudine longanimitatis: lato latitudine charitatis, strato varietate virtutis.

† *Vesp.* Per hoc autem quod Christus in mensa denunciauit suum proditorem, designauit quod multi proditoriè veniunt ad mensam suam.

HIERONYMVS. Dic sacerdos, dic clerice, quomodo eiusdem labijs deoscularis filium virginis quibus deosculatus es filiã meretricis, ô Iuda osculo filium hominis tradis?

† *Et man.* Per Iesum qui salus interpretatur, intelligitur bonus prælatus Christi vicarius, & de sua subditorúmque suorum salute sollicitus: hic accipit panem cum diligenter studet sacram scripturam, & benedicit quando Deo attribuit eius intelligentiam: frangit autem & dat deuotè prædicando. Ecõtra de ignorante dicitur Thre. 4. a. *paruuli petierunt panem et non fuit qui fran.*

† *Et ac.* Per quam persequutio designatur in scriptura, hic calix, sumitur patienter tolerando & datur alijs ad simile exhortando.

† Et

menti, qui pro multis effund[a]etur. † Amen dico vobis quod iam non bibam de genimine vitis vsque in diem illum cùm illud bibam nouum in regno Dei. Et hymn[a]o dicto exierunt in montem oliuarum. Et ait eis Iesus: Omnes scandalizabimini in me in nocte ista, quia scriptum est: ✝ Percutiam pa[a]storem, & dispergentur oues. Sed postquàm r[b]esurrexero, præcedam vos in Galileam. Petrus autem ait illi: † Et si om[a]nes scandalizati fuerint, s[b]ed non ego. Et ait illi Iesus: † Amen dico tibi, quia, tu hodie in hac nocte prius quàm bis gallus vocem dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur: Et si oportuerit me simul commori ✝ tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt

a ¶ HIERON. Pro multis effunditur sed non omnes emundat.

a ¶ HIERON. Laudabunt Deum qui requirunt eum. Et adorauerunt eum & manducauerunt omnes pingues terræ.

a ¶ Apostoli. b ¶ HIERON. Promittitur resurrectio, ne desperent.

a ¶ Non est temeritas nec mendacium, sed fidei ardens affectus.

b ¶ Petrus ex ardore fidei promittebat, sed Christus vt Deus futura prænouerat.

☞ Iudas bibit, sed non saturatur, nec sitim extinguit ignis æterni: quia qui indignè sumit mysteria Christi, hic macula in luna ostenditur quæ nunquam deletur. Luna ecclesiæ comparatur merito, quæ à se non habet splendorem sed à sole certis modis suscipit lumen, id est, à Christo qui permanet in æternum. Sunt enim quidam in ecclesia quos sacrificium nullum emundat, sed insipiens cogitatio perducit ad culpas: qui se crudelitatis cœno miscuerunt. Sanguis enim noui Testamēti qui pro multis effunditur non omnes emundat.

Mat. 26. c. — in nocte ista.

a *Iam non bi.* HIERON. Hic mutat sacrificium sed non mutat tempus; vt nos nunquam cœnā Iesu ante quartamdecimam lunam faciamus. Qui facit in quartadecima resurrectionem, in vndecima cœnam domini facit, quod nunquam inuentum est nec in no. nec in ve. Te.

Esa. 5. b. — b *Vitis*. BEDA. Vitis vel vinea domini synagoga, vnde: Esa. *Vinea domini Sabbaoth domus Israel est.* De hac dominus multo tempore bibit: quamuis pluribus ramis in amaritudinem conuersis, pijs tamen quorumdam cogitationibus summisque virtutibus delectabatur. Sed post passionem domini figuralia in spiritualem sensum translata sunt. Iturus ergo ad passionem ait. *Iam non bibam de genimine virtutis vsque in diem cum il. bi. vo. in. re. Dei.* Quod est, non vltra carnalibus ceremonijs synagogæ delectabor in quibus erat & paschalis agni sacramentum quod præcipuum est. Aderit tempus cum in regno Dei positus immortali gloria sublimatus, de salute eiusdem populi baptismo regenerati nouo vobiscum gaudio perfundar.

✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Patris regnum suam resurrectionem appellat per hanc enim & ipsi regnum obuenit, Et cæteris hominibus eiusdem regni societas obtigit. Illud igitur, *Non bibam amodo de hoc genimine vitis vsque ad diem illum*, &c. vtrumque denotabat, nempe mortis & passionis Christi vicinitatem; & certam nihilominus eiusdem ex mortuis resurrectionem & circa pascalis tempus mysteria perficiebat, quo omni ex parte constaret veteris legis autor extitisse, & illa quæ istic obtinebant, ea adumbrasse quæ pertinent ad nouam.

c *Et hymno dicto.* ✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Ante passionē laudat gratésque Deo depromit; per hoc ostendens, se vltro libérque pati: Tum nos quoque exemplo hoc admonēs vt aduersa signa nonnunquam sese offerant, grato patientique animo perferamus. Cibóq; sumpto de precepto munere, Deo largitori debitam gratiarum actionem persoluamus.

Ioan. 17. — BDEA. Potest intelligi hymnus quem secundum Ioan. patri gratias agens decantabat: in quo & pro se & pro suis discipulis: & pro his qui per verbum eorum credituri erant, eleuatis sursum oculis precabatur. Et pulchrè discipulos sacramento sui corporis & sanguinis imbutos: hymno dicto patri commendatos, educit in montem oliuarum: vt doceret nos per acceptionem sacramentorum: & per opem intercessionis suæ ad altiora virtutum dona, & charismata sancti spiritus quibus in cordè perungamur, debere conscendere.

d *In montem oliuarum.* ✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Cur in montem exijt? Quo spretis latibulis, ijs commodo loco sese exponit, manifestumque faciat, qui illum comprehensuri erant. Maturabat enim illum locum occupare, vbi autem orare solitus erat; & quem proditor optimè compertum habebat.

HIERONYMVS. In monte Olineti tenetur Iesus: & inde ascendit ad cœlos: vt sciamus quia inde ascendimus ad cœlos vnde vigilamus, & oramus, & ligamur, nec repugnamus in terra.

e *Omnes scanda.* BEDA. Prædicit quid passuri sint: vt cum passi fuerint non desperēt sed pœniteant.

f *In no. istu. Qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt*, & qui scandalizantur, nocte scandalizantur, id est, mēte obscurati.

†Mat. 16. — 1. Thess. 5. b

HIERO. Omnes cadunt, sed non omnes iacent. *Nunquid quia dormit non adyciet vt resurgat?* Carnale est cadere: diabolicum est iacere,

†Mat. 26. — Zach. 13. d. — † Imo.

g *Percutiam pastorē.* HIERON. Percute pastorem. Propheta postulat passionem domini: pater respōdet. *Percutiam pastorem.* Precibus sanctorum filius à patre mittitur: id est, incarnatur & percutitur: & patitur: disperguntur oues pastore capto. Resurrectio promittitur vt spes non extinguatur.

†Mat. 26. — Luc. 22. d. — † tecum

✻ THEOPHYLACTVS. Dicit autem pater *percutiam pastorem* quia ipsum percuti dimisit.

✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Cum Petrum, cæterósque omnes precari & dicere oportuisset, adiuua nos domine, nec abs te auellas, sibi suisque viribus nimium confisi, ea temere promisere quæ non præstitere. Siquidem Dominus nimiam illam quam præ se ferebant audaciam, animique fiduciam castigare volens, Petrum quidem in trinam negationem prolabi cæteros verò omnes per fugam dispergi passus est.

h *Petrus autem.* HIERONYMVS. Auis sine pennis in altum volare nititur: sed corpus aggrauat animam vt timore humanæ mortis, timor domini superetur.

✻ VICTOR ANTIOCHENVS. Hic tu modo perpende quàm demissus, quamque modestus apostolus Petrus post lapsum euaserit. Qui enim ante casum nihil non sibi arrogare, audebat, is post lapsum contraria studia sectatus nihil quicquam sibi, sed omnia Christo domino tribuebat. *Viri Israelita* aiebat, *vt quid nos intueamini quasi nostra virtute, aut potestate fecerimus hunc ambulare.* Offertur hic autem nobis singulare quoddam documētum, nempe ad depellendas grauiores tentationes, nullam promptitudinem sat esse, si cœleste subsidium desit, neque vllam rursus supernaturalem gratiam spirituale lucrum afferre, si animi promptitudo studiosaque hominis synergia non adsit.

i *Bis gallus vocem.* BEDA. Alij simpliciter: *Priusquàm gallus cantet, ter me negabis*: Marcus: *Prius quam gallus bis vocem dederit, ter me negabis.* Quod non est contrarium. Tota enim Petri negatio trina negatio est: & in eo proposito animi remansit vsquequo amare fleuit. Hæc tota si post primum gallicantum inciperet: falsum tres dixisse viderentur qui dixerunt dominum dixisse: *Prius quam gallus cantet, ter me negabis.* Item si totam ante peregisset qua gallus cantare inciperet, superfluè dixisset Marcus ex persona domini: *prius quam gallus bis vocem dederit: ter me es negaturus.* Sed quia ante primum gallicantum incœpta est: attenderunt tres non quando eam impleturus esset sed quando futura: quando cœptura: quia trina. Scilicet, cœpit ante gallicantum. Potest etiam intelligi, quia ante primum gallicantum tota in animo eius fuerit: quamuis enim verbis ante primum gallicantum sit cœpta, & ante secundum completa; tamen in affectione & timore animi Petri ante primum gallicantum tota cœpta est: sicut & illud: *Qui viderit mulierem ad concupiscendum iam mœchatus est eam.*

Matt. 26. — Matt. 5. d.

☞ HIER.

MORALITER.

1 *Et hymno.* Per hoc ostendit quod ascendens ad vitam arctiorem primò debet implorare clementiam diuinam.

2 *Petrus.* Communiter accidit quod illi qui alijs in virtute se præferunt turpiùs alijs cadunt, ideò subditur.

3 *Amen di. &c. Et ve. in præ. quod di.* Quod interpretatur vallis pinguedinis ideo significat humilitatem gratiosam. Per hoc igitur quod Christus orauit, ibi humiliter significatur quod oratio humiliantis se veraciter Deo est accepta. Eccl. 35. c. *Oratio humiliantis se nubes penetrat, &c.* Per hoc autem quod dicitur dominus hic ter orasse, docuit nos orare perfectè, quia perfectio consistit in tribus, scilicet, principio, medio & fine.

HIERONYMVS. Gallus cantat: Petrus negat ter. Gallus nuncius lucis spiritus sanctus est: Cuius voce in prophetis & apostolos nos de trina negatione qua dominum negauimus nolle, voce ancillæ exterriti exhortamur ad amarissimos fletus post lapsum: qui malè cogitauimus de Deo: malè locuti sumus ad proximum: & malè fecimus ad nosmetipsos.

HIERONYMVS. Nota quod Petrus negat, & tertiò negat: sed postquã gallus cecinit & discedentibus tenebris vicina lux nunciata est, conuersus amarè fleuit: & trinæ negationis sordes lauit lachrymis.

a *Gethsemani.* HIERO. Id est, vallis pinguium, vbi tauri pingues obsederũt eum & vituli multi circundederunt eum.

b *Sedete hic.* ISIDO. Separantur in oratione qui separãtur in passione: quia ille orat, illi dormiũt pinguedine cordis oppressi.

c *Donec orem.* BEDA. Cum dominus in monte orat: admonet & nos vt orando sublimia, id est, cœlestia petamus. Sed cum in valle: & hoc in valle pinguium vel pinguedinis; monet nos humilitatem in orationibus habere: & pinguedine dilectionis internæ. Et pulchrè appropians morti in valle pinguium orat: quia per vallem humilitatis & pinguedinem charitatis pro nobis subijt mortem. vnde: *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem. Et maiorem hac dilectionem nemo habet vt ponat quis animam suam pro amicis suis.*

habui æternus cum patre. Orat transire calicem, quia homo: sed propter quod missurus est reminiscens, perficit dispensationem, & dicit: *Non quod ego volo sed quod tu.* Q. d. si moritur mors me non moriente; secundum carnem transeat calix: sed quia aliter non fiet, *Non quod ego volo sed quod tu.*

a in predium cui nomen † Gethsemani, & ait discipulis suis: b † Sedete hic c donec orem. Et d assumit Petrum & Iacobum & Iohannem secum, & cœpit pauere & tedere. Et ait illis: e Tristis est anima mea vsque ad mortem. f † Sustinete hic & vigilate *. Et cùm processisset paululum, prócidit super terram g & orabat, vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit: Abbâ i pater, omnia possibilia sunt tibi: transfer calicem hunc à me: h sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit & inuenit eos i dormientes. Et ait Petro: Simon dormis. † Non potuisti vna k hora vigilare? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. l Spiritus quidem promptus est, m caro verò infirma. Et iterum n abiens eundem sermonem orauit, dicens. Et reuersus denuò inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati, & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio, & ait illis: o Dormite iam, & requiescite. Sufficit: Venit hora: ecce filius hominis † tradetur in † manus peccatorum. p Surgite, eamus. Ecce qui me † tradet propè est. Et * adhuc eo loquen-

a ¶ Humilitatem mentis ostendit habitu corporis.

a ¶ HIERON. Hebraicè & Græcè, quia non est distinctio Iudæi & Græci.

¶ HIERON. Sicut dormiunt mente, ita dormiunt corpore.

a ¶ Languescunt oculi apostolorum negatione vicina.

HIERONYMVS. Hoc cõtra Eutichianos qui dicunt vnam tantum in Christo operationem, vnam voluntatem: hic autem ostendit humanam quæ per infirmitatem carnis recusat passionem, & diuinam quæ prompta est perficere dispensationem.

h *Sed non quod.* HIERO. Vsque in finem non cessat docere nos patribus obedire: & voluntatem eorum voluntati nostræ præponere.

i *Et ait Petro, &c.* Qui dixerat: *Et si oporteat me mori tecum non te negabo: etsi omnes scandalizati fuerint, sed non ego*; nunc tristitiæ magnitudine somniũ vincere non potest.

k *Vt non in.* Non ait vt non tentemini, sed *vt non intretis in tentationem*: id est, vt tentatio vos non superet, non teneat intra suos casses.

HIERONYMVS. In tentationem intrat qui orare negligit. Ter discipuli dormiunt, ter dominus orans suscitat. Trina dormitio tres mortuos quos dominus suscitauit, significat. Primus in domo, secundus ad sepulchrum, tertius de sepulchro. Trina domini vigilia tres personas nos habere in orando docet, & de præteritis & de præsentibus, & futuris veniam rogare.

l *Spiritus quidem.* ✠ THEOPHYLACT. Quasi dicat: Spiritus quidem vester promptus est ad me non negandum, & propterea hoc promittitis: Sed caro vestra intantum infirma est, quòd nisi Dominus per orationem virtutem carni dederit, in tentationem intrabitis.

m *Caro autem infirma.* BEDA. Caro namque pondere suo ad ima semper trahit.

n *Et iterum abiens eun.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quod Dominus noster secundò, & tertiò idem orationis opus repetit, illud indubitatæ veritatis argumentum existit. Nam eiusdem iteratio in scripturis sacris, certum rei euentum ostendit. Quare etiam Ioseph ad Pharaonem aiebat: *Quod autem vidisti secundò ad eandem rem pertinens somnium: firmitatis indicium est, eo quòd fiat sermo Dei & velocius impleatur.* Vt ergo idem somnium repetitum est. Ita dominus noster quoque vt certo se verum hominem esse persuadeat, eandem orationem tertiò redintegrat.

d *Et cœpit p.* HIERONYMVS. Pauere & tristari docemur ante iudicium mortis, qui non possumus per nos dicere nisi per illum: *Venit princeps huius mundi & in me non habet quidquam.*

e *Tristis est.* BEDA. Non propter mortem tristis est: quia eum conditio corporalis affectus, non formido mortis ostendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quæ sunt corporis: vt esuriret, & sitiret, angeretur & tristaretur: Diuinitas autem nescit commutari per hos affectus.

BEDA. *Tristis est anima, &c.* Timet Christus, Petrus non timet, immo dicit: *Animam meam pro te ponam.* Christus dicit: *Anima mea turbata est vsque ad mortem:* Petrus quasi homo vim mortis ignorat. Christus, quia Deus in corpore constitutus, exponit fragilitatem carnis, vt homo verus appareat: *Tristis est anima mea*, Suscepit tristitiam hominis & voluntatem hominis sicut & dolorem hominis qui pro se quod doleret non habuit semota delectatione æternæ diuinitatis, afficitur tædio humanæ infirmitatis.

✠ THEOPHYLACTVS. Quid autem hoc sit intelligunt, Quasi dicat, Tristor enim non quod mori debeo, sed quod Israelitas propinqui mei me crucifixuri sunt, ac per hoc à regno Dei debent excludi.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Vbique illorum superbiam & contumaciam frangere, ipsumque ad continua præmia cœlestia prouocare contendo, sed incassum omnia.

f *Sustinete.* BEDA. Non à dormitione præcepit abstinere: cuius non est tempus imminente discrimine, sed à somno infidelitatis & torpore mentis.

g *Et ora.* BEDA. Hæc vox est sonus infirmitatis nostræ. Multi tristantur morte futura sed habent rectum cor vt vitent mortem quantum possunt. Sed si non possunt, dicãt quod ipse Christus: *Pater si fieri po. tran. à me ca. iste.* Ecce habes voluntatem humanam expressam. vide rectum cor, *Sed non quod ego volo sed quod tu vis.* vnde: *Non veni facere voluntatem meam*; scilicet, quam temporaliter sumpsi ex virgine, *sed vo. eius qui misit me.* quam, scilicet, habui,

Temerarios reprimit, qui quidquid crediderint putãt se posse consequi: sed quantum ex mentis odore confidimus, tantum ex fragilitate carnis timeamus: sed tamen secundum Apostolum spiritu facta carnis mortificemus.

o *Dorm.* Nota quod hoc dicto, aliquãtulũ siluit & requieuerũt. vnde dicitur: *Suf.* q. requieuistis, deinde intulit: *Ecce venit hora, &c.*

✠ THEOP. Quod Ironicè dixit: *Dormite iam*, apparet per hoc quod subditur: *Sufficit venit hora, &c.* Q. d. nunc tempus est dormiatis quando inimicus appropinquat. Deinde subiungit: *Surgite eamus.* non vt fugerent hoc dixit, sed vt inimicis obuiarent.

p *Surgi.* Postquam tertiò orauit, apostolorum timorem pœnitentia corrigendum docuit, securus ad passionem pergit, dicens: *Sur. ea.* Q. d. nos non inueniant timẽtes, sed vltrò eamus obuiam, vt passuri gaudium & confidentiam videant.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Per hæc, sicut per cætera fermè omnia, nullius, quod fieret, necessitatis fuisse ostendit sed admirabilis cuiusdem dispensationis, etenim proditorem certò venturum sciebat, & tamẽ ea de causa adeò fugam non inibat vt ☞ obuiam

Marginalia: † gessemani. † Mat. 26. c. * mecum. Psal. 21. c. Philip. 2. a. Io. 15. b. Ioan. 14. c. Io. 13. d. Mat. 26. d. † Mat. 26. c. Luc. 22. c. Ioan. 18. a. † traditur. Mat. 26. d. Ioan. 6. d. † manete. † Mat. 26. d. Mat. 26. c. † tradit. † Mat. 26. e. † simbolum * contiguo. Gen. 41.

NICOLAVS DE LIRA.

i Abba pater, omnia possibilia, &c. *Idem significant: tamen vnum est Græcum & aliud Latinum: In tertia parte principali dicitur:*

Et ducite

obuiam quoque illuc procederet.

A a *Venit Iudas Schar. Vnus de duodecim.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quod vnus de duodecim Apostolorum numero vnà cum turba venisse scribitur, id insignem diaboli malitiam infandámque proditoris nequitiam, & imprudentiam arguit. Qui enim pari cum cæteris Apostolis honore & dignitate potiebatur, is eorũ ducem & antesignanum se præbet qui Christũ ad supplicium, & mortem petitum venerant.

b *Sig.* HIERONYMVS. Dat signum osculi cũ veneno diaboli: Sicut Cain obtulit sacrificiũ subdolũ & reprobatũ, vnde vinũ cum aceto in cruce ponũt.

B

c *Rabbi.* BEDA. Impudens & scelerata cõfidentia magistrũ vocat & osculum ingerit ei quẽ tradit. Aliquid tamẽ habet de verecũdia discipuli, quia non palam eum persecutoribus tradit, sed signo osculi. Suscipit osculum dominus nõ vt deceret nos simulare, sed ne proditionem videatur fugere. Illud etiam complet: *Cum his qui ode pa. &c.*

†tutò securè.
† Rabbi rabbi.
†Mat 26.c Luc.2.f. Ioan.18.b Osee.7.b.
† Mat.26.f Luc.22.f. Ioan.18 b.
* autem
Ps.119.a.

¶HIERON. Confidit de virtute seculi, qui desperat de auxillo Dei.

a te venit Iudas Scarioth vnus de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis missi à summis sacerdotibus & scri- b bis & senioribus. Dederat autem traditor eis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & † ducite † cautè. Et cùm venisset, statim accedens ad eum, ait [1]

a ¶HIERON. Adest Ioseph vinctus, venditus à fratribus, & ferrum pertransiuit animam eius.

c † Aue rabbi. Et osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in d eum, & tenuerunt eum. † Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladium, percussit seruum summi sacer-

¶HIERON. Prædicatio Petri, auditum regni Dei abscidit à Iudæis.

dotis, & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait † e illis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & lignis comprehendere me. Quotidie eram apud vos in templo docens f & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. † Tunc di-

a ¶HIERON. Adimpletum est: Elongasti à me amicum & proximum & notos meos à me.

scipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. † Adole- [2] g

¶ Nihil indumenti habebat nisi solam syndonem.

scens autem quidam sequebatur eum amictus syndone su- [3] [4]

¶ Alias reiecta.

per nudo: & tenuerunt eum *. At ille relicta syndone, nudus h

¶HIERON. Fit congregatio taurorum in vaccis populorum.

i profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdo- k tem. † Et conuenerunt * omnes * sacerdotes & scribæ &

a ¶HIERON. Vir duplex animo inconstans est in omnibus vijs suis, timor retrahit, charitas trahit.

l seniores. Pètrus autem à longè secutus est eum vsque †

bant, & ad fugam promptiores erant quã ad patiendi fiduciam. D

BEDA. *Tunc disci. &c.* Sicut Petrus qui negationem lachrymis abluit, & confessione dominici amoris trina, funditus extirpauit, recuperationem eorum ostendit, qui in martyrio labuuntur: Sic discipuli alij qui articulum comprehensionis fugiendo præuenerũt cautelam fugiendi docẽt eos, qui se ad supplicia minus sẽtiũt idoneos: quib[9] tutius est latere, quã se discrimini opponere. Ita etiã adolescens qui relicta syndone nudus profugit ab impijs, illorũ opus designat & animã, qui vt securiores sint, omnia mundana abijciũt: E & nudi potius domino famulari, quã mundo adhærendo materiam tentandi, & à Deo reuocãdi, aduersarijs dare didicerunt.

g *Adole.* Quis iste fuerit, euangelista nõ dicit. Quia vero plus cæteris dominũ amauerit, res ipsa indicauit: alijs fugiẽtibus ipse donec ab hoste cõprehenderetur charitatis vinculo astrict[9] dominũ sequi nõ omisit. Nondum tamẽ perfectã charitatem

† Mat.26.e
† Adolescentulus.
* adolescẽtuli.
* Summi.

d *Vnus.* BEDA. Petrus secundum Ioan. eodem ardore mentis quo cætera. Sciebat enim quod Phinees puniendo sacrilegos, mercedem iustitiæ & sacerdotij perennis acceperat. Lucas ait: C *Quod dominus tam auricu. sa. eam.* Ipse enim pietatis nunquam obliuiscitur, hostes etiam suos vulnerari non patitur.

Num.25.c. Luc.22.f Ioan.18.b

MYSTICE. Docens eos qui in suæ mortis consensione vulnus animæ contraxerunt, si dignè pœnituerunt salutem posse mereri.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Neque enim gladio aduersarios nos vult sternere, aut profligare, sed virtute, & prudentia, & beneuolentia, alijsque similibus, hæc enim sunt arma quibus aduersus hostes familiariter nos vti iubet. Illum porro qui plagam acceperat, vi quadam diuina, vt alius Euangelista exponit, in integrum statum restituit, illos qui ad comprehendendum eum venerant, hoc quoque signo se Deum esse palam ostendens.

e *Tanquam ad latro.* BEDA. Quasi dicat, Stultum est cum gladijs & fustibus comprehendere, qui vltrò se vobis tradit: & in nocte quasi latitantem inuestigare per proditorem, cùm quotidie in templo doceat. Sed ideò aduersum me congregamini in tenebris quia potestas vestra in tenebris est.

f *Tunc.* BEDA. Impletur quod dixit, quod omnes scãdalizarẽtur in ipso in illa nocte. Nam etsi turba permittẽte ad petitionẽ domini fugerunt secundum Ioan. pauorem tamen mentis ostendebant.

habuit qui vel tentus fugere potuit. Possumus tamẽ hunc Ioannem fuisse intelligere prę cęteris dilectum à magistro, quem eo F tempore fuisse adolescentem longa post vita eius acta indicio est. Potuit autem hoc fieri, vt ad horam elapsus, mox sumpto vestimento redierit, & sub dubia noctis luce se turbis ducentium Iesum quasi vnus ex ipsis immiscuerit, quo ad perueniret ad atrium pontificis, cui erat notus, sicut ipse dicit.

h *At il.* Sicut Ioseph relicto pallio nudus de manibus impudicę dominæ effugit. Qui autem vult effugere manus iniquorum, relinquens mente quæ mundi sunt, post Iesum fugiat.

i *Ab e.* Quorũ & præsentiã detestabatur & facta. Non à domino cuius amorem etiã absens corpore fixũ seruauit in mente.

k *Summum.* Caipham, scilicet, qui secundum Ioan. erat pontifex anni illius, de quo consentaneum scribit Iosephus, quod põtificium sibi absque merito dignitatis emerat à principe Romano: quid ergo mirum, si iniquus pontifex iniquè iudicat?

l *A longe.* BEDA. Quia negationi proximus, si Christo proximus fuisset non negasset: In hoc tamen admirandus est, quòd dominum non reliquit etiam si timeat. Quod timeat naturæ est, quod sequitur, deuotionis est: quod negat obreptionis est: quod pœnitet fidei est.

ALLEG. Quod ad passionem euntem Petrus à longè sequitur, significat ecclesiam quidem secuturam domini passionem, sed longè differenter, Ecclesia enim pro se patitur: ille pro ecclesia.

Aurum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ducite. *Ne fortè rapiatur de manibus vestris, quia populus communis habebat deuotionem ad eum.*

2 Adolescens. *Quia iste non nominatur hîc, ideo dicunt aliqui quod fuit Iacobus frater domini. Alij autem quod fuit Ioannes euangelista, qui iunior erat inter apostolos. Alij autem dicunt, quod fuit iuuenis de illa domo in qua comederant pascha.*

3 Amictus syndone. *Id est, veste linea.*

4 Super nudo. *Scilicet, corpore: quia non habebat aliam vestem. Ita quarta parte principali dicitur:*

Audiuimus

MORALITER.

† *Quemcunque.* Amicitię signis proditores vtuntur, vt eorum dolus latentiùs peragatur.

† *Et am.* Hoc signum fuit de mentis aure Iudæorum amputãda, sicut patet per effectũ: quia nihil audire volunt de salute sua.

† *Petrus autem, &c.* BEDA. Meritò à longè sequebatur qui erat de proximo negaturus, non enim negare posset, si Christus proximus adhæsisset.

† *Summi*

...*ium*. HIERONYM. Atrium, secularis circumitus est. Mi... dæmonia sunt. Ignis desiderium carnale, cum quibus qui manet, flere peccata non valet.

b *Et calefaciebat se.* BEDA. Est ignis charitatis; de quo dicitur: *Ignem veni mittere in terram & quid volo nisi vt ardeat?* Est etiam cupiditatis, de quo dicitur: *Omnes adulterantes velut clibanus corda eorum.* Hic super credentes descēdens, varijs linguis eos dominum laudare docebat. Ille in atrio Caiphæ instinctu maligni spiritus accensus, ad negandum ac blasphemandum dominum perfidorum linguas armabat. Quod enim intus in domo maligna synodus gerebat, hoc ignis in atrio inter frigora noctis accensus figurabat. Qui huius ignis, in prætorio flammam extinxit, dicat: *Factus sum sicut vter in pruina, &c.* In quibus autem flammam charitatis vitiorum flumina obruerunt, à domino audiant: *Quoniam abundat iniquitas, refrigescit charitas multorum.* Hoc frigore torpens ad horā Petrus, quasi prunis ministrorum Caiphæ calefieri cupiebat, quia temporalis commodi solatium perfidorum societate quærebat. Sed respectus à domino, tum ignem perfidorum corpore, tum infidelitatem reliquit mente. Et post resurrectionem domini, sancto igne recreatus, funditus excessum trinæ negationis trina dilectionis confessione purgauit. Tunc enim completa illa memorabili captura piscium, cum veniret ad dominum, vidit cum discipulis suis prunas positas & piscem superpositum & panem: móxque sui cordis arcana prunis inflammauit amoris

†calefiebat ad lucem. †Matt.26.f Ioan.2.d. Iud.14.b. Psal.113.a. †per B †Quid isti aduersum te testātur? Psal.118 l Matt.24.a C

non agnoscebat, sed longè post de eo futura canit.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Quandoquidem multi Christi nomine appellabantur: Nam & sacerdotes & prophetas, & reges, Christi dicebant: propterea Pontifex interrogat: sitne ipse Christus per excellentiam, hoc est Christus Dei benedicti filius? Quærit hoc autem non vt credat, verum vt habeat, quo illum arguat & condemnet, si se hoc esse fortè respondeat. Neque enim ita comparati erant pontifices, vt aliquando crederent. Quare dominus apud Lucam ita illos affatur; *Si vobis dixero non credetis mihi.* Veruntamen ne hoc illis reliquum fiat, vt iure dicere queant Seruatorem nostrum se Christum Dei filium esse nusquam disertè affirmasse; ob id Marcus planis verbis id illum pronunciasse commemorat: *Tu es Christus filius Dei benedicti.* Per hæc plano sensu ostenditur, Caipham cæterósque Iudæorum proceres, diuinitatis Christi prorsus ignaros nō fuisse. Venerat autem in eius rei siue notitiam siue suspicionem, per signa quæ ediderat. Nam quorsum hoc solùm, ipsene Christus Dei benedicti filius esset, interrogare attinebat, nisi eum id esse suspicati fuissent? Neque enim ex alijs reis quidpiam tale interrogare soliti erant.

D †Mat.26 f. Lucæ 22.g †autem †æqua, sufficiētia, aut bona, hoc est veritati cōsētanea. Victor Antioch. †ne sic quidem. E †Mat.26.f Lucæ 22.g

a introò in atrium summi sacerdotis, & sedebat cum ministris,
b & † calefaciebat se ad ignem. † Sūmi verò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt
a ¶ Mentita est iniquitas sibi, vt regina aduersus Ioseph, sacerdotes aduersus Susannam, sed ignis sine materia defecit.
c eum morti traderent, nec inueniebant. Multi † enim falsum testimonium dicebant aduersus eum, & † conuenientia testi-
a ¶ Quod variatur incertum est.
monia non erant. Et quidam surgentes falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes: Quoniam nos audiuimus 1
a ¶ Dominus dixit, Soluite vos sed non ego, quia nullus debet sibi inferre mortem.
eum dicentem: † Ego dissoluam templum hoc manufactum
¶ Hoc addunt, vt propriè de templo Iudaico videatur dixisse.
¶ Dominus dixit, suscitabo, viuum animal significans & spirans templum.
& † post triduum aliud non manufactum ædificabo. Et † non
d erat conueniens testimonium illorum. Et exurgens summus
e sacerdos in medium interrogauit Iesum, dicens: Non respondes quidquam † ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille
a ¶ Sicut ouis ad occisionem ducitur, & obmutuit & siluit à nobis.
¶ Taciturnitas Christi Apologiam Adæ soluit.
autem tacebat, & nihil respondit. † Rursum summus sacer-
f dos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei
a ¶ HIERON. vt inexcusabiles sint. ¶ BEDA. Marcus, Ego sum. Matthæus, Tu dixisti, quod idem est.
g benedicti? Iesus autem dixit illi: Ego sum: & videbitis filium 2
¶ HIERON. In vita regnantem sempiterna & virtute diuina.
h hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem
i
k cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens †

c *Falsum testim.* BEDA. Falsus est qui non in eodem sensu dicta intelligit quo dicuntur. Dominus enim dixerat de templo corporis sui: sed in ipsis verbis calumniantur paucis additis vel mutatis.

Mos hæreticorum est, vmbram de veritate trahere. Ille non dixit quod illi dicunt, sed simile verbum: Vt de templo corporis sui quod post triduum resuscitauit, dominus dixit: *Soluite vos,* sed non ego: quia nullus debet sibi mortem inferre. Hoc addunt, vt propriè de templo Iudaico videatur dixisse.

d *Et exurgens, &c.* Iratus, quia non inuenit locum calumniæ, motu corporis insaniam mentis demonstrat.

e *Non respondens, &c.* Ad responsum prouocat, vt ex qualibet occasione sermonis locum accusandi inueniat. Iesus autem non respondit: quia præuidit quicquid responderet in calumniam verti.

f *Tu es Christ.* HIERON. Quem expectabat à longè non videbat propè. sicut Isaac caligantibus oculis, Iacob sub manibus non

Gen.27.a.

g *Et vide.* Sacerdos interrogat filium Dei; Iesus respondit filium hominis; vt intelligamus eundem filium Dei esse & filium hominis, ne quaternitatem faciamus in trinitate, & homo in Deo, & Deus in homine sit.

h *A dextris vir.* Quia *humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem: mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.*

✠ THEOPHYLACTVS. Ac si diceret, videbitis me tanquam filium hominis à dextris Patris sedentem, virtutem nanque hic Patrem dicit. Non autem sine corpore veniet, sed qualis apparuit crucifigentibus, in iudicio eis apparebit.

i *Cum nubibus cæli.* HIERONYMVS. Ascendit in nube, cum nube veniet: id est, cum corpore solo suo quod assumpsit à virgine ascendit & cum multiformi ecclesia, quæ est corpus ipsius & plenitudo ad iudicium venturus est, sicut dicit Matthæus: Cùm autem venerit filius hominis, & omnes angeli cum eo, &c.

k *Summus autem sacerdos.* BEDA. Eadem rabies quæ prius de sede excusserat, ad scissionem vestium prouocat, vt ostendat Iudæos sacerdotalem gloriam perdidisse, & sedem vacuam esse.

Mos Iudæorum erat, cum aliquid blasphemiæ, & quasi contra Deum audiunt, scindere vestimenta. Quod etiam Paulus & Barnabas

F Philip.2.a. Esa.19.a. Matt.24.c Act.14.c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Audiuimus eum dicentem: Ego dissoluam templum hoc manufactum, &c. *Falsum enim imposuerunt ei, quia hoc non dixerat, vt habetur Ioannis 2. sed sic dixerat:* Soluite templum hoc &c. *prædicens mortem suam, in qua corpus eius, quod erat templum deitatis, solutum est. Et si de materiali templo intelligatur, adhuc falsum imposuerunt, quasi absolutè dixerit, quod tamen dixerat conditionatè; & ideo benè subditur:* Et non erat conueniens testimonium illorum.

2 Iesus autem dixit illi, &c. *Interrogatus de veritate diuinorum, respondet qui prius in alijs tacuerat, quia de diuinis non debet ita taceri*

MORALITER.

†† *Summi verò sacer. &c.* Modus autem iudicum iniquorum est aduersus innocentes quærere testimonia, & recipere falsa.

† *Summus autem sa. scin.* Per hoc fuit significatum, quod præscindendum erat sacerdotium Iudæorum, sicut & stabilitas sacerdotij Christi: per hoc quod eius tunica etiam à crucifigentibus eum non fuit scissa.

† Sum- ... Et cæpe-

Barnabas cum in Lichaonia quasi dij honorarentur, fecerunt.

A ✠ THEOPHYLACTVS. Vt ergo monstraret quod Christus magnam & intolerabilem blasphemiam dixerit, vestimenta scidit.

a *Vestimenta sua, &c.* HIERON. Hoc est, Ephod in quo Iudæi habebant honorem, amiserunt. Hic adest Samuel scisso pallio de manu Saul, id est, regno. Milites gentiles non scindūt tunicam Christi, sed sacerdos scidit sacerdotij sui dignitatem.

Magno mysterio factum est, vt in passione domini pontifex sua vestimenta scinderet: cum domini tunica nec à crucifigentibus militibus scindi potuit. Figurabatur enim, quod sacerdotiū Iudæorum pro sceleribus pontificum esset scindendum. Soliditas verò ecclesiæ quę vestis est redemptoris sui, nunquam valet dirumpi. Quamuis enim Iudæi, gentiles, hæretici, mali Catholici, humilitatem domini contemnant: eius tamen inuiolata permanet castitas vsque ad consummationem seculi in illis, quos sors electionis inuenerit.

† opus habemus testibus. 1. Reg. 15 f Ioan. 19 d.

a vestimenta sua, ait: Quid adhuc † desideramus testes: † Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam † conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei: prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant. † † Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis, & cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Iesu Nazareno eras. At ille negauit dicens: † Neque scio, neque noui quid dicas. † Et exijt foras † ante atrium: & gallus cantauit. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro: Verè ex illis es,

(Interlinear: a ¶ Ideo. — a ¶ Faciem meam non auerti à conspuentibus in me. — ¶ Vt nos lauaret. — b ¶ Vt velamenta cordium auferret. — c ¶ Vt caput nostrum quod Adam est sanaret. — a ¶ Opprobrijs exhonoratur. — ¶ Vt applaudamus ei manibus. — ¶ Dedi maxillam meam alapis. — ¶ Titubatio. — a ¶ Prædicator qui dicit, Vigilate iusti & nolite peccare. — a ¶ Consensus. — ¶ Non quæ prius. Vnde Matthæus, Vidit eum alia ancilla. — ¶ Actus.)

† Mat. 26. Luc. 22 g. Ioan. 18 c

B

† Neque noui neq; scio.

† in vestibulū atrij.

b *Quid vob. videtur.* ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non fert Caiphas condemnationis sententiam per se, aut ex se, sed exigit illam ab assessoribus & circunstantibus, tanquam de homine in manifestario, planéque confesso blasphemiæ crimine deprehenso. Præoccupat autem auditorum animos eiusmodi sermone: *Quid vobis videtur?* En apertam modo blasphemiam audiuistis. Hæc pontifex non tam illos, qui aderant, vt mortis sententiam in Iesum ferrent, sua oratione incendens, quàm vi quadam importuna huc prorsus compellens. Aut non ipsi; sed ipse verius odio & inuidia instigatus, eiusmodi sententiam promit.

C

c *Qui omnes, &c.* HIERONYMVS. Quo reatu suo nostrum reatum solueret, & velamen faciei suæ velamen cordium nostrorum auferret: & sputis susceptis faciem animæ nostræ lauaret, & colaphis quibus in caput percussus est, caput humani generis quod est Adam sanaret: & alapis quibus expalmatus est maxima laus eius à nostris manibus & labijs plauderet. Vnde: *Omnes gentes plaudite manibus.* Et cruce sua, cruciatum nostrum solueret, & morte sua, nostram necaret, quia serpente de virga facto, alij absorpti sunt serpentes. Vnde: *Ero mors tuā ô mors & morsus tuus ero inferne.* Opprobria eius nostrum obstruxerunt opprobrium. Vincula eius nos liberos fecerunt. Corona spinea capitis eius, diadema regni adepti sumus. Vulneribus eius sanati sumus. Sepultura eius resurgimus. Descensu eius ad inferos, ascendimus ad Cœlos. Hic inuenitur mel in ore leonis mortui. Hinc propheta: *Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?*

Oseę 13.

d *Velare fa. &c.* Non vt scelera eorum non videat, sed vt ipsi quondam Moysi fecerunt, à se gratiam cognitionis eius abscondant. Hoc velamentum vsque hodie manet super cor eorum, quod in Christum credentibus est ablatum. Vnde eo moriente velut templum scissum est, & sancta sanctorum arcana patefacta.

D

e *Prophetiza.* Secundum alios: *Quis te percussit.* Hoc faciunt in contumeliā eius qui se prophetam voluit haberi. Sed dispensauit hoc vt nos ad tolerandā pro eius nomine irrisionem præpararet, qui pro nobis sustinebat.

† Mat. 26 g Luc. 22 g.

f *Alapis eum cædeb.* BEDA. Qui tunc cęsus est alapis, & nunc cæditur blasphemijs falsorum Christianorum. Qui consumptus saliuis infidelium, nunc væsanis fidelium opprobrijs exhonoratur.

E

† Mat. 26. g Luc. 22. f. Iohan. 18. e

g *Et cùm esset.* Ancilla primum Petrū prodit, cum viri magis possent eum cognoscere, vt & iste sexus in morte domini videatur peccasse, & per passionem domini redimeretur. Et ideò mulier, prima resurrectionis accepit mysterium, & mandata custodit, vt veterem præuaricationis aboleret errorem.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Beatus Petrus (prout à domino prædictum fuerat) infirmatur, vniuersorum dominum, & Seruatorem negat. Idque non semel & iterum, sed tertia vice: Neque id simpliciter rursum, sed cum iuramento, vnius dūtaxat ancillæ voce exterritus, & exanimatus: vtique subita illa consternatione animíque perturbatione occæcatus, dominicæ illius comminationis: *Qui me negauerit coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo, qui est in cœlis,* penitus oblitus fuerat. Quandoquidem non semel tantum sed aliquoties coram omnibus illum negat.

F

h *At ille.* Nota, quòd negat Christum qui se negat eius esse discipulum. Dominus enim non dixit, Negabis te discipulum meum, sed *me negabis.* Negauit ergo eum cum se negauit eius esse discipulum.

i *Et exijt foras, &c.* HIERONYMVS. Petrus sine spiritu, voci ancillæ cessit: cum spiritu, nec regibus, nec principibus terræ cedit. Prima ancilla titubatio, secunda consensio, tertius vir: actus: Hæc trina negatio, quam abluit per fletus verbi Christi recordatio. Tunc autem nobis gallus cantat, cum prædicator ad compunctionem corda nostra reuocat. Tunc incipimus flere, cum ignimur intus per scintillam scientiæ, & foras eximus extra quod fuimus.

k *Gallus cantauit.* De hoc gallicantu alij tacent, non tamen negant; sicut & alia multa quæ alij dicunt, alij prętereunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Iterum hic negat, siue ancilla, quæ circunstantibus vnum illum ex discipulis Iesu esse iudicium faciebat, eadem fuerit cum prima, vt Marcus insinuare videtur; siue alia, vt Matthæus scribit. Neque enim scribentium animus fuit, vt isthuc accuratè memoriæ proderetur, anxiè la-

NICOLAVS DE LIRA.

taceri veritas si interrogetur sicut de humanis. In quarta parte minus principali dicitur sic?

Nam

MORALITER.

† *Et cœperunt quidam conspuere eum, &c.* HIERONYMVS. Vt sputaminibus susceptis, faciem animæ nostræ lauaret, & velamine faciei suæ velamen cordium nostrorum auferret.

† *Et colaphis eum cędere, & dicere ei: prophetiza.* Quibus in capite percussus est, caput humani generis quod est Adam sanaret.

† *Et ministri alapis eum cędebant.* Quibus expalmatus est, laus eius maxima manibus nostris labijsque plauderet: vt dicitur: *Omnes gentes plaudite manibus.*

† *Et sta-*

xiè laborabat: vt quod ad salutaris fidei rationem non ita multum conferret. Quamobrem Lucas nulla ancillæ facta mentione, qui ante secundam negationem, Petrum vnum esse ex iis, affirmabat qui erat cum Iesu, virum fuisse commemorat. Verùm licet hæc non ita exactè inter se conuenire videantur, in eo tamen quod hic recensere propositū illis erat, summè cōsentiunt omnes: videlicet Petrum secundò negasse, nec non cum iuramento se hominem illum non cognoscere asseuerasse.

a nam Galilæus es *. Ille autem cœpit † anathematizare, & iurare, quia † nescio hominem istum quem dicitis. Et † statim iterum gallus cantauit. † Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, priusquam gallus cantet bis, ter me negabis. Et ¶ Compungi. c † cœpit flere.

* & loquela tua similis vel conuenit. † nō noui † Mat. 26. g Luc. 22 g. † prorupit in fletum. † detestari, deuouere † secundo iterum.

a *Nam & Gali.* Beda. Eadem lingua Galilæis & Ierosolymitis est, sed tamen quæcunque prouincia & regio habet proprium loquendi sonum quem mutare non possit. Vnde cum apostoli omnibus linguis loquerentur, inter alios etiam qui habitabant Iudæam dixisse referuntur: *Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur Galilæi sunt? & quo n. a. v. l. n. in qua nati sumus?* Et Petrus loquens fratribus in Ierusalem ait, *Notum factum est omnibus habitantibus in Ierusalem, ita vt appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach*, quod ideò dicitur, quia nomen illud aliter Ierosolymitæ, aliter Galilæi sonabant.

Act. 1. b.

b *Et recor.* Beda Petrus nocte negat, ad gallicantum pœnitet. In die quem tertiò negauerat, se tertiò amare professus est. Quod enim in tenebris obliuionis errauit, speratæ iam lucis rememoratione correxit, & eius iam adepta præsentia plenè totum quidquid mutauerat erexit.

c *Et cœpit flere.* Beda. Quàm noxia prauorum colloquia inter fideles: hominem se negauit nosse, quem inter condiscipulos iam filiū Dei fuerat cōfessus. Sed in atrio Caiphæ pœnitentiam agere non potest: egreditur foras (vt alij Euāgelistę narrant) vt ab impiis secretus, negationis culpam liberius abluat fletibus.

✻ Theophylactus. Lachrymæ enim Petrum Christo per pœnitentiam adduxerunt. Confundantur itaque Nouatiani qui dicunt quod qui post susceptionem baptismatis peccauit, non suscipitur vt sibi delictum remittatur. Ecce enim Petrus qui & Christi corpus sumpsit & sanguinem, per pœnitentiam est susceptus. Etenim sanctorum defectus propter hoc scripti sunt, vt & nos si per incautelam deciderimus, recursum habeamus per eorum exemplum, & speremus per misericordiam subleuari.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nam & Galilæus es. *Licet enim esset vna lingua omnium Hebræorum, tamen secundum varias partes Iudææ variabatur in aliqua proprietate, sicut lingua Gallica in Picardia & in Normandia, per quam percipitur in loquela de qua natione sit aliquis.*

2 Cœpit ana. *Id est, maledicere sibiipsi si cognouisset Iesum: vnde anathematizatio signat iurationem quæ est per execrationem, scilicet, quando aliquis imprecatur sibimetipsi malum pœnę si ita sit sicut imponitur ei.*

MORALITER.

† *Et sta.* Hier. Gallus lucis nuncius quid est nisi spiritussanctus, cuius voce in prophetis & apostolis nos de trina negatione excitamur ad amarissimos post lapsum fletus, qui malè de Deo cogitauimus, & malè locuti sumus de proximo, & malè fecimus ad nosipsos.

ADDITIO.

In cap. 14. *Vbi dicitur in postilla*, Abba pater, *idem significat, tamen vnum, &c.*

Abba est propriè nomen Syrum, id est Chaldaicum, & frequenter habetur in translatione Biblię Chaldaicę.

CAPVT XV.

a *Et confestim, &c.* Sequitur. *vin. Iesum.* Mos erat Iudæis, vt quem morti adiudicassent, vinctum iudici traderent. Et notandum, quod non tunc primum ligauerant, sed mox comprehensum nocte in horto, vt Ioannes dicit, & sic *adduxerunt eum ad Annam primum.*

Ioan. 18. b.

Hieron. Adest Sāson vinctus à Dalila. Sāson interpretatur sol eorum quibus occubuit sol in meridie. Dalila, situla interpretatur, id est, synagoga quę situlæ more limpidū liquorem nō tenet, & quisquilias immundas colligit. Sāson noster maxilla verbi sui innumeras cateruas Iudæorum & dæmonum hic sternit, & fontem perennis vitæ sitientibus nobis, id est, corporis sui aperit.

Iudic. 16.

CAPVT XV.

¶ Vide quàm sint solliciti in malo, tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.

a E † T confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso consi- ¶ Non solum ad Pilatum, sed etiam ad Herodem ductus est vt illuderet ei vterque. lio vinciẽtes Iesum duxẽrunt & tradiderunt Pilato. † Et interrob gauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait c illi: Tu dicis. † Et accusabant eum summi sacerdotes in multis

† Mat. 27. a. Luc. 22. a. Ioan. 18. e. Act. 1. c. † Luc. 23. a. Ioan. 18. f. † Mat. 27. b.

b *Tu es rex Iudæorum?* Cum Pilatus nihil criminis interrogat nisi an sit rex Iudæorum, arguitur impietas eorum qui nec falso quidem quod obiiciant inuenerunt.

c *Tu dicis.* Sic temperat responsum, vt verum dicat, nec tamen calumniæ pareat. Et nota, quòd Pilato qui inuitus fert sententiam, aliqua in parte responderit. Sacerdotibus autem & principibus respondere noluerit, indignosque sermone suo iudicauerit.

✻ Vict. Ant. *Tu dicis.* Vsus est hoc respōsi genere, ne per absolutum silentiū illorū calumniā confirmare videretur: Tunc etiā ne per exquisitā criminū inficiationē aut depulsionē, in timoris cuiuspiam suspicio-

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XV.

1 Et confestim. *Hic consequenter describitur Christi passio per gentiles consummata. Et primò describitur ipsius Christi crudelis occisio. Secundò eius fidelis & deuota tumulatio, ibi:* Et cum iam serò esset factum. *Prima in duas, quia primò describitur Christi iniqua condemnatio. Secundò, iniquę sententię executio, ibi:* Et postquam illuserunt ei. *prima in quatuor, quia primò Christus gentili iudici præsentatur. Secundò ab eo examinatur, ibi:* Et interrogauit eū Pilatus. *Tertio eius innocentia declaratur, ibi:* Per diem autem festum. *Quartò, iniquè condemnatur, ibi:* Pilatus autem volens satisfacere populo. *Sententia istarum partium patet ex dictis Matth. 27. vbi ista ponuntur eodem ordine à principio illius cap. vsque prope medium: tamen aliqua sunt ibi interposita quæ hic omittuntur, quia Marcus breuitati studebat vt dictum fuit à principio huius libri.*

Diuisio.

MORALITER.

† *Et interrogauit eum Pilatus: Tu es rex Iudæorum?* Iudæi traditi sunt Romano exercitui, qui saluatorem tradiderunt Romanorum Præsidi.

† 1 Ita

suspicionem fortè veniret.

a *Vide in quan.* Ethnicus condemnat Iesum, sed causam refert in populum Iudæorum. *Vide in quantis, &c.*

b *Per diem au. &c.* ✠ VICTOR ANTIOC. Vnicus hic impiis Iudæis propositus erat scopus vt vitæ authorem in mortem præcipitem darent. Facto hoc propalam ostendentes se homine idolorum culturæ addicto nequiores esse. siquidẽ Pilatus Christũ Iesũ nõ semel sed sæpius ab omni prorsus crimine alienũ pronũciat, illi autem manifestas calumniarũ causas hinc inde colligentes, vrgent & instãt: *Tolle, tolle, crucifige eum.* Insanis vocibus clamitant.

c *Vt magis Bar.* BEDA. Adhæret Iudæis vsque hodie petitio sua, quam toto labore impetrauerunt. Data enim optione sibi, pro Iesu latronẽ, pro saluatore interfectorem elegerunt. Merito ergo salutem & vitam perdiderunt & latrociniis ac seditionibus intantum se subdiderunt, vt regnum & patriã perderent & libertatem corporis & animæ nunquam reciperent.

d *Pilatus verò.* Multas occasiones dedit Pilatus liberãdi saluatorẽ, primò iusto conferens latronem, deinde inferens: *Quid ergo vultis faciam regi Iu.* Cumque respondissent, *crucifigatur*, non statim acquieuit, sed secundùm suggestionem vxoris quæ mandauerat ei (vt Matthæus dicit) *Nihil tibi & iusto illi*, respondens ait: *Quid enim mali fecit?* Quod dicendo, Iesum absoluit.

e *At illi magis.* Dauid *Circundederunt me.ca.m.&c.* Esa. *Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iusticiam, & ecce clamor.* Hieremias. *Facta est hæreditas mea mihi sicut leo in silua, dederunt super me vocem suam.*

f *Barrabam & tra.* HIERON. Hi sunt duo hirci, vnus apompeius, id est, emissarius cum peccato populi in desertum inferni absolutus dimittitur. Alter pro peccatis absolutorum, vt agnus occiditur. Pars domini semper mactatur, pars diaboli, qui est magister eorum affrænata in tartara præcipitatur.

g *Iesum fla.* Vt nos flagellis liberaret, vnde: *Flagellum non appro. ca. tu.* Cum prius diceretur: *Multa flagella peccatoris.*

BEDA. *Iesum fla. cę.* Cæsus est ab ipso Pilato, vnde Ioannes *Apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit.* Et post subiunxit: *Et milites plectentes coronam de spinis, &c.* Et militibus illudendum præbuit. Quod ideò fecit, vt eius pœnis & opprobriis saturati vltra mortem non sitirent.

✠ VICTOR ANTIOCH. Aut hoc fecit quo publicè constet, non citra grauem causam morti adiudicatum esse adeóque iudicium suum ab omni iniustitia & iniquitate alienum esse.

h *Et indu.* BEDA. Matthæus ita: *Et ex. eum chla. coc. cir. ei.* Quod idem est. Pro regia enim purpura data est ei chlamys ab illudentibus, & est quædam rubra purpura cocco simillima. Potest etiam videri, quod Marcus purpuram commemorauit, quam chlamys habebat, quamuis esset coccinea. *Et indu.* Vestimentis suis nudatur, id est, Iudęis. purpura induitur, id est, gentili ecclesia de amaris populis collecta. Item ea scandalizante exutus, in fine Iudaica rursum induitur plebe. *Cum enim plenitudo gẽtium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus erit.* Quia rex dicebatur, & hoc sacerdotes & scribæ imponebant, quia imperium in populo vsurparet, illudendo induũt purpura qua reges vtuntur, pro diademate spineam coronã, pro sceptro regali calamum donant, sicut Matthæus dicit. *Et adorant quasi regem, &c.*

Sicut Caiphas nesciens dixit: *Oportet enim vnum hominẽ mori pro populo*, sic milites omnia mysticè nesciẽtes faciũt. Purpura caro eius rubra passionibus. vnde: *Quare rubrũ est indumentum tuũ, & ve. t. si. cal. in tor.* Spineã coronã portat, quia pro nobis factus mortalis nostra suscepit delicta. Vnde: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Quod autem spinæ peccata significent, dominus sic ostẽdit: *Terra tua spinas & tri. ger. tibi.* Id est, conscientia tua, punctiones tibi & aculeos vitiorum procreare non cessabit. Quod verò secundùm Lucam apud Herodem alba veste induitur, & secundùm alios à militibus Pilati coccineo vel purpureo habitu, in vno innocentia & humanitatis castitas, in altero exprimitur veritas passionis, per quam venit ad gloriam regni immortalis. Purpura enim & passionem & regnum significat. Sed quia, vt ait Apostolus. *Quotquot baptizati estis, Christum indui. &c.* Esa. *His velut ornamento indueris*, potest in vtroque habitu probrosa quidem inimicorum iudicio, sed domini electione gloriossima multitudo electorum designari, quæ in martyres cæterósque fideles distinguitur. Alba veste induitur cum munda confessione iustorum circundatur. Purpura vel cocco vestitur, cum triumpho gloriosorũ martyrum gloriatur.

i *Et percutiebant caput eius arundine, &c.* Caput Christi Deus est. Caput ergo Christi percutiunt qui eum denegant esse Deum. Et qui scripturæ autoritate errorem suum defendunt (quia scriptura arundine solet fieri) quasi arundine caput eius feriunt. In faciem eius spuunt qui præsentiam gratiæ eius execrandis verbis ex interna cæcę mentis insania conceptis respuunt, & eum in carne venisse negant.

k *Adorabant eum.* Quasi falso se dixisset Deum. Sed hodie (quod est grauioris insaniæ) quidam eum certa fide vt Deum verum adorant, sed peruersis actibus mox verba eius quasi fabulosa despiciunt, ac promissa regni illius temporalibus illecebris postponunt.

Marginalia: †Quãta aduersum tẽ testantur. †acclamasset. † potius †ei quẽ dicitis regẽ. † quod est prætorium. Psal. 21. c. Esa. 5. b. Tren. 3. Psal. 90. b. Psal. 31. c. Ioan. 19. a. Mat. 27. e. Rom. 11. e. †Mat. 27. b. Lucæ 23. c. Ioan. 18. g. † propter. †Mat. 27. b. Lucæ 23. c. Ioan. 18. g. Mat. 27. c. Ioan. 11. c. †abundantius. Esa. 63. d. †Mat. 27. b. Rom. 8. c. † circũponunt. Ioan. 1. †Mat. 27. d. Luca. 23. a. Gal. 3. d. Esa. 49. e. 1. Cor. 11.

Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens: Non respondes quidquam? Vide † in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit, ita vt miraretur Pilatus. † Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcumque petissent. Erat autem qui dicebatur Barrabas, cui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cùm † ascendisset turba cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Iudæorum; Sciebat enim quod † per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. † Pontifices autem concitauerunt turbam, vt † magis Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam † regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt: crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi † magis clamabant: Crucifige eum. Pilatus autem volens satisfacere populo, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum, vt crucifigeretur. † Milites autem duxerunt eum in atrium † prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & † imponunt ei plectentes spineam coronam, & cœperunt salutare eum: † Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum, & ponentes genua adorabant eum.

Interlinear: a ¶ Ne crimen diluens à præside dimitteretur, & crucis vtilitas differretur. ¶ Hircum emissarium. a ¶ Quod dicendo Iesum absoluit. b ¶ Insaniæ suæ satisfacientes, non interrogationi respondentes præsidis. a ¶ Hircum emissarium. b ¶ Pro peccatis occidendum. ¶ Vt nos à cruciatibus liberaret. ¶ Gentili ecclesia. a ¶ Vt reges efficiamur.

☞ Et educunt

MORALITER.

† 1 *Ita vt miraretur Pilatus.* Scilicet, de eius patientia quem audierat peritum in lege & potentem ad omnia respondere.

2 *Pontifices autem concitauerunt turbam, &c.* Adhuc enim hodie aliqui magis nituntur saluare & etiam promouere malos homines quàm bonos.

3 *Pilatus autem, &c.* Sic faciunt mali iudices pro fauore humano iustitiam subuertentes.

4 *Et cœ.* Ita faciunt multi in ecclesia, deuotè salutantes eum in apparentia, sed eum expoliant bonis & affligunt & percutiunt in membris suis.

† Et an.

† Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis † suis, & educunt illum, vt crucifigerent eum. † Et angariauerunt quempiam prætereuntem Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. Et perducunt eum in † Golgotha locum, quod est interpretatum Caluariæ locus. † Et dabant ei bibere myrrhatum vinum, & non accepit. † Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius,

¶ Gentili ecclesia. ¶ Iudæi. ¶ Tanquam frater Cain, Abel in agro.
a ¶ Amara vitis, amarum vinum facit, & propinat Iesu, vnde: Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. b ¶ Noluit bibere secundum Matthæum.
a ¶ Maledictus omnis qui pendet in ligno, factus est maledictus vt nostrum tolleret maledictum. b ¶ In quatuor ordines. ¶ In quatuor partes secundum Ioannem. c ¶ Mandata. ¶ Et alia præter tunicam. ¶ Alias sua.

a *Et educunt illum, vt cruci.* HIERONYMVS. Hic educitur Abel in agrum à fratre vt perimatur. Hic adest Isaac cum lignis, & Abraham cum ariete inter vepres hærente. Hic adest Ioseph cum talari tunica lita sanguine. Hic adest Moyses cum virga & serpente suspenso in ligno. Hic botrus in ligno portatur. Hic adest Elisæus cum ligno ad quærendam securim quæ in imo demersa est, & natauit ad lignum id est, genus humanũ, quod à ligno vetito in infernum cecidit, per lignum crucis Christi & per baptismum aquæ ad paradisum natauit. Hic adest Ionas de ligno nauis foris & in mare ventremque cæti triduo missus.

(Genes. 4. b. Ibid. 22. c. Ibid. 37. e. Num. 21. b. Ibid. 13. b. Reg. 6. a. † Mat. 27. d. † proprijs † Mat. 27. d. Luc. 23. d. Hiere 11. c. † golgotha † Mat. 27. d. Genes. 3. d. Iob. 1. & 2. † Mat. 27. d. Luc. 23. e. Ioan. 19. e.)

b *Vt cru.* HIERO. Ipsa crucis species quid est nisi forma quadrati mundi? Oriens de virtute fulget, Arcton dextera tenet, auster læua consistit, occidens sub plantis firmatur. Vnde Apostolus: *Vt sciamus quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundũ.* Aues in forma crucis ad æthera volant, homo adorat, & natat in forma crucis, nauis per maria antenna cruci assimilata sufflatur. Tau litera signum salutis & crucis demonstrat. (Ephes. 3. d.)

c *Et angariauerunt.* BEDA. Ipse dominus primò crucem suam portauit, sicut Ioannes dicit: Post iste Simon, de quo & alij dicunt, & hoc satis congruo ordine mysterij. *Christus enim passus pro nobis, nobis re. ex. vt se. ve.* (Ioan. 9. e. 1. Pet. 2. d.)

THEOPHYLACTVS. Dixit autem quorum filiorum erat pater, ad maiorem fidem & affirmationem. Nam homo ille adhuc viuebat, qui poterat omnia quæ circa crucem facta sunt enarrare.

Et quia non Ierosolymita, sed Cyreneus à ciuitate Libyæ, rectè per eum gentes signantur, qui quondam peregrini & hospites testamentorum, nunc obediendo ciues sunt & domestici Dei: sicut alibi. *Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Vnde: Simon obediens, Cyreneus hæres interpretatur.

Et nota, quòd de villa venire dicitur. Villa enim Grecè πάγος, vnde paganos appellamus, quos à ciuitate Dei alienos & quasi vrbanæ conuersationis vidimus expertes. Sed de pago Simõ egrediens crucem Iesu portat, cum populus nationum paganis ritibus relictis vestigia dominicæ passionis obedienter amplectitur.

HIERONYMVS. Simon qui portat crucem in angaria, hic est qui laborat pro laude humana. Cogunt eum homines huic labori quem non cogit timor vel dilectio Dei.

d *Patrem Alexandri.* Magnæ opinionis Simõ iste videtur esse, cum & filij eius tanquam noti omnibus ex nomine designantur.

HIERONY. Alij per merita patrum suorum commemorantur, alij per merita filiorum. Hic autem Simon qui crucem in angaria portat, filiorum suorum meritis qui erant discipuli commemoratur. Per hoc monentur in præsenti vita patres adiuuari per merita filiorum suorum, vt populus Iudaicus per patriarcharum, prophetarum, & apostolorum merita sæpè commemoratur. De amaritudine enim radicis surgit dulcedo oliuæ. Vnde: per Hieremiam ad Iudæam dicitur: *Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit dominus nomen tuum.*

e *Caluariæ locus.* HIERONYMVS. Tradunt Iudæi, quòd in hoc loco montis, immolatus fuerit aries pro Isaac, vt ibi decaluetur Christus, id est, carne sua, scilicet Iudæa carnali separetur. (Genes. 22. e)

BEDA. Extra portam truncabantur capita damnatorum, & Caluariæ, decollatorum loca dicuntur. Ideò ibi crucifixus dominus minus vt vbi erat area damnatorum, ibi erigantur vexilla martyrum. Et quoniam pro nobis factum est maledictum crucis & flagellatus & cruxifixus pro salute omnium, quasi noxius inter noxios voluit crucifigi.

f *Et dabant.* BEDA. Matthæus, cum felle mixtum, quod idem est. Fel enim pro amaritudine posuit. Myrrhatũ enim vinum est amarissimũ; quamquã fieri possit vt & felle & myrrha amarissimum redderent vinum. (Matt. 27. d.)

THEOPHYLA. Vel ordinatione quadam existente, alij alia afferebant, quidam acetum & fel, quidam vinum mirrhatum.

VICTOR ANTHIOCHENVS. Aduerte hoc loco euangelistam, qui domino Iesu vinum felle mixtum oblatum scribit, neque à veritatis scopo aberrare, neq; illi rursum, qui vinum myrrhatum illi propinatum asserit, aduersari, ne ab illo tandem dissentire, qui aceti tantum oblati meminit. Siquidem non omnes de eadem propinatione agunt, sed de alia & alia. Vnus namque ex illis quid antequam in crucem ageretur factum fuerit, exponit, alter verò quod in ipsa cruce oblatum sit describit. Sic quoque accipere & gustatum reddere, & initio gustare noluisse, nõ pugnãt; Matthæus igitur Christum Dominum, vbi vinum cum felle mixtum degustasset, bibere noluisse scribit. Marcus verò myrrhatum initio, hoc est antequam in crucem subleuaretur, oblatum recusasse exponit. Ioannes autem acetum per spongiam & hyssopum ori illius admotum accepisse tradit. Neque tamen dum hæc scribit, cæteris qui huius propinationis & sumptionis (sicut nec hyssopi quoque) expresse non meminerunt, aduersatur, absit. Nam cum milites multa nefariè summa cum licentia in Iesum designarent (prout in magna insanientis multitudinis confusione fieri consueuit) vnus obtrudebat hoc, alius illud, alius item aliud. Multa quoque quæ istic facta fuerant, ab Euangelistis omninò prætermissa sunt. Addi his potest, qui scribit: *Cum accepisset Iesus acetum, dixit consummatum est*, non dicere verè bibisse; siquidem simpliciter tantum degustare, & nõ bibere non contradicunt, sed prudentis menti vnum idemque offerunt. Neque enim temerè aut vt fors ferebat quæ acciderant scriptis mandabant, sed accuratè & bona fide. Neque quorumlibet rursum hominum tempora scribebant, sed eorum ætate, iisque adhuc vita superstitibus, qui, si quid literis cõprehendere ausi fuissent præter id quod hoc acciderat, falsitatis eos reuincere poterant.

HIERONYMVS. *Et dabant, &c.* hoc aceto sucus letalis pomi abstergitur. *Et non accepit.* Id pro quo patitur. Vnde de eo: *Quæ non rapui tunc exoluebam.* (Psal. 68. a.)

g *Et non accepit.* Matthæus. *Et cum gustasset noluit bibere.* Indicat Matthæus, quòd pro nobis amaritudinem mortis gustauerit, sed die tertia resurrexit.

h *Et crucifigentes eum* HIERO. Hic figitur salus in ligno. Primò infixa est mors in ligno. lignum primum, scientiæ boni & mali. Secundum boni tantum, & vitæ nobis lignum est. Extensio primæ manus ad lignum, mortem apprehendit: extensio secundæ vitam quæ perierat inuenit. Ligno hoc vehimur per mare vndosum ad terram viuentium.

i *Vestimenta sua.* BEDA. Quadripartita vestis Christi secundum numerum militum, significat ecclesiam quatuor partibus orbis æqualiter, id est, concorditer distributam.

HIERO-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Postquam. *Hic consequenter describitur iniqua sententia lata in Christum executio. vbi primò ponitur ipsius Christi iudicati crucifixio, secundo, crucifixi illusio, ibi:* Et præte. *blasphemabant. Tertio, illusi expiratio, ibi;* Et facta hora sexta, *sententia istarum partium patet ex dictis Matth. 27. exceptis quæ sequuntur.*

2 Patrem Alexandri. *Hic dicit Hieronymus, quòd nomen istius Simonis hic exprimitur ratione filiorum suorum qui erãt discipuli Christi.*

3 Et dabant. *Dicunt aliqui, quod istud vinum dicitur myrrhatum ex proprietate myrrhæ quæ est valdè amara, ista tamen amaritudo causabatur ex admixtione fellis. Alij autem dicunt, quòd non solum fuit ibi mixtio fellis, sed etiam myrrhæ.*

4 Et non accepit. *Contrarium tamen videtur Ioan. 19. f. vbi dicitur:* Cum accep. Iesus acet. &c. *Ad quod dicendum, quòd aliquid accepit ad gustandum, modicum tamen propter impletionem prophetiæ dicentis:* In siti mea potauerunt me aceto. *Et quia illud quod modicum est quasi nihil reputatur, ideò hic dicitur,* quòd non accepit, *scilicet ad perfectè bibendum.*

Erat

MORALITER.

† † *Et angariauerunt.* Sic multi portant hodie in angaria crucem pœnitentiæ.

3 *Et dabant.* Similiter hodie multi dant Christo bibere potum amarum, & diuidunt sibi vestimenta sua, rapientes bona simplicium Christianorum.

3 Et

x 2

A HIE. Vestimenta domini, mandata sunt quibus tegitur corpus eius quod est ecclesia, quia diuiduntur inter milites gentium vt sint quatuor ordines, cum sit vna fides, id est, coniugati, viduati, præpositi, separati. Sortiti sunt tunicam indiuisam quæ est pax & veritas in cunctis in modum regalis amictus vel anuli.

✠ THEOPHYLACTVS. Quod autem ponebant sorte super vestiměta eius, hoc illudentes fecerunt quasi regis vestimenta diuidentes. Etenim vilia erant non valdè pretiosa: hoc autem Ioannes Euangelista, planius exponit quia scilicet milites cætera in quatuor partes iuxta suum numerum diuidẽtes, de tunica quæ inconsutilis desuper contexta per totum, sortem miserunt.

B ✠ THEOPHYLACTVS. Scripserunt autem hunc titulum, scilicet causam propter quam crucifixus est, quasi vituperantes eius opinionem, qui regem seipsum faciebat, vt sic prætereuntes misereri non valerent, sed magis ei improperarent tanquam tyranno.

† inscriptio. †Esa. 53. d. Luc. 22. d. †Mat. 27. e. †Mat. 27. e. Luc. 23. f. Psal. 2. a.

a mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. † Et erat † titulus causæ eius inscriptus: Rex Iudęorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à dextris & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit: † Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes: † Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: Saluum fac temetipsum descendens de cruce. † Similiter & summi sacerdotes illudentes ad alterutrum cum scribis dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, Christus rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. † Et qui cum eo crucifixi erant conuiciabantur ei.

¶ Hebraice, Grece & Latine. a ¶ Oues à dextris. ¶ Hic assumitur. b ¶ Hędos à sinistris. ¶ Hic relinquitur. ¶ Latronibus. a ¶ Insultant nefarij salutem quam inchoauerat. ¶ Plurale pro singulari. ¶ Fraudulenta promissio.

mo corrumpitur vt interior renouetur, tempus est crucis. Hæc quidem etiam sunt bona opera, tamen adhuc laboriosa, quorum merces requies eius. Sed ideò dicitur *spe gaudentes*, vt requiem futuram cum hilaritate expectemus in laboribus. Hanc hilaritatem signat crucis latitudo in transuerso ligno, vbi figuntur manus. Per manus enim, opera, per latitudinem, hilaritatem operantis intelligimus, quia tristitia facit angustias. Per altitudinem cui caput adiungitur, expectationem retributionis de sublimi iustitia Dei per longitudinẽ, qua totũ corpus extenditur, tolerantiã: vnde longanimes dicuntur per profundũ quod terræ est infixũ ipsum sacramenti secretum. Vnde apostolus: *Vt in charitate radicati & fudati possitis comprehendere cũ omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas & profundum.*

D †Mat. 27. e. Ioan. 19. d. †Mat. 27. e. Rom. 4. d. Ephe. 3. d. E

a *Mittentes sor.* HIERONYMVS. Super tunicam, scilicet quę erat inconsutilis. Hic sortita omnium partium significat vnitatem quæ vno vinculo charitatis continetur, quia quæ supereminet omni scientiæ, & super omnia præcepta est, quasi desuper contexta est. In sorte gratia Dei commendatur, sic enim in vno ad omnes peruenit, cum sors omnibus placeat, quia Dei gratia in vnitate ad omnes peruenit, & sors solius Dei iudicio venit vel cedit.

b *Erat autem hora ter.* HIE. Hoc propriè Marcus, nam sexta hora tenebrę suffuderunt terram, vt non quis posset mouere caput. A tricesimo namque fructu Marcus ascendit ad centesimum, id est, à tertia hora crucis vsque ad tertiam resurrectionis quæ post tres dies fuit. Tricesimus fructus in cruce, sexagesimus in inferno, centesimus in paradiso. Quasi dico, quod milites crucifixerunt eum, quod factum est hora quasi sexta secundum Ioannem, sed prius Iudæi hora tertia crucifixerunt eum qui magis dicendi sunt eum crucifixisse quamuis nitantur hoc dissimulare, quam milites qui secundum officium suum duci suo paruere.

C

c *Et erat ti.* BEDA. Titulus ostendit, quod nec occidendo potuerunt efficere, quod non esset eis rex, vnde: *Ego autem constitutus sum rex ab eo, &c.* Bene enim simul est rex & pontifex, cum eximiam patri suę carnis hostiam offerret in altari crucis, & regis dignitatem titulo prætenderet, vt cunctis insinuaret quod per crucis patibulum non perdiderit, sed confirmauerit imperium.

✠ HIERO. *Et erat titulus cau.* Quod in titulis psalmorum prænotatur, in finem ne corrũpas. Et hoc tribus linguis מלך היהודים βασιλεὺς ἐξομολογητῶν, rex confitentiam. Hæ tres linguæ in crucis titulo coniunctæ sunt, vt omnis lingua commemoraret perfidiam Iudæorum.

d *Et cum eo cru.* BEDA. Sicut dicit apostolus. *Vetus homo noster simul cum illo crucifixus est vt destruatur corpus peccati, vt vltra nõ dominetur super nos peccatum.* Quamdiu ergo agunt opera nostra vt euacuetur corpus peccati, quamdiu exterior homo

e *Duos latrones.* BEDA. Latrones qui cum domino crucifixi sunt, signant eos qui fide & confessione Christi, vel agone sui martirij, vel quamlibet arctam continentiam subeunt. Et qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis merito & fide signantur. Qui autem pro humanæ gloriæ vel qualibet minus digna intentione, sinistri latronis mentem imitatur & actus.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Erat sane Israel quod quidem ad Iudæorum stadium & scopum attinebat, nihil aliud, quam mera indignaque quędam contumelia: reipsa autem prophetię illius, *Et cum iniquis reputatus est* fida expletio, & in mentem reductio erat.

✠ THEOPHYLACTVS. Vt scilicet homines prauam opinionem contra eum conciperent, quod & ipse latro & maleficus esset.

HIERO Cum iniquis veritas deputata vnum relinquit sinistrum, alterum assumit dextrum; sic faciet in die iudicij, ex simili crimine dissimiles sortiuntur vias. Alter præcedit Petrum in paradisum, alter Iudam in infernum. Confessio breuis vitam acquirit longam, & blasphemia finita pœna plectitur æterna. Hic pullus Iudæ ligatur ad vitem ἀναβόλαιον id est, pallium tingitur in sanguine vuæ, hic lacerant hœdi vineam.

F

f *Mouentes ca.* HIERO. Emittitur mors iniquorum quando excitantur vincula inferni vsque ad ceruicem, quæ est ceruix humani generis.

g *Alios sal.* HIERO. Etiam nolentes confitentur, quod alios fecit saluos, & se propria damnant sententia, quia alios saluos fecit & se si vellet saluare poterat.

h *Descendat nunc.* Plus est de sepulchro surgere, & tamen non crediderunt. *Hi omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt*

Psal. 13. a.

i *Et qui cum eo.* BEDA. Secundum Lucam vnus latro blasphemabat dicens. *Si tu es Christus, saluum fac te & nos.* Alter eum redarguit & dicit: *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum.* Sic hodie qui ficto corde & ficta mente dominicæ passionis sacramenta gestant ad mundi gaudia liberari à domino cupiunt, & ideo à domino contemnuntur, nec vlla responsione digni iudicantur. Qui autem cum Apostolo in cruce Christi glorian-

Luc. 23. e.

NICOLAVS DE LIRA.

i Erat au. Io. xix. c. *dicitur*: Erat autem hora quasi sexta. *secundum veritatem erat hora media inter sextam & tertiam, medium verò denominatur ab vtroque extremorum, & ideò ab euangelistis aliquando denominatur tertia, aliquando sexta.*

Videns

MORALITER.

† *Et cum iniquis reputatus est.* Sic fit hodie ipsius membris per iustitię subuersionem in multis locis.

† *Et pretereuntes blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes.* Hoc similiter faciunt detractores bona facta membrorum Christi denigrantes.

Et † *Deus*

gloriantur ita potius à præsentibus ærumnis optant exui, vt spiritumsanctum suum in manus Dei commendent, vnaque cum Christo regni cœlestis participes esse desiderent. Vnde dominus preces eius qui salutem quærebat piè audiuit, quia qui in tribulationibus positi à domino tantum temporalia solacia quęrunt, & à temporalibus separantur & æternis priuantur; qui cælestia petūt ad ea sine dubio Christo mediāte & miserante perueniunt.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Hanc de latronibus historiam Lucas accuratius prosequitur. Matthæus enim & Marcus rem hanc breuiter attingunt; scribūt autem latrones, qui cum illo crucifixi erant æquè ac cæteros, conuicia in Christum detorsisse. Lucas verò alterum quidē ex illis Iesum conuitiatum narrat; alterum verò conuitiatoris insolentiam graui oratione compressisse. Cui proinde magna magnusque honos à Christo promissus sit: Fieri nihilominus potuit initio vtrumque, quod causam propter quam dominus ad mortem condemnatus fuerat ignoraret, blasphemasse, postea verò Christi innocentia comperta alterum quidem conuitijs vale fecisse; alterum verò insanabili animi malitia detentum, post cognitam quoque domini innocentiam conuitiari perrexisse.

a ¶ Sol refugit quia non potest videre mortem Christi & collaborat laborantī. Vel nē impij blasphemantes sua luce fruerentur.

b Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt † per totam terram vsque in horam nonam. † Et hora nona exclamauit voce

a ¶ Beda, vt homo loquitur, vt homo fiet, vt homo crucifigitur, vt homo turbatur.

magna Iesus dicens: † Eloi eloi lammaazabthani quod est

¶ Hiero. principium est vicesimi primi psal quod enim in medio ponitur: respice in me, in Hebręo non habetur.

c interpretatum Deus meus Deus meus, vt quid me dereliquisti. †

d Et quidam de circumstantibus audientes dicebant: Ecce Eliam

a ¶ Ipsos canos igni aptos.

e vocat. † Currens autem vnus, & implens spongiām aceto,

a ¶ Dolo, malicia. b ¶ Amaritudinem. c ¶ Dulcedini.

circūmponénsque calamo potūm dabat ēi, dicens: Sinite, vi-

¶ Qui de cœlo.

f deamus si veniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem

a ¶ Nos cum nulla, vel cum vna quæ de terra. ¶ Pater in manus tuas commendo spiritum meum. ¶ Cœlum aperitur.

g emissā vōce magna expirauit. † Et velum templi scissum est †

a ¶ Nouissimi primi. Gentilis confitetur, plebs Iudaica cæcata negat vt fiat eius error peior priore.

h in duo à summo vsque deorsum. Videns autem cēnturio, I

✠ THEOPHYLACT. Indicium sunt duo latrones duorum populorum Iudaici ac gentilis, ambo iniqui primò, sed gentilis pœnitens, Iudaicus vsque in finem blasphemans.

a *Et facta hora.* BEDA. Notandum quod hora sexta, id est sole recessuro à centro mundi crucifixus sit, & diluculo, oriente sole resurrexit, quia *mortuus est propter peccata nostra, & re. propter iust. no.* De Adam enim peccante dictum est, quod audierit vocem domini in paradiso deambulantis ad auram post meridiem inclinata iam luce fidei. Ad auram refrigescente feruore charitatis. Deambulans autem audiebatur, quia ab homine peccante recesserat: Rationis ergo imo diuinæ pietatis ordo poscebat, vt eodem temporis articulo quo Adæ præuaricanti obcluserat, latroni pœnitenti ianuam reseraret paradisi. Et qua hora primus Adam peccando mundo mortem intulit, eadem hora secundus Adam mortem moriendo destrueret.

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. En hac ipsa hora exhibetur quod Iudæi ante à Christo petiuerant, nempe signum cœleste; hoc autem paulò pòst aliud maius consequitur; & quodnam illud? Illud vtique quod dominus se daturum promiserat *Generatio*, aiebat, *mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ prophetæ*, & alio rursum loco. *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum.* Etenim multo admirabilius erat, cum ex cruce adhuc pendebat; virtute illius hæc accidisse, quàm si cum in terris adhuc ambulabat, euenissent.

b *Tenebræ fa.* HIERO. Hic adest Noe inebriatus ac nudatus cœlo ac terra ebrioso palio tectus, & ab homine irrisus hic stillauit de ligno sanguis.

c *Deus meus.* HIERO. Inde inscribitur psalmus iste. Pro assumptione matutina, quā Christus ad crucem ducitur, Verba filij hominis in propheta, Vnde etiam sequitur iuxta Lucam, *In manus tuas commendo spiritum meum.* Nona hora, inuenitur euersa domo decima drachma quæ perierat.

✠ THEOP. Vel hoc loquitur homo crucifixus Deo pro me. nos enim homines sumus derelicti, ipse namque à patre derelictus fuit. audi enim quæ dicat, *non sum solus sed pater mecum est.* Etsi etiam hoc. pro Iudæis dixerit secundùm carnem Iudæus existēs. acsi diceret: vt quid populum Hebraicum dereliquisti vt tuum crucifigeres filium, sicut enim aliquando consueuimus dicere Deus induit me, id est, meam naturam scilicet humanam: sic & hic dereliquisti me, oportet intelligere humanā naturam vel Iudaicum populum.

d *Et quidam.* Non omnes. Forsitan milites Romani nō intelligentes proprietatē Hebræi sermonis, ex eo quod dicitur Eloi, putauerunt Eliam ab eo vocari. Vel Iudæi solito sibi sermone verba domini deprauātes imbecillitatis infamabant eum quod Eliæ vocaret auxilium.

e *Currens autē.* BEDA. Ioannes pleniùs dicit: *Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt vt consummaretur scriptura dicit. Sitio. Vas ergo positum erat aceto plenum, &c.* q.d. Hoc minus fecistis, date quod estis. Erant enim acetum degenerantes à vino prophetarum & patriacharum, tanquam de pleno vase de iniquitate huius mundi pleni, cor habentes sicut spongiam cauernosis & tortuosis latibulis fraudulentum. Hissopo circumposuerunt spongiam aceto plenam. Issopus herba humilis pectus purgans, Christi significat humilitatem, quam circundederunt & circunuenisse putauerunt. vnde: *Asperges me domine Hissopo, & mundabor.* Christi enim humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum *factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis*, sanguis eius in mundationem nostram fusus non esset. Per arundinem cui imposita est spongia, scriptura significatur, quæ hoc facto impletur, quia arundine scribitur, sicut locutio (quæ per linguam formatur) lingua dicitur. Vnde linguam Græcam & latina dicimus. Hier. *Currens autem.* Inuenit similitudinem eorum. Spongiam concauam, ætatem aridam, ignibus aptam, implet aceto, hoc malicia & odio vel dolo: de quo, *dominus plantauit vineam Soreth: Et quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienæ: & expectaui vt faceres vuas, & fecisti spinas.*

f *Iesus au.* BE. Quid dixerit Lucas aperit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum & hoc dicens expirauit.* Quod autem dicit Ioannes: *Cum accepisset acetum dixit, consummatum est: & inclinato capite tradidit spiritum.* Inter hoc quod ait: *Consummatum est, & illud: Inclinato capite emisit spiritum*, emissa est vox illa magna, quam Ioannes tacet, cæteri commemorant: *In manus tuas, &c.*

HIE. Iesus autem. Infirmata etenim carne mox virtus diuina inualuit quæ dicit: *Aperite mihi portas iustitiæ, &c.* Nos autem cum nulla, vel vna voce morimur qui de terra sumus. Ille enim cum exaltata voce expirauit qui de cœlo descendit.

g *Et velum te.* Vt arcam testamenti, & omnia legis sacramenta quæ tegebantur appareant & ad gentes transeant. Ante dicebatur: *Notus in Iudæa Deus in Isra. m. n. e.* Nunc autem: *Exaltare super ce. Deus & in omni, &c.* Et in euangelio prius. *In viam gentium ne abieritis.* Et post passionem: *Ite & docete omnes gentes.*

✠ VICTOR ANTIO. Vna hęc vox & velum templi discidit & monumenta aperuit & domum Dei desertam reddidit, fecit hoc autem non in templi contumeliam, sed in sacerdotum notam. Oportebat adhuc vaticinium quod de futura templi desolatione editum extabat impleri. Oportebat æquè legis vmbra iam consummata iustificatisque per fidem in Christum sancta sanctorum iam tandem patefacta demonstrare.

h *Videns autem.* Ostenditur quare centurio miratur, quia vidit cum

[Marginalia: Mat. 27. e; Ioan. 19. f; Rom. 6; Gen. 3; Mat. 12; Luc. 23. f; Psal. 50. b; Phil. 2. b; Esa. 5. a; Luc. 23. f; Ioan. 19 f; Luc. 23. f; Psal. 117. e; Psal. 75. a; Ibidē 56 b; Mat. 10 a; Ibidē 28. d; Ioan. 19. f; Mat. 27 f; Luc. 23. f]

NICOLAVS DE LIRA.

I Vi. au. cen. q. ex aduer. *Videbat enim, quod illa vox non poterat naturaliter formari ab homine, sic propinquo morti, & ideò conclusit, quod esset formata virtute Dei dicens:* Verè hic homo filius Dei erat.

MORALITER.

† † *Deus me.* Propter quod non debet Christianus mirari si à Deo permittitur per malos tribulari, quia sic suo capiti conformatur.

† *Et velum templi scissum est.* 1. Corin. 3. d. dicitur: *Templum Dei sanctum est quod estis vos* & ideo velum huius templi scinditur quando per compassionem mortis Christi fidelis ab omni terrenorum inordinato amore separatur.

I *Videns autem centurio.* Per hoc quod iste gentilis confitebatur in Christo veritatem deitatis, significata fuit illuminatio futura gentium, & excecatio Iudæorum.

A eum sic expirasse, id est, spiritum emisisse. Nullus enim habet potestatem emittendi spiritum nisi conditor animarum.

✠ HIERONYMVS. Gentilis populus confitetur, Iudæa cæcata negat, vt fiat eis error peior priore.

✠ THEOPHYLACTVS. Et sic ordo conuertitur, dum Iudei occidunt, & gentilis confitetur, & discipuli fugiunt, & mulieres expectant, Centurio autem dicitur qui centum militibus præest.

a *Verè, &c.* HIER. Nota quod centurio ante crucem in ipso scandalo passionis verè filium Dei confitetur: & Arrius in ecclesia prædicat creaturã. Vnde meritò per centurionẽ fides ecclesiæ significatur, quæ velo mysteriorum cœlestium per mortem domini reserato cõtinuò Iesum & verè iustum hominem, & verè filium Dei synagoga tacente confirmat.

b *Erant au.* HIER. Sicut non excluditur muliebris sexus à salute per Mariam virginem: ita non repellitur à mysterio crucis scientiæ & resurrectionis per viduam Mariam Magdalenam & cæteras matres.

c *Iacobi minoris & Ioseph.* BEDA. Minorem Iacobum dicit Iacobum Alphei, qui & frater domini, eo quod esset filius Mariæ materteræ domini. De qua Ioannes. *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius & soror ma. eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalena.* Cleophæ videtur eam dicere à patre vel à cognatione.

C d *Et cum iam serò esset, &c.* BEDA, παρασκευὴ Græcè, præparatio Latinè. Hoc nomine Iudæi inter Græcos morantes sextam sabbati appellabant, quia in eo quæ sabbato erant necessaria præparabant secundum quod de manna dictum est: *Sexta die colligetis duplum, &c.* Quia ergo sexta die homo factus est, & tota mundi creatura perfecta est, septima autem conditor ab omni opere suo requieuit: Vnde & hunc sabbatum, id est, requiem dici voluit; rectè saluator eadem sexta die crucifixus hominem restaurauit. Ideòque cum accepisset acetum dixit: *Consummatum est*, id est, diei sextæ opus completum est quod pro mundi reparatione suscepit, sabbato autem in sepulchro requiescens, resurrectionis quæ octaua die futura erat, expectabat exitum, vbi nostræ deuotionis & retributionis prælucet exemplum, quos in hac sexta ætate, pro domino pati, & mundo necesse est crucifigi. In septima verò ætate, id est, cum læti quisque debitum soluerit, corpora quidem in tumulis, animas autem in secreta pace cum domino gaudere, & post bona opera oportet quiescere, donec octaua veniente ætate & ipsa corpora resurrectione glorificata cum animabus simul incorruptionem æternæ hæreditatis accipiant.

e *Venit Ioseph.* HIERON. Ioseph venit serò parasceue ab Arimathia, quæ interpretatur deponens, ad deponendum corpus Christi in monumento. *Nobilis decurio expe. redem. Dei. Intrauit ad Pila. & petijt cor. Iesu.* Ioseph inuoluit syndone, in syndone inuolutum corpus posuit in monumentum quod excisum erat de petra & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Mariæ aspiciunt vbi poneretur. Hæc omnia cõgruunt ad populum Iudaicum in fine credentem, qui nobilitatur fide, vt Abrahæ sit filius deponit desperationem, expectat regnum Dei, intrat ad Christianos vt baptizetur, quod significat nomen Pilati, id est, os malleatoris, id est, qui domat gentes feras, vt regat eos in virga ferrea, & petit sacrificium quod donatur pœnitentibus in fine, id est, viaticum. Et mundo corde & peccatis mortuo, inuoluit in munimine fidei, stabilitum operculo spei per opera charitatis concludit *Finis enim præcepti est charitas.* Aspicientibus à longe electis qui sunt stellæ maris quando si fieri potest scandalizabuntur etiam electi.

---

a b qui ex aduerso * stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè
(¶ Beda. Hominem & Deum confitetur.)
hic homo filius Dei erat. † Erant autem & mulieres de longè aspicientes, inter quas erat Maria Magdalenæ &, Maria Ia-
(a ¶ Ad differentiam Iacobi Zebedæi qui inter primos apostolos vocatus est & electus à domino.)
c cobi minoris, & Ioseph mater & Salome. Et cũ esset in Ga-
(a ¶ Beda, Mos erat vt mulieres præceptoribus de sua substantia ministrarent.)
lilæa sequebantur eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ
(¶ In fine.)
d simul ascenderant cum eo Ierosolymam, † Et cum iam † serò 1
e esset factum, quia erat parasceue, quod est ante sabbatum, ve- 2 3
(a ¶ Deponens. ¶ Allego. Iudaicus populus deponens desperationem. b ¶ Quæ & Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis. ¶ Fide.)
f nit Ioseph ab Arimathia † nobilis decurio, qui & ipse erat 4 5
(¶ Ad Christianos. ¶ Malleator.)
expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & 6 †
(¶ Viaticum.)
petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset, & accersito centurione interrogauit eum, si † iam mortuus esset, & cum cognouisset à centurione, donauit corpus Ioseph †.
(a ¶ Cor mundum & peccatis mortuum.)
g * Ioseph autem mercatus syndonem, & deponens
(¶ In munimine fidei.)
eum inuoluit syndone: & posuit eum in monumento

Margin notes: * illius. — † Mat. 27. f Luc. 23. g. — Arrius gẽtilium credulitate cõfutatur. — B — † honestus cõsul. — * Ipsi. — † Mat. 27. g Luc. 23. g Ioan. 19. g — Ioan. 19. — Exod. 16. e Gen. 2. a. — D — † Mat. 27. g Luc. 23. g Ioan. 19. g — † ferum instaret. — E — † dudum mortuus. — 1. Tim. 1. — F

✠ THEOPHYLACTVS. Imitemur & nos Ioseph, recipientes Christi corpus per vnitatem, & ponamus illud in monumento exciso in petra, id est, in anima memorante & non obliuiscente Deum. Illa enim anima est ex petra excisa, id est, ex Christo qui est petra, qui continet firmitatem, inuoluere etiam debemus ipsum in Syndone, id est, in corpore puro suscipere. Syndon namque est corpus quod est animæ indumentum. Oportet igitur non solum in anima pura suscipere diuinum corpus Domini, sed & in corpore puro. Inuoluere autem oportet, sed non aperire, nam sanctum clausum est & occultum.

f *Decurio.* Officium curiæ administrans magnę dignitatis apud sæculum, maioris apud Deum fuisse legitur. Talem enim fuisse decebat, qui corpus domini sepeliret, qui & per iusticiam dignus esset, & per nobilitatem secularis potentiæ facultatem obtineret. Non enim ignotus aut mediocris ad præsidem accedere, & crucifixi corpus posset impetrare.

g *Ioseph autem.* BEDA. Ex simplici sepultura domini, ambitio diuitum condẽnatur, qui nec in tumulis possunt carere diuitijs.

* ALLEGORICE. Corpus Christi, non auro, non gemmis, aut serico, sed lineo puro obuoluendum est.

MORALITER autem, ille in syndone munda Iesum inuoluit qui eum pura mente suscipit. Hinc ecclesia sacrificium altaris non serico neque panno tincto, sed lineo terreno celebrat, sicut corpus domini in syndone munda sepultum est, sic à Papa Syluestro statutum est.

e *Venit* — ☞ *Quod*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum iam sero factum esset. *Hic describitur ipsius Christi deuota tumulatio, & patet sententia ex dictis Matthæi 27. exceptis quæ sequuntur.*

2 Quia erat parasceue. *id est, præparatio, quia tunc erat feria sexta in qua præparabantur ea quæ debebant comedi die sequenti.*

3 Venit Ioseph. *Ad sepeliendum Christum antequam intraret sabbatum in quo non erat licitum facere talia.*

4 Ab Arimathia. *Quæ antiquitus dicta est Ramatha, de qua fuit Samuel, vt habetur. 1. Regum.*

5 Decurio, qui & ipse erat, &c. *Id est, vnus de curialibus. Decuriones enim dicuntur, qui sunt de curia alicuius magni principis. Dicuntur etiam decuriones, qui accipiunt curam plebis.* (Decurio.)

6 Et audacter introiuit ad Pilatum. *Prius enim erat discipulus Christi occultus propter metum Iudæorum, sed exemplo mortis Christi animatus ostendit se publicè esse Christi discipulum, petendo eius sepulturam & exequendo.*

4 Ab — Et

MORALITER.

3 *Venit Ioseph ab Arimathia.* Sequitur.

† *Et petijt.* Moraliter Ioseph qui interpretatur accrescens, corpus Iesu petit quando persona crescens in virtutibus eucharistiam sumit. Et inuoluit in syndone, quando deuotionem suam abscondit ab humana laude. Et ponit in monumento, quando iugiter cogitat de ipso, quia monumentum dicitur quasi monens mentem per hoc autem quod sanctę mulieres aspiciebant vbi poneretur, significatum fuit quod religiosæ personę quæ sunt mundo mortuæ, debent cum eo per compassionem sepeliri, vt resurrectionis eius participes fieri mereantur.

† MORA-

a *Quod erat exci.* BEDA. Dicitur quod monumentum domini domus rotunda fuit de subiacente rupe excisa tantæ altitudinis vt homo rectus consistens vix extenta manu culmen possit attingere. Et habet introitum ab oriente, cui lapis ille magnus aduolutus atque impositus est. In eius parte aquilonari ipsum sepulchrum, id est, locus dominici corporis de eadem petra factus est septé habens pedes longitudinis, trium palmorum mensura à pauimento altius eminens. Qui scilicet locus non desuper, sed à latere meridiano per totum patet vnde corpus inferebatur. Color autem monumenti & loculi albo & rubeo dicitur esse permixtus.

A — Descriptio monumenti domini. — † Mat. 27. g — B

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Ex hoc autem Iosephi facto & summam animi illius constantiam & fortitudinem spectare licet (parum enim aberat quin vitam ipsam Christi causa impenderet: Quippe qui Iudæorum omnium inimicitiam propter illum in se susciperet) & summum rursum eiusdem erga dominum nostrum studium & beneuolentiam. Non ob id solū, quod corpus à Pilato impetratum honorificentissimè & sumptuosissimè sepeliret, verùm ob id etiam, quod in proprio eoque nouo monumento illud conderet. Interim quod Christus dominus non in veteri, sed in nouo monumento conditur, illud non citra peculiarem Dei prouidentiam & sapientiam accidit, siquidem per hoc vnum præcautum est, ne vlla prorsus suspicio oboriri possit alium pro alio inde resurrexisse.

C — D

a ¶ Quæ est Christus. b ¶ Per opera charitatis. ¶ Alias in. c ¶ Operculum fidei.

a quod erat excisum de petra & aduoluit lapidem ad ostium

a ¶ Electi qui sunt stellę maris.

b monumenti. † Maria autem Magdalenæ & Maria Ioseph

¶ A longè, quia scandalizabuntur si fieri potest etiam electi.

aspiciebant vbi poneretur.

b *Maria au.* BE. Lucas dicit *quia astabant omnes noti eius à longe, & mulieres quæ secutę fuerant eum.* Sed alijs deposito corpore eius ad sua remeātibus, solæ mulieres quæ arctius amabant funus subsecutæ, quo modo poneretur inspicere curabant vt ei congruo tempore munus deuotionis offerrent.

Luc. 23. g — 1 — 2 — 3 — E

✠ VIC. ANTIO. Mulieres assident, & accuratè, vbi dominus ponatur, obseruant, quo Iudæis, quorum furiam muneribus iam forte deliniuerant, abeuntibus, demortuū Christi corpus liberius complecti contrectaréque queant. Ostendunt hæc autem ad mortem vsque magnam animi fortitudinem & charitatem magnámque in pecuniarum impensa liberalitatem & magnificentiam.

F

BEDA. MORALITER. Sanctæ mulieres die parasceues, idest, preparationis idem faciunt, cùm animę humiles & quo maioris sibi consciæ fragilitatis, eo maiore saluatoris amore feruentes, passionis eius vestigijs in hoc sæculo (quo præparanda requies futura) diligenter obsequuntur. Et si forte valeant imitari pia curiositate, quo ordine sit eius passio amplectenda, perpendunt.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1. Et aduol. *Circa enim sepulchrum erat quędam clausura, & ad ostium illius clausuræ fuit positus lapis magnus non à solo Ioseph, sed etiam ab alijs qui fuerunt cum eo in sepultura Christi.*

2 Maria au. *Id est, quæ erat mater Ioseph.*

3 Aspi. v. p. *Ad hoc vt transacto sabbatho venirent ad vngendum corpus eius.*

CAPVT XVI.

a *ET cum transf.* BEDA. Lucas dicit quia reuertentes à monumento parauerūt aromata & vnguenta, & sabbatho siluerunt quia mandatū erat, vt sabbathi silentiū à vespera vsque in vesperā seruaretur. Ideóque religiosæ mulieres sepulto domino dum licuit operari, id est, vsq; ad solis occasum vnguenta parauerūt, vt Lucas dicit. Et quia præ angustia tēporis explere nō potuerūt, mox trāsacto sabbatho, id est occidēte sole, vbi operādi licētia redijt, festinauerūt emere aromata sicut Marcus dicit vt venientes mane vngerent Iesum. Neque vespere sabbathi præoccupāte iam noctis articulo monumentum adire valuerunt.

✠ SEVERIANVS. Mulieres hoc loco fœminea deuotione discurrunt quæ non vt viuenti fidē, sed vt mortuo vnguenta deferunt ad sepulchrū, & vt sepulto parant mœroris obsequia non vt resurgenti diuinorum gaudia triumphorum.

✠ THEO. Non enim magnitudinē atque dignitatē diuinitatis Christi sapiunt, venerunt autem iuxta consuetudinem Iudæorum vngere corpus Iesu vt scilicet maneret odoriferum & ne humiditate scaturiret nam aromata virtutem habent desicatiuam humiditatem corporis absorbentia, vnde incorruptū corpus conseruant.

b *Et venientes vngerent.* MORAL. Sanctæ mulieres, quæ dominum fuerant secutæ cum aromatibus ad monumentum venerūt & ei quem viuentē dilexerunt, etiam mortuo studio humanitatis obsequuntur. Et nos ergo in eum qui mortuus est credentes si odore virtutum refecti cum opinione bonorū operum quærimus dominū, ad monumentū eius cū aromatibus venimus quod autē mane veniunt ad monumētū orto iā sole, id est cū iam cœlū ab oriēti parte albesceret, quod fit solis oriētis vicinitate, ad literā magn⁹ quærēdi & inueniēdi dominū feruor charitatis ostēditur. Mysticè autē nobis exēplū datur illuminata facie de cussis vitiorū tenebris odorē bonorū operū domino & orationū suauitatē offerre.

CAPVT XVI.

¶ Post tristia sabbatha fœlix irradiat dies.

a ET cum transisset sabbathum Maria Magda-

¶ Electi qui sunt stellę maris.

lenæ & Maria Iacobi & Salome emerunt a-

b romata, vt venientes vngerent Iesum. † Et

a ¶ Id est, sabbatho. Eadem prima sabbathi dicitur quæ nunc dominica appellatur.

¶ Theophi. vel vna, id est, prima dierum hebdomadę, sabbathi namque die hebdomadæ nuncupantur.

b ¶ Id est, requietionum quæ in sabbathis custodiebantur.

c valde mane vnā sabbathorūm veniunt ad monumentum

1 — 2 — † Mat. 28. a — Lucæ 24. a. — Ioan. 20. a.

HIE. Nunc cū aromatibus redolētibus cū sponsa & adolescentulis currunt, post eā cōspergimus librū. i. cubile mentis nostrę. *Nunc introducit nos rex in cellaria sua. Nunc surgit amica Maria, hyems abijt, pluuia recessit, flo. ap. Vox turturis audita est in terra nostra, vt flo. odo. de.* redijt sponsus de vmbra sub qua dormiunt in meridie. Post tristia sabbatha felix irradiat dies quæ primatum in diebus tenet luce prima in ea lucescēre, & domino in eo cū triumpho resurgente & dicente: *Hæc est dies quam fecit dominus, &c.*

Can. 2. d. — Ibidem 2. a — Ps. 117. d

c *Et val. ma.* HIE. Quod alius dicit diluculo. Diluculū est inter tenebras noctis & diei claritatem in qua salus venit in ecclesia declaranda more solis, qui consurgens roseam præmittit auroram, vt tantus splendor præparatis oculis possit videri, ☞ cum

---

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XVI.

1 ET cum transf. *Postquam descripta est reductio peccatoris in Deū per Christi prędicationem & suæ passionis redemptionē, hic consequenter describitur dicta reductio per suam resurrectionem & ascensionem. Et primo describitur manifestatio suæ resurrectionis. Secundo sublimatio suę ascensionis, ibi:* Et dominus quidem Iesus, *prima in duas quia primo describitur manifestatio resurrectionis per denunciationem angeli. Secundo per apparitionem ipsius domini, ibi:* Surgens Iesus. *Circa primam partem describitur aduentus mulierum ex deuotione ad sepulchrum, vbi audierunt ab angelo resurrexisse dominum & hoc est quod dicitur.*

1 Et cū transf. *Quandiu enim durauerat sabbathum non erat eis licitum aliquid emere, sed in vespere eiusdē diei terminabatur solēnitas & tunc emerūt aromata, vt in crastino bene mane veniret ad sepulchrū, ideo subditur.*

2 Et val. *Id est prima dierum illius hebdomadæ post sabbathum sicut dicitur Gen. 1.* Et factum est vespere & mane dies vnus, *id est, primus. Sciendum etiam quod omnes dies illius hebdomadę vocabantur sabbatha pro tanto quia erant festiua, eo quod solennitas paschalis durabat septem diebus prima tamen dies & septima erant celebriores intermedijs, ita quod in illis poterant emi aromata illa.*

✠ Orto

MORALITER.

† 1 *Et cū transf.* Sequitur. *Vt ve. vn.* Grego, Nos autē in eū qui mortuus est credentes si odorē virtutū referti cū operatione bonorū operū Deū quęrim⁹, ad monumētū ipsius cū aromatibus venim⁹.

A cum tempus dominicæ resurrectionis illuxit, vt tunc laudes Christi tota cantaret Ecclesia sanctarum fœminarum, quando vitam præstitit & lumen credulitatis infudit.

[Matt. 24. c]

a *Orto iam sole.* ✠ AVGVSTINVS. Quod Lucas dicit: *Valde diluculo*, Et Ioannes, *Mane, cum adhuc tenebræ essent*, Hoc exponit Marcus dicēs: *Valdè mane, orto iam sole*, id est, cum cœlū ab Oriētis parte albesceret, quod fit vtique solis Oriētis vicinitate, eius enim est ille fulgor, qui nomine auroræ appellari solet, ideo nō repugnat ei qui ait, *Cum adhuc tenebræ essent*, die quippe surgēte, reliquiæ aliquid tenebrarū tanto minus sunt, quāto magis oritur lux. Nec accipiēdū est quod ait: *Valde mane orto iam sole*, tāquā sol ipse iam videretur super terrā, sed de proximo adueniente in has partes sole, id est, ortu suo iam cœlum illuminare incipiente.

[† indutum] B

tione omnem, quæ se inter Euangelistas offerre videtur, diaphoniam è medio tollant. Aiunt itaque, alias esse mulieres, quarum fit mentio apud Matthæum, alias rursum quarum apud Marcū. Addunt Mariam Magdalenam, propter incensum erga Christum studium, omnibus se adiunxisse, eaque de causa vni illi diuersas visiones, obtigisse. Scribunt tandem tempora quibus à mulieribus ad monumentū ventū est, ab Euangelistis diuersa assignari. Secūdùm illos igitur, alij alias mulieres, alia tēpora, alia referunt visa. Atque ita vnus Euāgelista, quod ab alijs dictū vel scriptum fuerat non euertit. D

[† adolescē. tulum.]

E

e *Seden. in dex.* BE. Ad meridianā partem loci illius, vbi positū fuerat corp' Iesu. Corpus enim quod supinū iacēs caput habet ad occasum, dexterā necesse erat habere ad austrum.

a ¶ Post occasum corporis. b ¶ Christo.

a b ortò iam solè, & dicebant adinuicem: Quis reuoluet nobis 1

a ¶ Legem mortis. b ¶ Originale peccatum. 2

lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes viderunt 3

a ¶ Legem mortis.

¶ Id est, etiam infantes tangit in vtero gemitus omnium & omnibus grauis.

c reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et in- 4

a ¶ Beda. In domum, scilicet rotundam quæ erat excisa in petra.

b ¶ Regnantem in prosperis. Hic iuuenis formam resurrectionis timentibus mortem ostendit.

d troeuntes in monumentum viderunt † iuuenem seden- 5

a ¶ Quæ vera lęticia est hoste depulso regno adepto.

b ¶ Hieronymus, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit quæ præ. do. dili. se.

e tem in dextris ✝ coopertum stolà candida, & obstupue-

¶ Deus charitas est, timor non est in charitate.

f runt. Qui dicit illis: Nolite expauescere: Iesum quęri-

¶ A loco. ¶ A causa.

a ¶ Radix amara crucis euanuit, flos vitę cum fructibus erupit, qui iacuit in morte, surrexit in gloria

g h tis Nazarenum crucifixum: surrexit, nòn est hic. Ecce locus

a ¶ Mulieribus dicitur, vt nuncient Apostolis, quia per mulierem, mors nunciata est, per mulieres vita resurgens.

i k vbi posuerunt eum. Sed ite, dicitè discipulis eius & Petro, quia 6

b *Et dicebant ad inuicem.* HIERONYMVS. Aquilæ congregantur ad corpus, martyres & Apostoli vident lapidem reuolutum, qui est lex mortis, quasi dicat: *Vbi est mors aculeus tuus?*

c *Reuolutum lapidem.* BEDA, Quomodo lapis per Angelum sit reuolutus, Matthæus dicit. *[Matt. 28. a]*

ALLEGORICE autem lapidis reuolutio resurrectionem sacramentorum Christi quæ velamine literæ legis tecta erant, insinuat. Lex etenim in lapide scripta est cuius ablato tegmine, gloria resurrectionis ostensa est, & abolitio mortis antiquæ, & vita nobis speranda perpetua toto orbe cœpit prædicari. *[Exo. 24. a & 31. d. & 34. a.]*

✠ SEVERIANVS. Obscuratum erat vestrum pectus, oculi clausi, & ideò patefacti sepulchri gloriā prius non videbatis. C

d *Iuuenem.* HIERONYMVS. Non senem, non infantem, sed iocundum ætate vt dicitur: *Lætare iuuenis in adolescentia tua*, quę non est hic vera dum senio mixta. *[Eccle. 11.]*

BEDA. Mulieres Angelos vident quæ cum aromatibus venerunt, quia illæ mentes supernos ciues aspiciunt, quæ cum virtutibus ad Deum per sancta desideria veniunt.

✠ THEOPHYLACTVS. Quod Matthæus dicit Angelos sedere super lapidem, Marcus vero quod *mulieres introeuntes monumentum viderunt sedentem iuuenem*, non mireris: Nam quem viderunt prius sedentem super lapidem, ipsum etiam intus in monumento postmodum viderunt.

✠ AVGVST. Aut intelligamus Matthęum tacuisse de illo Angelo quem intrantes viderunt. Marcum vero de illo quē foris super lapidem sedentem viderunt, vt duos viderint, & à duobus sigillatim audierint quæ dixerint Angeli de Iesu, aut certè intrātes in monumentum, in aliqua septa maceriæ debemus accipere qua communitum locū tunc fuisse credibile est in aliquo spatio ante petram, qua excisa locus factus fuerat sepulturę vt ipsum viderint in eodem spatio sedentem à dexteris quem dicit Matthæus sedentem super lapidem. *[De cōsensu Euange. lib. 3. c. 24.]*

✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Non nescimus autem esse, qui varias visiones contigisse dicant, & doceant, eaque ratione

Scribit autē Matthæus, quod Angelū qui reuoluit lapidem ab ostio monumenti, primo viderunt super ipsum lapidē sedentem, qui eas intrare in locū vbi positus erat Dominus iusserat, & videre quod iam resurrexit à mortuis. Lucas autē, quod intrantes in monumentum duos Angelos stātes ibi inuenerunt. *[Mat. 28. a.]* *[Luc. 24. a.]*

GREG. Per sinistram vita præsens, per dexteram vita æterna signatur, iuxta illud: *Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplexabitur me.* Quia Christus iā præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè qui eius vitam perennem nunciabat in dextera sedebat. Qui in stola candida apparuit, quia & suæ & nostræ festiuitatis gaudia nunciauit. Illa enim Domini resurrectio, & nos ad immortalitatē reduxit, & ad Angelorum numerum restituens cœlestis patriæ damna reparauit. *[Cant. 2. b.]*

f *No. ex.* GREG. Q. d. Paueant illi qui non amant aduentū Domini vel supernorum ciuium, qui vitijs pressi de eorum societate desperant. Vos autem quid timetis quæ vestros conciues videtis? Vnde Matth. Angelum apparuisse describens ait: *Erat aspectus eius sicut fulgur, & vestimenta eius sicut nix.* F *[Matt. 28. a.]*

g *Iesum.* Salutare. Sed quia multi non substantialiter sed nuncupatiuè hoc nomine dicebantur, determinat per locum Nazarenum, & causam subdit: *Crucifi.* Atque addit.

h *Sur. non est hic.* Per præsentiam carnis, qui tamen nusquam deest per præsentiam maiestatis.

i *Ecce lo.* Ostenditur mortalitas mortalibus ad actionem gratiarum debitam, vt intelligamus quid simus & fuerimus & sciamus quid erimus.

k *Et Petro.* BEDA. Petrus vocatur ex nomine, ne desperet ex negatione. Nisi enim eum Angelus nominatim exprimeret qui magistrum ter negauerat, inter discipulos venire non auderet. Et notandum cur eum quem Ecclesiæ suæ omnipotens præferre proposuit, ad ancillæ vocem negare permisit. Hoc enim actum est magna pietatis dispensatione, vt qui futurus erat pastor ecclesię in sua culpa disceret quomodo alijs misereri deberet.

HIER. *Et Pet* Qui se indignum discipulatu indicat, cū ter magistrum negat. Sed peccata præterita non nocent, quando non placent.

☞ a *Præce.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Orto iam so. *Id est, ad ortum iam appropinquante. Sol enim potest intelligi oriri dupliciter. Vno modo perfectè, quando primo egreditur, & apparet super terram: & sic non accipitur hic. Alio modo quando lux eius incipit apparere, scilicet in aurora: & sic accipitur hic ortus solis, & ideo Ioan. 20 dicitur quod* adhuc tenebræ erant: *quia aurora media est inter tenebras noctis & lucem perfectam diei, & ideo ab vtroque potest nominari sicut medium ab extremis, quia participat naturam vtriusque extremi.*

2 Quis reuol. *Quasi dicat, non possumus reuoluere per nosipsas, quia erat magnus valde, & postea [illegible] subitur.*

3 Viderunt reuo. *Per Angelum qui venerat ad manifestandum Christi resurrectionem factam.*

4 Et introeun. *Id est, intra clausuram quæ erat circa monumentum. Dicitur autem monumentum quasi mouens mentem, scilicet illius qui aspicit vt oret pro anima sepulti & precogitet de morte propria.*

5 Viderunt iu. *Lucæ 24. a. dicitur* Ecce duo viri astiterunt secus illas in veste fulgenti, *id est, duo Angeli in specie virorum, propter hoc dicit Augustinus, quod ibi apparuerunt tres Angeli vnus extra monumētum; intra tamen prædictam clausuram sedens super lapidem reuolutum, sed intra monumentum apparuerunt duo: vnus ad caput, & alius ad pedes vbi positum fuerat corpus Iesu, vt dicitur Ioan. 20.*

6 Dicite di. *specialiter nomininat Petrum: aliter non fuisset ausus venire ad præsentiam Domini quem negauerat.*

☞ 1 Inua.

MORALITER.

† 3 *Viderunt reuolutum.* Per hoc autem reseratio mysteriorum Christi significatur, quę velamine legis in lapide scriptæ tegebantur

† *Precedet*

a *Praece. vos.* Breuis sententia in syllogismis, licet ingens in quantitate promissio. Ibi est gaudij nostri fons, aeternitatis nostrae origo praeparata est. Ibi congregantur dispersiones Israel: & sanantur contriti corde. Ibi eum videt, sicut dixit vobis. Non sicut vidistis.

Praecedet. Bene de redemptore nostro dicitur. de Galilaea namque transmigratio facta interpretatur. Iam enim à passione ad resurrectionem à morte ad vitã à poena ad gloriam transmigrauerat. Et bene post resurrectionem in Galilaea

a praecedet vos in Galilaeam: Ibi eum videbitis, sicut dixit † vobis. At illae exeuntes fugerunt de monumento. Inuase- 1
b rat enim eas pauor & tremor, & nemini quicquam dixe- 2
c runt: Timebant enim. Surgens autem Iesus mane prima sab- 3
d bathi apparuit primò Mariae Magdalenę, de qua eiecerat

¶ Non sicut vidistis. a ¶ Angelorum & hominum. a ¶ Quomodo, & vbi hęc apparitio facta sit, Ioannes plenissimè dicit.

à discipulis videtur, quia resurrectionis eius gloriam post laeti videbimus, si modo à vitijs ad virtutum celsitudinem transmigremus. Qui ergo in sepulchro nunciatur, in transmigratione ostenditur. Et qui in mortificatione carnis agnoscitur, in transmigratione mentis videtur.

B BEDA. Nota quod Marcus dicit: *Praecedet vos in Galilaeam, ibi eum videbitis sicut dixit vobis.* Nec tamen ibi visum retulit. Matthaeus autem dicit, discipulos in Galilaeam abijsse in montem, ibique Dominum vidisse & adorasse, & praeceptum ab eo accepisse eundi, docendi, baptizandi omnes gentes in nomine patris & filij & spiritussancti. Alij autem Euangelistae docent eũ antea saepius discipulis visum fuisse, maximè die resurrectionis in Hierusalem, & ipso die in castello Emaus. Quare ergo in Galilaea specialiter praecessurum, & ibi videndum praedixit, cum neque ibi solum nec primum visus sit? Quia vero specialiter haec vox non Euangelistae narrãtis, sed angeli ex mandato Domini, & ipsius domini est, prophetice dictum intelligendum est. Galilaea namque transmigratio vel reuelatio dicitur: Prius secundùm transmigrationis significationem, quod dicitur: *Praecedet vos in Galileam ibi eum videbitis*, significat, quod gratia Christi de populo Israel erat transmigratura ad gentes à quibus Apostoli nullo modo praedicantes susciperentur, nisi eis Dominus viam praeparasset in eorum cordibus. & hoc est: *Praecedet vos in Galileam.* Quod autem gaudentes mirantur, victis omnibus difficultatibus aperiri sibi ostium in Domino per illuminationem fidelium, hoc est: *Ibi eum videbitis.* Id est, ibi membra eius inuenietis: ibi corpus eius viuùm in eis qui vos susceperint cognoscetis. Secundum autem hoc quod Galilaea reuelatio dicitur: non intelligendum est in forma serui, sed in qua est aequalis patri qui dicit: *Ego diligam eum & ostendam ei meipsum*, non secundum hoc quod videbant eum, non etiam secundum hoc quod cum cicatricibus videndum & tangendum post resurrectionem ostendit, sed secundum ineffabilem lucem quae *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, secundum quod *lux lucet in tenebris & tenebrae eum non comprehend.* Illuc nos praecessit, vnde ad nos veniens non recessit, & quo praecedens non nos deseruit. Illa enim reuelatio vera est Galilaea cum *similes ei erimus, & videbimus eum si. est.* Ipsa etiam erit beatior transmigratio ex isto saeculo in illam aeternitatem, si eius pręcepta sic amplectamur, vt ad eius dexteram aggregari mereamur. Tunc enim *ibunt in ignem ęternum sinistri, iusti autem in vitam aeternam.* Hinc illuc transmigrabunt, & ibi eum videbunt, quomodo non vident impij. *Tolletur enim impius vt non videat claritatem Dei, & impij lumen non videbunt. Haec est autem vita aeterna, vt cognoscant te verum Deum & quem misisti Iesum Christum*, sicut in illa ęternitate cognoscetur, quo & nos perducet propter formam serui, vt liberi contemplemur formam domini.

(Matt. 28.b; Ioan. 1. c.; Matt. 25. d.; Esa. 26. e. secundũ 70.; Ioan. 17. a.)

b *Fugerunt.* HIERO. De futura vita dicitur: *Fugiet dolor & gemitus.* Imitantur mulieres ante resurrectionem omnium quod faciunt post, id est, quod facturae sunt fugiunt mortem & pauorem. (Esa. 35.)

D ✠ VICTOR ANTIOCHENVS. Etsi Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salomae aromata praeparauerant, attamen si Eusebio Caesariensi credimus, non sunt tres illae eę quae orto iam sole ad monumentum venerunt, sed aliae innominatae. Multae enim erãt, quae vna cũ Christo Hierosolymam ascenderant. Illae verò quę secundum Marcum, exorto iam sole, ad sepulchrum venerunt, erant admodum simplices & imperfectae. Quare etiam non noctu, sed mane ad monumentum veniunt. At hae cum ab Angelo audiuissent: *Ite & nunciate discipulis eius & Petro*, statim fugerunt, neque quicquam omnino ex ijs, quae in mandatis acceperant, caeteris patefecerunt. Metuebant E enim, neque fidem quoque quam oportebat, visioni habebant. Et quia tales erant, neque quae saluatorem viderent, neque Angelum instar fulguris fulgentem, aut duos Angelos in monumẽto sedentes, aut duos viros iuxta, vt Lucas narrat, astantes conspicerent dignae visae sunt. Viderunt autem quendam tantũ iuuenem alba stola amictum hoc est visionem animi illarũ exilitati & simplicitati plane conformen. Secũdum Eusebiũ igitur Marcus non de Magdalena, sed de alijs incerti nominis mulieribus haec narrat. Neque enim fieri potest, addit idem, vt Magdalena post tantas res visas, orto demum sole ad monumentum veniret aut quis lapidem reuolueret, anxiè inquireret. Non desunt tandem, qui Euangelistas ijs, quae in Christi resurrectione acciderunt; non interfuisse dicant; adeoque vnum quemlibet ex illis simplicissima narratione ea tantũ cõplexum, quae ex tantis illis, quae pręter omnẽ spem euenerãt, audiuerat: diuino interim spiritu rem omnem ita ordinante & administrante, vt omnibus palàm constaret, de resurrectionis miraculo, caeterisque omnibus fidei mysterijs, simpliciter, omni prorsus curiositate anxiaque disputatione seclusa, scripsisse & docuisse. Illud ipsum tamen ea sapientia & cautione, vt nunquam verè pugnantia praedicauerint, aut litteris mandauerint.

F c *Et ne.* HIER. Quia illi soli mysterium resurrectionis vident, qui meruerunt, vnde secundũ Ioan. *Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum*, vt videret quae audiuit. (Ioan. 20. a.; Lucae 24. b; Matth. 28. a)

BED. MAR. *Et ne.* q. d. Luc. *Et regre. à mo. nũ. haec o. il. vn* Mat. *Et exierunt ci. de mo. cũ ti. & gau. mag. cur. &c.* Sed possumus intelligere, quia nemini angelorum quicquam dixerunt, id est, ad ea quae ab illis audierant nihil responderunt, aut custodibus quos iacentes viderunt. Illud autem gaudium, quod Matth. dixit, nõ repugnat timori de quo Marcus scribit: vtrumque enim in earũ animo fuit, sed Matthaeus timorem tacuit.

d *Sur. au.* Mane surrexit, serò sepultus est. vt hoc adimpleret: *Ad vesperum demo. fle. & ad. ma. le.* Sepultus ergo sexta sabbathi quae vocatur parasceue circa vesperã sequenti nocte & die sabbathi, cum sequenti nocte in monumento positus, die tertia, id est, primo mane prima sabbathi surrexit. Et bene vna die & duabus noctibus in sepulchro iacuit, quia lucem suę simplae mortis nostrae, duplę mortis tenebris adiũxit. In morte enim animae & spiritus tenebamur, vnde ad nos suam, id est, carnis mortem attulit, & duas nostras soluit, simplam suam duplae nostrae contulit, & duplam nostram moriens abstulit. (Psal. 29. b.)

e *Appa. pr. Ma. Mag.* Mariae Magdalenae primò ostẽditur, de qua eiecerat septẽ daemonia: quia meretrices, & Publicani praecedũt synagogã in regnũ Dei, vt latro pręcessit Apost. Apostoli flẽt & lugẽt, quia necdũ viderũt, sed cito cõsolabũtur, vn. *Et illi aud. &c.* (Matth. 21. e)

☞ BED.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Inua. e. e. p. *Ex insolita apparitione Angeli, & ex visione custodum qui iacebant ibi quasi mortui.*

2 Et ne. *Contrarium videtur Matt. 28. vbi dicitur.* Currentes nunciate discipulis. *Quod soluit August. quia cum dicitur hic.* Nemini quicquã dixerunt. *s. de custodibus, nec etiam Angelo loquenti responderunt. sed cucurrerunt nunciare Apostolis quod audierãt & viderant*

3 Sur. au. Ie. *Hic manifestatur resurrectio per apparitionem Domini. Et diuiditur in tres partes secundum tres apparitiones.* Post hęc autẽ du. *Tertia ibi.* Nouis. autẽ. *Circa primum dicitur:* Sur. autẽ Ie. *Sciendum quod apud Heb. dies hebdomada denominatur à sabbatho: quia denominatio fit à digniori: & ideo dies illa quae immediate sequitur sabbathum vocatur, prima sabbathi, id est, à sabbatho & sic de alijs. Dixerunt autem aliqui quod Christus resurrexit media nocte, & tunc haec dictio mane nõ refertur* (Diuisio.)

MORALITER.

† *Praecedet, &c.* Quae trãsmigratio interpretatur, propter quod qui vult Deum videre, debet de vitijs ad virtutes transmigrare.

2 *Et nemini.* THEOPH. Mulieribus enim audire, non loqui datum est, discere, non docere.

3 *Surgens autem.* BEDA. Rectè autem haec mulier quę laeticiam Dominicę resurrectionis primò nũciauit, à septem daemonibus curata memoratur, ne quisquam dignè poenitens de venia commissorum desperaret, & vt ibi abundauit peccatum, superabundare gratia monstraretur.

Bed. In principio mulier autor culpæ viro fuit, executor vir erroris extitit, nunc quæ prima mortem gustauit, resurrectionē prima videt. Et ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret, quæ viro culpam transfuderat, transfudit & gratiā. Vnde hæc quę lugentibus lætitiam resurrectionis prima nunciauit, à septem dæmonibus curata memoratur, vt vbi abūdauit peccatum, superabundasse & gratia monstraretur. Septenariū enim pro vniuersitate ponit. Quę autem à septem dæmonibus, hoc est, vniuersis sceleribus liberata erat, prima resurgentem Dominū vidit, ne quis dignè pœnitens de venia desperet, vidēs eam quondam tot vitijs subditam, nec à Deo dilectam, vt ipsis Euangelistis & Apostolis resurrectionē Euangelizaret.

septem dæmonia. Illa vadens nunciauit his qui cum eo fuerant lugentibus & flentibus, & illi audientes quia viueret, & visus esset ab ea, non crediderunt. † Post hęc autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia † effigiē euntibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. † Nouissimè autem recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem illorum & duriciam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: † Euntes in mun-

a ¶ Quomodo factum fit, Lucas exponit. b ¶ Laborantibus. a ¶ Non in natura sua. ¶ Aliqui eorum. a ¶ Die Ascensionis. ¶ Vt omnes testes sint, & omnibus narrent quod communiter viderunt & audierunt. a ¶ Vt succedat credulitas. a ¶ Hierony. Nunc post acceptum spiritumsanctum, tanquam vasa limosa per ignem confirmata.

† postea. Ibidem.

a *Et illi aud.* Bed. Quod discipuli resurrectionem tardè credunt, non tam est illorum infirmitas, quam nostra firmitas, dubitantibus enim resurrectio per multa argumenta mōstrata est, quibus & nos firmiùs solidamur.

b *Duobus ex his.* Bed. Hoc Lucas apertiùs: *Oculi eorum te. ne. e. ag. &c.* Post cognouerunt eum in fractione panis. Et sicut Luc. ait: *Surgentes eadem hora re. sunt in Hierusalem, &c.* (Luc. 24. c.)

c *Ambulantibus.* Hieronymus. Fides hic laborat agens actiuam vitam, illic contemplatiua secura visione regnat. Hic per speculum cōtuemur imaginem, illic facie ad faciem videbimus veritatem. Vnde post hoc duobus ex eis &c. ambulantibus, id est, laborantibus ostensus est in alia effigie. Et illis nunciantibus non est creditum, dum sicut Moyses viderunt quod non sufficiebat eis. Vnde Moyses dicit: *Ostende mihi teipsum.* Oblitus carnis suæ postulat in ista vita quod post illam speramus in futura. (Exod. 33.)

d *Nec illis.* Beda. Lucas autem dicit. *In ve. autem congre. 11.* Et eos qui cum ipsis erant dicentes: *Quia sur. Dominus verè & ap.* Sed notādum, quia aliqui qui nō crediderunt. Vnde Marcus, *Nec illis &c.* (Luc. 24.)

Theophi. *Et illi euntes nunciauerunt cęteris nec illis crediderunt.* Dicimus quod annunciauerunt reliquis, non de vndecim loquitur apostolus, sed de quibusdam alijs. Illos enim hic reliquos vocat, quia vndecim viderant illum in ipso die, quando & hi qui ex iure reuersi inuenerunt illos dicentes: *Resurrexit dominus.* († Luc. 24. b † forma.)

e *Nouissimè autem recumbentibus illis vndecim. &c.* Beda. Quadragesimo die quando erat iam ab eis recessurus in cœlum, hoc eis maximè illo die exprobare voluit, quia his qui viderant eum resurgentem non crediderunt, antequam eum ipsum viderent, cum post Ascensionem eius prædicantibus illis euangelium gentes quæ non viderunt crediturae essent. Vnde statim adiungit Marcus, & dixit eis: *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium.*

f *Duriciam cordis: quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt, Et dixit eis: &c.* Hieronymus. Vt succedat cor carneum charitate plenum: Hinc quod cateruæ martyrum mortem huius sæculi libenter affectant, quia norunt pro temporali interitu perpetuò se esse victuros.

Omni

NICOLAVS DE LIRA.

fertur ad surgens, sed ad verbum quod sequitur, apparuit, quia illa hora primò apparuit Maria Magdalenæ. Alij autē dicunt, quod resurrexit in Aurora: & tunc ly mane refertur ad surgens, ita quod determinat horam resurrectionis. Et huius opinionis est Augustinus & communiter tenetur. (Prima apparitio.)

1 Septem dæmonia. Illa vadens. *Ex hoc dicunt aliqui, quod fuerunt duæ Mariæ, & qualibet fuit cognominata Magdalena. Vna earum fuit soror Lazari nominata à Magdalo castro, quod cessit in partem eius de hæreditate paterna, & ista non legitur fuisse dæmoniaca. Alia quæ fuit nata de Magdalo, non tamen domina illius castri & ista dicitur fuisse peccatrix, & propter peccata sua possessa à dæmonijs. Gregorius autem dicit quod fuit eadem, & quod per septem dęmonia intelliguntur omnia vitia: & vsus Ecclesiæ in officio hoc tenet.*

2 Post hæc autem. *Hic describitur secunda apparitio, quæ facta fuit duobus discipulis Christi euntibus in Emaus. Quam apparitionem describit plenius Luca 24. Et quia erant dubij in fide, vt ibidem dicitur, ideò Christus apparuit eis in alia effigie, vt per hoc designaret quod talis erat apud eos in mente. Dicunt autem aliqui quod hoc factum est per aliquam mutationem factam in facie Christi, sicut in transfiguratione per claritatem gloriæ ad horam, vt dictum fuit suprà. 19. cap. Alij verò dicunt, quod ista mutatio fuit tantum in oculis videntium, & huic dicto concordat quod dicitur de ista apparitione. Luc. 24. c.* Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. *Qualitercunque tamen factum sit non fuit ibi aliqua falsitas. Cuius ratio est quia sicut aliquid potest fingi verbis, ita & factis, primum autem fit sine falsitate, vt patet in para. noui ac veteris Testamenti, quibus aliquid fingitur verbis ad veritatem aliquam conuenientius designandam. Et eodem modo hic Christus facto apparuit in effigie, vt hic dicitur:* Et finxit se longius ire, *vt habetur Luc 24. d. vt per hoc designaretur quod erat quodammodo alienus & longinquus ab eorum cordibus quibus apparebat propter dubiū in fide: & hoc est quod dicit Gregorius Hom. 13. quia adhuc in eorū cordibus peregrinus erat eis à fide ire se logius finxit.* (Secunda apparitio.)

3 Nouissimè autem re. *Hic describitur tertia apparitio de qua dicunt aliqui, quod non fuit facta in die Ascensionis Domini, sed ante, quia hic subscribitur:* Et exprobra. incre. *Ante enim diem Ascensionis resurrectio Domini tot argumentis fuerat declarata, quod iam tunc non erant increduli. Alij autem dicunt, quod facta fuit in die ascensionis, & ad hoc concordat textus, cum dicitur.* Nouissimè autem re. *similiter quod postea subditur:* Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlū. *Ex quo videtur quod ista apparitio fuit facta immediatè ante Ascensionem suam. Ad argumentum in oppositum potest dici, quod increpauit incredulitatem non Apostolorum, sed aliquorum aliorum qui erant cum eis qui de resurrectione Christi non credebant ad plenum Apostolis. Aliter etiam dicitur quod increpauit incredulitatem Apostolorum, non quæ tunc erat in eis, sed quæ fuerat ante, sicut patet de Thoma qui non credidit alijs discipulis. Ioan. 20. & similiter alij non crediderunt Mariæ Magdalenę, quæ eum viderat, & alijs mulieribus. Et conuenienter Christus recedens ab Apostolis increpauit hanc incredulitatem ad designandum quod gentes ad quas Apostoli erant mittendi, vt patet ex sequentibus, essent merito increpandæ à Deo & condemnandæ, si non crederent Apostolis de his quæ ipsi viderant in Christo vnde subditur:* (Tertia apparitio.)

4 Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium, &c. *Id est, omni homini qui habet conuenientiā cum omni creatura, per esse enim conuenit cum inanimatis, per viuere cum vegetalibus & plantis, per sentire cum animalibus, per intelligere cum Angelis, ideo designatur nomine omnis creaturæ.*

Qui

MORALITER.

† 2 *Post hæc autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie euntibus in villam. Et illi euntes nunciauerunt cæteris, nec illis crediderunt. &c.* Per hoc significatur quod dubitantibus de fide veritas non reuelatur apertè.

† Pra-

a dum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ.

a ¶ Beda, fide quæ per dilectionem operatur.

b Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non c crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui credide- d rint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eiicient, lin- e guis loquentur nouis, f serpentes tollent, & si mortiferum quid g biberint, non eis nocebit, h super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus quidem Iesus postquam loqu- i tus est eis, assumptus est in cœlum, & k sedet à dextris Dei. l Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperāte,

a ¶ Beda. Bonis exhortationibus maliciam auferendo ab aliorum cordibus.

¶ Qui de cœlo descendit.

¶ Vnde venerat.

¶ Præceptum obedientiæ, obedientiam signa comitantur.

a *omni creaturæ*. Omni nationi gentium. Antè enim dictum erat: *In viam gentium ne abie*. vt scilicet apostolorum prius à Iudæa repulsa prædicatio, tunc gentibus in adiutorium fieret. (Matt. 10.)

HIERON. Omni generi humano, quod habet aliquid commune omni creaturæ, angelis, pecoribus, lignis, lapidibus, igni & aquæ, calido & frigido, humido & arido, quia minor mundus homo dicitur.

THEOPHYL. Vel omni creaturæ id est, credenti & nō credenti.

b *Qui crediderit, &c.* Per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea quæ in baptismo eis remittuntur, peccata extraxerunt.

THEOPHYL. Non enim sufficit credere. Nā qui credit & nondum est baptizatus, sed Cathecumenus nondum est perfectè salutem adeptus.

GREGORIVS. Fortassè autem vnusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero, verum dicat si fidem operibus teneat. vera etenim fides est, quę in hoc quod verbis dicit, operibus non contradicit.

c *Signa autem*. Nunquid si signa non faciamus, non credimus? Sed hæc in exordio necessaria fuerunt, vt fides miraculis nutriretur, fide autem ecclesiæ iam confirmata non sunt necessaria.

d *Dæmonia eijcient, &c.* Hoc hodie spiritualiter facit ecclesia, cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponit, & malignos spiritus expellit.

e *Linguis loquentur nouis*. Hoc fit dum fideles veteris vitæ secularia verba relinquunt, & sancta mysteria insonant, & Dei laudes & potentiam quantum valent extollunt.

f *Serpentes tollent.* THEOPHYLACTVS. Hoc est, dispergēt intellectuales, sicut illud: *Calcabitis super serpentes & scorpiones*: Intellectualiter intelligitur. Potest autem intelligi de sensibilibus serpentibus sicut etiam Paulus à vipera nullum habuit nocumētum. Sequitur.

THEOPHYL. Multa talia facta in historijs legimus. Multi enim & venenum bibentes per signaculum crucis illæsi conseruati sunt.

g *Si mortiferum quid, &c.* Dum pestiferas persuasiones audiunt nec ad operationes vsque perducunt, quod inde eis non nocet si mortiferum bibunt.

h *Super ægros manus, &c.* Dum proximos in bono opere confirmatos roborant exemplo bonæ operationis, super ægros manus imponunt, & benè habebunt. Hæc miracula tantò maiora, quantò spiritualia, per hoc enim animæ suscitantur non corpora.

i *In cœlum.* AVG. Nota, quod aliquando cœlos pluraliter & aliquando cœlum singulariter inuenis, sed quodam modo loquutionis abusiuæ singularia plurali numero dicimus, & plu ralia singulari. Ad orientem verò quod Psalmista dicit, euangelistæ tacent, significat Ierusalem, quæ est in orientis partibus collata. vnde apostolis videntibus ascendit, & terra multis plena miraculis vbi fidelium credulitas plus actibus quàm locutionibus eruditur.

k *Et sedet à dex.* BEDA. Et nunc omnia iudicans, in fine omniū Iudex venturus est. Stephanus autem vidit eum stantem, quia in certamine habuit eum adiutorem.

AVG. Sessionem igitur istā non accipiamus quasi sit in humanis membris positus, tanquā pater sedeat in sinistra, & filius sedeat à dextris, sed ipsam dexteram intelligimus potestatē, quā accepit ille homo à Deo. vt veniat iudicaturus, qui primo venerat iudicādus. Sedere enim habitare intelligitur, quomodo dicimus de quocunque homine, in illa patria sedit per tres annos.

l *Illi autem.* BEDA. Nota quod Marcus euangelium suū quantò inchoauit tardiùs, tantò in longinquiora tempora scribendo potrexit. Neque enim de natiuitate ipsius domini aut præcursoris eius, neque de infantia, nec pueritia cuiuslibet horū aliqua commemorans, nec de natiuitate saluatoris aliquid scribens, excepto quod in capite euangelij sui filium Dei nominat. Ab initio euangelicæ prædicationis quod per Ioannem factum est narrando peruenit, quo apostoli idem euangelij verbum per totum orbem seminauerunt.

g si ... Theo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui crediderit. *Non enim sufficit fides absque baptismo, per quem aliquis incorporatur Christo si adsit facultas recipiendi baptismum: si autem non adsit facultas, sufficit baptismus sanguinis, vt in martyribus qui pro Christo fuerunt interfecti antequam essent baptizati, vel flaminis, sicut est in habentibus fidem Christi, qui desiderat baptismum sed præueniuntur morte, antequam hoc possit adimpleri.*

2 Signa autem. *In primitiua ecclesia fides erat nutrienda & firmanda miraculis, ideò gratia miraculorum non solùm dabatur apostolis & alijs maioribus, sed etiam frequenter alijs simplicibus credentibus,*

3 Linguis loquentur. *Hoc factum est in apostolis & alijs credentibus qui erant cum eis, quando per gratiam spiritus sancti in die Pentecostes receperunt donum linguarum.*

4 Serpent. tol. *Hoc patet de Paulo Act. 28. a. Qui percussus à vipera in nullo læsus fuit, sed viperam pendentem ad manū eius in ignem excussit.*

5 Et si mortiferum quid biberint. *Quod patet de Ioanne euangelista, qui venenum mortiferum hausit, & nihil ei nocuit.*

6 Et dominus quidem Iesus. *Hic consequenter describitur ascensionis Christi sublimatio, cùm dicitur:*

7 Assumptus est in cœlum, *Non virtute aliena, sed propria. Tum ratione Deitatis qua potest omnia: Tum ratione humanitatis gloriosę, quia corpus gloriosum obedit ad nutum animę quantum ad motum localem per dotem agilitatis quæ erat in corpore Christi glorioso, & ideo nubes quæ suscepit eum ab oculis apostolorum, vt habetur Act. 1. & angeli assistentes non fuerunt ibi nisi ad ostendendum quod creatura corporalis & spiritualis subiecta est obsequio Christi.*

8 Et sedet à dex. Dei. *Si referatur ad Christum ratione deitatis, sic ista sessio importat æqualitatem cum patre, quia secundùm diuinitatem filius est æqualis patri. Si autem referatur ratione humanitatis, hoc potest esse dupliciter. Vno modo inquantum est vnita actualiter ipsi Verbo, & sic ista sessio importat quandam associationem honoris, quia eadem veneratione veneratur humanitas inquantum vnita Verbo cum ipsa deitate, sicut vestis regia cum ipso rege quando est ea actualiter indutus. Alio modo secundum se, & sic sedere ad dexteram patris designat esse in potioribus eius bonis sicut dextera est pars nobilior & potior corporis. Designat etiam quandam iudiciariam potestatem quæ communicata est ipsi Christo homini, quia sicut fuit iudicatus in forma humana, sic veniet ad iudicandum mundum, secundùm quod dicitur Act. 1. b.* Quemadmodū vidistis eum ascendentem in cœlum, *scilicet in forma humana, cui competit videri oculis corporalibus & de loco ad locum moueri,* ita veniet *in eadem forma ad iudicandum mundum, veruntamen iudicatus fuit in forma humana passibili, ascendit autem in cœlum & veniet ad iudicium in forma humana impassibili & gloriosa.*

9 Illi autem. *Scilicet apostoli & Christi discipuli.*

10 Profecti. *Secundum mandatum Christi prędictum.*

11 Prædicauerunt vbique. *Secundum quod dicitur Psalm. 18. a.* In omnem terram exi so. eo.

12 Domino cooperante. *Eos dirigendo & protegendo.*

Et sermo-

MORALITER.

† *Prǽd. euan.* Id est, omni homini indifferēter sine acceptione.

2 *Signa autem.* In nomine enim eius dæmonia eijciunt, qui dæmonum tentationes fide & signo crucis repellunt, sicut legitur de sancta Iustina: Linguis loquuntur nouis qui verba sacra habent in ore, dimissis friuolis & immundis: Serpentes tollunt qui detractores efficaciter reprehendunt, mortiferum bibunt, sed eis non nocet, qui persuasiones mortiferas audiunt sed non cōsentiunt: Super ægros manus imponunt & benè habent, qui per bona verba & opera alios à peccatis retrahunt & in bono confirmant: Et hęc signa spiritualia sunt corporalibus meliora, quantò quæ sunt animæ corporalibus præferuntur.

A ✠ THEOPHYLACTVS. Sciendum est autem & hic, quod sermo per opera confirmatur, sicut in Apostolis tunc operationes confirmabant sermonem sequentibus signis. Fiat autem ô Christe vt nostri sermones, quos de virtute dicimus, per opera confirmentur & actus, vt tandem simus perfecti te cooperante in omnibus verbis & operibus, quia te decet, & sermonum & operum gloria, Amen. D

& sermonem confirmante † sequentibus signis. 1

† per subsequentia signa.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sermonem confirmante sequentibus signis. *Sicut enim veritas quæ subiacet facultati naturali intellectus, declaratur & firmatur per reductionem ad prima principia per se nota, sic veritas quæ transcendit naturale lumen intellectus (cuiusmodi est doctrina fidei Catholicæ, saltem quantum ad principales articulos fidei) declaratur & firmatur per opera miraculosa soli Deo possibilia: Cùm enim talia fiunt ad testimonium veritatis ipsius doctrinæ, declarata est veritas, cùm Deus non possit esse testis alicuius falsitatis. Et hoc modo declarata est veritas euangelica coram principibus & potestatibus ac sapientibus huius mundi ad laudem & gloriam domini nostri Iesu Christi, Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.*

Incipit procemium venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lira super Lucam.

B FACIES bouis à sinistris ipsorum qua. *Sicut fuit dictum in principio euangelij secundum Matthæum, Ezechieli prophetæ in visione animalis quatuor facies habentis, designatum fuit Christi euangelium fore quadrifariè describendum, videlicet à Mattheo in facie humana, à Marco in facie leonina, à Luca in facie bouina, à Ioanne in facie aquilina: & ideò in verbo proposito circa Euangelium Lucæ quatuor designatur, primum est elegantia stili, cum dicitur:* Facies. *Materia libri, cum subditur:* Bouis. *Ordo Euangelij, cum dicitur:* A sinistris. *Præfixio numeri, cùm additur:* Ipsorum qua. *Circa primum considerandum, quod facies est elegantior & nobilior pars corporis, & ideò conuenienter per faciem noticia & elegantia scripturæ designatur quæ in Euangelio Lucæ specialiter reperitur, vt patet intuenti, propter quod dicit beatus Hieronymus: Sermo autem Lucæ tam in Euangelio quàm in Actibus Apostolorum comptior est & seculari redolet eloquentia, propter quod de hoc potest dici illud quod scribitur Apocalyp. 1. Facies eius sicut sol lucet in virtute sua, quia sicut claritate solis refulget tota mundi machina, sic ex descriptione Euangelij secundum Lucam tam eleganter tradita, refulget & relucet tota vniuersalis ecclesia.* C *Circa secundum considerandum, quòd licet Lucas Euangelista describat totum decursum Euangelij incipiens à Christi miraculosa conceptione, pertransiens per eius natiuitatem, conuersationem, mortem, & resurrectionem, terminans eius Euangelium in eius ascensione, vt sic ab eodem inciperet Actus apostolorum in quo terminauerat Christi Euangelium, tamen eius principalis intentio est circa Christi mortem & passionem describendam, propter quod ipse Lucas designatur in facie bouis quod est animal immolatitium secundùm traditionem legis, propter quod suum euangelium incœpit à sacerdotio Zachariæ, ad quod officium spectat immolare, & ideò materia principalis huius libri designatur in facie bouis, quia sicut dictum est, Lucas principaliter describit Iesum Christum pro nobis immolatum, propter quod de hoc potest exponi quod scribitur Prouerb. 14.* Vbi plurimæ sunt segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. *In Euangelio enim Lucæ continentur segetes plurimæ, videlicet domini nostri Iesu Christi verba quæ sunt animarum pabula, ibi etiam manifesta est fortitudo bouis. Virtus enim fortitudinis est circa terribilia bona mortis, fortis enim impauidus est circa bonam mortem, vt dicitur 4. Ethic. mori autem Christi non solùm fuit bona, sed etiam preciosissima, fuit etiam circa maximè terribilia, & ideò virtus fortitudinis Christi hominis maximè apparuit in ipsa. Et quia Lucas præ cæteris describit hanc mortem & passionem, vt dictum est, ideò de eius Euangelij descriptione conuenienter dicitur quod ibi est manifesta fortitudo bouis, quia ibi maximè relucet fortitudo Christi hominis pro nobis immolati ad modum bouis.* E *Circa tertium considerandum, quod facies bouis erat tertia in situ illius animalis habentis quatuor facies. Facies enim hominis erat prima, quia in recto aspectu prophetæ sita. & per consequens facies leonis secunda quæ erat in dextera, quia pars dextera prior est & potior sinistra, & sic facies bouis quæ describitur in sinistra parte erat tertia, prout in principio Matthæi plenius fuit declaratum, & sic inter quatuor Euangelia Euangelium Lucæ tenet tertium locum, quod notatur, cùm dicitur:* A sinistris. *In figuram huius dicitur Iudi. 7. e. quod Gedeon habebat in dextera tubam, & in sinistra lampadem. Per Gedeon vero Matthæus euangelista potest intelligi, quia Gedeon interpretatur circumiens in vtero, & Mattheus describit Christum natum de vtero virginali, Per tubam verò in eius dextera existentem, intelligitur euangelium Marci, quod est quasi quidam rugitus leonis qui assimilatur sono tubæ terribilis. Per lampadem in sinistra existentem, intelligitur euangelium Lucæ quod procedit lucidè & clarè, & ideò de hac sinistra potest exponi quod scribitur Prouerb. 3.* In sinistra illius diuitiæ & gloria. *In euangelio enim Lucæ virtutũ diuitiæ continentur actualiter & gloria virtualiter, quia per exercitium virtutum acquiritur gloria beatorum.* F *Circa quartũ considerandum, quod licet plures scripserint euãgelia, tamen quatuor sunt approbata, vt dicitur in prologo super Matthæum, & hoc propter figuram sacramenti ostensi Ezechieli prophetæ in animali habente quatuor facies, & in rota quatuor facies habente, Ezech. 1. Et iste quaternarius figuratus est in multis quaternarijs vt declaratum fuit diffusius in principio euangelij secundum Marcũ. Et vltimò designatur manifeste Apoc. 4. in quatuor animalibus oculatis ante & retro, quia euangelistæ respiciunt ad tempus præteritum & futurũ De quibus animalibus ibidem subditur, quod* requiem non habebãt die ac nocte, dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Omnipotens, cui est honor & gloria in sæcula sæculorũ, Amen.

Incipit Prologus Sancti Hieronymi in Euangelium secundùm Lucam.

LVCAS Syrus natione & Antiochensis arte medicus, discipulus apostolorum, postea Paulum sequutus vsque ad † consummationem eius seruiens domino sine crimi-

1 ¶ Vel Antiochenus. 2 4 a ¶ Petri & Pauli, sed maximè Pauli. b ¶ Commendat à conuictu. 6 a ¶ Mortem vel fidei, quia idem prædicauit. 7

† confessionem.

Incipit Postilla Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lira super Prologum Hieronymi in Euangelium Lucæ.

Diuisio. LVcas Syrus natio. *Euangelio secundum Lucam beatus Hieronymus Prologum præmittit. In quo primò exprimit beati Lucæ commendationem, secundò, suam excusationem ibi:* Quod & legentibus. *Circa primum præmittitur commendatio beati Lucæ, quantum ad euangelium ab eo descriptum, secundò, quantum ad descriptionem Actuum apostolorum, ibi:* Cui Lucæ non immeri. &c. *Prima diuiditur in tres partes, quia primò ostenditur Lucæ scriptoris authoritas, secundo, scribendi necessitas siue vtilitas, ibi: Qui cum iam essent scripta, tertio. scribendi modus seu qualitas, ibi: Cui ideo post baptismum. Circa primum declaratur Lucæ authoritas ex patria, cum dicitur.*

1 Lucas Syrus natio. *Fuit enim antiquitus Syria valdè nobilis prouincia: Et à ciuitate propria, cum subditur:*

2 Antiochensis. *Fuit enim Antiochia valdè nobilis ciuitas à Seleuco rege Asiæ ædificata, & in nomine Antiochi patris sui denominata.*

3 Arte medicus. *Vt ex medicina corporali designaretur futurus medicus spiritualis animarum.*

4 Discipulus Apostolorum. *Quia ab ipsis didicit euangelium, secundum quod ipse dicit in prologo sui euangelij vt patebit infrà.*

5 Paulum sequutus. *Quia fuit comes indiuiduus suæ peregrinationis.*

6 Vsque ad consummationẽ eius. *Per martyrium in vrbe Roma.*

7 Seruiens domino. *Fuit quantum ad exercitium boni.*

✠ Sine

a ¶ Mortali, quod ex continentia patet.
A sine criminè, Nam neque vxorem vnquam ha- 1
¶ Existens.
bens neque filios, septuaginta quatuor anno- 2
rum obiit in Bithynia plenus spiritusancto. 3 4
a ¶ A pseudo & à veris. b ¶ Hebraicè. s.
Qui cum iam essent scripta euãgelia, per Mat- 5
thæum quidem in Iudæa, per Marcum autem
¶ Inspirante. ¶ Græciæ.
in Italia, sancto instigante spiritu in Achaiæ 6
B ¶ Grecè.
partibus hoc scripsit euangelium, significans 7
a ¶ In prologo suo. b ¶ Ad differentiam præsentis qui est Hieronymi.
etiã ipse in principio ante † suum, alia esse de- †hoc
a ¶ Id est, præter hoc quod melius ordinauit. ¶ Historię.
scripta. Cui extrà ea quæ ordo euãgelicæ dispo- 8
¶ Necessaria causa. 9
C sitionis exposcit, ea maximè necessitas laboris 10
a ¶ Et maxime. b ¶ Ab omnibus prophetis prædicti.
fuit, vt primum Græcis fidelibus omni prophe- 11 12
a ¶ Quantum ad prophetas.
tatione venturi in carnem Dei Christi manife- 13
¶ Et vt.
sta esset humanitas, ne Iudaicis fabulis attenti, 14
in solo legis desiderio tenerentur, vel ne hæ- 15
reticis

reticis fabulis & stultis sollicitationibus sedu- D
16 cti exciderent à veritate, elaboraret: Dehinc,
17 ¶ Alia causa. s. tertia. ¶ Sui ¶ Baptistæ.
18 vt in principio Euangelij Ioannis natiuitate
¶ Præmissa. ¶ Ad honorem cuius.
19 præsumpta, cui Euangelium scriberet, in quo
20 a ¶ Verbo in prologo suo, & in ipso opere.
21 electus scriberet indicaret, contestans in se
Plenè scripta. Euangelistis.
22 completa esse, quæ ab aliis essent inchoata. E
¶ Lucæ.
23 Cui ideò post baptismum filij Dei à perfectio-
ne generationis in Christo † impletæ, & re- †completę
a ¶ Quia Matthæus iam scripserat. ¶ Sed. ¶ Christo, vel Ioseph, qui fuit initium natiuitatis Christi, vnde Genealogia incipit à Ioseph.
petendę à principio natiuitatis humanæ po-
¶ A spiritusancto. ¶ Scire volentibus.
testas permissa est, vt requirentibus demon-
a ¶ Per quem. s. per Christum. b ¶ Ipse vel quilibet Deum.
straret in quo apprehendens erat per Nathan F
a ¶ Dauid. Id est, in principio.
filium * introitu recurrentis in Deum gene- *Dauid
¶ Id est deducto. ¶ Alias inseparabilis
rationis admisso, indisparabilis Dei, vt præ-
a ¶ Id est, hominem in quo perfecta sunt opera sex dierum.
dicans hominibus Christum suum opus per-
fecti

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sine crimine *Quantum ad euitationem mali, quia vixit sine peccato notabili saltem post suam conuersionem. Quod declaratur per hoc quod subditur.*

2 Nam neque vxorem vnquam habens. *Ex quo patet eius continentia.*

3 Septuaginta & quatuor annorum obiit. *In prologo super Actus apostolorum dicitur:* Octoginta quatuor annos ætatis agẽs, *&c. Et dicunt aliqui, quod istud contigit vitio scriptorum à principio, ex quo alij libri sequentes in hoc sunt deficientes. Alij dicunt, quod in prologo super Actus apostolorum computantur omnes anni suę ætatis, hic vero computantur tantum anni conuersionis suę ad fidem Catholicam. Sed hoc non videtur probabiliter dictum, quia hic dicitur quod ante conuersionem fuit arte medicus. Puer autem decem annorum tantum non potest illam artem scire, & multò minus exercere, quod tamen oportet dicere secundum istos.*

4 Plenus spiritu sancto. *Ex quo patet eius fœlix consummatio.*

5 Qui cum iam essent scripta. *Hic consequenter ostenditur sua scripturæ vtilitas, ac etiam necessitas, quæ fuit duplex. Vna propter veros euangelistas, qui licet vera scripsissent, tamen aliqua de Christo omiserant, quorum notitia est valde vtilis, immò necessaria, vt de conceptione & natiuitate nostri Saluatoris, & etiam sui pręcursoris, quæ per Lucam fuerunt suppleta, vt patebit infra, vt sic quatuor euangelistæ in describendo veritatem Euangelij concordarent, & tamen singuli aliqua propria dicerent. Secunda fuit necessitas propter pseudoeuangelistas, qui sub nomine discipulorum Christi, vtpote Thomæ & Matthię, scripserunt euangelia inferentes hęreses, vt sub nomine discipulorum Christi facilius seducerent simplices, quorum falsitas ex descriptione euangelij Lucæ deprehenditur, sicut & per alia euangelia à Matthęo, Marco & Ioanne descripta. Hanc igitur sententiam ponit hic Hieronymus satis inuolutè, præmittens quod Lucas scripsit post Matthęum & Marcum, cùm dicitur:* Qui cum iam essent scripta.

6 In Achaiæ partibus. *Hoc est in Græcia.*

7 Significans etiam ipse in principio. *Id est in prologo Euangelij ab eo descripti, vt patebit infrà. Consequenter ponit causam secundam, quare scripsit scilicet ad excludendum hæreses cùm dicitur.*

8 Cui extra. *Id est, præter.*

9 Ea quæ ordo Euangelicæ. *Id est, pręter illam causam scribendi illud euangelium, quæ fuit vt veritas euangelij in quatuor euangelijs ordinaretur propter mysterium in scriptura sacra multipliciter designatur.*

10 Ea maximè necessitas laboris. *Scilicet Lucę scribentis.*

11 Fuit. *Vt elaboraret qualiter manifesta esset humanitas Christi Dei. Quia est verus homo & verus Deus.*

12 Primum Græcis fidelibus. *Scilicet esset manifesta dicta Christi humanitas.*

13 Omni prophetatione venturi in carnem. *Quia omnes prophetæ de eius aduentu prophetauerunt, secundum quod dicitur Act. 10. g.* Huic omnes prophetę testimonium perhibent.

14 Ne Iudaicis fabulis attenti, in solo legis desiderio tenerentur. *Credentes esse salutem in legis obseruatione.*

15 Ne hæreticis fabulis & stultis sollicitationibus seducti. *Per pseudoeuangelistas vel alios hęreticos.*

16 Exciderent à veritate. *Quia primi credentes de Græcia erant in fide teneri, & ideo indigebant per euangelium Lucę (qui Græca lingua scripsit) in fide solidari. Consequenter Hieronym. ponit causam primam scribendi euangeliũ, scilicet vt ea quę omissa erãt ab alijs, complerentur, & hoc est quod dicitur.*

17 Dehinc vt in principio euangelij Ioannis. *Scilicet Baptistę pręcursoris domini.*

18 Natiuitate præsumpta. *Id est, in principio Euãgelij Lucæ posita.*

19 Cui euangelium scriberet. *Scilicet Theophilo episcopo in hoc quod euangelium suum incœpit à sacerdotio.*

20 Et in quo electus scriberet, indicaret. *Id est, in quo animali electus esset ad scribendum euangelium, scilicet in figura bouis, quod est animal immolaticium.*

21 Contestans in se. *Id est, in euangelio ab eo descripto. Et bene dicit in se & non à se, per hoc insinuans quod scriptura sui euangelij esset Deo attribuenda tanquam principali scriptori.*

22 Completa esse quæ ab aliis essent inchoata. *Licet enim Matthæus de natiuitate Saluatoris scripserit, non tamen ita perfectè sicut Lucas. Matthæus etiam & Marcus conceptionem & natiuitatem præcursoris tacuerant quam Lucas expressit, & in multis aliis dicta eorum compleuit.*

23 Cui ideò. *Hic consequenter describitur modus scribendi euangelium Lucæ seu qualitas. In describendo enim Christi Genealogiam Matthęus inchoauit ab Abraham vsque ad Christum descendendo: Lucas autem ordine retrogrado inchoauit à Christo ascendendo, non solùm vsque ad Abraham sed etiam ad Deum, vt patebit infrà 3. cap. Cuius ratio fuit, quia sicut Matthæus ostendebat modum qualiter Deus venit in mundum carnem assumendo à patribus descendentibus; ita Lucas ostenderet quomodo per benedictam Christi incarnationem reducimur in Deum per veram fidem quæ etiam fuit in patribus veteris Testamenti, licèt non ita explicita sicut est in fidelibus noui Testamẽti. Hãc autem sententiam ponit beatus Hieronymus multum intricatè, sed ego accipiam verba eius non secundum ordinem scripturę sed sententia:* Cui, *scilicet Lucę,* potestas permissa est; *id est; concessa* à perfectione generationis in Christo impletæ, *id est, scribere perfectè Genealogiam in Christo impletam, quia ibi terminatur descendendo.* Et repetendę à principio natiuitatis humanæ potestas permissa est. *Id est, retrogrado modo scribere Genealogiam prędictam, in qua incipit ab humanitate Christi.* Post baptis. fi. Dei. *Quia post baptismum Christi immediatè scripsit Genealogiam prędictam, vt habetur infrà 3. cap. Ioan. Id est, propter causam quã statim dicetur prędicto modo descripsit Genealogiam:* Vt requirentibus. *Id est, scire desiderantibus.* Demonstraret in quo apprehendens erat. *Id est, ipsum Deum in quo terminat Genealogiam, in cuius apprehensione per apertam visionem consistit beatitudo.* introitu admisso gener. in disp. Dei. *Id est ipsius*

14 Ne

a ¶ Ad statum vnde cecidit. ¶ Vel propter quem omnia sunt perfecta.

A fecti hominis redire in se per filium faceret,

a ¶ Christi vel Nathan. b ¶ Ad Deum,

qui per Dauid patrem venientibus iter præ-

a ¶ Id est, preberi ostendebat.

bebat in Christo. Cui Lucæ non immeritò e- [1]
B tiam scribendorum actuum apostolorum po- [2]

¶ Bene in ministerio, quia benè scripsit.

testas in ministerio datur, vt Deo in Deum [3]

a ¶ Dicta ascensione in qua plenus Deus esse comparuit. ¶ Iuda, scilicet.

pleno & filio perditionis extincto, oratione [4]
ab ipsis apostolis facta, sorte † dominicę ele- [5] († domini)
C ctionis numerus compleretur. Sícque Paulus [6]
consummationem apostolicis actibus daret,
quem diu contra stimulum recalcitrantem [7]
dominus elegisset. Quod & legentibus ac [8]
† requi-

¶ Pro quamuis.

D [9] † requirentibus Deum etsi per singula expe- († quærentibus.)
[10] diri à nobis vtile fuerat, sciens tamen quòd
[11] [12] operantem agricolam oporteat primum de

¶ Laudem humanam. ¶ Prout.

[13] fructibus suis edere, vitauimus publicam cu-
E riositatem, ne non tam volentibus Deum de-
monstrare videremur quàm fastidientibus
† prodidisse. † Lectorem obsecro studiosè († prodesse) († Alij libri non habēt sequentia vsque ad proœmiū.)
paginas recensentem huius libri, ea quæ in-
cautè contra eas styli præcurrentis designata
vestigio sunt, non modo coniungat errori,
F sed peto meæ ignoscere ignorantiæ, & quæ
obstinatio legentis ampliata virtus exercitat
ad purum dociles, mentis meæ fauoribus meí-
que memor benignè.

NICOLAVS DE LIRA.

ipsius Christi qui secundùm Deitatem est indispar à patre, quia sic est ei ęqualis. Quem Christum. *Ponit in introitu, id est, in principio* Genera. *Id est, Genealogia ab eo descriptę:* Recur. in Deum. *Quia ad ipsum terminatur, vt dictum est, per Nathan filium. Sicut enim Mattheus ponit Salomonem filium Dauid in Genealogia Christi ab eo descripta; ita Lucas ponit Nathan filium Dauid duplici de causa. Vna est, quia Nathan dicitur fuisse filius Dauid adoptiuus, nos autem reducimur in Deū per hoc quòd efficimur filij Dei adoptiui, & idò Lucas qui scribit Genealogiam ascendendo in Deum, descripsit eum per Nathan filium adoptiuum. Alia causa est, quia Nathan interpretatur donum, & ideò figurat Christum, qui est Dei filius naturalis, & per hoc quòd fuit in nobis datus à patre, efficimur filij Dei adoptiui, quia per eum tanquā per mediatorem reducimur in Deum patrem, ideò subditur:* Vt præ. *scilicet ipse Lucas.* Hominibus Christi su. *Quia datus est hominibus à patre pro eorum salute.* Opus per. h. *Id est, conditione naturali humana in statu innocentię quæ fuit perfecta virtutibus & scientiis.* Recurre. in se. *Id est, redire in dignitatem pristinam à qua ceciderat.* Face. per fi. *Id est, per Nathan figuratiuè, ratione prędicta, sed per Christum effectiuè, qui est Dei filius secundum naturam diuinam, & filius Dauid secundum carnem.* Qui per Da. pa. ve. in Chri. *Id est, descendentibus vsquè ad Christum per generationes.* Iter præbe. in Christ. *Id est, viam & modum veniendi vsque ad Christum.*

1 Cui Lucæ. *Posita commendatione beati Lucæ in scribendo euangelium, hic consequenter ponitur eius commendatio in scribendo Actus apostolorum, cùm dicitur:* Cui Lucæ non imme. *Id est, non irrationabiliter, sed ex magna ratione.*

2 Etiam scrib. Actuum apostol. po. in mini. da. *Quia sicut suprà dictum est, fuit discipulus apostolorum & specialiter Pauli, cuius fuit comes indiuiduus, & sic vidit facta eius, de quibus liber Actuū apostolorum pro maiori parte loquitur quę certius potuit scribere tanquam visa. In principio tamen illius libri fit mentio de Christi ascensione & Matthiæ electione, & hoc est quòd dicitur.*

3 Vt Deo in Deum ple. *Christus autem dicitur Deus in Deo, quia filius semper est in patre quantum ad ipsam Deitatem, quantum vero ad humanitatem fuit plenè cum Deo patre, quando in humanitate gloriosa assumptus est ad dexteram patris, de quo fit mentio in principio libri.*

4 Et filio perditionis extincto. *Id est, Iuda proditore, de cuius morte ibidem agitur ante electionem Matthię.*

5 Oratione ab ipsis apostolis facta, sorte dominicæ electionis numerus compleretur. *Quia in electione Matthiæ apostoli præmissa oratione dederunt sortes, & cecidit sors super Matthiam & sic completus fuit numerus apostolorum duodecim à Christo electorum, de quorum numero Iudas ciciderat.*

6 Sicque Paulus. *Quia in actibus eius iste liber terminatur.*

7 Quem diu contra stimulum recalcitrantem dominus eleg. *Quia dum persequeretur Christum in membris suis, fuit à Christo electus, vt habetur Act. 19.*

8 Quod & legentibus. *Post Lucæ commendationem, hic Hieronymus ponit suam excusationem ad hoc quod ita breuiter transierat, quod fecit ad vitandum prolixitatem & curiositatem, & hoc est quòd dicit:* Quod etsi. *Id est, quamuis:* Legentibus ac re. Deum vtile fue. à no. expe. *Id est, per nos enucleari.*

9 Per singula. *Id est, particulatim & plenius.*

10 Sciens tamen. *Scilicet ego Hieronymus.*

11 Quod operantem agricolam. *Id est, doctorem.*

12 Oporteat primum de fructibus suis edere. *Id est, de doctrina sua fructum percipere, quod fit quando auditores proficiunt.*

13 Vitauimus publicam curiositatem ne non &c. videre. tam. *Id est, tantū:* Demonstra. *Id est, planè ostendere.* Deum. *Id est, veritatē de diuinis.* Quod. *Id est, quantum,* Fastidientibus prodi. *Id est, scribere ad libitum & voluntatem curiosorum, qui attediantur in auditu vtilium, & magis in subtilibus & parum vtilibus delectantur. Videtur tamen aliquibus salua reuerentia beati Hieronymi ipsam sententiam quæ planè & lucidè dici posset, verbis obscuris & intricatis obumbrasse.*

2 Vt

a QVoniam quidem. BEDA. Lucas de omnibus quæ fecit Iesus & docuit vsque in diem qua assumptus est sermonem facturus, primò eorum qui de eo falsa scripserunt redarguit audaciam. Scribit autem historico stilo. Magis enim in describendis rebus quàm exprimendis præceptis studium habuit, & historico more de narratione sumpsit exordium, & eam historiam plena digestione prosequitur.

BEDA. Nota, ea causa maximè scripsisse euangelium, ne pseudoeuangeliis esset facultas prædicādi, qui sub nomine Christi apostolorúmque conati sunt sectas perfidiæ inducere. († Quando quidem)

✠ SANCTVS TITVS BOSTRORVM EPISCOPVS. Cæteri Euangelistæ ab ipsis statim rebus initium faciunt, Lucas verò, tanquam grandia quædam expositurus, breuí exordio præmisso, rem aggreditur,

b *Multi.* BEDA. Non tam numerositate quàm hæresum diuersitate. Qui non spiritussancti munere donati, sed vacuo labore conati, magis ordinarent narrationem quàm historiæ texerent veritatem.

c *Conati.* AMBROSIVS. Conatur, qui incipit nec perficit, qui suis viribus non gratiæ Dei quæ irigat confidit, qui quod ab aliis dictum videt abolere intendit.

Proœmium beati Lucæ in euangelium suum incipit.

a ¶ Vt Basilides & Apelles & qui sub nomine Thomæ vel Matthię vel aliorum apostolorum falsa scripserunt.

a b c † QVoniam quidem multi conati [1] [2]

Incipit expositio Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lira super Proœmium.

(Diuisio) QVoniam quidem. *Hic incipit beatus Lucas scribere. Et primò suo euangelio præmittit prefationem, secundò subiungit euangelij narrationē, ibi:* Fuit in diebus Herodis. *In prefatione sua ponit duplicem causam quare scripsit euangelium, scilicet ad complendum aliqua quę à Matthæo & Marco fuerant omissa, vel minus penè dicta, & ad excludendum falsa quæ ab hereticis sub nomine discipulorum Christi scripta fuerant, sicut pleniùs dictum est in prologo Hieronymi, & hoc est, quòd dicitur.*

1 Quoniam quidem. *Id est, certè.*

2 Multi conati sunt ordinare narrationes rerum. *Id est, gestorum*

intendit. Non conatur, qui diuino spiritu res, & dicta ministrante, cœpta complet.

✠SANCTVS TITVS BOSTRORVM EPISCOPVS. *Conati, sunt,* ἐπεχείρησαν, hoc est, tentarunt, adorti vel aggressi sunt. Indicat hac voce euangelista, fuisse, qui diuinæ gratiæ præsidio destituti ad texédam euangelij historiam sese contulerāt. Matthæus enim non tētauit, sed cœlesti spiritu afflatus, cōscripsit. Idem statuas de Marco, Ioanne & Luca. Porrò Euangeliū, quod inscribitur secundùm Egyptios, tū illum rursum, quod duodecim Apostolorum titulū præ se fert, hoc ab iis prodiit qui Euangelium scribere conati sunt; feruntur permulta alia Euangelia, verum Ecclesia ex omnibus quatuor duntaxat recipit.

† aggressi. † narrationem. † eaedē.

¶ Non nos sed in nobis Deus fecit.

a † sunt ordinare † narrationes quæ in nobis ✝ completæ sunt, 1
b a ¶ Euangelij. b ¶ Non solum corporali sed potius mentis intuitu.
c rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & 2
d a ¶ Huius verbi quod caro factum est. b ¶ Et quoniam hoc est.
c ¶ Non humana voluntate, sed spiritusancto intus instigante. Cuius gratia geritur, vt id quod bonum est nobis etiam bonum videatur.

ministri fuerunt sermonis, visum est mihi † assequuto à princi- 3 4
e pio omnia, ✝ diligenter ex ordine tibi scribere optime Theo- 5 6
f phile, vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es veritatem. 7 8

a *Completa.* AMBROSIVS. Redundant per vniuersum mundum, mentes fidelium rigant & confirmant.

AMBROSIVS. Quod redundat in nullo deficit, & de completo nemo dubitat, cùm fidem affectus astruit, exitus probat.

b *Rerum.* ✠ORIGENES. Dicit autem *Rerum*, quia non secundum phantasiam iuxta hæreticos, exercuit Iesus carnalem ipsius aduentum, sed cum veritas esset, re vera negotium prosecutus est, affectum autem suum indicat ex hoc quod ait: *Quæ in nobis completę sunt.* Id est, quæ in nobis manifestissimè sunt ostensæ.

c *Nobis.* BEDA. Non solùm Marcus & Lucas auditu didicerunt quæ scriberent, sed etiam Matthæus & Ioannes multa de infantia, puericia, genealogia Saluatoris aliis narrantibus didicerunt.

d *Viderunt, & ministri fuerunt ser.* AMBROSIVS. Gemina virtus est in homine perfecto, intentio & actio. vtramque notat in Apostolis fuisse, & visionem; id est, intentionem: & ministerium, id est, actionem, vt per id quod viderint diuinæ cognitionis intelligatur intentio, per id quod ministri fuerunt eorum actio declaretur.

✠EVSEBIVS CÆSARIEN. Tradunt autem quod Euangelium suum ex Pauli ore conscripserit, sicut & Marcus, quæ ex Petri ore fuerant prædicata, conscripsit.

AMBROSIVS. Hoc verbum non prolatiuum, sed substantiuum interiori mente videtur. Vnde Moyses dicit, quia populus videbat vocem, quæ non solet videri sed audiri. Audiuit Petrus verbum, quando dictum est ei: *Veni post me, faciam te piscatorem hominum.* Ministrat quando tollit crucē, & sequitur Christum.

Exod. 20. Mat. 4. c. † plenissimę scietiæ.

e *Omnia.* BEDA. Non omnia quæ assecutus, sed de omnibus quæ ad fidem legentiū confirmandam credit idonea. Ex cōsulto enim multa præterit, quæ alij dicunt, vt diuersa in Euangelio gratia refulgeret, & propriis quibusdam libri singuli mysteriorum gestorúmque miracula eminerent.

† affectato.

AMBRO. Prolixiorem notat hunc euangelij librum quàm aliorum euangelistarum; vnde & à Paulo laudatur, quia omnia assequutus est, non quod omnia scripserit quæ nec mundus capit.

✠S. TITVS BOSTR. Quæ dicit, huc tendunt: Posteà quā omnia quæ iam inde ab exordio, acciderunt, acuratè percepi, forsan periculi expers non forem, si tanti ponderis res silentio premerem. Scripturus sum autem non quæ obiter tantum audiui, sed quæ exploratè noui, quæque ordine & exactè à primo initio consequutus sum. Commendat autem beati Lucę diligentiam ipse etiam Apostolus, scribit enim: *Misimus cum illo fratrem nostrum cuius laus est in ecclesia.*

2. Cor. 8.

f *Theophile.* BEDA. Theophilus, amans Deum, vel amatus à Deo. Qui amat Deum vel à Deo vult amari, ad se putet euangelium scribi, & vt bonum depositum sibi commendari. Non noua Theophilo promittuntur, sed eadem quibus est eruditus vt quo quid ordine à Domino gestum dictúmve sit agnoscat, quia perfectus non solum in Iesum credere, sed & fidem perpetuæ diuinatis & temporaneæ dispensationis illius debet ordinem nosse.

✠✠THEOPH. Solemus nos homines sæpe quando quis nobis sine scripturis loquitur, suspicari ne forte quid mendacij admixtū sit: quando autē etiā scribit quæ loquitur, tunc credimus quod non scripsisset, nisi vera se dicere confideret.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

rum euangelicorum, quia sicut dictum est aliqui scripserant verè, sed tamen aliqua omittendo, aliqua autem falsè hęreses inserendo.

1 Quæ in nobis completæ sunt rerum. *Id est, Euangelio à nobis scripto, quia compleuit dicta eorum qui vera scripserant, & exclusit dicta eorum qui falsa inseruerant.*

2 Sicut tradide. *Ipsi apostoli à quibus didicit veritatem euangelij.*

3 Visum est mihi. *Scilicet, veritatem euangelij modo predicto.*

4 Omnia à prin. di. ex or. *Quia incipit euangelium suum à conceptione præcursoris & Saluatoris. Quod autem dicit* omnia, *non est intelligendum quod omnia acta Christi scripseru, quia totus mundus nō posset capere tantam scripturam, vt habetur Ioan. 21. sed accipitur hic omnia, quia scripsit de omnibus necessariis, quorum noticia erat necessaria ad salutem.*

5 Optime Theophi. *Ex hoc verbo dixerunt aliqui, quod iste Theophilus fuit vir potens & princeps in Achaia, quia Paulus tali modo loquendi vtitur ad festum, Act. 26. f.* Non insanio optime feste. *Sed illud motiuum nullum videtur, quia talis modus loquendi proprius est ad prælatos qui alios debent excellere in bonitate vitæ. Itē non est verisimile, quod tantus euangelista omissis episcopis (ad quorum officium spectat euangelium scire, & de hoc alios docere) scriberet principi seculari euangelium. Et ideo melius videtur dicendum, quod fuit episcopus, vt dictum est sup. & hoc videtur per hoc quod subditur:* Quibus eruditus es *&c. Dicit ergo* optime Theophile, *non quod pro ipso solo scriberet, sed quia scripturam ei dirigebat pro ipsius & omnium fidelium salute.*

6 Vt cogno. *Scilicet, plenius.*

8 Veritatem eorum. *Ad fidem catholicam pertinentium.*

7 De quibus eruditus, &c. *Non tamen ita perfectè sicut post lectionem huius scripturæ.*

5 Optime

Incipit

CAP. I.

a FVit in diebus Herodis Regis Iudææ. AMBROSIVS. Vitulus sacerdotalis hostia. Per vitulum ergo hoc Euangelium figuratur, in quo à sacerdotibus inchoatur, & in vitulo consummatur, id est, in Christo qui pro mundi vita immolatur.

✠ SANCTVS TITVS BOSTROR. Meminit autem Herodis Regis, ne quem tempus quo gesta sunt quæ hic narrantur, lateat. Apellat autem Iudeorum regem, quia ea literis mãdat, quæ apud Iudæos contigerant.

b *Sacerdos quidam.* Impleuit ordinem, dixit regem, & regionem in qua fuit, sacerdotem & gentem eius & vxoren illius indicat.

BED. AMBROSI. Non solum à parentibus, sed etiam à progenitoribus nobilitas Baptistæ monstratur, non sæculari potestate sublimis, sed religione. Tales enim parentes prænuncius habere debuit, vt quasi iure naturę infusam fidem aduentus Christi prædicaret.

AMBROSIVS. Docet diuina scriptura in his quos commendare volumus, non solùm mores, sed etiam parentes oportere laudari, vt quasi hæreditario iure puritatem habere videantur illi quos laudamus. Nobilitatur itaque Ioannes baptista parentibus, miraculis, moribus, munere, passione, sic Samuel, sic Isaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris reliquit,

c *Zacharias* Zacharias, memor Domini: Cui apparet Angelus à dextris altaris, quia ei qui memor Domini est, demõstratur mysterium.

Incipit Euangelium secundùm Lucam.



CAPVT I.

¶ Iam alienigena regnabat.

FVIT in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia, & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth. Erant autem ambo iusti antè Deum,

a ¶ Non coram hominibus, quia omnis sterilis in lege maledicta fuit. b ¶ Qui non fallitur vt homines.

d *De vice Abia.* BEDA. Abia, pater Dominus. Et apertum fuit vt in tempore officij patris Domini conceptus esset iste qui patrem Dominum prædicaret.

Cùm Dauid cultum Domus Domini ampliaret, ministeria sacerdotum in 24. sortibus diuisit. In quibus familiã Abia de qua Zacharias, sors octaua contigit, vt præco noui Testamenti in octauæ sortis vice nascatur, quia per octo, nouum, sicut per septem Testamentum declaratur vetus.

e *Et vxor illius de filiabus Aaron & nomen eius.* ✠ SANCT. TITVS BOSTROR. Cùm Zachariam vtrinque legitimum sacerdotem extitisse ostendere vellet, vxorem illius de filiabus Aaron ortum duxisse asserit.

f *Elizabeth.* Elizabeth, Dei mei saturitas, signat Mariam quæ plena Deo fuit.

g *Erant autem ambo.* BED. AMBROS. Plena laudatio quę genus in maioribus, mores in æquitate, officium in sacerdotio, factum in mandatis, iudicium in iustificationibus comprehendit.

h *Iusti ante Deum.* AMBROSIVS. Non enim omnis qui iustus est ante homines, iustus est ante Deum. Aliter enim vident homines, aliter Deus: homines in facie, Deus in corde. Ideóque fieri potest, vt aliquis affectata bonitate populari iustus videatur mibi iustus tamẽ non sit ante Deũ, si iustitia nõ ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur.

✠ SANCTVS TITVS BOSTROR. Iustum esse ante Deum, id demũ solidæ perfectæq; laudis est. Solus námque Deus est, qui hominum corda exactè perspecta habet.

Mandatis

Incipit Postilla Venerabilis Patris, Fratris Nicolai de Lira super Euangelium secundùm Lucam.

CAPVT I.

Diuisio. FVit in diebus. *Hic incipit Lucas narrationem euangelij: Et diuiditur in quatuor partes, quia primò describitur Saluatoris ingressus in mundum per suam incarnationem. Secundo, eius progressus de mundo per suam prędicationem. 3. cap. Tertio, eius egressus de mundo per suam passionem 22. cap. Quortò eius regressus ad patrem per suam resurrectionem & ascensionem 24. cap. Prima in duas, quia primò describitur pręcursoris & Saluatoris conceptus. Secundò vtriusque ortus, circa medium huius cap. ibi:* Exurgens autem Maria. *Prima adhuc in duas quia primò describitur conceptus præcursoris, secundo ipsius Saluatoris, ibi:* In mense autem sexto. *Circa primum, conceptus pręcursoris ostenditur mirabilis ex tribus, primò ex parentum conditione, secundò ex angelica nunciatione, ibi:* Factum est autem cum sacerdotio. *Tertiò ex patris increduli punitione, ibi:* Et dixit Zacharias. *Circa primum in describendo conditionem parentum beati Ioannis præmittitur tempus regis sub quo fuerunt, cùm dicitur:*

1 Fuit in diebus Herodis regis Iudææ. *Quia Iacob patriarcha spiritu prophetico dixit Genesis quadragesimo nono. b. Signum aduentus Christi quando regnum Iudaę esset translatum ad alienigenam, secundùm quod dicitur ibidẽ:* Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, &c. *Iste autem Herodes fuit alienigena, quia pater suus fuit Idumęus.*

2 Sacerdos quidam nomine Zacharias. *Per expressionem nominis intelligitur quòd iste fuit famosus in vita & doctrina.*

3 De vice Abia. *Secundùm quod dicitur primi Paralipomenon vigesimo quarto a. Dauid volens ampliare cultum Dei ordinauit de vigintiquatuor generationibus vigintiquatuor sacerdotes, qui successiuè seruirent per hebdomadas in templo Domini, & octaua sors cecidit super Abiam, vt ibi dicitur, de quo descendit iste Zacharias.*

4 Et vxor illius de filiabus Aaron. *Hoc exprimitur, quia propter dignitatem sacerdotalem filię de tribu Aron diligentius & honestius seruabantur.*

5 Et nomen eius Elizabet. *Quod nomen exprimitur propter eius bonam famam & vitam, sicut dictum est de Zacharia; vnde subditur.*

6 Erant autem ambo iusti ante Deum. *Hoc dicitur ad excludendum hypocrisis fictionem.*

Inceden-

MORALITER.

† 1 *Fuit in diebus Herodis regis Iudææ sacerdos.* Inter Euangelistas Lucas significatur per mysticum vituli vultum qui est animal immolaticium, quia prædicauerat Christum pro nobis immolatum. Immolare verò pertinet ad sacerdotis officium, propter quod à sacerdotio Euangelium incœpit.

6 *Erant autem ambo iusti.* Benè ex iustis accepit originem qui nunciare venerat iustitiam consummatam.

† *Ante Deum, &c.* Non sicut hypocritæ qui fingunt iustitiam ante mundum.

† Factum

a *Manda. & iu.* AMB. BE. Prius mandatum, secunda est iustificatio, cum enim mandatis cœlestibus obedimus, in mandatis Dei incedimus. Cum rectè & congrue iudicamus, tenere Domini iustificationem videmur.

✠ SAN. TITVS BOSTR. Cur in omnibus Domini præceptis & cæremonijs ἀμέμπτους, Hoc est, inculpatos incessisse additur? Quò hinc cognoscatur, nullum prorsus fastum, aut inanis gloriæ studiũ, aut aliud quodcunque istiusmodi vitiũ in animo fouisse.

b *Sine querela.* Ecce temperata iustitia. Plerũque durior iustitia hominum querelam prouocat, vnde Apostolus: *Prouidentes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* Et Ecclesiastes: *Ne sis multum iustus.* Vel, *Incedentes in omnibus manda. & iustificationibus Do. sine quer.* Id est, sine conscientia vanæ laudis.

a ¶ Non quod non peccauerint, sed quia per gratiam Dei abluti peccare desierint.

a incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domi- 1 2

¶ Duæ causæ non habendi memorantur, vt maior appareat virtus.

b ni † sine querela. Et non erat illis † filius, eò quòd es- 3

c set Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. 4 5

d Factum est autem, cum Sacerdotio fungeretur Zacha- 6

e rias in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudi-

¶ Hic notatur summus.

f nem sacerdotij, † sorte exiit, vt incensum poneret, ingressus 7 8

g

† irreprehensibiles.

† sortitus est

† proles.

† Zacharias

1. Cor. 8. Eccl. 7. Ephe. 4. b.

c *Et non erat illis.* BEDA. Diuinitus procuratum fuit, vt de prouectis diuque fructu coniugij priuatis Ioannes nasceretur, vt inopinato ortu prolis & ipsos donum Dei gratius afficeret, & cæteros stupor miraculi pararet auditui futuri prophetiæ. Vnde postea subditur: *Posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas puer iste erit?*

✠ SANCT. TITVS BOSTR. Quia verò Euangelistæ in animo erat admirabilem Domini ortum orbi patefacere, simulque eum, qui nostri causa in medium prodibat, naturæ opificem esse ostendere, præmittit sterilis mulieris partum. Subdit enim: *Et non erat illis filius eò quod esset sterilis.*

✠ CHRYSOST. Non solum autem Elizabeth erat sterilis, sed & Patriarcharum coniuges, Sara, Rebecca, Rachel, quod dedecus erat antiquis. Non possumus dicere quod peccati effectus esset sterilitas, cuncti enim iusti, cũcti virtuosi. Hæc autẽ fuit sterilitatis causa, vt cum videris virginem parientem Dominum non sis incredulus, excitans mentem tuam in alium sterilem.

✠ THEOPHYL. Et vt etiam tu addisceres quod lex Dei multiplicationem filiorum non appetit corporalem sed magis spiritualem, *Processerant ambo* non solum secundum corpus, sed secundum spiritum, ascensiones in corde ponentes, & vitam suam vt diem, & non vt noctem habentes, quasi in die honestè ambulantes.

d *Factum est autem.* Cum ex præcepto Moysi vno sacerdote decedente, vnus succedere iubeatur, tempore Dauid statutum est vt vicissim ministrantes per octonos dies à sabbatho vsque ad sabbathum tempore vicis suæ singuli castimoniæ studerent, nec interea domum tangerent.

e *In ordine vicis suæ ante Deum.* AMBRO. Zacharias designatur summus sacerdos, qui vno tantum anni tempore solus intrat templum, cũ sanguine quem offert pro populo. Qui tunc forte quærebatur, cum verus sacerdos adhuc ignorabatur qui in æternum permaneret, & tunc vices erant, nunc perpetuitas. Solus intrat, quia illum significat cuius sacrificium non esset commune cum cęteris.

f *Sorte.* BEDA. Non noua tunc sorte electus, quando incensum erat adolendum, sed prisca sorte prælectus, cum primum ex ordine sui pontificatus in vicem Abia succederet. Hæc solemnitas septimo mense celebrabatur, & dies expiationis siue propitiationis vocabatur, quando solus pontifex introibat in secundum tabernaculum cum sanguine. In quo significatur Iesus sacerdos qui impleta dispensatione carnis, cœli secreta subiit, vt propitium faceret nobis patrem & interpellaret pro peccatis eorum qui adhuc pro foribus expectant orantes & diligunt aduentum eius. Pulchrè igitur ea die descensio eius per Angelum nunciatur, qua eius per legem ascensio figurabatur, quia *qui descendit ipse est qui ascendit*, qui quodammodo prædicitur dum ille promittitur præcursurus.

g *Ingressus in templum.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Ingressus Zacharias in templum vt preces ferret pro cunctis ad Deum, & quasi Dei & hominum mediator, vidit Angelum intus stantem.

AMBROSIVS. Ingreditur Zacharias templum, id est, Christus in Mariam, populus orat libertatem de captiuitate. Apparuit non dixit, venit, quia ante ibi erat. Zacharias turbatur, id est, Iudæi adueniente Christo.

☞ ✠ SAN.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Incedentes in omnibus mandatis. *Quantum ad obseruantiam moralium præceptorum.*

2 Et iustificationibus Domini. *Quantum ad obseruantiam ceremonialium.*

3 Sine querela. *Quantum ad obseruantiam iudicialium, quia pacificè ad proximos se habebant.*

4 Et non erat eis filius. *Cuius duplex causa subditur. Vna specialis mulieri, scilicet sterilitas: Alia communis viro & mulieri, scilicet senectus, & hoc est quod dicitur*

5 Eo quòd esset Elizabeth sterilis & ambo processissent, &c. *Ita quod transierat tempus generandi in patre & concipiendi in matre secundum cursum communem naturæ. Ex quo apparet conceptio præcursoris miraculosa, quia non fuit per naturam tantum, sed per naturam gratia diuina adiutam.*

6 Factum est autem. *Hic describitur conceptio præcursoris mirabilis ex denunciatione Angelica. Et primò describitur loci conditio. Secundò denunciatio Angeli, ibi:* Apparuit autem. *Circa primum dicitur* Factum est autem. *Patri enim existenti in loco sancto, scilicet in templo & in diuino officio occupato, facta est diuina denunciatio de prole habenda, ad denotandum sanctitatem futuram prolis.*

7 Sorte exiit. *Quia distributiones hebdomadarum in quibus successiuè debebant vigintiquatuor sacerdotes ministrare, vt dictum est, fuerunt distributę per sortem, vt habetur.* 1. *Para.* [illegible]

8 Vt incen. poneret. *Ex hoc loco dixerunt aliqui, quod Zacharias fuit pontifex vel summus sacerdos, quia incensum ponere semel in anno intra sanctum sanctorum, scilicet in festo expiationis soli summo sacerdoti erat licitum, & hoc videtur dicere beatus Ambrosius, & Beda super locum istum, & tempus conceptionis præcursoris videtur concordare, quia festum expiationis celebrabatur decima die septembris, & post illud fuit conceptio beati Ioannis circa finem eiusdem mensis, reuerso Zacharia ad domum suam post completionem sui officij, & sic ab illo tempore vsque ad natiuitatem beati Ioannis fluxerunt nouem menses, qui continent periodum à conceptu pueri vsque ad natiuitatem. Sed qualiter ille Zacharias fuerit summus sacerdos non legitur, ideò ad declarationem huius dixerunt aliqui, quod vigintiquatuor sacerdotes prædicti erant æquales in ordine & in dignitate, non tamen simul sed successiuè, quia ille in cuius hebdomada festum expiationis cadebat, erat summus sacerdos toto illo anno. Et ad hoc confirmandum inducunt illud quod dicitur Ioannis* 11. *quod* Caiphas erat pontifex anni illius. *Dicunt ergo quod Zacharias fuit summus sacerdos anno illo, eo quod prædictum festum cecidit in hebdomada ipsius, sed quia nulla scriptura autentica, neque Iosephus, neque alij historiographi describentes sacerdotium Iudæorum, aliquam mentionem faciunt de summo sacerdotio huius Zacharię, ideo saluo meliori iudicio videtur melius dicendum eũ fuisse simplicem sacerdotem. Nec ex his quæ inducta sunt, ostenditur fuisse summus sacerdos, sed magis oppositum videtur.*

Tum quia dicitur hic quod ingressus fuit templum ad ponendum incensum tantum, hoc autem licitum erat minoribus sacerdotibus: secundũ quod dicitur Heb. 9. In primo quidẽ tabernaculo quotidie intrabãt sacerdotes sacrificiorũ ministeria cõsummantes, *quia peracto sacrificio in altari holocaustorum quod erat in atrio vbi ministrabant minores sacerdotes, sacerdos, qui ibi ministrauerat lotis prius manibus & pedibus*

MORALITER

† 6 *Factum est autem.* Per Zachariam qui Domini memor interpretatur, bonus prælatus significatur, qui semper in suo pectore debet gerere Dei memoriam pro sua & suorum subditorum salute. Hic autem templum ingreditur per diligentem diuini cultus sollicitudinem, & offert incensum per feruentem orationem, & populus orat per eius informationem & Angelus apparet ei per diuinam consolationem, ideò subditur.

† *Ne timeas*

A ✠ San. Titvs Bostr. Quandoquidem Deus & Dei Angelus non apparent promiscuè omnibus, sed iis qui puro castoque sunt animo cuiusmodi erat Zacharias, ea propter is Angelum Domini coram cernere promeruit.

a *Apparuerunt* Amb. Be. De Deo vel de Angelis dicitur apparere qui non possunt præuideri, sed repentino aspectu videntur, nec in potestate nostra est illos videre, sed in potestate illorum est apparere & videri quando volunt. Et bene in templo, iuxta altare & à dextris, apparet, quia veri sacerdotis aduentum, & ministerium sacrificij vniuersalis, & cœlestis doni gaudium, quod per dexteram significatur, prędicat.

in templum Domini, & omnis multitudo populi erat foris [1] orans hora incensi. [a] Apparuit autem illi Angelus Domini [2] stans à dextris altaris incensi. [b] Et Zacharias turbatus est [3] videns, & timor irruit super eum. Ait autem ad eum Ange- [c] lus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est † depreca- [4] [5] tio tua. Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vo- [6] [7]

a ¶ Facta pro populi redemptione, non pro sobole, quam desperabat se posse habere.

¶ Bed Ecce ordo salutis exprimitur, cum illius natiuitas prædicitur, qui præconando redemptori sit iter facturus, prædicando pœnitentiam & fidem Christi.

✠ Chrysost. Manifestè autem apparuit non in somnis eo quòd nimis arduum annunciabatur, vnde manifestiori & mi- C rabiliori visione egebat.

✠ Basilivs. Dicit autem altaris incensi eo quòd alterum erat altare deputatum ad holocausta.

✠ San. Titvs Bost. Extabat alia ara ære tecta in qua alia dona & sacrificia offerebantur.

b *Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. &c.* Ambrosivs. Solemus turbari & à nostro affectu alienari quando perstringimur superioris potestatis occursu. Sed sicut humani defectus est terreri, ita Angelicæ benignitatis est pauentem suo aspectu blandiendo solari. Contrà, dæmones, si quos sua præsentia territos senserint, ampliore horrore concutiunt.

✠ Athanasivs. Vnde nõ difficilis est bonorum spirituum malorumque discretio. Si enim post timorẽ successerit gaudium, à Domino venisse sciamus auxiliũ, quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est. Si autem inconcussa formido permanserit, hostis est qui videtur.

† oratio

c *Quoniã exaudita est deprecatio tua. Et vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius.* Exaudita est magis quam petisti. Rogasti pro liberatione plebis, & donatus est tibi præcursor.

Ambrosivs. Multa diuina beneficia hic sunt congesta. Primum, deprecationis fructus, deinde sterilis partus. Tùm lętitia plurimorum, & magnitudo virtutis, altissimi etiam prophetia promittitur. Quinetiam ne qua esset dubitatio, futuri nomen designatur. Tantis igitur supra votum fluentibus, non immerito diffidentia pœna plectitur silentij.

NICOLAVS DE LIRA.

dibus accipiebat prunas de altari holocaustorum, & intrans primam partem templi quę vocabatur sanctum vel sancta, concremabat in illa super altare incensi thymiama, & tunc erat sacrificium consummatum: in illa verò parte templi quę dicebatur sanctum sanctorum solus summus sacerdos intrabat cum sanguine hirci & vituli immolati pro peccato populi, vt ex illo aspergeret contra propitiatorium. Quod autem Zacharias intrauerit cum sanguine tali, non dicitur hic, sed solum ad ponendum incensum. Si enim intrasset templum ad inferendum sanguinem intra sancta sanctorum, non est verisimile, quod Euangelista tacuisset, cùm hoc sit maximum inter omnia quę ad officiũ summi sacerdotis pertinebant, vt habetur Heb. 9. & Leui. 16. & ideò non videtur, quod intrauerit sanctum sanctorum quod erat de officio summi sacerdotis, sed solam primam partem templi ad quam simplices sacerdotes poterant ingredi, vt dictum est.

Item Angelus apparuit ipsi occupato in solemniori parte sui officij propter solemnitatem nuncij quod nunciare venerat. Hic autem dicitur quod apparuit ei stans à dextris altaris incensi. Illud altare non erat intra sanctum sanctorũ, secundùm quod dicit Hieronym. & omnes doctores Hebręi & Catholici, excepto Augustino, cuius dictum non videtur in hoc tenendum; tum quia contrariatur dictis omnium aliorum quorum aliqui fuerunt valde experti in scriptura veteris Testamenti. Tum quia textus sacrę scripturæ videtur contrarium dicere. Exod. vl. & 30. vt ibidem plenius declaraui. Quod autem dicitur soli summo Sacerdoti licitum esse ponere incensum intra sanctum sanctorum in die expiationis, dicendum quod verum est, sed illud incensum non ponebatur ad offerendum, sed vt nebula inde consurgens operiret oraculum quando pontifex aspergebat sanguinem hirci & vituli contra oraculum, vt habetur Leui. 16. non autem habetur ex hoc loco quod Zacharias posuerit incensum hoc modo, vt patet ex dictis, sed solum quod posuerit incensum offerens ipsum super altare incensi ad consummationem sacrificij. Quod autem dicitur, quod expiationis dies cecidit in hebdomada sua, hoc non probatur, vt patet ex dictis, & dato quod verum fuerit, non tamen ex hoc concluditur quod intrauerit sanctum ad ponendum incensum, quia pręter illum ingressum qui pertinebat ad summum pontificem tantum, quotidie intrabant sacerdotes minores ad offerendum incensum in altari incensi, vt prędictum est, & hoc modo ingressus est Zacharias in hebdomada sui ministerij. Quod autem vlterius dicitur, quod de vigintiquatuor sacerdotibus ille erat summus sacerdos vel pontifex per annum, in cuius hebdomada cadebat expiationis festum videtur esse fictitium: Tum quia hoc in nulla scriptura autentica habetur: Tum quia vt habetur in libris Regum & Paralip. post ordinationem vigintiquatuor sacerdotum vnus erat summus sacerdos super eos, non solum vno anno sed per totam vitam suam, & ita communiter factum est vsque ad tempus Machabeorum, in quo Gręci super Iudæos obtinuerunt Dominium, & tunc ex cupiditate Gręcorum & ambitione Iudæorum aliqui sunt amoti de sacerdotio ante mortem, & alij instituti, sicut patet secundo Machabæorum quarto, de Iasone & Menelao & Lisimacho, & decimo quarto cap. de Alchimo. Et eodem modo postea factum est quando Romani cœperunt Iudæis dominari, quia tunc erat venale sacerdotium: vnde dicit Iosephus quod Caiphas emit sacerdotium vnius anni, potuit etiam esse quod Iudæi inter se ordinauerunt propter istas contentiones, & ambitiones quòd sacerdotium vnius duraret tantum per annum. Ad dictum verò Ambrosij & Bedę dicendum, quod non loquuntur assertiuè.

1 Et omnis multitudo populi erat foris orans hora incensi. *Quia non erat licitum populo ingredi templum, sed tantum atrium.*

2 Apparuit illi Angelus Domini stans à dextris altaris incensi. *Hic consequenter describitur Angeli denuntiatio & pręmittitur Zacharię stupefactio, cum dicitur:*

3 Et Zacharias turbatus est videns. *Scilicet ex visione Angeli insolita, & ex fragilitate humana iuxta Angelicam potestatẽ, sicut de Daniele legitur. Danielis 10. propter quod Angelus consolatus fuit eũ dicens.*

4 Ne timeas Zacharias. *Quasi dicat: Veni ad consolationem tuam, ideò subditur.*

5 Quoniã exaudi. est depre. tua. *Frequẽter enim Deum deprecatus fuerat de Aduentu Messię, & de habenda prole. Et ideò Angelus vtrunque sibi denuntiat, dicens:*

6 Et vxor tua Eli. pa. tibi. fi. *Et dicit*: Tibi, *hoc est, ex te, tamen cum virtute naturæ fuit ibi virtus gratię, vt prędictum est. Angelus autem loquens Ioseph de partu Marię, non dixit: pariet tibi, sed* pariet *absolutè, quia Ioseph nihil cooperatus est, ibi.*

7 Et vocabis nomen eius Ioan. *Prænominatur ab Angelo propter sanctitatem eius futuram, & officij proprietatem. Ioannes enim interpretatur, in quo est gratia, quia Ioannes Christum manifestauit per quem gratia & veritas facta est, vt habetur Ioan. 1.*

Et erit

MORALITER.

† 4 *Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est.* Et filius ei nasciturus nunci[illegible]d est de bono successore aliquando certificatur, sicut fuit beato Martino de successore beati Brixij, & beato Amatori de successione beati Germani.

† *Et multi*

✠ CHRYSOST. Vel quod exaudita ſit eius deprecatio probat per hoc quòd gignendus erat ei filius clamans. *Ecce agnus Dei qui tollit, &c.*

✠ THEOPHYL. Quaſi ipſo dicente, vnde erit mihi hoc manifeſtum? ait Angelus, ex hoc quòd Elizabet pariet, credes quod peccata populo ſunt remiſſa.

a *Ioannem & er. &c.* BEDA. Singularis meriti eſt indicium quoties hominibus à Deo vel imponitur nomen vel mutatur, vt Abraham qui pater multarum gentium erat futurus, Abrahã eſt vocatus. Iacob qui Deũ vidit, Iſrael eſt appellatus. Ioannes ergo interpretatur in quo eſt gratia vel Domini gratia. Primò, gratia ſterilibus parentibus donatur, deinde ipſi Ioanni qui magnus coram Domino futurus, & ſpiritu ſancto ex vtero matris replendus. Poſtremo filijs Iſrael, quos ad Dominum erat conuerſurus.

(Gen. 17. a. Ibid. 32. f.)

cabis nomen eius Ioannem. Et erit tibi gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino, vinum & ſiceram non bibet, & Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ, & multos filiorum Iſraël conuertet ad Dominum Deum ipſorum. Et ipſe præcedet ante illum in Spiritu & virtute Eliæ, vt conuertat corda patrum in filios, & † incredulos ad prudentiam iuſtorum, parare Domino plebem † perfectam. Ex dixit Zacharias ad Angelum: † Vnde hoc ſciam?

a ¶ Quia per eius prædicationem gaudebunt in vitam æternam
b ¶ Ambroſ. non virtute corporis ſed animi magnitudine.
¶ Manens in vtero.
a ¶ Prius natus, prius prædicat, prius moritur, præcurrit præco iudicem.
¶ Sancto. ¶ Signorum.
¶ Præcedet.

(† incredibiles. † apparatã, diſpoſitam † In quo cognoſcã?)

b *Gaudium & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt, &c.* BEDA. Meritò gaudet pater quod in ſenectute natum, & quod talis gratiæ accepit filium. Gaudent alij quibus regni cœleſtis Euangelizaret ingreſſum. Nato præcurſore multi gaudent. Nato Domino gaudium magnum nunciatur, quod erit omni populo, quia hic ſalutem multis prædicat, ille verò omnibus dat.

AMBROSIVS. *Gaudi. & exultatio.* Monentur parentes non minus gratias agere pro ortu ſanctorum filiorum quam pro meritis. Non enim paruum munus Dei eſt dare liberos propagatores generis, ſucceſſionis hæredes. Iacob in generatione. 12. filiorum gaudet, Abrahæ filius datur. Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus, eſt fœcunditas parentis. Agant igitur patres gratias quia genuerunt, filij quia generati, matres quia honorantur premijs coniugij.

(Parẽtes pro naris prolibus gratias agant.)

c *Vinum & ſiceram.* BEDA. Magnæ coram Deo virtutis eſt prædicare in deſerto gaudia cœleſtia, terrenas delicias aſpernere, ob ludum laſciuientis puellæ capite truncari. Cuius ordinem magnitudinis ſubiungit: *Vinum & ſiceram non bi.* Sicera interpretatur ebrietas. Quo nomine ſignatur omne poculum Dei quacunque materia factum quod inebriare poſſit. Decet autem vas cœleſti gloriæ mancipatum à ſæculi illecebris abſtinere.

d *Et ſpiritu ſan. reple.* BEDA. Cum intrante beata Maria, in vtero genitricis exultauit, & præcurſionis ſuæ officiũ quoad potuit impleuit: Necdũ erat illi ſpiritus vitæ, & iam erat ſpiritus gratiæ.

e *Et multos filiorum Iſrael conuertet.* BEDA. Cum Ioannes Chriſto teſtimonium perhibens, in fide Chriſti baptizans, dicatur filios Iſrael ad Deum conuertiſſe, patet Chriſtum eſſe Dominum Deum Iſrael.

f *Præcedet ante.* BE. Sicut Elias præco iudicis, ſic Ioannes preco redẽptoris. Ambo in deſerto, ambo victu parci, veſtitu inculti. Ambo regum inſaniam tolerãt. Ille Iordanẽ diuiſit cœlũ petiturus, hic ad lauacrum ſalutare quo cœlũ petitur conuertit. Hic cum domino conuerſatur in terris, ille cum eo manifeſtatur in gloria.

g *In ſpiritu & virtute.* AMBRO. Bene iunguntur ſpiritu & virtute. Non enim ſine virtute ſpiritus, nec ſine ſpiritu virtus eſt. Elias virtutem habuit abſtinentiæ, & patientiæ, & conuertendi animos populorum à perfidia ad fidem, ſpiritum autem Prophetandi habuit.

h *Conuertat, &c.* BEDA. Corda patrum in filios conuertit, dum ſpiritualem ſanctorum antiquorum ſcientiam populis prædicando infundit. Prudentia verò iuſtorum eſt, non de legis operibus iuſtitiam preſumere, ſed ex fide ſalutem quærere, vt quamuis in lege poſiti, legis iuſſa perficiant, gratia tamen Dei ſe ſaluandos per Chriſtum intelligant. *Iuſtus enim ex fide viuit.* Qua ſententia, quia diutius increduli, & per Ioan. imbuti, & per Eliam ſunt imbuendi. Fere eadem verba quæ Angelus de Ioanne, Malach, prædixit de Elia.

(Rom. 12. Malac. 4. b)

i *Parare do. &c.* ✠ THEOP. Ioãnes plebẽ parauit, non incredulã, ſed perfectam, id eſt, præparatam ad ſuſcipiendum Chriſtum.

✠ ORIG. Sacramentum autem Ioannis vſque nunc expletur in mundo. Quicunque enim crediturus eſt in Ieſum Chriſtum antea ſpiritus & virtus Ioannis in animam illius venit, & præparat Domino populum perfectum.

k *Vnde, &c.* BE. Si homo eſſet qui promittebat impune liceret quærere ſignũ, ſed cũ Angelus ſit qui promittit nõ decet dubitare.

BED. Propter altitudinem promiſſorum dubitat, ſignum inquirens quomodo credere valeat, cui Angeli viſio & allocutio pro ſigno ſufficere debuerat. Vnde tacendo merito diffidentiæ pœnam luit, cui eadem taciturnitas, & ſignum fidei quod quæſiuit, & infidelitatis eſſet pœna quam meruit.

a Ego

GLOSSA ORDINARIA.

1 Et erit tibi gau. *In mente interius.*
2 Et exultatio. *Exterius. Dicitur enim exultatio, quaſi extra ſaltatio, & hoc eſt propriè, quando gaudium eſt tantum interius, quod non poſſit bene contineri, quin appareat exterius.*
3 Et multi in nati. e. ga. *Secundùm quod dicitur infrà quòd in ortu eius congratulabantur vicini. Et nunc etiam videmus impletum, quod dies ſuæ natiuitatis non ſolum feſtiuatur ab omnibus Chriſtianis, ſed etiam à Saracenis & aliquibus alijs.*
4 Erit e. *Vnde dicit ſaluator. Ma. 11. b.* Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta.
5 Vinum &c. *Ideſt, quecunque potũ inebriatiuum.*
6 Non bibet *Erat etiam Nazaræus, id eſt, conſecratus Domino per totam vitam ſuam, & ideò ab omni inebriatiuo abſtinuit, ſicut Nazaræi in veteri lege tempore ſeparationis ſuę, vt habetur. Nume. 6.*
7 Et ſpiritu ſan. re. *Quantum ad purgationem originalis peccati, & ad operationem boni meritorij.*
8 Et multos fi. Iſra. con. ad Do. *Id eſt, ad Chriſtum per ſuam prædicationem.*
9 Et ipſe præ. *Primò propter ſimilitudinem vitę, quia vterque vixit in auſteritate victus & veſtitus. Secundò, propter ſimilitudinem in veritate doctrinę, quia vterque conſtanter vitia redarguit, etiam perſonarum magnarum. Tertio propter ſimilitudinẽ officij, quia ſicut Elias pręcedet aduentum Chriſti ſecundum, ita Ioannes primum pręceſſit.*
10 Vt con. &c. *Scilicet patrum vet. Teſtam. ad diſcipulos Chriſti, quia plures de Sacerdotibus & ſenioribus Iudæorum qui dicebantur patres populi, conuerſi fuerunt per Apoſtolos ad fidem Chriſti.*
11 Et incr. *Scilicet illos qui prius fuerant increduli.*
12 Ad pru. iuſt. *Quæ prudentia non conſiſtit in operibus legis, & quibus non iuſtificatur homo, vt habetur Roman. 3. ſed in operibus fidei charitate formata & deuotionis.*
13 Parare, &c. *Per Euang. ſuſceptionem, quia* neminẽ ad perfectũ adduxerat lex, *vt habetur Heb. 7. c. & propter hoc illa lex dicitur lex timoris quia imperfectorũ eſt timore pœnæ retrahi à malis. Lex autẽ Euãgelica dicitur lex amoris, quia perfectorũ eſt retrahi à malis amore boni.*
14 Et dix. Zac. *Hic oſtenditur conceptio præcurſoris mirabilis ex punitione incredulitatis in patre: Et primò ponitur dicta punitio, ſecundò, ſequẽs cõſolatio, ibi:* Et factũ eſt. *Circa primũ ſciendũ, quòd Zacharias verbis Angeli non credidit, quod oſtendunt verba eius, cum dicitur.*
15 Vnde hoc ſciam? *Et cauſa incredulitatis ſubditur.*

Ego

MORALITER.

† 3 *Et multi in natiuit. &c.* Magnum enim gaudium debet eſſe de boni paſtoris creatione, quæ eſt quædam natiuitas.

15 *Vnde hoc ſciam?* Per hoc autem, quod dubitans factus eſt mutus & fidem calamo confitens apertum eſt os eius, & loquebatur benedicens Dominum, ſignificatur quòd lingua dubitantis in fide facta eſt muta, quoniam eius oratio non eſt Deo accepta, ſed hominis in fide firmi eſt Deo grata. Ideo dicitur Iacobi, primò a. *Si quis veſtrum indiget ſapientia, poſtulet eam à Deo, qui dat omnibus affluenter, poſtulet autem in fide nihil heſitans, qui enim heſitat ſimilis eſt fluctui maris &c.* Sequitur. Non ergo æſtimet homo ille quod accipiat aliquid à Domino.

a *Ego en. sum senex & vxor mea processit, &c.* ✠ CHRYSOSTO. A Aetas intempesta, natura inepta, ego generans debilis, terra sterilis, non autem censetur propter hoc dignus venia sacerdos, dum seriem rerum expostulat, quandocumque enim Deus aliquid iudicat, oportet in fide suscipere. Nam super huiusmodi disceptare, cōtumacis est animæ, vnde sequitur. *Et respond. Angel. Ego sum Gabriel.*

† Gene. 18. b.

✠ BEDA. Quasi dicat, si talia homo promitteret impunè signum flagitare liceret: At cum Angelus promittat, iā dubitare non decet.

✠ CHRYSOST. B Vt cum audias me à Deo missum fore, nihil humanum æstimes ex his quæ tibi dicunt: Neque enim ex me loquor, sed mittentis relata denuncio hæc est enim nuncij bonitas, vt nihil ex se referat.

a † Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. [1] Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel qui asto [2][3] b ante Deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare. [4][5] Et ecce eris tacens & non poteris loqui, vsque in diem [6] quo hæc fiant pro eo quod non credidisti verbis meis quæ [7] c implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam, [8] & mirabantur quòd tardaret ipse in templo. Egressus autem non poterat loqui ad illos. [9] Et cognouerunt d quòd visionem vidisset in templo. [10] Et ipse erat innuens illis, e & permansit mutus. Et factum est, vt impleti sunt dies † officij eius abijt in domum suam. [11] Post hos autem dies concepit [12]

a ¶ Fortitudo Dei. b ¶ Alias assisto. a ¶ Bed. Dat signum quod rogatur, vt qui discredendo loquutus est, iam tacendo credere discat. ¶ Per hoc. s. ¶ Officij Zachariæ.

b *Ante Deum.* BED. Cum ad nos veniunt Angeli, sic exteriùs implent ministerium, vt tamen ante Deum interius per contemplationem assistant. Quia etsi Angelus est spiritus circunscriptus, summus spiritus qui Deus est, incircunscriptus est, intra quē currit Angelus quocunque mouetur vel mittatur.

C ✠ SANCTVS TITVS BOSTR. Quod Angelus pro responso adfert, eiusmodi est: Quandoquidem Angelo, qui Deo assistit, fidem non habes, neque Deo qui illum misit, credis magisque rei difficultatem, quam dicentis virtutem considerans, vocem edidisti planè incredulam, propterea voce tantisper orbabere, donec re iam expleta, & tuam in credendo tarditatem, & Dei rursum agnoscas potentiam.

c *Et erat plebs expectans.* ✠ SANCTVS TITVS BOST. Moras silentiique causam, quam populus discere auebat, Zacharias nutibus indicat, siquidem huc spectat, quod Euangelista dicit: *Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus.*

BED. Alle. Per Zachariam sacerdotem, sacerdotium Iudæorum, Per Elizabeth, lex signatur, quæ sacerdotum doctrinis exercitata, quasi virili auxilio spirituales filios Deo gignere debebat. Sed quasi sterilis erat, quia neminem ad perfectum ducebat nec ianuam cœli aperiebat. Ambo erant iusti quia lex bona, & mandatum iustum & sanctum & sacerdotium legale secundùm dispensationem illius temporis, bonum, sanctum & iustum. Ambo processerant in diebus suis, quia legalis deuotio tempore Moysi quasi in adolescentia fuit & effloruit: sed adueniente Christo iam incuruatur ad senium, cum & sacerdotij ordo per ambitiones & contentiones pontificum confunditur, & ipsa lex per traditiones Pharisæorum discissa minus habilis est ad generandum. D Ingreditur Zacharias templum, quia sacerdotum est intrare in sanctuarium, & intelligere nouissima mysteriorum cœlestium. Foris erat multitudo, quia dum mystica penetrare nequit necesse est, vt humiliter intendat doctorum monitis. Dum altari thymiama imponit, nasciturum Ioannem agnoscit: quia dum doctores altiori flamma diuinæ lectionis arderet, gratiam Dei per Iesum Christum venturam, de interiori literā medulla quasi de vulua Elizabeth prodituram reperiūt. Et hoc per Angelū: quia *lex per Angelos ordinata in manu mediatoris.* E Non credens mutus fit, quia mutus est qui spiritualem sensum in litera non intelligit, & talis magister quasi verbi & rationis expers populum non docet, sed quasi tacitis nutibus innuit, quia nec rationem attendit sacrificiorum, nec curat scire dicta prophetarum. Muto permanente Zacharia concipit Elizabeth Ioannem, quia licet pontifices & Pharisæi, nec ipsi intrent, nec auditores in interiora legis intrare permittant, interiora tamen legis sacramentis Christi abundant. F Conceptum Elizabeth quinque mensibus occultat. Siue quia Moyses legifer quinque libris mysteria Christi parabolatim designat. Seu quia ipsa lex, Christi dispensationem in quinque mundi ætatibus per sanctorum facta vel dicta figurat, quia ideo & incarnatio Christi, vel sexta sæculi ætate futura, vel ad impletionem legis erat profutura, rectè sexto mense concepti Ioannis Christi incarnatio nunciatur.

† ministerij

d *Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus, &c.* Sine voce corporales actus indicare moliens, nec exprimens voluntatem. Cui similis populus Iudæorum, actuum suorum impotens reddere rationem.

Sacerdotalis castitas.

✠ CHRY. A vi generatiua ad organa vocalia vincula transferuntur: Nec intuitu sacerdotij ei parcitur, sed ob hoc plectebatur amplius, quia circa fidem cæteris præesse debebat.

Eris tacens. ✠ AVGVST. Tacet Zacharias generaturus vocē. Quia non credidit, tacuit, merito obmutuit quousque vox nasceretur. Si enim rectè dictum est, imò valde rectè dictum est in psalmo sancto, *Credidi propter quod locutus sum*, quia non credebat, merito non loquebatur.

Hom. 44. de verbis Apostoli.

e *Vt impleti sunt. &c.* Quia vicis suæ tempore, pontifices templi tantum officiis mancipati, non solùm à complexu vxorum, sed etiam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego enim sum, &c. *Quasi dicat, tempus generandi in me transiit, & in ea tempus concipiendi.*

2 Et respondens Angelus. *Arguendo eius incredulitatem.*

3 Ego sum Gab. *Angelus sanctus zelans pro salute Israel, vt habetur Dan. 9. d.*

4 Qui asto ante. *Licet enim Angeli mittantur in ministerium pro salute hominum, vt habetur Heb. 1. tamen non recedunt à contemplatione diuina & sic dicuntur Deo astare per iugem contemplationem.*

5 Et missum lo. &c. *Ex parte Dei cuius veritas nō potest impediri.*

6 Et ec. eris ta. *propter incredulitatem tuam: Tum quia angelus dedit sibi signū respectu futuri implendi, & pœnā ratione incredulitatis præterita. Tot enim signa veritatis concurrebant quod Zacharias non potuit discredere absque peccato quia Angelus apparuit ei in sacro loco, & existenti in ministerio diuino, nunciabat etiam ea quę pertinebant ad omnium hominum salutem & ad Dei gloriam: ex quibus debebat Zacharia constare, quod erat bonus Angelus, & per consequens quod erat verum dictum eius, cum mentiri non possit: & in hoc peccauit Zacharias, quia credens seipsum bonum Angelum ex prædictis circunstantiis (quibus concurrentibus non permittitur Angelo Sathanæ vt transfiguret se in Angelum lucis) & tamen non credidit verbo eius, & in hoc peccauit, propter quod punitus fuit.*

7 Et erat p. ex. *Quia non erat ei licitum intrare templum, sed atrium tantum.*

8 Et mi. quod tar. *Quia oblatio incensi non requirebat tantum tempus.*

9 Et co. *Tamen nesciebat qualem. Ex hoc enim quod videbant faciem eius mirabiliter mutatam ex collocutione cum Angelo, & ipsum loqui non potentem, coniecturabant ipsum habuisse visionem.*

10 Et ipse erat innuens. il. *Scilicet signis visibilibus, quia audibilibus non poterat.*

11 Et factum est, &c. *Hic consequenter ponitur Zachariæ consolatio, non quantum ad loquelæ restitutionem, sed quantum ad filij sibi promissi conceptionem, cum dicitur:* Et factum est, vt imple. sunt di. of. e. abiit in do. suam: *Quia tota hebdomada qua in templo ministrabat Sacerdos ad hoc deputatus in templo manebat, & non exibat ad propria negotia intentus ad diuina. Et ex hoc inoleuit consuetudo apud aliquos religiosos sancta & honesta, scilicet, quod ille qui est hebdomadarius per totam hebdomadam manet intra claustrum, non exiens ad exteriora negotia, intentus ad diuina, quia illo tempore medius est, & sequester inter conuentum & Deum.*

12 Concepit Elizabet, &c. *Duplici de causa. Vna, quia licet de concepta prole gauderet, tamen verecundabatur aliquantulum eo quod iam transierat tempus vacandi amplexibus causa prolis generandæ: sicut Sarra dixit Genesis.* 18. Postquam consenui & Dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? *Quasi dicat, non decet. Alia causa est, quia magis voluit certificari de aduentu rei antequam propalaret.*

8 Et In

etiam à domibus ingressu abstinebant. Nostris autẽ sacerdotibus quibus non carnalis successio, sed spiritualis perfectio quæritur, qui quotidie præsto debent esse altari, perpetua castitas indicitur.

a *Occul.* AMBROSIVS. Occultat quia partus sui erubescit ætatem, ne in senectute libidini vacasse videatur quę etiam in iuuentute non debet exerceri nisi causa sobolis. Et tamen lætatur carere opprobrio sterilitatis, quia opprobrium est mulieribus non habere filios, non habere pręmia nuptiarum. Propterea ipsæ nuptiæ celebrantur, & coitus carnalis in tempore congruo generationi excusatur. Hinc datur intelligi, quòd iam non coueniebant inter se coniugali concubitu, neque enim ea quæ senilem non erubesceret coitum erubesceret partum.

BEDA. Erubescit onus parentis quandiu nescit mysterium religionis, sed quæ occultat se, quia genuit filium, veniente beata Maria exultat, quia genuit prophetam, quæ ante erubescebat benedicit, & quæ dubitauerat firmatur & clamat: *Ecce vt facta est vox salutationis tuę in*, &c.

AMB. Occultat se propter pudicitiam, vt probaret si verũ esset quod cõceperat. *Mẽsibus quinque.* Hoc est, quinq; milibus sæculi, siue quinque libris Moysi. *auferre oppr.* sterilitatis, & cõceptionis in senectute inter homines, quod non fuit opprobriũ apud Deũ.

✻ORIGENES. Ideò dicit, *Mensibus quinque*: Id est, donec Maria conciperet & fœtus eius exultans cũ gaudio prophetaret.

b *Quia sic fecit.* BED. Gesta sunt hæc inquit Ioannes Chrysostomus, mense Septembri, octauo kalendas Octobris, Luna. 11. quando celebratur ieiunium Scenopegiæ in æquinoctio, quando incipit nox crescere, quia ille concipiebatur qui dixit: *Me oportet minui, illum autem crescere.* Minorata enim fuerat lux à tenebris, cum secundum legem Deo sacrificia offerrentur quæ iam cessare debent cum baptista concipitur. Et ideò pater eius mutus fit, quia oportet sacerdotalia sacrificia cessare veniente sacerdote qui pro peccatis omnium se offerret. In die ieiuniorum conceptio Ioannis prædicitur, quia per ipsum afflictio pœnitentiæ erat prædicanda

c *In men. au. se.* HIE. Sicut sexto mense missus est Gabriel Angelus à Deo in ciuitatem Galilææ, ita sexto millenario missus est Christus.

d *Gabriel.* BE. Ideò Angeli ex nomine aliquãdo signantur, vt ex ipso nomine quid ministraturi veniant, demonstretur. Gabriel fortitudo Dei, quia illũ nunciat qui ad debellandum diabolum veniebat.

e *Ad virg.* Mulier à diabolo seducta mortẽ intulit: Cõtra mulier ab Angelo edocta salutem edidit.

BE. De desponsata voluit nasci, vt per Ioseph texeretur ordo generationis, & ne quasi adultera lapidaretur. In quo & impudicis virginibus occasio tollitur, ne dicant matrem domini fuisse infamatam. Et virgo solatium viri, testem virginitatis haberet, & vt diabolus misterium ignoraret. Fides etiam Mariæ verbis maior ascribitur, & mendacij causa remouetur. Videtur enim culpam obumbrasse voluisse mendacio innupta virgo. Maluit Dominus aliquos de suo ortu quam de matris pudore dubitare. Sciebat enim lubricam famam pudoris nec voluit ortus sui fidem matris iniurijs astruere.

AMB. Misticè. Maria desponsata, sed virgo, typus est ecclesiæ quæ est immaculata, sed nupta. Concipit nos de spiritu virgo, parit nos sine gemitu virgo.

f *Aue gr. p.* GR. Verè gratia plena, quæ prima inter fœminas virginitatis gloriosum munus Deo obtulit, quæ etiam ideo Angelico visu & alloquio meruit perfrui, quæ gratiæ totius autorem mundo edidit.

✻SAN. TITVS BOST. Quandoquidem Deus ad Euam dixerat: *In dolore paries filios*, Propterea Angelus gaudium, per quod dolor olim decretus soluatur, virgini denunciat.

a vxor eius, & occultabat se mensibus quinque dicens: Quia
¶ istis.
b sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre
¶ Quod non opprobrium Domini. ¶ Vicesimo quinto die Martij Dominus conceptus est & passus.
c opprobrium meum inter homines. 1 In mense autem sexto
d 2 missus est Angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui 3
a ¶ Quia Nazareus, id est, sanctus sanctorum nunciabatur futurus.
e nomen Nazareth, 4 † ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, 5 de domo Dauid, & nomen virginis Mariã.
a ¶ Ioseph, saluator, quia saluauit Ægyptum à fame, sic iste Mariam ab infamia.
b ¶ Non solum ad Ioseph. sed ad Mariam hoc referendum est.
c ¶ Bed. Maria maris stella vel domina, quæ lucẽ fluctuantibus in sæculo genuit, & dominũ totius mundi.
f 6 Et ingressus Angelus ad eam, dixt: 7 Aue gratia † plena

Margin: †Mat. 1. c. — Ioan. 3. d. — † repleta. — Quare Maria desponsata viro.

☞ a Dominus

NICOLAVS DE LIRA.

1 In men. au. sex. *Descripto conceptu præcursoris, hic consequenter describitur conceptus Saluatoris. Circa quod primò ponitur Angelica salutatio. Secundò Mariæ consolatio, ibi:* Quæ cum audis. *Tertiò, filij conceptio, ibi:* Dixit autem Maria. *Circa primum præmittitur tempus salutationis, cum dicitur:* In men. au. se. *à conceptu præcursoris, quia fuit conceptus in Septembri circa finẽ mensis: Saluator autem circa finem Martij.* 2 Mis. est An. Ga. *Quod autem hic ponuntur tot nomina propria, scilicet Angeli missi, virginis, ad quam mittebatur, sponsi sui, & loci: hoc fuit ad ostendendum certitudinem historiæ.*

Diuisio.

3 Cui no. Na. *Hoc fuit, vt adimpleretur prophetia Isa. 11. a vbi dicitur:* Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. *Vbi secundũ veritatem Hebraicam habetur:* Et Nazareus de radice eius ascendet. 4 Ad virg. de. *Et hoc diuina ordinatione multiplici ratione factum est, vt desponsaretur, antequam impregnaretur. Et accipiuntur aliqua causæ ex parte pueri, aliquę ex parte matris, & aliqua ex parte nostra. Ex parte autem pueri fuit conueniens ipsum de virgine desponsata nasci, ne ab infidelibus tanquam illigitimè natus abiiceretur, vnde dicit Amb. super Luc. Quid Iudeis posset ascribi, si natum ex adulterio viderentur persequi. Secundò, vt modo consueto scripturarũ genealogia Christi describeretur per virũ. Tertiò, vt partus virginis diabolo celaretur. Quartò, vt puer natus à Ioseph nutriretur, vnde & pater eius dictus est, quia nutritius eius fuit. Ex parte verò matris accipiuntur aliqua causæ. Primò, quia per desponsationem fuit immunis à pœna lapidationis, ne tanquam adultera calumniaretur à Iudæis. Secundò, vt per hoc ab infamia liberaretur. vnde dicit Amb. super Lucã, quod despõsata est ne temerata virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Tertiò vt virgini à Ioseph exhiberetur ministeriũ, vt dicit Hier. Itẽ ex parte nostra accipiũtur quinq; causæ. Primò, quia ex testimonio Ioseph cõprobatũ est certius Christũ ex virgine natum, vnde dicit Amb. super Lucam, Locupletior testis pudoris maritus adhibetur. qui posset dolore iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundò, quia per hæc verba virginis virginitatem suam asserentis magis credibilia redduntur, vnde dicit Amb. super Lucam fides Mariæ verbis magis ascribitur, & mendacij causa remouetur, culpam enim obunbrare voluisse mendacio videretur innupta pragnans. Causam autem mentiendi desponsata non habuit, cum coniugij pręmium & gratia nuptiarum partus sit fœminarũ, quę quidẽ duo pertinent ad nostrę fidei firmitatem. Tertiò, vt tolleretur excusatio virginibus quę propter incautelam suam incurrunt infamiam. Vnde Amb. super Lucam: Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus velamẽ excusationis relinqui quod infamata quoq; mater domini videretur. Quartò, per hoc designatur ecclesia quę cum sit virgo, desponsata tamen est vni viro vt dicit. Aug. li. de sancta virginitate. Quintò, quia eo quod mater Domini fuit desponsata & virgo, in persona ipsius simul virginitas & matrimonium honorantur contra hęreticos alteri istorum detrahentes.*

Causa quare Maria virgo desponsatur viro

5 De do. D. *Hoc exprimitur ad ostendendũ, quod Christus descẽdit de semine Dauid, sicut fuerat per prophetas prædictum. Licet enim Ioseph non fuerit pater saluatoris, tamen virgo Maria de qua Christus carnem assumpsit, fuit de eadem tribu cum Ioseph. Quod probatur per hoc quod mulieres in hæreditate paterna succedentes non poterant contrahere matrimonium nisi cum viris suę tribus, ne fieret confusio sortium, vt habetur ex domini sententia Nu. 36. Beata virgo Maria fuit vnica Ioachim patri suo, succedens ei in hæreditate. Ex quo sequitur, quod ipsa & Ioseph cui desponsata fuit erant de eadem tribu. s. Dauid.*

6 Et in. A. ad e. BER. *super Missus est: dicit quod ingressus est in secreto cubiculo, vbi clauso super se ostio orabat patrẽ in abscondito. Si enim cõceptio præcursoris, fuit denũciata patri occupato in sacro officio, vt prędictũ est, multò probabilius est quod cõceptio Saluatoris denũciata fuit virgini in deuotione & oratione actualiter existẽti.* 7 Aue gr. pl. *Quod exponit Hierony. in sermone de assumptione: & bene plena, quia cæteris per partes pręstatur gratia: Marię verò tota simul se infudit plenitudo gratiæ. Item ista gratia nõ solum impleuit eius mentem, sed etiam ventrem, inquãtum singulari gratia Dei factũ est, vt cõciperet Saluatorem.*

☞ Dominus

MORALITER.

1 *In mẽ. a. &c.* HIE. Et bene Angelus ad virginem mittitur, quia sẽper est Angelis cognata virginitas. † *Et no. vir. Mar.* Quę interpretatur maris stella. BER. O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio inter turbines & procellas magis fluctuare quã super terrã ambulare, respice stellã, voca Mariam. 6 *Et in. An. ad eam.* Bernard. Quò ingressus? In secreto cubiculo, vbi orabat patrẽ in abscondito. Item Ambros. Disce virginem moribus quæ sola in intimis penetralibus, quam nemo virorum videt, solus Angelus reperiret.

7 *Aue gr. pl.* HIE. Et bene plena, quia cæteris per partes præstatur gratia. Mariæ verò simul totam se infudit plenitudo gratiæ.

a *Dominus tecum.* Quam nouo castitatis amore ad cœlestia sustulit, & post mediante humana natura, omni plenitudine diuinitatis consecrauit.
b *Benedicta tu in mulieribus.* Quæ sine exemplo muliebris conditionis & virgo & mater est, & Deum genuit.
c *Turbata est, &c.* Quia nesciebat si præteritum an futurum esset, quod Angelus dixit.

Mulieris verecundia

† vidisset.

✻✻ Theoph. *Cogitabat qualis &c.* Considerabat de salutatione, qualisnam esset, num absurda & procatrix, ac qualis viri ad puellã, an diuina: quia & Dei mētio inter salutandum facta, cum dicitur: *Dominus tecum.*

a Dominus tecum, b benedicta tu † in mulieribus. Quæ cùm
a ¶ More humanæ fragilitatis, de Angelica visione & de insolita salutatione.
c † audisset, turbatã est in sermone eius, & cogitabat
d qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas
e Maria: inuenisti enim gratiam apud Deum. † Ecce conci-
a ¶ Hic verum hominem de substantia maternæ carnis Angelus asserit.
f pies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum
g ¶ Hic verum Deum de Deo patre.
h Hic erit magnus, & fili⁹ altissimi vocabitur. Et dabit illi dñs

e *Et ait Angelus ei. Ne timeas maria.* Turbatam insolita salutatione quasi familiarius notam vocat ex nomine. Ne timeat iubet, & quare gratia plenam vocauerit, pleniùs explicat.

Quare gratia plena.

✻ Sanct. Titus Bost. Aug. *Inuenisti gratiam.* Hoc illi cum aliis multis commune erat, si quidem multi alij ante 1 ipsam, gratiam apud 2 Deum inuenerunt. 3 At verò quod subiungit, nempe: *Ecce 4 cõcipies & paries filiũ.* 5 Id non erat commu- 6 ne sed factæ promis- 7 sionis proprium. Di- 8 cit hoc autem quo 9 dominum nostrum 10 non aliunde quam 11 ex ipsomet virginis 12 vtero, carnis nostræ 13 substantiam suscepisse planum faciat.

† inter mulieres.

† Isaie 7. d

Beda. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, & omnes affatus vereri. Hinc discant mulieres propositum pudoris imitari. Solam sine comite Angelus reperit, ne quo genere de hominis deprauaretur affatu.

✻ August. *Dominus tecum.* Magis quam mecum: Ipse enim in tuo est corde, in tuo fit vtero, adimplet mentem, adimplet ventrem.

✻✻ Sanct. Titus Bostr. Episc. *Dominus tecum.* Quod dicit, huc tendit; ne existimes virgo, me absonum aut mollem aliquem sermonē ad te deferre, cuiusmodi ad innuptas puellas nonnunquam solent; diuinus est enim quem adfero: quippe cum hoc ipso quod Dominum tecum esse asseram, oblatæ salutationi Dei memoriam admisceam.

d *Qualis esset,* Ambrosius. Ex verecundia pauet, ex prudentia nouam benedictionis formulam miratur. Erubuit Elizabet de culpa, Maria de verecundia. In muliere enim modum adhibetur, in virgine gratia pudoris augetur.

✻ Ambros. Benedictionis etiam nouam formulam mirabatur, quæ nusquam est ante comperta soli Mariæ hac sonanabatur.

✻ Origenes. Si enim sciuisset Maria ad alium quendam similem factum esse sermonem, vt pote quæ habebat legis sciētiam nunquam eam quasi peregrina talis salutatio exterruisset.

f *Et paries filium.* ✻ Greg. Nis. Quoniam contingit specialiter diuinum concipi spiritum & spiritum parere salutarem, secundùm prophetam, Ideò addidit: *Et paries filium.*

g *Iesum.* Iesus Saluator, siue salutaris dicitur. Ipse enim saluum faciet, non populum Israel, sed suum populum, siue ex præputio siue ex circuncisione, in vnum ouile sub vno pastore congregatũ.

✻ San. Titus Bost. Merito Iesus appellatus est, quia salutis nostræ causa in hunc mundum ingressus est. Quandoquidem nomen hoc Iesus in Græcam linguam translatum, θεοῦ σωτηρίαν καὶ ἴασιν, Hoc est Dei salutem & sanitatem sonat.

h *Hic erit magnus.* Bed. Ambr. Non quod ante partum virginis magnus non fuerit, sed quia potentia quam filius Dei naturaliter habet, homo ex tempore erat accepturus, vt vna sit persona, homo & Deus.

Bed. Ioannes, magnus, vt homo coram Domino. Hic magnus, vt Deus & Dei filius. Ioannes magnus meritò abstinentiæ, quia vinum & siceram non bibit: hic magnus potentia naturæ, quia cum peccatoribus comedit.

✻ Origenes. Vide ergo magnitudinem Saluatoris quomodo in toto orbe diffusa sit, ascende in cœlos, quomodo cœlestia repleuerit; descende cogitatione ad abyssos, & vide illuc eum descendisse: si hoc videris, pariter intueberis opere completum, hic magnus.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Dominus tecum. *Non tantum per essentiam, potentiam, & præsentiam, qualiter est in omnibus rebus: Nec solum per gratiam, eo modo quo est in sanctis hominibus; sed etiam per carnis assumptionem, quia corpus diuinitati vnitum, fuit formatum de beata virginis purissimis sanguinibus, & intra viscera virginis latuit nouem mensibus.*

2 Benedicta tu in mul. *Id est, præ omnibus mulieribus, id est, omnes mulieres benedicentur in te, sicut & viri in filio.*

3 Quæ cum. *Hic consequenter ponitur virginis consolatio de duobus. Primo, de conceptione filij. Secundo, de modo concipiendi, ibi:* Dixit autem Maria ad Angelum *Circa primum sciendum, quod beata virgo solita erat videre Angelos, & ideò de apparitione Angeli non fuit admirata & turbata, sed de salutatione insolita, quia nihil mirabilius est verè humili quam sua exaltatio, & ideo cum beata virgo esset humillima, audiens salutationem tanta excellentia turbata fuit non turbatione incredulitatis, sicut Zacharias vt suprà dictum est, sed turbationem admirationis, ideò bene dicitur:*

4 Turbata est in ser. eius. *Scilicet Angeli, non autem in visione.*

5 Et cogitabat. *Quod enim turbata fuit virginalem verecundiam humilem ostendit. Quòd autem cogitauit de ista salutatione, declarat prudentiam maximam Mariæ & ideo Angelus eam consolatur dicens.*

6 Ne timeas Maria. *de salutatione insolita. Cuius causa subditur.*

7 Inuenisti enim *Non solum pro te, sed pro toto humano genere, Ideò subditur:* 8 Ecce concipies in vtero. *Quia hæc conceptio non est facta per apertionem claustri virginalis, sed per virtutem spiritussancti intra vterum virginis corpus filij formantis.* 9 Et paries filium. *Virgo permanens in partu, sicut & in conceptu.* 10 Et voc. no. ei. Ie. *Non dicit imponens, quia hoc nomen fuit impositum à Deo patre, secundum quod fuerat prædictum per Isa. Proph. 62. a.* Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit. *Sed istud nomen fuit diuulgatum per Angelũ ipsi Mariæ & Ioseph, & per eos aliis. Nomen etiam impositũ est secundùm proprietatem futuram, quia salus humani generis futura erat per Iesum. Et hoc est quod dixit Angelus ipsi Ioseph Mat. 1. d.* Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suũ à peccatis eorũ. *Iesus enim salus interpretatur.* 11 Hic erit mag. *Semper enim fuit magnus Deus, sed futurus erat magnus homo & magnus Propheta, secundùm quod dicitur Lucę. 7. c.* Propheta magnus surrexit in nobis. 12 Et filius altissimus vo. *Id est, ipsius Dei qui solus est altissimus, homo enim altus est inter creaturas corporales, sed Angelus altior, Deus autem solus altissimus. Ista etiam filiatio Dei accipitur hic per naturam, in omnibus autem aliis quantumque sanctis est tantum filiatio Dei per adoptionem.*

13 Et dabit illi Do. Deus se, Da. *Contrarium videtur per hoc quod habetur*

MORALITER.

† 3 *Quę cum audis. tur. est.* Quod turbata fuit, virginalis fuit verecundiæ. Quòd non perturbata, constātiæ: Quod cogitauit qualis esset ista salutatio, prudentiæ. Vnde canit ecclesia: Virgo prudentissima quo progrederis, quasi aurora valde rutilans, &c.

6 *Ne timeas Maria.* Bernard. Solent virgines (quę verò virgines sunt) semper esse pauidæ & nunquam securæ & vt timēda caueant, etiam tuta pertimescere. Dicitur enim. 2. Reg. 13. c. quod Thamar cum fratre suo credens esse secura fuit ab eodem violenter deflorata. 8 *Ecce con. in vte.* Iā enim eum per fidem & deuotionē conceperat in corde suo. Et hoc modo debemus eũ cõcipere per fidē & deuotionē, & parere per sanctā operationē:

a *Sedem Dauid patris eius.* BEDA. Id est, Israeliticam plebem, cui Dauid & filij eius temporalis regni gubernacula præbuerunt. Huius regnum spirituale datum est Christo, quod dispositum est à Deo, vt de semine Dauid incarnaretur, qui illam gentem in perpetuum vocaret regnum. Et non solùm in vna gente Iudæorum, sed *regnabit in domo Iacob in æternum*, hoc est; in tota ecclesia quæ per fidem & confessionē Christi ad patriarcharum pertinet sortem. Siue in illis qui de Patriarcharū sorte nati, siue in his qui de oleastro incisi in Oliuam bonam sunt inserti.

† Mich. 4. — Rom. 11. c.

✱ BASSIL. Non autem in materiali sede Dauid sedit Dominus translato Iudaico regno ad Herodem, sed sedem appellat Dauid in qua resedit Dominus, indissolubile regnum.

a ¶ In præsenti vita corda inhabitans, regnabit in futuro de exilio ad gloriam vocans.

a Deus sedem Dauid patris eius † & regnâbit † in domo Ia- [1]

a ¶ Beda. Isaias, Et pacis eius non erit finis.

¶ In sæcula sæculorum laudabunt te.

cob in æternum, & rēgni eius non erit finis. Dixit autem [2] [3]

a ¶ Am. Liquet, quod faciendum credit, quæ quomodo fiet, quęrit.

b ¶ Vt concipiam & pariam, quæ in virginitate permanere disposui.

c ¶ Ecce tangit quod ipsa vouerat castitatem.

b Maria ad Angelum: Quômodo fiet istŭd, quoniām virum nō [4] [5]

c cognosco? Et respondens Angelus dixit ei: Spiritussanctus [6] †

a ¶ Contra omnia incentiua vitiorum. ¶ Dabit tibi vmbram contra omnem tribulationem.

superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. † Ideóq; [7] [8]

a ¶ Quia non per virilem coitum.

d & quod nascetur ex te sânctum, vocabitur filius Dei. Et ecce [9] [10]

e [11] [12]

✱ CHRYSOSTOMVS. Dicit autem ad præsens Domum Iacob eis qui de numero Iudæorum crediderunt in illum, vt enim Paulus dicit: *Non omnes qui ex Israel sunt, hi sunt Israelitæ, sed qui sunt filij promissionis computantur in semine.*

b *Quomodo fiet.* AMBROSIVS. Cum Sara risit de promissione Dei, & Maria dixit: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* Cur non fuerunt mutæ, sicut Zacharias? Sed Sara & Maria non dubitant faciendum quod promittitur, sed modum requirunt, Zacharias qui negat scire, negat se credere, & alium autorem suæ fidei quærit, & ideo accepit signum tacendi, quia signa non fidelibus sed infidelibus dantur.

Gen. 18. d.

BEDA. Legerat Maria virginem parituram, non dubitabat, sciebat enim quia impleri oportebat quod ab Angelo nunciabatur. Sed quia quomodo fieret non legerat, nec ab Angelo audierat, quo ordine impleri debeat, requirit, quia hoc mysterium à seculis absconditum, à prophetis non prædictum, ab Angelo est reseratum.

✱ SAN. TIT. BOST. Neque enim ante eiusmodi quippiam, nempe vt virgo pareret, factum fuerat, neque in posterum vnquam futurum erat. Quare Angelus quæsitum in bonam partem accipit, modumque his verbis exponit.

c *Spiritussanctus.* Spiritus superueniens in virginem, & mentem illius à sorte vitiorum castificauit, vt cœlesti esset digna partu, & in vtero eius, redēptoris corp⁹ sua operatione, non virili semine, creauit de carne virginis. Vnde etiam idem spiritus nominatur altissimi. *Spiritussanctus* nomen est omnis gratiæ quę à Deo inspiratur.

† Superdomum.

† *Virtus altissimi obumbrabit tibi*, Abscondìtè in Ægyptum fugiēdo. Vel, *Virtus altissimi obumbrabit tibi*, Potest vtraq; Saluatoris natura intelligi, quia vmbra à lumine & corpore obiecto solet formari. Et virgo sicut purus homo plenitudinem diuinitatis capere nequibat, sed virtus altissimi obumbrat, dum incorporea lux diuinitatis, corpus suscepit humanitatis, vt sic posset Deus pati.

† Isa. 6. d.

✱ SANCTVS TITVS BOST. At quomodo Christus, qui, Apostolo teste, Dei virtus est, superueniet? Sane tu vim cælitus allabentem non cernes, interim mysterium illud, quod sub sensum non venit, fabrè effectum dabit.

d *Sanctum vocabitur filius Dei.* Iesus nascitur sanctus, qui conditionem naturæ corruptibilis vinceret, & commixtione copulæ carnalis conceptus non est. Nos conditione corruptibilis naturę constricti, per gratiam possumus sanctificari. Et congruit, vt quæ contra morem virgo concepit, supra morem humanæ consuetudinis Dei filium generet.

e *Et ecce.* BEDA. Ne virgo desperet de partu, accipit exemplum sterilis anus pariturae, vt discat omnia Deo possibilia quæ ordini naturę videntur contraria. Vel, non quasi incredulam exemplis hortatur ad fidem, sed credenti quæ audierat ampliora replicat mysteria, vt quæ Deum virgo erat paritura, præcursōrem quoque de anu sterili nasciturum cognosceret.

☞ *Cognata*

NICOLAVS DE LIRA.

habetur Hiere. 22. g. de Ieconia rege Iuda: Scribam virum istum sterilē, nec erit de semine eius qui sedeat super thronum Dauid. *Beata autem virgo Maria de qua natus est Iesus descendit de Ieconia, vt patet Mat. 1. quia ponitur in Christi genealogia. Dicendum quod Ieremias loquitur de regno temporali ipsius Dauid in quo nullus posteà regnauit de semine Iechoniæ: quia Ioannes Hircanus & aliqui alij qui resumpserunt regium nomen in Iudęa ante Herodem Ascalonitam, non fuerunt de tribu regia, sed de tribu sacerdotali: Christus etiam qui descendit de Iechonia secundùm carnem per virginem Mariam non sedit super thronum Dauid loquendo de temporali regno imò istud negauit coram Pilato, dicens:* Regnum meum non est de hoc mundo. *Ioann. 18. g. tamen in resurrectione sua accepit potestatem etiam in quantum homo super omnem creaturam, secundùm quod ipse dicit Mat. 28. d.* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Inquantum enim Deus non accepit aliquam potestatem de nouo siue in tempore. Angelus autem hic loquitur de regno spirituali & cœlesti, quod figuratum fuit per Regnum Dauid temporale, sicut et cœlestis Hierusalem per temporalem, vnde & subditur.*

1 Et regnabit in domo Iacob in æternum. *Id est, super electos. De domo enim Abraham & Isaac aliqui fuerunt reprobati, sicut Ismael & Esau, sed in domo Iacob omnes eius filij à sanctis doctoribus inter electos sunt computati, quia etsi aliqui qui peccauerunt, pœnitentiam egerunt.*

2 Et regni eius non erit finis. *Christus enim non solum inquantum Deus, sed etiam inquantum homo regnabit in æternum, non solum super homines, sed etiam super Angelos.*

3 Dixit autem Maria ad Angel. *Hic consequenter ponitur consolatio Mariæ quantum ad modum concipiendi: licet enim crederet firmiter verbum Angeli implendum de conceptione filij promissi, quia tamen Angelus ad plenum non expresserat modum concipiendi, ideò de hoc quęsiuit beata virgo dicens.*

4 Quo. fiet. *Tanquam enim certa de facto, quęrit de modo fiēdi. Cuius causa subditur.*

5 Quo. vi. non cog. *Id est, non cognoscere propono. Secundùm enim quod dicunt doctores catholici, beata virgo antequam desponsaretur Ioseph, habuit obseruantiam castitatis virginalis in desiderio: non tamen sic vouit expressè: cum postea Deo ordinante esset ei desponsata qui erat in simili proposito, simul emiserunt votum.*

6 Et respond. Ang. *Ad declarandum modum concipiendi.*

7 Dixi ei. Spirit. su. in te. *Id est, non concipies humano modo, sed diuino, quia non virtute seminis virilis, sed virtute spiritussancti: Et bene dixit:* Superue. in te. *Quia prius venerat Spiritussanctus super virginē adhuc in vtero matris existentem eam ab originali purgando, vt communiter dicitur. Vel secundùm alios, vt communiter etiam dicitur à peccato originali pręseruādo. Sed in conceptione filij Dei superuenit Spiritussanctus id est, iterum venit ad conferendum maiorem gratiæ plenitudinem qua non solùm sanctificauit mentem, sed etiam ventrem.*

Duę opiniones quę Catholicæ tenentur.

8 Et virtus altissi. *Id est, Dei filius, qui est Dei patris sapientia & virtus, vt dicitur 1. ad Corinth. 1.*

9 Obumbr. ti. *quia in beata virgine sub vmbra carnis latuit virtus Deitatis.*

10 Ide. &c. *Dicit sanctum absolutè, absque determinatione: quia si dixisset sanctus Deus vel sanctus homo vel aliquid consimile, non expressisset sanctitatem eius cōpletè, quia in eo est sanctitas diuina & humana, & quicquid sanctitatis potest cogitari in quacunque creatura, eminentius est in Christo, ideò dicit sanctum absque determinatione. Sicut etiam dominus dixit Moysi Exo. 3. d.* Ego sum qui sum, sic dices filijs Israel: Qui est misit me ad vos: *vt per hoc ostenderetur quod plenitudo essendi, immo infinitas est propria ipsius Dei.*

11 Vocabi. filius Dei. *Non adoptiuus sicut alij, sed naturalis. Et ad maiorem assertionem declarat Angelus dictum suum per exemplum, cum subditur.*

12 Et ecce Elizabeth, &c. *Vt qui supra naturam conceptum dederat sterili daturus crederetur & virgini.*

✱ Et hic

MORALITER.

† 1 *Et reg. in &c.* Qui interpretatur supplantator. In illis enim qui supplantant passiones inordinatas & vitia, regnat Christus. In illis autem qui supplantantur ab eis, diabolus.

† *Spiritussanctus, &c.* Prius enim in eam venerat in sua sanctificatione, & superuenit in filij conceptione.

12 *Et ecce Elizabet, &c.* Quæ senex erat & sterilis, & tamen ex Dei dono concepit & peperit filium maximi valoris, & per hoc significatur, quod aliquando personę prouectæ ætatis & bonis

a *Cognata tua.* Quia de tribu Leui, id est de tribu Dei.

A BEDA. Legimus, quod Aaron qui de tribu Leui erat, accepit vxorem de tribu Iuda Elizabeth, sororem Naason. Et in posteris Dauid legimus, quod Ioiada pontifex vxorem habuit de tribu regali Iosabeth filiam Ioram, vnde vtræque tribus regalis & sacerdotalis erant coniunctæ. Hic Maria & Elizabet cognatæ. Et congruit, vt de vtraque tribu mediator nascatur, qui regnat in æternum, & est *sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Et conuenit vt eum altera de spiritu conceperit, altera spiritu repleta prophetauerit. Secundum carnem quoque videantur fuisse cognatæ, quæ secundum Deum spiritualis cognationis consortio non carebant.

2. Par. 22. d. — Psal. 109.

a Elizabet cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis, quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit au- b tem Maria: Ecce ancilla Domini fiat mihi secundùm c verbum tuum. Et discessit Angelus ab illa. Exurgens au- d e tem Maria in diebus illis, abiit in montâna cum festinâ- f tione in ciuitatem Iuda, & intrâuit in domum Zachariæ, & g salûtauit Elizabeth. Et factum est, vt audiuit salutationem

(Interlinear: ¶ Martius ¶ A conceptione. a ¶ Ecce prompta obedientia. ¶ Vt dicitur: Filius ancillæ tuæ. ¶ Fiat sine virili sem. ac conceptus in virgine. a ¶ Non retardat asperitas itineris. b ¶ Non gaudet diu in publico videri. a ¶ Vt grandæuæ prægnanti iuuencula deseruiret. a ¶ Quasi congratulans de dono quod eam accepisse didicerat.)

✠ SANCTVS TITVS BOSTRI. Admirabili autem sapientissimáque sacrosancti spiritus gratia & prouidentia factum est, vt hæc quoque Zachariæ coniunx perinde atque Aaronis, Elizabeth appellaretur, quo nimirum per nominum cognationem, hanc generis propinquitatem, ex prima illa Elizabeth prouenisse liquidò discamus.

C b *Ecce ancilla Do.* Non de singularitate meriti se extollit, sed suę conditionis & diuinę dignationis per omnia memor, se ancillam illius esse fatetur, cuius mater eligitur, & cum magna deuotione promissionem Angeli optat impleri.

✠ SANCTVS TITVS BOSTR. Hæc sacratissima virginis oratio huc tendit. En tabula sum, quamuis scripturam excipere idonea: Scribat in me scriba illa, quodcunquæ visum fuerit, faciat de me vniuersorum Dominus, quicquid libuerit.

c *Et discessit.* BEDA. Accepto virginis consensu, cœlestia petit Angelus, quem virgo sequitur quæ in montana progreditur, sic D anima quæ verbum Dei concepit, virtutum cacumina gressu amoris conscendit, vt ciuitatem Iuda, id est, confessionis & laudis arcem penetret, & vsque ad perfectionem fidei, spei, & charitatis, quasi tribus mensibus in ea commoretur.

d *Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda.* AMBRO. Non incredula de oraculo, non incerta de nuncio, non dubitans de exemplo sed læta pro voto, religiosa pro officio, festina pro gaudio, visitat Elizabeth, & eandem humilitatē quam Angelo exhibuit, hominibus quoq; exhibere curat. Et hoc etiam minoribus superior vt minor adiuuetur, vnde, cito beneficia aduentus Mariæ & dominicæ præsentiæ declarantur dum subditur: *Et factum est vt audiuit.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Vel aliter celabat quæ supra dicta sunt in se virgo, nec cuiquam hominum pandit. Non enim credebat ab illis posse fidem adhiberi mirandis relatibus. imo magis putabat se pati conuitia si diceret, quasi volens scelus proprium palliare.

e *Et intrauit in domum Zachariæ.* Hinc discant sanctæ mulieres, quam sedulitatem prægnantibus debeant exhibere cognatis.

f *Et salutauit Elizabeth.* BEDA. Prior salutat, quia decet vt quanto castior, tanto humilior sit.

g *Vt audiuit salutationem, &c.* BEDA AMBROS. Ordine naturæ prior Elizabet audit vocem, sed ratione mysterij prior Ioânes exultat, quia prior sentit gratiam, quia sicut illa Mariæ, sic iste domini sentit aduentum.

a *Exultatium, decantatio virginis, ibi:* Et ait Maria.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et hic mensis. *Scilicet mensis in quo ipsa concepit.*

2 Quæ vocatur sterilis. *Eius enim sterilitas à tanto tempore iam erat nota, quod sic vocabatur: Verumtamen, quia istud exemplum non est vsquequaque perfectum, quia maius est virginem concipere quam sterilem, ideo Angelus inducit rationis efficaciam ex Dei omnipotentia, cum dicitur:*

3 Quia non erit impossibile. *Id est, factum: quia dicere Dei est facere: secundum illud Psal. 148. a.* Dixit & facta sunt. *Quicquid enim contradictionem non implicat, totum est Deo possibile, cuiusmodi est, virginem concipere.*

4 Dixit autem Maria. *Hic consequenter ponitur filij Dei conceptio, quia Maria certificata de facto & de modo fiendi assensit fide & deuotine dicens humiliter:*

5 Ecce ancilla Domini. *Super quod verbum dicit Bernardus: Quæ est tam sublimis humilitas, quæ cedere nescit honoribus, insolescere gloria nescit, mater Dei eligitur & ancillam se nominat.*

6 Fiat mihi secundum verbum tuum. *Quod statim factum est, quia virtute diuina concepit filium.*

7 Et discessit Angelus ab illa. *Peracto nuncio & filio Dei concepto.*

Diuisio. 9 In diebus illis. *Postquam descriptus est pręcursoris & Saluatoris conceptus, hic consequenter describitur vtriusque ortus. Et primò præcursoris. Secundò Saluatoris, s. cap. Circa ortum præcursoris præmittuntur aliqua præcedentia, Secundò aliqua ortum concomitantia, ibi:* Mansit autem. *Tertiò, quędam ortum consequentia, ibi:* Et fact. est die octauo. *Circa primum tria ponuntur. Primum est, exultatio nascituri infantis. Secundùm est inspiratio matris, ibi:* Et repleta est. *Tertium, exultatio pueri nascituri fuit propter pręsentiam Domini sui in vtero virginali, & ideo præmittitur aduentus Mariæ cum dicitur:* *Mirabilis autem*

8 Exurgens autem Maria. *A quiete deuotionis & orationis quæ erat præuia omnibus operibus suis.*

10 Abiit in montana. *Quia locus vbi manebat Zacharias erat altior Galilæa, à qua recessit Maria.*

11 Cum festinatio. *Vt ostenderet, quod virgo non debet morari in loco publico, nec ibi contrahere colloquia.*

12 Et salutauit Elizabeth. *Tum quia erat humillima, tum quia erat iunior, & ideo prius eam salutauit, & quia ad eius obsequium venerat.*

13 Et fac. est &c. exul. inf. *Congaudens ad presentiam Domini. Hoc autem duobus modis potuit fieri secundùm quod dicit Augustinus. Vno modo sic, quod Ioannes nondum natus cognosceret per spiritumsanctum dominum præsentem in vtero virginis: & secundùm hoc oportet dicere, quod in eo fuit acceleratus vsus rationis. Alio modo, sic quod Ioannes non cognosceret pręsentiam Saluatoris, sed mater eius quæ habebat vsum rationis. Illa tamen motio pueri et exultatio facta à Deo ad declarationem sanctitatis virginis & prolis in ea existentis, sicut de beato Franscisco legitur quod aues ratione carentes prædicationem eius attentè audiebant ac si verba eius intelligerent. Quod factum est à Deo ad approbationem prędicationis viri sancti. Neutrum tamen modum determinati asserit August. sed dicit, quod siue hoc modo, siue illo facta fuerit dicta exultatio, attribuenda tamen est diuino miraculo. Et hoc satis patet, quia non poterat fieri per naturam. Aliqui autem alij expositores dicunt determinate, quod fuit dicta exultatio primo modo: Vnde dicit Græcus expositor: Propheta parente acutius videt & au-*

MORALITER

† bonis operibus steriles ex donis spiritussancti faciunt magnum fructum in ecclesia Dei, sicut patet de sanctis Dionysio & Augustino, qui prouectæ ætatis vocati fuerunt ad fidem Christi.

5 *Ecce ancillla Domini.* BER. Quæ est tam sublimis humilitas, quæ credere nescit honoribus, & insolescere gloria nescit, mater Dei eligitur & ancillam se nominat. 8 *Exur. au.* AMB. Quo iam Deo plena nisi ad montana conscenderet. *Cum festina.* AMBR. Discite virgines non circuncursitare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico immiscere sermones, ecce Maria in domo sera, festinat in publico.

† *Et int. in do. Zac. &c.* AMB. Discite vos sanctæ mulieres sedulitatem quam debeatis prægnātibus exhibere cognatis. Maria quæ ante in intimis penetralibus versabatur, non eam à publico virginitatis pudore, non à studio asperitas montium, non ab officio, prolixitas itineris ratardauit. Discite etiam virgines humilitatem Mariæ, venit propinqua ad proximam, iunior ad seniorem, nec solum venit, sed etiam prior salutauit. Decet enim, vt quantò castior virgo, tantò sit humilior, nouerit deferre senioribus, sit magistra humilitatis in qua est professio castitatis, quia superior venit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur: Maria ad Elizabeth, Christus ad Ioannem.

† Et re-

a *Exultauit, &c.* Quia lingua non poterat, animo exultante salutat, & suæ præcursionis officium inchoat. Ecce apparet quod angelus dixerat, *spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.*

b *Et re.* AMBROSIVS. BEDA. Non prius repleta mater quam filius, sed filius repletus replet & matrē. Maria ante conceptum. Elizabet post conceptum repletur.

✠ ORIGENES. Non autem antea repletus fuerat spiritu, donec assisteret, quæ Christum gerebat in vtero. Tūc autem & spiritu erat plenus, & resultabat in parente.

AMBROSIVS. Illa autē quæ se occultauerat & conceperat filium, iactare se cœpit quia gerebat prophetam. Et quæ erubescebat antè benedicit, vnde sequitur: *Et exclamauit voce magna Bened. &c.* Voce magna clamauit, vbi Domini sensit aduentum, quia religiosum credidit partum.

a ¶ Quia senserat aduentum Domini.

Mariæ Elizabeth, † exultauit infans in vtero eius. Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, & exclamauit vocē magna, & dixit: Benedicta tu † inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vndē hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, † exultauit in gaudio infans in vtero meo. Et beata quæ † credisti, quoniam perficientur ea quæ dicta

a ¶ Non tam clamosa quam deuota. b ¶ Quia magna dona Dei cognouit.

a ¶ Prophetant matres spiritu paruulorum. b ¶ Non solum inter mulieres benedicta, sed inter benedictas maiori benedictione insignis.

c ¶ Non sicut alij homines benedicti, sed sicut Apostolus ait. Qui super omnia Deus benedictus in secula, & per quem benedictio venit alijs.

a ¶ Ambrosius. Quasi dicat quantum bonum mihi accidit, quod mater Domini mei venit ad me, sed qua mea iustitia, quibus meis meritis?

† subsiliit. subsultauit. † in mulieribus. † filiis. † credidit.

✠ ORIGENES. Dicit autē. *Benedicta tu inter mulieres.* Nulla enim vnquam tantæ fuit gratiæ particeps, aut esse poterit vnius enim diuini germinis parens est vnica.

Psal. 131.b.

c *Benedicta tu.* BEDA. AMBROSIVS. Conueniunt verba Euangelij cum verbis Psalmi in quo promittitur Dauid: *Defructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et eadem voce Maria benedicitur ab Elizabeth qua à Gabriele, vt & Angelis & hominibus veneranda, & nostris fœminis præferenda monstretur.

d *Benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus &c.* ✠✠ THEOPHYLACTVS. Consueuit scriptura coniunctionem, *&* pro *enim* accipere: *Vt da nobis auxilium, & vana salus hominis:* hoc est, vana enim est salus hominis. Et iterum: *Tu iratus fuisti, & nos peccauimus*, hoc est, nos enim peccauimus. fructum autem ventris Dei genitricis dicit Dominum, & ideo sine viro conceptum. Pueri enim alij fructus sunt patrum: Christus verò solius ventris Mariæ fructus: ipsa enim sola hunc fructum protulit.

Isa. 64. Psal. 117.

✠ ORIGENES. Fructū autem ventris Dei genitricis dominum dixit, quia nequaquam ex viro, sed ex sola Maria processit. Nā qui semen sumpserunt à patribus, fructus eorum & existunt.

✠ BEDA. Iste est fructus qui Dauid promittitur: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.*

✠ EVSEBIVS. In qua parte emergit Eutichis redargutio dum, fructus ventris Christus asseritur. Omnis enim fructus eiusdem naturæ est cum planta: vnde & virginem relinquitur eiusdem esse naturæ cum secundo Adam qui tollit peccata mundi. Sed & qui phantasticam opinionem de carne Christi confingunt, in vero Dei genetricis partu erubescant. Nam ipse fructus ex ipsa substantia procedit arboris. Vbi sunt etiam dicentes, quasi per aquæ ductum Christum transisse per virginem, aduertant ex dictis Elizabeth, quam repleuit spiritus Christum fructum fuisse ventris.

e *Et vnd. hoc.* BEDA. AMBR. Non ignorat spiritussancti esse operationem, quod mater prophetæ à matre Domini ad perfectum sui pignoris salutetur, sed non sui meriti hoc, sed diuini fatetur esse muneris: quia idem spiritus qui prophetiæ donum dedit, pariter humilitatē præstitit,

✠ SANCTVS, TITVS BOSTR. Cuiusmodi verba suo postea tempore depromturus erat Ioānes, eiusmodi ferē hoc loco depromit mater illius Elizabeth. Vt enim ille indignum se pronunciabat, qui Christo proximè assisteret; ita hæc quoque deiparæ virginis præsentia indignum se pronunciat. *Vnde*, ait *hoc mihi, &c.* Quasi dicat, quo excellenti opere promerita sum, vt mater Domini mei veniat ad me? vocat autem illam matrem cum vterum adhuc gestaret, partus tempus prophetica voce anteuertens. Prædicat verò illam beatam, vt quæ certò ea effectum sortitura crediderit, quæ ipsi à Domino prædicta fuerant.

✠ ORIGENES. Diuina autem prouisio duxerat Mariam ad Elizabeth, vt Ioannis testimonium ab vtero perueniret ad Dominum: Ex tunc enim Ioannem Deus Prophetam constituit.

f *Mater do.* Sentio miraculum, mysterium cognosco, mater Domini verbo fœta, Deo plena.

g *Vt facta.* Ipso momento quo vox intrat ad aures corporis, virtus spiritualis cor intrat audientis, & non solùm matrem, sed etiam sobolem amore aduenientis accendit.

h *Exultauit.* BED. Reuelante spiritu quo impleta erat, intelligit quid exultatio infantis significet: scilicet venisse matrem illius cuius præcursor erat futurus. Et quæ ante onus parentis erubescat, dum nesciret mysterium religionis, iam benedicit: Et qui se occultabat, quia conceperat filium, iactat se, quia genuit prophetam. Et quæ in occulto cognouerat, his qui simul aderant & audiebant palam euangelizat, dicens: *Beata quæ cre.* Credidit virgo, vbi sacerdos negauit.

i *Et be.* Apparet Mariam non dubitasse, sed credidisse, & ideò fructum consecutam esse. Apparet etiam Elizabeth ipsa verba Angeli ad Mariam dicta per spiritum intellexisse.

AMBROSIVS, BEDA. Congruè ante Iohannem Elizabeth, & ante Domini generationē prophetat Maria, vt sicut peccatum in initio à muliere cœpit, ita in initio salutis bona à muliere inchoarent.

✠ AMBROSIVS. Sed & vos beati qui audiuistis: & credidistis. Quæcunque enim crediderit anima, & concipit & generat Dei verbum, & opera eius agnoscit.

☞ BEDA.

NICOLAVS DE LIRA.

& audit salutatque prophetatum. Et subditur ibidem: Et insinuauit gratia, quę natura ignota extiterant: reclusus ventre miles agnouit Dominum ac regem oriturum, ventris tegmine non obstante mystica visioni, inspexit enim non palpebris, sed spiritu.

1 Et reple. est. *Hic consequenter describitur inspiratio matris qua ostenditur, cum subditur.*

2 Et exclamauit voce magna. *Ista magnitudo magis intelligenda est ratione deuotionis interioris quàm soni exterioris.*

3 Bene. tu inter mu. *Id est, super omnes mulieres. Cuius ratio subditur:*

4 Et benedi. fru. *Per hoc enim quod conceperat Dei filium, contraxerat quodammodo infinitatem bonitatis, inquantum mater est filij bonitatis infinitæ. Angelus autem salutans virginem suprà non dixit:* benedictus fructus ventris tui, *quia virgo nondum conceperat filium Dei, sed posteà cum consensit tunc concepit, vt supra dictum est.*

5 Et vnde hoc mi. *Ista enim non poterat scire Elizabeth nisi per reuelationem spiritussancti*

6 Exul. in gau. *Ipsa enim Elizabeth per spiritumsanctum cognouit, quod illa exultatio fuit propter præsentiam Domini in vtero virginali.*

7 Et beata quæ. *Quia per ascensum fidei concepit.*

8 Perficientur ea quæ dicta. *Per Angelum nunciantem & etiam per spiritumsanctum mentem virginis illustrantem, & ea immediatè docentem.*

1 Et ait

MORALITER.

† 1 *Et reple. est spiritusancto Elizabeth* Scilicet audita salutatione Marię, quia quęcunque ipsa respicit oculo clementiæ vel affatur, recipit à Deo donum gratiæ & in laudem prorumpit Mariæ. ideò subditur.

2 *Et exclamauit voce magna, & dixit.* ORIGENES. Si autem Dominus nec augmentum nec detrimētum recipere potest, quid est quod Maria loquitur.

 ‡ 2 *Magni-*

A

✠ BEDA. Omnis autem anima quæ verbum Dei mente concepit, virtutum statim celsa cacumina gressu conscendit amoris, quatenus ciuitatis Iudæ, Id est, confessionis & laudis arcem penetrare, & vsque ad perfectionem fidei, spei, & charitatis, quasi tribus in ea mensibus valeat commorari.

a *Magnificat anima mea Dominum.* BED. Primò dona sibi spiritualiter concessa profitetur, deinde beneficia Dei quibus generaliter humano generi in æternum consulere non desistit, enumerat. Quasi dicat. Tanto munere me Dominus sublimauit, vt nullo linguæ officio explicare possim, sed totum animi interioris affectum magnis gratiarum laudibus offero. Totum quod viuo, totum quod sentio, totum quod discerno, in eius magnitudine contemplanda, in eius præceptis obseruandis impendo.

† ei.

† paruitatē exiguitatē siue nihili tatem Hic enim nō significat virtutem animi. † nunc.

a ¶ Audita responsione Elizabeth, qua beatam prędicauit, matrem Domini appellauit, fide fortem laudauit, non amplius tacere potest dona quæ perceperat. Et quę virginali pudore acceptum oraculum tegebat silentio, iam congruo tempore patefecit.

b ¶ Ambro. Anima & spiritu Deo patri deuota & filio, vnum Deum ex quo omnia, & vnum dominum, per quem omnia pio venerātur affectu.

1 sunt † tibi à Domino: Et ait Maria: Magnificat anima mea

¶ Patrem. ¶ Filio saluatore.

Dominum. Et exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo.

¶ Vt vnus Deus.

Quia respexit † humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc

a ¶ Iudæorum & gentium. ¶ Alias omnes gentes. b ¶ Et.

beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi †

a ¶ Quia singularis potentiæ culmine omnia quę fecit transcendit longè, & inuocatio huius nominis sanctitatis facit participes. ¶ In me incœpta dilatatur.

magna qui potens est, & sanctum nomen eius & misericordia

(1–14)

D

ter Christi, secundum spiritum omnium fructus est Christus. Magnificatur Dominus, non quod ei aliquid humana vox adiungat sed quia magnificatur in nobis, dum anima nostra quæ ad imaginem Dei creata est per iustitiam se Christo conformat qui est imago patris. Et sic dum ipsum Christum imitando magnificat, quadam participatione magnitudinis, eius fit sublimior, vt illam imaginem splendido bonorum colore factorum, & quadam æmulatione virtutis in se videatur exprimere.

c *Et exul.* BEDA. Quia terrena nō curo, prosperitas non emollit me, aduersitas nō frangit, sed sola illius memoria delectat, à quo salus speratur æterna, illius diuinitate lætor cuius temporali conceptione mea caro fœtatur.

† magnalia

E

d *Quia respexit.* BEDA. Ecce quàm vilia de se sentit, & totum gratiæ attribuit, suo iudicio se humilem sentit, sed respectu gratię sic sublimatam, vt voce cunctarum gentium beatitudo eius præcipua dicatur, vt sicut per superbiam Euæ mors intrauit in mundum, sic per humilitatem Mariæ vitæ introitus pandatur. Ideò etiam magnificat anima mea Dominum, quia mihi magna dignatus est facere, nihil meis meritis tribuo, sed magnitudinem ad illum refero, qui essentialiter potens est, & de paruis & infirmis magnos facit & fortes.

e *Quia fe. mi. ma.* Quia in me carnem sumpsit, & me à peccatis mundauit, & dona spiritussancti mihi contulit.

✠ SANCTVS TITVS BOST. Admirabilia, inquit, per me operatus est potens ille, nam cum virgo essem, præpotenti illius voluntate naturæ fines supergressæ, accepi: nulliusque viri commercio vsa, digna effecta sum, quæ non cuiusuis promiscuè sed vnigeniti filij Dei, mater fierem.

F

f *Et san.* BE. In Græco ἅγιον, quod sonat extra terrā, quia nomini eius cōsecrati, nō in terra cōuersione, sed in cœlis debet habere

g *Et mi.* BEDA. A specialibus donis ad generalia Dei iudicia se conuer-

B

✠ SANCTVS, TITVS BOSTR. Cum sacrosancta virgo dicit: *Magnificat anima mea.* Dominum seipsam laudis hostiam sese offerre ostendit, idque ex debito, sensus enim est: Quā illustre & magnum est mysterium & miraculum, cui subseruio tamen eum magnificare obligor, qui mirabila in me & per me operatur; atque ideo, *Spiritus meus in Deo salutati meo.* exultat, ingentique gaudio perfusus, in eodem sese oblectat. Etenim qui mundo salutem per me largitur, is & Deus meus & Seruator meus est. Spiritus autem & anima pro eodem hoc loco vsurpantur.

C

b *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* ✠ SANCTVS TITVS BOSTR. Quasi dicat, non tu sola Elizabeth posthac me fœlicem fortunatamque prædicabis, sed omnes omnino fidelium omnium generationes.

BEDA MORALITER. Quæcunque anima credit, concipit & generat verbum Dei, & opera Dei agnoscit. Sit ergo in singulis anima Mariæ vt Deum magnificet. Sit in singulis spiritus Mariæ, vt exultet in Deo. Et si secundum carnem vna est mater

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait Ma. *Hic consequenter describitur decantatio virginis, & præmittitur titulus cantici, cum dicitur,* Et ait Maria. *Hoc enim canticum sic intitulatur, quia Canticum Marię nominatur, & subditur ipsum canticum.*

2 Magni. *Quasi dicat Maria: O Elizabeth tu me magnificas: sed ego totum Deo attribuens ipsum magnifico in hoc cantico. Vbi primo ponitur modus cantici. Secundo, subditur causa cantandi, ibi:* Quia respex. *Circa primum declaratur laus virginis tanquam magna, cum dicitur:* Magnifi. *Secundò, vt deuota, ibi:*

3 Anima mea. *Non tantū labię mea. Tertiò, vt debita, cū dicitur:*

4 Domin. *cui debetur laus & honor. Quartò, vt iucunda, ibi,* Et ex. spi. m. *Quinta: vt recta, ibi.* Deo saluta, &c. *Et dicit.*

5 In Deo. *Ratione creationis.*

6 Salutari *Ratione recreationis.*

7 Meo. *Ratione assumpta humanitatis, quia sic fuit ipsius virginis & non alterius.*

8 Quia respe. *Hic consequenter describitur causa cantandi, scilicet diuina beneficia collata. Et primo virgo recolit beneficia sibi collata singulariter. Secundo, beneficia collata toti mundo generaliter, ibi:* Et misericordia eius. *Tertio beneficia collata populo Iudæorum specialiter, ibi:* Suscepit Israel. *Circa primū dicitur:* Quia res. hu. an. *s. q. d. virgo beata: Bene debeo magnificare & laudare Dominum:* Quia res. hu. an. *Quia licet ex omnibus virtutibus fuerit disposita ad conceptionem filij Dei, specialiter tamen hoc fuit ex humilitate.*

9 Ecc. enim ex hoc &c. *Id est, Iudæi & Gentiles. Ex omnibus generationibus aliqui sunt conuersi ad fidem qui confitentur istam virginem beatam. Hoc etiam patet in Saracenis, vnde in Alchorano Mahumeti dicitur de Maria virgine: Dixerunt Angeli: O Maria Deus annunciat tibi verbum ex ipso, & erit nomen eius Iesus filius Mariæ. Et alibi in eodem libero dixerunt Angeli: O Maria Deus vtique elegit te, & purificauit te, et elegit te claram super mulieres sæculorum: Et multa alia ibi dicuntur ad laudem virginis.*

Mariā verbigenæ genitricē Mahumet lætè psit laude dignam.

10 Quia. fe. mi. m. *In sāctificatione, sed maxima in filij Dei cōceptione.*

11 Qui po. est. *Virtute enim potentiæ Dei infinita facta sunt hęc.*

12 Et sanct. no. e. *Quia quicquid sanctitatis potest cogitari, totum eminentius est in eo.*

13 Et mise. eius. *Hic recolit beata virgo beneficia exhibita toti mundo, cum dicitur.*

14 Et misericordia eius. *Id est, beneficium incarnationis quod ex misericordia Dei factum est. Vnde petebat Dauid:* Ostende nobis Domine misericordiam tuam *q. d. ostendisti potētiam tuam in creatione mundi de nihilo, & sapientiam tuam in mundi gubernatione sic ordinatā, & iustitiam tuam in peccatorum punitione, sicut in diluuio & subuersione Sodomæ et Gomorræ: & ideò ostende nobis Domine misericordiam tuam in filij tui incarnatione.*

Apro.

MORALITER.

† 2 *Magnificat anima mea Dominum.* Sed si considerem dominum Saluatorem imaginem esse inuisibilis Dei, & animam meam factam ad eius imaginem, vt sit imago imaginis, tunc videbo quoniam in exemplo eorum qui solent imagines pingere quando magnificauero animam meam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur & ipse dominus cuius imago est in anima mea, magnificatur.

† *Et exultauit spirit. &c.* TEOPHI. Ille autem Deum magnificat, qui dignè sequitur Christum, & dum Christianus vocatur, Christi non minus dignitatem magna & cœlestia operando, & tunc spiritus eius id est, spirituale charisma exultabit, & non mortificabitur.

8 *Quia respexit. &c.* AVG. O vera humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cœlos innouauit, mundum purificauit, paradisum aperuit, & hominum animas liberauit, facta est Mariæ humilitas, scala cœlestis, per quam Deus descendit ad terras.

10 *Quia fece. mihi,* CHRYS. Dicit autem qui potens est, vt si quis diffidat in conceptionis negotio, dum virgo manens concepit, tetorqueat miraculum ad potentiam operantis.

14 *Et mise.* BE. A specialibus se donis ad generalia conuertens † totius

...us humani generis statum describens, quid filij... mereantur, quid filij Adæ per liberum arbitrium... quid filij Dei sunt per gratiam explicat, quasi dicat: Nō ... fecit magna, sed etiam omnibus timentibus eum, in progenie Iudæorum & gentium. Vel in omnes progenies totius mundi credituras præ... commendata misericordia in timentibus, subdit quid contemptores mereātur.

a *Fecit poten. in brachio suo.* BED. Id est, ipso Dei filio per quē omnia facta sunt, per quem omnia potest. Per quod brachium dispersit superbos mēte cordis sui. Initium totius mali superbia, per quam primus homo exul factus est, in qua perseuerantibus grauior vindicta futuræ dispersionis reseruatur.

✠ SANCT. TITVS BOSTR. Siquidem opus hoc non hominis sed manus illius opus est, patris namque brachium est filius. Iuxta illud: *Liberasti in brachio tuo populum tuum.* Per hunc igitur contra spiritales hostes, qui iam olim in genus nostrum tyrannidem exercebant, victoriam obtinuit triumphumqúe erexit.

✠ CYRILLVS. Erant & quandoque Iudæi potestate superbi, sed prostrauit hos incredulitas. Ex gentibus autem ignobiles & humiles, per fidem ad apicem conscenderunt.

b *Deposuit potentes de sede.* BEDA. Paulus pro superbia de sede legalis doctrinę depositus, ob humilitatem ad euangelizandam fidem sublimatur. Sic etiam fit sæpe in alijs. Superbi qui supra mensuram se extollunt. Idem potentes quia non in Deum, sed in sua virtute confidunt, qui deponuntur, *quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.*

c *Esurientes impleuit bonis.* BEDA. Qui æterna toto studio desiderant, saturabuntur, cum Christus apparuerit in gloria. Sed qui terrenis gaudent, in vltimo inanes totius beatitudinis dimittuntur. In præsenti etiam videmus humiles diuina gratia impleri, superbos lumine veritatis priuari.

Margin: † Detraxit priores de sedibus. † recordatus re... † recordatus est. Act. 8. a. Eccl. 10 b. Luc. 14 c. 1. Ioan. 3. a.

¶ In omni gente, qui timet Deum acceptus est illi. ¶ Et hoc per filium.

a eius à progenie in progenies: timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos † mente cordis sui.
¶ Id est, voluntate.

b † Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurien-
¶ Id est, deponet.

c tes impleuit bonis, & diuites † dimisit inanes. Suscepit Israel
¶ Bed. Sicut medicus ęgrum.

d puerum suum, † memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus
¶ Id est, vt memor esset.

e f g est ad patres nostros, Abraham & semini eius † in sæcula.

Margin: † cogitatione. † emisit. † vsque in sæculum.

✠ BASILIVS. Disposuit quidem nos præsens verbum, etiam quoad sensibilia, educens rerum mundanarum incertitudinem. Caduca siquidem sunt hæc sicut vnda quæ ab impetu ventorum hinc inde diffunditur. Intellectualiter autem sumendo esuriebat genus humanum, exceptis Iudæis, hos namque ditauerat legis traditio, & sanctorum dogmata prophetarū. Quia verò non humiliter hæserunt verbo humanato, dimissi sunt inanes, nihil deferentes non fidē, non scientiam, & spe bonorum priuati sunt, & à terrena Ierusalem & à vita futura exclusi. Quos verò de gentibus fames & sitis cōtriuerat, cum hæsissent Domino, repleti sunt spiritualibus bonis.

d *Suscepit Israel. pu. su.* Post generalem diuinæ pietatis & iustitiæ commemorationem, ad singularem nouæ incarnationis dispensationem conuertit verba. *Suscepit*, quasi medicus ægrum. Visibilis inter homines factus, vt faceret Israel, id est, videntes Deum, puerum suum sibi obedientem & humilem, quia non nisi per humilitatem saluandi sunt.

✠ SANCTVS TITVS BOSTR. Hoc ad carnalem Israelem referri potest. Siquidem multas myriades ex ipsis in Christum crediderunt credentesqúe salutem consecuti sunt. Potest rursum ad spiritalem, hoc est, ad eos qui internis mentis oculis Deum cernunt (hoc enim sonat Israel) cuiusmodi sunt, qui ex gentibus ad Christum conuersi sunt, haud incommodari.

e *Memorari misericordiæ suæ.* Quia quod hominem redemit, non meritum est hominis, sed donum diuinæ pietatis.

f *Sicut locutus est ad patres nostros.* Memoriam patrum quibus hęc salus reuelata est faciens, Abraham nominatim exprimit, cui primò ipsa incarnatio manifestata est.

g *Et semini eius in sæcula.* Non tam carne genitis, quam fidei vestigia secutis, quibus aduentus Saluatoris in sæcula est promissus, quia ipsa promissio hæreditatis nullo fine claudetur. Nā & vsque in finem sæculi credentes non deerunt, & beatitudinis erit gloria perennis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 A pro. *Scilicet Iudæorum, quia sicut dicitur Ioan. 4. c.* Salus ex Iudæis est, *quia incarnatio facta est in virgine Iudæa natione, sed quia beneficium incarnationis ad totum mundum diffunditur, ideo subditur:*

2 In proge. *Scilicet omnium gentium. Veruntamen, quia licet beneficium incarnationis se extendat ad omnes quantum ad sufficientiam, non tamen quantum ad efficaciam, sed tantum ad iustos; Ideo subditur.*

3 Timentibus eum. *Scilicet timore filiali & casto.*

4 Fecit potentiam in brachio suo. *Id est in filio suo, qui vocatur brachium Domini, Isaia. 53. a.* Brachium Domini qui reuelatū est.

5 Dispersit superbos. *Id est, legisperitos & Pharisæos qui fuerunt superbi.*

6 Mente cordis sui. *Spernentes consilium Dei, vt dicitur infra 7. c. Et ipsi cum cæteris Iudæis. 42. anno à passione Christi fuerunt capti, & captiuati per Titum et Vespasianum, & per orbem dispersi. Et loquitur hic virgo de futuro per modum præteriti, propter certitudinem euentus sua prophetia.*

7 Deposuit potentes de sede. *Id est, Iudęos qui erant potentes in lege et Prophetis, dimittens eos ex suo demerito in profundo erroris secundùm quod dicitur Romanorum. 11. cap.* Cæcitas ex parte contingit in Israel.

8 Et exal. hum. *Id est, Gentiles humiliter & deuotè prædicationem Apostolorum suscipientes. Et ideò subditur:*

9 Esurien. impl. bonis. *Quia gentiles cum magno desiderio, quod per esurientem designatur, verbum Dei receperunt.*

10 Et diuites dimisit inanes. *Id est, legisperitos diuitijs scripturarum prius repletos, dimisit inanes per excæcationem eorum & falsum intellectum scripturarum.*

11 Suscepit Israel puerum suum. *Hic recolit beata virgo beneficia exhibita populo Iudæorum specialiter, cum dicitur:* Suscepit. *Quia Deus accepit carnem puerilem de populo Israel, quod fuit beneficium illi populo collatum, maximè quantum ad credentes de populo illo.*

12 Memorari misericor. suæ. *Admodum enim recordantis se habuit quando filium suum patribus antiquis promissum in carne misit, Ideò subditur.*

13 Sicut locutus est ad patres nostros. *Id est, ad patriarchas & Prophetas.*

14 Abraham & semini eius. *Secundùm quod dicitur Ge. 22.* In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ.

15 In sæc. *Quia caro humana permanebit æternaliter deitati vnita.*

MORALITER

✠ totius humani generis statum describit, dicens. *Et miser. eius à pro ge. in pro. timen. eum.* Quasi dicat non mihi soli fecit magna, sed *& in omni gente, qui timet Deum acceptus est illi.*

4 *Fecit potentiam in brachio suo.* ORIGENES. Timentibus autem se fecit potentiam in brachio suo, quia licet infirmus ad Deum accesseris, si timueris eum, promissam virtutem consequeris.

7 *Deposuit potentes.* CYRILLVS. Magna sapiebant dæmones, gentilium sapientes. Pharisæi & Scribæ Iudæorum, hos tamen deposuit, erexitqúe humiliantes se sub potenti manu eius, dans illis virtutem calcandi super serpentes & scorpiones omnemque potestatem inimici.

9 *Esurientes impleuit bonis.* GLOSSA. Qui æterna toto studio quasi esurientes desiderant, saturabuntur cum Christus apparuerit in gloria. Sed qui terrenis gaudent, in fine totius beatitudinis inanes dimittentur.

11 *Suscepit Israel puerum suum.* BEDA. Puerum suū obedientē scilicet & humilē, nā qui contēnit humiliari, nō poterit saluari.

13 *Sicut locutus est ad pa. no. Abraham & se. e.* BEDA. Semini eius dicit, non tam carne progenitis quam fidei eius vestigia secutis, quibus aduentus Saluatoris in sæcula est promissus.

a Mansit autem Maria cùm illa quasi mensibus tribus, & re-
b uersa est in domum suam. Elizabeth autem impletum est
c tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini &
cognati eius, quia magnificauit Dominus misericordiam
suam cum illa, & † congratulabantur ei. Et factum est in
d die octauo, venerunt circumcidere puerum, & vocabant
e eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater
eius dixit: Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt

a ¶ Post partum eius.

a ¶ Amb. Bed. Spiritu prophetiæ didicit, quod non didicerat à marito, non poterat ignorare prænuncium quę prophetauerat Christum.

a ¶ Ambr. Bed. sicut ab Angelo Zacharię erat pręnunciatum.

† congaudebant.

a *Mansit autem Mar.* Beda. Tamdiu mansit, donec videret præcursoris natiuitatem, propter quam maximè venerat. Nec causa sola familiaritatis tamdiu mansit, sed vt tanto tempore & Elizabeth & Ioannis cresceret profectus. Nam si in primo aduentu Mariæ, spiritusancto sunt repleti, multum est illis superadditum tanta mora mansionis.

✠ San. Titus Bostr. Rediit autem quia circa partum Elizabeth magna hominũ multitudo ad Zacharię ædes confluxura erat, virgo autem sanctissima virgineo quodã pudore tenta, hominum conspectũ declinabat. Cur tot mensibus isthic mansit? forsan vt admirandæ rei euentum spectaret. Tum etiam quod eiusdem rei magnitudine attonita, quidque facto opus non satis gnara, de iis quæ ad se attinebant, consilium capere vellet.

Mystice. Anima casta quæ spiritualis verbi desideriũ concipit, necesse est, vt alta exercitus cœlestis iuga subeat, & quasi trium mensium dies ibidem demorata, quousque fidei, spei, & charitatis luce radietur, perseuerare non desistat.

b *Impletum est.* Beda. Verba impletionis sacra scriptura in bonorum tam ortu, vel obitu, vel actu ponere consueuit, quorum vitam plenitudinem perfectionis habere signat. *Vt impleti sunt dies Marię vt pareret.* Impleuit Salomon ædificare domum. Defunctus est Abraham plenus dierum. *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* Sed contra dies impiorum, inanes & vacui.

Infra. a. 2.

Gal. 4. a.

✠ Sanct. Titus. Obseruatione dignum est. Num in tota veteri & noua scriptura, de peccatoris ortu vsquam dictum comperiatur: *Et impletum est tempus pariendi.* Arbitror equidem non facile quempiam illud scriptum inuenturum, nisi verbis, qui nascitur, iustus nominatur. Quia ergo istud hic locum habet rectè Euangelista ait *Elizabeth impletium est. &c.*

c *Et audie.* Ambro. Bed. Habet sanctorum editio lætitiam plurimorum, quia commune bonum est. Iustitia enim communis virtus est, & ideò in ortu iusti futuræ vitæ insigne præmittitur, & gratia futuræ virtutis exultatione vicinorum præfigurante signatur.

d *Die octauo.* Per circuncisionem resurrectio Domini figuratur, quia & octaua die, id est, post sabbathum facta est. Et sicut illa à reatu mortis absoluere solebat, sic ista immortalis vitæ natiuitatem, & in autore nostro exhibuit, & in nobis monstrauit sperandam.

✠ Chrysost. Circuncisionis norma primo tradita est Abrahæ in signũ distinctionis, vt genus Patriarchæ impermixtum cõseruetur, & sic promissa bona consequi valeant; vbi autem pacti consummatur negotium, oppositum signum de medio tollitur. Sic igitur & per Christum Circuncisione cessante baptismus succedit, sed antea Ioannem circuncidi decebat, vnde dicitur: *Et factum est, &c.* Dixerat autem Dominus, *Infans octo dierum circumcidatur in vobis.* Hanc autem temporis mensuram à diuina clementia constitutam autumo duplici de causa. Primò quidem vt in tenerrima ætate leuius patiatur dolorem sectionis carnis. Secundò vt ex ipsis operibus moueamur, quoniam hoc agebatur in signum. Tener enim puer minimus discernit quæ circa ipsum fiunt, post circuncisionem autem nomen imponebatur, vnde sequitur: *Et vocabant eum, &c.* Hoc autem ideo fiebat, quia prius oportet sumere signaculum Domini, & postea nomen humanum, vel quia nullus, nisi prius abijciat carnalia, quod significat circuncisio, dignus est quod in libro vitæ nomen eius scribatur.

e *Et vocabant eum.* Beda. Ioannis celebrata natiuitas, est noui testamenti inchoata gratia, cui Iudæi (qui legis obseruatione quasi affinitate iuncti erant) nomen patris volunt imponere, quia magis iustitiam quæ ex lege est, volunt suscipere, quam gratiam quæ ex fide. Qui puerum nomine patris vocant, eos figurãt qui dño noua gratiæ munera declarante, cuperẽt eũ potius per ☞ consueta

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mansit autem Maria. *Hic consequenter describuntur comitantia ortum præcursoris, quorum primum respicit virginem, quod notatur cum dicitur:* Mansit autem Maria cum illa, *Id est, cum Elizabeth pro cuius consolatione & obsequio venerat.*

2 Quasi mensibus tribus. *Et sic patet quod mansit vsque ad tempus partus Elizabeth, quia in fine sexti mensis nunciauit sibi Angelus conceptionem Elizabeth.*

3 Et reuersa est in domum suam. *Completo tamen prius ortu præcursoris, vt communiter dicitur. Vnde dicunt aliqui, quod ipsa recepit pręcursorem & tenuit. Aliqui tamen doctores, vt Theophilus Gręcus, dicunt quod imminente partu Elizabeth recessit. Tum quia virgines in partu mulierum non solent adesse. Tum quia alię mulieres iam venerant ad partum Elizabeth Et ideò obsequium Mariæ non erat vltra sibi necessarium, quod per alias mulieres poterat fieri. Secundùm respicit matrem præcursoris, quod notatur cum dicitur.*

4 Elizabeth autem impletum est tempus pariendi. *Silicet nouem mensium.* 5 Et peperit fi. *Sicut per Angelum fuit prędictum.*

6 Et audierunt vicini *Id est, illi qui erant cohabitantes.*

7 Et cognati. *Qui erant ex eius consanguinitate & affinitate.*

8 Quia magnifica. Dominus. *Id est, magnam misericordiam ei fecit auferendo sterilitatis opprobrium & dando tantum ac talem filium sic nunciatum mirabiliter, & conceptum supernaturaliter.*

9 Et congratulabantur ei. *Secundum quod dixerat Angelus Zacharię:* Multi in natiuitate eius gaudebunt.

10 Et factum est. *Hic ponuntur consequentia ortum pręcursoris. Quorum primum est, pueri noui nominatio, secundùm, populi admiratio, ibi:* Et mirati sunt vniuersi. *Tertium patris inspiratio, ibi:* Et Zacharias. *Circa primum dicitur:*

11 In die octaua. *Scilicet à natiuitate pręcursoris.*

12 Venerunt circumcidere puerum. *Sicut pręcipitur Gene. 17. De ratione huius pręcepti & modo intelligendi dictum fuit ibi. Et quia in circuncisione imponebatur tunc nomen puero, sicut modo imponitur in baptismo, ideo subditur.*

13 Et vocabant eum nomine patris sui Zachariam. *Quia istud antiquitus fuit satis communiter obseruatum, & adhuc obseruatur frequenter, maximè in magnis personis, quod primogenitus filius nominatur nomine patris.*

14 Et resp. mater eius. dix. Neq. *Scilicet vocabitur Zacharias.*

15 Sed vocabitur Ioãnes. *Hoc enim fuit sibi à Deo reuelatum quia à marito non didicit, cum esset factus mutus antequam rediret ad eam de templo, vt patet ex prędictis.*

Nemo

MORALITER.

1 *Mansit autem Mariá cum il.* Moraliter autem Maria dici potest qualibet persona sibi deuota, sicut & diligens Deum Deus dicitur secundum Augu. Dicit enim si terram diligis, terra es si aurum diligis, aurum es, & si diligis Deum, Deus es, scilicet per charitatis vnionem. Hæc igitur Maria exurgens ascendit in montem: exurgit acediæ teporem excutiendo, ascendit in montana diuina meditando, in ciuitatem Iudæ, confessionem diuinæ laudis exercendo, intrat domum Zachariæ ecclesiam deuotè frequentando, & salutat Elizabeth, id est, Mariam ad quam habet specialem deuotionem. Elizabeth enim interpretatur Dei absconsio. Et hoc competit Mariæ in qua Deus nouem mensibus fuit absconditus, Isa. 45. *Verè tu es Deus absconditus Saluator Israel.* Et ab Elizabeth, id est, Maria resalutatur, quia sui memorum nequaquam immemor existit. Et manet cum tali persona sibi deuota tribus mensibus, id est, tribus temporibus, scilicet iuuentute, senectute, & medio tempore. 4 *Elizabet autem &c.* Be. Alleg. autem Ioannis celebrata natiuitas, gratia noui Testamenti inchoata sublimitas. Cui vicini & cognati patris nomen magis quàm Ioannis imponere volebant, quia Iudæi qui ei legis obseruatione quasi affinitate iuncti erant, magis iusticiam quę ex lege est sectari, quam fidei gratiam suscipere cupiebant, sed Ioannis, hoc est gratiæ Dei vocabulum, mater verbis, & patet literis pronunciare satagunt, quia & lex ipsa spalmiquè ac prophetæ apertis sententiarum vocibus gratiam Christi predicant.

† Et fac

consueta veteris sacerdotij edicta prædicare. Vnde bene Zacharias memor domini interpretatur, quia memoriam antiquæ obseruationis à Domino datę figurant, Mater quæ verbis, & pater qui scriptis quod Ioannes vocetur astruunt, significat quod ipsa legis doctrina, de suscipienda gratia Christi viua voce instituit, dicendo per legislatorem: *Prophetam suscitabit vobis dominus de fratribus vestris ipsum audite*, & ipsum sacerdotium legale ceremoniarū typis (quasi mutis literarum figuris) gratiam Euangelij si rectè intelligatur exprimit.

Deut. 18. c.

a *Innuebant autem patri eius &c.* Qui innuunt patri de nomine pueri, significant illos qui testimonio legis, intendunt astruere gratiam fidei.

b *Et mirati sunt, &c.*

✠ THEOPHYLA. Sicut in taciturnitate Zachariæ miratus est populus, Ita & cum locutus est vnde dicitur: *Et factum est, &c.* Vt propter hæc duo magnum aliquid circa natum puerum vniuersi existimant, hæc autem omnia dispensatiuè fiebant, vt qui testis esse Christi debebat existeret & fide dignus vnde sequitur: *Et posuerunt omnes, &c.*

c *Apertum est au.* Quod declarato & confirmato nomine Ioānis, aperuit os Zachariæ & benedixit, patet, quia manifestata est per Apostolos gratia noui Testamenti. Multa etiam turba sacerdotum, relicta taciturnitate nociua, obedit fidei, & prædicat dona redemptoris, & quæ prius occultabantur in sacerdotio legali, rationabiliter intellecta soluuntur. Quod in die circuncisionis Ioannis factus est timor super vicinos, significat quod tempore dominicæ resurrectionis, Apostolis dato spiritu & prædicata gloria Christi, salubris timor non solum Iudæorum qui erant vicini vel situ loci: vel scientia legis, sed etiam exterarum gentium corda concussit. Nec tantum montana Iudææ, sed omnia mundani regni mundánæque sapientiæ culmina Christi fama transcendit. Præcurrentia signa præbent iter præcursori veritatis, & futurus propheta præmissis commendatur auspitiis.

d *Et Zacharias pater, &c.* CHRYSOS. Non quocunque modo gratiam Spiritussancti nactus, sed ad plenum, & fulgebat in eo prophetiæ donum.

¶ Ambro. Bed. aduerte hoc nomen non esse generis sed vatis.

1 ad illam: Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc

a ¶ Amb. Quia incredulitas affatum ei eripuit & auditum. Quod voce non poterat, manu & literis locutus, & nutu interrogatur.

2 nomine. Innuebant autem patri eius, † quem vellet vocari

a ¶ Ambr. Quia lex scripta in tabulis lapideis mysteria loquitur.
b ¶ Ambr. Beda. Hoc nomen nos non imponimus, quia iam à Deo accepit, habet suum nomen, quod agnouimus, non quod elegimus.

† quid

3 eum. Et postulans pugillarem, scripsit, dicens: Ioannes est

a ¶ De conuenientia inter patrem & matrem. b ¶ Amb. Iam soluit fides linguam, quam incredulitas ligauerat.

4 nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem il-
5 lico os eius & lingua eius, & loquebatur benedicēs Deum.
6 Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & † super
7 omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et

† in tota montana regione.

a ¶ Excitati miraculo & timore stupefacti. b ¶ Tacitè euentum rei expectantes.

8 posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: Quis
9 putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et
10 Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophe-
11

a ¶ Bed. longa infirmitate tabescentem. ¶ Apparens in carne. Quasi dicat, longius à se recedentes iustificare curauit. Est vel sit

12 tauit dicens: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit
13

a ¶ Sanguine filij redemit sub peccato vendita. b ¶ Quam suam visitando fecit.
c ¶ Id est firmam celsitudinem salutis.

14
15 & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis no-
16
17

✠ ORIGENES. Plenus autem Spiritusancto Zacharias duas prophetias generaliter nunciat, primam de Christo, alteram de Ioanne quod manifestè de verbis illius probatur, in quibus quasi de præsenti, & quasi iā versarentur in mundo, loquitur de Ioanne, & primò de saluatore dicens: *Benedictus Dominus Deus Israël.*

e *Et prophetauit di.*

BEDA. Magna largitas diuinæ pietatis. Ecce loquela quæ sola ablata est diffidenti, cum spiritu Prophetiæ restituta est credenti.

AMBROSIVS. Elizabeth paucis, Zacharias multis prophetat, vterque sancto spiritu repletus loquebatur, sed disciplina seruatur, vt mulier magis discere quæ diuina sunt studeat quàm docere.

f *Benedictus.* Qui dum bonitatem Dei rogauit, pro liberatione præcursor donatus est.

✠ CHRYSOSTOMVS. Dum Deum benediceret Zacharias, visitationem dicit esse factam ab eo erga populum suum, siue materiales Israelitas quis velit accipere: *Venit enim ad oues quę perierant domus Israel.* Siue spirituales, id est fideles qui dignę fuerunt hac visitatione, efficacem erga se diuinam prouisionem facientes.

g *Visitauit* Quod proximè faciendum cognouerat, Prophetico more quasi iam factum narrat.

h *Cornu salutis nobis.* BEDA. Per cornu quod carnem excedit, cum omnia ossa carne tegantur; regnum Christi significatur, quo mundus & gaudia carnis superantur. In cuius figuram David

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nemo est in cognatione. *Non est intelligendum, quod nullus Iudæus vocatus fuisset prius Ioannes: quia alij Iudæi fuerunt ante sic nominati, vt patet. 1. Mach. 11. de Ioanne fratre Iudæ Machabæi, & de Ioanne Eupolemij: sed cognatio hic accipitur propinquitas generis, quia nullus fuerat sic vocatus de cognatione Elizabeth aut mariti eius.*

2 Innue. au. pa. e. *Per signa visibilia, ex quo patet quod non tantum erat mutus sed etiam surdus Si enim potuisset intelligere verba quæ melius & breuius exprimunt mentis conceptum, quæsiuissent ab eo per verba, & non per alia signa.*

3 Ioannes est nomen eius. *Id est, hoc nomen non impono, sed impositum est à Deo.*

4 Et mirati sunt. *Hic consequenter describitur populi admiratio ex mirabilibus quæ videbant circa puerum natum & parentes eius videlicet ex mirabili conuenientia patris et matris in nomine pueri, & in loquela reddita patri, ideò subditur:*

5 Apertum est au. &c. *Per confessionem enim fidei in scripto quam verbo facere non poterat, meruit liberari, sicut propter verbum dubitationis demeruerat ligari.*

6 Et fact. est t. super om. &c. *Id est amiratio magna vel timor Domini qui sic mirabiliter punierat Zachariam & liberauerat.*

7 Et sup. omnia. *Quia facta insolita & mirabilia libentius narrantur.*

8 Et posuerūt omnes. *Quia talia magis memoriæ commendantur.*

9 Dicentes: Quis putas puer iste erit. *Quasi dicat valde magnus erit. Cuius causa subditur.*

10 Et enim manus Domini erat cum illo. *Id est virtus Dei operatiua miraculorum in eius annunciatione, conceptione & natiuitate ostensorum: ex quibus rationabiliter concludebatur magnitudo pueri futura coram Deo, sicut fuerat prędictū Zachariæ:* Erit enim magnus coram domino.

11 Et Zacharias. *Hic consequenter describitur patris inspiratio, cum dicitur:* Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sanct. *Et subditur eius prophetia per modum cantici seu diuinæ laudis expressa, cum dicitur.*

12 Benedictus. *In quo cantico primò præmittit pertinentia ad redemptorem: Secundò pertinentia ad ipsius præcursorem, ibi:* Et tu puer. *Circa primum dicitur:* Benedict. Do. *omnium per generalem gubernationem.* 13. Deus. *Per creationem.*

14 Israel. *Per specialem cultum & deuotionem & beneficiorum specialem populo Israel exhibitionem.*

15 Quia visi. *Id est, visitabit, Loquitur enim de futuro per modum præteriti propter prophetiæ certitudinem. Hęc autem visitatio facta est in Christi natiuitate, quæ erat adhuc futura, & conuersatione, qui visitauit nos sicut medicus infirmū, sicut dicitur Luc. 6. c.* Virtus de illo exibat & sanabat omnes.

16 Et fecit redē. *In sua benedicta passione, per quam redempti sumus.*

17 Et erexit cornu salutis nobis. *Id est, virtutem consequendi salutem*

MORALITER.

† 6 *Et fac. &c* Gre. Mysticè tēpore dominicæ resurrectionis prædicata gratia Christi salubris timor nō solū Iudæorū qui erāt vicini vel situ loci, vel scientia legis, sed etiam exterarum gentium corda concussit. Nec tantū montana Iudææ, sed omnia mundani regni, mundanæque sapientiæ culmina Christi fama transcendit.

11 *Et Zac. &c.* Per Zachariā sacerdotem, designatur bonus episcopus qui spiritu sancto debet esse plenus, & pater spiritualis Ioannis, id est hominis gratiosi coram Deo & hominibus bonus. Debet etiam Deum de suis beneficiis collaudare: ideò subditur dicens.

12. *Benedictus Dominus Deus.* Id est, omnium fidelium.

15 *Quia visitauit, &c.* In sua natiuitate, in qua *visitauit nos oriens ex alto,* vt dicitur infrà.

16 *Et fecit redemptionē, &c.* In sua passione.

17 *Et erex, etc.* In sua resurrectionę & Ascensione.

† In

A uid & Salomon cornu olei, sunt in regni gloriam consecrati, vt prius Saul lenticula. 1.Reg.10.a

Cornu. Id est, Christũ, quia cornu nec caro nec os. Sic Christus nec caro tantum, nec os tantum diuinitatis.

a *Qui à sęculo sunt prophetarum*. BEDA. Tota veteris testa. scriptura de Christo pręcessit: Et à tempore Adæ sancti patres, suis quique factis eius dispensationis testimonium reddunt.

b *Salutem ex inimicis nostris, & de manu*. Erexit nobis salutem ex inimicis, & est explanatio superioris versiculi, in quo breuiter idem præmiserat: *Et erexit cornu salutis nobis*.

c *Omnium qui oderunt nos*. BED. Quasi dicat, vel hominum peruersorum, & spirituum immundorũ, de quorum manu interim, & spe salui facti sumus, & in futuro re ipsa saluandi.

a ¶ Quia de Iudæis nascetur. b ¶ De fœmore Dauid natus.

bis in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum † eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad

a ¶ Memorem se ostendit, vt, memores nos faceret.

faciendam misericordiam cum patribus nostris, & † memo-

a ¶ Et ad faciendum. ¶ Bed. In te benedicentur omnes cognationes terræ.

rari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad A-

a ¶ Scilicet per carnem vel per fidem.

braham patrem nostrum daturum se nobis. Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. In

a ¶ Intellectus. b ¶ Operatione. c ¶ Non in conspectu hominum. d ¶ Non ad horam.

sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus † nostris. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Ad dandam † scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Per vi-

a ¶ Non hominum meritis. b ¶ Per quæ viscera. c ¶ Assumpta carne. d ¶ Verbum patris ortum veræ lucis aperiens.

scera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos † oriens

† homo. † ad recordandum. † vitæ nostræ. † cognitionem. † oriens sublimatus hic est, id est, exortus solis, hoc est, Christus.

d *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti &c.* Locutus est, & erexit nobis salutem ad faciendam misericordiam vt misericordiam quam patribus promisit, impleat in nobis, & iuramentum quod fecit patribus de liberatione nostra, in nobis per Christum compleatur.

e *Iusiurandũ, &c.* ✠ TITVS BOSTR. EPISCOP. Dixerat enim Deus ad Abraham, *Benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te*. Multiplicatum est enim semen Abraham, cũ ipse gentium populus, per fidem ad Christum conuersus, censeatur in illius semine. Gene. 22.

f *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis: praibis enim ante faciem Domini parare, &c.* BED. Non mirum, si alloquitur infantẽ octo dierum, quia qui in vtero matris salutationem Mariæ audiuit, iam natus patris vocem agnouit. Vel propter illos instruendos qui aderant, futura filij munera quę per Angelum didicerat, depromit.

BEDA. Cum de Domino loqueretur, repente ad Prophetam verba conuertit, vt hoc quoque beneficium esse Domini designaret, ne cum publica numeraret, quasi ingratus sua beneficia tacuisse videretur quæ agnoscebat se in filios suscepisse.

g *Scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordia Dei nostri, in quibus visitauit nos, &c.* BEDA. Nomen Iesu, id est, Saluatoris exponere, & diligentius commendare volens, salutis frequentat mentionem cum cornu salutis erigendum, salutem ex inimicis futuram, scientiam salutis plebi dandam commemorat. Et ne temporalem salutem promitti putares, addit *in remissionem peccatorum eorum*.

☞ a Illumina-

NICOLAVS DE LIRA.

salutem æternam, & hoc fecit in sua resurrectione, qua resurrexit ad vitam immortalem, educens patres sanctos de limbo inferni, detentos ibi, et sua Ascensione qua illos ad cœlestia introduxit.

1 In domo Dauid pueri sui. *Quia ista adimpleuit Christus in carne assumpta de Domo Dauid.*

2 Sicut locutus est per os Sanctorum qui à sæculo sunt, &c. *Hoc est, à mundi principio qui ista prædixerunt, secundùm quod dicitur Act.10.b.* Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, &c. *Et sicut promiserat, per Prophetas, ita fideliter adimpleuit.*

3 Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. *Supple consecuti sumus per Christum videlicet de mundo, carne et diabolo.*

4 Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. *Quia mysterium incarnationis impleuit, non propter nostram iustitiam sed propter suam misericordiam adimplendam quam patribus promisit.*

5 Et memorari testamenti sui sancti. *Id est, pacti firmissimi quod habuit cum patribus veteris Testa. de Christo venturo. De quo testamento ad modum rememorantis seu recordantis se habuit quando pactum impleuit.*

6 Iusiurandum quod iurauit &c. *De quo dicitur Gene. 22.c.* Per meipsum iuraui, &c. *Quod iuramentum impleuit Deus pater mittendo filium.*

7 Daturum se nobis. *Quia Deus pater dedit etiam se nobis in filio, qui est eiusdem substantia cum patre.*

8 Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, &c. *Quia per hoc euacuatur timor seruilis, qui non est in charitate.*

9 Et tu puer. *Hic consequenter exprimit in cantico quę pertinent ad pręcursorem, dirigens ad ipsum sermonem. Si autem quæratur, quare ad ipsum sermonem dirigeret, cum puer adhuc non intelligeret? Dicunt aliqui, quod virtute supernaturali intelligebat patrem loquentem, sicut intellexit Christum in vtero matris existẽtem, vt prędictum est. Alij autem dicunt, quod sic loquebatur puero non propter eius intellectionem, sed propter aliorum instructionem de mysterio incarnationis qui habebant vsum rationis.*

10 Propheta altissimi, vo. &c. *Contra hoc videtur illud Ioann.1.c. quod Ioannes Baptista negauit se esse Prophetam, Ad quod dicendum, quod verum respondit secundum intentionem quęrentium, quia quærebant si esset vnus de antiquis prophetis, vt Elias, Eliseus, vel huiusmodi, vt patet ibidem: et secundum veritatem non erat vnus de illis. Aliter etiam dicitur quod negauit se esse prophetam tantum quia fuit Propheta, et plus quam Propheta secundum testimoniũ Saluatoris Matth.11.*

11 Præibis enim ante faciem Domi. *Id est, ante filium Dei qui est similitudo vel facies Dei Patris. Per faciem enim designatur notitia secundùm Greg. super Ezechielem. Ea autem quæ ad notitiam pertinent in diuinis filio appropriantur.*

12 Parare vias eius. *Per prædicationem Christum annunciando, & per baptismum assuefaciendo, quia homines per baptismum Ioannis disponebantur ad facilius recipiendum baptismum Christi.*

13 Ad dandam scien. salu. ple. eius. *Id est, ad prędicandum salutem fiendam per Christum.*

14 Per viscera misericordiæ Dei nostri. *Id est, per intimam et occultam Dei misericordiam facta sunt hęc.*

15 Oriens ex alto. *Id est, ex sinu patris in mundo.*

☙ 1 Illumi-

MORALITER

1 *In domo Dauid pueri sui.* Quia de illa domo natus fuit.

2 *Sicut locutus est per os sanctorum.* Actu. 10. g. *Huic omnes Propheta testimonium perhibent.*

3 *Salutem ex inimicis nostris.* Scilicet dæmonibus & tyrannis.

4 *Ad faciendam misericordiã cum patribus nostris.* In limbo prius detentis.

5 *Et memorari testamenti sui sancti.* Et quid sit illud testamentũ, subditur.

6 *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis.* Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quod impletum est in Christo.

8 *Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, &c.* Scilicet seruili.

† *Seruiamus, illi, in sanctitate, &c.* Quia ipse est sanctus sanctorũ.

9 *Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, &c.* Greg. Quisquis autem prædicando, à sordibus vitiorum audientium corda mundat, Domini venientis ad cor viam præparat. Et sic patet, quòd per Ioannem prædicator Euangelij designatur.

13 *Ad dandam scientiam salutis, &c.* Et non curiositatis.

† *In remissionem peccatorum.* Quæ fit per Dominum operantẽ, & per prædicatorem disponentem: ideò subditur.

14 *Per viscera, &c.* In sua natiuitate, vt dictum est: Et adhuc quotidie visitat illustratione suæ gratiæ, ideò subditur.

† Illumi-

a *Illuminare his.* BEDA. In longa peccatorum & ignorantiæ cæcitate depressis, quia exclusis errorum tenebris attulit veram cognitionis suæ lucem, & certum iter patriæ cœlestis aperuit.

b *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat.* Vt per omnia gressus nostrorum operū illuminatoris nostri gratiæ concordent, donec ad mansionem perpetuæ pacis intremus.

c *Et er. in* BE. Prædicator pœnitentię futurus aspera solitudinis elegit, vbi primæuam exigit ætatem, vt iuuenis liberiùs ab amore mundi auditores suos reuocaret.

✱ *Erat in desertis.* SANCT. TITVS BOSTR. Cur istud? Nempe vt super mundanum Christum annunciaturus, extra sceleratorum hominum qui mundi nomine designantur, consuetudinem, ætatem agat, Christoque testimonium perhibiturus, nec non hominum nequitiam redarguiturus, testis doctórque omni exceptione maior habeatur.

¶ Visitauit vt illuminaret.

ex alto. Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis [1] [2] sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. † Puer [3] autem crescebat & ✝ confortabatur spiritu, & erat in deser- [4] [5] tis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel [6]

a ¶ Beda. Prius illuminantur corda, postea opera diriguntur.

¶ Corpore.

† potens fiebat.

† 1. Re. 2.

NICOLAVS DE LYRA.

1 Illuminare his qui in tenebris. *Id est, patribus in limbo existentibus, quos Christus illuminauit, quando post passionem suam ad illos descendit.*

2 Et in vmbra mortis. *Id est, viuentibus adhuc in hoc mundo, qui est quadam vmbra mortis, quos illuminauit Christus per seipsum prædicando, & Apostolos per orbem ad prædicandum mittendo, vt habetur Marci vltimo.*

3 Puer autem crescebat. *Hic consequenter describitur præcursoris nati profectus & conuersatio, cum dicitur:* Puer autem crescebat, *quantum ad augmentum corporis.*

4 Et confortabatur spiritu. *Quantum ad augmentum gratiæ & virtutis.*

5 Et erat in desertis. *Quantum ad perfectionem conuersationis: Ibi enim habitauit vsque ad tempus suæ prædicationis, vt contemplationi liberius vacaret, diuinam sapientiam hauriendo, quam postea effudit prædicando, & vt viuens in desertis vitam austeram duceret, & ne ex cohabitatione cum peccatoribus in tumultu populi maculam aliquam in fama vel vita contraheret.*

6 Vsque in diem ostensionis suæ ad Israel. *Quod factum est anno 15. Imperij Tyberij Cæsaris: Tunc enim exiit de desertis ad prædicandum populis, vt habetur infrà 3. capitulo.*

MORALITER.

1 *Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent.* Id est, in culpa mortali, quæ est vmbra pœnæ inferni.

† *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.* Scilicet internæ, fraternę & supernæ, in qua diriguntur liberati à peccato mortali per donum gratiæ diuinæ.

3 *Puer autem cre. & confor.* BEDA. Prædicator pœnitentiæ futurus, vt liberius auditores suos à mundi illecebris erudiendo sustollat, in desertis primæuam transiuit vitam.

ADDITIO. I.

Lucæ in cap. 1. *Vbi dicitur in postil.* Ideò saluo meliori iudicio videtur melius dicendum eum fuisse simplicem sacerdotem.

Sententia Ambr. & Bedæ videtur probabilior, non obstantibus his quæ per postillatorem obiiciuntur. Ex his enim quæ ab Euangelista traduntur in hoc loco, satis ostenditur Zachariam fuisse summū sacerdotē.

Ad cuius euidentiam sciendum, quod incensum de quo Euangelista hic facit mentionem, non debet intelligi de communi incenso, quod in qualibet die bis concremabatur in altari incensi, vt habetur Exod. 30. Quod quidem incensum etiam per simplicem sacerdotem administrabatur, sed intelligendum est de incenso illo quod semel in anno, scilicet in festo expiationis tantum per summum sacerdotem in sancta sanctorum administrabatur.

Quod quidem incensum licet esset eiusdem speciei cum alio communi, tamen quantum ad eius administrationem in templo, à communi incenso differebat in multis, & specialiter in tribus. Primo scilicet, in hoc, quod quando summus sacerdos prędicta die illud incensum ministrabat, nulli erat licitum esse in tabernaculo, donec summus sacerdos inde egrederetur, vt habetur expressè Leuit. 17. vbi tractans quomodo summus sacerdos intrare deberet in sancta, & ponere super ignem aromata, & aspergere sanguinem, & huiusmodi, subdit: Nullus hominum sit in tabernaculo quando pontifex ingreditur sanctuarium, &c. donec egrediatur, *quod de alio incenso quotidiano minimè legitur. Et ideò Euangelista notanter dixit quod* omnis multitudo populi erat orās foris hora incēsi. *In quo ostēditur quod hora istius incēsi omnis multitudo debebat esse foris, scilicet extra tabernaculū seu tēplū, quod pertinebat in incenso diei expiationis tantum. Secundo quia in incenso huius festiuitatis erat singulare, quod administraret nullus rite nisi cum igne ab altari holocausti accepto alioquin pōtifex erat reus morte tēporali, prout de filijs Aarō, Nadab & Abiu. Leui. 10. legitur. Et inde est quod Leui. c. præallegato, vbi de solēnitate festi expiationis agitur, præmittitur ibidē.* Loquutus est Dominus ad Moysen post mortem duorum filiorū Aaron quando offerentes ignem alienum interfecti sunt, *&c. quasi dicat comminatoriè quod illa quæ ibi præcipiebantur, oportebat seruari ne cōtingeret ipsi Aarō sicut et filijs suis supradictis in administratione incensi. Et infra declarans quod istud periculum specialiter erat referendū ad officium proprium incensi illius festi. subiungit:* Assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleuerat, & hauriēs manu thymiama incensum, *&c.* vapor operiat oraculum quod est super testimonium, id est, super arcam, & non moriatur. *Ex quo patet quod summus sacerdos in officio huius incensi in die expiationis erat maximè astrictus ad ceremonialia eius ritè celebranda sub pœna subitę mortis temporalis, sicut de Nadab & Abiu. Et ideo hora in qua istud incēsum administrabatur, populus attentè aspiciebat orando Deū pro summo sacerdote, ne periclitaretur in illo officio, vt & ipse cum eis expiarentur, vnde notanter dicit Euangelista:* Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. *Nō enim in cæteris diebus quando bis in die incēsum concremabatur per simplicē sacerdotem, credendū est quod omnis multitudo populi conuenisset ad orandū; esset enim valde onerosum. Similiter notāter dicit euangelista,* hora incensi, *nō faciens mentionē de immolationibus & distillationibus et cęteris officijs in illo festo, scilicet celebrādis propter rationem prædictam, quia in illo officio incensi præcipuè consistebat prędictum periculum sacerdotale. Hoc idem patet ex eo quod dicitur infrà eod. cap.* Et erat plebs expectans Zachariam, *et mirabantur quod tardaret. Non enim verisimile videtur, quod plebs spectasset simplicem sacerdotem in officio incensi quotidiani, quod bis qualibet die administrabatur. Tertio, quia sicut dicit postillator, hoc incensum, scilicet festi expiationis non exponebatur per modum oblationis seu ad adolendum sicut quotidianum, sed solum vt nebula consurgens operiret oraculum, vt patet Leui. cap. alleg. quod denotat Euangelista, cum dicit:* Vt incensum poneret. *Non enim dixit, incensum offerret, sicut suprà eo. ca.* Sacerdotes Dei incensum offerunt: *Nec etiam dixit, vt adoleret, sicut Exo. 30. loquēs de quotidiano incenso dicit:* Et adolebit incensum super eo Aaron suaue flagrans, &c. *Sed tantum dixit,* vt incensum poneret, *vt denotaret quod hoc incensum nō administrabatur per modum oblationis seu ad adolendum, sed tantum ponebatur ratione prædicta. Item notanter dixit Euangelista,* vt incensum poneret ingressus in templū domini, *&c. In quo ostenditur, quod positio huius incensi erat sibi debita ex ingressu templi Domini, non ratione consumptionis sacrificij, sed ad tuitionem sacerdotis sanguinem intra sancta sanctorum aspergentis, hoc incensum ponebatur, quod est singulare in summo sacerdote & in festo expiationis, vt dictum est. Ex quibus manifestè patet, quod officium huius incensi de quo euangelista loquitur, pertinebat tantum ad summum sacerdotem, ad quem solum officium festi expiationis pertinebat, vt Le. ca. allegato. Idem patet per hoc quod habetur eod. cap. vbi sic,* Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam. *Singulare enim erat in summis sacerdotibus, vt per septē dies ante festū expiationis separarētur à propriis domibus, & habitarent in certis cœnaculis tēpli, vt Deo deuotiùs manciparentur, vt habetur expresse in Thamud in libro qui intitulatur Ioraa, id est, dies expiationis, scilicet vbi tractatur principaliter de hoc festo. Quæ quidem separatio secundùm eos habet fundamentum Leuit. 21. vbi de summo sacerdote ad literam tractans dicit: Et non egrediatur de sanctis, vbi Hebraica veritas habet, de sanctuario. Quod intelligitur de tēpore celebrationis huius festi. De cęteris autē sacerdotibus non legitur simile. Et sic manifestè patet quod Zacharias erat summus sacerdos, eo quod incensū ponebat in festo expiationis, quę positio soli summo sacerdoti pertinebat. Et sic sententiæ sanctorum. s. Amb. & Bedę sunt validę. Cui cōcordat magister historiarū, & nullus sanctorum doctorum oppositum asserere videtur. Vnde & in*

In quibus differt incēsum in festo expiationis à cōmuni.

& in ecclesiis huius regionis in officio matutinali natiuitatis beati Ioannis Baptistæ, expreßè legitur, quod hęc positio incensi fuit in die expiationis. Est etiam maximè consonum rationi, quod conceptio pręcursoris Christi (qui ad dandam scientiam salutis plebi in remissionem peccatorũ venerat) in die expiationis (qui in memoriã remissionis peccati vituli agebatur) fuisset annunciata & consequenter conceptio Christi die immolationis agni paschalis, quãdo etiam Christus passus est, annunciata fuisset. Cum enim annũciatio præcursoris fuit in die expiationis scilicet decima luna mensis septimi, cuius conceptio fuit per aliquos paucos dies post, quando scilicet Zacharias reuersus fuit ad domum suam; sequitur quod sextus mensis à dicta conceptione finiretur in decimaquarta luna primi mensis, ferè quando agnus immolabatur. Utrùm autem hoc decima quarta luna concurrisset cum octaua Calendas Aprilis, prout magister historiarum dicit, vel non, non est multum curandum. Nam computatio festiuitatum in lege antiqua, solum respiciebat menses lunares. Ad illud autem quod obiicit postillator de hoc quod non fuit facta mentio quod ingressus esset Zacharias nisi ad imponendũ tantum incensum, &c. Dicendum, quod quia in administratione incensi pręcipuè consistebat periculum summi sacerdotis in illo festo qua ratione & multitudo populi in illa hora specialiter orabat, vt dictum est: Idcirco de illo officio tantummodo fecit mentionem, non autem de aspersione sanguinis, in qua non consistebat eodem modo periculum tale. Licet etiam credendum est, quod celebrasset aspersionem sanguinis, et fecisset omnia alia ad huiusmodi officium pertinentia, quæ tamen Euangelista prætermisit, non curans tractare nisi dè incenso, in quo tempore populus orabat & Angelus apparuit.

Ad aliud quod obiicit de hoc quod dicitur: Apparuit ei Angelus stans à dextris altaris incensi, &c. Dicendum, quod posito quod illud altare non sit intra sanctasanctorum, sed intra sancta tantum, ex hoc non sequitur quod Zacharias non intrasset sanctasanctorum, sed quod Angelus apparuit ei intra.

Ad aliud autem quod dicit, quod illud incensum scilicet festi expiationis non ponebatur ad offerendum, sed vt nebula consurgens operiret oraculum, &c. Dicendum quod hoc est verum, sed magis facit contra eum, vt dictum est.

Ad hoc autem quod dicit vlterius, quod præter illũ ingressum quod pertinebat ad summum sacerdotem tantum, quotidie intrabant sacerdotes minores, &c. Dicendum quod verum est, sed Zacharias intrauit vt summus sacerdos ad ponendum incensum, pertinẽs ad diem expiationis, vt iam dictum est.

Ad aliud quod dicit, quod videtur esse ficticium, vt summus sacerdos esset ille in cuius hebdomada cadebat expiationis festum, &c. Dicendũ, quod verum est hoc non esse autenticum sed veritas huius nõ requiritur ad veritatem sententiæ Ambrosij & Bedæ supradictę, sed tantum requiritur quod essent plures summi sacerdotes simul, & non vnus tantum, Quod etiam in tẽplo primo posset concedi. Nã in illa ordinatione, quã fecit Dauid de sacerdotibus, vt videtur primi Parali. vigesimoquarto a. Satis patet quod Sadoch erat summus sacerdos inter filios Eleazar, & Abimelech inter filios Ithamar & sic erant duo summi sacerdotes seu pontifices, licet Postil. videtur dissentire huic. Sed quidquid sit de templo primo, saltem in templo secundo, pręsertim versus finem manifeste patet, quod erant plures summi sacerdotes simul. Nam in passione Christi. Mar. cap. decimo quarto dicitur, quod illi qui venerant ad capiendum Christum fuerant missi à summis sacerdotibus. Et sic patet quod similiter concurrebant plures summi sacerdotes in vnum, quorum quilibet poterat celebrare in festo expiationis. Sed ad eligendum quis eorum ministraret, prouidebatur per sortem: quia forte quilibet retrahebat se à celebratione illius diei timore periculi supradicti. Vnde Euãgelista dicit: Sorte exiit, vt incensum poneret. Non enim dixit, vt sacrificaret, vel huiusmodi, licet essent principalia in illo officio: Sed positionem incensi commemorat, vt innueret periculum quo ab hoc officio retrahebantur. Posset etiã illud verbum, sorte exiit (vt quidam dicunt) referri ad primam electionem Zacharię in pontificatum, quæ forte per sortem fuerat, &c.

ADDITIO II.

In eod. cap. Vbi dicitur in postil. Quia fuit conceptus in Septembris mense.

Ut dictum est in præcedenti additione, pręcursor conceptus fuit circa medium mensis septimi, & per consequens. Saluator circa medium mensis primi, loquendo de mensibus lunaribus: quibus tunc festa regulabantur.

ADDITIO III.

In eod. cap. Ubi dicitur in postilla. Licet enim Ioseph non fue. Sal. pater.

De hac materia fuit largè tractatum supra in additione Matthæi primo vbi agitur de genealogia Christi. vide ibi.

ADDITIO IIII.

In eod. cap. Ubi dicitur in postill. Mulieres benedicentur in te.

Melius videtur dici secundum Greg. in glo. vbi sic: Utriq; in vtrisque benedicuntur. Velut enim per vnã & vnum, fœminam & marem peccatum simile & tristitia, sic & nunc per vnã & vnum benedictio reuocata est, & lætitia ad singulos est profusa.

ADDITIO V.

In eod. cap. Vbi dicitur in postil. Quoniam virum nõ cognosco.

Licet enim quod nostri doctores tradunt de proposito beatæ virginis circa virginitatem, similiter & de eius voto, sint tenenda tanquam vera, verba tamen beatæ virginis dicentia: Quoniam virum non cognosco, Non videntur hoc dicere, nec ex eisdem verbis videtur hoc sequi. Possibile enim est, quod aliquem virgo non cognoscat virum, communiter loquendo seu intelligendo de viri cognitione, & tamen non habeat propositum nec votum virginitatis. Sed prędicta virginis verba peramplius videntur enucleanda.

Ad quod sciendum, quod secundùm August. in libro de moribus ecclesię, & etiam antiquos Philosophos, virtutes multipliciter considerantur. Vno scilicet modo prout sunt exemplares, & sic pertinent ad Deum in quo præexistunt omnium rerum rationes. Alio modo prout sunt politicæ, & sic pertinent ad hominem inquantum rectè se habet in rebus humanis gerendis. De quibus virtutibus scilicet politicis Philosophi cõmuniter tractant. Inter quas virtutes, scilicet politicas & exemplares, quędam medię interponuntur, scilicet virtutes purgatoriæ, quæ pertinent ad illos qui virtutes politicas transcendentes in diuinam similitudinem conantur tendere. Sunt etiam super hæc virtutes purgati animi quę dicuntur virtutes iam quodammodo assequentium diuinam similitudinem, quantum in hac vita possibile est, quæ à Philosopho in septimo Ethicorum virtutes Heroicæ dicuntur, id est, diuinæ: Secundum quam considerationem dicunt quòd temperantia purgati animi attingitur, cũ iam quis tantum assequitur diuinam similitudinem, vt terrenas cupiditates nesciat. Et secundùm hunc modum virginitas videtur attribuenda beatæ virgini, sic scilicet vt terrenas concupiscentias nedum non habeat, seu proponat vel voueat non habere, sed etiam vt eas penitus nesciat, quod est altius & perfectius quam virginitatis propositum habere seu vouere. Et hanc sententiam propriè sonant ipsius verba, cùm dicit: Virum non cognosco, quæ propriè pertinent ad virginitatem purgati animi, scilicet heroicam; Quæ quidẽ distinctio virtutum quadriperdita tractatur ad plenum in prima secundę quæst. 61. artic. v. in corpore quęst.

ADDITIO VI.

In eodem cap. Ubi dicitur in postil. Veruntamen. Quia istud exemplum non est vsquequaque.

Hoc exemplum est satis perfectum interrogationis virginis Mariæ. Ipsa enim (vt dictum est) non quęrebat de facto, sed de modo fiendi, scilicet vtrùm ordine naturali conceptura erat vel supernaturali, & ideò cum angelus ei inducit exemplum de conceptione sterilis, quæ est supernaturalis, sufficienter erat virgo edocta de modo fiendi, quod erat, scilicet miraculosum per omnipotentiam diuinam, & ideò subdit, quia non est impossibile, &c.

ADDITIO VII.

In eo. cap. Ubi dicitur in postilla. Sed postea cum assensit, tunc conce. &c.

Videtur postillator sentire, quod conceptio filij Dei fuit facta statim cum beata virgo dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum, & non antea: Et est vera & communis opinio doctorum. Vnde magister in 3. di. 3. dicit: Post concessum seu consensum virginis sanctæ, Spiritussanctus peruenit in ipsam secundùm verbum Domini. Et infrà. Potentiam Dei verbi receptiuam pręparans simul autem & generatiuã. Similiter sanctus Tho. in 3. parte. q. 30. art. 1. in corpore. q. Inter alias rationes quas assignat, quare fuit conueniens virginem annunciari per angelum, Vna est, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei & humanam naturam vnde per annunciationem spectabatur consensus virginis quem expressit dicendo: Ecce ancilla Domini, &c. Qui requirebatur ad illud spirituale matrimonium, scilicet incarnationis inter filium Dei & humanam naturam. Bernard. Etiam super missus est. Homel. 3. ostendens, quod consensus virginis requirebatur ex diuina ordinatione ad incarnationem verbi diuini, quasi alloquẽs virginẽ in persona humani generis sic ait: Statim liberabimur si consentis. Et infrà eam alloquens, dicit: Responde itaque citius Angelo, immo per Angelum domino responde, verbum profer tuum & cõcipe diuinum: Emitte trãsitorium, & amplectere sempiternum. Ex quo patet quod ex mẽte Bernardi est, quod dum beata virgo protulit verbum tuum: vel saltem in vltimo instanti prolationis cõcepit verbum æternum. Sed fuerunt quidã ab huius veritate deuiãtes, qui videntur asseruisse, quod incarnatio verbi diuini præcessit salutationem Angelicam. Unde in quibusdam ecclesiis etiam cathedralibus & alijs non modicæ authoritatis, in quadam lectione de annunciatione virginis hæc verba continentur: Missus fuit Gabriel ad virginem & antequam ad virginẽ peruenisset, inuenit Deũ virgineis illapsum visceribus, & diuinã maiestatem virginalis ventris breuitate conclusam: Et infrà post pauca subdit. Denique & Archangelus non ait: Aue gratia replenda sed plena: nec, veniet in te, sed Dominus tecum. Hæc in prædicta lectione. Quę quidem assertio veritati Euãgelicæ manifestè repugnat. Testatur enim Euangelista Angelũ post salutationẽ virgini dixisse: Ecce concipies in vtero. Ex quo patet, quòd conce-

A conceptio Christi in vtero etiam post salutationem fuit futura: non ergo ante prædictam salutationem in vtero concepit, cum talis conceptio non fuit nisi solus. Legitur etiam infra Luc. 2. de Christo quod vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur. Ex quo patet manifestę quod quando angelus dixit beatæ virgini: Vocabis nomen eius Iesum, nondum conceptus erat in vtero Christus. Sed constat, quod salutatio præcessit prædictam vocationem, ergo quando virgo fuit salutata, nondum conceptus erat Christus in vtero. Quod manifestè euacuat prædictam assertionem. Probationes autem quas prædicta lectio inducit, nihil faciunt ad propositum suum ostendendum, quia cum dicit, gratia plena, intelligitur de gratia iustificationis seu sanctificationis, quæ semper fuit in virgine. Similiter cum dicit, dominus tecum. Sed cum hoc stat quod erat replenda per conceptionem verbi incarnati, & ideo angelus ad eam post salutationem quęrentem. Quomodo fiet istud ait: Spiritussanctus superueniet in te sonat de futuro. Similiter: Et virtus altissimi obũbrabit tibi, quod similiter de futuro sonat. Vnde si in dictis aliquorum doctorum inueniantur verba quę prima facie sonant, quod Deus erat cum beata virgine ante missionem angeli seu ante salutationem, & huiusmodi, intelligenda sunt secundum gratiam habitualem seu sanctificationem mentis virginis: non autẽ secundum verbi diuini incarnationem. Aliter enim contradicerent euangelicæ veritati, vt dictum est. Quam quidem lectionem tanquam erroneam & euangelicę veritati inconsonam in ecclesia Burgensi, cui ad præsens indignus & immeritus diuina tamen permissione præsum, correxi, & ad conformitatem euangelicæ veritatis & sententię sanctorum doctorum sub verbis ad hoc pertinentibus reduxi, submittens tamen me & quęcunque mea sacrosanctę sedis apostolicæ determinationi & correctioni, & cuiusque verius sentientis, &c.

B

ADDITIO VIII.

In eo. cap. vbi dicitur in postil. Quia licet ex omnibus virtutibus fuerit disposita ad conceptionem filij Dei, specialiter tamen hoc fuit ex humilitate.

Ratio quare virtus humilitatis magis fuit dispositio ad conceptionẽ quam aliæ virtutes. Beda declarat dicens: Dicebat enim, vt sicut per superbiam primę parentis mors intrauit in mundum, ita per humilitatem Mariæ vitæ introitus panderetur. Et nota secundùm Greg. super illud: Beatam me dicent, Non autẽ beatam se appellat inani vexata gloria, sed sacro tacta spiritu, quæ futura sunt prophetauit, &c.

ADDITIO IX.

In eo. ca. Vbi dicitur in postil. Aliter etiam dicitur quod negauit se esse prophetam tantum, &c.

Aliter etiam posset dici, quod negauit se esse prophetam, scilicet, illum de quo Deut. 18. d. legitur Prophetam suscitabo eis, &c. quod intelligitur ad literam de Christo, de quo principaliter quærebant sacerdotes & Leuitæ, vt Ioan. 1 potest haberi.

REPLI. In primo ca. euangelij Lucę postil. dicit, quorundam etiam sanctorum sententiam esse, quod Zacharias pater Ioannis fuerit summus sacerdos, cui sententiæ adhęret Burg. contra postil. qui tenet contrarium. Et quamuis hæc veritas opinionum de sacerdotio Zacharię non videtur multum facere ad sensum literæ, quia siue Zacharias posuerit incensum vt summus sacerdos, siue vt simplex, sufficit hora incesi fuisse Ioannem annuciatum per angelum; tamen verisimile est Zachariam non fuisse summum sacerdotem: Maximè ideò quia tempore dominij Gęcorum, & Romanorum super Iudęos, summum sacerdotium vendebatur. Ideò dicit Iosephus Caipham summum sacerdotium emisse. Non autem verisimile, quod Zacharias cum esset iustus, huiusmodi contractus simoniacos fecerit vel approbarit. Ea autem quę Burg. pro confirmatione suę opinionis narrat, ex scriptura fundamentum non habent.

C

D

Primùm quod dicit, quod tempore incensi in die expiationis tantum populus foris orabat, non probat, quia poterant singulis diebus tempore incensi foras orare. Nec secundum dictum Bur. fundantur in littera per eum allegata. Dicit enim quod filij Aaron fuerunt puniti propter excessum factum per eos in festo expiationis. Nam ex littera potest haberi oppositum, quod peccatum illorum non fuit factum in die expiationis, quia ponere incensum illa die, verius pertinebat ad summum sacerdotem, quia solus illo die intrauit in sanctasanctorum. Filij autem Aaron non fuerunt summi sacerdotes, sed simplices, vt patet ex eorum consecratione & vnctione. Leui. 8. ideò nihil ad eos de depositione incensi illius. Fuit igitur error eorum de quodiana positione incensi per simplices sacerdotes fiendi. In qua quia contra præceptum domini fuerunt ebrij, vt vsi igne alieno prohibito puniti sunt, vt colligit Leui. 10. a. Nec illud periculum mortis comminatum est ipsi Aaron & filiis eius residuis & eorum successoribus pro solo festo expiationis, sed in omni ministerio quod corã domino facere debuerunt, ideò dicitur cõsequenter vbi suprà: Hoc est quod loquutus est domin⁹. Sanctificabor in his qui appropinquãt mihi, id est qui in tabernaculo faciũt aliquod officium sacerdotale. Ad obiurgandũ autem vitia punitorum subditur consequenter: Vinum & omne quod inebriare potest nõ bibetis tu & filij tui quãdo intrabitis tabernaculum testimonij, ne forte moriamini; subintelligitur, sicut filij tui puniti sunt ob ebrietatem & ignem alienum, ideò sequitur: Vt habeatis scientiam discernendi inter sanctũ & prophanum, scilicet, ignem offerendum. Constat igititur illum ingressum tabernaculi non solum fieri in die expiationis, nec scientiam discernendi esse necessariam solum die illo. Patet igitur quod ea quæ Bur. pro sua opinione adducit, ex plana litera non habentur, sed potius oppositum.

E

Et quod dic. Bur. plures simul fuisse summos sacerdotes, non habetur ex litera per eum allegata, sed potius oppositum.

Nec valet quod allegat ex euangelio plures fuisse summos sacerdotes quia prout dictum est, hoc processit ex auaritia Romanorum, & Iudæorum ambitione, qui emerunt summum sacerdotium à Romanis, & Romani vt amplius reciperent pluries & pluribus vendiderunt, qui cõtractus in Zacharia non putatur verisimilis.

In eo. c. vbi conceptionis virginis, ponitur exemplum conceptio sterilis, non vsquequaque simile, vt inquit post. Bur. autem dicit ipsum exemplum sufficere ad virginis interrogationem, quæ non de facto, sed de modo fiendi quęsiuit, hoc tamen non videtur verum, quia virgo prius de facto & de modo fuit sufficienter instructa quãdo angelus dixit: Spiritussanctus superueniet in te, &c. Exemplum igitur non fuit positum ad docendum virginem de aliquo. Nec virgo sumpsit exemplum illud pro doctrina, sed pro solatio, quia alias sequeretur quod virgo visitans Elizabeth iuisset ad probandum exempli dati veritatem quod falsum est, et contra beatum Amb. super Lucam: qui dicit virginem visitasse non quasi incertam de nuncio, nec quasi dubitantem de exemplo, sed quasi lętam pro voto, religiosam pro officio, nec vt verbum angeli mulieris in attestatione probaret.

In eo. cap. vbi dicitur de Ioanne: Tu puer propheta altissimi, &c. Postillator obiicit, quia Ioannes dixit se non esse prophetam, id est procul fantem, sicut antiquitus, quia quod dixit, digito demõstrauit. Vel aliter negauit se prophetam tantum, quia fuit plusquam propheta. Burg. autem aliter soluit, dicens, quod negauit se illum prophetam, de quo dicitur Deut. 8 quod ad literam de Christo exponitur. Sed videtur quod iuxta Burg. solutionem non satisfecisset quærentibus neque quęstioni, quia cum prius dixisset, Nõ sũ ego Christus, de quo vt dicit Burg. exponitur illud Deut. allegatum de hoc non quæsierunt amplius. Sed cum audirent quod non esset Christus, neque Elias. Quęsierunt quid ergo? saltem propheta es tu? Non igitur quęsierunt de propheta promisso in Deutero. prout Burgensis vult.

F

CAPVT II.

a F Actum est autem. Sequitur.

b Exiit edi. à Cæ. AVG. BEDA. Augustus 12. annis circa natiuitatem Christi in pace regnauit, vt etiam ad literam completum videatur illud propheticum: Conflabunt gladios suos in vomeres, etc. Pacatissimo autem tempore voluit Christus nasci, quia pacem magnopere quæsiuit & amauit, quia pacis amatores semper inuisit. Voluit etiam vt discipuli quos ad prædicandũ missurus erat, quocunque vellent securi transire possent, & ab imminentium seditionum feruore tremenda Romani nominis vmbra protegerentur.

Is. 2. b.

Nasciturо domino describitur mundus, quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in æternitate, in quo nomen Augusti verè impletur, qui suos augere

CAPVT II.

a ¶ Quibus crescebat Ioannes, vel quibus Maria in domum reuersa est post tres menses, quibus cum Elizabeth mansit.

a b F Actum est autem in diebus illis: exiit edictum à Cæ-

1 2

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT II.

1 F Actum est au. Descripto ortu pręcursoris, hic consequenter describitur ortus Saluatoris. Et primo describitur Saluatoris ortus, secundo, debitus ritus, ibi: Et postquã consummati. Tertiò, pueri profectus, ibi: Puer autem crescebat. Circa ortum saluatoris primò describitur tempus secundò locus, ibi: Et ibant omnes, tertio virgini partus, ibi: Factum est autem. quartò angelorum cantus, ibi: Et pastores erant Circa primum dicitur.

2 Exiit edi. à Cæ. Hic ostenditur tempus natiuitatis Christi, qui natus est anno 42. Augusti Cęsaris, qui nominatus fuerat Augustus ab augendo

† MORALITER. 1 Factum est autem. Sequitur 2

augere sufficiens, censoribus suæ professionis non pecuniæ, sed fidei oblatione signare præcepit, quia dum professio secularis obtenditur, spiritualis impletur. Abolito autem censu synagogæ vetusto, nouus census ecclesiæ paratur, qui tormenta non exigit sed aufert, qui non vno numismate, sed vna signatur fide.

etiam qui adhiberi solent. Hos quoque natiuitati suæ & generationi Christus adhibuit, qui signarent euangelium, dicens: *Vos eritis mihi testes in Ierusalem.* (Actu. 1. b.)

BEDA. Sicut imperante Augusto & præsidente Cyrino, ibant singuli in suam ciuitatem vt profiterentur censum sic modo imperante Christo, per doctores, ecclesiæ præsides profiteri debemus cēsum iustitiæ. Subeamus iugum quod leue est veniamus ad requiē animarum quæ est patria nostra. Et sicut Cæsari soluebatur denarius qui decem nummos habebat, qui etiam nomine Cæsaris titulabatur, sic offeramus regi nostro decalogum legis, in quo vultum nostri regis, id est, agnitionem voluntatis eius inueniemus. Quem denarium quasi sacculo inclusum portamus in via, cum in occulta conscientiæ meditatione seruamus. Proferemus autem cum *regem in decore suo contuebimur*, vel etiam proferimus, *cum ea quæ in tenebris discimus, in lumine dicimus, & quod in aure audiuimus, prædicamus in tectis.* (Matt. 10. c.)

Quietissimum & pacatissimum erat regnum, quia vna descriptione totum mundum conclusit. Propterea census datus est, vt sciret rex numerum hominū & magnitudinem. Hic primum Iudæa facta est, stipēdiaria Romanis.

(† cēsum vt profiterentur vniuersus orbis terræ.)

a sare Augusto, vt † describeretur vniuersus orbis. Hæc descri- 1 2 b c ptio prima facta est à præside Siriæ Cyrino. Et ibant omnes 3 d vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem 4 5 e & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam ciui- 6 tatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eò quòd esset de 7 domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria despon- 8 f sata sibi vxore prægnante. Factum est autem cum essent 9 ibi, impleti sunt dies † vt pareret, & peperit filium suum 10

(† Mariæ)

¶ Professio. ¶ Dominico. a ¶ Vt nullus extra ecclesiam censum Deo reddat. a ¶ Vbi conceptus est Christus. a ¶ Qui gerebat typum Christi. b ¶ Domus panis, quia ibi natus est qui suos reficit in æterno pane. ¶ In præconium futuri. a ¶ Vbi profitetur iustus & virgo nisi vbi Christus nascitur, id est, in pacato corde. Prope est verbum in corde tuo & in ore tuo. a ¶ Non in domo parentum, sed in via nascitur, quia per humanitatem quasi in alieno nascebatur, non secundū potestatem, sed secundum naturam.

a *Vniuersus orbis.* BEDA. AMBRO. Multæ gentes erant quibus non imperabat Augustus, sed his verbis regnum Christi exprimitur, qui omnibus erat imperaturus. Quis enim posset totius orbis professionem exigere, nisi qui totius orbis habeat imperium.

b *Prima* BEDA. Iam diuersis temporibus plereqúe partes terrarum leguntur descriptæ, sed hæc est prima earum quæ totum orbem concluserunt, quæ professio est mentium, quia nullus excluditur. Vel certè tunc primum cœpit, quando Cyrinus à Cæsare in Syriam missus est, censor patrimoniorum futurus.

c *Syria.* Syria in qua Iudæa est media, & quasi vmbilicus est totius terræ. Census ergo primum in medio terræ exigitur, vt inde postea vsque ad fines terræ exigeretur & redderetur.

d *Cyrino.* AMBRO. Historico more scribens, vt seriem temporis designet, nomen præsidis tanquam consulis, signi gratia huic libro ascribit. Nam si consules ascribuntur tabulis emptionis, quantò magis redemptori omnium debuit tempus ascribi? Habemus hic omnia quæ in contractibus esse solent. Vocabulum summam potestatem gerentis, diem, locum, causam, testes etiam

e *Naza.* BE. Quotidie dominus in Nazareth cōcipitur, in Bethleem nascitur, cum aliquis flore verbi suscepto, se domū æterni panis operādo efficit. Quasi in aluo virginali cōcipitur, in corde credentis per fidem, generatur per baptisma. Quotidie Dei genitrix ecclesia, suum comitata doctorem, de toto mundo in ciuitatem confessionis & laudis ascendens, censum suæ deuotionis regi æterno persoluit. Quæ quasi alij desposata, sed ab alio fœcūdatur, dum proposito sibi pontifici visibiliter iungitur, sed inuisibili spiritus virtute cumulatur. Vnde Ioseph auctus interpretatur, indicans ipso nomine quod instantia loquentis magistri nihil valet nisi augmentum superni iuuaminis vt audiatur acceperit.

f *Factum est autem.* Alibi concipi, alibi nasci dominus voluit, vt insidiantis

NICOLAVS DE LIRA.

augendo, quia notabiliter auxit imperium Romanum, & propter hoc in diebus suis aliis gentibus imperio Romano subiectis, fuit in orbe pax vniuersalis, ideo mandauit,

1 Vt describe. vniuerso. *Vt per hoc sciretur qualiter terra diuersa essent populata, & quanta tributa singulę possent reddere, vt sic tributis indebitis non grauarentur, & sciretur per quem modum singula terrę sub imperio Romano melius regerentur. Ex hoc etiam patet quod Christus natus fuit tempore maximę pacis, sicut fuerat prænunciatum à prophetis. Psal. 71. b.* Orietur in diebus eius iusticia, & abundantia pacis. *Item Isa. 2. b.* Non leuabis gens contra gentem gladium *Et 9. b.* Vocabitur nomē eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis,

2 Hæc descriptio prima facta est. *Dicitur autem prima quantum ad generales descriptiones orbis, quia ante istam bene fuerunt aliæ descriptiones partiales, sicut patet 2. Reg. 24. & 1. Paral. 21. de numeratione populi & descriptione quam fecit Ioab de mandato Dauid. Dicitur etiam prima secundum alios quantum ad alias artes eiusdem descriptionis, quia Syria est in medio terræ habitabilis, & ideò ibi fuit inchoata ista descriptio, vt inde denunciaretur fieri in aliis prouinciis circulariter.*

3 A præside Syriæ Cy. *Hunc enim Cyrinum Cæsar Augustus præfecerat Syrię ad ipsam regendam.*

4 Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. *Hic describitur natiuitas Saluatoris quātum ad locum, quia ista descriptio pręcepta erat fieri in principalibus ciuitatibus, & ibi conueniebant quia ibi habuerāt originem vt sic descriptio fieret non solum secundùm numerum personarum, sed etiam secundum determinationem genealogiarum: vt sciretur numerus determinatus nobilium & ignobilium, & hoc est quod dicitur:* Et ibant omnes, vt profiterentur singuli in ciuitatem suam. *Profitebantur autem dupliciter se esse subiectos Romano imperio, scilicet scripto, quia eorum nomina scribebātur de mādato imperatoris, & etiam facto, quia soluebant censum imperatori, propter quod in nummismate census erat imago imperatoris, vt habetur Matt. 22.*

5 Ascendit au. & Io. à Ga. *Id est, in qua manebat.*

6 In Iudęam ciuita. Da. *Iudęa hic accipitur adiectiuè, quia Bethleem est quędam ciuitas in regno Iudeę, & vocatur ciuitas Dauid, quia inde oriundus fuit, vt habetur 1. Reg. 16.*

7 Eo quod esset de domo & familia Dauid. *Vt patet per genealogiam descriptam cap. se. & Matt. 1.*

8 Vt profiteretur cum ma. sibi *Ipsa enim erat de eadem tribu cum Ioseph, & successerat in hæreditate paterna, ideò iuit ad profitendum cum eo, licet esset partui propinqua. Hoc etiam diuina dispensatione factum est, vt sic Christus nasceretur in Bethleē, sicut erat prædictum Mich. 5. a.* Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis.

9 Factum est autem cum essent. *Hic consequenter describitur virginis partus cùm dicitur:*

10 Et peperit filium suum primo. *Et dicitur primogenitus, non quia post illum Maria alios filios habuerit, vt dicit Heluidius hęreticus, sed quia ante illum alium non habuit, vnde & in lege filius vnigenitus offerebatur domino, et redimebatur tanquam primogenitus, quia ab vno mense redimebant, vt habetur Num. 3. & tunc primogenitus dicebatur, dato quod nullus sequeretur.*

Et

MORALITER.

5 *Ascendit au.* Per Mariam, ecclesia designatur, & per Ioseph sponsum eius episcopus, propter quod annulum habet sicut sponsus. Et sicut Maria fœcundata fuit, non tamē à Ioseph sponso, sed à spiritusanto, sic & ecclesia fœcunditatem gratiæ habet à Deo. Ascendunt autem in Bethleem ciuitatem suam, scilicet, cœlestem. Bethleem enim domus panis interpretatur, & in

in cœlesti ciuitate panis viuus in propria specie degustatur, & profitentur omnium imperatori se seruire.

10 *Et pe. filium suum primogenitum.* Ecclesia verò filium parit in qualibet bona persona, quando bonum prius conceptum producit ad effectū, & pānis inuoluit, quādo ab humanis laudibus hoc abscondit. Et in præsepio reclinat, quando ex opere bono non eleuatur, sed se magis humiliat.

† Et

A vt insidiantis Herodis furorem facilius euaderet. Humilitas Christi commendatur, quia non solùm incarnari, sed etiam illo tempore nasci voluit, quo mox natus censui Cęsaris propter nostram liberationem subderetur.

a *Primogenitum.* ✠ SANCTVS TITVS. Non quod sanctissima Deipara vllum vnquam alium filiū habuit: Quia Christus qui carnem ex illa suscepit, cum verùs alioqui Deus esset, secundum carnē factus est frater noster.

B ✠ HIERONYMVS. Ex hoc loco Heluid.[9] nititur probare primogenitum dici non posse, nisi eū qui habeat & fratres, sicut vnigenit' ille vocatur qui parentibus sit solus filius. Nos autem ita definimus: Vnigenitus est primogenitus, non omnis primogenitus est vnigenitus. Primogenitum non esse dicimus eum, quem alij subsequuntur sed ante quem nullus.

(Hierony. contra Heluid.)

a ¶ Beda. Non post quem alij, sed ante quem nullus.
b ¶ Ponitur in præsepio, id est, corpus Christi super altare.

a b primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclināuit eum in [1] [2]

a ¶ Beda. Vt sancta animalia carnis suæ frumento reficiat, qui panis est angelorum.
b ¶ Beda. Loco eget, vt nos plures in cœlis habeamus mansiones.

c † præsepiō, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores [3] [4]
d erant in regione eadem † vigilantes & custodientes † vigilias [5]

(† præsepe. † in agro pernoctantes. † custodias)

a ¶ Ambros. Grex populus, nox seculum, pastores sacerdotes, vel etiam angeli.

e lias noctis super gregem suum. Et ecce angelus domini stetit [6]

a ¶ Vt non solùm voce sermonis, sed etiam diuinæ lucis claritate ortus veri luminis astruatur.

f iuxta illos, &, † claritās Dei circumfulsit illos, & timuerunt [7] timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: Ecce enim † euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni [8]

(† gloria. † annuncio. † vobis.)

a ¶ Beda. Fidelium de cunctis diuersitatibus gentium congregando, ęternum gaudium nunciatur.
¶ Homo & Deus.

g populō, quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus [9] [10]

b *Pannis eum inuoluit.* Vilibus induitur pannis, vt stolam immortalitatis reciperemus. Manus & pedes stringuntur, vt manus nostræ ad benè operandum pedes in viam pacis dirigantur, Paruulus factus, vt nos perfecti simus.

C ✠ HIERONYMVS. Nulla autem est ibi obstetrix, nulla muliercularum sollicitudo intercessit. Ipsa pannis inuoluit, infantem, ipsa mater, & obstetrix fuit.

(Contr. Heluidium.)

c *Locus in diuersorio.* Diuersorium est domus inter duos muros, duas ianuas habens. Figurat ecclesiam inter paradisum & mundum.

BEDA. In diuersorio, vt in via nascitur, qui ait: *Ego sum via.* qua ad patriam veritatis & vitæ veniamus.

(Ioan. 14. a.)

d *Et pastores.* BEDA. Nato summo pastore, pastores ab insidijs noctis, gentium greges more pecudum prius viuentes vigilando defendunt, & in aulam Dei congregant. Quibus benè vigilantibus angelus apparet, & eos claritas circumfulget, quia illi præ cęteris sublimia videre merentur, qui fidelibus sollicitè præsunt, super quos diuina gratia largiùs coruscat.

D ✠ SANCT. TITVS. Prę cæteris, pastoribus beneficium hoc obtigit, quia prę cæteris simplices dolique exortes erant, sectabātur enim veterum consuetudinem. Nā vt patriarchæ & ipse etiam Moses pascendis ouibus quondam intenti erant, ita nunc ipsi quoque.

E e *Et ecce angelus do.* BEDA. Et cōcipiendum, & cōceptum, & natum dominū, cœli ciues testantur vt & mortales sufficienter imbuant, & suum authori seruitium impendant.

✠ ORIGENES. Ante aduentum erant pastores angeli qui res humanas regerent. Et cum horum vnusquisque suam custodiam conseruaret, venit angelus nato Domino; & annuntiauit pastoribus, quod verus esset pastor exortus. Angeli enim ante aduentum parum poterant commissis sibi vtilitatis adferre. Vix enim aliquis vnus ex singulis gentibus credebat in Deum, nunc autē populi accedunt ad fidem Iesu.

(Hom. 12. in Lucam.)

F f *Circumfulsit.* BEDA. Id est, ex omni parte illorum fulsit, radios sui luminis aspersit, quod in tota veteris Testamenti Serie non inuenitur. Consonat autem qui ait: *Nox præcessit, dies autem apparet. Abyciamus ergo o. te. & ind. ar. lu.*

(Rom. 13. d.)

g *Hodie saluator qui est Christus.* Cùm nox esset: Non ait, hac nocte, sed hodie, quia scilicet gaudium venerat nunciare. Vbi tristia geruntur, noctis mentio solet fieri: vt, *Scandalum patiemini in me nocte ista.*

Infantem

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et pannis eum inuoluit. *Per seipsam. Ex hoc patet falsitas quæ scribitur libro de infantia Saluatoris, scilicet ipsam obstetrices habuisse in partu, quæ non requiruntur nisi propter afflictione matris in partu, quæ non habuit locum in virgine, quia peperit sine dolore, imò cum maximo gaudio & delectatione, & ideò per seipsam puerum natum recepit, inuoluit & reclinauit, vt hic dicitur.*

2 Et reclinauit eum in præsepio. *Ioseph enim in illo itinere adduxerat secum asinum ad portandum vxorem prægnantem, & bouem ad vendendum in Bethleem vbi erat congregatio populi magna, vt de pretio solueret expensas in via, & illis duobus animalibus fecit præsepium iuxta se in quo beata virgo reclinauit filium natum, secundum quod fuerat prædictum Hibacuch 3. secundum translationem LXX. quam sequitur officium Ecclesiasticum:* Domine audiui auditum tuum & timui, Considerauí opera tua & expaui, in medio duorum animalium. *Fuit enim prophetæ admirationis pauor quod in loco tam humili reclinaretur Saluator, vnde subditur.*

3 Quia non erat ei locus in diuersorio. *Est enim diuersorium hospitalaria ad quam diuertunt venientes ab extra ad hospitandum. Ciuitas autem Bethleem tunc erat plena populo, qui venerat ad prædictam professionem, & illi qui erant potentiores occupauerant loca maiora, & ideò licet Ioseph erat de nobili genere, vt prædictum est, non tamen erat de ditioribus, & ideò ita paruum locum habuit, quod Saluator natus in præsepio reclinatus fuit, ad impletionem prophetiæ prædictæ, & ad dandum exemplum humilitatis perfectæ, à qua Saluator incœpit à natiuitate, & eam continuauit vsque ad mortem: in qua* humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis *secundum quod dicitur Philip. 2.*

4 Et pastores. *Hic consequenter describitur angelorum cantus exultantium in natiuitate Saluatoris, vbi primò describitur natiuitatis huius denunciatio. Secundo angelorum exultatio, ibi:* Et subito facta est cum angelo, *Tertiò pastorum deuotio ibi:* Et factum est.

Circa primum prœmittitur quibus facta est dicta denunciatio, cùm dicitur: Et pa. e. in re. ea. vi. *Erant enim simplices & absque cautelis malitiæ, & occupati in officio sanctorum patriarcharum, qui dicuntur fuisse pastores: Genes. 47. Talibus autem solent fieri diuinæ illuminationes & consolationes, & non hominibus in sapientia huius mundi, quæ stultitia est apud Deum, occupatis, secundum quod dicit Saluator Matth. 11. d.* Confitebor tibi pater domine cœli & terrę, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, *ideò subditur,*

5 Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, *Paratus ad reuelandum eis diuina.*

6 Et claritas Dei circumfulsit eos. *Non tantum exterius in corpore, sed etiam interius in mente.*

7 Et timuerunt. *Ex insolita visione, sed angelus eos consolatur, dicens,* Nolite timere. *Cuius causa subditur, cum dicitur.*

8 Ecce enim euangeli. &c. quod erit omni pop. *Non solum Iudæorum, sed etiam gentilium.*

9 Quia natus est nobis hodie Salua. *Et dicit hodie quia quamuis esset nox, erat tamen pars diei naturalis: Vel aliter, & melius vt videtur, quia nox illa ex claritate diuina prædicta fuit ita illuminata, ac si esset dies clarissima, secundum quod fuerat prædictum Psalmo 138. b.* Et nox sicut dies illuminabitur.

10 Qui est Christus domin. *Christus Grecè idem est quod vnctus Latinè*

MORALITER.

4 *Et pastores erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Hi sunt boni prelati & curati, qui vigilāt, super propriam vitam ne delinquant, & custodiunt vigilias noctis super gregem suum, ne luporum infernalium morsibus pereant. Et iuxta illos stat angelus ad eorum custodiam & claritas Dei circumfulget illos ad suam & subditorum directionem, & timent timore filiali, propter quod eis dicitur:

9 *Natus est nobis hodie Saluator.* Qui timentibus Deum spiritualiter nascitur per gratiæ suæ influxum Malach. 4. a. *Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitię.*

a ¶ In Bethleem, vnde Dauid natus.
b ¶ Signum salutis fidelibus, humilitas saluatoris quæ est opposita superbiæ, per quā mors in mundū intrauit.

dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis a infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. † Et subitò facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis: laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo, & in terra pax † hominibus bonæ voluntatis. Et factum est, vt discesserunt ab eis angeli in cœlum, pastores, loquebantur adinuicem: † Transeamus vsque Bethleem: & videamus hoc verbum quod

a ¶ Ne parua vnius angeli videatur authoritas. b ¶ Quæ Christum ducem sequitur.
a ¶ Pax multa diligentibus legem tuam domine, & non est illis scandalum.
a ¶ Credentes verbis angeli pastores, testimonium dant vero agno.
a ¶ Non aspiciamus retro, nec ad dexteram vel sinistram, nisi in solum Christum.
b ¶ Beda. Quod in principio apud patrem fa. est caro, & sic ostensum nobis quod Deitate non poterat videre.
¶ Ambros. Cum caro domini videtur, verbum videtur, quod est filius.

a *Infantem pannis inuolutum.* BEDA. Crebris infantia saluatoris & angelorū testimonijs, & euangelistarum est inculcata, vt mentibus nostris altius infigatur quid pro nobis sit factus: In quo humilitas commendatur, *quia cum esset diues, pauper pro nobis factus est, vt inopia sua nos ditaret.* (2. Cor 8. b.)

b *Multitudo militiæ cœlestis* AMBROS. Benè angelorū nominatur exercitus, qui sequebantur militiæ ducem, qui cōtra malignos spirit. ad tutelam nostram angelorum ordinat exercitus.

BEDA. Vno euāgelizāte, multitudo consona in laudem prorumpit, vt & officium suū Deo impēdat & nos instruat vt quoties sacrā eruditionem ex fratris ore audimus, Deo laudes corde, ore, & opere, reddamus. Quia verò Deus & homo nascitur, hominibus pax cum ipsis angelis, Deo canitur gloria, qui ab angelis pro nostra redemptione glorificatur.

(† in hominibus bona voluntas, seu beneplacitum.)

c *Et in terra pax.* Quando peccando eramus à Deo extranei, extraneos nos angeli deputabant. Sed quia cognouimus regem nostrum, recognouerunt nos angeli ciues suos. Et timet angelus adorari ab humana natura quam in suo rege considerat.

✠ SANCTVS TITVS. Indicat Deum qui ante illorum (Angelorum) gloria erat, qui degebant in supremis, nunc eorum pacem effectum esse qui versantur in terra. Etenim qui factus est nobis pax, bonáque volūtas, is illos qui in cœlo, & illos rursus qui in terra degunt, vnum gregem absoluere palā ostendit.

(† De cōdi. 1. c. noct. &c. de hym. dis. &c. hi duo.)

d *Hominibus bonæ volūtatis.* BEDA. Qui suscipiūt natū Christū, Non his qui audita eius natiuitate sunt turbati & eum persecuti. *Nō est pax impijs, dicit dominus.* (Isa. 48.)

e *Pastores loquebantur.* AMBRO. Non sit vilis persona pastorū, quia quo vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. A pastoribus fidem Maria colligit. A pastoribus populus ad Dei reuerentiam congregatur: Mirati sunt enim de his quæ dicebantur à pastoribus ad illos.

f *Transeamus* MORAL. Sic nos abiectis carnalibus concupiscentijs, cogitatione & desiderio mentis in supernam domum viui panis

NICOLAVS DE LIRA.

Latinè. *Antiquitus autem in veteri lege vngebantur tantum reges & pontifices. Christus autem rex est & pontifex, & ideò bene dicitur Christus, id est sanctus, non vnctione humana sed diuina, quia in humanitate pro nobis assumpta fuit vnctus à Deo patre, imò à tota trinitate plenitudine gratiæ secundùm quod dicit Psalm, 44. b.* Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. *Propter quod dicitur Ioan. 3. quod datus est ei spiritus, non ad mensuram, scilicet aliorum hominum, sed secundùm omnem plenitudinem: Non solùm sufficientiæ, sed etiam redundantia in omnes alios quantum ad sufficientiā secundum quod dicitur Ioan. 1. b* Et de plenitudine eius omnes nos accepimus.

1 Et hoc vobis signum. *Per hoc enim quod angelus dedit eis signum magnæ humilitatis & paupertatis, significatum fuit pastoribus, quod non venerat ad regnandum temporaliter, vt Scribæ Iudæorum credebant Christum venturum. Potest autem aliter dici, quod illud fuit proprium signum Saluatoris nati. Ad cuius intellectum considerandum, quod illa quæ fuerunt in veteri Testamento, fuerunt figura noui, vt dicitur 1. Cor. 10. In veteri autem Testamento duo Saluatores Iudæorum, imperfecti tamen, præcesserant tanquam figuræ Saluatoris perfecti Iesu Christi. Primus fuit Moyses, qui liberauit eos de seruitute Ægyptiaca, vt habe͂tur Exod. 13. c. Secundus fuit Cyrus, qui liberauit eos de captiuitate Babylonica, vt habetur 1. Esdr. 1.* Et vterq; de nouo natus fuit inuentus in magna paupertate, *sicut patet de Moyse Exod. 2. quem inuenit filia Pharaonis positum in flumine in fiscella iuncea, Similiter de Cyro dicitur in Ecclesiastica historia super Danielem, quòd Astyages rex Medorum & Persarum vidit in somnis vitem nascentem de vtero filiæ suæ totam Asiā occupantem, & à coniectoribus fuit sibi responsum, quod visio ista significabat ex ea puerum nasciturum qui occuparet regnum Medorum & Persarum, propter quod timens ne ipse vel filius suus per hoc regno priuaretur: dedit filiā suam militi pauperi, & cum hoc etiam cum filia sua facta fuisset prægnans, fecit tempus partus sui explorari, & puerum natum sibi apportari, quem tradidit cuidā militi, vt secretò interficeretur. Qui cōpatiens puero ipsum non interfecit, sed in quodā nemore puerum fortunæ dimisit. Ad quē quædā canicula pastoris regis quę erat iuxta nemus, frequenter veniebat, & ipsum lactabat, & pastor prædictus volens scire vbi canicula declinabat inuenit puerum ita in paupertate iacentem, quem accepit & tradidit vxori suæ nutriendum & postea factus est rex Persarum atque Medorum ad liberationem Iudæorum. Cùm igitur figura & figuratum debeant habere correspondentiam, & prædicti duo qui fuerunt figuræ Christi, in maxima paupertate inuenti fuerunt in sua natiuitate, signum conueniens & correspondens figura dedit angelus pastoribus de Christi nati inuentione di.*

2 Inuenietis infantem pannis inuolutum, & positum in præsepio. *Et credendum est, quod pastores hoc intellexerunt illuminati à Deo.*

3 Et subitò facta est. *Hic consequenter ponitur angelorum exultatio, cum dicitur:* Et subitò facta est cum an. *Qui tanquam principaliter inter alios nunciauerat Christi natiuitatem.*

4 Multitudo militiæ cœlestis. *Id est, angelorum qui nomine militiæ designantur, quia pro salute hominum cum dæmonibus præliantur, secundum quod dicitur Apoc. 12. b.* Michael & angeli eius præliabantur cum dracone, &c.

5 Laudantium Deum. *De Christi natiuitate eo quod per ipsum sciebant deduci homines ad salutem quam desiderant & ruinam angelorum per hoc reparandum.*

6 Et dicentium, Gloria in altissimis Deo. *Quia licet eius gloria vbique reluceat maximè tamen in cœlo empyreo, vbi est angelorum & beatorum habitatio.*

7 Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Id est hominibus bonis. Per bonitatem enim voluntatis dicitur homo simpliciter bonus, magis quam per bonitatem aliarum potentiarum animæ, quia voluntas mouet alias potentias ad actus suos, & ideò bonitas eius vel malicia in omnes alias potentias redundat, sicut influentia causæ mouentis in motis ab ipsa. Malis autem hominibus non est pax, secundum quod dicitur Isa. 48. d.* Non est pax impijs dicit dominus. *Ex hoc etiam verbo angeli patet, quod ista pax quæ principaliter per prophetas prædicta fuit futura in aduentu Christi, erat pax interior bonæ voluntatis, quia secundum quod dicitur Prouerb. 12.* Non contristabit iustum quidquid ei acciderit. *Pax autem temporalis quæ fuit in aduentu Christi pacatis omnibus gentibus sub imperio Romano, fuit figura huius pacis principaliter intenta.*

8 Et factum est. *Hic consequenter describitur pastorum deuotio, quia statim post visionem istam dimisso grege iuerunt ad videndum puerum natum, dicentes.*

9 Transeamus vsque Bethleem, vt videamus hoc verbum. Id est,

MORALITER.

† 3 *Et subitò facta est cum angelo multitudo.* BEDA. Vno angelo euangelizante natum in carne Deum, mox multitudo militiæ cœlestis in laudem prorumpit creatoris, vt & Christo deuotionem impendant, & suo nos instruant exemplo, quoties aliquis fratrum sacræ eruditionis verbum insonuerit, vel ipsi quæ pietatis sunt ad mentem reduxerimus, Deo statim laudes corde, ore & opere reddamus.

† *Pastores loquebantur adinuicem.* Nam de reuelationibus angelicis loqui debent pastores ecclesiæ quæ continentur in sacra scriptura, propter quod subditur.

9 *Transeamus vsque Bethleem.* Quæ domus panis interpretatur, ideò per eam sacra scriptura significatur, nam in ea Dei verba quæ sunt panes vitæ continentur. Et sic in Bethleem transire, est sacram scripturam diligenter studere.

† *Et videamus, &c.* Nam in ea videtur verbum caro factum.

† Pastores † Et venerunt

viui panis debemus transire, illum amando qui, pro nobis caro factus est, vt ad eius visionem perueniamus.

A ✠ SANCT. TITVS. *Transeamus vsque Bethleem, inquiunt.* hoc facto ecclesiæ pastores sacerdotioque initiatos adumbrantes. Horum namque munus est cœlesté pané, hoc est agnum illú Dei qui tollit peccata mundi qui quę pro sua ingenti clementia, quotidie in mystica ara sese offerri sinit studiosè inquirere.

a *Et ve. fe.* BEDA. Non cum desidia Christi quęréda est præsentia. Ideo pa-B stores sine mora inueniūt, quia non ficta fide currunt videre quę audierant. Horum exemplum pastores ecclesiæ, imo cuncti fideles imitari debent, vt fide & virtute proficiát, & cœlesti oraculo erecti, præcedentium patrum vitam in qua panis vitæ semper & seruatur & reficit, quasi Beth-C leem portas contemplando subeant. Ibi catholicę ecclesiæ pulchritudinem quasi Mariam, & doctorum cœtum quasi Ioseph, & humilem mediatoris aduentum scripturæ paginis insertum quasi in præsepio inuenient.

(margin: † præsepe. † super. † Puer.)

a ¶ Caro. b ¶ Pater & filius & spiritussanctus fecit, id est, incarnari constituit & sc. factum ostendit.

factum est, quod fecit dominus, & † ostendit nobis. Et vene- [1]

¶ Ministros natiuitatis. ¶ Hominem natum.

a runt festinantes, & inuenerunt Mariam & Ioseph & infantem [2] [3] †

¶ In carne. a ¶ Carnem. ¶ Recto ordine per cognitionem natiuitatis venerunt ad cognitionem verbi.

b positum † in præsepio. Videntes autem † cognouerunt de [4]

a ¶ Quod erat in principio.

verbo quod dictum erat illis de puero hoc: & omnes qui au- [5]

c dierunt mirati sunt & de his quæ dicta erant à pastoribus ad [6]

d ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens [7]

e in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudan- [8]

a ¶ Ab angelis. b ¶ In Bethleem.

f tes Deum † in omnibus quæ audierant & viderant, sicut di- [9]

ctum est ad alios. Et postquam consummati sunt dies octo [10]

g vt circunciderctur † puer, vocatum est nomen eius [11]

D d *Maria au.* AMB. Maria non minus ore pudica quam corpore secreta, quæ nouerat nulli diuulgat, sed tacito corde scrutans congruū tēpus quo hæc Deus vulgari velit, reuerenter expectat conferens ea quæ viderat circa se acta, & quæ legerat in scripturis agenda. Ei dictum erat ab angelo: *Ecce concipies in vtero, & pa. fi.* prædixit Isa. *Ecce virgo conci. & pari. fi.* Videbat se de stirpe Dauid certam. In Nazareth de spiritusancto cōcepisse, in Bethleem peperisse. Quorū omnium testimonia in diuersis prophetis legerat. Comparat E ergo verba prophetarum factis, & in omnibus habet argumēta fidei. Si Maria à pastoribus discit, debemus à sacerdotibus discere. Si Maria ante apostoli præceptū tacet, debemus post apostoli præceptum magis doceri quam docere.

(margin: Sup. 1. c. Isa. 7. c. † notum fecit. † diuulgauerunt. Maria à pastoribus didicerat, & facta scripturis comparabat.)

e *Et reu.* BEDA. Sic spirituales pastores modo dormientibus alijs contemplando cœlestia subuehuntur, modo castra fidelium F lustrant, & probitatis exempla quærendo circūeunt, modo ad publicum pastoralis officij redeunt docendo, vt quid in priuato gustauerunt, alijs prædicando eructent.

b *Videntes autem.* Visio Dei cognitio Dei est & hęc est sola vita hominum vt cognoscant verum patrem, & quem misit Iesum Christum esse vnum Deum.

(margin: Ioan. 7. a.)

c *Mirati sunt.* Mirantur & de mysterio incarnationis & de tanta pastorum attestatione qui fingere audita nescirent, sed simplici facundia vera prædicarent. Sic dominus non rethores, sed piscatores ad euangelizandum destinauit. Sic & in vete. Testa. suæ dispensationis nuncios pastores ordinauit. Ideo non est paruipendenda pastorum attestatio.

f *Sicut dictum est ad illos.* BEDA. Et in hoc glorificant, quod nō aliter inueniunt quam dictum erat, vel *sicut dictum est ad illos* ab angelis referunt laudes & gloriam Deo. Non quod angeli imperassent laudare, sed ipsi laudando offerebant formam deuotionis suæ, dum dicunt: *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis.*

g *Vt circunciderctur.* BEDA. Ritus circuncisionis ab Abraham sumpsit.

d Maria ☞ exordium

NICOLAVS DE LIRA.

id est, puerum natum per verba angeli nobis significatum.

1 Quod fecit domi. *Hoc non est de textu: Græci enim & antiqui non habent, fecit, sed tantum, quod dominus ostendit nobis.*

2 Et venerunt fe. *Ex desiderio videndi Christum principaliter, & secundariò, vt citius redirent ad gregem quem sine custodia dimiserant.*

3 Et inuenerunt. *Sicut angelus eis dixerat.*

4 Viden. au. de ver. *Quia non solum fuerant illuminati exterius sed etiam interius de cognitione verbi incarnati, vt prędictum est.*

5 Et omnes qui au. m. sunt. *Et materia admirationis subditur cum dicitur:*

6 Et de h. Et *accipitur hic, pro, id est,* his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos, *sicut superius est expressum.*

7 Maria au. confer. *Quia prudenter attendebat quomodo prophetiæ implebantur in puero nato. Et ista collatio erat ei valde delectabilis & toti ecclesiæ valde vtilis, quia secundū quod dicit Hiero. in sermone de Assumptione beatæ virginis: Ipsa post ascensionem filij sui remansit ad tempus in terris cum apostolis, vt eos plenius instrueret de verbo incarnato de quo erat plenius edocta per spiritumsanctum, & omnia familiarius viderat & tractauerat, propter quod melius exprimere poterat secundum quod dicit Hiero. Quod melius nouimus, melius & proferimus.*

(margin: Maria apostolos docuit.)

8 Et re. sunt pa. *Redeundo ad gregem suum.*

9 Glorifican. & laud. *De beneficio toti mundo collato generaliter & eis ostenso specialiter, ideò subditur:* In omnibus quę audierant & viderant.

10 Et postq. *Hic ponitur debitus ritus circa puerum natum, quia secundùm ritum veteris legis debebat circuncidi & in templo offerri, & ideo primo agitur de eius circuncisione, secundo de oblatione. ibi:* Et postquam impleti sunt dies. *circa primum dicitur,* Et postq. con. s. *Hoc erat tempus determinatum circuncisioni, prout habetur Gene. 17. b.*

Voluit autem Christus circuncidi, quamuis non esset legi subiectus, Primò vt ostenderet in se veritatem carnis humanæ contra Manichæum qui dixit ipsum Deum habuisse corpus phantasticum, & contra Valentinum dicentem Christum corpus de cœlo attulisse. Secundò, vt approbaret circuncisionem, quam Deus olim instituerat. Tertiò vt ostenderet se esse de genere Abrahæ, qui circuncisionis mandatum accepit Gene. 17. b. Et facta est repromissio de Christo. Quartò vt Iudæis excusationem tolleret de non recipiendo eum si esset incircuncisus. Quintò vt obedientiæ virtutem nobis suo commendaret exemplo, præceptum legis obseruans, cui tamen non erat subiectus. Sextò, vt qui in similitudinem carnis peccati venerat, remedium quo caro peccati consueuerat mundari, non renueret. Septimò vt legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, secundùm illud Gal. 4. a. Misit Deus filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret.

(margin: Error Manichæi. Error Valentini.)

11 Voca est no. e. Ie. *Non dicit impositum, quia à Deo fuit impositum* hoc

MORALITER.

† 2 *Et venerunt festinantes.* Id est, cum desiderio studendi.

3 *Et inuenerunt Mariam & Ioseph.* Per Mariam quæ interpretatur amarum mare, significatur amaritudo pœnitentiæ, & per Ioseph qui interpretatur accrescens, significatur argumentum virtutis & gratiæ. Et ad hæc duo inducit studium sacræ scripturæ.

† *Et infantem positum in præsepio.* Quod est maximum mirabile, cum dicat Iere. 33. e. *Cœlum & terram ego impleo.*

5 *Et omnes qui audierunt.* Pastores enim ecclesiæ & doctores debent alijs communicare quæ didicerunt ab angelis, id est per studium sacræ scripturæ per sanctos angelos reuelatæ.

(margin: Ecclesiæ doctores & pastores quę didicerunt cæteris communicent.)

8 *Et reuersi sunt pastores.* Nam doctores ecclesiæ post aliorum doctrinam debēt ad considerādum propriam conscientiam reuerti & laudare bonitatem Dei.

10 *Et postq. consummati, &c. puer.* Cui debemus conformari, non circuncisione carnis, sed mentis Rom. 2. d. *Non qui in manifesto Iudæus est, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.*

11 *Vocatum est nomen eius Iesus.* Id est, salus, quia fecit salutem in medio terrę. Ideo dicit Bernar. de hoc nomine quod est mel in ore, melos in aure, iubilus in corde.

Circūcisio ab Abrahā sumpsit exordium.

A exordium, quando & nominis amplificationem accepit, ad quā imitationem nomen imponebatur pueris in die eorum circuncisionis: Sic etiam factum est ipsi Iesu. Octaua die circunciditur Iesus, quia vtraque nostra innouatio, & in præsenti, spiritus per baptismum, & in futuro, carnis & in sua resurrectione est præfigurata, & in nostra quandoque est perficiēda. Christus autē die octaua surrexit, & post sex sęculi huius ætates, & septimam sabbati quę nunc interim in alia vita geritur, quasi o-

B ctauo tempore resurgemus, tunc verissimè ab omni corruptione circuncisi, vbi verum præputium auferetur, quia ibi: *neque nubent neque nubentur.*

Infrà 20. f. GREGORIVS. Qui in similitudine carnis peccati venerat remedium quo caro peccati mundari consueuerat, non respuit, sicut baptisma nouæ gratiæ, non necessitatis, sed exempli causa subijt. Et nota, quod idem auxilium curationis in lege circuncisio præstitit, quod nunc baptisma confert tempore gratiæ, nisi quod introitus in regnum nondum patebat. Significat autem hæc circuncisio carnalis illam circuncisionem in die iudicij, cum omnibus animæ & carnis corruptionibus exuti, ad faciem creatoris videndam ingrediemur. Significat etiam præsentem circunci-

C sionem, id est, ablutionem vitiorum per baptismum. Significabat etiam illum de Abraham nasciturum, qui & in præsenti per baptismum, & in futuro per resurrectionem ab omni sorde suos purgaret, erat etiam in Abraham signaculum iustitię.

BEDA. Sicut à Christo Christiani, sic & in vtraque nostra circuncisione à Iesu, id est, à Saluatore saluari vocamur. Quod nomen, non solum antequam concipiamur in vtero ecclesiæ per fidem, sed etiam antè tempora secularia à Deo nobis vocatum est.

✠ SANCTVS TITVS. Circuncisus est Christus Dominus noster Iesus Christus, quia vt est apud apostolum, factus est sub lege &c. Factū est id duplici de causa, primo quidem quo nos per legis consummationem à legis onere redimeret. Deinde vero

D quo per obedieñtiam modis omnibus perfectam insignem Adami innocentiam sanaret. Atque huc tendit illud Apostoli, *Sicut per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnius obeditionem iusti constituerentur multi.* Rom. 5.

a ¶ Non decuit tam gloriosum nomen primum ab hominibus appellari, sed excellentiori natura, ne homo videatur machinator huius nominis.

Iesus. a Quòd vocatum est ab angelo, priusquam in vtero conci- ¶ Mariæ vel Domini. **peretur. 1 Et postquàm impleti sunt dies purgationis eius secun- b dùm legem Moysi, 2 tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterent eum** a ¶ Offerrent & consecrarent. **c domino, sicut scriptum est in lege domini. † 3 d Quia omne**

a *Quod vocatū est ab angelo, priusquā &c.*

✠ ORIGENES. Nomen Iesu gloriosum, omniq; cultu dignissimum nomē quod est super omne nomen, non de-

E cuit primùm ab hominibus appellari, neque ab eis afferri in mundum. Hom. 14. in Lucam. † Exod. 13. a. & 34. c.

✠ SANCTVS TITVS BOSTRORVM EPISCOPVS. *Priusquam in vtero, &c.* Miror quomodo exorti sint quidam qui ipso statim temporis articulo quo Angelus dixit, *Aue gratia plena,* in vtero conceptum fuisse asserere audent.

b *Tulerunt illum.* Paruuli qui de toto regno Iudæorum ad templum portabantur, si erant de tribu Leui, in ministerium domus perpetuo detinebantur. Si de alia tribu, precio dato à parentibus primogeniti redimebantur ad propria referendi.

c *Sicut scrip.* BEDA. Scriptum est in lege: *Mulier quæ suscepto semine pe. mas. immunda erit septem diebus,* Ad distinctionem illius quæ virgo peperit. Non ergo filius, non mater hostijs in- Leui 12. a.

F digebat purgari, sed vt nos saluaremur à timore legis. Decretum autem erat puerum post tricesimumtertium circuncisionis diem ad templum deferri, & pro eo hostiam dari, primogenitum sanctum domino fieri. Per quod significatur, nullum nisi circuncisis vitijs dignum esse conspectu domini, nullum nisi mortalitatis nexibus absolutum, supernę ciuitatis gaudia subiturum. Vera enim circuncisione purgatus templum Ierusalem cum muneribus ingreditur, qui gloria resurrectionis ab omni labe excoctus, cum bonorum operum fructibus supernæ beatitudinis gaudia subit.

d *Omne mas.* BEDA. Omne, tam hominis quā pecoris quod Deo sanctificari & sacerdotis esse iubebatur, vt sacerdos primogenitū hominis

NICOLAVS DE LIRA.

hoc nomen, sed per angelum denunciatum Mariæ & Ioseph, & per ipsos alijs diuulgatum.

Et quia aliquis infidelis, potissimè Iudæus, quod hoc nomen non fuisset conuenienter impositum, posset arguere.

Tum quia Isa. 62. a. dicitur: Vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit. *Hoc autem nomē Iesus non erat nouum tunc, quia ante alij fuerant nominati hoc nomine, vt patet de Iesu filio Iosedech, & de Iesu Naue, in Genealogia Christi qui describitur cap. se. vbi idem habetur.*

Itē quia Isa. 7. c. dicitur: Vocabitur nomē eius Ema. *& 8. a. dicitur:* Voca nomē eius, accelera, spolia detrahe, &c. *& 9. b.* Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, &c. *quæ nomina sunt alia à nomine Iesu. Et similia possunt induci de alijs locis scripturæ.*

Ideo dicendum, quod hoc nomen fuit propriè impositum ei. Nomina enim si benè imponantur, imponi debent à proprietatibus rerum, & hoc patet de nominibus generum & specierum, de quibus dicitur 4. Metaph. Ratio quam significat nomen est definitio, quę designat propriam rei naturam. Philosophus. *Nomina autem singulorum hominum si benè imponantur, imponi debent ab aliqua proprietate eiuscui imponitur nomen. Aliquando à tempore, sicut nomina aliquorum sanctorum imponuntur pueris natis in festis eorum. Vel à cognatione, sicut cum filio imponitur nomen patris, vel alicuius de cognatione eius. Aliquando ab euentu, sicut Moyses vocauit filios suos vt habetur Exod. 2. Aliquando autem ex aliqua qualitate eius cui nomen imponitur. sicut Genes. 35. b. Primogenitus Isaac vocatus est Esau: quod interpretatur rubeus vel rufus, quia de vtero matris exiuit rufus, & totus in morem pellis hispidus, Aliquando ex aliquo dono Dei gratuito, sicut Mat. 16. c. dictum est Petro:* Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. *Et Ioan. 1. f.* Tu vocaberis Cephas, *igitur quia homini Christo hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipsum omnes saluarentur, ideo vocatum est conuenienter nomen eius Iesus, id est, Saluator vel salus. Et hanc rationem assignauit angelus Ioseph Matth. 1. d.* Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. *Ad primum dicēdum quod hoc nomen fuit nouum in Christo, inquantum fuit ei impositum ab hac proprietate, quia est omnium Saluator, quæ non fuit in aliquo præcedenti, licet fecerint salutem in aliquo facto particulari: Sicut Iesus Naue saluauit populum Israel, hostes eius debellando, vt legitur in libro Iosue, & ita potest dici de alijs.* Iesus, qualiter nouo nomine nuncupatus est.

Ratio autem huius nominis Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus, includitur in nomine Iesu. Per hoc enim quod fuit nobiscum per suam incarnationem, fecit nobis salutem: Et eodem modo potest dici de alio, quia saluauit nos infernum spoliando: Et sic de tertio, & de consimilibus.

1 Et postquā impleti sunt. *Hic consequenter agitur de pueri oblatione, vbi primò describitur huius oblationis præsentatio, secundò, præsentati receptio, ibi:* Ecce homo, *Tertiò recepti cōmendatio, ibi:* Et erat Anna.

Circa primum sciendum, quod in lege veteri circa pueros natos duo fiebant in templo. Vnum erat generale omnibus, quia pro filio nato vel filia completis diebus purificationis matris offerebatur sacrificium, vt habetur Leu. 12. c. Aliud erat speciale circa primogenitos quia erant consecrari domino, eò quod percussit primogenitos Aegyptiorum, filios Israel saluans, & ideò offerebantur in templo, & redimebantur, vt habetur Exo. 13. *Christus autem fuit primogenitus, vt dictum est supra, & ideo vtrumque fuit factum circa eum, vt hic dicitur. Et primò quantum ad id quod erat speciale primogenitis cum dicitur:*

2 Tulerunt illum in Ierusalem. *Id est, offerendo domino. Cuius causa subditur:*

3 Quia omne masculinum adaperiens vuluam. *Id est primò nascens, cuiusmodi erat primogeniti, Secundò, quantum ad illud quod erat generale, quod notatur, cùm dicitur.*

Et vt darent

MORALITER.

1 *Et postquam impleti sunt dies purgationis, &c.* BEDA. Post tricesimum autem & tertium circuncisionis diem domino sistitur: Insinuans mysticè, Neminem nisi circuncisum vitijs domini dignum esse conspectibus, neminem nisi mortalitatis nexibus absolutum supernæ ciuitatis gaudia perfectè, posse subire. Et per hoc etiam ostenditur, quod Christianus debet à vitijs circuncidi, & tunc per deuotionem apparere in conspectu Dei, & offerre par turturum, id est, castitatem mentis & corporis, & duos pullos columbarum, id est, multiplicationem operum bonorum, eò quod columbæ sunt aues in prole fœcundæ.

† Et ecce

hominis redimi faceret, sic & omne animal immundum. Quæ primogenita illum significant, qui vnigenitus Dei, dignatus est fieri primogenitus omnis creaturæ, qui verè est sanctus domino, quia sine peccato. Qui ad generandos sibi populos secretum genitale sanctæ ecclesiæ sibi aperuit.

Vel moraliter. Primogenita, significant bona initia nostræ actionis, quæ quasi corde gerimus quæ Dei gratiæ deputare debemus. Malè gesta redimere fructibus pœnitentiæ iubemur.

a Par turtu. BEDA. Hęc oblatio pauperum erat, qui non sufficerent offerre agnum, vt per omnia humilitas domini pateat.

MORALITER. Siue quis fortia opera quæ masculi nomine, siue infirma quæ fœminæ significantur, creauerit, vt hæc domino legitimæ consecrentur, necesse est, vt lachrymas compunctionis offerat, quæ per gemitum illarum auium significantur, quia lachrymis etiam in bonis indigemus, quia quo fine cōsummandi sumus, nescimus. Qui non inuenit agnum, id est, diuitias innocuæ vitæ ad lachrymas recurrat. Sunt autem duo genera compunctionis: Dum vel malorum recolentes supplicia timemus, Vel dum desiderio cœlestium ardentes de dilatione gemimus. Vnde duo pulli offerri iubentur, vnus in holocaustum, quando amore cœlestium inflammamur. Alter pro peccato, dum de malis perpetratis gemimus,

BEDA AMBR. Columba, quæ in grege conuersatur actiuā, turtur soliuagus contemplatiuam vitam significat, quę paucorum. Et quia vtraque hostia accepta est Deo, consultè vtraque auis oblata est pro domino. Qui clauso ostio patrem orat in abscondito, turturem offert. Qui compares operis quærit, columbam ad altare portat.

Turtur in desertis habitat, non multis diuulgatur, pullos nocte pascit, morticinio non pascitur. Sic ecclesia deserta est à peccatis nec Christus in multis locis diuulgatur, nisi in fide trinitatis & vnitatis. In nocte mundi sanctos pascit, hæresim non suscipit. BEDA.

(Margin: Spiri religiosus. — Cōpunctionis duo sūt genera.)

a ¶ Beda. Consuetò natiuitatis more loquitur, non quod dominus ventris hospitium ingrediens vel egrediens deuirginasset.

masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiam, secundum quod dictum est in lege domi- [1]

a ¶ Turtur, Castitatem, columba, simplicitatem significat, & casta & simplex iustorum conuersatio gratum Deo offert sacrificium.

a ni, pàr turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce ho- [2]

b ¶ Id est, signum.

mo erat in Ierusalem, cui nomen Symeon: & homo iste iustus [3] & † timoratus expectans consolationem Israel, & spiritussan- [4] [5]

¶ Mente.

c ctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritusancto, non [6] [7]

¶ Experturum. ¶ Carnis. a ¶ Oculis carnis, alias cordis. b ¶ Messiam. ¶ Messias Hebraicè, Christus Græce, vnctus Latine.

visurum se mortem, nisi priùs videret Christū domini. Et [8]

a ¶ Beda. Eadem gratia qua venturum prænouerat, venientem cognouit.

d venit in spiritū in templum. Et cum inducerent puerum [9] Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem [10]

a ¶ Beda Magna humilitas saluatoris, qui loco non capitur, grandęui hominis vlnis gestatur.

e legis pro eo, & ipse accepit eum in vlnās suas, & benedixit [11] [12]

BEDA. Puer primò circunciditur, & post interpositis diebus cum hostiis Ierusalem defertur, quia & ipse iuuenis resurgendo corruptionem carnis calcauit, & interpositis diebus cum carne quam hostiam fecerat, ad cœlum ascendit. Sic & nos priùs in baptismo circuncidimur à peccatis, & proficiente gratia ad altare ingredimur, consecrandi hostiam corporis & sanguinis domini nostri. Sed in fine omnis ecclesia corruptionem exuet, & cum victimis bonorum operum in æternam Ierusalem transferetur.

(Margin: Lib. 2. dia. cap. 16.)

b Et ecce homo. Non solum angeli, sed omnis ætas & sexus testimonium nato reddunt puero. Et sicut ab omnium seculorum fidelibus præsagiebatur, ita veniens omnium sanctorum laude prædicatur.

c Iustus & timoratus. Difficile iusticia sine timore custoditur: Non pœnali, sed qui permanet in seculum seculi, quo iusto quāto plus Deum diligit, tantò solertiùs offendere cauet. Et bene iustus, qui non suam, sed populi gratiam quærebat, cupiens ipse dissolui, sed expectans videre promissum autorem salutis, vt qui ab Herode pressi fuerant, aduentu Saluatoris liberati acciperent consolationem.

✠ S. TITUS. Optabat Pius senex vt Israeliticus populus in Christum crederet, credendóque consolationem, hoc est, à Romanorum dominata, Herodisque hominis alienigenæ tyrannide liberationem quandoque inueniret.

✠ GREGORIUS. In quo etiam discimus quantò desiderio ex plebe Israelitica sancti viri incarnationis eius mysterium videre cupierunt.

(Margin: Lib. 7. mor. cap. 4.)

d Pue. Cum pueritia post septem annos infantiæ incipiat, Iesus frequenter puer dicitur, non tam ætate, quam pro seruitio vnde propheta: *Ecce puer meus*, quia *filius hominis non venit ministrari sed ministrare.*

(Margin: Esa. 42. à secundum LXX. Matt. 20. d.)

e Et ipse acci. BEDA. MORALITER. Veteranus accipit infantem, docens vt *exuentes veterem hominem qui corrumpitur, induamur eum qui secundum Deum creatus est.* Iustus secundum legē accipit

(Margin: Col. 3. b.)

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et vt daret hostiam &c. par turturum aut duos pullos columbarum. *Ista erat oblatio pauperum, secundùm quod habetur Leu. 12. d. Ex quo patet, quod suprà dictum est de paupertate Mariæ & Ioseph. Sciendum autem circa hoc quod beata virgo non tenebatur ad ista quæ dicta sunt de purgatione, quia Leui. 12. a. Scribit:* Mulier si suscepto semine peperit masculū &c. *& ideò lex illa ligabat tantum mulieres de viri semine concipientes, quod non habuit locū in virgine. Hoc etiam patet per hoc quod hîc dicitur, & accipitur de Exod. & Leuit.* Omne masculinum adaperiēs vuluam, sanctum domino vocabitur. *Ex quo patet, quod loquitur de masculino concepto & nato per apertionem claustri virginalis. Quod non habuit locum in beata virgine, quę virgo permansit in conceptu & partu. Veruntamen sicut eius filius circuncidi voluit & legalia obseruare ex sua humilitate, quamuis non teneretur, sic beata virgo quæ fuit humillima voluit obseruare.*

(Margin: Maria libera à lege & tamē eā seruauit & quare)

2 Et ecce homo erat in Ierusalem, cui n. Simeon. &c. *Hîc describitur Christi præsentati receptio, vbi primò describitur recipientis conditio, cum dicitur:*

Et ecce homo erat in Ierusalem. *In loco solemni et sacro. Tum quia ibi erat diuinus cultus: Tum quia ibi erat studium legis & prophetarum.*

3 Cui nomen Symeon. *Ex hoc patet eius fama, quia inter sacerdotes erat famosus & nominatus. Patet etiā eius sancta vita, cū dicitur:*

4 Et homo iste iustus. *Rectè se habendo ad proximum.*

5 Et timoratus. *Quo ad Deum.*

6 Expectans consolationem Israel. *Quantum ad fidei rectitudinem.*

7 Et spiritussanctus erat cum eo. *Quantum ad gratiæ plenitudinem, quia nō solum habuit gratiam iustificantem, prout habetur communiter à iustis, sed etiam quantum ad illuminationes & consolationes diuinas speciales, ideò subditur:*

8 Et respon. *In orationibus suis deuotis ad Deum Tunc enim erat opinio communis apud intelligentes, quod imminebat aduentus Christi secundùm signa à patriarchis & prophetis data, & ideo Simeon de hoc feruentius orabat Deū & in oratione responsum acceperat quod Christū natum videret, antequam vitam præsentem finiret.*

9 Et venit in spi. *Id est, per reuelationem spiritussancti, vt videret Christum sicut erat ei promissum.*

10 Et cum indu. pue. Iesum pa. *Ad faciendum quæ prædicta sunt secundùm legem.*

11 Et ipse acce. eum in vl. suas. *Cum maximo cordis gaudio, secundùm quod dicitur Prouer. 13. de.* Desideriū si compleatur delectat animam. *Secundò, ponitur gratiarum actio, cùm dicitur:*

12 Et bene. Deum. *Gratias agendo pro tanto beneficio.*

MORALITER.

2 *Et ecce homo erat in Ierusalem, &c.* Simeō (qui obediens interpretatur) bonum religiosum significat. Et hic manet in Ierusalem, quæ interpretatur pacifica, quia manet in pace æterna & fraterna. Et bene dicitur iustus, scilicet, ad proximū, & timoratus ad Deum, expectans consolotionem Israel, id est, diuinæ visionis, eò quòd Israel interpretatur videns Deum, & spiritussanctus est in eo, per suæ gratiæ beneficium.

9 *Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.* Pater enim autoritatiuè

A accipit puerum in vlnas, vt insinuat iustitiam legis gratia euangelicæ fidei mutandam. Accipit etiam senior mundus innocentiam christianæ infamiæ, vt renouetur sicut aquila.

BEDA. Quod Symeon & Anna prouecti Iesum excipiunt, & laudant; significat fidelem synagogam, quæ post longam expectationem promissionum fide non ficta eum recepit qui prænunciabatur.

Hom. 15. in Lucam. ✠ ORIGENES. Si ad tactum fimbriæ vestimenti mulier nata est, quid putandum est de Simeone qui in suas vlnas accepit infantem. Et tu B si vis tenere Iesum & amplexari manibus, omni labore nitere vt ducem habeas spiritum veniásque ad templum.

a ¶ Viso redemptore. ¶ q.d. Dimitte. ¶ Ad mortem carnis.

a **Deum, et dixit: Nunc dimittis seruum tuum domine, secun-** 1

a ¶ Quia responsum acceperat à spiritusancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. b ¶ In sinu Abrahæ requieturum c ¶ Beati qui vident quod Symeon vidit. ¶ Beati qui non viderunt & crediderunt. d ¶ Et carnis hominem & cordis Deum. ¶ Christum.

b **dum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei saluta-** 2

a ¶ Quem postmodum omnibus populis quærendum dilectione & conspiciendum fide præuidi, iam carnis & mentis oculis saluatorem contemplor. b ¶ Ipse saluator, Ipse lux illuminans.

c **re tuum. Quod parasti ante faciem omnium populorum. Lu-** 3

¶ Ad gloriam fidei. ¶ Ad.

d **men ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.** 4

a ¶ Ioseph qui ad conseruandam famam Mariæ pater est ab hominibus deputatus: & qui erat nutritius. b ¶ Ab angelis, à pastoribus, à Symeone.

Et erat pater eius & mater mirantes super his quæ diceban- 5 6 7 8

¶ Deo & Mariç.

e **tur de illo. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam ma-** 9

a ¶ Quia lapis offensionis. b ¶ Non credentium.

f **trem eius. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurre-** 10

¶ Quia lumen, quia gloria. ¶ Credentium.

g **ctionem multorum in Israel, & in signum cui † con-** 11

¶ Id est, euangelium, in quo dicitur: Veni hominem separare aduersus matrem, & reliqua. 12

h **tradicetur. Et tuam † ipsius animam pertransibit gladius,** 13

Philip. 3. d. a *Nunc dimittis seruum tuum d.* AMBR. Qui vult dimitti, veniat in Ierusalem, conuersationem habens in cœlestibus († ipsius fœmininum) veniat in templum, imitetur exemplum illorum in quibus Deus habitat, Expectet dominum, accipiat in manibus verbum Dei, brachijs fidei, spei, & charitatis amplectatur, tunc dimittetur vt non videat mortem, quia viderat vitam.

C Luc. 10. d. b *Quia viderunt ocu. etc.* Sciebat quod beati oculi qui Christum essent visuri, & ideo donec illum videret, nolebat morte dissolui, quem tamen vt vidit mox optauit in pace dimitti.

c *Quod parasti, etc.* Et in primo aduentu, Christus ante faciem populorum à Deo paratur, vt credant & diligant, & in secundo aduentu parabitur, vt videat eum omnis populus, & reddat vnicuique secundum opera sua.

Rom. 2. a. d *Ad reuelationem gen.* Vt reueletur cæcis oculis gentilium nulla spe dominici aduentus erectorum: & vt ipse Israel glorietur excipiens suum promissum, & desideratum, & præfertur reuelatio gentium gloriç Israel: *Quia cum plenitudo gentium intrauerit* Rom. 11. e. *tunc omnis Israel saluus erit.*

e *Symeon.* Qui interpretatur, audiens tristitiam, figura est prophetarum, qui vindictam sibi à Deo dictam super populum audiebat, Anna quæ gratia dicitur, figura est ecclesiæ.

f *Ecce positus est hic.* In ruinam illorum qui steterant, & resurrectionem illorum qui ceciderant. Vel in ruinam vitiorum, & in resurrectionem virtutum.

Non

Non in se tantum, sed in suis quoque prædicatoribus positus D est in ruinam & resurrectionem. vnde apostolus, 2. Cor. 2. d. *Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui fiunt, et in his qui pereunt.* Bono enim odore, alij saluantur, alij pereunt.

✠ TITVS BOSTR. EP. Non ita accipienda est, quasi Christus autor sit vt cadant, alijs necessaria causa vt resurgant, nulli enim ruinæ causam offert, nec vllum rursus vt resurgat, compellit. Rectius dicitur, per Christi aduentum effectum vt is qui antè in peccato immotus perstabat, peccato per E pœnitentiam cadat, ipsiq; moriatur, quo iustitiæ deinceps viuat, pérque fidem in Christum resurgat. Vt enim meliora exurgant, peiora ruant oportet. Nisi enim scortatio cadat, pudicitia nunquam exurget. († contradicitur.)

g *In signum cui contra.* Omnia quæ de Christo narrantur, signum sunt, quod natus de virgine, quod surrexit, quod clausis ianuis intrat, cui signo contradicitur ab infidelibus. Spiritualiter signum est in fide dominicæ crucis, quod F vbique contradicitur.

✠ OECVMENIVS. *Et in signum etc.* Et in miraculum cui ab infidelibus contradicitur, siue contradictionem sustinens: miraculum enim erat, vtpote neque homo tantum, neque Deus tantum, sed Deus simul & homo (quod Græcè vnico vocabulo θεάνθρωπος) ideoque quasi rei quæ supra naturam est contradicunt ij, qui omnia secundum naturam inquirunt, nec quidquam supernaturale intelligere possunt.

✠ TITVS. Per signum salutarem viuificámque crucem accipimus. Moyses enim fecit serpentem æneum, & posuit eum in signo, hoc est, in cruce.

h *Gladius.* BEDA. Dolor dominicæ passionis, quia non potuit videre crucifigi sine affectu materni doloris etsi speraret resurrecturum, & mortem deuicturum. Vsque ad finem seculi animam ecclesiæ gladius tribulationis pertransit, cum signo fidei ab improbis contradicitur, cum multos ruere videt, cum reuelatis cordium cogitationibus, vbi bonum semen seminauerat, zizannia germinare conspicit.

☞ Vt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixit, Nunc dimi. ser. *Id est, de cætero dimittes me de hac vita transire in cordis quiete.*

2 Quia vid. ocul. m. sa. tu. *Lætanter enim volebat descendere ad limbum patrum, ex quo sciebat Saluatorem natum.*

3 Quod parasti ante fa. omnium po. *Id est, coram omnibus populis, quibus mysterium incarnationis & redemptionis prędicatum est per apostolos, secundum quod dicitur Psal. 18. a.* In omnem terram exiuit sonus eorum.

4 Lumen ad reuelatio. gentium. *Quę prius errorum tenebris tenebantur.*

5 Et glo. plebis tuæ Israel. *Magna est enim gloria Iudęis ad fidem Christi conuersis, quòd Christus secundum carnem natus est de ipsis. Tertiò ponitur parentum benedictio cum dicitur:*

6 Et erat pater eius. *Id est, Ioseph qui meruit vocari pater Christi, eo quod nutritius eius fuit.*

7 Et mater. *Scilicet, Maria quę fuit mater eius vera.*

8 Mirantes super his quæ pi. de illo. *Tunc à Symeone, & prius à magis, & pastoribus & Zacharia & Elizabet.*

9 Et bened. illis Symeon. *Quamuis enim Maria & Ioseph essent maiores Symeone in sanctitate, ille tamen erat maior, quantum ad sacerdotis officium, ad quem spectabat benedicere populum. Et non solum benedixit, sed etiam futura prædixit.*

10 Ecce positus est hic in ruinam & in resur. *Quia in passione Christi, quę futura erat, multi Iudęi fuerant excæcati à veritate cadentes, & multi fuerunt illuminati, qui prius erant simplices, & ignorantes; vt patet de apostolis, quibus post passionem Christi, data est intelligentia scripturarum, secundum quod dicitur infrà vlt. g.* Et tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.

11 Et in signum. *Scilicet, fœderis inter homines et Deum.*

12 Cui contradicetur, *A sacerdotibus et legisperitis, et multis alijs.*

13 Et tuam ipsius animam pertransibit gladius *Id est; dolor passionis eius pertransibit animam tuam per compassionem. Ex hoc dicit Hieron. in sermone de assumptione beatę virginis, quod quia in parto impassibili passa est. plusquam martyr fuit.*

✠ Vt

MORALITER.

† & mater impetratiuè inducunt Iesum, vt detur deuotis dulciter amplexandum, & sic cum Symeone de tanto beneficio benedicunt dominum, & desiderant exire de mundo, vt eis detur ad perfectè fruendum, sicut & Paulus dicebat Philip. 1. *Desiderium habens dissolui, et esse cum Christo.*

† *Et erat*

a *Vt reuelentur.* Ante erat incertum, qui Iudæorum Christi gratiam reciperent, qui conspuerent: Sed audita natiuitate reuelantur cogitationes, & Herodes & alij turbantur, quidam ad Christi magisterium accedunt.

✠ TITVS. *Vt reuelentur,* &c. Hoc est, vt omnes omnium cogitationes manifestæ fiant cunctisque constet, qui ex omnibus ex animo illum dilexerint, eamque erga eum dilectionẽ constanter vsque ad mortem declarauerint. Qui rursum fucatæ, minimæque syncerae fidei in eum exstiterint, graueque propter crucem, scãdalum passi fuerint.

b *Et erat Anna, &c.* Quia per virum & mulierem vita totius mundi perdita est, in testimonio vitæ per Christum redeuntis Anna coniungitur Symeoni.

Conuenit mysteriis ecclesiæ, quod Anna gratia interpretatur, quæ est filia Phanuel, qui facies Dei dicitur, vnde: supr. *Signatum est super nos lumen vultus tui domine. De tribu Aser.* Id est, beati, descendit, qui inter duodecim patriarchas ordine nascendi octauus est, propter mysterium resurrectionis. Quinque sunt Annæ. Prima mater Samuel, secunda vxor Raguel, tertia mater Tobiæ, quarta filia Phanuel, quinta mater Mariæ.

Psal. 4. b.

Nomẽ Annæ quinq; leguntur habuisse.

✠ TITVS. Anna hæc quæ tam illustri euangelistæ testimonio commendatur, mundi Israelisque salutem præ foribus iam adesse cernens confitebatur domino, hoc est, gratias illi ex animo agebat.

c *Processerat in di.* BEDA. Iuxta historiam Anna, & deuotæ conuersationis, & venerandæ ætatis digna describitur, quæ domino testimonium perhibeat: Significat autem ecclesiam quæ in præsenti quasi sponsi dominique sui morte est viduata. Septies 12. octoginta quatuor faciunt. Septem ad cursum huius temporis, duodecim ad perfectionem apostolicæ doctrinæ pertinent. Quisquis ergo totum vitæ tempus apostolicis mancipat institutis, quasi octoginta quatuor annis cœlestis limina templi seruare, & domini præstolari aduentum laudatur, dum à domino peregrinatur. Septem anni quibus cum viro vixit, significant perfectionem illius temporis, quo à domino conuersante in carne edocetur, qui anni postea per duodecim multiplicantur propter apostolicam doctrinam.

d *Quæ non.* Quia circa templum frequens erat. Eam non discedere dicit, non quod ad horam non decesserit. Sic sancta ecclesia & in prosperis & in aduersis Deo seruiens à cœlo non recedit.

Vel moraliter: Anima à templo non recedit, cum semper studet & castum, & immaculatum custodire templum corporis sui. Hinc præcipitur sacerdotibus veteris testamenti, vt tempore ministrationis iugiter maneant in sanctis, quatenus anima quæ Deo ministrare cupit, non quiescat à bonis operibus suis.

† assistens

a ¶ Vt malæ cogitationes quę prius occultabantur proferantur in publicum, & destruantur à Deo. quamdiu enim occultantur non possunt sanari. b ¶ Anna (quæ gratia Dei) figura est ecclesiæ.

¶ Gratia eius

b vt rẽuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Annã [1]

a ¶ Persona Dei. ¶ Aula Dei. ¶ Prouectæ ætatis erat.

c prophetissa filia Phãnuel de tribu Aser. Hæc processerat in [2]

¶ Similiter synagoga cum heptatico ante octauam diem noui testamenti, à virginitate, id est à lege naturæ.

diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virgi-

a ¶ A tempore amissæ virginitatis. b ¶ Erat.

nitãte sua. Et hęc vidũa vsque ad annos octoginta quatuor,

a ¶ Hoc exemplum viduis proponitur quę sunt in ecclesia. ¶ Alias orationibus.

d quæ non discẽdebat de templo, ieiuniis & obsecrationi- [3] [4]

a ¶ Qua Symeon accepit.

e bus seruiens nocte ac die. Et hæc ipsa hõra † superue- [5] [6]

¶ Laudabat.

f niens * confitebatur domino, & loquebatur de illo om- [7] [8]

nibus qui expectabant redemptionem † Israel. Et vt perfece- [9]

g runt omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galilęã [10] [11]

* vicissim.

† in Ierusalem.

e *Et hęc.* Prophetauerat Symeon, prophetauerat copulata coniungio, prophetauerat virgo, prophetauerat, & vidua, ne qua aut professio deesset, aut sexus, & ideo talis Anna inducitur & stipendiis viduitatis & moribus, quæ digna sit nunciare redemptorem omnium venisse. Congruus ordo, non venit ante virum mulier, cuius verba non sunt digesta, sed generaliter dictum est, quod confessa sit domino, & loquuta de eo, quæ longa castitate, longisque ieiuniis ad hoc culmen peruenerat, vt spiritum prophetię acciperet, sed autoritatem docendi mulier non accepit.

f *Omnibus qui, &c.* Omnibus fidelibus qui iugo Herodis alienigenę grauati, liberationem ciuitatis & populi expectabant, promittebat per aduentum Christi in proximo redemptionem à tyrannide alieni.

✠ TITVS. Quid loquebatur? Hic inquiebat est mundi redemptor, hic hominum est seruator, hic ille est, qui nostram molestitiam, animæque eiectionem, in gaudium & letitiam conuertet.

g *Reuersi sunt in Galilæam, &c.* Prætermittit hoc loco Lucas, quæ à Mattheo plenius posita sunt, scilicet puerum ob metum Herodis, delatum esse in Ægyptum, & mortuo Herode inde relatum, & habitasse in Nazareth. Solent enim singuli euangelistę

Mat. 2. c.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt reuelentur, &c. *Li. vt, non tenetur hic causaliter, sed consecutiuè seu concomitatiuè. Licet enim beata virgo ex passione filij maximè afflicta fuerit, tamen in fide immobilis, & firmiter stetit. Alij autem discipuli quantumcunque solidi dicuntur dubitasse, et circa hoc mutationes diuersarum cogitationum habuisse quousque viderunt ipsum à mortuis resurrexisse.*

Aliter exponit Origenes de reuelatione occultorum peccatorum in confessione, quæ per effectum passionis in sacramento pœnitentiæ operantis sanantur.

2 Et erat An. &c. *Hic consequenter describitur Christi recepti confessio seu commendatio, vbi primo describitur persona confitens ex nomine, cum dicitur:* Et erat Anna. *Secundo, ex mentis eleuatione cũ dicitur:* Prophetissa: *Et ex cognatione, cum dicitur:* Filia Phanuel de tribu Aser: *Et exprimuntur pater & tribus, ad declarandum certitudinem historiæ. Et forte ad distinctionem huius Annę, ab alijs quę vocabantur hoc nomine. Describitur etiam ab ætatis maturitate, cum dicitur:* Hæc processerat in diebus multis: *& à castitate, in matrimonio, & ante & post, cum dicitur:* Et vixerat cum vi. &c. *Commendatur etiam ab orationis sedulitate, cum dicitur.*

3 Quę non discedebat. *De templo: Non quod ibi semper esset, sed frequenter: Sicut dę homine bene frequentante ecclesiam dicitur communi modo loquendi: Talis semper est in ecclesia.*

4 Ieiunijs. *Quibus incentiuum carnis reprimitur.*

5 Et obsecrationibus. *Id est, sacris orationibus, quibus, mens in Deum eleuatur.*

6 Seruiens nocte & die. *Id est, valde frequenter, vel quia non erat ibi interruptio per peccatum mortale, auferens meritum prædictorum.*

7 Et hæc ipsa &c. *Non à casu vel humana dispositione, sed spiritussancti reuelatione, sicut dictum est de Symeone.*

8 Cõfitebatur domino. *Gratias agens de tanto beneficio adimpleto.*

9 Et loquebatur de illo omnibus, &c. *Annuncians eis natum esse redemptorem.*

10 Et vt perfe. omnia, &c. *Scilicet, Maria & Ioseph nihil omittentes, quamuis non tenerentur.*

11 Reuersi sunt in Galilæam ciuitatem suam Nazareth. *Hic accipitur Galilæa adiectiuè: quia Nazareth est in terra Galilęa, sicut supra dictum est de Bethleem quę vocatur ciuitas Iudæa.*

MORALITER.

† 2 *Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, &c.* Ista moraliter est exemplar non solum viduis, sed etiam mulieribus aliis. Primò quantum ad castitatem ante matrimonium, & in matrimonio, & post per tempus longum. Secundò, quantum ad deuotionem. Nam in obsecrationibus, & ieiuniis dicitur hic seruiens die ac nocte. Tertiò quantum ad loquendi modestiam, quia non de fabulis, sed de Christi mysteriis loquebatur, propter quæ & alia bona dono prophetiæ replebatur.

☞ gelistę, sic quædam omittere quæ ab aliis cõmemorata viderint, A vel ab alijs commemoranda spiritu præuiderint, vt continuata suæ narrationis serie, quasi nulla prætermisisse videantur.

✱ Titvs. Etsi natura illorum ciuitas esset Bethleem: attamen quod fixum annos iam aliquot domicilium in Nazareth obtinerent, vulgò ciuitatis Nazareth ciues habebantur & dicebantur.

a in ciuitatem suam Nazareth. Puer autem [¶ Ætate.] crescebat, & [¶ Corpore.] † con- 1
b fortabatur, [¶ Spiritu.] plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. [a ¶ Secundum quod homo.] Et ibant 2
† parentes eius per omnes annos [¶ Ad immolandas hostias.] in Ierusalem in die solemni 3
c Pascæ. Et cùm factus esset annorum duodecim, [a ¶ Per duodecim annos significantur duodecim tribus, quæ ad Christum veniunt.] ascenden- †
tibus illis Ierosolymam secundùm consuetudinem diei festi, [¶ Quia octonis protelabatur diebus.] consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Ie- 4
sus † in Ierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Exi- 5
d stimantes autem illum esse in comitatu, [a ¶ Id est inter eos qui simul fuerant comitati.] venerunt iter diei, 6
& requirebant eum inter cognatos: [¶ Vicinos.] & notos. Et non inue- †
e nientes, regressi sunt in Ierusalem requirentes eum. † Et
factum est post triduum, inuenerunt illum in templo seden- 7
f tem in medio doctorum, audientem illos [¶ Eos.] & interrogantem. 8

† Ioseph & mater. — *† Ierosolymam.* — *Col. 2. b.* — *† corroborabatur spiritu.* — *† 16. dist. c) quæ ecclesiasticis.*

a *Puer autem.* Beda. In eo quod puer erat, id est, homo fragilis, poterat crescere & confortari: Nõ in eo quod verbum, secundùm quod plenus sapientia & gratia perhibetur. Sapiẽtia, quia *in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis* B *corporaliter*. Gratia, quia eidem homini Christo magna gratia donata est, vt ex quo homo fieri cœpisset perfectus esset vt Deus.

✱ Theophylactvs. Si dum paruus ætate erat, omnẽ sapientiã demõstrasset, videretur prodigiũ, sed per profectũ ætatis seipsum ostẽdebat, vt totũ impleret orbẽ, non autem quasi suscipiens sapientiam, spiritu confortari dicitur. Quod enim ab initio perfectissimũ est, quomodo potest deinde perfectius fieri?

b *Et ibant pa. &c.* Beda. Merito Lucas inter quatuor animalia vitulo comparatur, qui quasi animal hostiis deputatum, circa templum, maximè & Ierusalem, narrationis suæ versatur in- C cessu. In principio sacerdotem collocat ad aram orãtem pro populo foris stante. Maria concepto domino Ierusalem mittit ad domum pontificis, ibi Baptistam natum refert. Illuc ipsum cum parentibus singulis annis ducit. Duodennem in templo choris doctorum interserit. Et post cætera talia, discipulos domini in templo laudantes in fine euangelij sui concludit.

c *Et cum factus esset, &c.* Vtraque natura Christi hic aperitur, & quæ iuxta maiestatem patri, & quæ iuxta fragilitatem decebat matri. Ascendit homo cum hominibus ad offerenda sacrificia, seruat legem quam seruandam imperauerat, vt nos ad seruandum instrueret. Duodennis audit seniores, & interrogat, vt eorum reprimat audaciam, qui indocti, non ad discendum, sed ad docendum volunt submitti. Mox maiestatem suam aperit. Con-

Congruè duodecimo anno prima fidei rudimenta reuelat, quæ D per duodecim apostols per totum mundum erant propaganda.

Beda. Cum duodenarius multiplicatis inter se septenarij partibus constet, iure per ipsum rerum & temporum vniuersitas, & perfectio designatur. Et ideo rectè à duodecimo anno iubar sumit exordium, quo omnia loca vel tempora doceat occupari. Non ergo ociosè immemor perhibetur carnalium parentum, sed vt ostendat, quia antequam ibi parentes essent, ipse in ciuitate & tẽplo Dei paterno iure residebat.

d *Et non* Beda. Si quæritur quomodo potuit à parentibus obliuiscẽdo relinqui qui tanta parentum prouidentia nutriebatur. E Respondendũ est, quia filiis Israel ad festa cõfluentibus vel ad propria redeuntibus, mos erat seorsum viros, seorsum fœminas choros ducentes incedere, pueri cum quolibet parente indifferente ire poterant, ideo Mariam & Ioseph vicissim putasse puerũ Iesum quẽ secum non cernebant, cum altero parente reuersum.

✱ Orig. Sicut autem quando ei insidiabantur Iudæi, elapsus est de medio eorum, & non apparuit, sic & nunc puto remansisse puerum Iesum, & parentes eius vbi remanserat, ignorasse. *Hom. 17. Lucam.*

e *Require.* Metuebant, ne quod Herodes in infantia eius patrare quæsierat, tunc iam in puericia positum, inuenta oportunitate F alij interficerent, & ipsi proditores illius inuenirentur.

✱ Orig. Non statim vt quæritur, inuenitur, non enim inter cognatos & carnis propinquos inuenitur Iesus, neque enim poterat humana cognatio Dei filium continere. Non conuenitur inter notos, quia maior est mortali notitia, in multorum comitatu non potest inueniri, nec vbique inuenerunt, sed in templo. Et tu ergo quære Iesum in templo Dei, quære in ecclesia, vbi Christi sermonem atque sapientiam, id est, filium Dei reperies. *Hom. 18.*

f *Post triduum, &c.* Vna die reuersi sunt ab Ierusalem, secunda die quærunt inter cognatos, & non inuenientes, tertia in die regressi Ierusalem inueniunt.

Post triduum repertitur in templo, vt esset indicio, quia post ☞ triduum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Puer autem, &c. *Hic consequenter describitur pueri oblati profectus, quantum ad corpus, cum dicitur:* Crescebat, *et quantum ad animam cum dicitur:* Et confortabatur. *Aduertendum tamen quod in corpore Christi fuit augmentum reale quantitatis: sed in anima eius nõ fuit augmentum reale gratiæ & virtutis, quia totam plenitudinem gratiæ habuit ab instanti suæ conceptionis: Sed quantum ad ostensionem in effectu magis apparebat, secundum quod ille crescebat, & secundum quod volebat.*

2 Et ib. parentes eius. *Tanquam deuoti quod religiosi.*

3 In die solemni. *Ter in anno debebant omnes masculi apparere in Ierusalem coram domino secundum quod habetur Exo. 23. scilicet in pascha, pentecoste, & festo tabernaculorum. Sed cum illis qui erant longè à Ierusalem, cuiusmodi erant Galilæi, dispensabatur de duobus vltimis festis.*

4 Remansit puer. *Non à casu vel obliuione, sed sua voluntate & ordinatione vt à puericia ostenderet zelum suum circa spiritualia.*

5 Et non. *Ad solemnitatẽ verò Pascha, viri ibant seorsum à mulieribus in vno comitatu, et mulieres in alio, & similiter reuertebantur, vt magis religiose solemnizarent festum ab vxoribus continentes, sicut & in datione legis preceptum fuit, quod continerent per tres dies ab vxoribus suis pront habetur Exo. 19. Pueri autem indifferenter poterant ire in comitatu virorum aut mulierum, et ideo Ioseph quando non vidit puerum Iesum in comitatu virorum, existimauit eum esse cum Maria in comitatu mulierum: & eodem modo Maria credidit eum esse in comitatu virorum.*

6 Venerunt iter. *Et cum die sequenti quereretur in ista comitiua, & in illa, non inuenerunt eum: ideò tertia die redierunt in Ierusalem, à qua recesserant per vnam dietam & sic quarta die inuenerunt eum & hoc est quod subdutur.*

7 Post triduum, &c. *Non in theatro, vel in ludo, sicut solent pueri inueniri, sed in loco orationi, & doctrina sacra deputate.*

8 In medio do. *Vt melius posset omnes audire, & melius cum eis conferre.*

Stupebant

MORALITER.

† 1 *Puer autem, &c.* Scilicet, secundum corpus: Nam secundùm animam ab instanti conceptionis fuit totaliter perfectus. Sed hanc perfectionem non ostendebat, nisi prout conuenientia temporis exigebat, secundum illud Ecclesiastis 8.a. *Tempus et responsionem cor sapientis intelliget.* Et in hoc literatis & sapientibus dedit exemplum, vt non ostendant sapientiam suam, nisi secundum loci & temporis oportunitatem.

† *Et cum factus esset Iesus, etc.* Per hoc ostendit, quod à pueritia debent assuefieri homines ad diuina. Et ad idem facit, quod alijs recedentibus in loco diuini cultus remansit.

† *Et requirebant eum inter cognatos & notos, et non inuenientes,* † regressi

triduum illius triumphalis passionis, in sede cœlesti & honore diuino fidei nostræ, se resurgens ostenderet qui mortuus credebatur.

Quæsitus aduentus Christi à patriarchis ante legem, non est inuentus. Quæsitus à prophetis & iustis sub lege non est inuentus. Quęsitus sub gratia, à gentilibus inuenitur.

Pater, id est, ecclesia. Mater, id est, synagoga, per tres leges quærunt Christum, & nō inueniūt nisi per euangelium.

In medio. Beda. Quasi fons medius doctorum sedet, sed quasi exemplar humilitatis prius interrogat, & audit quàm instruat, ne paruuli à senioribus doceri erubescant, ne infirmus docere audeat.

¶ Super responsorum prudentia.

a Stupebant autem omnes qui eum audiebant super † prudentia & responsis eius. Et videntes * admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater b tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est c quod me quęrebatis? Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod loquutus est ad illos. Et descendit cum eis, & venit Naza- d reth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia e verba hęc in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia &

a ¶ Hoc. b ¶ Maria & Ioseph, vel quicunque alij hoc videntes. ¶ Putatiuè. ¶ Congrua verba: Verè descendit qui humiliatur sub illis. a ¶ Quasi sub signaculo recondebat. a ¶ In natura humanitatis.

† intelligentia. * eum.

eum qui quærit Iesum, non negligenter & dissolutè transire, sicut multi quærunt, & non inueniunt, sed cum labore & dolore.

c *Nesciebatis.* Inuentus in templo dicit, *In his quæ patris mei sunt oportet me esse.* Ostendens templum non minus ad se quam ad patrem pertinere, quia quorum est vna maiestas, horum etiam vna fides, & vna domus non solum materialis, sed etiā spiritualis. Alibi enim ad mysteriū mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quę humana sunt exigit. Sed cum hic duodecim describatur annorum, ibi discipulos habere docetur. Vides matrē didicisse de filio, vt exigeres à validiore mysterium, quæ stupebat in iuniore miraculum.

Homil. 19. ✠ Origenes. Interrogabat autem non vt addisceret, sed vt interrogans erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat, & interrogare, & respondere sapienter.

a *Stupebant.* Ecce signum diuinitatis. Apparet, quod non ob imperitię necessitatem audiebat, sed ad ostendendum quod homo erat, homines magistros humiliter audit. Ad probandum quòd Deus, eisdem loquentibus sublimiter respondet, diuina lingua sapientiam prodebat, sed ætas humanam infirmitatem prætendebat. Vnde mirantur Iudæi & turbātur, sed nō miratur fidelis, qui cū propheta clamat: *Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis.* Paruulus factus, vt inter paruulos crescendo & proficiēdo paulatim eos ad capienda suæ virtutis arcana proueheret.

b *Quid est quod me quærebatis?* Beda. Non quod eum quasi filium quærunt vituperat, sed quis sit sibi verus pater insinuat, & quid potius debeat ei cui est æternus filius, mentis oculos attollere cogit. Quia enim Deus & homo est, nunc excelsa Deitatis, nunc infirma pręfert humanitatis. Quasi filius Dei in templo commoratur, quasi filius hominis cum parentibus quo iubent regreditur.

Hom. 17. in Lucam. ✠ Origenes. Cur dolentes eum quęrebant? An ex eo quod perierit, aut errauerit? Absit. Nunquid enim fieri poterat vt perditum formidarent infantem, quem dominum esse cognouerant? Sed quomodo tu si quando scripturas legis, quæris in eis sensum cum dolore, non quod scripturas errasse arbitreris, sed veritatem quam intrinsecus habeat, quæris inuenire; ita illi quærebant Iesum, ne fortè relinquens eos reuersus esset ad cœlum, cum illi placuisset iterum descensurus. Oportet ergo eum qui

Ambrosius. Magister veritatis officium implet pietatis. Et miramur si defert honorem patri qui subditus est matri. Ista subiectio non est necessitatis, sed pietatis. Ecce quid parentibus debeamus ostendit.

✠ Titus. Dominus noster humana responsione quam dare licebat repudiata diuinam attulit, minimè obscurè per illam ostendens se Deum esse carne obtectum. Nam cum Deipara Iosephum qui vulgo illius parens habebatur, patrem illius appellasset, ipse sermonem ita excepit, vt templi dominum, hoc est, Deum, non autem Iosephum patrem suum planum esse faceret.

d *Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.* Omnia quæ de domino, vel à domino facta cognouit, siue quæ intellexit, siue quæ nondum intelligere potuit, omnia in memoria recondebat, vt quando tempus prædicandæ seu scribendæ incarnationis eius adueniret, sufficienter vniuersa prout essent gesta posset explicare quærentibus. Sic nos crebra factorum & dictorum domini meditatione importunos cogitatus repellamus, & alios instruere laboremus.

✠ Titus. Conseruabat omnia quæ angelus & quæ pastores, & quæ Symeon, & quæ Anna, & quæ ipsemet tandem filius ad illam dixerat.

e *Proficiebat sapientiam.* Beda. Sicut est carnis ætate proficere, sic est animę rationalis sapientia & gratia proficere, non quod hoc eguerit susceptor Deus, præsertim cum supra plenus fuisse sapientia describitur, sed quia hoc pro remedio nostræ salutis suscipere elegit, vt cum caro anima rationalis à Deo suscipitur, vtraque pariter saluaretur.

Gregorius

NICOLAVS DE LIRA.

1 Stupebant. *Id est, valdè mirabantur.*

2 Super prudentia & responsis eius. *Quia alias inauditum fuerat, quod puer talis ætatis, tam sapienter loqueretur.*

3 Et dixit mater eius ad illum: Fili quid fecisti nobis sic? *Ioseph autem licet pater eius diceretur, tamen non fuit ausus illum arguere, cum firmiter crederet ipsum esse Dei filium, sed mater ex maxima dilectione, quam habebat ad illum hoc fecit, quia amor excellens dominium nescit.*

4 Dolentes quærebamus te. *Id est, dolentes de absentia tua, cuius præsentia est nobis dulcissima. Per hoc moraliter designatur quòd Christus in dolore contritionis quærendus est, & sic inuenitur, nisi per peccatum à nobis absentetur.*

5 Et ait ad illos: Quid est quod me quærebatis? *Scilicet inter consanguineos, q. d. magis quærendus sum in occupatione circa spiritualia; Ideò subditur.*

6 Nesciebatis, quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? *Magis enim afficiebatur ad patrem naturalem, & æternum, quam ad matrem naturalem & patrem putatiuum.*

7 Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos. *Quia non erant adhuc assueti audire talia ab eo.*

8 Et descendit, &c. *Ad eorum consolationem.*

9 Et erat subditus illis. *Ad nostram instructionem, & superbia nostrę confusionem.*

10 Et mater eius conseruabat omnia verba hæc. *Exponatur sicut suprà.*

11 Et Iesus profic. *Et iste profectus erat realis inquantum erat à parte corporis, vt prædictum est.*

12 Sapientia, & ætate. *In Christo duplex ponitur sapientia. Vna diuina, & hęc non potuit augeri vel diminui cum necessariò sit infinita. Alia humana, Et hæc ponitur duplex in Christo. Vna habitualis, & ista in Christo non fuit augmentata, quia ab instanti conceptionis*

Duplex sapientia in Christo.

MORALITER.

† *regressi sunt in Ierusalem requirentes eum.* Per hoc ostenditur, quod spiritualiter non inuenitur in carnali societate, sed in templo quod est locus orationis, & sacræ doctrinæ. Per hoc autē, quod inuentus fuit post triduum, significatur quod post triduum contritionis, confessionis, & satisfactionis à fidelibus spiritualiter inuenitur.

8 *Et descendit cum eis, & venit in Nazareth & erat subditus illis.* Ex hoc arguitur humana superbia, quæ frequenter renuit subijci superioribus suis.

11 *Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.* Exponatur vt suprà.

† MORAL.

ætate & gratia apud Deum & homines.

GREGORIVS. Iuxtà hominis naturam proficiebat sapientia, non quòd ipse sapientior tempore, qui à prima conceptionis hora spiritu sapientiæ plenus permanebat, sed eandem qua plenus erat sapientiam cæteris ex tempore paulatim demonstrabat. Iuxtà hominis naturam proficiebat gratia, non quod ipse non habebat per accessum temporis accipiendo, sed pandendo donum gratiæ quod habebat apud Deum, & homines. Quia quantum proficiente ætate patefaciebat dona gratiæ hominibus quæ sibi inerant & sapientiæ, tantum eos ad laudem Dei excitabat, per considerationem ipsius sapientiæ & gratiæ quas Deus ipsi contulerat, sic & Deo patri ad laudem & hominibus ad salutem proficiebat. Ecclesiastes ait, *Sapientia mea stetit mihi.*

HIERONYMVS. Stetisse sapientiam est, quod etiam in carne posito sibi permansit sapientia. Quod habet profectum in sapientia, non stat ei sapientia: qui autem non recipit profectum, nec per momenta succrescit, sed semper in plenitudine est, iste dicere potest, *stetit mihi sapientia.*

Ecclesi. 2. b. secundùm aliam literã.

BEDA. Super Exodum. Portat verbo virtutis suæ Christus omnia, & est agnus Dei qui tollit peccata mundi, & sacerdos in æternum, omnis sanctitatis ornatu præclarus, non quem natus in carne per exercitium laboris accepit, sed qui in vtero virginis incarnatus, perueniente gratia spiritus totum simul habuit.

NICOLAVS DE LIRA.

conceptionis habuit tantam plenitudinem sapientię, quanta potest conferri naturæ humanę. Alia experimentalis quæ accipitur per operationem sensuum. Et secundùm hoc dicunt aliqui, quod in Christo fuit sapientia vel scientia acquisita, quia intellectus agens in Christo fuit eiusdem naturæ cum alijs hominibus, & ideo cum non sit ponendus ociosus, in eo habuit operationem abstrahendi species intelligibiles à phantasmatibus, & istæ species recipiebantur in intellectu possibili ipsius, & sic profecit in tali sapientia seu scientia accepta à sensibilibus. Alij vero dicũt, quòd non profecit in tali scientia quantum ad habitum, quia duo habitus eiusdem rationis non possunt esse simul in eodem intellectu, talis autem scientia acquisita non videtur esse alterius rationis quam infusa circa idem obiectum: sicut oculus miraculosè datus, est eiusdem rationis omnino cum oculo dato, vel generato per naturam: Nec tamen propter hoc intellectus agens in Christo fuit ociosus, quia non solùm in abstractione specierum intelligibilium necessaria est operatio intellectus agentis, sed etiam in consideratione secundùm habitum scientiæ iam prius acquisitæ. in qua consideratione non abstrahit de nouo species. Si autem consideretur sapientia Christi quantum ad ostensionem in effectu, sic fuit ibi profectus, quodammodo, inquantum sapientiam suam non tantum humanam sed etiam diuinam magis ostendebat secundùm suum beneplacitum, & prout nostræ saluti expediebat, sicut dictum est suprà de profectu ipsius in gratia & virtute.

ADDITIO.

In cap. 2. *Vbi dicitur in Postilla.* Quia duo habitus eiusdem rationis non possent esse simul, &c.

Habitus scientiæ infusæ non est idem specie habitui scientiæ acquisitæ, licet sint de eodem & circa idem obiectum. Cuius ratio est. Nam habitus non solum distinguuntur secundùm naturã aut obiecta, sed etiam secundùm principia actiua talium habituum seu dispositionũ, prout habetur in prima secundę quæst. 54. arti. 2. in cor. quæstionis. Et inde est, quòd habitus scientiarum diuersificantur non solùm secundùm diuersitatem obiectorum sed etiam secundùm diuersa media, quibus demonstrantur conclusiones ipsarum scientiarum. Sicut habitus scientiæ astrologiæ de rotunditate terræ, qui demonstratur per media mathematica, est alius ab habitu scientiæ naturalis de eadem rotunditate terræ, qui demonstratur per medium naturale. Vnde licet conclusio demonstrata per vtramque prædictarum scientiarum circa hoc sit eadem, habitus tamen scientię talis conclusionis diuersificatur specie secundùm diuersitatem harum scientiarum, prout habetur parte 2. q. allegata. Cùm igitur principium actiuum habitus scientiæ acquisitæ sit lumen naturale intellectus agentis, principium vero actiuum habitus scientię infusæ sit lumen supernaturale; sequitur quòd tales duo habitus sunt diuersarum rationum, & sic possunt esse simul in eodem intellectu.

Nec est simile de oculo miraculosè facto, &c. prout dicit Postillator. Nam res naturales distinguuntur specie secundùm principia intrinseca, sicut est principium efficiens. Ignis enim generatus ex alio igne tantum, pręcipuè secundùm forma, non autẽ secundũ principia extrinseca, idem est specie igni generato ex reflexione solarium radiorum, eo quod forma specifica vtriusque ignis est eadem specie, licet causa efficiens sit diuersa. In habitibus autem diuersitas specifica accipitur, etiam secundùm principium extrinsecum, vt est principium efficiens, sicut etiam diuersificatur secundùm obiectum, quod est extrinsecum, vnde credendum est, quòd Christus profecit in scientia acquisita, scilicet experimentali, non solùm quantum ad actum, sed etiam quantum ad habitum. Et hęc est opinio, quam sanctus Thomas veriorem esse asserit in hac materia tertia parte quæst. 12. art. 2. in cor. q. Quæ quidem opinio magis consonat literæ. Testatur enim euangelista, quod Christus profecit in sapientia. Cùm igitur quęlibet sapientia propriè dicta, est habitus, sequitur quod profecit in habitu sapientiali. Similiter prædicta opinio est magis consona rationi. Nam non solùm est inconueniens dicere quod intellectus agens in Christo esset ociosus, sed etiam si Christo deesset aliqua naturalis actio intelligibilis, humanę naturę pertinens, sicut est actio abstractionis intellectualis, quod maximè pertinet ad humanum intellectum.

REPLICA.

In cap. 2. Vbi Iesus dicitur profecisse sapientia Postill. excludit vnam opinionem dicentem, quod non profecit secundùm habitum infusum, sed experimentalem & acquisitum. Et arguit postillator, quia habitus vterque, est eiusdem rationis circa idem obiectum, duo autem accidentia eiusdem speciei in vno subiecto esse non possunt, qualiter igitur illi habitus essent in eodem intellectu. 2. Hic Burgensis sumit certamen pro sancto Thoma dicens quod illi habitus non sunt eiusdem speciei, quia habitus non solùm distinguuntur per obiecta, sed etiam secundum principia actiua talium habituum. Sed hæc Burgensis inuolutio est contra communem Philosophorum scholam. Secantur enim scientiæ, quemadmodum secantur & res, vt dicitur 3. de anima. Nihil enim pertinens ad causam effectiuam ponit distinctionem in scientijs, quia alias scientia à diuersis præceptoribus tradita caperet distinctionem, quod falsum est. Nec valet quod de sancto Thoma adducit, quod habitus diuersificantur diuersitate mediorum, nam hoc improbat Aristotel. 1. poste. Nam demonstratio non variatur per media, sed in post. vel latiùs subsumendo, vt dicitur ibidem in cap. Augentur autem demonstrationes. Nec valet quod adducit de medijs mathematico & naturali, nam si eadem conclusio probatur per diuersa media, ex hoc non variatur scientia, quia manet eadem conclusio, quamuis diuersimodè probata. Sicut si eadem conclusio, scilicet Deus est vnus, probaretur ratione & authoritate scilicet sacræ scripturæ, vnum esset principium creditum, aliud autem ratiocinatium; eadem tamen esset scientia illius conclusionis, quamuis non idem principium, ideo in talibus bene diuersificatur intellectus, sed non scientia. Quia intellectus est habitus principiorum, scientia verò conclusionum ex primo posteriorum, principijs enim existentibus pluribus manet mea conclusio, per consequens vna scientia. Nec verum est quod Burgens. adducit, quod principium actiuum scientiæ acquisitæ est lumen naturale intellectus agentis, & scientię infusæ lumen supernaturale, quia huiusmodi lumina, & si sint principia manuductiua actuum, non tamen habituum, vnde & si habitus acquisiti sint ab actibus frequentatis, hoc solùm est materialiter non efficienter, ideò Aristoteles circumloquendo genus causæ materialis dicit habitum ex actibus, non ab actibus, quia actiuum respectu actus & habitus ex potentia cum obiecto tanquam duę causæ partiales concurrentes ad actum eliciendum, ex cuius actus multiplicatione habitus fit, non tanquam à principio actiuo sed materiali, quia actus non mouet potentiam, sed producitur à potentia & obiecto concurrentibus secundùm Burgensem, igitur fieret circulatio in causis eiusdem generis prohibita Philosophis. Lumina igitur dicta concurrunt in productione actuum, non vt principia actiua, sed vt obiecti ostensiua licet lumen concurrit ad visionem coloris, visionem tamen non efficit sed solùm visibile in potentia, vt visio fiat ostendit, & sic pertinet ad actum, si quam causalitatem habet. Ex quo igitur actus non habet causalitatem actiuam, sed materialem respectu habitus, vt dictum est, lumina illa efficiunt habitum. Nec valet quod Burgen. ad probandum induxit, quod videlicet principium effectiuum, extrinsecum aliquid faciat ad specificandum habitum, quia vt dicit obiectum distinguit & specificat habitum, & tamen est principium habitus extrinsecum. Ad hoc dico, quod obiectum se solo non est principium actiuum respectu habitus, sed est materiale, quia materia, circa quam habitus versatur, & sic distinguit & specificat, sed actiuum & motiuum est, non respectu habitus sed potentiæ, cùm concursu potentiæ est actiuum, respectu actus eliciendi. Ex istis igitur dictis falsis non benè infert Burg. quod habitus infusus & acquisitus, circa idem obiectum sint diuersi propter agens naturale & supernaturale. Nam supernaturaliter illuminatus natura-

naturaliter videt, ita & supernaturaliter instructus naturaliter intelligit. Hæc autem opinio Burgensis & Sancti Thomæ est contra beatum Augustinum tertio de trinitate capitulo nono & beatum Ambrosium de incarnatione verbi quorum sententia est, quod differentia originis non diuersificat speciem. Et ponunt exemplum de homine creato, & generato qui sunt eiusdem speciei. Volens videre huius opinionis pulchram deductionem videat Scotum circa tertiã distinctione decimaquarta, vbi soluuntur omnia argumenta opinionis contrariæ.

CAPVT III.

A a *Nno autem, &c.* Herodes, Philippus, & Lisanias, qui cum Pilato Romano præside regũt Iudæã, filij fuerũt maioris Herodis sub quo natus est dominus. Inter quos & ipsum Archelaus 10. annis regnauit, quo propter superbiã remoto regnũ in quatuor tetrarchias diuisum est vt sic minueretur superbia Iudæorũ. Annas, & Caiphas erant principes sacerdotum quando Ioannes cœpit prædicare, sed Annas illum annũ quo Ioannes inchoat prædicare, Caiphas illum quo dominus crucifixus est administrabat, quia tunc pótificatus, non virtute vel generis merito, sed Romana potestate præstabatur. Multos legimus pontifices tunc fuisse, quos subticet euangelista, ponens tantum illos qui ad domini pertinent passionem. Quia verò Ioannes illum veniebat prædicare, qui ex Iudæa quosdam, & multos ex gentibus redempturus erat, per regem gentium & principes Iudæorum prædicationis eius tempora designantur. Et quia gentilitas per fidem colligenda, Iudæa pro perfidia dispergenda erat, vnus gentium, multi Iudęorum principes describuntur, quia ad finem regni venerat, quæ tot regibus subiacebat. Sacerdotum etiam facta est memoria, quia ille nunciatur, qui simul rex & sacerdos erat.

B. C. Gregorius Hom. 10. in Euang.

✠ ORIGENES. In prophetico sermone solis Iudæis prædicato, solùm Iudæorum regnum describitur. *Visio, inquit, Isaiæ in diebus Oziæ, Ionathan & Achã regum Iuda.* Et in euangelio quod erat prædicandum vniuerso mundo, dominium describitur Tyberij Cæsaris, qui totius orbis Dominus videbatur.

Homil. 21. †Principe.

CAPVT III.

1 ANNO autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, 2 tetrarcha autem Galilææ Herode, 3 Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ & Traconitidis regionis, 4 & Lisania Abilinæ tetrarcha, 5 sub † principibus sacerdotum Anna & Caipha, 6 factum est vẽrbum domini super Ioannem Zacha-

¶ Terræ. ¶ Regio est. ¶ Istud. Vade & prædica baptismum.

b *Factum est verbum, &c.* BEDA. Congregaturus ecclesiã Dei filius primum operatur in seruulo, vt Ecclesia non ab homine cœperit, sed à verbo, vt appareat maior auctoritas Ioannis nouum baptismi ritum instituentis *factum est verbum domini super Ioannem*, id est, ad Ioannem. Quod quidem est desuper, sola Dei gratia, prius operatur verbũ intus, & declarat Ioãni quæ velit ab ipso proferri, postea pro fert Ioannes: Sequitur verbum interius operãs, sonus vocis exterius sonans: *In deserto.* Id est, in Ecclesia quæ prius deserta, modo plures habet filios. Factum est ergo verbum in deserto, vt quę tunc erat deserta fructũ nobis in terra generaret, factum est verbũ, vt Ioannes pœnitentiam prædicaret, non remissionem daret: Vnde Ioannes est figura legis quæ peccatum nunciat, non condonat. Ioannes prænuncius Christi, ita lex prænunciat gratiam Ecclesiæ Matthæus & Marcus cõmendant Ioannem ex vestitu, & cibo, & cinctu, sufficit Lucæ Ioannem commendare sola cõmemoratione prophetiæ. Nullo enim indicio sui eget, qui verbo Dei abundat. Vnum itaque dixit, & omnia declarauit.

D. E. Matth. 3. a Mar. 1. a. F

✠ TITVS. Hæc clarè ostendunt Ioannem ad baptismi & verbi ministerium se non ingessisse, sed à Deo vocatum & missum fuisse. Cæterùm vnum hoc munus in causa fuit, cur tam stupenda & admirabilia, in ipso statim initio, circa illum acciderint: Oportebat enim non modo Christum ipsum, sed Christi quoque præcursorem idoneum apud omnes haberi, cuius dictis fides accommodaretur. Factum est autem verbum domini in deserto, quia plures futuri erant filij desertæ, quã nuptæ.

b Factum ... ☞ P ædicans

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT III.

✠ 1 ANno autem quintodecimo. *Postquam descriptus est saluatoris ortus per suam incarnationem, hic consequenter describitur eius progressus per suam prædicationem. Et circa hoc primò describitur prædicatio præcursoris, secundò ipsius saluatoris seq. cap. Circa primum præmittitur prædicationis Ioannis tempus, secundò subditur prædicationis actus, ibi:* Et venit in omnem regionem, *tertiò prędicationis fructus, ibi:* Et interrogabant eum. *Circa primum considerandum, quod tempus prædicationis Ioannis describitur per nomina & tempus imperatoris tunc regnantis & præsidis Iudeæ & tetrarcharum & sacerdotum, ad ostendendum certitudinem historię & auctoritatem prædicationis Ioannis Baptistæ, sicut in scriptis autenticis solet fieri, cum dicitur:* Anno autem quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris. *Iste Tyberius successit Octauiano Augusto, sub quo natus est Christus, scilicet 42. anno imperij eius, & similiter Ioannes Baptista per dimidium annum antè: Augustus autem imperauit 57. annis, ex quo patet quod anno 15. Tyberij Ioannes fuit 30. annorum, & hoc est tempus debitum prædicationi, quia tunc viget ætas virilis, vnde Ioseph 30. annorum erat, quando stetit coram Pharaone, Gen. 41. & Ezechiel quando incepit prophetare, Ezech. 1.*

2 Procurante Pontio Pil. Iud. *Pilatus iste non fuit Iudæus sed gentilis de territorio Lugdunensi oriundus secundùm Iosephum, & à Romano imperatore fuit missus ad regendam Iudæam tunc Romanis subiectam.*

Pilatus vnde oriũdus.

3 Tetrarcha autem Galilææ Herode, &c. *Romani volentes frangere Iudæorum superbiam, & auferre ab eis rebellandi occasionem, abstulerunt ab eis nomen regium diuidentes regnum in plures partes, quæ tetrarchiæ dicebantur.*

4 Et Lisania Abilinæ tetrarcha. *Glo. BEDA. Dicit quod isti tres hic nominati, scilicet Herodes Philippus, & Lisanias fuerunt filij Herodis, sub quo natus est Christus, & ipso mortuo Archelaus eius filius, & frater prædictorum successit ei in regno 10. annis, quo accusato apud Cæsarem, & misso in exilium apud Viennam, imperator regnum tribus fratribus prædictis diuisit per tetrarchias. Sed, quod iste Lisanias fuerit filius Herodis ex historijs autenticis non habetur, quia nec Iosephus nec Scholastica historia ponunt eum inter filios Herodis, sed magis dicunt ipsum fuisse filium Ptolemai Mannei, qui sub libano habitabat & Alexandræ filię Aristoboli qui de Machabæis descenderat.*

5 Sub principibus sacerdotum, &c. *Secundùm quod dicit Iosephus & Scholastica historia. Sacerdotium tunc non procedebat secundum Genealogiam, & dignitatem generis, prout in lege fuerat statutum, sed passim à Romanis vẽdebatur, ita quod non solum singulis annis mutabatur summus sacerdos, sed etiam aliquando in eodẽ anno, & ideo à 15. anno Tyberij quo incipit prædicatio Ioannis vsque ad 18. annum Tyberij in quo passus est Iesus, plures fuerunt summi sacerdotes, quàm isti duo, sed quia Anna erat summus sacerdos, quando Ioannes incepit prędicare, & Caiphas, quando passus fuit Christus, ideo Lucas de istis duobus tantum mentionem facit.*

6 Factum est verbum domini, &c. *Per reuelationem diuinam per quam habuit man datum de prædicatione exequenda.*

✠ Et veni

MORALITER.

1 *Anno autem quintodecimo imperij.* Quod autem prædicatio Ioannis tam solenniter describitur, scilicet per tempora imperatoris & pontificum & principum, est ad designandum illius excellentiam, quem nunciare veniebat, vtpote qui summus imperator & pontifex & gubernator omnium existebat.

†

6 *Factum est verbum domini super Ioannem.* Per quem significatur prædicator euangelij, propter quod super eum debet esse verbum domini, vt eius instinctum viuendo & docendo sequatur, & non è conuerso sicut faciunt prædicantes propter quæstum qui pro libito suo formant verbum prout æstimant consequi temporale lucrum.

6 Factum ... In deserto

riȩ filium in deserto. † Et venit in omnem regionem † Iordanis prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ *. † Vox clamantis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt † praua in directa, & aspera in vias planas, & videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab eo: † Genimina

¶ Idem præco prænunciat, quod post per se ipsam veritas. ¶ Ecce Ioannis prædicatio firmatur prophetæ testimonio. ¶ Ioannes est verbi vox. ¶ Istud. ¶ Prauitates abijcite, fidem & bona opera accipite. ¶ Vt non pro terrenis seruiatis. ¶ Omnis qui se humiliat exaltabitur. ¶ Et qui se exaltat humiliabitur. ¶ Homo Iudæus & gentilis, vir & mulier iuuenis & senex. ¶ Christum. ¶ Beda. Pharisæorum & Saducæorum qui pœnitentia & correctione maximè indigebant. ¶ Venenati, venenatorum filij qui bonis inuidetis & persequimini.

† Mat. 3. a. Mar. 1. a. Ioh. 3. c. † dicentis. † Esa. 40. a. Matth. 3. a. Mar. 1. a. Ioh. 1. c.

a *Prædicans baptismum pœnitentiæ, &c.* BEDA. Ioannes baptismum pœnitentiæ prædicauit & quibusdam etiam dedit, sed remissionem peccatorum dare non potuit. Non ergo ait. Dans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sed prædicans. Quia enim dare non potuit baptismum quo peccata soluerentur, prædicabat, vt sicut verbo prędicationis verbum patris præcurrit, ita baptismum pœnitētiæ quo peccata soluuntur, præcurretur suo baptismate quo peccata solui non possunt.

✠ TITVS. Baptisma Christi ex vi propria perfectam peccatorũ remissionem habet: At Ioannis baptisma, licet peccatorum remissionem adiunctam habebat, non eam tamen ex se habebat sed ex pœnitentia. Erat enim imperfectum quamuis cæteri Iudęorum baptismatis perfectius, præparabat enim homines ad pœnitentiam.

b *Vox clamantis.* Vox quia prænuncius verbi. *In deserto.* quia desertæ & destitutæ Iudeę solatiũ redēptionis annunciat. Nullum verbum sine voce auditur, nec vox sine verbi intelligentia valet.

c *Parate viam domini, &c.* Qui fidem & bona opera prædicat quid aliud quàm venienti domino ad corda audientium viam parat vt hæc vis gratiæ illustret, vt rectas Deo semitas faciat dum mundas cogitationes in animo per sermonem prædicationis format.

✠ TITVS. Is. Dei semitas rectas facit, qui per illius iustitiam graditur. Siquidem malitia & improbitas res obliqua & sinuosa est.

d *Omnis val.* In aduentu domini humilis gentilitas impleta est & crescit plenitudinem gratiæ accipiendo. Et Iudæa superba per errorem perfidię hoc vnde superbieb.. perdidit.

† circa Iordanem.

✠ TITVS. Per profūdas valles, per montes & colles inconcinnos sensuum motus, inconcinnasque animi perturbationes & omnia omnino obstacula, quæ dæmonum malitia obijcit, designat.

† obliqua in directa sub. viam.

e *Et erunt pra.* BEDA. Praua, id est, malorum corda per iniustitiam distorta ad regulam iustitiæ dirigentur.

† Mat. 3. b.

f *Et aspera.* Id est, immites, & iracundę mentes per infusionem gratiæ ad mansuetudinem redibunt, vt ibi prædicator planam viam inueniat vbi prius pro asperitate gressum ponere non poterat.

g *Et videbit.* BEDA. In hac vita omnis homo Christum videre nō potuit, sed in die iudicij in sede maiestatis, & electi & reprobi pariter videbunt, vt iusti remunerentur, & mali in æternum gemant. Vnde & subditur.

h *Genimina viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira.* Ventura enim ira est animaduersio vltionis extremæ. quam tunc fugere peccator non valet, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit.

✠ TITVS. ☞ Quis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et venit. *Hic consequenter ponitur prædicationis actus. Et primò quantum ad exhortationem boni secundò quantũ ad argutionem mali ibi:* Dicebat ergo. *Circa primum dicitur.* Et venit in omnem regionem Iordanis. *quia exiuit de deserto, vbi pauci habitabant & venit ad loca magis habitata, vt plures possent venire ad eius prædicationem, & baptizari ab eo in Iordane.*

2 Prædicans baptismum pœnitentiæ. *Hoc expositum est. Mar. 1. vsque ibi.*

3 Omnis vallis implebitur. *Hæc auctoritas quę habetur Esa. 50. exponitur à Iudæis de reditu captiuitatis Babylonicæ de qua prædixit Isaias vias tunc complanari per hoc quod valles eleuarentur ad æqualitatem planiciei, & colles deprimerentur, vt sic Iudæi de Babylonia reuertentes in Iudæam possent de facili transire per viam. Sed quia nec in scriptura sacra neque in aliqua historia autentica inuenitur esse impletum ideo illa scriptura sacra reducenda est ad alium intellectum in aduentu Christi, adimpletum per quem humiles qui per valles intelliguntur repleti sunt bonis spiritualibus, & superbi qui per colles intelliguntur humiliati sunt sicut supra expositum est. ca. 1. in cantico beatæ virginis.*

Aliter etiam exponitur hoc, quia sicut via corporalis redditur difficilis ad ambulandum propter profunditatem vallium, & eleuationem collium, ita via spiritualis qua Deus graditur super corda fidelium impeditur per depressionem terrenę cupiditatis & per eleuationem mundanæ vanitatis, & vtrumque impedimentum fuit amotum per aduentum Christi in multis. Primum patuit in Zachæo qui dixit domino: Ecce dimidium bonorum meorum do. pau. &c *vt habetur infra 19. & in Matthæo qui dimisso Telonio secutus est Christum, vt legitur Mat. 9. Patet secundum in mundi principibus quorum colla sunt subiecta Christo.*

4 Et erunt praua. *Id est corda distorta per iniustitiam per æquitatem iustitiæ rectificabuntur.*

5 Et aspera in vias planas. *Id corda contra Christum indurata mollificabuntur, sicut patet de Paulo qui Christum persequens à Christo illustratus, statim ad mansuetudinem obedientiæ fuit conuersus dicens:* Domine quid me vis facere? *Act. 9. a.*

6 Et videbit omnis caro salutare Dei. *Id est Christum. Et accipitur hic omnis caro, id est omnis homo, quia aliqui de omnibus hominibus viderunt eum inter homines conuersantem. Diuidebatur enim tunc communitas hominum in duas partes, scilicet in Iudęos & gentiles & multi de istis, & de illis viderunt eum in mundo conuersantem. Potest etiam hoc verbum intelligi de visu spirituali quo vident eum conuersi ad fidem catholicam, ex omnibus gentibus totius mundi. Videbunt etiam eum generaliter omnes in forma humana in die iudicij.*

7 Dicebat ergo. *Hic consequenter describitur actus prædicationis quantũ ad reprehensionē mali, & patet sententia ex dictis. Mat. 3. exceptis quæ sequuntur,* Dicebat ergo ad tur. *Hic accipitur totum pro parte, quia illud quod sequitur non dixit nisi Pharisæis & Saducæis qui cum alijs veniebant ad Ioannē non ex deuotione, sed magis ex malignitate, vnde subditur,*

8 Genimina vi. *Genimina est neutrius generis, & dicitur à gigno is & ideo filij nati ab aliquo dicuntur eius genimina, vnde Mat. 3. dicitur* Progenies viperarum.

Et in

MORALITER.

† *In deserto.* Talibus enim fiunt reuelationes diuinæ Psal. 62. *In terra deserta & inuia & inaquosa.*

1 *Et venit in omnem regio. Ior. &c.* Id est, ad loca populosa in quibus poterat magis proficere & in hoc dedit exemplum prædicatoribus euangelij qui non debent quærere loca recreationis, sed fructificationis verbi diuini.

† *Vox clamantis in deserto.* AMBRO. id est, in gentium populo qui desertum dicitur eo quod peccatorum spinis impleretur.

† *Parate viam do. &c.* Per prædicationem enim hominum corda præparantur, vt in ipsa Deus per gratiam ingrediatur.

3 *Omnis vallis implebitur, &c.* Hoc fit quando peccator lapsus in profundum peccatorum, ad spem suæ salutis erigitur.

† *Et omnis mons & collis humiliabitur.* Quando superbus obediētiæ Dei subijcitur.

4 *Et erunt praua in directa, &c.* Quando distortio iustitiæ ad rectitudinem reparatur.

5 *Et aspera in vias planas.* Quando per exercitium bonum efficitur leue quod prius erat durum, & sic disponitur auditor verbi diuini ad videndum salutare Dei.

6 *Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab eo.* Hoc quātum ad sensum literalem dicebat propter Pharisęos & Saducæos in malũ obstinatos, vt patet Matthæi. 3. de quibus subditur.

7 *Genimina viperarum.* Quasi dicat nullus quia superius erit, † iudex

a *Quis ostendit.* AMBR. Quis ostendit in prudentia miseratione Dei infusa, vt pœnitentiam delictorum agentes, terrorem iudicij prouida deuotione metuatis? Ad generationem ergo non ad successionem referenda est comparatio viperarum. Vel ideo serpentibus comparat, vt ostendat eos habere naturalem prudentiam prouidendi futura, vnde: *Estote prudentes sicut serpentes.* Ideoq́ue monetur operis potius quam generis claritatem quærere, quia non genus, sed sola fides valet, quam ad gentes transferendā prophetat.

b *Dignos* BEDA. Non debet esse par fructus boni operis eius qui nihil vel minus peccauit, & eius qui grauius cecidit.

c *Et ne cœ.* BEDA. Ideo se peccatores cognoscere nolebant, quia de stirpe Abrahę descēderāt; Vnde dicitur: *Ne cœperitis dice.* Quia non qui filij carnis, hi sunt in semine, sed qui fidei. Vnde subditur: *Potens est Deus de lapi. istis susci. &c.*

d *Dico enim vo.* AMBR. Qui amisso sensu rationis, lapidibus putant inesse alicuius rationem diuinitatis, ipsi in naturam lapidum, non vsu corporis, sed mentis habitu vertuntur. Quos autem lapidibus comparauerat, quia ante deformes ad vsum, nudi ad ornatum, steriles ad fructum, irrationabiles ad perfectum iam arboribus comparat, quia processu rationis iam intelligit in illis aliquem clementiorem profectum, quod rationabili quodam munere naturæ, iam sunt decori ad vsum, venusti ad aspectum, optimi ad fructum, surgunt cacuminibus, funduntur brachijs, replentur fructibus, vestiuntur frondibus.

e *Iam enim.* BEDA. Ideo *agite pœnitentiam & ne. d. pa. ha. Iam enim securis ad radicem ar. &c.* Faciet ergo fructum qui potest gratiæ, qui debet pœnitentiæ.

BEDA. Arbor, humanum genus, securis, redemptor, qui velut ex manubrio tenetur ex humanitate, sed ferro incidit, id est, ex diuinitate: Qui et si expectet per patientiam, videt tamen quid facturus sit per iustitiam. Nec ad ramos, sed ad radicem positam dicit securim. Cum enim filij malorum tolluntur, quid aliud quam rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cum tota progenies cum parente tollitur, arbor radicitus abscinditur, ne quid remaneat vnde iterum aliquid germinis oriatur.

f *Et interrogabant eum.* THEOPH. Tres ordines inducuntur sciscitantium Ioannem super salute sua, turbarum, publicanorum & militum.

Mat. 10. b. — *ipsi — † expeditur. excidetur. — † cōmunicet, impertiatur.

a ¶ Bed. Quare non prius deponitis venenum, vt sic ad baptismum veniatis? ¶ Nemo cum non pœnitetis: Sed ego demonstro, & hoc est. Fa ergo fru. di. ¶ A vindicta.

viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite †

¶ Pro ęqualitate culpæ. ¶ Peccatores enim estis.

ergo fructus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, * pa- † trem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potest

a ¶ Beda. Gentilibus quorum corda insensibilia. b ¶ Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semen estis, quia semini eius Christo per fidem vniti. c ¶ Seueritas iudiciaria, ad funditus extirpandos infructuosos pręparata est.

Deus de lapidibus istis suscitare filios * Abrahæ. † Iā enim secu- †

a ¶ Vt gentiles & hypocritæ qui nullum, & hęretici qui malum.

ris ad radicem arboris posita est. † Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, † excidetur, & in ignem † mittetur. Et 1

a ¶ Ex verbis Ioannis terrore percussi notantur, qui consilium quærunt. b ¶ Ne excidamur, & ne in ignem mittamur

interrogabant eum turbę dicentes: Quid ergo faciemus? 2

¶ Id est superfluas.

Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas 3 † det non habenti, & qui habet escas similiter faciat. Vene- 4 † runt autem & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad 5

✻ TITVS. Singulis opportuna remedia præfinit. Et quidem turbæ, vt mutua beneuolentia se inuicem complectantur, mutuisque operibus se mutuo subleuent, iniungit. Publicanis verò ad telonium sedentibus, ad immoderatā auaritiam, viam obstruit. Militibus autem, ne quem temerè concutiant.

*in vobismetipsis. — † Mat. 3. c. † Mat. 3. c. & 7 c. Mat. 3. b. † mittitur.

g *Qui habet duas.* BEDA. Tunica plus sui necessaria quàm pallium; ad dignum pœnitentiæ fructum pertinet, vt non exteriora minus necessaria sed etiam ipsa valde necessaria cum proximis diuidamus, vt escam qua viuimus, & tunicam qua vestimur. Ecce quantum valent opera misericordiæ quæ ad dignum fructū pœnitentiæ præ cæteris pręcipiuntur vnde *Date eleemosynam & ecce omnia m. s. v.* De duabus tunicis diuidendis datur præceptum, quia si vna diuidatur, nemo vestitur. In dimidia tunica, & nudus remanet qui accipit & qui dedit. Misericordiæ enim ipsius pro possibilitate humanæ cōditionis seruatur mensura, vt non sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet cum paupere partiat.

Infra 11. f.

✻ ORIGENES. Profundiorem locus iste recipit intellectum. Quomodo enim non debemus duobus dominis seruire, sic nec duas habere tunicas, ne fit vnum indumentum veteris hominis, & alterum noui: sed debemus nos exuere veterem hominem, & ei dare qui nudus est.

Hom. 23. in Lucam.

h *Publicani.* BEDA. Qui vectigalia publica exigunt, siue qui conductores sunt vectigalium fisci, vel rerum publicarum: Necnon & hi qui huius seculi lucra per negotia sectantur, quos pariter vnumquemque in suo gradu ab agenda iniuria coercet, vt dum primò ab alienorum se temperarent appetitu, tandem ad propria cum proximis communicanda pertingerent.

☞ *Magister*

NICOLAVS DE LYRA.

1 Et interro. *Hic consequenter ponitur prædicationis Ioannis fructus. Erat enim prædicatio Ioannis ordinata ad hoc, quod populus ad susceptionem Christi prepararetur, & vt Christus manifestaretur. Primò ergo ponitur fructus prędicationis eius quantum ad primum, secundò quantum ad secundum, ibi:* Existimante autem pro. *Circa primum sciendum, quod populus præparabatur ad Christi susceptionem, per veram pœnitentiam, quæ apparet quando homo paratus est corrigere vitam suam. & hoc ostenditur hic esse factum ad prædicationem Ioannis, primò in vulgaribus hominibus, cum dicitur.* Et inter. eū tur. di. Quid ergo faciemus? *Quasi dicat, vitam nostram corrigere parati sumus*

2 Respondens autem, &c.

3 Qui habet duas tuni. *Id est vestimentum superfluum.*

4 Det non haben. *Illa enim terra in qua erat Ioannes, calida est & de communi cursu sufficit vna tunica, vel vnum vestimentum. Et ita intelligendum est de alijs rebus quibuscunque quę superfluunt considerata conuenienti necessitate status & personę. Secundò hoc ostenditur in pedagiorum et tributorum collectoribus, cum dicitur.*

5 Venerunt au. pu. *Tales enim dicuntur publicani, quia intromittunt se de negocijs pertinentibus ad publicum.*

At

MORALITER.

† iudex iratus. Inferius, horrendum chaos inferni. A dextris, peccata accusantia: A sinistris, dæmonia ad interitum trahentia: Foris, mundus ardens: Intus, conscientia vrens, peccator sic reprehensus quò fugere poterit? latere erit impossibile, apparere autem intolerabile, ideo subditur.

† *Facite ergo fructum dignum pœni.* Hæc est enim via euadendi mala prædicta.

† *Et ne cœ. dicere.* Nam sine fructu pœnitentiæ nullus sanctorū per sua merita poterit peccatores saluare.

† *Iam enim securis, &c.* Ista securis dici potest calor naturalis qui continuè consumit humidum radicale quo cōsumpto arbor mala per quam significatur peccator, exciditur per mortem, & quantum ad animam mittitur in gehennam.

3 *Qui habet duas tuni.* Per quas possunt virtutes quæ sunt animæ vestes intelligi, nam habens eas debet applicare ad bonum proximi.

† *Et qui habet escas.* Spirituales escæ sunt sacræ scripturæ, quas habens debet proximum spiritualiter pascere.

5 *Venerunt au.* Per quos possunt intelligi officiales & præpositi, qui non debent à populo exigere, nisi quod constitutum est secundum ordinem iustitiæ.

† *Interroga-*

a *Magister quid faciem. &c.* BEDA. Magna vis in sermone Ioannis, qui etiam Publicanos & milites ad consilium salutis suæ cogit, quibus præcepit, ne vltra præscriptum exigant.

b *Neminem con.* BEDA. Iusto moderamine eos promouet, ne ab eis calumniando prædam requirant, quibus militando prodesse debuerant. Docens idcirco stipendia constituta militiæ ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur: Nullū officiū, nullum genus, nulla ætas, ab agenda misericordia excluditur, omnes in commune monentur, vt conferant non habēti. Misericordia enim plenitudo est vir tutum.

c *Existiman. autem.* BEDA. Non solum cogitabant, sed sicut alius euangelista declarat, missis ad eum sacerdotibus & leuitis an esset Christus requirebant. Vnde & Ioannes subditur respondisse. Patet Iudæis fuisse notum secūdum scripturas dominicæ incarnationis tempus adesse, sed mira cæcitas, quod in Ioanne sponte credebant, hoc in Saluatore tantis signis & virtutibus approbato, & ipso etiam Ioanne attestante non credunt, quem per mulierem credebant venturum, per virginem venisse non credunt.

AMBROSIVS. Videbat Ioannes cordis occulta, sed Dei reuelantis gratia, qui prophetis palam facit occulta cordis.

TITVS. Tantę fidei tantæque autoritatis apud omnes erat Ioannes, vt Iudæorum populus in eam suspicionem veniret eum esse Messiam & Christum.

d *Ego quidem.* BED. AMBR. Cito probauit se non esse Christum qui visibili tantum operatur officio. Aqua non spiritu baptizat, quod solius est Christi, nec verbo sed opere Christum se non esse declarat. Vt sicut natiuitatem Christi, ita baptismum quoque eius suo præcurreret, imitatione sacramenti non virtute.

e *Veniet autem.* Ideo baptizo aqua, quia ille venit qui baptizabit spiritu, & oportet, vt illi via præparetur.

f *Cuius non sum di.* BEDA. Non sum dignus mysterium incarnationis inuestigare. Vel nomen sponsi mihi non vsurpo, nec sponsus credi, sed amicus sponsi volo, vel non sum dignus portare per totum mundum prædicando calceamenta, id est, mysterium incarnationis. Hoc enim nō est Ioannis præcurrentis officium, sed apostolorum sequētium. Calceamētum nuptiale, euāgelica prędicatio, qua calceati sunt apostoli.

g *Purgabit.* BEDA. Purgat, dū vel in præsenti ob manifesta peccata peruersus de ecclesia eiicitur, vel post mortē dānatur.

h *Paleas.* Paleæ sunt qui fidei sacramentis imbuuntur, sed solidi non sunt. Zizania qui & opere & professione ab electis secernuntur, qui hoc ventilabro non remouētur, quia iam iudicati sunt, sed paleæ ventilantur.

---

a illum. Magister quid faciemus? At ille dixit ad eos: 1 Nihil amplius quam quod constitutū est vobis † faciatis. 2 Interrogabāt autem eum & milites, dicentes: Quid faciemus & nos? 3 Et ait il-

¶ Non timore sed amore.

b lis: Neminem concutiatis, 4 neque calumniā faciatis, & contenti c 5 estote stipendijs vestris. 6 † Existimante autem populo, & cogi-

¶ Id est an.

7 tantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne fortè ipse esset Christus, respondit Ioannes dicens omnibus: d † Ego quidem

a ¶ Tinguo corpora aqua, & instituo vsum baptizandi, donec veniat qui abluat animas per spiritum. b ¶ Et si humilis, & ego magnus reputor, tamen ille fortior, quia Deus.

aqua baptizo vos, e veniet autē fortior me post me, f cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius, ipse vos bapti-

a ¶ Beda. Id est, purgatione sanctificationis, & probatione tribulationis, vel spiritu qui sanctificat, & accendit amore Dei, vel hic spiritu in futuro igni purgatorio permundabit. b ¶ Discretio iusti examinis. c ¶ Quia omne iudicium dedit pater filio.

zabit in spiritusancto & igni. † Cuius ventilabrū in manu eius, &

a ¶ A paleis. b ¶ Præsentem ecclesiam. c ¶ Immobiles à spe æternorum.

g † purgabit areā suā, & congregabit triticum in horreū suū, pa-

¶ Beda. Quia neque extinguetur, neque extinguet cruciatos sed ęternaliter puniet, dicitur autem ad differentiam illius de quo dicitur: Igne nos examinasti.

h leas autem comburet igni inextinguibili. 8 Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha.

---

† Exigatis.

† Expectāte & sperāte.

† Mat. 3. c.

† permundabit. Ioan. 1. b.

Tom. 15. in Lucam.

† 13. q. 1. c. paratus & c. quid culpatur, & c. militare.

† Mat. 3. c. Mar. 1. a. Ioan. 1. d.

---

8 ✠ *Multa quidem & alia exhortans &c.* EVTHYMIVS. Multa præterea & alia de Christo annūciabat populo, adhortans vt ad eum accurrerent, & in eum crederent qui iam veniebat. Vel, multa de salute illorum adhortans eos, vt pæniteret ipsos ac resipiscerent.

GREGORIVS. Miro modo expressus est ignis gehennæ. Ignis namque noster corporeus, per congesta ligna nutritur, nec valet nisi fotus subsistere: At contra gehennæ ignis cum sit corporeus, & in se missos reprobos corporaliter exurat, lignis non nutritur, sed creatus semel inextinguibilis durat.

h *Herodes.* Antequam Lucas aliquid narrat de actibus Iesu, dicit Ioannem ab Herode captum, vt ostendat se solummodo ea facta descripturum, quæ eo anno gesta sunt, quo Ioannes vel captus est vel punitus.

Herod. au. BED. Non his diebus captus est Ioannes, sed iuxta euangelium Ioannis post aliqua signa gesta à Domino, & post eius baptismum diffamatum, Sed à Luca ad exaggerandum Herodis maliciam præoccupatum est, qui cum videret ad prædicationem Ioannis multos confluere, milites credere, publicanos pœnitere

NICOLAVS DE LIRA.

1 At ille dixit ad eos Ni. am. *Hoc autem dixit, quia collectores talium solent esse proni ad plus colligendum quam sit eis mandatū, vt quod est amplius, eis remaneat. Tertiò, ostenditur in militibus, cum dicitur:*

2 Interrogabant au. eum. & mili. *Parati concilio eius vti.*

3 Et a. il. Ne. con. *Scilicet, opprimendo pauperes. & eos despiciēdo.*

4 Neque calumniam faci. *Id est, non imponatis falsum crimen diuitibus, & potentibus, vt occasionem extorquendi bona eorum habeatis: quia per aliam viam à talibus bona rapere non possunt.*

5 Conten. esto. sti. ve. *Quæ dabantur eis ab imperatoribus pro labore militum, quem habent sustinere in defensione patriæ. Reditus autem quos habent multi milites super homines sibi subditos, habent locum stipendiorum, & ideo debent eis esse contenti. Ad tria autem dicta inducebat beatus Ioannes milites, quia solent esse proni ad vitia contraria.*

6 Existiman. *Hic describitur fructus prædicationis Ioannis quantum ad Christi manifestationem. Et primò manifestatur Ioannis testimonio: secundo, Dei patris signo ibi:* Factum est autem. *Tertio, euangelistæ scripto, ibi:* Et ipse Iesus erat inci. *Circa primum, ostenditur in Ioanne doctrina veritas in Christi manifestatione, secundo, mentis stabilitas in Herodis reprehensione, ibi:* Herodes autem Tetrarcha. *Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 3. exceptis quæ sequuntur:* Existimante autem po. *Quia aliqui eorum viderant, & alij fama publica audierant mirabilem eius conceptum, ortum, & vitę sanctæ meritum, quæ superius sunt declarata, & ex his opinabantur ipsum esse Christum.*

7 Et cogitant. omn. in cord. *Non solùm cogitauerunt, sed etiam de Ierusalem (quæ erat Metropolis) miserunt Iudæi nuncios solemnes ad Ioannem, vt quærerent ab eo, si ipse esset Christus, vt habetur Io. 1.*

8 Multa quidem & alia exhortans. *Ex quo patet, quod non omnia facta & dicta Ioannis scripta sunt, sed pauca respectiuè sicut et de Christo dicitur Ioan. 21. g.* Multa quidem & alia, &c.

Herodes

MORALITER.

† 2 *Interrogabant autem eum & milites dicentes.* Per quos possunt intelligi prædicatores, quos armat Apostolus Ephe. 6. b. dicens *Accipite armaturam Dei,* &c. Et in fine dicit, *& gladium spiritus quod est verbum* Dei: Istis dicitur.

3 *Neminem concutiatis.* Nimis asperè prædicando, & sic ad desperationem inducendo.

4 *Neque calumniam faciatis.* Prædicationem subtrahendo, reputantes eos indignos exhortationis verbo.

5 *Et contenti esto.* Quæ stipendia sunt redditus assignati prædicatoribus, possessiones habentibus, & eleemosynæ datæ mendicantibus.

6 *Existimante autem populo, & cogitantibus. &c. de Ioanne, ne fortè ipse esset, etc. Respondit Ioannes.* Per eius responsionem qua se humiliauit, & Christum exaltauit, informatur prædicator euangelij, vt de bonis operibus suis, nōn quærat laudem propriam, sed diuinam.

† *Herodes*

cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & 1 de omnibus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc supra

¶ Prius autem hoc. ¶ Nam quasi transito mari rubro, necatos quidem gratulamur Ægyptios.

omnia, & inclusit Ioannem in carcerem. † Factum est autem 2

a ¶ A Ioanne, quod alij plenius dicunt.

a cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & oran- 3

a ¶ Quia in natura diuinitatis à mortalibus non poterat videri.
¶ Beda. Quia spiritus disciplinę effugiet fictum, non habit. in cor. sub. peccatis.

te, apertum est & cœlum, descendit spiritussanctus corpora- † b li specie sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: †

a ¶ Non Ioannes. b ¶ Consubstantialis.
c ¶ Placitum meum constitui, id est, per te facere quod mihi placet. ¶ In Adam displicuit.

c * † Tu es filius meus dilectus, in te † complacui mihi. Et ipse 4

a ¶ Quia natura non erat, sed putabatur, quia Maria eum genuit, quę Ioseph erat desponsata.

d Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur fi- 5

a ¶ Auctus. ¶ Secundum legem Ioseph filius est Heli, sed secundùm carnem Iacob,
b ¶ Deus meus vel scandens. c ¶ Donans peccata. d ¶ Additus.

lius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, qui fuit Leui, 6

A pœnitere, & totum vulgus baptismum suscipere, ipse ècontrariò non solùm Ioannem contemnit, sed & vinculat & occidit.

Lib. 1. cap. 13. hist.

✻ Evsebivs. Erat enim Herodi coniux Arethæ regis Arabum filia, quam cum coniux esset fratris sui Philippi, more sacrilego duxit, quamuis prolem haberet à fratre. His enim solũ licebat hoc agere, quorum fratres sine prole vitam cõpleuerant.

Beda. Notandum quod Ioannes euangelista qui de diuinitate Christi scribere suscepit, testatur, quia Iesus Ioanne Baptista qui figura legis est adhuc prædicante & baptizãte plures faceret discipulos, & baptizaret, mysticè docens Iesum antequam in carne nasceretur æternũ per secula Deũ, & fidelium per legem doctorem fuisse populorum. Alij euangelistæ qui humanitatem Christi describunt ab incarceratione Ioannis, sumunt exordium dominicæ prædicationis, quorum officium est, post corruptam à Iudęis legem, & quasi tenebris carceris ignorantia cæcáque traditione fœdatam, domini in carne apparentis & per carnem operantis quasi aduenientis in Galilæam cœlestem pandere doctrinam.

Ioan. 1. c.

B * odiens. De conse. di. 3. c. fina.

a *Et Iesu baptizato.* Beda. Baptizatur dominus, non mundari indigens, sed tactu mundę carnis aquas mundans, vt vim abluendi habeant. Et ideo qui ad lauacrum Christi venerit, peccata deponit, quia (quod innumera sub lege baptismata non poterant) contra præuaricationis malum, vt in regeneratione sanctificationis aquæ concipit. Vnde cum baptizatum populum diceret, nihil magnum addidit, sed baptizato Iesu & orante, dicit apertum cœlum, quia dum ille aquas Iordanis subijt, nobis cœli ianuam pandit, & dum caro innoxia aquis frigentibus tingitur, opposita quondam noxijs romphea ignea restringitur, nec ibi Christo cœlum cœpit aperiri, sed in his verbis ostenditur virtus baptismi. Orat autem, vt nos ad orandum informet, vt post baptismum precibus & ieiunijs & eleemosynis & alijs bonis cœlum nobis aperiatur. Quia etsi peccata in baptismo sunt laxata, non adhuc caro est solidata, sed in deserto mundanæ conuersationis hostes occurrunt, qui sudore nostro vincũtur per gratiam Christi, donec tandem inducamur in aulam pacis. Nulli inter natos mulierum secundus est Ioannes, cui se Christus

C

D Christus credit baptizandum, se videndum in columba exhibet spiritussanctus, de cœlo pater commendat filium. Non enim filio quod ignoraret, sed Ioanni & cæteris qui aderãt quod ignorabant indicabatur, vnde & Ioannes quem prius virum fortiorem Christum euangelizabat, iam edoctus Dei filium aperte prædicat.

b *Sicut colum. in ip.* Beda. Post diluuiũ non coruus, sed columba ramum qui pacem redditã nunciaret detulit, docẽs quia solis in simplicitate cordis baptizatis, vnctio sancti spiritus adsit. Et dominus non primũ post baptismum spiritu sancto est vnctus, sed ideo monstratur columba, vt intelligamus quod in corpore eius, id est, ecclesia baptizati præcipuè accipiunt spiritumsanctũ. Et qui ad exemplum Simonis in felle amaritunis iniqui obligatione perdurant, forte in spiritusancto & partem nullatenus habere possunt. Vnde cum mũdi crimina quondam in figura baptismi diluuio purgarentur, non corui, sed columbæ ore delatus oliuæ ramus pacem redditam seculo nunciauit.

† Eum? Mat. 3. d. Mar. 1. a. Ioan. 1. d.

E

† complacuit.

c *In te compla.* Non aliena in filio, sed sua laudatur, quasi dicat: Quæcunque habes tu, mea sunt.

d *Annorum tri.* Beda. Quod tricennalis baptizatur, nobis etiam conuenit propter mysterium trinitatis & operationem decalogi, quia decalogus per fidem & melius intelligitur & impletur.

F

Beda. Tricesimo anno baptizatur, facit miracula, docet vt reprimat temerarios qui omnem ętatem ad hæc officia idoneam credunt, quod non est, nisi aliquando miraculo Dei contingat, vt in Ieremia & Daniele.

✻ Titvs. Christus triginta plus minus natus annos accedit ad baptisma; siquidem communi mortalium consensu, illi ætas perfecta haberi solet. Voluit per hoc quoque indicare, mysticam regenerationem viros secundum Spiritum perfectos generare. Quin primus quoque homo perfectus conditus est, statim enim veluti adultus collocatus est in paradiso, eundémque excolere & custodire iussus est.

d *Vt pu. fi. Io.* Be. Non per Mariam quem verè genuit sed per Ioseph qui alienus est à generatione texitur ordo generationis, quia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hero. au. tetr. cum cor. *Hic describitur stabilitas mentis in Ioanne, qui non timuit facinus Herodis tetrarchę arguere, & sententia huius patet ex dictis Mat. 14. & Mar. 6. vbi factum istud pleniùs continetur.*

2 Factum est au. *Hic describitur manifestatio Christi per signum datum de cœlo à Deo patre cum baptizaretur à Ioanne, & patet sententia ex dictis Matth. 3. & Mar. 1. excepto quod hic additur:*

3 Et orante. *In quo dedit Christus exemplum quod in receptione sacramentorum debet mens hominis eleuari in Deum.*

4 Et ipse Iesus. *Hic consequenter describitur manifestatio Christi euangelista scripto, qui hic describit eius genealogiam, vt sicut natiuitas eius ęterna fuerat manifestata verbo patris dicentis:* Tu es filius meus *scilicet, naturalis; ita natiuitas eius temporalis manifestaretur per descriptionem genealogiæ. In qua descriptione considerandum, quod sicut supra dictum est in prologo, Matthaus ostendit qualiter Christus venit ad nos, ideo describit genealogiam descendendo: Lucas vero qualiter per Christum reducimur in Deum; ideò eam describit ascendendo, propter quod eam terminat in ipso Deo. Dicit ergo.* Et ipse Iesus erat in. qua. anno. tri. *Secundum August. & Chrys. Christus tunc habebat triginta annos completos & incœperat tricesimumprimum, & secundum hoc sic intelligenda est hęc litera:* Erat autem Iesus annorum triginta incipiens, *id est, incœperat 31. & secundùm hoc Christus prædicauit duobus annis cum dimidio, secundum alios vero doctores quorum opinio communius tenetur. Iesus tunc habebat 29. annos completos, & incœperat 30. & secundum hoc est sic intelligenda hac litera:* Erat Iesus inci. an. tri. *id est, tricesimum annum, de quo habebat 12. dies, & secundùm hoc Christus prędicauit tribus annis & dimidio vsque ad passionem suam 18. anno Tyberij.*

5 Vt putabatur filius Ioseph. *Qui erat sponsus Mariæ, cuius causæ supra expressę sunt cap. 1.*

6 Qui fuit Heli. *In Matthao dicitur quod Ioseph fuit filius Iacob & ibi ista controuersia soluta est.*

Qui

MORALITER.

† 1 *Herodes autem tetrar. cum corrip.* Iste qui Ioannem ligauit in carcerem, eo quod de malis suis arguebat eum charitatiuè, & qui similia faciunt similes freneticis qui pium medicum percutere & occidere quærunt.

† *Apertum est cœlum, & descendit.* Beda. Non ei tunc apertum est cœlum cuius oculi cernebant interiora cœlorum sed virtus baptismatis ostenditur, de quo quicunque egreditur, ei regni cœlestis ianua aperitur.

† *Et descendit spiritus sanctus.* Per apparitionem sanctæ trinitatis in baptismo Christi, significatum fuit, quod eius fideles deberẽt in sanctissimę trinitatis nomine baptizari.

4 *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph.* Per hoc insinuans quod officium prædicãdi non debet aliquis exequi ante perfectam ætatem, sicut non legitur Christus ante prædicasse.

5 *Qui fuit Heli. qui fuit Mathat, qui fuit Le.* Hic non occurrit aliqua notabilis moralitas, nisi quod per generationem spiritualem quæ designatur per hanc genealogiam homo recurrit in suũ creatorẽ, sicut hęc genealogia in Deũ terminatur, cum dicitur:

quia non est mos scripturarum vt generatio texatur per nomina mulierum, & ex vna tribu erant Maria & Ioseph, vnde & simul censentur, & sic per Ioseph origo Mariæ declaratur. Generationem carnis dicturus, præmisit testimonium patris: *Tu es filius meus dilectus*, vt appareat verum Deum & hominis esse filium.

Matth. 3. d.

AMBRO. In generationibus viri nomē & persona quęritur, quæ etiam in senatu & in reliquis curijs ciuitatum generis asserit dignitatem.

a *Qui fuit*. Matthæus ponit, *genuit*: quia carnis solas successiones numerat. Lucas, non genuit, sed *qui fuit*. in quo designat se etiam adoptiuos interponere filios, & Matthęus à Dauid ad Christū pauciores: Lucas ponit plures generationes, quia cum per alias personas generatio texatur, potest fieri vt alij longæuam, alij breuiorem transegerint vitam, cùm videamus plures senes cum suis nepotibus viuere, multos statim susceptis filijs obire.

a qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, qui fuit Mathathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nage, qui fuit Maath, qui fuit Mathatiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui [1] fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Helmadan, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer qui fuit Iorim

(Interlinear glosses: a ¶ Rexmeus. b ¶ Dexter. c ¶ Auctus, alius iste Ioseph, d ¶ Donum Dei vel aliquando. — a ¶ Onerans vel onerauit. b ¶ Consolatio vel consolator. c ¶ Adiuua me. — a ¶ Meridies vel meridianum. b ¶ Desiderium. c ¶ Donum Dei vel aliquando. — a ¶ Obediens. b ¶ Augmentum. c ¶ Confitens. d ¶ Dominus gratia eius, vel dominus misericors. — a ¶ Misericors. b ¶ Princeps vel magister Babylonis. c ¶ Petitio mea Deus. d ¶ Lucerna mea. — a Regnum meum. b ¶ Robustus vel violentus. c ¶ Diuinans. d ¶ Dei mensura, — a ¶ Vigilans vel vigilia vel pellicens. b ¶ Saluator. c ¶ Deus meus adiutor. d ¶ Dominus exaltans, vel est exaltans.)

Qui Io. fuit filius Heli. Qui Heli fuit filius Mathat. Augu. verò de veteris & noui testa. quæstionibus. Qui Christus fuit filius Mathat.

b *Qui fuit Mathatiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naam, qui fuit Hesli*. BEDA. Mathan qui per Solomonem descendit, de vxore sua Iacob filium genuit, & defunctus est. Tunc Mathat qui de Nathan, de eadem vxore suscitat semen defuncto fratri, & generat Heli, & sunt vterini fratres. Iacob & Heli. Et Heli accepta vxore moritur sine semine, cuius vxorem accipit Iacob, & generat Ioseph. Et meritò Lucas adoptionis originem suscipit & vsque ad Deum transit, quia per adoptionem efficimur filij Dei, credendo in filium Dei, qui per carnalem generationem ostenditur factus filius hominis.

✠TITVS. De Christi ortu secundum carnem controuersia nonnulla est. Matthæus enim genealogiam è Salomone orsus, deducit illā in Mathan Iacob & Ioseph: Lucas verò initio à Nathan facto, descendit in Mathan, Heli & Ioseph. Ex quo apparet vtrumque euangelistam aliud & aliud proximum genus Iosepho assignare. Nam vt idem Ioseph simul ex Iacob & Heli ortum duxerit, videtur impossibile. Cuius difficultatis inuestiganda est solutio. Tertius ergo à fine, secūdum Matthæi genealogiam est Mathan. Quintus autem à fine secundum Lucam, est Melchi. Melchi porrò & Mathan diuersis temporibus vnam eandemque Estham vxorem habuere, Primus duxit eam Mathan, procreauitque ex illa Iacob. Mathan autem vita defuncto Melchi: qui erat ex eadem tribu etsi non ex eodem genere, eandem Estham, iam tum viduam, asciuit sibi in coniugem suscepitque ex illa Heli. Iacob igitur & Heli fuerunt fratres vterini, vtpote ex eadem matre editi. Cæterum cum Heli accepisset vxorem nullisque ex ea liberis susceptis mortem obijsset, secundum legis præscriptum ingressus est ad illam Iacob tanquam frater, Heli germano semen excitaturus. Procreauit itaque Ioseph, atque ita idem Ioseph & naturalis filius est Iacob, & legalis rursum filius Heli. Matthęus ergo naturalem Iosephi parentem expressurus, Iacobum nominat, & vnde hic descendit indicat: Lucas verò legalem patrem manifestaturus, Heli in mediū adducit stirpémque vnde descendit, aperit. Ad hæc cum Iudæi tanquam lege obstricti, legales parentes agnoscant, Græci verò & Pagani, quibus nihil cum lege cōmune est, naturales tantum progenitores spectent, Euangelistæ Iosephum ex vtroque patre legali & naturali genus suum ad Dauidem reducere ostenderunt. Iudæis itaque & Græcis omnis prorsus hæsitationis & offensionis causa adempta est.

BEDA. Si intelligimus Matthæum quadraginta duas generationes posuisse, vt vnum Iechoniæ nomen bis numeretur, pro patre & filio hic numerus præsens ecclesiæ tempus designat, quo domino cooperante in spem futuri sabbati laborat. Septies enim seni quadraginta duo. Sex ad opera septem ad requiem pertinēt. Vnde populus de Ægypto liberatus, quadraginta annis in deserto moratur, sed quia sub spe intrādi in requiem exercetur, septies sena, id est, quadragintaduo castrametatur. Quorū vltimo Iesu duce aperto Iordane, victis hostibus promissas olim sedes ingreditur. Sic dominus quadragesima secunda generatione. ex quo mundus priscæ cæcitatis tenebras ab Abraham credente, discussit, veniens in carne, per baptismum cœli ianuas pādit, & nos perfectę vitæ cursu sub eiusdem numeri sacramento, post siccatum Christo duce Lœti fluuium promissa regna intramus.

BEDA. Matthæus qui regiam instituit in Christo insinuare personam præter ipsum Christum 40. homines in generationis serie nominauit, quo numero signatur istud tempus, quo in hac terra regi nos oportet à Christo per laboriosam disciplinam. Neque enim quadragintaduæ quæ faciunt ter. 14. sed propter vnum Iechoniam bis numeratum 41. generationes fiunt si ipsum Christum annumeramus qui temporali vitæ regendæ tanquam quadragenario numero pręsidet regulariter. Quatuor ad mundi partes, vel tempora referuntur: Decem ad legis decalogum, quo contra vitia pugnamus. Vnde & ieiunium ecclesiæ spacio 40. dierum consecratur. Et quia ad istam mortalitatem nobiscum participandam descendentem Christum significare voluit, ideò istas generationes descendendo commemorat, ab initio euangelij sui, in quo significatur susceptio peccatorum nostrorum à domino Christo. Lucas qui vitulus tanquam sacerdotem in expiandis peccatis assignans, à baptismo in quo hominum incipit ascensus, generationis seriem ascendendo disponit, à quo abolitio peccatorum nostrorum significatur à domino Christo. Proinde Matthęus à Dauid per Salomonem descendit, in cuius matrem ille peccauit. Lucas ad Dauid per Nathan ascendit, per cuius nominis prophetam Deus peccatum illius expiauit. Lucas septuaginta septem generationes ponit, quo numero remissio omnium peccatorum significatur. quod considerandum est in partibus in quibus multiplicatur, id est, vndecim & septem. Per vndecim transgressio denarij (quo in vineam Christi, conducti sunt remunerandi) id est, perfectionis significatur. Et multiplicantur vndecim per septem, vt significetur illa transgressio ex motu hominis fieri. Septem enim è tribus & quatuor congregantur. Tria ad naturam humanæ animæ, propter triplicem vim referuntur. Quatuor ad tempus quod quatuor constat elementis. Vnde homo non incongruè per septenarium numerum significatur. Per septem vndecim multiplicantur, quia per motum hominis transgressio perpetratur. Hoc ergo numero omne peccatum intelligitur, hoc ipso numero omnium peccatorum remissio accipitur, expiante nos carne sacerdotis, à quo nunc iste numerus incipit, & reconciliante nos Deo, ad quem nunc iste numerus peruenit, per spiritum sanctū, qui in columbæ specie in baptismo, vbi iste numerus commemoratur apparuit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui fuit Neri. *Matthei primo dicitur quod ille Salathiel fuit filius Iechoniæ. Ad quod dicendum, quod verum est quod Salathiel fuit filius naturalis Iechoniæ, sed fuit filius Neri adoptiuus, quia mortuo Iechonia Nerus adoptauit eum in filium, & ideo Matthæus qui describit genealogiam Christi carnalem posuit Iechoniam: Lucas qui magis describit genealogiam spiritualem ponit istum Neri.*

Qui

a *Qui fuit Leui.* Non autem hi quatuor qui hoc loco inferuntur Iacob filij fuerunt, sed quod eorum nominibus participabāt. BEDA. Quasi nominibus alludens quod in illis figuratum est, hoc istis adaptat. Quatuor genera virtutum cognoscimus fuisse in quatuor filiis Iacob, quorum isti posteri sunt, in Iuda, per figuram dominicæ passionis mysterium prophetarum. In Ioseph præcessisse castitatis exemplum: In Simeone vindictam læsi pudoris: In Leui officium sacerdotis. Non ergo nomina tantorum patriarcharum Lucas prætermittenda putauit, vt quia vnus omnia Christus Iesus in singulis quoque maioribus genera virtutum diuersa præcederent.

b *Nathan.* BEDA. Quod Mattheus per Salomonem: Lucas per Nathan texit generationem, ille regalem, iste vt vitulus sacerdotalem ostendit familiam, quia Christus rex ex regibus & sacerdos ex sacerdotibus, secundum carnem ex regali & sacerdotali familia est exortus, qui cœlestis rex in Dei virtute lætatur, & cui iudicium à Deo rege defertur, *sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech.*

c *Qui fuit Sale.* Vel Sela. BEDA. Generatio Cainam non de Hebraica veritate, sed habetur de septuaginta interpretum editione. In Gene. Arphaxat Sela pro Sale filium nullo interposito perhibetur genuisse. Porrò Arphaxat vixit triginta annos, & genuit Sale. Item in Paralipomenon: *Arphaxat autem genuit Sela qui & ipse genuit* Heber. Sed apud septuaginta ita scribitur quod Arphaxat centum trigintaquinque annorum genuit Cainan, & ipse Cainan cum centum triginta annorum esset genuit Sela, quorum quid verius sit, Deus nouit.

d *Noe:* Noe iustus, ædificator arcæ, præfigurat ædificationem ecclesiæ.

e *Mathusale.* AMB. Anni Mathusale vltra diluuium numerātur, significat Christum, cuius vita ætatem nescit.

f *Qui fuit Enoch.* BEDA. A baptizato Dei filio vsque ad Deum patrem ascendens septuagesimo gradu Enoch ponit, qui dilata morte trāslatus in paradisum est, vt significet eos qui in gratiam electionis filiorum ex aqua & spiritusanćto regenerantur, interim post corporis absolutionem æternam suscipiendos in requiem. Septuagenarius enim propter septimam sabbati illorum requiē significat, qui iuuāte Dei gratia decalogum legis implent, quos in resurrectione immutabili Dei sapientiæ contemplandæ per secula monstrat esse iungendos.

g *Seth.* Seth posterior Adæ filius, non siletur, vt cum duæ populi sint generationes, significet Christum in posteriore potius quam in priore generatione numerandum.

h *Qui fuit Dei.* A filio Dei generatio incipit, terminatur in filium Dei, præcedit creatus in figura, vt sequatur natus in veritate, prçit factus ad imaginem vt propter eum imago descendat.

a qui fuit Mathat, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Heliachim, qui fuit b Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Mathata, qui fuit Nathan, [1] qui fuit Dauid, qui fuit Iesse, qui fuit Obeth, qui fuit Booz, [2] qui fuit Salomon, qui fuit Naasson, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esrom, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Saruch, qui fuit Ragan, qui fuit Phaleg, c qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arpha- [3] d xat, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Ma- e f thusale, qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fui Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, † qui g h fuit Dei. [4]

¶ Vt supra. ¶ Adiutor. ¶ Audiuit tristitiam vel signum. ¶ Confitens. ¶ Augmentum. ¶ Columba, vel dolens. ¶ Dei resurrectio. ¶ Rex eius. ¶ Viscera mea. ¶ Donum. ¶ Be. Per Nathan, prophetiæ dignitatem expressam aduertimus. ¶ Dedit vel dantis. ¶ Manu fortis. ¶ Incensum. ¶ Seruitus. ¶ Fortis. ¶ Sensibilis vel pacificus. ¶ Augurium vel serpentinus. ¶ Populus voluntarius. ¶ Electus vel excelsus. ¶ Sagitta ¶ Diuisio. ¶ Confitens. ¶ Supplantator. ¶ Risus vel gaudium. ¶ Pater multarum gentium vel videns populum. ¶ Exploratio vel pastura, siue nequitia. ¶ Requieuit lux. ¶ Lorum vel corrigia vel dependens vel perfectio. ¶ Ægrotans vel pascens. ¶ Diuidens vel diuisus. ¶ Transitus. ¶ Tollens. ¶ Lamentatio vel possessio eorum. ¶ Sanans depopulationem. ¶ Nomen vel nominatus. ¶ Requies. ¶ Humiliatum vel percutientem vel percussum, vel humilē. ¶ Mortis emissio vel mortuus est & interrogauit. ¶ Dedicatio. a ¶ Descendens siue continens. b ¶ Laudatus Dei, vel laudans Deum. a ¶ Lamentatio vel possessio eorum. b ¶ Homo vel desperans vel violentus. c ¶ Positio siue posuit. d ¶ Homo vel terrenus vel indigena.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui fuit Nathan. *De isto Nathan dicunt aliqui, quod fuit filius Dauid naturalis de Betsabee, vt videtur dici 1. Paral. 3. Sed hoc videtur esse contra illud quod dicit Salomon Pro. 4. a.* Ego fui vnigenitus & tenellus coram matre. *Ille enim filius, quem habuit de Dauid ante Salomonem non computatur: quia fuit mortuus incircuncisus. Per hoc ergo quod Salomon dicit se vnigenitum matris suæ videtur quod Nathan non fuit natus de Bethsabee & Dauid, & ideò dicunt aliqui, quod iste Nathan fuit Nathan quem propter eminentiam sanctitatis Dauid adoptauit in filium mortuo eius patre naturali. Et secundùm hoc potest dici, quod fuit filius adoptiuus Bethsabee vxoris Dauid, et secundū hoc connumeratur inter filios Bethsabee. 1. Paralip. 3. b. De aliis autem tribus ibidem nominatis dicendum, quod fuerunt filij Vriæ naturales & adoptiui filij Dauid, quando accepit matrem eorum, & sic Salomon fuit vnigenitus matri suç respectu Dauid vt dicitur Prouer. 4. Causa autem quare Lucas describit Christum descendere à Dauid per Nathan, vna fuit, quia licet omnes sapientes Hebræorum concorditer tenerent Christum debere descendere de Dauid, aliqui tamen eorum opinabantur ipsum descendere ob eo per Nathan propter excellentiam suæ sanctitatis & prophetiç. Alij verò per Salomonem propter dignitatem regiam & suæ excellentiam sapientiæ. Secundùm veritatem autem descendit per vtrumque, aliter tamen, quia per Salomonem descendit secundum lineam naturalis generationis: Per Nathan verò secundum lineam legalis generationis, quia Nathan filius Dauid adoptiuus, vt prædictum est; & Ioseph qui ponitur immediatè post Christum ascendendo, fuit filius Heli adoptiuus seu legalis prout plenius fuit declaratum Matth. 1 Alia causa est, quia Lucas describit Christi genealogiam prout in Deum reducimur, vt prædictum est. Reducimur autem in Deum per Christum, inquantum efficimur filij Dei adoptiui.*

2 Qui fuit Booz. *Tres fuerunt immediatè se sequentes huius nominis scilicet filius: pater & auus vt plenius declaratum fuit Matth. 1.*

3 Qui fuit Cainan. *Secundum Hieronymum, & secundum translationem qua vtimur, non ponitur aliquis medius inter Sale & Arphaxat, vt patet Genes. 10. Septuaginta autem interpretes ponunt istum Cainan medium. Et ad concordiam huius potest dici, quod iste Cainan fuit pater Sale legalis siue adoptiuus, Arphaxat verò pater naturalis ipsius, & vterque pater hic ponitur, & maximè, quia Lucas in describendo sequitur translationem septuaginta, quæ suo tempore erat valdè authentica.*

4 Qui fuit Dei. *Non per generationem sicut alij, sed per formationem de limo terræ & infusionem animæ vt habetur Gene. 1.*

MORALITER.

† *Qui fuit Adam.* Nam per generationem spiritualem efficimur Dei filij adoptiui.

CAPVT. IIII.

A a IEsus, &c. Sequitur: Et agebant. AMBR. Agebatur in desertum hoc consilio, vt diabolum prouocaret. Nam nisi ille certasset, iste mihi non vicisset. Mysterio, vt Adam de exilio liberaret. Exemplo, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

BEDA. Ne cui indubium veniret, à quo spiritu ductus Iesus in desertum diceretur, prępponit quia plenus spiritusancto cuius voluntate locum certaminis quo aduersarium sternat, de victoria certus ingreditur. Sic nos accepta in baptismo remissione, & spiritusancto illuminati, cōtra insidias diaboli accingi, & seculum debemus deserere, vt quasi mamma deserti sola æterna esuriamus.

*postea

Congruè exercetur ieiunium in illa anni parte quę contigua est passioni dominicę, quia in ea significatur hæc vita laboriosa, cui opus est continentia, vt ieiunetur à mundi amicitia.

BEDA. Nisi ieiunasset, diabolo occasio tentandi non adesset, secundum illud: *Fili accedens ad seruitutem Dei prępa. ani. tu. ad ten.* Quia quantò magis diabolus sibi rebellare cōspicit, tātò amplius expugnare contendit. (Eccl. 2. a.)

✻ ORIGENES. Tentatur Iesus à diabolo quadraginta diebus, & quæ fuerint tētamenta nescimus, quæ ideò fortasse pręętermissa sunt, quia maiora erant quam vt litteris traderentur. (Hom. 19. in Lucam. †Matt. 4. a. Mar. 1. b.)

CAPVT IV.

IEsus autem plenus spiritusancto regressus est à Iordane, & agebatur in † spiritu in desertum diebus quadraginta & tentabatur à diabolo. Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis * esuriit. Dixit autem illi diabolus: Si filius Dei es, dic lapidi huic, vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus:

a ¶ In quo Adam exulauerat, nec quomodo redire posset habet. Dux ergo ad erroneum accepit.

¶ Tentatio à gula. ¶ Viui. ¶ Duriciam significat diaboli. ¶ Quia sciuit scriptum: Ipse dixit & facta sunt.

✻ ORIGENES. Quando legis Iesum plenum spiritusancto, & in actibus, quod apostoli repleti fuerunt Spiritusancto; vide ne æquales putes Apostolos saluatori. Quomodo enim si volueris dicere, hæc vasa plena sunt vino vel oleo, non statim dices, quod æquali mensura sunt plena. (Hom. 29. in Lucam.)

b *In deser.* Historialiter in illo deserto quod est inter Ierusalem & Iericho, vbi figuraliter dixerat Adam à diabolo victum fuisse. (Histo.)

BEDA. Tria sunt quæ proficiunt ad vsum salutis. Sacramentum baptismi, desertum, ieiunium. *Nemo enim coronabitur nisi legitimè certauerit.* Nemo ad certamen admittitur virtutis, nisi prius ablutus à maculis gratiæ cœlestis munere consecretur. (Tria ad vsū salutis proficientia.)

C c *Diebus* 40. Quadraginta diebus ieiunauit legislator & propheta, vt ieiunium Christi testimonium habeat à lege & prophetis. Hoc numero significatur excursus huius seculi in his qui vocantur per gratiam ad eum qui *venit legem non soluere sed adimplere.* Decem sunt præcepta legis, & quatuor partes mundi, & quater decem fiunt quadraginta, & per gratiam Dei, adimpletionem decalogi vocantur de quatuor partibus mundi. Ieiunat Christus ante mortem carnis, quasi clamet: Abstinete à desideriis seculi dum estis in agone. Comedit post resurrectionem, quasi dicat, etsi nondum habetis corpus immortalitatis, iam pascimini, quia dum viam domini capimus, & à vanitate seculi ieiunare & refici debemus futuri promissione. (Deut. 9. b. 3. Re. 19. b. Matth. 5. b. 1. Pet. 2. b.)

Quadraginta diebus, decem ad decalogum, quo Deum & proximum diligere iubemur refertur. Sed quia motu corporis quod de quatuor elementis constat charitas Dei & proximi violatur, ad diluenda peccata in 40. tempus pœnitentiæ surgit.

Congruè

d *Esuriit.* BEDA. Non est scriptum de Moyse vel Elia, quod post ieiunia esurierint. Non quod homines illi fortiores quàm hic Deus: Sed ideò factum est, ne ab eo tentando pauens hostis aufugeret, qui multa cœlestia signa viderat in eo. Esurit ergo humilis Deus homo, ne inimico innotescat sublimis homo Deus. Fames domini pia fraus est ne caueat diabolus tentare. Esurit autem non tam cibum corporis quàm salutem animæ.

e *Si filius Dei es.* AMBR. Nouerat Dei filium venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putabat. Nam fastuosus in Deo humilia non potest credere. Aliud itaque explorantis, aliud tentantis est & Deo profitetur se credere, & homini conatur illudere. Sed cum ille tentat vt exploret, sic explorat vt tentet. Dominus ècontrà sic fallit vt vincat, si vincit vt fallat. Si enim conuerteret naturam, proderet creatorem. Ergo sicut homo commune sibi accersit auxilium, vt diuinæ lectionis pabulo intentus famem corporis negligat. His armis dominus hominem aduersus irritamenta gulæ munit. Huic pani intenti Moyses & Elias famen prolixioris non senserunt ieiunij, qui hoc verbo non vescitur, non viuit.

F

✻ ORI. Rogato autem patre à filio panem, nec dante lapidem pro pane, iste quasi aduersarius versipellis & fallax pro pane dabat lapidem. Puto etiam quod & vsque hodie lapidem diabolus ostendit, vt hortetur singulos ad loquendum, *dic vt lapis iste panis fiat.* Si videris hæreticos dogmatum suorum mendacium pro pane comedere, scito lapidem esse sermonem eorum, quem monstrat ei diabolus. (Vbi suprà.)

GREGORIVS. Tribus modis fit tentatio, suggestione, delectatione, consensu. Christo autem suggestione sola, quia delectatio peccati mentem eius non momordit. Nec illum indignum est tentari, qui occidi venerat, vt sua tentatione nostras vinceret, sicut sua morte nostra tulit peccata (Quibus modis fit tentatio.)

☞ Scriptum

NICOLAVS DE LIRA, CAP. IV.

1 IEsus autem. *Descripta prędicatione pręcursoris, hic consequenter describitur prædicatio Saluatoris, & primò describitur eius prædicatio per modum amoris, miracula faciendo & beneficia conferendo. Secundo per viam amoris terrorem futuri iudicij incutiendo capit. 21. Adhuc circa primum describitur primò prædicatio Saluatoris per seipsum tantum. Secundò, cum hoc per missionem discipulorum 9. capit. Circa primum præmittitur Christi prędicatio, secundò ex hoc frequens aliquorum conuersio capit. sequenti. Prima adhuc in duas, quia primò describitur idoneitas prędicatoris. Secundò executio prædicationis, ibi:* Et regressus est Iesus. *Idonea verò dispositio prædicatoris est maceratio carnis per ieiunium, per quod carnis incentiuum exprimitur, secundùm quod dicit Paulus. 1. ad Cor. 9. d.* Castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne fortè cum aliis prędicauerim ipse reprobus efficiar, *& secundò, feruor orationis in loco solitudinis, vbi diuina sapientia hauritur, quæ postea per prædicationē effunditur, vnde Paulus antequā mitteretur ad prædicandum, in oratione fuit illustratus, secundum quod habetur Act. 9. cap.* Ecce enim orat, *& postea subditur:* Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum, &c. *Tertium est victoria tentationis. Non enim est ad prędicandum idoneus qui succumbit tentationibus. Ista autem tria ostenduntur de Christo per hoc, quòd ante prædicationem intrauit in desertum orationi solitariæ aptum, & quod ibi ieiunauit & triplicem dæmonis tentationem deuicit, non quia istis indigeret pro se sed pro nobis ad dandum exemplum prędicatoribus aliis. Et patet sententia prædictorum ex dictis Matt. 4. vbi ista sunt exposita exceptis paucis quę sequuntur.*

2 Et nihil man. *Hic accipiuntur dies naturales, quia nihil manducauit de die nec de nocte.*

3 Dic lapidi huic vt panis fiat. *Hic accipitur singulare pro plurali eo modo loquendo quo dicitur Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum, vnde Matth. 4. a. dicitur:* Dic vt lapides isti panes fiant.

☞ Et

MORALITER.

1 *Iesus autem, &c.* Sequitur.

† *Et agebatur.* Per hoc significans, quod homines spirituales, cuiusmodi sunt religiosi, debent in asperitate nutriri, nam acrius solent à dæmone tentari. Eccles. 2. a. *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia et timore Dei et pręęppara animam tuam ad tentationem.*

Et hoc significatur, cum dicitur hic de Christo:

† *Et tentabatur hic à diabolo.* Per hoc autem quod hic primò ponitur tentatio de gula cum dicitur:

5 *Dic lapidi huic,* Designatur quod hæc tentatio occurrit homini. Primò quoniam ab infantia. Secundò verò ponitur tentatio de cupiditate terrenorum cùm dicitur:

† Et

a *Scriptum est.* Docet magis doctrina quam miraculis pugnare, humilitati quàm potentia, nihil pro diaboli arbitrio, nec declarandæ virtutis consideratione faciendum.

b *Et duxit.* Lucas ficut res gesta est exequitur, mediam ponens auariciam, vltimam superbiam, secundum mores præsentis temporis, quia superbia post omnes virtutes sæuit. Matthæus non sequitur ordinē historiæ, sed tentationum Adæ.

c *Ostēdit.* Nō quod visum eius, qui omnia videt, amplificauerit, sed vanitatem humanæ pompæ quē amabat quasi speciosam ostendens, facere amari volebat. Vel sciens diabolus, quod Christus sibi regnum tolleret, ostēdit ei omnia regna mundi, nō Persas, non Indos, sed quomodo in omnibus terrenis regnaret, vel per gulā, vel per superbiam, aut per alia, vt suadens quod volebat, eum sibi subiiceret.

a ¶ In Deuteronomio. ¶ q. d. persuasio tua tentatio est, quia agis de cibo corporeo, & non de cibo mentis.

a † Scriptūm est, quia non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei. b Et duxit illum diabolus in montem excelsum, [1]

¶ Tentatio de ambitione.

c & d ostendit illi omnia regna orbis terrę † in momento temporis, e & ait illi: f Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum, g quia mihi tradita sunt, & cui volo do † illa. [2] Tu

¶ Non quia hoc possit. ¶ Regem te faciam horum.

a ¶ Qui diabolum adorat, ante corruit.

ergo si † procidens adōraueris coram me, † erunt tua omnia.

a ¶ In Deuteronomio. b ¶ Qui solus remunerat fructu amplissimo.

h Et respondens Iesus, dixit illi: * Scriptūm est, † Dominūm Deum

¶ Caret ambitione deuota religio.

i tuum adorabis, & illi soli serujes. k Et duxit illum in Ierusalem & l statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit illi: † Si m filius Dei es, mitte te hinc deorsum. † n Scriptum est enim, quod angelis suis † mandauit de te, vt conseruent te, & o quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem p tuum. Et respondens Iesus, ait illi: Dictum est: † Non

a ¶ O homo. b ¶ Patrem & filium: quia ego & pater vnum sumus.

q tēntabis dōminum Deum tuum. Et consummata omni [3]

Marginalia: †Deut. 8. a. †procidēs. *Abi post me satana. †mādabit. † in pēcto. †illā, scilicet, gloriā † erit tua omnis. †Deut. 6. b. † Matt. 4. a. † Psal. 90. c. †Deut. 6. c. Hō. 31. in Lucam.

d *In nomen.* AMBR. BEDA. Non tam celeritas conspectus, quam caducæ fragilitas potestatis exprimitur. In momento enim cuncta prætereunt.

✠ TITVS. *Et ostendit illi omnia, &c.* hoc est, omnia mundi regna oratione delineauit, delineataque menti illius, vt opinabatur, impressit. Qui enim omnia condiderat, nihil ille eorum omniū quæ diabolus ostendere volebat, ignorabat. Nam nisi sic exponamus, quomodo potuit omnia orbis loca in vnum quasi centrum adducta, corporeis oculis spectanda subiicere, ac veluti digito intento, agere, hoc Persarum, hoc Iudæorum est regnum, dicere.

e *Tibi da.* Hæc de arrogantia dicit, non quod totus mundus sit suus, sunt enim aliqui boni.

f *Mihi trad.* Non à diabolo est potestas, sed obnoxia tamen insidijs diaboli. Nec ideò mala ordinatio potestatum, quia malo sunt obnoxiæ potestates.

✠✠ AMBROSIVS. Docemur hic inanis ambitionis flabra despicere, quod omnis dignitas sæcularis diabolicæ subiaceat potestati, ad vsum fragilis & inanis ad fructum. Sed quomodo hic diabolus potestatem, & alibi legis, *Quia omnis potestas à Deo est?* Nunquid potest quis duobus dominis seruire, aut à duobus accipere potestatem? Num ergo contrarium? Minimè. Sed vide quia omnia à Deo. Neque enim sine Deo mundus, quia & mundus per ipsum, factus est, licet à Deo factus tamen opera eius mala, quia seculum in maligno positum est, & ordinatio mundi à Deo, opera mundi à malo. Ita etiam à Deo potestatum ordinatio, à malo ambitio potestatis.

g *Tu ergo.* BEDA. Dicens diabolus Saluatori, *si procidens adoraueris me,* è contrario audit, quod ipse magis adorare eum debeat, dominum & Deum suum.

h *Et illi soli ser.* BEDA. Gręcè λατρεία dicitur seruitus, quæ soli Deo debetur. Dulia quæ etiam hominibus inuicem exhibetur. Iubemur ergo per charitatem seruire inuicem quod Græcè δουλεύειν dicitur. Iubemur Deo seruire secundùm quòd Græcè λατρεύειν dicitur, vnde hic, & illi soli serujes.

i *Et du.* Nec indignum videatur dominum ab illo deferri qui crucifigitur à membris diaboli.

✠ ORIGENES. Sequebatur planè quasi athleta, ad tentationem spontè proficiscens, & quodammodo loquebatur, duc quo vis, & inuenies me in omnibus fortiorem.

k *Supra pin.* In hoc quod Christus in altum tolli se permittit, sed monenti cadere non obedit; ostendit quòd cuique bona & alta imperāti obediamus, sed præcipitare volenti contraeamus. *Supra pin. t.* Ita est iactantia, vt dum putat vnusquisque ad altiora ascendere, sublimium vsurpatione ad inferiora trudatur. Quia verò diabolus fortē sentit in ictantiā prętēdit, quę etiā fortes decipit.

l *Si fil. Dei.* In omnibus tentationibus hoc agit, vt intelligat si filius Dei sit. Sed Christus sic responsum temperat, vt ambiguum relinquat.

m *Mitto te de.* Quem nec gula nec auaritia vicit, tentat vana gloria, si fortè illum vel ipsa victoriæ suæ iactantia valeat deiicere *Mitte.* Hæc vox ei conuenit qui omnes præcipitare satagit. In quo infirmus ostenditur, qui nulli possit nocere nisi prius ille se deorsum miserit.

n *Scriptum est.* Quia scripturarum exemplum prætulerat, scripturarum vincitur exemplis. Vtitur autem diabolus per hæreticos testimoniis scripturarum, non vt doceat, sed vt fallat.

✠ ORIGE. Vnde tibi diabole scire quod ista scripta sunt? Nunquid legisti prophetas, vel diuina eloquia? Legisti quidem non vt ipse ex lectione eorum melior fieres, sed vt de simplici litera eos qui amici sunt literæ, interficias. [Hom. 31. in Lucam.]

o *Ange.* BEDA. Hæc prophetia non de Christo est, sed de sancto viro. Quæ etiam si de Christo esset, etiam quod sequitur debuerat meminisse: *Super aspidem & basilicum ambulabis & conculcabis leonem & draconem.* Sed de angelorum auxilio quasi ad infirmum loquitur, de sua conculcatione quasi tergiuersator tacet. [Psal. 90. c.]

p *Non tenta.* BEDA. Suggerebatur enim quasi homini, vt signo aliquo exploraret, quantum apud Deum valeret, sed pertinet ad sanam doctrinam, quando habet quid faciat homo, non tentare Deum vnde præcipit: *Si vos persecuti fuerint in ciuitate vna, fugite in aliam.* Quando verò deficit humana prouidentia, si homo se totum diuinæ committit potentiæ, non est dicenda, tentatio. Nunc autem poterat Christus aliter descendere de templo quam per iactantiam se præcipitare. [Matt. 10. c.]

Dauid Goliam tribus lapidibus de torrente prostrauit, Christus diabolum tribus testimoniis de lege. Notandū quod exempla de Deuteronomio tantum protulerit vt secundæ legis sacramenta confirmet. [1. Reg. 17. f. Deut. 6. c. & 8. a.]

q *Et cōs.* BEDA. Tribus tētationibus victis omnē tentationē dicit consummatam, quia in his omnium vitiorum origo continetur.

Quia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et duxit il. dia. *Ista tentatio quæ ponitur hic secunda, Matt. 4. ponitur tertia, quę istarū fuit secunda, & quę tertia, certum nobis nō est, dicit Aug. neque refert ad veritatem, quia non oportet, quod facta semper eodē ordine referantur quo facta sunt, vt frequenter dictum est. Sed quod duo euangelistę variè narrant ordinem potest ratio assignari, quia vna tentatio est de cupiditate principaliter, alia de elatione. Et frequenter contingit quod vnum vitium ex alio nascitur & è conuerso, ideò Matthæus vnam preponit. Lucas verò aliam.*

2 Quia mihi tradita sunt. *Mentitur hic diabolus, neque mirum quia mendax est & pater mendacij, vt habetur Ioan. 8. f. Non enim potestatem habet super creaturas ad libitum suum, sed solum inquantum Deus permittit secundum occultum iudicium suum ad exercitium patientię electorum. Sicut data est ei potestas affligendi Iob in vastatione bonorum suorum, & in morte prolis & in infirmitate sui corporis, vt habetur Iob. 1.*

3 Et consummata omni tentatione diabolus recessit, &c. *Tanquam victus.* Vsque

MORALITER.

† 1 *Et duxit illum dia.* Quia post tentationem gulæ sequitur tentatio cupiditatis terrenæ. Tertio verò ponitur tentatio de præsumptione, cùm dicitur:

† *Et duxit illum in Ierusalem.* Nam tentatio qua quis de meritis suis præsumens exponit se periculis, non est nisi post plurima tempora.

Quia *omne quod in mundo est concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitę*, quæ aliis nominibus, curiositas, gula, vana gloria nominantur. Cum tentatur homo concupiscentia carnis, dicat: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei.* Cum tentatur auaritia, quam Apostolus seruitutem simulacrorum nominat Deum adoret, pro, solis æternis illi seruiat. Si tentatur vana gloria, quæ etiã de prædecẽtibus victoriis solet crescere, non tentet dominũ, quod facit qui de suis viribus pręsumit, quasi amplius peccare non possit.

(1. Ioan. 2. c. — Deut. 8. a. — Col. 3. a.)

Nota diabolum in his vinci, in quibus vicit Adam: Quẽ de gula tentauit, dũ de ligno vetito gustare rogauit. De vana gloria dum dixit: *Eritis sicut dij.* De auaricia, dum dixit: *Sciẽtes bonum & malum.* Nota diabolum non esse pertinacem in stadio, sed cedere veræ virtuti, & si non desinit inuidere, tamen formidat instare, ne frequentius triumphetur.

(Genes. 3. a.)

a ¶ Passionis, quando non tantum dolis, sed apertè impugnauit. Sic etiam nos ille antiquus hostis aliquando tentare intermittit, vt quasi securos repentè rediens facilius irrumpat.

b ¶ Cum iam traditus esset Ioannes, iterum venit in Galilæam. De primo aduentu tacet.

tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. † Et regressus est Iesus in virtute spiritus in Galilęam, & fama exiit per vniuersam * regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum, & † magnificabatur ab omnibus: † Et venit Nazareth, vbi erat nutritus, & intrauit secundum consuetudinem suam diẽ † sabbathi in synagogam, & surrexit legere. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ. Et vt † reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat: † Spiritus domini super me, eò quòd vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere

(* finitimã — † glorificabatur ab omnibus — † sabbatorũ)

¶ Signis miraculorum.

a ¶ Ecclesiam in qua fit homo non obliuiscitur. — ¶ Vnde illis vilescebat.

a ¶ Quando omnes confluebant ad legis monita quieto corde meditanda. Ad publicos autem conuentus accedit, vbi doctrina illius à multis audiatur.

b ¶ Si minori reuelatum fuerit, senior taceat. — c ¶ Ab illis qui Christi aduentum desiderantes, etiam ipsius aduentus manifesta indicia reliquerunt.

¶ Vt beati pauperes spiritu.

a ¶ Iudæis de Pharaone, gentibus de diabolo. — b ¶ Tam Iudæis quam gentibus. — c ¶ Vnxit vel misit.

a *Et fama exijt.* Non tantum à præsentibus propter visa miracula honoratur, sed apud absentes fama diuulgabatur.

BEDA. Ne quis putet ea quæ per ordinem sunt exponenda post ieiunium confestim facta, sed post aliquot à domino miracula, vel in Iudæa, vel in Galilæa patrata, quæ apud Ioannem leguntur primo aduentu facta.

b *Docebat.* Post miracula ecce sapientia, qua docet, qua doctrina per miracula præcedentia magnificat.

c *Et venit, &c.* TITVS. Manifestum deinceps seipsum Israelitis sanguinis necessitudine coniunctis facere volens, palamque à Deo se inuictũ ostendere instituens, non absque singulari consilio, ciuibus oppidi Nazareth apud quos secundum carnem nutritus fuerat, istud præ cæteris docuit.

d *Et intra.* Intrauit Christus die sabbathi in synagogam, vt ritum legis Mosaicæ cumulo cœlestis gratiæ adimpleret.

e *Et surrexit legere.* BEDA. Qui non venerat ministrari, sed ministrare, lectoris officiũ non dedignatur suscipere. Et prouidè Lucas gesta domini scripturus ab explicatione prophetiæ inchoauit, quia omnes prophetiæ ad ipsum pertinent, & in ipso complentur, & per ipsum nobis aperiuntur. Surrexit igitur legere, vt quos noua signorum operatione non conuerterat, vel prophetiæ lectionis attestatione corrigeret.

(† Matt. 4. b. — Mar. 3. a. — Ioan. 6. a. — Matt. 10. d. — † Mat. 13. g. — † explicuit — † Isa. 16. a.)

f *Et vt re.* Librum prophetiæ clausum accipit, sed reuolutum legit, quia mysterium incarnationis suæ in prophetis obscurum, & prius suscepit implendum, & post mortalibus aperuit intelligendum.

Accipit librum, vt ostendat se esse qui locutus est in prophetis, & remouet sacrilega perfidorum testimonia, qui alium veteris dicunt, alium Deum esse noui testamenti. Vel qui dicunt, initium Christi esse ex virgine. Quomodo enim cœpit ex virgine qui ante virginem loquebatur?

g *Spiritus.* BEDA. In superioribus prophetiæ Saluator de gentium vocatione & ecclesiæ confirmatione loquens, dicebat: Ego

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vsque ad tem. *Quia appropinquante tempore passionis suscitauit ei persecutionem per principes sacerdotum.*

2 Et re. est Ie. *Descripta idoneitate prædicatoris, hic consequenter describitur executio prædicationis, & primo quantum ad eius doctrinam, secundo, quantum ad doctrina confirmationem, ibi:* Et in synagoga erat homo habens dæmonium. *Prima in duas, quia primo describitur docuisse in Galilæa generaliter. Secũdo in ciuitate sua Nazareth specialiter, ibi:* Et venit in Nazareth. *Circa primum dicitur,* Et regressus est Iesus. *scilicet, à deserto quod intrauerat post baptismum, vt doceret populum.*

3 In virtu. spi. *Id est, in virtute signa et miracula faciendi de quo spiritu dicitur* 4. *Reg.* 2. *c.* Spiritus Eliæ requieuit super Elisæum quando diuisit aquas miraculosè, *verumtamen virtus faciendi miracula non erat in Elisæo, sed in Deo qui faciebat miracula ad preces Elisęi, sed ista virtus erat in Christo cum sit Deus & homo.*

4 In Galilæam. *Ibi enim primo prædicauit, vt impleretur prophetia Isa. 9. a.* Primo enim tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephtalim, *&c. vt habetur Matt.* 4. *cap.*

5 Et magnificabitur, &c. *Propter excellentiam doctrinæ & miraculi.*

6 Et venit Nazareth. *Hic consequenter describitur eius doctrina in Nazareth ciuitate sua circa quod eius doctrina præmittitur. Secundo contra eum emulatio excitatur, ibi:* Et dicebant, nónne hic est, &c. *Circa primum dicitur:* Et venit Nazareth vbi erat nutritus. *Hoc autem dicitur ad designandum, quod alibi fuerat natus, scilicet, in Bethlehem, vt suprà dictum est cap.* 2.

7 Et intrauit secundum consuetudinem suam die sabba. in synago. *Quæ erat locus orationis & doctrinæ legis quibus Iudæi secundum præceptum legis vacare debebant in die sabbathi. Christus autem legem obseruare voluit, vt dictum est supà cap.* 2.

8 Et surrexit le. *Vt non prædicaret seipsum verbo suo tantum, sed etiam testimonio sacræ scripturæ.*

9 Inuenit lo. *Non à casu, sed à proposito, quia sciebat passus scripturę loquentes de eo.*

10 Spiritus domini super me. *Hoc scribitur Isa. 61. a. Sed tamen in translatione nostra mutantur aliqualiter verba, sed sit eadem sententia. Lucas autem hic allegat scripturam prout habetur in translatione* LXX. *Circa quod sciendum, quod Iudęi expectant illa quę promittuntur in Isa. cap. prædicto, impleri per Messiam, quem expectant futurum, dorminaturum toti mũdo temporaliter, & educturum Iudæos de captiuitate, & positurum eos in maxima gloria & honore supra omnes gentes, sed quia tempus aduentus Christi iam transit, ideo Christus hunc locum conuenienter, de seipso exposuit, di.* Spiritus domini super me. *id est, me deducens, quia humanitas Christi organum est ipsius diuinitatis coniunctum, & ideo in omnibus mouebatur secundum diuinitatis instinctum.*

11 Eò quòd vnxit me. *Ab instanti conceptionis plenitudine gratiæ. Ex hoc enim quod humanitas Christi deitati coniungitur, plenitudine gratię repletur, secundum quod dicitur. Ioan.* 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à patre plenum gratiæ & veritatis.

12 Euangelizare pau. *Id est, humilibus quibus sua doctrina proficit, non superbis.*

13 Sanare con. *Contritis per pœnitentiam datur gratia sanans vulnera peccatorum.*

14 Prædi. ca. re. *Id est, detentis in limbo, ad quos descendit & eos inde eripuit.*

15 Et cæcis visum. *Id est, Gentilibus excæcatis per errorem veram Dei cognitionem, secundum quod dixit Simeon suprà* 2. *de Christo:* Lumen ad reuelationem gentium, &c.

16 Dimitte conf. *A pondere legis relaxando de quo dicitur Act.* 15. *b.* Cur

MORALITER.

† 6 *Et venit Nazareth.* Per hoc ostendit quod prædicator euangelij debet diebus dominicis & festiuis populo prædicare, & Christi mysteria nunciare.

† Et

Ego dominus in tempore eius subitò faciam illud. Confestimque intulit: *Spiritus domini super me*, secundùm quòd homo. Vnde in Psalm. *Vnxit te Deus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Præ cæteris sanctis vnctus est spirituali vnctione; quando in Iordane super baptizatum spiritus in specie columbæ descendit, & mansit cum illo. Vnctus est igitur virtute cœlesti, vt paupertatem conditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno: captiuitatem mentis auferret, cæcitatem illuminaret animarum, confractis & contritis corde mederetur, alligando contritiones eorum, & remittendo peccata, vel vt eos qui legis pondere deprimebantur reuelaret, & in remissionem gratiæ spiritualis admitteret prædicare annum domini acceptum. Annus iubilei & veræ libertatis, tempus gratiæ, quo ecclesia in corpore versata peregrinatur à domino vnde Apostolus: *Ecce nunc tempus accep. ecce nunc dies salutis*. Et post annum acceptabilem prædicare diem retributionis, quando filius hominis veniet in gloria cum angelis reddere vnicuique secundùm opera sua. Ad hæc cuncta euangelizanda vel agenda ideò se dicit missum, quia spiritus domini est super eum.

(Isa. 60. d. Psal. 44. b. 2. Cor. 6. a.)

a ¶ Iudæos lutum fabricando, gentes idolis supplicando. b ¶ Annus domini quatuor habet tempora, id est, quatuor euangelia. Duodecim menses, id est, duodecim apostolos.

confractos in remissionem, prædicare annum domini [1] a ¶ Prædicare. b ¶ Iudicij. acceptum et diem retributionis. [2] Et cum plicuisset librum, [3] reddidit ministro, & sedit. [4] Et omnium in Synagoga [5] oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad [6] a ¶ Impleta est in hoc, quia sicut illa prædixerat, & magna faciebat, & maiora euangelizabat. illos: Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris, [7] & omnes illi testimonium dabant, & mirabantur [8] a ¶ Tamen. b ¶ Scribæ & Pharisæi inuidentes. in verbis gratiæ quæ procedebant de ore ipsius, et di- [9] a ¶ Beda. Magna cæcitas, eum quem verbis & factis Christum esse cognoscunt, ob solam generis noticiam contemnunt: quia apud se nutritum, & per ętatum tempora profecisse viderant. cebant: [10] Nónne hic est filius Ioseph? Et ait illis: † [11] Vtique dicetis mihi hanc similitudinem: [12] Medice cura teia ¶ Quid prouerbium contineat aperit. f. Quanta. a. f. b ¶ q.d. non credimus quod incerta fama vulgauit, cum apud nos nihil tale feceris, quibus conuenientius talia impendenda erant beneficia. psum. Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac &

✠ Titus. Per hæc autem auditoribus planissimè ostendit, se illum ipsum esse, qui tum per prophetam loquebatur, quique humanam naturam indutus, olim in mundum hunc inferiorem venturus, eundémque de morte in vitam asserturus erat.

Euangelizare pauperibus, &c. Gentes intelligit quę erant verè pauperes. Neque enim Dei cognitionem, neque legem, neque prophetas, neque aliud quicquam in bonis habebant, & cæteris omnibus spiritualibus opibus erant destitutæ.

a *Et cum plicuisset.* Beda. Audientibus illis qui aderant legit, sed lectum ministro reddit quia cum esset in mundo, palam locutus est mundo, docens in synagogis & in templo, sed ad cœlestia regressurus his qui ab initio ipsum viderant & ministri sermonis fuerant, euangelizandi officium tradidit. Stans legit, quia dum nobis scripturas quæ de ipso erant aperit, in carne dignatus est operari. Sed reddito libro residet, quia peracto dispensationis officio, discipulos doctrinæ suę sequaces elegit, séque supernæ quietis solio restituit. Sic prædicator verbi surgat, legat, id est, operetur & prædicet. Et resideat, id est, præmia quietis expectet. (Ioan. 7. a.)

Beda. Reuolutum legit, quia ecclesiam misso spiritu omnem veritatem docuit. Plicatum ministro reddidit, quia non omnia omnibus dicenda, sed pro capacitate audientium committit doctori dispensandum verbum. (Ioan. 16. c.)

b *Testimonium dab.* Testabantur, vt ipse dixerat, eum esse de quo prophetæ cecinerant, verè spiritus sancti gratia perunctum, verè se pauperes cæcos, captiuos confractos, illius super omnia indigere muneribus. († Omnino)

c *Medice.* Sicut fabri filium, ita eadem erroris dementia, medicum vocant, sed in errore illorum veritas latet. Verè enim erat filius fabri, qui per ipsum in principio omnia fecit, qui operatur in spiritu sancto & igni, qui in magna domo huius mundi facit vasa diuersi generis. Est & medicus, quia per ipsum omnia quæ in cœlis & quę in terra sunt restaurata. Qui de se dicit: *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* (Matth. 9. b.)

✠ Titus. Protritum vsitatúmque apud Iudæos erat, vt medicos in morbum prolapsos, faceto hoc dicto; *medice cura teipsum* quidam exciperent.

d *Cura teisp.* Quia in Capharnaũ plures te curasse audiuimus, cura etiam teipsum, & fac similiter in tua ciuitate vbi conceptus es & nutritus. Quod quare dominus non fecerit, alius euangelista ostendit, & excusat dominũ, dicens: *Quia non poterat ibi vllam virtutem facere, nisi quod paucos infirmos curabat, et mirabatur propter incredulitatem eorũ.* Non ergo viluerat domino patria, qui amabat ciues, sed incredulitas eorum hoc non merebatur, & patria se charitate præualebant despicientes Christum quasi notum. (Marc. 6. a.)

Amen

NICOLAVS DE LIRA.

Cur tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos nec patres nostri portare potuimus?

1 Prædicare an. do. ac. *Iste est annus passionis Christi, quo Deus placatus est humano generi soluta emenda primi peccati.*

2 Et diem retri. *Id est, diem iudicij, in quo vnicuique retribuetur secundùm opera sua.*

3 Et cum pli. lib. *Hoc fecit ad ostendendum, quòd libri sacrę scriptura sunt reuerenter tractandi, vnde & Iudæi hanc reuerentiam faciunt libris veteris Testamenti, quòd nullo modo sederent iuxtà, illos, sedendo ita altè sicut illi sunt positi. Ex quo patet, quod illi Christiani sunt valdè reprehendendi, qui non solùm libros veteris testamenti, sed etiam noui, etiam sacra euangelia ita irreuerenter tractant & irreuerentiùs quàm libros gentilium damnatorum. Aliqui etiam Theologi dicta eorum cum maiori pondere & certiori quotatione allegant in sermonibus suis & in scholis quàm dicta Christi & apostolorum.*

4 Et sedit. *Vt exponeret maturè quòd stando legerat reuerenter & deuotè.*

5 Et omnium, &c. oc. er. in. in eum. *Quia in facie eius quidam fulgor diuinæ gratiæ relucebat quia animos intuentium attrahebat.*

6 Cœpit autem, &c. impl. est. *Scilicet in ipso, vt patet ex prædictis.*

7 Et omnes testim. illi da. *Videlicet quòd illa scriptura in eo esset impleta.*

8 Et mirabantur in verbis gra. *Id est, gratiosis.*

9 Et dicebant. *Hic consequenter describitur æmulatio contra eum. Licèt enim illi de Nazareth primò recepissent verba eius reuerenter & gratiosè, vt dictum est, tamen postea moti sunt contra eum ex inuidia, despicientes eum propter paupertatem parentum, quia licet essent nobiles, vt suprà dictum est cap. 2. tamen erant pauperes, vnde dicebant despectiuè:*

10 Nónne hic est filius Ioseph? *Vt patet Matth. 13. & Mar. 6. propter quod pauca miracula fecit ibi, quia erant indigni, vt ibi dicitur. Vnde & eorum inuidia intantum processit, quòd miracula eius dicebant esse falsa. Et hoc est quod subditur.*

11 Vtique dicetis mihi hanc similitudinem. *Id est, obiectionem à similitudine sumptam:*

12 Medice cura teipsum. *Sicut enim medicus verius citius & libentius seipsum curat & alios ad se pertinentes quàm extraneos, ita dicebant ei: Si tu faceres vera miracula, citius faceres ea inter propinquos tuos & in ciuitate tua quàm inter extraneos. Sed ipse consequenter respondit, quòd non dimittebat inter vos facere miracula ex impotentia vel falsitate aliqua, sed ex eorum malicia. Et ad hoc inducit sacra scriptura exempla, Cum subditur.*

In ve-

MORALITER.

† 5 *Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.* Nam illi qui sunt meritò de numero fidelium, audiunt deuotè verbum diuinum. Sed de indeuotis subditur.

9 *Et dicebant: Nónne hic est filius Ioseph.* Hoc autem dicebant contemptibiliter, per quos significantur illi qui sermonem audiunt vel lectionem non ad suam ædificationem, sed ad prædicatoris vel doctoris derisionem, propter quod arguuntur à Christo per duas historias veteris Testamenti, quarum sensus moralis positus est 3. & 4. Regum in suis locis.

¶ q. d. Ideò non operor inter vos, quia vos increduli non quia patriam oderim, cui beneficium meæ natiuitatis contuli.

a hic in patria tua. Ait autem: † Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. † In veritate * dico vo- 1 b bis, multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est 2 c Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulieré viduam. † Et multi 3 leprosi erant in Israël sub Elisæo propheta, & nemo eorum d mundatus est nisi Naaman Sirus. Et repleti sunt omnes in 4 e synagoga ira hæc audientes. Et surrexerunt, & eiecerunt il- 5 f lum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsque ad supercilium 6 montis, suprà quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum 7

*autem

† Mat. 11. g. Marc. 6. a. Ioan. 4. f. † De iure iuran. c. etsi Christus. 3. Re. 17. b. † 4. Re. 5. b. 3. Re. 17. b. 4. Reg. 5. b.

A a *Amen dico vobis.* BEDA. Non solùm dominus & caput prophetarum, quia à Moyse propheta nominatur, sed & Elias & cæteri minores prophetæ minus in patria quàm in cæteris ciuitatibus sunt honorati, quia propemodum naturale est ciues ciuibus inuidere. Nec enim considerant præsentia viri opera non virtutem, sed fragilem recordantur infantiam, quasi non & ipsi per eosdem ætatis gradus ad maturam ętatem peruenerint.

Hinc declaratur, quòd frustrà opem misericordiæ cœlestis expectes, si alienæ virtutis fructibus inuides. Aspernator enim dominus est inuidorum, & ab his quia diuina beneficia in alijs persequuntur, B miracula suæ virtutis auertit.

Homil. 33. in Lucam. ✠ ORIGENES. Quantum ad Lucæ historiam pertinet, nõdum in Capharnaum fecisse aliquod signum describitur: Nam antequam veniret in Capharnaum, in Nazareth dixisse legitur. *Quæcunque audiuimus facta in Capharnaum.* vnde puto aliquid latitare mysterij & Nazareth esse typum Iudæorum, Capharnaum typum gentium. Erit tempus quando dicturus est populus Israël: Quę ostendisti vniuerso orbi, ostende & nobis, prædica sermonem tuum populo Israël vt saltem *cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israël saluus fiat.* Vnde magis mihi videtur intelligi vt dicimus, patria omnium prophetarum fuisse populum circuncisionis. Et nationes quidem susceperunt vaticinium Christi, magis habentes Mosem & prophetas de Christo prædicantes, quàm ille qui ex his non susceperunt Iesum.

b *In diebus Eliæ.* BEDA. q. d. Non est contrarium exemplo prophetarum, quòd vobis meis ciuibus fastidiosis diuina beneficia subtraho, quia sicut tempore famis nemo in Iudæa est dignus C repertus hospitio Eliæ, sed exteræ gentis vidua est quæsita, quæ à tanto propheta visitaretur. Et sicut multis leprosis ibidem existentibus solus Naaman Syrus, qui deuotè quæsiuit, est curatus, sic & vos modo qui me ex inuidia spernitis superno munere estis priuati, non causa meæ impotentiæ vel inuidię. *In diebus Elię.* In quibus Elias est operatus. Vel quia diem faciebat illis qui in eius operibus lucem videbant gratiæ spiritualis, & conuertebantur ad dominum. Et ideò aperiebatur cœlum videntibus diuina mysteria, claudebatur quando fames erat, quia nulla erat cognoscendæ diuinitatis vbertas.

c *Viduam.* BEDA. Vidua ad quam Elias mittitur, gentium figurat ecclesiam, quæ à suo conditore diutius deserta, populum rectæ fidei nesciuit, quasi pauperem filium egena stipe nutriebat, id est, verbo secularis scientiæ absque humilitatis fructu docebat: Quæ benè in Sarepta Sidoniorum fuisse dicitur: Sidonia enim venatio inutilis, Sarepta, incendium vel angustia panis interpretatur. Quibus omnibus Gentilitas exprimitur, quæ inutili venationi dedita, id est, lucris, & negotiis seculi seruiens incendium carnalium cupiditatum panisquè spiritualis angustias D patiebatur, donec Elias, id est, propheticus sermo mittitur ad eum, qui in Iudæa fame periclitabatur. Clausa cœli ianua, id est, cessante scripturarum intelligentia pro perfidia Iudæorum. Venit ergo propheticus sermo ad ecclesiam, vt receptus pasceretur & reficeret corda credentium. Vbi prius panis spiritualis erat in angustia, ibi farina & oleum ore prophetico benedicitur, id est, fructus & hilaritas charitatis, vel gratia dominici corporis, & vnctio chrismatis, indefectiuo verbi cœlestis munere fœcũdatur, & hactenus hæc munera, apud Ecclesiam non deficiunt. Hæc mulier mysticum panem factura duo ligna col- E ligit, in quo figuram crucis exprimit, in qua nobis vitę æternæ præparatur panis.

d *Naaman Syrus.* BEDA. Naaman qui decor interpretatur, populum significat nationum, olim perfidiæ scelerúmque lepra maculosum, sed sacramento baptismi ab omni mentis & corporis fœditate purgatum. Qui captæ concilio puellæ, id est, supernæ inspirationis gratia (quam Iudęis seruare non valentibus rapuere gentiles) commonitus, septies lauari iubetur, quia illud baptisma saluat quod septiformi spiritu regenerat. Vnde caro eius post lauacrum sicut pueri apparuit, quia mater gratia, omnes in vnam parit infantiam. Vel factus est vt puer, id est, exuto veteri homine conformatus est Christo, de quo dicitur, *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.* Partem sanctę terræ tulisse dicitur, quia oportet baptizatos dominici corporis participatione confirmari. Isa. 9. b.

e *Et eiecerunt.* BEDA. Quod dominus de eis suprà dixerat, hoc ipsi de se verum esse facto ostenderunt, quia eiiciunt extra ciuitatem nec salutem merentur, qui Saluatorem pellunt de suis finibus.

F f *Et duxerunt.* BEDA. Peiores Iudæi discipuli, diabolo magistro. Ille verbo ait: *Mitte te deorsum.* Isti facto mittere conantur. Sed illorum mente mutata subitò, vel obstupefacta descendit, quia adhuc illis locum pœnitentiæ reseruat. Et quia nondum venerat hora passionis, nec elegerat hoc genus mortis. Quod capitur à paucis & tenetur, voluntatis est, quòd à populo non tenetur sed transit, maiestatis est. A paucis voluit crucifigi, vt non multorum esse sacrilegium, sed in authores crucis inuidia retorqueretur, & à paucis affigeretur pro omnibus moriturus. Matth. 4. a.

BEDA. Dicitur, quòd cùm dominus de manibus illorum elapsus per medium illorum de rupis vertice descenderet, atque sub ipsa rupe lateret, subitò ad tactum vestis illius saxum illud subterfugit, & ad instar ceræ resolutum quendam sinum quo dominicum corpus reciperetur effecit. Tantæ vtique capacitatis, quantæ ipsum corpus extitit quantitatis. In quo vsque hodie vniuersa lineamenta & rugæ vestis quæ à tergo domini fuerant

NICOLAVS DE LIRA.

1 In veritate dico vobis, Multæ vi. &c. clau. est cœ. *Orationibus Elię, vt habetur 3. Reg. 17. vbi ista historia diffusè tractatur quę hic breuiter ponitur.*

2 Et ad nul. il. *Quia non erant ita deuotæ sicut illa mulier gentilis Sareptana. Et quia Elias persecutionem patiebatur in terra Israel, quæ debuisset sibi esse grata.*

3 Et mul. le. &c. & ne. il mun. est. *Propter eorum ingratitudinem erga Deum, quia regnum Israel declinauerat ad idololatriam colendo vitulos aureos, quos fecerat Ieroboam.*

4 Nisi Naaman Syrus. *Cuius historia ponitur 4. Reg. 5. vbi describitur bonitas eius antè curationem, cum dicitur*: Per illum enim dedit Deus salutem Syriæ. *Et post curationem fuit adhuc melior & valdè gratus Deo & Elisæ, vt habetur ibidem.*

5 Et reple. sunt omnes in syna. ira. *Quia præponebant eis gentiles quos abominabantur sicut canes.*

6 Et eiecerunt illum extra. *Tanquam dignum morte, vt illum interficerent, vt patet in litera.*

7 Ipse autem transiens per medium. *Virtute diuinitatis, qua poterat sic se seruare illæsum quando volebat. Dicit autem Beda, quod cum dominus de manibus eorum elapsus, de vertice montis descenderet, et sub rupe latere vellet, subitò ad tactum dominicę vestis saxum illud subterfugit, vt instar cerę solutum quendam sinum effecit, id est, concauitatem, in quo dominicum corpus reciperetur. In quo loco omnia lineamenta & rugę vestis et vestigia pedum in rupe apparent adhuc sicut testantur qui viderunt.*

Et des-

MORALITER.

† 5 *Et repleti.* Per istos significantur illi qui prædicatores veritatis persequuntur, eò quòd dicunt eis displicentia.

7 *Ipse autem transiens per medium.* Non percutiens illos aut impellens, nec aliquo modo se vindicans. In hoc docens prædicatores euangelij, vt non quærant vindictam de iniuriis factis sibi.

7 ipse

† Et in

fuerant, velut diuini sculptoris expressa manu seruantur.

A ✠ Titvs. Non ideo per medium illorum transiens ibat, quod crucem fugeret, sed quod tempus eam ad rem idoneum necdum adesset. Cœperat enim iam tum primum Euangelium disseminare. Veruntamen quod hic fecit, euidenti argumento est, Iudæos nullo modo eum in cruce agere valituros fuisse, nisi ipse vltro in mortem se tradidisset.

a Et descendit, &c. Beda. Nec indignatione cõmotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus, Iudæam deserit, sed memor clementiæ nunc docendo, nunc liberando, nunc sanando, in fide plebis corda demulcet. Quod sabbatis maximè sanat & docet, se non sub lege, sed supra legem esse docet, nec soluitur lex si fit renouatio hominis iam labentis.

†Matt. 7. d Matt. 1. c

† spiritum dæmonij immundi. †Mar. 1. c 1. Cor. 1. b

†Esa. Age.

B

†Quis sermo hic? Hebraismus pro, Quid hoc, quod &c.

a ibat. b Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique 1 c docebat illos sabbatis. † Et stupebant in doctrina eius, quia 2 d in potestate erat sermo ipsius. e Et in synagoga erat homo ha- 3 f bens † dæmonium immundum, & exclamauit voce magna g dicens: † Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? h Venisti perdere nos? i Scio te, k quia sis sanctus Dei. l Et increpauit illum Iesus, dicens: † Obmutesce, & exi ab illo. m Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo, nihilque ei nocuit. Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicentes: † Quod est hoc verbum, quia in potestate & n virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens autem o Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis: † Socrus autẽ †

a ¶ Quæ communicatio Christi ad Belial. ¶ Nobis tormenta, & tibi gloria. ¶ Vehementer opinor. a ¶ Nullum membrum amputauit. ¶ Res digna verbo.

g Sine. Beda. Paululum à me vexando quiesce, cui nulla est societas cum nostra fraude.

h Quid nobis & tibi. Beda. Extorta confessio non habet meritum, sed est veluti fugitiui serui, qui post multum tempus videns dominum suum, nihil aliud nisi de verberibus deprecatur. Sic dæmones ad se vindicandos dominum venisse credentes, præsentia illius tormentantur.

i Iesu Nazarene, &c. Bona natura quæ Deũ confitetur, mala operatio diaboli, quæ Deo aduersatur. Nota quòd nomẽ Iesu Nazareni ab euangelista diabolus primus dixisse inducitur, quia est huius impudentiæ, vt inter homines aliquid prius vsurpet, & ad homines quasi nouum deferat, quo errorem suæ potentiæ incutiat. In Genesi etiam diabolus primus Deũ nominauit.

E

†Mat. 8. b. Mar. 1. c. Genes. 3. a.

b Sabbathis. Beda. Sabbatis dominicæ medicinæ opera cœpta significant ibi nouam creaturam incipere vbi vetus creatura ante desinit. In quo etiam se creatorem ostendit, qui opera operibus intexit & prosequitur opus quod iam cœperat. Incipit autem à minoribus, vt ad maiora perueniat, liberare à dæmone etiam homines possunt, sed in Dei verbo resurrectionem mortuis imperare, solius diuinæ est potestatis.

c Et stupebant. ✠ Titvs. Quoniam Iudæis persuasum erat, Christum nihil præ cæteris sanctis peculiare habere, quò maiorem de seipso opinionem concipiant, communem prophetarum mensuram excedit. Neque enim dicere consueuerat, hæc dicit dominus, verùm tanquam legis dominus, multa quæ legis modum exuperabant, edicebat, immundósque spiritus cum potestate Deo digna increpabat.

C

d Quia in pote. Beda. Sermo doctoris in potestate fit cum cuncta quæ docet operatur. Qui enim facto destruit quod prædicat contemnitur. Vel secundùm alium euangelistam, erat docens illos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ qui de præceptis legis alios docebant, sed Iesus quasi author & impletor legis vel mutabat vel augebat.

e Et in synagoga. Beda. In synagoga est homo habens spiritum immundum, quia spiritum sanctum amiserat. Introierat enim diabolus, vnde Christus spiritualiter exierat.

Mystice. Homo in synagoga habens dæmonium, populus est Iudæorum qui adeò improbi, vt negent quem diabolus confitetur.

f Et exclamauit. Moral. Omnis amaritudo, & ira & clamor, immundi spiritus furor est. Fornicatio, immunditia, concupiscentia mala, auaritia febris illecebrosæ carnis est.

g Sine

k Scio te. Per opera potuit probari filius Dei. Sed nónne dixit Apostolis: Maiora facietis? Solutio, per opera, id est, modum operationis. Alij dicebant: In nomine Iesu, &c. Ipse dicebat: Tibi dixi, & cætera.

✠ Titvs. Hoc ideò nequam spiritus aiebat, quia fore sperabat, vt per istiusmodi adulatoris blandimenta aliquod inanis gloriæ desiderium in eius pectore excitaret, eáque ratione efficeret, ne vel se vel sui ordinis alios increparet, hanc minimam gratiam pro impensa gratia rependens. Ast fraudulentus prædo quam consectabatur prædam non est assecutus. Deus enim non irridetur, nec dolo cuiuspiam capitur.

F

l Obmutesce. Beda. Quia per linguam serpentinam primò intrauit mors in mundum, prius lingua serpentina occluditur, ne virus vltra spargat. Deinde fœmina quæ prima seducta est, à carnalis concupiscentiæ febre est curata. Tertiò vir qui dicta coniugis audiuit, à lepra curatur.

m Et cum proiecis. Beda. Curandus permittitur à dæmone in medium projici, vt virtus patefacta plures ad salutem inuitet.

✠ Beda. Marcus ait: Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna exijt ab eo Et hoc est quod Lucas ait: Et cum proiecisset eum in medium. Sed nihil nocuit illa iactatio, nec eum debilitauit, sicut solent exire dæmones quibusdam membris amputatis vel euulsis. Vnde etiam pro tam integra restauratione etiam non credentes admirantur.

Beda. Moral. Homo à dæmonio liberatur, cum animus ab immunda cogitatione purgatur. Fœmina à febribus curatur, cum caro à concupiscentiæ feruore refrenatur.

n Et virtute. Non vt homines qui in verbo Dei dæmonia eijciunt, sed propria potestate virtutes operatur.

o In domum Simonis. Domus Petri, circuncisio est eius apostolatui

Moraliter.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et descendit in Capharnaum. *Vt impenderet alijs doctrinam sacram, qua illi de Nazareth erant indigni.*

2 Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. *Scilicet miracula faciendi, vt patet ex sequentibus.*

3 Et in synago. *Hic consequenter describitur doctrinę Christi confirmatio per miracula Christi. Sicut enim illa quorum cognitio subest naturali facultati intellectus, confirmantur esse vera per reductionem ad prima principia; sic veritas illorum quę transcendunt naturalem facultatem intellectus, de quibus erat doctrina Christi, confirmantur per operationem miraculorum, quæ à solo Deo possunt fieri, & ideo cum inducuntur ad confirmationem alicuius doctrinę ostenditur esse vera, cum Deus testis esse non possit alicuius falsitatis: igitur ad hoc inducuntur hic duo miracula in speciali. Primum est de dæmoniaco curato; Secundum de socru Petri à febribus curata, ibi:* Surgens autem de synagoga. *Tertiò multa ponuntur in generali, ibi:* Cum enim sol occubuisset, omnes qui habebant infirmos, &c. *Et patet sententia istarum partium vsque ad finem cap. ex dictis Mar. 1. vbi ista posita sunt eodem ordine quo hic & exposita.*

MORALITER.

† 3 *Et in synagoga.* Per hoc autem quòd Christus increpauit dæmonem qui suam potestatem confitebatur & sanctitatem, ei silentium imponens, docuit nos fugere laudes turpium personarum, quia sicut dicit Seneca lib. de virtutibus: Tam turpe tibi sit laudari à turpibus, quàm si lauderis ob turpia.

Math. 8. c.

† *Socrus autem Simonis, etc.* Per quam significatur persona iracundiæ calore aut concupiscentiæ laborans, super quam stans Iesus istas passiones mitigat, & tunc ei deuotè ministrat.

latui cōmissa. Socrus, est synagoga quæ quodammodo mater est Ecclesiæ Petro commissæ. Hæc febricitat, quia inuidiæ æstibus laborabat persequens ecclesiam. Sed Iesus stans super eam sanat, quia vbi timor Dei incipit esse, talis æstuatio solet recedere.

a *Et rogauerunt*. BEDA. Modo Saluator rogatus, modo non rogatus curat, ostendens se contra vitiorum quoque passiones & precibus fidelium semper annuere, & ea nonnunquam quę ipsi non in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel piè petentibus etiam nō intellecta dimittere, vt, *Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me domine*.

b *Surgens*. BEDA. Naturale est febricitantibus incipiente sanitate lassescere, & molestiam ægritudinis sentire. Sed sanitas quæ domini datur imperio, tota simul redit, & etiam eo robore firmat, vt suis adiutoribus continuò ministrare sufficiat, & iuxtà leges tropologiæ *membra quæ seruierant immundiciæ, seruiant iusticiæ*.

c *Cùm sol autem occidisset*. BEDA. Solis occubitus, passio Christi, per quam plures sanantur dæmoniaci, quàm ante viuens in carne ægrotos sanauerat, quia in carne viuens paucos Iudæorum docuit, post resurrectionem gentibus apparuit.

d *Tu es filius Dei*. BEDA. Cùm ieiunio fatigatum diabolus videret, verum hominem intellexit, sed quia tentando non præualuit, vtrum etiam Dei filius esset, dubitabat. Nunc ergo per signorum potentiam iam certior effectus, filium Dei arbitrabatur. Non ergo eum ideò crucifigit, vt filium Dei ignoret, sed quia eius morte se damnandum non præuidet. Hoc enim mysterium à seculis est absconditum, quia *si cognouissent, dominum gloriæ nunquam crucifixissent*.

e *Et increpans non sinebat*. BEDA. Id eò prohibet loqui, ne dum aliquis audit vera prædicantem, sequatur errantem. Improbus enim magister veris falsa permiscet, vt specie veritatis testimonium fraudis obtexat.

✠ THEOPHYLACTVS. Quia nō est speciosa laus in ore peccatoris, vel quia nolebant inuidiam accendere Iudæorum ex hoc quod ab omnibus laudaretur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Percipe Christi humilitatem. Non sinebat vt dæmones immundi eum manifestarent. Non enim oportebat eos surripere Apostolici officij gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua fœda publicari.

f *Facta autem die*. MYSTICE. Manifesta luce resurrectionis, à credentium turmis requiritur: & in gentium deserto inuentus ne abeat retinetur.

Marginalia: † occideret. † quotquot. † Mat. 3 b. Psal. 18 d. † Christu. Rom. 6. d. Mat. 1. d. † increpauit febrē. † ad hoc. Hom. 5. in Marcum.

¶ Alij euangelistæ non dicunt quòd rogassent.

a Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam † imperauit febri, & dimisit illam, & b continuò surgens ministrabat illis. Cùm sol autem † occidis- 1 c set, omnes † qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum: ¶ Misericordiæ. At ille singulis manus imponens curabat eos. † Exibant autem dæmonia à multis clamantia & di- d centia, quia tu es * filius Dei. e Et increpans non sinebat ea lo- f qui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die, e- 2 gressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia † ideò missus sum. Et erat prędicans in synagogis Galilęæ.

MORALITER.

1 *Cùm sol autem, &c.* Per hoc significauit, quòd passio sua in qua iusticiæ sol occidit, futura erat medicina omnis spiritualis infirmitatis.

2 *Facta autem die, &c.* Dans in hoc exemplum prædicatoribus reuertendi ad solitudinem contemplationis post laborem prędicationis, & vt gratias Deo agant de profectu præterito, & se disponant pro futuro.

CAP. V.

a *Factum est autem*. Nec tempore, nec loco turba à studio sanandi cohibetur, vesper incumbit, & tamē sequitur, stagnum occurrit, & turba vrget, & ideo ascendit in nauim Petri.

b *Secus sta*. BEDA. Stagnum, præsens seculum designat. Dominus autem iam non in stagno quasi iam non in carne passibili, sed secus stagnum, quia in ea carne in qua passus est, stabilitatem perpetuæ quietis adijt.

c *Genesareth*. A proprietate loci, quasi generans auram, quia crispantibus aquis de se auram emittit.

d *Vidit duas naues*. BEDA. Duæ naues mysticè circuncisionē & præputiū significant quas vidit, quia in vtroq; populo *nouit qui sunt eius*, quorum corda à fluctibus seculi ad futuræ vitæ tranquillitatem, quasi ad littus misericorditer viuendo prouenit.

e *Piscatores*. Doctores ecclesiæ retibus fidei comprehensos, & de profundo ad lumen elatos, terræ, viuentium quasi littori pisces ingerunt.

f *Lauabant retia*. Lota retia plicat, qui intermisso prędicandi officio,

Marginalia: † Mat. 4. a. * ex illis. 2. Tim. 2. c.

CAPVT V.

¶ Conuentus turbarum, fidem designat populorum.

a † Factum est autem cum turbæ irruerent in 1 ¶ Qui magna fecit in terra, transit ad mare, vt & ibi faciat, & dominus maris terræq; appareat. eum, vt audirent verbum Dei, & ipse stabat 2 b ¶ Legem. secus stagnum Genesareth. c Et vidit duas d ¶ Legem. naues stantes secus stagnum, e piscatores autem ¶ A naui in littus. descenderant, * f & lauabant retia. 3 Ascendens autem in vnam nauim 4

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT V.

1 Factum est autem cum turbæ, &c. *Descripta prædicatione Christi & eius confirmatione, hic consequenter describitur conuersio aliquorum ad ipsum. Et primò describitur eorum vocatio ad discipulatum Christi. Secundo, eorum promotio ad Apostolatum, sequenti capitulo, ibi:* Factum est autem in diebus illis. *Prima in duas, quia primò describitur vocatio Petri cum alijs adiunctis sibi, secundo, vocatio Matthæi, ibi:* Et post hæc exiuit & vidit Iesus Publicanum. *Circa primum primò describitur discipulorum vocatio seu conuersio, secundo, conuersorum confirmatio, ibi:* Et factum est, *cum esset in vna ciuitatum. Circa primum dicitur sic:* Factum est autem cum tur. irrue. eum. *Præ nimia deuotione audiendi ipsum.*

2 Et ipse stab. *Lacus magnus est per quem transit Iordanis fluuius. Et quia ibi extenditur aqua in latitudine magna, aliquando vocatur stagnum, aliquando lacus, & aliquando mare secundum modum loquendi Hebræicū, quo omnis congregatio magna aquarū vocatur mare, secūdùm illud Genes. 1. d.* Congregationesq; aquarū appellauit Maria.

3 Piscatores autem descen. & la. re. *Amouentes immundicias vt retia plicarent, quia nullos pisces ceperant, vt patet ex sequentibus.*

4 Ascendens autem in vnam nauim. *Vt populi plausum declinaret, & de naui populum sedentem in littore conuenientius doceret.*

Marginalia: Diuisio.

Duc in

a quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere pusillum. Et b sedens docebat de nauicula turbas. Vt cessauit autem loqui, c dixit ad Simonem: † Duc in altum, d & laxate retia vestra in 1 capturam. Et respondens Simon dixit illi: † Præceptor per 2 e totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem 3 tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium f multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum, 4 & annuerunt sociis qui erant in alia naui, vt venirent & ad- g iuuarent eos. Et venerunt & impleuerunt ambas nauiculas, ita vt pene mergerentur. Quod cùm videret Simon Pe- 5 trus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me domi- 6 h ne, quia homo peccator sum. Stupor enim circundede- 7 rat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piscium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios

¶ Ab amore terrenorum.
a ¶ Ad Christum ascendentem in altum. b ¶ Quia boni & gentiles parati erant accipere legem.
¶ Sicut humilis.
¶ Per veterem legem laborantes nullum duximus ad vitam.
¶ Pisces sunt qui hanc vitam enauigant.
¶ Moraliter. Rumpitur qui diuitias & paupertates non sustinet.
a ¶ Quia ecclesiam & synagogam, conuertit.
¶ Circundederat stupor.

☞ officio, quod alios docuit, ipse implere satagit.

A a *Quæ erat Si.* Nauis Simonis, primitiua ecclesia circuncisionis de cuius autoritate docet gentes vsque hodie. Quæ benè vna quia *multitudinis credentium, erat cor vnum & anima vna.* (Actu. 4. f. Mat. 8. c.)

Hæc nauis apud Matthæum fluctuat, in quo attenditur principium ecclesiæ, quando trepidantibus discipulis Christus adhuc dormit, quando Petrus suis meritis firmus, alienis turbatur, quãdo Iudas proditor adhuc est immixtus. Lucas dicit piscibus repleri, quia ad finem ecclesiæ respexit, vbi fructus exuberat, vbi perfectis in fide Christus vigilat, vbi perfidia proditoris cessat, vbi perfecta dilectio. (†24. q. 1. c non turba)

B b *Rogauit eum.* BEDA. Quod primo rogat nauim à terra reduci pusillum, significat vel temperatè vtendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec à terrenis in profunda sacramẽtorum recedant, vt ea penitus non intelligant. Vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum. Sed dum dicitur Petro: *Duc in altum,* ad remotiores gentes quibus postea prædicatum est pertinet.

c *Duc in altum.* AMBROSIVS. Et si alijs imperatur vt laxent retia, soli Petro dicitur. *Duc in al.* Id est, in profundum disputationum, vt quando de æterna verbi generatione disseritur quæ

C non visu sed sola fide attingitur, vel quando de virtute resurrectionis, vel de spiritussancti profluentibus donis instruitur ecclesia & armatur.

d *Laxate retia.* BEDA. Retia sunt verborum complexiones & quasi quidam orationis sinus & disputationum recessus, qui quos capiunt non amittunt, vnde & retia quasi retinentia sunt vocata, quæ captos non perimunt, sed reseruant.

✠ TITVS. De hac piscium captura Cyrillus Alexandrinus scribit in hunc modum: Dominus per munia piscatoria piscatur discipulos piscatores, vt hinc discant voluntatem habere omnipotentem; tum rursum per euidens hoc miraculum veluti per typum vel imaginem quempiam, admoniti edoctique certò apud se statuant, operam quam euangelicæ doctrinæ rete laxantes insumpturi essent, sua mercede & fructu nequaquam frustratum iri, vt qui citra vllam controuersiam gentium greges per illud sint collecturi.

e *In verbo, &c.* BEDA. Nisi verbo gratiæ laxata fuerint instrumenta disputationum, frustra prædicator vocis suæ iaculum mittit, quia fides populorum non in sapientia verbi compositi, sed diuinæ vocationis munere prouenit. O vacua præsumptio, O humilitas fructuosa. Qui nihil ante ceperant, magnam in verbo concludunt multitudinem. Rumpitur rete pro multitudine piscium, quia modo cũ electis tot reprobi intrant, qui ipsam ecclesiã hæresibus scindant. Rumpitur rete, sed non labitur piscis, quia dominus suos seruat, etiam inter persequentium scandala. (Boni & si persequutionem patiantur, à domino seruantur.)

D (†Præfecte)

f *Rumpebatur.* In ecclesia circuncisionis rumpitur rete, quia non tot intrant de Iudæis quot apud Deum ad vitam erant præordinati. Alia ergo nauis, id est, ecclesia de gentibus succedit, quæ electos ad salutem colligit. Qui non intrant nisi rupto reti, quando ante Simon magus, ante Ananias & Saphira, ante multi quos Ioannes antichristos vocat, abierunt retrorsum, quam Paulo vel Barnabæ committatur apostolatus gentium. (1. Ioan. 2. d)

E

✠ TITVS. Quod Simon & qui cum eo erant eiusdem piscationis socios nutu aduocarint, designabat multos esse & fuisse & olim futuros esse quibus hic piscandi labor cum apostolis communis esset. Inter quos primas facilè tenent, qui sacrorum euangeliorum volumina conscripserunt, & in lucem ediderunt. Secundum hoc autem cæteri pastores & doctores populorumque duces & candidi dogmatum veritatis interpretes.

F

g *Et imple.* BEDA. Hęc impletio vsque in finem seculi crescit. Sed impletæ merguntur, id est, in submersione premuntur, non tamen periclitantur sic vt mergantur. Mergi enim est homines ad prauitatem seculi de qua elati fuerant, redire. Quales etiam Petrus adhuc in infirmitate positus hoc loco demõstrat. vnde sequitur: *Quod cũ vidisset Si. Pe.* Quia carnales in ecclesia spiritualibus rectoribus in quibus persona Christi eminet, honorem quidẽ exterius deferunt, & specie tenus humiliantur sub illis: Sed tamẽ moribus nõ voce cõtradicunt, & nolũt ab illis gubernari quorũ vita & prædicatio ipsorum cõtraria est voluntati.

h *Stupor enim.* Excusat Petrum, non studio maliciæ sed ex humano defectu hoc dixisse. Admirabatur autem diuina dona, & quò plus meruerat, hoc præsumebat minus. Et talis humilitas meretur piam domini consolationem.

☞ Noli.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Duc in al. *Hoc est ad locum aqua magis profundum, qui est conuenientior ad piscandum.*

2 Pręceptor per totam no. labo. nihil cep. *Quamuis diligentiam magnam adhibuimus.*

3 In verbo autem. *Id est, confidens in virtute verbi tui.*

4 Rumpeba. autem, &c. *Ex quo patet duplex miraculum, quia non solum ceperant magnam multitudinem piscium suprà modum solitum et possibilem per viam humanam, sed etiam illa multitudo tenebatur in rete rupto, ideo subditur.*

5 Quod cum videret Simon, &c. *Propter prædicta miracula facta,* dicens.

6 Exi à me domine quia homo, &c. *Reputabat enim se indignũ præsentia tam sanctæ personæ.*

7 Stupor enim. *Id est, admiratio magna propter facta Christi insolita.*

Et

MORALITER.

† 1 *Duc in al.* AMBR. MYSTICE autem nauis Petri secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucam repletur piscibus, vt & principia fluctuantis ecclesiæ, & posteriora exuberantis agnoscas. Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet, in vtraque tamen Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus ergo proditorem ne per eum plurimi fluctuemus.

6 *Exi à me domine.* Per Petrum qui cum socijs per totam noctem laborans nihil ceperat & in verbo Christi cepit multitudinem piscium copiosam, & tamen sibi non attribuit nisi culpam, dicens: *Exi à me domine, quia homo peccator sum,* Significatur prædicator euangelij, qui propriæ innitens virtuti nihil proficit, sed innitens diuinæ virtuti, facit magnum profectum, tamen non debet attribuere sibi nisi defectum, & tunc à Deo confortatur dicente:

6 Exi

† Noli

a *Noli time.* BEDA. Non recedit, sed ad littus producit, & viuificandi potestatem tribuit. In quo significatur, quod spirituales viri etsi peccatis turbarum commoti, non tamen debent habere voluntatem dimittendi ecclesiasticum munus vt securius & tranquillius viuant. Nemo de suæ conscientiæ culpa tremens, vel de aliorum innocentia stupens sanctitatis iter formidet aggredi.

b *Ex hoc iam.* BEDA. Hoc ad ipsum Petrum specialiter pertinet cui exponitur quid captura significet piscium. Sed sicut tūc per rhetia pisces, sic per verba aliquando capiet homines, in quo Petro est Typus totius ecclesiæ.

c *Relictis omnibus.* BEDA. MYSTICE. finem seculi significat, quo ab huius mundi salo qui Christo inhæserint, pœnitus sunt recessuri.

d *In vna ci.* Hic duo aduentus in Capharnaum notantur. Primus incarcerato Ioanne quando fecit continuè illa tria miracula. Secundus quando descendit de monte electis apostolis quando fit istud miraculum de leproso.

e *Vir plenus.* AMBR. BED. Quarto signo ex quo in Capharnaum venit iste sanatur. Nam sicut quartum diem sol illuminauit, & clariorem cæteris fecit diebus cum illucescerent elementa mundi, sic & hoc clarius opus debet existimari. Secundum Matthæum, post nouum Testamentum in monte datum, hic primus à domino sanatus inducitur, vt ille qui excludebatur à lege purgari se domini potestate præsumens, non ex lege sed supra legem esse gratiam indicaret, qua leprosi maculam, posset abluere.

f *Et proci.* Sicut humilis & vitæ suæ maculas erubescens & cōfessionem verecundia non reprimens, sed detecto vulnere remedium quærens.

g *Domine si vis po.* AMBR. BEDA. Sicut in domino potestatis autoritas, ita in isto fidei constantia declaratur.

h *Tetigit.* Propter humilitatem, vt nos doceret nullum spernere pro aliqua corporis maculatione. Tangit non dedignatus, imperat, non diffisus, adhibet operis testimonium. *Volo*, dicit, propter Fotinum, imperat propter Arium, tangit propter Manichæum.

BEDA. Tetigit non quin sine tactu sanare posset, sed vt indicet se non subiectum esse legi, sed dominum legis ostendens qui non timet contagium.

i *Et confestim.* AMBR. Super hunc locum. Vides quod dubitari non potest quia voluntas Dei, potestas est.

✠ BEDA. Vel leprosus mundatur non exprimitur locus, vt ostendatur non vnus populus alicuius ciuitatis specialis, sed omnium populos fuisse sanatos.

BEDA. Typicè Leprosus, genus humanum significat, plenum lepra, quod extenta manu, id est, verbo Dei humanam cōtingente naturam à prisci erroris varietate mundatur, vt diu abominabiles & sequestrati, iam queant templo reddi. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Et sacerdoti offerri. De quo dicitur: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Mel.* Et offerant pro emundatione, *corpora sua hostiam viuam, sanctam, Deo placentem.*

Zebedei, qui erant socij Simonis. ✝ Et ait ad Simonem Iesus: [1] [a] Noli timere. ✝ [b] Ex hoc iam eris hōmines * capiens. Et subdu- [2] [3] [c] ctis ad terram nauibus relictis omnibus sequuti sunt eum. [4] [d] ✝ Et factum est cùm esset in vnâ ciuitatū, & [e] ecce vir plenus le- [5] pra. Et videns Iesum, & [f] procidens in faciem suam, rogauit eum dicens: [g] Dōmine, si vis potes me mundare. Et extendens [h] manum, tētigit eum Iesus, dicens: ✝ [i] Vōlo: Mūndare. Et cōnfestim lēpra discessit ab illo. Et ipse [k] præcepit illi, vt nēmini diceret, sed vāde, [l] ostende te sacerdoti, & [m] ōffer pro emūndatione tua [n] sicut præcepit Moyses in testimonium illis. ✝ Perambulabat autem magis sermo de illo,

[Interlinear: a ¶ Nondum eligitur in apostolatum, sed prædicitur quod aliquando sit eligendus. — a ¶ Quia adhuc habent voluntatem redeundi. — a ¶ Aliàs venisset in vnam ciuitatem. — a ¶ Beda. Ambro. Voluntati potestatem tribuit, nec quasi incredulus dubitat, sed suæ colluuionis conscius non præsumit. — a ¶ In hoc humilitas. Beda. Non quod sine tactu sanare non posset sed vt indicet se non subiectum esse legi. b ¶ In hoc pietas: ¶ Eo genere sanat quo obsecratur. Si vis po. me. mun. c ¶ In hoc maiestatis potentia. d ¶ Quia dixit & facta sunt. — a ¶ Ambr. Nihil medium inter præceptum & opus quia in præcepto est opus. b ¶ Non erat necesse, vt sermone iactaret quod corpore præferebat. — a ¶ Mittit ad sacerdotes propter humilitatem, & vt videntes credant ei, vel non credentes inexcusabiles sint. b ¶ Non debent auferri signa priusquam veniant significata. — a ¶ Pro emundatione offerebant tortam panis, turtures duos, & sextarium olei. — ¶ Sanitatis & doctrinæ.]

[Marg.: † Matt. 4. d. Mat. 1. b. — † ex hoc nunc. Vel posthæc. — Mat. 8. a. Mat. 1. d. — † Mat. 4. d. Mar. 3. b. Ioan. 6. a. — Gen. 1. b. — Hæreses tres hic perimuntur. — * viuos — † Mat. 1. c. Mat. 9. a. Mat. 1. d. — 1. Cor. 3. — † De pœn. dist. 1. c. voluissent. — Psal. 109. a. Rom. 12. a. — Hom. 26. in Mat. — Hom. 26. in Matth.]

k *Præcepit illi.* BEDA. Taceri iubet, nec taceri potest. Non quod aliquid voluerit & non potuerit, sed dat exemplum vt sui in magnis quæ faciunt latere velint, sed vt prosint alijs, prodantur inuiti.

HILAR. Docet non vulganda nostra beneficia, sed premenda, vt non solum à mercede abstineamus pecuniæ, sed etiam gratiæ. Iactantia vitata facit ne lepra possit transire in medicum Ideo etiam imperatur silentium, quia meliores putabat qui fide magis spontanea quàm qui speratis beneficijs credidissent.

l *Ostende te sacer.* BEDA. Vt intelligeret sacerdos non legis ordine, sed gratia Dei curatum.

✠ CHRYSOSTOMVS. Et quia vt plurimum homines dum ægrotant Dei sunt memores, vt autem conualescunt, hebetantur; mandat vt Deum præ oculis habeat dans gloriam Deo.

m *Offer pro.* Non soluit legem sed implet, qui secundùm legem gradiens, supra legem sanare eos quos remedia legis non sanauerant, videtur.

n *Sicut præce.* Lex spiritualis est, ideò videtur sacrificium spirituale mandasse vt sit in testimonium illis, si Deo credant, si impietatis lepra discedat.

✠ CHRYSOSTOMVS. In testimonium illis, hoc est, ad reprehensionem eorum, & ad probationem quod

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait ad Simonem Ie. *Ipsum consolando.*

2 Noli. ti. ex hoc. *Id est de cætero.*

3 Et hoc. &c. *Per sanam doctrinam trahendo ad vitam beatam. Verbum enim Dei hamo piscatoris comparatur, quia sicut hamus non capit piscem, nisi ab ipso capiatur, sic nec verbum Dei capit hominem ad vitam æternam, nisi ipsum verbum mente ipsius capiatur.*

4 Et subdu. *Simon Petrus et alij qui erant cum eo. Et licet Andreas hoc non nominetur, tamen intelligitur ibi fuisse, secundum quod dicit Aug. vt habetur ex verbis Mat. 4. & Mar. 1. Dicunt tamen aliqui, quod isti non secuti fuerunt Christū, tunc ei totaliter inhærēdo, sed causa reuerentiæ aliquantulum secuti sunt eum associando, ad propria tamē reuersuri. Sed postea vocati sunt, non reuersuri amplius ad propria. De qua vocatione loquitur Matthæus & Marcus. Alij vero dicunt quod ista vocatio de qua hic loquitur Lucas, est eadem cum illa de qua loquitur Matthæus & Marcus, quia vocati sunt simpliciter ad societatem Christi & hoc videtur verius, quia hic dicitur,* relictis omnibus secuti sunt eum. *Qui modus loquendi propriè non conuenit nisi adhærentibus Christo totaliter. Item quia hic dicitur Petro à Christo:* Ex hoc iam eris. *Id est, de cætero vacabis prædicationi. Et tali modo loquendi vtuntur Matthæus et Marcus, qui secundum alios describunt vocationem eorum simpliciter adhærendo Christo absque reuersione ad propria.*

5 Et fa. est. *Hic consequenter describitur vocatorum confirmatio per opera miraculorum. Et describuntur hic duo miracula. Primum est de leproso sanato, secundum de paralytico curato, ibi:* Et factum est in vna dierum. *Sententia primæ partis patet ex dictis Mat. 8. & Mar. 1. excepto quod sequitur.*

Ipse

MORALITER.

† 2 *Noli. time.* Et maior profectus sibi promittitur, cum dicitur.

3 *Ex hoc iam, &c. Et factum est cum in vna esset, &c.* BEDA. Typicè autem leprosus humanum genus languidum peccatis designat plenum lepra, quoniam omnes peccauerunt & egent gratia Dei, vt scilicet, extenta manu, id est, verbo Dei, humanam contingente naturam, à pristini erroris varietate mundentur & offerant pro sua emundatione corpora sua, hostiam Deo viuam.

† Et ecce

quod legem reuereor. Cum enim te curauerint, mitto te ad sacerdotum experientiam, vt attesteris mihi quod non sum præuaricatus in legem. Et quamuis dominus impendens remedia moneret nemini dicere, instruens nos vitare superbiam, fama tamen eius volabat vndique instillans auditui cunctorum miraculum.

a *Et conueniebant turbæ, &c.* BEDA. Sanatio huius multas ad dominum cogit turbas. Vt enim ipse interius & exterius se sanatum doceret: †Matt. 9. a. perceptum beneficium etiam iussus nō tacet. Sed & Marcus ait, euangelico functus officio, *mox egressus, cœpit prædicare* Marci 1. *& diffamare sermonem, ita vt non posset* †demiserūt *manifeste in ciuitatem introire, sed foris in desertis locis esse, & conueniebant ad eum vndique.*

a & conueniebant turbæ multę, vt audirent, & curarentur* ab b infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & ora- c bat. Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens: d Et erant Pharisæi sedentes, & legisdoctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalem, & virtus e domini erat ad sanandum eos. † Et ecce viri portantes in le- f cto hominem, qui erat paraliticus, & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum ¶ Diuinitatem cognitam. g inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas † submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum. a ¶ Non paralytici qui sensu carebat. h Quorum fidem vt vidit, dixit: Homo remittuntur tibi pec- i cata tua. Et cœperunt cogitare scribæ & Pharisæi di- k centes: Quis est hic qui loquitur blasphemias? † Quis l potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt autem cognouit Iesus cogitationes eorum respondens di-

1 *ab eo.* 2 †

sita recluduntur, quia sæpe anima post infirmi corporis desidiam ad Deum respiciens, & diuina gratia innouari desiderans, pristinæ conuersationis obstaculo retardatur. Sæpe dum cum Deo in orationibus colloquitur, turba cogitationum interueniens, aciem mentis, ne Christus videatur, intercludit. Sed non est exterius in infimis, vbi turbæ tumultuantur, remanendum, sed tectum domus in qua Christus docet ascēdendum, id est, sacræ scripturæ sublimitas est appetenda, & lex Dei nocte dieqúe meditanda, quia in custodiendo sermones Dei corrigit iunior viam suam. Et patefacto tecto, id est, reseratis scripturis, æger submittitur, quia ad Christi humilitatem fidei pietate descenditur, & ad Christi notitiam venitur. †Mat. 9. a.

g *Et per te.* BEDA. Domus Iesu tegulis tecta describitur, quia sub conteptibili litterarum velamine, si assit doctor, qui referet diuiuina, spiritualis gratię virtus inuenitur. Quod cum lecto deponitur, significat ab homine adhuc in ista carne constituto Christū debere cognosci.

b *Et ora, &c.* Quando orat, theoricam vitam, quando sanat, actiuam informat.

BEDA. Sanat vt Deus, orat vt homo. In vrbe miracula facit, in deserto orat, vt & actiuæ & contemplatiuæ documenta monstret ne quis pro cura proximi amorem Dei, vel pro amore Dei quamuis sit superior, curam dimittat proximi. In desertum secedit & orat, qui exurgentem strepitum vitiorum premit, & quoddam sibi cum domino intra se desertum, quærit (vt cum illo exteriore tumultu cessante) per interna desideria silenter loquatur.

Lib. 6. moral. c. 17. ✻ GREGORIVS. Redemptor noster per diem miracula in vrbibus exhibet, & ad orationis studium in nocte pernoctat, vt perfectis prædicatoribus innuat, quatenus nec actiuam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia operationis nimietate contemnant, sed quieti contemplantes sorbeant, quod occupati ergò proximos loquentes profundant

c *Et fa. est, &c.* BEDA. Vbi sedens docuerit Lucas breuiandi gratia præteriit, sed Matthæus *in ciuitate sua,* Marcus in *Capharnaum* hoc eum fecisse testatur. Sed ciuitas Christi dicitur Galilæa, in qua erat Nazareth & Capharnaum, ad distinctionem regionis transmarinæ Gerasenorum de qua transfretando venerat Galilæam, sicut Matthæus scribit. Vel ipsa Capharnaum ciuitas Christi est, quam non nascendo, sed virtutibus illustrando suam fecerat.

d *Et erant.* AMBR. Inter cæterorum remedia debilium, conuenientibus ex omni parte doctoribus hæc paralitici sanatio describitur, vt magna & magnæ rei significatiua, vnde orasse præmittitur, non propter suffragium sed propter dandum exemplum, in quo docetur vnusquisque æger petendæ salutis precatores adhibere, per quos vitæ nostræ compago resoluta, actuumqúe nostrorum clauda vestigia verbi cœlestis remedio reformentur.

e *Viri por.* ALLEG. Id est, erigentes ad superiora animum hominum, quamuis exterioris hominis debilitate torpentem; quorum rursus adminiculis, & attollere & humiliare se facilius ante Iesum locetur, dominico dignus videri aspectu. Humilitatem enim respicit Deus.

f *Et quære, &c.* BEDA. Desiderant offerre, sed turba interposita

h *Quorum fi.* BEDA. Multum valet fides propria cuiusque, cum per alienam fidem homo interius & exterius sit saluatus.

BEDA. Hæc curatio paralytici significat saluationem animæ suspirantis ad Deum de diuturna illecebra carnalis inertiæ, quæ indiget bonis doctoribus qui eum subleuent, & Christo offerat, & pro ea intercedant. Qui apud Marcum quatuor fuisse leguntur, propter quatuor euangeliorum libros, seu propter quatuor virtutes, quibus ad promerendam sospitatem mentis fiducia erigitur, quæ sunt, prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia.

i *Homo remit.* Tu homo peccator, ergo Deus qui peccata remitto, qui aliorum merito tibi peccata relaxo. Qui ergo peccatis grauatur, adhibeat ecclesiam quæ pro eo precetur.

Quia pro culpa animæ etiam corpus infirmabatur, ideo sanaturus corpus prius sanat animam.

k *Quis potest dimit.* Nemo dimittit peccata nisi Deus, qui per eos quoque dimittit quibus potestatem dimittendi dedit. Cum ergo Christus dimittat, verè Deus probatur. Verum testimoniū Deo reddunt, sed personam Christi negando falluntur. Perfidia enim confiteri potest, credere non potest. Itaque testimonium non deest diuinitati, fides deest saluti. Deus autem volens saluos facere peccatores, & occultorum cognitione se Deum esse demonstrat, & admiratione factorum illis respondens: *Quid cogitatis mala in cordibus vestris?* Eadem maiestate & potentia qua cogitationes vestras intueor, possum hominibus delicta dimittere. Ex vobis intelligite quid paraliticus consequatur. Sed quia spiritualem gratiam non cognoscitis, nec creditis quod interius factum est, probetur signo visibili quod non minoris constet esse potentiæ, vt in filio hominis latentem cognoscatis potentiam maiestatis, qua potest peccata dimittere vt Deus.

l *Vt autem co. &c.* AMBROS. Magnus sacerdos lepram videbat in cordibus Iudæorum, & peiores ostendit illo leproso cui purgato iussit se offerre sacerdoti. Sed hos summus sacerdos repudiat, ne alios quoque eorum lepra contaminet. Leui. 13. d.

☞ *In terra*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipse autem se. &c. *Ad ostendendum, quod prędicator verbi diuini debet fugere populi applausum, & retrahere aliquando se à multitudine vt vacet orationi.*

2 Et fa. *Hic describitur de paralytico curato miraculum, quod factum fuit in Capharnaum, vt habetur Mar. 2. Et patet sententia huius partis quantū ad curationē paralitici ex dictis Mat. 9. & quantū ad presentationē dicti paralitici Mar. 2. quę omittūtur in Mat. et à Mar. suppletur.*

MORALITER.

† *Et ecce viri. &c. para.* Paraliticus est peccator operibus meritoriis priuatus, sed iacet in lecto, quando tenet eum peccati consuetudo. Ipsum autem portantes, sunt iusti pro eo deprecantes, & sic ponunt eum ante Iesum, qui eum respicit quando preces eorum exaudit. Et tunc lectum suum tollit, quando à peccatorum consuetudine recedit, & vadit in domum suam, quando bonis actibus festinat ad patriam cœlestem, & populus Deum magnificat de tali mutatione, quoniam est dexteræ excelsi.

† *Et post*

A a *In terra dimit. &c.* ✠ THEOPH. Vide quod in terra dimittuntur peccata. Dum enim sumus in terra peccata delere possumus: Postquam verò à terra tollimur, non valebimus confiteri, clauditur enim ianua.

b *Tibi dico sur.* BEDA. Surgere, est animam à carnalibus desideriis abstrahere. Lectum tollere, carnem à terrenis desiderijs ad voluntatem spiritus attollere. Domũ ire, ad paradisum redire, vel, ad internã sui custodiam, ne iterum peccet. Ecce per missionem pœnæ, remissionem culpæ intellige.

c *Et stu.* AMBRO. Spectant surgentem increduli, mirantur abeuntem, & diuini operis miracula malunt timere, quã credere, nam si crederẽt non timerent sed diligerent. *Perfecta enim dilectio foras mittit timorem.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Paulatim serpunt Iudæi magnificantes Deum, non tamen putant eum Deum esse; obstabat enim eis caro, nec tamen erat modicum æstimare eum præcipuũ esse mortalium, & à Deo processisse.

d *Leui.* BEDA. Idem Leui qui & Matthæ[9]. Sed Lucas & Marcus propter honorem euangelistæ nomen vulgatũ tacent Matthæus autem in sermonis principio, accusator sui factus Matthæum seu publicanum nominat, ne quis à salute desperet pro immanitate peccatorum cum ipse de publicano in apostolum, de telonario in euangelistam sit mutatus.

BEDA. AMBRO. Reliquit propria, qui rapiebat aliena. Nec solum lucra reliquit vectigalium, sed & periculum contemnit, quod poterat venire à principibus seculi, quia rationes vectigaliu n incompositas reliquerit. Et quia in nullo prorsus huius vitæ respectum vel cogitationem sibi reseruauit, dominicorum talentorum fidelis dispensator esse meruit.

BEDA. Per Matthæi electionem, fides gentium, quæ prius mundanis inhiabant, sed nunc corpus Christi sedula deuotione reficiunt, exprimitur. Per superbiam Pharisæorum insinuatur Iudæorum inuidia, quæ de gentium salute torquetur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Vocatum Leui dominus honorauit, dum cum eo confestim epulatus est. Hoc enim ei maiorem præstabat fiduciam. Nec solum cum e discumbit, imò cum pluribus. Conuenerant enim publicani ad eum sicut ad collegam & hominem eiusdem officij sed & ipse glorians de præsentia Christi conuocauit omnes.

e *Quare c.* AMBR. Omnis quæstio ex lege quæ tenax iustitiæ, non habet misericordiam. Omnes ergo declinauerunt sed eius austeritatem missus filius Dei gratia euangelica temperauit. Prouocat ergo ad pœnitentiam peccatores, cuius cibus & potus & ambulatio & omnia quæ gessit, saluti seruiunt.

AMBRO. BEDA. Qui domicilio Christum recipit interno maximis exuberantium pascitur delectationibus voluptatũ. Itaque dominus ingreditur, & in eius qui credidit recumbit affectu. Sed rursus acceditur inuidia perfidorum, futuræ pœnæ species præfiguratur. Epulantibus enim fidelibus & in regno cœlorum recumbentibus, perfidia ieiuna torquebitur. Ostenditur etiam quantum intersit inter æmulos legis & gratiæ, quia qui legem sequuntur, mentis famen patientur æternam. Qui verò in interioribus verbum receperint, alimenti cœlestis & fontis vbertate recreati esurire & sitire non possunt, & ideo qui animo ieiunant, murmurant, dicentes, *quare cum pu.* &c. Filij diaboli, venenum serpentis diffundunt. Serpens primam vocem emisit, dicens Euæ, quid vtique Deus dixit: *Nolite manducare ex omni ligno?* hunc imitantur isti.

f *Medico.* Christus medicus qui miro medicãdi genere *vulneratus est propter iniquitates nostras.* Hoc medicamine serpentis venenum excluditur. Qui hoc medicamento vtitur, non remanet ieiunus.

g *Vocare iustos.* BEDA. Iustos vocat eos, qui *Dei iustitiam ignorantes, & suam volentes constituere, iustitię Dei non sunt subiecti,* & de lege presumentes gratiam euangelij non quærunt peccatores qui sua mala attendentes, nec per legem se posse iustificari putantes, Christi se gratiæ pœnitendo submittunt.

---

xit ad illos: Quid cogitatis † mala in cordidibus vestris? Quid

a ¶ Dicto facere. ¶ Quod solus noui, qui dimitto. b ¶ Quod vos etiam videre potestis. ¶ Innuit resurrectionem omnium.

est facilius dicere: dimittũtur tibi peccata: an dicere: surge & ambula? † Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralitico: Tibi dico

¶ Quia idem est filius hominis & Deus.

a ¶ Vt quod fuit testimonium infirmitatis, sit probatio sanitatis.
b ¶ Ne christiana fide curatus, moreris in perfidia Iudæorum.
c ¶ Beda. Magna virtus, vbi sine mora salus imperium comitatur, vnde merito qui viderant delictis blasphemiis stupentes, ad laudem conuertuntur tantę maiestatis.

surge, tolle † lectum tuum, & vade in domum tuam. Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam † magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore dicentes, quia vidimus † mirabilia hodie. † Et post

a ¶ Non tam corporeo quam miserantis intuitu.
b ¶ Leui additus vel assumptus, quia diuina eum electio assumpsit, & in numero apostolorũ addidit.

hęc exiit, & uidit Iesus publicanum nomine Leui sedentem

a ¶ Pertinaciter lucris inhiantem. ¶ Telos grece, vectigal.
b ¶ Abro. Non gressu corporis sed mentis affectu. ¶ Amodo. c ¶ Non lucra.

ad telonium, & ait illi: Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in

a ¶ Non leuitate ductus, sed virtute operum & diuina potentia intus operante, sequitur tam corpore quàm mente.

a ¶ Beda. Viderant publicanum à peccatis ad meliora conuersum, locum inuenisse pœnitentiæ, & ob id etiam ipsi non desperant salutem.

domo sua: Et erat turba multa publicanorum & aliorum, qui

a ¶ Dupliciter errant, quia & se iustos putant cum sint superbi, & illos reos cum iam pœniteant.
b ¶ De ieiunio gloriantes. ¶ Vel verunt.

cum illis erant discumbentes. † Et murmurabant Pharisæi & scribę eorum, dicentes ad discipulos eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? & respondens Iesus dixit ad illos: † Non egent qui sani sunt medico, sed qui male habent. Non enim veni vocare iustos, sed

a ¶ Ideo vos declino, quia putatis vos non egere. b ¶ Qui gratiam non quærant.
a ¶ Hos iuuo qui pœnitendo dant locum gratiæ. b ¶ Qui iustitię suæ confidunt

Marginalia: † mala. — † Mat. 9. a. Mat. 2. b. — † grabatum tuũ & ambula. — † glorificãs — † inopinabilia, incredibilia. — Hom. 30. in Mat. — † Mat. 9. b. Mar. 2. c. 2. 3. q. 4. c. in fideles. — † 2. quę. 1. c. multi. De pœn. di. 1. c. ecclesia & di. 3. c. adhuc. — Hom. 31. in Lucam. — † Mat. 9. a. — Gen. 3. a.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et Post hæc exiit. *Hic consequenter describitur vocatio Matthæi & primo describitur ista vocatio, secundo describitur murmurantium confutatio, ibi:* Et murmurabant. *Sententia prima partis patet ex dictis Mat. 9. b.*

2 Et mur. *Hic consequenter describitur malignantium confutatio, & hoc in tribus casibus. Secundus ponitur, ibi:* At illi dixerunt. *Tertius principio sequentis capituli. Primus casus est, quia Pharisęi murmurabant de communicatione Christi cum peccatoribus in cibo & in potu, quam murmurationem Christus ostendit irrationabilem, & patet ex dictis Matthæi 9. Secundus casus est, quod arguebant discipulos Christi, eo quod non ieiunabant sicut Pharisæi*

MORALITER.

1 *Et post hęc exiit & vidit Ie.* Sequitur

† *Et fecit ei conuiuium magnum Leui.* CHRYSOST. Christus quodlibet genus remedij exhibebat, & non solum disputando, & præstando sanitatum remedia, vel etiam redarguendo æmulos, sed etiam comedendo nonnullos errantium dirigebat. Inde nos instruens, quod quodlibet opus & tempus potest nobis vtilitatem afferre. Et publicanorum participationem non vitauit, propter vtilitatem sequentem, more boni medici qui nisi saniem tangeret à morbo non liberaret.

a *Quare disci.* BEDA. Matthæus dicit ipsos discipulos hoc quæsisse. Sed sciendum, quia vtrique quæsierunt.

Matth. 9 b BEDA. Spiritualiter discipuli Ioannis & Pharisæorum ieiunant, quia qui opera legis vel traditiones hominum sequitur, vel qui etiam vocem Christi tantum aure percipit, abstinés à bonis ieiuno corde tabescit. Sed qui Christo adheret, reficitur, quia carne eius epulatur & sãguine. Ioãnes vinum & siceram non bibit, qui abstinentia meritum auget, cui nulla est potẽtia naturæ. Dominus autem qui peccata potest condonare, cur à peccatoribus declinaret quos abstinentibus poterat facere iustiores? Ieiunat & Christus ne præceptum declines: Manducat cũ peccatoribus, vt gratiam & potestatem intelligas.

Moraliter. b *Nunquid enim po.* BEDA. Quamdiu spõsus nobiscum est & in lætitia sumus, nec ieiunare possumus, nec lugere, Cum autem propter peccata ille recedit, tunc indicendum est ieiunium, & recipiendus est luctus.

†Mat. 9. b. Mar. 2. c. †Mat. 9. c. Mar. 2. d. Mar. 2. c.

ieiunij non congruit.

f *In vestimento.* BEDA. Veteri vestimento comparantur discipuli, qui adhuc sunt vetus homo: Quibus nouus pannus, id est, aliqua particula nouæ vitæ non debet immitti. Quod si fit, etiam ipsa noua vestis, id est, doctrina nouæ vitæ quodammodo scindetur, cuius particula quæ ad ieiunium ciborum valet importunè traditur, cũ illa doceat generale ieiunium, non à concupiscentia ciborum tantum, sed ab omni lætitia temporalium delectationum. Cuius generalis ieiunij illa pars quæ ad cibos pertinet, non debet impertiri hominibus adhuc veteri consuetudini deditis, quia & illic videtur quasi scissio fieri. Et ipsi vetustati non cõuenit, quia timendum est ne per nimiã austeritatem, etiam fidem quam habebãt, amittant, quia non deberet misceri actus veteris & noui nominis. Non enim placet sponso discolor vestis, vnde Apostolus: *Exuite veterem hominem cum actibus suis, & induite no.*

†obsecrationes. †thalami nuptialis. †Mat. 9. b. Mar. 2. d. †cõueniet †suauius

a ¶ Conuerti volentes.
a peccatores in pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum: Quare † discipuli Ioannis ieiunant frequenter & † obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum, tui autem edunt & bibunt?
b Quibus ipse ait: † Nunquid potestis filios † sponsi, dum cum
c d illis est sponsus; facere ieiunare? Venient autem dies, cum ab-
a ¶ Ab amore mundi non solum à cibis. ¶ In humilitate tribulationis.
e latus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.
¶ Quare nondum conueniat apostolis ieiunium.
Dicebat autem & similitudinem ad illos: † Quia nemo com- 1
a ¶ Particulam. ¶ Ablatam. ¶ Ieiunio vitiorum.
f missuram à vestimento nouo immittit in vestimentum vetus,
a ¶ Quia incipit displicere & si ante placuerit.
alioquin & nouum rumpit, & veteri non † conuenit com-
a ¶ Ablata. ¶ Vitæ nouę mysteria non sunt committenda mentibus nondum innouatis.
g h missura à nouo: Et nemo mittit vinum nouum in vtres vete- 2
¶ Quod si fit, nec rudes mentes hic par possent, & ipsa doctrina nihil prodest, & ipsæ mentes pondere peccatorum suffocantur vel premuntur.
res: alioquin rumpet vinum nouum vtres & ipsum effundetur,
¶ Noua Mysteria innouati mentibus committantur.
i tur, & vtres peribunt. † Sed vinum nouum in vtres nouos
a ¶ Doctrina memorię traditur & mens non est sine fructu.
mittendum est, & vtraque conseruantur. Et nemo bibens
a ¶ Vult enim postea si innouatur, quod etiam contigit apostolis.
vetus statim vult nouum, dicit enim, vetus † melius est. 3 4

c *Filios sponsi.* BEDA. Sponsus, Christus; sponsa, ecclesia. De hoc sancto connubio apostoli sunt creati per lauacrum regenerationis, vnde: Marcus filios nuptiarum eos appellat. Qui lugere & ieiunare non possunt, quamdiu sponsum in thalamo vident & sciunt esse cum sponsa, sed quando transierint nuptiæ & passionis & resurrectionis tempus aduenerit, tunc filij sponsi ieiunabunt, desiderantes iudicis aduentum.

d *Venient autem.* BEDA. Quasi dicat. Facturi estis, vt lugentes ieiunent, quia estis sponsum occisuri. Hic luctus absentiæ sponsi, non tantum post mortem sponsi, sed & ante incarnationem illius per totum huius seculi tempus est celebratus, quando desiderabant sancti incarnationem. Post ascensionem vero desiderant sancti aduentum iudicis. Neque hic luctus requieuit nisi quamdiu cum discipulis dominus in carne conuersatus est.

e *Tunc ieiunabunt, etc.* De vtroque ieiunio quod est in tribulatione vel gaudio respondet: *Cum ablatus erit sponsus* tunc erunt in mœrore & luctu, donec per spiritum sanctum consolatio tribuatur; quo dono percepto, ieiunium quod fit per lætitiam, iam renouati in vitam spiritualem celebrabunt. Et hic prius agit de ieiunio quod pertinet ad humilitatem tribulationis. Illud autem quod ad gaudium mentis pertinet (quando mens ad spiritualia suspenditur, & ideò à cibis corporeis alienatur) sequentibus similitudinibus significat, ostendens quod carnalibus & ob hoc adhuc veterem sensum trahentibus, hoc genus ieiunij

g *Vinum.* Vino intus reficimur, veste foris tegimur. Vestis ergo sunt bona opera quæ foris agimus, quibus coram hominibus lucemus. Vinum, feruor fidei, spei, & charitatis, quo in conspectu Dei in nouitate sensus intus reformamur.

h *In vtr.* BED. Veteribus etiam vtribus comparantur, qui nouo vino .i. spiritualibus præceptis faciliùs dirũpuntur, quã contineant. Erunt autẽ noui vtres, cum post ascensionem accepto spiritu, desiderio consolationis eius orando innouabuntur.

Aliter. Animæ nondũ innouatæ, sed in vetustate malitiæ perseuerãti nouorum mysteriorum sacramenta non debent committi. Aliter. Veteres vtres sunt scribæ & pharisæi. Nouus pannus & nouum vinum, præcepta euangelij, quæ nõ possunt sustinere Iudæi, ne maior scissura fiat, cũ quibus Galathæ præcepta legis miscebãt in vtres veteres vinũ nouũ. Conueniũt autẽ apostolis non his qui traditionibus maiorũ deprauati, sinceritatẽ præceptorum Christi nequeunt custodire, vnde subditur. *Et nemo.* Quia Iudæis veteris vitæ saliuis imbutis, nouæ gratię præcepta sordebant, quia maiorum traditionibus accumulati, dulcedinem spiritualium verborum percipere non valebant.

i *Sed v.* Fragilitas humanę conditionis aperitur cum corpora nostra exuuijs defunctorum animalium comparantur. Sed renouatis vtribus noua vina conducuntur, cũ sacramenta quæ accepimus inuiolata seruamus. Hos vtres si pleni sunt, gratia seruat, si vacui, tinea & erugo consumit semper ergo sint pleni.

Cap.

NICOLAVS DE LIRA.

& Ioannis discipuli, sed Christus eos excusabat rationabiliter, et patet sententia ex dictis Mat. 9. hoc excepto.

1 Quia ne &c. *Commissura idem est quod iunctura: Et dicitur à communi quod est simul, et mitto, tis, quasi simul mittere. Illa enim quę coniunguntur, simul mittuntur.*

2 Et ne. &c. *Consuetudinariè.*

3 Statim

3 Statim vult. *Id est, repentè.*

4 Dicit enim. *Quia magis sapit sibi propter consuetudinem bibendi, eò quod consuetudo est quædam natura, sed paulatim assuefaciendo ad bibendum nouum tandem efficitur sibi sapidum. Et eo modo hominibus conuersis de nouo ad vitam perfectionis, opera inconsueta sunt eis difficilia, sed paulatim assuefaciendo efficiuntur eis facilia et delectabilia.*

Cap.

MORALITER.

† *Quare di. etc.* Per Pharisæos, qui diuisi interpretantur, hæretici ab ecclesia præcisi significantur per discipulos ergo Ioannis qui se coniunxerunt Pharisæis, significantur simplices christiani, qui cum hæreticis familiaritatem contrahunt ex aliqua occasione, & ex hoc aliquando trahuntur ad eorum mala.

† *Nunquid, etc.* Quasi dicat: Non propter quod apud probatissimos Ægypti monachos statutum fuit, vt nullus ieiunaret à Paschate vsque ad Ascensionem propter gaudium resurrectionis Christi, quo tempore frequenter discipulis apparuit & cum eis comedit, vt dicitur in Collationibus patrum Collatione prima Theonis abbatis.

1 *Quia nemo.* Per istas similitudines significatur, quod doctrina no. testa. non conueniebat actiuè nisi hominibus renouatis per donum spiritussancti. Tunc enim data fuit eis intelligentia perfecta scripturarum, & eloquentia omnium linguarum.

2 *Et nemo, etc.* Sic imbuti legalibus obseruantijs nolebant eas dimittere, vt habetur Actu. 15.

MORAL.

CAPVT VI.

¶ Vna dictio est vel duę sunt dictiones.

† Actum est autem in Sabbato secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem Pharisæorum dicebant

a ¶ Secundum præceptum legis.

illis: Quid facitis quod non licet † in sabbatis? Et respondens Iesus ad eos dixit: † Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum † esuriret ipse & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit * his qui cum ipso erant, quos non licebat manducare

a ¶ Præest non subest veteri obseruantię & ideo non peccat qui secundum eius obseruationem obseruat.

nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat illis: Quia dominus est filius hominis, etiam sabbati. Factū est autem & in alio sabbato vt intraret in synagogam & doceret. † Erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem scribæ

¶ Beda. Sabbatis maximè curat & docet, non solum propter insinuandum spirituale sabbatum, sed etiam propter celebriorem populi conuentum.

† Mat. 12. a Mar. 2. d. De cō dis. 5. c. disci pulos.

† 3. Re. 21. b Mar. 2. a. † esurisset.

* etiam. Eccl. 4. d.

† facere.

† Mat. 12. à Mar. 3. a.

CAP. VI.

A a FActum est autem in sabbatho secundo primo. BED. Dicit quod sabbati litera solui cœperat, δευτερόπρωτον, id est, secundo primum sabbatum vocat, per hoc innuens obseruantiam legalis sabbati cessaturam, & naturalis sabbati libertatem (quæ vsque ad Moysi tēpora cæterorum dierū similis erat restituendam) qua credentes per gratiam septiformis spiritus à malis operibus vacāt. Sabbatum ergo gratiæ, ad distinctionem legalis sabbati, secundo primum dicitur, id est, primum secūdo prælatum, id est, superius & dignius inferiori legali. Vel ordine tēporis, quia & ante legem hoc sabbatum à patribus B ita agebatur, sicut nunc agitur à nobis. Vel secundo, primū dici potest, vt vnum idémque noui testamenti sabbatum, & secundum sit quia post legale à nobis obseruatur, & primū quia ante decreta legis à iustis obseruabatur antiquis.

Secundo primò. Ad literam, in altero sabbato quod post illud fuit primitus secundum, vel quod occurrit prius, post secundum, ab eo quo præcedentia sunt dicta vel facta.

TITVS. Quod de Sabbato primo secundo euangelista hoc loco commemorat, illud sanctus Isidorus Pelusiotes ita exponit: Dicitur, inquit, Sabbatum primo secundum quia secūdum erat solennitatis Paschæ, primum autem azymorum. Neque mireris secundum diem Sabbatum appellari. Iudæis enim totum C paschalis celebritatis tempus Sabbatum appellare legitimū erat. Quare alicubi festum hoc sabbatum sabbatorum appellatur.

THEOPHYLACTVS. Dicit autem in sabbato secundo primo, quia Iudæi omnem festiuitatem sabbatum nuncupabant, requies enim dicitur sabbatum. Multoties ergo contingebat in parasceue festiuitas, & vocabant parasceuem sabbatum propter festum, deinde principale sabbatum secundum primum dicebant, quasi secundum existens & præcedentis diei festiuitate.

b *Per sata, etc.* MYSTICE. Ager mundus. Agri seges, humani generis fœcunditas. Spicę, fructus ecclesię, quibus saturantur apostoli nostro se alentes profectu.

c *Vellebant di. etc.* Non habentes discipuli spacium manducandi propter importunitatem turbarum esuriebant vt homines, sed vellentes spicas inediam consolantur, quod est indicium austerioris vitæ, non præparatas escas, sed cibos simplices quærere. Et nota quod apostoli literam sabbati iam destruunt aduersus Hebionitas, qui alios apostolos recipiunt, Paulum quasi legis transgressorem repudiant.

BED. MYSTICE. Discipuli esurientes salutem hominum transeunt per sata id est per regiones quæ albæ sunt ad messem. Spicas confricant, quia in illis quos in corpus Christi volunt traijcere, mortificabant veterem hominem cum actibus suis, à terrena intensione extrahendo, exempla operum proponendo, D aristarum integumenta remouendo, & grana mundata per ora prædicantium membris ecclesiæ incorporando. Apud Marcum discipuli prægredientes dominum, hoc egisse referuntur, quia necesse est, vt doctoris sermo præcedat, & sic cor auditoris gratia supernæ institutionis illustret. Sed hoc putant Iudæi sabbato non licere. Christus verò nouæ gratiæ munere designat esse, ocium legis opus gratiæ, arguens doctores legis nescire legem.

d *Dicebant il. etc.* Alij dicunt ipsi domino hæc fuisse obiecta. Sed à diuersis & ipsi domino, & di- E scipulis potuerūt obijci, & cuicunque obiectum sit, ad ipsum maximè respicit.

e *In sabbatis.* Sabbata significant feriationes. Vel quæ in hoc seculo aguntur à vacantibus superstitionibus Iudæorū. Vel quę in futuro agētur, quando in perpetua solennitate manducabimus bona terræ.

f *Nec hoc legi, &c.* BED. Quomodo domino ad crimen obijcitur, quod in seruo pro crimine non tenetur? Verus rex & sacerdos, & ideo dominus sabbati euulsarum sabbato spicarum noxa non tenetur.

g *Dauid cum, etc.* BEDA. Si Dauid & Achimelech excusatione famis mandatum legis transgredientes non repræhenduntur, cur eandem in apostolis famen non probatis?

ALLEG. Dauid qui cum socijs fugit à facie Saul, significat Christum, qui cum discipulis latet principem mundi. Dauid obseruator legis panes consecratos manducat, & dat illis qui cum F illo sunt, significans sacerdotalem cibum ad vsum transiturum populorum, siue quia omnes filij ecclesiæ sunt sacerdotes, vncti spiritu sancto vt seipsos offerant.

CHRYSOST. Perpendis quot argumēta induxit? Locū, quia in templo: personam, quia sacerdotes: tempus, quia in sabbato: rem ipsam, quia violant. non enim dixit, quod sabbatum soluunt, sed violant siue prophanant: & quod illi qui maius faciunt, quia contaminant, non modo pœnas non luant, verum etiam culpa careant: sine crimine enim sunt. (Hom. 40. in Matt.)

h *Intrauit in domum Dei.* Magna hospitalitatis gratia, proposito mortis periculo, non declinat hospitem animus sacerdotis. Et sic nos debemus aliena pericula in nos transferre. Sed & verum Dauid hospicio mentis nec pro periculo mortis veri excludunt sacerdotes.

i *Homo.* BED. MYST. Homo iste humanū genus significat in fœcunditate boni operis arefactum, per manū in primo parente ad lignum extensam, quam sanat manus innocens in cruce extensa. Et bene manus in synagoga erat arida, quia vbi maius donum scientiæ, ibi maiori transgressor subiacet culpæ.

k *Obserua.* BED. Quia destructione sabbati, quam in discipulis argue-

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VI.

FActum est. *Hic ponitur tertius casus, quia Scribę & Pharisæi arguebant Christum et discipulos eius de violatione sabbati, et hoc in duplici casu, secundus ponitur ibi:*

1 Factum est. *Sententia autem istarum duarum partium patet ex dictis Matth. 12. vbi isti duo casus ponuntur eodem ordine quo hic, et exponuntur eodem modo, excepto quod sequitur.* Et ait

MORALITER.

1 *Factum est autem.* Per spicas conuenienter intelligi possunt figura ve. testa. continentes sub velamine literæ grana spiritualia noui, vt sub præcepto carnalis circuncisionis, mundicia circuncisionis mentalis. Sic ergo spicas vellere est literam occidentem tollere & spiritualem sensum retinere. Quod fecerunt apostoli aliique discipuli, & sic manducabant, incorporando credentes ecclesiæ mystico corpori.

† *Nec hoc le.* Moralitas autem huius ponitur 1. Reg. loco suo. (1. Reg. 21. a.)

† *Factum est autem in alio sab.* Manus arida ad operandum est inualida, ergo per hominem manum aridam habentem, significatur piger & ociosus, sed cum ad verbum Christi stat in medio virtutis, manus eius sanatur, & in bonis operibus exercetur.

† Factum

arguebant probabili magistri excusauit exemplo, nunc ipsum obseruando magistrum, calumniari volunt vt si non curet crudelitatis vel imbecillitatis, si curet, transgressionis arguant.

a *Interrogo vos.* BEDA. Præueniens calumniam quam sibi parabant arguit eos qui præcepta legis malè interpretando, etiam à bonis operibus sabbato feriandum æstimabant, cum lex à seruili opere, id est, à malis abstinere præcipiat in sabbato. In quo significatur in septima quiete, illos qui in sex ætatibus huius seculi bona fecerunt, non à bonis, sed à malis ferias habituros.

b *Animam saluam.* BEDA. Corpus curaturus de animæ saluatione interrogat, quia illa miracula propter animæ salutem faciebat, & ipsa sanatio manus salutem animæ significabat. Vel nomine animæ totus homo significatur.

c *An perde.* BEDA. Non est autor mali Deus, sed quos non saluat, perdere dicitur.

MORALITER. Qui Deum orando quærit ad superiora progreditur, verticem curiæ sublimis ascendit. Orat autem dominus, non pro se quasi impotens, sed pro me sicut clemens. Vnde statim subditur: *Et cum dies fa. esset.* omnes qui eius magisterio discunt iter regni.

& Pharisæi, si in sabbato curaret, vt inuenirent, vnde accusarent eum. (¶ Dominus nouit cogitationes hominum quoniam vanę sunt.) Ipse verò sciebat cogitationes eorum, & ait homini qui habebat manum aridam: Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos Iesus: Interrogo vos, si licet (a ¶ Exponit. b ¶ Id est hominem curare.) † sabbato bene † facere, an malè: animam saluam facere, an (a ¶ Id est à perditione saluam non facere. b ¶ Quasi iratus illis obmutescentibus.) † perdere? Et circunspectis omnibus dixit homini: Extende (a ¶ Ad pauperem vt proximum iuues, viduæ præsidium feras: extende ad Deum pro peccatis tuis orando. b ¶ Quæ crimine aruerat, succis bonorum operum salutaribus irrigatur. c ¶ Quia statim Dei imperium sequitur miraculum.) manum tuam. Et extendit, & restituta est manus eius †. Ipsi (¶ Id est inuidia.) autem repleti sunt † insipientia: & colloquebantur ad inuicem, (¶ Quomodo eum perderent.) quidnam facerent de Iesu. † Factum est autem in illis diebus, (a ¶ Forma præscribitur, quam debeas æmulari.) exijt in montem orare: & erat pernoctans in oratione Dei. Et (¶ Non seculi.) cum dies factus esset, vocauit discipulos suos † & elegit duodecim (a ¶ Vt quadratum orbem fide trinitatis insignirent.) ex ipsis quos & apostolos nominauit: Simonem quem † co- (a ¶ Scilicet vocauit.) gnominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum &

† sabbatis
† occidere.
† sana vt altera.
† Nominauit.

TITVS. Per hæc euangelista, vt placet Cyrillo, voluit ostendere Christum, omnia quæ faciebat ad communem vtilitatem eorum qui in illum credituri erant, fecisse. Voluit per hæc rursum spiritalis vitæ formam seipsum proponere: quique inter veros adoratores censendi sunt, patefacere. Voluit tandem exemplo suo docere preces, secretò, hoc est, nemine quoad eius fieri potest, cernente, vel obseruante, transmitti debere. Huc enim tendit quod dominus noster Iesus Christus seorsum in monte, & quasi in otio orasse scribitur, id quod ante quoque verbis expressis tradiderat: *Tu,* inquit, *quando oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.* Qui ergo salubriter precari cupiunt, sanctas purasque & ab omni ambitione alienas manus ad Deum subleuent, eumque in modum sese componant oportet, quasi diuinā maiestatem coram assistere conspiciant. Debent ad hæc mentem ab omni tumultu, mundanaque cura & cogitatione seuocare. Debent æque non remissè nec ignauè, hoc est, cum quodam mētis tædio, & animi inconstantia illud ipsum facere, sed constanter & studiosè. Debent postremò opus, si quod forsan præ manibus est, in secundis habere, neque mirari aut frangi, si non statim audiantur, audiuimus enim dominum nostrum, non quouis modo, hoc est, obiter orasse, sed in oratione Dei pernoctasse.

† agere.
† amentia.
† 5. q. 7. c. plerumque
† Mat. 10. a Mar. 3. c.

AVGVSTINVS. Potest moueri quæstio, quomodo Mattheus dixerit, quod ipsi interrogauerunt dominum, si licet sabbato curare, cum Lucas hic illos potius à domino interrogatos esse perhibeat. Itaque intelligendum est, quod illi prius interrogarunt dominum, deinde videns cogitationes eorum, aditum accusandi quærentium, constituit in medio eum quem fuerat sanaturus, & interrogauit quæ Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant.

Lib. 2. de consensu euangelistarum ca. 35.

d *Extende.* BEDA. Infructuosæ debilitas animæ nullo melius ordine curatur, quam eleemosynarum largitate, vnde dicitur: *Non sit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum collecta.* Quia frustra pro peccatis rogaturus manus ad Deum extendit, qui has ad pauperes pro posse non extendit.

Eccli. 4.

e *Insipi.* Quia solo liuore permoti sunt, non enim in culpa fuit, vel hominis manum extendere, vel Iesum sanare. Magna insipientia erat de nece eius tractare cuius beneficijs plurimum indigebant.

f *Exijt in montem orare.* Mons in quo apostolos eligit & docet altitudinem significat iusticiæ quia instituendi erant & prædicaturi ne infirmis remaneant, sed ad superna erigantur, Sic & lex in monte data fuit. Apostolos præeminentius adducit vt à monte prius mōtes suscipiant pacem populo annunciadam. Sic & Moyses solus legem spiritualiter intelligens, montis verticem in quo Deus erat ascendit. MORAL.

g *Discipulos.* De quibus elegit. 12. quos apostolos, id est suo loco missos nominauit, vnde: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos.* In montem ascendens ad se vocat, elegit quos vult, quia non illorum est studij, sed diuinæ gratiæ, vt in apostolatum vocarentur vnde: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Non sapientes, non diuites, non nobiles elegit, ne duxisse pro prudentia, ne redemisse diuitijs, ne potentiæ nobilitatisque auctoritate aliquos ad gratiam traxisse videretur.

Io. 20. c.
Ibidē. 15. c.

h *Cognominauit.* Non modo primum, sed longè prius cum ab Andrea adductus dicitur: *Tu vocaberis Cephas quod interpretatur Petrus.* Sed volens Lucas nomina. 12. apostolorum nominare,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait homini qui. *Hoc autem fecit Christus vt miraculum esset euidentius, & manifestius argueretur cæcitas malignantium.*

2 Ipsi autem repleti sunt insipi. *Id est, irrationabili iracundia, cum magis deberent esse grati de beneficio diuino.*

3 Et colloquebantur ad inuicem quidnam fecerent de Iesu. *Iam enim tractabāt de morte ipsius, sed Christus noluit mori ante tempus præfinitum à patre, vt implerentur scripturæ prophetarum de ignominiosa eius morte.*

4 Factum est autem in illis. *Postquam descripta est vocatio plurium ad Christi discipulatum, hic consequenter describitur promotio aliquorum ex illis ad apostolatum, & primò describitur dicta promotio, secundò promotorum instructio, ibi:* Et descendens Iesu de mōte. *Circa primum dicitur* Factum est. *Per hoc ostendit Christus, quod promotioni aliquorum ad statum dignitatis in ecclesia Dei debent orationes deuotè præmitti, ideò subditur.*

5 Et elegit duodecim. *Quibus succedunt episcopi in ecclesia Dei.*

6 Simonem quem co. *Ante conuersionem enim vocatus est Simon, sed postea mutatum est nomen eius. Ex hoc inoleuit consuetudo, quod quando aliquis creatur in Papam mutatur nomen eius.*

7 Iacobum. *Id est filium Alphei. Et iste vocatus est Iacobus iustus & frater domini, quia erat ei valde similis in facie, & in lineamentis corporis.*

Iudam

MORALITER.

† 4 *Factum est autem in illis diebus.* Christus apostolos electurus orauit prolixè, vnde subditur:

† *Et erat pernoctans in oratione Dei.* Per hoc ostendens quod episcopi qui sunt successores apostolorum non sunt eligendi per inductiones & per falsas promissiones, sed per deuotas orationes.

† Et

B

nominare, cum necesse haberet Petrum dicere, breuiter voluit innuere, quod non antea vocaretur, sed ita dominus cognominauit, vt non casu factum putetur, sed ex commutatione sacramentum petræ audientibus commendaretur.

a *Matthæum.* Matthæus compari suo Thomæ, in ordine causa humilitatis se supponit, cum à cæteris Euangelistis prælatus sit.

b *Et descendens, &c.* Electurus apostolos dominus in montana subiit, turbas docturus ad campestria redit, quia non nisi in humili turba Christum videre sufficiunt, & rarò inuenitur quod vel turba dominum ad altiora sequatur, vel quispiam debilis in monte curetur, sed extincta febre libidinum & succensa luce scientiæ, pedetentim quisque subiit culmen virtutum.

c *Maritima.* Non à proximo mari Galileæ, quia hoc non miraculi loco ponunt, sed à mari magno cognominatur. In quo etiam Tyrus & Sidon comprehendi poterant. Sed quia sunt ciuitates Gentium, consultè nominatim ponuntur, vt quanta sit virtus Christi intimetur, quæ etiam exteras ciuitates excitat.

d *Vt audirent.* Si dicamus duos esse sermones, ascendit in montem, & habuit ibi discipulos, & post, descendit & fecit istum ad turbam. Si dicimus vnum fuisse, ita intelligendum est, quod ascendit in montem, & post aliquantulum descendit, & ibi fecit sermonem, vbi erat planicies.

e *Eum tangere.* Tangit Christum qui fideliter credit in eum, Tangitur à Christo qui firmatur in illo. Qui sic tangit & tangitur, spiritus ipsius virtute sanatur.

f *Et ipse eleuatis oculis in discipulos, &c.* Etsi generaliter omnibus loquitur, specialiter in discipulos oculos leuat, vt qui intenta cordis aure verbum Dei percipiunt, latius saporis intimi lumen accipiant, quibus os in monte sedens aperit, vt magna proferret in eos, stans in campo oculos dirigit, vt audita patienter intelligant.

a Ioannem, Philippum & Bartholomeum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphei & Simonem qui vocatur Zelotes, Iudam Iacobi, & Iudam Scarioth, qui fuit proditor. ✝ Et descendens cum illis de monte, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalem & maritima, & Tyri & Sidonis qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à langoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos dicebat: Beati pauperes, quia vestrum est re-

a ¶ Hi à peccato abstinent, seculum calcant, illecebrosa non quærunt. ¶ Spiritu.

Luc. 9. 7. & plerunque

g *Beati pauperes, &c.* Qui nondum consummatæ virtutis arcem conscendere possunt, generalis interim perfectionis sunt beatitudine perfouendi, vt paulatim ad meliora progressi, dum domino in planicie stante libenter auscultant, ad hunc quandoque in monte sedentem sublimiter ascendant. Nam quorum cordibus adhuc edomandis insistit, hos quasi stans affatur. Quos longo studio exercitatos & iam dociles inuenit, his quasi quietus residens mystica intimat.

BEDA

NICOLAVS DE LIRA.

1 Iudam Iacobi. *Id est fratrem Iacobi.*

2 Et descendens. *Hic consequenter post electionem apostolorum ponitur instructio de operibus perfectionis, quia promoti ad gradum maiorem debent habere maiorem cognitionem, licet autem sermo Christi sequens factus fuerit magnæ multitudini, tamen Christus sermonem suum ad apostolos principaliter dirigebat. Dubitatur tamen hic, vtrum iste sermo, fuerit idem cum illo qui à Matthæo describitur 5. cap. Et dicunt aliqui quod sic. Tum quia hic & ibi eodem modo incipitur, cum dicitur:* Beati pauperes, &c. *& eodem modo terminatur, cùm dicitur:* Omnis qui audit sermones meos & facit, *versus finem huius ca. & Matth. 7. in fine. Item quia illa quæ ponuntur hic, ferè ibi ponuntur. Alijs autem videtur oppositum. Tum quia hic dicitur:* Et descendēs Iesus, *Matth. 5.a. dicitur:* Videns Iesus turbas, ascendit in montem. *Item hic dicitur:* Stetit in loco campestri, &c. *ibi autem dicitur,* Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos, &c. *Et ideò iste sermo & ille videntur differre quantum ad locum, quia iste sermo videtur esse factus in terra plana & campestri. Alius autem in monte. Item quantū ad faciendi modum, quia iste videtur esse factus à Christo stando, alius autem sedendo. Item quia multa in illo ponuntur quæ hic omittuntur, vt patet intuenti. Qui vult tenere primam opinionem, potest dicere ad ista quæ videntur contrariari, Dicendo, quod Christus primò ascendit cacumen montis ad eligendum apostolos, & ibi docuit eos de aliquibus sedendo secundùm quod dicit Matthæus, sed postea descendit ad aliquam partem montis planiorem, quæ hic dicitur campestris, vt ibi conuenientius doceret multitudinem, & hoc stando, secundum quod hic dicitur: Quod autem dicitur, quod hic multa omittuntur quæ in alio ponūtur, non obstat, quia Euāgelista non semper vniformiter referunt idem factum Christi vel dictum; & quod vnus omittit alius supplet, vt sic conueniant & cum hoc specialia & singularia dicant. Qui autem vult tenere secundam opinionem, potest dicere ad primum alterius opinionis, Non esse inconueniens, quod duo sermones à Christo facti diuersis temporibus eodem modo incipiant & terminentur, & eandem materiam saltem pro magna parte contineant. His præmissis procedendum est ad diuisionem, quia primò describitur instructio Christi directa principaliter apostolis, secundò, communiter facta turbis cap. 8. Adhuc primò ponitur dicta instructio, secundò, eius confirmatio, cap. sequenti. Prima in tres. Quia primò in sermone præmittitur quasi quædam præfatio, secundò subditur ipsa instructio, ibi:* Et ipse eleuatis oculis. *Tertiò, infertur intenta conclusio, ibi:* Omnis qui venit ad me *Circa primū describitur locus, cùm dicitur:* Et descēdens cùm illis, &c. *Et faciendi modus, &c. cùm dicitur:* Stetit in loco. *Et expositio patet ex dictis secūdùm duplicē opinionem: Et assistens populus, cùm dicitur:* Et turba discipulorum. *Et causa aduentus, cùm dicitur:* Qui venerant vt audirent eū & sanarentur. *Quantum ad illos qui erant infirmi.*

3 Quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. *Non est intelligendum quod aliqua virtus existens in Christo, transiret ad alios eadē numero, sed iste exitus intelligitur inquātum effectus exit à causa, quia virtus diuina existens in Christo faciebat sanitates in infirmis. Qualiter autem humanitas Christi ad hoc operabatur, dictum fuit Marci 5.*

4 Et ipse eleuatis oculis in discipulos. *Hic consequenter describitur ipsa instructio, & primò de actibus beatitudinum, secundò, de actibus virtutum, ibi:* Sed vobis dico. *Prima in duas. Quia primò inducit ad actus beatitudinem. Secūdò, retrahit ab actibus vitiorum contrariorum, ibi:* Verumtamen væ vobis. *Secundum opinionem illam quæ dicit eundem sermonem hic descriptum, & Matth. 5. tres primæ beatitudines hic positæ exponentur sicut exposita sunt ibidem. Hoc addito, quod secunda beatitudo hic posita intelligenda est de esurie iustitiæ, sicut ibi ponitur:* Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, &c. *Quarta autem beatitudo hic posita quæ ibi ponitur octaua, non est propriè beatitudo dicenda, sed confirmatio præcedentium, vt ibi dictum fuit. Secundùm opinionem aliam, quæ dicit istum sermonem alium ab illo, dicendum, quod saluator hic inducit ad quatuor virtutes, quæ videntur opposita terrenæ seu mundanæ beatitudini, quam Boetius in libro de consolatione vocat falsam vel mendacem fœlicitatem, per quas quidem virtutes deuenitur ad veram beatitudinem. Beatitudo enim terrena primò consistit in abundantia temporalium bonorum, quæ frequenter est occasio multorum malorum: Et ideo saluator inducit ad oppositum, cum dicitur:*

5 Beati. *Et accipitur hic paupertas voluntaria per quam quis contemnit & abijcit à se bona temporalia, quantum potest fieri bono modo, vt homo liberius vacet operibus vitæ contemplatiuæ.*

6 Quia ve.s. *hic in spe, & postea erit vestrū in re. Secūdò cōsistit in hoc quod bene*

Diuisio.

MORALITER.

✝ *Et omnis turba quære.* BEDA. Tactus saluatoris est opus salutis, quem tangere est in eum fideliter credere, & ab eo tangi est ab eius vulnere sanari.

4 *Et ipse eleuatis oculis.* Illa quæ sunt ab hoc loco vsque ad finem huius capituli sunt de se moralia propter quod nunc pertranseo, & quia suprà Matth. 5. 6. & 7. ea tetigi breuiter mysticè exponendo.

4 Et ✝ MORAL.

¶ Iusticiam.

a gnum Dei † Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. Beati
a ¶ De præsenti miseria, de dilatione bonorum.
b qui nunc flêtis, quia ridebitis. † Beati eritis cum vos oderint
¶ Corde. a ¶ Pellendo de synagogis. b ¶ Nomen crucifixi.
hominés, & cum separauêrint vos, & † exprobauerint, & eie-
a ¶ Quantũ ad Iudæos & gentiles nomen Christianũ sæpe à memoria abrasum, & eiectũ est ab hominibus.
b ¶ Nulla alia causa. c ¶ Cuius nomen vestrum facitis cognomen.
cerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hó-
a ¶ Multa patientibus in terris, multa merces erit in cœlis.
c minis. † Gaudete in illa die, & exultate: ecce enim mêrces
d vestra multa est in cœlo. Secundum hæc enim faciebant
a ¶ Qui timore non deficiebant à veritate. b ¶ Nunc quidem possunt exprobrare & deiicere Sed inde eis vę.
c ¶ Quia perdetis vsum temporalium quem nunc deligitis.
e prophêtis patres eorum. † Verûntamen vê vobis diuitibus
a ¶ Contra necessarias temporis miserias. b ¶ Quàm quæritis.
c ¶ Qui in desideriis vobis placentes nullam veri boni famem patimini.
f qui hâbetis cônsolationem vestrã. Væ vôbis qui saturati estis,
¶ Scilicet epicureis.
g quia esurietis. Væ vobis, qui nunc ridetis, quia lugebitis &
h flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes homines.

(Margin: 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12; † Mat. 5.a.; † probris affecerint.)

Beda. Quod apud Matthæum plenariè per octo beatitudines dicitur in sermone perfectionis ad apostolos in summo montis, hoc apud Lucam temperantiùs per quatuor cardinales virtutes comprehenditur in leuiore sermone ad turbas in imo. Dicit ergo. *Beati. pau.* Ecce temperantia, quæ etiam facit cordis mundiciam. *Beati qui nunc esuritis.* qui compatiuntur aliis & miserentur, & tribuunt sua, non quærentes aliena. Ecce iusticia, quæ etiam facit misericordiam. *Beati qui nunc fletis.* Ecce prudentia quæ attendit quàm misera hæc terrena, quàm beata cœlestia, quæ etiam pacem facit. *Beati eritis cum vos ode.* Ecce fortitudo quæ facit esse mansuetudinem: Fortis est qui vincit iram, & alios motus animi. Connexæ virtutes vt qui vnam habeat plures habere videatur, sed eius quæ fuerit vberior, & vberius præmium. Hospitalitas & humilitas & sanctitas Abrahæ commendantur, sed quia fide præstitit, fide præ cæteris meruit principatum.

(Margin: Mat. 5.a.; † Mat. 5.a.; † 13. 9. 4. quod Christus.; † Amos. 6.a.)

a *Qui nunc.* Qui esurit esurienti compatitur: compatiendo largitur, largiendo fit iustus, æqualem se inferioribus præstat, dolum excludit, veritatem requirit.

b *Qui nunc fletis quia ridebitis.* Qui propter diuitias hæreditatis Christi, propter panem vitæ æternæ, propter spem cœlestium gaudiorum fletus, esuriem, paupertatémque desiderat, beatus est, multo beatior, qui has virtutes inter aduersa seruare nõ trepidat.

c *Gaudete et exul.* Inter odia cordium, inter probra linguarum, inter manus persequentium, lætiori corde versamini, intuitu supernæ mercedis.

d *Secundum hac.* Exemplo prophetarum confortat illos, quia vera dicentes persecutionem solent pati.

e *Verumtame væ, &c.* Matthæus in monte, beatitudines solummodo proborum. Lucas verò in campo, etiam væ describit improborum, quia rudes adhuc auditores minis & terroribus ad bona sunt compęllendi, perfectos satis est præmiis inuitari. *Verumtamen vę.* Cùm suprà regnum cœlorum pauperum esse didicatur: ex opposito apparet, quod ab hoc regno se alienat qui consolationem quęrit in temporalibus. Nec tam diuitiæ quam amor diuitiarum in culpa est.

(Margin: Mat. 5.a.)

Mystice. Diues populus Iudaicus, vel hęreticus, vel philosophus mundi, qui vbertate verborum & facundiæ patrocinio delectati, simplicitatem veræ fidei supergressi thesauros inutiles condiderunt, secundùm vsum seculi de generatione Christi disputantes, qui in futuro egestate fidei suæ recognoscent, cibúque perfidiæ qua in præsenti eructant, æterno macerati ieiunio causam tanti supplicij esse scient. Eritque tempus cum risus suos lugeant. Quibus bene dicitur. *Va cum benedixerint vo. ho.* quia dum hic placent potentibus, maledicto perpetuo se subdunt, quia sicut pauperes esurientes, flentes, improbitate malorum probantur, sic diuitiis, epulis, risuíque vacantes, mala obsequentiũ clientela, maiorem fouentur ad pœnam.

✠ Titus Bostrorum Episcopus. Posteaquam Deus bonorúmque omnium dominus ostenderat sanctos qui paupertatem illius amore consectantur, esuriúntque & sitiunt & lugent, &c. sua mercede non cariturus, ad eos nunc sermonem dirigit, qui contrariis studiis incumbunt. *Va,* inquit, *vobis diuitibus, etc.* Insinuat isthæc huiusmodi esse, quæ & suplicium procreent & vindictam inferant: quo nimirum impendentium tormentorum metu exterriti diuitiis congerendis non nimium inhient, neque in voluptatibus & iocis & mundi huius delitiis ætatem transigant. Cæterùm quod de diuitibus hoc loco traditur, illud non pertinet ad omnes sed ad eos tantum qui totum animi desiderium ad pecunias contulerunt.

f *Qui saturati estis, quia esurietis.* Qui inter diuites amplius abundatis, sicut diues qui induebatur purpura & bysso & epulis, qui de digito Lazari quærit guttam aquæ.

(Margin: Infra. 16.d.)

g *Va vobis, qui nunc, etc.* Salomon, *Cor sapientis, vbi est tristicia, cor stultorum vbi est laticia.* docens stulticiam ridentibus, prudentiam flentibus ascribendam.

(Margin: Eccles. 7.a.)

h *Benedixerint vobis omnes homines, &c.* Magna pars pœnæ est peccatorum sua scelera non modo non argui, sed insuper quasi bene gesta laudari.

☞ *Diligi-*

NICOLAVS DE LIRA.

quod benefit homini quantum ad corpus, videlicet in cibis & potibus & huiusmodi carnis delectabilibus: Et ideò saluator inducit ad oppositum dicens:

1 Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini. *Abstinentes à prędictis delectabilibus quantum bono modo potest fieri, vt caro redigatur in seruitutem anima, vt sic percipiantur consolationes diuinę, ideò subditur.*

2 Quia satura. *Inchoatiuè in præsenti vita, percipiendo prędictas consolationes, sed perfectè in patria, secundùm quod dicitur Psal. 16. d.* Satiabor cum apparuerit gloria tua. *Tertiò consistit in temporali iucunditate inepta ad cuius oppositum inducit dicens:*

3 Beati qui nunc fletis quia ridebitis. *Considerando quod tempus præsentis vita non est nisi luctus & tristitia: Tum ratione culpa sine cuius commissione vita præsens non potest transire, saltem quantum ad culpam venialem, Tum ratione dilationis gloria secundùm quod dicitur Can. 5. cap.* Nunciate dilecto quia amore langueo. *Quarto consistit in fauore hominum & laude, ex quibus frequenter homines superbiunt et in alia vitia cadunt, Ideò inducit ad contrarium:*

4 Beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint, &c. *Non quod aliquis debeat odium hominum quærere & affectare, sed quia timore huius odij non debet veritatem vitę, iusticię & doctrina dimittere.*

5 Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum. *Scilicet veris, vt patet de Ieremia quem propter veritatem ab eo dictam reputauerunt proditorem, & eum incarcerauerunt, & tandem lapidauerunt, vt dicunt aliqui. Et de Isaia quem cum serra secauerunt et multis alijs.*

6 Verumtamen. *Hic consequenter retrahit ab actibus vitiorum dicens:*

7 Vę vobis diuitibus. *Diuitiis abutentibus, verùntamen quia multi bene vtuntur diuitijs, secundùm quod dicitur Eccle. 31. a.* Beatus vir diues qui inuentus est sine macula, &c. *Et beatus Ambrosius dicit,* Sicut diuitiæ impedimenta sunt reprobis, ita probis sunt adiumenta virtutis, *ideò subditur.*

8 Qui habetis consolationem vestram. *Abutentes diuitiis ad vitę voluptatem.*

9 Væ vobis qui saturati estis. *In præsenti.*

10 Quia esurietis. *In futuro.*

11 Væ vobis qui nunc ridetis. *Per ineptam lęticiam ad peccatum mortale declinantem, secundùm quod dicitur Prouerbiorum secundò cap.* Qui lætantur cum male fecerint pessimis.

12 Væ cum benedixerint vobis omnes homines. *Per applausum talem nutrientes vos in malis, secundùm quod dicitur Psalmus 9. d.* Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur.

A a *Diligite inimicos.* Dicto quid ab inimicis possint pati, supponit qualiter ad ipsos se debeant habere inimicos: Et hic ecclesia non lacte imbuitur, sed validiore charitatis cibo roboratur. Non sufficit non odisse, sed quod vltra humanam naturam est, præcipitur diligere. Et cum lex vicissitudinem imperet vltionis, euangelium inimicitiis charitatem, odiis benignitatem, maledictis vota, persequentibus patientiam, esurientibus etiam gratiam remunerationis impertit.

a ¶ Id est, benedicebant pseudoprophetis, qui ob captandum vulgi fauorem de corde suo prophetabant.

Secundum hæc faciebant † prophetis patres eorum. Sed vo- [1] [2]

a ¶ Hoc, perfectum non impossibile. b ¶ Homines non vitia. c ¶ Ministrando cibum mentis vel etiam corporis.

a bis dico qui auditis: Diligite inimicos vestros, benefacite his [3]

b a ¶ Bona optare. ¶ Hinc apostolus: Maledicimur & benedicimus, blasphemamur & obsecramus. [4]

c qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis, orate [5] [6]

d pro calumniantibus vos. Et qui te † percusserit in maxillam [7]

e ¶ Exterius.

vnam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi † vesti- [8]

¶ Interius. ¶ Quia parum est non nocere, addit de beneficiis.

f mentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem peten- [9]

a ¶ Rem vel correctionem. b ¶ Domum, fundum, & generaliter quamcumque pecuniam.

g ¶ Cum lite & contentione.

ti te tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. † Et prout [10] [11]

h vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. [12]

¶ Ideò, quia. [13]

† Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vobis est gratia? [14]

¶ Ethnici & publicani. ¶ Natura duce. ¶ Ideò, quia. [15]

Nam & peccatores diligentes se diligunt. Et si benefeceritis his qui vos diligunt, quæ vobis gratia est? Siquidem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à [16]

¶ Ex hoc solo quod speratis recipere, non pro Deo datis.

quibus speratis recipere, quæ gratia est vobis? Nam [17]

¶ Commodant.

& peccatores † fœnerantur peccatoribus, vt recipiant [18]

† Pseudo. † Mat. 5. g. † mutuum dant. † Percussit † pallium † Tob. 4. c. 1. Cor. 3. b.

✱ CHRYSOSTOMVS. Non autem dicit, odio habeas, sed diligas, neque simpliciter mandauit diligere, sed etiam benefacere.

B b *Orate pro calum.* Quod prophetæ videntur imprecari, nō vota sunt optantium sed prænunciationes futurorum, ipsi enim pro inimicis orabāt.

C c *Et qui te.* Cum charitas patiens sit, debet patientiā verberantis sustinere, cū benigna sit, non debet respondere maledictis. Si *non quærit quę sua sunt*, non debet resistere rapienti, si *non æmulatur*, non debet odisse inimicum. (1. Cor. 13. b)

✱ CHRYS. Nam & medici cū calce feriuntur ab insanis, tunc maximè miserentur eis & accingunt se ad eorum remedia. Tu quoque similem habeas coniecturam erga persequentes. Ipsi namque sunt maximè ægroti omnemque violentiam sustinentes. Hoc igitur etiam erga istos faciamus, vt & supportemus vomentes, & confoueamus ægros. nec eos vspiam relinquamus, priusquam totam amaritudinem ponant: & tunc tibi gratiam qui talis fuerit, exoluet maximam. (Hom. 18, in Matth.)

D d *Præbe illis.* Medicus animarum quos ad curandos proximos instruit, omnia quæ ad salutem proximorum valere possunt tolerare præcepit. Et pertinet ad misericordiam, vt tanquam à filiis ægrotantibus & freneticis si salus illorum hoc exigat, multa patiantur, donec infirmitas transeat. Quid tam mirum quam percutienti maxillam præbere, immo, omnis indignantis impetus frangitur, ira sedatur, & per patientiam ille inuitatur ad pœnitentiam.

E e *Vestimen.* Quod de vestimento & tunica dicitur, & in aliis est faciendū, quę aliquo iure tēporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessariis hoc imperatur, multo magis superflua cōtēnere præcipitur.

F f *Ne r.* Quia *charitas est patiens, benigna est*, non tantum iniurias inimici fortiter sustinet, sed etiam amici quoque gratiā benignè præuenit, vt beneficiis aliis trahātur. Vnde latius instruit subdendo: *Et si dili.*

g *Et pro.* Ne videatur legem dissoluere, in beneficiis vicem seruat, quam negligit in iniuriis. Nec ait prout faciunt, sed *prout vultis vt faciant vobis homines, & vos faciatis illis*, vt vicissitudo sit cumulatior, cum votis actus æquatur. Et non tantum iam ad amicos opera charitatis extendite, sed etiam ad inimicos, vt amici esse incipiant, & prius affectum dilectionis, & post modum opera extendite charitatis.

h *Et si di.* Quantum vobis gradus professionis eximior, ita necesse est, vt cura virtutis sit vberior, vt etiam non amantes charitatis sinu amplectamini.

d *Præbe* ☞ Duo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Secundum hæc faciebant prophetis patres eorum. *Scilicet, falsis qui ad habendum populi applausum prophetabant falsum, sicut patet 3. Reg. 22. de Sedechia qui fecit sibi cornua ferrea ad prophetandum falsa, non solum verbis sed etiam factis, sicut & prophetę veri verbis & factis aliquando vera prophetabant.*

2 Sed vobis dico qui andi. *Hic consequenter inducit ad actus virtutum, & prim[…] quantum ad virtutes quæ perficiunt appetitum. Secundò quantum ad illas quæ perficiunt intellectum, ibi:* Dicebat autem illis. *Illa distinctio tamen non est pręcisa sed ad principaliori parte, quia in qualibet ponuntur aliqua pertinentia ad perfectionem intellectus & voluntatis. Circa primum dicitur:*

3 Diligite inimicos vestros. *Pharisęi & legisperiti circa hoc errabant dicentes, quod sicut amicus est diligendus, ita inimicus odiendus, quem errorem romouet saluator dicens,* Diligi. *quia licet vitium eorum sit odiendum, natura tamen est diligenda. Sciendum tamen quod diligere est velle alicui bonum. Triplex est autem genus bonorum, quia quędam sunt spiritualia, quæ sunt bona gratiæ & gloriæ, & quantum ad hoc omnes tenemur inimicos diligere, optando eis bona gratiæ, quibus homo non potest malè vti, & ideò tenemur ea velle etiam inimicis, quia omnis homo est ex charitate diligendus. Alia sunt bona naturæ, vt fortitudo corporis, sanitas, subtilitas ingenij, & consimilia. Alia autem sunt bona fortunæ, scilicet, diuitiæ, honores, & similia. Et istis duplicibus bonis possunt homines bene vti & malè, propter quod talia non tenemur inimicis velle, nisi inquantum faciunt ad eorum salutem.*

Bona triplicia sunt, non tanta æqualiter omnibus optanda.

4 Benefacite his qui vos oderunt. *Beneficientia est effectus dilectionis, & ideò proportionatur ei sicut effectus suę causę, & ideò tenemur benefacere inimicis in his quę spectant ad eorum salutem pro loco & tempore & aliis circunstantiis debitis concurrentibus, non autem tenemur in aliis. Et quia est quoddam beneficium, quod à quolibet quantumcunque paupere potest exhiberi, & pertinet ad salutem, scilicet, orare pro salute animarum, & ideò istud beneficium pro loco & tempore & aliis circunstātiis tenemur exhibere etiā inimicis, ideò subditur:*

5 Benedicite maledicenti. *Imprecando eis bona gratię & gloriæ.*

6 Et orate pro calumniantibus, *Optando eis dicta bona.*

7 Et qui te percusserit in maxillam, præbe illi & alte. *Istud non est intelligendum semper quantum ad effectum exteriorem, vnde & Christus in maxilla percussus, vt habetur Ioann. 18. non obtulit aliam, sed magis percutientem se charitatiue correxit dicēs:* Si male locutus sum, testimonium, perhibe de malo. Si autem bene, cur me cędi? *Sed est intelligendum secundum præparationem animi, secundum quod dicit Aug. li. de sermone domini in monte, quia homo debet habere animum pręparatum ad sustinendum percussionem in illa maxilla antequam suscitaret scandalum vel aliquid aliud contra charitatem.*

8 Qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. *Eo modo intelligendum est secundum pręparationem animi in casu consimili. Non autem in casu, in quo ex tali permissione nutriretur rapiēs in malicia sua, imò in tali casu non esset bonum sustinere, nisi propter scandalum vel aliquod aliud maius malum euitandum.*

9 Omni autem petenti. *Scilicet, donum, vel verbum, secundum quod dicit Aug. Quia si irrationabiliter petat, tribuendum est ei verbū, ostendendo quod irrationabiliter petat. Et tunc sicut dicit Aug. Melius ei aliquid dabis, cum iniustè petentem correxeris. Si autem rationabiliter petat, tribuendum est ei donum quod petit. Et si sit in necessitate extrema positus, talis datio cadit sub præcepto. vnde dicit beatus ambro.* Pasce fame moriētē, si nō pauisti occidisti, *alias est supererogationis.*

10 Et qui au. *Scilicet, in iudicio. Et hoc intelligendum est secundum præparationem animi, sicut dictum est de auferente vestimentum.*

11 Et prout vultis. *Hoc intelligitur de velle rationabili & ordinatio tantum.* 12 Et vos fa. *Istud facere in casu necessitatis est præcepti, in alijs supererogationis.* 13 Et si. di. e. qui vos. *Tantummodo.*

14 Quæ vo. est gratia. *i. merces à Deo reddenda in æterna vita? q. d. Nulla, quia talis dilectio non procedit à charitate quę se extendit ad omnes homines, & ideo non est meritoria.* 15 Et si. *Eodem modo exponendum est, quia beneficentia est effectus dilectioni[…] vt prędictū est.*

16 Et si m. *Eodem modo exponendum est.* 17 Nam & p. *id est, dant mutuum, quod patet ex hoc quod subditur:* 18 Vt reci. æqualia. *Non vltra sortem sed mutuum æquale si voluerint petere.*

6 Et — Veruntamen

Duo sunt genera beneficij. Vel cum beneuolè donamus quod damus. Vel cum redditurо commodamus.

a *Veruntamen*. Postquam dilectionem & mutuum beneficium peccatorum quasi infructuosa redarguit, Nunc qualiter hæc à fidelibus fructuosè fieri, debeant, ostendit quasi dicat: Quamuis peccatoribus nō prosit talis dilectio & mutuum beneficium, tamen vos diligite, non tantum ductu naturæ, sicut illi amicos, sed altiori gradu virtutis inimicos. Philosophi in tres partes diuidunt iustitiam. Vnam in Deum quæ pietas dicitur. Alteram in parentes, vel reliquum humanum genus. Tertiam in mortuos, vt his exequiarum iusta soluantur. Sed dominus legis oraculum, & prophetiæ fastigium supergressus, in eos quoque qui læserint pietatis porrexit officium.

Iustitię partes tres secundum philosophos.

b *Nihil inde sperantes, & erit*. Non in hominem spē mercedis figentes. Qui siue reddat quod commodastis, reddet tamen & Deus quo iubente fecistis, siue non reddat, hæreditas vestra in æternum erit.

†Pressam & concussam. †Matt.7.a Marci.4.c. †Mat.10.c Ioh.13.b. †Mat.15.a.

a æqualia, verumtamen diligite inimicos vestros, & benefaci- 1
¶ Vltra sortem. ¶ In cœlo.
b te, & mutuum date nihil inde sperantes, & erit merces ve- 2
a ¶ Dedit eis potestatem filios Dei fieri. ¶ Cohæredes Christi.
strа multa, & eritis filij altissimi, quia ipse benignus est † su- 3
c per ingratos & malos. Estote ergo misericordes, sicut & pater 4
a ¶ Non tantum in largitate beneficiorum sitis misericordes, sed etiam in iudicando.
d vester misericors est. Nolitè iudicare, & non iudicabimini. † 5
¶ A Deo. a ¶ Iniurias. ¶ Et quædam aperta.
Nolite condemnare, & non condemnabimini. Dimittitē, &
a ¶ Peccatum vestrum. b ¶ Beneficia. c ¶ Vita æterna. d ¶ Vtilem.
e dimittêtur vobis. Dâte, & dâbitur vobis. Mensuram bonam 6
a ¶ Id est, plenam. b ¶ Conquassatam. c ¶ Erunt causa vt Deus det, quia occasio promerendi, fuerunt. 7
& † confertam & coagitatam, & supereffluentem dâbunt in 8 9
f sinum vestrum. † Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, 10
g remetietur vobis. Dicebat autem illis & similitudinem: † 11
h ¶ Stultus stultum docere. ¶ In perditionem. 12
Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in 13
a ¶ Apostolus homo fragilis. b ¶ Christum Deum omnipotentem.
foueam cadunt? † Non est discipulus super magi- 14 15
i strum. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister 16
a ¶ Leuius crimen, vel quicquid turbat oculum mentis. 17
k eius. † Quid autem vides festûcam in oculo fratris 18

c *Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est*. Pluit super malos, prouentus terra non negat, idem sol bonos & malos illuminat.

MYSTICE. Populum Iudæorum propheticis pluuiis irrigat & non merentibus radius æterni solis refulsit. Si ergo illi crediderint, estote eis misericordes, docendo, & extollendo, & nolite temere iudicare, ne quis sui conscius delicti, in alterum cogatur ferre sententiam.

d *Nolite iudicare*. Sunt quædam media & incerta quo animo fiant, quia benè & malè possunt fieri. Nescimus etiam qualis futurus est, qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare, eúmque quasi abiectum reprehendere temerarium est.

De apertis quæ bono animo fieri non possunt, permittitur nobis iudicare.

Homil.24. in Matth.

✠ CRYSOSTOMVS. Non iudices præcedentes te, id est, qui discipulus es magistrum, peccator innocentem, quos non oportet increpare, sed monere & charitatiuè corrigere: nec etiam iudicandum est in incertis & qualibuscúnque, quæ nec similitudinem habent peccati, aut quæ non sunt grauia neque prohibita.

e *Mensuram bonam*. ✠ THEOPHYLACTVS. Quasi dicat, sicut si farinam sine parcitate mensurare velles conferres eam, coagitares & supereffunderes abundè, sic dominus mensuram magnam & supereffluentem dabit in sinum vestrum.

† & pluit †Matt.7.a.

f *Eadem quippe*. Generaliter de omnibus potest accipi, quę mente, manu, lingua aguntur, quia secundum opera singulorum reddet Deus.

Eadem quippe. AMB. Non iniqua mensura rependet Deus, sed est ac si dicat. Ipsa temeritas iudicandi & iniqua mensura tibi nocet, te punit, & sæpe non illum de quo hoc agis. Vel si rectè iudicas & metiris, tibi prodest, te saluat, & si aliquando non illum cui hæc impedis.

†Matt.15.b

g *Dicebat*, Per quam inuitat ad eleemosynam dandam & ad dimittendam iniuriam.

h *Nunquid potest*. Si contra violentum ira te cæcauerit. Si contra petentem auarus eris, nunquid vitiata mente tua, vitium eius curare poteris? Nec solum qui tibi iniuriam fecit, sed etiam tu qui ferre nescis, reus eris. Sed si improbitas illius te tranquillum inuenit, & ille pœnitebit, & tu de patientia coronaberis, quia cæcū vidente oculo id est, sereno corde ad lumen ducere curasti.

✠ THEOPHY. Quasi dicat, si tu alium iudices, & ipse in eisdem peccas, nonne assimilaris cęco cæcum ducenti? Quomodo enim ille à te ducetur ad bonum, cum & tu pecces? Non est enim discipulus supra magistrum. Si igitur tu peccas, qui te magistrum putas, vbi erit qui à te disciplinatur & ducitur?

i *Sicut ma*. Deus non suas vlciscitur iniurias, sed tolerando persequutores mitiores reddere voluit, discipuli qui homines sunt, hanc regulam perfectionis debent imitari.

k *Quid au*. Verè peccans peccantem castigare non valet, quia qui super-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Verumtamen dili. inimi. *Nihil extra sortem, nec seruitium, nec aliud, sed ex charitate quæ est principium, & ratio merēdi apud Deum.*

2 Et mutuum date nihil inde spe. *Hoc est iam expositum suprà, ideò subditur.*

3 Et erit mer. &c. & eritis fi.al. *Quia sola charitas diuidit inter filios regni & perditionis.*

4 Estote misericor. &c. *Deus enim reuelat miserias nostras, non expectando aliquid à nobis, sed propter suam bonitatem. Sic homo debet moueri ad releuandum miseriā proximi propter amorē bonitatis diuinę.*

5 Nolite iudicare, *Qualiter autem iudicium sit peccatum, dictum fuit Matth. 7.*

6 Date & dabitur vo. *Scilicet bonum natura, fortuna, gratia & gloria, dum tamen datio fiat ex charitate, ideò subditur:*

7 Mensuram bo. *Quantum ad bona fortunæ, quæ aliquando conferuntur propter opera pietatis.*

8 Et confertam, *Quantum ad bona naturę sicut sanitas & huiusmodi, quę etiam aliquando conferuntur propter opera pietatis.*

9 Et coagita. *Quantum ad bona gratię.*

10 Et supereffluen. *Quantum ad bona gloria, & ideò dicit Apostolus 1. ad Timo.4.c.* Pietas ad omnia valet, promissionem vitę quæ nunc est habens & futurę.

11 Eadem quippe mensura, &c. *Quia secundùm quod opera pietatis sunt maiora, & retributio diuina. Ista tamen maioritas non est, attendenda semper secundùm magnitudinem operis exterioris, sed magis secundùm magnitudinem interioris affectus. Vnde & Marci 12. vidua quæ dua quę misit duo minuta in gazophylacium secundū testimonium Saluatoris dicitur plus misisse, quā multi diuites qui magna dona miserāt.*

12 Dicebat autem il. *Hic consequenter inducit Saluator exemplum ad virtutes perficientes intellectum, quę sunt sapientia de diuinis, & scientia de humanis, inquantum ordinantur in Deum. Et istę virtutes potissimè requiruntur in prælatis et rectoribus aliorum, cuiusmodi futuri erant apostoli, & alij Christi discipuli, & eorum successores, Scilicet episcopi & sacerdotes curati, et hoc est quod dicitur:*

13 Nunquid potest cæcus, &c. *Id est, carens scientia et sapientia.*

14 Cæcum ducere. *Id est ignorantem dirigere, quasi dicat: Non, ideo subditur:*

15 Nonne ambo in foueā cadunt? *Id est, in trangressionem, peccatū, quasi dicat: Sic, Vnde Gregorius in pastorali:* Cū pastor per abrupta graditur, cōsequēs est vt grex ad præcipiū sequatur, *ideò sequitur.*

16 Non est discipulus super Magistrum. *Et ideo non est mirum, si ipsum sequatur, vnde sequitur:*

17 Perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius, *Quia si assimiletur bonò magistro, erit perfectus secundùm veritatem. Si autem malo, erit perfectus secundùm quandam transsumptionem, eo modo loquendi, vt dicitur quintò Metaphysices. Sic autem transferentes et ad mala, dicimus calumniatorem perfectum, et latronem perfectum: quoniam et bonos dicimus ipsos, et latronem bonum, et calumniatorem bonum. Et quia prælatus et rector malus non habent frontem corrigendi, ideò subditur:*

18 Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ. *Hoc expositum est Matth.7.*

superbia vel odio vel alio vitio præuenti, leuia hæc vel nulla iudicantes, grauiter increpant illos quos à statu mentis vident, vel ira vel aliquo leui peccato perturbatos, hi tales amant magis vituperare & condemnare, quàm corrigere & emendare.

a *Non consideras.* Apertus oculus malè videt, scilicet iactantiam sui, dũ aliis vult mederi, sed cæcus se nõ valet intueri dum in hoc deterius cadit.

b *Hypocrita.* Si quem vis reprehendere, primum vide si similis ei sis. Quod si es, pariter ingemisce & noli eum tibi obtemperare, sed pariter conari mone. Quod si non es similis, tamen quia olim fuisti, vel esse potuisti, condescende, & non ex odio sed misericordia argue. Raro ergo non sine magna necessitate sunt obiurgationes adhibendæ, & nõ nisi respectu Dei, remota ab oculo trabe.

Obiurgationes non sine magna necessitate adhibendæ sunt & quo modo.

† fructum marcidum

†Mat. 12. c.

*cordis sui

Hi enim odio vel liuore omnia accusare suscipiunt & volunt videri consultores, sine exemplo suæ emendationis. Sed prius debent auferre trabem inuidiæ, vel malitiæ, vel simulationis de occulto sui cordis, vt valeant eiicere festucam iræ vel alicuius liuoris culpæ de oculo fratris.

¶ Grauius crimen. ¶ Intentione. ¶ Non potes minus, vt iram in fratre emendare, donec maius, vt odium, vel inuidiam pepuleris de corde tuo.

a tui, trabem autem quæ in oculo tuo est non consideras? Aut b quomodo potes dicere fratri tuo, frater, sine eiiciam festucam de oculo tuo, ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocri- a ¶ Non enim est prius doctor alij idoneus mederi, qui nondum se sanauerit. ta, eiice primum trabem de oculo tuo, & tunc percipies vt e- ¶ Voluntas. c ducas festucam de oculo fratris tui. † Non est enim arbor ¶ Opera. ¶ Voluntas. ¶ Opera. d bona quæ facit † fructus malos, neque arbor mala faciens e fructum bonum. f Vnaquæque enim arbor ex fructu suo cog gnoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus, neque de ¶ Sed. a ¶ Intentione cogitationis. rubo vindemiant vuam. † Bonus homo de bono thesauro 1 a ¶ Prouentum operis. ¶ Thesaurus cordis idem est quod radix arboris, quod de corde profertur, idem est quod arboris fructus. h cordis sui profert bonum, & malus homo de malo thesauro 2 a ¶ Quasi ex thesauro. b ¶ Deo etsi non hominibus. i k * profert malum. † Ex abundantia enim cordis os loquitur. 3 l Quid autem vocatis me, domine, domine, & non facitis quæ 4 ¶ Per fidem. ¶ Cum deuotione. m dico? Omnis qui venit ad me & audit sermones meos & facit 5 a ¶ Ipsi Christo mediatori. eos, ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædifi- ¶ Ecclesiam, in qua perpetuo manet. n o canti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamenta supra

ferre fructum noui hominis. Quod si quando facta vel dicta malorum prosunt bonis, non hoc faciunt mali, sed fit de illis consilio Dei.

h *Prof. bo.* Diligit inimicũ. Omni petenti tribuit, & huiusmodi.

i *Profert malum, &c.* Odit amicum, aufert aliena, non dat sua, & huiusmodi, quæ Deus iudicat secundum intentionẽ cordis: Et verè, quia de bono vel malo corde procedit, bonus vel malus debet iudicari fructus, quia ex abũdãtia cordis quod interius latet, loquitur os, id est procedit exterius effectus, tam in verbis quã in factis. Hoc est quãtũ ad diuinum examen cui loquitur os cordis, quia ex qua intẽtione verba procedunt, non ignorat. Quia etiã verba quæ exteriùs bona videntur, quia ex mala radice procedunt, non bona esse iudicat, vnde subdit: *Quid autem voca me do.* Q. d. Quid folia rectæ confessionis vos germinare iactatis, qui nullos boni operis fructus ostenditis.

†Mat. 7. c.

†Mat. 7. d.

k *Ex abundantia.* Per oris loquutionem, vniuersa quæ actu vel cogitatu de corde proferuntur, dominus significat. Nam & verbum pro facto solet poni, Vnde: *Non fuit verbum, quod non ostenderet eis.*

Isa. 39. b.

✠ Chrysostomus. Naturalis consequentia est, vt cùm intus abundet nequitia, effluant ore tenus verba nequam. Vnde cum audieris hominem inhonesta proferentem, non tantum in eo putes latere malitiam, quanta verbis exprimitur, sed coniecta fontem riuo vberiorem.

Hõ. 43. in Matth.

c *Non est.* Arbor bona vel mala, non natura, quæ à Deo in omnibus bona creata est, sed bona vel mala voluntas: Fructus, opera, quę nec bona malæ voluntatis possunt esse, nec mala bonæ voluntatis.

d *Neque arbor.* Si veram vis habere iustitiam & non fictam, quæ verbis ostendis, factis imple, vt sis bona arbor, & bonis fructibus orneris. Quia etsi fingat hypocrita, non est bonus qui facit opera mala, & si reprehendit insontem, non ideo malus est qui facit opera bona. Et nota, quod de manifestis hic agitur.

e *Vnaquæque enim arbor ex fructu suo.* Mali suo fructu noscuntur, dum bonos opprimunt, & Deum si non verbis, blasphemant factis: Et maximè per impatientiam dignoscuntur in tempore aduersitatis. Ieiunia enim & oratio, & huiusmodi sunt simulatis vt & bonis: Sed non debent oues pelles suas deponere etiam si aliquando lupi eis se contegant.

f *Cognoscitur.* Non à veste, sed ab operibus quæ fiunt ab eis, cognoscuntur. Quia vt spina non facit vuam, sic bona arbor bonũ, mala malum, & non è conuerso.

g *Neque enim de spinis.* Non de spinis, id est, solicitudinibus mundi, ficus, id est, dulcedo resurrectionis, neque de rubo, id est, punctione vitiorum, vua, id est, fructus animæ. Quæ sicut vua proxima terrenis, corrumpitur, in superioribus maturatur. Vel de carne quæ generat spinas & tribulos, non vindemiamus Christum, qui sicut vua pependit in ligno.

Spina & rubus, hæreticis, à quibus nullus sapientium sanctitatem vel virtutem poterit inuenire; sed conscindunt & cruentant approximantes. Vel spinæ & rubi, curæ seculi & punctiones vitiorum. Vua & ficus, dulcedo nouæ conuersationis quam Christus in nobis esurit, & feruor dilectionis qui lætificat cor hominis.

Non de spinis & rubis vua vel ficus, quia mens adhuc hominis veteris pressa consuetudine, potest quidem simulare, sed non ferre

l *Quid.* Hęc vocatio videtur fructus bonæ arboris, sed quia non procedit de pinguedine charitatis, Deus non bonum iudicat. Quæ autem bonorum malorúmve fructuum vera discretio sit, sub alia figura supponit: *Omnis qui ve. &c.*

m *Omnis qui ve.* Postquam de apertè malis, de verè & simulatis bonis diu disputauit, bonos auditores verbi sibiipsis, malos diabolo assimilat. Quia sicut Christus variis hominum personis vnam ecclesiam construit, erudit, gubernat, in vitam æternam perducturus: Sic bonus auditor variis virtutibus supernam sibi mansionem ædificat in futuro cum Christo de dedicatione lætaturus. Et sicut diabolus obedientes sibi de cœlis ad terrena & ad peccata trahit, vbi non est fundamentum, quia malum est sine substantia, & semper in deteriora pręcipitat, sic malus auditor, siue sit initiatus mysteriis Christi, siue ex toto alienus, quasi in puteum sine fundo præcipitatus, non inuenit vbi se retineat, sed cum venerit in profundum malorum, contemnit.

Christus & diabolus sibi obedientes diuerso fine remunerant.

n *Fodit in altum.* Fodit in altum qui præceptis humilitatis terrena omnia de suorum cordibus funditus eruit, ne propter aliquod fluxibile Deo seruiat, vt inconcussam in eis habeat mansionem.

o *Posuit fund.* Fundamenta pluraliter, doctores, singulariter fundamentum, doctor doctorum Christus.

Moraliter. Fundamenta domus, intentiones bonæ conuersationis, quas per humilitatem Christianam exhaustis superuacuarum cogitationum ruderibus perfectus auditor in se inserit, hoc in se spiritualiter agens, quod Christus in vniuersa ecclesia generaliter agit.

Inundation

NICOLAVS DE LIRA.

1 Bonus homo de bo. *Cui thesaurus est scientia & virtus.*

2 Profert bonum. *Per doctrinam sanam & vitam exemplarem.*

Philosoph. 3 Ex abundantia. *Quia secundum quod dicitur 1. Perihermenias. Voces sunt notæ, id est, signa earum passionum quę sunt in anima. Et quia mali rectores dicunt se esse vicarios Christi, subditur.*

4 Quid autem. *Q. d. talis authoritas non cedet vobis ad vtilitatem, sed magis ad damnationem.*

5 Omnis. *Postquam saluator præmisit suam instructionem, hic consequenter inducit ad eius conseruationẽ, & patet litera ex dictis Mat. 7.*

NICO-

a *Inundatione*. Hanc inundationē alibi portas inferi appellat. *Et porta inferi non præ. ad. eum.* Hæc inundatio tribus modis fit, quia tentatur quisque à propria concupiscentia, vel falsorum fratrum improbitate, vel aperta exteriorum impugnatione.

b *Illisum*. Potest per impetum fluminis, extremi iudicij discrimē intelligi, quādo ecclesia vtraque est consummata. *Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.*

c *Domui illi.* Singulæ nostræ domus, quotidie, vel immundorum spirituum vel improborum hominum, vel suæ ipsius mentis vel carnis inquietudine pulsantur. Et quantum proprijs viribus fidunt, inclinantur; quantum inuictissimę petrę adhęrent, labefactari nequeunt.

d *Supra terram, &c.* Diabolus mundum qui in maligno positus est super terram ædificat, quia ad terrenorum amorem trahit. Sine fundamento ædificat, quia peccatum in propria natura non subsistit, quia malum substantia non est, quod tamen vbicumque fit in bona natura coalescit vel fine fundamento, id est, sine fundo. Sicut ergo qui in puteo mergitur, putei in fundo retinetur, sic anima lapsa quasi in quodam loco fundi consistit, si in aliqua peccati mēsura se retinet. Sed cum peccato in quo labitur non potest esse contenta, dum ad deteriora quotidie ducitur, quasi in puteo quo concidit fundum quo figatur non inuenit.

e *Concidit & facta est ruina domus illius magna.* Omnis conscientia, quæ spe fixa in Deum non permanet, in tentationibus non valet persistere, & tantò plus agitur, quantò plus in illis quæ mundi sunt à superioribus disiungitur. Et verè omnes mali vel ficti boni ingruente qualibet tentatione, peiores fiunt.

Matt. 16. c. — Infra. 14. c. — † ædificāti. — 1. Io. 5. d. Super terrā ædificans. sine fundamēto ædificat. — † firmam.

a ¶ Petra erat Christus, cuius fidei & dilectioni ecclesia sancta nihil præponit. b ¶ Persecutione insurgente. c ¶ Vniuersæ impulsiones. ¶ Fluminis impetus læti. c. Dei. san. ta. fu. al. Deus imme. e. non commouebitur. ¶ Non in terrenis. d ¶ Ædificationi virtutum.

pêtram. Inundâtione autem facta illisum est flûmen dômui illi, & nôn potuit eam mouere. Fundata enim erat supra † pêtram. Qui autem aûdit & non facit similis est homini † qui ædificat domum suam supra terram sine fundamento: in qua illisus est fluuius, & continuò concidit, & facta & rûina domus illius magna.

a ¶ Potest irruere sed non diruere. ¶ Quod stat, non sibi, sed Deo tribuitur. a ¶ Quæ ergo cadit non ædificatur in Christo. b ¶ Exterius, & ideo non habet excusationem. ¶ De quo dicitur, Inimicus homo hoc fecit. a ¶ Quia monita salutis contempsit. ¶ Vt in ignem æternum.

CAP. VII.

a *Cum autem im.* Pulchrè vbi præcepta compleuit, formam docet suorum exequendi præceptorum. Nam statim gētilis Centurionis seruus Domino sanandus offertur, in quo Gentiles qui mūdana seruitute ægri tenebantur, beneficio Dei saluandi exprimuntur.

b *Intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiusdam seruus male habens, &c.* Non ante intrauit quam verba terminasset, & si statim post hæc verba non intrauit. Priusquam enim intraret, in ipso interuallo mundatus est leprosus, vt Matthæus ponit.

c *Misit ad eum seniores, &c.* Diuina prouidentia seniores Iudæorum mittuntur, & eis præsentibus languidus sanatur, vt inexcusabiles sint si credere noluerint.

Centurio amicos mittit, ne præsentia sua verecundiam Domini grauare videretur, & officium officio prouocasse. Significat autem, quia nos qui de Gentibus credimus ad Dominum, non ipsi venire possumus quem in carne videre non possumus, sed ad residentem in dextera patris. Gentilis populus quasi Centurio stipatur milite virtutum & spiritualium perfectione quæ in centum significatur. Sublimis, nihil terrenum à Domino sibi suisque requirēs, sed sola æternæ salutis gaudia: Et hi pro seruis, id est, pro his qui adhuc spiritu seruitutis in timore premuntur, domino supplicant, vt eis paulatim ad superiora prouectis, *perfecta dilectio foras mittat timorem.*

Matthæus dicit, Centurionem accessisse, quod per fidem intelligendum est. Per fidem enim verè ad Deum acceditur, quæ in Centurione à Domino commendatur: *Non inuenit tantam fidem in Israel.* Porrò Lucas ordine quo gestum est exequitur, vt intelligere cogeremur, quomodo eum accessisse dicit Matthæus.

Matth. 8. a. — † cōplesset. — 1. Ioā. 4. d. — Matth. 8. a.

CAPVT VII.

a ¶ Stans in loco campestri.

Cvm autem † implêsset omnia verba sua in aures plêbis, intrâuit Capharnaum Centurionis autem cuiusdam seruus male habens erat môriturus, qui illi erat preciosus. Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorum, rogans eum

a ¶ Ad quam descenderat. b ¶ De cacumine montis. a ¶ Nisi fide precantis Deum, & miserantis Christi pietate fuisset vitæ redditus. In quo notatur quod sic inimicos dilexit, vt morti eriperet, & spem salutis perpetuæ daret.

a *Gentem*

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VII.

Cvm autem im. *Postquam descripta est Christi instructio, hic consequenter ponitur eiusdem instructionis confirmatio, & primò signo sensibili, secundò facto inuisibili, ibi:* Rogabat autem illum. *Prima in duas, quia primò describuntur quędam miracula facta coram turbis, secundo, coram discipulis Ioannis, ibi:* Et annunciauerunt Ioanni. *Circa primum ponuntur duo miracula, primum est de seruo Centurionis sanato, secundum de filio viduæ resuscitato, ibi:* Et factum est deinceps. *Sententia prima partis patet ex dictis Matthæi octauo exceptis quæ sequuntur.*

Diuisio

2 Erat moriturus. *Ex illa infirmitate nisi per Christum fuisset sanatus.*

3 Qui illi erat preciosus. *Id est, charus & dilectus & propter hoc vocatur eius filius, Ioan. 4. secundum Chrysostomum. Alij tamen dicunt, quod fuit alind miraculum ab isto, & etiam alia persona curata hic & ibi, vt ibidem plenius dicetur.*

4 Misit ad eum seniores Iudæorum. *Matth. 8. dicitur quod ipsemet accessit ad Iesum. Sed non est intelligendum in persona propria, sed quia accessit per amicos & nuncios. Quod enim per amicos facimus, facimus, quodammodo per nosipsos.*

1 Vt ve-

MORALITER.

† 1 *Cum autem implesset omnia verba sua in aures plebis intrauit.* Sequitur.

† *Centurionis autem cuiusdam seruus male.* Per istum Centurionem significatur ratio vel intellectus, cuius seruus est appetitus sensitiuus, qui debet obedire rationi, vt dicitur. 1. Ethicorum, sed ex corruptione naturæ, infirmus est ad obediendum, propter quod homo per rationem cognoscens hanc infirmitatem in suo appetitu sensitiuo per se & per alios rogare debet Deum, vt sanet seruum suum. Et quoniam humilitas rogantis pro se, plus aliquando placet Deo, quàm preces aliorum, ideo subditur.

a *Gentem nostram.* MYSTICE. Gentilis populus (cuius figuram gestat centurio) non longè habet à domo Iesum, tametsi sub tecto inuitare non audet, quia, *prope timentes eum salutare ipsius.* Qui naturali lege rectè vtitur, vt bona quæ nouit operatur, eò illi qui vere bonus est appropiat. At illis quos errore gentilitatis crimina vinxerant, aptari potest, quod alibi dicitur: *Quidam enim ex his de longè venerunt.*

Mat. 8. a. † studiosè, sedulò.

b *Iesus autem ibat.* Solo verbo potenter curaturus, ad humilitatis commendationem visitare dignatur languentem, & qui ad sanandum reguli filium ire noluit, ne diuitias honorasse videretur, ad seruū vadit, nè seruilem conditionē spreuisse putaretur. Elucet fides in operibus dum sanat, sed plus operatur humilitas in affectibus, dum vadit.

† Mat. 8. a. 23. q. 1. c. noli. De conse. dis. 2. c. quotidie. Ioan. 4. g.

c *Non sum di.* Propter vitæ gentilis cōscientiam, grauari se magis dignatione putauit domini quam iuuari, nec posse habere hospitem Christum, cuius etsi fide præditus, nondum tamen sacramentis imbutus. Sed quia quod infirmitas humana non præsumit, diuina gratia dare nouit in figuram gentilis populi, & suam fidem nondū cathechizatus à Domino laudari & famulum sanari promeruit.

* eum.

vt veniret, & sanaret seruum eius. At illi cùm venissent ad Iesum, rogabant eum † sollicitè dicentes ei: Quia † dignus est vt hoc illi præstes: Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cùm iam non longè esset à domo, misit ad eum Centurio amicos,

a ¶ Militari tumore deposito, reuerentiam sumit, ad fidem facilis, ad honorificentiam promptus.

dicens † Domine, noli vexari. Non enim sum dignus, vt sub tectum meum intres, propter quod & meipsum non sum arbitratus dignum, vt venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic vade, & vadit, & alio veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit. † Quo audito Iesus miratus est *: & conuersus sequentibus se turbis dixit: † Amen dico vobis, nec in Israel tantum fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Et factum est deinceps, ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibant cum illo discipuli eius, † & turba copiosa. Cùm autem appropinquaret portę ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius † vnicus matris suæ.

¶ Magna fides quæ Dei dicere, credit esse facere.

¶ Ita Angeli tibi seruiunt.

a ¶ Quod suam intelligit maiestatem.

¶ Non vt turbati animi, sed docentis nos, quos opus est moneri de huiusmodi mirari.

a ¶ Præsentis temporis. Inuenit enim in antiquis.

b ¶ Et si à Prophetis edocti.

TITVS BOSTR. EPISC. Post sanatum Centurionis seruum ad demortui adolescentis exuscitationem se confert, ne scilicet nonnulli quādoque proderent, qui dicerent, Centurionis seruum non fuisse moriturum. Et quamuis Euangelista oppositum scribat, dicere tamen poterāt, magis illum spectasse ad gratiam quā ad veri narrationem.

† idoneus, sufficiens.

i *Quę vocatur Naim.* Naim, est ciuitas Galilææ in secundo miliario à Thabor contra meridiem iuxta Endor, qui est vicus grandis. Naim autem interpretatur fluctus vel cōmotio.

† Quibus auditis.

† Mat. 8. b.

k *Cum autem appropinquaret porta ciuitatis, &c.* BEDA. Cum verbum caro factum, gentilem populū per portas fidei ad cœlestem Hierusalem induceret, ecce Iudaicus populus minor, propter perfidiam defunctus effertur, quem mater ecclesia nil in mūdo quasi proprium possidens, multis populorum turbis circumsepta, pio affectu plorat, & ad vitam piis lachrimis reuocare laborat. Quod & interim in paucis Iudæorum conuersis, & tandem in plenitudine imperat.

† multi.

† vnigenitus.

Hom. 27. in Matt.

CHRYSOST. Quomodo, inquies, Mattheus non esse dignum dixisse scribit sub cuius tectum dominus introiret, Lucas verò misisse, vt iret? Duo hic nobis Lucas, vt mihi quidem videtur, ostendit: quanta sit Iudaica adulatio, & quòd calamitate oppressi homines modo hoc modo illud consilium anteponunt. Quare verisimile mihi videtur, cum voluisset ad Iesum proficisci centurio, detentum à Iudæis fuisse, qui ei assentarentur & dicerent: Nos ibimus & adducemus ipsum, quod ita esse perspicies, si plenam assentationibus orationem eorum diligentius considerabis. *Diligit enim.* aiunt, *gentem nostram.*

d *Nam & ego.* Si ego homo sub alio possum imperare minoribus, quantò magis tu qui super omnia habens famulantes Angelos, potes per eorum ministeria sine corporis præsentia dicere infirmitati vt recedat, & recedet, & sanitati vt veniat, & veniet.

e *Nec in Israel.* Fides istius etiam electioribus & Deum videntibus antefertur. Etiam in isto vno, fides gentium præfertur Israeli.

Mat. 8. b.

f *Et reuersi sunt.* Matthæus planius explicat, quod dicente Domino. *Sicut credidisti fiat tibi, sanatus sit puer.* Sed mos est beato Lucæ ab alijs planè exposita breuiare, vel etiā de industria pręterire quæ breuiter dicta ab alijs, vel omissa solertius dilucidare.

g *Inuenerunt ser.* Credente Domino sanatur seruus, quia potest meritum Domini etiam seruis suffragari, non tantum fidei merito, sed etiam studio disciplinæ.

h *Et factum est, &c.* Post sanatum infirmum suscitat mortuum, quia infirmitas præcedit mortem.

l *Ecce defunctus efferebatur, &c.* Defunctus, qui coram multis extra portam effertur, significat criminaliter peccantem, & peccatum non cordis cubili tegentem, sed indicio operis vel locutionis, quasi per ostia suæ ciuitatis aliis propalantem. Quem sicut vnicum defleet mater ecclesia, quæ licet ex multis collecta personis, vna est tamen virgo mater ecclesia, singuli autem filij. Porta qua effertur, aliquis est de sensibus quo aliquis in peccatū corruit. Vt qui videt ad concupiscendum, qui autem otiosis vel turpibus audiendis, qui linguam commodat litigiis.

m *Filius vnicus matris suæ.* AMBROSIVS. Adam de terra portatur à quatuor elementis, vnde homo constat. Tangitur loculus à Deo, id est, lignum crucis quia periit Adam per lignum paradisi. Homo à terra portatur, quando sola terrena cogitat, vel quando æger est, & ambulare non potest. Ab aqua portatur, quando luxuriari cogitat, vel quando præ nimio frigore corpus tangi non potest. Ab aere portatur, quando omnia pro laude humana facit, vel quando pro ægritudine flare non potest. Ab igne portatur, quando auariciam cogitat, vel quando pro nimia febre tangi non potest.

Homo quatuor elemētis portatur & quomodo.

Et tun.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt veniret & sana. *Centurio non rogabat, vt veniret ad sanandum, vt patet ex litera sequenti: sed seniores Iudæorum missi hoc petierunt præter Centurionis intentionem, credentes quod solo verbo posset eum curare absque præsentia corporali.*

2 Diligit enim. *Id est, Iudæos. Ex quo patet, quod erat gentilis positus ibi ad custodiam terræ à principibus Romanis.*

3 Et sinagogam ipse ædificauit. *Licet enim haberent vnum locum tantum ad offerendum sacrificia et oblationes, scilicet tēplum quod erat in Ierusalem, tamen in singulis ciuitatibus & castris habebant loca, in quibus conueniebant causa orationis & audiendi verbum Dei quę sinagoga vocabantur.*

4 Inuenerunt seruum qui languerat sanatum. *Ex verbo Christi absentis, vt habetur Matth. 8.*

5 Et factum est deinceps. *Hic consequenter describitur miraculum de filio viduæ resuscitato.*

6 In ciuitatem quæ vocatur Naim. *Ciuitas parua est in Galilæa prope montem Thabor.*

7 Et ibant cum illo discipuli eius & turba. *Hoc factum est, vt euidentius esset miraculum coram multis factum.*

8 Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ. *Ad sepeliendū. Antiquitus enim loca sepulturę erant extra ciuitates, ne ex cadaueribus interficerentur habitatores ciuitatum*

Misericor-

MORALITER.

† *Nec in.* Et sic puer eius sanatur.

5 *Et factum.* Sequitur.

8 *Ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.* Per istum functum significatur mortuus per mortale peccatum. Eius mater est ecclesia. Portitores huius funeris, sunt facto vel verbo fouentes hominem in peccatis. Porta per quā effertur mortuus, est exterior sensus peccati manifestatiuus. Isa. 3. b. *peccatum suum quasi Sodoma prędicauerunt, nec absconderunt.* Talis enim mortuus per peccatum mortale suscitatur misericorditer à Deo per preces ecclesiæ.

† Et nun-

a ¶ Vidua est ecclesia quæ sponsi morte redempta, ab ipso peregrinatur tempore sui incolatus.

a Et hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam

a ¶ Misericordia monetur. Ecce imitandę pietatis exemplum. Postea suscitat, in hoc fides mirandę potestatis astruitur.

cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit 1

a ¶ Mortuum quem mox resurgere videbis.

b illi: Noli flere. Et accessit & tetigit loculum. Hi autem qui- 2 portabant steterunt, & ait: † Adolescens tibi dico surge. 3

a ¶ Interna compunctione reuiuiscens. b ¶ Eis qui peccatum luxerant, vitam reducere indicans.

c Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui, & dedit illum 4

a ¶ Sacerdotali iudicio, sociatus communioni ecclesię. ¶ Quanto desperatior mors animę ad vitam reuocatur, tanto plures eodem corriguntur, & pietas Domini maior intelligitur.

matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes: Quia propheta magnus surrexit in nobis, & 5 d quia Deus visitauit plebem suam. † Et exiit hic sermo in 6 vniuersam Iudæam de eo, Et omnem † circa regionem. Et 7 nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et con- e uocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, di-

¶ Hoc dicite.

cens: † Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Cum autem venissent ad eum viri, dixerunt: Ioannes Baptista misit nos ad te, dicẽs: Tu es qui venturus † es, an aliũ expectamus? In ipsa autem hora curauit multos à languoribus & † plagis, & 8 f spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum. Et respondens 9

†Adolescentule. †Mat. 11. a. †circumiacentem. † erat. † flagellis.

A a *Et tur.* Multi cum Domino, multi cum vidua, vt viso miraculo multi Dei laudatores & testes fiant.

b *Tetigit loculũ.* Loculus quo effertur, secura desperati peccatoris est conscientia, quę ferunt sepeliendũ vel immunda desideria vel adulãtium blandimenta, quę quasi ager terræ peccantes obruunt. Sed Domino tangente conscientiam peccatoris, futuri metu iudicij turba carnalium voluptatum, & iniustarum laudationum coercetur, & mens ad se reuersa, Deo vocanti ad vitam occurit, & respondet obediẽdo saluatori.

B Loculus quo defertur, corpus est humanum. Portatores, sunt mali mores, qui ipsum corpus ad mortem trahunt. Sed Iesus loculum tangit, cum fragilem naturã in ligno crucis erigit. Tunc stant funeris portatores, quia non valent sicut prius ad mortem trahere, tunc loquitur Iesus, id est, monita salutis infundit. Quo verbo audito languidus ad vitam erigitur, & loquitur de eo bonis actibus, & sic redditur matri.

Erat

Mat. 5. c. Lucæ 7. c. Ioan. 11. f.

Tetigit locu. ✠ Titvs Bost. Epic. Loculum tetigit, quia voluit vt hinc disceremus corpus Christi Dei nostri corpus vitæ esse, eiusdémque carnem vnigeniti filij Dei, verbiq; cunctipotentis carnem. Nam cum caro eius, illi effecta sit propria, qui viuificat omnia, fit vt ipsa quoque sit viuifica, mortémque & corruptionem interimere idonea.

C c *Et resedit.* Tres mortuos suscitauit Dominus: Filiam archisynagogi in domo, id est, cogitatione: Filium vnicum matris in porta, id est, in verbo: Lazarum in monumento, id est, in opere.

✠ Titvs Bost. Episco. Resedit & locutus est mortuus, ne cui secundùm externam tantum faciem & non verè resuscitatus videretur, Si quidem sedere & loqui veræ exuscitationis argumenta sunt. Corpus enim exanime neque sedere neque loqui potest. Quare etiam tradidit illum matri suæ, tanquam verè viuum veréque exuscitatum.

d *Visitauit.* Dum & verbum semel incorporari cõstituit, & quotidie spiritumsanctum in corda hominum, vt suscitentur mittit.

De pe. dist. 1. c. fleat. & dis. 3. ca. adhuc. & dis. 6. c. 1.

e *Et nunciauerunt.* Ambrosivs. Non simplici corde, sed inuidia stimulante. Vnde alibi quærunt dicentes: *Rabbi qui erat tecum trans Iordanem cui testimonium perhibebas, ec. hic ba. & omnes ve. ad eum.* Quibus tunc respondit Ioannes: *Quia non potest homo accipere quidquam, nisi fu. ei da. de cœlo.* Quibus verbis se purum hominem, & Iesum Dei filium declarabat.

D Ioan. 3. ca. Ibidem.

Ambrosi. Sed qui inuidia adhuc expelli nequibat, mittit eos ad Iesum vt hac occasione videat signa, & correcti credant in Iesum & magistro interrogante sibi dicant: *Tu es qui venturus es.*

Beda. Greg. Non ait, qui venisti: Quasi dicat, Cum ab Herode interficiendus, & ad inferna sum descensurus, debeo te nunciare inferis qui nunciaui superis? An conueniat filio Dei mori, an alium ad hæc sacramenta missurus es? Potuit enim vates pius quẽ venturum prædixerat nõ credidisse moriturum, nec fide sed pietate dubitauit: quia lapsus amoris fidem non impedit, talis enim lapsus est religiosus.

E

Allegoricè. Ioannes figura est legis, quæ prænuncia Christi pectoribus perfidorum quasi carceribus luce vacuatis inclusa tenebatur, ne plenum testimonium dominicæ dispensationis sine Euangelij attestatione proferret. Mittit ergo discipulos ad Christum, vt supplementum scientię assequantur, quia plenitudo legis est Christus, vt quia plerumque nutabant dicta sine factis, eo fides plenior gestorum testificationibus quàm verborum sponsionibus exhiberetur, & quæ tunc in pectoribus Iudæorum velut obscurata lege nutabat, eo ipso spectaculo Dominicę crucis, & pleno resurrectionis testimonio panderetur. Quod ergo lex dubiè Christum venturum nunciat: Euangelium vbi tot miraculorum exhibitionem, venisse certissimè confirmat.

F Rom. 13. e

f *Et respondens dixit illis. Euntes renunciate Ioanni quæ vidistis etc.* Sciens Iesus neminem sine Euangelio plenè posse credere, quia sicut fides à veteri incipit Testamento, ita impletur in nouo. Interrogatus de se, non verbo aliquo, sed factis se esse signauit, non respondens ad ea quę interrogabantur, sed ad scandalum nunciorum.

Cæci

NICOLAVS DE LIRA.

1 Misericordia motus super eam dixit. *Tum quia erat vidua: Tum quia non habebat alium filium à quo posset in senectute sustentari.*

2 Noli flere. *Quasi dicat cito consolata eris:*

3 Et accessit & tetigit loculum. *Id est, feretrum. Ad hoc enim tetigit, vt ostenderet, quod corpus suum diuinitati vnitum erat instrumentum diuinitatis etiam in miraculis faciendis. De modo autem cooperandi ad hoc dictum fuit. Mar. 5.*

4 Et cœpit loqui & dedit illum matri suę. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes. *Vt manifestè appareret, quod erat verè resuscitatus, & non apparenter tantum. Vnde & de Simone Mago legitur, quod apparenter resuscitauit quendam mortuum qui tamen loqui non poterat, per quod apparuit illam resurrectionem fuisse tantum apparenter.*

5 Quia

5 Quia propheta magnus surrexit in nobis. *Id est, ille magnus propheta de quo dicitur Deute. 18. c.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum *etc. Quod intelligitur de Christo in lege et prophetis promisso, & ideo subditur:*

6 Et quia Deus visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo, &c. *Mittendo eis saluatorem.*

7 Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his, &c. *Hic consequenter ad confirmationem doctrinæ Christi ponuntur miracula coram discipulis Ioannis facta, cum subditur.*

8 In ipsa autem hora curauit multos à languoribus & plagis, & spiritibus malis & cæcis multis, &c. *Et per hoc respondit quæstioni Ioannis ostendens quod ipse esset verus Christus per miracula soli diuinæ virtuti possibilia, ideo subditur,*

9 Et respondens dixit illis, &c. *Consequenter ponitur Ioannis commendatio, cum dicitur.*

Et

MORALITER.

† 7 *Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.* Per Ioannem qui suprà tertiò cap. dixit de Christo, *Veniet fortior me post me,* Significatur vetus Testamentum, quod in Prophetis denunciauit Christi aduentum. Per Christum autem significatur nouum, quod est veteris impletiuum. De Christo verò dicitur Isaiæ. 61. a. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me.* Sequitur. *Vt mederer contritis corde,* &c. Et hæc ostendit Christus discipulis Ioannis esse completa dicens.

a *Cæci vident.* Ecce plenum testimonium, quod sit filius Dei. Hæc enim ante euangelium vel rara vel nulla. Vnde Tobias oculos recepit, & hoc fuit angeli, non hominis medicina. Elias mortuum suscitauit, ipse tamen rogauit & fleuit. Elisæus leprosum mundari fecit, non tamen ibi valuit præcepti autoritas, sed mysterij figura. Sed quia adhuc ista sunt dominicæ testificationis parua exempla, addit post supradicta de cruce, & obitu, & sepultura, quod est plenitudo fidei. Nullum enim maius diuinæ personę est testimonium quàm toto se vnum obtulisse pro mundo: hoc solo, plenè dominus declaratur sicut etiam à Ioanne declaratus est: *Ecce agn⁹ Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

Tobi. 11 c. 4. Re. 17 d. 4. Re. 5. d. † Figellis nunciate †Mat. 11. a. † quicūq; Roma. 13 c Ioan. 1. d.

b *Bea.* Quasi dicat Mira quidem facio sed abiecta pati non dedignor, & cauendum est hominibus ne in me despiciant mortem, qui signa venerantur.

†Mala. 3. b Matt. 11 b. Marci. 1. a.

c *Qui non.* GRE. Qui de potentia diuinitatis nō dubitauerit. Hoc non contra Ioannem, quem mox adeò commendat, sed non credentes à perfidia reuocat, & Ioanni exponit quod quærebat, quia *Deus saluos faciendi, et domus domini ex mortis.* Visis tot signis & virtutibus, fidelis non potuit de morte eius dubitare, sed admirari, sed infidelium mens scandalum in illo pertulit, cum & post miracula morientem vidit.

†Mat. 11. b. Psal. 67. c.

d *Quid.* Vbi monuit discipulos Ioannis in crucem dominicā esse credendum: conuersus ad turbas, ad virtutem pauperes prouocat, ne exaltati corde, mente instabiles, consilio infirmi, speciosa vtilibus, æternis caduca præferrent, sed crucem potius quā mundi phaleras tollant. Et ideò laudat personam Ioannis, qui posthabito amore vitæ etiam iustitiæ formam nec mortis timore mutauit.

Deserto mundus comparatur, quia adhuc incultus & sterilis in quem non est ita prodeundum, vt homines mente carnis inflatos & virtutis vacuos, & de fragilis mundi gloria iactantes, putemus esse imitandos.

✠ CHRYSO. Mollis vestis dissoluit rigidam animam etsi rigidum corpus assumat & asperum, facilè per huiusmodi mollitiem delicatum reddit & fragile, facto verò corpore moliori, necesse est animam participare læsionem. Nam vt plurimum operationes ipsius consonant dispositionibus corporis.

Homil. 29. in Matthę.

e *Arundinem ven.* BEDA. Per arundinem carnalis animus, qui cum fauore vel detractione tangitur, in quamlibet partem inclinatur. Sed Ioannes non est arundo vento agitata, quia illum nec gratia blandum nec cuiuslibet ira faciebat asperum, nec prospera erigebant, nec aduersa inclinabant.

dixit illis. Euntes † renunciate Ioanni quæ vidistis & audistis. † a † Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur
a ¶ Spiritu vel operibus illuminantur vt in prędicationę nulla sit distantia inter pauperes & diuites.
surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur
¶ In hoc nuncios percutit.
b & beatus est † qui non fuerit scandalizatus in me. Et cum 1
c a ¶ Ne turbę Ioannem liuore motum suspicarentur, & vt sciant eum quæsisse non sibi sed discipulis.
discessissent nuncij Ioannis, cœpit dicere de Ioanne ad tur-
a ¶ Quæ nesciebant mysterium interrogationis eius ¶ Qui omni vento agitatur vt leuitate mentis de me ambigat quem prędicauit.
d bas: Quid existis in desertum videre: arundinem vento agitatā?
e a ¶ In vana gloria ductus lucra quærit, pro dapibus vel vestibus qui locustis viuit, & pilis camelorum induitur.
f Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis
g ¶ Qui ponunt puluinaria sub cubito, qui vitam peccantium palpant non pungunt.
indutum? Ecce qui in veste preciosa sunt, & in delicijs, in
¶ Vbi aliquid venentur.
domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophe-
a ¶ Qui me venturum non tantum prædixit, sed etiam digito demonstrauit.
h tam? Vtique dico vobis, & plus quàm prophetam. Hic est de
¶ In Malachia. ¶ Nuncium. a ¶ Manifestationem.
quo scriptum est: † Ecce * mitto angelum meum ante faciem
a ¶ Persula reddat tibicorda auditorum per pœnitentiam prædicando & baptizando. b ¶ Vt summam virtutum eius comprehendam.
i tuam qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vo-
a ¶ Non virginis, nulla enim collatio cum filio Dei.
bis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne
a ¶ Tempore.
k Baptista nemo est. † Qui autem minor est in regno †
a ¶ Dignitate.
l Dei maior est illo. Et omnis populus audiens & Publi- 2
m cani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis. 3 4

f *Quid exi.* BEDA. Quomodo in deserto Ioannem videre cupiebant, qui erat clausus in carcere? Totus ergò hic sermo spiritualiter est inteligendus.

g *Mollibus vestimentis indu.* Per vestem, corpus humanum intelligitur. Propheti co ergo exemplo ad virtutem subeundę virtutis hortatur. Ecce quæ in veste preciosa. Quibus fluida diuitiis membra soluuntur, exteros cœlestis regni, sub iure dæmonū (qui sunt reges tenebrarū) intra habitacula huius mundi consenescunt.

ALLEGORI. Ioannes non fuit mollibus indutus, qui vitam peccantium non blandimentis fouit, sed aspere increpauit.

GREGO. Nota. Rigida vita & prędicatio, debet palatia mollium declinare quę frequentant mollibus induti adulantes. Nemo putet in luxu & studio vestiū peccatum deesse, alioquin de asperitate vestium non laudaretur.

Officium prophetæ est ventura prædicere, non etiam demonstrare. Maior propheta in quo finis prophetarum.

h *Plusquam pro.* Quia angelus: Non natura, sed officio, qui supernum iudicem nunciare mittitur.

i *Dico autem.* In hoc non præfertur patriarchis & cunctis hominibus, sed æqualis cæteris sanctis ostenditur.

k *Qui au.* Omnis sanctus qui iam est cum Deo, maior est eo qui adhuc est mundo. Vel, Ego quem minorem facit multorum opinio, in ecclesia sanctorum illi prælatus sum. Vel nouissimus angelus cœli melior est quouis homine.

l *Et omnis po.* Si hoc à domino dictum esse intelligitur: Audiens Ioannem, populus intelligitur esse designatus. Si ab euangelista dicitur interpositum: Audiens ipsum dominum, de Ioannis magnitudine disputantem, restat intelligi.

Mat. 3. b.

m *Iustifica.* Iustificatur Deus per baptismum, dum homines propria peccata confitendo se iustificant, sicut scriptum est: *Dic tu iniquitates tu. vt iusti.* Et iustificatur in eo, qui non per contumaciam confutatur, sed per iusticiam Dei munus agnoscitur.

Isa. 43. d. Psal. 10. b.

e *Arun-* ☞ *Iustus*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum dicessi. *Magis enim voluit Ioannem commendare in absentia discipulorum eius quàm in præsentia, vt eius commendatio non ex fauore humano, sed amore veritatis procedere videretur. Cætera autem patent ex dictis Matt. 11. vsque ibi.*

2 Et omnis populus audiens. *Vbi post Ioannis commendationem ponit euangelista Pharisæorum et legisperitorum confutationem. Et primò verbis populi: secundò verbis Christi ibi:* Cui ergo. *Circa primum dicitur:* Et omnis po. *Id est simplices & vulgares.*

3 Et publi. *Id est mundanis & publicis negociationibus occupati.*

4 Iustificauerunt Deum. *Ex hoc enim quod audierunt Christum tam excellenter commendantem Ioannem, cœperunt laudare & glorificare*

MORALITER.

† *Euntes.* In hoc etiam informauit prædicatores euangelij & doctores, vt non solum verbis doceant, sed etiam factis.

1 *Et cum.* Per hoc docuit nos fugere notam adulationis in commendatione aliorum & maximè magnorum in eorum præsentia, talis erat Ioannes Baptista sicut dicitur postea.

† *Maior inter mulie. Et omnis po.* Ita modo contingit frequenter, quod simplices & illiterati gratiam Dei consequantur, à qua mundi sapientes & superbi Dei iudicio priuantur.

† *Ait*

☞ *Iustus enim dominus & iusticias dilexit.* In eo ergo iustificatio Dei est, si non ad indignos & noxios, sed ad innocentes per ablutionem factos, etiam ad iustos videatur sua munera contulisse. Qui ergo confitetur Deo peccatum, iustificat Deum, cedens ei vincenti, & ab eo gratiam sperans. In baptismate ergo iustificatur Deus, in quo est confessio & venia peccatorum.

Hom 38. in Matth.

CHRYSOST. Præmissa commendatione Ioannis, magnum Pharisæorum & legisperitorũ prodidit crimen, qui nec post publicanos baptisma Ioannis acceperint.

a *Cui ergo &c.* Laudato Ioanne, transit ad increpandum illos qui nec prædicatione Ioannis moti sunt, vel ipsius Christi predicationem despiciunt.

b *Similes sunt pueris.* Pueri, doctores sunt spiritu humiles. Forum, synagoga, vel ipsa Ierusalem, in qua iura præceptorũ Dei condebantur, quia contribulibus solebãt exprobrare, quod nec psalmis allecti ad laudes Dei assurrexerunt corde deuoto, membrorum agilitate (quod notat saltus) nec Threnis, (id est, lamentationibus prophetarum pro excidiis iam factis vel faciendis) ad pœnitentiam sunt conuersi.

c *Cantauimus.* Nuptiale carmen, vbi verbo anima, spiritui caro nubit. In his nuptijs Dauid nos voluit ludere dicens: *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob. Sub. Psal. & da. tym.* Quasi dicat. In ipso actu nuptiarum positus propheta quadam lætitia saltat. *Sed non audiuit populus meus vocem meam, & Israel non in. m.*

Psal. 80. a — Ibidem. c.

d *Venit filius hominis manducans & bibens.* Venit sicut tunc, ita & nunc, vtramque viam salutis respuitis. Lamentauimus ad Ioannem, cantauimus ad Christum.

e *Iustificata est sapientia.* Ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse iusticiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam & temperantiam, non se corrumpendi per abundantiam. *Non est regnum Dei esca & potus.* Quorum non vsus, sed concupiscentia reprehenditur. *Iustificata, &c.* Quidquid me putetis, ego tamen Dei virtus & Dei sapientia iustè facere intelligor ab Apostolis, quibus pater reuelauit quæ prudentibus abscondit.

Rom 14 c.

¶ Quo mundum per passionem Christi saluare decreuit.
a ¶ Vel contra, quia qui gratiam Dei respuit contra seipsum facit. Vel, ad seipsos missum Dei consilium, stulti & ingrati respuerunt.

Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei sperauerunt in

a ¶ Tot monita salutis respuentes. b ¶ Iudaicę.

a semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: Cui er- † 1

a ¶ Monitoribus. b ¶ Vbi lex & iura promuntur.

go similes dicam homines generationis huius, & cui similes

a ¶ Ad illos quos monent.

b sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & † loquentibus

a ¶ Vt conuerteremini in toto corde vestro in i. & f. &c. sed stultus populus me non cognouit.

c ad inuicem, & dicentibus: Cantauimus vobis † tibiis, & non

a ¶ Exemplo abstinentiæ suę pœnitentiam vobis indicens, & noluistis humiliari cum illo.

saltastis: lamentauimus,* & non plorastis. † Venit enim Ioannes Baptista neque manducans panem neque bibens vinum,

a ¶ Cibo & potu lætitiam futuri seculi præsignans, & noluistis cum illo gaudere, sed calumniati estis.

d & dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo † deuorator, & bibens

¶ Id est, iustis, & post iusticiam pœnitentibus.

e vinum, amicus Publicanorum & peccatorum. Et iustificata f est sapientia ab omnibus filiis suis. Rogabat autem illum 2 g quidam de Pharisæis, vt manducaret cum illo. Et ingressus 3 domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciui- 4

¶ Iam pœnitens. a ¶ In domo Pharisæi peccatrix meretur veniam, quia cognitio peccati per legem, sic lex mittit ad gratiam.

h tate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuisset in do-

a ¶ Prætendit præripere gratiam hospitis. b ¶ Genus est marmoris, in quo incorrupta seruantur vnguenta.

i mo Pharisæi, attulit alabastrum vnguenti, & stans retrò 5

* vobis. — † acclamantibus. — † tibiis — † Mat. 11. c. — † edaci.

f *Roga.* Sicut proposuerat verbis, ita factis etiam astruit iustificatam sapientiam ab omnibus filiis, quia etiam à Maria pœnitente post culpam.

TITVS BOSTRORVM EPISCOPVS. Pharisæus hic à versipelli simulatione, latẽtique infidelitate immunis nõ fuit. Aiebat enim, *hic si esset propheta*, &c. At dominus eiusmodi hominem esse certò compertum habẽs nihilominus in domum illius ingredi mẽsæque accumbere non dedignatur.

g *Quidam de Pharisæis.* MYSTICE. Phariseus de falsa iusticia præsumens Iudaicum populum signat, qui dominum ad cõuiuium inuitat, quia quem venientem nõ credidit, venturũ sperare nõ desiit. Sed adhuc cum voto dicit, *Excita potentiam tuã, & veni.* Domus Pharisæi, lex & prophetæ, in quibus ille populus mansionem habere gloriabatur. Quam domum in carne apparens ingreditur, quia *non venit legem soluere, sed adimplere.* Discumbit, quia in maiestate sua nõ intellectus, per formam serui visibilis est factus. Cognoscit autem gentilitas inmundis actibus dedita per famã apostolici sermonis, *Quod misit Deus fi. su. fa. ex mu. fa. sub le.* Non vt Pharisæus, qui tantum literam attendit, iustificetur. Sed domus, id est, nos quia gratiam spiritus in lege sequimur, qui non vituperamus, quòd peccatores recipit, sed laudamus, quòd peccatores iustificat.

Psal. 79. a. — Matt. 5. b. — Gal. 4. a.

h *In domo.* In cuiuscunque domo interiore cognoueris sapientiam & iusticiam recumbentem, recurre ad pedes, id est, ad extremam sapientiæ partem, inquire lachrimis, confitere peccata, expande capillos, id est, sterne ante eum cunctas corporis tui dignitates, osculare, id est, nihil nisi sapientiam loqueris.

i *Attulit.* Quot habuit in se oblectamenta, tot de se inuenit holocausta.

☞ MORA-

NICOLAVS DE LIRA.

& glorificare Deum tanquam iustum & gloriosum de hoc quod erant baptizati à tanto & tali, & ad pœnitentiam vocati. Et per hoc apparet confutatio Pharisęorum, qui de sua scientia superbientes, spreuerunt baptismum Ioannis à Deo institutum, & hoc est quod dicitur: Pharisæi autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt.

1 Cui ergo si. *Hic consequenter ponitur confutatio Pharisęorum et legisperitorum ex verbis Christi. Et patet sententia ex dictis Matth. 11.*

2 Rogabat autem. *Descripta confirmatione doctrinę Christi signo visibili, hic consequenter describitur eiusdem confirmatio facto inuisibili, videlicet per remissionem peccatorum mulieris peccatricis, vbi primo describitur locus, cùm dicitur:*

3 Et ingressus. *Legitur autem Christus manducasse cum peccatoribus, vt eos ad pœnitentiam prouocaret, vt habetur Matt. 9. Item cum amicis familiaribus vt eorum deuotionem nutriret, vt dicitur Ioan. 12. de Martha & Maria. Item cum cognatis pauperibus, vt eorum inopiã suppleret, vt habetur Ioan. 2. de nuptijs, vbi deficiente vino, Christus aquam vertit in vinum: Item cum Pharisęis superbientibus vt eorum superbiam confutaret, prout hic habetur, vt videbitur prosequendo.*

4 Et ecce mu. *De peccatis suis plenè et perfectè contrita.*

5 Et stans retrò. *Quia præ verecundia sui peccati non audebat se anteponere.*

Lachrimis

MORALITER.

† *Ait autem. Cantauimus vo. ti.* Per istos significantur inuidi, qui non gaudent de prosperitate bonorum, nec tristantur de aduersitatibus eorum.

2 *Rogabat.* Per mulierem peccatricem ad domini pedes accedentem, significatur quęlibet persona verè de peccatis pœnitens & contrita. Ad quod requiritur, quòd sicut Deum offendit per culpam ita seruiat ei per pœnitentiam Rom. 6. d. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immundiciæ & iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete nunc seruire iusticiæ in sanctificationem.* Et sic fecit mulier ista. Vnde dicit Greg. Hom. 25. Liquet fratres quod illicitis actibus prius mulier intenta, vnguentum sibi pro odore suæ carnis adhibuit. Quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc iam Deo laudabiliter offerebat. Oculis terrena concupierat, sed hos iam per pœnitentiam conterens, flebat. Capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed iam cum capillis maculas tergebat. Ore superba dixerat, sed pedes domini osculans, hoc in redemptoris sui vestigia figebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta. Conuertit ad virtutum munera numerum criminum, vt totum seruiret Deo in pœnitentia quidquid ex se Deum contempserat in culpa.

† *Videns*

a ¶ Oculos quibus terrena concupierat, iam per pœnitentiam conterens plorat.
b ¶ Quos ad compositionem vultus exhibuerat.

a secus pedes eius, * lachrymis cœpit rigare pedes eius, & ca- [1]
b
a ¶ Lachrymas. b ¶ Ore quo superba dixerat. [2]

pillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vn- [3]
a ¶ Quod sibi pro odore suæ carnis adhibuerat. b ¶ De falsa iusticia superbus nulla compassione naturę motus, suę fragilitatis oblitus [4]

guento vngebat. Videns autem Pharisæus, qui vocauerat [5]
¶ Medicum reprehendit, quia subuenit.

eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta sciret vtique [6]
a ¶ Vnguentum eius vitare deberet. b ¶ Ægram reprehendit de ægritudine. [7]

quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.
¶ Conuincens superbum & sub specie mulieris commendans ecclesiæ, meritum.

Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi di- [8]
cere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cui- [9]
dam † fæneratori, vnus debebat denarios quingentos &
alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent,
donauit vtrisque. † Quis ergo eum plus diligit? Res-
c pondens Simon, dixit: † Æstimo quia is cui plus dona- [10]
¶ Per misericordiam.

d uit. At ille dixit ei: Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulie-
a ¶ Corporaliter quidem vides, sed mysterium non vides.
¶ Iam olim intrauit cum legem dedit.

e rem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intraui in domum [11]

*Margin: 2. Cor. 2. d. — * Flens. — † creditori. — † Vter eum &c. — † Existimo — Beda. — Luc. 7. f. Ioan. 12. d.*

A ☞ Moraliter. Affert vnguentum, quia bona opera agit, quibus ecclesiam odore bonæ opinionis respergit. Vnde dicitur: *Christi bonus odor sumus Deo, etc.*

Hieronymvs. Alabastrum vnguenti, id est, corpus cum fide, *stans retro*, id est, post ascensionem domini, *secus pedes*, id est, apostolos, *lachrymis rigabat*, id est, charitate interna in Deo, *capillis tergebat*, id est, superfluos cibos & vestimenta dat, osculatur, cum omnibus pacem habet. *Debebat denarios quingentos*, hęc sunt peccata gētium quinque sensibus cō missa, *alius quinquaginta*, id est, peccata Iudæorum.

B a *Secus pedes*. Contra pedes stat, qui in peccatis positus itineribus domini renititur. Sed qui ad pœnitentiā post peccata cōuertitur, iam retrò secus pedes stat, dū vestigia domini quæ impugnabat, sequitur: Lachrymis pedes rigat, qui sanctorum tribulationibus cō-patitur, qui tristiciam illorum putat esse suam, qui vltimis membris Christi inclinatur per affectum compassionis. Capillis (qui corpori superfluunt) pedes quos rigauerat tergit, qui de terrena substantia quæ superfluit sanctis, quibus ex charitate compatitur, incipit misereri. Pedes osculatur, qui studiose diligit illos quibus sua largitur, ne sit grauis tribuendi necessitas proximi. Vnguento vngit, qui benè operando bonæ opinionis odore alios respergit, & ad benè operandum exemplo suo inducit. Vel po-

C test per pedes, caro Christi significari, quam osculamur, dum mysterium incarnationis eius diligimus. Vngimus, dum ipsius humanitatis potētiam sacri eloquij bona opinione prædicamus. Sed Pharisæus hoc videns inuidet, quia cum Iudæi Gentiles vident prædicare Deum, sua malicia tabescunt: Quibus dominus bona Gentilitatis enumerat, vt cognoscant in quibus malis ipsi iaceant.

b *Cœpit rigare*. Maria soror Lazari bis eodem functa est officio: Semel in Galilæa cum primò accedit cum humilitate & lachrymis, vbi remissionem peccatorum accepit. Secundò, in Bethania, non iam peccatrix nominata, sed casta, & ideò deuota: Ibi pedes, hic caput inungit.

Moraliter. Sic quoque fidelis anima prius ad pedes domini humiliata à peccatis absoluenda incuruatur, post crescentibus meritis fragantia letæ fidei, domino quasi caput odore perfundit

D re perfundit aromatum. Sic etiam vniuersalis ecclesia in præsenti, Christi incarnationis (quæ pedum nomine signatur) mysteria celebrando, deuota redemptori reddit obsequia. In futuro etiam humanitatis eius gloriam & diuinitatis æternitatem (*quia caput Christi est Deus*) simul intuendo, perpetuis confessionum laudibus quasi pistica nardo glorificabit.

Mystice. Duo debitores, duo populi sunt, qui Deo creatori debent nūmum, id est, animam suam, regis imagine insignitam, & ad seruandum sibi cōmissam. Vtriusq; debitum populi per quinarium multiplica-

E tur, quia quinq; sensus sunt quibus in hac vita vtimur, quibus imaginem conditoris quam accepimus extollere debemus. Sed minus debet Iudæus cui decalogus legis per seruū datur, plus debet Christianus, cui per filiū gratia vitæ cōmittitur. Ideo Iudæi per denarium. Christiani per centenariū numerum fœnus accumulant. Sed quia neuter suis viribus, sed gratia Dei per fidem saluatur, Rectè dicitur: *Non habentibus illis vnde red. dom. vtrisque.* Plus ergo diligit ecclesia gentium quàm Iudæus, quia ei si secundum præsentem statum maior ei gratia confertur, & secundum præteritum de maiori fœditate extrahitur, plus debet qui plus accepit. Nullus potest tantum diligere, quantum ea quæ in pluribus diligit.

c *Is cui plus*. Secundum homines plus fortasse offendit, cui plus debuerit. Sed per misericordiam domini causa mutatur, vt am-

F plius diligat qui amplius debuit, tamen gratiam consequatur.

✣ Titvs Bostrorvm Episc. Sæpe quidem vsu venit, vt qui grauiter & multum impegit, per confessionem à peccatis absoluatur. Alius è diuerso, qui parum peccarat, per superbiam confessionis Pharmacum aspernetur, adeòque in pœnarum reatum incidat. Neque enim ob id condemnationis iudicium euadet peccator, quod paucis delictis obstrictus teneatur. Nam & propter pauca quoque condemnabitur, nisi eam confessionem & pœnitentiam de paucis illis in medium afferat, quam oportet.

d *Rectè iudicasti*. Sua sententia Pharisæus conuincitur, quia sicut freneticus funem portat ex quo ligetur.

e *Intraui in domum*. Intraui carne assumpta in populum Iudæorum.

☞ Titvs

NICOLAVS DE LIRA.

1 Lachrymis, &c. *Ex quo patet magnitudo contritionis ex qua tantum flenit, quòd poterant lauari pedes vnius hominis nudis pedibus incedentis.*

2 Et capillis capitis. *Qui antè ad compositionem vultus sui fuerat abusa.*

3 Et osculabatur pedes eius. *Vt totum Deo seruiret in pœnitentia, quicquid ex se Deū contēpserat in culpa, secundum quòd dicit Gregorius,*

4 Et vnguento. *Ad refrigerium caloris & mitigationem doloris ex labore itineris.*

5 Videns autem. *Hic consequenter ponitur Pharisæi indignatio, vnde subditur.*

6 Ait intra se, dicens: Hic si esset propheta. *Verus sciens occulta.*

7 Sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, &c. *Et per consequens non permitteret se tangi ab ea.*

8 Et respondens Iesus, &c. *Ad confutationem illius. Per hoc enim quòd respondit ad eius cogitationem quę soli Deo nota est, ostendit se plus quam prophetam.*

9 Duo debitores erant cuidam fœneratori, vnus debebat, &c. *Parabola est, vt conuenientius concludatur contra Pharisæum de sua responsione. Quę subditur, cùm dicitur.*

10 Respondens Simon, &c. *Quia amor in humanis plerumque causatur ex pręcedentibus donis, et per consequens maior amor ex maioribus donis. Cconsequenter eum Christus redarguit ex triplici defectu pietatis, cùm dicitur.*

11 Intraui in domum. *Qui tamen erant fessi & dolentes ex labore itineris, & lutosi seu pulnerizati, eò quòd sine calceamentis incedebant. Secundò, ex defectu charitatis, cùm dicitur.*

✣ Osculum

MORALITER.

9 *Videns autem*. Per istum qui Christum notauit de ignorantia & mulierem de immundicia, significatur hypocrita de sua falsa iusticia præsumens & alios contemnens, quia sicut dicit Ioannes os aureum: Vera iusticia compassionem habet, falsa vero indignationem, propter quod iste Pharisæus arguitur, de pietatis omissione in modicis respectiuè, & mulier commendatur de maioribus valdè, cùm dicitur.

11 *Intraui in domum, &c.* Propter quod sibi dicitur: *Remittuntur tibi.*

a tuam, aquam pedibus meis non dedisti: Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis † suis tersit. Osculum mihi [1] non dedisti: hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vn- b guento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remit- [2] tuntur † ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem † minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: c Remittuntur * tibi peccata. Et cœperunt qui simul accum- [3] bebant dicere intra se: Quis est qui etiam peccata dimit- [4] d tit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua saluam fecit: Vade [5] e in pace.

Quia intelligunt hoc opus esse solius Dei.

¶ Confortans sanatam per pietatis sententiam.

a ¶ Ne à via veritatis in viam scandali vlterius labaris.

† eius. † parum * tua † capitis

✻ Titvs Bostrorvm Episcopvs. Quasi dicat, Tu ne illis quidem vsus es, quæ ad manum erant. Aquam enim quæ nusquam non obuia facilè parari potest, pedibus meis non dedisti, hæc autem ea effudit etiam quę difficilimè habentur. Quandoquidem lachrymis pedes meos abluit, at tanta lachrymarum profusio, paratu minimè facilis est.

a *Aquam pedib. &c.* Aqua extra nos est, humor lachrymarũ intra nos. Infidelis autem populus, nec exteriora pro domino incarnato tribuit. Conuersa gentilitas non solùm substantiam, sed & sanguinẽ pro domino fudit.

Osculum, dilectionis est signum, & infidelis populus ex dilectione ei seruire noluit, cui tamen ex timore seruiuit. Sed gentilitas vestigia osculari non cessat, quia in eius amore continuè suspirat.

Oleo caput meum non vnxisti. Et si populus ille in Deum se credere & non in hominem fatebatur, tamen ipsam potentiam diuinitatis quę per miracula apparebat, digna laude prædicare neglexit. Sed gentilitas dum mysterium incarnationis credit, summa laude etiam infirma eius prædicat.

Aquam pedibus. Enumerantur bona peccatricis, & mala falsi iusti.

b *Remittuntur ei peccata.* In domo Pharisæi, id est, in custodia legis & prophetarum, non Pharisæus incredulus, sed peccatrix pœnitens glorificatur, quia ardor charitatis, in ea rubiginem delictorum combussit.

✻ Titvs Bostrorvm Episcopvs. Quasi dicat, Et quia intra te aiebas, *hic si esset propheta, sciret vtique quæ et qualis est mulier, &c.* Agnosce vel ex hoc tandem, quod illius peccata non ignorabam, quia tuas cogitationes cognosco. Quamobrem & te & tua cogitata tanquã omnium gnarus, exploratè tenens & peccatorum molem qua hæc præmitur, neutiquam nesciens, tibi dico: *Remittũtur ei peccata, &c.*

c *Et cœperunt qui simul.* Sanata ægra, de salute eius alijs ęgrotant.

d *Fides tua te saluam fecit.* Fides saluam fecit, quia quod petiit, posse accipere non dubitauit, quia iam spem ab illo acceperat, à quo salutem quærebat.

e *Vade in pace.* ✻ Theophylactvs. Postquam autẽ peccata ei dimisit, non sistit in remissione peccati, sed adiicit operationem boni, *Vade in pace*, id est iustitia, quia iustitia est pax hominis ad Deum, sicut peccatum est inimicitia inter Deum & hominem. Quasi dicat, Operare omnia quæ ad pacem te ducunt.

✻ Titvs. Credidit illa Christum habere potestatem remittendi peccata. Quod autem dicit *Vade in pace*, idem est, quod noli amplius peccare.

☞ Capvt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Osculum mihi. *Quod est amicitiæ signũ. Tertiò ex defectu hilaritatis seu lęticiæ quæ nomine olei designatur, vt dicitur Psalm. 44. b.* Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, &c. *Tria autem dicta requiruntur in hospitalitate gratiosa. Et è contra laudat mulierem de triplici perfectione opposita, vt patet in litera. Et ideo concluditur:*

2 Remittuntur ei peccata multa, &c. *Videtur autem quòd deberet dici contrarium, quia primò prædixerat donum esse causam amoris, hîc autem è contrario infert amorem esse causam doni. Dicendum ad hoc, quòd primò in parabola loquebatur modo humano, vbi amor ex dono causatur. Sed in applicatione parabolę ad propositum conuertit se ad loquendum de amore Dei erga nos, qui non procedit ex bonis meritis nostris, sed magis causat bonum in bonis, & ideò conuenienter concludit dicto modo.*

Vel aliter potest dici, quòd in peccato sunt duo remittenda, scilicet culpa & pœna. Culpa autem ex Dei liberalitate mittitur cum nullum bonum meritorium possit esse in nobis sine gratia quam non habemus ante culpæ remissionem, sed habita gratia, & culpa dimissa, adhuc remanet pœna remittenda, ad cuius remissione facit bonum opus nostrum charitate informatum. Et de hac remissionem loquitur dominus. Vnde sequitur: Cui autem minus dimittitur, minus diligit. *Remissio autem culpę, aut nulla est, aut totalis simul; sed remissio pœnę fit per partes, & non tota simul de communi cursu, licet aliquando fiat tota simul propter feruorem pœnitentis & liberalitate Dei, & hoc fuit in proposito in hac muliere, Ideò sequitur.*

3 Remittuntur tibi peccata. *Non solùm quantum ad culpam, sed etiam quantum ad pœnam ex vehementi amore Dei, & horore peccati pręteriti.*

4 Quis est hic qui, &c. *Hoc dicebant, quia videbant tantum humanitatem exterius apparentem, sed ignorabant Deitatem interius latentem, quæ potest peccata dimittere.*

5 Fides tua te saluam fecit. *Quia ista fides fuit formata charitate & ideò fecit habentem dignam vita æterna. De ista muliere peccatrice dubitabant aliqui doctores, vtrum fuerit Maria soror Lazari vel alia: De quo dictum est, quid sentiant doctores: Ioan. 12. Ibi enim hoc posui, quia prius scripsi super Ioannem quàm super Lucam.*

NICO-

ADDITIO.

In cap. 7. *Vbi dicitur in postilla.* Videtur autem, quòd deberet dici contrarium, quia primò dixerat donum esse causam amoris.

Stant simul, quòd donum sit causa amoris, & amor causa doni, etiam loquendo de amicitia modo humano. Quod sic patet. Nam amicitia humana secundùm Philosophum in 8. *Ethicorum triplex est, scilicet vtilis, delectabilis, & honesta. Sed constat quòd amor in amicitia vtili, causatur ex dono seu vtilitate ab amato habita seu spectata. In amicitia verò honesta, causatur amor ex virtute amantis, quę amatum diligit, non propter donum vel vtilitatem habitam vel consequendam, sed propter virtutẽ ipsius amati, ex quo amore causatur, quod vult amato bonũ, & bonum operatur ei quantum in se est, vt verus amicus, & sic in amicitia honesta amor est causa doni. Vnde nulla contrarietas in hac parabola, nec in eius applicatione sanè intellectis reperitur, etiã loquendo vtrobiq; secundum modum humanum. Nam primò in parabola Christus loquitur modo humano secundùm amicitiam vtilem, vbi amor ex dono causatur. Vnde rectificat iudicium Simonis dicentis, quòd* is tui plus donauit, plus diligit. *Secundò verò in applicatione loquitur etiam modo humano secundùm amicitiam honestam, quæ procedit ex virtute seu meritis amãtis & amati, secũdùm quã amans certificatus de amicitia quam amatus habet erga amantem (quæ quidem amicitia secundùm Philosophum vbi suprà, est virtus, vel non sine virtute) prouocatur ad amorem sui amati, & per consequens ad impendendum ei bona. Et de hac amicitia loquitur, cum dicitur:* Remittuntur ei peccata multa, &c. *Quod autem sequitur:* Cui autem minus dimittitur, minus diligit, *Potest vno modo intelligi secundùm amicitiam vtilem, & sic correspondet principio huius altercationis vbi dicebatur, quòd* is qui plus donauit, plus diligit, *&c. Alio modo potest intelligi de amicitia honesta, de qua vltimo loquitur, vt sit sensus: Causa autem quare alicui minus dimittitur, est, quia minus diligit. Et sic est amor causa doni. Vnde nulla contrarietas in huiusmodi reperitur, cum de diuersis amicitiæ speciebus loquantur, & vtrobique secundùm modum humanum. Non est enim verisimile, quòd Christus loqueretur illi Pharisæo de amore diuinò; qui pertinet ad prędestinationem, vel de remissione culpę & pœnę; quorum scientia pertinet ad eos qui iam perfecti sunt in fide*

in fidei rudimētis. Iste enim Phariseus adhuc erat infidelis et satis ignarus, vt satis patet. Et notādum, quòd processus Christi circa informationem Pharisai, de his amicitiis est connaturalis homini. Incipit enim ab imperfecto & magis noto ad perfectū & minus notum. Amiticia enim vtilis est hominibus magis nota, & est imperfecta, tanquam deficiens à ratione vera amicitię secundùm Philosophum vbi suprà. Vnde istam amicitiam tātummodo rudis cognoscebat. Christus verò tradidit sibi noticiam perfectioris amicitię, scilicet honesta, qua habet veram rationem amicitia secundùm Philosophum. Item notandū, quòd secundùm vtrāque amicitiam Christus Pharisaum conuincit, ostendendo ei quòd illa mulier erat dignior ad recipienda beneficia Christi quàm ipse Pharisaus. Nam secundùm primam scilicet amicitiam vtilem sibi ostendit, quod plures vtilitates seu obsequia habuit ab illa muliere quàm à Pharisęo, & hoc cum dicit, Intraui in domum tuam, &c. *Secundùm verò amicitiam honestam, similiter ostendit ei quòd erat dignior, & hoc cum dicit:* Quia dilexit multum. *In quibus bene consideratis nos docet, quòd verus pœnitens debet habere exteriora opera pia & deuota, & interiora amore feruentia secundùm doctores.*

REPLICA.

In capitulo septimo, *Vbi in parabola Christi innuitur, quòd more humano loquendo amor oritur ex dono, cum dicitur*: Quis plus diligit? *Responsum est*: Estimo cui plus donauit. *Et sequitur verbum Christi*: Rectè iudicasti. *Postillator exponit hoc de humano amore; in quo amor oritur ex dono, sed in applicatione parabola Christus conuertit stilum ad loquendum de amore Dei erga nos qui non est ex meritis nostris, sed magis causat bonum in nobis, & est donatiuus, ideò dixit.* Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum, vt sic amor non sit ex dono, sed donum ex amore. *Sed Burgensis hic vult absoluere contrarietatem quę videtur in litera, per amorem vtilem & inhonestum, vtrobique dicendo more humano. Secundum primum dictum rectificatur iudicium Simonis, vt ex vtili surgat amor. Iuxtà secundū fit applicatio, quia dilectione ex meritis & virtute impenduntur ei bona. Hęc autem applicatio Burgen. laborat in ęquiuocis, quia amor concupiscentia, & amor amicitię, sunt ęquiuocè amor, quia diuersis rationibus. Non est autem verisimile Christum amorem aquiuocasse, nec est necessarium amorem honestum esse causam doni, prout Burg. vult, quia stat illum amorem esse rectum sine omni dono dato vel sperato, aliàs esset amor mercenarius, per consequens non honestus. Virtus enim diligitur propter se, per consequens virtuosè sine respectu ad donum. Quod autem Burgensis dicit non esse verisimile quòd Christus sit locutus Pharisao de amore pertinente ante pradestinationem & remissionem pœna & culpę, hoc est contra beatum Augustinum in sermone de Maria Magdalena sic exponentem hunc passum, & contra beatum Bernardum super Can. sermone 22. ante medium. Et vide de hac materia sanctum Thomam prima secunda q.26. art.4. Ratio autem Burgens. ad sic dicendum non valet, quia propter ruditatem vel infidelitatem Pharisai, Christus non voluit pratermittere ea qua fidelibus ad instructionem poterant valere. Sapè enim dixit coram perfidis quę ipsi non intellexerunt, tamen ecclesię prodesse non cessat,* cui datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, intelligentes non intelligant. *Quamuis enim Pharisaus modo non intellexit, imò impugnauit veritatem dicendo intra se:* Quis est hic qui etiam peccata dimittit? *Nihilominus Christus dixit coram eo de remissione peccatorum quò ad culpam & quò ad pœnam quantum ad liberalitatem Dei pracedentem mulieris dilectionem, quę in peccato existens diligere nō poterat, & quo ad pœnam debitam, propter mulieris primam dilectionem. Vnde dixit:* Remittuntur ei peccata multa. quia dilexit multum.

CAPVT VIII.

A a *Et factum est*. More aquilæ prouocantis ad volandum pullos suos, paulatim dominus discipulos suos in nido fidei plumis virtutum induit, quibus postea sublimius volare, & alios instruere valeant. Prius docet in synagogis, miracula facit, famam vbique dispergit, turbas suscipit, curat, instruit, hic discipulos facit, ex quibus duodecim elegit, quos primò præsente turba docet, & B miseris solita præstat beneficia, iam verò solos ipsos secum retinet, vt eum familiarius audiant solis illis occultiora exponit mysteria, & sic demum virtutum suarum ostensione quasi alarum protectione firmatis, dat ipsis potestatem curandi, & mittit prædicare regnum Dei.

C ※ S. TITVS. Qui doctor è cœlo ad terram descenderat, is ciuitates & oppida prædicans, & regnum Dei annuncians peragrabat, quo eos qui vitam in terris, degebant, ad cœleste regnū prouocaret: (Est interim terra ipsius opus) quoque ij qui per seductionem à cœlesti ordine & tranquillitate exciderant, per rerum terrenarum contemptum, animo ad cœlestia assurgerent. D Duodecim autem erant cum illo, attamen verbi ministerium non obibant, sed ea tantùm quæ ad euangelij doctrinam faciunt, discebant; & à Christo præceptore hauriebant.

※ NAZIANZENVS. Vadit de loco in locum, non solùm vt plures lucretur, sed etiam vt multa dedicet loca, dormit & laborat, vt somnum & laborem sanctificet, plorat, vt det pretium lachrymis, prædicat cœlestia, vt audientes exaltet. E *(Orat. 30.)*

b *Maria quę vocatur Magdalenę*. Cùm Maria iter faceret cū domino, & ei ministrare commemoratur, celebri eam vocabulo Magdalenam vocat: Vbi eandem peccatricem describit, reuerenter eam generali nomine mulierem dicit, ne nomen tantę famæ quod hodie veneramur, prisci erroris nota fuscaret. F

Maria, amarum mare, propter insitum pœnitentiæ rugitum, quo ipsa vel nos singula mala deflemus.

c *Magdalenę*. Id est, turrensis, à Magdalo, id est, turri, de qua dicitur: *Tu es spes mea turris for. a. f. ini.* *(Psal. 60. a.)*

Damonia

CAPVT VIII.

a 1 Et factū est deinceps, & ipse iter faciebat 2 per * ciuitates & castella prędicās & euangelizans regnū Dei, 3 & duodecim cum illo, 4 & mulieres aliquæ quæ erāt curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus. b † c 5 Maria quæ vocatur Magdalenæ, de qua

* singulas

† De pœni. di. 3. c. sunt plures.

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. VIII.

1 Et factum est, &c. *Descripta instructione Christi facta apostolis principaliter, hìc cōsequenter ponitur eiusdem instructio facta apostolis per turbas communiter: Et primò pręmittitur quasi quędam prafatio. Secundò subditur dicta instructio, ibi:* Cùm autem plurima turba. *Circa primum dicitur:*

2 Ipse iter faciebat per ciuitates. *In quo apparet Christi diligentia in opere pręducationis.*

3 Et duodecim cum illo. *Id est, duodecim apostoli, de quorum electione dictum est suprà 6. cap. non tamen ibant cum illo ad pradicandum, sed magis ad audiendum, vt possent conuenientiùs prędicare ad quod missi sunt postea, vt patebit cap. seq.*

4 Et mulieres ali. *Ideò sequebantur eum.*

5 Maria quæ voc. *Sic nominata à Magdalo, castro, & ista est de qua est sermo factus capitulo pracedenti. Ratio tamen sui cognominis diuersimodè assignatur à doctoribus diuersis. Illi enim qui dicunt, quòd ista fuit soror Lazari, dicunt quòd nominata est Magdalena, eò quòd Magdalum castrum cecidit in partem suam de hereditate paterna. Fuit enim pater eius magnus homo & nobilis, habens dominium in pluribus locis inter qua erat dictum castrum. Alij verò qui dicunt quòd ista non fuit soror Lazari, sed alia eiusdem nominis, dicunt quòd nominata est Magdalenę à Magdalo castro, eo quod erat inde oriunda.*

Quæ

MORALITER.

† 1 *Et factum est, &c.* Sequitur.

4 *Et mulieres, &c.* Quæ ministrabant ei necessaria de facultatibus suis tanquam gratæ de suis curationibus & factæ sibi deuotæ. Hoc etiam consuetum erat fieri prædicatoribus Iudæorum.

† *Exiit*

a *Dæmonia septem.* Eandem ecclesiam de gentibus à sordibus vitiorum mundatam, quā Maria significat, significat & Ioanna prius cultibus idolorum deditam, sed iam Christi pietate redemptam, & gratia impletam, quæ quasi vxor erat prius diaboli.

Hom. 33. in Euang.

✠ GREGORIVS. Per septem dæmonia vniuersa vitia intelliguntur. Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas figuratur.

b *Et Ioanna, &c.* Ioāna, dominus gratia eius, vel dominus misericors, cuius est omne quod viuimus.

c *Procuratoris Herodis.* Cū quilibet malignus spiritus pro regno diaboli ad decipiendum laborat, quasi Herodis impijssimi procurator existit.

d *De facultatib. etc.* Antiquus mos erat Iudæorum, nec ducebatur in culpam, vt mulieres sua substantia pascerent & vestirent doctores. Hic quia hoc in gentibus scandalum poterat facere, Paulus se memorat abstinuisse. Ministrabant ergo domino carnalia, cuius metebant spiritualia, vt formam daret prædicatoribus quod victu & vestitu deberent esse contenti accipiendo à plebibus.

1. Cor. 9. b.

e *Cum autem turba, &c.* Quotiens in Euangelio turbæ vocabulum interseritur, sicut diuersitas hominum, ita etiam diuersitas intimatur voluntatum. Non enim omnes eadem voluntate sed diuersis ex causis Christum sequebantur: Quidam pro bono, quidam pro malo, omnibus tamen dominus beneficia præstat, docendo, alendo, sanando.

f *Exijt qui seminat, &c.* Exijt filius Dei de sinu patris, quo creaturæ non erat accessus, vt seminaret semen suum, venit in mundum, vt testimonium perhiberet veritati. Vnde secundùm alios euangelistas hanc parabolam dicturus de domo exijsse, mare adijsse, nauem conscendisse memoratur, idipsum situ corporis quod processu sermonis insinuans.

Matt. 13. a Mar. 4. a.

✠ THEOPHYLACTVS. Exijt autem nunc, non vt agricolas perderet, aut combureret terram, sed exijt seminare. Sæpè enim agricola qui seminat, ob aliam causam exijt, non solùm vt seminet.

g *Secus viam.* Via, est cor sedulò malarum cogitationum transitu attritum & arefactum, ne semen verbi possit accipere vel germinare, sed à pessimis cogitationibus conculcatur, & à dæmonibus rapitur. Qui ideò volucres cæli dicuntur, quia cælestis & spiritualis sunt naturæ, vel quia per aërem discurrunt.

✠ THEOPHYLACT. Non dixit quod seminans proiecit aliud secus viam, sed quod semen cecidit. Qui enim seminat, docet rectum sermonē sed sermo diuersimodè cadit in audientes vt quidam eorum via dicantur.

h *Supra petram.* Petra indomitum cor nullo veræ fidei vomere penetratum, in quo non est verus amor & perseuerantiæ virtus.

i *Centuplum, &c.* Cùm denarius pro perfectione soleat accipi (quia in decē legis præceptis custodia continetur,) centenarius qui per multiplicatum denarium surgit, pro magna perfectione ponitur. Cor igitur cētuplum facit fructū quod per amorem proximi actiuam, & per amorem Dei cōtemplatiuam adipiscitur vitam, & spiritualium ornatur perfectione virtutum.

k *Qui habet aures.* Vbicunque hæc admonitio interponitur, mysticum esse quod dicitur & attentius quærendum, ostendit.

Mar. 4. b.

l *Interrogabant.* Non mox finita parabola (sed vt Marcus ait) *cum esset singularis interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam:* In quo moraliter instruimur, vt si intelligentiam diuinorum verborum assequi volumus, sepositis terrenorum tumultuum curis, domum Dei, id est, occulta scripturæ penetralia, orando & meditando intremus, dicentes: *Reuela oculos meos, &c.*

Psal. 118. d.

m *Hæc parabola.* Nota hanc esse primam parabolam quæ cum interpretatione sua posita sit. Et cauendum est vbicunque dominus rogatus à discipulis intrinsecus sermones suos differit, ne vel aliud vel plus vel minus intelligere velimus, quam ab eo expositum est. Ideò autem hanc parabolam per seipsum dignatur ostendere, vt se figuratè loqui innotesceret, & rerum significationes etiam in his quæ exponere noluit, quærendas esse doceret.

n *Videntes.* Doctores Iudæorum qui cum merito peruersitatis suæ excæcati sunt, mendaciter se videntes putant.

o *Quod autem secus viam.* Secus viam seminantur, qui nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentante vtilitatis occasione percipere

---

a ¶ Vitia vniuersa quibus plena fuerāt, in figura ecclesiæ de gentibus sordidæ.

a Dæmōnia septem exierant, & b Ioanna vxor Chuzæ c procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant 1 d ei de facultatibus suis. e Cùm autem turba plurima conueni- 2 ret, & de * ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: † f Exijt qui † seminat seminare semen suum. Et dum † seminat, g aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli cōmederunt illud. h Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, † quia non habebat hūmorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ, suffocauerunt illud. Et † i aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum cen- k tuplum. Hæc dicens clamabat: Qui habet aures audiendi au- l diat. m Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit: † Vobis datum est nosse † mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, † n vt videntes non, videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc pa- o rabola: † Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam,

Interlinear glosses: ¶ Lilium propter odoriferum cœlestis vitæ candorem. — a ¶ Parabolam. b ¶ Cuius est declarare voluntatem patris. — a ¶ Vt nec in memoria mens teneat, quod opere exercere neglexit. b ¶ Vbi non est altitudo terræ, id est studium disciplinæ. — a ¶ Ad nutriendas lampades virginum. — a ¶ Corda sollicitudinibus agitata. — a ¶ Mite cor & docile. b ¶ Cum perfecta bonorum operum plenitudine crescit. — a ¶ Intelligentiam mentis. b ¶ Spiritualiter hæc verba intelligat. — a ¶ Quia fideles estis, & Pharisæis incredulis sancta non sunt danda. — a ¶ Intelligentiam scripturarum de quo regno alibi dicitur, Auferetur à vobis regnum Dei. b ¶ Qui foris sunt, vt Marcus ait, qui neque intueri, neque cognoscere curant veritatem.

Marginalia: * singulis. — † Mat. 13. a Mar. 4. a. — † seminabat. — † Mat. 13. b Mar. 4. b. — † mysteria — † Mat. 13. c Mar. 4. b.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ ministrabant, &c. *Apud Iudæos erat consuetum, quod mulieres sanctæ & deuotæ ministrabant doctoribus necessaria ex deuotione. Et ideo quia Christus docebat & prædicabat inter Iudæos, hoc modo accipiebat necessaria ab eis. Paulus autem qui prædicabat gentilibus inter quos non erat talis consuetudo, non habebat mulieres sequentes ipsum & ei ministrantes, vt habetur 1. Corint. 9. ne fortè ex hoc gentiles scandalizarentur.*

2 Cum autem, &c. *Hic consequenter describitur ipsius Christi doctrina seu instructio. Et primò describitur dicta instructio. Secundò instructionis confirmatio, ibi:* Factum est autem. *Prima in duas, quia primò describitur parabola sua prædicationis. Secundò feruor prædicantis, ibi:* Venerunt autem ad illum. *Prima adhuc in duas, quia primò parabola præponitur. Secundò, exponitur, ibi:* Interrogabant autem. *Sententia autem istarum duarum partium patet ex dictis Matth. 13. Excepto quod sequitur in parte secunda.*

Diuisio.

2 Cùm — Nemo

MORALITER.

† *Exijt qui seminat, &c.* Semen istud potest dici eleemosyna: De cuius seminatione dicitur 2. Corinth. 9. b. *Qui parcè seminat, parcè & metet, &c.* Huius autem seminis cadit pars secus viam & diabolus tollit illud: Et hoc est quando recipiens eleemosynam, in illicitis consumit eam. Et aliud supra petram, quod fit, quando recipiens de beneficio non est gratus homini neque Deo. Et aliud cadit inter spinas, per quas significantur solicitudines vitæ præsentis. Et hęc pro parte sunt bona ecclesiæ, data clericis & religiosis, qui de illis viuunt carnaliter & pompaticè, & implicantur secularibus negocijs, cùm tamen illa bona sint data ad seruiendum Deo deuotè, & ad ministrandum pauperibus in sua necessitate.

† *Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centupl.* Istæ sunt eleemosynæ receptæ ad victum & vestitum necessarium Deo seruientium.

† Nemo

A percipere dignantur. Porrò super petram & in spinis seminantur: qui audiunt quidem & vtilitatem verbi probant & desiderium gustant, sed ne perueniant ad id quod gestiunt: vel per aduersa terrendo, vel prospera blandiendo retardant. His tribus generibus quicunque verbum auditum non faciunt designantur.

Recidiuũ patiuntur plurimi, etiam bonę voluntatis

a *Ad tempus credũt.* Multi audientes disputationem contra auariciam vel luxuriam, dicũt contemptores seculi & castos homines esse beatos: sed vbi species concupiscibiles eorũ obtutibus præsentantur, mox recedunt ab eis quicquid rectè cogitauerant.

†49 di. c. 1 §. gibbosus.

B b *Et diuitijs.* Diuitiæ etsi delectare videntur, tamen possessoribus suis spinæ sunt, cum aculeis curarum mẽtes eorum confodiunt, quæ auidè quęruntur, sollicitè seruantur: Vnde ab alio euangelista *fallaces diuitiæ* vocantur: quia mentis inopiam non implent, nec diu manent. Et nota quod diuitijs duo iungit, sollicitudinem & voluptatem, quia & per curam mentes opprimunt & per affluentiam resoluunt.

†Matt. 5. b

†Mat. 10. c Mar. 4. c.

†propatulũ, apertũ Matt. 13. c.

hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam † quod supra petram, qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. † Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. † Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, vt intrantes lumen videant. † Non enim est occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur,

¶ Studiosè audite. a ¶ Vt & in vestro pectore continuè ruminetis, & aliena rustare sufficiatis.

& in † palam veniat. Videte ergo † quid audiatis. † Qui enim habet, dabitur illi, & quicunque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. † Venerunt autem ad illum

¶ Cognati. a ¶ Gentium ad fidem Christi confluentium.

mater & fratres eius, & non poterant adire † eum præ turba.

C c *Suffocantur.* Quia voluptates & diuitiæ suis importunis cogitationibus guttur mentis, ne bonum desiderium ad cor possit intrare quasi aditum vitalis strangulant flatus.

Ho. 45. in Matth.

✠ Chryso. Hac parabola discipulos docuit & exercuit, vt etsi plures eorũ qui prædicationẽ apostolorum suscepturi erant, perderentur, nõ caderẽt animis, cum id etiã in domino atq; magistro pariter factũ recordarẽtur. Sed quomodo inquies, credendũ est in vepribus, & in lapide, & in via prudẽtẽ hominẽ seminare? In agris certè & in seminibus quæ terræ tradũtur stultè factũ videretur: in animis autẽ, atq; doctrina probè atq; laudabiliter. Nõ enim absq; crimine agricola illud faceret, cũ non sit possibile lapidẽ, aut viã aut vepres in terram bonã mutari: in animis autẽ hominũ nõ ita.

d *In terram bonam, &c.* In bonos auditores qui verbum audire satagunt, & in ventrẽ memoriæ recondunt, & sic oportuno tempore fructum operationis proferunt, inter prospera & aduersa seculi patientes. Et bona terra cùm patientia fructum reddit, quia bona agit, & mala proximorum equanimiter tolerat, & dum humiliter flagella suspiciunt, post flagella in requiem suscipiuntur.

e *Nemo autem.* Hæc verba ponuntur secundùm similitudinem humanæ consuetudinis.

Mystice autem docent fiduciam prędicandi vel patiendi.

D f *Supra candelabrum.* Quia dixerat apostolis: *Vobis datum est nosse mystę. reg. Dei cœ. a. in p.* Nunc ostendit per eosdem apostolos, aliquando & cæteris idem mysterium esse reuelandum, & omnes qui domum Dei essent intraturi flamine fidei illustrandos: q. d. Vobis pando mysteria, in vobis accendo lumen fidei, vos autem hãc eandem lucem alijs pandite, nec timore carnalium incõmodorum abscondite. Vasis nomine vel lecti designatur caro, in qua anima continetur & quiescit. Per lucernam verbi Dei. Qui autẽ metu carnali occultat verbum Dei, ipsam carnem proponit manifestationi veritatis, & ille quasi occultat verbũ, qui prædicare trepidat. Super candelabrum ponit verbum, qui corpus ministerio Dei subijcit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis, per ipsam tamen corporis seruitutem excelsior, luceat doctrina quæ officio linguæ & cæterorum membrorum insinuatur.

†quia

E

†quomodo auditis. †Mat. 13. b Mat. 4. c. †Mat. 12. d Mar. 3. d. †ad

F g *Non enim, &c.* Q. d. Timor carnalium non vos retardet, sed nec mala opinio, quæ de vobis modo habetur apud incredulos quia etsi viles apparetis, quandoque claritas vestra apparebit, cum *dominus illuminabit abscondita tenebrarum*, tunc & vos coronabimini, & punientur vestri aduersarij.

h *Qui enim habet, &c.* Hæc specialiter apostolis, quibus ex charitate nosse mysteria datur, & perfidis Iudæis (qui per parabolas quod non intelligũt audiunt) dicta videntur. Potest & generaliter accipi, quia & ingeniosus, negligendo, sapientia vera se priuat & simplex studiosus laborando degustat: Quia qui amorem verbi habet, dabitur & sensus intelligendi quod amat. Sed qui non habet amorem audiendi, etiam si naturali ingenio vel labore studioso se intelligere putat, nullam tamen veræ scientiæ dulcedinem gustabit.

Ingeniosis negligẽtibus nõnũquam simplices studiosi præferuntur.

i *Et quicunque non.* Ideo desidiosus ingenium accipit sæpè, vt de negligentia iustius puniatur, qui scire contempsit quod sine labore assequi potuit, & aliquando studiosus tarditate intelligentiæ premitur, vt eo maiora premia inueniat, quo studiosiùs elaborat.

k *Venerunt.* Quod dixerat in verbo, ostendit in mystico facto, scilicet, quòd Iudæi solam literam sequentes, etiam quod videntur ha-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nemo autem lucernam, &c. *Per lucernam saluator hic intelligit doctrinam euangelicam, quæ non est occultanda, nec in latebris tantum docenda sicut doctrina suspectę & mala, sed in palam coram omnibus.*

2 Non est enim occultum, &c. *Quia licet Christus aliquando docuerit discipulos secretò, voluit tamen quòd per eos talia publicè docerentur, vnde dicit Matth. 10. c.* Quod in aure auditis, prædicate super tecta. *Ideo subditur:*

3 Videte ergo quid au. *Vt constanter per orbem prædicetis.*

4 Qui enim ha. &c. *Hoc subditur ad ostendendum pręmium prędicationis apostolorum: Qui enim prædicant ex fide formata charitate merentur, vt sibi detur augmentum gratiæ in præsenti, & præmium gloriæ in futuro.*

5 Et quicunque non ha. *Videlicet fidem charitate formatam.*

6 Etiam quod putat, &c. *Quia gratię gratis datæ non valebunt ei ad salutem, sed magis cedent ad damnationis suæ augmentum, inquantum abusus fuerit eis.*

Aliter exponitur de legisperitis & sacerdotibus Iudęorum, qui fidem Christi non habuerunt, & ideo noticia legis & prophetarum non valuit eis ad salutem sed magis nocuit eis ad augmentum suæ damnationis, secundùm quod dicitur infrà 12. cap. Seruus qui sciuit voluntatem domini sui & non fecit, vapulabit multis.

7 Venerunt autem. *Hic consequenter describitur feruor Christi prædicantis ex hoc quod propter aduentum matris suæ, etiam expectantis foris, non interrupit prędicationem, licet eam summe diligeret & honoraret, sed respondens nuncianti sibi aduentum, dixit.*

MORALITER.

† 1 *Nemo autem.* Hæc lucerna dicitur sacra scriptura Psal. 118. o. *Lucerna pedibus m. ver. t. &c.* Hanc autem lucernam operit vase qui verbis curiosis & extraneis exponit eam ad iactantiam suæ famæ. Ille verò subtus lectum ponit qui ignem hæresis ex sua expositione peruersa accendit, sicut lucerna sub lecto posita accendit stramina. Et de hac accensione dicit Hieronym. & habetur in decretis 24. q. 3. secundæ. Arrius in Alexandria vna scintilla fuit, sed quia non statim fuit oppressus, eius flamma totum orbem depopulata est. Illi autem ponunt super candelabrum, qui per bonã vitam faciunt efficax verbũ suũ, sicut è conuerso illi vasa operiũt, qui per malam vitam doctrinam suam contemptibilem reddunt.

† Et nun.

tur habere perdunt. Nam mater, synagoga, & fratres populi Iudæorum, de quibus est Christus secundum carnem, ipso interius docente nequeunt intrare, quia eius dicta spiritualiter negligunt intelligere. Sed præoccupans turba domum ingreditur, quia tardante Iudæa, confluit ad Christum gentilitas & illuminatur.

a *Foris stant, volent.* Foris stantes volunt Deum videre, qui spiritualem sensum in lege non quærentes, ad custodiam literæ sese fixerunt, & quasi Christum ad carnalia docenda potius, cogunt exire, quã de se ad discenda spiritualia consentiant intrare, merito ergo nõ agnoscuntur. Quo exemplo & nos informamur quod nõ agnoscemur si foris steterimus.

Non autem iniuriosè negligit matrẽ, nec mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur. Sed religiosiores copulę mẽtium monstrantur quam corporum, & corporali necessitudini præscriptorum cœlestium forma præfertur. Figurat etiam, Iudæis (de quibus secundùm carnem) ecclesiam de gentibus quæ credidit, anteferendam.

MORALITER. Magister precepturus alijs, *qui non reliquerit patrem & matrem, non est me dignus*, sententiæ suæ ipse primus se subijcit, non refutans officium maternæ pietatis, sed paternis se ministeriis amplius quàm maternis affectibus debere cognoscit. Itaque qui se intelligit propter diuinum mysterium in terras venisse, & propter conuentum ecclesiæ relictis parentibus ascendit in nauem.

✠ THEOPHYLACTVS. Quidam hoc sic intelligunt, quòd Christo docente quidam inuidentes subsannantes eum super doctrina eius dixerunt: *Mater tua &c.* Tanquam propter hoc eum ignobilem demonstrarent. Et ideò qui mentem eorum cognouit, sic eis respondit, quoniam non nocet vilis consanguinitas, sed si ignobilis quis existat, audiat autem verbum Dei, ipsum consanguineum reputat.

b *Et adscenderunt. Nauigantibus autem illis.* MORALITER. Cum Iesu nauim ascendit, qui signo Dominicæ crucis imbutus, sæculum relinquere disponit.

c *Obdormiuit.* In hoc facto verus homo monstratur qui dormit, & verus Deus qui furorem coercet maris.

d *Et complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem.* Meritò turbatur nauis in qua proditor est cum bonis, & qui suis meritis firmi fuerant, turbantur alienis.

e *Suscitauerunt eum dicentes, Pręceptor perimus.* Aduertè neminem sine tentatione de hac vita transmigrare, cum etiam Apostolos (quibus Dominus adest) tentationum secularium sæpe procella perturbet. Sed cum simus subiecti procellis spiritualis nequitiæ, excitemus gubernatorem qui imperat ventis, qui imperat mari, qui etsi iam non dormiat corporis sui somno, caueamus tamen ne nostri corporis somno dormiat & quiescat.

f *Et cessauit, & facta est tranquillitas.* Nota, quod omnis creatura sentit creatorem. Imperat, increpat, sentiunt imperãtem, non quod secundùm hæresim quorundam sint animantia, sed maiestati conditoris sunt sensibilia, quæ apud nos sunt insensibilia.

ALLEGORICE. Mare vel stagnũ; tenebrosus est & amarus mundi æstus. Nauicula, arbor crucis, cuius beneficio fideles adiuti, emersis fluctibus mundi, obtinent littus patriæ cœlestis. Ascendunt discipuli amoniti cum eo, vnde ipse ait: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam et sequatur me.* Discipulis nauigantibus, id est, seculum fidelibus calcãtibus, & futuri seculi quietem animo meditantibus, & per sanctispiritus flatum, vel etiam per proprij regiminis conatum infidos mundi fastus certatim post terga iactantibus, subitò obdormit Dominus, id est aduenit tempus dominicæ passionis. Vnde & Marcus nocte hoc factum memorat, vt veri solis occubitum significaret. Descendit procella, quia Domino somnum mortis in cruce subeunte, fluctus persecutionum dæmoniacis flatibus excitati assurgunt, quibus non ipsius patientia, sed discipulorum imbecillitas concutitur & trepidat. Suscitant, ne eo dormiente pereant, quia cuius mortem viderant, resurrectionem optant, quæ si differretur, ipsi in perpetuum periclitarentur, vnde: *Surgens increpauit ventum.* Quia celeri resurrectione, per mortem destruit superbiam diaboli, qui habebat imperium mortis. Tempestatem etiam aquæ facit cessare, quia rabiem Iudæorum morti eius insultantium resurgens labefacit. Arguit eos qui se præsente timebant, cum perire non possit qui firmiter adhæret ei: Quasi ipso gestu nauigationis diceret, quod post resurrectionem etiam voce dixit: *O stulti et tardi corde ad credendum in omnibus quę locuti sunt Prophetæ: Nõnne opor. pa. Christum*, soporari, vndis nauem (in qua quiescebat) hinc inde vexantibus, & sic extemplo tumidis gurgitibus sedatis, patefacere cunctis potentiam suæ diuinitatis?

g *Mirati sunt adinuicem.* Non discipuli, sed nautæ & alij qui in naui

a ¶ Synagoga. b ¶ Populus Iudæorum. c ¶ Quia non habent spiritualem intelligentiam.

Et nunciatum est illi: Mater tua & fratres tui foris stant, volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos: Mater mea
a ¶ Id est, qui dicto, vel facto, vel exemplo, in cordibus proximorum generant Deum.
b ¶ Voluntatem patris mei qui in cœlis est.
& fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.✝ Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos: Transfretemus trans stagnum. Et ✝ ascenderunt. Nauigantibus autem illis obdormiuit, & descendit procella venti in stagnum, & ✝ complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes: Præceptor, perimus. At ille ✝ surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ, & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis: Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt ad inuicem, dicentes: ✝ Quisputas hic est? Quia & ventis imperat
a ¶ Dæmonibus.

Marginalia: ✝ recesserit. ✝ Mat. 8. c. Mar. 4. d. ✝ Mat. 8. c. Mar. 4. d. ✝ complebuntur. ✝ experrectus. infra. 9. c. Marc. 8. d. Mar. 4. d. infra. 24. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt. *Quasi dicat, ille est mihi propinquus, qui spiritualibus operibus est magis intentus. In hac etiam responsione Christus confutauit illum, qui ei nũciauit aduentũ matris suæ, quia secundũ doctores nostros maliciosè hoc fecit, vt si ex hoc prædicatione dimitteret, argueret ipsum esse hominem purum carnali affectione motum. Aduertendum tamen quod fratres Christi hic dicuntur cognati sui Germani, eo modo loquendi, quo apud Hebręos, fratres dicuntur illi qui sunt de eadem cognatione, & hoc modo vocauit Abrahã Loth nepotẽ fratrẽ suum, vt habe. Ge.* 13.

2 Factum est autem, &c. *Hic consequenter describitur doctrina Christi confirmatio, quę propriè fit per miracula, secundùm quod dicitur Marc. vlti. d.* Sermonem confirmante sequentibus signis. *Et primo describitur miraculum factum in mari. Secundo factum in terra: ibi* Et cum de naui egressus esset ad terram. *Sententia primę partis patet ex dictis Matthæi.* 8. *Hoc excepto.*

3 Transfretemus trans stagnum. *Matth. 8. vocatur mare modo loquendi Hebraico, quo omnis congregatio aquarum in notabili quantitate vocatur mare, secundum illud Genes. 1. b.* Congregationésque aquarum vocauit maria. *Secundùm veritatem aquę Iordanis fluuij extenduntur ibi in magna latitudine, ideò frequenter vocatur mare, & aliquando lacus, & aliquando stagnum, sicut hic.*

MORALITER.

✝ *Et nunciatum.* Secundum sensum literalem maliciosè fuit ei nunciatum, vt si per aduentum matris & fratrum prædicationem dimitteret, argueretur homo purus, vtpote affectione carnali motus, propter quod rationabiliter imposuit nunciati silentium, dicens.

1 *Mater mea, &c.* Et in hoc docuit prædicatorem Euangelij rationabiliter reprimere volentes eum maliciosè impedire.

2 *Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauicul. &c.* Per quam significatur corpus humanum in quo secundum Platonicos, anima est sicut nauta in naui. In hac autem nauicula anima gubernat secundum partem rationalem. Irascibilis autem & concupiscibilis, sensus interiores & exteriores sunt in corporalibus organis, & sic debent per rationem quæ non est virtus organica gubernari, Deus tamen principalis est gubernator. Turbatur autem nauis ista corporis infirmitatibus, & mens interior, dæmonum tentationibus. Et Deus qui principalis est gubernator, dormire dicitur, dum ab eo talia permittuntur. Excitatur autem deuotis precibus partis rationalis, quę ad optima deprecatur, & tunc iubente Domino turbatio quietatur.

nauí erant mirabatur. Vnde Matthæus: *Porrò homines illi mirati sunt, Dicentes: Qualis est hic?* Quod si discipulos dicimus miratos fuisse, meritò & ipsi homines sunt appellati.

Matth. 8. d.

a *Ad regionem Gerasenor.* Gerasa ciuitas Arabiæ iuxta montem Galaad in tribu Manasse, non longè à stagno Tyberiadis, significat gentes quas post passionem & resurrectionem Dominus per prædicatores visitauit, vnde Gerasa siue Gergesi colonũ eiiciens, id est, diabolum à quo prius incolebatur vel aduena propinquans, qui longè erat in tempore.

b *Occurrit illi vir.* Cum Lucas vnum: Matthæus duos occurrisse memorat, in figuram eiusdem gentilis populi est, quia cum Noë tres filios genuerit, & familia solius Sem in possessione Dei abscissa est, ex duobus alijs diuersarum nationũ populi pullularunt, qui idolis seruierunt. Et nota hunc vnum fuisse celebrioris personæ & maioris insaniæ, de quo regio illa maximè dolebat. *Occurrit ergo vir.* Id est, ipse gentilis populus, qui multis tẽporibus, id est, ab ipso penè mundi exordio vexabatur à dæmonio, nec vtebatur veste naturæ suæ, id est, virtutibus fide & charitate, quibus primi parentes post culpam nudati leguntur, hæc stola redeunti filio offertur. Neque in domo conscientię quiescebat, sed in mortuis operibus corporis quasi in sepulchris manebat.

Matth. 8. d.

† aquæ · †Matt. 8. d. Marc. 5. a. · †Marc. 5. a. · † Mat. 8 d. Mar. 5. b. · † illos.

populo. Econtra dicitur: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Vnde bene in Babylone vnitas linguarum scissa, in Ierusalem est adunata.

Act. 4. f. Gen. 11. a.

g *Et rogabant.* Sciebant dæmones per aduentum Domini se aliquando in abyssum mergendos: Non ipsi futura prædiuinantes, sed prophetarum de se dicta recolentes.

h *Grex porco.* Porci, sunt homines, vocis & rationis expertes, lutulentis actibus dediti, in monte superbiæ pascentes. Et nisi quis more porci vixerit, diabolus in eo potestatem non accipit, vel ad probandum tantum, non autem ad perdendum accipit.

✠ AVGVSTIN. Quòd Marcus dicit, circa montem fuisse gregem porcorum, Lucas autem in monte, non repugnat. Grex enim porcorum non magnus fuit, vt aliquid eius esset in monte, aliquid circa montem. Erant enim duo milia porcorum, sicut Marcus expressit.

Lib. 2. de cõsensu Euang. cap. 24.

i *Et rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi.* Aduerte clementiam Domini. Nullum prius ipse cõdemnat, sed vnusquisque ipse sibi mali autor est. Non mittuntur in porcos dæmones, sed ipsi petunt, quia cœlestis luminis claritatem ferre non poterant. Vnde & ante tempus debita sibi tormenta formidant.

† Aliqui libri nõ habent demũ. · * e ciuitate · †Matt. 8. d.

a ¶ Mundanæ motioni. ¶ Velint nolint.

a & † mari, & obediunt ei. Enauigauerunt autem ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum † de
b naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam * qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento
c non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Iesum, procidit ante illum, & exclamans vo-
d ce magna, dixit: † Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo, vt exiret ab homine. Multis enim temporibus
e arripiebat illum, & vinciebatur cathenis & compedibus

a ¶ In loca spiritualium infœcunda virtutum, sicut profugus à lege, discretus à Prophetis, remotus à gratia.

custoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deser-

a ¶ Non vt ignarus inquirit, sed vt confessa peste quàm furens tolerabat, virtus curantis gratior emineat.

to. † Interrogauit autem illum Iesus, dicens: Quod tibi no-

a ¶ Scilicet, sumus, non vnus spiritus tantum.

f men est? At ille dixit: Legio. Quia intrauerunt dæmonia
g multa in eum: Et rogabant illum ne imperaret illis, vt in a-

¶ Id est, gehennam.

h byssum irent. † Erat autem ibi grex porcorum multorum
i pascentium in monte, & rogabant eum, vt permitteret eis in
k illos ingredi. Et permisit † illis. Exierunt ergo dæmonia
l ab homine, & intrauerunt in porcos, & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. † Quod
m vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt & nunciaue-
n runt in ciuitatem, & in villas. Exierunt autem videre quod

† 1 · 2

c *In monumentis.* Quid aliud sunt perfidorum corpora, nisi quędam defunctorum sepulchra, in quibus non habitant Dei verba.

✠ AVGVST. In domo non habitabat, id est, in conscientia sua non requiescebat. *In monumentis manebat.* Id est, in mortuis operibus, hoc est peccatis delectabatur.

d *Iesu fili Dei.* Arrius contendit esse creaturam, quem dæmon confitetur esse filium Dei. Iudæi dicunt: *In principe dæmoniorum eijcit dęmonia,* quem dæmonia negant aliquid secum commune habere. Tormentum est diaboli ab hominis læsione cessare, & quantum diutius possederat, tantum difficilius dimittit. Caueat ergo aliquis læsus à diabolo, vt cito eius iugum dirumpat, quia tantò facilius quanto citius eius dominium euitatur.

e *Vincieba. catenis.* Catenæ & compedes, duræ & graues sunt gentium leges, quibus, & in eorum republica cohibebantur peccata. His tamen legibus ruptis, ad ea scelera cupiditate ducebantur, quæ vulgarem consuetudinem excedebant.

f *Quia intrauerunt dęmonia multa, &c.* Multa dæmonia quæ vnum premunt, signant multos cultus idolatriæ in vno gentium populo.

k *Et permisit illis. Exierunt etc.* Permittit, vt per interfectionem porcorum, detur occasio salutis hominibus. Pastores autem videntes statim nunciant. In quo notandum, quod nec porcis nisi permissa, dæmonia nocere possunt, multo minus hominibus, nisi occulta tamen iustitia Dei permittantur.

l *Abijt grex per pręceps in stagnum, & suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebant.* ALLEGORICE. Liberato populo gentium à dominatione dæmonum, increduli in abditis agunt suos ritus sacrilegos, & cæca & profunda curiositate submersi, & impetu feruntur in præceps, quia nullius meriti contemplatione reuocantur, sed ad inferiora per improbitatis procliue detrusi suffocantur, intercluso vitali commeatu spiritus in aquis voluptatum huius mundi.

m *Fugerunt et nunciauerunt in ciuitatem, et in villas.* Pastores fugerunt, quia nec philosophi gentium, nec principes synagogæ pereuntibus possunt conferre medicinam, & licet Christianam fugiant legem, potentiam tamen eius stupendo & mirando prædicant.

n *Exierunt autem videre quod factum est, & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem, etc.* Significat multitudinem sua venusta vita delecta-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum, &c. *Hic describitur miraculum factum in terra. Et primò de curatione dæmoniaci. Secundò de suscitatione filiæ Archisynagogi, ibi* Factum est autem. *Sententia autem primę partis patet ex dictis Mat. 8. et Mar. 5. Hoc excepto quod sequitur.*

2 Et vestimento non induebatur, neque in domo manebat sed in monumentis, &c. *Amentes enim et dęmoniaci multa possunt sustinere quæ non possunt alias sustinere, sicut patet de Nabuchodonosor Danielis. 3. qui per septem annos habitauit cũ feris, fœnum quasi bos comedens.*

MORALITER.

† *Enauigauerunt autem ad regionem Gerasenorum quæ, &c.* Per hominem obsessum à dæmone, significatur populus gentilis longo tempore seruiens dæmonibus in idolis, & vestibus non vtebatur, quia nudatus erat virtutum ornamentis. Ruperat etiam catenas & vincula legis naturalis, sed Domino iubente per prædicationem Apostolorum dæmones sunt ab eis eiecti, & ad sanam mentem sunt reducti, & virtutum vestibus sunt ornati. Per hoc autem quod dæmones porcos intrauerunt, & in mare demerserunt, significatur, quod dæmones intrant detractores, qui tanquam porci pascuntur immundicijs aliorum, grunniunt contra vitam bonorum, propter quod cum dęmonibus demerguntur in infernum.

delectatam, honorare quidem, sed nolle pati religionem Christianam, dum dicunt, quod eam implere non possunt. Mirantur & fidelem populum à pristina conuersatione sanatum, & sedere ad pedes domini, id est, sano mentis examine vestigia saluatoris quæ sequatur intueri, & vestitum studijs virtutum, quæ deceptus amiserat.

cut ait propheta: *Dies multos expectabis me. Non fornicaberis & non eris cum viro*, quia nunc synagoga nec est subdita Christo viro, nec fornicata cum idolo, longa expectatione sponsi amplexum præstolans.

Osee 3. b.

factum est, & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierant, vestitum ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nunciauerunt autem illis, & qui viderant, quomodo sanus factus esset à † legione. Et rogauerunt omnis multitudo regionis Gerasenorum, vt discederet ab ipsis, quia timore magno tenebantur. † Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens: Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per vniuersam ciuitatem prædicans, quanta illi fecisset Iesus. † Factum est autem cum redijsset Iesus, excepit illum turba. Erant enim omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesus rogans eum, vt intraret in domũ eius, quia filiã vnica erat illi ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit dum iret, † à turbis comprimebatur

¶ Vt lactantiæ causa vitetur, & infidelibus fit exemplo.

a ¶ Illuminans. Moyses enim dicitur Iairus, qui diuinis præceptis populum instruxit:

a ¶ Synagoga, lege vel propheticis instructa.

† dæmonijs agitatus

† Mat. 5. b.

† turbæ suffocabãt eum.

a *Et rogant.* Cõscij fragilitatis, præsentia domini se indignos indicant, non capientes verbũ Dei, & in firma mente pondus sapientiæ non sustinẽtes, & ideò diutiùs molestus non fuit, sed regreditur quia non dignatur curare inuitos, sed citò deserit infirmos, quibus oneri videt esse suam præsentiam.

Ho. 29. in Matth. † Mat. 9. c. Mar. 5. c.

✱ CHRYSOST. Attendas Christi humilitatem. Postquam enim collocatis à se talibus beneficijs emittebant eum, non obstat, sed discedit, eos qui seipsos indignos sua doctrina promulgauerant, relinquens.

Huic lectioni consequenter subiungitur mors filiæ Archisynagogi in figuram eiusdem synagogæ, quam dum properat suscitare dominus, præripit sanitatem emorroyda mulier in figuram gentium quæ post venientes prius sanantur. Venit ergo ad Iesum, princeps, scilicet, Moyses, qui meritò Iairus dicitur, id est, illuminatus à Deo, vel illuminans alios, dum verba vitæ quæ à spiritu sancto acceperat, alijs ministrat. Cadit ad pedes quia legislator cum toto populo illo, Christũ in carne venturum longè sibi intelligebat præferendum. Rogat intrare in domum quia desiderabat eum videre, vnde: *Multi reges & prophetæ v. vi. quę vos vi.*

Luc. 10. d.

b *Ipse autem, &c.* Quando de synagoga ad gentes transiuit, ipse somno, nauis tempestate pressa memoratur, hic nec ipse dormit, nec nauis periclitatur. Quia *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur*. Tamen in hoc innuitur, quod passionis eius triumphus, & resurrectionis gloria credituris Iudeæ populis intimabitur, & cum prædicatio mortis suæ vexillo credi ab Hebræis cœperit, quasi repetita naui in qua dormierat, patriam reuisit.

Rom. 6.

Ipse autem qui relictis parentibus, id est, Iudæis, ascenderat nauim, id est, post resurrectionem, quasi transacta passionis suæ tempestate gentium procurauerat salutem, iam in patriam reuertitur, quia *postquam plenitudo gentium intrauerit, tunc omnis Israel saluus erit.*

Rom. 11. c

c *Redi in domum, &c.* ALLEGORICE. Post remissionem peccatorum redeundum est in bonam conscientiam, & seruiendum euangelio, propter aliorum etiam salutem, vt deinde cum Christo requiescat, ne cum iam prope vult esse cum Christo, negligat mysterium prædicationis accommodatum fraternæ liberationi, vnde Apostolus: *Cupio dissolui, & esse cum Christo*, multo melius, *manere autem in carne necessarium propter vos.*

Philip. 1.

d *Excepit il.* In fine seculi cum adhuc ad Iudæos redibit, per fidei confessionem libenter excipietur, quia expectant eum sicut

Huic erat vnica filia, id est, synagoga sola legali compositione instituta cum ad duodecimum annum peruenisset, id est, cũ per legis & prophetarũ institutionẽ edocta ad annos intelligibiles peruenisset, vt iã apostolica doctrina viueret, & Deo spirituales fructus gigneret, moriebatur erroris languore. Ad hanc sanandã, dum carne assumpta properat Dei verbum, grauatur noxia consuetudine carnalium populorum. Et ecce mulier id est ecclesia de gentibus congregata, quæ interiorum lapsu criminum deperibat, à cœtu fidelium segregata, paratam alijs præripit fide salutem, ab annis duodecim. Quo tempore synagoga in cultu Dei creuerat, eodem tempore gentilitas per orbem idololatriæ sanie fœdabatur, & carnis oblectatione. Quæ substantiam, id est, naturalis industriæ vires expenderat in medicos, id est, philosophos & legum doctores, qui multa de vitijs & virtutibus disputauerant & præcepta viuendi dederant, nec per eos curari poterat, sed (vt Marcus ait) *deterius habebat*. Sed vt vidit Iudæos ægrotare, & verum medicum vidit adesse, sperat, & quærit medicinam, accedit per fidem, appropinquat retrò, post dominum suum ambulando. Vel, quia in carne dominum non videns, peractis incarnationis sacramentis, per fidem cœpit eius vestigia subsequi. Tangit fimbriam & vndam sanguinis restringit, quia beatus & verè mundandus, qui minimam verbi partem, manu fidei contingit.

Mat. 5. d.

☞ a In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipse autem ascendens na. &c. & rogabat illum vir à quo dæmonia exierãt, vt cum eo esset. Dimisit, &c. *Id est, noluit quod ipsum sequeretur. Cuius ratio est, quia discipulis sequentibus Christum data est potestas faciendi miracula, vt patebit ca. 9. & 10. Si autem iste qui fuerat dæmoniacus talia faceret, posset à simplicibus & etiam a maliciosis hominibus imputari, quod talia faceret virtute dæmonis, quod Christus excludere intẽdebat. Et ex hoc consuetum est in ecclesia, quòd dæmoniaci & furiosi si curentur, non tamen ad ecclesiastica officia promouentur.*

a Factum est autem. *Hic consequenter describitur miraculum à resuscitatione filiæ Archisynagogi. Circa quod primò ponitur dicti miraculi inchoatio. Secundò interponitur mulieris patientis fluxum sanguinis curatio,* ibi: Et contigit dum iret. *Tertiò, dictæ suscitationis consummatio, ibi:* Adhuc illo loquente. *Sententia istarum partium patet ex dictis Matth. 9. & Marci 5. excepto quod sequitur in prima parte.*

3 Excepit illum turba. *Licet enim sacerdotes & legisperiti ex odio ipsum despicerent & doctrinam eius, tamen communis populus deuotè audiebat verbum eius.*

4 Et ecce ve. vir cui n. Iairus. *Istud nomen non exprimitur Mat. 9. et Marci 5. et ideò hic suppletur. Sciendum tamen quod iste vocabatur Iair in idiomate Hebræo, sed nomina propria Hebraica quando transferuntur ad Latinum frequenter accipiunt hanc syllabam us, in fine sicut Iacob in Hebræo, Iacobus in Latino, et Saul Saulus. Et eodem modo Iair Iairus.*

MORALITER.

† 2 *Factum est autem, cum redijsset Iesus, excepit illum turba.* Per Archisynagogum sacerdos curatus, & per filiã eius vnicam, sua parrochia designatur. Igitur Archisynagogi vnica filia moritur, cum sacerdotis parrochia malè disponitur, sed pro eius sanitate Iesum rogat cum prædicatorem & confessorem pro salute animarum zelantem in auxilium suum vocat, & tunc eius filia sanatur, & ei cibus verbi Dei & eucharistiæ sacramentum ministratur.

C 2 † Et

a *In medicos*. Medici, dæmones, qui quasi consulentes hominibus, pro Deo se coli exigunt, quibus seruierat gentilitas.

b *Tetigit fimbriam*. Fimbriam tangit, qui incarnationis mysteria perfectè amat & credit, donec ad maiora capienda perueniat.

i *Non permisit, &c.* Paucos arbitros resurrectionis accinit, quia non à multis continuò credita est resurrectio.

Filius viduæ publicè suscitatur, hic pauci admittuntur: In quo moraliter pietas domini notatur, quia vidua mater vinci non patiebatur moras, & ideò ne amplius afficeretur, maturitas additur. Significatur etiam in filio viduæ ecclesia citò creditura. In archisynagogi filia Iudæi qui credituri, sed ex pluribus pauci.

Supra 7.b.

† Mat.9.c Mar.5.c. † quæ † ab illis 5.dist.c.ad eius,depce d.3.c.inter hęc hircū.

Si consideremus quanta sit fides nostra, & intelligamus quantus sit filius Dei videmus quia comparatione eius, fimbriam tantummodo tangimus, superiorē vestimenti eius partē nequimus attingere.

c *Et confestim, etc.* Suscitaturus mortuā rediit ad fidem faciendam, prius curat emorroidam. Sic Elisabet sterilis paritura indicatur, vt cōceptura virgo credatur.

† Mat.9.c. Mar.5.c.

d *Quis est*. Non quærit vt doceatur quæ nesciat, sed vt fides mulieris appareat.

e *Turbę te comprimunt*. Quem turbæ diuersis hæresibus affligunt, sola catholica ecclesia fideli corde tangit, nam alij tangentes non tangunt, sicut videntes non vident, audientes non audiunt. Vnde & Mariæ dicitur: *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.*

* eiectis foras omnibus. † Matt.9.c Mar.5.d. Ioan.20.d

✠ Gregor. Premente turba vna redemptorem nostrum mulier tetigit, quia carnales quique in ecclesia eum comprimunt, à quo longè sunt, & soli tangunt qui huic veraciter humiles adiunguntur. Turba igitur premit, & non tangit quia & importuna est per præsentiam, & absens per vitam.

Lib.3.mor. cap.11.

† Et mulier † quędam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos ᵃ erogauerat omnem substantiam suam nec † ab vllo potuit curari, accessit retrò & tetigit fimbriam ᵇ vestimenti eius, & confestim ᶜ stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus: Quis ᵈ est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor, ᵉ turbæ te comprimunt & affligunt, & dicis, quis me tetigit? Et dixit Iesus: Tetigit me aliquis. Nam ᶠ & ego noui virtutem de me exijsse. † Videns ᵍ autem mulier, quia non latuit, tremens venit & procidit ante pedes eius, & ob quam causam tetigerit eum, indicauit corā omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit illi: Filia, fides tua te saluam fecit: Vade in pace. Adhuc ʰ illo loquente, venit quidam † ad principem synagogæ dicens ei, quia mortua est filia tua, noli vexare † illum. Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellæ: Noli timere, crede tantum & salua erit. Et cum venisset ad domum, non ⁱ permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem & ᵏ patrem & matrem puellæ. Flebant ˡ autem omnes & plangebant illam. At ille dixit: Nolite ᵐ flere: Non ⁿ est mortua puella, sed ᵒ dormit. Et deridebant ᵖ eum, scientes quia mortua esset. Ipse autem * tenens ᵠ manum eius, clamauit, dicens: † Puella, ʳ surge. Et † reuersus est spiritus eius & surrexit continuò, & iussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes eius, quibus ˢ præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

Interlinear: a ¶ q.d. Multi sunt qui te tetigerunt. — a ¶ q.d. Non quęro de tactu corporis, sed de tactu fidei? — ¶ Per fidem. — a ¶ Non factum est, sed fecit, in eo enim iam saluata es quod credidisti. — a ¶ Petrus Iacobus & Ioannes, fides, spes, & charitas. — a ¶ Pater episcopus. — b ¶ Mater ecclesia. — ¶ Qui non credit deridet. — a ¶ Ad testimonium vitæ, vt non phantasma sed veritas crederetur.

✠ Theophyl. Mortuam suscitaturus eiecit omnes, quasi nos docens absque inani gloria esse & nihil ad demonstrationē facere, & quod cùm quis debet miracula facere, non decet ipsum esse in medio plurimorum.

† insumpserat.

k *Patrem puellę*. Pater puellæ, cœtus doctorum legis, scilicet, scribæ & Pharisæi, qui si credere voluerint etiam subiecta synagoga salua erit.

† āprincipe. † magistrū.

✠ Chysost. Assumpsit parentes in testes, ne quis dicere posset fallax esse resurrectionis iudicium. Deflentes etiam exclusit, à domo, & indignos ostēdit huiusmodi visione.

Ho. 31.in Matth. † conuersus.

l *Flebant autem*. Flēt qui synagogā à Deo, qui vita est, vident alienam & dolent, nec amplius posse viuificari putāt, & illa quæ sponsi præsentiā qua viuere debet, amisit, quasi inter plangentes mortua iacens, nec hoc ipsum quidem quare plangatur, intelligit.

m *Nolite flere*. Fleant mortuos suos, qui putant mortuos, vbi est fides resurrectionis non est mors, sed spes quietis.

n *Non est mortua, &c.* Mortua est puella hominibus qui suscitare non possunt. Non Deo, cui anima viuit, & caro suscitando quiescit.

o *Sed dormit, &c.* Allego. Cum anima peccans moriatur, si tamen à Christo suscitari meretur, nobis quidem mortua fuisse, sed Deo dici potest obdormisse.

p *Deridebant, &c.* Meritò exclusi sunt, qui deridere quam credere malebant, indigni videre resurrectionis miraculum.

q *Tenens manum*. Tenet manum, quia nisi manus Iudæorum (quæ sanguine plenæ) prius fuerint mundatæ, synagoga non surget.

r *Puella surge*. Quisquis à morte animæ, à Christo manum sibi confortante resipiscit, à sordibus vitiorum debet exurgere, & (sicut Marcus ait) in bonis operibus ambulare, & cœlesti pane necesse est vt mox satietur, id est, verbi Dei & altaris.

s *Quibus præcepit*. Sicut publica noxa publico eget remedio, ita leuia peccata leuiori & secreta queunt deleri pœnitentia. Vnde puella in domo iacens, paucis arbitris exurgit, eisdemque ne miraculum vulgarent, interdicitur.

Infrà 18.c

f *Nam et ego noui*. Non latet quicunque tangit: Deus non indiget oculis vt videat, nec corporaliter sentit, sed in se habet cognitionem omnium. Etiam virtus quæ propitiatur omnibus iniquitatibus nostris, & sanat omnes infirmitates nostras, non ex nobis, sed ex Deo exit.

g *Videns autem mu.* Hæc mulier verecunda fimbriam tangit, fidelis accessit, religiosa credidit: sapiens se esse sanatam cognoscit: Sic plebs gentium quæ Deo credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidem detulit vt crederet, deuotionem exhibuit vt rogaret, sapientiam induit vt sanitatem & ipsa sentiret, fiduciā sumpsit vt fateretur quod præripiebat alienum.

h *Adhuc illo loq.* Mundata ecclesia gentium à profluuio vitiorum, & cognominata filia ob fidei meritum nunciatur synagoga lœto perfidiæ & inuidiæ soluta, quia in Christum non credidit, & ecclesiam credere doluit. Nuncius iste est, quicunque credit statum synagogæ à Deo destitutum vt restaurari non possit, ideoque pro restitutione illius supplicandum esse non credidit, sed quę impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum, vnde sequitur: *Iesus autem audito verbo*.

CAP.

MORALITER.

† 1 *Et mulier quędam erat in fluxu sanguinis*. Per quam significatur persona peccatrix à longo tempore quæ tamen remedium quærit à domino, dicens: *Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ*, &c. Et illa sola dicitur Christum tetigisse, scilicet, spiritualiter per fidem, licet multi eum comprimerent per tactum corporalem, propter quod ei singulariter dicitur: *Filia fides tua saluam te fecit*.

† MORAL.

CAP. IX.

a *Conuocatis autem Iesus.* Cōcessa primū potestate signorum mittuntur prædicare regnum Dei, vt magnitudini promissorum attestetur etiā magnitudo factorum, & fidem verbis daret virtus ostensa, & noua faceret qui noua prædicarent.

b *Nihil tuleritis.* In Marco legitur, *vt nihil tollerent in via nisi virgam tantum.* Sed sciendum est, quia vtrúmq; preceptum est à Domino, vt nihil nisi virgam ferrent, & vt nec virgam ferrent. Non ferre virgam, est non esse sollicitum de his quæ necessaria sunt humanæ sustentationi, quia hæc debentur prædicatoribus ab his quibus prædicant, quando sine scandalo possunt accipi. Nihil ferre nisi virgam, est vti illa potestate accipiendi necessaria quæ data est prædicatoribus.

Mar. 6. b. †Mat. 10. a. Mar. 6. a. †viam.

✠ THEOPHYLACTUS. Quidam Apostolos non portare peram, neque baculum aut duas tunicas sic intelligunt, quòd non thesaurizent, hoc enim pera innuit congregans multa, neque sint iracundi & tribulati spiritus, quod significat baculus, neque sint ficti & duplici corde, quod significat tunica duplex.

c *Duas tunicas.* Simplex vestimentum est quicquid est necessarium alicui secundum qualitatem loci vel temporis. Duplex est, quod vltra necessitatem est. Allegori. in duabus tunicis, duplicitatem prohibet.

d *Ibi manete.* Ne excurrsetis per domos & inuiolabilis hospitij iura mutetis. Vnde secundum Matthæ. Domus in qua manere debeant prius eligenda est, vt mutandi hospitij necessitas auferatur.

Mat 10. b.

e *Puluerem pedum vestrorum.* Puluis excutitur in testimonium laboris sui quod ingressi sunt in ciuitatem, & vsque ad illos prædicatio peruenit. Vel, excutitur, vt nihil ab eis accipiant qui Euangelium spreuerunt, nec etiam necessaria vitæ.

ALLEGOR. Ne communicetis inanibus verbis & gestis perfidorum, quæ pulueri comparanda sunt, ne castæ mentis vestigium polluatur. Puluerem verò fidelis populi qui humana fragilitate colligitur, debet prædicator Euangelij abolere, & quasi suum in se suscipere. Vnde Apostolus: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?*

†potestatē & autoritatem. 2. Cor. 11. g

f *Egressi autem circumibant.* In Marco legitur: *Euntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eiiciebant, & vngebant oleo multos ægros & sanabant.*

†Mat. 6. b. Mar. 6. b.

g *Audiuit autem Herodes tetrarc. om. etc.* Notandum quod Herodes propter dissonos populi rumores prius hæsitauit, sed postea confirmato animo dixit pueris suis, vt apud Matthæum & apud Marcum legitur: *Hic est Ioannes Baptista, et ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo.*

†Mat. 14. b Mar. 6. c. Mat. 14. a. Marc. 6. c. †nunciauerunt.

CAPVT IX.

1 † Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis dedit illis † virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos: † Nihil tuleritis in † via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quācumque domum intraueritis, ibi manete, & indè ne exeatis. Et quicumque non receperint vos exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circumibant per castella, euangelizantes & curantes vbique. 2 Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eò, & hæsitabat, eò quod diceretur à quibusdam, quia Ioannes surrexit à mortuis; à quibusdam verò quia Elias apparuit, ab alijs autem, quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes: † Ioannē ego decollaui, quis autē est iste de quo ego audio talia? Et quærebat videre eū. 3 Et reuersi apostoli † narrauerūt illi quæcūque

a ¶ Quamdiu in illa ciuitate prædicabitis.

a ¶ Dum hærerent à Domino in Galilæa, Herodes decollauit Ioannem.

a ¶ Vt fortè si ipse sit Ioannes, possit agnoscere.

✠ THEOPHYLACTUS. Iste Herodes erat filius magni Herodis, qui pueros interemit, sed ille quidem Rex erat, hic autem tetrarcha.

h *Ioannes surrexit.* Qui Ioannem cuius nullum signum viderant, resurrexisse dicebant, per summam maliciam Iesum resurrexisse negabant, multa mirabilia opera viderant, in cuius passione multa miranda contigerant.

✠ THEOPHYL. Iudæi resurrectionem mortuorum expectabant in vita carnali, in commessationibus & potibus, sed resurgentes non erunt in carnalibus actibus.

i *Narra.* Narrant Apostoli Domino quæ fecerint, & quomodo docuerint, quomodo Ioannes dum ipsi docerent passus sit. Vnde sequitur.

☞ *Et assum-*

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT IX.

1 Conuocatis autem. *Descripta prædicatione Cristi per seipsum, hic consequenter describitur prædicatio facta per missionem discipulorum. Et quia prædicator verbi diuini post descensum per prædicationem ad proximum, debet per orationem ascendere in Deum, sicut & in scala Iacob Angeli descendebant & ascendebant, vt habetur Genes. 28. Ideò saluator primo mittit discipulos prædicare. Secundò docet eos orare. 11. cap. Adhuc circa primum præmittitur missio Apostolorum. Secundo, subditur missio septuagintaduorum discipulorum sequenti capit. Prima in duas, quia primo describitur Apostolorum missio. Secundo, eorum reuersio, ibi:* Et reuersi Apostoli. *Prima adhuc in duas, in partē principalem, & incidentalem, quę incipit ibi:* Audiuit autem Herodes. *Circa primam partem datur autoritas Apostolis prædicandi, & potestas miracula faciendi ad confirmationem suæ doctrinę, & sic mittuntur prędicare. Et patet sententia huius partis ex dictis Matthę. 10.*

2 Audiuit autem. *Hæc est pars incidentalis, quia per prædicationem Apostolorum facta Christi prædicantium Herodes audiuit famam de miraculis Christi, & desiderabat videre ipsum, magis ductus curiositate videndi miracula quàm deuotione, propter quod Christus noluit in præsentia eius aliquod miraculum facere, vt habetur infrà, 22. Rationes verò quare aliqui credebant Christum esse Ioannem de quibus fuit iste Herodes, alij Eliam, alij Ieremiam, alij vnus ex prophetis antiquis, tactæ fuerunt breuiter Matth. 16.*

3 Et reuersi Apostoli. *Hic describitur reuersio Apostolorum de prædicatione, circa quod ostenditur benignitas Christi ad Apostolos. Primo eos benignè recipiendo. Secundò eos ad maiora incitando, ibi:* Et factum est cùm solus esset. *Prima in duas quia primò, describitur benignitas Christi ad Apostolos. Secundò ad populos ibi:* Quod cum cognouissent turbæ. *Circa primum dicitur.* Et reuersi Apostoli narrauerunt quæcunque fecerunt. *Licet enim non indigeret tali narratione cū omnia sciret per se ipsum, & hoc etiā Apostolis esset notū, tamen retulerunt ei per modū amicabilis collationis discipulorum cū magistro.* Et as-

MORALITER.

† 1 *Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis dedit illis, &c.* Hæc autem facit prædicatoribus euangelij, si faciant quod in se est, eis dando potestatem eijciendi dæmones spiritualiter de cordibus hominum & sanandi languores vitiorum.

† *Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, etc.* Hoc faciunt qui se diuinę prouidentiæ committunt, rationabiliter tamen ne Deum tentent.

† *Et quicunque non, &c.* Per quem significantur leues motus impatientiæ qui solent etiam in viris perfectis ex hoc subito surgere, qui statim sunt excutiendi per virtutem patientiæ.

2 *Audiuit. au.* Per istum significantur curiosi qui facta mirabilia bonorum videre quærunt & audire, sed non imitari.

3 *Et reuersi.* Per hoc ostenditur quod prædicatores post prædicationis discursum redire debent ad contemplationis secretum & opera sua coram Deo discutere, vt de bonis gratias agant, & de defectibus veniam petant.

† Et

a *Et assumptis*. Non ociosis, non in ciuitate synagogæ, id est, sæcularis dignitatis residentibus, sed inter deserta Christum quærentibus cœlestis gratiæ alimonia impertitur. Qui enim non fastidiunt, à Christo suscipiuntur, & spiritualiter & corporaliter, etiam si indigent curantur. Et nota, quia postquam perfecta est mentio passionis Ioannis, Christus reficit, quia post defectum legis, euangelicus cibus incipit. Denique postquam curata est mulier quæ gestat figuram ecclesiæ, & postquã apostoli ad prædicandũ sunt missi, fit mentio refectionis, quia per Apostolos in ecclesia vera refectio fit.

b *Secessit seorsum*. Decolato Ioanne secedit in desertum, quia relicta Iudæa, quæ prophetiæ sibi non credendo caput abstulerat, in desertum ecclesiæ quæ virum non habebat verbi pabula largitur. Vnde & Bethsaida domus fructuum interpretatur. Et trãseuntem ad gētes, multæ caternæ fidelium relictis mœnibus priscæ conuersationis, neglecto variorum dogmatum munimine, sequuntur, vt qui prius in Iudæa tantum erat notus, iam super omnem terram exaltaretur. *Secessit*. Cum turbæ quidem voluntatem eundi, sed perueniendi vires non haberent, ideo egreditur Dominus de loco suo, & pergit obuiam, & visa turba miseretur, & curat languores, vt fides plena statim præmium consequatur.

✠ Theophylactus. In desertum locum abiit Dominus quia operaturus erat miraculum panum, ne quis diceret de ciuitate prope existente oblati sunt panes.

(† Mat. 14. b. Marci. 6. † Ciuitatis quæ vocatur Bethsaida. † Marc. 6. f. Ioan. 6. b. † discubitus. † discũbere fecerunt.)

(a ¶ Non timore mortis, sed vt parceret inimicis, ne homicidium homicidio iungerent.) fecerunt. † Et assumptis illis secessit seorsum in locum de- (a ¶ Pertinens & vicinus Bethsaidæ ciuitati Galilææ.) sertum † qui est Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ, (¶ Fatigatos.) secutæ sunt illum, & excepit illos & loquebatur illis de (a ¶ Docet inscios. a ¶ Non de secularibus. b ¶ Ægros.) regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. † Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim dixerunt illi: Dimitte turbas, vt euntes in castella & villas quæ circa sunt, diuertant & inueniant † escas, quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos: Vos date illis manducare. At illi dixerunt: † Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces: nisi fortè nos eamus, & emamus in omnem turbam hanc escas. Erant autem ferè viri quinque milia. † Ait autem ad discipulos suos: Facite illos discumbere per † conuiuia quinquagenos: & ita fecerunt. Et † discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cœlum & benedixit illos, & fregit

credentis non esse venalem, sed nouerant nos potius esse redimendos per suas escas gratuitas.

i *Quinque mil*. Per quinque milia significantur, qui in sæculari adhuc habitu per quinque sensus corporis exterioribus quæ possident, bene vti nouerunt. Qui quinque panibus aluntur, quia tales necesse est legalibus adhuc preceptis institui, & legali timore comprimi. Nã qui mundo integrè renunciant & quatuor sunt milia propter Euangelicam doctrinam, & septem panibus, id est, septiformis spiritus reficiuntur gratia.

k *Per conuiuia quinquag*. Diuersi conuiuantium discubitus, diuersos per orbem ecclesiarum designãt conuentus. Quinquageni discumbunt qui adhuc in pœnitentia peccatorum positi, auditum verbi percipiunt. Nam quinquagesimus est pœnitentiæ psalmus. Secundũ alium Euangelistam centeni discumbunt, qui præsumpta veniæ spe solo vitæ æternæ desiderio suspirant, quia centenarius de læua transit ad dexteram.

(† Mat. 14. b. † cõmeatũ. Luc. 22. c. † Mat. 14. b. Mar. 6. e. Lib. 2. cap. 46. de consensu euãg. cap. 46.)

✠ Avg. Quod Lucas hic dicit quinquagenos iussos esse discumbere, Marcus verò quinquagenos & centenos, ideò nõ mouet, quia vnus partem dixit, alter totum. Verùm si alius de quinquagenis tantum commemoraret, alius de centenis tantum, valde videretur esse contrarium, nec satis dignosceretur vtrumque dictum esse.

c *Sequuta sunt illum*. Non iumentis, non vehiculis, sed proprio labore pedum, vt ardorem mentis ostenderent.

d *De regno Dei, et eos qui cura indigebant*. ✠ Theophyla. Vt addiscas quod quæ secundum nos est sapientia, diuiditur verbo & opere, & quod decet dicere operata & operari dicta.

e *Sanabat*. Nemo cibũ Christi accipit nisi antea sanatus fuerit, quia post remissionem peccatorum tribuitur alimonia cœlestis.

f *Dies autem cœperat*. Declinata die reficit, quia vel fine seculorum propinquãte, vel cum sol iustitiæ occubuit, à spirituali fame sumus saluati. Et nota ordinem mysterij: Prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuitur, postea alimonia mensæ cœlestis expenditur.

g *Non sunt nobis*. Nota quia Dominus cuique pro viribus dona tribuens, & ad perfectiora semper prouocans, ne aut infirmum validior cibus opprimat, aut validum exilia alimenta non satient. Primò quinque panibus hordeaceis quinque milia. Secundò septem panibus quatuor milia hominum refecit. Tertiò, discipulis mysterium suæ carnis & sanguinis tradidit: Ad vltimum magno munere dat electis, vt edant & bibant super mensam suã in regno. (Ioan. 6. b. Marci 8. b. Ioan. 6. f.)

Non erant Apostolis nisi quinque panes Mosaicæ legis, & duo pisces, id est, illæ duæ personæ quæ in Israëlitico populo vngebantur, ad regendum populum, reges & sacerdotes, in quibus nulla plenaria refectio poterat inueniri. Quamdiu enim legitur Moyses, velamen positum est super corda eorum. (Exod. 34. d.)

h *Nisi forte*. Nondum intellexerant Apostoli fidem populi creden-

l *Et dis. om.* Secundum alium euangelistam quinque milia super fœnum discumbunt, quia illi quibus adhuc sunt corporales sensus, melioribus delectantur. *Omnis enim caro fœnum*. Quatuor milia super terram recumbunt, plus est enim terra premere quam super fœno iacere.

m *Acceptis autem, etc.* Non noua creat cibaria, sed his quæ habent discipuli, benedixit, quia veniẽs in carne non alia quam quę prædicta sunt prædicat, sed prophetiæ dicta mysteriis gratiæ grauida dæmonstrat. Aspicit in cœlum, vt illic dirigatur mentis acies vbi lux est scientiæ. Frangit & discipulis tribuit, vt ponerent ante turbas, quia clausa legis & prophetarum sacramenta eis qui per mundum prædicant patefecit. Quod superest turbis discipuli tollunt, quia secretiora sacramenta quæ rudes non capiunt, perfecti inquirunt. Nam per 12. cophinos Apostoli & eorum sequaces figurantur foris hominibus despecti, intus salutaris cibi reliquiis ad alenda humilium corda cumulati. *Elegit enim Deus infirma mundi, vt confundat fortia*. Et manus quæ prius in cophino seruierat, iam per crucem Christi vitę cœlestis operatur alimoniã, & eo cibum fidei cõgerit, vbi ante erat cœnum pefidiæ Gentilis.

n *Et fregit*. Frangendo multiplicati sunt panes, vt plurimos pascant. Lex enim Moysi dum exponitur, multos libros facit. In lege dicitur. *Non mœchaberis*. Hunc panem frangit Christus, diuidit hoc verbum non aliunde adiiciens, sed de suo partiens. *Qui videt inquit mu. ad con. eam: iam mœ. est eam*. Habes fragmentum: De suo addit: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum*. Habes aliud: *Et si dextera tua, &c. abscinde eam*: Et *Qui dimissam à viro ducit, mœchatur*. Vides ex vno quàm multa fragmenta.

☞ *Distribuit*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et assump. *Vt requiescerent segregati à tumultu populorum, & vt se recolligerent in oratione, sicut fuerunt dispersi in prædicatione.*

2 Quod cum cog. tur. *Hic consequenter describitur benignitas Christi erga populos. Primo recipiẽdo eos curialiter: quod notatur cũ dicitur:* Et excepit illos. *Secundò, quia pauit eos spiritualiter, Ideò subditur:* Et loquebatur eis de regno Dei. *Tertiò, quia curauit languidos generaliter, cum subditur:* Et eos qui cura indigebant, sanabat. *Quartò, quia famelicos pauit corporaliter, vt patet in litera sequenti, cuius expositio patet ex dictis Matth. 14.* (Diuisio)

1 Et

MORALITER.

† *Et loque*. Ostendens quod inter religiosos nõ debet esse locutio de fabulis, sed de sacris scripturis. † *Et eos &c.* Et sicut fecit corporaliter, sic debent prædicatores & doctores facere spiritualiter. Et hoc est contra illos qui multum occupantur circa vnam personam consilio spirituali, non multum indigentem, & circa peccatores multum indigentes, paruam aut nullã adibent curam. † *Et accedentes duodecim dis. il. di. tur*. Per quinque panes, quinque libri Moysi. Per duos pisces, Prophetæ & agiographa. per 12. cophinos, noui testamenti doctrina, per Apostolos, scripta & prædicata designantur, quibus fideles spiritualiter nutriuntur.

† *Et in-*

a *Distribuit discipulis suis.* Prouocat Apostolos ad fractionem panis, vt illis non habere testantibus magnitudo signi notior fiat. Insinuat quod per eorum doctrinam, ieiuna corda quotidie sunt pascenda.

b *Et saturati sunt.* Quod manducans populus satiatur, significat famem in perpetuum ab electis repellendam, quia non esuriet qui acceperit Christi cibum. Quod Apostoli ministrant, futuram diuisionem Dominici corporis & sanguinis pronunciat.

c *Cophini duodecim.* Cur quinque milibus hominum plus redundat, quatuor milibus minus? Quia quatuor milia triduo cum Christo fuerũt, & ideò amplius cœlestis pabuli receperunt.

d *Et factum est.* Post miraculum cum turbæ vellent eum facere regem, dimissa turba fugit & ascendit in montem solus orare, & antequam discipuli ascenderẽt in nauiculam, aderant cum ipso. Ipse autem solus orat patrem. Possunt enim sancti fide & amore Domino coniungi, & eum hominibus excellentiorem intueri, & conuersationem eius in carne passibus humilitatis subsequi, sed incomprehensibilia paternæ positionis arcana solus penetrat, & solus quod orandum nouit, orat. Cum discipulis autem non reperitur orasse, sed solus obsecrat, quia Dei consilium humana corda non capiunt, nec quisquam potest interiorum particeps esse cum Christo.

† solitariè. Marc. 6. f.

† Mat. 16. d. Mar. 8. d. Ioan. 6. b.

a & distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas. Et b manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod c super fuit illis fragmentorum cophini duodecim. Et factum d est cùm † solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & in- e terrogauit illos dicens: Quem me dicunt esse turbæ? At illi f responderunt & dixerunt: Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia Propheta vnus de † prioribus surrexit. g Dixit autem illis: Vos autem quem me esse dicitis? Respon- h dens Simon Petrus, dixit: Christum Dei. At ille † increpans i eos præcepit ne cui dicerent hoc, dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & tertia die resurgere. k Dicebat autem ad omnes: † Si quis vult post me venire ab- l neget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequa- m tur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, per- n det illam. Nam qui perdiderit animam propter me, sal-

¶ Non populi sententiam expectat, sed suam promit. ¶ Vnus pro omnibus. a ¶ Non tantum sua, sed etiam ipsum secundùm quod fuerat homo verus. ¶ Qui tempore persecutionis vult præsentem vitam custodire. a ¶ In futuro. a ¶ Vitam æternam. b ¶ Econtrario. ¶ Vitam præsentem.

† antiquis. Isai. 40. b.

† Intermi- natus illis.

di, & vt decliniet iactantiam, doceat humilitatem. Simul ne adhuc rudes & imperfecti discipuli maioris prædicationis mole opprimerentur.

✠ Chrysostomus. Iussit tacere, vt sublatis de medio scandalis & crucis consummato patibulo, imprimeretur audientium menti conueniens de eo opinio. Nam radicatum semel & postmodum euulsum, vix vnquam denuò insitum retinebitur. Quod autẽ semel insitum perseuerat immobile, de facili concrescit. Nã si Petrus ex solo auditu scãdalizatus est, quid quàm plures paterentur, cum audirent filium Dei esse, viderent autem crucifixum & consputum? Completo autem passionis sacramento, oportunius dicitur apostolis: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.* Tunc non prodesset eum publicè prædicare Dei filium, quem mox erant visuri flagellatum & crucifixum. Prohibentur ergo eum Euangelizare Dei filium, vt Euangelizarent postea crucifixum.

Matth. 28. d.

k *Dicebat autem.* Quæ ad fidem Dominicæ natiuitatis vel passionis pertinent, solis seorsum discipulis aperuit, sed hæc ad omnes.

l *Abneget semetipsum.* Nisi quis à seipso deficiat, ad eum qui super se est non appropinquat: Et nouitatem ad quam vocatur, non apprehendit, nisi mactet vetustatem, in qua natus fuit: Et cum cessat à vitijs exquirat etiam virtutes, vnde subiungitur.

m *Et tollat crucem.* Gregorius. Crux tollitur quando per abstinentiam corpus afficitur, vel per compassione proximi affligitur animus: Quod etiam aliqui Philosophi fecerunt.

Hom. 32. in Euang.

✠ Theophyl. Crucem hic dicit mortem exprobrabilem, innuens quod si quis vult Christum sequi, non debet effugere propter ipsum etiam exprobrabilem mortem.

n *Nam qui.* Gregorius. Sicut persecutionis tempore ponenda est anima, ita in pace frangenda sunt desideria terrena, vt quantò videtur homo securior, tantò sit ad sui custodiam sollicitior.

vbi supra.

✠ Theophylactus. Erubescit Christum, qui dicit, nunquid credam crucifixo? Sed & sermones eius erubescit, qui Euangelij ruditatem contemnit. Quod autem hunc Dominus erubescet in regno suo, tale est, sicut si aliquis pater familias habens seruum prauum erubescat eum nominare.

e *Quem me dicunt esse turbæ.* Exploraturus fidem discipulorum, prius vulgi sententiam inquirit, ne Apostolorum fides firmata videatur vulgari opinione, sed veritatis agnitione.

Meritò turbæ nominantur quæ diuersas de Domino ferunt sententias, quorum sermo & sensus instabilis est & vagus, à quibus suos distinguens ait: *Vos autem quem me esse.*

f *Ioannem Baptistam.* Opinio de Ioanne ideò forte erat, quia in vtero matris positus, Domini præsentiam sentiebat. De Elia, quia raptus est in cœlum, & venturus creditur. De Ieremia quia in matris vtero sanctificatus est.

4. Reg. 2. Iere. 1. b.

g *Vos autem.* Qui tractat debet audientium considerare personas, ne prius irrideatur quàm audiatur.

h *Christum Dei.* Complexus est omnia, qui & naturam & nomen expressit. In nomine enim Christi & diuinitatis & incarnationis est expressio & fides passionis. Hæreticus etsi nomen Christi non negat Christum tamen negat, qui non omnia quæ Christi sunt, confitetur.

i *Præcepit ne.* Iubet tacere discipulos vt fallat principem mundi,

☞ Quid

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et factum est. *Hic consequenter ostenditur beneuolentia Christi ad discipulos, incitando eos ad meliora, videlicet ad martyrium, quod est præcipuus actus charitatis secundùm quod dicit Saluator Ioan. 15. b.* Maiorem hanc dilectionem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. *Primo igitur inuitat eos ad martyrium verbo. Secundo, facto, ibi:* Factum est autem dum complerentur. *Prima in duas: quia primò, incitat eos verbo ad martyrium. Secundo, ostendit martyrij præmium, ibi:* Dico autem vobis. *Circa primũ præmittitur Christi duplex interrogatio, et duplex discipulorũ respõsio: Videlicet quid vulgares de Christo dicerent, Et quid apostoli de hoc sentirent, & patet sententia ex dictis Matth. 16. Sciendũ tamen quod interrogatio Christi non procedebat ex ignorantia, sed vt ex responsione discipulorum qui credebant ipsum esse veraciter Christum Dei filium efficacius incitaret eos ad martyrium exemplo eiusdem animati, qui cum esset tanta dignitatis, voluit pro nobis mortem pati, ideò subditur:*

2 Hoc dicens, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, &c. *Patet sententia ex dictis Matth. 16. excepto quo subditur:*

☞ Nam

MORALITER.

† *Et interrogauit illos dicens, quem me dicunt esse turbę.* Hoc autẽ quæsiuit, vt falsas opiniones à suis discipulis remoueret, & de veritate melius informaret. Sic doctor Euangelicus debet errores destruere, vt melius possit astruere veritatem.

2 *Hoc dicens: Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, &c.* Prædixit suam passionem, & consequenter induxit ad ipsius imitationem dicens:

† *Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, &c.* Consimiliter boni prælati inducunt subditos ad bonum per exemplum sui.

2 Hoc

a uam faciet illam. † Quid enim proficit homini, si lucretur vniuersum mundum, seipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in † maiestate sua & patris & sanctorum angelorum. † Dico autem vobis verè, sunt aliqui hic stantes qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. † Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem, & ascendit in montem vt oraret. Et facta est dum oraret, species vultus eius altera, & vestitus eius albus † refulgens. Et ecce duo viri loque-

¶ Id est, erubescibilia de me confiteri voluerit. ¶ Abijciet. ¶ Temporaliter. a ¶ Glorificationem corporis in transfiguratione. ¶ Imaginariam repræsentationem futuræ beatitudinis. ¶ Vt tribus idoneis testibus totus mundus crederet. a ¶ Qui claues cœlorum accipit. b ¶ Qui prius solum sacerdotale ascendit. a ¶ Cui mater committitur. ¶ Sicut sol.

† Mat.16.d. Mar.8.d. † effulgurans. † gloria. † Mat.16.d. Marci.9.a. † Mat.17.a. Marci.9.a.

a *Quid enim profecit.* Quia aliquando temporalia despicimus, sed humana verecundia præpediti, rectitudinem quam habemus in mente non audemus voce exprimere, congruum medicamentum subiungit: *Qui me eru.*

Persecutionis tempore poterant erubescere fideles substantijs nudari, honoribus deijci, verberibus affligi. Pacis tẽpore sæpe veremur à proximis despici, iniurias verborum pati, prius satisfacere illis, quibus fuimus irati. Habet ergo Christianus etiã in pace vbi in confessione Christi veraciter possit probari, scilicet si imitatur humilitatem sui capitis.

b *Hunc filius homil.* Non sufficit ad probationem fidei vox professionis, quam defendit à verecundia professio generalitatis.

c *Aliqui hic stan.* Qui stat cum Christo non gustat mortem, quia nec tenuem, mortis æternæ sensum habebit, qui Christi consortia meruerit, cui nec in morte interrumpitur ordo viuendi.

d *Donec vi. re.* Quia arduum erat animam periculis, corpus morti offerre, sustentat infirmitatem humanę mentis remuneratione præsentium, ne frangatur desperatione vel tædio. Visa enim æterna gloria, etsi transitu & ad breue momentum, fortiores tamen contra mundi aduersa redduntur. Promittit itaque futuram gloriam in transitu videndam in terra, vt certius in cœlo speretur æterna. Vel promittit aliquos de discipulis visuros dilationem ecclesiæ antequam per mortem recedant de mundo, vt in præsenti contra mundi gloriam erecti, certius credantur in cœlo regnaturi.

✠ THEOPHYLACTVS. *Donec videant regnum Dei.* Id est, gloriam in qua iusti erunt, hoc autem dixit de transfiguratione, quæ forma erat futuræ gloriæ: ac si diceret, sunt aliqui hic stantes Petrus scilicet, Iacobus & Ioannes, qui non attingent mortem, donec in tempore transfigurationis videant in qua gloria erunt qui me confitentur.

e *Post hęc verba.* Alij qui sex dies tantum numerant post sex ętates seculi sanctis à labore quiescendum signant. Lucas qui & primũ quo promittitur, & vltimum quo promissio impletur connumerat, octaua innuit resurgendum. Nam sicut Christus post sextã sabbati qua crucem ascendit, & post septimam sabbati, qua in sepulchro quieuit, octaua die resurrexit: Sic nos post sex seculi ætates quibus pro domino patimur & laboramus, & post septimam quietis animarum quæ interim in alia vita geritur, octaua ætate resurgemus.

f *Assumpsit Petrum.* Tres tantum dicit, quia *multi vocati, pauci electi & qui fidem Trinitatis inuiolatam seruant, ęterna merentur visione lætari.* (Mat. 20.b.)

Scit meritorum cognitor perfectiores fuisse cæteris tres apostolos. Signant illos qui habent fidem, spem charitatem. Vel per Petrum, præpositi siue coniugati; per Iacobum pœnitentes vel actuales; per Ioannem, Virgines vel Theorici.

g *Ascendit in montem.* In montem oraturus ascendit, vt innuat, quia qui resurrectionem expectant, mentem in excelsis eleuare, & continuis precibus debent insistere.

Pro possibilitate cuiusq; minuitur verbum, aut crescit: & nisi altioris prudentię cacumen ascendas nõ tibi apparet sapientia, nõ apparet mysteriorum cognitio, nõ apparet quãta sit gloria, quãta sit spes in Dei verbo, sed apparet sermo natus ex virgine literarum opertus inuolutionibus. Sed ascende, crede natum de virgine, natum de spiritu, triumphantem in cruce, mortuos suscitantem, iam perfecta est verbi facies altera.

h *Vt oraret.* ✠ DAMASCENVS. Aliter orant serui, aliter orabat dominus. Serui orantis oratio est per intellectus ascensum ad eum, sed sacer intellectus Christi qui secundùm hypostasin Deo vnitus erat manuducens nos ad ascensum, quo per orationem ad Deum ascenditur & docens quod aduersarius Dei non est, sed tanquam principium veneratur genitorem. (Lib.3 de fi. de cap.14.)

i *Et factus est.* Transfiguratus non substantiam veræ carnis amisit, sed gloriam, vel suæ vel nostræ resurrectionis ostendit, qui qualis tunc apostolis, talis post iudicium cunctis apparebit electis. Nam in ipso iudicio & bonis & malis in forma serui apparebit vt videant in quem pupugerunt.

k *Et vesti. e.* Vestes domini sancti sunt qui Christum induerunt. Quæ vestis domino in terris consistente despicabilis, & aliorum similis visa est, sed domino montem ascendente fulget, quia *nondum apparuit quid erimus, sed tandem similes ei erimus, quando videbimus eum sicuti est.* Vel vestimenta verbi sermones sunt scripturarum, & quædam indumenta diuini intellectus. Quia sicut illis apostolis in altera specie apparuit ipse & vestis eius refulsit, ita & oculis mentis tuæ iam diuinarum sensus albescit lectionum.

l *Ecce duo. vi.* Notandum est, non corpora vel animas Eliæ vel Moysi apparuisse, sed ex aliqua subiecta creatura illa corpora formata fuisse: Potest etiam credi angelico ministerio illud factum esse, vt angeli eorum personas assumerent.

☞ Mortuus

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nam qui me eru. *Non audens confiteri Christum & veritatem euangelij.* 2 Hunc fi. ho. eru. *Non reputans eum de suis. Ratio autẽ huius est, quia non solum credere est necessarium ad salutem, sed etiam confiteri ore, secundùm quod dicitur Ro.10.b.* Corde enim creditur ad iustitiã ore autem fit confessio ad salutem. *Hac tamen confessio pertinet ad præceptum affirmatiuum. Quod licet obliget semper non tamen ad semper sed pro loco et tempore, occurrente casu in quo ex omissione confessionis fidei subtraheretur honor debitus Deo. Vt si quis interrogatus de fide taceret, quando ex sua taciturnitate crederetur ab alijs ipsum fidem non habere vel ipsam fidem falsam esse, vel ob eius taciturnitatem alios auerti contingeret à fide, & sic peccaret mortaliter, & per consequens inter Dei filios non esse computandus.* 3 Dico autem vob. *Hic consequenter ostendit martyrij præmium, vt magnitudo præmij auferat terrorem supplicij. Et primo describitur illa ostensio. Secundò æmulationis discipulorum repressio, ibi:* Et factũ est in sequẽti die. *Circa primũ sciendum, quod in hoc ostendit præmium martyrij, inquãtum ostendit se tribus discipulis suis in forma gloriosa, quando transfiguratus fuit coram eis, quia ad consimilem gloriam resurgent corpora martyrum, secundum quod dicit Apostolus ad Phil. 3. d.* Saluatorem expectamus Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. *Et patet sententia huius partis ex dictis Matth. 17. exceptis quæ sequuntur.* 4 Et facta est dum oraret. *Non est intelligendum, quod quantitas vel figura faciei Christi fuerit mutata, sed à gloria animæ tunc redundauit in corpus ipsius claritas, quæ est proprietas ipsius corporis gloriosi.* 5 Et vesti. eius albus refulgens. *Vt claritas vestis corresponderet claritati corporis.*

Erant

MORALITER.

† *Factum est autem post hæc verba.* Per Petrum in fide feruentissimum significatur fidei feruor: Per Iacobum inter Apostolos primò martyrizatum, constantiæ vigor: Et per Ioannem virginem mundiciæ decor. Ista tria conscendere faciunt cum Christo montem contemplationis, & ibi videre speciem futuræ beatitudinis. Et Moysen & Eliam cum Iesu loquentes, id est, concordiam legis & prophetarum cum euangelio. Et audire verbum illud mentis auditu: *Hic est filius meus dilectus.* &c. & dicere per experientiam dulcedinis diuinę: *Bonum est nos hic esse.*

Chri-

Mortuus & viuus apparent, vt significent Christum moriturum & post victurum, & vt viuamus Christo, & moriamur mundo. Etiam apostolis dat signum de cœlo, vt fides eorum augeatur. Sed scribis tentantibus dare noluit, vt indurarentur.

a *Erant autem Moyses, & Elias visi.* Per Moysen, infernales; per Eliam, cœlestes; per Apostolos, terrestres ad iudicium venturi significantur.

b *Dicebant excessũ.* Moyses, id est, legislator, & Elias prophetarũ eximius apparent cum verbo, vt ostendant ipsum esse qui locutus est in lege & prophetis, & quem lex & prophetæ promiserunt. Qui non in infimis, sed in monte visi sunt, quia soli mente excelsi maiestatem scripturæ quæ in Domino impleta est, perspiciunt.

Dicebat excessum. Eius quem completurus erat in Hierusalẽ, quia lex & Prophetæ quoscunque in cacumine fidei inueniũt, dispensationis suæ mysterium docent. Per Moysen mortuum, significantur sancti, qui ab initio mũdi vsque ad diem iudicij defuncti, in ipso iudicio sunt resuscitandi. Per Eliam viuentem, qui viui inuenientur, qui in maiestate videntur, quia cum Christo regnabũt gloriosi, qui excessum eius dicunt, quia tunc sancti misericordiam Domini laudabunt qui pro salute eorum dignatus est mori.

Tres testes habemus de terra, tres de cœlo, Moysen & Eliam & ipsum patrem. Septimus in medio eorum est Dei filius, cum soleat sufficere testimonium trium, & hic est testimonium plurimorum.

c *Grauati erant somno.* Somno grauantur, quia splendore incomprehensibilis deitatis premitur sensus humani corporis. Vel somno grauantur, vt resurrectionis gloriam post corporis quietem viderent & sancti eo verius maiestatem Domini videbunt, quo carnis suæ in qua mortem vicerãt immortalitate gaubebunt. Tunc Moysen & Eliam speculabuntur in gloria, quia melius intelligent quomodo *vnum iota aut vnus apex non præteribit à lege,* & quomodo Dominus legem & Prophetas non soluerit, sed adimpleuerit.

d *Bonum est nos hic esse.* Qui ad montana conscenderat non vult ad terrena descendere, sed semper in sublimi perseuerare, & est Petrus in persona ingredientium regnum Dei: *Bonum est nos hic esse.* Bonum est in regno Dei esse. Quasi dicat: Nos soli hac luce fruemur, non Iudæi inuidi. *Tria tabernacula.* Id est, verba, cogitationes opera.

✠ CHRYSOSTOMVS. Audiebat Petrus quod oportebat ipsum mori & die tertia resurgere, videbat autem multam distantiam & solitudinem, vnde considerauit quod plurimam haberet locus tutelam.

e *Vnum Moysi.* Quomodo noscunt quos antea non viderunt? Per maiestatem super eos venientem, sicut in futura resurrectione vnusquisque alterum cognoscet, & desiderata in altero alter per charitatem intelliget.

f *Nesciens quid diceret.* Et si Petrus ex humana infirmitate nescit quid dicat, insiti tamen dat ardoris indicium, dum eos quos videre delectabar, etiam officio sistere quærit. Errabat, quia in terra & in hac mortali carne, sibi & coapostolis suis dari cupiebat regnum, quod in cœlis & carne mortali expoliatis est promissum. Sic errat qui tria tabernacula legi & prophetis & euangelio facere desiderat, cum hæc ab inuicem non discrepent, non tria sed vnum habentia tabernaculum, id est ecclesiam Dei.

g *Facta est nubes, & obumbrauit eos.* Et si Petrus ex infirmitate ignorat, placet tamen obsequij deuotio. Vnde & nubes obumbrat, diuini spiritus est ista obumbratio quæ non caligat affectibus hominum, sed reuelat occulta, cuius perfectus ostenditur audita voce dicentis, *Hic est filius meus.*

Quia materiale quæsiuit tabernaculum, nubis accepit obumbraculum, vt discat in resurrectione, non regimine domorum, sed spiritussancti gloria sanctos esse protegendos.

h *Et timuerũt.* Timet quia humana fragilitas conspectũ maioris gloriæ ferre non sustinet, & quantò quis ampliora quæsierit, tanto magis ad inferiora collabitur, si mensuram suam ignorauerit.

---

bantur cum illo. † Erant autem Moyses & Elias visi in maiestate, & dicebant † excessum eius quem completurus erat in Hierusalem. Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant somno: Et euigilãntes viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. Et factum est cùm discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum. Præceptor, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ: Nesciẽs quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, & obumbrauit eos, & timuerunt intrantibus illis in nubem. Et vox facta est de nube, dicens: † Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Et dum † fieret vox, inuentus est Iesus solus, & ipsi tacuerunt, & nemini † dixerunt in illis diebus quidquam ex his quæ viderant. † Factũ est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte,

a ¶ Nemo nisi vigilans videt gloriam Dei.
a ¶ Vnde Apostolus: Cupio dissolui, & esse cum Christo.
¶ Quia maiori luce suffudit.

† qui erãt. † exitum. † Mat. 3. d. Mar. 1. b. † renunciauerunt. † Mat. 17 c Mar. 9. c.

✠ THEOPHYLACTVS. Petro dicente *faciamus tria tabernacula,* Dominus tabernaculum non manu factum fabricat, & illud ingreditur cum Prophetis, vnde dicitur: *Facta est nubes & obumbrauit eos,* vt ostenderetur, quod non minor est patre. Sicut enim in vetere testamento in nube dicebatur Dominus habitare, sic & nunc nubes suscepit Dominum, non caliginosa, sed lucida.

i *Et vox.* Vox patris Petrum sublato terrore docet veritatem. Et nota, quod sicut Domino baptizato, sic & transfigurato mysterium Trinitatis declaratur, quia gloriam quam in baptismate confitemur, in resurrectione videbimus. Spiritus in columba hic in nube lucida, quia qui nunc simplici corde fidem seruat, tunc aperta luce visionis contemplabitur quod credidit, ipsaque qua illustrabitur gratia, protegetur.

k *Inuentus est Iesus solus.* Non Elias, non Moyses, sed quem solum videtis, huic figendum est tabernaculum in corde. Recedunt ergo illi vbi Dominus cœpit designari, ne ad seruos vox patris missa putetur.

Typicè. Ablata nube, & euanescentibus Moysi & Elia solus cernitur, quia legis & prophetarum vmbra discedente, verum lumen coruscante Euangelij gratia reperitur.

Tres in principio videntur, vnus in fine quia in fide perfecta vnum sunt. Omnes enim in corpore Christi vnum sumus. Vel fortasse, quia lex & Prophetæ ex verbo, quæ autem ex verbo cœperunt, in verbo desinunt: *Finis enim legis est Christus ad iustitiam, omni credenti.*

l *Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his, &c.* Domino iubente tacent, *donec filius hominis à mortuis resurgat,* ne incredibile sit pro rei magnitudine, & post tantam gloriam apud rudes sequens crux scandalum faciat.

m *Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte.* Pro qualitate meritorum, quotidie Dominus aliis ascendit, dum perfectos quorum conuersatio in cœlis est, sublimius extollendo glorificat, & de æternis instruit & docet quæ à turba non audiri valeant. Alijs descendit, dum terrenos & incipientes confortat & docet & castigat.

Mat. 5. b. Hom. 57. in Matth. Philip. 3. c.

☞ a Occurrit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Erant autem Moyses & Elias visi in maiestate. *Scilicet ipsius Christi qui tunc apparuit in claritate gloriosa, vt dictum est.*

2 Et dicebant excessum eius quem completurus erat, &c. *Id est passionem eius futuram quam sustinuit ex maxima charitate: Quę dicitur hic excessiua, non quia excesserit modum virtutis, sed quia excellentissimum eius gradum attingebat.*

3 Petrus verò & qui cum illo erant. *Nam in præsentia maiestatis opprimitur fragilitas humana.*

4 Et nemini dixerunt in illis diebus. *Et hoc ex præcepto Domini, vt patet Math. 17. vbi præcepit eis dicens:* Nemini dixeritis visionẽ, donec filius hominis à morte resurgat.

5 Factum est a. in s. d. *Hic consequenter reprimitur discipulorum æmulatio. Et primò facto. Secundò, verbo, ibi:* Intrauit autem cogitatio. *Circa primum sciendum, quod eò quod Christus duxit Petrum, Iacobum & Ioanẽ seorsum ab alijs ad videndũ gloriam suę maiestatis, vt prædictum est: alij discipuli (qui nondum erant in bono confirmati) aliquid humanum passi, moti fuerunt quodam zelo inuidia contra tres prædictos, & ideo potestas eiiciendi dæmones fuit eis subtracta, & ideo non potuerunt curare dæmoniacum eis oblatum vt patet in litera, vt hoc aduerten tes resilirent à tali æmulatione, & ideo in fine dicitur eis.*

 ✠ Ponite

a *Occurrit illis turba*. In monte orat, docet, maiestatem suam demonstrat, patris vocem Apostolis aperit, descendens à turba excipitur, miserorum fletu pulsatur, infidelitatis peccata exprobrat, malos spiritus expellit.

b *Et ecce spiritus apprehendit*. Matthęus Lunaticum, Marcus surdum & mutum describit. Significat autem illos qui vt luna mutantur, nunquam in eodem statu manentes, sed per diuersa vitia crescunt & decrescunt, qui nec fidē confitentur, nec ipsius fidei audire volunt sermonem.

c *Roga. discip*. Latēter discipulos accusat impossibilitatis, cū impossibilitas aliquando non ad curatorem sed ad curandum referatur. Vnde Dominus: *Fiat tibi secundum verbum tuum*.

d *Vsquequo ero apud vos, & patiar?* Non est tædio affectus Dominus, nec iratus homini sed vitio, sicut medicus quando videt ægrotum contra sua præcepta agentem, increpat illum: Cur artis suæ faciat industriam perire, se aliud iubente, illo aliud perpetrante? Et per istum vnum Iudæi arguuntur infidelitatis, vnde & additur. *Adduc huc filiū tuū*.

(Margin: Matt. 17. c. Mar. 9. c. Eccl. 27. b. Ioan 14. a. † illi. · & elidit. † distorta. † magnificentia, maiestate. † aures vestras. † Mat. 18. a Mar. 9. e. † puellum. † Mar. 9. f.)

occurrit † illis turba multa: Et ecce vir de turba exclamauit, dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit illum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cūm spuma, & vix discedit † dilanians eum. Et rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus dixit: † O generatio infidelis & † peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cùm accederet elisit illum dæmonium, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum & reddidit illum patri eius. Stupebant autem omnes in † magnitudine Dei omnibusq́ue mirantibus in omnibus quæ faciebat, * dixit ad discipulos suos: Ponite vos in † cordibus vestris sermones istos † Filius enim hominis, futurùm est, vt tradatur in manus hominum At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum † ante eos, vt non sentirent illud, & timebant eum interrogare de hoc verbo. † Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior

a ¶ Intelligens causas errorum vult desiderium glorię humilitatis contentione sanare.

esset. At Iesus vidēns cogitationes cordis illorum, apprehendēns † puerum, statuit eum † secus se, & ait illis. Quicun-

¶ Pauperem.

que susceperit puerum istum in nomine meo me recipit. Et

a ¶ Non solum secundum quod homo extra videor, sed etiam secundum Deitatem qua sum patri æqualis. ¶ Quia idem sum cum illo.

quicunque mē recipit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter omnes vos, hic † maior est. Respondens autem Ioannes, dixit: † Præceptor, vidimus quendam in

replicat abiecta passionis humanæ, ne subito veniens terreat, sed leuius feratur præcogitata.

i *At illi ignorabant*. Hæc ignorantia non tam de tarditate, quàm de amore nascitur, quia adhuc carnales, & mysterij crucis ignari, quem Deum cognouerunt, moriturum credere nequeunt, sed sicut per figuras loquentem audire solebāt, sic etiam quod de sua traditione loquebatur, figuraliter aliud significare putabant.

k *Intrauit aut. cogi.* Quia viderant Petrum & Iacobum & Ioannem in montem seorsum ductos, secretumq́ue aliquod eis esse traditum. Sed & Petro superius claues regni cœlorū esse promissas, ecclesiamq́ue super eum esse ædificandam rati sunt; Vel, istos tres cæteris, vel, omnibus Apostolis Petrū esse prælatum: Vel quia in tributi solutione Petrum ipsi domino parificatum viderant, ipsum cæteris præferendum arbitrabantur. Sed sciendum est istā quæstionē & ante tributū & post tributum solutū esse factā.

✻ THEOPHYLACTVS. Videtur hanc passionem ex hoc ortā fuisse, quod dæmoniacum curare non valuerunt, eis de hoc altercantibus, vno dicente, quod non propter meam impotentiam, sed alterius curari non valuit, vt ex hoc accensa contentio fuerit, quis eorum maior esset.

(Margin: † ab eo. cō terens eum. † Mat. 17. c. Marc. 9. c. * Iesus. † Mat. 17. d. Marc. 9. e. † ab eis. † iuxta. † magnus est.)

e *Et cùm accederet*. Dum puer ad dominum accedit, eliditur, quia conuersi ad Dominum plerumque à dæmonio grauius pulsantur, vt vel ad vitia reducantur, vel de sua expulsione diabolus se vindicet. Sicut in principio nascentis ecclesiæ multa & grauia opposuit certamina illis quos suo regno subtrahi videbat.

f *Et increpauit*. Non puer vim patiens, sed diabolus vim inferens increpatur, quia qui peccantem vult sanare, vitium debet arguere & depellere, sed hominem amando refouere donec sanatum spiritualibus reddat patribus ecclesię.

g *Ponite vos*. Vos qui meo discipulatui adhæretis, quibus arcana mea manifestius aperui, preciosi sanguinis quo mundus redimendus est, euentum mente recondite, dum cæteri mirantur tanta facta diuinæ altitudinis.

h *Futurum est vt trad.*. Inter magnalia potentiæ diuinæ sæpius repli-

l *Quicunque susceperit puerum*. Vel simpliciter: Pauperes Christi ab his qui volunt esse maiores, pro eius docet esse honore suscipiendos. Vel paruulos malicia docet esse, vt puerilis innocentiæ simplicitatem conseruent, vt formam virtutis quam natura duce puer obseruat, ipsi pro nomine Christi sequantur ex industria.

m *Me recipit*. Qui imitatorem Christi recipit, Christum recipit, & qui imagi nem dei recipit, Deum recipit.

n *Ioan. di.* Ioannes diligens Deum & à Domino dilectus, excludendum putat à beneficio qui non vtatur obsequio, ideo docetur neminem à bono quod ex parte habet, esse arcendum, sed ad hoc

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. *Scilicet ad imitandum.*

2 Filius enim hominis, futurum est, vt tradatur in manib. ho. *Ad sui humiliationem, secundum illud. Philip. 2. a.* humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, &c. *Quasi dicat. Non debetis per ambitionem inuicem æmulari, sed magis in vobis humiliari. Cætera quæ in hac parte exponenda sunt, patent ex dictis Matthęi decimo septimo.*

3 Intrauit

3 Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. *Et non solum cogitatio interior, sed etiam contentio exterior, secundum quod habetur Marci nono vbi dicitur:* Si quidem inter se in via disputauerant, quis eorum maior esset. *Quod reprimit Saluator verbo & exemplo pueri positi in medio. Et patet sententia ex dictis Math. 18. & Mar. 9.*

4 Respondens autem Ioannes dixit. Præceptor vidimus, &c. *Hic ex incidenti respondet sibi factæ quęstioni. Et patet sententia ex dictis. Marc. 19.*

1 Factum

MORALITER.

† *Magister, obse. te. re. in filium meum*. Iste non plenè credebat; ideo dictum fuit ei.

† *O generatio infidelis & peruersa*. Et per eius filium dæmoniacum significatur peccator à puericia malè nutritus, propter quod difficilior est cura eius, ideo dicitur, quòd Apostoli non potuerunt eum curare. Et cum adduceretur ad Christum, dæmon allisit eum, & grauiter afflixit. Per quod significatur, quod quando peccator maximè diuturnus vult reuerti ad Deum, diabolus sibi suscitat graues afflictiones ad ipsum impediendum. Per hoc autem,

autem, quod Christus increpauit dæmonem affligentem, & non afflictum hominem, significatur quod medicus animarum debet fouere naturam, & vitium increpare.

3 *Intrauit autem in eos cogitatio quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendens*. Per puerum quem Iesus accipiens statuit iuxta se, significatur innocens secularis. quem Christus vocat ad obseruantiam vitæ regularis. Et de isto dicitur, quod licet sit minor in mundo, tamen est de maioribus in cœlo.

† *Præceptor vidimus quendam in nomine, &c.* Per hanc eiectio-

† nem

ad hoc potius quod nondum habet esse prouocandum. Tales etiam ob aliorum salutem admittendi censentur. Igitur in hæreticis vel in malis catholicis, non sacramenta communia in quibus nobiscum sunt, & aduersum nos non sunt, sed diuisionem paci veritatique contrariam, qua aduersum nos sunt, & dominũ non sequuntur nobiscũ, detestari & prohibere debemus.

nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum; quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos Iesus: Nolite prohibere. Qui enim non est aduersum † vos, pro † vobis est. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit, vt iret in Hierusalem. Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat † euntis Hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Ioannes dixerunt: † Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos * ? Et conuersus increpauit illos & dixit: † Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud

¶ Imminente tempore quo pati debuerat. ¶ Passionis. a ¶ Obstinata & imperterrita mente locum quo pati decreuerat, petit. a ¶ Samaritani quia conspiciunt eum ire Ierusalem, non receperunt, quia non coutuntur Iudæi Samaritanis. ¶ Hospitium.

† recta. †23. q. 4. c. quod Christus & § præcedenti & c. ea vindicta. †Mat. 18. b † nos. † nobis. * Sicut & Elias fecit.

✠ Sanctus Titus Bostrorum Episcopus. *Præceptor, vidimus, &c.* Hoc non est ita accipiendum, quasi Apostoli inuidia perciti hoc dixerint, non enim inuidebant, sed in aliis quoque munus hoc, Apostolis alioqui proprium, exercere liceret, à Christo discere cupiebant. Quamobrem ipse eo de quæsito hoc anxios instituens, ita respondit. *Ne inhibeatis eum. qui conterit Satanam in nomine meo.* Talis enim vobis non aduersatur.

✠ Theophylactus. Mirare autem Christi virtutem, qualiter per indignos & non discipulos & eius gratia operatur, sicut & per sacerdotes sanctificantur homines, quamuis sacerdotes sancti non fuerint.

a *Nolite prohibere. Qui enim.* Non reprehenditur Ioannes quia amore faciebat, sed docetur, vt nouerit infirmorum esse firmorumque distantiam, quia Dominus & si remunerat fortiores, non excludit infirmos.

b *Dies assumptionis.* ✠ Sanctus Titus Bostrorum Episcop. Quid est, quod de assumptionis illius diebus Euangelista hic dicit? Aduentante iam tempore quo eum salutarem crucem nostri causa subire oportebat, cœloque repetito, Dei patris dextræ assistere, nec amplius huc illuc diuagari, vicosque & ciuitates obire, hoc enim denotatur verbis illis. *Et ipse faciem firmauit vt iret Ierusalem.*

c *Domine vis.* Bed. Apostoli adhuc rudes & modum vindicandi ignorantes, non ex amore correctionis aliorum, vel finiendæ malitiæ in illis, sed ex odio vindictam desiderant. Hanc autem ignorantiam Dominus reprehendit, Postquam verò eos de vera proximi dilectione docuit, aliquando potestatem tribuit tales vindictas exercendi, sicut Petro in Ananiam & vxorem eius (Actu. 5.) quorum mors viuentibus vtilem metum mortis incussit, & in illis qui puniebantur, peccatum quod augere poterant si viueret, finiuit. Sed hoc raro in nouo testamento, vbi ex amore seruitur, sæpius verò in veteri testamẽto vbi timore premebantur, talis potestas sanctis viris à Deo collata est.

✠ Sanctus Titus Bostrorum Episcopus. Quod dicunt *vis dicamus*, &c. Id arguit noui testamenti gratia necdũ fuisse imbutos, sed veteris consuetudinis imperfectioni obstrictos ad huc hæsisse, dicebant enim hoc in Eliam, qui bis quinquaginta viros vna cum bobus illorum igne absumpserat, mentis oculum conicientes.

d *Dicimus vt ignis descendat de cœlo.* Ad sermonem istorum ignis de cœlo descenderet, quia sunt filij tonitrui.

e *Et consumat illos? Et conuersus increpauit illos & dixit.* In similitudine Eliæ, qui & propria manu & igne diuinitus impetrato, presbyteros Baal morte affecit. (4. Reg. 1. c.) Et in hoc quod Apostoli potestatem talis prophetæ sibi præsumunt, ostenditur in ipsis fuisse meritum Prophetarum.

Ambrosius. Non peccant Apostoli, qui legem sequuntur, quia sciebant & Phinees reputatum ad iustitiam, qui sacrilegos interemerat, (Num. 25. b.) & ad preces Eliæ ignem descendisse, vt Prophetæ vindicaretur iniuria: Sed vindicetur qui timet, vindictam non quærit qui non timet.

f *Nescitis cuius spiritus estis.* Cuius spiritu signati estis, cuius acta imitamini, nunc piè consulentes, sed in futuro iustè iudicantes.

g *Filius hominis non venit animas perdere, sed sal. &c.* Perfecta virtus non habet studium vltionis, nec vlla est iracundia, vbi est charitatis plenitudo.

Beda.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Factum est autem dum complerentur dies assumptionis. *Superius Saluator excitauit discipulos ad martyrium verbo, hic hoc idem facit facto: Et diuiditur in duas. Quia primò facit quod dictum est. Secundo, remouet aliqua à suis sequacibus, ibi:* Factum est autem. *Circa primum dicitur:* Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius. *Id est passionis, per quam transiturus erat & assumendus ad gloriam patris, secundum quod habetur infrà. 24. d.* O portuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam.

2 Et ipse firmauit faciem suam. *Id est, firmiter disposuit.*

3 Vt iret in Ierusalem. *Constanter & promptè ad sustinẽdum mortem, vt suo exemplo discipulos animaret.*

4 Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum. *Vt aduentus eius non lateret.*

5 Vt pararent illi. *Scilicet hospitium.*

6 Et non receperunt eum, quia facies eius. *Ex modo incedendi apparebat, vt iter eius esset in Ierusalem ad festum Paschale, in quo & Christus passus est. Samaritanis autem displicebat, quod aliqui irent in solemnitatibus Ierusalem causa orationis, quia dicebant, quòd locus orationis erat apud eos in monte Garizim, vt habetur Ioannis quarto. Item quia ex vestimentis Christi & discipulorum eius cognouerunt Samaritani quod erant Iudæi quia Iudæi erant distincti ab alijs Gentibus in vestibus, vt habetur Nume. decimoquinto d. Iudæi autem erãt Samaritanis odiosi, eo quòd contemnebant eos, nolentes comedere & bibere cum eis, secundum quod habetur Ioannis quarto b.* Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.

7 Domine, vis dicimus vt ignis des. &c. *Propter maliciam suam, secundùm Ambros. hoc bono zelo dixerunt, licet indiscretè: Et allegauerunt simile de Elia, vnde sequitur:* Sicut Elias fecit, *vt habetur 4. Re. 1. c. Beda verò dicit, quòd hoc dixerant impatiẽtes, sicut adhuc carnales volentes vindicari. Et ideo reprehenduntur à Christo de indiscretione secundùm Ambro. & de impatientia secundum Bed. cum subditur.*

8 Nescitis cuius spiritus estis. *Quia in nouo testamento (quod est lex amoris, non timoris sicut vetus testamentum) procedendum est suauiter & benignè, vnde subditur.*

9 Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. *Statim inferendo pœnam mortis, sicut vos vultis. Et in hoc datur exemplum prælatis, vt non statim cum impetu peccata puniant, sed magis tempus & locum expectent.*

1 Factum

MORALITER.

† nem (licet aliquando fiat à malis hominibus, vt dicitur Matthæi septimo) significatur opus bonum de genere, non tamen prohibendi sunt hoc facere. Prouerb. tertio b. *Noli prohibere eum qui benefacit, si vales & ipse bene fac.* Licet enim opus tale non sit meritorium sine charitate, tamen est dispositiuum ad emendationem vitæ.

4 *Et misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia.* Per Iacobum & Ioannem, qui adhuc imperfecti erant, significantur homines imperfecti quærentes nimis durè vindicari, sed magister perfectionis prohibuit hoc fieri.

† Dixit

BEDA. Non semper in eos qui peccant est vindicandum, quia non nunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, lapso ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur.

a *Dixit quidam.* BEDA. Iste signorum magnitudine motus vult sequi, vt ex miraculo operum quæreret lucrum. Vnde & à domino repudiatur, qui non obsequiorum speciem sed affectus quærit puritatem. Dixit ergo tali fideli. Quid me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi? Ego tantæ sum paupertatis, vt nec hospitiolum quidem habeā, nec meo vtar tecto. Vel, miraculis motus propter inanem iactātiam sequi voluit, quam significant aues, & finxit obsequium discipuli, quæ fictio per vulpem figuratur.

castellum. Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum: Sequar te, quocunque ieris *. Et ait illi Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum: Sequere me. Ille autem dixit: Domine, permitte mihi primum † ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, tu autem vade, & annuncia regnum Dei. Et ait alter: Sequar te domine, sed permitte mihi primum † renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus: † Nemo mittens manum suam ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno Dei.

¶ In tuo humili pectore non habet diuinitas vbi familiari mansione quiescat. ¶ Non credentes. ¶ Hoc consortibus relinquitur. ¶ Id est qui de corpore sine fide exierunt. ¶ Hoc mandatur electis.

† abire. * Domine. † Vt valedicam. † De pœn. di.1.c.pen. Vulpis natura. Psal. 44. Psal. 23. Matt. 26.

b *Vulpes fo. ha.* BEDA. Vulpes animal fallax, insidiis intentum, rapinas fraudis exercens: etiam inter ipsa hominum hospitia habitans in foueis: Ita hæreticus domum fidei non habens alios in suam fraudem trahit & à fide seducit.

c *Vbi ca. su. re.* Reclinatio capitis, humilitatem Christi significat, quæ in illo simulatore & superbo non habebat locum. Debet autem circunspectum esse fidei hospitium, ne dum infidelibus nostræ domus interna reseramus, in alienæ perfidiæ casses improuida credulitate labamur.

d *Ait autem ad al.* Attende dominum non culpas aspernatum, sed fraudes, quia qui repudiauit fraudulentum, elegit innocentem, sed eum cuius patrem sciebat mortuum, illum patrem de quo dicitur. *Obliuiscere domum patris tui, &c.*

e *Domi. per.* Quem miseratur dominus imprudentem vocat, qui discipulatum non respuit, dignus est in quo diuinitas quiescat, sed prius pietate funeris expleta liberior sequi desiderat. Sed dominus docet minora bona, pro vtilitate maiorum esse prætermittenda. Maius enim est animas mortuorum prædicando suscitare, quàm corpus mortui terra abscondere.

f *Sine vt mortui.* BEDA MYSTICE. Non reuocatur ab officio patris filius, sed fidelis secernitur à communione perfidorum: Quorum guttur est sepulchrum patens, qualis etiam hæreticus erat, quem suprà vulpibus comparauit & auibus. Est enim propria iustorum sepultura, de qua dicitur: *Hæc enim mittens hoc vnguentum in caput meum ad sepeliendum me fecit.* Et ideo qui bona in se fide sepelit Christum vt cum eo resurgat, diaboli perfidias in se sepelire non debet.

g *Renunciare his.* Si discipulus Deum secuturus arguitur, quod renunciare domui velit, quid fiet illis qui nulla vtilitate sepe visitat domos suorum quas dereliquerunt.

* SANCTVS TITVS BOSTRORVM EPIS. Qui dicebat, *sequar te domine* promptitudinē sane laude dignam ostendebat: at verò dum iis renunciare efflagitat, qui domi erant, animam declarat adhuc ancipitem, & certa quadam ratione diuisum. Nam domesticis aut genere propinquis, qui perfectioris vitæ institutum quandoque non probant, eiusmodi consilium velle communicare, istud est mentis etiam fluctuantis, & in religionis proposito nondum satis firmatæ.

h *Nemo mit. ma.* SANCTVS TITVS. Respicit retrò, quia per hoc quod rem cum domesticis vult conferre, iisdemque valefacere dilationis & procrastinationis causam quærit, tales profectò non erant Apostoli. Nam vbi primum Christum dicentem audissent *venite post me.* statim relicto patre, naui, & retibus, *secuti sunt eum.*

Manum ad aratrum mittit, qui quasi quodam instrumento compunctionis, ligno & ferro dominicæ passionis duriciam sui cordis euertit, & ad bonos fructus aperit. Qui si ad relicta vitia desiderio rapitur, regno Dei cum vxore Loth excluditur.

MORA. Omnis arans si retro respiciat, aut inutilem aut tortuosum faciet sulcum aut arantium boum suorum vestigia vulnerabit: ita & qui directo tramite ac spirituali vomere vitia mundana persulcans, incedit ad regnum Dei. Si autem aspectū suum ad impia & vana conuertit, biiugos suos, hoc est corpus atque animam vulnerabit, & optimi itineris periculosum nimis incurrit errorem.

CAPVT

NICOLAVS DE LIRA.

1 Factum est autem. *Postquam Christus incitauit discipulos ad sequendum ipsum etiam vsque ad martyrium, hic consequenter remouet aliqua à volentibus sequi ipsum. Primum, est cupiditas terrenorum, cum dicitur*: Vulpes fo. habent, &c. *Secundum, est carnalitas propinquorum, cum dicitur*: Sine vt mortui sepeliant mortuos suos. *Et patet sententia istorum duorum ex dictis Mat. 8. c. Tertium est inutilis dilatio, quæ notatur cum dicitur.*

2 Et ait alter. seq. te domi. Sed permit. mi. pri. *Sic faciunt qui inutiliter ingressum religionis vel executionem melioris vitæ differunt. Et hoc remouetur exemplo conuenienti cum subditur.*

3 Nemo mittens manum suam. *Arator enim retro respiciens facit sulcum tortuosum aut inutilem, sic accipiens melioris vitæ statum & habens affectum redeundi ad pristinum statum: & prædicator verbi diuini retardans opus prædicationis pro amicis carnalibus vel terrenis negociis, ineptus est regno Dei adipiscendo vel possidendo.*

NICO-

MORALITER.

† † *Dixit qui. &c. quo ieris.* Iste non veraciter loquebatur ideò sibi dicitur:

† *Vulpes fou. ha.* Id est dolosi habent cautelas ad quas refugiunt, ne in suis maliciis comprehendantur.

† *Et vo. cæ. ni.* Id est superbi quærunt in altis eleuari.

† *Filius autem.* Id est, qui secundum dictamen rationis viuit talia non quærit.

† *Sine vt mor.* Moraliter mortui sepeliunt mortuos, quando peccatores in peccatis suis mutuo se celant, & operiunt semetipsos.

† MO-

ADDITIO I.

In ca. 9. *vbi dicitur in postilla.* Sicut & in Scala Iacob angeli descendebant & ascendebant.

Gene. 28. c

Quod inducit de Scala Iacob, non facit ad propositum suum. Nam ibi per oppositum legitur, scilicet quod angeli ascendebant & descendebant per eam secundum quam considerationem prædicator prius debet orare, et sic in Deum ascendere, quam per prædicationem ad proximum descendat. Et hic est modus rationabilior. Nam oratio potius respicit futurum quam præteritum. Iuxta illud Matth. 7. a. Petite & accipietis. *Quod consonat vniuersalis ecclesiæ consuetudini, secundum quam prædicatores verbi diuini & etiam auditores prius orant. Vnde non est necessarium, quod hæc visio Scalæ Iacob applicetur distinctioni posti. sed potius applicanda est prædicationis processui debito.*

REPLICA. In capit. 9. *vbi postil facit aggressum & diuisionem huius capituli, dicens: Christus primum mittit apostolos ad prædicandum, secundò docet eos ad orandum, vt prædicator verbi Dei primò per prædicationem descendat ad proximum: secundo, per orationem ascendat ad Deum, sicut in Scala Iacob vidit angelos descendentes, &* ascen.

ascen. &c. Istud exemplum Burg. ægrè ferens, dicit scribi per oppositum Gen. 28.c. Sed vide ibi correctum, & etiam dicit ordinem illum esse rationabilem, quod prędicator primum ascendat per orationem quam descendat per prædicationem. Sed non videtur conueniens talis ordo, nam qui constituitur prędicator, debet primum exercere officium ad quod institutus est, et sic primò alijs proficere iuxta materiam institutionis, & consequenter ad Deum instituentem conuerti in oratione. Et quia facit iuxta institutionem suum debitum, orare debet post vt sortiatur effectum. Quilibet enim, non solum prędicator, prius debet se exercere in campo actionis quam ad contemplationem accedat. Nisi enim prius cum Lia contraxerit, ad amplexus Rachelis peruenire non meretur. Cui non obstat vsus ecclesię, qui prædicationi præmittit orationem, nam talis oratio est petitio suffragij: Illa autem quę est portio contemplationis, est sursum actio desiderij, sicut prędicationi pręmittitur studiũ, vt reprimatur pręsumptio, sic & oratio pro adiutorio, qua ad cõtemplationem non pertinet, quę est ascensus scalę, &c. Contemplatio enim orat pro gratia sursum actionis, sed actio orat pro remotione impedimẽti frustrationis: Cõteplatio in solo Deo quietatur, actio pro se & alijs sollicitatur.

CAPVT X.

a A Post hæc autem, etc. BEDA. Sicut in apostolis est, forma episcoporum, sic in septuaginta duobus forma est presbyterorum. Secundi ordinis septuaginta duo mittuntur, qui totidem linguarum gentibus euangelium prædicarent, vt sicut primo, duodecim apostoli propter duodecim tribus Israel, ita & hi propter exteras Gentes destinentur imbuendas. B Vel, cum Christus se diem, apostolos horas huius diei nominet, per hunc numerum prædicantium signum dat se fidem sanctæ trinitatis mũdo annunciaturum, sicut sol triduanum suæ lucis ambitum per septuaginta duas C horas efficere solet.

† erudat.

CAPVT X.

Post hæc autem, designauit dominus & alios septuaginta duos & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quò erat ipse venturus. Et dicebat illis: † Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo dominum Messis, vt † mittat operarios in Messem suam. Ite, Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.

a ¶ Vbi verba prædicationis præcurrunt, venit dominus ad mentis habitaculum.

a ¶ Septuaginta duos. b ¶ Secundum prophetiam: Lupi & agni simul pascentur.
c ¶ Lupi, Scribæ & Pharisæi, qui sunt clerici Iudæorum.

b *Misit illos binos.* Per hoc quod binos mittit, innuitur quod nemo prædicationis officiũ debet suscipere, qui erga alium charitatem non habet. Vel bini mittuntur, secundum quod bina animalia missa sunt in arcam, id est masculus & fœmina, immunda prius in carnali generatione, sed mundata ecclesiæ sacramento per spiritualem gratiam in discipulorum prædicatione.

c *Messis quidem multa operarij autem pauci,* Messis, turba credẽtium, operarij apostoli & sequaces eorum. Et licet messis verbo Dei sit sata, tamen culturæ laborem & sollicitum munus operarij requirit, ne aues cœli sparsa semina dissipent.

D ✠ THEOPHYLACTVS. Designauerat dominus discipulos propter multitudinem doctoribus indigentem, sicut enim nostri agri spicati multos messores desiderant, sic qui credituri erant, innumerabiles existentes, multis doctoribus indigebant.

✠ GREGORIVS. Non sine graui mœrore loqui possumus quod sequitur *operarij autem pauci*, quia etsi sunt qui bona audiant, desunt qui dicãt. Ecce mundus sacerdotibus plenus, sed tamen in messe Dei rarus valde reperitur operator, quia officium quidẽ sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus.

Hom. 17. in euang. E

† Mat. 9. d. 21 dis. c. in nouo.

d *Rogate dominum.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Insinuat quod magnum donum est operarios mitti in messem diuinam, quia dicit dominum messis esse rogandum.

Hom. 33. in Mat. F

✠ GREGORIVS. Per hoc etiam inducendi sunt subditi vt dominũ suũ rogent, vt digna eis operari valeant, nec ab exhortatione torpeat lingua. Sæpe enim pro sua nequitia prædicantium restringitur lingua, Sæpe verò ex subditorum culpa agitur, vt eis qui præsunt, prædicationis sermo subtrahatur.

Hom. 17. in euang.

e *Sicut agnos inter lupos.* Sicut lupus ouibus, sic hæreticus insidiatur fidelibus. Et sicut lupus ouile circumit nocte, non audens intrare,

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT X.

1 Post hæc autem. *Postquam descripta est publicatio doctrinæ Christi per prædicationem apostolorum, hic consequenter describitur eiusdem publicatio per prædicationem septuaginta duorum discipulorum. Circa quod primò describitur eorum electio, secundò ad prędicandum missio, ibi:* Ite ecce ego mitto vos. *Tertiò, eorum reuersio, ibi:* Reuersi sunt autem. *Circa primum dicitur:* Post hæc autem. *Id est post missionem apostolorum ad prædicandum.*

2 Designauit dominus. *Iesus, id est signanter elegit. Vel dicitur, designauit quia quos ab æterno prędestinauit ad hoc opus, temporaliter ad hoc instituit & applicauit.*

3 Septuaginta. *In signum quod post Christi resurrectionem & ascensionem in cœlum, prędicaturi erant fidem Christi gentibus septuaginta duarum linguarum.*

Quare discipuli bini mittantur.

4 Et misit illos binos. *Tum propter mutuam consolationem, & propter mutuam conseruationem vt vnus esset custos castitatis alterius & aliorum bonorum. Tum propter confirmationem veritatis prędicandę ab ipsis, vt in ore duorum testium staret verbum. Tum in signum charitatis quæ debet esse in prędicatore, secundum quod exponit beatus Greg. dicens: Binos ergo discipulos in prędicationem mittit, vt per hoc nobis tacitus innuat, quod qui erga alterum charitatem non habet prædicationis officium nullatenus suscipere debet.*

5 Ante faciem suam. *Vt aduentus Christi non lateret.*

6 In omnem ci. & lo. *Quia indifferenter Christus & apostoli prædicabant in ciuitatibus & locis magnis & paruis.*

7 Messis quidem mul. *Quia multitudo gentium ad suscipiendum verbum Christi per prædicationem apostolorum erat parata, vt dicit apostolus ad Rom. 11. & patet per effectum in actibus apostolorum.*

8 Operarij. *Quia apostoli & Christi discipuli erant pauci respectu tantæ multitudinis conuertendę. Et adhuc est ita secundum quod exponit Greg. quia licet in ecclesia sint multi curati et ecclesiæ ministri, tamen pauci inueniuntur apti ad prędicandum ratione vitę sanctę & sanę doctrinæ. Vnde dicit Greg. super locum istum: Ecce mundus sacerdotibus plenus est, et tamen in messe Dei rarus valde inuenitur operarius, quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus.*

9 Rogate ergo do. *Quia nullus fit aptus ad prędicationem verbi diuini nisi per gratiam Dei, & nisi ab eo missus mediatè vel immediatè.*

10 Ite: Ecce ego. *Hic consequenter describitur discipulorum missio ad prædicandum, & patet litera ex dictis Mat. 10. vbi ea quæ hic ponuntur posita sunt licet non eodem ordine exceptis quæ sequuntur.*

Neminem

MORALITER.

† 1 *Post hæc.* Septuaginta consurgunt ex ductu denarij per septenarium, ideo significant impletionem decalogi cum septem donis spiritussancti. Per binarium superadditum significatur gemina charitas Dei, scilicet, proximi, quæ debet esse in prædicatoribus euangelij.

4 *Et misit il. binos.* In signum mutuæ charitatis.

9 In

6 *In omnem ci.* GREGOR. Prædicatio præuenit, & sic ad habitaculum mentis dominus venit.

7 *Messis quidem mul.* Id est, credentium multitudo.

8 *Operarij au. p.* Quia licet sint multi prædicatores quæstuarij, tamen quærentes tantum animarum salutem sunt pauci propter quod rogandus est dominus, vt tales multiplicet atque mittat.

9 *Ego mitto vos si.* Id est, mansuetos etiam inter crudeles. Psal. 119. b. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.

† Nolite

intrare, canis somnum pastoris absentiam vel desidiam explorans, sic hæreticus nocte suæ interpretationis fideles decipere conatur ecclesiam non intrans, pastores ecclesiæ vel vitare, vel necare, vel in exilium mittere contendit. Lupus natura corporis rigidus, se inflectere facilè non potest, sic hæreticus intentione duri cordis non solet ab errore reuocare. Vnde apostolus: *Hereticum hominem post primam & secundam correctionem deuita, &c.* Lupus verò suo impetu fertur, & ideò sæpe illuditur, sic hæreticus impetum facit, sed sæpe remanet inanis ne nocere possit. Lupus si prius aliquem viderit, vocem illius quadam naturæ vi eripit, si homo illum prius viderit, eum exagitat: Sic quem versuta disputatione hæreticus præuenit, mutum reddit, ne confiteatur verbum Dei; sed si quis commenta fraudis eius agnouerit, non patitur iactantiam vocis. Sicut lupus sic & hæreticus guttur inuadit, vitalibus vulnus affigit. Qualiter autem nos effugere possimus, supponit di.

a Nolite ergo portare sacculum, neque peram neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis: † In quamcunque *domum intraueritis, primum dicite: Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: Sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt: Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. † Et in quamcunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis, & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis: appropinquabit in vos regnum Dei. In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in plateas eius dicite: Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Tamen hoc scitote, quia appropinquabit regnum Dei. Dico vobis, quia Sodomis in die illa † remissius erit

(Interlinear: ¶ In via non salutetis sed in domo. ¶ Offerte pacem, vt ipse ingressus pacis benedictione celebretur. ¶ Prædestinatus ad vitam, sequetur cœleste verbum, quod audit. ¶ Si audire noluerit. ¶ Laboris vestri fructu non priuabimini. ¶ Cibo suo.)

Marginalia: Tit. 3. — *autem. — Matt. 10. c — †Matt. 10. b — †Matt. 10. b — †tolerabilius. — Homil. 34 in Matth. — Pulueris excussio.

a *Nolite ergo portare sacculum neque peram.* Inde Matthæus: *Nolite possidere aurum neque argentum, non peram, neque calceamenta.* Vtrumque de corio mortui animalis fit, id est, nihil mortale vult esse in illis quos ad prædicandum mittit, ne mortis timore retardentur ab iniuncto itinere.

Nolite ergo portare sacculum neque peram. Tanta prædicatori debet esse fiducia in Deo, vt præsentis vitæ sumptus etsi non prævideat, tamen sibi non defecturos certissimè sciat, ne dum occupatur mens ad temporalia, minus prædicet æterna.

Allegorice. Pecunia in sacco clausa, sapientia est occulta, quæ proximo non erogatur. Per peram, opera seculi: Per calceamenta, mortuorum operum exempla figurantur, vt prædicator onus secularium negociorum non portet, nec stultorum operum exempla conspiciat, ne sua opera quasi ex mortuis pellibus credat munire. Qui non amore æternæ patriæ, sed præmiorum ambitu salutem prædicat audientibus, quasi in itinere salutat, quia hanc ex occasione, non ex intentione salutem audientibus exoptat. Omnis enim qui in via salutat, ex occasione itineris salutat, non ex intentione habendæ eiusdem salutis.

b *Neminem per viam salutaueritis.* Festinate iubet contendere, ne alicuius obuij confabulatione reflectantur ab iniuncto itinere. Nec simpliciter ait: *Neminem salutaueritis* cum sit vsus humanitatis alios salutare, sed addidit, *in via*, quia non [salu]tationis sedulitas aufertur, sed obstaculum impediendæ de[uotio]nis aboletur, vt quando diuina mandantur, paulisper sequ[atur] humana.

c *In eadem autem domo.* Si pax vestra recipitur dignum est vt in ea maneatis, [ter]nalia stipendia ab eis accipientes, quibus cœlestia offertis. Ecce qui saccum & peram prohibuit, sumptus ex prædicatione concedit, sic tamen vt oblato cibo & potu sint contenti.

d *Mane.* Non est de domo in domum vaga facilitate demigrandum, vt in hospitali amore seruetur cōstantia, ne coalita amicitiæ necessitudo facilè resoluatur.

e *Dignus est enim.* Nota quod vni operi prædicatorum duæ mercedes debentur: Vna in via, quæ nos in labore sustentat: Alia in patria, quæ nos in resurrectione remunerat.

f *Et in quamcunque ciui.* Descripto diuerso domus hospitio, quid etiam in ciuitatibus agere debeant docet, pijs, scilicet, in omnibus communicare, ab impiorum per omnia societate secerni.

Chry. Vide dignitatem Apostolorum, nihil sensibile monentur proferre, qualia qui circa Moysem & Prophetas, scilicet, bona terrena, sed quędam noua & mirabilia, scilicet, regnum Dei.

g *Etiam pul.* Puluerem excutere iubet: Vel ad contestationem terreni laboris, quem pro illis inaniter susceperunt: Vel vt ostendant vsque adeò se ab ipsis nihil terrenum quærere, vt etiam puluerem de terra eorum non sibi patiantur adhęrere.

Aliter: Per pedes, ipsum opus & incessus prædicationis significatur: Per puluerem quo asperguntur, leuitas terrenæ cogitationis, à qua ipsi doctores immunes esse nequeunt, cum pro auditoribus solliciti salubribus curis intendunt, & quasi per itinera mūdi vix calcaneo terræ puluerem legunt. Qui ergo recipit verbum, ipse afflictiones & curas doctorum, quas pro se tolerabant, in argumentum vertit humilitatis. Ab hoc puluere per bonos auditores iubentur, pedes euangelistarum ablui, & per ipsum Saluatorem narrantur abluti. Sed qui spernit doctrinam prædicatoris, ipse labores & pericula, tædiumque sollicitudinum ad testimonium damnationis sibi inflectit. Hic ergo puluis in contemptores euangelij iubetur extergi.

h *Quia Sodomis in die illa.* Sodomitæ, & si in vitijs exardebant, & inhospitales erant, tamen apud illos nulli hospites tales quales apud Iudęos prophetę, quales apostoli reperti sunt.

Loth

NICOLAVS DE LIRA.

1 Neminem per vi. sa. *Id est, saluum dixeritis in hac vita, in qua quilibet est incertus de salute futura, nisi super hoc certificatus fuerit reuelatione diuina. Sed quia hęc expositio licet communis sit, tamen videtur spiritualis seu mystica, ideo aliter potest exponi magis ad literā: dicēdo, quod in hoc ostenditur quanta diligentia & festinatione prędicator verbi diuini debeat officium sibi iniunctum exercere, quia per hoc intelligitur, quod non debeat ab officio sibi iniuncto retardari propter familiaritatem cum aliquo. Et tali modo loquendi vsus est Elisęus mittens festinanter famulum suum ad suscitationē pueri defuncti, vt habetur* 4. Reg. 4. e. Accinge lumbos tuos, &c. *Et subditur:* Si occurrerit tibi homo, non salutes eū, & si salutauerit te quispiam, non respondeas ei, *per hoc enim intendebat excludere verba cū alijs retardantia eū ab itinere.*

2 Edentes & bibentes. *Nihil interrogantes propter conscientiam, sicut & Paulus postea docuit* 1. Cor. 10. b.

3 Et cu. *Quia simplicibus hominibus & illiteratis, quales erant discipuli Christi, promittentibus regnum Dei non crederetur, nisi haberent potestatem miracula faciendi ad confirmationem suæ doctrinæ.*

Væ

MORALITER.

† *Nolite ergo portare saccu.* Id est, prædicare propter quæstum.

† *Neque calceamenta.* Id est, exempla dare mortifera, nam calceamenta fiunt de pellibus mortuorum.

1 *Et neminem per vi. salu.* Id est, nullum existentem in via præsentis vitæ saluum dixeritis, † sicut aliqui propter quæstum aliquos assecurant de sua salute futura, cum tamen sit valdè dubia.

† *Dicite pax hu. d.* Id est, inducite inhabitantes ad pacem internam & fraternam

† *Et sibi fue.* Id est, prædestinatus ad pacem æternam.

† *Requiescet super illum.* Id est, à vobis nunciata.

† *Sin autem reuer.* Id est, non eritis priuati merito vestro.

† *In ea autem do. ma. &c.* Non mutantes hospitium propter lautius prandium habendum.

† *In quamcunque autem ciui.* Ostendentes quod ipsos quæri ebatis, & non sua.

† *Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius, &c.* Quia Iudęi veritatem agnitam de Christo nequiter impugnauerunt, quod est species peccati in spiritum sanctum.

† Et sibi — † Væ tibi

Loth inter eos & si iustus, non tamen aliquid docuit, nulla signa fecit. Et ideo *cui multum donatum est, multum ab eo quaeritur, & potentens potenter tormenta patientur.*

a *Vę tibi carozaim.* Corozaim, Bethsaida, Capharnaum, & Tyberias ciuitates sunt Galileæ, in littore laci Genesareth. Has plangit Dominus, quia post tāta miracula & virtutes non pœnituerunt: Et sunt peiores gentilibus, naturale solūmodo ius dissipātibus, quia post descriptæ legis contemptum, filium quoque Dei conculcare, gratiamquę ingrati spernere non timuerunt.

b *In cilicio.* Aspera peccati pungētis memoria (qua in die iudicij sinistra pars induenda est) significatur. *In cinere*, mortis consideratio, per quam tota humana generis massa in pulverem est redigenda, figuratur in sessione, humilitas propriæ conscientiæ. Vnde Propheta: *Surgite postquam sederitis.* Id est, *humiliamini sub potenti manu Dei, vt v. ex. in di. visitationis.*

quàm illi ciuitati. † Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes † pœnitērent. Veruntamen Tyro & Sydoni remissius erit in iudicio quàm vobis. Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata, vsque ad infernum demergeris. † Qui vos audit, me audit, & qui vos spērnit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui mē misit. Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio, dicentes: Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis: Vidēbam sathanam sicut fulgūr de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpēntes & scōrpiones & super omnem virtutem

a ¶ Non faciendo misericordiam vni de fratribus minimis, nec mihi fecit. ¶ Nolens credere in filium.
a ¶ Quia ego & pater vnum sumus.
¶ Quod in lege non fuit.
a ¶ Tunc quando corruit, præsens eram.
a ¶ Ita præcipitem de supernis ad ima lapsum. ¶ Vel sicut fulgur, quia deiectus adhuc transformat se in Angelum lucis.
a ¶ Qui dente aperte lædunt. b ¶ Qui cauda clam insidiantur.

c *Et cinere sedentes.* Impleta videmus verba Saluatoris, quia cum illę ciuitates prædictę, Domino præsente credere noluerunt, Tyrus & Sidon olim fuerunt amicæ Dauid & Salomoni, & postea euangelizantibus Christi discipulis, deuotè fidem susceperunt. Quare autem sit prædicatum non credituris, & non prædicatum credituris, nouit ille qui omnia nouit.

d *Et tu Caphar. vsque ad cœ. exal. etc.* Vel exaltata es superbè resistendo meæ prædicationi. Vel exaltata es, meo hospitio, & meis signis & virtutibus, & ideo maiori plecteris supplicio, quia his credere noluisti, & ne aliquis putaret illis tantum ciuitatibus vel personis quæ Dominum in carne non receperunt conuenire hæc verba, addit.

e *Qui vos audit me audit.* In audiendo vel spernendo Euangelij prædicatorem, quisque sciat se non viles personas, sed ipsum Saluatorem spernere vel audire, quia in discipulo magister auditur, & in filio pater honoratur.

f *Domine etiam.* Bene confitentur deferentes honorem nomini Christi: Sed quia infirma adhuc fide, gaudent in virtutibus, & de signorum operatione efferuntur, exemplo terrentur, & ad humilitatem reuocantur. Quia si diabolus propter superbiam de cœlo est præcipitatus, multo magis isti de terra editi si superbierunt, humiliabuntur.

g *Videbam Sathanam.* SANCTVS TITVS. Hæc Christi Domini oratio huc tendit, si dęmonum antesignanus & princeps cecidit è cœlo, serui illius in posterū efficere quid poterunt? Dicit verò se illum ruentē vidisse, siquidem alius quā iudex ille qui sub aspectum non venit, eum videre omnino nequit. *Sicut fulgur.* Hoc addit, quia licet diabolus praue voluntatis proposito, effectus sit obscurus & tenebrosus, secundum naturam tamen quandoque illustris & clarus extitit. Quod enim Deus condidit hoc venustū & pulchrum erat, id autem in quo draco ille infernalis seipsum transformauit, hoc malum & turpe est. Cum res ergo ita habeat, inquit, & ego is sum qui eam vobis potestatem contuli, nemo vestrum seipsum admiretur nemo se efferat, aut magnificat. Secundum beatum Cyrillum potest hic locus aliter exponi, vt sit sensus. *Videbam Sathanam, &c.* Hoc est, è sublimi in terram, à gloria ad ignominiam, à summa fortitudine, ad summam infirmitatem deiectum. Nam ante Dei aduentum, toto orbe terrarum potiebatur, colebatúrque ab omnibus gentibus. Vbiquę extabant delubra in illius honorem erecta, vbiquę aræ, vbiquę sacrificia, post Christi aduentum, ruit ille vt fulgur.

h *Supra serpentes & scorpiones.* Serpentes, sunt mali homines vel dæmones qui inchoandis virtutibus venena prauæ persuasionis obiiciunt. Scorpiones, qui consumandas virtutes ad finem vitiare contendunt.

SANCTVS TITVS. Quod de serpentibus & scorpionibus hoc loco scribitur, hoc totum ad diabolum referendum est.

i *Et super omnem virtutem.* Omnes immundos spiritus potestis eiicere de obsessis corporibus. Vel ad literam. Sicut vipera non nocuit manui Pauli, & haustum venenum non nocuit Ioanni, vnde & ipse Dominus: *Et si m. quid. bib. non e. noc.*

Sapien. 6. a — † Mat. 11. c. — Psal. 126. a. — 1. Pet. 5. b. — † pœnituissent. — † Mat. 10. d. Ioan. 13. c. — 1. Thes. 4. c. — qui vos spernit. — Fulgur. — Act. 28. a. — Mar. 16. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Væ tibi Corozaim vę tibi. *Sententia huius partis patet ex dictis Matth. 11.*

2 Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit, &c. *Hoc addit Saluator in fine ad ostendendum quod doctrina discipulorum eius est deuotè & reuerenter audienda, scilicet propter reuerentiam Dei, cuius principaliter est doctrina hæc.*

Diuisio.

3 Reuersi sunt autem septuaginta duo. *Hic consequenter describitur septuaginta duorum discipulorum reuersio, Et diuiditur in partem principalem & incidentalem, qua incipit, ibi:* Et ecce quidam legisperitus. *Circa primam partem ostenditur benignitas Christi, erga discipulos reuersos in duobus, videlicet eos benignè corripiendo, secundo, de illorum illuminatione, Deo patri gratias agendo, ibi:* In ipsa hora. *Circa primum dicitur:* Reuersi sunt autem septuagintaduo. *Ministerio suæ legationis completo.*

4 Cum gaudio. *Tum de sua prædicatione per quam populum edificauerant: Tum de miraculorum operatione, quia dæmones eiecerunt, vnde subditur:* Dicentes.

5 Domine etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine, &c. *Veruntamen, quia ex hoc nimis gloriabantur, tanquam adhuc infirmi & imperfecti, ideo hac gloria reprimitur cum subditur.*

5 Et ait illis: Videbam sathanam sicut fulgur de cœlo cadētem. *Fulgur enim cadit celeriter, manifestè, & cum fœtore & inflammatione, sicut dæmones de cœlo empyreo ciciderunt in instanti, & videntibus sanctis Angelis, & cum fœtore peccati proprij, & ad inflammandum homines per tentationem parati. Et causa huius ruinę elatio fuit suę superbia de sua excellentia, quasi diceret Saluator discipulis, cauere diligenter debetis ne ex elatione de potestate vobis concessa super dæmones nimis eleuemini, et sic corruatis.*

6 Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones & super omnem virtutem, &c. *Et sic in aduentu Christi videtur impletum illud Isaiæ, 11. b. Quod dicitur de serpentibus.* Non nocebunt & non occident in vniuerso monte sancto meo, quia repleta est terra scientia domini, *videlicet per prædicationem Christi, & discipulorum eius.*

MORALITER.

1 *Vę tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro & Sidone factę fuissent virtutes, &c.* In istis duabus ciuitatibus fecerat Iesus sanitates & miracula multa, quibus ingrati fuerunt, propter quod taliter imprecatur.

6 *Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones & super omnem virtutem &c.* Calcare serpentem est subiicere rationi sensualitatem, quæ secundum Augusti. significatur per serpentem. Calcare scorpionem est detestari detractorem. Et calcare omnem virtutem inimici, est abiicere omnem occasionem mortalis peccati.

a *Nolite gaudere, quia spiritus vob. &c.* Malos spiritus eiicere & alias virtutes facere, aliquando non est meritum illius qui illa operatur, sed inuocatio nominis Christi hoc agit ad condemnationem eorum qui inuocant, vel ad vtilitatem eorum qui vident & audiunt: vbi licet homines despiciant signa facientes, los, quibus pater sacramenta filij reuelauit.

Cum audis, omnia, agnoscis omnipotentem, non decolorem, non degenerem patris. Cum audis tradita, confiteris filium cui per naturam vnius substantiæ omnia iure sunt propria, non dono collata per gratiam.

Deum tamen honorant, ad cuius inuocationem miracula fiunt. Prohibet gaudere de humiliatione diaboli, qui propter superbiam cecidit, sed gaudeant de sua sublimatione: vt vnde illi ceciderunt subleuati, isti ascendant humiliati.

b *Gaudete autem.* Si quis cœlestia siue terrestria opera gesserit, per hæc quasi literis adornatus apud Dei memoriã æternaliter est affixus.

✱ SANCTVS TITVS. Scripta sunt, non per calamum & attramentum, sed per Dei memoriam eiusdemque Dei gratiam & gloriam. Et quidem diabolus è cœlo deorsum ruit, homines autem qui deorsum in terris degebant, inter cœlestes ciues censentur & describuntur.

c *In ipsa hora.* Cum de subiectione immundorum spirituũ de nominibus scritis in cœlo loqueretur, ostendit per quid hæc tanta celsitudo data sit hominibus, scilicet per humilitatem fidei christianæ.

d *Confiteor tibi do.* Gratias ago, quia apostolis aduentus mei aperuisti sacramenta, quæ ignorant scribæ & Pharisæi, qui sibi sapientes videntur.

e *Reuelasti ea.* Non ait insipientibus & hebetibus sed paruulis, id est, humilibus, vt probet se tumorem damnasse, non acumen.

f *Quia sic.* Non rationem reddit cur hos elegit, illos reprobauerit, sed sic Deo placitum dicit. In quo accipimus exemplum humilitatis, ne temerè discutiamus de supernis consilijs.

g *Omnia mihi &c.* Commendata humilitate, per quam ad fidem venitur, pulchrè de ipsa fide locus connectitur, cum omnia sibi tradita dicit, non elementa quæ ipse creauit, sed illos paruulos

---

inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: Gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto & dixit: † Confiteor tibi domine pater cœli & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus & † prudentibus, & reuelasti ea † paruulis. Etiam pater, quia sic † placuit ante te. * Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater, & quis sit pater nisi filius, & cui filius voluerit reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit: † Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum, dicens. † Magister, quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum: In lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens, dixit: † Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. Dixitque illi, Rectè respondisti. Hoc fac, & viues

(Interlinear:) a ¶ Quæ mundo vilescunt. b ¶ Per humilitatem fidei vestræ. c ¶ De salute humilium quibus loquebatur. a ¶ Meus consubstantialis. a ¶ Non pater, sed creator. ¶ Qui se exaltare non norunt. ¶ Iniustum esse non potest quod iusto placuit. a ¶ Interiores non exteriores Pharisæorum qui corpus meum viderunt. b ¶ Agnoscunt illa sacramenta quę reuelantur paruulis. c ¶ Quibus me & patrem reuelaui. a ¶ Ventura prędicando. b ¶ Se & alios regendo. a ¶ Verba legis tenens, vim legis ignorans. a ¶ Interrogat quod scriptum est, vt ex suis responsis iustificetur vel damnetur. ¶ Laudat responsionem, non laudat factum.

(Margin:) † Sancto. † insipientibus. * Et conuersus ad discipulos suos dixit. † Matt. 13. b. † Matt. 22. d. Matt. 12. c. † Matt. 11. d. † intelligentibus. † fuit bona voluntas. † Deut. 6. a. Leui. 19. d. Rom. 13. c. Iacob. 2. b. Matt. 11. d.

---

h *Quod multi propheta.* Prophetæ & iusti à longe domini gloriam viderunt per speculũ in ænigmate sed apostoli præsentem dominum habẽtes, & ab ipso quæ volebant interrogãtes, non per angelos vel varias visionum species docebantur.

i *Legisperitus surrexit.* Legisdoctor qui sine fide in lege iacebat, surgit vt stet: Stat dum magistrum vocat, sed & stando tentat Deum tacendo quod erat.

k *Tentans illum.* Legisperitus occasionẽ tentandi accipit ex verbis domini vbi ait: *gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis*, sed ipse in sua tentatione mõstrat quam vera sit cõfessio domini, qua patrem laudãs dicit. *Abscõdisti hæc sapientibus & potentibus & reuelasti ea paruulis.*

l *Ille respondens dixit.* Dixit quod legerat, sed non impleuit quod scriptum erat, quia in præsentia habebat dominum quem diligere debebat, sed hunc magistrum non Deum vocat.

m *Rectè respondisti.* Perfectum iter vitæ cœlestis ostendit, dum legisperito de dilectione Dei & proximi scripta proponenti respondit. *Rectè respondisti, hoc fac, & viues.* Et finita parabola adiecit: *Vade & tu fac similiter.* In quo ostendit, quod per solam dilectionem venitur ad vitam æternam, sed ille proximum non habebat qui nunquam forsitan misericordiam fecerat, & ideò ignorabat.

n *Hoc fac & viues.* Ex primo legis capitulo docet legis ignarum, probans quod lex in principio statim patrem & filium prædicauerit, & incarnationem filij annunciauerit dicens, *Diliges dominum Deum tuum, & dili. proximum tuum sicut teipsum.*

Vnde

NICOLAVS DE LIRA.

1 Veruntamen in hoc nolite gau. *Quia signa facere in hoc mundo aliquando cõcessum est etiam malis hominibus, vt habetur Matt. 7. Nõ propter ipsos, sed ad confirmationem fidei Christi prædicatæ per ipsos.*

2 Gaudete au. &c. sc. in cœ. *Id est, in libro vita. In quo aliquorum nomina dicuntur scribi dupliciter. Vno modo secundùm præsentem iustitiam, alio modo secundùm æternam prædestinationem. Et vtroque modo nomina eorum erant scripta in cœlis, quia erant prędestinati, excepto Iuda proditore, & cum hoc habebant gratiam Dei, quia illa gloriatio quam habuerunt de eiectione dæmonum, vt prædictum est, non fuit mortale peccatum. Sequitur.*

3 In ipsa hora exultauit in spiritusancto. *Et patet sententia ex dictis Matt. 11. vsque, ibi.*

4 Beati oculi qui vident quæ vos videtis. *Et similiter patet sententia huius partis ex dictis Matth. 13.*

5 Et ecce quidam legisperitus. *Hæc est pars incidentalis, in qua ponitur duplex incidens. Primum est Christi responsio ad legisdoctorem: Secundum est, excusatio Mariç erga sororem, ibi*: Factum est autem. *Prima partis sententia patet ex dictis Matthæi vigesimo secundo & Marci. 12. vsque ibi.*

Ille

MORALITER.

3 *In ipsa hora exulta.* Per hoc quod Christus homo exultauit in spiritu de simplicium illuminatione: & superborum excæcatione significatur, quod quilibet Christianus debet gaudere de similibus, vt Christo conformetur.

4 *Beati oculi qui vident quę vos videtis.* Videntes enim Christum per fidem charitate formatam beati sunt in spe, & si perseuerent beati erunt in re.

5 *Et ecce quidam legisperitus surrexit tentans illum dicens. Magister quid faciam.* BEDA. Super locum istum dicit, quod iste tentando quæsiu t de vita æterna, si fortè Christus diceret aliquid contra Moysen, & ideo Christus per verba Moysi respondendo confudit eum, per hoc ostendens quod derisores fidei catholicæ sunt confutandi ab illis qui sciunt & possunt per illud quod tenent indiscusse, scilicet Iudæi per scripturas Hebræorum, & Saraceni per legem Mahumeti.

Et † Homo

Vnde & addit: *Hoc fac*. Sed ille qui cum nesciret proximum quia non credebat in Christum, respondit: *Quis est meus proxi*. Ita qui Christum nescit, & legem nescit. Quomodo enim potest scire legem, cum veritatem ignoret, cum lex annunciet veritatem? posit cognoscere. Sacerdos & leuita qui transeunt, sacerdotium & ministerium veteris figurant testamenti, vbi vulnera languentis mundi monstrantur, sed non curantur. Samaritanus, qui custos interpretatur, dominus est, qui propter eos, homo factus, vitæ præsentis iter arripuit, & venit secus vulneratum: *In similitudinem hominum factus, & h. in. v. h.* Compassionis nostræ susceptione finitimus, & misericordiæ collatione vicinus. Alligauit vul. eius peccata redarguendo cohibuit. Infundit oleũ dum pœnitentibus tribuit spem dicens: *Pœnitentiam agite, quia appropinquabit regnum cælorum*. Infundit vinum dum peccantibus terrorem pœnæ incutit dominus dicens: *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur*.

a *Ille autem volens*. Legisperitus vt sapienter respondisse dicatur, primum se legis fatetur ignorare mãdatum, quia humiliari recusans, & seipsum iustificare volens, arcana non potest videre quæ reuelantur paruulis Christi, cui Christus ita responsum temperat, vt & omnis qui misericordiã facit proximus intelligatur, & specialiter ipse Dei filius qui nobis per humanitatem proximus factus est dignetur.

(Philip. 2. a. — Mat. 3. a. — Ibidem c. 1. Petr. 2. d.)

(Suscipiẽs vel Excipiẽs, id est succedens inuicẽ respondendi. Semimortuo.)

a ¶ Quia putabat non ante Deum sed ante hominem se stare: nec ipsum quem magistrum vocat, proximum cognouit.

a Ille autem volens iustificare seipsum, dixit, ad Iesum: Et quis b est meus proximus? † Suscipiens autem Iesus dixit: Homo c quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt † semiuiuo relicto. Accidit autem, vt sacerdos quidam d descenderet eadem via, & viso illo præteriuit. Similiter & leuita cum esset secus locum, & videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidã iter faciens venit secus eum, & videns eum e misericordia motus est: Et apropians alligauit vulnera eius, 3

¶ In baptismo.

✻ Sanctus Titus. Iure consultus hic à domino laudatus in superbiam prorumpit. Ponit namque se nullum habere proximum, hoc est, nullum extare, qui secundum exactam iustitiæ rationem cum illo conferri queat.

b *Quis est meus*. Nemo proximior homini quàm Deus, qui intrinsecus & extrinsecus nouit, & omnia curare potest, sed omnis incredulus vel tentator nec Deum nec hominem proximum habet.

✻ Sanctus Titus. Hic legisperitus scribit Pelusiota, solum iustum iusto proximum iudicat. Eum autem ille tantum iustum censebat, qui ad virtutum fastigium peruenerat. Neque enim hominum inter se cognationem, aut excellentiam ex natura, aut naturæ similitudinem spectandam putabat, sed ex dignitate & actione. Seipsum proinde iustificare, hoc est iustum demonstrare, quantósque in virtutibus aut iuris sapientia progressus haberet ostentare volens, aiebat, *& quis est meus proximus?* Quasi dicat, ostende mihi aliquem tantum quantus ego sum, Dominus autem propinquitatem hanc non ex dignitate vel præclara aliqua actione æstimari vult, sed ex naturæ conditione.

(Lib. 2. quæ. euang.)

c *Homo quidam, &c.* Avgvst. Homo iste Adam intelligitur in genere humano: Qui à beatitudine cœlestis Ierusalem, præuaricationis prolapsione ad miserias, & defectum huius vitæ mutabilis & erroneæ descendit, cum intumescere cœpit. Et per hoc etiam incidit in latrones, id est, in potestatem angelorum noctis, qui se transfigurant in angelos lucis, sed perseuerare non possunt: In quos non incideret, nisi eius mandati cœlestis deuius se fecisset obnoxium. Qui etiam indumenta gratiæ spiritualis, immortalitatis scilicet & innocentiæ aufferunt, & sic vulnera inferunt, id est, peccata, quibus humanæ naturæ integritas violatur, & mors quasi fossis visceribus inducitur. Qui seruat intemerata, quæ sumpsit indumenta, non potest sentire latronum plagas. Abierunt, non cessando ab insidijs, sed occultando insidias, *Semiuiuo relicto*, quia immortalitatem exuere sed rationis sensum abolere non possunt, quin homo sapere, & Deum possit

Iumentum, caro ipsius est, in qua ad nos venit, in quam saucium imponit, quia peccata nostra portauit in corpore suo. Imponitur verò qui ipsam incarnationem credit. Stabulum est præsens ecclesia, vbi reficiuntur viatores in æternam patriam redeuntes. Impositus iumento, in stabulum ducitur, quia nemo nisi baptizatus, nisi corpori Christi adunatus ecclesiam intrauit. Et curam egit, ne æger præcepta quæ acceperat dimitteret. Sed non vacat Samaritano diu in terris degere, redeundum erat vnde descenderat. Itaque altero die, id est, post resurrectionem suam quando amplior æternæ lucis splendor, quam ante passionem effulsit in mundo, protulit duos denarios, duo testamenta, in quibus æterni regis nomen & imago continetur, stabulario, id est, apostolis dedit, quia tunc illis sensum aperuit, vt intelligerent scripturas ad regendum populum. Quodcumque supererogaueris, Supererogat Apostolus cum dicit: *De virginibus præceptum domini non habeo, consilium autem do*. Supererogat, cum non vtitur potestate accipiendi necessaria. Rediens in iudicio reddet dicens: *Quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Quis horum*. Iuxta literam patet, quod alienigena Ierosolymitæ cui misericordiam impendens, proximior fuit quàm sacerdos vel Leuita eiusdem gentis.

(1. Cor. 7. e. — Mat. 25. b.)

✻ Theophylactvs. Non dicit descendit, sed descendebat, semper enim humana natura ad inferiora tendebat, & non in parte, sed in toto vitæ attendebat passibili.

d *Accidit autem, &c.* Sacerdos Dei legem annunciat: Descẽdit quidem lex per Moysen in mundum, & nullam sanitatem contulit huiusmodi. Descendit Leuita, qui typum ostendit prophetarum, sed & hic nullum sanat, quia lex peccata arguit, sed pertransit, quia indulgentiam non largitur.

e *Misericordia motus*. Hoc de sacerdote & leuita non est dictum, quia lex non habet misericordiam, sed iudicium & vindictam.

☞ Duxit

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ille autem volens iustificare seip. *Quod exponitur dupliciter. Vno modo quod vellet se iustificare secundum apparentiam. Alio modo secundum veritatem quærens à Christo intellectum præcepti huius, vt opere adimpleret. Et causa huius duplicis expositionis est, quia sicut dictum fuit Matt. 22. iste videtur primò venisse ad Christum mala intentione, & secundum hoc procedit prima expositio, sed postea Christi verbis compunctus fuit, & ideo dixit ei Christus:* Non longè es à regno Dei *Mar. 12. c. & secundum hoc procedit secunda expositio, quia non apparet clarè ex textu vtrum quæstionem de proximo fecerit ante compunctionem vel post.*

2 Homo quidam descendebat de Ierusalem in Iericho, &c. *Secundum aliquos hæc est parabola, secundum alios est res gesta, quia inter Ierusalem & Iericho erat quædam solitudo, vbi frequenter homines transeuntes spoliabantur à latronibus & occidebantur. In qua solitudine captus fuit Sedechias fugiens ab exercitu Nabuchodonosor, vt habetur Iere. 6. Moraliter tamen exponitur de peccatore descendente à statu iustitię in peccatum mortale, qui spoliatur à dæmonibus bonis gratiæ, & vulneratur in bonis naturæ, & relinquitur semiuiuus, quia tollitur ab eo vita gratiæ remanente vita naturæ: Cui Christus appropinquans in sua benedicta incarnatione,*

3 Alligauit vulnera eius infundens oleum. *Misericordię cum vino iustitię.*

Dixit

MORALITER.

2 *Homo quidam descendebat ab Ierusalem, &c.* Per Ierusalem status virtutis designatur, & ideò per hominem descendentem ab Ierusalem in Iericho, peccator designatur. Qui incidit in latrones, id est, dęmones spoliantes eum gratuitis, & in naturalibus vulnerantes. Sacerdos autem & Leuita pertranseuntes absque misericordia, sunt ecclesiæ mali ministri, curantes tantum de leuatione pecuniæ, & non de sanatione culpæ. Samaritanus autem est prædicator & confessor motus ex charitate, alligans vulnera sauciati per sanum consilium, infundens oleum misericordiæ, & iustitiæ vinum, & imponens illum in iumentum, quia non solum mente præbet auxilium, sed etiam prout potest corpore, quod est animæ iumentum, & ducit in stabulum scilicet ecclesiæ, vbi datur pabulum verbi Dei, & sacramenti eucharistiæ.

a *Duxit in stabulum.* Non domum, sed stabulum vocat, quo nomine miserias, & fœtores huius vitæ signat ne homo in hoc exilio tanquam in patria gaudeat.

A

✠ SANCTVS TITVS. In stabulum, hoc est, in ecclesiam. Hæc enim cùm omnium capax existat, omnes intra gremium suum complectitur.

a ¶ Chrisma sancti spiritus. b ¶ Calicem suæ passionis.

infundens oleum & vinum, & imponens illum in iumentum

¶ Spiritualem.

suum duxit in † stabulum, & curá eius egit: Et altera die * protulit duos denarios, & dedit † stabulario, & ait: Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Quis * horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit: Qui fecit misericordiam † in illum. Et ait illi Iesus: Vade & tu fac similiter. Factum est autem, dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam, et huic erat soror nomine Maria. Quæ etiam

a ¶ Ministrans necessaria mortali carni, qua indutus erat Dei filius.

sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Martha autem † satagebat circa † frequens ministerium. Quæ stetit

a ¶ Conquerens de sorore.

et ait: Domine, non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et respondens dixit illi dominus, Martha, Martha sollicita es, et turbaris

in Hom. ex Luca. ✠ CHRYSOST. Est stabulum ecclesia, quæ in itinere mundi lassatos & sarcinis delictorum defessos suscipit venientes, vbi deposito onere peccatorũ, viator lassus reficitur, & refectus salubri pastu reparatur.

† hospiciũ. † hospiti. * igitur. † cum illo.

B

b *Dedit duos denarios stabulario, & cæt.*

✠ IDEM. Stabularij typum gerunt Apostoli, & qui illos secuti sunt, doctores & pastores. His enim Christus Dominus ad cælum ascensurus obtulit duos denarios, mandatum dans vt diligentem curam ægro impendant, certóque promittens vbi redierit, se id totum cumulatè refusurum, quod supererogatum fuerit.

† distrahebatur.

C

c *Qui fecit.* Cognatio non facit proximum, sed misericordia, quæ misericordia est secundùm naturam. Nihil enim tam secundùm naturam quàm naturæ iuuare consortem.

ALLEGORICE. Nemo propinquior quàm qui nostra vulnera curauit, qui vnum est caput cum membris. Diligamus ergo eum, vt Deum & dominum. Diligamus quasi proximum, diligamus etiam eum qui imitator Christi est, Vnde sequitur: *Fac similiter*, id est, verè te proximum sicut teipsum diligere manifestes, quidquid vales in eius corporali vel spirituali necessitate subleuanda deuotus operare.

✠ S. TITVS. *Fac similiter.* Quasi dicat, Et sacerdotij dignitas, & titulus rursum, nomenque iure consulti, res sunt quæ paruam vtilitatem sacerdotibus & iurisperitis afferunt, nisi bonis operibus illa probent & exornent.

d *Factum est, dum.* Habito sermone de dilectione Dei & proximi, supponitur exemplum vtriusque dilectionis, non tam in solo verbo, quàm in operis exhibitione. Per istas enim duas sorores, duæ significantur vitæ spirituales. Per Martham, operibus actuosa deuotio, qua proximo in charitate sociamur. Per Mariã religiosa mentis intentio in Dei verbo, qua in Dei amore suspiramus. Actiua panem vel corporalem esurienti, vel doctrinæ ignoranti tribuit, errantem corrigit, superbum ad humilitatem reuocat, quæ singulis expediant, dispensat: Contemplatiua, charitatẽ Dei & proximi retinet, sed ab exteriori actione quiescit, soli conditoris desiderio inhæret, & calcatis omnibus curis ad videndum faciem creatoris inardescit, & desiderat misceri supernis ciuibus, de æterna in cõspectu domini incorruptione gaudentibus.

* egredi.

E

e *In domum suam.* Intrante Iesu in domum, vita iniqua, etsi aliquando fuerat, aufugit, remanent duæ vitæ innocentes, laboriosa & ociosa, inter eas medius est ipse fons vitæ.

† multum ministrationem.

f *Sedens secus.* Quantò humilius sedet, tantò amplius cadit. Aqua confluit ad conuallem de tumoribus collis.

F

Maria sedet, quia contemplatiua pacatis vitiorum tumultibus, optata iam in Christo mentis quiete fruitur. Martha stat, quia actiua laboriosa desudat in certamine.

g *Martha autem.* Intenta erat Maria quomodo pasceretur à domino, intenta erat Martha, quomodo pasceret dominum, hæc conuiuium parat domino, in conuiuio domini illa iam iocundatur.

h *Domine non est tibi curæ.* Ex illorum persona loquitur, qui adhuc diuinæ contemplationis ignari, solum quod didicere, fraternæ dilectionis opus Deo placitum dicunt, ideóque cunctos, qui Christo deuoti esse velint, huic mancipandos autumant.

i *Et respondens.* Maria non respondet, sed causam suam tanquam ociosa committit iudici. Si enim pararet respondendi sermonem remitteret audiendi intentionem.

k *Martha, Martha.* Repetitio indicium est dilectionis, vel fortè monendæ intentionis, vt audiret attentiùs.

☞ Porrò

NICOLAVS DE LIRA.

1 Duxit in stabu. *Id est, in domum ecclesię, vbi simplices reficiuntur.*
2 Et altera die. *Id est, post resurrectionem suam.*
3 Dedit stabulario. *Id est, cuilibet apostolo.*
4 Duos denarios. *Id est, intelligentiam noui & veteris Testamenti quia* aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, *vt habetur infrà 24. g. Et eis curam pœnitentiũ commendauit, promittens pro salario vitã æternã.*
5 Vade & tu fac simi. *Ex responsione concludens, quòd propinquitas generis non facit proximum, sed opus misericordiæ impensum.*
6 Factum est autem. *Hic ponitur secundùm incidens quod est excusatio Mariæ erga sororem suam, vbi præmittitur locus cum dicitur.*
7 Et ipse intrauit in quoddam ca. *Scilicet Bethaniam.*
8 Et mulier quædam nomine Martha, &c. *Ad illam enim domũ Christus frequenter diuertebat, & securè: Tum propter deuotionem ibi habitantium: Tum quia plura beneficia eis contulerat, quia ipsam Martham à profluuio sanguinis sanauerat secundum Ambros. & Mariã à septem dæmonibus liberauerat, secundùm illos doctores, qui dicunt illam fuisse sororem Lazari, sicut suprà dictum est 7. c.*

9 Quæ etiam se. &c. *Intenta operibus vita contemplatiua.*
10 Martha autem, &c. *Occupata in operibus vita actiua.*
11 Quæ ste. *Quia fessa labore ministerij discurrendo per domum, vt Christus & eius discipuli essent conuenienter recepti & refecti.*
12 Et ait, Domine, &c. *Conquerens de ociositate sororis suę, & de Christi negligentia hoc permittentis.* 13 Et resp. di. il. do. *Excusando Mariam. Inuenitur autem Maria accusata tripliciter, scilicet à Pharisæo, de præsumptione seu temeritate, eò quòd Christum tetigit recumbentem, vt dictum est sup. 7. c. & hoc secundum illos qui dicunt illam fuisse sororem Lazari & Marthæ. Item à Iuda, de prodigalitate, eò quòd preciosum vnguentũ effudit, & pedes Iesu vnxit, vt habetur Ioan. 12. Tertiò à sorore, de ociositate, vt hic habetur: Et vbique Maria tacuit, & Christus eam excusauit, ostendens Pharisæo, quod factum Mariæ non erat præsumptionis, sed deuotionis. Item ostendens Iudæ, & alijs discipulis, quod illa effusio vnguenti non erat prodigalitatis, sed pietatis. Item quia ostendit sorori, quod sessio Mariæ non erat ociosa, sed melioribus actibus applicata, ideo sequitur.*
14 Martha, Martha sol. es. *Quia opera actiuæ vitæ sollicitudinem & distractionem mentis inducunt, & frequenter perturbationem ingerunt.*

Maria Magdalena ter accusatur.

☞ Porrò

MORALITER.

† 2 *Et altera die, &c.* Per quos significatur gratia in præsenti & gloria in futuro, dandæ bono curato facienti debitum suum erga peccatorem sibi subditum.
4 *Dedit stabulario,* Id est, dandos denunciauit.
† *Et quodcumque ero.* Faciendo circa subditum bonum ad quod non tenetur curatus.
† *Reddam tibi.* Id est, reddendum denuncio.
7 *Et ipse intrauit in quoddam castellum.* Per quod & etiam per domum in qua receptus fuit Christus, significatur ecclesia. De qua dicitur Can. 6. d. *Terribilis, vt castrorum acies ordinata.* Et illud Ioan. 2. c. *Nolite facere domum patris mei domum negociationis.* In hac autem domo sunt tres status scilicet; Actiuorum, qui status significatur per Martham de qua dicitur, *quòd satagebat circa fre. mi.* Et contemplatiuorum, qui per Mariam, de qua dicitur, quòd *sedebat circa pedes domini, & au. verb. il.* Et tertius status est militum ad vtrorumque defensionem, & significatur per Lazarum militem.

† Tum gratis

a Porrò vnū est. Præponitur vnū multis. Nō enim à multis vnū, sed multa ab vno, & tamē multa sunt necessaria tēdētibus ad vnū.
b *Maria opt.* Nō reprehenditur pars Marthæ, quia & ipsa bona, sed laudatur pars Mariæ, quæ quare sit optima, subinfertur.
c *Quæ non auferet.* Quia contemplatiua hîc incipit, & in cæle-sti patria perficietur, quia amoris ignis, quòd hîc ardere inchoat, cū ipsum quē amat viderit, in amore amplius ignescet. Non ergo auferetur vita contemplatiua quæ subtracta luce præsentis seculi perficitur. Actiua cum corpore deficit, quia in æterna patria panem non porrigit esurienti, quia nemo esuriet, nec cætera pietatis opera aget, quia non erunt necessaria, cum præsenti ergo seculo auferetur actiua. Meritò igitur contemplationi omnia iustificationum merita, immensa virtutum studia postponuntur. *Quæ non auferetur.* Ex opposito intellige quòd à Martha auferetur pars quàm elegit, quia transit labor multitudinis, remanet charitas vnitatis.

a ¶ Deo iugiter inhærere.

erga plurima. Porrò vnum est nēcessarium. Maria † optimām partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

a ¶ Mariæ factus est aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus.

† bonam

NICOLAVS DE LIRA.

1 Porrò vn. &c. *Id est, ipse Deus qui vnus est, & præ omnibus quærendus, vel vnū, id est, vnitas mētis ad Deū: Et istud respicit vitā cōtēplatiuā per quā mēs hæret Deo, qui est simpliciter vnus, secundū quod dicit Apostolus* 1. Cor. 6. d. Qui adheret Deo, vnus est spiritus, *sicut è cōuerso per vitā actiuā intendendo creaturis quæ multæ sunt, anima diuiditur.*

2 Maria optimam partem elegit. *Q. d. Non tu malam, sed illa meliorem. Distinguitur enim duplex actio à doctoribus. Vna quæ consistit exercitio virtutum moralium, & ista disponit ad contemplationem, secundum quod dicit Beatus Greg. 6. moralium: Qui contēplationis arcē tenere desiderant, necesse vt prius in campo actionis se probent. Cuius ratio est, quia secundum Philosophum 7. Physicorum: Sedendo & quiescēdo fit anima sciens & prudens. Sedatis enim passionibus & tumultibus passionum per exercitium virtutum moralium disponitur anima, vt liberè possit eleuari in contemplationē veritatis. Ex quo patet, quod talis actus ordinatur ad contemplationem sicut ad finem: Finis autem melior est his quæ sunt ad finem, & ideò de tali actione concedunt omnes, quòd contemplatio est melior. Alia autem est actio quæ sequitur cōtemplationem procedens ex plenitudine contemplationis, sicut est docere, & in regimine animarum laborare, & huiusmodi. De tali actione dicunt aliqui quòd est melior ipsa contemplatione, & de ista actione non loquitur hîc Christus, vt patet intuenti. Alij vero dicunt, quod etiā ista actione contemplatio melior est, quia illud quod simpliciter præeligitur, videtur esse melius absolute, quàm illud quòd præeligitur tantum in casu: Sicut Philosophari, melius est simpliciter quam ditari, licet ditari sit magis eligibile in casu magnæ paupertatis. Contemplatio autem est per se eligenda. Cura autem & regimen animarum, ad quod spectat populum docere, & dirigere in salutem, est eligenda, vel potius suscipienda in casu necessitatis fraternæ, vnde dicit Aug. 19. de ciui. Dei: Ocium sanctum quærit Charitas, negocium iustum suscipit necessitas charitatis, quam sarcinam si nullus imponit, intuendæ veritati vacandum est, si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem.*

Actio duplex & quā istarū con. templatio cōpatiatur:

3 Quæ non auferetur ab ea. *Opera enim vitæ actiuæ non habent locum nisi in præsenti vita et ideò adueniente futura, auferentur, sed contemplatio primæ veritatis non tollitur, nisi quantum ad illud quod est imperfectionis, quia* videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, *secundùm quòd habetur* 1. *Corinth.* 13. *d.*

CAPVT XI.

a *Et factum est.* Post historiam sororum (quæ duas vitas significant) inducit dominum orasse, & discipulos ad orandum informasse, quia & oratio quam docuit vtriusque vitæ in se continet mysteriū, & ipsarū perfectio vitarum non nostris viribus, sed precibus est obtinenda.
b *Vt cessauit.* Ideò sæpè Saluatororās inducitur, vt discipulos ad orationis studium inducat. Vnde finita oratione, à discipulis sciscitatur, vt doceat qualiter debeāt orare.
c *Cùm oratis dicite.* Matthæus septem petitiones ponit, in tribus æterna poscuntur; in quatuor, temporalia, quæ tamen propter æterna consequenda sunt necessaria. Quod enim dicimus: *Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra.* Hîc inchoatur, quantumcunque proficimus augentur in nobis & perfectæ sine fine in alia vita possidebuntur. Quòd verò dicimus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo,* Ad præsentis vitæ indigentiam pertinent, quia hîc & panis, tam corporalis quam spiritualis est necessarius, tam animæ quàm corpori. Hîc etiam fit remissio peccatorum, quę hîc committuntur. Hîc fiunt tentationes, hîc etiam fit malū vnde cupimus liberari. In alia vita nihil horū est. Lucas non septē, sed quinq; ponit, & hoc causa breuitatis. In quinq; quę ponit, septem illa intelligit contineri. Nomen quippe Dei sanctificatur in spiritu. Regnum verò Dei in carnis resurrectione venturum est. Ostendens ergo Lucas tertiam petitionē duarum superiorum quodammodo esse repetitionem, magis eam intermittendo fecit intelligi. Deinde tres illas adiungit, de pane quotidiano, de remissione peccatorum, de tētatione vitanda. At verò quod Matthæus in vltimo posuit: *Sed libera nos à malo:* iste non posuit, vt intelligeremus, ad id quod de tentatione dictum est pertinere. Ideò non ait: *Et libera nos à malo,* tāquam diuersam petitionem poneret, sed ait: *Sed lib. nos à m.* vnam petitionē esse demonstrans, vt sciat vnusquisque in eo se à malo liberari, quod non infertur in tentationē.
d *Panem no. &c.* Panis quotidianus dicitur, qui hic est necessarius quantus animę carnique est tribuendus, siue corporaliter siue spiritualiter, siue vtroque modo intelligatur.

CAPVT XI.

a b Et factum est, cùm esset in loco quodam orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine doce nos orare, sicut Ioannes discipulos suos. Et ait illis: † Cùm oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnū tuum.* Panē nostrum quotidianum da nobis

a ¶ Orare

† Mat. 6. b. * fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Matth. 6. b. Septē sunt petitiones dominicæ, orationis.

Nota, legisperitus se iustificare volens dominum tentaturus adijt, sed confusus abscessit: At Maria pedibus accliuis optimam partem Philosophiæ cœlestis elegit. Item paruuli Christi, non de sua iusticia, sed de redemptoris gloria præsumentes, quibus oratio-

Supra. 10. d

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XI.

1 Et fa. est. *Postquam Christus misit discipulos suos prædicare, hic consequenter docet eos orare. Et primò inducit eos ad orationis instantiam, secundo, ad fidei constantiam. c. se. Et tertiò inducit populos ad pœnitentiam c.* 13. *Circa primum sciendum, quod ad orationem debitam duo requiruntur, s. affectio pura, & intentio recta. Primò igitur inducit ad primum, secundo, ad secundum, ibi:* Nemo lucernam accendit. *Circa primum instructio discipulorum, secundo, præmittitur confutatio æmulorū, ibi:* Et erat eijciens dæmonium. *Adhuc circa primū. Primò docet modū orandi, secundo, orationē cōtinuādi, ibi:* Et ait ad illos: *Circa primū præmittitur Christi oratio, quia* cœpit facere & docere *vt dicitur Act.* 1. *a. & ideò eius orationem præmittit cum dicitur:*

Diuisio.

Duo ad debitam orationem requisita.

2 Cum esset. *Sciendū tamē, quod Christus nō orauit inquātū Deus, quia sic nō cōpetit ei orare. Oratio enim est explicatio propriæ voluntatis apud Deū vt eā impleat. Volūtas autē diuina per seipsam est effectiua eorū quę vult, secūdū illud Ps.* 113. *b.* Omnia quæcunq; voluit dominus fecit: *sed quia Christus inquantū homo habuit volūtatē humanā, quæ non est per seipsū efficax ad implēdū ea quę vult nisi per virtutē diuinā, ideò Christo secundū quod homo cōpetebat orare. Orauit igitur vt pro nobis impetraret & vt exēplū nobis orādi daret. Orauit etiam pro seipso ad obtinēdum quod sibi deerat, scilicet gloriā corporis Io.* 17. *a.* Clarifica me tu pater. *Consequenter docet discipulos orare, cùm dicitur:*

3 Cùm oratis. *Patet sententia ex dictis Matth.* 6. *Sciendū, quod Lucas hic omittit duas petitiones orationis dominicæ. s. tertiā & septimam, quia tertia implicitè cōtinetur in duabus præcedentibus, Si enim gloriam Dei principaliter quærimus, & participationem regni eius, quæ continetur in duabus primis petitionibus, bene voluntatē eius facimus, & eius voluntas impletur in nobis, quod cōtinetur in tertia petitione quæ est:* Fiat voluntas tua, &c. *Similiter septima quæ est,* Sed libera nos à malo: *continetur in sexta, Si enim in tentationem non inducimur ei succumbendo, sed magis præualemus resistendo, benè liberamur à malo.*

Et ait

MORALITER.

† 3 *Cùm oratis di. Pa. san. no tuum.* Avg. Sanctificetur, &c. Scilicet in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire.

† *Adueniat reg.* Avg. Tunc enim venit regnū Dei, quādo sumus eius gratiā cōsequuti. † *Panē, &c.* Avg. Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit, sic viue, vt quotidie merearis accipere.

† hodie, & dimitte nobis peccata nostra, † siquidem, & ipsi † dimittimus omni debenti nobis: Et ne nos inducas in tenta- † tionem.* Et ait ad illos: Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi: Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille deintus respondens dicat: Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi. Et ille si perseuerâuerit pulsans, dico vobis etsi † non dabit illi surgens, eo quod amicus eius sit, propter † improbitatem tamen eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego vobis dico: † Petite & dabitur vobis,

¶ Aliquis vel si quis. ¶ Non debeo precibus tuis inquietari, quia. ¶ Non pudore perterritus, sed necessitate coactus. ¶ Vel per se inspirando vel doctorem mittendo. ¶ Et si non quantum ille aliquando voluerit. ¶ Orando. ¶ Rectè viuendo.

¶ quotidie. * Sed libera nos à malo. † quia & ipsi. † imprudentiam & verecundiam. † Matt. 7.

orationum modis eandem gratiam aduocare debeant, inquirunt audiúntque, & quibus verbis orare, & qua instantia perseuerare, & pro quibus maximè rebus supplicare debeant, scilicet fide, spe, & charitate, quódque perfectè petentes earundem largitorem à patre spiritum bonum percipiant. Contra hoc verò sicut in lectione de dæmoniaco legitur, sapientes & prudentes, quia spiritum gratiæ non petere, quærere & pulsare, sed blasphemare satagunt, irremissibiles, & hic & in futuro suæ pertinaciæ pœnas luunt.

a *Quis vestrûm habet amicum.* Postquã formam orationis rogantibus proposuit, instantiam etiam & frequẽtiam orandi illis iniungit, vt nõ solùm diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur, qui enim media nocte panes ab amico petit, & in petendi intentione persistit, non fraudatur orans.

MYSTICE. Amicus ad quem nocte venitur Deus est, qui corpus suum tradidit pro nobis. Cui in nocte tribulationis supplicare, & tres panes, id est, intelligentiam Sanctæ Trinitatis, qua in præsentis vitæ laboribus viuamus, efflagitare debemus. Hos panes, si dominum Deum tuum diligas, non solùm tibi, sed etiam alijs poteris emereri. Amicus qui de via venit, ipse est noster animus, qui quoties ad temporalia petenda euagatur, toties à nobis recedit. Redit cum superna meditatur, & cœlesti alimonia refici desiderat. Cui quod proponat non habet, quia animæ post tenebras ad Deum suspiranti, nihil præter ipsum cogitare vel loqui vel intueri libet, sed solùm Trinitatis gaudium quod recognouit, ampliùs intueri & ad hoc peruenire satagat.

*SANCTVS TITVS. Hæc per modum parabolæ proponentur, ne ignauo negligentíque animo precationi insistamus, néve si prima forte oratione fusa, auditi non fuimus, secundam statim, tanquam quæ nullum nobis operæpretium adferre queat, auersamur, insulsè aliquid istiusmodi animo pertractantes: En sępenumerò iam accessi, lachrymatus sum, obtestatus sum, nihil vnquam hactenus consecutus sum. Non ita nos ratiocinari decet, cogitemus potius vniuersorum dominum peculiarem nostri curam habere, quídque è re nostra sit adeóque quid concedere conueniat, probè nosse. Adde his si lubet, nos ea frequenter petere, quę modulum nostrum multis partibus excedunt. Ergo orationi impigrè incumbamus in eáque perseueremus. Etenim quæ citrà sudorem obtingunt, vel ex parato subministrantur, ea vt non contemnantur certè minoris plerúmque fiunt. *Media nocte.* Hoc propter illos adfertur, qui circa vitæ catastrophen, peccatorum, quæ admiserunt, sensum capiunt fidéque ad Christum sese adiungunt. Porrò amicus cuius ostium pulsatur, est dominus & Deus & Seruator noster Christus, qui omnes diligit, omniúmque etiam eorum, qui in ipsum necdum credunt, salutem sitit. Per tres panes, fidem in patrem & filium & Spiritumsanctum designat.

b *Noli mihi.* Non aufert spem impetrandi, sed vehementiùs accendit desiderium orandi, ostensa difficultate consequendi.

c *Iam ostium.* Ostiũ quod Paulus sibi aperiri petit ad loquendum mysterium Christi, & quod Ioannes sibi apertum vidit, intelligentia est diuini sermonis, quod est clausum tempore famis verbi Dei, cum intelligentia non datur. Et pueri, id est, illi qui euangelicam sapientiam tanquam panem erogantes per orbem terrarum prædicauerunt, iam cum domino sunt in æterna quiete, & tamen orando efficitur, vt orans accipiat intellectum ab ipso domino, etiam si homo desit per quem sapientia prædicetur.

d *Non possum surgere.* AMBROSIVS. Nemo timet ne excitet dormientem, quem scit semper orare vigilantem.

e *Propter improbitatem tamen eius, &c.* Multæ sunt insidiæ, & grauis corporis somnus, quia si dormire mens incipit, vigorem suæ virtutis amittit. Excita ergo somnum tuum, vt pulses Christi ostium, vt cum intraueris aperiantur tibi thesauri absconditi, & tenebrosi in Christo Iesu.

f *Petite & dabitur vobis.* Si amicus homo surgit, & dat non amicitia, sed tædio compulsus, quantomagis dat Deus qui sine tædio largissimè donat quod petitur? Ne ergo animus ab erroris vanitate conuersus spirituali inopia diutius tabescat, petamus epulas verbi, quæramus amicum qui det, pulsemus ostium vbi seruantur abscondita. Magnam enim spem tribuit, qui promittendo non decipit. *Omnis enim qui petit accipit.* Opus est perseuerantia, vt consequamur. Quòd si petenti datur, & quærens inuenit, & pulsanti aperitur, cui ergo non datur, & qui non inuenit, &

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ait ad illos. *Hic consequenter inducit ad orationis continuationem. Primo per exemplum eius, qui non solùm ab amico impetrat illud quod est sibi necessarium propter amicitiam, sed etiam propter petendi continuationem.*

MORALITER, *autem iste amicus intelligitur ipse Deus, à quo prouenit nobis omne bonum, tamen aliquando differt dare illud quod dare intendit, vt quod est nobis necessarium impetremus à Deo per orationis instantiam, & tale est quod pertinet ad salutem. Quando tamen ista tria concurrunt, videlicet, quòd aliquis petit piè, id est, de pertinentibus ad salutem, et pro se, et perseueranter seu continuè, semper impetratur quod petitur à Deo, non tamen semper statim datur, sed aliquãdo differtur, vt congruo tempore detur. Si autem aliquis petat de impertinentibus ad salutem, similiter non semper exauditur, quia frequenter sibi non expedit exaudiri. Similiter si petat de pertinentibus ad salutem pro alio aliquando non exauditur propter defectum illius pro quo petit. Item si petat piè & pro se, non tamen perseueranter, impeditur effectus propter defectum orationis, ideò subditur:*

2 Petite. *Perseueranter.*

3 Et dabitur vobis. *Tribus prędictis concurrentibus. Et patet sententia ex dictis, Matth. 7.*

Et erat

MORALITER.

† *Et dimitte nobis debita nostra.* TITVS. Hoc autem necessariò additum est pro eo quòd nullus sine peccato inuenitur, ne impediamur in sacra communione propter humana peccata.

† *Et ne nos inducas.* Maximus, id est, non permittas nos voluptuosarum tentationum experientiam pati, vel mori.

† *Quis vestrûm habebit amicum.* Per istum qui media nocte recurrit ad amicum panibus abundantem, vt reficere possit amicum famelicũ ad ipsum venientem, significatur doctor vel confessor, ad quem aliquis recurrit pro sua conscientia serenanda. Et frequenter contingit, quòd talis doctor & confessor dubius est in casu sibi proposito, propter quod debet recurrere ad magis intelligentem, vel ad Deum per orationem, qui potest omnem supplere defectum. Per excusationem quæ ponitur hic:

† *Noli mihi molestus esse,* Significatur dilatio qua Deus non statim donat quod petitur, vt eius donum carius conseruetur. Quod autem subditur:

† *Et si non dabit illi surgens, eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen surget, &c.* Non habet locum in Deo, qui nihil dat ex tædio, sed ex amicitia: Tamen est hic argumentum, quòd si homo perseueranter petenti dat ex tædio, multò magis Deus perseueranter petenti dat ex amicitia, ideò subditur:

2 *Petite & dabitur vobis, &c.* Et erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutum, scilicet effectiuè tantùm, eò quòd obsessum

† ab eo

nit, & cui non aperitur, apparet quod non bene quæsierit, pe- tierit & pulsauerit.

✠ ORIGENES. Quæret aliquis, quare orantes non exaudiantur, ad quod dicendum quod quicunque recto tramite ad quærendum accedit, nihil omittens ex his quæ conferunt ad petitorum obtentum, accipiet reuera quod precatus est sibi dari. Si quis autem diuertés à proposito debitæ petitionis, cum non petat vt decet, non petit. Quò fit, vt cum non recipiat quod hic dicitur, non falsificetur. Nam & magistro dicente: Quicúnque veniet ad me, assequetur disciplinarum peritiam, adire magistrum realiter accipimus, hoc est, vt diligéter vacet documentis ipsius. Vnde & Iacobus dicit: *petitis & non accipitis, eo quod male petatis*, scilicet, causa voluptatum vanarum. Sed dicet aliquis, imò cùm aliqui rogant pro diuina notitia obtinenda & recuperatione virtutum, non obtinent. Cui dicendum, quod non propter se bona potuerunt accipere, sed vt commendentur per ea.

a quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. b Quis autem ex vobis patrem petit * panem, nunquid lapidem † dabit illi? Aut piscem, nunquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum nunquid porriget illi scorpionem? c Si ergo vos cum sitis mali, d nostis bona † data dare † filijs vestris, quanto magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum † bonum petentibus se. e Et erat eijciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum † eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt: f In Beelzebub principe dęmoniorum eijcit dæmonia. g Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo.

(Interlinear glosses: ¶ Perseuerando. ¶ Si quis. ¶ Rigorem odiorum. ¶ Infidelitatem quam serpens primo homini inspirauit. ¶ Spem. ¶ Desperationem. ¶ Quia non vestra datis. ¶ Mutos faciens. ¶ Scribæ & Pharisæi, non simplex turba.)

(Margin: Li.7. in Lucam. † porriget. † liberis. † sanctum. * filius. † dona. † exisset.)

a *Quærite & inuenietis. Prope est dominus omnibus inuocantibus eum in veritate, & voluntatem timentium se faciet.* Alios qui non ita petunt redarguit Iacobus dicens: *Petitis & non accipitis, eo quod malè petatis*, quia perseueratis in peccatis. (Psal. 44. d. Iacobi 4.)

b *Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem, &c.* BEDA. MYSTICE. Panis signat charitatem propter maiorem appetitum & necessarium vsum, quia sicut sine pane mensa videtur inops, ita sine charitate, aliæ virtutes nihil sunt, quæ in sola charitate perficiuntur. Huic contraria duricia cordis, quam lapidi comparauit. Piscis, fides est inuisibilium. Sicut enim piscis sub regumento aquarum nascitur, viuit, & alitur, sic fides quæ in Deum est, inuisibiliter in corde gignitur, inuisibili gratia spiritus per aquam baptismi consecratur, inuisibili auxilio diuinæ protectionis ne deficiat nutritur, inuisibilium præmiorum intuitu quæque valet bona operatur. Vel etiam ideo fides pisci comparatur, quia sicut ille crebris fluctibus maris tunditur nec perimitur, ita fides aduersitatibus non frangitur, cui contrarius est serpens, propter venenum infidelitatis. Per ouum spei nostræ certitudo figuratur, quia in ouo nondum fœtus perfectus cernitur, sed fouendo speratur. Contra spem scorpionem ponit, cuius aculeus venenatus retro est timendus, sicut spei contrarium est retro respicere, cum spes futurorum, in ea quæ ante sunt se extendat. (Fides pisci cóparatur, & quare.)

c *Cum sitis mali.* Malos vocat seculi amatores, qui dant illa quæ secundum suum sensum iudicant bona, quæ etiam in sua natura sunt bona, & ad vsum infirmæ vitæ pertinentia. Vel, apostoli, qui merito electionis bonitatem humani generis excesserant, intuitu supernæ bonitatis adhuc sunt mali, sunt nondum immunes à delictis, maximè in verbis & in cogitatu, quæ quotidianis orationibus iubentur curare. Vel malos vocat, quia omnis creatura in conspectum diuinæ bonitatis est mala, quia *nemo bonus nisi Deus*, & tamen diuinæ bonitatis participatione rationalis creatura bona fieri potest, domino ita promittente, *dabit spiritum bonum petentibus se*, vt per participationem spiritus fiant boni qui erát mali, dum per gratiam spiritus, fidem, spem & charitatem & cæteras virtutes consequentur. Vnde Matthęus non dixit: *Dabit spiritum, bo. pe.* Scilicet sed *dabit bona petentibus*: Ostendens spiritũ sanctum plenitudiné esse omnium bonorum, quia per eum omnia bona ministrantur. (Lucæ 17. Mat. 7. b.)

d *Quanto magis.* Aperta comparatio. Si enim homo peccator adhuc fragili carne grauatur, petentibus filijs temporalia dare non abnegat, multo magis pater cœlestis filijs suo timore & amore præditis, non deficientia bona largitur in cœlis.

e *Et erat eijciens.* Post pręedicationis verba quæ humilibus proposuit etiam miracula operatur, vt qui prædicanti non credunt, visis miraculis credent. Matthæus hunc dęmoniacum etiam cæcum fuisse dicit. In quo tria miracula à domino fiunt, videt, loquitur, à dæmone liberatur. Quod autem tunc in vno carnaliter factum est, quotidie fit in conuersione gentium, vt primum expulso dæmone, & omni spurcitia idololatriæ, fidei lumen videant, deinde tacentia prius ora ad laudem Dei laxarentur. (Mat. 12. b.)

f *In Beelzebub.* Ninus rex conditor Niniue Belo patri suo statuam consecrauit, eique diuinos honores instituit, cuius simulacri similitudinem suscipientes Chaldæi Bel vocabant. Palæstini suscipientes, Baal dicebant, Moabitæ Beelphegor. Iudæi autem vnius Dei cultores propter derisionem gentilium Beelzebub appellabant. Baal enim vir dicitur, Zebub musca, inde Beelzebub, id est, vir muscarum, siue habens muscas, propter sordes cruoris, qui in templo eius immolabatur. Asserebant etiam Iudæi in hoc simulacro principem dæmoniorum habitare, per cuius potestatem dicebant Iesum dæmonia pellere.

g *Signum de cœ.* Vt vel ignem de cœlo descendere faceret sicut tempore Eliæ duo quinquagenarij igne de cœlo sunt peremptí: Vel vt contra consuetudinem terræ istius, æstiuo tempore tonitrua audirentur, imbres ruerent, fulgura discurrerent, sicut sub Samuele actum est. Vel quæsierunt manna de cœlo: Quæ signa ideo à Christo tunc non sunt exhibita, quia similiter & illa calumniarentur dicentes ex varijs aëris passionibus contigisse. Vnde subditur. (4. Reg. 1. b. 1. Reg. 7. d.)

Ipse

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erat eijciens dæmoniorum & illud erat mu. *Posita instructione discipulorum de sanctà affectione in orando, hic consequenter describitur confutatio ęmulorum de praua affectione facta Christi peruersè deprauando. Et primò describitur eorum æmulatio. Secundò eorum confutatio, ibi:* Ipse autem vidit. *Circa primum sciendum, quòd aliqui malignantes miraculis Christi detrahebant dupliciter. Vno modo, attribuendo virtuti dæmonis, & hic modus dictus est Matth. 9. & 12. Alio modo, miracula Christi reputando parua, eo quòd erant circa inferiora, vt communiter, tepore circa sanitates corporum, & huiusmodi. Et ideo quærebant ab eo signa fieri circa corpora cœlestia, sicut tempore Iosue, sol stetit immobilis ad spacium vnius diei, vt habetur Iosue, decimo c. Et tempore Ezechiæ retrocessit sol decem gradibus, vt habetur Isaia 38. b. Et hoc notatur cum dicitur:* Et alij tentantes, signum de cœlo quęrebant ab eo.

Ipse

MORALITER.

† ab eo fecerat mutum: Hoc autem fit spiritualiter, quando gratiam habens prędicandi, vel ecclesiam officiandi cessat ab istis instigante diabolo quasi mutus, sed cum gratia Dei visitatur, eijcitur dęmon, & os eius ad prædicandum & laudandum Deum aperitur. Per illos autem qui dicebant.

† *In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dęmonia, &c.* Significantur maledici qui peruertunt aliorum bona.

† *Et alij tentantes signum de cœlo quærebant ab eo.* Per istos significantur doctores, & studentes nimis curiosè scrutantes diuina propter quod opprimuntur à gloria.

a Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis; † Omne regnum in seipsum diuisum, † desolabitur, & domus suprà domum † cadet. Si autem & Sathanas in seipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius? quia dicitis, in Beelzebub b me eijcere dæmonia? † Si autem ego in Beelzebub eijcio c dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideò ipsi iudices vestri d erunt. Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia, e profectò † peruenit in vos regnum Dei. f Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. g Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa eius arma † auferet in quibus h confidebat, & spolia eius † distribuet Qui non est mecum, † i aduersum me est, k & qui nō colligit mecū, dispergit. † l Cū immundus spiritus exierit de homine ambulat per loca inaquosa

(Marg.: † desolatu — † cadit — † 11. di. § 1 — † distribuit — † præuenit ad vos. — † aufert — † contra — † Mat 12 d. — Deut 9. b. Exo. 8 e. † Mat. 11. b. Mar. 3. c. — Mat. 12. b.)

A a *Ipse autem vt vidit cogitationes eorum.* Hoc sibi proprium dominus reseruauit, vt cogitationes intueatur & iudicet.

Proprium est Iudæorum quærere signa, vnde Paulus: *Iudæi signa petunt, gentes sapientiam.* (1 Cor. 1 d.) *Ipse autem vt vi.* Non ad verba, sed ad cogitata respondet: In quo dat certum potentiæ suæ signum qua secreta cordium rimatur. Iuxta literā patet, quod omne regnum solidum, & firmum si per partes diuiditur, in solitudinē redigitur, vacuatum ab habitatoribus, & domus supra domum cadet cum habitatoribus vnius domus ab alterius domus familia vel opprimuntur vel puniuntur. Quo autem hæc spiritualiter tendant, exponit cum adiungit:

B *Si au. & Sa. in seipsum di. est.* Si ego vt vos dicitis, in principe dæmoniorū eijcio dæmonia, ergo regnum diaboli est diuisum contra se, & ita potestas maliciæ eius stare non potest. Si autem dæmon dæmonem non potest expellere, falsò dicitis me in principe dæmoniorum dæmonia eijcere. Si verò potest sicut dicitis, prospicite vobis, vt de regno eius quod diuisum est exeatis, ne in ruina eius pariter inuoluamini. In quo autem dominus eijciat dæmones, ne dæmoniorum principem existiment, attendant quod sequitur.

b *Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij.* Filios Iudæorum apostolos vocat; qui inter alia miracula quæ à domino acceperāt, etiam dæmones pellebant. Quam expulsionem non diabolo, sed Deo assignabant, qui sibi conscij erant nihil malarum artium à domino didicisse: Ideo ipsi ignobilia & contemptibilia mundi eligentes, in quibus nulla malicia artificiosa fuit, sedebunt *super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.* Vel, *filij.* Id est, exorcistæ illius gentis, qui inuocato nomine domini dæmones expellebant. Quasi dicat: Si expulsio dæmonum in illis, non diabolo sed Deo deputatur, cur idem opus in me non habeat eandem causam?

C c *Ideo ipsi iudices vestri erunt.* Non potestate, sed comparatione, dum illi expulsionem, non diabolo sed Deo assignant.

Omne regnum. Si omne regnum diuisum desolatur, ergo regnum patris & filij & spiritussancti, quod nulla contradictione nullo impulsu est desolatum, non est diuisum, & ideo est æternum. De hoc regno respondit Pilato: *Regnum meum non est de hoc mundo.* (Ioan. 18 g.) Et ideo qui in Christo spem non gerunt, sed in principe dæmoniorum eijci dæmones opinantur, eos regni negat esse perpetui. Nam quomodo potest manere diuinum regnum cum fides scindatur, cum populus Iudæorum sit ex lege, Christus quoque secundum carnem ex lege sit generatus. Quomodo potest regnum illud esse perpetuum quod ex lege est, cum populus ille diuidat legem, cum à populo legis negatur Christus, qui ex lege debetur? Sed manet regnum ecclesiæ, in qua *vnus dominus, vna fides, vnum baptisma.*

Si autem. Quasi dicat. Regnum diuisum stare non potest, sed regnum Sathanæ est diuisum, vt vos dicitis, quod Sathanas Sathan expellat, ergo &c.

d *Porrò si in di.* Filius dicitur manus vel brachium patris: Spiritussanctus dicitur digitus propter differentiam variorum donorum, D quæ per spiritumsanctum hominibus dantur, sicut digiti inter se discreti sunt: Nec nocet inæqualitas membrorum. Licet enim brachium maius sit digito, tamen brachium cum digito vnum est corpus. Hoc digito scripta est lex in tabulis. Hunc digitum magi confessi sunt in Ægypto.

e *Profectò perue. etc. reg.* Id est, iudiciaria potestas *Dei*: Qua bonos à malis secernet in die iudicij. Vel, *Regnum*, Id est, superna beatitudo. Quasi dicat: Si in spiritu Dei eijcio dæmonia, sine dubio sciatis aditum regni cœlestis patefactum credentibus.

f *Cum fortis atrium.* Quasi dicat: Si ego in Beelzebub sicut dicitis, eijcerem dæmonia, tunc in aliquo operibus diaboli cōsentirem, E sed nullo modo cum illo consentio, sed potius illum superare & eijcere à meis fidelibus festino. *Cum* diabolus, *fortis*. Ad nocendum, *armatus*, multis spiritualibus nequitijs: *custodit*, in sua seruitute, *atrium suum*, id est, mundum, qui in maligno positus est, in quo vsque ad aduentum filij Dei diabolus sine contradictione principabatur, & malè pacato vtebatur imperio in cordibus infidelium.

g *Si autem for.* Fortiorem se vocat, qui non concordi pace & operatione, sicut calumniabantur sed fortiori potentia ipsum strauit, mundumque ab ipsius dominatione liberauit. Arma diaboli quæ abstulit, calidissimæ sunt versutiæ spiritualis nequitiæ. Spolia, sunt animæ ab eo deceptæ, quæ victor Christus distribuit, quod est insignium triumphantis, quia *captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus, quosdam quidem apostolos, alios euangelistas, alios pa. & do.* (Ephe. 4. c.)

h *Qui non est.* Et verè opera mea non conueniunt cum operibus Sathanæ, quia ego ipse in nullo conuenio cum illo, sed omnino contrarij sumus, quia ego humilis, benignus, animas volens saluare: Ille superbus, inuidus cupit perdere. Ego prædicatione mea virtutes congrego: Ille spargit & separat ab vnitate F ecclesiæ.

i *Et qui non c.* Hæc de omnibus hęreticis vel schismaticis ex superfluo possunt intelligi, qui omnes excluduntur à regno Dei.

k *Cum immundus spiri.* Quia subtrahitis vos à meo regno, attribuentes opera mea diabolo, ideo diabolus habitat in vobis, sicut in suo regno grauius quàm in principio.

l *Exierit.* Exiuit diabolus à Iudæis, quando legem & cultum vnius Dei populus iste suscepit, & transiuit ad gentes quæ erant à pinguedine spiritussancti & dilectione proximi aridæ & steriles. In quibus iam non inuenit requiem, quia iam à cordibus Gentium suscepta fide Christi expellitur, quando dicit: Repetam Iudęos quos ante dimisi. Et inuenit scopis mundatam illam plebem, id est, superfluis obseruationibus Phariseorum & ceremonijs legis, quæ iam nihil valent, post aduentum Christi. Et vt firmius possideat, assumit vniuersitatem dæmonum. Et modo deteriores Israëlitæ sunt, blasphemantes Christum in suis conuenticulis, quam olim fuissent in Ægypto ante perceptam legem, quia maior infidelitas est venientem non suscipere, quam venturum non credere.

☞ Possunt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipse autem vt vidit. *Hic consequenter describitur confutatio malignantium prædictorum. Et primò illorum, qui opera Christi, dæmoni attribuebant; secundò, illorum qui signum de cœlo quærebant, ibi:* Turbis autem coucurrentibus. *Prima in duas, quia primò confutantur verbo Christi eorum maliciam arguentis: secundò, verbo mulieris deuotè virtutem Christi confitentis, ibi:* Factum est autem. *Sententia autem primæ partis patet ex dictis Mat. 12. ca.*

Factum

MORALITER.

† 2 *Omne re.* Per quod significatur omnis congregatio carens concordia, in qua sunt duo Sathanæ, quorum quilibet nititur partem suam augmentare, vt sic possit alteri præualere.

3 *Cum for.* Hoc literaliter exponitur de diabolo, moraliter potest exponi de peccatore obstinato, qui defendit peccatum suum contra reprehendentem, sicut Saul contra Samuelem 1. Reg. Sed aliquando talis cum Dei adiutorio vincitur, qui aufert arma sua, id est, rationes quibus defendit peccata, & spolia distribuit, quando eius actus & membra ad bonum conuertit.

4 *Cum im. spi.* Id est, peccati carnalis appetitus.

5 *Exierit ab ho.* Per virtutem pœnitentiæ.

6 *Ambu. per lo.* Id est, per corda humanæ molliciei carentia, in quibus fornicationis spiritus requiem non inuenit, & tunc ad pristinum locum redit quando pœnitens patitur recidiuum.

† Et

Possunt hæc ad vnumquemque baptizatum referri qui post acceptam gratiam negligit operari bona, sed potius originalibus peccata actualia adijcit. Diabolus exit ab homine, cum in baptismo pompis illius homo abrenunciat, & præcedentium peccatorum illecebris, quem deserens ambulat per loca inaquosa, quia corda sanctorū ab omni mollicie fluxarum cogitationum & humore libidinis immunia callidus tentator explorat, si quos ibi suę nequitiæ gressus figere possit, vnde subditur.

a *Quærens requi. & non inu.* Quia qui in prauis cogitationibus & actibus pascitur, in mentibus fidelium omnia sua tentamenta cessare perpendit. Tunc dicit:

b *Reuertar in do. meam vnde exi.* Reuertar ad illius conscientiam, vnde in baptismo eiectus fuerā, & pristinam possessionem consueto dominio mihi subijciam.

c *Et cum ve. inue. eā sco. mun.* Quia cum huiusmodi reprobum delictis cogētibus repererit, inuenit conscientiam peccatoris à vitijs in baptismo mundatam, sed nullo bono opere cumulatam.

d *Tunc as. sep.* Plenitudinem omnium vitiorum. Qui scilicet, tales spiritus, *nequiores*. diabolo dicuntur, quia cū diabolus malus sit, illi tamen qui suis meritis impellentibus, vitijs mancipantur, non solum mali sunt, sed etiam speciem bonitatis affectatis virtutibus per hypocrisim ostentare nituntur.

e *Et fiunt nouissima homi.* Melius erat viam veritatis ignorare, quā post agnitionem conuerti retrorsum.

f *Beatus.* Hic Maria laudatur quæ dominum portauit. Et prauitas tam præsentium Iudęorum quàm futurorum hæreticorū qui veram Christi humanitatem negant, confutatur, quia verum Dei filium aduersus blasphemos Iudæos confitetur, & verum hominis filium testatur, matri consubstantialem. Nisi enim esset vna caro cum matre, frustra venter ille virginis & vbera beatificarentur.

g *Et vbera.* Secundū physicos ex eodem fonte & lacte nutriendis & semen procreandis pueris emanat, ergo de semine virginis potuit concipi, qui eius lacte potuit nutriri.

h *Quinimmo.* Quasi dicat. Non solum laudanda Maria, quia verbum Dei portauit in vtero, sed maximè beata est, quia præcepta Dei seruauit in opere. Sic etiam omnes beati sunt qui verbū Dei auditu fidei concipiunt, & boni operis custodiam in suo vel proximorum corde pariunt & nutriunt.

✠ Titus Bostrorum Episcopus. Conuenienti tempore hoc ab eo dictum est, quandoquidem non deerant per id tempus qui Dei verbum adeò nō audiebant, vt eos etiam in ius vocarent, palámque condemnarent quia audiebant. Dominus autem oppositam quasi viā ingressus, illos prę cæteris beatos prædicat, qui Dei verbū audiunt & custodiunt. Quin obmutum & surdum quē paulo ante sanauerat, illud dixisse videri potest. Hic enim Christi beneficio huc iam adductus erat, vt Dei verbum audire, audiendo vero operari, operando demū gloriæ coronam cum his omnibus, qui domini pręcepta obseruant, consequi posset.

i *Qui au.* In laude ecclesiæ. E contrario dānantur Pharisęi, qui verbū Dei nec audire nec implere, sed blasphemare quærebant.

k *Cœpit di.* Quidam calumniabantur opera eius, quibus hucusque respondit. Alij tentantes, signum quærebant de cœlo, & illis hic respondet.

l *Signum quærit & signum non dabitur illi, &c.* Discipulis signū dedit diuinitatis, & prius transfiguratus in monte, & postea ipsis videntibus subleuatus in cœlum. Sed incredulis de inferiori humanitatis passione.

m *Regina austri surget.* Hic condemnata plebe Iudæorum, ecclesię mysterium exprimitur, Quæ in Niniuitis per pœnitentiam (quæ peccatum abolet) in regina Austri studium percipiendæ sapientiæ (quæ peccatum cauet) de totis finibus orbis congregatur, vt veri pacifici verba cognoscat. Ex duobus enim constat ecclesia, vt aut peccare desistas, aut peccare nescias.

n *In iudicio.* Non mille annis ante iudicium sicut Iudæi fingūt, sed in ipso iudicio surget.

o *Cum viris.* Beda. Ecce communis ostenditur resurrectio, tam bonorum quàm malorum.

Margin: ✠ & ornatam. — † primis. — † conglobatis. — † 3. Re. 10. b. 2. Par. 9. a. 8. q. 1. c. vereor. — † Mat. 12. c. Mar. 8. d. — Mat. 17. a. Actu. 1. a.

---

a quærens requiem, & non inueniens, dicit: Reuertar in domum meam, vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatam ✠. Et tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora † prioribus. Factum est autem, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portauit & vbera quæ suxisti. At ille dixit: Quinimmo: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiūt illud. Turbis autem † concurrentibus cœpit dicere: † Generatio hæc generatio nequam est, signum quærit, & signum non dabitur illi, nisi signum Ionæ prophetæ: Nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. † Regina austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire sapientiā

Interlinear: a ¶ Magna fiducia inter blasphemos confiteri Dei filium. — a ¶ In figura ecclesiæ quæ in medio gentium confitetur creatorem. — a ¶ Interiori aure percipiunt. ¶ Opere. — a ¶ Quasi ad videnda miracula quæ ab eo audiebant fieri. ¶ Iudæorum. — a ¶ Adultera. b ¶ Quasi illa quæ viderant signa non fuerint. c ¶ De cœlo, quo indigni sunt. — ¶ Hæc electa fuisse non dubitatur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Factum est autem cum hæc di. *Hic ponitur confutatio prædictorum verbo mulieris virtutem Christi confitentis, cum dicitur:* Factum est autem cum hæc. *Scilicet Christus respondens blasphemijs Iudæorum.*

2 Extollens vocem. *Id est, ex corde & constanter altè proferens laudem Christi contra vituperium Iudæorum.*

3 Quædam mulier. *Ista à sanctis doctoribus dicitur fuisse sancta Marcella famula beatæ Marthæ sororis Lazari.*

4 Beatus venter qui te por. *Matrem beatificat & laudat ex filio, & non econuerso, quia ab illo prouenit gratia & gloria principaliter ratione deitatis, & instrumentaliter ratione humanitatis, quia humanitas Christi est organum coniunctum ipsius deitatis.*

5 At ille dixit. *Commendando fidem & constantiam mulieris & aliorum similium.*

6 Quinimo: Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. *Istud* quinimmo *non dicitur aduersatiuè, sed concomitatiuè: quasi dicat non solum illa quæ me portauit, beata est, sed etiam qui audiunt verbum Dei, corde credentes & opere adimplentes. Vnde dicit beatus August. libro de virginitate, quod beata Maria felicius concepit Deum mente per fidem, quàm corpore per carnis assumptionem.*

7 Turbis autem concurrenti. *Hic consequenter ponitur confutatio illorum, qui signum de cœlo quærebant, & patet sententia ex dictis Matth. 11.*

MORALITER.

† *Et fiunt no. ho. il. pe. prio.* Quia propter ingratitudinem doni pœnitentiæ præcedentis aggrauatur peccatum.

2 *Extollens vocem quædam mu. &c.* Per quam significatur qualibet persona beatę virgini deuota.

5 *At ille dixit quin.* Per quod significauit Christus beatam virginem se concepisse fœlicius per fidem & deuotionem spiritualiter quam corporaliter. Et hoc dicit Aug. lib. de sancta virginitate.

† *Regina au.* Per quam significatur rationalis anima, quæ si bene regat vires inferiores secundum dictamen legis naturæ, dicitur regina. Sed si cum hoc faciat ex charitatis feruore, cum dicitur regina Austri, eo quod ab Austro prouenit feruor caloris significans feruorem charitatis. Et hæc regina venit ad verum Salomonem Iesum Christum, per deuotionem offerens ei aurum sapientiæ, gemmas virtutum, & aromata bonę famæ, istis vtendo ad honorem diuinum.

a *Condemna.* Non potestate iudicij, sed comparatione melioris facti, quia relicto imperio, venit in Iudæam audire hominem sapientia famosum, sed Iudæi veram Dei sapientiam cum ipsis conuersantem, non audiunt sed blasphemant.

b *In præ.* Ionas paucis diebus, Christus longo tempore prædicauit. Ille peregrinis, Christus suis ciuibus. Ille signum non fecit, Christus multa fecit.

✠ THEOPHY. Sed Ionas post exitũ suum à ventre ceti, sua prædicatione Niniuitas conuertit, Christo vero resurgenti Iudæorum generatio nõ credidit, vnde præiudicium fuit eis, de quo præiudicio subditur duplex exemplum, cum dicitur *regina Austri surget in iudicio.*

c *Nemo.* BEDA. Qui in figura reginæ & Niniuitarũ ecclesiam prætulit synagogæ, nunc hortatur nos vt fidem nostrã potius ad ecclesiam trans feramus. Quasi dicat: Quamuis dixerim nullum signum nequam generationi dandum, nisi Ionæ signum, tamen fidelibus meis non occultabo lucis meæ claritatem, sed testam humanæ naturæ flamine meæ diuinitatis implebo, id est fide mea illuminabo. Et hanc fidem non ponam sub vmbra veteris legis, sed in claritate noui testamenti. Neque sub mensura ipsius legis, & intra terminos Iudææ Gentis cohibebo, sed constituam super ecclesiam, in qua septiformis spiritus relucet. In cuius rei signum solet in frontibus c[...] signum fidei affigi, vt qui ecclesiam voluerit ingredi, lumen [...]ritatis palam queat intueri. Hinc condemnantur Iudæi qui signa exterius quærendo, apertam lucis ianuam nolunt ingredi credendo.

d. *Vide er. ne.* Post institutionem rectæ fidei etiã de bonis operibus & bona intentione instruit, vt non tantum opera, sed etiam cogitationes & cordis intentiones mundentur, q. d. ego lucernam fidei in vestris sensibus accendo, & in ecclesiam pono. Vos autem quantum ex vobis est, lucernas vestras accendite, id est intentiones cordis vestri mundate, vt ex intentione mũda placeant etiam opera.

Hæc contra hypocrisim Pharisæorum subdolè signa quærentium specialiter dicta, nos iuxta moralem sensum generaliter instruunt.

e *Et cum loqueretur.* Non ait, cum loqueretur hæc, sed *cum loqueretur.* In quo innuitur, non statim finitis his verbis, sed alijs interpositis ad Pharisæum diuertisse, quia finito hoc sermone adhuc eo loquente, ecce mater & fratres quærebant loqui ei. De quibus postquam nuncianti sibi respondit: Qui

Salomonis. Et ecce plus Salomone hic. † Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Et ecce plus quàm Ionas hic. † Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. † Lucerna corporis tui est oculus tuus. † Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo, ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem † tenebrarum, erit lucidum totũ, † & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur

(Interlinear: ¶ In hoc loco. — a ¶ Quod Iudæi non fecerunt ad prædicationem Christi. — a ¶ De seipso hoc dicit. b ¶ Fidem. — a ¶ Id est totius tuæ operationis. — a ¶ Id est mentis intentio. ¶ Intentio. b ¶ Pura & recta. c ¶ Etsi coram hominibus aliquid imperfectionis habere videaris. — ¶ Si peruersa intentio præcesserit, prauum opus sequetur, & si aliquando iustum videatur. — ¶ Ipsa intentio quæ animæ lumen est, viciorum tenebris fuscetur. — a ¶ Si bonum bona intentione facis, non habens in tua conscientia aliquam partem malæ cogitationis. — ¶ Et hic in futuro gratia lucis donaberis.)

(Margin: † Mat. 5. b. Mar. 4 c. — † Mat. 6. c — † Quando igitur oculus. — † tenebrosum. — † Ionæ 3. Mat. 12. c. — † vt cum lucerna fulgoris illuminabit te.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nemo lu. ac. *Quia sicut dictum est, in deuota oratione requiritur affectio sancta & intentio recta. Ideo postquam Saluator docuit discipulos de sancta affectione, hic consequenter instruit eos de recta intentione: Et quia recta intentio qua dirigit omnia ad gloriam Dei, corrumpitur per hypocrisim, quæ ordinat omnia ad propriam laudem; ideo Saluator primò discipulos de recta intentione instruit, secundò de hypocrisi æmulos arguit, ibi:* Et cum loqueretur. *Circa primum sciendum, quod intentio recta est actus voluntatis tendentis in finem debitum per aliquid ad finem debito modo ordinatum. Sicut cum aliquis dat eleemosynam propter Deum, per hoc tendens in ipsum Deum, & ideo præexigit actum charitatis in Deum tendentis sicut in finem propter quem elegit illud quod est ad finem. Præexigit etiam actum fidei vel cognitionis, cuius est ordinare hoc in illud. Lucerna autem hic accipitur pro intentione recta, vt videbitur, & ideo dicit Saluator.* Nemo ac. lu. *Id est, quia intentio est recta, includit lumen fidei, & ardorem charitatis, ad modum lucernæ ardentis,*

2 Et in absc. *Quia intentio recta dirigitur ad superna, ideo sequitur.*

3 Sed su. *Sicut enim lucerna in alto posita illuminat ea quæ sunt in domo materiali, sic intentio recta ea quæ fiunt & disponuntur in domo ecclesiæ & etiam in domo conscientiæ, ideo subditur:*

4 Lucerna cor. *Hæc est locutio metaphorica, quia corpus accipitur hic pro congerie operationum, sicut corpus materiale est quædam aggregatio membrorum diuersorum, & ideò sicut oculus dirigit membra ad operandum, vt pedem ad ambulandum, manum ad scribendum, sic intentio recta prout includit fidem & charitatem, vt prædictum est, dirigit varias operationes in finem debitum, ideo subditur:*

5 Si oculus tuus fuerit sim. *Id est, intentio tua recta sine plica falsæ simulationis.*

6 Totum corpus tuum. *Id est, congeries operationum tuarum.*

7 Lucidum erit. *Id est, meritorium vitæ æternæ, dum tamen operationes sint bonæ de genere vel saltem indifferentes, aliter non caderent sub recta intentione.*

8 Si autem nequam fuerit. *Id est, intentio peruersa.*

9 Etiam corpus tuum tenebro. *Id est, congeries operationum mala erit, quia opus bonum de genere, malum efficitur ex peruersa intentione. Sicut cum aliquis dat eleemosynam mulieri pauperculæ, intentione trahendi eam ad peccatum luxuriæ, ideo subditur:*

10 Vide er. *Id est, diligenter attende, ne intentio tua sit peruersa, quia per hoc corrumperentur omnia bona.*

11 Si ergo cor. tu. *Id est, congeries operationum.*

12 Totum luc. fue. *tum ex bonitate intentionis, tum ex bonitate operis de genere.*

13 Erit lu. to. *Quia omnia cedent ad vitæ æternæ meritum.*

14 Et sicut lu. ful. il. *In præsenti per gratiam, & in futuro per gloriam.*

15 Et cum lo. *Hic consequenter arguit æmulos de hypocrisi, quæ est corruptiua rectæ intentionis. Et primò ponitur Christi argutio, secundò, reprehensorum obstinatio, ibi:* Cum autem ad illos diceret. *Prima in duas, quia primò arguit Pharisæos, & secundò legisperitos, ibi:* Respondens autem. *Circa primum dicitur.* Roga.

MORALITER.

† *Viri Niniu.* Niniuitæ qui interpretantur germina pulchritudinis, ideò significant iuuenes, existentes in statu potissimè iuuentutis. Qui solent de facili ad vicia declinare & ad bonam monitionem de facili pœnitere, propter quod subditur quod pœnitentiam fecerunt ad prædicationem,

† *Ionæ.* Qui columba interpretatur, propter quod per eum simpliciter admonens significatur. Ex facto ergo iuuenum prædictorum ostenduntur condemnabiles obstinati senes, significati per generationem Iudæorum.

1 *Nemo ac. lu.* Secundum sensum literalem hic accipitur lucerna pro intentione, quæ est actus voluntatis, præsupposito tamen actu rationis. Et ideò ad hoc quod intentio sit recta, requiritur fidei lumen in ratione, & feruor charitatis in voluntate, & sic lucerna nõ absconditur per falsam simulationem, nec restringitur sub modio, id est per carnalem affectionem, sed in alto ponitur per debitam in Deum eleuationem, & sic totum corpus, id est, cõgeries operationum lucidum est, id est Deo gratum.

8 *Si autem.* Quia si intentio fuerit peruersa, tota congeries operationum erit mala.

15 *Et cum loqueretur rogauit eum quidam Pharisæus vt pranderet apud se.* Spirituale prandium est eucharistia, ante cuius celebrationem

Qui fa. vo. pa. m. hic fra. me. & so. & mater est. Postea intrauit ad A conuiuium Pharisæi.

✠ Titus Bostrorum Episcopus. Christus ad prandium Pharisæi vocatus non recusauit, non quod illorum peruersitatem ignoraret, norat enim ille omnia: Verùm cum docere & erudire in anima haberet, voluit rem hanc in spiritalis institutionis materiam & causam conuertere.

a *Quare non ba* Iudæi frequenter lauãt manus antequam B manducent, tenẽtes traditionem seniorum, & à foro reuertentes nisi baptizentur non comedunt.

✠ Titus. Faciebant hoc suo more Pharisæi (Siquidem Moyses hunc ritum nusquã præceperat) rati omnes animi corporisque sordes per eiusmodi baptismata sese deponere, C sed stolidè, nã etsi ablutio, quæ per solam aquam fit, vtilis & salutaris sit ijs qui corporis inquinamenta contraxerunt, attamen impuritatem, quæ corde vel menti cohæret, expiare nequaquam valet.

¶ Mat. 23. c ¶ malignitate. ¶ Imprudentes. ¶ Mat. 23. c ¶ præsidentium.

1 rogauit eum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Et in-2 gressus recubuit. Pharisæus autem ✝ cœpit intra se reputans 3 (a ¶ Lauatus more Iudæorum.) a dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait do-4 b minus ad illum: ✝ Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis 5 (a ¶ Mundiciam carnis exterius obseruatis. b ¶ Animę turpitudinem retinetis.) c & catini mundatis, quod autem intus est vestrum, plenum est 6 (¶ Sed. ¶ q. d. Qui facit vtramque naturam, vtramque mundari voluit.) rapina & ✝ iniquitate. ✝ Stulti, nonne qui fecit quod deforis d est, etiam id quod deintus est fecit? ✝ Veruntamen * quod su-7 perest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vo-8 (a ¶ Iustum iudicium Dei confitentes. b ¶ Non triticum solummodo & vinum.) e bis. ✝ Sed væ vobis Pharisæis, qui decimatis mentam & ru-9 f tham & omne olus & preteritis iudicium & charitatem 10 (¶ Iudicium & charitatem. a ¶ Primo loco. b ¶ Eleemosynas fructuum.) 11 Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ vo-12 (a ¶ Arrogantiam redarguit, qua primatus appetunt.) bis Pharisæis, qui diligitis ✝ primas cathedras in synagogis,

D qui secundum corpus intelligendo legem vitro & catino propter fragilitatem comparantur. In quo etsi grauiter peccant, ipsis tamen absolutio peccati promittitur, si misericordiam facere nitantur. Quod necessariò victui & vestimento superest, date pauperibus. Vel do consilium, quod restat solummodo post tãta scelera, date eleemosynam. Prima eleemosyna, est, mederi animabus vestris credendo in me qui corda mundo, & per fidem mundatis cordibus omnia etiam exteriora erũt E munda. Qui ordinatè vult dare eleemosynam, à semetipso incipit, & eam sibi primum dat. Est enim eleemosyna opus misericordiæ, vnde dicitur: *Miserere animæ tuæ placens Deo.*

¶ Si vidisset, admiratus, est quod non prius lotus esset.

¶ 12. q. 1. c. quia tua. 16. q. 1. c. decimas. De pœ. dis. 1. c. medicamẽtum. Eccle. 30. d ¶. quæ adsunt.

e *Væ vobis.* Cum ad eleemosynam hortaretur Pharisæos, qui corporaliter quotidie eleemosynas faciebant, quæ quia sine fide erant, Deo non placebant, dicit se F eleemosynas eorum non ignorare, vt ostendat cuiusmodi eleemosynas ab istis requirat; quasi dicat: Commonui vos ad dandam eleemosynam, per quam omnia sunt munda; Sed sciatis quod eleemosynæ quas facitis ad hoc non valent, nec de huiusmodi eleemosynis me admonere credatis, sed de iudicio & charitate, vt de vestra miseria iudicantes, & Dei charitatem quam vobis donauit diligentes, piè viuatis, iustum iudicium Dei confitentes, quia miseri effecti estis, & gratias referentes charitati, qua liberati estis.

Marc. 7. a b *Calic.* Marcus refert, Iudæos baptismata calicis & vrceorum lectorúmque & æramentorum soliros obseruare. Calix vas vitreum: Catinus, fictile de terra. Per hoc figuratur fragilitas humani corporis, in quo exterius prætendunt sanctitatem & simulant iustitiam, quod foris erat lauabant, intus nequissimi.

c *Quod autem intus est vestrum.* Nemo putet fornicationem & huiusmodi corporalia vitia solummodo grauia esse, & spiritualia vitia esse leuia, sicut auaritiam, iram, superbiam, &c. sicut Pharisæi putabant.

d *Veruntamen quod superest.* Iam bonus doctor, quomodo contagium corporis mundari debeat, docet. Et hic latius explicatur quod supra breuiter dixerat de mundando cordis oculo. Totus enim hic locus ad hoc dirigitur, vt nos ad studium simplicitatis inuitet, & superflua Iudæorum & terrena condemnet, qui

f *Præteritis iudicium.* Breuiter multa eorum vicia perstrinxit, qui ad vilia decimanda intendentes, futuri iudicij metum, & Dei charitatem non habent. Prætereunt iudicium, quia non omnia quæ agunt in iudicium referunt. Charitatem prætereunt, quia non ex affectu Deum diligunt. Sed rursus, ne fidei vos studiosos faciat operum negligentes, perfectionem fidelis viri supponit, vt post fidem operetur.

Quis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Roga. il. qui Pha. *Vtrum autem ex deuotione seu æmulatione ipsum inuitauerit, hic non dicitur, Videtur tamen ex fine huius ca. quod malitiosè eum inuitauerit, vt inter epulas aliquid calumniabile de verbis Christi audiretur.*

2 Et ingressus recubuit. *Sed hoc videtur esse contra doctrinam eius quia mittens discipulos suos ad prædicandum dixit:* In quamcunque ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis dignus sit, & ibi manete, *vt habetur Matth. 10. b. Iste autem Pharisæus erat indignus, vt videtur ex sequentibus. Dicendum, quod non est simile de Christo & de discipulis eius, quia ex cohabitatione cum peccatoribus non poterat peiorari sicut discipuli, quando erant ab eo segregati ad exequendum actum prædicandi, & maximè quia tunc nondum erant confirmati, & ideò Christus domum Pharisæi intrauit, vt haberet occasionem arguendi vitia Pharisæorum.*

3 Pharisæus au. c. in. se re. di. quare non esset ba. *Id est, lotus secundum traditiones Iudæorum.*

4 Et ait dominus ad illum. *Per hoc autem quod respondit cogitationi eius, ostendit se esse Deum cui nuda & aperta sunt secreta cordium.*

5 Nunc vos Pharisæi quod deforis est munda. *Quia de mundicia exteriori in vasis & corporibus suis erant multum solliciti, & de mundicia interiori ipsius mentis negligentes, cum tamen deberet esse è contrariò, quia interior mundicia necessitatis est, exterior autem solummodo honestatis, quæ potest omitti sine peccato, & ideo Christus prædictam lotionem omisit, vt haberet occasionem arguendi Pharisęos, de exteriori mundicia tantum curantes, & interiorem negligentes; & ideò sequitur:*

6 Quod autem intus est vestrum plenum est rapina. *Aliorum bona violenter accipiendo & iniquitate & fraudibus eos decipiendo.*

7 Veruntamen quod sup. date eleemo. *Quia primò debet fieri restitutio, & de eo quod remanet eleemosynarum largitio.*

8 Et ecce omnia mun. sunt vo. *Quia eleemosyna magnam habet virtutem ad peccatorum remissionem, vt habetur Dan. 4. e.* Peccata tua eleemosynis redime, &c. *Sed quia Pharisæi ex hypocrisi non solùm quærebant exteriorem mundiciam, sed etiam apparentem iustitiam, ideò subditur.*

9 Sed væ vobis Phari. qui de. men. & ru. *Vt per hoc apparerent iusti, quasi volentes implere mandatum de decimis, reddendum etiam circa minima, vt per hoc crederentur multum voluntarij ad implendum diuina mandata, cum tamen essent transgressores in maioribus, ideò subditur.*

10 Et præteritis iudi. *Iustitiam subuertendo.*

11 Et charitatem. *Opera misericordiæ omittendo. Et quia honor est præmium virtutis, secundùm Philosophum, & ex appetitu apparentis iustitiæ, sequitur appetitus indebitus honoris, ideò sequitur:*

12 Væ vobis Pharisæis. *Et quia vitia occulta à Deo punientur, grauius quàm manifesta, quanto peccatores tales volunt hic alijs præferri in honoribus, ideò sequitur:*

Væ

MORALITER.

✝ brationem vel sumptionem requiritur baptismus spiritualis, qui est confessio pura, & non exterior mundicia, quę est hypocrytarum propria.

9 *Sed vę vobis Pharisæi qui decimatis mentam.* Per hoc arguuntur illi qui de minoribus magnam vim faciunt & de maioribus parũ curant, sicut aliqui religiosi plus ponderant fractionem silentij quàm iniustum grauamen proximi.

12 *Vę vobis Pharisæis qui diligitis primas ca.* Per hoc reprimitur omnis indebitus honoris appetitus.

a *Qui estis vt mo.* Hic superstitionem ipsorum doctorum redarguit, qui foris speciem rectę doctrinæ prętendunt, fœditatem verò quam intus gerunt, occultant.

b *Respond. au.* Audito verbo Dei Pharisæus ex mala conscientia sibi contumeliam fieri putat, & commemorata pœna perfidorum, intelligit se dánandum.

✠ THEOPHYLACTVS. Ostendit Dominus Iudæos esse hæredes malitiæ Cain, ex quo subdit, A sanguine Abel vsque ad sanguiné Zachariæ. Abel siquidem à Cain occisus est. Zachariam autem quem occiderunt inter altare & ædem quidam dicunt esse antiquum Zachariam filium Ioiadę sacerdotis.

¶ Arguit de hypocrisi. ¶ Quia superficiem terræ cominus ostendant.

a & salutationes in foro. Vę vobis * qui estis vt monumenta 1 2

¶ Vel rent.

quæ non † patent, & homines ambulantes suprà nesciunt. 3

b Respondens autem quidam ex legisperitis, ait illi: Magister, 4

hæc dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait: † Et 5

¶ Sicut Pharisæis. a ¶ Lg is. b ¶ Secundum quod intelligitis & imponitis.

vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus quæ

¶ Id est, nec in minimis perficitis, quia gratiam meam non quæritis, & iugum leue repellitis, sed lex sine gratia nequit impleri. ¶ Et hoc legis.

portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis

a ¶ Ambitiosè ornando & seruando.

c sarcinas: Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum, 6

d patres autem vestri occiderunt illos. Profectò testificamini, 7

† quòd consentitis operibus patrum vestrorum, quoniam

¶ Ambitiosè ornando.

e quidem ipsi eos occiderunt: vos autem ædificatis eorum sepulchra.

¶ Ab æterno disposuit. a ¶ Matt. Ecce ego mitto ad vos.

pulchra. Propterea & sapientia Dei dixit: † Mittam ad illos 8 9

a ¶ Qui prius prophetas, post apostolos misit. ¶ Vt Iacobum. b ¶ Vt nec recepti ab eis iustè ad Gentes migrent.

f prophetas & apostolos, & ex illis occident, & persequentur

vt † inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus

¶ Id est, malorum.

g est à constitutione mundi, à generatione ista à sanguine Abel

¶ Occisus à vestra generatione.

h i vsque ad sanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare & ædem.

✠ THEOPHYL. Erant alij legisperiti à Pharisæis. Nã Pharisæi diuisi ab alijs quasi religiosi videbantur, legis autem periti scribæ erát doctorésque, quęstiones legis soluentes.

¶ apparent

c *Va vobis.* Non arguuntur quod exornant monumenta prophetarũ, sed quia interfectores prophetarum imitantur, ædificando sepulchra, accusant paterna facinora Sed persequẽdo Christum & Apostolos imitantur scelera patrum & sententiam damnationis quam in patres proferebant, in seipsos retorquent.

¶ & comprobatis opera.

¶ requiratur.

d *Profectò*. Propter vulgi fauorem captãdum ædificatis, quasi exhorreatis scelera eorum, sed ipso opere ostenditis, quod perfidiæ eorum consentitis, quia hoc bonum non bene facitis sed pro vana gloria.

e *Vos autem.* Propterea quia estis imitatores illorum, vt impleatis quod patribus defuit, scilicet vt me & meos persequamini, quem illi persecuti sunt in prophetis.

f *Prophetas & apostolos, & ex illis occident, & persequentur.* Mentiuntur hæretici, qui alium veteris, alium noui testamenti dicunt institutorem.

g *A gene.* Omnes mali, vna generatio sũt, vna ciuitas, vnũ corpus diaboli, sicut omnes boni vna generatio, & vnũ corpus sunt dicti.

h *Vsque ad sanguinem Zachariæ.* Cur vsque ad hunc, cum post hunc multi occisi ante natale Christi, & nato Christo mox pueri ab hac generatione sunt perempti? Sed quia Abel pastor ouium fuit, necatusqúe in agro: Zacharias sacerdos necatus in àtrio templi, duos ordines martyrum signant, laicos, & eos qui altaris officio mancipantur.

Genes. 4.b 2. Par. 24.f

✠ TITVS. Gregorius Nyssenus, Zachariam qui hoc loco inter aram & ædẽ trucidatus asseritur, Ioannis Baptistę patrem fuisse autumat. Cædis autẽ causam, idem Gregorius duplicem allegat. Alteram quod sacratissimam Deiparam Mariam, post immaculatum partum, à loco qui secundùm legis perscriptum, intra altare & ędem virginibus in templo assignatus erat, non semouerat: Alteram, quod illum ipsum, qui diuina dispensatione secundũm humanam naturam verè ex illa in lucem prodierat, totius creaturæ regem esse prędicauerat. Iudæi itaq; cum regiũ nomẽ exosum haberent, ac ne principi cuipiam obnoxij fierent, timentes Zachariam sacerdotem inter altare & ædem peremerunt.

* Scribæ & Pharisæi hypocritæ quia

† Mat. 23.a

† Mat. 23.d

✠✠ EVTHYMIVS. Oportunè Abel meminit, ostendens quod etiam cædes illius per inuidiam perpetrata est. Zachariam autem quidam dicunt eum qui fuit vnus duodecim prophetarum: quidã verò eum, qui filius Ioiadæ dicebatur, qui etiam Zacharias appellabatur. Plures autem patrem Baptistæ. Scribunt enim se accepisse à patrum traditione, quę citra scriptum per manus peruenit ad posteros (quę traditionum genera ἄγραφα nominantur) quod erat in templo locus virginibus deputatus: à quo stantem quondam in eo Dei matrem post partum non eiecit, dicens virginem esse, & ideò occisus est inter templum & altare exterius.

i *Qui pe.* Duo erant altaria in templo. Vnum, incensi interius: Alterum, holocaustorum exterius, inter quod & templum Zacharias est occisus. *Vel inter al. & ædem.* hoc est inter consensum populi & sacerdotum, quorum alij per templum alij per altare significantur.

Exod. 30.a

✠ THEO- ☞ Qui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Væ vobis. *In hoc est comminatio pœnæ æternę.*

2 Qui estis vt monumenta. *Id est, sepultura. Et dicitur monumentum quasi monens mentem, quia viuentes per hoc monentur de sua morte cogitare.*

3 Quæ non patent & homines ambulantes suprà nesciunt. *Scilicet, exteriùs, qualia sunt interiùs, quia aliquando monumenta pinguntur & ornantur exteriùs, & fœtoribus replentur interius.*

4 Respondens autem quidem ex legisperitis, ait illi: Magister, hæc dicens etiam nobis contumeliam facis. At ille ait. *Hic consequenter Christus arguit legisperitos. Peccata enim eorum erant publica & manifesta, & ideò Christus contumeliam eis non faciebat publicè arguendo, prout iste legisperitus imponebat ei, & ideò Christus eos arguit de tribus. Primò de immoderata dominatione, cum dicitur.*

5 Et vobis legisperitis væ, quia oneratis homines oneribus *Et patet sententia ex dictis Matth. 24. Secundò arguit eos de falsa religione, cùm dicitur:*

6 Væ vobis qui ędificatis. *Et patet sententia ex dictis Matth. 23. excepto quod subditur:*

7 Profectò testificamini, &c. *Videtur magis sequi contrarium. Ad hoc enim ordinabant sepulturas prophetarum, vt viderentur iustiores patribus suis, qui occiderunt illos, vt habetur expressè Matth. 23. Et ideò dicendũ, quod illud testificamini, refertur ad hoc quod ipsi persequebantur Christum, qui erat propheta magnus eis promissus & discipulos eius, & ideò subditur.*

8 Propterea & sapientia Dei dixit. *Id est, Christus, qui est sapientia patris.*

9 Mittam ad illos Prophetas & apostolos. *Quod autem hoc sit dictũ à Christo, patet Matt. 23. d. vbi dicit:* Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis crucifigetis & occidetis, &c. *Tertiò arguit eos de peruersa expositione sacræ scripturę, cum dicitur.*

Væ vobis

MORALITER.

† 1 *Vę vobis qui estis vt monumenta.* Hic reprimitur quælibet sanctitatis simulatio falsa.

5 *Et vobis legisperitis væ.* Per istos significantur pręlati alijs imponentes magna & grauia, pauca facientes aut nulla.

6 *Vę vobis qui ędificatis.* Secundum literalem sensum hoc faciebant vt viderentur horrere crudelitatem patrum suorum. Consimiliter faciunt qui vitia verbis detestantur, vt immunes ab eis ignorantibus videantur,

† Vę vobis

† Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. † Væ vobis [1] legisperitis, qui tulistis (¶ Id est, attulistis.) clauem scientię, ipsi non introistis, [2] & [3] eos qui introibant prohibuistis. [4] Cum autem hæc ad illos di-[5]ceret, cœperunt Pharisęi & legisperiti grauiter insistere (¶ Sustinere.), [6] & os eius † opprimere de multis insidiantes ei, [7] & quærentes † capere aliquid ex ore eius, [8] vt accusarent eum.

a *Qui tulistis clauem.* Clauis, humilitas Christi, quam qui habent, scripturas intelligunt. Hanc legisperiti, nec ipsi in lege & prophetis intelligunt, nec ab alijs intelligi volunt. Intrare clautem, est non esse contentum superficie literæ, sed vsque ad arcana intelligenda penetrare. Vel doctor si illos quos verbo ædificat exemplo scandalizat, nec ipse regnum Dei intrat & illos qui intrare poterant excludit.

b *Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisęi, & le.* Quam vera perfidiæ simulationis & impietatis suæ crimina audierint, ipsi testantur qui tanto intonante turbine non resipiscunt, sed doctorem veritatis aggrediuntur.

A † Profecto. † tentare vel percontari cum † venari. D † Mat. 23.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Væ vobis legisperitis. *Clauis scientia est autoritas docendi, per quam debet intellectus verus latens interius aperiri, & ipsi e contrario claudebant peruersè interpretando ut patet circa præceptum de honore parentum, quod euacuabant per doctrinam suam, prout dictum fuit Matthęi 15. & etiam de pluribus alijs præceptis, vt dictũ fuit Matth. 5.*

B

2 Ipsi non intro. *Ad intellectum veritatis.*

3 Et eos qui. *Id est, intrare desiderabant.*

4 Prohibuistis. *Peruersitate doctrina vestra.*

5 Cum autem hæc ad illos diceret. *Hic consequenter describitur Pharisęorum, & legisperitorum obstinatio, qui ex verbis Christi non fuerunt emendati, sed magis, peiorati, ideo subditur:*

6 Cœperunt Pharisæi & legisperiti. *Vt eum turbarent & stupefacerent, quia conturbati minus prouident.*

7 Et os eius opprimere de multis insidiantes ei. *Vt sic ex varijs quæstis & obiectis & extraherent aliquid calumniabile de ore eius.*

8 Vt accusarent eum. *Sicut postea fecerunt coram Pilato, vt habetur infrà cap. 23.*

E

MORALITER.

† 1 *Væ vobis legisperitis qui tulistis cla.* Similes sunt doctores ecclesiæ qui verbis & opinionibus extraneis & curiosis impediunt intelligentiam veritatis necessariæ ad salutem.

CAP. XII.

[a] M† Vltis autem turbis † concurrentibus, ita vt se [1] inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos: † Attendite * à fermento (¶ A simulatione.) [b] Pharisæorum, [2] quod est hypocrisis. † Nihil † enim opertum est [3] [c] quod non reueletur (¶ Nequitia discooperietur, & vestra intentio soli Deo modo cognita ab omnibus scietur.) neque absconditum quod non sciatur. [d] Quoniam quæ in tenebris (¶ In mysterio.) dixistis, in lumine (¶ Aperte.) † dicentur, [4]

C † Cum autẽ conuenisset innumera turbæ multitudo Cor. 5 a. † Mar 8 b. † Mat 10 c

CAPVT XII.

a *Mvltis autem.* ✠ THEOPHYLACTVS. Pharisæi conabantur Iesum capere in sermone, vt populos ab eo abducerent, hoc autem in contrarium vertitur. Magis enim adibant populi per millenarios congregati, adeò cupientes hærere Christo, vt se inuicem comprimerent. Tam validum quid est veritas, & dolus imbecillis vbique.

b *Attendite.* Ad hoc fermentum pertinent omnia quæ superiùs in domo Pharisæi disputauit, vnde & Apostolus: *Non in fer. ve. neque in fer. ma. &c. Attendite à fer.* Pulcher locus tenendæ simplicitatis & æmulãdæ fidei, ne more Iudæorum aliud promamus affectu, aliud voce simulemus, cum sciamus in die iudicij non posse esse latebram fraudis.

c *Neque absconditum quod non sciatur.* Ideò ne æmulemini simulatores, quia profectò veniet tempus in die iudicij, in quo & vestra virtus & illorum hypocrisis omnibus reuelabitur, vnde sequitur.

d *Quoniam quę in tenebris dixistis, in lumine dicentur.* Non solùm in futuro omnia patebunt, sed etiam in præsenti tempore in tota ecclesia per orbem terræ publicè prædicabuntur, quę in tenebris, id est, in vmbra pressurarum & carcerũ locuti estis, quando actus vestri legentur in excelsis.

Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur. AMBROSIVS. Quod in tenebris, id est, in timore dixistis, dicetur in lumine, id est, in fiducia veritatis accepto spiritu sancto. Et quod in aure, id est, secretò locuti, super tecta, id est, calcato carnis domicilio prædicabitur.

† circunstantibus. F * vobis ipsis. † autem. † audietur.

Dico

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XII.

1 M Vltis autem turbis concurrentibus. *Postquam Christus induxit discipulos ad orationis instantiam, hic consequenter inducit eos ad fidei constantiam. Et hoc tripliciter. Primò, dissuadendo quędam à fide retrahentia. Secundò, persuadendo quædam in fide stabilientia, ibi:* Nolite timere. *Tertiò, ostendendo ad fidem attrahentia, ibi:* Dicebat autem. *Retrahentia autem à fide sunt quatuor, scilicet, astutia seductorum, sæuitia persecutorum, auaricia cupidorum, cura nimia necessariorum, & secundùm hoc prima pars diuiditur in quatuor, secunda incipit ibi:* Dico autẽ vobis, *tertia ibi:* Ait autẽ ei, *quarta ibi:* Dixitqúe ad discipulos suos. *Circa primum sciendum, quod hęretici moderni per simulationem sanctitatis frequenter corrumpunt fidem simplicium. Et hoc modo Pharisęi faciebant qui erant hypocritæ, vt patet ex prędictis, & per hoc auertebant multos à fide Christi quod Christus docet cauere dicens:*

2 Attendite à fermento Pharisæorum. *Scilicet, per eorum hypocrisim auertamini à fidei veritate.*

3 Nihil enim coopertum. *Quia eorum falsitas in iudicio Dei manifestabitur.*

4 Quoniam quæ in tenebris dixistis. *Hoc refertur ad seductores, modus enim seductorum est in tenebris & occultis docere, sed talia venient in palam in iudicio extremo, & hoc notatur, cum dicitur:*

Prædica-

MORALITER.

1 *Multis autem turbis concurrentibus.* Sequitur:

2 *Attendite à fermento Pharisęorum.* Eam simpliciter deuitando. Et subditur ratio cum dicitur.

5 *Nihil enim coopertum est quod non reueletur neque absconditum quod non sciatur.* Quasi dicat, Hypocritarum falsitas manifestabitur, & similiter fidei veritas quæ temporibus ecclesiæ primitiuæ, propter multitudinem infidelium docebatur occultè.

† Dico

& quod in aure locuti estis in † cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hoc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque † passeres veneunt † dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus † pluris estis vos. † Dico autem vobis: Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, denegabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi, ei autem qui in spiritu sanctu blasphemauerit, nō remittetur. † Cum autē inducent vos in

¶ Priuatim. ¶ Publice. ¶ Qui m. terrenum cupitis. ¶ Propter multitudinem vel ferocitatem eorum. a ¶ Non possunt efficere, quin animam Deus reddat, corpori; quin & ipsum corpus resuscitet. ¶ Et seruite in timore. a ¶ Mittendo in æterna supplicia. a ¶ Nolite timere mortem corporis, qui mori non potestis sine nutu Dei quod in minoribus liquet. a ¶ Sed sunt omnia sub prouidentia Dei, quanto magis vos ad imaginem Dei facti. a ¶ Vt de massa corporis taceam, nam & minimæ particulæ Dei prouidentia conseruantur. a ¶ Omnem curam in eum projicite, apud quem capillus non peribit. b ¶ Maioris precij quia rationales, quia æterni. a ¶ Ore fit confessio ad salutem. ¶ Venite benedicti patris mei. a ¶ Timore. b ¶ Deum vel hominem esse. c ¶ Vbi prodesse debet mei nominis confessio. a ¶ Non perducetur ad visionem patris, qua perfruuntur sancti. a ¶ Contra terrores consolatio. ¶ Vt me negetis.

a *Dico autem vobis*. AMBROS. Cum gemina sit causa perfidiæ, quæ vel ex insolita malicia, vel ex accidenti metu nascitur, ne quis Deum quem corde cognoscit metu negare cogatur, dicit mortem corporis non esse timendam. Præclarè autem & fidem acuendo intexuit, & ipsi fidei virtutum fundamenta subiecit. Nam sicut fortitudinis incentiuum est fides, ita fidei fundamentum est fortitudo.

b *Ostendam autem vobis*. Quia duo sunt genera persecutorum (Persecutorum duo genera.) vnum apertè persequentium, alterum fraudulenter blandientium. Sicut suprà contra hypocrisim, ita hic armat contra carnifices. Totus hic locus ad subeundam pro confessione domini passionem vel contemptu mortis, vel spe præmij, vel mansuros in denunciatione supplicii instruit.

c *Nonne quinque*. AMBROS. Quinque passeres, quinq; corporis sensus vel duo (Matt. 10.d) secundum Mat. corpus & anima, quibus dedit natura gratiam ad æterna subuolandi, quia etiam caro si consentiat legi Dei in naturam spiritualem transit. Sed dum & in occultis & fœtidis locis scilicet, cibum quærunt, delictorum laqueis capti, ad supernorum operū fructus reuolare nequeunt, sed dipondio, id est, vili terrenæ cupiditatis precio venundantur sub peccato, ita vt etiam anima malorum escis grauata, inclinetur in corporis naturam. Sed si Deus etiam infidelibus hominibus vel in oriundo sole & terræ fœcunditate prosperexerit, & misericordiæ munus impertit, non dubium fidelium contemplationem apud illum valituram.

d *Vene. di*. (Dipōdius) Dipondius est pondus ex duobus assibus compositū. Quod autem in numeris est vnum, hoc in ponderibus as. quod duo: hoc dipondius est

e *Et vnus ex*. Simplicitatis affectum inspirauerat, virtutem mentis erexerat, sola fides nutabat, hanc de vilioribus roborat. (1. Cor. 9. b) Quomodo dicit Apostolus: *Nunquid de bobus cura est Deo?* Sed aliud est cura, aliud est scientia.

f *Sed & ca*. Non actu computationis, sed facultate cognitionis, à similitudine pecuniæ quæ numeratur vt seruetur. Vbi magna prouidentia Dei, quod nec parua nec ociosa dicta eum lateant.

g *Omnis quicunque*. Ne quis tempore persecutionis sufficere sibi putaret fidem cordis, dicit: *Omnes quicunque*.

h *Confessus fue*. Confitetur quis Iesum ea charitate quæ per dilectionem operatur, negat qui præceptis non obedit. (Gal. 5. b)

i *Filius hominis*. Confitetur filius apud patrem illum, qui per filium habet accessum ad patrem. Negatur à filio apud patrem, cui non manifestatur in diuinitatis potentia filius & pater. (penetralibus.) Et ne putetur vna conditio omnium & eorum qui studio & eorum qui infirmitate vel ignorantia negāt, subdit: *Et omnis qui dicit verbum in fi. ho. re.*

k *Coram angelis*. Quia dixerat aperta & abscondita esse reuelanda, hanc reuelationem non in vili (passercull) conciliabulo, sed in conspectu angelorū dicet agendam.

l *Et omnis qui di*. Spiritus sancti blasphemia est, cum quis manifestè opera Dei (præstatis. Mat. 10. d. De pœ. di. 3. ca. adhuc) intelligit, & cum de virtute negare non possit, stimulatus inuidia calumniatur, & dicit talia esse Beelzebub huic non dimittetur, non quod ei negetur remissio si pœniteat, sed quia hic blasphemus exigentibus malis meritis sicut nunquam ad remissionem, ita ne ad pœnitentiā peruēturus est, (Mat. 10. b. Mar. 13. b. Ioan. 12. f.) vnde Ioannes euangelista: *Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isa. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & non intelligant corde, & conuertantur & sanem eos.* (Isa. 6. c.) Qui spiritum sanctum humana ignorantia minorem patre credunt vel dicunt, irremissibili crimine non tenentur, quia non diabolica inuidia hoc agunt. Sed qui similitudine diaboli contra suam conscientiam Dei maiestatem oppugnat, non habet remissionem in æternum, sicut Marcus apertè declarat, qui posito hoc testimonio domini subiungit: *Quoniam dicebant, spiritum immundum habet.* (Mar. 3. d.)

m *Ei au*. Ei etiam qui scandalizatus in infirmitate carnis me purum hominem vel voratorem suspicatus fuerit, remissibile erit, sed qui gratiam spiritusancti (qua pœnitentia inspiratur, & ad congregationem reditur) non cognoscens impœnitenti corde permanserit, cum hoc iam non sit humanum sed diabolicum, irremissibile erit.

n *Cum autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus, et potestates*. Terror talium conuentuum solet auferre libertatem loquendi.

¶ ✱ Theo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Prædicabitur in te. *Domus enim in terra illa habent plena tecta vbi congregantur homines ad spaciandum, & confabulandum, & ideo illa quæ dicuntur ibi, publicè dicuntur & hoc modo exponit Theophilus. Beda autem exponit hoc referendo ad discipulos Christi, quorum ea quæ passi sunt in tenebris carcerum & pressurarum declarata sunt per orbem ad gloriam eorum, sed prima expositio magis concordat litera præcedenti.*

2 Dico autem vobis. *Hic describitur secundum retrahens à fide, quod est sæuitia persecutorum, quam Christus docet non timere. Et patet sententia ex dictis Matt. 10. exceptis quæ sequuntur.*

3 Nonne quinque passeres veneunt. *Id est, venduntur.*

4 Dipon. *Dipondium est species monetæ, & valet duplex as, & ideo quinque passeres vendebantur dipondio, vt hic habetur, & duo, asse, vt habetur Matth. 10. quia quintus passer non poterat diuidi, & ideo remanebat vendenti, sicut quando dantur quinque oua pro vno denario, non dantur nisi duo pro obolo.*

5 Et omnis qui dicit verbum in filium hominis. *Id est, contra Christi humanitatem.*

6 Remittetur illi, &c. *Id est non est ita graue ad remittendum sicut verbum blasphemiæ dictum contra deitatem, & hoc fuit expositum diffusè Matth. 12. c.*

7 Cum autem inducent vos in synagogas, &c. *Istud fuit expositum Matth. 12.*

Ait

MORALITER.

† 2 *Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hoc non habent ampliùs quid faciant.* Hoc de se morale est, propter quod pertranseo vsque ibi.

† Ait

☞ ✻ THEOPHYLACTVS. Quoniam duplex est nostra infirmitas & aut pœnæ formidine martyrium fugimus, aut quia rudes sumus, & nescimns reddere rationem fidei, vtrumque exclusit, metum quidem pœnarum, in eo quod dixit, *ne timeatis occidentes corpus*, timorem verò scientiæ, in eo quod dixit, *nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis.*

a ¶ Publicos conuentus. b ¶ Principes synagogæ. c ¶ Regiam potestatem. ¶ De modo proferendi.

a synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti es-

¶ Interrogantibus. ¶ De modo inueniendi. a ¶ Discere volentibus.
b ¶ Quia non ex ingenio vol arte vestra verba procedent, sed ex spiritussancti gratia.

se qualiter aut quid † respondeatis aut quid dicatis, Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora, quid oporteat vos

b dicere: Ait autem quidam de turba: Magister, dic fratri meo, [1]

vt diuidat mecum hereditatem. At ille dixit ei: Homo, quis [2] [3]

c ¶ Litium. ¶ Facultatum.

me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixitque ad [4]

a ¶ Tam ad turbas quam ad discipulos. b ¶ Rationem prouidete, contra quam si caro suggerit, cauete.

d illos: Videte, & cauete ab omni auaritia, quia non in abun- [5]

e dantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. Dixit au- [6]

f g tem similitudinem ad illos, dicens: † Hominis cuiusdam [7]

¶ Plus solito.

diuitis vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se, di- [8]

a ¶ Ecce nimia sollicitudo ex auaricia.

h cens: Quid faciam quod non habeo, quo congregem fru- [9]

a ¶ Ex sollicitudine deliberatio.

ctus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruam horrea mea, & fa-

¶ Meo labore, vel, propter me solùm.

ciam maiora, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi [10]

i & bona mea, & dicã animæ meæ: Anima, habes multa bona po- [11]

¶ A labore. ¶ Esuriem & sitim pelle. ¶ Magno paratu.

k sita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, † epulare. Dixit [12] †

¶ Exactores.

l m n autem illi Deus. † Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, [13] [14] [15]

† responsuri sitis.

a *Nolite solliciti esse.* Volútatem vestram pro Christo offerte. Christus verò loquetur pro se.

b *Magister.* Commendanti gratiam supernæ pacis & vnitatis, vult iste ingerere molestiam terrenæ diuisionis, vnde & homo dicitur, id est terrenus. Inter quos enim huiusmodi zelus & contétio est, homines sunt & secundum hominẽ ambulant. Inter fratres, patrimonium, nõ iudex medius, sed pietas debet sequestra diuidere, quãuis immortalitatis patrimonium non sit pecunia hominibus petendum.

1. Cor. 3. a

c *Quis me constituit.* Non sum dissentionis Deus, sed pacis & vnitatis, qui veni homines pacificare cum angelis, vt multi vnum cor & vnam animam habeant. Non vt diuidantur, sed vt habeant omnia cõmunia, nec sit aliquis egens inter eos. Ille qui non colligit mecum, est diuisor fraternitatis & dissensionis author.

† Imprudens.

Quia auaricia plerumque solet tentare virtutem patientiæ quã commendabat, & exemplum & præceptum huius abolendæ subijcitur, dicente domino: *Quis me constituit iudicem, &c.* Non dignatur iudex esse litium, nec arbiter facultatum, qui viuorum & mortuorum habet iudicium & meritorum arbitrium.

d *Ab omni auaricia.* Nemo putaret crimen esse, hæreditatem diuidere, fructus in horrea congregare, sed & hoc auariciam indicat supernus iudex, vnde & subiungit, *Hominis cuiusdam diui.*

Sicut supra contra Phariseos & Hypocritas, ita hic occasione stultæ petitionis contra auariciam disputat.

Deut. 8. a Suprà 4. a

e *Non in abundantia. Non in solo pane viuit homo, sed in verbo Dei,* nec temporalis vita multitudine diuitiarum protenditur.

f *Dixit autem, &c.* Post preceptũ subdit exemplum ad declinandam auariciã temporalium.

g *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus.* Non reprehenditur diues, quod terram coluerit, vel fructus cõdiderit in horrea, sed quòd fiduciam vitæ posuerit in illis, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in eternis tabernaculis.

[Infra 16. b] [47. d. e] sicut hi in iis,

h *Quid faciam, &c.* Fructus suos, & sua bona esse computãs non erogat pauperibus quæ supersunt, sed suæ luxuriæ reseruare in futurum studet, & ignarus quis congregatis sit vsurus.

† lætare.

i *Bona mea & dicam.* AMBROSIVS. Nõ sunt hominis bona, quæ secum auferre non potest. Sola enim misericordia comes est defunctorum.

k *Requiesce.* Ecce cum pesti auariciæ iungitur pestis desidiæ, vt nec pro temporalibus Deum interpellaret.

l *Dixit autem.* Dicere Dei, est ad hominem prauas eius machinationes subita animaduersione compescere.

m *Stulte.* Quia longa tibi tẽpora diuitiarum promittebas, hac nocte preceptus alijs congregata relinques.

n *Repetunt, &c.* In nocte aufertur anima, quæ in obscuritate cordis quod poterat pati, præuidere noluit.

☞ Et non est

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ait autem ei, &c. *Hic Christus dissuadet tertium retrahens à fide, quod est immoderata concupiscentia terrenorum, vbi præmittitur cuiusdam cupidi petitio dicentis Christo.*

2 Magister dic. *Inconuenienter petebat, quia non erat locus neque tempus, nec Christus erat temporalibus intentus, immo ea contemnere doceb at, & ideò Christus respondit ei.*

3 Homo. *Carnalis & rudis, & terrenus.*

4 Quis me constituit. *Similiter Apostoli, vt possent vacare verbo Dei, curam temporalium à se abiecerunt dicentes Act. 6. a.* Non est æquum nos derelinquere verbum Dei & ministrare mensis, *& ideò ex hoc Christus consequenter docuit cauere auariciam quæ à Deo separat; vnde subditur.*

5 Quia non in abundantia cuiusquam, &c. *Scilicet spiritualis per quam coniungitur Deo. Nec etiam corporalis, quia propter abundantiam & superfluitatem mors plurium acceleratur, multò enim plures moriuntur ex repletione quam ex attenuatione. Vitę etiam pauperum nullus insidiatur, diuites autem in nullo loco sunt securi; & in omni cibo & potu timent intoxicari.*

6 Dixit autem similitudinem ad illos. *Ad suum propositum declarandum.*

7 Hominis cuiusdam diuitis, &c. attulit. *Id multo plures solito cursu.*

8 Et cogitabat intra se. *Quia abundantia diuitiarum inducit magnam sollicitudinem, & per consequens animi anxietatem, quia non supplent indigentiam, vt declarat Boëtius 2. lib. de conso. Vnde sequitur.*

9 Quid faciam, &c. *Ecce abundantia fructum faciebat eum horreis indigentem.*

10 Illuc congregabo. *Cùm è contrario deberet dicere, dispergam pauperibus.*

11 Et dicam animæ meæ. *Id est, mihimetipsi, secundùm quod totus homo denominatur à parte digniori.*

12 Requiesce. *Hic exprimuntur quatuor mala quę solent ex abundantia diuitiarum euenire, scilicet, ociositas, quæ notatur, ibi:* Requiesce. *Gulositas, cum dicitur, comede; Ebrietas, ibi:* Bibe. *Comessationis celebritas, ibi:* Epulare. *Vnde infra 16. e. de diuite epulone dicitur, quod* epulabatur quotidie splendidè.

13 Dixit autem illi. *Id est, contrarium suæ cogitationis fecit. Dicere enim Dei facere est, secundùm illud Psal. 32. b.* Dixit & facta sunt.

14 Stul. *Qui non cogitas de Dei prouidentia & iustitia.*

15 Hac nocte. *Scilicet, dæmones quibus obligata est per peccata.*

7. Hominis ☙ Quę

MORALITER.

† 1 *Ait au. ei qui. de tur.* Per hoc autem quod Christus noluit se intromittere de diuisione hæreditatis inter fratres, ostendit quod prædicatores euangelij non se debent intromittere de negocijs secularibus determinandis.

7 *Hominis cuiusdam diuitis.* Per istum intelligitur omnis homo congregans & conseruans bona temporalia, vt inde viuat ociosè, ideò sequitur:

11 *Et dicam ani.* Et etiam gulosè & deliciosè, ideò subditur:

† *Comede, bibe.* Et frequenter contingit, quod tales subitò moriuntur, & sic à proposito defraudantur, propter quod concluditur:

† Sic

quæ autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitque ad discipulos suos: Ideo dico vobis: † Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis, neque corpori quid † induamini. Anima plus est quàm esca & corpus plus quàm vestimentum. Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quantò magis vos † pluris estis illis? Quis autem vestrûm † cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de cæteris solliciti estis? † Considerate lilia, quomodo crescunt. Non laborant neque nent. Dico autem vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem † fœnum quod hodie in agro est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quantò magis vos pusillæ fidei? Et vos nolite quærere, quid manducetis, aut quid bibatis: et † nolite in sublime tolli. Hæc enim omnia gentes mundi quærunt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. † Veruntа-

¶ Stultus & in nocte rapiendus. a ¶ Quos specialiter ad contemptum mundi inuitat. b ¶ Ideo temporalium sollicitudinem veto ne cum diuitibus seculi vobis thesaurizare conuincamini. a ¶ Vitę quæ cibo sustentatur. a ¶ Hoc ad escam. ¶ Matthæus volatilia. Hic ergo species pro genere. ¶ Quorum anima mortalis. ¶ Propter rationem, propter immortalitatem, quæ vobis promittitur plus valetis. a ¶ Hoc de vestimento. b ¶ Sua sollicitudine & sagacitate. a ¶ Illi ergo curam tegendi corpus relinquit, qui illud ad hanc mensuram fecit peruenire. ¶ Quasi dicat, nullus. ¶ Non sunt allegorica ista, sed vt de minoribus persuadentur maiora. a ¶ Coloribus se ornando. a ¶ Vt faciant sibi indumenta. ¶ Si ista quæ ad vsum tantum corporis sunt & cito decidua, igne cremabuntur, Deus tam venuste adornat quan. &c. a ¶ Id est, in æternum qui habet speciem clibani. a ¶ Id est, vestiet. b ¶ Qui ad imaginem Dei facti estis ad æterna vocati. c ¶ Ergo. ¶ Si enim de his diffiditis, quomodo æterna speretis? a ¶ Et si hæc abundauerint, ne inde superbiatis. a ¶ Quibus nulla cura est de futuris, sed filiorum est quęrere regnum Dei. a ¶ Ne dubites de voluntate patris. b ¶ Prouidet hæc omnia in sua via nobis esse necessaria. c ¶ Sed tamen non est in his finis ponendus, sed in regno propter quod & ista.

A a *Et non est in De. di.* In Deum diues est qui transitoria contemnens pauperibus distribuit, cuius expectatio dominus est, cuius substantia, id est, conscientiæ possessio qua sustentatur & pascitur, est apud Deum, non in sacculis terræ.

Diues in Deum.

b *Dixitque ad discipulos suos.* Apostolos per fidem in spe æternorum confirmat, quia plures sunt quos torpentes facit amor præsentium & desperatio futurorum.

c *Noli solliciti.* Perfectius esset pauperibus omnia dare, & de Mammona iniquitatis amicos facere: Sed quia plerumque deuotio fidei infirmitate reuocatur, non prohibet B prouidentiam, per quàm in sudore vultus panis præparatur, sed vetat sollicitudinem quæ mentem perturbat, & ab æternis reuocat.

† Mat. 6. d. † vestiemini. Luc. 16. c. † præstatis illis. † Mat. 6. d. Mat. 9. d.

d *Quid mandu. neq. corpori, quid induamini. Anima plus est quã esca, & corpus plus quã vestimẽtum.* Indecorum est homini curare de cibo vel veste, qui militat in regno Dei. Nouit rex quemadmodum familiam suam pascat, alat, vestiat.

MORALITER. C Ad fidem instruit omnia credentibus à Deo posse conferri, qui ipsos ex anima & corpore composuit. Cum enim anima indumento corporis vestiatur, & vigore animę sine nostro labore corpus animetur, absurdum est vt victus copiam nobis defecturam putemus, qui viuendi iugem substantiam à Deo consequimur.

e *Considerate.* Sancti meritò auibus comparantur, qui nihil in mundo habentes, nec laborantes, sola contemplatione æterna petunt, iam similes angelis.

f *Quantò magis.* Si volatilibus non laborantibus, nec communes fructus aliquo sibi dominatu specialius vendicantibus prouidentia Dei necessaria largitur, verum est causam inopiæ nostræ auariciam indicare, qui communia quasi propria vendicamus & alijs inuidemus. D

g *Si ergo ne.* Si nec in augmentatione corporis vestri operari potestis, quæ operatio est Deo minima ad comparationem spiritualis creaturæ, quid solliciti estis de cæteris maioribus, id est, de animæ conseruatione.

h *Considerate lilia.* Aperta comparatio. Lilia non sicut cæteri fructus aliquem agricolarum cultum requirunt, Solet etiã per lilium cœlestis beatitudo significari, ad quam nos inuitat dominus. Lilia non in siluis, sed in hortis nascuntur, sic E & nos in hortis virtutũ nasci debemus.

i *Nec Salomõ.* AMBRO. Salomõ & hic vestitus, & alibi coopertus gloria dicitur, qui infirmitatẽ corporeæ naturę veluti quadam virtute mentis adopertam operum gloria vestiebat.

† sollicitudine.

k *Vestieb. sicut vnum* Quę purpura regũ, quæ pictura textricũ potest floribus comparari? Ipse color dicitur vestimentum floris, sicut dicitur: Operuit istum rubor.

† herba quę

l *Cras in clibanum.* Cras in scripturis pro futuro ponitur, dicente Iacob *Exaudiet me cras iustitia mea.* F

† ne sublimia curetis. Gene. 30. e. † Mat. 6. d.

m *Nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis.* Non ait: Nolite quærere vel solliciti esse de cibo vel vestimento, sed expressius *quid manducetis aut quid bibatis.* In quo videntur argui hi qui spreto victu vel vestitu communi, lautiora vel austeriora præ his cum quibus viuunt, alimenta vel indumenta requirunt.

n *Nolite in sub.* Prohibita sollicitudine victus vel vestitus, quæ sunt ad necessitatem, prohibet etiam superbiam quæ solet de istis superabundantibus consequi: Ideò hæc ne requiratis, quia talis sollicitudo facit infidelibus similes.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ autem parasti cuius erunt. *Quasi diceret, non erunt tua, quia non portabis tecum, hoc autem potissimè potest quęri à personis ecclesiasticis qui non possunt relinquere bona ecclesiæ suis heredibus.*

2 Sic est. *Id est, similiter stultus & ad similem finem veniet.*

3 Qui sibi thesaurizat. *Bona temporalia.*

4 Et non est in Deum diues. *Id est, vacuus est bonis spiritualibus.*

5 Dixitque ad discipulos suos. *Hic consequenter Saluator dissuadet quartum retrahens à fide, quod est cura nimia & superflua respectu necessariorum, Et patet sententia ex dictis Matth. 6.*

Nolite

MORALITER.

† 2 *Sic est qui sibi thesaurizat.* Quia solæ diuitiæ virtutum portantur de hoc seculo cum habente.

† *Nolite solliciti esse animę vestrę quid manducetis, neque corpori quid induamini. Anima plus est quàm.* Scilicet sollicitudine superflua: quia Deus dat animã & corp⁹, quæ sunt maiora sine sollicitudine humana, & similiter pascit coruos & crescere facit lilia. Et hæc omnia dicuntur hic ad literam, ad tollendum à prædicatoribus euangelij sollicitudinem superfluam de necessarijs quantum ad vitam præsentem.

MORALITER autem, virgines lilia dici possunt, qui per augmentum virtutum in Deo crescunt & induuntur gratię vestibus in præsenti & gloriæ in futuro.

† Nolite

nem quærite primum regnum Dei & iusticiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite timere † pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurū non deficientē in cœlis quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. † Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. † Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs, vt

a ¶ Omnibus præponite, hoc sit finis, propter hoc omnia agite: ¶ Bona æterna. a ¶ Non dabuntur quasi propter se, sed superadduntur quasi necessaria ad aliud. a ¶ Qui etiam propter regnum adiecit temporalia. a ¶ Operando eleemosynas. b ¶ Repositiones quarum merces durat in æternum. ¶ In spiritualibus & æternis. a ¶ Quia ibi aduersus electos Dei nulla fraus diaboli præualebit. a ¶ Quia diuitiæ sanctorum futuræ incorruptibiles sunt. ¶ Contra noctem huius vitæ. ¶ Sitis.

a *Et hæc omnia*. Quia omnia sunt filiorum ideò hæc omnia adijcientur vobis, etiam non quærentibus, vt nec in præsenti nec in futuro desit aliqua gratia fidelibus, quibus si hæc subtrahuntur, ad probationem est, si dantur ad gratiarum actionem, quia *omnia cooperantur in bonum bonis*.

Roma. 8. e

b *Nolite ti*. Regnū quærite, & de regno ne diffidatis, quia pater complacita bonitate dabit vobis regnum, non vestris meritis.

c *Pusillus*. Vel ob comparationem maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis deuotionem, per quam humilitatem crescit ecclesia, per quam peruenitur ad regnū.

d *Vendite*. Non tantū nō timeatis ne propter regnum militantibus vitæ necessaria desint, sed etiam possessa vendite propter eleemosynam quæ est via ad regnum, dum per eam peccata redimuntur. Non tantum cibos vestros communicate pauperibus, sed etiam vendite vestras possessiones, vt omnibus vestris semel pro domino spretis postea labore manuum vestrarum operemini, vnde viuatis vel eleemosynam faciatis.

e *Date eleemosynam*. Qui pro cœlo omnia mundana spernit vendat quæ habet & distribuat: Qui non est tantæ virtutis, de his quæ habet eleemosynam det.

Non prohibetur, vt nihil pecuniæ ad vsus necessarios à sanctis reseruetur, cum ipse dominus loculos habuisse legatur, sed ne Deo propter ista seruiatur, & ne timore inopiæ iusticia deseratur.

f *Non deficientem*. Temporalia, vel ex sua fragilitate deficiunt, vel si quid solidū superest, vt lapides preciosi, à furibus possunt tolli. Sed data pro Christo æternum fructum conferunt in cœlis.

g *Quo fur*. Fures sunt hæretici & dæmones, qui ad hoc intenti sunt, vt spiritualibus nos spolient. Tinea quæ latenter vestes rodit, inuidia est, quæ studium vel fructum bonum lacerat, & compactionem vnitatis dissipat.

h *Vbi enim thesaurus*. Vniuersaliter, & de pecunia & de omnibus voluptatibus. Gulosi thesaurus, est venter, vbi habet cor, sic & de alijs. Nam si in terra, cor est deorsum. Si in cœlestibus, est in Christo fixum. Necesse est enim, vt quo præcesserit dilectionis thesaurus, illic & cogitationis sequatur affectus.

† Parnō gregul...

† Mat. 6. e.

MYSTICE. Si thesaurus boni operis causa temporalis commodi congeratur, facilè corruit, quia si exterius fit ad fauorem hominum, diabolus rapit, vnde *Receperunt mercedem suam*. Si intus fit ad inanem gloriam, tinea scindit: cum in se confidentem & sibi placentem fragilitas humanæ conditionis deserit.

† De pœ. dis. i. c. quisanctus.

In manibus vestris

Mat. 6. d.

i *Sint lumbi, &c. & lu*. Deo non placet vnum sine altero, cum quis vel bona agit nondum refrænata luxuria, vel castè viuit non exercens se per bona opera. Et vt ab amore temporalium possitis remoueri, & bona quæ agitis, simplici intentione æternorum agatis, cingite lumbos, id est, motus carnalium desideriorum refrænate, & habete lucernas ardentes, vt in operatione vestra solo Dei amore ardeatis & alijs exemplum præbeatis.

k *Expectantibus*. Siue vitatis mala siue facitis bona, nihil mundamini, sed solum aduentum redemptoris expectetis.

l *Quando re*. Ad nuptias dominus iuit, cum post resurrectionem nouus homo angelorum multitudinem sibi copulauit: A quibus reuertitur, cum nobis per iudicium manifestatur: Vnde & bene de expectantibus subdit: *Vt cum venerit*. ☞ *Confestim*.

NICOLAVS DE LIRA.

Stabilientia in fide quatuor.

1 Nolite timere. *Hic consequenter Saluator suadet in fide stabilientia. Et sunt quatuor, scilicet præstolatio premij, expectatio iudicij, exigentia officij, & magnitudo beneficij. Et secundùm hæc ista pars diuiditur in quatuor. Secunda incipit ibi*: Sint lūbi vestri præcincti. *tertia ibi*: Ait autem. *quarta ibi*: Omni autē cui multum datum est.

Diuisio.

Circa primum sciendū, quod spes vitę ęternę maximè stabilit in fide: ideo dicit Saluator ipsis fidelibus: Nolite ti. *Persecutiones presentis vitæ*.

2 Pusillus grex. *Et dicit pusillus, quia pauci erant fideles respectu infidelium, & quia pauci sunt electi respectu reproborum*.

3 Quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. *Ex mera enim liberalitate diuina aliquos elegit ad regnum cœleste aliis dimissis, & quos ab aeterno sic elegit, in tempore vocauit ad fidem & iustificauit per gratiā, vt sic digni efficerētur vita beata secundū quod dicit Apostolus Ro. 8. f.* Quos autē prædestinauit, hos & vocauit, quos autē vocauit hos & iustificauit: quos autē iustificauit: illos & glorificauit.

4 Vendite quæ possi. *Quasi dicat, ex quo vobis paratum est regnum cœlorum, parum debetis curare de terrenis. Sciendum tamen, quod vendere possessa, ad dandum eleemosynam non est necesse nisi in casu extreme necessitatis, alias est supererogationis, propter hoc dicitur Matth. 19. c.* Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. *Non dicit, si vis saluari, sed*, si vis perfectus esse.

5 Facite vobis saccu. *Id est, repositoria bonorum*.

6 Qui non veterascunt. *Et quę sint illa, ostendit dicens*.

7 Thesaurum non deficientem in cœlis. *Ibi enim non potest esse corruptio ab intrinseco, nec per consequens inueteratio, quia* quod antiquatur & senescit prope interitū est, *vt habetur Heb. 8. d. Similiter non potest ibi violentia fieri ab extrinseco, ideò subditur*.

8 Quo fur non appropiat & cæ. *Iste autem thesaurus acquiritur per predictam eleemosynarum largitionē, vnde Matt. 19. c. cum dixisset Saluator*: Vende omnia quæ habes, & da pauperibus, *subiunxit*: & habebis thesaurum in cœlo.

9 Vbi est e. thesaurus vest. *Id est, res à te amata & desiderata*.

10 Ibi. & cor *Quia secundùm Aug. anima verius est vbi amat, quàm vbi animat*.

11 Sint lum. ve. *Hic ponitur secundum stabiliens in fide, quod est expectatio iudicij futuri, vbi fideles qui nunc conculcantur & deprimūtur, honorabuntur; & ideo ex tali expectatione solidatur in fide, disponentes se vt possint secure iudicium expectare. Et ad hoc inducit Saluator. di.* Sint lu. ve. *Lumbi mentis, sunt voluntas & intellectus, ex quibus procedunt cogitationes malę. Lumbi verò carnis sunt in quibus viget motus luxurię, & vtrique lumbi sunt præcingendi, id est coarctandi ab illicitis cogitationibus & operibus*.

12 Et lu. ar. *Id est doctrina clara procedens ex charitate*.

13 In manib. vest. *Implendo opere*.

14 Et vos simi. ho. *Id est, sitis discreti, vigiles & solliciti de vestra custodia, expectando dominū venturum ad iudiciū, sicut antiqui patres expectabant eum venturum in carne & tunc eritis similes illis*.

15 Vt cum ve. *Venit autem dominus ad iudicium primò in morte cuiuslibet, quia talis presentabitur in iudicio qualis inuenitur in morte quantum ad gratiam vel culpam, ideò sequitur*: ☞ Beati

MORALITER.

† 1 *Nolite timere pusillus grex: quia complacuit patri vestro dare vobis regnum*. Id est, congregatio humilium, quibus pater cœlestis præparauit regnum.

11 *Sint lumbi ve.* cingulo castitatis.

12 *Et lucer*. Per quas significentur opera bona de genere, & ex charitate facta, aliter essent extinctæ.

14 *Et vos similes*. Parati suscipere ipsum.

15 *Vt cum venerit & pulsauerit*. Pulsat dominus hominis animū cum eum inducit ad melius propositum, cui confestim aperit per bonum consensum & sequentem effectum, & tali seruo ministrat dominus gratiam in præsenti & gloriam in futuro.

† Et si

a ¶ Properando ad iudicium. b ¶ Per ęgritudines mortem propinquam designando. ¶ Læti eam suspiciendo.

a cum venerit & pulsauerit, confestim aperiant ei. † Beati serui 1

¶ Verè beati quia.

b illi quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. Amen 2 3

a ¶ Præparans se ad retributionem. b ¶ In ęterna beatitudine refoueri. ¶ Nostrum recumbere est in regno requiescere.

dico vobis, quòd pręcinget se, & faciet illos discumbere, & 4

a ¶ Adolescentia.

c d transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda † vigilia, & si 5

a ¶ Senectute. ¶ Id est, non in vna sola, sed in quacunque ætate possumus promereri. ¶ Saltem tunc.

in tertiâ † vigilia venerit, & ita inuenerit, beati sunt serui illi:

a ¶ Per simile probat, quòd debent vigilare.

e † Hoc autem scitote, quoniam si sciret paterfamilias, qua

a ¶ Illa hora quæ sibi suspecta esset.

hora fur veniret, vigilaret vtique & non sineret perfodi do-

¶ Ergo. ¶ Post similitudinem supponit exhortationem. ¶ Sine macula & ruga.

f mum suam, Et vos estote parati, quia qua hora non putatis,

g filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus: Domine ad nos 6

a ¶ Vendite, facite sacculos qui non ve. sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes, vigilate.

h dicis hanc parabolam, an & ad omnes? Dixit autem domi-

a ¶ Difficultatem notat, per quam quis, &c. non impossibilitatem virtutis. b ¶ Pecuniam domini sui bene erogando. ¶ Discernens capacitatem singulorum.

i k nus: † Quisputas esse fidelis dispensator & prudens, quem 7

¶ Christus. ¶ Ecclesiam. a ¶ Pro qualitate auditorum mensuratum cibum diuini verbi vel exempli.

constituit dominus † super familiam suam, vt det illis in 8

l tempore † tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem cum 9

venerit dominus inuenerit ita facientem. Verè dico vo- 10 11

a ¶ Cœlestis regni gaudia.

m bis, quia † super omnia quę possidet, constituet illum. 12

A a *Confestim aperiant ei.* Non vult aperire iudici pulsanti, qui timens videre iratum quem contempsit, de corpore exire metuit. Aperit qui iudicem lætus, & securus sustinet, & de propinqua morte gaudet, vnde subditur: *Beati ser. il. quos cum ve.*

b *Vigilantes.* Vigilat qui oculos apertos in verò lumine tenet, vt tenebras negligétiæ euitet, qui etiam quod credidit operatur, qui sollicitus est in cura gregis sibi commissi. Quid verò vigilantibus debeatur, subdit: *Amen dico vobis.*

c *Transiens.* Transiens ministrat cum de iudicio ad regnum rediens, sua claritate B fideles satiabit. Vel post iudicium transibit, cum à cognitione humanitatis quæ in iudicio videbitur, ad cognitionem diuinitatis post iudiciũ suos illuminabit.

† Mat. 24 d
Marc. 31. d

d *Et si venerit in se.* Vigilias vocas à similitudine excubantiũ. In nocte huius mundi semper debemus esse contra hostem solliciti, & expectare lucem venturam, id est, aduentum iudicis. Prima ergo vigilia custodia pueritiæ est, secunda iuuentutis, tertia senectutis. Si quis verò in C pueritia vigilare neglexerit, non tamen desperet, sed etiam in iuuentute vel saltem tandem in senectute resipiscat, quia pius iudex moras nostras patienter expectat. Qui ad excutiendam mentis desidiam exteriorum damnatorum similitudinem inducit, vt per hoc animus ad custodiam sui suscitetur. Vnde,

¶ De pœn. dist. 1. c. si sacerdos.
† supra
† demensũ?
Tres vigiliæ trium ætatum.
† super

e *Hoc autem scitote quoniam si sciret pater familias.* Nesciente patrefamilias fur domum perfodit, quia dum à sui custodia spiritus dormit, improuisa mors carnis habitaculum irrumpit, & ad supplicia trahit. Furi autem resisteret si vigilaret, quia aduentum iudicis occultè venientem præcauens, pœnitendo occurreret.

f *Qua hora non putatis filius hominis veniet.* Vltimam horam semper ignorari voluit dominus, vt semper sit suspecta, & ad eam semper præparetur.

g *Ait autem ei Petrus.* Cùm dominus duo proposuerit, scilicet & se subitò venturum, & illos expectando paratos esse debere; quærit Petrus si illa sublimia instituta cœlestis [illegible] cessaria se præparantibus, ad Apostolos solùm [illegible] an ad omnes saluandos pertineant.

h *Dixit autem dominus.* Respondens ad interrogata domin[us] primum & secundum iudicium cunctis affuturum, & singu[los] pro meritis vel remunerandos vel dãnandos dicit. Deinde quod maximè quæsierat, supponit scilicet gratiam virtutum quam mundo attulerat, à singulis quantũ potest esse sectandã, quod est ibi. *Ignem veni mittere in terram.*

† Mat. 24. d.
† custodia

i *Quisputas esse fidelis dispensator?* Quasi dicat: Vobis qui dispẽsatores estis instituti, E hoc specialius conuenit de custodia & præparatione, vt & vos & alios præparetis in aduentum iudicis, quia pauci sunt qui commissam sibi benè administrẽt dispensationem.

k *Et prudens, quem constituit dominus super familiam suam, vt.* Quam rarus est domino propter dominum seruiens, oues Christi non ad lucrũ sed amore Christi pascens, prudens in futuro sibi prouidens quem constituit, id est, quàm rarus qui F sit vocatus à Deo tanquam Aaron, & non magis se ingesserit; & qui non magis se pascat quam oues.

Heb. 5. a.

l *Beatus.* Quasi dicat; Pauci sunt fideles. Iste autem qui repertus fuerit fideliter annonam verbi ministrat, & in curam gregis vigilans, æterna beatitudine glorificabitur.

m *Super omnia quæ possidet.* Quanta inter bonos auditores & bonos doctores est distantia meritorum, tanta & præmiorum. Auditores bonos facit discumbere & transiens ministrat, dispensatores constituit super omnia quæ possidet, non vt soli, sed vt præ cæteris habeant æterna, tum pro sua vita, tum pro gregis custodia.

✠ THEOPHYLACTVS. Sicut in dispensationibus diuitiarum si quis fidelis fuerit domino suo, non autem prudens, & disperdit res domini nesciens illa dispensare sicut conuenit, & dat quando non oportet damnum facit domino maius: Iterum

☞ si prudens

NICOLAVS DE LIRA.

1 Beati serui illi quos cum venerit dominus. *In eorum morte.*
2 Inuenerit vi. *Id est, in statu gratia, & non in peccatis dormientes.*
3 Amen dico vobis. *Id est, fideliter assero, quod,*
4 Præcinget se. *Id est, promptè & sine retardatione ministrabit illis vitam beatam.*
5 Et si ve. in se. vi. *Secundùm beatum Gregorium prima vigilia est custodia pueritia, maximè postquam incipit vsus rationis in pueris: secunda vigilia, est custodia iuuẽtutis: tertia, status virilis: quarta, senectutis, quia in quolibet statu aliqui moriuntur, & ideo in quolibet statu fideles debent esse parati per iusticiam ad recipiendum mortem. Consequenter ad hoc inducit exemplum:* Hoc autem scito, &c. *& patet ex litera.*
6 Ait autem ei Petrus. *Hic consequenter ponitur tertium stabiliens in fide, quod est exigentia officij, quia prælati qui debent alios in fide firmare, debent esse in fide magis solidi, & ideò debent vigilare non solùm super se, sed etiam super gregem sibi commissum, ne insurgat aliquid fidei & moribus contrarium. Et hoc est quod dicitur respondendo ad quęstionem Petri.*
7 Quisputas. *Q. d. licet quilibet debeat vigilare super custodiam sui, tamen hoc præcipuè prælatis incumbit, qui sunt dispensatores Dei, & ideo debent esse vigiles & solliciti, vt ministrent subditis bona spiritualia, & hoc designatur cùm dicitur:*
8 Vt det illis. *Tempus tritici vocatur tempus euangelij, vnde & Christus se grano tritici comparauit Ioan. 12. d.*
9 Mensuram. *Quia boni prælati debent administrare spiritualia subditis secundùm eorum proportionem & capacitatem.*
10 Beatus, &c. cum ve. *In morte ipsius.*
11 Inuenerit, &c. fa *Id est, bona spiritualia fideliter dispensantem.*
12 Super omnia. *Quia in beatitudine æterna consequetur bonum infinitum quod includit omnia bona.*

Quod

MORALITER.

† 5 *Et si venerit in secunda vi.* Per istas tres vigilias possunt intelligi tria tempora scilicet iuuentutis, senectutis, & ætatis mediæ, in quibus perseuerantes in bono, beati sunt in spe, & postea erunt in re.

7 *Quisputas est fide.* Iste potest dici quilibet virtuosus, in quo ratio regit vires inferiores debito modo, propter quod super omnia bona constituetur in cœlo.

† Quod

si prudens quis fuerit & expendat infidelisque sit & fur, is tanto magis intolerabilis, quanto prudentior, ita in diuinis opus est fide & prudentia. Scio enim multos qui videntur virtute & pietate ac fide præditi damnosos esse Ecclesiæ, & non solum facultates sed etiam animas perdere. Quisquis igitur fidelis & prudens inuentus fuerit, constituetur in ministerio domini, hoc est super omnes seruos, vt vnicuiq; det mensuram frumenti in tempore suo, siue hoc sit sermo doctrinæ quo aluntur animæ, siue operū exemplum, vt mandatum quomodo viuere oporteat. Beatus qui talis inuentus, & super omnia sua constituet illū dominus.

a *Quod si dixerit ser.* Nota inter vitia serui ascriptum, quod tardum putat domini reditum. In virtutibus boni non annumerantur, quod hunc cito sperauerit, sed tantum quod fideliter ministrauit. Nihil ergo est melius, quam vt patienter sustineamus ignorare quod sciri non potest, sed tamen laboremus, vt idonei inueniamur.

† 37 dist. c. ideo 23. q. 4. c. ea vindicta.

a ¶ Econtra si dissimulauerit iudicium in proximo venturum, securitatem sibi faciens.

a Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit domi-[1] † nus meus venire, & cœperit percutere † pueros & ancillas,[2]

a ¶ Ad vitia incitare, vel conscientias infirmorum prauo verbo vel exemplo laniare. ¶ Quorum ętas vel sexus quanto infirmior, tanto est ad ruinam facilior.

b & edere, & bibere, & inebriari, veniet dominus serui illius[3] in die qua non sperat, & hora qua nescit, & † diuidet eum,[4] c partemque eius cum infidelibus ponet.[5] † Ille autem seruus[6] qui cognouit voluntatem domini sui, & non se præparauit, & non fecit secundùm voluntatem eius, vapulabit mul-[7]tis. † Qui autem non cognouit, & fecit digna pla-[8] d gis, vapulabit paucis.[9] e Omni autem cui multum da-[10]tum est, multum quæretur ab eo,[11] & cui commendaue-[12] f runt multum, plus petent ab eo. Ignem veni † mittere in[13]

a ¶ In quo omnes mali prępositi intelliguntur.

a ¶ Iudicij vel mortis. b ¶ A consortio fidelium segregando, & eis qui nec fidem habuerant sociando, quia qui non habet curam suorum, negat fidem, & est infideli deterior.

a ¶ Non cognoscere dicendus est, qui apprehendere vult sed non valet.

¶ Scilicet diuina iudicia.

a ¶ Feruorem spiritussancti, qui corda illuminans ad superiora prouocat, vicia consumit, vasa domus probat, qui etiam accendit lucernas quas superius ardere monebat.

✠ Theophylact. Si cogitaremus venturum dominum, & in foribus finem atque consummationem vitæ nostræ esse minus vtique peccaremus. Verùm vide & supplicium dissecabit inquit illum, hoc est priuabit illum docendi gratia, ne quis putet donum ei ad maiorem gratiam cessurum, quomodo inquit conferat ei donum, cum ille tunc nudatus inueniatur? Enimvero ille valde miserabilis inuenitur cum sit caro & non spiritus: Quia tunc sumus in spiritu quando spiritus Dei habitat in nobis, qui autem non ambulat in spiritu sed in carne est, & expers inuentus fuerit vitæ spiritualis, cum incredulis ordinatur, vtpote qui cum incredulo mundo condemnatur, quoniam nihil vtilitatis à fide quam possidet percipit, &c.

b *Et edere.* Id est, cunctis sceleribus & illecebris sæculi, quæ mentem errare faciunt, occupari, vel ad literam, si sit deditus gulæ & ebrietati.

c *Partemque.* Mali cum infidelibus punientur, sed differenter. Illi enim qui scienter peccant, grauius punientur. Minus grauiter, qui peccant ex ignorantia. Et inter iniustos tanto quisque tolerabiliorem habebit damnationem, quanto minorem habuit iniquitatem.

d *Paucis.* Mitissima omnium pœna est eorum qui præter originale nullum insuper addiderunt delictum.

† seruos

Ambro. Multi existimantes se minus vapulaturos, si nesciant quid operari debeant, auertunt ne audiāt veritatem. Sed cum possent scire, si vellent studium adhibere, non nesciētes, sed contemptores iudicantur.

† dissecabit

† 23. q. 4. c. ea vindicta.

e *Omni autem.* Merito malus cognoscens plus, & nō cognoscēs minus vapulabit quia illi plus, isti minus, cōmissum est: & ab omni cui plus committitur, plus exigitur.

† si iam accensus.

Vtrumque ordinem prælatorum & subditorum innuit, multis subiectis sæpe datur cognitio dominicæ voluntatis & facultas implendi. Prælatis committitur cum sua salute cura pascendi gregis.

f *Ignem veni mittere in terram.* Quasi dicat: Tu quærebas, an omnes moneam accinctis lumbis, ardentibus lucernis aduentum domini præstolari? Sed ego qui tantum ob hoc veni in mundum vt à cupiditatibus mundi ad cœlestia homines accenderem, nil aliud volo, nisi vt incendij huius iubar vsque ad finem seculi cunctas mundi partes illustret, & vt in cordibus fidelium ita ignescat, ne aliquo impetu fluctuum vel flatuum extinguatur. *Ignem.* Quasi dicat: Inuito vos ad præparationem vestri, & ad custodiam gregis, incutiens timorem ex aduentu iudicis, qui malos seruos damnabit. Sed quia exiguus est profectus, & parua meritorū gratia, metu supplicij ab errore reuocari, vos ex amore charitatis ad promerendam gratiam, studium vestrum acuite, & dum aliquid facitis, illo igne accendamini, quem veni mittere in terram, id est, in omnes credentes.

Theo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quod si dixe. *Non cogitando de aduentu domini in morte, & per hoc malis operibus se occupauerit quæ sunt causa ruinæ subditis, quod notatur cum dicitur:*

2 Et cœpe. *Tunc enim prælatus pueros percutit, quando subditos suos malo exemplo peccare facit.*

3 Veniet do. *Ex insperato repetens debitum mortis.*

4 Et diuidet eum. *A præsentis vitæ bonis, vel: Diuidet eum separando animam à corpore.*

5 Pars eius cum infi. *Id est, cum damnatis. Et subdit causam quare tales magis damnantur subditis malis diuersis.*

6 Ille autem ser. *Cuiusmodi sunt prælati qui sciunt vel debent scire scripturas sacrās in quibus voluntas domini exprimitur.*

7 Vapulabit multis. *Id est, verberabitur vel punietur multum, quia talis non peccat ex ignorantia, sed ex certa malicia.*

8 Qui autem non cognouit. *Cuiusmodi sunt subditi, qui vt in plūribus sunt illiterati.*

9 Vapu. pau. *Id est, minus punietur, quia talis peccat ex ignorantia quæ diminuit de peccato, nisi fuerit affectata. Sicut cum aliquis vult ignorare illud quod tenetur facere vel vitare, vt licentius peccet. Ex magna enim libidine peccandi prouenit, cum aliquis vult ignorare illud cuius scientia posset eum à peccato impedire vel retrahere. Et in personā talium dicitur Iob 21. b.* Qui dixerunt Deo, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.

10 Omni autem. *Hic consequenter ponitur quartum stabiliens in fide, quod est magnitudo beneficij collati, quia non solum prælati debent esse stabiliores alijs in fide, sed etiam illi qui plus cęteris acceperunt à Deo de gratijs gratis datis, quæ dantur ad vtilitatem ecclesiæ & promotionem fidei, cuiusmodi est notitia scripturarum, gratia miraculorum, & consimilia, & hoc est quod dicitur:* Omni autem cui mul. *Scilicet de prædictis gratijs.*

11 Multum quæretur ab eo. *Non solum sibi, sed etiam alijs proficiendo.*

12 Et cui com. *Differt commendatum à dato, & ideo per commendatum non intelligitur hic noticia scripturarum, sed magis docendi officium, quod est regimini annexum, vnde & subditi dicuntur esse commendati seu accommodati curæ pastorali, secundùm quod dicit Apostolus 1. Tim. 6. d.* Depositum custodi. *Et à talibus requiritur, vt supra dictum est. Et quia gratiæ gratis datæ non valent ad salutem, nisi sint cum charitate, ideò subditur:*

13 Ignem ve. *Scilicet, charitatem Dei & proximi.*

Et quid

MORALITER.

† 1 *Quod si dixerit ser.* Id est homo malus.

† *Moram facit.* Promittendo sibi longam vitam, & sic cum securitate viuit peruersè, venit dominus auferens eum de præsenti vita, & eum ponens in gehennam.

6 *Ille autem seruus.* Chrysost. Maior status sit maioris pœnæ occasio, sacerdos enim eadem peccans cum populo multo grauiora patietur.

13 *Ignem ve. mit. &c.* Id est, Dei verbum. Ieremiæ 20. c. *Factus est sermo Dei quasi ignis exæstuans.*

6 Ille

B

† Et quid

✠ THEOPHYLACTVS. Per ignem quidem & prędicatio intelligitur, Sermo enim ignis qui consumit omnem materialem & imperfectam cogitationem & simulacra abolet cuiuscumque fuerint materiæ. Intelligitur etiam & zelus pro virtute in vnoquoque nostrum accensus, fortassis autem & is est qui propter verbum Dei fit, non dissimilis autem est à priore. Hoc enim igni vult Deus accendi corda nostra.

Ideo dominus fortasse in igne venturus est, vt in resurrectionis tẽpore vitia vniuersa consumat, suoque conspectu desideria compleat singulorũ, meritorumq; & mysteriorum lumen accendat.

ram, & quid volo † nisi vt accendatur? † Baptisma autem habeo baptizari, & quomodo coarctor vsque dum perficiatur? † Putatis, quia pacem veni † mittere in terram? Non dico vobis, sed separationem. † Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur. Pater in filium, & filius in patrem suum, mater in filiam, & filia in matrem, socrus in nurum suam, & nurus in socrum suam. Dicebat autem & ad turbas: † Cum videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, † nimbus venit, & ita fiet. Et cum austrum

(¶ Aliud. ¶ In cordibus fidelium. ¶ q.d. Multum. ¶ Vel angor. ¶ Ipsa passio. ¶ Alias, quò. ¶ Econtra.)

(Marginalia: † dare. † Mat. 10. d. Aduentus Christi in igne ratio tuplex. † Mat. 16. a † imber. † baptisma. † dare. † 18 q. 1. quod aut § 1. Ioan. 7. f. Mat. 16. Duo ad fidem Christi attractiua.)

a *Baptisma autem habeo, &c.* Et vt ignis iste in fidelium cordibus queat accendi, ita vt omnia temporalia perfectè & seipsos possint despicere, prius habeo baptisma baptizari, hoc est vnctione proprij sanguinis perfundi non enim daretur spiritus, nisi Iesus primum glorificaretur.

b *Et quomodo.* Tanta est dignatio domini, vt infundendæ nobis deuotionis & consummandæ perfectionis in nobis, & maturandæ pro nobis studium passionis sibi inesse testetur, qui cum in se nil haberet vnde doleret, nostris tamen angebatur ęrumnis, & tempore mortis mœstitiam prętendebat, quam non ex metu mortis suæ, sed mora redemptionis nostræ assumpserat.

c *Vsque dum perficiatur.* Qui vsque ad perfectionem angitur de perfectione est securus, nec de ipsa angitur, sed potius mors corporis obsolutio est anxietatis, non coacervatio doloris.

d *Putatis qui.* Quomodo post baptisma passionis, & post aduentum ignis terra sit arsura, dicit: Quia ad fidem Christi totus orbis contra se est diuisus, vnaquæque domus habuit fideles & infideles; his contra fidem, illis pro fide pugnantibus.

✠ THEOPHYLACTVS. Christus quidem est pax nostra sed non venit missurus pacem, vnde ænigmatice hoc dictum est. dicimus igitur quod non omnis pax vituperio caret & bona est, & est sæpe periculosa, & procul à diuina charitate reijciens, vtpote quando pacem habemus & conspiramus in destructionem veritatis. Hanc enim pacem non venit Christus vt daret, sed contrarium, vultnamq; vt dissideamus propter bonum, quod & in persecutione factum est, in vna enim domo pater gentilis à filio fideli differebat, & mater à filia & contra.

e *In domo vna.* Vnusquisque homo, domus vna est, vel Dei vel diaboli. Itaque homo spiritualis, domus spiritualis est.

f *Diuisi.* Prima causa est religionis ad Deum, secunda pietatis ad proximum. Oportet enim vt diuinis humana posthabeas. Non est ergo pignoribus renunciandum, sed Deus omnibus pręferendus. Etenim naturæ pignora sunt Dei beneficia, nec debet plus amari beneficium quod accipitur, quam Deus à quo beneficium acceptum seruatur.

g *Tres in duos.* Id est, filius & filia & nurus, in patrem & matrem, & duo in tres, id est, pater & mater, vbi etiam socrus intelligitur, in filium & filiam & nurum.

ALLEGORICE. Per tres, significantur qui fidem trinitatis habent. Per duo infideles qui in terra remanent. Boni ergo contraria bonis sentiendo atque agẽdo, ab inuicẽ diuidẽtur.

h *Pater in filiũ, & filius in patrẽ.* Quomodo quinq;, cũ sex personas numeret patris & filij, matris & filię, & socrus & nurus? Sed quæ mater est filij, ipsa est & socrus vxoris ipsius filij, & sic eadem & in filiam suam & in nurũ dicitur diuisa. *Pater in filium.* Pater noster, erat diabolus, quia eum imitabamur, sed venit ignis qui nos ab illo separauit, & ostendit alterum patrem qui est in cœlis. Mater, synagoga, cuius filia primitiua ecclesia, quæ eã de qua genus duxit pro fide cõtradicentem & persecutricẽ sustinuit, & ipsa ei contradicit. Socrus, synagoga, nurus, ecclesia de gentibus, quia Christus, ecclesiæ sponsus, secundùm carnem, synagogæ filius est. Synagoga ergo in nurũ & filiam est diuisa, quia credentes de vtroque populo persequitur. Sed & illæ in matrem & socrum sunt diuisæ, quia nolunt carnalem circuncisionem suscipere.

i *Dice. au.* Cum apostolos etiam de suo primo aduentu informasset, insinuans quid in eo factum sit, & de futuro, qualiter eum expectare debeant, admonuisset, vertit sermonem ad turbas, in quibus pharisæi erant, vt Matthæus indicat: Quia nec primum aduentum factum credentes, nec secundum rectè expectantes, signum de cœlo quęrebant tentantes. Hos ergo arguit, quia si vellent attendere, possent ex verbis prophetarum certum vtriusque aduentus habere indicium.

k *Cum vi.* MYST. Nubes ab occasu oriens, carnem Christi à morte resurgentem significat, ex quo tempore imber euangelicæ prædicationis omnibus terris est infusus. Auster flans ante æstum, leuiores tribulationes ante iudicium significat.

✠ THEOP. Hæc dicit dominus, exterens per hæc crassiores, & ad pacem faciendam cogens, sciens quod eos qui magis terrestres sunt, metus damni & suppliciorum plus emendet. Intelligentur hęc etiam de diabolo, qui noster aduersarius est. Cum igitur in via huius vitæ simus, demus operã virtutibus vacando, vt ab eo liberemur, & nihil commune cum eo habeamus, nequando in futuro iudicio tradat nos iudici, & iudex tradit nos exactori, dæmon Dæmoni cuidam nos torquenti & affligenti, & postea punit nos, donec etiam minutorum peccatorum pœnam luamus & mensuram pœnæ impleamus.

l *Nimb. ve.* Ad literã manifestus est sensus. Qui ex elementorum immuta-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quid. *Id est, augmentetur, quia charitas meretur augeri, vt aucta mereatur perfici. Et quia passio Christi quam ex maxima charitate pro nobis sustinuit, est maximum charitatis incentiuum, ideò subditur:*

2 Baptis. au. *Baptismum appellat sui sanguinis effusionem, ex quo baptismus & alia sacramenta ecclesiæ habent efficaciam.*

3 Et quo. *Quod dupliciter exponitur. Vno modo, vt per hoc intelligatur magnum desiderium eius perficiendi nostram salutem per suam passionem. Alio modo, vt per hoc intelligatur tristicia & anxietas animi, quæ fuerunt in eo imminente passione, vt per hoc ostenderet veritatem humanę naturæ. Et quia post passionem Christi ad prędicationem euangelij multi crediderunt alijs personis sibi iunctis in infidelitate remanentibus, & persequentibus eos vsque ad mortem, vt patet de sancto Chrysanto & patre eius, ideo sequitur:*

4 Puta.quia. *Et patet sententia ex dictis Matth. 10. d.*

5 Dice. au. *Hic consequẽter ponuntur attrahentia ad fidẽ, & primò ostenditur propositũ: secundò, remouetur dubium, ibi:* Cum autem vadis. *Circa primum sciendum quo duo sunt valde attractiua ad fidem Christi inter alia. Primũ est, oracula prophetarum, quæ expressè loquuntur de aduentu Christi in mundum quantum ad conditionem personæ venientis, & quãtum ad determinationem temporis & aliarũ circunstantiarum, sicut plenius declaraui in quadam quęstione de quolibet de aduentu Christi, quæ propter prolixitatem omitto. Et quia Iudæi saltem legisperiti in oraculis prophetarum erant edocti, ideo arguit eos Saluator de hoc, quod attractiuum ad fidem non cognoscebant, & tamen de dispositione aëris futura per signa iudicabant quæ tamen sunt fallibilia, oracula autem prophetarum sunt certa, & hoc est quod dicitur:*

6 Cum videritis nubem. *Et concluditur.*

MORALITER.

1 *Et quid volo nisi vt accendatur?* Scilicet per sui diffusionem in corbibus fidelium.

2 *Baptisma autem habeo.* Scilicet in membris meis, quos desidero baptizari spiritusancto. Quod impletũ fuit, vt habetur. Actu. 2. a.

4 *Putatis quia pacem.* Quasi dicat, non & loquitur de pace, qua mali conueniunt ad facilius agendum peruersè.

† *Erunt enim, &c.* i. contra tres, & èconuerso, & hoc frequenter fiebat in ecclesia primitiua. Nam simul manentes & propinqui diuidebantur in fide, & non credentes credentibus aduersabantur, intantum quod aliquando ad mortem persequebantur.

6 *Cum videritis nubem.* Hoc dicitur cõtra illos quod solliciti sunt qualitatem futuram aëris considerare, & de tempore suæ mortis vel futuri iudicij nolunt cogitare.

...ent etiam ...phetarum, ... *re, &c.* Et ne aliqui rudes in turba ... aritia sua sibi blandientes se excusarent, dicentes se legem Prophetas ignorare, supponit eos naturalem rationem posse discernere, vel eum qui opera facit quæ nullus alius fecerat, supra hominem & Deum esse: vel post tot seculi iniustitias, iustum creatoris iudicium esse venturum.

C b *Cum autem vadis.* Cum in hac vita præparas te ad placatam faciem iudicis videndam, quamuis sermo Dei sit contrarius tuæ carni, tamen eo vtere sicut custodia data tibi in hoc itinere, ne contemptus te accuset. Hoc & Matthæus ponit, sed ille specialiter de reconcilianda pace diffidentium fratrum: Hic generaliter & de pœnitentia omnium & de emendatione delictorum.

Matth. 5. d

c *Cum aduersario.* Aduersarius noster in via est sermo Dei, contrarius nostris carnalibus desiderijs in præsenti vita, à quo liberatur qui præceptis eius humiliter subditur: Alioquin ex sermonis contemptu reus, in examine iudicis tenebitur peccator, quem iudex exactori, id est, diabolo tradet, quia permittet vt diabolus animam eius ad pœnam trahat, & ipse exactor, qui pœnam exigit pro reatu quē suggessit, eam retrudet in gehennam.

d *Da operam liberari ab illo, &c.* Hæc etiam ad calcandas mundi illecebras & ad iudicis aduentum præstolandum pertinent. Quasi dicat: Quandoquidem constat districtum iudicem esse venturum, ergo hic ita viuite, ne in illo iudicio damnemini.

e *Reddas.* Reddit semper pœnas pro peccatis patiendo, sed nunquam veniam consequendo.

D E F

a flantem, dicitis, quia æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est? † Cùm † autem vadis cum aduersario tuo ad principem in via, da operam liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde dônec etiam nouissimum minutum reddas.

¶ Mei aduentus. ¶ Cæteris argumentis scripturarum & operum. a ¶ Ex naturali ratione. b ¶ Me esse Deum, & ad iudicium venturum. ¶ Deum. a ¶ Diabolo qui pœnam exigit pro reatu quem suggessit. ¶ Inferni. a ¶ Id est, nunquam, sicut: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. a ¶ Id est, pro minimis peccatis puniaris.

† Cùm autē &c. voce.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hoc autem tempus. *Scilicet aduentus Christi.*

2 Quomodo non probatis. *Per scripturas prophetarum quas habetis, vnde & Daniel. 9. tempus Aduentus Christi determinatur secundum certum numerum hebdomadarum annorum. Secundum attractiuum ad fidem est conditio Euangelica doctrinę, quasi proponeretur alicui sapienti, qui tamen non esset imbutus aliqua lege, & cum hoc alia leges diuinitus & humanitus tradita, naturali iudicio rationis iudicaret legem Euangelicam puriorem, sanctiorem & perfectiorem lege veteri, et multo plus alijs legibus humanitus confictis, sicut est lex Mahumeti & consimiles, & hoc est quod dicit Saluator.*

3 Quid autem & à vobisipsis. *Id est, naturali iudicio rationis.*

4 Non iudi. quod iu. est? *Recipiendo doctrinam Euangelicam tamquam perfectissimam.*

5 Cum au. va. cum aduer. tuo. *Hic remouetur dubium, quia supra dixerat Saluator:* Non veni pacem mittere, *posset aliquis credere, quod intellexisset de omni pace, quod non est verum, sed solum de pace illa in qua aliqui concordant in malo, ideo dicit:* Cum au. va. *Hic accipitur aduersarius frater vel proximus ab alio iniustè læsus, qui habet causam trahendi ad iudicem illum qui læsit eum, & talis est reconciliandus per satisfactionem debitam, prout fuit expositum plenius Matth. 5. alioquin sequeretur maior punitio à Deo.*

Suprà cap. 12 g.

MORALITER.

† 1 *Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem.* Aduersarius iste potest dici synderesis remurmurans malo, & sic aduersatur peccatori, qui si non consentiat synderesi resiliens à malo, condemnabitur per omnium iudicem, & mittetur in gehennam.

CAPVT XIII.

a Aderant autem. Dum magister veritatis præsentes instrueret qualiter se præparare deberent ad Aduentum iudicis, & qualiter qui se non præparant, sunt damnandi, nunciatur ei de Galilæis, quod quasi iustè ideò perierunt, quod non bene se præparauerunt: & respondet Dominus, & illos verè fuisse peccatores & iustè perijsse, & similiter alios peccatores perituros, si se peccatores non attendunt.

b *Nunciantes.* Quasi dicant: Apparet istos fuisse peccatores & dānandos in æternum, qui tam scelerata morte ab impio præside inter sua sacrificia occisi sunt.

c *De Galilæis.* Galilæi impias scelerata morte scelerum suorum pœnas soluunt, quibus tamen non ipsa mors obfuit, vt in secundam mortem mitterentur, sed improba vita. Puniti sunt autem ad correctionem viuentium, vt flagellato pestilente stultus sapientior fiat, vel ad exemplar corrigi nolentium, ideóque pessimè periturorum.

Prou. 19. d

d *Quorum sanguinem.* ALLEGO. Corporalis mors Galilæorum, quorum sanguis sacrificijs est mixtus, significat spiritualem mortem eorum qui non purè offerunt sacrificium, quorum oratio fit in peccatum, sicut de Iuda est scriptum, qui inter sacrificia Dominici sanguinis proditionem cogitabat. Pilatus ergo sanguinem Galilæorum cum sacrificijs miscet, quando diabolus eleemosynam vel aliud bonum inuidia vel ambitione laudis vel qualibet alia peste commaculat, vt offerentibus nihil proficiat.

† in Psal. 108. a

CAPVT XIII.

a b c ADerant autem quidam ipso † 1 tempore nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem

Omnes

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XIII.

1 ADerant autem quidam ipso. *Postquā Saluator induxit discipulos suos ad fidei constantiam, hic inducit peccatores ad pœnitētiam. Et primò ponitur Christi monitio, secundò peccatorum cōuersio c. 15. Prima in duas, à primò ponitur informatio pœnitentium, secundo confutatio impœnitentium, sequenti cap. Circa primum primò ponit pœnitentiæ motiuum. Secundò pœnitendi modum, ibi:* Ait autem quidam. *Prima in duas, quia primò describit motiuum pœnitentiæ. Secundò, ex hoc sequētem fructū ecclesiæ, ibi:* Dicebat ergo. *Prima in duas, quia circa motiuū pœnitentiæ, primò ponitur Christi instructio, secundò, instructionis confirmatio, ibi:* Erat autem docens. *Circa primū inducit Christus ad pœnitentiam primò per exempla, secundò per rationem sumptam ex parabola, ibi:* Dicebat autem. *Circa primū sciendū, quod motiuū ad pœnitentiā frequenter contingit ex morte repentina & horrida aliquorū, de quo ponuntur hic duo exempla. Primum est de Galilæis à Pilato interfectis, dū actu essent occupati in sacrificijs, de quibus est duplex opinio. Dicit enim* Cyrillus

MORALITER.

1 *Aderant autem &c. quorum sanguinem miscuit Pilatus, &c.* Per Pilatum intelligi potest diabolus, cuius est membrum, sicut dicit Grego. Homilia 10. An non membrum diaboli Pilatus? Per sanguinem Galilæorum peccatum simplicium, per sacrificia opera de genere bona significantur. Igitur diabolus miscet sanguinem simplicium in suis sacrificijs, cum eorum opera de genere bona fœdat peccatis adiunctis. Per turrem cadentem super decem & octo Iudæos significata fuit futura eorum destructio per Romanos.

a *Omnes similiter*. Hoc impletum est post passionem Domini, quando Romani impœnitentes Iudæos incipiendo à Galilæa adeo deuastauerunt, vt non solum atria templi, sed etiam interiora domus, quo Galilæorum accessus non erat, humano sanguine fœdarentur.

b *Sicut illi decem*. Isti Ierosolymitæ sicut & Galilæi, non soli peccatores fuerunt, sed in terrorem reliquorũ puniti sunt, qui ruina turris pressi significant Iudæos qui pœnitere noluerunt, cum suis mœnibus esse perituros. Nec frustra decem & octo, qui numerus apud Græcos ex iotha & ita exprimitur, hoc est ex eisdem literis quibus nomen Iesus incipit. Significat autẽ Iudæos hinc maximè perituros, qui nomen saluatoris recipere noluerint. Illa turris significat illum qui est turris fortitudinis, quæ merito in Siloa, quia Siloa quod interpretatur missus, significat eum qui missus à patre venit in mũdum, qui omnes super quos ceciderit conteret.

Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respondens * dixit illis: Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi † pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis, † sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloa, & occidit eos. Putatis quia & ipsi debitores fuerint, † præter omnes homines habitantes in Hierusalem? Non, dico vobis, sed si non pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Dicebat autem hanc similitudinem. Arborem fici habebat quidã plãtatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit:

¶ Qui non ita sunt puniti. ¶ Hic apertè notat illos esse peccatores. ¶ Peccatores. ¶ Sed vos etiam. ¶ Carne natus. ¶ Operum, non vmbram verborum.

Ficus — c *Dicebat autem, &c.* Similitudo infructuosæ arboris, cui isti similes nisi pœniteant cito sunt perituri & eradicandi. Cum ergo ficulnea alibi generaliter omnium, hic synagogæ specialiter gestat typum. Sicut sterilis ficus folijs exuberans, spe fructus possessorem deserit, sic doctores synagogæ operibus infœcundis, iam in vmbra legis gloriantes, subiectis nullum operis boni exemplum ministrant. In ficu loco floris quidam fructus crescunt, qui alijs succrescentibus decidunt, remanent tamen quidam de illis qui clementiori aura siluestrem animum prioris succi exuentes, cæteris specie & maturitate præferuntur. Sic antiquus synagogæ corruit populus, cuius loco de antiquæ religionis pinguedine nouus ecclesiæ emergit populus, remanserunt tamen ex populo Israel Apostoli qui cæteris præstiterunt. (Lucæ 21.f.)

d *Arborem fici*. In origine humani generis Adam & Eua cum peccassent de folijs ficulneæ [...]ctoria ergo ficulneæ intelliguntur pec[...]a. Erã tanquam sub vmbra mortis, de quibus di[...] *vmbra mortis lumen ortum est eis*. (Gene. 3.b.)

Quod Adam & Eua fici folijs se tegente[...] m[...] nabar[...] nis con[...] quod po[...] rum in adu[...] uatoris qui eo[...] turus venerat, [...] tum se virtutibus [...] gnoscens. probra[...] scientiæ formida[...] Domino recessu[...] erat confusus ver[...] rum fluentium v[...] foliorum velam[...] bus adopertus.

✠ THEOPH[...] Est ficus Iudæo[...] generatio, folia [...] tum amara faci[...] & nullum fruc[...] proferens. In vinea autem Dei stetit Iudaica vita, pater fam[...] autem Christus venit & quæsiuit fructum fidei & bono[...] operum in ea ac non inuenit. Tribus autem annis venit, [...] Moysem, per Prophetas vt seipsum, & quia non pœnit[...] runtà dilectione Dei eos abscecuit, non vltra enim gens Dom[...] & sanctus vocatur; in locum enim eius gentes introductæ su[...] quæ fructum facere valent. Intelligitur & per ficum totum h[...] manum genus: per patrem familias pater & Deus: per cultorem vineæ filius Dei qui nobiscum peregrinatus est vt tolleret & purgaret vineam.

e *Quærens fructum*. *Vinea Domini Sabaoh, domus Israel est*, in qua domo synagoga condita est sicut ficus in vinea. Sed qui in vinea peccantem à viatoribus, permisit diripi, hanc etiam ficum iussit excidi. In qua quærit fructum, non qui adesse nesciret, sed ostendit in figura, quia in synagoga iam fructum habere deberet. Nec ante tempus quærit qui per triennium venit. Qui per Moysen synagogam instituit, ipse in carne apparens in synagoga crebris docet, fructum fidei quærit, sed in pharisæis non reperit.

☞ Dixit

NICOLAVS DE LIRA.

Quare Pilatus interfecerit Galilæos sacrificãtes. ✠ *Cyrillus quod isti fuerunt sequaces Iudæ Galilæi, de quo dicitur Act. 5.g. quod auertit populum in die professionis, quia dum Iudæi profiterentur se esse subditos Romano imperio, vt dictum est supra 2. cap. iste Iudas Galilæus dicebat, quod hoc erat eis illicitum, scilicet recognoscere aliquem Dominum præter Deum qui eos eduxerat de Ægypto: & fecerat sibi populum peculiarem, & multi consenserunt ei, in tantum quod postea prohibebant oblationes fieri pro salute imperij Romani de quo Pilatus indignatus repente cum multitudine Romanorum venit super eos sacrificantes secundùm ritum suum. & interfecit eos, ita quod sanguis interfectorum fuit mixtus cum sanguine sacrificiorum. In scholastica verò historia dicitur, quod fuit quidam magus de Galilæa qui dicebat se esse filium Dei, & dum multos seduxisset, & secum duxisset in montem Garizim, promittens inde se ascensurum in cælum, & dum illi sacrificarent ei sicut filio Dei, Pilatus superueniens eos cum armis interfecit ne maior seductio fieret: & hoc est quod dicitur hic*: Ad. autem quidam. *Prædictis duplici de causa. Vna erat, quia aliqui eorum volebant notare Christum de consimili seductione. Alia causa erat, quia alij illam occisionem subitam & horridam horribilibus peccatis ipsorum occisorum imputabant, & secundùm hoc dicit saluator*:

1 Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis, &c. *Quasi dicat, non est argumentum sufficiens, vnde subditur*:

2 Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam, &c. *Non negat eos peccatores fuisse, & propter hoc perisse, sed asserit duo, scilicet quod talis mors non est argumentum sufficiens, quod grauius peccassent omnibus alijs, quia frequenter Dominus peccata minus grauia in præsenti vita punit, & grauiora post vitam præsentem differt grauius punienda. Asserit etiam, quod nisi de peccatis proprijs pœnituerint, similiter peribunt. Quod adimpletum fuit per Titum & Vespasianum in destructione Ciuitatis Hierusalem & occisione populi Iudaici, qui non pœnituerat de occisione Christi & alijs peccatis suis. Fideles enim qui tunc crediderunt Christo ante aduentum Titi & Vespasiani per angelum fuerunt admoniti, vt recederent de Iudæa, & tunc transierunt ad regnum Agrippæ, qui tunc erat confœderatus Romanis. Secundum autem exemplum ponitur cum dicitur*:

3 Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris, &c. *Isti erant Ierosolymitani: & dum ædificarent quandam turrim in loco dicto, subito cecidit super eos & oppressit, quam ruinam aliqui imputabãt enormitati peccatorum suorum, de quo similem sententiam dicit Christus sicut & de primo exemplo.*

4 Dicebat autem hanc similitudinem. *Hic inducit Saluator ad pœnitentiam ratione sumpta ex similitudine arboris, quæ præsciditur nisi faciat fructum, ex hoc concludens, quod similiter essent præscindendi de præsenti vita & puniendi nisi facerent fructum pœnitentiæ & bonorum operum, & hoc est quod dicitur*:

5 Arborem fici. *Id est, gentem Iudaicam.*

6 Habebat quidam. *Id est ipse Deus, cuius perfectio & proprietas non potest à nobis exprimi aliquo determinato nomine, secundùm quod dicitur sexta propositione de causis. Causa prima superior est omni narratione, ideò dicitur quidam, indeterminatè.*

7 Plantatam in vinea sua. *Id est in Iudæa, quæ speciali modo dicebatur hæreditas Dei.*

✠ Dixit

MORALITER.

† 5 *Arborem fici habebat quidam plantatam, &c.* Per arborem fici significatur quælibet persona in ecclesia Dei plantata, vt fructificet ibi per tres annos in quibus non facit fructum, significatur iuuentus, ætas media & senectus: propter quod meruit succidi per mortem de vita præsenti, per cultorem autem angelus custos huius hominis significatur, qui rogat vt adhuc vno anno, id est, vt in senio viuere dimittatur, vt per eius diligentiam circa talem hominem fructificet, aliter succidatur, & in ignem mittatur.

† Et ecce

a Dixit autem ad cultorem vineæ: Ecce anni tres ſunt ex quo b venio quærens fructum in † ficulnea hac, & non inuenio:

a ¶ Annuncia, quod perdituri ſint locum & gentem, pro quo ſeruando Chriſtum occiderunt & ſuos.
¶ Cur etiam temporali copia vtitur.

c Sûccide ergo illam, vt quid etiam terram † occupat? At ille re- d ſpondens dixit ei: Domine dimitte illã & hoc anno vſque dum e fodiam circa illam, & mittam ſtercora. f Et ſiquidem fecerit fru- g ctum, † ſin autem in futurum ſuccides eam. h Erat autem docens i in † ſynagoga eorum ſabbathis. k Et ecce mulier quæ habebat l ſpiritum infirmitatis annis decem & octo. Et erat † inclinâta,

¶ Amorem terrenorum.
a ¶ A rectitudine mentis.

[Margin: † ficu. † ſæminus † vna ſynagogarum. † oneret † deflexa contracta]

...tem ad culto... Cultor vin..., doctores ſunt & ... quorum prec... & monitis aſſidu... Dei cura ſuggeri... ...bus Dominus ſæpe de infructuoſa gente Iudæorum con...eritur, quod per tres annos ſuæ viſitationis, id eſt, in legali...s edictis, propheticis conteſtationibus, Euangelij gratia, ne...gens extiterit.

b *Ecce anni tres ſunt.* Nullus in ſynagoga per tres annos fructus eſſe potuit, quia neque tempore circuncisionis purificari poterant, qui circuncisionem animi non quærebant: Nec per legem ſanctificabantur, qui carnalia in lege tãtum ſequebãtur. Neque in gratia iuſtificabãtur, qui de peccatis pœnitere nolebant. Cum ergo meritò eſſent excidendi, quod quidem factum eſt per Romanos, iubetur illis, qui in circuncisione laborabant, vt ſuccisionis cladem annunciando pœnitentiam ſuggerant. Sed Apoſtoli intelligentes etiam aliquos de populo Iudæorum ſua vocatione poſſe ſaluari, orant, vt differatur vltio dominicæ crucis.

[Margin: Moraliter.] c *Vt quid etiam terram, &c.* Poteſt per terram ſterili ficu occupatam iudaica plebs ſignari, quæ noxia præpoſitorum vmbra premitur, ne lumen veritatis videat & exemplis eorum impeditur, ne ſole dilectionis caleſcat. vnde: *Væ vobis ſcribæ & phariſ. qui cl. re. cæ ante homines.* [Margin: Matth. 23.] Terram occupat, qui locum quem tenet bonis operibus non exercet, qui exemplo prauitatis impedimentum præſtat cæteris.

d *Vſque dum fodiam circa illam, &c.* Donec radicem infructuoſæ mentis humilem, & præſentium preſſurarum, & ęternæ damnationis incutiendo metum. Foſſa quippe in imo eſt, & increpatio, dum mentem ſibi demonſtrat, humiliat. Nouit cultor terram excolere, qui nouit vitia repræhendere. Intellexit duriciam & ſuperbiam Iudæorum cauſam eſſe ſterilitatis. Pollicetur itaque dura corda apoſtolicis ligonibus eſſe fodienda, & ſuperbientia ad humilitatem reuocanda.

e *Mittam ſtercora.* Id eſt, malorum quæ fecit abominationem ad animum reducam, & compunctionis gratiam cum fructibus boni operis quaſi de pinguedine ſtercoris exſuſcitem. Peccata enim carnis ſtercora dicuntur, quæ imittuntur ad radicem arboris, quando prauitatis conſcientiæ tangitur cogitationis memoria, & dum inde pœnitet quaſi per tactum ſtercoris redit ad fœcunditatem operis.

f *Et ſi quidem.* Cum pœnitentiæ ordo exigeret, vt apponeret, reſeruabitur vel aliquid tale, nihil tamen ſubiunxit, ſed ſuſpendit ſententiam. Cum vero adhæret:

g *Sin autem in futurum ſuccides ea.* Scilicet, non fecerit fructum, continuè iudicium venturæ damnationis annexuit, quia procliuiores ad negandum quàm ad credendum videbat.

h *Erat autem docens.* Hanc ſimilitudinem de ficulnea dicitur Dominus docuiſſe in ſynagoga, vt intimetur ad ipſam ſynagogam pertinuiſſe parabolam. Quod enim fructum quærit in ficulnea nec inuenit, ſignificat quod verbum commodat ſynagogæ, nec illa recipit, quam tamen non ex toto extirpandam, ſed reliquias per fidem ſaluandas intelligens, mox ibidem primitiuæ eccleſiæ ſanatio ſub ſpecie incuruæ mulieris ſubſequitur. Idem enim ſignificat ficulnea reſeruata quod mulier erecta.

i *Sabbatis.* Sabbatis docet, & curuam erigit, quia per verbum prædicationis à temporalibus ad ęterna erectos ad quietem reſurrectionis perducit.

k *Ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis.* Hæc mulier non niſi poſt decem & octo annos erigi potuit, quia humana natura hanc corruptionem deponere, & ad induendam incorruptionem ęternæ beatitudinis, erigi non poterit, niſi prius impleuerit legem quæ in decem præceptis continetur, & gratiam in qua Chriſti reſurrectio facta eſt & noſtra expectatur.

✠ THEOPHYLACTVS. Intelligas etiam oro miraculum iſtud etiam de interno homine, incuruatur enim anima quando ad terrenas tantum curas vergit, & nihil cœleſte vel diuinum ſecum concipit, idcirco decẽ & octo annis ęgrotare dicitur. Quando enim quis in obſeruatione mãdatorum diuinæ legis, quæ ſunt decem, & in ſpe octaui ſæculi infirmus fuerit decem & octo annis dicitur incuruari. An non incuruatur & contrahitur qui terrenis addictus peccat ſemper, mãdata reprobat, & futurũ ſeculum non exſpectat? Sed dominus in ſabbato & in eccleſia ſanat talẽ animã.

l *Annis de.* Senarius in quo mũdi creatura perfecta eſt, operum perfectionẽ ſignat, qui per tres multiplicatos decem & octo reddit, & ſignat eos qui in tribus temporibus dominicæ viſitationis ſcilicet, ante legem & ſub lege & ſub gratia perfectionẽ operum habent. [Margin: Roma.] Hoc ergo tempore Iudæa à ſuæ mentis rectitudine curuata fuit, quæ magis terrena quam cœleſtia nouerat, operatur.

f *Et ſi qui-* ☞ *Vocauit*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Dixit autem ad cultorem vineæ: *Id eſt, ad Angelum cuſtodem & præpoſitum illi genti, qui tunc erat Michaël, vt habetur Daniel. 10. cap.*

2 Ecce anni tres ſunt. *Id eſt, tria tempora, ſcilicet, tempus legis, tempus prophetarum, & tempus prædicationis Chriſti, in quibus Deus quæſiuit fructum bonorum operum à Iudæis, & non inuenit, niſi in paucis valde, qui quaſi nihil computantur reſpectu tantæ multitudinis, vt patet prędicta tempora conſideranti.* [Margin: Tria ſunt opera.]

3 Succide ergo illam. *In quo oſtenditur quod meruerant occidi & de terra illa eijci, quod factum eſt poſtea per Titum & Veſpaſianum, qui multos de illis occiderunt & alios captiuos de terra eiecerunt.*

4 Domine dimitte illam. *Quia Angeli pro illis quos cuſtodiunt interpellant diuinam clementiam, vnde & deſtructio ciuitatis & populi dilata eſt per 42. annos poſt paſſionem Chriſti.*

6 Vſque dum fodiam circa illam, &c. *Immittendo eis terrorem diuinorum iudiciorum.*

7 Et mittam ſtercora. *Oſtendendo eis fœditatem & abominationem peccatorum ſuorum, per quæ ſolent homines pœnitere de peccatis ſuis.*

8 Et ſi quidem fecerit fructum. *Quia in illis 42. annis dicta dilationis multi de Iudæis pœnituerunt, & conuerſi ad fidem fructum bonorum operum fecerunt, vt patet Act. 2. & in pluribus alijs locis.*

9 Sin autem in futurum ſuccides eam. *Quia impœnitentes & in ſua perfidia remanentes fuerunt occiſi & captiuati per Titum & Veſpaſianum, vt prędictum eſt.*

10 Erant au. *Hic conſequenter ponitur doctrina Chriſti confirmatio per ſequens miraculum, vbi notatur primò locus cum dicitur:* Erat autem docens in ſynagoga eorum. *In loco communi vbi conueniebant Iudęi, & tempus cum dicitur:*

11 Sabbatis. *In quibus homines debebant intendere diuino cultui & ad audiendum verbum Dei.*

13 Et ecce mulier quæ habebat ſpirit. infir. *Id eſt, infirmitatem à ſpiritu maligno inflictam vel cauſatam, quod patet ex hoc quod infrà ſubditur: Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit Sathanas, ſcilicet, vinculo infirmitatis.*

14 Annis decem & octo, &c. *Ex quo patet infirmitatis diuturnitas.*

15 Et erat. *In quo apparet infirmitatis grauitas & deformitas. Et iſta exprimuntur, vt miraculum ſequens maius & euidentius oſtendatur, vnde ſubditur:*

✠ Et confe-

MORALITER.

† 15 *Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo. Et erat inclinata.* Per quam ſignificatur peccatrix perſona, quæ longo tempore diabolo procurante ſic ad inordinatum amorem terreſtrium fuit incuruata, quod propter longam conſuetudinem aſpicere non poteſt ſuperna. Sed Ieſus eam tangit in ſabbato, quando conſilio prædicatoris vel confeſſoris ſalutem animarum deſiderantis quieſcit à peccato, & ſic erigitur ſurſum per cœleſtium appetitum. Archiſynagogus autem indignans de tali curatione, malum curatum ſignificat murmurantem de prædicatore vel confeſſore, propter quod meritò arguitur de murmure tali, quia cura maior circa humanam naturam, quam circa animalia bruta debet haberi.

a *Vocauit. Quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit.* (Rom. 8.)

b *Quia sabbato.* Deus ab operibus mundi sabbato requieuit. (Gen. 2. a.) Vnde & Moyses sabbato à seruili & noxia actione feriandum præcepit, præfigurans tempus quo nostra secularia opera, non verò religiosa, id est, laudandi Deum cessabunt. In signum huius rei etiam sabbato dominus curat. Hoc autem non intelligens archisynagogus fallitur & fallit, quia lex in sabbato non hominem curare, sed seruilia opera facere, id est, peccatis grauari prohibuit.

c *Hypocritæ.* Meritò hypocritas, id est, simulatores vocat, qui cum magistri plebium videri appetát, sanationem hominis non reuerentur postponere curæ pecoris.

d *Non soluit bouem.* MYSTICE. Bos qui cognouit possessoré suum & asinus qui nouit præsepe domini sui, (Isa. 1. a.) Iudaicum & Gentilem populum significant, qui vterque peccati vinculis absolutus, sitim æstúque huius mundi per haustum dominici fontis deposuit. In his ergo duobus animalibus vocationem duorum populorum, aduersantibus Iudęis prænunciat dominus.

e *Hanc au. &c.* Filia Abrahæ, quæque fidelis anima filia Abrahæ, ecclesia de vtroque populo ad fidem collecta, quæ tempore legis & dominicæ resurrectionis impleto, per septiformem gratiam spiritussancti vincula longæ captiuitatis erupit: & sic idem est bouem vel asinum à præsepio solutos ad potum agi, quod est filiam Abrahæ à vinculo noxiæ inclinationis erigi.

f *Erubescebant omnes.* Qui de dictis saluatoris erubescunt, ficulneæ sterili se similes ostendunt. Qui ergo gaudent de miraculis, pertinent ad filiam Abrahæ, id est, ecclesiam, Deum de sua erectione glorificantem.

g *Aduersarij.* Scribæ & Pharisæi, qui nec apertè veritati contradicere possunt, nec propter inuidiam credere volunt.

h *Omnis populus gau.* Simplices, humiles verba veritatis & miracula amantes, & isti sunt figura gentium, quæ excæcatis Iudęis congregandæ sunt ad fidem per humilitatem. V[...] dem eorum commendat sub comparatione grani [...]

i *Dicebat er.* Quandoquidem aderant gaudentes [...] dicebat ad commendationem & instructionem ill[...] humilitatem & fidei feruorem exaltandi sunt in ecclesia.

k *Simile est gra. &c.* Granum sinapis, res vilis & simplex, sed si teritur, vim suã fundit. Regnũ ergo cœlorum, id est, fides per quam venitur ad regnum, cóparatur grano sinapis: quia primò humilis & quasi abiecta & amari (†Igitur) saporis propter infirmitaté Christi & scandalum crucis, sed trita aduersis, gratiã suę virtutis effundit & odore suo circunstantes adimplet, dum gloriã resurrectionis & ascensionis etiam post mortem prædicauit toto orbe terrarum. Vel corpus Christi granũ sinapis, quod accipiens Ioseph in horto sepeliuit, quod postea in resurrectione & ascensione creuit. (†Mat. 13. d. Mar. 4. c.) Expandit ramos, prædicatores per totum mundum mittens in quorum dictis & cósolationibus fideles à fatigatione mundi respirant. Quod acceptum, quia Christi dona quæ ex diuinitate nobis cum patre tribuit, ex humanitate nobiscum accepit. Vnde: *Accepisti dona in hominibus.* (Psal. 67. d.)

l *Et creuit.* Creuit in toto mundo, vel in animo cuiusque fidelis, quia nemo repentè fit perfectus. Creuit ergo prædicatio, quia mentibus hominum quantæ virtutis esset innotuit.

m *In ar. ma.* Crescit non sicut herbæ quæ cito arescũt & corruũt, sed sicut arbor quæ longa annositate opima fertilitate gaudet.

✠ THEOPHYLACTVS. Grano sinapis comparat regnum Dei. Regnum enim Dei prædicatio est & verbum Dei: per prædicationem enim regnauit in animabus hominum. Eenimuero sicut sinapi videtur quidem paruum esse, multum autem habet virtutum, ita vt sermo euangelij, contemnitur quidem à multis vt apparet esse stultitia, cum verò illum homo susceperit vt miserit in hortum animæ suæ, arborem magnam facit ita vt & ramos dilatet, & volatilia cœli, hoc est homines, qui in sublime volare nituntur nidos habeant in ramis.

---

a ¶ *Quia qui semper videt quod semper cogitat & vbi diu sponte persistit ibi etiam cum noluerit cadit coactus.* b ¶ *Prædestinando per gratiam.*

nec omninò poterat † sursum respicere. Quam cum vidisset

a ¶ *Illustrando per doctrinam.*

a Iesus, vocauit ad se, & ait illi. Mulier, dimissa es ab infirmi-

a ¶ *Spiritualibus donis adiuuando.* b ¶ *Ad glorificandum Deum, vsque in finem perseuerando in bonis operibus.*

tate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & [1] glorificabat Deum. Respondens † autem archisynagogus [2] (†Reflecti erigere caput.)

a ¶ *Vt æmulator literæ legi.*

b indignans quia sabbato curasset Iesus dicebat turbæ. Sex [3] dies sunt in quibus oportet operari. In his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati. Respondens autem dominus ad c illum dixit: Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbato non d soluit bouem suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquae re? Hanc autem filiam Abrahæ, quam alligauit Sathanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto f die sabbati? Et cum hæc diceret erubescebant omnes ad- [4] h uersarij eius, & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ

a ¶ *Fides per quam venitur ad regnum.*

i gloriosè fiebant ab eo. Dicebat ergo: Cui simile est regnum [5] k Dei; & cui simile esse æstimabo illud? † Simile est gra- †

a ¶ *Scilicet pro feruore fidei. Vel, quia venena dicitur expellere, id est, omnia dogmata prauitatis.* b ¶ *Acceptabile habens.* c ¶ *Deus in iusto: vel, iustus vir in corde suo granum prędicationis fouet:* d ¶ *Vbi crescunt germina virtutum.*

nũ sinapis, quod acceptum homo misit in hortum

a ¶ *Vbi folia cum fructu, & in cuius diuersis sententijs spirituales quiescunt, qui pennis virtutum in alta conscendunt.*

l suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & m

a ¶ *Vt pro varietate morborum varia fit medicina.*

volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et confestim erecta est. *Licet enim per naturam possent aliqua infirmitates curari, non tamen in instanti.*

2 Respondens autem archisynagogus. *Id est, princeps synagogæ & dicitur ab archos, quod est princeps, & synagoga.*

3 Sex dies sunt in quibus opor. op. *Hoc intelligitur de operibus seruilibus, sed operatio miraculorum quæ ordinatur ad gloriam Dei & videntium deuotionem excitandam, poterat fieri in die sabbati, & conuenientius illa die quam in alys, eo quod illa dies erat ordinata cultui diuino & deuotioni populi, & hoc ostendit Christus exemplo sensibili, cum dicitur.* Hypo. vnusq. ve. *Et patet litera.*

4 Et cum hæc. *Confusi sua rationabili responsione, cui non poterant contradicere. Circa quod considerandum, quod Christus confundebat aduersarios.* (Quibus modis Christus suos aduersarios confuderit.) *Aliquando exemplis, sicut hic, Aliquando miraculis sicut suprà 5. e.* Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem dimittendi in terra peccata, ait paralytico: Tibi dico surge, &c. *Aliquãdo scripturis, sicut Matt. 21. b.* Nunquã legistis, quia ex ore infantiũ & lactentiũ perfecisti laudem, &c. *Aliquando rationibus certis, sicut Matt. 22. c.* Cuius est imago hæc & super scriptio, &c. *Aliquando testimonijs vt Io. 5. e.* Vos misistis ad Ioanné, & testimoniũ perhibuit veritati, &c.

5 Dicebat ergo. *postquam saluator posuit pænitentiæ motiuum hic consequenter ostendit sequentem ex hoc ecclesiæ fructum. Circa quod considerandum, quod licet pænitentes & conuersi ad fidem catholicam primò fuerunt pauci & abiecti temporibus persequutionis tyrannorum & hęreticorum tamen dominus postea induxit aliquos pænitentes ad fidem, qui fuerunt magni homines scientia & vita sicut fuit Ambrosius, Augusti. & consimiles, per quos ecclesia fuit exaltata valde prout hic continetur in duabus parabolis quæ exposita sunt Matt. 13.*

MORALITER.

† *Simile est grano.* Granum sinapis minimum beatum Franciscum significat humillimum propter quod suos fratres voluit vocare minores. Hoc autem granum homo Christus posuit in hortum suum, scilicet ecclesiæ militantis, vbi creuit per vitæ meritum, & per suæ religionis augmentum, & volucres requiescunt in eius ramis, quia multi magni & potentes acquiescunt filiorum suorum consilijs & doctrinis.

d acceptum mulier abſcondit in farinę, Mulier eccleſia, cuius ...mus quotquot timoris & ſpei exercitio quaſi mola ſu-...ore & inferiore conterimur, vt vnus panis multi ſimus in ...riſto. Abſcondit ergo eccleſia fermentum dilectionis in farinæ ſata tria, quia præcipit vt diligamus Deum toto corde, tota anima, tota virtute. Vel, farinæ ſata tria, vt ſpiritus, anima & corpus in vnum redacta, non diſcrepent inter ſe. Vel, tres animæ virtutes in vnum redigãtur, vt in ratione poſſideamus prudẽtiam, in ira, odium vitiorum, in cupiditate, deſiderium virtutũ. Vel, eccleſia fidẽ hominis farinæ ſata tria miſcet, id eſt, credulitate patris & filijs & ſpiritusſáđi. Cúmque in vnum fuerit fermentatũ, nõ nos ad triplicẽ Deũ, ſed ad vnius deitatis notitiam perducit.

b *Sata tria, &c.* Satum genus eſt menſurę iuxta morem Palęſtinę, modium & dimidium capiens.

Poſſunt in tribus ſatis illi dominici ſeminis fructus intelligi, triceſimus ſcilicet ſexageſimus & centeſimus, id eſt, coniugatorum, continentium & virginum. Vel ſata tria, tria genera hominum, Noe, Daniel, Iob.

c *Donec fer. &c.* Tãdiu charitas recõdita debet creſcere, donec totã mentẽ in ſui perfectionem cõmutet, vt nihil pręter Deũ diligat, & recolat quod hic accipitur in alia vita perficitur.

d *Ait autem illi quidam.* ✠ THEOPHYLACTVS. Pauci ſunt qui ſaluantur, eò quod anguſta via multos non recipiat: eſt autem dominus paterfamilias, qui conuocat omnes homines ad prandium & fruitionem æternorum bonorum. Omnes itaque virtute prædití, vſque ad Chriſtum ſtuduerunt intrare, omnes autẽ degeneres & ignaui qui poſt tẽpus prandij venerunt excluduntur. Hora autem prandij pręſens vita eſt, hoc vtique tempus prandij eſt, quo pręparamur, vt ſpirituali conuiuio excipiamur cum autem expergefactus fuerit paterfamilias hoc eſt, ad iudicium ſurrexerit ac clauſerit Ianuam, vt per inutilem pœnitentiam virtutis viam requirunt nudis verbis quaſi pulſationibus, ac ſtrepitibus quibuſdam reuocantes illam, operibus tamen carentes. Pater verò familias cum eos iuſtè excluſerit diſſimulat ſcire vnde ſint, at meritò, ſunt enim ex diabolo: dominus autem agnoſcit ſuos.

e *Et ibat, &c.* Vbique indifferenter prædicabat, non perſonas diſcernens, ſed ſalutem credentibus quærens.

† Matt.9.d — † Matt.7.b — † Mat.13.d

a ¶ Charitas pro feruore vel ſancta doctrina.

dixit: Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? † Simile eſt fermen-

a ¶ A gratia Dei, vel ſapientia Dei. b ¶ Sancta mater eccleſia. c ¶ Id eſt, commendat hominibus, de tribus Noë filijs originem ducentibus, quos eccleſia ad fidei vnitatem colligit.

a to quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, do- b nec fermentaretur totum. † Et ibat per ciuitates & caſtella c d docens, & iter faciens in Ieruſalem. Ait autem illi quidam: e Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad il-

a ¶ Quia ille vnus pro omnibus quæſierat. b ¶ Ad vitam. c ¶ Labores & ieiunia tamen amantibus iugum ſuaue eſt. d ¶ Salutis & amore præmiorum prouocati.

f los. † Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi

a ¶ Itineris aſperitate perterriti.

dico vobis, quęrunt intrare, & non poterunt. Cum autem g intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, & incipietis h foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine aperi

a ¶ Apud vos fidei & dilectionis meę characterem non approbo.

nobis. Et reſpondens dicet vobis: Neſcio vos vnde ſitis. i Tunc incipietis dicere: Manducauimus coram te & k l bibimus, & in plateis noſtris docuiſti, Et dicet vobis:

f *Contendite intrare, &c.* Quaſi diceret Verè pauci, & illi cum magnis laboribus, quia niſi mentis intẽtio ferueat, vnda mundi non vincitur, per quã anima ad ima ſemper reuocatur.

g *Cum au. intra pa.* Paterfamilias Chriſtus, cum vbique ex diuinitate ſit, illis iam intus eſſe dicicitur, quos in cœlo præſens ſua viſione lætificat, ſed quaſi foris eſt his quos in hac peregrinatione certantes occultus adiuuat. Intrabit ergo cum totã eccleſiam ad ſui contemplationem perducet. Claudet oſtium, cum reprobis locum pœnitentiæ tollet, qui foris ſtantes pulſabunt, id eſt, à iuſtis ſegregati, miſericordiã quam contempſerunt, fruſtrà implorabunt.

h *Incipietis foris ſta.* Modo tẽpore miſericordię contendite, quia tempore iudicij reprobis tollitur locus pœnitentię, qui nunc aperitur cunctis piè quærentibus.

i *Neſcio vos.* Non nouit lux tenebras, id eſt, non aſpicit, quia ſi aſpiceret, tenebræ non eſſent.

k *Manducauimus co. te. &c.* Non feſtiuitatum epulatio iuuat, quẽ fidei pietas non commendat. Non ſcientia ſcripturarum notum Deo facit, quem operum iniquitas indignum oſtendit. Vel de Iudæis ſimpliciter intelligendum eſt, qui reſpuentes myſteria fidei, gratos ſe Deo arbitrantur, quod in templo victimis oblatis coram domino epulantur, & lectionem prophetarum auſcultãt, vel myſticè. Manducat coram domino & bibit, qui verbi pabulũ auidè ſuſcipit. Vnde quaſi exponendo ſubiungitur:

l *In plate. &c.* Scriptura in obſcurioribus, cibus eſt, quia quaſi exponendo frangitur, & manducando glutitur. Potus enim in apertioribus, vbi ita abſorbetur ſicut inuenitur. Et occulta ergo & aperta ſe intellexiſſe teſtantur, qui reprobante iudice, quod manducauerunt conqueruntur.

☞ Ibi

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ait autem illi. *Poſtquam ſaluator, ſuprà poſuit pœnitentia motiuum ſequentem fructum, hic conſequenter oſtendit pœnitendi modum. Circa quod ſciendum, quod in pœnitentibus triplex eſt difficultas ad opera virtutum.* (Difficultas triplex pœnitentibus ad opera virtutum.) *Vna eſt ex corruptione natura per peccatum primorũ parentum, ex quo cauſata eſt in humana naturę pronitas ad malum & difficultas ad bonum, ſecundum quod dicitur Gene.8.d.* Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcentia ſua. *Secunda eſt, quia ex peccatis præteritis cauſatus eſt in ipſis peccantibus quidam habitus, vel ſaltem diſpoſitio inclinans ad peccata ſimilia. Tertia eſt ex difficultate operis virtuoſi, quia virtus eſt circa bonum arduum & difficile, & ideò modus pœnitendi ad hoc, quod ſit efficax, debet cum magno conatu fieri, & hoc, quod eſt dicitur.*

2 Conten. intra. *Et per hoc etiam ſoluitur quæſtio propoſita de paucitate ſaluandorum: quia pauci reſpectiuè inueniuntur ita feruidè pœnitentes quod non impediantur propter dictas difficultates, ideò ſubditur:*

3 Mul. dico vob. quæ. &c. *Et iſti ſunt tepidi prędictis difficultatibus impediti. Et quia non ſemper durat tempus pœnitendi, ideò ſequitur:*

4 Cum autem intra. *Iſte paterfamilias eſt Chriſtus qui per paſſionem ſuam intrauit gloriam, vt habetur infrà. 24. d.* Oportuit Chriſtũ pati & ita intrare in gloriam ſuam, *Ex quo etiam oſtenditur, quod alij non habebunt ingreſſum facilem.*

5 Et clauſerit oſtium. *In morte peccatori clauditur oſtium pœnitentię.*

6 Incipietis foris ſtare & pulſare. *In quo oſtenditur pœnitentia poſt mortem, ſed infructuoſa, ſecundum quod dicitur Sapientia 5. a.* Dicentes intra ſe pœnitentiam agentes, &c.

7 Tunc inci. dicere. *Hoc potiſſimè refertur ad Iudęos, inter quos Chriſtus conuerſatus fuit, & in plateis eorum docuit.*

✠ Neſcio

MORALITER.

† *Cui ſi. &c.* Licet fermentum in ſcriptura frequentius accipiatur in malo, tamen hic accipitur in bono, & propter virtutẽ alterandi ſignificat verbum euangelicum, quando ad fidẽ tranſmutauit magnam partem mundi, & adhuc amplius tranſmutauit, vnde in figura huius in Pẽthecoſte quę celebrabatur à Iudęis, propter beneficium legis datæ, quæ fuit euangelij figura offerebantur duo panes de ſimila fermentata, vt habetur Leu. 23. b. Hoc autem fermentum poſitum fuit in ſatis tribus, id eſt, in tribus mundi partibus à tempore apoſtolorum, & amplius ponetur donec fermentetur totum.

† *Et ibat.* Per hoc oſtendit qualiter prædicator euangelij debet eſſe diligens in prædicatione verbi diuini.

2 *Contendite.* Non enim poteſt fieri ſine conatu magno, quod homo terrenus fiat ciuis in cœlo.

4 *Cum autem in paterfa. &c. oſti.* Quod in morte cuiuſlibet clauditur, quia tempus ſuum mœrendi finitur.

† *Dom. ap. no.* Per hoc non ſignificatur poſſibilitas intrandi ſed voluntas, ſi poſſibile eſſet.

† *Neſcio vos.* Scilicet per approbationem.

† *Manducaui. co te.* Scilicet cibum euchariſtiæ.

† *Et bibimus po.* Salutaris ſapientiæ.

† *Et in plateis no. docuiſti.* Per prædicatores & doctores eccleſiæ? Et ſubditur.

a *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Fletus de ardore, stridor dentium de frigore solet excitari, quia ibi transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium. Vel stridor prodit indignantis affectum, quod serò pœnitet, quod deliquit pertinaciter. Vel stridebunt dentibus, qui hic de edacitate gaudebunt. Flebunt oculi qui hic per concupiscentias vagabuntur. Et nota per fletũ qui est oculorum, & stridorem dentium, veram impiorũ resurrectionem.

† Mat. 7. d. & 8. b.

b *Et venient.* Multi prius feruẽtes postea torpent. Multi prius frigidi, subitò ardescunt. Multi in seculo despecti, in futuro sunt glorificandi. Alij apud homines gloriosi, in futuro sunt damnãdi. Vel gentiles qui diu sine fide vixerant, ad fidem sunt vocandi, Iudæi execrandi.

† Mat. 8. b.

c *Dicite vulpi illi.* Vulpis animal dolosum, in fouea ad insidias latens, odore fœtẽs, nunquã rectis itineribus incedens. Hæc omnia Hæreticis (quorum Typum tenet Herodes) congruunt, qui Christum, id est, humilitatem Christianæ fidei in credentibus conantur extinguere.

† non contingit fieri non potest.

✠ THEOPHYL. Videtur quidem Herodem appellare vulpem, sed Pharisæos notat, si quis diligenter cõsideret, nõ enim dixit vulpi illi, sed *huic*, media quadã voce vsus. Idque fecit singulari numero dicendo vulpem, Herodem illos suspicari fecit, dicendo autem huic quod est pronomen demonstratiuum nos ipsos esse dolosos illos, & profectò pharisæi præ se ferebat malignos versipellésque vulpium mores.

¶ Quasi dicat hoc non sufficit.

Nescio vos, vnde sitis. † Discedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Cum videritis A- ¶ A quibus successionem carnis, non fidei trahitis. ¶ Quiescentes. braham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. † Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei. ¶ Vt Iudas. † Et ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui e- ¶ Vt latro. ¶ De Galilæa vbi dominatur Herodes, & transit in locum vbi non habet potestatem. rant nouissimi. In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. ¶ Vt homines sua peccata & errores damnent in quibus vixerunt. Et ait illis: Ite & dicite vulpi illi: Ecce eijciò dæmonia, & sa- ¶ Vt viuant secundum præcepta meã quę sunt vera sanitas. ¶ Et sic præparatos in resurrectione mecum glorificabo. nitates perficio hodie & cras, & tertia die † consummor. Ve- ¶ Hæc ambulatio ad literam intelligitur, qua ibat in Ierusalem. runtamen oportet me hodie & cras, & sequenti die ambulare, ¶ Absolutè id est, non conuenit, vel, non capit Herodes. quia † nõn capit Prophetam perire extra Hierusa-

d *Ecce eijcio dæmonia & sa.* Quasi diceret. Nec Herodes, nec hæretici quorũ ipse figura est, poterunt perturbare quod intendo facere. Intendo autẽ eijcere dæmonia de cordibus hominũ, vt relictis vanitatibus in me credant, & perficere sanitates, vt secundũ mea præcepta viuãt postea consummor in meo corpore, quod est ecclesia, quã in die resurrectionis glorificatum ad cõsortiũ Angelorũ perducã. Quãdo vero patiar, nõ sub Herode, sed sub Pilato qui in Iudæa dominatur, patiar.

† Ibid. 10. b

† consummo finio.

e *Veruntamen opor.* Nõ poterit perturbare Herodes quin ita agam & ita consummar, sed nec mortem corporis mei poterit operari, quam in Hierusalem oportet fieri, vbi non ipse sed Pilatus dominatur.

f *Hodie & cras, & sequenti die ambulare, quia non capit proph. &c.* Prima dies, est per Dei gratiam abrenunciare vanitatibus. Secunda,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nescio vos, vnde sitis: *Quia nesciet eos scientia approbationis, sed reprobationis.*

2 Ibi erit fletus & stridor dentium. *In fletu enim duo sunt, scilicet tristitia animi ex qua procedit fletus corporalis: & secundùm hoc fletus erit in damnatis generaliter tam dæmonibus quam hominibus. Aliud ex parte corporis, scilicet resolutio lachrymarum, turbatio cerebri & oculorum, & quantum ad hoc fletus non potest esse in dæmonibus, neque in animabus separatis. Sed post resurrectionem in hominibus damnatis erit turbatio cerebri & oculorum, non tamen fluxus seu resolutio lachrymarum, quia cessante motu cœli tunc cessabit omnis generatio & corruptio. Stridor autem dentium non importat aliquam corruptionem, & ideo poterit ibi esse.*

3 Cum videritis Abraham & Isaac, Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, &c. *Hoc propriè erit in extremo iudicio, quando reprobi videbunt electos resurrexisse in corporibus gloriosis, & audient vocem iudicis eos vocantis ad regnum cæleste & condemnantis reprobos ad pœnam gehenna, secundùm quod dicitur Matth. 25. d. Tunc enim videbunt se expelli per dæmones executores diuinæ iustitiæ.*

4 Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & austro. & accumbent in regno Dei. *Quia ab vniuersis mundi partibus Gentiles conuersi sunt ad fidem, qui tunc recipient gloriam in anima & corpore.*

5 Et ecce sunt nouissimi qui erant primi. *Scilicet Iudæi, qui erant primi ad recipiendum beneficia Dei, erunt posteriores Gentilibus propter suam incredulitatem. & hoc est quod dicit Apostolus Rom. 11. c.* Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, &c.

6 In ipsa die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi. *Hæc est pars incidentalis. Aliqui enim Pharisæorum non potentes doctrinæ Christi contradicere, per cautelam voluerunt terrere eum, & sic eius doctrinam impedire dicentes:*

7 Exi & va. hinc quia He. vult te oc. *De quo videtur, quod tunc erat in terra Herodi subiecta, veruntamen videtur quod isti dixerunt falsum ex hoc quod habetur infrà 23. b.* Herodes autem viso Iesu gauisus est valde, erat autem ex multo tempore cupiens videre eum, &c. *Christus tamen in sua responsione ostendit se talibus non terreri, nec à bonis operibus impediri, dicens.*

8 Dici. vul. il. *Id est, Herodi. Vulpes enim est animal dolosum, rapax, tortuosè incedens, & fœtidum. Sic princeps malus, qualis erat iste Herodes, est dolosus, per machinationes mali, rapax æris alieni, tortuose incedens per peruersitatem iudicij, fœtidus per infamiam nominis sui.*

9 Ecce eijcio dæmonia. *Et non possunt mihi resistere, cum tamen sint maioris potestatis quam Herodes, quasi dicat, non habeo timere eum.*

10 Sanitates perficio hodie & cras, & tertia die co. *Quia Christus duobus annis prædicauit ista beneficia conferendo, & in tertio anno sue prædicationis passus est. Vel, hodie & cras, id est paucis diebus vsque ad tempus passionis meę in Ierusalem.*

11 Quia non capit prophetam perire extra Hierusalem. *Quia conueniens fuit Christum pati in loco passionis Prophetarum, qui est Hierusalem, vt patet ex decursu veteris testamenti, vnde & de Manasse rege Iuda dicitur 4. Reg. 21. c. quod impleuit Hierusalem sanguine prophetarum vsque ad os, & ideo conueniens fuit Christum ibidem pati. Tum quia est caput omnium prophetarum: Tum quia omnes prophetæ de eo scripserunt*

MORALITER.

1 *Nescio vos vnde sitis.* Nam dicta bona vel alia non proficiunt defunctis sine gratia.

3 *Cum videritis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophe. &c.* Per quem significatur bonus prælatus, eo quod interpretatur pater multarum gentium. Per Isaac qui interpretatur risus, significatur Deo seruiens in lætitia, & deuotione iucundus. Per Iacob qui supplantator interpretatur, supplantans vitia per virtutem designatur. Per Prophetas boni doctores & prædicatores intelliguntur, & omnes isti in regno Dei recipientur.

4 *Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & austro & accũbent in regno Dei.* Per quem significatur tempus iuuentutis, per Occidentem tempus senectutis, nam aliqui veniunt ad Dei seruitium in vtroque tempore. Et aliquando contingit quod aliqui tardè venientes magis proficiunt quam primi, ideo subditur.

5 *Et ecce sunt nouissimi qui erant primi.* BEDA. Multi prius feruentes, postea torpent, & multi prius tepidi subitò inardescunt.

6 *Et in ipsa die accesserunt quidam pharisæorum dicentes illi. Exi & vade hinc quia Herodes.* Secundum sensum literalem isti per minas volebant Christum expellere de Iudæa, ne prædicaret in ea, sed Christus ostendit se non timere, nec à prædicatione voluit cessare. Per hoc ostendens, quod prædicator Euangelij pro talibus minis non debet prædica-tionis

…o[…]ibus & […]ertia; est vltima […]

[…]salem, Hie[…]qua. Vbi prophetæ mei, ibi ego caput [pro]phetarum debeo immolari, pro quo peccato iustè ipsa de[s]truetur, cui destructioni eorum sicut pius pater condoleo.

&c. omnes retrò prophetas à se missos testatur.

d *Quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Et ecce relinquetur vobis.* Pulchrè qui Herodem de sua nece tractantem vulpem vocauerat, se aui comparat, quia fraudulenta vulpes semper auibus insidias tendit.

✠ THEOPHYL. Duplicatione nominis ostendit amorem quem erga illos habet Dominus. quemadmodũ enim amator quis ab amica cõtemptus; ita reuocat adulteram Synagogam. Ostendit, item suam misericordiam, quod sæpenumero voluerit congregare illos, & illorum significat arrogantiam, dicendo, quia noluistis,

† Matth. 13. d.

a ¶ Homines non sua plangit affectu patris. b ¶ Dominum Prophetarum nunciantes.

lem. † Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & la-

a ¶ Duricia cordis à te repellis, vel, corporaliter vt Stephanum. b ¶ Hactenus ad te missi sunt. c ¶ In vnitate fidei.

pidas eos qui mittuntur ad te: Quoties volui congregare

a ¶ Patriarcharum heredes.

filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis, &

¶ In proximo.

noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico

a ¶ Post passionem. b ¶ Hora qua confiteamini filium omnipotentis, quem benedictum, id est, à peccato immunem misit pater ad glorificandum suum nomen.

autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cùm dicetis, benedictus qui venit in nomine Domini.

e *Domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia.* Templum vel ciuitas, quia occiso Domino, Romani quasi vacuum nidum diripientes, tulerunt locum & gentem.

f *Non videbitis me donec veniat.* Nisi pœnitentiam egeritis & confessi fueritis me filium omnipotentis patris in secundo aduentu faciẽ meam non videbitis.

relinquo vos postea, in tantum enim odio habui malitiã vestram, vt neque templum domum meam esse dicam sed vestram.

b *Quoties volui congregare.* Ac si dicat: Ego volui & tu noluisti: & quotquot congregaui mea voluntate semper efficaci, te nolente feci, quia ingrata semper fuisti.

c *Filios tuos.* In hoc quod dicit: *Quoties volui congregare filios tuos, &c.* omnes

g *Cùm dicetis, benedictus qui venit in nomine Domine.* Hoc quidem turbæ dixerunt Domino veniente in Hierusalem. Sed quia Lucas non dicit Dominum ad Galilæos postea reuersum, vt ab illis hoc ei decantaretur, cogit mysticè hoc de aduentu claritatis intelligi.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

scripserunt, secundùm quod dicitur Act. 10. g. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent. Et propter dictam occasionem exprobrat consequenter ciuitati Hierusalem.

1 Hierusalem, Hierusalem, quæ oc. &c. *Patet sententia ex dictis Matth. 23.*

CAP.

MORALITER.

tionis officium omittere, per quod dæmones eijciuntur, cum per hoc peccatores pœnitent, & sanitates perficiuntur, cum pœnitentes ad opera perfectionis anhelant.

1 *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, &c.* Istud exponetur infra.

CAP. XIV.

a ET *factum est, &c. Hydropicus erat ant.* Hydor aqua, inde hydropis, morbus aquosus subcutaneus, de vicio vesicæ natus cum inflatione turgente & anhelitu fœtido: Et est propriũ hydropici, quanto plus bibit, tanto plus sitit, & ideo cõparatur ei quem fluxus carnalium voluptatum exuberãs aggrauat, comparaturque diuiti auaro.

C Hydropici natura, & quid sibi cõparatur.

✠ THEOPHYLACTVS. Dominus satis sciẽs Pharisęorum morositatem ingreditur in eorũ domus curę enim ei erat animarum vtilitas, & propterea ingressus est. Potuissent enim vel ex doctrina & sermone, vel ex ostensione miraculorum vtilitatem percepisse, siquidem voluissent. Porro cum in medium venisset hydropicus, non hoc considerabat Dominus, quomodo non offenderet multos, sed quomodo sanaret eos, qui cura sua indigebant. Oportet enim nos vbi magna perspecta vtilitas, nõ curare insipientes qui scandalizantur.

CAP. XIV.

ET factum est, cùm introisset † Iesus in domum cuiusdam Principis † Pharisæorum

a ¶ Pharisæi.

sabbato manducare panem, & ipsi obser-

¶ Si sabbathum solueret.

uabant eum. Et ecce homo quidam hydro-

¶ Insidiosis obseruatoribus. a ¶ A legisperitis, legis iudicium quærit.

picus erat ante illum. Et respondens Iesus dixit ad legispe-

¶ Opera charitatis facere; vt non soluatur sabbatum.

ritos & Pharisæos, dicens: † Si licet sabbato curare?

† non habet Iesus † sacerdot[…]

† Mat 12. a † Mar. 3. a. supra. 6. b.

b *Si li. sab.* Sabbatis præcipuè docet & operatur Iesus, nõ solum propter spirituale sabbathum, sed & propter populi celebriorem cõuentum, quærẽs salutem omnium.

At illi

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIV.

ET factum est. *Posita informatione pœnitentium, hic consequenter ponitur confutatio impœnitentium. Dicuntur autem impœnitentes propriè qui ad verbum Christi non conterebantur, sed potius indurabantur in malis suis, & insuper Christo insidiabantur, quales erant Pharisæi & legisperiti. Primò ergo ponitur istorum confutatio. Secundò, simplicium informatio.* Ibant autem turbæ. *Prima diuiditur in quatuor, quia primò confutat eos de ignorantia. Secundò, de superbia, ibi. Dicebat autem & ad inuitatos. Tertiò, de cupiditate, ibi:* Dicebant autem ei. *Quartò, de ingratitudine ibi:* At ipse dixit. *Circa primum sciẽdum, quòd inuidia excęcat intellectum, & ideo Pharisæi & legisperiti ex inuidia contra Christum excæcati dicebant eum legis transgressorem, eo quod curabatur in sabbato, quod tamen est falsum vt dictum est cap. præce. & hoc iterum ostenditur ad maiorem confirmationem in curatione hydropici, cum dicitur:*

Diuisio.

1 Et factum est, cùm intro. *Iste inuitauit Christum, vt patet ex sequentibus. Et videtur quod hoc fecit malitiose, & non ex deuotione, vnde subditur:*

2 Et ipsi obser. *Attendentes si inter epulas aliquid diceret aut faceret vnde possent eum accusare.*

3 Et ecce homo quidam hydrop. *Et dicitur ab hydor quod est aqua, quia hydropicus habet aquam inter carnem & cutem.*

4 Erat ante illum. *Dicit Cyrillus quod iste non petebat à Christo sanari timore Pharisæorum, sed solum se ostendebat, vt Christus eum videns eius misereretur.*

5 Et respondens, *Non ad verba, quia quæstio sibi non proponebatur, sed ad cogitationes Pharisæorum & legisperitorum, quoniam cogitabant curationem in sabbato esse illicitam.*

At illi

MORALITER.

† 1 *Et factum est.* Sequitur:

3 *Et ecce homo.* Per hydropicum qui cum plus bibit plus sitit, significatur cupidus & auarus, qui cum plus acquirit, ad acquirendum amplius inardescit. Iuuenalis, *Crescit amor nummi quantum pecunia crescit.* Et iste stat ante Iesum, cùm conuertitur ad Deum, paratus acquisita dispensare ad honorem diuinum, & sic recuperat sanitatem, quia de cupiditate mutatur in libertatem.

At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc * respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm inuitatus fueris * ad nuptias, non discumbas in primo † loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab eo, & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum, & tunc incipias cum † rubore nouissimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cùm venerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram † simul discumbentibus, † quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem

a ¶ Abire corporaliter sanatum, vt se transferret ad salutem animarum. ¶ Omnes in hac auaricia similes estis. a ¶ Non animali, sed suæ auariciæ consulens. ¶ Non intelligens in hoc violationem sabbati. a ¶ Ab ipso principe. b ¶ Aliud mysticè significantem. c ¶ Intelligens quomodo illi de primis accubitibus laborarent, vnde reprimuntur. a ¶ Nuptiæ Christi & ecclesiæ coniunctio. b ¶ Quia potest contingere. a ¶ Gratiosior inuitatori, & si alijs occultus. b ¶ Per gratiam suam, te & illum ostendens. a ¶ Deus qui corda singulorum nouit. b ¶ Intelligere te minorem. a ¶ Quanto maiores, humiliate te in omnibus. b ¶ Ad iudicium, vel, quotidie augendo humilibus gratiam, quam aufert à superbis. a ¶ Ex humilitate te amicum recognoscat qui ex præsumptione post poneberis. b ¶ Ad maius præmium æternæ gloriæ, vel hic, ad maiora dona sancti spiritus recipiendum. a ¶ In eadem beatitudine, vel in eadem fide quiescentibus. b ¶ Incaute de meritis alleuat. a ¶ A Deo, si non coram hominibus. b ¶ Proinde de beneficijs. c ¶ A Deo.

† sab aliquo. † pudore. † accumbentibus tecum. † accubitu.

a *At illi tacuerunt.* Meritò tacent, qui contra se dicturum quidquid dixerat vident. Si enim licet, cur obseruant? Si non licet cur pecora curant?

b *Ipse verò.* Ideo ante Pharisæos hydropicum sanat, & mox contra auariciam disputat, vt ipsos auariciæ arguat per quam sabbatum violat, & legé malè interpretatur. In sabbato enim nō à bonis, sed à malis operibus feriādum est, vnde dicitur: *Omne opus seruile non facietis in eo, id est peccatum.* (Leuit. 23. a.) Sic in æterna requie à malis tantū feriabitur, nō à bonis. *Vicium.* quod iste in corpore, Pharisæi gestabant in mente, & ideò corā ipsis curatur corporaliter, vt hoc, exemplo discant spiritualibus curari.

c *Cuius ve.* Competēti exemplo soluit quæstionem, vt ostendat eos sabbatum violare in opere cupiditatis, qui eū violare arguunt in opere charitatis.

d *Bos in pu.* Congruè animali quod decidit in puteū hydropicum cōparat, quia noxio humore peribat. Et bene bouē & asinū nominat, vt vel sapientes vel hebetes, vel vtrumque populum signat, scilicet Iudæum pressum iugo legis, & gentilem nulla ratione domitum, sed stolidum & brutū, quos omnes à puteo concupiscentiæ demersos extrahit: *Omnes enim peccauerunt, & egent gratia Dei.* (Rom. 3. c.)

e *Dicebat autem.* Postquam conuicerat illos de auaricia & violatione sabbati, incipit docere de euangelica gratia illos qui aderāt idonei, inuitans illos ad humilitatem contra tumorem quem habebant in lege Pharisæi, vel intendens in doctrina sua quomodo debeant accubitus in ecclesia eligere.

✠ THEOPHYLACTVS, Vides cœnas Christi, quales sint nempe in vtilitatem animæ, vt non in satietatem ventris vertantur. Ecce sanauit hydropicum, docet Pharisæos, quod bonum sit in sabbato benefacere, vt postea videns eos de p[...] tu tumultuari, sanat & hanc affectionē, quæ non à [...] gna, vt vix effugabili causa incipit, inani inquam glo[...]

f *Cum inuitatus fueris.* Cum per gratiam fidei vocatu[s] [...] catore, membris ecclesiæ te iunxeris, non te de meritis [...] do, quasi cæteris [su]blimior extollas.

g *Ne forte honora.* Honoratiori post inuitato locū dat, qui de suæ conuersationis confidētia securior factus, cito illorum qui se in Christo secuti sunt agilitate præitur. Et cum rubore nouissimū locum tenet &c. cum de alijs meliora cognoscens, quidquid de sua operatione altum senserat humiliat, dicēs cum propheta: *Exaltatus autem humiliatus sum & confusus.* (Psal. 87. d.)

h *Et tunc incipias cū rubore nouissimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris, &c.* Et tūc erubescēs quod de te aliquando maiora præsumpsisti, incipies ad pœnitentiam humiliari, & te minoris cognoscere meriti, Ne nūc incipias quærere quod tibi seruatur in fine, quia hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissima benedictione deficiet.

i *Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* (Mat. 23. b, Luc. 18. c.) Quotidie Dominus dum conuiuas suos visitat, & diiudicat, tanta spiritus sui humilibus dona præstat, vt eos cœtus fideliū cum admiratione glorificet, stupensque in autoris sui laudem prosiliat dicens: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* (Psal. 138. c.)

k *Dicebat autem.* Secundum ordinem literę. Postquam monuit inuitatos qualiter debeant accumbere, monet & inuitatorem quos debeat inuitare, ne temporalis expensio bonorum quā facit, cædat in vacuum, vel forsitan augmentet peccatum: sed ita expendat temporalia, vt per hæc pateat via ad æterna.

l *Et ei.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 At illi tacue. *Quia si dixissent: Non timebant ab eo ratione confutari. Si autem dixissent: Sic non haberent frontem ipsum de hoc accusandi.*

2 Ipse verò apprehensum. *Quia per impositionem manus ipsum curauit, & postea manum retraxit.*

3 Et respondens. *Cogitationibus eorum quibus cogitabant illud factum illicitum.*

4 Dixit. *Ostendendo illud esse licitum, & bonum, per exemplum animalis bruti, cuius periculo licitum erat succurrere in sabbato etiam secundum ipsos, & multo fortius succurrendum est homini propter quē facta sunt animalia bruta, & qui factus est ad imaginem Dei.*

5 Et non poterant ad hæc respondere illi. *Tanquam confusi euidenti ratione.*

6 Dicebat autem. *Hic confutat consequenter eos de superbia & ambitione indebita bonorum, quod notatur cum dicitur:*

7 Intendens quomodo primos. *Id est, primas sedes in conuiuijs solemnibus.*

8 Cum inuitatus fue. ad nup. non di. in primo lo. *Per primum locum non solum intelligitur hic honorabilior sessio in conuiuijs solemnibus, sed etiam quælibet electio vel postulatio seu promotio ad aliquam dignitatem. Et hoc patet ex hoc quod præmittitur.* Dicebat autem & ad inuitatos parabolam. *Parabola est alterius rei significatiua, ad dignitates autem se nullus debet ingerere, sed alios meliores se præponere quantum est in se, alioquin inuitator principalis, scilicet Deus, à quo est omnis potestas, deijciet eum à sua dignitate saltem spiritualiter sententia damnationis. Aliquando etiam deijcit tales pœna temporalis depositionis. Si autem humiliter refugiens, sicut faciebant patres antiqui, vt Greg. & Ambr. & consimiles, tandem ex obedientia susceperit, & ex charitate fraterna ea bene vsus fuerit, tandem cœlestem gloriam obtinebit, ideo subditur:* Et erit tibi gl. *Cuius ratio subditur cum dicitur:*

9 Quia omnis qui se ex. *Præsumptuose se dignitatibus ingerendo.*

10 Humiliabitur. *Modo prædicto.*

11 Et qui se hu. *Non fallaciter & ficte, secundum quod dicitur Eccle. 19. d.* Est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, *sed qui veraciter & ex corde.*

12 Exaltabitur. *Secundum quod scribitur Prouer. 29. d.* Humilem spiritu suscipiet gloria.

13 Dicebat. *Hic consequenter arguit Pharisæos de cupiditate, quia faciebant conuiuia non moti pietate, sed magis cupiditate, intendentes per*

MORALITER.

8 *Cum inui. fue.* Omnes catholici sunt ad Christi & ecclesiæ nuptias inuitati, sed illi in primo loco recumbunt, qui dignitatibus ecclesiæ se ingerunt, quos sponsus ecclesiæ Christus deijcit ab ecclesia triumphante & aliquando etiam à militante, humiles verò recumbunt in nouissimo loco, vt sponsus eos exaltet in cœlo.

† Cum

et ei qui se inuitauerat. Principi Pharisæorum loquitur, qui forsitan superbire poterat, quia tot ad conuiuium quasi ex misericordia vocauerat, vel sicut ex verbis Domini potest concipi, ideo potius inuitauerat, vt ab illis iterum inuitaretur, & sic nulla specialis retributio sequeretur.

fore asserit, etsi non bene intelligat quibus meritis ad illam beatitudinem possit attingi.

g *Beatus qui man. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Si quis incarnationis sacramento perfectè incorporatus, diuinæ maiestatis visione frui meruerit, hic æterna beatitudine gaudebit. Sed quia multi fidetenus quasi orando percipiũt, dulcedinem verò eius veraciter attingere fastidiũt, torpor eorum redarguitur, vnde sequitur.

h *Homo quidam fe.* Verbum incarnatũ satietatẽ internę dulcedinis multis præparauit, sed pauci veniũt, quia multi qui per fidẽ ei subijciũtur malè viuendo ei cõtinuò cõtradicũt.

✠ THEOPHYL. Ex duobus generib⁹ constabat conuiuiũ, ex vocatis & his qui vocabant vocatorũ genus salubri admonitione ad humilitatem induxerat, & cõuiuiũ minime sumptuosum illis propo suerat, nunc & in eũ qui vocauerat, vicissim liberalitatem suã exercet, & admonitione reinuitat, abducens eum ne conuiuia instituat humani fauoris vel remunerationis mox recipiendæ gratia.

† Tobiæ. 4. b.

a ¶ Quacunque hora diei. b ¶ Vespere.

a b & ei qui se inuitauerat. Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos neque vicinos, neque diuites, ne fortè & ipsi te reinuitent, & fiat tibi retributio. † Sed cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, cœcos & claudos, & beatus eris: quia non † habent retribuere tibi. Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cùm audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit eis Homo quidam fecit cœnam magnam,

(1–17)

a ¶ Carnali affectu vel cognatione coniunctos. ¶ Propter hoc quod diuites. c ¶ Non ait: Et fiat tibi peccatum, sed fiat tibi retributio. a ¶ A quibus nihil in pręsenti potes expectare. ¶ Vnde possunt. ¶ A Deo, scilicet. ¶ Vel retributione. a ¶ Quod in resurrectione essent beatificandi pauperum susceptores. a ¶ Ego sum panis viuus qui de Cœlo descendi. a ¶ Quasi dicat, Verè beati qui comedent, sed dedit terrenis vel curiositati vel voluptatibus huius mundi non comedent.

† possunt.

b *Nolite vocare ami.* Fratres, amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare, non quasi scelus interdicit, sed ostendit non valere ad præmia vitæ. Sunt autem & quædam talium diuitum conuiuia, quæ non solum in præsenti retributiones, sed etiam damnationem percipiunt futuro, vnde Apostolus: *Non in comessationibus & ebrietatibus*, id est, in luxuriosis conuiuijs, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus contubernalibus solent exhiberi, vbi neminem pudeat aliquid inhonestum facere vel dicere.

Rom. 13. b.

c *Ne forte.* Quasi dicat, si intendis inuitare, vt inuiteris, ibi potes falli, sed si distribueris pauperibus, de mercede non falleris.

d *Voca pauperes.* Qui pauperes vocat in futuro præmium percipiet. Qui amicos & fratres & diuites vocat, recepit mercedem suam. Sed si hoc propter Deum facit, in exẽplum filiorum Iob, sicut cætera fraternæ dilectionis officia, ipse qui iussit remunerat. Qui luxuriosos propter lasciuiam vocat, pœna non carebit.

e *In resurrectione iustorum.* Cum omnes resurrecturi sint, tamen singulariter & quasi propria dicitur resurrectio iustorum, qui in ea sunt immutandi.

f *Hęc cum audisset quidam de si.* Illectus dulcedine auditæ resurrectionis in laudem eius prorumpit & in ea verè beatos fore

✠ THEOPHYL. Quãdo vindicaturã Dei virtutẽ scriptura significat, Pátheram eum vrsum & pardum vocat, quando autem misericordiam vult insinuare hominem inducit. Sicut & nunc misericordissimam eius dispensationem intelligens quam operatur in nobis qua nos facit participes carnis filij sui hominem eum nominans. Cœnam enim magnam vocat dispensationem hanc, cœnam quidem eo quod in nouissimis temporibus, etenim ad vesperam sæculi venit Dominus, magna autem cœna hæc quoniam ex confesso magnum est salutis nostræ mysterium, & misit seruum suum hora cœnæ. Quis est seruus ille? is qui forma serui assumpta, filius Dei, homo factus, & vt homo missus esse dicitur. Attende quomodo nõ dixerit seruum, sed cum articulo seruum illum suum. Illum propriè dixit, quia iuxta formam humanam ei placuit, & seruiuit: Non enim vt filius & Deus tantum bene placitus est patri, sed vt sicut homo ipse solus sine peccato, omnibus paternis consilijs & mandatis ministrauit & paruit, vt implens omnem iustitiam seruire dicitur Deo & patri, & ideò ipse solus propriè seruus Dei dicitur.

i *Cœnam ma.* Hoc conuiuiũ, non prandiũ sed cœna dicitur, quia post prandiũ de quo Matthæus agit, cœna restat, post cœnam nullũ conuiuiũ restat, de prandio multi, & de cœna nullus eijcitur.

Matt. 22. a.

☞ *Et misit*

NICOLAVS DE LIRA.

tes per hoc consequi aliquam vtilitatem seu honorem per adiutorium illorum quos vocabant ad conuiuia & hoc est quod dicitur: Dicebat autem & ei qui se inui. *Vt per refectione corporali reponderet ei spiritualem, scilicet, documentum pietatis. Sciendum tamen, quod licet dirigeret verbum ad ipsum, tamen per hoc alios assistentes qui erant in hoc culpabiles arguebat.*

1 Cum fa. pran. aut cœ. no. vo. *Id est, propter amicitiam secularem.*
2 Neque fratres tuos. *Id est, propter consanguinitatem.*
3 Neque cognatos, *Id est, propter affinitatem.*
4 Neque vicinos, *Propter familiaritatem.*
5 Neque diuites, *Id est, propter aliquam vtilitatem consequendam, ideo subditur.*
6 Ne forte & ipsi reinuitent te. *Ista reinuitatio intelligitur cuiuscunque boni temporalis recompensatio. Notandum tamen, quod si vocentur prædicti ad conuiuia propter charitatem mutuam nutriendam, meritorium est. Si autem ad lasciuiam aut gulam exercendam peccatum est. Si autem propter liberalitatem quandam seu vrbanitatem indifferens est, & potest bene fieri & male prout ad finem vlteriorem ordinatur, qui potest esse bonus vel malus.*
7 Sed cum fa. con. *Motus pietate.*
8 Voca pauperes. *Carentes sensu.*
9 Debiles. *Carentes conatu.*
10 Cœcos. *Priuatos visu.*
11 Claudos. *Carentes gressu.*
12 Et beatus eris. *Quia Deus retribuet tibi.* Pietas enim ad omnia vtilis est promissionem habens vitæ, quæ nunc est, futuræ. 1. *Tim.* 4. *c. ideò subditur.* Retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum, *Sequitur:*
13 Hæc cum audisset quidam. *Christum loquentem de resurrectione; motus verbo Christi prorupit in hæc verba.*
14 Beatus qui manducabit panem in regno Dei. *Dicunt aliqui, quod per panem iste intelligebat beatitudinem veram quę consistit in visione & fruitione deitatis Christi principaliter & humanitatis secundariò, qui vocat se panem vitæ, Ioan. 7. Alij autem dicunt, quod iste erat rudis & carnalis credens quod resurrectio futura esset ad vitam cibis corporalibus indigentem, sicut credunt Saraceni & Iudæi moderni. Et istud videtur verius, quia statim Christus respondens proposuit parabolam de his qui propter suam ineptitudinem excludendi sunt à conuiuio cœlesti.*
15 At ipse dixit ei. *Hic consequenter Christus arguit eos de ingratitudine, quia Iudæi præ cęteris gentibus fuerunt inuitati ad beatitudinem cœlestem, primo per Prophetas, secundò per ipsum Christum eis prædicantem in persona propria, tertiò per Apostolos, & tamen renuerunt venire per fidem: & ideò vocati sunt gentiles, secundùm quod dicitur Act.* 13. *b.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes? sic enim nobis pręcepit Deus. *Et hoc est quod dicitur nobis parabolicè.*
16 Homo quidam. *Id est, Christus verus homo & verus Deus.*
17 Fecit cœ. magnam. *Id est, statuit cœlestem beatitudinem, quæ vocatur cœna, eo quod est refectio vltima.*

✠ Et vo-

MORALITER.

† 2 *Cum facis prandium aut cœ.* Prędicator verbi diuini facit conuiuium spirituale, sed si faciat hoc propter honoris vel lucri temporalis consecutionem, non habebit à Deo mercedem. Si verò faciat propter animarum salutem, recipiet cum iustis vitam æternam.

16 *Homo quidam.* Homo Christus fecit magnũ conuiuiũ, quando instituit Eucharistiæ sacramentum.

† *Et vbi.*

a ¶ Ordinem prædicatorum. ¶ In fine sæculi.

a & vocauit multos. Et misit seruum hora cœnæ dicere [1] inuitatis, † vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœ- [2]

b ¶ Qui venite noluerunt,

a ¶ Magno labore acquisiui, vel precio fidei, quam in Deo habeo hæc recepi.

c perunt † simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, [3]

a ¶ Ab interna contemplatione. b ¶ Totum studium ad eam applicare. c ¶ Ora pro me, quia peccator sum.

d & necesse habeo exire, & videre illam: Rogo te habe me ex- [4]

e cusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo pro- [5]

a ¶ Coniugium non reprehenditur, sed integritas ad maiorem honorem vocatur.

f bare illa: Rogo te habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem [6] duxi, & ideo non possum venire. Et regressus seruus * nunciauit hęc domino suo. Tunc iratus pater familias, dixit ser- †

a ¶ Qui in paupertate superbiunt.

uo suo: Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac [7]

g a ¶ Qui suo in iudicio apud se infirmi sunt. b ¶ Qui lumen ingenij non habent. c ¶ Qui rectos gressus non habent in opere. d ¶ Ordo prædicatorum.

debiles, & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus: Do-

Marginalia: 1. Cor. 10. c — † venite. — † similiter. — * ille.

A a *Et misit seruum suum hora cœnæ.* Hora cœnæ finis sæculi, vnde Apostolus: *Nos scimus, in quos fines sæculorum deuenerunt.* In hoc fine mittitur seruus, id est, ordo prędicatorum ad inuitatos per legem & Prophetas, vt repulso fastidio ad gustandam cœnam se præpararent, quia omnia iam sunt parata. Christo enim immolato, introitus regni patet.

b *Et cœperunt simul omnes ex. &c.* Ideo excusat, quia nemini intercluditur regnum, nisi quẽ suæ vocis professio excluserit. Excusat autẽ se omnis qui plus terrena quam cœlestia diligit, etiam si ad cœlestia se tendere dicat.

B c *Villam emi.* Villa id est, terrena substãtia. Exit ergo videre villã, qui sola exteriora cogitat propter substantiam, & hoc est quod ab amatoribus mũdi prius quæritur, scilicet substantia corporis.

AVGVST. In empta villa, dominatio notatur & superbia. Habere enim villam, possidere, homines sibi subdere, vitiũ malum, vitium primum. Primus enim homo dominari voluit qui habere dominum noluit. Primus ergo inuenta superbia venire noluit. Secundus ostendit quinque iuga, id est, quinque sensus corporis, quia nihil inuestigandum intelligit, nisi quod per hos administratur, & ideo inuitantes ad cœnam æternorum non se- C quitur. Hæc iuga boum dicuntur, quia per hos terrena requirũtur, boues enim versant terram. Et bene iuga dicuntur. Duæ enim sunt aures, duo oculi, duæ nares. In gustu enim duo instrumenta, lingua & palatum. In tactu gemina voluntas carnis, interius & exterius. Tertius vxorem ducit, quia volũtas carnis multos impedit. Amor rerum terrenarum viscus est spiritualium pennarum.

d *Rogo te.* Dum dicit: *Rogo te habe me excu.* Humilitas sonat in voce dum venire contemnit, superbia in actione.

e *Iuga bo.* Quinque iuga boum, quinque corporis sensus, qui rectè iuga dicuntur, qui in vtroque sexu geminantur, qui quoniam non interna, sed sola exteriora cognoscunt & tangunt, rectè per eos curiositas designatur, quæ dum exterius inuestigat vitam proximi, sua intima nescit. Et curiosi animus quanto est peritus alieni, tanto ignarus sui. Nec discrepant verba excusantis à significatione sui vitij, dum dicit: *Eo probare illa.* Quia probatio ad curiositatem solet pertinere.

f *Vxorem duxi.* Quia multi non propter fœcunditatem, sed propter desideria carnis vxores ducunt, ideo per rem istam carnis voluptas designatur, propter quam ad cœnam De[i ve]nire recusat.

Tria genera hominum à magna cœna videntur exc[lusi ...] tiles propter immoderatum affectum temporalium. [...] Christum respuentes iugum legis ceruicibus suis impon[...] sunt quinque i[...] decem verborũ, [...] quinque libri veteris legis, hæretici qui velu[t] Eua fœmineo affectu [...]ttant rigorem fidei, & lubrica facilitate prolabẽtes, lenocinia falsi decoris affectant, intemeratam negligentes pulchritudinem veritatis. Itaque post diuitum fastidia, confert se dominus ad gentes. Introducit bonos & malos, vt bonos augeat, malorum affectus in melius mutet. Inuitat pauperes ac debiles, cæcos & claudos, ostendens quod debilitas corporis nullũ excludit à regno, ratiúsque delinquat, cui desit illecebra peccandi, & citius ad Dominum conuertatur, qui non habet in mundo vnde delectetur.

E

g *Exi, cito, &c.* ✠ THEOPHYLA. Per hos qui in via & apud sepes, gentes intelligendæ sunt, Gentiles enim à testamentis & à lege Dei alieni erant, & non facti ciues sanctorum, nec in vna sed in multis iniquitatibus, & rusticitate magna versabantur, & apud sepes, peccata dico peccatum, enim magna sepes est & interstitium diuidens nos à Deo, per vias itaquę, pecuniam gentilium vitam & in multas dissectam opiniones, per sepes vero in intelligit vitam illorum in peccatis, non simpliciter autem iubet illos vocare, sed *compelle* inquit, quamuis voluntarium sit omnibus credere, ceterum & sciamus, magnę virtutis Dei esse credidisse gentes in tanta versantes ignorantia, ideo dixit, *compelle*, & admirabilem translationem significare volens, necessitatem nominauit. F

MORALITER. Mittit ad plateas cum peccatores de latioribus vijs vocat ad angustam, quæ ducit ad vitam. Mittit ad vicos, cum illos vocat quos temporalium rerum coarctat inopia. Mittit ad vias, cum illos vocat qui iam in quodam bonæ voluntatis tramite constituti sunt nullis cupiditatibus temporalũ occupati. Mittit ad sepes, cum eos vocat, qui culta ab incultis secernunt, & incursus arcent bestiarum, id est, bona à malis distinguũt, & munimenta fidei aduersus diaboli tentamenta obtendũt, Cum de vicis & plateis vocat, iudęos significat qui tenere legem sub vrbana conuersatione nouerant. Cum de vijs & sepibus vocat agrestem populum gentium significat. ☞ *Factum*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vocauit. Quia vult omnes homines saluos fieri, 1. *Tim.* 2.

2 Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata sunt omnia. *Id est, seruos accipiendo singulare pro plurali, sicut Exod.* 8. *f.* Venit musca grauissima, *Id est, multitudo muscarum.*

3 Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei. *Id est, per mala opera se retrahere, & accipitur hic omnes pro maiori parte, quia pauci saluantur respectiuè, vt dictum est cap. pręce.*

4 Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam: Rogo te habe me excusatum, &c. *Hic notantur superbi per dominum villæ emptum, quia superbi volunt alijs dominari.*

5 Iuga boum emi. *Per hoc autem intelliguntur cupidi terrenis nimis intenti, finem suum ibi constituentes.*

6 Vxorem duxi. *Per hoc intelliguntur carnales & lasciui. Ad ista vero tria vitia reducuntur omnia excludentia à beatitudine cœlesti, secundum quod dicit Ioannes prima canonica.* 2. *c.* Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.

7 Exi cito in plateas & vicos, &c. *Quia principes Iudæorum & sacerdotes, & legisperiti & maiores illius populi propter sua peccata sunt dimissi à Deo. Pauperes autem & simplices & publicani illius populi sunt vocati, vt patet in Apostolis & in pluribus alijs ex decursu Euangelij.*

Et adhuc

MORALITER.

† 1 *Et vocauit multos.* Nam omnes catholici ad hoc generaliter sunt vocati, sed illi vocati sunt specialiter, quibus Deus dat specialia dona, quasi ex speciali amicitia, vtpote donum corporalis decentiæ, vel donum temporalis abundantiæ, vel mundialis excellentię, quibus debent ad bonum vti, vt sint ad dictum conuiuium specialiter pręparati.

2 *Et misit.* Scilicet prędicatorem Euangelicum.

3 *Et cœperunt.* Excusatio ista est indispositio voluntaria, quia corpore decentes frequenter ex hoc cadunt in luxuriam, diuites in auaritiam, excellentes in superbiam: primi significantur per vxorem ducentes, secundi per iuga boum ementes, tertij per villam emptam vendentes, & omnes isti ad cœnam dominicam sunt inepti.

† *Tunc ira.* Contra contemptores suæ cœnæ.

† *Dixit ser.* Id est, prædicatori Euangelico.

7 *Exi cito in plateas.* Per pauperes intelliguntur verè humiles, qui sunt pauperes spiritu, vt exponit August. Beati pauperes spiritu, id est, non habentes inflantem spiritum. Per debiles, nihil sibi virtutis attribuentes. Per cæcos visum ab illicitis reprimentes. Per claudos, defectus proprios considerantes. Omnes isti sunt ad cœnam dominicam introducendi. Matt. 5.

† *Et adhuc*

D

... cœnam tuam ..., superest lo- ... ntitum nume... tur. ... vias & sepes, ... Nota quod ... tertia inuitatione ... itur inuita, sed compelle intrare. ... enim huius mundi aduersitatibus fra- cti, ad Dei amorem redeunt, atque à præsentis vitæ desiderijs corriguntur, illi non nisi compulsi intrant. Quidã autem vocantur & contemnunt, qui domum intellectus accipiunt, sed opere non implent. Quidam vocantur & veniunt, qui acceptam intelligentiam opere adimplent.

Notandum quod sicut peccatores fuerunt qui venire noluerunt, ita peccatores sunt qui veniunt, sed superbi peccatores respuuntur, humiles eliguntur.

a mine factum est vt imperasti, & adhuc locus est. Et ait Do-
b minus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt im-

¶ Numero prędestinatorum fidelium qui numerus inexpletus non remanebit. ¶ Excusantium.

pleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorum

a ¶ Et si per seram pœnitentiam aliquando intrare quærant, vnde dicitur fatuis virginibus, Amen dico vobis, nescio vos, nemo ergo vocatus excuset se.

c illorum qui vocati sunt: gustabit cœnam meam. * Ibant

a ¶ Captæ dulcedine prędicationis & miraculorum. b ¶ Discedente à domo conuiuij.

autem turbæ multæ cum eo: Et conuersus dixit ad illos: †

a ¶ Diligamus quod sunt, odio habeamus, quod in Dei itinere nobis obsistunt.

d Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem &
e vxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. † Et qui non

f a ¶ Crux à cruciatu dicitur, quæ semper est portanda, vt amor Christi ostendatur.

g bajulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse

a ¶ Per assumptam patientiam. b ¶ Humilitatis.

h discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædifi-

a ¶ Quiescens à tumultibus mundi. b ¶ Omne quod agimus prçuenire per studium considerationis debemus. c ¶ Terrenum ędificium, congregando expensas construitur, cœleste autem expensas dispergendo.

i k care, nonne prius sedens computat sumptus, qui necessarij

¶ Fidei.

sunt, si habeat ad perficiendum, ne postquam posuerit fun-

✠ THEOPHYLACTVS. Docet autem nos parabola hæc, simplicibus pauperibus, & debilibus, potius quàm diuitibus dandum, id quod paulò ante admonuerat, propterea istud videtur parabola dicere, per hoc credibilius faciens pauperes vocandos. Discimus & aliud, debere nos esse alacres & liberales ad pauperum susceptionem, atque etiam ita nolentes cogamus eos, vt participes, fiant nostrorum bonorum. Hoc & magistri admoneantur, quod operæ pretium sit discipulos etiam nolentes docere.

C

c *Ibant autem turbę multę cum eo. Et conuersus dixit ad illos.* Turbæ quæ sequuntur Iesum iter facientem in Hierusalem, signant eos qui ad cœnam inuitati vel compulsi veniunt, & tota intentione Iesum imitantur, præcedentem ad æternæ pacis visionem. Hos ergo instruit qui fincero amore patriam illam debeant appetere, & pro ea carnalis pietatis affectibus renunciare.

Odisse & diligere simul possumus.

d *Si quis venit.* Simul & odisse & diligere possumus: Vt & cognitione coniunctos, & diuino præcepto diligamus, & quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus. Et vt hoc odium non de affectione, sed de charitate videatur procedere addit.

e *Adhuc.* Tunc bene animam odimus, cum eius carnalibus desiderijs non acquiescimus, sed reluctamur & frangimus. Hoc odium qualiter exhiberi debeat, subditur.

f *Et qui non ba.* Crux duobus modis baiulatur: Cum vel per abstinentiam caro afficitur: Vel per compassionem proximi affligitur animus.

Et qui non. Ita debetis odisse, crucem baiulare, venire post me, quia ita consummabitur ædificium, per quod venitur ad regnum.

*Multi enim sunt vocati pauci verò electi. †Mat 10.d. 28 quęst. 2. §. quod autem. †Mat. 2 d. Marc 8.2.

E

g *Et venit post me.* Aliquis enim carnem lacerat pro inani gloria, vel proximo carnaliter compatitur, vt culpæ faueat, hic crucem ferre videtur, sed Deum non sequitur.

h *Quis enim ex vob.* Postquam Dominus sequentibus se in Hierusalem dedit sublimia præcepta de contemptu mundi, & de abiectione corporis, supponit præceptum de perseuerantia, ad quam necessaria est cum humilitate patientia. Et hoc per simile ædificantis.

F

✠ THEOPHYLACTVS. Per parabolam turris docet nos Dominus, vt hi qui semel delegerint se sequi, ne solum iaciant fundamentum, hoc est ne incipiant tantum sequi & finem post non imponant, vt hi qui non habent sufficientem alacritatis præparationem. Tales fuerunt hi de quibus Euangelista Ioannes dicit; *Multi igitur ex discipulis eius abierunt retrorsum.*

i *Turrim. ædifi.* Quia sublimia præcepta dedit, ędificandę sublimitatis comparationem subiungit.

k *Computat sumptus.* Ille computat sumptus, qui discernit esse erogandam temporalem pecuniam, & cor auertendum à cupiditatibus mundi, & animam prçparandam contra aduersa mundi.

☞ Omnes

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et adhuc locus, &c. *Quia non solum de Iudeis, sed etiam de gentibus per diuersas partes orbis multi sunt vocati ad fidem & ad gloriam, vt prædictum est, & hoc notatur cum dicitur.*

2 Exi in vias, &c. *Id est, extra Iudæam discurrendo ad populum gentilem, sicut fecerunt Apostoli, vt prædictum est.*

3 Dico autem vo. &c. *Non est intelligendum per hoc quod nullus de Iudeis sit saluatus, sed quia pauci comparatiuè: Sicut communi modo loquendi dicitur: Nemo est in ecclesia vel in foro, quando sunt ibi pauci.*

4 Ibant autem. *Posita confutatione impœnitentium, hic consequenter ponitur instructio sequentium Christum, & primò simplici verbo, secundo parabolico ibi:* Quis enim ex vobis &c. *Circa primum dicitur:*

5 Si quis venit. *Id est, vult venire per fidem credendo, sicut sunt seculares, vel statum perfectionis assumendo, cuiusmodi sunt religiosi.*

6 Et non odit. *Hic accipitur odium largè, inquantum propter perturbationem parentum & amicorum, non dimittit venire ad fidem Catholicam, sicut patet de sancto Chrysanto & multis alijs: Vel de seculo ad religionem.*

7 Adhuc au. *Id est vitam corporalem, eam contemnendo propter Deum, paratus vitam suam exponere pro fide, casu necessitatis occurrente.*

8 Non po. *Discipulatus autem Christi dupliciter potest intelligi. Vno modo generaliter secundùm statum communem fidelium, & ad hoc sufficit fides cum obseruatione mandatorum. Alio modo cum hoc per obseruantiam consiliorum. In vtroque tamen statu requiritur repressio concupiscentiarum carnalium, magis tamen in secundo modo discipulatus quam primo, ideo sequitur.*

9 Et qui non ba. *Per carnis macerationem & concupiscentiarum repressionem.*

10 Quis enim ex vo. *Adducit hic consequenter duas parabolas ad suum propositum de aggressu status perfectionis, qui consistit in obseruantia consiliorũ. Et primo ostenditur quid requiritur in tali aggressu, secundo quid in debito vsu, ibi:* Bonum est sal. *Circa primum dicitur.* Quis enim ex vo. volens, *Id est, aggredi perfectionem Euangelicam.*

11 Nonne prius se. *Id est, quietatus à tumultu passionum deliberens.*

12 Computat sump. *Id est, considerat, si habeat illud quod ad hoc requiritur, quod est promptitudo ad relinquendum omnia propter Deum vt patebit postea.*

13 Ne postquam po. *Quod consistit in obseruantia mandatorum.*

✠ Et non

MORALITER.

1 *Et adhuc locus est, etc.* Hoc dicitur, eo quod Eccclesia plures recipere semper est parata.

5 *Si qui ve.* GREG. Homel. 25. Quasi per odium diligitur, qui carnaliter sapiens dum praua nobis ingerit, non auditur. Et sic odiendi sunt, non solum domestici, sed etiam anima propria dum pars sensibilis nobis ingerit inhonesta.

9 Et

9 *Et qui non baiulat, &c.* CHRYSOSTOMVS. Non vt trabem super humeros apponamus, sed vt semper Christi mortem præ oculis habeamus.

10 *Quis enim ex vobis volens turrim ædificare,* Turris hæc est ecclesia, quæ Canti. 4. b. dicitur turris Dauidica, quam ædificant boni doctores & prædicatores. Sumptus autem huius ædificationis sunt scripturarum sanctarum intelligentia, & exemplaris vita, quibus carentes sunt ad hoc ædificium impotentes.

1 Au

a *Omnes qui vi.* Sicut ait Apostolus. *Facti sumus spectaculum mundo angelis & hominibus.* Et in omni quod agimus, considerare occultos aduersarios debemus, qui nostris operibus insidiantur, & nisi contra eos vigilemus, patimur irrisores quos habemus ad malum suasores.

b *Aut quis.* Post similitudinem de turre ædificanda, supponit similitudinem maioris rei, de rege pugnaturo. In quo ostenditur per impletionem præcedentium mandatorum nullum ad gloriam posse pertingere, nisi seueri iudicis sententia temperetur per misericordiam. In conspectu enim Dei omnis homo imperfectus. Ergo sicut imperiori præmeditatio erat necessaria ad cauendum inimici derisionem, sic est & ad impetrandam iudicis misericordiam.

✱ THEOPHYLACTVS. Et hæc parabola docet nos ne simus duplici anima, neque carni & Deo adhæreamus, sed si volumus bellum contra malignos dæmones suscipere, vt feramur in eos tanquam hostes, & illis verè obluctemur. Rex igitur est peccatum regnans in mortali nostro corpore, si illud admittimus. Rex etiam vt animus noster conditus est. Ne igitur cum resistendum est peccato, pusillanimiter illud impugnet. Grauis enim & terribilis est eius exercitus, & maior & munerosior videtur quàm nos sumus.

c *Si possit.* Quasi cum decem milibus occurrit Deo, qui offert opera decem mandatorum quæ exterius gessit. Sed Deus quasi cum duplicato numero contrauenit, cum vix illum præparatum in solo opere, discutit simul de opere & cogitatione. Et ideò dum adhuc longe est per dilationem iudicij nos fragilitatis nostræ insufficientiam attendentes, ad impetrandam seueri iudicis pacem debemus præmittere legationem lachrymarum bonorum operum, piorum affectum.

d *Sic ergo, &c.* Infert à præmissis similitudinibus. Quandoquidem non bene potest ædificare, qui non [...] nec securè potest occurrere qui non præmitt[...] nec meus potest esse discipulus, qui non ren[...] Hac igitur conclusione ostenditur, quod ædifica[...] cere pacem cum fortiore, nihil aliud est quam es[...] Christi [...] vero sumptu[...] tere legationem a[...] ciendam pacem, [...] hil aliud est quam re[...] nũciare omnibus quæ possidemus hoc tamen distat inter renũciare omnibus & relinquere omnia quia renũciare cõuenit omnibus qui ita licitè vtuntur omnibus mundanis quæ possident vt tamen mente tendant ad æterna. Relinquere est tantum modo perfectorum, qui omnia temporalia postponunt & solis æternis inhiat.

e *Bo.* Verè qui vult meus esse discipulus oportet vt renunciet omnibus, quia ita erit bonum sal, id est, dignus constitui in numero apostolorum ad condienda corda auditorum spiritualia sapientia. Si autem condimento veritatis semel illuminatus, iterum per amorem temporalium ad apostasiam redierit, quo alio doctore corrigetur, qui dulcedinem sapientiæ quam gustauit, vel aduersis territus, vel prosperis illectus adiecit.

f *Neque in ster.* Sal sterilem facit terram. Vnde ira victorum destructas vrbes sale seminabat, ne in eis germen oriretur. Ita apostoli destructo peccati regno, germen vitiorum compescunt. Sal cibos condit, carnes siccat. Prædicatio à vermibus & putredine vitiorum illæsam seruat suo creatori humanã naturam. *Si autẽ*, id est, si apostoli per quos alij condiendi sunt, prosperis vel aduersis cesserint, per quos eis error auferetur, cum eos Deus elegit tollere aliis? *Neque inter ne. in ster.* quia qui retro vadit, neque ipse fructum ferre, neque excolere valet, sed ejicitur. Vnde vtilis exhortatio subditur. *Qui ha. au. audi. au.*

Marginalia: 1. Cor. 4. b. — Contra. — B †Dicto vale, dimittit omnia. — †Infatuatum fuerit infulsum fuerit. — †Aptum accõmodũ. — C — F Salisnatura.

a ¶ Non habens consummationem operum quæ conueniunt fidei b ¶ Maligni spiritus qui gratulantur de nostro defectu.

a damentum & non potuerit perficere, omnes qui vident

a ¶ Ideo debet sollicitus esse in ædificando, ne deficiens derisionem ab inimico patiatur

incipiant illudere ei dicentes, quia hic homo cœpit ædifica-

a ¶ Quasi dicat committere bellum cum Deo, est intelligere aliquem se ex meritis iustè ab eo saluari.

b re & non potuit consummare? Aut quis rex iturus† committere bellum aduersus alium regem, † non sedens prius † cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei qui cum vi- 1 2 3

a ¶ Id est si intelligit se ex æquo non posse occurrere. b ¶ Patienter expectante

c ginti milibus venit † ad se? Alioquin adhuc illo lõge † agẽte legationem mittens rogat ea quæ † pacis sunt. Sic ergo 4

d omnis ex vobis qui non † renunciat omnibus quæ possidet non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. † Si autem 5 6

a ¶ Quis medicabitur incantatori percusso à serpente,

e sal quoque † euanuerit, in quo condietur? Neque in ter- 7 8

a ¶ Quam suo iniectu germina reprohiberet. b ¶ Agriculturæ profuturo, quia licet viuacibus glebis immixtum, non fœtare semina fugum, sed extinguere semina solet. ¶ Quod l. non sinit fœcundare. c ¶ Ab vnitate ecclesiæ secernendus 9

f ram neque in sterquilinium † vtile est, sed forãs † mittetur. Qui habet aures audiendi audiat. 10

a ¶ Quibus verbum Dei percipere possit. b ¶ Obediendo & faciendo quod didicit.

NICOLAVS DE LIRA.

✱ 1 Et non po. per. *Quia non habet promptitudinem animi ad relinquendum omnia, quod est primum in statu perfectionis acquirendę. Talis fuit ille iuuenis de quo dicitur Matth. 19. c.* Qui obseruauerat mandata, cui dixit Christus. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. *Et sequitur ibidem*, quod abiit tristis, eo quod multas habebat possessiones, *quarum amore fuit impeditus à statu perfectionis, & ideo non habuit sumptus ad perficiendum turrim cuius posuerat fundamentum.*

2 Aut quis rex. *Hic ponitur secunda parabola ad idem cum dicitur: Quis rex iturus committere bellum. Hic accipitur rex, quicunque vult aggredi perfectionis statum, quia debet bene regere operationes & cogitationes suas, et habet committere bellum, ad rapiendum sibi cœleste regnum, secundùm quod dicitur Mat.* 11. b. Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

3 Si pos. *Id est cũ obseruantia decem mandatorum: Sed quia non sufficit ad perfectionis statũ acquirendũ, vt prædictum est, quia rex cœlestis.*

4 Cum vigin. *Quia duplam obseruantiam exigit ab eo, scilicet mandatorum & consiliorum, ideò subditur.*

5 Rogat ea. *Assentiendo regi cœlesti in obseruantia consiliorum, quæ incipit ab Euangelica paupertate. ideò concluditur,*

6 Sic ergo omnis, &c. *Ex hac conclusione patet, quod ista parabola & precedens vadunt ad istam intentionem.*

7 Bonum est sal. *Ostenso quid requiritur in perfectionis aggressu hic consequenter ostenditur quid requiritur in eius debito vsu, scilicet discretio quę requiritur in omnibus operibus bonis secundùm quod dicit Apost. ad. Ro.* 12. *a.* Rationabile obsequium vestrum, *& hoc est quod dicitur:* Bonum, *Id est, discretio, quę est condimentum bonorum operum, sicut sal est condimentum ciborum.*

8 Si autem sal. *Id est, discretio defuerit.*

9 In quo condietur? *Quia opus bonum de genere insipidum est & inutile, si careat discretione.*

10 Sed foras mit. *Hoc est a perfectione cadet, vnde & in collationibus patrum collatione secunda Moysi abbatis declaratur per rationes & exempla, quod illi qui ceciderunt à statu perfectionis, hoc fuit communiter propter defectum discretionis.*

MORALITER.

2 *Aut quis rex iturus committere, &c.* Rex veniens contra nos cum 20. milibus est dominus noster Iesus-Christus, veniens ad iudicium cum Angelis & potestatibus, cuius potestati resistere non valemus, & ideo dum adhuc est longè mittamus, ad eum legationem lachrymarum & bonorum operum, vt eum placare possimus.

7 *Bonum est sal.* Id est, discretio quæ condit opera nostra.

8 *Si autem sal.* Id est, si discretio ab operibus nostris bonis de genere defuerit, non erunt Deo accepta. In cuius figura sal in omni sacrificio ponebatur.

ADDITIO I.

In ca. 14. *vbi dicitur in postilla.* Sicut credunt Saraceni & Iudæi moderni.

Ex traditionibus Iudæorum Talmudicis & aliis apud eos autenticis nullo modo habetur, quod in futuro sæculo homines cibis corporalibus indigeant, & ideo si forte sint aliqui moderni qui hoc cr[...]nt hoc

hoc contingit ex stultitate eorum, vnde apud præcipuos doctores eorum & secundum Thalmudicas traditiones, prout habetur in li. Canhedrin. cap. Vlt. in futuro seculo non est cibus nec potus, nec vsus venereorum. sed iusti ibidem in capitibus coronati delectantur in visione diuina habitationis. Quod si recte intelligeretur, bene adaptaretur fruitioni diuinæ, in qua sancti cum aureolis fruuntur visione Christi, in quo est vera habitatio diuina, vnde magis redarguendi sunt quod non receperunt doctrinam Christi, quæ traditionibus eorum bene intellectis maxime consonat.

ADDITIO

ADDITIO II.

• In eo. ca. *vbi dicitur in postil.* Iuga boum emi quinque. &c. *Proprius videtur hæc parabola per August. exponi in libro de verbis domini vbi quod dicitur:* Villam emi. *applicat ad superbiam, prout Postil. dicit. Vbi autem dicitur:* Quinque iuga boum. *ad quinque sensus carnis, qui geminati sunt, prout ipse declarat, vbi notabiliter exponit illa verba excusationis, scilicet:* Et eo probare illa. *Non enim dixit eo pascere illa, quia ad necessitatem naturalem bonum est vti sensibus, non autem ad curiositatem & superfluitatem. Quod autem sequitur:* Vxorem duxi. *exponitur ex carnalitate, in quo etiam Postill. concordat.*

CAP. XV.

A ² ERant. ✠ THEOPHYLACTVS. Dominus quidem illud faciebat, cuius gratia incarnatus est accedens publicanos, & peccatores tanquã medicus infirmos. Qui autẽ re vera peccatores erãt, erãt Pharisæi, obmurmuratione tantæ humanitati repudebant. Abominabiles enim censebãt publicanos, ipsi autem domos viduarũ & orphanorum comedebãt. Quid igitur dominus sicut misericors erat erga publicanos, ita & erga illos qui suam calumniabantur misericordiam, nõ enim auersatur eos tãquã insipientes, & murmurantes, sed mansuete sanat parabolam hanc de ouibus dicens, & de manifestis & certis eis persuadet & confutat ita ne ægre ferant tãtam bonitatis effusionem. ✠ Nam si in one vna irrationali, & quæ ad imaginem Dei non est facta, si cum errauerit, fuerit inuenta, gaudium fit tantum: quantum verisimile est fieri in homine rationali ad imaginem Dei condito?

CAPVT XV.

a ¶ Qui publica vectigalia exigunt vel conducunt, & qui lucra seculi per negocia sectantur.

a ¶ Dupliciter errant, quia & se iustos putant cum sint superbi, & illos reos cum iam pœniteant.

a ¶ Quasi dicat, contrarius est legi quæ hoc prohibet.

b ¶ Diues pastor, cuius nos omnes centesima portio sumus.

a ¶ Angelicam naturam in summa beatitudine existentem quasi reliquit, dum seipsum exinaniuit.

b ¶ Id est, in cœlo, quod desertum est ab homine peccante.

a ¶ Inuenit dum conuertitur aliquis.

ERant autẽ appropinquantes ei * Publicani ¹ & peccatores vt audirent illum. † Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, ² ³ dicentes: quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. ⁴ Et ait ad illos parabolam istam, dicens: ⁵ † Quis ex vobis homo qui habet centum oues, & si perdiderit vnam ex illis, nõnne dimittit nõnagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat donec inueniat illam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens, & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis: † Congratulamini mihi: quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis, quod

b *Qui ex vo.* Dedicerás in superioribus abnegare negligentiam, vitare arrogantiam, deuotionem sumere, secularibus occupationibus non teneri, caduca non præferre perpetuis. Sed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto seculi lubrico tenere vestigium, etiam aduersus errorem, remedium ibi medicus demonstrat, scilicet, iudex spem veniæ non negat. Vnde S. Lucas tres ex ordine parabolas ponit, ouis, drachmæ, filij.

c *Centum oues.* Quia centenarius numerus perfectus est. Deus centum oues, id est, perfectum numerum habuit, cum angelorum & hominum substantiam creauit, sed vna perijt, quando homo pascua vitæ peccando dereliquit, ergo quia rationalis creaturæ numerus pereunte homine erat diminutus, quærit in terra hominem vt summa integretur.

D ✠ THEOPHYLACTVS. Manifeste parabola hac iustos dicit per oues nonagintanouem, & peccatorem per vnum. Dicunt autem nõnulli centum oues, omnem creaturam rationalem, vnam autem ouem rationalis naturæ hominem, quem errãtem requirat pastor bonus relictis nonagintanouem in solitudine, hoc est, in superno loco cœlesti. Solitudo enim est cœlum, & à mundano tumultu sequestratum, plenumque omni tranquillitate & pace. Dominus verò vt inuenit illam quæ errauerat, imposuit in humeros, *infirmitates enim nostras & peccata nostra ipse portauit,*

d *Nonne di.* Quasi dicat, murmuratis, quia peccatores recipio, sed ego non veni nisi vt aberrantes colligam, sicut vnusquisque vestrũm aberrantem ouem reducere laborat.

e *Impo. in hu.* Ouem in humeris posuit, qui humanam naturam suscipiens, peccata nostra ipse portauit, vnde humeri Christi crucis brachia sunt, illic peccata nostra deposuit, in illa nobilis patibuli ceruice requieuit.

f *Et ve.* Reparato homine ad cœlum redit pastor, ibi angelorũ choros inuenit. Qui amici, quia in stabilitate sua voluntatem eius continue custodiunt, qui & vicini, quia claritate visionis eius fruuntur. Et nota, quod non dicit: Congratulamini oui inuentæ, sed mihi, quia gaudium eius est vita nostra.

g *Dico vobis.* In nonagintanouem, iustorũ numerus intelligitur,

☞ in vna

* omnes. † Matt. 9. b. E † Io dist. 3 quia sanct tas tua. 26 q. 7. ca pœnitentem. De pœ. dis. 3. c serpens & c importuna. 1. Petr. 2. † Congaudete, & infra. F

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XV.

ERant autem. *Superius descripta est peccantium monitio ad pœnitentiam, hic cõsequenter describitur eorum conuersio ad iustitiã, & primo in generali, secundò in speciali c. 19. Prima in tres, quia primò ostenditur quod peccatores redeũtes sunt benignè recipiẽdi, secũdò cautè nutriẽdi, cap. 17. tertiò deuotè instruẽdi, c. 18. Prima in duas, quia primo describitur doctorum receptio benigna, secundò docetur eorum satisfactio condigna, cap. seq. Circa primum ostenditur conuersio peccatorum, cum dicitur.*

Diuisio.

1 Erant autem. *Ex proposito emendationis vitæ.*

2 Vt audirent il. *Parati ei obedire, secundò subditur iniusta murmuratio malignantium, cùm dicitur.*

3 Et murm. *Notantes Christum de mala vita, eò quod talibus amicabilem se præbebat, & sequitur Christi responsio, cum dicitur:*

4 Ait ad il. *In responsione ostenditur, quod peccatores redeuntes sunt dulciter recipiendi, & ad hoc inducuntur tres parabolæ, secunda incipit ibi:* Aut quæ mulier, *tertia ibi:* Homo quidam habuit duos filios.

5 Quis ex vo. homo. *Hic ponitur prima parabola de oue perdita & humeris pastoris cùm gaudio reportata. Et patent sententia ex dictis Matth. 18. c.*

☞ Aut quæ

MORALITER.

† 1 *Erant autem appro. ei. Pu.* Sequitur.

5 *Quis ex vobis.* Per hominem centum oues habentem, significatur præsidens monasterio cẽtum religiosos habenti in claustro. Quod desertum dicitur, eo quod asperitas vitæ ibi seruatur. Per numerum etiam centenarium intelligitur quilibet alius numerus claustralium, nam in nouo & veteri Testamento frequenter ponitur determinatus numerus pro indeterminato.

† *Et si perdi.* Per apostasiam.

† *Nonne.* Id est in obseruatione claustrali, vbi sunt in tuto.

† *Et vadit ad illam quæ perierat.* Vt ad bonum reducat, & gaudet non de illius errore, sed de bona reductione.

† Quam

in vna oue peccatorem, vnde alibi: *Non veni vo. iu. sed pec.* Dicit ergo: *Maius gau. erit in cę. su. vno pec. pœ. agen. quam su. no. no. iu. qui non in p.* Quia vt quotidie experimur, qui illicita non commiserunt, in rebus licitis sæpe sibi vsum præbent, ad cœlestia anxiè non anhelant. Et quia securi sunt, ad bona agenda pigri remanent. Econtrà autem peccator plerumque facit. Maius ergo gaudium de eo quam de stante iusto, vti dux in prælio plus eum militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit quam eum qui nunquam fugit, nec vnquam fortiter egit. Sed & sunt quidam iusti, de quibus tantum gaudium est, vt eis nullus pœnitens præponi possit, qui etsi non sint sibi malorum conscij, tamen licita respuūt, in omnibus se humiliant. Quantum ergo gaudium est, si humiliter plangit iustus, cum gaudium sit, si quod malè gessit plangit iniustus?

Matt. 9. b.

† verrit, euertit.

Deo iuxtà sunt, quantò eum vicinius contemplantur. Quas vocat dum per exhibitionem gratię hominibus impensæ ad amorem sui vehementius accendit.

Tres parabolæ non ociosè proponuntur, ouis, drachmæ, filij, vt triplici remedio prouocati vulnera nostra curemus. Christus pastor ouem reuehit cuius peccata in suo corpore suscepit. Mulier, id est, ecclesia, quasi mater drachmam requirit, & suffragatur. Deus pater reconciliatum recipit & vestit. Eadem diuini operis misericordia, sed diuersa pro meritis nostris gratia. Ouis à pastore lapsa reuocatur, drachma quæ perierat inuenitur, filius ad patrem proprijs vestigijs redit & à patre honoratur. Ouis sumus, petamus pascua, drachma sum†, habeamus precium, filij sumus, festinemus ad patrem.

Trium parabolarum ratio.

† mihi euenit ad me pertinet.

¶ Vel coram angelis Dei.

¶ Pœnitentiam agere, est perpetrata mala plangere & plangenda non perpetrare.

a ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis, qui non indigent
b pœnitentia. † Aut quæ mulier habens drachmâs decem, si
c perdiderit drachmam vnam, nônne accendit lucernam, & ✝ euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat eam?
d Et cùm inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram.
e Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem: Hômo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri:
f g h Pater, da mihi portionem substantiæ quæ † me contingit.

a ¶ Drachma est nummus certæ quantitatis habens imaginem regis.

¶ Hęc parabola de Iudæo & Gentili, Generaliter autem de pœnitente & iusto, vel qui sibi iustus accipi potest.

a *Gaudium.* Angeli, quia rationales, gaudent de reconciliato sibi homine, quod incendit nos ad probitatē, agamus quod illis gratum sit, quorum & affectare patrocinium, & offensam timere debemus.

b *Quam super.* Si in nonagintanouem iustis qui non errauerūt nec indigent pœnitentia, angeli intelliguntur, maius videtur impios iustificare quam iustos creare & conseruare, quia etsi vtrumque æqualis potentiæ, hic maioris misericordiæ & maioris gaudij.

c *Aut quę.* Mulier, id est, Dei sapientia, 10. drachmas habuit cum homines & angelos ad imaginem suam creauit. Sed vnam perdidit, cùm homo à similitudine Creatoris recessit. Sed Dei sapientia lucernam ad quærendum accendit, cum in carne apparuit, quia lucerna est lux in testa, id est, verbū in carne. Quod vbi inter homines claruit, domū euertit, quia conscientias hominū de reatu suo perturbauit, & sic drachma reperitur, dum in homine similitudo conditoris reparatur.

d *Habens drachmas decem.* Angelorum & hominū naturam, quā ad æternitatem dominus consistere voluit, ad suam similitudinē creauit. Decem ergo drachmas mulier habuit, cum nouem ordinibus angelorum additus est homo, vt compleretur decimus electorum numerus. Qui nec post culpam à creatore perijt, quia eum sapientia Dei per carnem miraculis coruscans ex lumine testę reparauit.

e *Conuocat.* Amicę & vicinæ supernæ potestates, quæ tantò Deo

f *Homo quidam.* Duabus præmissis parabolis, quantum ipse cum angelis gaudeat de pœnitentium salute insinuat. In hac tertia non solum gaudium ostendit, sed etiam murmur inuidentium reprehendit.

Homo iste Deus pater, habuit duos filios, quia autor & creator est duarum stirpium humani generis, id est, Iudęorum & Gentilium. Maior filius, qui in cultu vnius Dei permansit. Minor, qui vsque ad colenda idola Deum deseruit. Substantia est omne quod viuimus, sapimus, cogitamus, loquimur. Hæc Deus dedit ęquè omnibus, vnde: *Erat lux vera quæ illu. omnem, &c.* Huius ergo substantiæ portionem minor sibi petit dari, cum homo rationalis suo sensu delectatus, per liberum arbitrium se regere, & à domino creatoris quæsiuit exire.

Ioan. 1. a.

✱ THEOPH. Olim humanæ naturæ possessio erat iustitia, ideò & filius senior non insolescit, peccatum postea natum est, vnde filius iunior insolescit, qui cum peccato quod postea natū est creuit. Vel aliter iunior dicitur peccator, quia nouator rerū insolens & deficiens paterna voluntate.

Et di. Sicut Deus nō habet aliū à quo formetur, à quo regatur, sic iste vult sua potestate vti, vt nullo formāte, nullo regēte viuat.

g *Pater da.* Dimidium patrimonium petentibus datur nec est culpa patris qui dat adolescentiori. Nulla in regno Dei infirma ætas, nec fides grauatur annis, nisi ipse certè se iudicauerit in idoneum qui poscit. Si iste non recessisset à patre, impedimentum nescisset ætatis, sed peregrè profectus merito patrimonium vastat.

Et diuisit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Aut quæ. *Hic ponitur secunda parabola de drachma perdita & reinuenta. Vbi dicitur:* Quę mu. ha. drach. d. *Mulier ista est sapientia diuina habens nouem ordines angelorum quasi drachmas nouem, & decima drachma est humana natura ad imaginem Dei facta, & ideo capax ipsius per cognitionem & amorem. Ista drachma decima fuit perdita per peccata primorum parentum.*

2 Nônne ac. *Lucerna est lumen in testa, quia diuina sapientia lumen Deitatis accendit in testa nostrę mortalitatis ad quærendum naturam humanam perditam, & reducendam eam ad beatitudinem.*

3 Et reuer. *Ista domus est synagoga quæ fuit euersa vt inueniretur natura humana.*

4 Et cum inue. *Id est, angelorum societates, quæ congaudent de peccatoribus ad Deum conuersis secundùm quod dictum est in parabola precedenti, & ex hoc iterum concludit:* Ita dico vobis gaudiū erit, &c.

5 Homo quidam. *Hic ponitur tertia parabola de filio prodigo, per quem designatur populus Gentilis, qui erat subditus peccatis, vel etiam quicunque peccator singularis. Dicit ergo:* Homo quidam. *id est, ipse Deus pro nobis humanatus.*

6 Habuit du. *Id est, duos populos, scilicet, Iudaicum & Gentilem, vel duos filios, id est, iustos & peccatores, quia peccatores sunt filij Dei inquantum sunt ad eius imaginem, licet non sint filij Dei per gratiam.*

7 Et dixit. *Id est, Gētilis populus, vnde & populus Iudaicus vocatur filius Dei primogenitus. Exod. 4. e.* Filius meus primogenitus Israel. *Vel peccator*

MORALITER.

† *Quàm super nonagintanouem iustis qui non in.* Non quia plus diligat illum, sed quia specialem rationem gaudendi habet de reductione eius, quàm non habet de non errantibus, tamen non errantes semper sunt plus diligendi cæteris paribus.

1 *Aut quę.* Per hanc mulierem potest intelligi priorissa vel abatissa, habens moniales in quocunque numero ratione prædicta.

† *Si perdi. drach.* Intra domum per infamiam.

2 *Nonne accen. lu.* Quia debet diligenter inquirere veritatem quantum ad factum & circunstantias, & si inuenerit illam monialem innocentem, vel veraciter pœnitentem, debet gaudere cum vicinis suis, id est, cum monialibus alijs.

5 *Homo quidam.* Homo ille Christus est, eius autem filij sunt omnes Christiani per eius baptismum regenerati, quorum tamen aliqui sunt iusti, & aliqui peccatores.

7 *Et dixit.* Per quem significatur quilibet peccator, quia iuuenis est moribus.

† *Pater da mihi portionem substan. quæ me con.* Per hoc significatur, quod peccator recedit à Dei patris lege, vt agat pro libito voluntatis suæ.

† *Et ibi*

a Et diuiſit illis ſubſtantiam. Et non poſt multos dies, congre- 1
b gatis omnibus adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in 2
c ¶ Vſque ad obliuiorem Dei. a ¶ Luxuria conſumit omnia bona naturæ.
regionem loginquam, & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam 3
a ¶ Ornamenta naturę. 4
viuendo luxurioſè. Et poſtquam omnia † conſummaſſet, †
a ¶ Bonorum operum atque virtutum. ¶ Verbi Dei. Nam indigentia verbi veritatis eſt in obliuione creatoris
b ¶ Omnis locus abſente patre penuria eſt.
d facta eſt fames valida in regione illa, & ipſe cœpit egere. 5 6
¶ Sponte. ¶ Iam illaqueatus.
e Et abiit & adhæſit vni ciuium regionis illius, & miſit illum 7 †
f in villam ſuam, vt paſceret porcos. Et cupiebat implere 8
g ¶ Siliqua genus leguminis, ſonoris follibus & vacuis, quod ventrem magis onerat quam reficit. 9
h ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, & nemo 10
¶ Benè in ſe reuertitur, quia à ſe receſſit. a ¶ Id eſt, quanti ex Iudęis ob præſentia bona tantum legem cuſtodiunt, non ex dilectione. 11 12
i illi dabat. † In ſe autem reuerſus dixit: † Quanti mercenarij in 13
a ¶ In idololatria omni veritate deſtituor. 14
domo patris mei abundant panibus, ego autē hic famē pereo. 15

A ☞ a *Et diuiſit*. Fidelibus ſuæ gratiæ protectionem, quam deſiderabant impertiendo: infidelibus verò naturalibus ſolum ingenij quo contenti erant, beneficium concedendo.

b *Non poſt*. Non multò poſt inſtitutionem humani generis placuit animæ liberum arbitrium ferre ſecum, quaſi quandam potentiam naturæ ſuæ, & deſerere eum à quo condita eſt, confidens viribus ſuis. Et has vires tantò citius conſumat quantò datorē deſerit. Hæc eſt prodiga vita; quæ amat B fundere & ſpaciari in pompis exterioribus, relinquens eum qui ſibi, eſt interior.

c *Peregrè profect. etc.* ✠ THEOPHYL. Porrò filius iunior omnia hæc ſimul degregit, & quæ cauſa? *Profectus eſt in terram loginquam*. [marg.: Ipſe autē] Nam quando egreditur homo à Deo & ſe à timore Dei elongat, omnia diuina donā C expendit. Propinqui enim Deo exiſtētes nihil tale quod interitu dignū facimus ✠✠ iuxta id quod dicitur: *prouidebam dominum in conſpectu meo ſemper, quia à dextris eſt mihi ne commouear*. [marg.: Pſal. 15.] Illo autem longè à nobis abſente, efficimur apoſtatæ, facientes & ferentes peſſima quæque: iuxta illud dictum: *ecce qui elongant ſe à te peribunt*. [marg.: Pſal. 72.]

Peregrè profe. t. &c. ✠ THEOPHILACTVS. Non locum mutando, ſed animum. Quantò quis in prauo opere plus delinquit, tantò ab eius gratia longius recedit. Quid longius quàm à Deo recedere. Qui à Deo recedit, exul eſt patriæ, ciuis mundi. Regio longinqua eſt vmbra mortis.

d *Et ipſe cœpit*. Quia nihil ſatis eſt prodigæ voluptati, quia voluptas ſemper habet famem ſui, meritò ergo eget, qui theſauros ſapientiæ, diuitiarúmque cœleſtium altitudinem reliquit. D

e *Vni ciuium*. Vnus ciuium ille eſt qui concupiſcentiis terrenis meritò prauitatis ſuæ præpoſitus princeps mundi vocatur. Qui in villam mittit, quia cupiditati mundialis ſubſtantiæ ſubiugat. Porcos paſcit, cum ea quibus immūdi ſpiritus gaudent, operatur.

f *Vt paſceret porcos*. Porcus immundum animal, quod ſordibus delectatur, ſic diabolus qui in idolis cruore pecudum paſcitur, & morte ipſius hominis. Miſit E ergo in villam, id eſt ſuum fecit famulum, vt paſceret porcos, immolans ei animā ſuam. [marg.: † conſumpſiſſet, expendiſſet.]

g *Et cupiebat*. Cibus dæmonum eſt ebrietas, fornicatio & huiuſmodi, quæ blanda ſunt & ad ſui vſum prouocant. Neque alia cura eſt luxurioſis, niſi vt ventrem ſuum impleant, *quorum Deus venter eſt*. [marg.: † Quot] [marg.: Philip. 3. d.] Sed eis non poteſt ſaturari, quia voluptas ſemper habet famem ſui. Vel ſiliquæ, cibus dæmonum ſunt carmina Poëtarum & doctrinæ ſeculares, ſterili ſuauitate reſonantes, quæ cum delectent, in eis, nihil eſt quod ad vitam pertineat, ſed eſt ſonitus & ſtrepitus verborum, nulla refectio vbi ſtudioſi eorum fame veritatis & virtutum pereant. [marg.: Siliquæ ſterilia carmina Poetarum.] F

h *Et, ideò, nemo*, quia aliquid ſolidum & rectum quærebat. Vnde iſte iam ab eis quæ forinſecus illiciunt & ſeducunt, in conſcientiæ interiora reducere faciens intentionem ſuam dicit: *Quanti mercenarij*.

Nemo illi dabat. Quia diabolus cum aliquem ſuum facit, vltrà ad vitiorum abūdantiam non procurat, ſciens eſſe iam mortuum.

i *Quanti mercena*. Qui futuræ mercedis intuitu digna operari ☞ ſatagunt,

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *peccator qui dicitur iuuenis moribus, & ideò dicitur adoleſcentior filius.*

1 Et diui. *Quia dona Dei hominibus largiuntur, licet diuerſimodè.*

2 Adoleſcentior. *Per multiplicationem peccatorum elongando ſe à Deo patre & à cœleſti ciuitate.*

3 Et ibi diſſi. ſub. ſu. *Quia per peccata mortalia tolluntur bona gratia, & peiorantur bona naturę.*

4 Viuendo. *Luxuria ſpirituali, quæ eſt idololatria quantum ad Gentilem populum, & luxuria corporali non ſolùm quantum ad Gentilem, ſed etiam quantum ad peccatorem informem fidem habentem.*

5 Facta eſt fames vali. *Per defectum verbi diuini & ſacrę ſcripturæ, quia gentilibus non eſt data lex vetus, neque oracula prophetarum, ſecundùm illud Pſal.* 147. b. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. *Peccatoribus etiam Iudęis in tali ſtatu lex et prophetę non valebant ad ſalutem. ideò ſubditur:*

6 Et ipſe cœ. eger. *Spiritualibus bonis.*

7 Et abiit. *Scilicet diabolo, qui eſt ciuis in regione vmbra mortis.*

8 Et miſit il. *Id eſt, occupauit eum circa cupiditatem mundanam, cuius villæ diabolus dicitur dominus, Ioan.* 14. d. Venit princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.

9 Vt paſceret porcos. *Id eſt, vitia quæ fœtida ſunt & immunda. vnde 1. Timoth. 6. b.* Radix omnium malorum eſt cupiditas *quia ſicut radix miniſtrat nutrimentum omnibus ramis arboris, ſic abundantia temporalium circa quam verſatur mundana cupiditas, adminiſtrat materiam & fomentum omnibus vitiis.*

10 Et cupie. &c. *Quia intentus congregationi temporalium, quærit in talibus ſufficientiam, intendens eam habere ſed talia, ſed non aſſequitur intentum, quia talia non minuunt cupiditatem, ſed magis eam augent. Quantò enim aliquis plus habet de bonis temporalibus, tantò plus ad habenda maiora anhelat, ſecundùm quod dicit beatus Gregorius. Et hoc de communi curſu accidere videmus, & ideò benè ſubditur:*

11 Et nemo illi dabat. *Quia non aſſequitur quod intendebat. Et quia conſideratio huius defectus inducit aliquando ad pœnitentiam, ideò ſubditur:*

12 In ſe autem. *Homo enim peccando extra ſe egreditur, quia limites rectæ rationis tranſgreditur, & ideò pœnitendo ad ſe reuertitur.*

13 Quanti mercenarij. *Id eſt, ſeruientes pro mercede æterna.*

14 In domo pa. *Id eſt, in eccleſia ſeu congregatione iuſtorum.*

15 Abundant pani. *Scilicet pane ſacrę ſcripturæ per eruditionem, & pane eucharistiæ per ſacramenti receptionem.*

16 Ego au. hic fame pereo. *Quia ſi ad populum gentilem referatur hoc dict..., patet, quòd ei talia non adminiſtrantur. Si autem ad Catholicum peccatorem, patet quòd talia non proficiunt homini, quandiu manet in mortali peccato.*

☞ Surgam

MORALITER.

† 1 *Et diuiſit illis ſub.* Quia Deus dimittit quemlibet agere ſecundùm arbitrij libertatem.

2 *Adoleſcentior filius peregrè profectus eſt.* Per multiplicationem peccati elongans ſe à patria cœleſti, ideò ſubditur:

3 *Et ibi diſſ. &c.* Bona gratuita perdendò, & naturalia peiorādo.

† *Et poſtquam conſummaſſet omnia, facta eſt, &c.* Nam in regione peccati fit magnus defectus pabuli diuini.

6 *Et ipſe cœpit egere.* Nam exiſtens in mortali peccato fit egens omni ſpirituali bono.

† *Et adhæſit vni ciuium, &c.* Id eſt, diabolo qui ciuis eſt in regione vmbræ mortis.

8 *Et miſit illum in villam ſuam* Id eſt, in peccatorum ſocietatem in qua dominatur ſicut in propria villa.

9 *Vt paſceret porcos.* Id eſt, immundiciæ peccata.

10 *Et cupiebat implere ventrem, &c.* De cibo porcorum, qui eſt carnalitas.

11 *Et nemo illi dabat.* Quia nullus vtens ratione concedit carnaliter viuere.

12 *In ſe autem re.* Id eſt, ad propriam conſcientiam per rationis dictamen, à qua receſſerat ſequendo ſenſualitatem.

13 *Dixit Quanti mercenarij.* Id eſt, Deo ſeruientes.

14 *Abundant pa.* Verbi diuini & Euchariſtiæ ſacramenti.

15 *Ego autem hic fame pe.* Priuatus omni bono.

8 Et F † Surg

A satagunt, quotidianis supernæ gratiæ reficiuntur alimentis. Sed fame perit, qui extra domum patris, id est, sine fide viuens, vitam beatam in inani philosophia inquirit.

a *Pater pec.* Et si Deus omnia nouit, vocem tamen expectat confessionis Sine periculo prodas quod scis iam esse cognitum: habes causam vt pro te interueniat Christus, nec pro te gratis mortuus sit, habet & causam ignoscendi pater, quia quod vult filius vult & pater. *Pater pec. in cœ. co.* Peccato animæ cælestia significantur dona sancti spiritus imminuta.

† posthac.

B b *Fac me si.* Ad filij affectum qui omnia quæ patris sunt sua esse non ambigit, aspirare non præsumit, sed mercenarij statum iam pro mercede seruiturus desiderat; sed nec hunc etiam nisi paterna dignatione se promereri posse testatur.

Seruus mercenarius & filius differunt.

Ambro. Distat inter seruum, mercenarium & filium. Seruus est, qui timore pœnæ præsentis vel futuræ temperat à vitijs: Mercenarius est, qui spe & desiderio regni cœlorum: Filius est, qui amore ipsius boni, & virtutum succensus quidquid est eis contrarium toto odio detestatur. Vnde prodigus cum in se reuersus famis supplicia formidaret, iam seruus factus statim mercenarij iam de mercede cogitans cupiebat. Sed pater occurrens non contentus minora concedere, vtroque gradu citius transcurso, pristinæ filiorum dignitati restituit, nec iam de mercede conductoris, sed de hæreditate facit cogitare parentis. Vnde iste non addit quod disposuerat se dicturum: Fac me sicut vnum de mercenarijs tuis, cum panem non haberet vel mercenarius esse cupiebat, quod post osculum patris generosissimè dedignatur.

C c *Cum autem adhuc longè esset vidit il. pa. ip. &c.* Antequam intelligeret Deum, sed tamen cum iam piè eum quæreret, tamen nondum dignus operibus rediret, per verbum incarnatum anticipat filij reditum. Ante ad terras venit quàm ille ad domum confessionis, ipsum verbum non deferens, sed in verbo vsque ad peregrinationem nostram condescendens. Brachium, id est, filium in amplexum reuertentis humiliauit. Pater super filij collum cecidit, dum leue iugum suæ dilectionis sibi imposuit, & osculatus est eum, vt ostenderetur quod alibi dicitur: *Osculetur me osculo oris sui.* Rediens osculum charitatis à patre accipit, dum per gratiam certificatur de indulgentia.

D Can. 1. 2.

a ¶ Quia me iacere cognoui. b ¶ Qui longe recessi, ad patrem qui sub principe pecorum miserabili egestate tabesco.

Surgam & ibo ad patrem meum: & dicam illi. Pater, peccaui [1, 2, 3]

a ¶ Coram angelicis spiritibus, sanctisque animabus in quibus Deus sedet.

in cœlum & coram te: & † iam non sum dignus vocari filius

a ¶ Sicut deliberauit ita implet.

tuus. fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Et surgens ve-

a ¶ In ecclesia constitutus. Vbi iam peccatorum fructuosa possit esse confessio.
b ¶ Ante oculos haberi non nisi qui diliguntur dici solent, impios enim & superbos Deus non videre dicitur.

nit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe † esset, vidit [4, 5]

a ¶ Dum pro homine reducendo verbum in carne misit. ¶ Ne quis impediat viuentem.

illum pater ipsius & misericordia motus est, & accurrens †

¶ In occursu præsentia, in amplexu clementia.
a ¶ In ecclesia constitutus incipit peccatum confiteri.

cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque ei

a ¶ Quia cœlestem Ierusalem reliqui. b ¶ Qui te deserto idola colui.
c ¶ Cupit per gratiam fieri, quod fatetur indignum se esse per meritum.

filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te. Iam non sum di-

a ¶ Pater ex natura, ex substantia quam aliquando dedit, non ergo pater iustus tantum.
b ¶ Coadiutores in excolenda vinea. c ¶ Certificate de hæreditate immortalitatis habenda.

gnus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Cito [6, 7]

a ¶ Id est, vestem spiritussancti. b ¶ Id est signaculum similitudinis Christi & expressionem veritatis.

proferte stolam primam, & induite illum & date anulum in [8]

a ¶ Id est, operibus, b ¶ Christus vitulus signatus omni spirituali virtute opimus, vt pro totius mundi salute sufficiat.

manu eius, & calciamenta in pedes eius, & adducite vitulum [9, 10]

d *Dixit autem pater ad seruos.* ✠ Theophylactus. Per seruos intellige, vel angelos ministratorios spiritus, qui mittuntur in ministerium, propter eos qui salute digni sunt. illi enim vestiunt à peccato reuertentē stola prima, quam priusquam peccaremus gestabamus; indumento scilicet incorruptionis, vel dignitate qua præstat omnibus, vt baptismi dignitate. primum enim illa nos vestit, & ab ea sumimus honestatis vestitum. Vel per seruos intellige angelos qui ministrant omnibus quæ propter nos fiunt, & quibus mediātibus sanctificamur, vel etiam sacerdotes qui conuersos per baptismū vel verbum doctrinæ induunt, & induunt eos Christum stolam primam. *Quicumque enim baptizati sumus in Christum, induti sumus Christum.* Et annulum dat in manum signaculum christianismi quod per opera habemus, nam manus symbolum operationis est, anulus verò signaculi.

† abesset.

E

Gal. 3. F

e *Cito proferte sto. pri.* Stola prima, vestis innocentiæ, in qua primus homo conditus, sed post culpam se nudum nouit, & pellicium, id est, mortale sumpsit indumentum.

f *Anu.* Id est, signaculum fidei, quo signantur promissa in cordibus credentium.

g *In ma.* Id est, operatione: vt per opera fides clarescat, & per fidem opera firmentur.

h *Et calcia.* Id est, exempla priorū munite in officio prædicandi, vt & opus ornetur bene viuendo, & cursus ad æterna præparādo.

Et calciamen. Ne coluber inuadat, vt super scorpiones eat, vt ei conueniat: *Quam speciosi pedes euan.* Perdiderat enim dignitatem sponsi, & nudis pedibus Pascha celebrare non poterat.

Isa. 52. d. Rom. 10 c Rom. 10 c

i *Adducite vi.* Prædicate Christum & mortem eius insinuate, vt & corde credat, occisum imitando, & ore percipiat passionis sacramentum ad emendationem.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Surgam. *Per infidelitatis vel peccati derelictionem.*
2 Et ibo ad patrem meum. *Per vitæ meliorationem.*
3 Et dicam ei: Pater peccaui, &c. *Per veram fidei confessionem quantum ad populum gentilem secundùm illud Ro. 10. b.* Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem *quantum ad catholicum peccatorem per integram peccatorum contritionem & puram confessionem.*
4 Cum autem adhuc longè esset. *Id est, motus ad pœnitendum non tamen perfectè contritus ad quam requiritur gratia diuina præueniens. Ideo subditur:*
5 Vidit illum pa. *Oculo clementiæ. Sequitur:*

6 Dixit

6 Dixit autem. *Id est, ad apostolos et ecclesiæ ministros quibus præcepit prædicare, non solùm Iudæis, sed etiam Gentilibus, et etiam non solum iustis, sed etiam peccatoribus.*
7 Cito proferte. *Id est, proferendam innocentiam et restituendam nunciate verè conuersis et pœnitentibus.*
8 Et date anulum in manus eius. *Id est, prædicate dandum anulum fidei per charitatem operantis.*
9 Et calciamenta in pe. *Id est, sanctorum præcedentium exempla, quia calciamenta fiunt de pellibus animalium mortuorum.*
10 Et adducite vitulum. *Id est, Sacramentum Eucharistiæ fidelibus administrate, in quo immolatur Christus, qui est vitulus saginatus propter gratiæ pinguedinem.*

Et

MORALITER.

† 1 *Surgam.* De luto culpæ.
2 *Et ibo ad patrem meum.* Per conatum operandi benè.
3 *Et dicam ei, &c.* Recognoscendo culpam & petendo veniam.
4 *Cum autem adhuc longè esset.* Id est, attritus & non perfectè contritus, ad quod requiritur gratia Dei præueniens. Ideò subditur.
4 *Vidit illum pater ipsius.* Oculo clementiæ.

† Et

† *Et accurrens cecidit super collum eius.* In signum reconciliationis perfectæ.
6 *Dixit autem pater ad seruos suos.* Id est, ecclesiæ ministros quibus Christus præcepit benignè recipere pœnitentes & cōfitentes.
7 *Cito proferte stolam primam, &c.* Administrando sibi ecclesiæ sacramenta vt sicut prius spiritualiter adornetur.
10 *Et adducite vitulum saginatum.* Id est, Eucharistiæ sacramentum Christum continens immolatum.

† Et

a *Et cœperunt epulari.* Non solùm filius pro quo vitulus occisus est, reficitur, sed & pater & serui eius, quia refectio Dei & sanctorum est salus peccatorum. Et nota, quod post datam stolam, annulum, calciamentum, vitulus immolatur, quia nisi quis spem primæ immortalitatis induerit, nisi annulo fidei opera præmunierit, nisi ipsam fidem confitendo prædicauerit, cœlestibus non potest interesse sacramentis.

b *Erat autem fi.* Filius, id est, populus Israël, qui nec ad colenda idola elongauerat. Neque in domo erat, quia interiora legis non penetrabat, literali sensu contentus, terrena operans, terrena expectans. Hic est qui agrum emit, & quinque iuga boum, legis onere pressus, terrenis sensibus fruitur, & vxorem duxit, in affectu carnis.

c *Et cum ve* Appropinquat filius domū cum aliquis in populo illo spiritualiter legem intelligens, labores seruilis operis improbat, & ecclesiæ libertatem considerat. Audit symphoniam & chorum, id est, spiritu plenos vocibus consonis euangelium prædicare. Vocat vnum de seruis, cum sumit ad legendum aliquem de prophetis. Et eum interrogat, dum in eo scrutatur quæ sint hæc festa ecclesiæ in quibus se esse non videt.

d *Audi.* Symphonia est diuersarum ætatum & virtutum, velut variarum chordarum indiscreta concordia. Vnde: *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.*

e *Interrogauit.* Et nunc quærit Israël cur Deus lætetur in assumptione gentium, & propter inuidiam nescit patris voluntatem, & foris stat, quamuis per præcones rogetur.

f *Indignatus.* Indignabantur Iudæi & conquerebantur, quia Iesus cum Gentibus epularetur. Et adhuc de Gentium salute indignantur nec volunt introire. Sed cum plenitudo Gentium introierit, egredietur pater ad rogandum Israël, quando manifesta erit vocatio Iudæorum.

✠ Theop. Hoc loco celebris mouetur quæstio, quomodo appareat filius inuidus, qui alioqui vixit & seruiuit patri beneplacens, quæ soluetur, si quidē parabolam quis exponederit quare dicta fuerit. Omninò enim quia obmurmurabant domino Pharisæi, mundos & iustos se putātes eo quod susciperet meretrices & publicanos, ac propterea parabola ista cum his quæ ante eam dicta sunt, proponitur: quandoquidem Pharisæi qui erant iustiores publicanis, vt videbātur, obmurmurabant.

g *Ecce tot an.* Hier. Iustitiam legis secutus, iustitiæ Dei non est subiectus. Quæ enim maior est iustitia Dei quam ignoscere pœnitentibus.

h *Mandatum tuum.* Quasi non sit præterire, saluti alterius inuidere, vel de iustitia se iactare. *Nunquam præterivi, conuersatus sine querela.* Vel iactantia est, non veritas, cui pater consentit sed alia ratione compescit: Mecum es, lege qua stringeris, non quin peccauerit, sed quia Deus castigando semper retraxit. Vnde, *Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudi. meis non am. &c. Visitabo &c.* Nec mirum si patri mentitur, qui fratri inuidet: cum & in iudicio impudentius mentientur. *Nónne in no. tuo de. e. Nunquam dedisti mihi, &c.* Nullius sanguis prophetæ vel sacerdotis à Romano imperio nos liberauit: & pro Gentibus gloriosus sanguis funditur. Cum amicis epulatur patre absente, quia semper in agro, id est, in fine sæculi hœdum, id est, Antichristum immolabit. Et cum amicis dæmonibus saturabitur. Vnde dicitur: *Tu confregisti capita drac. de. e. es. po. Æthio.* id est, nolentibus conuerti, dedisti eum in quo delectentur.

Occidisti il. vi. sa. Confitentur venisse Christum, sed inuidia non vult saluari. Sic de Iudæo & Gentili. Generaliter autem de iusto & peccatore potest accipi. Sed quomodo iustus inuidet fratri, nec vincitur de correctione patris? Sed omnis iusticia in comparatione Dei non est iustitia. vnde Paulus *quotquot perfecti estis.* Et alibi. *Miser ego quis me li. de. c. m. huius?* In sanctos autem cadit inuidia. Vnde apostoli indignari sunt pro petitione matris filiorum Zebedæi. Nec mirum, cum hoc etiam de angelis putetur. *Sidera quippe non sunt munda in conspectu* ✠ *eius,*

Marginalia: * illum immolate mactate. † 13. 17 c. quēadmodum. † choros. † Iratus. † rogabat, adhortabatur. Supra.14.d. Actu.4.f. Rom.11.e. † lætemur. Matth 7.d. Psal. 88.e. Psal. 73.c. Rom.7.d. Matt.20.c. Iob 25.b.

a ¶ Semper Christus credentibus immolatur. ¶ Gaudium est coram Deo super vno peccatore pœnitentiam agente.

*saginatum, & † occidite. † Et manducemus & † epulemur

a ¶ Per infidelitatem. b ¶ Per fidem. c ¶ Recedendo à consortio iustorum.

quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & in-

a ¶ Redditus matri ecclesiæ. ¶ Hoc in primitiua ecclesia, sed epulæ huius festiuitatis iam dilatata ecclesia, in orbe terrarum celebrantur.

uentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior

a ¶ Id est, in terrenis operibus, id est, longe à consilio patris.

in agro. Et cum veniret & appropinquaret domui, audiuit

a ¶ Symphonia est collatio quorumcumque sonorum & chorus vocum.

symphoniam & † chorum, et vocauit vnum de seruis, & in-

¶ Propheticus sermo. a ¶ Ab extremis terræ vnde maior exultatio. ¶ Vnde, Cantate Deo canticum nouum, quia laus eius ab extremis terræ.

terrogauit quæ hæc essent. Isque dixit illi: Frater tuus venit, et occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum re-

¶ Etiam hunc bonus pater saluare cupit.

cepit. † Indignatus est autem, et nolebat introire. Pater ergo illius egressus † cœpit rogare illum. At ille respondēs dixit patri

¶ Quod est de vno Deo colendo.

suo: Ecce tot annis seruio tibi, et nunquā mandatū tuū præter-

---

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et manducemus. *Quia in primitiua ecclesia non solùm ministri ecclesiæ sumebant hoc sacramentum, sed etiam totus populus quotidie vt habetur Act. 2. f. Et adhuc semel in anno quilibet Christianus tenetur refici hoc sacramento. Reficitur etiam quotidie, quia sacerdotes non solum sumunt hoc sacramentum pro se, sed etiam pro populo.*

2 Quia hic filius meus mor. erat. *Morte culpæ.*

3 Et reuixit. *Vita gratiæ.*

4 Erat autem filius eius senior in agro. *Quia Iudaicus populus in cultu vnius Dei erat occupatus.*

5 Et cum. *Scilicet ecclesia.*

6 Audi. symphoniam & chorum. *Qui cum spiritussanctus descendisset super apostolos aliosque discipulos in die pentecostes, cœperunt laudare Deum varijs linguis, vt habetur Act. 2. a. Et tunc Iudæi qui erant in Ierusalem audientes voces eorum admirati sunt, & cœperunt quærere vnde esset tanta gratia & exultatio, ideo subditur:*

7 Et vocauit vnum de ser. & interro. quid hæc essent. *Quia Petrus pro alijs respondit ostendens quod erat ex donis spiritussancti quod iustificat venientes ad fidem catholicam, siue sint Iudæi, siue sint gentiles, vnde & similis gratia spiritussancti data fuit gentilibus credentibus, sicut & discipulis Christi in die pentecostes data fuerat, vt habetur Act. 10. de Cornelio & alijs gentilibus qui erant cum eo.*

8 Indignatus nolebat introire. *Quia Iudæi etiam ad fidem conuersi, fuerunt admirati quod gentiles quos prius despexerant, æquarentur eis in gratia Dei, vt habetur Act. 10. g. Vnde cum Petrus rediisset Ierusalem, illi qui erant conuersi ad fidem catholicam de Iudaismo, disceptabant aduersus illum, eo quod communicauerat cum illis, vt habetur Act. 11 a.*

9 Pater ergo illius, &c. cœpit rogare illum. *Quia Deus per apostolos & specialiter per Paulum ostendit rationabiliter & per scripturas, quod erant gentiles non contemnendi, sed gaudenter ad communionem fidelium recipiendi.*

10 Ecce tot annis seruio tibi. *Sub lege Moysi.*

11 Et nunquam mandatum tuum præteriui. *Scilicet mandatum de cultu vnius Dei. Licet enim multi de Iudæis fuerint Idololatræ tamen aliqui semper remanserunt in fide & cultu vnius Dei, & illi possunt dici populus Iudaicus, sicut & frequenter pars nominatur nomine totius.*

✠ Et nunquam

MORALITER.

† † *Et cœperunt epulari, &c.* Quia peccator verè pœnitens de peccatis ad mensam Christi recipitur cum alijs Christianis.

4 *Erat autem filius eius senior in agro.* Per quem significatur Christianus perseuerans in iusticia, remissè tamen operando, & talis aliquando miratur, quod Deus magis respicit peccatorem conuersum dando ei virtutem fortius operandi sicut dedit sancto Bonifacio Martyri. Et talis admiratio indignatio dici potest largè loquendo, quia parabola quæ est quædam similitudo, non semper currit omni modo. Pater autem amouet hanc admirationem seu indignationem, quando Deus per se vel per alium ostendit iusto, quod quicquid operatur, iustè fit, licet hominibus aliquando aliter videatur.

eius, & circa angelos suos peruersum quid intellexit. Omnia mea tua sunt. Omnia, non semper ad totum, sed ad partem maximam refertur, vt: *Omnes declinauerunt, simul inuti. facti sunt. Omnes qui venerunt, fu. sunt. Omnibus omnia factus sum. Omnes quæ sua sunt quæ.* *Omnia mea tua sunt;* Non angeli, sed lex & prophetæ, quamquam illi nil negauerit quē ad esum hortatur vituli.

Psal 13.a. Ioan 10.b. 1.Cor 9.d.

a *Nunquā, &c.* Hoc non de omnibus, sed de his tantum qui ad idololatriam nunquam versi sunt, qui etsi temporalia quærebant, ab vno Deo tamen ea desiderabant.

b *Deuorauit substantiam suam cum meretricibus, venit, occidisti, &c.* Meretrices sunt superstitiones gentilium, cum quibus substantiam dissipat, qui relicto connubio verbi Dei cum dæmone fœda cupiditate fornicatur.

c *Fili tu semper mecum es,* Non quasi mentientem redarguit, sed secum perseuerantiam eius approbans, & ad perfruitionem potioris exultationis inuitans.

¶ Id est, nunquam te mihi ad refectionem dedisti, eo ipso quod te hędum, id est, peccatorem, & legis prophanatorem existimaui. a ¶ Hoc ex persona principum cum plebe. Vel ex persona populi Ierosolymitani cum alijs tribubus Israel.

a iui: & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cùm amicis meis epu- 1 b larer. Sed postquàm hic filius tuus, qui deuorauit substantiam suam cū meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum. c d At ipse dixit illi: Fili tu semper mecum es, 2 & omnia mea 3

a ¶ Si desinas inuidere.

tua sunt. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

d *Omnia mea, &c.* In æterna beatitudine, & omnium singula, & singulorū omnia. Nostra sunt superiora ad vidēdum: Nostra erunt æqualia ad conuiuandum. Nostra erunt inferiora ad dominandum. Sicut enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et nunquam d[illegible]isti mihi. *Quia toto tempore legis Mosaicæ nunquam tantum beneficium datum fuit populo Iudaico, quantum datum est tempore euangelij gentili populo ad fidem conuerso, ideò omnia beneficia illius temporis modica sunt & quasi nullius reputationis respectu beneficiorum nouæ legis.*

2 Fili tu semper. *Quia semper aliqui de Iudęis adhæserunt Deo per fidem, & multi ex eis receperunt fidem Catholicam, qui sunt participes beneficiorum nouæ legis, Ideò subditur:*

3 Et omnia. *Cętera patent ex prędictis. Si autem referatur ista parabola ad iustum & peccatorem reuertentem, sic filius senior existens in agro est homo à iuuentute in operibus virtuosis exercitatus. Iunior autem filius est peccator pœnitens, qui diu male vixit, & aliquando sibi datur à Deo maior gratia, & per consequens maior gloria, quàm illi qui benè vixit à iuuentute. Sicut patet de sancto Bonifacio martyre, non pontifice, qui iuuentus in stupro pœnituit, & passus est sub Diocletiano cuius festum colit Ecclesia Romana secundo idus Maij, de quo iusti aliquando admirantur. Quæ quidem admiratio potest dici quędam indignatio, inquantum talis non videtur dignus tanto bono. Sed Deus pater pacificat hanc indignationem, quando ostendit per eruditionem vel inspirationem quòd hoc non prouenit ex parte peccatoris pœnitentis, sed ex infinita bonitate Dei conferentis secundum vera sua iudicia, facultatem humanam omnino transcendentia. Et ad hanc intentionem potest de facili litera applicari.*

CAP. XVI.

a DIcebat. ✠ THEOP. Omnis parabola obliquè & figurato modo rerū quarundam naturam manifestat, non per omnia rebus illis assimilata propter quas assumpta est. Idcircò non oportet omnes parabolarum partes curiosius inquirere, sed quatenus apparent proposito vtiles, reliquiæ enim sinendæ sunt, quasi parabolam cōtexentes, vt nihil ad propositum conducentes, quomodo vt in proposita parabola faciendum.

Postquam tribus parabolis murmurātes de pœnitentiū receptione redarguit, supponit duas parabolas de danda eleemosyna & sequenda parsimonia. Et congruè post pœnitentiam de eleemosyna subditur: Iustè enim à Deo pœnitentes misericordiam expectat, qui indigenti fratri misericordiam præstat. Monet ergo apostolos ad clementiam. q. d. *Dimittite & dimittetur vobis, date & dabitur vobis.*

Suprà 6.1.

b *Ad discipu.* Quia Pharisæi superbi & auari sicut petentibus veniam, ita egentibus pecuniam negabant; ideo saluator nunc ad illos nunc illis audientibus ad discipulos de pietate verba facit.

c *Homo quidam.* Villicus propriè, villæ custos, sed ponitur hic pro Oeconomo, id est, dispensatore, qui vniuersam substantiā domus dispensat. In hoc quippe dispēsatore non omnia ad imitandum

CAPVT XVI.

a b c DIcebat autem & ad discipulos suos: Homo 1 2 quidam erat diues qui habebat † villicum 3 4

a ¶ Hæc accusatio fit, quando non exercet opera pietatis erga illos quibus debuit.

5 & hic † diffamatus est apud illum: † quasi 6

a ¶ Dissipatio est vel quando male congregatur, vel non bene expenditur. b ¶ Vocat quando incutit timorem ęternæ damnationis.

dissipasset bona illius, & vocauit illum, &

† œconomū, dispensatorem.

† delatus

† veluti dissipans facultates.

NICOLAVS DE LIRA,
CAPVT XVI.

1 DIcebat autem, &c. *Postquam descripta est pœnitentium receptio benigna, hic consequenter describitur eorum satisfactio condigna, quæ potissimè est per eleemosynarum largitionem, secundum illud Dan. 4. e.* Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in misericordijs pauperum. *Et ad hoc saluator inducit primò parabolam: Secundò, rem gestam. Secunda ponitur ibi:* Homo quidam erat diues. *Circa primum, primò ponitur Christi eruditio: Secundò Pharisæorum derisio, ibi:* Audiebant autem. *Prima in duas, quia primò ponitur parabola narratio: Secundò, ipsius ad propositum applicatio, ibi:* Et ego vobis dico. *Circa primum sciendum quod ad hoc inducitur parabola, vt per hoc intelligatur, quod sicut dispensator faciens curialitatem de bonis domini sui, receptus dicitur in domibus illorum quibus fecit, sic diuites huius mundi, si de bonis à Deo sibi traditis ad dispensationem dent pauperibus, recipientur in domo ipsorum, quæ est cœlum, secundùm illud Matth. 5. a.* Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. *Dicit ergo:*

Diuisio.

2 Homo quidam. *Id est, ipse Deus pro nobis humanatus.*

3 Erat diues. *Secundùm quod dicitur 21. propositione libri de causis. Primum est diues per seipsum, & non est diues magis. Et Psalm. 111. a.* Gloria & diuitiæ in domo eius.

4 Qui habebat villicum. *Id est, dispensatorem, cui tradidit bona temporalia ad dispensandum.*

5 Et hic diffamatus. *Quia nihil latet eum.*

6 Quasi dissipasset, &c. *Quia frequenter contingit, quod diuites huius mundi*

MORALITER.

1 *Dicebat autem, &c.* Parabolam istam literaliter exposui de mala dispensatione bonorum fortunæ: Nunc autem eam exponam de mala dispensatione bonorum naturæ, quæ sunt, claritas intelligentiæ, capacitas memoriæ, viuacitas sensuum exteriorum, & integritas & sanitas membrorum, quibus homo potest benè & malè vti. Et malus vsus, est dispensatio mala, & tanto peior altera, quanto bona naturalia, bonis fortunæ sunt potiora. Propter quod à domino iustè reprehenditur, dicens.

Bona naturæ quadruplicia.

† *Quid hoc*

imitandum debemus sumere, scilicet vt fraudulenter erga Deum agamus. Sed econtrario istæ similitudines dantur, vt intelligamus, si laudari potuit à domino, qui fraudem faciebat, quantò magis placet Deo, qui secundùm eius præceptum opera illa facit. Nec reprehenditur villicus, in quo discimus, non ipsi esse domini, sed potius alienarum dispensatores facultatum. Et ideò licet peccauerit, tamen quia sibi in posterum ex indulgentia rerum domini quæsiuit auxilia, prædicatur.

ALLEGORICE. Villicus est, cui Deus aliquas pecunias ad erogandum pauperibus commisit. Qui si cogitat talem villicationem cum vita illa finiendam, magis de amicis acquirendis, quàm de congregandis diuitiis pertractat. Intelligens finita vita ista non esse ei locum, vt terrã suam deuota compunctione fodiat ad ferendum fructum. Et ibi etiam confusibile erit mendicare, eo modo quo mendicabunt fatuæ virgines.

a *Centum cados.* Cadus Græcè, amphora dicitur Latinè continens tres vrnas. Chorus modiis 30. impletur. Simpliciter sic potest accipi. Quisquis indigentiam pauperis vel ex dimidia, vel ex quinta parte alleuiat misericordiæ suæ mercede donandus est. Vel si accipiatur, vt cum Iudæi decimas dederint sacerdotibus & Leuitis suis, super iusticiam eorum abundet iusticia ecclesiæ Christi. Et cum illi decimas, isti dent dimidias: sicut Zachęus fecit de bonis suis, vel duplicent illorum decimas dando quintas.

b *Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fe.* Si dispensator iniqui mammonæ domini voce laudatur, quòd de re iniqua sibi iusticiam præparauit, & passus dispendium, tamen laudat prudentiam eius non quòd aduersum dominum fraudulenter egerit, sed quod pro se prudenter fecerit: quantò magis Christus, qui nullum damnum sustinere potest, & pronus est ad clementiam, laudabit discipulos, si in sibi creditos misericordes fuerint.

c *Quia filij huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt.* Cuius quisque opera agit, eius & filius dicitur, vnde: *Filij huius.* Id est, tenebrarum & filij lucis æternæ vitæ.

[Margin: ideacco. c. qualiter 2. | † Posthac | B | mori | C | in iustitię. Iniustè possessa non sunt danda pro eleemosyna Matt. 25. a. | Cados | Choros | D | † oeconomiæ, dispensationis. | E | † oeconomiæ dispensatione. | † bores | † literas | F]

(¶ Dum vluis cogita qualiter debeas operari.) ait illi: Quid hoc audio de te? † Redde rationem † villicationis tuæ: (¶ A tempore mortis.) (¶ Timore perterritus.) † Iam enim non poteris villicare. Ait autem (¶ Vt pœnas euitem.) villicus intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me, villicationem? Fodere non valeo, mendicare (¶ Tempore huius villicationis.) erubesco. † Scio quid faciam, vt cum amotus fuero à † villicatione, (a ¶ Illi quibus misericordiam impendero.) recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus Domini sui, dicebat primo: Quantum debes Domino meo? At ille dixit: Centum † ^a cados olei: Dixítque illi: Accipe † cautionem tuam, & sede citò, (¶ Dimidiam partem dimittit.) scribe quinquaginta. Deinde alio dixit: Tu verò quantum debes? Qui ait: Centum choros triciti. Ait illi: Accipe (a ¶ Quintam partem dimittit.) literas tuas, & scribe octoginta. Et ^b laudauit dominus villicum † iniquitatis, quia prudenter fecisset, (b ¶ Non de fraude sed de prouidentia, quamuis peccantem laudat.) quia filij huius ^c seculi prudentiores (¶ Carnali.) filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego

Facite

NICOLAVS DE LIRA.

huius mundi, & maximè ecclesię ministri, quibus tradita sunt bona temporalia ad exponendum in piis operibus frequenter consumunt ea in illicitis & superfluis contra voluntatem domini tradentis talia eorum dispensationi.

1 Redde rationem villicationis tuæ. *Quia de omnibus sibi traditis Deus exiget rationem vsque ad minimum quadrantem.*

2 Iam enim non poteris villicare. *Quia omnia à te auferentur in morte.*

3 Ait autem villicus intra se: Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? *Quia aliquando contingit, quod diuites huius mundi malè consumentes bona sibi tradita, timore mortis ducuntur ad pœnitentiam, & ad cogitandum de vita futura.*

4 Fodere non valeo. *Id est, proprio labore & pœnitentia non possum satisfacere de peccatis, & venire ad vitam beatam.*

5 Mendicare erubesco. *Quia verecundum debet esse huius mundi diuitibus, petere à pauperibus & religiosis suffragia spiritualia, & non rependere eis in temporalibus bonis.*

6 Scio quid faciam. *Quia bona temporalia eis distribuam.*

7 Vt cum amotus fuero à villicatione. *Scilicet in morte.*

8 Recipiant me in domos suas. *Id est, per eorum suffragia & merita recipiar in vita beata.*

9 Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui. *Quia religiosi & pauperes quantumcúmque iusti, sunt debitores Dei. In hoc tamen tenet ista parabola, quòd sicut iste qui curialis fuit creditoribus de bonis domini sui, recepit ab illis curialitatem quibus fecerat: Sic diuites huius mundi si bona tradita pauperibus dispensent, per hoc de offensis satisfaciunt: Parabola enim similitudo est. Similitudo enim non semper currit quatuor pedibus, imò si teneret in omnibus, iam non esset similitudo, sed magis identitas.*

10 Et laudauit dominus villicum iniquit. *Non de fraude, sed de prudentia. Sic diuites huius mundi non sunt laudabiles de consumptione bonorum in illicitis actibus, sed de hoc quod prudenter se conuertunt ad distribuendum bona in piis operibus, vt per hoc prouideant sibi in vita futura, quia sola eleemosyna est comes defunctorum, secundùm quod dicit beatus Augustinus.*

11 Quia filij huius seculi. *Id est, homines temporalibus intenti,*

12 Prudentiores. *Id est, magis astuti sunt & feruidi in temporalibus negociis agendis.*

13 Filiis lucis. *Id est, quàm homines spiritualibus deputati sint in negociis spiritualibus. Et hoc videmus ad sensum frequenter accidere. Cuius vna ratio est corruptio naturæ propter quam homo pronior est ad malum quàm ad bonum. Alia ratio est, quia bona terrena sunt sensibilia, et ideò fortiùs mouent animum, quia bonum non mouet nisi vt cognitum, secundùm quòd dicit Augustinus; Inuisa diligere possumus, incognita autem nequaquam. sensibilia autem bona sunt magis cognita quam spiritualia, quia sensibilia sunt cognita per experientiam sensu: illa autem solùm per fidem.*

14 Et ego vobis dico. *Hic ponitur prędicta parabola applicatio, cùm dicitur.*

[Margin: Clericorũ dispẽsatio mala | Prudentiæ filiorũ huius seculi ratio duplex.]

Facite

MORALITER.

† *Quid hoc audio.* Hoc autem dominus ei dicit, quando terrorem mortis immittit.

3 *Ait autem villicus intra se: Quid faciam quia dominus meus, etc.* Hoc autem dicit, quando non solùm mortem timet corporalem, sed etiam æternam.

6 *Scio quid faciam, &c.* Id est, per alios bonos procurabo mihi salutem.

9 *Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat pri. &c.* Omnes autem quantumcunque iusti, sunt debitores Dei. Homo verò donatus prædictis naturalibus bonis, de cursu communi abundans est in fortunæ diuitiis, quarum tamen non est dominus, sed dispensator, & ideò quando de illis dat pauperibus, donat de bonis domini sui, & per eorum merita acquirit salutem sibi. Ideò concluditur:

10 *Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset.* Dicitur autem, villicus iniquitatis propter dissipationem bonorum naturæ, sed laudatur à domino, quia prudenter dispensauit bona fortunæ, propter quod inducit alios ad simile, dicens.

a *Facite vobis.* Mammona lingua Syrorum diuitiæ iniquitatis, quia de iniquitate collectæ sunt. Si ergo iniquitas bene dispensata, vertitur in iustitiam, quanto magis epulæ diuini sermonis in quo nulla est iniquitas, bonum dispensatorem leuant in cœlum. Vnde sequitur. *Qui fidelis est in mini. etc.*

b *Qui fide.* In pecunia cum paupere participanda.

THEOPHYLACTVS. Adhuc docet quomodo secundum deum dispensandæ sunt diuitiæ. *Qui enim fidelis est in minimo,* hoc est qui bene dispensauerit concreditas sibi diuitias in hoc mundo, etiam in multo fidelis est, hoc est in futuro seculo reuera diuitiis dignus est. Minimum igitur vocat terrenas diuitias & reuera paruas immo quæ nihil sunt quandoquidem transitoriæ sunt, multum verò cœlestes, vt pote semper duraturas & quibus semper accedit, qui verò in his terrenis diuitiis iniustus apparuerit & sibi vendicat quæ in communem vsum fratrum sunt concessa, neque illo multo dignus inuenietur, sed sicut iniustus repudiabitur.

Et in maiori fidelis est. Adhærēs creatori, & cum eo spiritus vnus effectus. Sed qui temporalia quæ possidet, non bene dispensat, æternorum sibi gloriam de qua tumet, euacuat. *Si enim non diligit fratrem quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et si habens substantiam, viderit fratrem egentem et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo?*

c *Si ergo, etc.* Qui non dat fratribus ad vtendum quod à Deo pro omnibus est creatum, iniquus erit in spirituali pecunia diuidenda, vt non pro necessitate, sed pro personis doctrinam domini diuidat.

[Margin: Mammona. †14. q. 1. c. qui habetis. †Minimo. †Mat. 6. e. †1. Ioan. 4. d]

Non quoslibet pauperes, sed eos qui possunt vos recipere in æterna tabernacula.

a vobis dico: † Facite vobis amicos de mammona iniquitatis [1] vt cum defeceritis, [2] recipiant vos in æterna tabernacula. [3]

In carnalibus in vsus fratrum bene expensis. — In spiritualibus erogandis.

b Qui fidelis est in minimo, [4] & in † maiori fidelis est, & qui [5]

Qui non dat fratribus.

c in † modico iniquus est, & in maiori iniquus est. [6] Si ergo in [7]

Id est, in diuitiis, quibus præest iniquus mammon, vt de eis tentet homines. Id est veræ vitæ gaudia vel virtutes, quibus ad vitam venitur.

iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est, [8] quis

Alienum est à vobis quidquid seculi est, quia præter naturam. — Ea quæ propriè homini deputata sunt Christus est, quia vita nostra est.

d credet vobis? [9] Et si in alieno fideles, [10] non fuistis, quod vestrum

Inter se diffidentibus. — Nihil medium. — Diabolum. — Deum. — Diabolo.

e est, [11] quis dabit vobis? [12] † Nemo seruus potest duobus dominis

Deum cuius mandata postponit & diligit naturaliter. — Exponit qui sint duo domini.

f seruire, [13] aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut † vni

Intelligentes parabolam aduersus se dictam, & carnalia præsentia spiritualibus futuris quasi incertis præponentes.

g adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire & [14]

h mammonæ. Audiebāt autē omnia hæc Pharisei, qui erant auari [15]

d *Et si in alieno.* Si carnales diuitias quæ labuntur, non bene dispensatis, veras & æternas diuitias quis dabit vobis?

e *Nemo seruus* Corripiens auaritiam dicit amatores pecuniæ Deum amore non posse. Qui ergo Deum amat pecuniam contemnit. Non valet enim simul transitoria & ęterna diligere. Qui æternitatem diligit, temporalia in vsu, nō in affectu possidet. Ideo debetis fideliter distribuere. vt domini temporalium non vt serui, quia simul non potestis seruire Deo & pecuniæ.

f *Aut vni adhærebit:* AVGVS. Non quidem diliget. Nemo enim diligit diabolum, sed sua cupiditate implicitus ei adhæret, vt si quis alienæ ancillæ coniunctus patitur seruitutem etsi non diligit eum cuius ancillam diligit. *Et alte.* Non quod odio habeat Nullius enim conscientia Deum odisse potest, sed cōtemnit, dum minas eius suis cupiditatibus postponit & de bonitate eius & impunitate sibi blanditur.

g *Non potestis Deo seruire & mammonę.* Non ait habere diuitias, sed seruire. Seruit qui custodit vt seruus, sed qui seruitutis excussit iugum distribuit vt dominus. Qui seruit Mammonæ, illi vtique seruit qui merito suæ peruersitatis rebus istis pręposìtus princeps mundi à domino dicitur.

h *Audiebāt autē.* Monebat dñs scribas & Pharisæos non superbè sapere, nō de sua iustitia præsumere, sed peccatores pœnitētes suscipere: & sua quæ fortè inciderēt peccata: eleemosynis redimere. Sed illi pręceptorē misericordiæ humilitatis & parsimoniæ, deridēt, quasi minus vtilia & nūquā faciēda noxi⁹ imperaret, vel certè vtilia, sed à se iā perfecta superfluus ingereret. Vnde eos redarguit

[Margin: B. C. D. E. F. †multò. Vnū amplectetur.]

d Et si — Et ait

NICOLAVS DE LIRA.

1 Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. *Mammon est nomen dęmonis tentātis de diuitiis malè acquirendis, & ideò nomen eius ad diuitias significandas deriuatur, et potest esse prima vel tertia declinationis, dicendo mammona mammonnæ, vel mammon mammonis. Facere igitur amicos de mammona iniquitatis, est dare diuitias pauperibus, quæ dicuntur mammona iniquitatis, quia frequenter ad iniquitatem inducunt & implicant, non tamen per se, sed ex abusu hominum, vnde dicit beatus Ambro. Sicut diuitię impedimenta sunt reprobis: ita probis sunt adiumenta virtutis.*

Aliter etiam potest exponi de diuitiis iniquo affectu vel malo actu acquisitis, de quibus potest tamen eleemosyna fieri, vt de acquisitis per meretricium, & huiusmodi. Dare igitur talia, pauperibus est facere sibi amicos de mammona iniquitatis, id est, de diuitiis iniquo actu vel affectu acquisitis. Si autem iniusto titulo acquirantur vel possideantur diuitię, de eis non debet dari eleemosyna, sed est restitutio facienda.

2 Vt cum defeceritis. *A præsenti vita.*

3 Recipiant vos in æter. *Id est, per sua merita & suffragia impetrent apud Deum vos finaliter recipi in beata vita.*

4 Qui fidelis est in mini. *Bona minima sunt temporalia. Similiter sunt aliena à nobis, quia sunt extra nos. Bona autem spiritualia, sunt bona maiora, sunt etiam nostra, quia non possunt auferri à nobis, nobis nolentibus. Dicit igitur saluator:* Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. *Quasi dicat qui bona temporalia quę sunt minima fideliter dispensauit per eleemosynarum largitionem, dignus est vt sibi committatur dispensatio spiritualium, quæ sunt maiora, quia fidelitas dispensationis prima est argumentum fidelitatis secundæ.*

5 Et qui in modico iniquus. *Bona temporalia (quæ modica sunt) in illicitis consumendo aut malè retinendo.*

6 Et in maiori iniquus est. *Id est, in dispensatione bonorum spiritualium quę maiora sunt, quia infidelitas prima est argumentum infidelitatis secundæ. Ideò sequitur:*

7 Si ergo. *Temporalia malè dispensando quæ sunt magis bona secundùm appararentiam, quam secundùm veritatem.*

8 Quod verum est. *Id est, bona spiritualia, quæ sunt vera bona.*

9 Quis credet vobis? *Id est, tradet vobis ad ministrandum? Quasi dicat nullus sapiens. Et ideò tales si promoueantur in ecclesia, non est ex Dei ordinatione, sed magis permissione.*

10 Et si in alieno. *Id est, in temporalibus, quæ sunt aliena à vobis, vt prędictum est.*

11 Quod vestrum est. *Id est, bona spiritualia, quæ sunt habentibus intrinseca, vt prędictum est.*

12 Quis dabit vobis? *Scilicet ad dispensandum, quasi dicat nullus sapiens hoc faceret.*

13 Nemo seruus potest duobus dominis seruire. *Scilicet contrariis. Ideò sequitur:*

14 Non potestis Deo seruire & mammonæ. *Id est, obedire Deo & diabolo, tentanti de diuitiis malè acquirendis & malè dispensandis.*

15 Audiebant autem. *Hic consequenter ponitur Pharisæorum derisio irrationabilis. Secundò eorum confutatio rationabilis ibi.* Et ait illis *Primum ponitur cum dicitur:* Audiebant autem. *Quasi irrationabiliter loqueretur. Tum quia Abraham fuit diues valde, vt habetur Gene. 13. a. & multi alij, qui Deo seruierunt & placuerunt.*

5 Et qui — Tum

MORALITER.

† 1 *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, &c.* Id est, de temporalibus diuitiis. Quæ sic nominātur, non quia sunt malæ secundùm se, sed quia frequenter sunt occasio mali. 1. Timoth. 6. b. *Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociua quę mergunt hominem in interitum & perditionem.*

15 *Audibant au.* Auarus enim liberalem dicit prodigum, vt habetur 4. Ethic. & per consequens dicit eum deridendum tanquam stultum propter quod Pharisæi qui erant auari deridebant Christum, eo quod laudabat dispersionem bonorum temporalium.

† Omnis

a *Et ait, &c. qui iu.* Dum peccatores quasi infirmos & desperatores contemnitis, & vos perfectos in omnibus cunctæque fragilitatis expertes, eleemosynarum remedio non egere creditis. Sed hæc tumoris altitudo quã iustè dãnanda sit, videt ille qui illuminat abscondita tenebrarum, & manifestat consilia cordium. non torpenti lentescit affectu. Est ergo fidei religiosa violentia, segnicies criminosa. Faciamus ergo vim naturæ, vt non ad terrena demergat, sed ad superna erigat.

1. Cor. 4.

d *Facilius est.* Quamuis dicam, *lex & prophetę vsque ad Ioannem*, tamen non prędico legis destructionem: quia facilius est maxima mundi elementa quam minima legis præcepta transire, quia etiam illa quæ leuia vel superstitiosa videntur nõ vacant à sacramentis spiritualibus. quando omnia & in euangelio recapitulãtur. Et tamen lex & prophetæ vsque ad Ioannẽ, quia nõ potuit vltrà venturos prophetari, quẽ claret venisse testimonio Ioannis.

b *Lex & prophetę.* Disputantem cõtra philargyriam deridebant, quasi cõtrarium legi & prophetis, cum in lege multi diuites Deo placuerunt, & cum lex suis obseruatoribus bona terræ promittat, quibus occurrit docens distantiam esse inter legem & euangelium: quia in lege carnalibus propter terrã præcipiũtur minora, & in euãgelio spiritualibus propter cœlum pręcipiuntur maiora. Ideò in euangelizatione regni addit.

† subsannabant.

a & † deridebant illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis vos [1] coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra quia [2] [3]

a ¶ Vestra altitudo displicet Deo & in hoc ne defendatis vos per legem, quia lex vestra iam amisit flatum. [4]

quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. [5]

a ¶ Vbi tẽporalia dabãtur. b ¶ Qui pœnitentiam & vitę austeritatem verbo & exemplo propter cœlestia docebat. ¶ Qui est finis legis & initium gratię. c ¶ A tempore eius.

b † Lex & prophetę vsque ad Ioannem: † ex eo regnum Dei [6]

¶ Supple tendens.

c d euangelizatur, & omnis in illud vim facit. † Facilius est autem [7] [8]

¶ Non soluo legem. Sicut in hoc vno apparet, sic & de alijs intelligite.

e cœlum & terram præterire, quam de lege vnum apicem cadere. † Omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mœ- [9]

a ¶ Matthæus excepta causa fornicationis. b ¶ Quasi ignotus apud Deum nomine non designatur.

f chatur: & * qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Homo qui- [10] [11]

a ¶ Hoc nisi ad inanem gloriam. ¶ Ecce voracitas.

g dam erat diues qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur [12] [13]

† Mat. 11. b. † ex tunc, ex illo tempore. † Mat. 5. b.

† Mat. 5. e. & 19. b. * omnis.

e *Omnis qui.* A Marco. Nõ omne cõiugiũ est à Deo. Nõ enim gẽtilibus Christianæ copulantur, cũ lex prohibeat. Vbi est impar coniugiũ, lex Dei non est.

✠ THEOPHYLACTVS. Videntur hæc separatim dicta, & cum superioribus non cohærere, sed attendenti videbuntur non malè connectanea, nam quia ipse paupertatem in superioribus docuerat vocando diuitias iniustum Mammonam lex, verò benedictionem & in diuitijs debet, & prophetæ bona terræ promittebant, vt ne quis dicat ei irridens sicut Pharisæi, quid tu dicis? contrarius es legi? illa & in diuitijs benedicit & tu paupertatem doces? propterea dicit: *Lex & prophetę vsque ad Ioannem.* Et bene quidem docebat ita auditorum infirmitate postulante.

c *Et omnis.* Magna vis est cum de terra genitus cœlum quærit possidere per virtutem, quod non potuit tenere per naturam, cum linguas etiam deridentiũ contẽnit, sicut dominus irrisus est à Pharisæis. Omnis qui vim facit, vehementi studio properat, non

f *Homo qui.* Contra derisores auaros quod proposuit exemplo astruit, scilicet quod diues apud inferos torquetur, qui Lazarum non fecit sibi amicum, à quo posset recipi in ęterna tabernacula, & magis videtur narratio quàm parabola.

g *Qui induebatur purpura & bysso.* GREGORIVS. Purpura color regij habitus est, conchis marinis ferro circuncisis emissa. Byssus genus lini candidissimi & mollissimi. Si cultus præciosarum vestium culpa non esset, sermo Dei non tam euigilanter exprimeret, quod diues purpura & bysso indutus apud inferos irremediabiliter torquetur: nec reprehenditur diues, quod aliena rapuerit, sed quod sua non erogauerit, quid ergo illi, qui aliena rapit? Hoc etiam hunc inferno tradidit quia in sua felicitate timidus non fuit, quia percepta dona ad vsum

☞ arrogantiæ

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *Tum quia lex vetus & propheta inducebant ad seruitutem Dei promittendo abundantiam temporalium, vt patet in multis locis ve. test. Pharisęi tamen illa inducebant ad defensionem suæ auaricię. Malè etiam inducebant, quia illi qui bene vtuntur diuitijs non seruiunt eis, nec dæmoni de eis tentanti, sed magis è conuerso diuitię eis seruiunt, quia sunt eis inuamenta virtutis, vt prædictum est. Tales autem fuerunt Abraham & alij diuites qui Deo seruierunt & placuerunt. Similiter lex & prophetę seruientibus Deo non promittebant abundantiam temporalium, tanquam principale præmium, cum sint minora bona quam actus meritorij: præmium autem principale maius bonum, cum sit finis actus meritorij, & finis semper potior est his quæ sunt ad finem ordinata. Et ideo vbicunque in sacra scriptura pro actibus virtutum promittuntur bona temporalia, sub illis intelliguntur bona spiritualia & æterna tanquam principaliter promissa, neque temporalia sit promittuntur ad malum vsum, sed ad bonum.*

1 Et ait. *Hic consequenter ponitur Pharisęorum confutatio. Et primò dicta confutatio ponitur: Secundò dubium remouetur, ibi:* Facilius. *Primò igitur ponitur Pharisæorum confutatio, cum dicitur:*

2 Vos estis. *Auariciam vestram prædicto modo colorando falsè.*

3 Deus au. *Id est, iniquitatem ibi latentem.*

4 Quia quod. *Id est, apparens iustitia & non existens.*

5 Abominatio est. *Quia secundum quod dicit beatus Hiero. Simulata sanctitas duplex est iniquitas.*

6 Lex &. *Non quod lex vel prophetia defecerit, sed quia ex tunc perfectio euangelica prædicari incæpit quæ inducit ad contemptum temporalium propter amorem spiritualium & cœlestium, tanquam propter maius bonum expeditius consequendum, vnde dicitur libro de ecclesiasticis dogmatibus: Bonum est facultates cum dispensatione erogare, melius est tamen intentione sequendi Christum, totum simul donare & absolutum à sollicitudine cum Christo egere. Sed quia ad hoc requiritur magnus conatus liberi arbitrij, Ideò sequitur.*

7 Et omnis in il. *Quia homo nutritus & assuetus in amore bonorum temporalium, non potest talia contemnere propter Deum, nisi sibi quandam violentiam faciat, quia consuetudo quædam natura est. Illa autem quæ contra naturam sunt, sunt aliquo modo violenta.*

8 Facilius. *Hic remouet dubium, quia dixerat saluator:* Lex & prophetæ. *Possent aliqui credere quod ista essent per Christũ annihilanda quod non est verum, imo per Christum fuerunt impleta, & imperfectio eorum amata, vt plenius declaratum fuit Mat. 5. & hoc est quod dicit saluator:* Facilius est, &c. *Et ad hoc inducit vnum exemplum dicens:*

9 Omnis qui di. *Lex enim permittebat repudium vxoris non tamen sicut licitum, sed propter maius malum euitandum, vt declaratũ fuit Deu. 24. a. & Mat. 19. b. Et ideò Christus imperfectionem legis amouit, quando indissolubilitatem matrimonij ostendit di.* Omnis qui di. vxo. &c. *Et patet sententia ex dictis Matth. 19. b.*

10 Ho. qui. *Hic inducit exemplum ad prouocandum homines ad opera misericordiæ ex diuite damnato propter defectum pietatis & misericordiæ & non dicitur hic quod sit parabola, quia secundùm doctores est narratio rei gestæ. Dicit ergo.* Homo quidam. *Secundum quod dicit Grego. non exprimitur nomen eius, quia non erat à Deo cognitus per approbationem, secundum quod dicit saluator reprobatis Mat. 7. d.* Nunquam noui vos. Discedite à me omnes. &c.

11 Erat di. *Ecce superfluitas in censu.*

12 Qui indue pur. *Ecce excessus in vestitu.*

13 Et epulaba. &c. *Excedens in victu.*

✠ Et erat

MORALITER.

† 9 *Omnis qui dimittit.* Vxor nullo modo dimittenda est sapientia. Sap. 8. a. *Et quæsiui sponsam mihi eam assumere, &c.*

10 *Homo quidam erat.* Hoc exposui literaliter de diuitijs fortunæ quia secundum doctores catholicos non ponitur hic parabola, sed narratur res gesta, nunc autem exponi potest de diuitijs naturæ prędictis. Et quia talis communiter est etiam diues in temporalibus & superbus, Ideo subditur.

12 *Qui induebatur purpura & bysso.* Ecce pompa vestium.

13 *Et epulabatur quotidie splendidè.* Per excessum victualium.

arrogantiæ inflexit quia viscera pietatis ignorauit, quia præcepta precio redimere noluit.

THEOPHYLACTVS. Diuitem hoc loco in parabola absque nomine assumpsit vtpotè qui neque dignus sit qui à Deo nominetur, sicut & per prophetam dicit: *Non memor ero nominum illorum per labia.* Nomē autem pauperis memorat, iustorum enim nomina in libro vitæ scripta sunt.

Psal. 6.

cipiuntur. Sepultura inferni, pœnarum profunditas est, quæ superbos & immisericordes post hanc vitam vorat.

Sinus Abrahæ, requies est patris, in qua recumbunt venientes ab oriente & occidente cum Abraham, Isaac & Iacob, sed filij regni purpura & bysso induti, foras eijciuntur.

¶ Pauper humilis per approbationem ex nomine scitur.

a quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui † iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & cānes veniebant, & lingebant vlcera eius. Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahę: Mortuus est autē & diues, & sepultus est † in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius, &

a ¶ Hos nec à se remouere poterat, nec visitator erat qui remoueret.

† porrectus erat ad vestibulum.

† Et in inferno eleuās oculos.

a *Et erat quidam.* Si qua reprehensibilia in pauperibus videmus, despicere non debemus, quia fortasse quos morum infirmitas vulnerat, medicina paupertatis curat.

f *Et sepultus est.* In lege nō tenacia, sed rapina damnatur. In euāgelio diues quod sua nō dedit torquetur.

g *Eleuans autem,* A lōge vident infideles, dum in imo positi ante diem iudicij, fideles super se in requie attēdūt, quorum gaudia post cōtemplari non possunt. Longè est quod cōspiciunt, quia illuc per meritum non attingunt.

nemo illi dabat.

b *Vlceribus plenus.* Huius vlcera diues fastidiosus exhorret, ne inter preciosas epulas, vnguentatósque conuiuas, fœtorem vlcerum lambentibus canibus sustineat.

c *Cupiens.* In vna re duo iudicia Dei explentur. Ex visione pauperis diuiti non miserendi cumulus damnationis infertur, & rursum ex visione diuitis, tentatus quotidie pauper probatur, quem ad maiorem ipsius probationem, paupertas simul & ægritudo, & visa diuitis copia, & nulla sibi adhibita consolatio affligunt.

d *Canes.* Potest in lingua canum, lingua significari adulantium qui vulnera lingunt, dum mala quæ in nobis reprehendimus, improbo fauore laudant.

ALLEGORICE, Diues qui induebatur purpura, & bysso, & comedebat quotidie splendidè, Iudaicum populum significat, qui cultum vitæ exterius habuit, & acceptæ legis delitijs vsus est ad nitorem, non ad vtilitatem. Lazarus vlceribus plenus gentilem populum significat, qui conuersus ad Deum, dum peccata confitetur, virus quod intus latebat, quasi rupta cute foras emittit. Et cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat, quia gentilem quemquam ad cognitionem legis admittere superbus ille despiciebat, quia enim non ad charitatem, sed ad elationem doctrinam legis habuit, quasi de acceptis opibus tumuit. Et quia ei verba defluebant de scientia, quasi micæ cadebant de mensa. Sed è contra pauperis vlcera canes lambunt, quia dum prædicatores loquendo à peccatis eripiunt, quasi tangendo vulnera ad sanitatem reducunt, sicut canis curat vulnera, dum lingit. Vnde Lazarus adiutus, benè interpretatur, quia ipsi hunc ad ereptionem iuuant qui eius vulnera per linguæ correctionem curant.

e *In sinum Abrahę.* Sinus Abrahæ, est requies beatorum pauperum, quorum est regnum cœlorum, in quo post hanc vitam recipiuntur.

Matth. 5. a.

Refrigeret linguam meam. Infidelis populus verba legis in ore tenuit, quæ in opere seruare contempsit. Ibi ergo amplius ardebat, vbi se ostendit scire quod facere noluit. Ab extremo digito se tangi desiderat, qui æternis supplicijs datus, optat operatione iustorum vltima participare *Fili recordare. quia rece. bo. in vita tua*: quia omne tuum gaudium fœlicitatem transitoriam putasti. Habent & iusti in mundo bona, sed quia in recompensatione non recipiūt, sed ad ęterna sanctis desiderijs æstuant, quæ assunt minimè bona videntur. *Memento fili.* Ecce Abraham filium vocat, quem tamen à tormento non liberat, quia præcedentes patres huius populi multos à sua fide deuiasse considerant, nec vlla compassione à tormentis eripiunt, quos tamen filios per carnem recognoscunt. *Habet enim quinque fratres.* Iudaicus populus iam ex magna parte damnatus, sequaces quos in terra reliquit, quinque libris Moysi carnaliter intellectis, vel quinque corporis sensibus dedītos nouit. Quinque sunt ergo fratres, quos ad spiritualem intelligentiam non assurgere gemit. *Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurre. cre. ei.* Ex mortuis dominus resurrexit, sed quia Iudaicus populus Moysi credere noluit, ei qui resurrexit credere contēpsit. Et cùm Moysi verba spiritualiter intelligere noluit, ad eum quē Moyses prædixerat, non peruenit. Vnde veritas: *Si crederetis Moysi, crederetis vtique & mihi.*

Ioan 5. g. Visio damnatorum.

h *Vidit Abraham.* GREGOR. in HOM. Credendum est, quod ante retributionem extremi iudicij iniusti in requie quosdam iustos conspiciant, vt eos ridentes & conspicientes in gaudio, non solùm de suo supplicio, sed etiam de illorum bono crucientur. Iusti verò in tormentis semper iniustos intuentur: Vt hinc eorum gaudium crescat, quia malum conspiciunt quod misericorditer euaserunt: Vt etiam peccatores in iudicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempserunt, & de illorum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erat quidam mendicus nomine Lazarus. *Exprimitur autem eius nomen, quia erat Deo cognitus per approbationem, sicut & Moysi dixit Exod. 33. d.* Noui te ex nomine. *Et ex hoc dicit Amb. hic, quod est magis narratio quam parabola.*

2 Qui iacebat. *Vt ex vicinitate magis appareret duricia diuitis, & probaretur patientia pauperis.*

3 Cupiens saturari. *Non dicit de preciosis.*

4 Quæ cadebant. *In quo apparet maxima duricia, eò quod perire permittebatur vnde pauper poterat subleuari.*

5 Et nemo illi. *Quia tali domino talis familia, & ideò sibi conformabatur in mentis duricia.*

6 Sed & canes venie. *Ecce brutalis pietas in lingendo vlcera pauperis, arguit duriciam diuitis, quia curialiores erant canes pauperi, quam eorum dominus.*

7 Factum est autem, vt moreretur mendi. *In patientia quæ opus perfectum habet, probatus.*

8 Et portaretur ab angelis. *Id est, ad limbum sanctorum patrum, vbi descendebant iusti morientes antequam impedimentum generale gloriæ per passionem Christi esset amotum.*

9 Mortuus est autem & diues. *Quia diuitię non possunt à morte saluare.*

10 Et sepultus est. *Scilicet damnatorum, quia erat diaboli parochianus ei primitias reddens, bona temporalia in illicitis consumendo, & horas eius audiendo, cantilenis dissolutis & malis verbis intendendo.*

11 Eleuans autem oculos suos. *Quia eius oculi aperti erant per pœnam, qui ante fuerant clausi per culpam.*

12 Vidit Abraham à longè. *Quia multum etiam ante apertionem ianuæ cœlestis distabat status electorum à statu reproborum, intantum quod impossibilis erat transitus ab vno in alium, vt dicitur infrà. Ex hoc autem loco dicit Gregorius super Lucam, Et ponitur in 4. sententiarum in fine, quod infideles in imo, id est, in inferno positi ante diem iudicij fideles super in requie attendunt, quorum gaudia post contemplari non possunt. Qualiter autem intelligendum sit dictum beati Gregorij, maiorum discretioni*

4. sen. dist. 50. can quę ū etiam.

MORALITER.

1 *Et erat quidam mendicus.* Per quem significatur homo simplex & ignarus indigens consilio eius.

† *Vlceribus plenus.* Id est, pœnitens de suis facinoribus, quod significatur per vlcera, in quibus putredo erumpit ad exteriora.

3 *Cupiens saturari de micis.* Id est, de consilij sui verbis, quæ procedunt ex scientia sicut micæ de mensa.

5 *Et nemo illi dabat.* Quia talis contemnit pauperes, & eos alloqui dedignatur.

6 *Sed & canes veniebant & lingebant vlcera eius.* Per canes lupos à gregibus arcentes, significantur prædicatores & confessores, qui debent tales dulciter consolari.

7 *Factum est autem, &c.* Quia frequenter contingit, quod simplices & ignari saluantur, & homines astuti & literati damnantur. Vnde August. de Paulo simplice dixit: Simplices & illiterati rapiunt cœlum, & nos cum literis trahimur ad infernum.

de illorum pœna torquentur quos inutiliter amauerunt.

a *Vt intingat.* Qui micas cadentes de mensa, Lazaro non dedit, de extremo eius digito aquam distillari in ore suo cupit, & qui minima in vita non dedit, in inferno minima quærit.

b *Quia recepisti.* AVGVST. Nota quod diues iste aliquid boni habuit, ex quo bonum transitoriū in hac vita recepit, & Lazarus aliquid mali habuit, sed ignis inopia purgauit.

c *Et in his omnibus.* Si ut reprobi à pœnis ad gloriam sanctorum transire volunt, ita iusti per misericordiam mente irevolunt ad positos in tormentis, vt eos liberent, sed nō possunt quia iustorum animæ etsi in naturę suę bonitate misericordiam habent, iam tamen authoris sui iusticiæ coniunctæ, tanta rectitudine cōstringuntur, vt nulla ad reprobos compassione moueantur.

† De pœn. dist. 3. c. cauendum.

† super hæc omnia.

ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: † Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala, Nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Et † in his omnibus, inter nos & vos † chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt, neque inde huc transmeare? Et ait: Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham: Habent Moysen & prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi: Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

a ¶ In qua amplius crucior. In hoc nota, quia sicut mos est, etiam inter conuiuia loquacitati studuit.

b ¶ Torquetur ante iudicium, quia luxurioso carere delitijs pœna est.

a ¶ Inter pauperem & diuitem chaos est, quia post mortem nequeunt merita mutari.

a ¶ Qui verba Dei despexerat, hoc audire non posse suos sequaces æstimabat.

† hiatus, vorago.

Nota quod apud animum iustorum non fuscat beatitudinem aspecta pœna reproborum, quia vbi iam compassio miserię non erit, minuere bonorum læticiam non valebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamē gloriam vident pœnas malorum, quas per gratiam euaserunt, quia qui claritatem Dei vidēt nihil in creatura agitur, quod videre non possint.

d *Rogo ergo.* Postquam ardēti de se spes tollitur, animus ad propinquos recurrit, quia reproborū mentem pœna sua quandoque inutiliter erudit ad charitatem, vt iam tunc etiam suos spiritualiter diligant, qui hic dum peccata diligerent, nec se amabant. Seruatur ergo diuiti ad pœnam, & cognitio pauperis quem despexit, & memoria fratrum quos reliquit, vt de visa despecti gloria, & de pœna inutiliter amatorum amplius torquatur.

e *Vt mittas.* Serius diues iste magister incipit esse, cum iam nec discedendi tēpus habeat, nec docendi.

✠ THEOPHYLACTVS. De rebus suis desperans propheta pro alijs supplicat, vide autem quomodo in supplicijs sensum alienæ in fœlicitatis capit, & prius Lazarum despiciebat ante pedes iacētem, nunc aliorum absentium curam gerit & obsecrat vt Lazarus ex mortuis in domum patris sui mittatur, at non simpliciter ex mortuis quispiā, sed Lazarus, vt videant eum coronatum & in gloria & incolumitate qui viderant antea infirmum & contemptum, fiantque testes tanti miraculi, ac tantæ glorię spectatores.

f *Si Moysen.* Qui verba legis despiciunt, redemptoris pręcepta qui ex mortuis surrexit, quanto subtiliora sunt, tanto hęc difficilius implebunt, & cuius dicta implere renuunt, ei proculdubio credere recusant.

Nota quod in villici illius superiore, & istius diuitis præsentis comparatione, incentiuum fit misericordiæ, & ibi fortasse sanctis, quos amicos dicit, quibus tabernacula tribui, hic verò docet pauperibus conferendum.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

rum discretioni & iudicio dimitto. Sed quod damnati vsque in diem iudicij videant gloriam beatorum, vt videntur verba eius sonare, non habetur ex hoc loco sufficiens argumentum, quia saluator narrauit hic rem gestam, vt prædictum est, & per consequens factam ante Christi passionem. Ex quo sequitur, quod Abraham & Lazarus nondum erant in gloria cœlesti sed in limbo sanctorum patrum.

1 Pater Abraham, &c. *Hunc falsò & pro nihilo vocat patrem, quem in operibus minimè voluit imitari, vnde & saluator Ioan. 8. f. dicit Iudæis.* Vos ex patre diabolo estis, &c.

2 Mitte Lazarum. *Irrationabiliter petijt illum ad se iuuandum mitti, cui micas panis noluit mittere esurienti.*

3 Vt refrigeret linguam meam. *Ibi plus cruciabatur, quia per eam plus peccauerat, secundùm duo officia naturę, in quibus lingua deseruit, scilicet gustus & loquela, vt habetur 2. de anima. Quod autem per linguam in officio gustus peccasset, patet per illud quod suprà dictum est:* Epulabatur quotidie splendidè. *Similiter in officio loquelæ, quia inter epulas splendidas magis relaxatur lingua ad loquendum inepta. Notandum tamen hic, quod lingua & digitus Metaphoricè dicuntur in animabus separatis, quales erant anima Lazari & diuitis, sicut in Deo qui spiritus est, manus dicitur virtus eius operatiua. Et similiter in Lazaro hic per digitum intelligitur virtus eius auxiliatiua, per linguam diuitis virtus conceptus mentis expressiua.*

Lingua & digitus metaphoricè in animabus separatis.

4 Fili recor. *Hoc sibi dicitur ad augmentum suę pœnæ, quia maximum infortunij genus est fuisse fœlicem, vt dicit Boëtius 1. de consolatione.*

5 Nunc autem. *Propter meritum patientię.*

6 Tu verò cru. *Propter defectum misericordię.*

7 Et in his, &c. *Id est, distantia magna meritorum & statuum firmata est rigore iusticiæ diuinę, vt impossibilis sit transitus ab vno statu in alium Ideo subditur:*

8 Vt hi qui vo. *Quia animæ separatæ sunt extra statum meriti & demeriti. Quod autem damnati vellent venire ad locum electorum si esset possibile, non est dubium, sed de electis quod vellent ire ad locum damnatorum videtur falsum. Ad quod dicendum, quod non vellent ire illuc ad manendum, vellent tamen ire illuc si esset possibile ad propinquos suos liberandum. Istud tamen velle intelligitur secundùm voluntatem naturalem, non autem secundùm voluntatem deliberatiuam, in qua conformātur simpliciter diuinę iusticię.*

9 Rogo ergo. *Dixit hoc non charitate ductus, cum illam non haberet, sed timore seruili, ne in ipsorum consortio eius pœna augeretur quia fuerat eis occasio peccandi: Tum ratione diuitiarum quas eis dimiserat ad abusum: Tum exemplo malæ vitæ, quod eis dederat ad sequendum.*

10 Et ait illi. &c. *Qui docuit moralia agenda.*

11 Et prophe. *Qui docuerunt mystica credenda, Et ista sufficiunt ad salutem, Ideo sequitur:*

12 Audiant illos. *Ex hoc patet, quod iste diues & amici eius erant de gente Iudæorum, quia gentiles non habebant doctrinam Moysi & prophetarum.*

13 Non pater Abraham, &c. *Moti ex nuncio sic mirabiliter eis apparente.*

14 Si Moysen. *Hoc patuit per effectum, quia Lazaro resurgenti & Christo testimonium perhibenti, non crediderunt, sed magis interficere eum voluerunt, vt habetur Ioan. 12. c. Similiter nec Christo resurgenti, sed magis suaserunt falsò ipsum non resurrexisse, sed corpus eius à discipulis suis furatum fuisse, vt habetur Matth. 27. g.*

NICOL.

MORALITER.

† 1 *Pater Abraham, &c.* Per hoc significatur quod damnati vellent si fieri posset, à beatis adiuuari, sed hoc impeditur per Dei sententiā, quæ dicitur hoc magnum chaos, impossibile pertransiri.

† MORAL.

ADDITIO I.

In cap. 16. *Vbi dicitur in postilla.* Lex enim permittebat repudium vxoris, &c. *De hac permissione agitur satis largè in additione suprà Deut. 24. & Matth. 19. Vide ibi.*

ADDITIO II.

In eodem cap. *Vbi dicitur in postill.* Qualiter autem intelligendum sit dictum beati Grego. maiorum discretioni dimitto, &c.

Verba beati Gregorij, vbi dicit, ante diē iudicij, intelligenda sunt, *ac si dicat:* Ante diem passionis Christi. In passione enim fuit quodammodo iudiciū mundi. *Iuxta illud Ioan.12.d.* Nunc iudiciū est mundi.

REPLICA.

In cap. 16. *Tangit Postill. de matrimonij indissolubilitate. Sed Burg. se opponit per ea quæ posuit Deut.24. & Matt.19. sed vide Cor. Mat.19.*

CAP. XVII.

a ET *ait ad discipulos.* Sciendum cum dominus de misericordia loqueretur, Pharisæi auari in irrisione perseuerabant, in quo infirmis auditoribus scandalum, ne attenderent, faciebant. hos ergo increpat loquens apostolis, scilicet quòd illi suo vitio faciebant, vt euenirent scandala per se quæ non poterāt non euenire in mundo ærumnis & erroribus plenissimo. q.d. Vos ne turbemini si isti derisores scādala mouent, quia ita necesse est fieri, vt qui probati sunt manifesti fiant in vobis.

Nota, quod inquātū potes sine peccato vitare scandalū proximi debes. Quod si de veritate est, pro scandalo veritas relinqui non debet.

b *Si lapis molaris, &c. & proijciatur in mare, &c.* Secundùm ritum prouinciæ, vbi erat ista criminum pœna, vt alligato saxo in profundum demergerentur. Et verè vtilius, innoxium pœna grauissima vitam finire, quàm lędendo fratrem mortem mœreri perpetuam. Vel per lapidem moralem, sęcularis vitæ circumitus & labor exprimitur, per mare extrema damnatio. Quicunque ergo speciem sanctitatis habens, verbo vel exemplo cæteros destruit, melius esset ei, vt eum sub exteriori habitu ad mortem terrena acta constringerent, quia si solus caderet, tolerabilior eum pœna cruciaret.

c *De pusillis.* Non ætate, sed fide & animo, qui occasiones quærunt quomodo scandalizentur, ideò consulere oportet vos his ne occasione vestri recedant à fide & à salute.

d *Attendite vobis.* Quo ordine scandala declinare & væ perpetuum euitare possimus, insinuat. Sed si nos attendimus ne quem lædamus, si pœnitentem zelo iusticiæ corripimus, si ex corde pœnitenti dimittimus, Nec iubemur passim peccanti, sed pœnitentiam agenti dimittere. Primum ergo est peccantem increpare, vt postea pœnitenti possimus dimittere. Ita enim peccat qui peccantem videns tacet, sicut qui pœnitenti non indulget.

e *Et si pœnitentiam.* Aliter fratri pœnitēti, aliter inimico persequenti, veniam dare precipimur. Fratri concessa remissione socia charitate communicamus, persecutori malum vobis volenti, vel si potest facienti, bona voluimus & facimus quod sit, possumus.

f *Septies.* Solet vniuersitas septenario designari. Præcipitur ergo vt omnia peccata dimittantur, vel semper pœnitenti dimittatur.

g *Adauge.* Cùm superà dixisset: *Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est; & si in alieno fideles non fuistis, quòd ve. est q. da. v.* Apostoli qui in alieno & in minimo; id est, in terrenorum contemptu fuerant fideles, in suo & maiori fidem postulant augeri, vt qui ex fide iam habent exordia virtutis, in eadem proficiant, donec ad perfectionem veniant.

h *Sicut granum sinapis.* Fidem perfectam grano sinapis comparat, quæ in facie est humilis & nullarum virium apparens, sed pressuris trita quantum intus ferueat, ostendit. Sinapis granum tritum & cribratum tepidæ pingui mulsæ admixtum, si ieiunus contra solem vel in balneo gargarises, omnem noxium humorem de capite purgat, & imminentium imbecillitatum pericula vitari facit.

Marginalia: 1. Cor.11.d. — † Matt.9.f. — † Expedit — † Mat.18.a — † mola asinaria — † Mat.18.b — † resipuerit — † Adijce — † Mat.17.c. Supra 16.c.

CAP. XVII.

a ET ait ad discipulos suos: Impossibile est, vt ¹ non veniant scandala, † Væ autem illi per † quem veniunt. † Vtilius est illi si † lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare,

quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. † Attendite vobis ² Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si † pœnitentiam egerit, dimittite illi, & si septies in die peccauerit in te ³ & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens pœnitet me, dimitte illi. Et dixerunt Apostoli domino: ⁴ † Adauge nobis fidem. ⁵ Dixit autem dominus: ⁶ † Si habueritis fidem sicut granum

Interlinear glosses: a ¶ Offendicula. — ¶ Melius est pro culpa breuem recipere pœnam, quàm æternis seruari cruciatibus, non enim iudicabit Deus bis in idipsum. — a ¶ Magnus enim moueri non potest. — b ¶ Ergo. — ¶ Ne quem lædatis. — a ¶ Ne vel nimis difficilis venia, vel nimis remissa sit indulgentia. — b ¶ Si enim in Deum non erit nostri arbitrij. — a ¶ q.d. Dicis erogandam pecuniam, condonanda peccata, sed vt habeamus perfectam notitiam horum faciendorum, Adauge nobis fidem.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XVII.

1 ET ait ad discip. *Postquam saluator ostendit, quòd peccatores pœnitentes sunt benignè recipiendi, hoc consequenter ostendit quòd sunt cautè nutriendi. Circa quod primò ponitur informatio Christi benigna. Secundò subditur Pharisæorum interrogatio maligna, ibi:* Interrogatus autem à Phar. *Circa primum ponitur Christi instructio: Secundò instructionis confirmatio, ibi:* Et factum est. *Prima in duas, quia primò ponitur dicta informatio: Secundò apostolorum postulatio, ibi:* Et dixerunt apostoli.

Circa primum sciendum, quòd peccatores conuersi ad pœnitentiam, primò cautè nutriuntur quando à prabendo eis occasionem reuertendi ad vomitum diligenter cauetur, & talis occasio vocatur scandalum: Et dicitur à σκάνδαλον. scandalon Grecè, quod est impactio pedis quæ facit hominem ruere, prout dictum fuit Matth. 18. vbi iste passus exponitur. Secundò nutritur cautè, quando defectus eorum patienter portantur & iniuriæ remittuntur, quia de nouo conuersi ad pœnitentiam propter consuetudinem pristinam habent quandam pronitatem recidiuandi. Ideò dicit saluator:

2 Si peccauerit, &c. *Dulciter & charitatiuè.*

3 Si septies in die, &c. *Id est, toties quoties, secundùm quod expositum fuit Matth.18. vniuersitas enim numero septenario designatur.*

4 Et dixe. &c. *Hîc consequenter ponitur apostolorum postulatio. Cauere enim à scandalis, & remittere iniurias toties quoties procedit ex magnitudine fidei, qua aliquis credit & sperat pro talibus in vita futura remunerari, & ideò apostoli qui erant adhuc imperfecti & ignari, audita prędicta Christi doctrina, petierunt augmentum fidei, dicentes:*

5 Domine Adauge nobis fidem. *Augetur autem fides dupliciter. Vno modo extensiuè, scilicet quando plura credibilia cognoscuntur & creduntur explicitè, sicut fideles literati cognoscunt & credunt explicitè quæ simplices implicitè credunt, credendo de talibus in quodam generali illud quod tenet ecclesia. Alio modo augetur intensiuè, videlicet quando credibilia clariùs cognoscuntur & firmius feruentiusque tenentur, & vtrumque augmentum fidei requiritur in ecclesiæ pręlatis, propter quod apostoli qui post Christum fuerunt primi pręlati in ecclesia Dei, petierunt vtrumque augmentum fidei quod Christus dedit eis, maximè post resurrectionem suam dando eis gratiam spiritussancti. Et ideò prędicit eis virtutem fidei, dicens:*

6 Si habueritis fidem, sicut granum sinapis. *Quod licet sit modicum*

Marginalia: Diuiso. — Fides augetur dupliciter.

MORALITER.

1. *Et ait ad dis.* Id est, difficile. Sic enim vno modo dicitur impossibile, vt habetur 5. metaph.

† *Væ autem.* CHRYSOST. Per scandalizantis pœnam brauium saluantis addisce: Nisi enim vnius anim æ salus esset sibi nimium curæ, non comminaretur scandalizantibus tantam pœnam.

2 *Si peccauerit.* Charitate monendo.

† *Et si pœnitentiam.* Scilicet toties quoties, quod per septies significatur, eò quòd per septenarium vniuersitas figuratur.

6 *Si habueritis.* Comparat autem grano sinapis ipsam fidem, eò quòd granum sinapis tantæ virtutis est, quòd crescit in arborem, & sic virtus fidei charitate formata est magna in operatione. Ideò sequitur:

† Dicetis

vitari facit. Sic fides tentationis pistillo probata, ab omni leuium cogitationum superficie, cribro discretionis castigata & perfectæ dilectionis melle dulcorata, omnes de corde vitiorum sentinas, non solùm ad præsens exhaurit, sed & in futurum ne recolligi possint præcauet.

d *Sic & vos.* Postquam ad perfectionem fidei exhortatus est, per quam fiunt mirabilia opera, etiam contra rerum naturam monet, ne quis de suis operibus glorietur, sed quanto fides est foris virtutibus excellentior, tanto conscientia intus sit humilior, quia domino iure debemus obsequium.

a *Arbori moro.* Per morum colore sanguineo, cuius fructus & virgulta rubent, euangelium crucis exprimitur; quæ per fidem apostolorum de gente Iudæorum (in qua velut in stirpe generis tenebatur verbum prædicationis) est eradicata & in mare gentium transplantata; cui etiam conuenit subiecta parabola de ministris verbi. Folia mori serpenti subiecta necem inferunt, & verbum crucis vt cuncta salutaria confert, cũcta noxia tollit. Fructus mori in flore albet, formatus irrutilat, maturitate nigrescit. Sic diabolus, flore angelicæ naturæ & potestate rutilantis præuaricando terror inhorruit odore, qui per fidem excluditur.

† Sycamino, sycomoro.

a ¶ Species pro genere, quia fides consummata etiam elementis imperare potest.

sinapis, dicetis huic arbori † moro, eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi statim: transi & recumbe, & non dicat, para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi, donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei † imperauerat? Non puto. Sic & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis dicite, serui inutiles sumus: Quod debuimus facere fecimus. Et factum est dum iret in Ierusalem, * transibat per mediam Samariam & Galilæam: Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.

a ¶ A labore. b ¶ Ad mensam. c ¶ Potius.

a ¶ Postquam tua prædicatione & compunctione refectus ero, tunc tandem æternis meæ sapientiæ epulis reficieris.

a ¶ q. d. Quid mirum si fecerit seruus quod debet, cuius est laborare & assiduè seruire?

a ¶ Quia empti precio.

¶ Quia bonorum operum non eget Deus. Vel quia non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

e *Serui inutiles.* Si homo ab homine seruo non vniforme, sed multiplex ministerium exigit, nec gratiam habet, quanto magis vos qui sine me nihil potestis, non vnius vsum operis vel laboris exercere debetis sed semper nouis studijs augere priora, nec vos iactetis, quia benè seruitis.

f *Quod debuimus fa.* Qui venit ministrare non ministrari, nos debitores sibi fecit, ne nostris operibus confidentes, sed eius examen pauentes, omnibus impletis quę præcepta sunt, nos imperfectos esse recognoscamus, quamdiu peregrinamur à Deo.

Ioan. † Imperauerit. Matt. 20. b * & ipse

b *Quis autem.* Seruus arans aut pascens doctor est ecclesiæ, de quo dicitur: *Nemo mittens manum ad aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno* Dei. Et dominus Petro dicit: *Pasce oues meas.* Qui seruus de agro regreditur, cum intermisso opere prædicandi, quasi ad curiam conscientiæ rediens sua dicta vel facta pertractat, cui dominus non statim iubet ab hac vita transire, & æterna quiete refoueri, sed domi parare quod cænet, id est, post laborem apertæ locutionis, humilitatem propriæ conuersationis exhibere, in tali enim conscientia Deus cœnat. Vnde: *Cœnabo cum illo, & ipse mecum. Et pręcinge te,* id est, fluctuantium cogitationum sinus, quibus gressus operum impediri solet, constringe.

Suprà 9. g Ioan. 21. e Apoc. 3. d.

c *Et ministra mihi.* Ministrat conditori qui eius naturam considerans, & eius iudicia pertimescens, de suis se virtutibus humiliat. Minister enim à minori statu dicitur.

g *Et factum est dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum.* Post parabolam qui inuitat ad humanitatem & perseuerantiam in diuersis officijs Dei, reprehenduntur ingrati de impensis beneficijs.

2. Cor. 5. b.

h *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* Leprosi sunt hæretici, qui quasi varios colores habentes in eodem corpore, varias sectas, nunc falsitatis, nunc veritatis permiscent in eadem prædicatione. Hi autem quia vitantur & ab ecclesia remouentur longè, necesse habent, vt magno clamore interpellent, vnde sequitur:

✠ Theophylactus. Et hinc discere quis potest quod nihil cuiquam obest ad hoc vt placeat Deo etiamsi maledicti generis sit, modo bonam voluntatem habeat. Ecce enim decem leprosi occurrerunt Iesu in ciuitatem quandam ingressuro, occurrerunt autem extra ciuitatem, non enim licebat eis qui habebantur maledicti in ciuitatibus versari: extollunt igitur vocem suam

NICOLAVS DE LIRA.

dicum quantitate, est tamen maximum virtute propter quod fides ei comparatur.

1 Dicetis huic arbori moro. *Id est, dicere poteritis.*

2 Eradicare, & transplantare in mare. *Duo mira coniungit, scilicet eradicationem subitam arboris de terra solida, & transplantationem eius in aqua fluida, vt per hoc magis appareat virtus fidei. Sed quia de talibus operibus quæ non fiunt principaliter virtute credentis, sed virtute Dei humanitatis, nullus debet eleuari, sed magis sub Deo humiliari. Ideo subditur:*

3 Quis autem vestrûm habens seruum arantem. *Scilicet laborantem in agro.*

4 Qui regresso de agro. *Scilicet de labore.*

5 Dicat illi statim, transi & recumbe. *Id est, quiesce post laborem, & refocillare. q. d. non ita dicitur ei à domino suo, sed magis dicitur ei:*

6 Para quod cœnem. *Ita quod post laborem in agro requiritur ab eo labor in domo. Et si in omnibus seruus obediat, non tamen propter hoc tenetur sibi regratiari dominus, nec seruus in superbia debet eleuari, quia ad hoc tenebatur ex conditione seruitutis. Et ex hoc concludit Christus, quod apostoli de bonis operibus non debent eleuari, sed magis humiliari. Ideo subditur:*

7 Dicite, serui inutiles sumus. *Quia secundùm veritatem nulla vtilitas prouenit Deo de humanis operibus, sed solùm ipsis operantibus.*

8 Et factum est. *Hic consequenter ponitur doctrinę Christi prędictæ confirmatio per opera miraculosa in sanatione decem leprosorum, cùm subditur:*

9 Occurrerunt ei decem viri leprosi. *Quia audierant famam de mirabilibus Christi.*

Qui

MORALITER.

1 *Dicetis huic arbori moro.* Cuius fructus liquorem sanguini similem emittit, vnde dicitur 1. Mach. 6. d. *Ostenderunt Elephantibus sanguinem vuę & mori.* Et ideo arbor morus crucem significat, cuius fructus dicitur ipse Christus in ea suo sanguine rubricatus. Hanc autem arborem transtulerunt apostoli de terra Iudææ, & plantauerunt in mari, id est, in latitudine gentium, quæ potest dici mare, eò quòd est aquarum congregatio. Et Apoc. 17. d. dicitur: *Aqua multa populi multi,* quando fidem Christi crucifixi prædicauerunt gentibus, dimissis Iudæis, quibus Paulus & Barnabas constanter dixerunt, Act. 13. g. *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce conuertimur ad gentes, sic enim pręcipit nobis Deus.*

3 *Quis autem ve.* Seruus reuertens de labore, significat prædicatorem vel doctorem, reuertens post laborem ad domum propriæ conscientiæ, cui non statim dicit Christus, transi & recumbe, vocando eum de præsenti vita ad requiem patrię, sed adhuc requirit ab eo aliud bonum opus in quo dominus delectatur, & cum hoc fecerit, reputet se parum aut nihil fecisse pro domino respectu mercedis quam expectat ab eo, sic dicebat beatus Franciscus etiam post multos labores & magnos: *Fratres, incipiamus seruire domino quia vsque nunc parum profecimus.*

9 *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* Denarius numerus, vniuersitatem significat, eò quòd est perfectus. Numeri namque sequentes vsque ad centum, sunt ipsius & partium eius replicationes. Nam vndecim sunt decem & vnus, & sic vsque ad 20. qui sunt bis decem, 30. ter decem, & sic consequenter. Ergo per decem leprosos occurrentes Christo, significatur vniuersitas peccatorum, pœnitentium & confitentium.

† Quos

A suam vt orant, & loco quidem procul stant, oratione autem appropiant, & non simpliciter orant vt hominem sed vt eum qui supra hominem, præceptorem enim eum nominant. At ille præcepit eis vt ostenderent se sacerdotibus, nã sacerdores tres probabant, vt ab illis sententiam acciperent, an mundi essent vel nõ, habebant enim sacerdotes signa per quæ incurabilem lepram inuestigabant sed & quando lepra quis infectus, vt postea sanitatem assecutus erat, eum sacerdotes probabant, ac donum offerebatur in lege præceptum.

† glorificans.

B

a *Qui steterunt, &c.* qui contra decalogum peccauerunt, nec amando Deum (de quo malè sentiunt) nec proximum, à quo diuiduntur, sub denario ad Deum clamant & sanantur, dum in ecclesiæ societate doctrinam integram veramqúe assequuntur, & omnia secundùm Catholicæ fidei regulam disserunt, & varietate mendaciorum quasi lepra carent. Sed vnus gratias agit, id est, qui in vnitate ecclesiæ per humilitatem remanent. Qui verò per superbiam elati mundatori sunt ingrati, nouem sunt, quia per vnitatem à perfectione denarij deficiunt, vnde Apostolus: *Qui cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauer. aut gr. e. sed e. in co. suis.*

C

Roma. 1. c

b *Et leuauerunt vocem dicentes.* Quia in verbis Saluatoris se errasse cognoscunt, saluandi præceptorem vocant, & per cognitionem præceptoris redeunt ad formam salutis.

c *Ite ostendite vos sacerdotibus. Et fa&c.* Quisquis hæretica prauitate vel Gentili superstitione, vel Iudaica perfidia, vel fraterno schismate per Dei gratiam mundatus caruerit, necesse est vt ad ecclesiam veniat, coloremque fidei verum alijs similem ostendat. Vnde Paulus ad Ananiam, Cornelius ad Petrum mittitur. Cætera vitia dominus in conscientia per seipsum corrigit & sanat.

Act. 9. a. Iosue 10. a

d *Vnus autem ex illis.* Vnus autem regressus significat vnius ecclesiæ deuotam in Christo humilitatem, qui cadens ad pedes eius gratias agens, quia repressis præsumptionis cogitationibus, quàm sit infirmus videt, nihil virtutis sibi tribuit, bona quæ agit de misericordia intelligit. Vnde & Samaritanus, id est, custos cognominatus, qui ita bona quæ accepit Deo tribuit, vt cum Psal. dicere possit: *Fortitudinem meam ad te custodiam.*

D

Psal. 38. b.

e *Et cecidit in faciem.* Cadit in faciem, qui de perpetratis malis erubescit. Ibi enim cadit homo, vbi confunditur. Qui in faciem cadit, videt quò cadat, qui retro cadit non videt. Boni ergo in faciem cadunt, quia humiliant se in his visibilibus, vt ad inuisibilia erigantur. Mali retrò cadũt quia cadunt in inuisibilibus, vbi non vident quid eos sequatur.

E

† Depræ di i. c. porro s. hac idem. vet. hinc etiã leprosi. † abirent. † sanatus.

a b c Qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem dicentes: Iesu 1 2 3 præceptor miserere nostri. Quos vt vidit, dixit: † Ite osten- †

a ¶ Qui sunt figura sacerdotij futuri in ecclesia.

4 dite vos sacerdotibus. Et factum est, dum † irent, mundati d 5 sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia † mundatus est, regres- 6 e sus est cum magna voce † magnificans Deum. Et cecidit in 7 faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samarita- 8 nus. Respondens autem Iesus dixit: Nónne decem mundati

¶ Ingratos quasi ignotos vbi sunt inquirit.

sunt, & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret & da- 9 f ret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade g quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus autem à Pharisæis, h 10 i k quando venit regnum Dei? Respondens eis dixit: Non veniet 11 12

f *Surge.* Qui infirmitatem suam agnoscens humiliter ante Deum iacuit, diuina consolatione surgere ad fortiora opera, & ire crescendo vsque ad perfectiora iubetur.

g *Fides tua.* Fides quæ ad agendas gratias inclinauit, è contra perfidia illos damnat, qui de acceptis beneficijs sunt ingrati.

F

h *Te saluum fecit.* In superiori parabola decernitur fidem per humilitatem debere augeri. In ista rebus ipsis manifestè ostenditur, non fidei tantum agnitam rationem, sed fidei executam operationem esse, quæ saluum faciat credentem.

i *Interrogatus autem à Pharisæis.* Ideò interrogant, quia sicut Lucas inferius aperuit: Existimabant quòd veniente domino Ierosolymam, confestim regnum eius manifestaretur. Ita vt & ipsi apostoli hac opinione ducti, post resurrectionem eius interrogarent eum: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* Et alibi Cleophas: *Nos autem sperabamus quòd ipse esset redempturus Israel.*

Inf. c. 19. b

Act. 1. a. Infrà 24. a.

✠ THEOPHYLACTVS. Omninò regnum Dei est angelorum more viuere. Tunc enim verè dicitur regnare Deus, quando nihil mundanum in animabus nostris versatur, sed omninò aliter viuitur quàm mundus solet. hanc autem vitam intra nos habemus, hoc est quando voluerimus: non enim longo tempore neque longa peregrinatione opus est, sed prope nos est & fides & post fidem diuina vita.

k *Non veniet regnum Dei, &c.* Quia quando veniet, neque ab angelis,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui steterunt à longè. *Tum propter Christi reuerentiam: Tum quia non debebant appropinquare sanis hominibus, ne eos inficerent.*

2 Et leuauerunt vocem dicentes. *Ex magno desiderio sanitatis.*

3 Dicentes: Iesu præ. mi. no. *Id est, solo verbo potes curare nos.*

4 Ite ostendite vos sacerdotibus. *Lex enim præcepit Leui. 14. a. vt emundati a lepra sacerdotibus se offerrent, & hoc duplici de causa. Vna erat, quia sacerdotes debebant iudicare vtrum talis esset verè curatus. Secunda erat, quia pro sua emundatione tenebantur offerre sacrificium determinatum in lege. Legalia autem tunc cursum suum habebant, vnde & Christus ea seruauit, vt patet in eius circumcisione & oblatione in templo, & immolatione agni Paschalis, & ideo illos quos à lepra sanauit ad sacerdotes misit.*

5 Et factum est, &c. mun. sunt. *Ex fide & obedientia ad Christum meritorie de congruo, sed diuina virtute effectiue.*

6 Vnus autem, &c. mun. est. *Suam sanationem virtuti Christi imputans.*

7 Regressus est. *tanquam gratus gratias Deo agens.*

8 Et hic erat Sam. *Id est, de Gentibus illis quæ missæ fuerunt à rege Assyriorum in Samariam & alias ciuitates terræ illius, captiuatis inde Iudæis & translatis in Assyrios, vt habetur 4. Reg. 17. Et isti Samaritani partim colebant idola, & partim Deum, & Iudæi non communicabant cum eis, sicut nec cum alijs Gentibus, vt habetur Ioan. 4. b. Et per hoc quod dicitur:* Et hic est Sam. *Inuenitur quòd alij nouem erat Iudæi, nec reuersi sunt ad gratias agendum, quia decepti à sacerdotibus quibus se repræsentauerant, qui doctrinæ Christi & miraculis detrahebant, secundum eorum informationem attribuerunt suam sanationem obseruantiæ legis & non virtuti Christi, licet à principio fideliter & deuotè petiuissent ab eo sanari, ideò subditur:*

9 Non est inuentus, nisi hic alienigena. *Et in hoc figuratum fuit quod Gentiles venturi erant deuotè ad fidem Christi, Iudæis remanentibus in suo errore.*

10 Interrogatus autem. *Descripta instructione Christi benigna, hic consequenter ponitur Pharisæorum interrogatio maligna. Christus enim in suis sermonibus frequenter fecerat mentionem de aduentu regni Dei, vt patet ex prædictis in hoc euangelio & in alijs. Et ideò Pharisæi, qui doctrinam Christi deridebant, vt dictum est ca. præcedenti, irrisoriè ab eo quærebant.*

11 Quando venit regnum Dei? *Quasi dicerent: Antequam veniat regnum de quo loqueris, occupabit te mors crucis. Sed dominus tanquam verè patiens, non dedignatus est eis respondere rationabiliter & mansuetè, dicens.*

12 Non veniet regnum Dei. *Per aduentum autem regni Dei intelligitur aduentus Christi ad iudicium, quia veniet tanquam rex ad iudicandum. Venit autem ad iudicium dupliciter. Vno modo particulariter, scilicet in morte cuiuslibet, quia qualis vnusquisque in morte reperitur,*

Christus dupliciter venit ad iudicium.

MORALITER.

† *Quos vt vidit.* Per effectum remissionis peccatorum.

† *Dixit: Ite ostendite vos sacerdotibus.* Quia licet peccata remittuntur in contritione, tamen tenetur ea homo confiteri.

6 *Vnus autem ex illis.* Hoc autem dicitur, ad significandum, quod pauci sunt respectiuè qui grati sunt de beneficijs largitatis diuinæ.

8 *Et hic erat Samaritanus.* Qui custos interpretatur, nam illi sunt grati Deo, qui se custodiunt à peccati recidiuo.

12 *Non veniet regnum Dei cum obseruatione, neque dicent.* MORALITER. Dei regnum, gratia (quæ est arrha gloriæ) potest dici. Ipsa verò non venit cum obseruatione, quia nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit Ecclesiast. 9. a. ideò subditur.

8 Et † Ecce

¶ Neque scietur determinatus locus.
a ¶ Regnum Dei seipsum dicit, intra seipsos positum, & in cordibus eorum qui crediderunt regnantem.

a b neque dicent, ecce hic, aut ecce hic. Ecce enim regnum Dei 1 †

¶ Quos etiam intelligimus de aduentu quęsisse, & isti sunt Petrus, Iacobus Andreas, & Ioannes, vt Marcus testatur.

intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies quando 2
c desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. 3

d ¶ Pseudoprophetæ. ¶ In hac persona vel in hoc tempore est Christus. ¶ Sed vos.
e a ¶ Cum illis vt credatis quæ dicunt. b ¶ Vitam eorum.

f Et dicent vobis: Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. † Nam sicut fulgur coruscans de * sub cœlo, in † ea quæ 4 5 6 7

g a ¶ Subitus coruscus, vt nullus in sua mente latere permittatur, quin iudicis fulgore penetretur.

h sub cœlo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua. Pri- 8

a ¶ Ita clarus veniet, sed ad hanc claritatem oportet venire per passionem: Et si diligitis hanc gloriam ne pro hac timeatis pati mortem.
b ¶ Non tantum Iudęorum, sed omnium reproborum à quibus quotidie patitur Christus in suo corpore.

mum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. † Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in 9

¶ Sic fiet impijs.

i k diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant,
l & dabantur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noe in

¶ Sic fiet impijs.

m arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut 10

gelis, neque ab hominibus potest obseruari, sicut dominicæ incarnationis tempus, & prophetarum vaticinijs præfixum, & angelorum est præconijs manifestatum, adeò vt conceptus est, natus, baptizatus, prædicans, moriens, resurgēs, ad cœlos ascendēs, comitantibus indesinēter vel angelorum vel hominum, vel certè miraculorum sit declaratus indicijs.

a *Ecce enim regnum.* Non poterit obseruari, quia regnum meum non est corporale, vt putatis sed spirituale, quod fide iam incepit.

b *Regnum Dei.* Vel sic potest accipi responsio domini: *Regnum Dei intra vos est,* qui quandoque venturus iudex omniū, nunc etiam regnat in cordibus fideliū. Sed cùm hæretici turbant ecclesiam prauis dogmatibus, desiderant fideles, vt dominus vna die ad terras rediens, si fieri posset, veritatem fidei intimaret. Sed non videbunt, quia quod semel euangelico fulgore est exhibitum, non est opus corporali visione domini firmari.

†Mat.24.c Mar.13.c. †Mat.24.c

c *Venient di.* Noluit dicere quando veniret, sed venturum dixit, vt incuteret omnibus terrorem imminentis iudicij, nec securitatem afferret dilationis. Et ne videretur contristare apostolos, si eis aliquid denegaret, secundum alium euangelistam dicit: *De die autem & hora nemo scit, neque angeli, neque filius nisi pater.*

Mat.13.d.

d *Desideretis.* Post meam ascensionem, quando vos in hoc exilio mundi ingeminescētes desiderabitis me videre in gloria mea, quę voluntas laudanda, non tamen in hoc mundo implenda.

e *Vnum diem fi. ho.* Benè vnum dicit, quia in illa gloria, de qua propheta ait: *Melior est dies vna in atrijs tuis super milia.* Nulla est tenebrarum interruptio, nulla saltem memoria miseriæ vel doloris. Huius diei præsentiam, bonū est desiderare, non tamen magnitudine desiderij nobis fingere somnia, quasi instet dies domini, quod ab aliquibus faciendum prædicit.

Psalm.83.c

f *Et dicent vobis: Ecce hic.* Fuere quidam qui computantes curricula ætatum, consummationis sæculi, certum annum, diem & horam se dicerent inuenisse.

Multi hæretici fuerunt, & futuri sunt, qui se Christos assererēt, quorum primus Simon magus, vltimus Antichristus.

g *Nam sicut, &c.* Nolite illis credere, quia secundus aduentus repentinus erit, & ita manifestus, quod nullus poterit ignorare de sub cœlo, quia discrimē iudicij sub cœlo, hoc est, in aëris medio geritur, vnde: *Rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra.*

1.Thes.4.d

h *Primum autem op.* Loquens de gloria aduentus, inserit etiam de passione, vt cum morientem viderēt quem regnaturum audierant, dolorem passionis, spe promissæ claritatis mitigarent.

i *Et sicut factum est.* Subitū aduentus sui diē pluribus astruit exemplis, & quem fulguri (cito omnia transuolanti) cōparauerat, dieb* Noē, vel Loth æquiparat quando repentinus mortalibus superuenit interitus.

Genes.7.b. Ibidē 9.a

* ea regione quæ. † alterā † quę sub cœlo est.

※ Theophylactus. Et per hæc repentinum & inexspectatū suum aduentum ostendit. Nam sicut temporibus Noe repente venit diluuium, & abstulit omnes: Ita erit aduentus eius. Insinuatur autem per exempla hæc diluuij, & Sodomitici incendij, quod cum venerit Antichristus, illicitæ voluptates in hominibus increscēt, & dissoluti erunt delicijs vacantes, id quod & Apostolus dixit, quod in extremis temporibus erunt homines voluptatum magis quàm Dei amatores. Et meritò in regno deceptoris florebunt mala, erit enim ille peccati vt maliciæ omnis sentina.

k *Edebant, &c.* Non connubia vel alimenta damnantur, cum in his successionis, in illis naturæ posita sint subsidia, sed immoderatus licitorum vsus arguitur. Quia enim his se totos dando, Dei iudicia contemnebant, igne vel aqua perierunt.

l *Vsque in diem* Allego. Noe arcam ædificat, cum dominus fideles in ecclesia congregat. Quam & consummatam ingreditur cum hanc in die iudicij pręsentia sua illustrat. Sed dum arca ædificatur, iniqui luxuriantur, & dum intratur, æterna damnatione plectuntur.

m *Similiter sicut.* Prætermisso maximo Sodomitarum scelere sola ea commemorat, quæ vel leuia vel nulla esse putarentur, vt intelligas quali pœna feriantur illicita, si licita & ea sine quibus vita non ducitur, immoderatius acta igne & sulphure punientur

☞ Loth

NICOLAVS DE LIRA.

ritur, talis in iudicio extremo præsentabitur, scilicet in parte electorum vel damnatorum. Alio modo vniuersaliter, & sic veniet ad iudicium in fine mundi. Et neuter aduentus est cum obseruatione temporis, quia nihil incertius est hora mortis. De tempore etiam futuri iudicij dixit apostolis Act 1.a. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, *& multò fortiùs illud tempus est incertum alijs, secundum quod dicit August. Illud verbum omnium calculantium digitos quiescere iubet.*

1 Neque dicent. *Id est, non possunt dicere certitudinaliter & determinatè tempus aduentus Christi ad iudicium. Vnde & illi qui voluerunt hoc determinatè dicere, vt Abbas Ioachim, & quidam alij, inuenti sunt falsum dixisse, quia tempora ab eis determinata transierunt.*

2 Et ait ad discip. *Hic consequenter ponitur discipulorum informatio de aduentu Christi ad iudicium, vt propter immensitatem persequutionum non credant citò Christum venturum ad iudicium, nec propter pacem credant de longè venturum, sed semper sint parati ad eum expectandum, & hoc est quod dicitur.*

3 Veniēt dies, &c. *Id est, diem extremi iudicij qui erit vnus, & à iustis desiderandus, quia tunc à malis præsentis vitæ liberabuntur, & ad requiem glorię transferentur, secundum quod dicitur infrà 21.f.* His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. *Quod exponens Gregor. dicit: Leuate capita vestra, id est, exhilarate corda.*

4 Et non videbitis. *Nisi post multas tribulationes.*

5 Et dicent vobis, &c. *Quia ante aduentum Christi ad iudicium, surgent multi Pseudoprophetæ & multi Pseudochristi.*

6 Nolite ire. *Assentiendo tali doctrinæ.*

7 Nam si ful.co. Q.d. *Aduentus Christi ad iudicium non erit ambiguus, quando erit de facto, sed erit ita clarus & manifestus, quod nullus poterit dubitare, ideò subditur:* Ita erit filius hominis in die sua.

8 Primum oportet. *In primo enim aduentu venit in humilitate & paucis cognitus, & à multis despectus & reprobatus. Sed in secundò aduētu veniet manifestus & gloriosus in potestate orbem iudicaturus. Sed quia tempus illius aduentus est incertum vt prędictum est, ideo inducit ad hoc duplex exemplum. Primum est de tempore diluuij, vt habetur Gen. 7. quod notatur, cum dicitur:*

9 Et sicut fa. *Quia homines illius temporis erant in securitate, nihil timentes, quousque diluuium subitò submersit omnes excepto Noë, & his qui cum eo erant in arca. Secundùm exemplum est de tempore subuersionis Sodomorum, vt habetur Genes. 19. quod notatur cum dicitur:*

10 Similiter sicut. *Quia erant in securitate vsque ad illam horam quę dominus per ignem & sulphur destruxit terram illam.*

※ Secundum

MORALITER.

† *Ecce enim.* Quia donum gratiæ est in mente.

3 *Venient, &c.* Id est, gloriam eius quæ vna dies dicitur, eo quod per noctem non interrumpitur.

4 *Et non vide.* Tunc ad libitum vestrum, sed tamen postea videbitis secundum libitum meum.

5 Et

5 *Et di.v.* Id est, successoribus vestris Antichristi tēpore futuris.

7 *Nam si ful.* Id est, aduentus Christi ad iudicium erit ita patens, quod nullus habebit dubium. Potest etiam hoc exponi de aduētu Christi in morte hominis, qui frequenter ita repentinus est, sicut ictus fulguris.

9 *Et sicut factum est.* In quibus non timebant homines diluuium,

† nec in

a *Loth.* ALLEG. Loth qui interpretatur, declinans, est populus electorum, qui dum in Sodomis, id est, inter reprobos vt aduena moratur, quantum valet scelera eorum declinat. Exeūte Loth Sodoma perit, quia *in consummatione seculi exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis.* (Matt. 13. g.)

b *Filius hominis re.* Qui interim apparēs omnia videt, tūc apparens omnia iudicabit, quando cūctos iudiciorū suorū oblitos huic sæculo conspexerit mancipatos, vt meritò debeat cū ipso quē inhabitāt orbe deleri.

c *In illa die.* Hucusque de hoc quod regnum, id est, Christus, nō cum obseruatione, sed insperatus adueniat: Nūc à qualibus ipse aduētus expectari debeat. In tecto est, qui carnalia excedēs velut in aura libera spiritualiter viuit. Vasa eius in domo, sunt concupiscentiæ carnales, quas prius amauerat, sed superna petens in mundo reliquerat, quas imminente iudicio necesse est ne repetat.

a factum est in diebus Loth: Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ędificabant, Qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit. (¶ Dominus.) b Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur. (¶ Ita subitum & ineuitabile erit.) 1 c In illa † die qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne d descendat tollere illa, (a ¶ Non qua iudex venit, sed qua venturus est, postquam venerit, non poterit quisquam velle vt descendat in mundum aliquid rapere.) 2 e & qui in agro similiter non redeat † retrò. (a ¶ Qui operatur in ecclesia plantans & rigans, non respiciat spem secularem cui renunciauit.) (¶ Ergo.) f † Memores estote vxoris Loth. 3 † g Quicumque quęsierit animam suam saluam facere, 4 perdet illam: 5 Et quicunque 6 perdiderit illam, (a ¶ Qui hic propter Christum perdiderit, exurgente Christo illic liberam inueniet.) 7 † viuificabit eam. h Dico vobis, in illa nocte 8 erunt dūo in lecto vno, (a ¶ Gregor. Non de duobus hominibus, sed de duobus generibus affectionum dictum est.) i vnus assumetur, & alter relinquetur. k † Duę erunt molentes in vnum, vna assumetur, & altera relinquetur, l (a ¶ Duæ differentię prædicatorum in ecclesia, quasi in agro laborantium eorum qui Christum sincerè annunciant, & eorum qui verbum Dei adulterant.) Dūo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur. (¶ Assumentur vel relinquentur.) 9 Respondentes dicunt illi: Vbi domine? m † Qui dixit 10 illis: n Vbicūque fuerit corpus illuc † congregabuntur 11 & aquilæ.

Margin: † hora. — † Gen. 19. f — † viuam generabit. — † Mat. 24. d — † Duo in agro, vnus assumetur, & alter relinquetur. — Matt. 24. — † ad ea quæ retrò sunt. † Mat. 16. d — Mat. 8. d. — 1. Thess. 4. — † Mat. 24.

Antichristi persecutione animam suam saluare, perdet enim eam & qui se persecutioni & periculis exposuerit, saluabitur. Hæc quidē Matthæus propter Hierosolymorū captiuitatē dicta esse à Domino narrat insinuans hostium vim quod Romanos, qui inuasuri sunt, fugere oporteat ita vt ne respiciatur, neque qui in tecto sunt descendant in domū alicuius rei tēporalis gratia, sed statim fugiant.

h *In illa nocte.* Id est in illa tam tenebrosa tribulatione *vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi.*

i *Duo in lecto.* Illi scilicet qui ocium eligunt, neque secularibus, neq; ecclesiasticis negotijs occupati. Vnus, id est, qui propter Deum continentiæ studēs, quæ Dei sunt cogitat, *assume. obuiam Christo in aera.*

✠ THEOPHYL. Ex hoc etiam loco repentinum & inopinatū eius aduentum discimus. Duo enim esse in lecto significat sollicitudinis carētiam & molere quoque inexpectatum significat aduentum. Discimus vt aliud quoddam quod in nocte aduentus erit. Dicit igitur quod ex diuitibus qui in lecto quiescent alij saluabuntur, alij autem non. Nam quia dixit quod difficile diuites saluantur, ostendit nunc quod neque hi pereant, neque pauperes omnes saluantur. Sed & ex diuitibus vnus assumitur in occursum domini raptus quasi leuis spiritu & cœlestis, & alius relinquetur infrà vt condemnatus. Et ex pauperibus similiter, quos per molentes significauit (quoniam per pistrinum, laboriosam pauperum vitam insinuat) vnus quidem saluabitur, alius autem non.

d *Et vasa eius in domo.* ✠ THEOPHYLACTVS. In illa die aduentus Antichristi, is qui fuerit super tectum, hoc est in summis virtutibus, ne descēdat, neque ab illis desistat cuiuspiam temporalis rei gratia. Omnia enim temporalia hęc vasa dicūtur, homini conferētia, alij quidē ad virtutē, alij ad maliciā. Igitur qui in summis est virtutibus, ne descēdat, propter tēporale aliquod, & excidat à suo fastigio, sed resistat maliciæ, & non demulceatur: & similiter is qui in agro nō reuertatur ad ea quę post se, nam eum qui in agro est, hoc est, hoc mundo, & operatur virtutem, non oportet reuerti ad ea quæ post se, sed vrgeri ad anteriora. Nam sicut alio loco dicit: *Nullus qui manum suam ad aratrum mittit, & conuersus est retrorsum, idoneus est ad regnum cælorum.*

e *Et qui in agro.* Quod dixerat: Eum qui in agro est retrò non debere redire, ne de his tantum dictum videretur, qui apertè de agro redituri sunt, id est, dominum palam negaturi, ostendit multos qui cum faciem in anteriora videntur tenere, animo tamen retrò respiciunt.

f *Memores estote.* Vxor Loth, significat illos qui in tribulatione retrò respiciunt, & se à spe diuinę promissionis auertunt, & ideò statua salis facta est, quia admonendo homines ne similia faciant corda eorum condit ne sint fatui. (Genes. 19. f)

g *Quicumque.* Qui vitam carnalem (negando Christum) in mūdo saluare voluerit, in futuro perdet eam. Vel qui æternam salutem animæ quærit, nō dubitet eā dare ad mortē huius temporis.

✠ THEOPHYLACTVS. Non quærat aliquis (inquit) in Anti-

k *Altera relinquetur.* Qui vel humana laude, vel qualibet corruptione statum vitæ qua imbutus est, deserit. De quo Ieremias: *viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.* (Thren. 1. f)

l *Duę erunt molentes in vnum.* Duæ differentiæ, sequentium orbem rerū mobilium. Quæ fœmineo genere designātur, quia maiorū consilio regūtur, vt fœminæ à viris, quæ tamē in vnum molunt inquantū de suis negocijs ecclesiæ vsibus deseruiūt. Sed quidam tantū propter æterna, *qui habent tanquā non habentes*, quidam propter temporalia, *qui in incerto diuitiarum sperant.* (1. Tim. 6.)

m *Qui dixit illis.* Duo quærentibus vnum respondet, sanctos scilicet secum assumendos, aliud subijciendo innuit, malos scilicet à se repulsos cum diabolo damnandos.

n *Vbicumque, &c.* Vbicunque fuerit dominus corporaliter, illo cōgregabūtur electi, qui eius passionē humiliter imitādo tanquā de carne eius satiātur, quorū per resurrectionē renouabitur vt aquilæ iuuentus.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Secundum hæc erit, &c. fi. ho. re. *Id est, homines erunt in securitate, nihil timentes de futuro iudicio vsque ad illud tempus quo Christus in humanitate gloriosa, tamen manifeste videbitur veniens ad iudicium.*

2 In die, &c. qui fuerit in tecto & va. *Id est, tunc non vacabit alicui intendere negocijs temporalibus, quia oportebit subitò eum conspectibus iudicis comparere.*

3 Memores estote vxoris Loth. *Quæ nec habuit spacium respiciendi retrò, sed statim conuersa fuit in statuam salis, vt habetur Genes. 19. f. Sic nec tunc homines habebunt spacium respiciendi retrò, id est, spatium intendendi alicui negocio, sed oportebit eos statim comparere conspectibus iudicis.*

4 Quicumque

4 Quicumque quæsierit animam suam. *Id est, timore mortis deficiet à fide in tribulatione Antichristi quę præcedet iudicium.*

5 Perdet illam. *Per ęternam damnationem.*

6 Et quicumq; perdi. illā. *Pręeligens mori, quā cadere à charitate fidei.*

7 Viuificabit eam. *Merendo vitam æternam.*

8 In illa nocte erunt duo. *Hoc expositum est Matth. 24. d.*

9 Respondentes dicunt illi. Vide domin. *Id est, quo assumetur.*

10 Qui di. il. &c. v. fu. cor. *Id est, Christus, qui iudicabit in forma humana gloriosa.*

11 Congregabuntur & aqui. *Id est, sancti occurrentes Christo venienti ad iudicium, secundum quod dicitur 1. Thes. 4. d.* Simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aera.

☞ NICOL.

MORALITER.

† nec in diebus Loth incendium, sic frequenter venit mors, quando nullum timetur periculum.

2 *In illa die.* Id est, tempore mortis nō cogitet aliquis de aliqua re saluanda, nisi de anima sua.

8 In

8 *In illa nocte.* Scilicet mortis. *Erunt duo in lecto vno.* In qualibet enim associatione frequenter contingit quod vnus moritur, & alter viuit.

† *Vbicumque.* Id est, licet omnes moriantur, tamen soli iusti Christo aggregantur.

† MORAL.

CAPVT XVIII.

A a DIcebat autem. ✠ THEOPHYLACTVS. Postquam mentionem fecit afflictionum & periculorũ, nunc subdit quomodo in illis saluemur. Curantur enim curatione perseuerante & sollicita, nam ventura sunt hæc omnia. Magnum enim auxiliũ in his fert precatio, modo perseuerans sit & continua. Oportet enim nos considerare, quomodo iniusti iudicis pertinaciam sedulitas viduæ fregerit. Si enim illũ omni malicia repletum, neque Deos neque homines reuerentem perseuerantis oratio demulsit, quãtò magis nos patrem misericordiæ Deum ad miserationem mouemus, etiamsi cunctetur nonnihil. sequitur: *Semper orare*. Semper canonicis horis quotidie secundum morem ecclesiæ, vel quia iustus secundùm Deum omnia gerit, vel dicit: Semper orat qui semper agit bona, nec desinit orare nisi cum desinit iustus esse.

†Eccl 18.c 1.Thes.5.c

B

†in fine, tandem.

C

†etiam lõganimis existẽs super illis.

b *Iudex quidam*. Hæc parabola ad orandum & credendum, & non de nobis, sed de Deo præsumendum hortatur.

Suprà 15.c Parabolæ Christi per & secundũ similitudinem.

Et nota quòd dominus parabolas ponit: Vel secundùm similitudinem, vt de homine qui habuit duos filios, qui personam Dei gerit. Vel per similitudinem, vt hic de iudice iniquo, qui personam Dei nullatenus tenet. Sed per hunc potest conijci quantum Deus bonus & iustus eos curet deprecantes se, cum nec homo iniustus, eos qui illum assiduis precibus tundunt, vel propter tædium deuitandum potest contemnere. Hoc enim subdendo addidit: Ne iterum & iterum veniens suggillet, id est, strangulet me tædiosis clamoribus.

D

c *Vidua autem*. Hæc vidua potest habere similitudinem ecclesiæ, quæ desolata videtur donec veniat dominus, qui tamen in secretò etiam nunc curam eius gerit.

d *Vindica me*. Cùm iusti pro persecutoribus orare moneantur, tamen de malis salua iusticia hanc vindictam expetunt, vt pereãt omnes mali vel conuersi ad iusticiã, vel amissa per supplicium potestate quam nunc contra bonos quandiu hoc ipsum bonis expedit vel temporaliter aliquid possunt. Quem finem cum iusti veniredesiderant, quamuis pro inimicis orent, tamen non absurdè vindictam desiderare dicuntur.

†ad hoc quod. Matt. 5.g.

† defatigari.

E

† ad tempus aliquandiu.

†vituperet

F

CAPVT XVIII.

¶ De iudice, qua ad orandum inuitabat.

a DIcebat autem & parabolam ad illos: † quoniam oportet † semper orare, & non † deficere, dicens: Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: Vindica me de aduersario meo. Et nolebat † per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se: Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne † in nouissimo veniens † suggillet me. Ait autem dominus: Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte, † & patientiam habebit in illis? Dico autem vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?

(Marginal notes: a ¶ Ad declinanda prænumerata incommoda. — a ¶ Suggillet à suggero, tractum à lamiis, id est, strangulo. — ¶ De perfecta fide dicit. — Marginal letters a, b, c, d, e, f; verse numbers 1–17.)

e *Veruntamen*. Dico me factũrum vindictam iustorum, sed illi erunt valdè pauci, quia cum in die iudicij in forma filij hominis apparuero, tanta erit raritas iustorum, vt non tam ob clamorem fidelium iniustè damnatorum, quàm ob eorum torporem iustè damnandorum, totius iam mundi sit acceleranda ruina.

f *Putas*. In verbo increpatur dubitationis infidelitas, non opinatur diuinitas. Scit enim omnia per quem sunt omnia, sed dubitando increpat infidelium corda.

Duo ho-

NICOLAVS DE LIRA. CAP. XVIII.

DIcebat autem & para. *Postquã Saluator ostendit, quòd peccatores pœnitentes sunt benignè recipiendi & cautè nutriendi, hic consequenter ostenditur quòd sunt deuotè instruendi. Et diuiditur in duas partes, quia primò describitur Christi instructio: secundò, instructionis confirmatio, ibi:* Factũ est autẽ. *Circa primum sciendum, quod deuotio potissimè consistit in ratione (quæ est ascensus mentis in Deum, secundùm Damascenum) de qua Saluator instruit præsentes discipulos, qui iam erant ad Deum conuersi & per consequens futuros ad Deum per pœnitentiam conuertendi. Primò ergo Saluator ostendit rationis efficaciam. Secundò, inducit discipulos ad martyrij tolerantiam, ibi:* Assumpsit autem: *& patet ordo, quia eleuatio mentis inducit ad contemptum vitæ præsentis. Prima in duas, in partem principalẽ, & incidentalem. Secunda ibi:* Et interrogabit. *Circa primum sciendum, quod ad efficaciam orationis duo maximè faciunt, videlicet instantia & humilitas. Primò ergo docet orare instanter, secũdò humiliter, ibi:* Dixit au. & ad quos. *Primum ostendit per similitudinẽ viduæ quæ per importunitatem precũ obtinuit effectum.* Dicit erg.

Diuisio.

Duo requisita ad orationẽ

1 Dicebat autẽ & p. *Id est similitudinẽ viduæ, quæ postea sequitur.*

2 Quoniam oportet sem. or. *Ly semper, non importat continuitatem temporis, quia oportet orationem interrumpi tempore dormitionis, & aliquarum aliarum necessitatum, sed importat instantiam orationis temporibus & horis ad hoc cõgruis. Vnde dicit glo. Beda super istum locum: Dicendum est eum semper orare & nunquam deficere, qui canonicis horis rogare non desistit. Consequenter inducit similitudinem, dicens.*

Semper orans.

3 Iudex quidam. *Non exprimitur eius nomen, quia non erat Deo cognitus per approbationem; vnde subditur:*

4 Qui Deum non ti. *Scilicet offendere.*

5 Et hominem. *Scilicet eos publicè scandalizare. Et subditur deprecatio viduæ.*

6 Vindica. me. *Faciendo iusticiam meam.*

7 Et no. *Ex sua malicia, quia benè poterat, et ex officio facere tenebatur.*

8 Per mul. tem. *Quia illa vidua frequenter suam petitionem repetebat. Ex quo patet iniusticia diuturnitas in iudice.*

9 Post hæc au. di. intra se. *Victus precum importunitate.*

16 Et si Deum. *Id est, si non propter Deum, neque propter homines mouear ad faciendum iusticiam illi viduæ,*

11 Tamen quia mole. est, &c. vin. il. *Faciendo ei iusticiam.*

12 Ne in nouissimo veniens suggillet me. *Id est, suggerendo offendat sua importunitate. Ex quo apparet motus ad faciendum iusticiam non propter amorem iusticiæ, sed ad vitationem suę molestię.*

13 Deus autem non fa. vin. *Id est, si iudex iniquitatis propter precum instantiam fecit vindictam, Deus qui necessario est iustissimus, non faciet vindictã electorum suorũ, existentiũ in pressura & tribulatione?*

14 Clamantium die ac nocte. *Id est, orantium instanter pro sua liberatione et declinatione diuina iustitię. q.d. multo plus exaudiet talium precum instantiam. Sed illud quod dicitur hic de oratione electorum videtur esse quasi contra illud quod dicitur Matt. 5.g.* Orate pro persequẽtibus & calũniantibus vos. *Ad quod dicendũ, quod ad bonos pertinet, bona spiritualia & æterna, quæ sunt simpliciter bona, optare suis persequutoribus, & hoc modo pro eis orare. Sed quia pœnæ temporales sunt quędam medicinę, quia valent ad emendationem vitæ, et declaratione diuinæ iusticię, ideo ad sanctos benè pertinet petere à Deo hoc modo vindictã de suis persecutoribus, non ex motu iræ, sed ex zelo iusticię.*

15 Dico au. vo. *Licet enim aliquando tardare videatur secundùm humanum iudicium, tamen secundùm veritatem non tardat, quia omnia operatur secundùm dispositionem suę sapientiæ infinitæ.*

16 Veruntamen, &c. *Scilicet ad faciendum vindictam.*

17 Putas inueniet fi. in ter. *q. d. parum inueniet respectiuè, loquendo de fide formata charitate.*

Dixit

MORALITER.

† 1 *Dicebat autem & parabolam.* Scilicet de perseuerantia in oratione, & de eius exauditione, exemplo peruersi iudicis viduam importunè petentem exaudientis. Ex quo concluditur, quòd multò fortiùs Deus qui est iustus, exaudiet preces sanctorum suorum ad se clamantium. Aduertendum tamen, quòd sancti viuentes in terra non petunt à Deo de aduersarijs vindictam per gehennæ pœnam, sed quòd desinant esse mali, sicut dicitur Prou. 12. a. *Verte impios, & non erunt*, scilicet mali. Vel quòd desinant esse potentes iustos persequi.

† Dixit

Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant † tanquam ¶ Cum tamen parua bona facerent. iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam dicens: a ¶ Vterque fidelis, sed vnus verbo-tenus, alius & facto. Duo homines ascenderunt in templum, vt orarent, vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans hæc apud se ora- a ¶ Si reprehenditur qui superbè gratias agit, quid ergo ille qui impugnat gratiam. b ¶ Quid est cæteri homines, nisi omnes præter ipsum? q. d. solus sum iustus. bat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri homines, a ¶ Ecce ex vicino Publicano, maior tumoris occasio. Qui ascendit orare, non Deum rogat, sed se laudat, insuper & roganti insultat. raptores, iniusti, adulteri: † velut etiam hic Publicanus. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus à longè stans nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. a ¶ Ad comparationem illius. † Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in ¶ Plus quam ille. ¶ Quare. a ¶ Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliabitur. domum suam ab illo: † Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Afferebant autem ad

a *Duo homines*. Quia parabola qua ad orandum inuitauit, ita conclusit, vt diceret veniente Iudice, difficilè fidem in terra reperiendam. Ne quis sibi de superuacua fidei cognitione, vel etiam confessione blandiretur, in hac parabola, diligentius ostendit à Deo non fidei verba, sed opera examinanda, inter quæ maximè regnat humilitas, quam quia non habent superbi de sua iusticia præsumentes, & infirmos despicientes, quasi vacui fide, cum orant non exaudiuntur.

b *Deus gratias, &c.* Quatuor sunt species tumoris: Cùm vel quis bonū quod habet, à se habere æstimat: Aut si datum à Deo credit, pro meritis datum putat: Aut cum iactat se habere quod non habet: Aut cum despectis cæteris appetit singulariter videri habere quæ habet. Hac Pharisæus peste laborabat, qui ideò non iustificatus descendit, quia merita bonorum operū sibi singulariter tribuens, publicano se prætulit.

Superbiæ species quatuor. † etiam vt. † De pœn. di. 1. c. quis aliquando. † Mat. 23. d Suprà 14 b

c *Ieiuno bis*. Ecce Pharisæus ad exhibendam abstinentiam, ad impetrandam misericordiam, ad referendas Deo gratias oculum habet, ad humilitatis custodiam non habet. Et quid prodest si tota ciuitas custodiatur, & vnum foramen per quos hostes intrent relinquatur.

d *Et Publican*. Sicut humilis non audet appropinquare, vt ad eum Deus appropinquet: Non aspicit vt aspiciatur: Premit conscientiam, sed spem subleuat: Percutit pectus, pœnas de se exigit vt Deus parcat, confitetur vt Deus ignoscat, ignoscit Deus quod ille agnoscit.

e *Deus propi*. Publicanus humiliter orans ad illos pertinet de quibus dicitur: Deus non faciet vindictam electorum ad se clamantium. Pharisæus merita iactans, ad illos de quibus subditur. *Filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra?*

f *Quia*. Posita Pharisæi & publicani controuersia, ponitur iudicis sententia, vt caueatur superbia.

TYPICE. Pharisæus, populum Iudæorum designat, qui ex iustificationibus legis extollit merita sua, & superbiendo recedit. Humiliatus Publicanus Gentilem, qui longè à Deo positus peccata confitetur & lamentando appropinquat Deo & exaltatur.

✱ THEOPHYLACTVS. Admirabitur quis, quomodo superbus, cum pauca verba humilitatis pronunciauerit, condemnetur. Iob autem cum multa de se magnificè dicat coronetur. Quia Pharisæus quidem nullo cogente stat talia nugans & condemnans, alio nullo vsu vrgente, Iob vero prementibus se amicis, & grauius incumbentibus quàm calamitas ipsa, dicentibúsque quod propter peccata illa sit passus, compulsus est enumerare sua opera, idque propter gloriam Dei, ne scilicet homines, à recto virtutum cursu exciderent. Nam si comperissent homines peccata fuisse quæ fecerat Iob, & propter illa passum, cauissent ne eadem facerent, factique insuper fuissent osores hospitum & inhospitales, immisericordes & iniusti. Hæc enim erant opera Iob. Igitur ne multi inde incommodarentur eius gratia bona opera enumerat.

† quod de se fecit.

g *Afferebant autem*. Post dictam controuersiam, post datam sententiam humili magistro offeruntur infantes, vt ostendatur quòd innocens & simplex ætas ad gratiam pertineat. Increpant apostoli, non quòd nollent infantes manu & voce Saluatoris benedici, sed quia nondum perfecti in fide, putabant eum in similitudinem hominum lassari importunitate offerentium.

✱ THEOPHYLACTVS. Et ad humilitatem conducit hoc de pueris exemplum. Docet enim dominus, per illos omninò humiliter agendum, & omnes suscipiendos. Discipuli enim indignum arbitrabantur ad talem magistrum offerri pueros. At ☞ ille osten-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dixit autem. *Hic consequenter ostendit, quòd est humiliter orandam, ostendens quòd humilitas est Deo grata. Et primò ostendit hoc verbo, secundo, facto, ibi:* Afferebant autem. *Primum facit per parabolam Publicani & Pharisæi, dicens:*
2 Duo homines ascende. in tem. *Quia ad literam erat in alto situm, scilicet in monte Moria, vt habetur 2. Para. 3. a.*
3 Vnus Pharisæus. *Apparens iustus.*
4 Alter Publicanus. *Id est, publicis negocijs intentus, quæ de communi cursu implicant ad peccatum.*
5 Pharisæus stans. *Ecce iactantia, quia stabat vt ab alijs videretur orare, & irreuerentia, cum in orando deberet se prosternere.*
6 Deus gratias ago tibi. *Iste non propriè orauit, sed magis se iactauit de iusticia alios condemnando, & orantem iuxtà se Publicanum despiciendo.*
7 Ieiuno bis in Sabbato. *Id est, in hebdomada, quæ sic denominatur à die digniori.*
8 Decimas do. *Pharisæi enim decimas minimorum, vt Rutha & Mentha & Cymini (ad quas non tenebantur, vt dicunt aliqui) dabant, vt cæteris iustiores apparerent, vt dictum est suprà.*
9 Et Publican. à longè stans. *Ecce Dei timor, quasi non esset dignus appropinquare.*
10 Nolebat nec oculos ad cœlum leuare. *Ecce pudor, quasi pro peccatis præteritis non audens cœlum respicere.*
11 Sed percutiebat pectus suū. *Ecce dolor de peccatis commissis.*
12 Deus propitius esto mihi pec. *Ecce vera & pura confessio. Et ista faciunt ad peccatorum remissionem, ideo sequitur:*
13 Amen. *Id est, fideliter.* Dico vobis,
14 Descendit hîc. *De domo Dei quæ erat in monte, vt suprà dictum est.*
15 Iustificatus ab il. *Id est, præ illo remanente in fecibus suis. Cuius causa subditur cùm dicitur:*
16 Quia omnis qui se exal. *Per superbiam.*
17 Humiliabitur. *Per pœnam.*
18 Et qui se hu. *Per veram peccatorum confessionem.*
19 Exaltabitur. *In gloria, per remunerationem. Sicut enim in statera materiali vna parte depressa, altera eleuatur, & è conuerso, sic in statera diuina iusticia decretum est, vt qui eleuantur per superbiam in præsenti vita, deprimantur per pœnam confusibilem in futura: Et è conuerso, qui se humiliant in præsenti propter Deum, in futuro ad gloriam eleuabuntur.*
20 Afferebant autem. *Hic consequenter facto ostenditur, quòd humilitas est Deo grata & accepta, per hoc quòd pueros Christus amicabiliter recepit, & patet sententia ex dictis Matthæi 19.*

Stateræ cōparatur diuina iusticia.

MORALITER.

1 *Dixit autem*. MYSTICE. Per Pharisæum Iudaicus populus significatur, qui ex beneficio legis & prophetarum suscepto de sua sanctitate præsumens Gentiles aspernabatur. Per Publicanum verò populus Gentilis, qui peccata sua prædicantibus apostolis humiliter confitebatur, propter quod iustificatus est per fidei Christi receptionem, & Iudaicus est damnatus per suam obstinationem.

MORALITER autem, per Pharisæum significatur iustus, instinctu diaboli superbiens, & per Publicanum peccator, instinctu spiritus sancti humiliter se emendans.

20 *Afferebant autem, &c.* Sequitur.

† Talium

ille ostendit vsque adeò sectandam humilitatem, vt etiam minimi non abijciendi, & sic quidem docet humilitatem opere suo.

a *Increpabant illos. Iesus autem.* Hoc fortasse ideo, quia prius populum Iudæorum ex quo secundum carnem erant, saluari volebant, sed & pro Chananæa muliere supplicauerunt. Sciebant ergo mysteriũ, quòd vtriusque populi vocatio deberetur, sed fortasse adhuc nesciebant ordinem.

b *Sinite pue.* Nemo prohibeat languidos venire ad medicum. Isti in ramo nihil adhuc commiserũt, sed in radice perierunt. Qui pro se agere non possunt, causam suam maioribus committunt. Tangat medicus, & *benedicat pusillis cum maioribus.*

c *Taliũ est enim.* Non ait istorum, sed qui habent ex studio innocentiam & simplicitatem, quam isti habent per naturã, quia non ætas regnat sed mores. Non enim est virtus, non posse peccare, sed nolle. Sicut puer non perseuerat in ira, læsus non meminit, non cõcupiscit mulierẽ, non cogitat vel loquitur malum, sic vos nisi talẽ innocentiam & animi puritatem habueritis, non intrabitis in regnum cœlorum.

bis definiatur contra naturam esse diues misericors.

h *Mandat ano.* Hæc est puerilis innocentiæ castitas, quæ nobis imitanda proponitur, si regnum Dei ingredi volumus.

Et nota quòd iusticia legis suo tempore custodita, non solum bonum terræ, sed & vitam confert æternam.

illum & infantes, vt eos tangeret. † Quod cùm viderent discipuli, increpabant illos. Iesus autem † conuocans illos, dixit: Sinite † pueros venire ad me, & nolite vetare eos: Talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: † Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Dixit autem ei Iesus. Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi † solus Deus. Mandata nosti. † Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem. Qui ait: Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei: Adhuc vnum tibi deest. † Omnia quæcunque habes, vende & † da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. His ille auditis contristatus est, quia diues erat valde. Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. † Facilius est enim camelum

¶ Respuenda est vestræ seruitutis officiosa sedulitas, vbi diuinitatis est iniuria.

a ¶ Hic diues & superbus, non voto discentis, sed tentantis interrogat.

a ¶ Sicut in mandatis continetur.

¶ Ad perfectionem. ¶ Non partem.

¶ Sic dando.

a ¶ Hæc est tristitia quæ mortem operatur, hæ sunt spinæ & tribuli, quæ semen Dei suffocauerunt.

¶ Possidens cum amore. b ¶ Qui multiplicandis diuitijs incumbunt, alterius vitæ gaudia contemnunt.

a ¶ Cum amore possident, & in eis confidunt. Nec impossibile, sed difficile dixit, quia difficulter diuitiæ contemnuntur. De omnibus ergo tutius est, nec habere, nec amare diuitias.

¶ Ingentibus membris enormem,

i *Diues erat.* Nullus diues, id est, confidens diuitijs suis intrabit, vt Iesus secundum Matthæum exponit. Non ergo diuites manentes, sed qui esse desierunt intrabunt.

✠ THEOPHYL. Postquam diues audit abijciendas diuitias mœrore affectus est: vnde dicit dominus admirabili figura quomodo difficile sit habentem pecunias in regnum cœlorum ingredi: non dixit quod impossibile sit eos ingredi, sed quod difficile. non enim impossibile est saluari tales, possibile enim expedere pecuniam, & superna assequi, & difficile quidem hoc, tenaciores enim visco adhærent pecuniæ, & difficile abstrahitur qui talibus est comprehensus. non multo enim pòst subijcit quomodo impossibile sit: dicit enim *facilius esse camelum per foramen acus intrare quam diuitem saluari.* Impossibile enim est, quod totum camelum capiat foramen acus, siue per camelum animal intelligas, siue funem nauticam crassam. Si igitur facilius camelum per foramen acus transire quam saluari diuitem, impossibile & hoc, impossibilius igitur saluari diuitem. Quid igitur dicendum? Primum quidem quod vere sic habet impossibile saluari eum qui diues est. ✠ Nec enim mihi dicas quod saluatus sit diues quispiam qui sua dederit: nõ enim diues saluatus est sed quia pauper factus, vel dispensator existens saluatus est non diues. Aliud enim est dispensator, aliud diues. Diues enim est, qui sibi reseruat diuitias: dispensator verò, cui concreditæ sunt propter alios. Insuper & hoc animaduerte, quod diuitem quidem impossibile est saluari, pecunias autem habentem difficile: quasi diceret, qui habetur & tenetur à pecunijs ac seruit eis, non saluabitur: Qui verò habet, hoc est dominus illarum est, & ipse habet eas & non habetur ab eis difficile saluabitur propter humanam infirmitatem. Impossibile est enim non abuti his quæ habemus.

d *Regnum Dei.* Id est, doctrinam euangelij sicut puer iubemur accipere. Puer in discendo non contradicit doctoribus. Non rationes & verba componit ad resistendum, sed fideliter suscipit, obtemperat & quiescit.

e *Et interrogauit eum.* BEDA. Audierat hic princeps, similes puerorum dignos esse regno vultque certius instrui, non per parabolas sed apertè exponi quibus meritis vitam possit consequi.

BEDA. Non putandus est iste (vt quidam aiunt) vel Deum tentasse, vel de sua vita mentitus esse, sed simpliciter vt dixit confessus est. Alioquin (vt Marcus ait) *non intuitus arcana cordis eius diligere eum diceret Iesus.* Diligit enim eos qui mandata legis custodiunt. Sed quod ibi minus est his qui perfecti esse volunt adiungit: *Omnia vende & da pauperibus.*

f *Magister bone.* Quia bonum magistrum dixit, & non Deum vel Dei filium confessus est, dicit quamuis sanctum hominem comparatione Dei bonum non esse. Christus autem non renuit testimonium bonitatis, sed magistri absque Deo excludit bonitatem.

g *Dixit au.* AMBROS. Versuta interrogatio, & ideo arguta responsio. Tentator enim bonum magistrum dicit, qui Deum bonum dicere debuisset. Quid me dicis bonum, quem negas Deum? Quid bonum dicis, cum nemo bonus nisi solus Deus? Non ergo bonum se negat, sed Deum significat. Quid me bonum dicis, cum bonum sentire non possis qui tentas? Bonus ergo, sed rectis corde. Denique glorianti in lege quòd omnia custodisset, vt inanem eius iactantiam exponeret, ostendit ei adhuc deesse quod est legis. Et ideo ad misericordiæ præceptum tristis inducitur, & in eum quædam naturalis datur forma sententiæ: *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare regnum cœlorum.* Non debet se diuitem iactare in diuitijs suis, cum his verbis

k *Facilius est enim.* MYSTICE. Facilius est Christum pati pro dilectoribus seculi, quam dilectores seculi ad Christum conuerti. Camelus dicitur Christus, quia sponte humiliatus, infirmitatis nostræ onera sustulit. Acus punctio, per quam angustias passionis significat, qua passione velut acu, naturæ nostræ quasi scissa vestimenta resarcire dignatus est, id est, reparare post lapsum.

Aliter. Facilius est Gentilem populum gibbo peccatorum deformem per angustam vitæ viam ingredi, quam Iudæum de meritis gloriantem, & ad subeundum leue onus Christi se humiliare nolentem. Vel ita: Facilius est Gentilem populum superstitionis deformitate degenerantem, turpia onera ferentem, intrare per angustam viam (quæ via Christus est, quia proprij corporis passione mortis penetrans viam velut acu reintegrauit scissa

Marginalia: † puellos; Psal. 113. d.; † Exo. 20. b.; Mat. 19. c.; Mar. 10. c.; Act. 4. f.; † Mat. 19. c.; Mar. 10. c.; Mar. 10. c.; Ibidem.; Psal. 72. a.; † quos; † aduocans; Mat. 19. c.; † Mat. 19. b.; Mar. 10. e.; † vnus; † 14. q. 1. c. 1.; † distribue; Ambros.

NICOLAVS DE LIRA.

I Et interrogauit. *Hac est pars incidentalis, in qua ponuntur duo incidentia. Secundum ponitur, ibi:* Ait autem Petrus. *Circa primum sciendum, quod quia Iesus immediatè dixerat de pueris:* Talium est regnum cœlorum: *Et in hoc parabolicè loquebatur, per puericiam intelligens humilitatem & innocentiam: Ideo quidam legisperitus, qui vocatur hic princeps, eo quod erat diues, vt patet ex sequentibus, petijt ab eo quid faciendo haberet regnum cœlorum, quasi dicat: dicas mihi planè & apertè absque parabola; quid debeo facere ad consequendum regnum cœleste, & hoc modo Christus ei respondit, & patet sententia ex dictis Mat. 19. vsque ibi.* Quæ

MORALITER.

† *Talium enim est regnum cœ.* BEDA. Signanter dixit, *talium*, & non illorum, vt ostenderet non ætatem regnare, sed mores, & his qui similem haberent innocentiam & simplicitatem præmia repromitti.

† *Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo?* Exponatur vt supr. 19. & Mar. 10.

scissa vestimenta nostræ naturæ quàm populum Iudæorum, qui diues est in lege, egenus in fide.

a *Quis po.* Intelligunt in numero diuitum deputandos omnes qui amant diuitias, etsi non habent. aliter enim cum sit turba maior pauperum, non dicerent: *Quis potest saluum fieri?*

b *Nemo.* Qui carnalia pro domino dimiserit, spiritualia accipiet. Marcus ait: *Centies tantum nunc in tempore hoc cum persequutionibus fratres & sorores, & in futuro vitam æternam*, id est, in hac vita persequutionibus plena gaudium regni degustat, & omnium electorum syncera dilectione fruuntur.

c *Recipiat multò plura in.* Qui pro domino omnes diuitias dimiserit, & carnis affectus contempserit, multò plura recipiet in præsenti, & à fratribus & sororibus propositi sui glutino spirituali colligatis, multo gratiosiorem in hac vita recipiet charitatem. Copula enim qua filij & patres & coniuges, & cætera huiusmodi connectuntur, fragilis & breuis est. Sed illi soli perpetuæ coniunctionis retinent vnitatem, omnia quæ fratrum sunt tanquam sua credentes. Quia *multitudinis credentium erat cor vnum, &c. nec quisquam eorum quæ possidebat suum esse di.* & quam aliquis vxorem in lasciuia possidebat, eandem in odore sanctificationis possidet.

† Mat. 19. d. Mar. 10. d.

† 12 q. 1. c. 1.

† Mat. 10. c. Mar. 10. c.

† commune. lijs efficietur.

† Mat. 20. d Mar. 10. g. De pœ. dis. 1. c. voluissent §. cæcus quoque

per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant: Et quis potest saluus fieri? Ait illis: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. † Qui dixit eis: Amen dico vobis, † nemo est qui relinquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multò plura in hoc tempore, & in seculo futuro vitam æternam. † Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & † flagellabitur, & conspuetur. Et postquàm flagellauerint, occident eum, & die tertia resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Iericho, cæcus quidam sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. † Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens: † Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant increpabant eum, vt taceret. Ipse verò multò magis clamabat:

(Interlinear: a ¶ Vt per se à suis cupiditatibus conuertantur. ¶ Deus ab amore ad charitatem æternorum conuertit, non quod cupidi & superbi intrent. a ¶ Etiam voluntatem habendi. b ¶ Quod perfectius est. a ¶ Non tantum de vobis apostolis, sed & de quibuscunque fidelibus. ¶ Omnes affectus carnis meæ charitati postposuerit. ¶ Homo pro hominibus factus, miserere hominis.)

d *Assumpsit autem Iesus duodecim.* Præuidens ex passione sua discipulos perturbandos, prædicit & passionis pœnam, & resurrectionis gloriam, vt cum morientem cernerent, resurrecturum non dubitarent.

e *Et consum.* In hoc ostendit quidquid prophetæ prædixerunt ad suæ dispensationis mysterium intendisse. In quo percutit hæreticos, qui dicunt Christum legi & prophetis contrarium prædicasse, & alium veteris, alium noui esse Deum Testamenti. Confutat etiam paganorum dementiam, quia eius crucem derident cum proximæ suæ passionis, & tempus quasi futurorum præscius ostendit, & locum quasi mortem non timens adijt.

f *Et ipsi ni.* Discipuli sermonem dominicæ passionis toties replicatum ideo intelligere non valent, quia quem maxime viderė desiderant, eius mortem audire non possunt: Et quem non solum hominem innocentem sed etiam verum Deum esse sciunt, mori posse non putant: Et quoties aliquid de sua passione dicit, hoc allegoricum dictum putant, sicut in alijs per parabolas loquentē audire consueuerant. Iudæi qui eius mortem parabant, quidquid de sua passione loqueretur, intelligebant. Hoc enim loquebatur, quod ipsi perficere optabant.

Quare Iudæi & non discipuli intellexerunt sermonem passionis Christi.

g *Cæcus qui.* Cæcus significat humanum genus, quod à superna claritate exclusum damnationis suę patitur tenebras, sed à domino appropinquante Iericho curatur. Iericho luna interpretatur, per quā defectus mortalitatis intelligitur. Dum ergo verbum Dei infirmitatem nostræ carnis suscipit, homo ad cognoscenda redit. Cæcus sedet iuxta viā dum incipit credere in ipsum qui dicit: *Ego sum via.* Mendicat, dum rogat, vnde sequitur.

† Renūciauerunt. Ioan. 14.

✠ THEOPHYLACTVS. Dominus miraculum hoc cæci obiter in via operatus est, vt & transitus eius nobis vtilis esset, ac doctrina vt semper & vbique & apud omnes vtiles simus, & nunquam ignaui. Admirare autem quæso quomodo cæcus confessionem suam multiplicet. Quomodo? Quamuis multi increparent eum, non tacebat, sed amplius clamabat, feruor quidam intrinsecus instimulabat eum, idcirco & Iesus iussit illum adduci ad se, quod profectò dignus esset qui appropiaret ei. *Et cla.*

h *Et qui præibant increpabant eum, vt taceret, &c.* Qui Iesum præeunt venientem, significant cæcum carnalium vitiorum, quæ dissipant cogitationem hominis, & perturbant vocem orationis, ne Iesus ad illuminandum venire possit cor hominis, sed iam sentiens se grauari phantasmate priorum vitiorum, & vocem orationis suæ impediri, ne pro se exorari possit, ardentius clamat.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ impossi. sunt. *Quia ad regnum cœlorum non possunt homines pertingere propria virtute, sed per auxilium diuinæ gratiæ.*

2 Ait autem Petrus. *Hic ponitur secundum incidens, quia Petrus à Christo immediatè audierat:* Quam difficilè qui pecunias habent, regnum Dei intrabunt, *ideo quæsiuit à Christo quæ esset sui & aliorum remuneratio, quia omnia terrena reliquerant propter Christum, & patet Christi responsio ex dictis Mat. 19.*

3 Assumpsit Iesus. *Postquam Saluator ostendit orationis efficaciam, hic consequenter inducit discipulos suos ad martyrij tolerantiam exemplo sui. Et patet sententia ex dictis Mat. 20. exceptis quæ sequuntur.*

4 Consumma. omnia. *Quia prophetæ scripserunt de passione Christi futura, vt patet Isa. 53. & Dan. 9. & in multis alijs locis.*

5 Et ipsi nihil ho. in. *Tum quia adhuc erant rudes & imperfecti: Tum quia Christus frequenter eis parabolicè loquebatur, & ideo nesciuerunt si tunc parabolicè loqueretur.*

6 Factum est. *Postquam posita est Christi instructio de efficacia orationis, & de tolerantia passionis, hic consequenter describitur dictę doctrinæ confirmatio per opus miraculosum, secundùm quod scribitur Mar. vl. d.* Sermonem confirmante sequentibus signis. *Et patet sententia ex dictis Mat. 20. & Mar. 10. Hoc excepto:* Factum est autem cum appropinquaret Iesus Iericho, *id est, prope Iericho adhuc existeret, quia secundùm veritatem non accedebat ad Iericho, sed inde recedebat, vt patet Mat. 20. & Mar. 10.*

MORALITER.

† 3 *Assumpsit au. Ie. duo.* Sequitur.

5 *Et ipsi ni ho. intel.* Per hoc significatur, quod homines carnales aspera nolunt audire, sed ad delectabilia sunt intenti.

6 *Factum est autem cum appro.* Exponatur vt suprà Mat. 20. & Marc. 10.

a *Stans au.* Transiens, cæcũ audit, stans illuminat, quia per humanitatem suam nostræ cæcitatis vocibus compatitur, sed per potentiam diuinitatis lumen nobis gratiæ infundit.

b *Adduci ad se.* Qui prætereuntem aliquatenus sentiebat, dum in oratione patitur phantasmatum turbas vehementius insistens orationi duci tur ad stantem, & recipit lumen, quia Deus in corde firmo figitur, & sic lux amissa reparatur.

c *Quid ti v.* Non ex ignorantia quærit sed ideo vt rogetur, vt mentem ad orationẽ excitet. Quod intelligẽs cæcus subiungit: *Do. vt vi.* Non petit cæcus aurum, vel aliquid temporale, sed tantum lumen. Imitemur ergo eum, quem mente & corpore audiuimus sanatum, petamus à domino lucem æternę visionis, & dicet nobis: *Respi. fi. tua sal. te. fe.*

d *Et confe. vi.* Videt & sequitur, qui bonum quod intelligit operatur, & Iesum præsentem vel prætereuntem imitatur. Et hic talis non solum pro impetrato in Deum proficit, sed etiam alios ad laudem Dei accendit, vnde sequitur.

e *Et omnis plebs vt vidit dedit laudẽ Deo.* Laudat plebs Deum non solum pro impetrato munere lucis, sed & pro merito fidei impetrãtis, quia non solum laudat quod potenter & misericorditer illuminat, sed quia clamorem fidei firmiter clamantis exaudit.

a Fili Dauid miserere mei. b Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cùm appropinquasset interrogauit illum, dicens: c Quid tibi vis faciam? At ille dixit: Domine vt videam. d Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illum † magnificans Deum. e Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

¶ Interrogat, vt credamus non nisi confitentem posse sanari.

† glorificãs

CAPVT XIX.

a *Et ingressus.* Ecce camelus deposita sarcina Gibbi per foramen acus transit, dum contempto censu fraudium, angustam portam quæ ducit ad vitam ascendit. Et quia deuotione fidei ad videndum saluatorẽ, quod natura minus habebat, ascensu arboris supplet, iustẽ quod rogare non audebat, dominicæ susceptionis benedictionem accipit quã desiderabat. MYSTICE. Zacheus qui interpretatur iustificatus, significat credentes ex gentibus qui per occupationem temporaliũ depressi erant, & minimi, sed à domino sanctificati. Qui intrantem Iericho saluatorem videre volunt, dum fidei quam in mundo attulit participare quærunt. Sed turba, id est, vitiorum consuetudo, quę cæcum clamantem increpabat, etiam hunc suspicientem tardat. Sed sicut amplius clamando cæcus turbam vicit, ita pusillus terrena relinquendo, arborem crucis ascendendo turbam obstantem transcendit, clamãs cum apostolo: *Mihi absit gloriari, nisi in cruce, &c.*

Supra 13.e

Gal. 6. c.

℟. THEOPH. Hęc fortissima diaboli vasa rapit dominus, & ciuitates eius destruit. Vide enim quomodo, non solum publicanos discipulos fecit, sed Zachæum principem publicanorum captiuum ad salutem recipit. Quod publicanus quidem res abominabilis, princeps autem publicanorum multomagis vtpote in malitia princeps nullus dubitat. Victum enim publicani non à laude quam ex pauperum lachrimis habent. At neque publicanorum ille princeps despicitur, sed solum dat alacritatem, & recipit mercedem. Desiderabat enim videre Iesum, & cum ascendisset in caprificum, priusquam videret prius ipse spectatur à Iesu. Sic igitur omnibus in locis nos præuenit Dominus, tantum vt nos alacres & promptos videat.

b *Et ipse di.* Quis de se desperet, cum venit iste ad Deum cui census ex fraude? Per hunc apparet, quia non omnis diues auarus.

c *Præ turba.* Quæ turba, nisi imperitæ confusio multitudinis, quæ verticem sapientiæ videre nequit: Zachæus ergo non in turba, sed plebem transgressus Messiam quem desiderat aspicit.

d *Sycomorum.* Sycomorus arbor est, moro foliis similis, sed altitudine pręstans, & interpretatur ficus fatua, id est Crux. Quæ credentes vt ficus pascit, ab infidelibus irridetur vt fatua. Quam pusillus ascendit, dum quilibet humilis & propriæ infirmitatis conscius, in virtute crucis gloriatur, & per hanc laudabilem fatuitatem transeuntem prope dominum cernit, quia si nondum ita solidè vt est iam, tamen raptim, & quasi in transitu luci sapientiæ cœlestis intendit.

e *Quia inde erat transiturus.* ISIDORVS. Illa parte vbi Sycomorus, vel vbi crediturus, vt & mysterium seruaret, & gratiam seminaret. Sic enim venerat, vt per Iudæos transiret ad Gentes, Vidit itaque Zachæum sursum. Iam enim sublimitate fidei inter fructus nouorum operum, velut in fœcunda altitudine operis eminebat.

f. *Et cum venis.* Per præmissos præcones verbi sui, in quibus erat Iesus

CAPVT XIX.

a Et ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zachęus, b & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. c Et quærebat videre Iesum, quis esset, & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. d Et pręcurrens ascendit in arborẽ † sycomorũ vt videret eũ, e quia † inde erat transiturus. f Et cum venisset ad locũ, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad

¶ Non malitia sed fide.

† sycomoream, ficũ Ægyptiã

† illac

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XIX.

Et ingressus per. *Postquam descripta est conuersio peccatorum in generali, hic consequenter describitur in particulari, scilicet, in conuersione Zachęi. Et diuiditur in duas, quia primò describitur conuersio Zachęi, secundo, remotio dubij, ibi:* Hoc illis audientibus. *Circa primum dicitur:*

Diuisio

1 Et ingressus petram. *Secundum ea quæ dicta sunt in fine pręcedentis ca. ista historia Zachęi non sequitur immediatè post illuminationem cęci, quæ facta fuit in egressu Iesu à Iericho, sed post egressum eius ab Iericho, & progressum per alta loca, regressus fuit ibidem, sicut & in multis aliis locis in euangelio dicitur pluries venisse ad eundem locum & in isto regressu accidit historia istius Zachęi, cum dicitur:*

2 Et ecce vir nomine Zachęus. *Exprimitur hic nomen eius, quia dignus erat nominari, propter conuersionis facilitatem, & propter conuersi perfectionem.*

3 Princeps erat publicanorum. *Id est, primus inter illos qui vacabant publicis actibus, scilicet, exactionibus & vectigalibus leuandis & deferendis, quæ communiter ad peccatum implicant, ex quo in eius vocatione apparet maior Dei misericordia.*

4 Et ipse diues. *Quia auarus fuerat in acquirendo, sed post conuersionem non fuit auarus in retinendo, quia paratus fuit reddere quadruplum de fraudatis ab eo.*

5 Et quærebat vid. Iesum. *Ex deuotione.*

6 Et non poterat præ turba quia statura pu. *Ex quo patet deuotio popularium ad Christum. Sequitur:*

7 Suspiciens Iesus. *Id est, approbans deuotionem illius.*

Quia

MORALITER.

† 1. *Et ingressus peram. Ie. & ecce vir nomine Za.* Per diuitem istum quærentem videre Iesum, sed impeditum per turbam, & staturæ suæ paruitatem, significatur quilibet diues, qui de salute sua sollicitatur, sed per turbationem phantasmatum circa negocia temporalia, & imperfectionem propriam impeditur, propter quod ascendere debet in arborem, id est, ad Christum per orationem, quæ secundùm Damascenum est ascensus mentis in Deum, & sic Iesum videre meretur, & partem bonorum suorum pauperibus dare, & si quem defraudauit, fideliter restituere. Per Pharisæos autem murmurantes significantur maledici bonorũ opera deprauantes.

erat Iesus & loquebatur, venit ad populum nationum, qui passionis eius fide iam sublimis, etiam diuinitatem eius agnoscere ardet, suspiciens videt quia per fidem à terrenis eleuatum elegit eligentem se, & amat amantem se.

a *Descen.* Quod descendere de sycomoro, & sic in domo parare mansionem iubetur, hoc est quod apostolus ait: *Etsi cognouimus secundum carnem Christum, sed iam non nouimus. Si enim mortuus est ex infirmitate, sed iam viuit ex virtute Dei.*

b *Manere* Manebat aliquando dominus in domo principis Pharisæorum id est, in Iudæorum synagoga docebat. Sed quia sabbato curantem, peccatores recipientem, cōtra auaros disputantem, & cetera digna Deo gerentem lingua venenata carpebant, perosus facinora eorum discessit dicens: *Relinquetur vobis do. ve. de.* Hodie tamen in domo pusilli *Zachei oportet illum manere*, id est, nouæ lucis gratia coruscante, in humili credentium nationum corde quiescere.

c *Murmurabant.* Manifestum est Iudæos semper gentium, odisse, vel non intellexisse salutem. Vnde & aduersus Petrum dicitur: *Quare introisti ad gentes preputium habentes?*

d *Stans au.* Aliis calumniantibus hominem peccatorem, ipse & Zachæus stans, id est, in ea quam cœperat fidei veritate persistens, non solum se ex peccatore conuersum, sed etiam inter innocentes probat conuersatum, cum etiam ante conuersionem innocenter vixit, & qui ante conuersionem dimidium, post conuersionem potest dare & totum.

e *Si quid aliquem defrauda.* Primum est secundum legem reddere, deinde quod remanet pauperibus erogare. Hunc fructum vitæ publicanus de sycomoro per sapientem stultitiam legit quod rapta reddit, propinqua relinquit, visibilia contemnit, eius quem nondum videt sequi vestigia concupiscit.

f *Filius sit.* Non carne, sed fide, quia sicut Abraham iussu Dei patriam ob spem futuræ hereditatis deseruit, sic & iste qui thesaurum in cœlis acquirit spe.

Eo quod. Non solū qui iusti perseuerāt, sed etiam qui de iniustitia conuertūtur. ad filios promissionis pertinent.

g *Venit e. fi. ho. quæ.* Etiam murmurantibus sua mysteria non dedignatur exponere, quod propter pœnitentiā peccatorum suspiciendā maximè ipse in terrā venerit, vbi & se appellat filium hominis, vt insinuet nobis dispensationem suę pietatis.

h *Hęc il.* Suscepta & commendata pœnitentia publicani diuitis, per parabolam docet sibi magis pœnitentiam peccatorum, quàm iustitiam placere superborum, latiùsque in gentibus de ignorantia legis humilibus, quàm in Iudæis de iustitia legis superbientibus se esse regnaturum. Et quia discipuli audita passione & resurrectione Ierosolymis implenda, existimabant regnum Dei mox esse venturum, hanc eorum ignorantiam illuminat, docens se primò regni sui fidem toto orbe dispersurum, & in fine seculi iudicem omnium, regémque venturum.

✠ THEOPH. Videtur mihi, quod homines illi audiētes regnū Dei, illud suspicabātur tēporale esse à Deo datum in libertatem Hebraici generis. Dominus autē monstrat eis, quod insipientia quædam dicunt, non enim temporale regnū eius. Interea & hoc declarat quod vt Deus cogitationes eorum scit vnde & hanc parabolam dicit, & hominem generosum se introducit nam licet homo fuerit mansit tamen in fastigio & mobilitate deitatis.

i *Nobilis abiit.* Hic est nobilis, cui cæcus clamabat. *Miserere mei fili*

[Margin: 2. Cor. 5 d. Ibid. 13. b. — †ingressus esset ad diuertendū. †dominū — †ipse filius — Mat. 23. a. Mat. 13. d. — Supr. 13. g — Act. 11. a — Gene. 12. — Mat. 10. g. Ioan. 11. b.]

a ¶ Non inuitatus inuitat quia, etsi nundum audierat vocem inuitantis, audierat affectum.

eum: Zachæe festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cùm viderent omnes murmurabant, dicentes, quia ad hominem peccatorem † diuertisset. Stans autem Zachæus, dixit ad † Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum: Quia hodie salus domui huic facta est, eo quòd & † ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & saluū facere quod perierat. Hæc illis audientibus adiiciens dixit parabolā, eò quòd esset prope Ierusalē, & quia existimarent, quod confestim regnū Dei manifestaretur. Dixit ergo: † Homo quidā nobilis abiit in regionem

¶ Non veni vocare iustos sed peccatores.

¶ Salus quæ olim Iudæorum domus implebat hodie populo Gentium illuxit, eo quod & ipse populus sit Abrahæ filius.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia ho. in. do. *In domo materiali propter refectionem Christi & suorum discipulorum, & ad ostendendum benignitatem peccatori reuertendi, & in domo spirituali conscientię per gratiæ infusionem.*

2 Et cum viderent omnes. *Id est Pharisęi & alij malignantes.*

3 Murmurabant. *Et hoc irrationabiliter, quia nullus rationabiliter potest murmurare, si medicus visitet ęgrotum ad ipsum sanandum.*

4 Stans au. Za. *Ad obediendum domino promptus, vnde subditur:*

5 Ecce di. &c. do. *Non dicit dabo in futuro, quia erat paratus statim dare. Et hoc etiam patet quod non omnia bona sua erant male acquisita, quia de illis non posset eleemosynam facere.*

6 Et si quid. *Lex enim in aliquibus præcepit restituere duplum, & in aliquibus quadruplum, & in aliquibus quintuplum, vt patet Exo. 22. & ideo per hoc quod hic exprimitur restitutio media, intelliguntur aliæ duæ extremæ, sequitur:*

7 Eo quod & ip. *Dicit hic glo. Bede. Filius autem Abrahę Zachęus dicitur, non quia de eius stirpe genitus, sed quia eius fidem imitatus, vt sicut ille terram domúmque paternam deseruit, ita ipse bona sua partienda pauperibus reliquerat. Et sic videtur dicere, quod non fuit Iudæus natione, sed Gentilis, quia omnes Iudæi natione, de stirpe Abrahæ descenderant.*

Idem videtur dicere Amb. dicens: Zachæus exiguus meritis sicut populus nationum, &c. Aliquibus autem aliud videtur contrarium, quia supr. dicitur quod murmurabant de Christo intrante domum Zachæi eo quod ad hominem peccatorem diuertisset. *Apud Iudæos enim longè abominabilius fuit ingredi ad Gentiles quā ad Iudęos peccatores. propter quod Petrus etiam post ascensionem Christi per reuelationem fuit præmonitus, vt absque tali abominatione ingrederetur domū Cornelij vt habetur Act. 10. c. Et ideo si Zachæus fuisset Gentilis, magis habuissent occasionem murmurandi, eo quod ad hominem Gētilem diuertisset. Et videtur probabile, quod hanc causam suæ murmurationis expressissent ad colorandū murmurationē suam tanquam rationabilem. Item ex hoc quod Zachęus dixit:* Si quid aliquem defraudaui, reddo quadruplū: *Illa enim lex fuit data Iudæis & non Gentilibus, & nec ad eam tenebantur Gentiles in aliquo, sed solum ad simplū, nisi fortè in aliquo casu ex circunstantia facti, & ideo illam legem ignorabant, propter quod Zachęus qui illam sciuit, & secundum eam facere voluit, videtur fuisse Iudæus ante vocationē suā. Nec valet si contra hoc arguatur, quod hic dicitur* princeps publicanorū, *quia & Matthæus publicanus fuit, qui tamen Iudæus fuit natione, vnde & euangelium suum scripsit Hebraicè secundum quod dicit beatus Hiero. in prologo super Mat.*

8 Hæc il. au. *Postquam descripta est vocatio Zachæi, hic consequenter ponitur remotio dubij, quod primò remouetur verbo, secundo, facto, ibi:* Et his dictis præcedebat. *Circa primum sciendum, quod Iudæi & etiam apostoli de regno Christi carnaliter sentiebant ante eius ascensionem, credentes eum in regno Dauid temporaliter regnaturum, vnde Act. a. petierunt à Christo:* Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? *Vnde, & filij Zebedęi credentes eum sic regnaturū, petierunt, quod vnus ad dexteram suam, & alius ad sinistram sederet. Et ideo quia appropinquabat Christus versus Ierusalem credebant eum sublimandū cito in regem in regia ciuitate, & hoc est quod dicitur:*

9 Eo quod esset, &c. & quia exi. *Falso tamen.*

10 Quòd con. re. Dei. *Et vocatur hic regnum Dei, regnum ipsius Dauid vnde. & 1. Para. 29. f.* Sedit Salomon super solium domini in regē pro Dauid patre suo, &c. *Et ideo ad hanc falsam æstimationem remouendam proponit parabolam, ad ostendendum quod in primo aduentu non venerat ad regnandum temporaliter, sed magis ad patiendum. Et in secundo aduentu reuertetur ad iudicandum sicut rex excellentissimus, tunc regnum suum omnibus manifestaturus, ideo subditur:*

11 Homo qui no. *Id est Christus homo natus secundum carnem de semine Dauid regis.*

12 Abiit in re. lon. *Id est, ad cœlum empyreum per suā ascensionem.*

Accipere

[Margin: Zachęus si Gentilis an Iudæus. — Mat. 10. c. — Rom. 1. a.]

MORALITER.

† 10. *Homo qui. no.* Hic est Christus secundum deitatem Dei patris, & secundum humanitatem Dauid regis filius.

11 *Abiit in re. lon.* Ascendens in cœlum empyreum.

† Accipere

...filii Dauid, & cui tubæ clamabant: *Osanna filio Da. bene. qui venit in nomine domini rex Israel*, qui constitutus est à patre rex, cui datæ sunt gentes in hæreditatem.

a *Longinquam.* Excæcatos Iudæos relinquens, transit ad illuminandas gentes, quæ longè (quia à finibus terræ) clamāt ad dominum, vel quia *longè à peccatoribus salus*. Deus qui vbique præsens, longè ab his qui idola colunt, sed & ipsi prope facti sunt in sanguine.

b *Vocatis autem decem.* Vocat decem seruos, dū eligit discipulos litera decalogi imbutos. Dat decem mnas, dum post resurrectionem surgit, & aperit sensum, vt spiritualiter intelligat legis dicta. Mna 10. drachmas appendit. Et omnis scripturę sermo, quia vitæ cœlestis perfectionē suggerit quasi centenarij numeri pondere fulget.

c *Negociamini.* Verba legis mystica interpretatione discussa, populis offerte, & ab eis confessionem fidei, morumque probitatem recipite.

f *In modico fuisti fidelis.* Modicum est, quidquid in præsenti percipimus donorum ad comparationem futurorum. *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.*

g *Decem ciuitates.* Decem ciuitates sunt animæ, per legis verba ad gratiam euangelij peruenientes, quibus tunc glorificandus præponitur, qui eis pecuniam verbi dignè Deo commēdauerit, vnde apostolus: *Quæ est spes nostra, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante dominum Iesum?*

h *Et alter venit dicens: Domine mna, &c.* Bonus ordo: Vocaturus gentes, & Iudæos missurus interfici, qui noluerūt super se Christum regnare, hanc præmisit comparationem, ne diceretur: Nihil dederat populo Iudæorū vnde melior possit fieri, vt quod exigeretur ab eo qui nihil recipit? Ex vna mna quinque facit, qui moralia habet propter quinq; sensus.

i *Et alter, &c. fe. quin.* Qui ad præputium missus est, cui dominus mnam vnam eandémque fidem quæ circuncisioni credita est, ad prædicandum commisit. Quę quinque mnas facit, quia gentes quinque sensibus corporis mancipatas, ad gratiam fidei euangelicę conuertit.

(Margin: Ps. 118. — †donec veniam. — †ad se. — †minimo. — 1. Cor. 13. — 1. Thess. 2. — † quis quid — †Mat. 25. b)

¶ Quando in fine seculi omnis Israel saluus erit.

a longinquam accipere sibi regnum & reuerti. [1] Vocatis autem [2] b decem seruis suis dedit eis decem mnas. [3][4] Et ait ad illos: Ne- c

¶ Id est Iudęi (ex quibus Christus secundum carnem) non solum præsentem vsque ad mortem crucis oderant, sed & post resurrectionem eius miserunt persequutionem apostolis, & prædicationem regni cœlestis spreuerunt.

[5] gociamini † dum venio. [6] Ciues autem eius oderant eum, & [7] miserunt legationem post illum dicentes; Nolumus hunc

a ¶ Hoc erit quando ille qui humilis apparuit, in manifestissima claritate iudicaturus adueniet.

d regnare super nos. [8] Et factum est, vt rediret accepto regno, &

a ¶ Id est sciri faceret. Tunc enim omnium opera & cogitationes, omnibus palam ostendentur.

[9] iussit vocari † seruos quibus dedit pecuniam, vt sciret † quantum

¶ Vt simul de iudicantibus & negociatis iudicet.

e tum quisque negociatus esset. [10] Venit autem primus dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. † Et ait illi: Euge

¶ Non tua quærens.

f bone serue, quia in † modico fuisti fidelis, [11] eris potesta- [12] g tem habens supra decem ciuitates. Et alter venit di- h [13] cens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic

a ¶ Id est ex earum animarum quas imbuisti, fide & conuersatione, magnus sublimisque esto, vt non tantum de tuis, sed etiam de auditorum profectibus honoreris.

¶ Tertius seruus, sunt illi qui post collectos Iudæos & Gentes negligenter vtuntur commisso prædicationis officio.

i ait: Et tu estō super quinque ciuitates. Et alter venit dicens: k Domine, ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. [14]

d *Et factum est.* Quotidie Christus accepto regno à patre redit, quia peregrinantis in terra ecclesiæ, semper statum conspicit. Huic seruo pecuniam negociaturo commodat, in altero modum consummati operis examinat. Hunc prudenter laborantem ampliori gratia donat, illum luxuriosa sectantem, etiam quod dederat priuat. In iudicio verò multi qui ad docendum idonei videbantur, ob negligentiam suam inter indoctos reputabuntur. Quidam simplicioris obseruationis deuotionem inter apostolicos summa præmia percipient. *Qui enim recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetę accipiet.* (Mat. 10. d)

e *Venit au.* Primus seruus, ordo doctorum in circuncisione missus, qui vnā mnam negociaturus accepit, quia vnum Deū, vnam fidem, vnū baptisma missus est prædicare. Sed decem acquirit dum populum sub lege constitutū, docendo sibimet associat.

k *In sudario. Timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti.* In sudario pecuniam reponit, qui ad prædicandum idoneus officium, prædicandi vel suscipere renuit, vel susceptum non bene gerit sed percepta dona sub ocio temporis abscondit secum, dicens: Sufficit mihi, vt de me rationem reddam, cur alijs prædicem, vel de alijs cogar reddere rationem? cum etiam apud Deum illi sunt inexcusabiles quibus lex data non est, neque audito euangelio dormierunt, quia per creaturam poterant creatorem cognoscere. (Rom. 1.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Accipere sibi regnum. *Super ordines angelorum.*

2 Et reuer. *Scilicet, in fine mundi ad iudicium. Tunc enim manifestabitur omnibus regnum suum.*

3 Vocatis autem de. ser. su. *Id est, fidelibus vniuersis, quorum vniuersitas numero denario designatur, quia est primus limes numerorum, vnde & numeri sequentes sunt replicationes ipsius & partium eius. Viginti enim sunt bis decem, & triginta ter decem, & sic consequenter.*

4 Dedit eis decem mnas. *Id est, diuersitatem bonorum suorum, diuersimodè tamen, quia dedit vnicuique plus vel minus secundum propriam virtutem.*

5 Negociamini dum venio. *Quia tempus meriti currit vsque ad diem iudicij, in quo tempore Deus dat dona sua ad hoc, quod multiplicentur per fructus bonorum operum.*

6 Ciues autem eius oderant illum. *Ciues isti sunt Iudęi, qui pro maiori parte in odium Christi sunt firmati.*

7 Et miserunt legationem post illum, &c. *Quia post ascensionem Christi ad cœlos, Iudęi conati sunt destruere fidem catholicam, in qua incipit regnum Christi, quod complebitur & manifestabitur in fine mundi.*

8 Et factum est, vt rediret. *Scilicet, ad generale iudicium.*

9 Iussit vocari seruos, *Quibus dedit pecuniam, quia oportebit omnes comparere ante iudicem ad reddendum de omnibus receptis ab eo rationem.*

10 Venit autem pri. *Quia tunc electi de suis meritis securi, parati erunt astare iudici.*

11 In modico fuisti fi. *Quia bona etiam spiritualia quæ habentur in vita præsenti, modica sunt respectu bonorum cœlestium quæ expectantur in vita futura.*

12 Eris potestatem ha. su. decem ciui. *Id est gaudebis de felicitate omnium qui per tuam doctrinam vel exemplum vitæ tuę conuersi sunt ad bonum.*

13 Et alter ve. *Quia licet mali reformident venire ad conspectum iudicis, tamen oportebit eos ibidem repræsentari.*

14 Ecce mna tua quam habui repositam in sudario. *Sudarium autem est pannus in quo inuoluuntur corpora mortuorum. Et ideo mna in sudario reposita, signat donum Dei à bonis operibus ociosum tanquam mortuum.*

MORALITER.

1 *Accipere sibi regnum.* Super ordines angelorum.

2 *Et reuerti.* Ad generale iudicium & etiam ad particulare, quod est in cuiuslibet hominis morte.

3 *Vocatis au. decem seruis.* Id est Christianis.

4 *Dedit eis de.* Per quas intelligitur vniuersitas donorum Dei propter perfectionem denarij.

6 *Ciues autem eius, &c.* Id est, mali Christiani, Qui dicuntur ciues absolutè, eo quod sunt in numero maiori. Matt. 20. c. *Multi sunt vocati, pau. verò ele.*

7 *Et miserunt legationem post il. &c. Nolumus hunc regnare su. &c.* Hæc autem legatio est malorum operum multiplicatio, per quā dicunt facto mali Christiani nolle se Christo subijci.

8 *Et factum est vt re.* Particulariter, in cuiuslibet hominis morte.

a *Metis quod.* Metit enim Deus vbi non seminauit, id est, etiam eos impietatis reos tenet quibus legis verbum vel euangelij non ministrauit. Timens ergo periculum iudicij, requiescam ab administratione verbi.

Matt. 27. a

MYSTICE. *Metis vbi non se.* præcidis falce iudicij eos quibus legem non commisisti. Et cōgregas vbi non sparsisti. Congregas in regno tuo bonos, etiam de gentibus: Et de eorum cōparatione qui naturalem legem seruant damnas eos qui negligūt etiam scriptam.

Quinque hominum genera iudicio diuino discutienda. ¶Mat. 4. b & sup. 8. b

MYSTICE. Per duos seruos, fideles vtriusq; populi doctores. Per seruum nequam, malos catholicos. Per decem & quinque mnas, credentes populi. Per inimicos, qui verbum Dei vel nūquam audire, vel male interpretādo corrumpere malūt. Per messionem ruris nō seminati, quos verbum Dei nec audire contigit. His quinque personis genus hominum in die iudicij discutiendum signatur.

† iugulate. † oliuarum † à regione

a ¶ Quam ardua est via quę ducit ad vitam, & quia quanto gradus altior, tanto casus grauior

Timui enim te, quia homo austerus es, tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iu-
a ¶ Quia piger ad exercendum officium, superbus ad accusandum domini iudicium.
dico serue nequàm. Sciebas, quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego ve-
¶ Merita discutiens.
niens cum vsuris vtique exegissem † illud? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine habet decem mnas. † Dico autem
a ¶ Vtenti eo quod habet.
vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit, ab eo au-
¶ Qui non vtitur.
tem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Verum
a ¶ Id est, Iudæos, & omnes nolentes conuerti ad Christum.
tamen inimicos meos, illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & † interficite ante me. Et his dictis pręcedebat ascendens Ierosolymam, Et factum est cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad montem
a ¶ Venit ad montem Oliueti, vt nouellas oliuas in sublimi virtute plantaret.
b ¶ Propter scientiam veritatis, & mundiciam operis, vel geminæ dilectionis sacramentum toto orbe prędicandum, vel propter duos ordines prædicatorum, vnum in circuncisione, alterum, in Gentibus.
qui vocatur † Oliueti, misit duos discipulos suos, dicens: † Ite in castellum quod † contra vos est: In quod intro-
a ¶ Alieni alligant, vt possideant, Christus soluit vt teneat.
euntes inuenietis pullum asinę alligatum: cui nemo vn-

b *Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, &c.* Quod putauerat pro excusatione dixisse, vertitur in culpam. Si me ita durum & crudelem noueras, quare ista cogitatio non incussit tibi timorē, vt scires me mea diligentius quæsiturum?

C

c *Pecuniam.* Id est, euangelicam prædicationem, paratisque fidelium cordibus non intimasti.

d *Meam ad mensam.* Non tuam. Vnde apostolus: *Si quis loquitur, quasi sermones Dei.*

1. Petri 4.

e *Cum vsuris.* Qui verbi pecuniam à doctore emit credendo, necesse est, vt cum vsuris soluat operando. Vel, de accepto verbi fœnore vsuras soluit, qui ex eo quod audit, etiam alia studet intelligere.

f *Auferte ab illo mnam & date, &c.* Collatam gratiam amittit, qui prædicando alijs communicare neglexit. Augetur verò illi, qui in ea laborauit. Sicut regium chrisma quod superbiendo Saul amisit, Dauid obediendo promeruit. Spiritus enim domini qui à Saul recessit, directus est à die illa & deinceps in Dauid.

g *Et abundauit, ab eo autem.* MYSTICE. Cum omnis Israel D saluus erit tunc plenitudo spiritualis gratiæ quam modo torpenter exercemus, doctoribus illius temporis abundanter conferetur.

h *Et his dictis.* Finita parabola vadit Ierosolymam, vt ostenderet de eiusdem maximæ ciuitatis euentu parabolā fuisse præmissam, quę non lōge post, & ipsum occisura ob odium regni eius hostili clade sit peritura.

i *Ad Betpha.* Bethphage, viculus sacerdotum in mōte oliueti, & interpretatur domus buccæ. Bethania villa vel ciuitas in latere eiusdem mōtis, & dicitur domus obediētię. *Has* dominus Ierosolymam venturus præsentia sua sublimauit quia multos ante passionē suam docendo piæ cōfessionis donis & obediētię spiritualis impleuit. Quæ bene in monte oliueti sunt positæ, idest, in ipso domino qui nos vnctione spiritualium chrismatum, & conscientiæ, pietatisque luce refouet. Et quia non vult abscōdi ciuitatem supra se positā, mittit discipulos in castellum, quod est contra eos, vt per eos totius contra positi orbis munitiones penetret.

† illam. E †Mat. 13. b & 21. c. & abundabit. † Mat. 21. a Mar. 11. a. F

k *Introeun. inue.* Introeuntes in mundum prædicatores inueniunt populum nationum, perfidiæ vinculis irretitum, liberum & lasciuum. *Cui nemo vnquam ho. se.* id est, nullus rationalis doctor frenum correctionis posuit, qui vel linguam à malo prohiberet, vel in arcta viam vitę ire cogeret. Nemo indumenta salutis quibus calefieret, vtilia suadendo contulit. *Nemo sedit,* quia nullus stultitiam eius deprimendo correxit.

Mat. 11. a

l *Pullum asi.* Tres euangelistæ, qui Græcè scripserunt, pullum tantum commemorant. Matthæus qui Hebraicè scripsit, etiam asinam solutam & adductam refert, vt Hebrææ quoque gentis si pœnituerit, non desperandam monstret esse salutem.

m *Alligatum.* Alligatus vinculis perfidiæ, in quo addictus vel astrictus domino errore famulabatur sed dominatū sibi vēdicare non poterat, quē dominū fecerat nō natura, sed culpa. Et ideo

g Et — cum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Timui enim. *Iste timor non est nisi pusillanimitas bene agendi.*

2 Quia homo auste. es. *Licet enim modo tempus sit misericordiæ, in iudicio tamen erit tempus rigoris iustitiæ.*

3 Tollis quod non po. & metis quod non seminasti. *Quia à prælatis ecclesiæ non solum requiruntur bona in persona propria, sed in subditis eorum, quos tenentur inducere ab bonum. Et sententia huius patet plenius ex dictis Matth. 25. vsque ibi.*

4 Veruntamen inimi. *Id est, Iudæos, qui post ascensionem Christi conati sunt fidem catholicam destruere, vt supra dictum est.*

5 Adducite huc & inter. *Quia 42. anno post passionem Christi ciuitas Ierusalem fuit destructa, & populus Iudæorum occisus per Titum & Vespasianum. In fine etiam mundi omnes reprobi generaliter, qui sunt inimici Christi sententia mortis æternæ sunt interficiendi.*

6 Et his di. *Hic consequenter ostendit facto, quod declarauerat verbo. In parabola autem immediatè præcedenti duo declarauerat, vnum pertinens ad suam passionem, aliud ad ciuitatis Ierosolymitanæ destructionem. Igitur primo facto ostendit primum, secundo, secundum, ibi:* Et cum appropinquauit, videns ciuitatem fleuit. *Prima diuiditur in tres, quia primo describitur Christi humiliatio, secundo populi deuotio, ibi:* Eunte autem illo. *Tertio, Pharisæorum malignatio, ibi:* Et quidam Pharisæorum. *Circa primum dicitur sic:* Et his dictis præce. ascen. Iero. *Vbi erat passurus, secundum quod prædixerat facto, ostendens quod erat paratissimus se humiliare: & obedire vsque ad mortem contemptibilissimam & acerbissimam, & ideo humiliter voluit illuc venire, sedens super pullum asinæ, sicut fuerat prædictum Zach. 9. c. Cætera patent ex dictis Mat. 21.*

Diuisio.

Eunte.

MORALITER.

† vel generaliter, in mundi fine. Et operantes bene de donis suis remunerat, sed torpentes à bonis operibus damnat, vario tamen modo secundum quantitatem meriti vel delicti. *Veruntamen.* Sequitur:

5 *Adducite, &c.* Primò morte temporali, & postea æternali.

6 *Et his di.* Exponatur, vt supr. Mat. 21. & Mar. 11.

† Et cum

...cum dominus dicitur, vnus agnoscitur. Nam & si multi dij & domini, generaliter tamen vnus Deus & vnus dominus, Marcus ait: Ante ianuam ligatum, quia extra Christum quicumque est foris, est in via, qui in Christo est, foris non est. In biuio ergo ligatus stabat, qui non vnam fidei vitæque viam tenebat, sed pluribus erroribus deseruiebat, de quibus apertè subditur.

Matt. 11. B

✠ THEOPHYLACTVS. Dominus super pullum sedens duo declarat, vnum quod impleat prophetiam dicentem: *Ecce rex tuus venit sedens super asinam*. Secundum figuraliter nobis insinuat, quod sessurus sit super nouum & indomitum & immundum populum gentilem: Nunquam enim alias rogauit, vt pro itinere iumentum sibi daretur, qui per omnem Galilæam pedestri itinere venerat, quomodo à Bethania, in Hierusalem transiens rogaret vt pullus sibi daretur, cum non sit tanta distantia, vt sciunt omnes? Proinde vt dixi mysteria sunt hæc. Vinctus enim erat pullus & dominos habebat multos, sed solutus est ab his qui missi fuerunt. Sensum autem hunc habet: Bethania quidem, domus obedientiæ interpretatur, Betphage vero domus maxillarum, erat sane vicus sacerdotum, etenim maxillæ sacerdotibus dabantur, sicut in lege scriptum est. Indicatur autē per maxillas sermo doctrinæ quę animales maxillę efficiunt & sicut in lege scriptū est, attenuant. Vbi igitur domus sermonis & obedientiæ erga illū illic mittūtur discipuli domini, & soluunt populū catenis peccatorū ligatū, multisque curis vitæ: & pro eo quod habent multos dominos & Deos, faciunt eum habere vnum Dominum Iesum Christum, & vnum Deum patrem. Vbi autem non est domus obedientiæ, vel susceptio verbi doctrinæ, ibi illud non fit, nec pullus soluitur.

† eo opus habet. — Zac. 9. — †Mat. 21. a — Mat. 11. a — Ioan. 12. b. — † discipulorum.

a ¶ Quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo.

quam hominum sedit. Soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit, quare soluitis? sic dicetis ei: Quia dominus † operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi † erant, & inuenerunt sicut dixit illis stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos: Quid soluitis pullum? At illi dixerunt: Quia dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Et † iactantes vestimenta sua supra † pullum imposuerunt Iesum. † Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cùm appropinquaret iam ad descensum montis Olíueti, cœperunt omnes turbæ † descendentium gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus, quas viderant, virtutibus

a ¶ Ab omni peccato singulariter immunis, & immunes faciens.
b ¶ Ego veni in nomine patris mei.

dicentes: Benedictus qui venit rex in nomine domini: pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidam Pharisæorum de turba

a ¶ Turbas laudantes, vel apostolos ad laudandum instituentes.

dixerunt ad illum: Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et vt appropinquauit videns ciuitatem, fleuit super

a *Soluentibus autem illis pullum*. Non despicias hunc asellum, quia sicut in vestitu ouium, sunt lupi rapaces, ita sub exuuijs corporis (quod nobis est cōmune cum beluis) mens Deo plena vegetatur.

Matt. 7. b.

b *Dixerunt do. eius*. Multos habebat dominos qui non vni superstitioni deditus, sed pro libitu immundorum spirituum raptabatur ad varios errores.

c *Quid solui*. Qui soluendo pullo contradixerant, audito nomine quiescunt, quia magistri errorum qui doctoribus ad salutem gentium venientibus obsistunt suas tenebras defendunt, donec miraculis attestantibus veri possessoris virtus emineat. Sed postquam dominicæ fidei potestas apparet, cedentibus aduersariorum querelis, cœtus qui Deum corde portet, adducitur.

d *Vestimen*. Vestimenta apostolorū, doctrina virtutū, vel discretio scripturarū, & gratia spiritualiter, quibus illi corda hominum prius nuda & frigida cōtegūt, vt mereātur habere sessorē Christū.

e *Impo*. Dum populus gentiū portat Christū, discipuli in via vestimenta sternunt, quia corporis sui exuētes amictum simplicibus sanguine suo viam parant, vt inoffenso gressu mentis, Ierosolymam quo Christus ducit, tendant, id est, ad veram pacis visionem.

f *Substernebant ve*. Iuxta alios euangelistas, non discipuli, sed turba substernebat, quæ martyrum exempla sequens, carnem per abstinentiam edomat, vt domino iter ad mentem paret, & sequentibus bona præbeat exempla.

g *Ad des*. Descendente dn̄o de mōte oliueti. i. humiliante se ad infirmitatē nostræ carnis, illo qui erat in forma Dei, cū eo descēdūt turbæ. i. humiliātur qui eius misericordia indigent, vt ab eo exaltentur.

† fuerant.

h *Gau*. Frequēter ingressus est ciuitatem Ierusalē, sed non rex vocatus, quod sēper fugerat, nisi modo cū ascendit passurus. Quod ideò factū est, vt amplius eorū aduersū se excitaret inuidiā quia iā tempus passionis instabat.

† cum iecissent. † illum.

i *Super*. Maximè de resurrectione lazari quæ nuper facta erat. Nam & propterea obuiam venit ei turba, quia hoc signum factū audierāt ab eo. Laudāt etiā de signis & doctrina, quæ fecit cum ascendit ad diē scenophegiæ, quod Ioannes narrat.

Ioan. 12. b

k *Ben*. Turba post modicum crucifixura, regem appellat, expectatum secundum carnem Dauid filium venisse declarat, vt aduersum se testimonium extorqueatur inuitis.

l *Pax*. Sicut nascēte dn̄o hominū & angelorū agmina cœlestia decātabāt: *Gloria in excelsis Deo. Et in terra pax h.* Sic eidē mox triūphaturo homines concinunt: Pax in cœlo, & gloria in excelsis.

m *Magi*. Mira inuidentium dementia, quem vera docentem nouerant, cum magistrum appellari audiunt, discipulos eius quasi melius edocti redarguendos æstimant, quos ille instituerat, quem Deum apparet esse per miracula.

n *Lapi*. Crucifixo domino apostolis præ timore tacentibus, petræ quæ scissę sunt, apertis monumentis Deum & mundi dominum apertè clamabant.

MYSTICE. Si cæcitas contigerit in Israel, vt à laude Dei conticeat, populus Gentium mollito corde lapideo creatorem suum credet & annunciabit.

Rom. 11. c

o *Et vt ap*. Quod dominus secundū historiā semel fecit hoc quotidie per electos suos in ecclesia agit: Plangit reprobos, qui nesciunt cur planguntur, sed exultant in rebus pessimis, qui si damnationem suam præuiderent, seipsos cum electorū lachrymis plāgerent: Qui in peruersitate sua diē suū hic habent, in qua & pacē habent ex abundantia tēporalium, & supplicia nunc abscondūtur ab oculis eorum qui refugiunt futura præuidere, quæ temporalē læticiam perturbent. Sed venient dies quando animas exeuntes à corporibus dæmones inimici circūdabunt vallo, trahentes eas ad societatē suę dānationis. Et vndique circūdabūt, & coangustabūt, quando non solum operis, sed etiam loquutionis & cogitationis iniquitates ante oculos eorum replicabunt. Et ad terram prosternent, cum caro in puluerem redigetur. Filij etiam cadent, cum in illa die peribunt omnes cogitationes eorum, quæ cogitationes etiam per lapides signantur cum subditur.

Prou. 1. d — Psal. 145. a

✠ THEOPH. Plorat super ciuitate vt misericors, nolens perdi eos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Eunte au. *Hic ponitur populi deuotio, & patet sententia ex dictis Mat. 21. excepto quod subditur.*

2 Super om. *Ex suscitatione enim Lazari quā plures viderāt, fuerant moti ad istam deuotionem, vt habetur Ioan. 11. f. & etiam ex alijs Christi miraculis.*

3 Et qui. *Hic consequenter describitur Pharisæorum malignatio. Ex inuidia enim quam contra Christum conceperant deuotionem populi ad Christum videre non poterant, ideo dixerunt.*

4 Magister inc. &c. *Quasi dicat, talē falsū applausū nō debes sustinere.*

5 Qui. ip. *Rationabiliter se excusando, & prophetando de futuro.*

6 Dico vobis, &c. *Ex hoc fuit impletum in sua passione, quando discipulis præ timore Iudęorum tacentibus laudem Christi, lapides scissi sunt, vt habetur Mat. 27. f. Quasi perhibentes testimonium sanctitatis ipsius Christi morientis, propter quod Centurio, & alij Gentiles qui erāt cum eo, visis tot signis sanctitatem Christi confessi sunt dicentes:* Verè filius Dei erat iste, *vt habetur ibidem.*

7 Et vt ap. *Hic consequenter ostendit facto futuram ciuitatis Ierosolymitanę destructionem, in hoc quod fleuit ex compassione propter mala super ciuitatem & populum futura. Et quia semper in Deo cum misericordia currit iustitia, ideo in Christo primò ostenditur dulcor compassionis, secundò, rigor vltionis, tertiò, in principibus Iudæorum malum obstinationis: secunda, ibi:* Et ingressus. *Tertia, ibi:* Principes autem. *Circa primum dicitur.*

8 Videns ci. *s. Ierusalem, in qua diu viguerat cultus diuinus.*

9 Fleuit super. *Tum propter mala culpę, quæ ibi multiplicata fuerāt. Tum*

MORALITER.

† Et cum ap. Secundum sensum allegoricum: Ciuitas hæc, est ecclesia, quæ tempore Antichristi sic angustiabitur & prosternetur, quod pauci audebunt se Christianos confiteri.

A eos qui in illa propter facinus contra se. Ostendit itaque viscera misericordiæ per fletum, quia enim miseretur eis & non solum ante crucem sed vt post crucem etiam conuersionem eorum sitiebat manifestum est ex eo, quod per triginta quinque annos Romanis traditi sunt, nam propter nihil aliud distulit supplicium, quàm quod cupiebat eos conuerti. Flet igitur surditatem ipsius Hierusalem & ait: *Si cognouisses et tu, et quidem in isto die tuo quæ ad pacem tuam.* Hoc est, si cognouisses quæ nunc tibi conferunt; i. ac pacẽ & quietem afferũt, nempe fidem erga me & cessationẽ à persequendo me. Nunc autem abscondita sũt ab oculis tuis, quod propter me quem tu reprobas, innumera mala te apprehendent patierisq; hæc ac illa, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ hoc est mei aduentus quando veni vt inuiserem te & saluarem.

†16 q. 7. c. & hæc dialmus, ver. cũ audisset.

Et non relin. Peruersus enim cum peruersionem adijcit, quasi lapidem super lapidem struit. Sed cum anima ad vltionem rapitur, talis cogitationum constructio dissipatur, & hoc ideo: *quia non cog. t.* Peruersam enim animam Deus visitat, aliquando præcepto, aliquando miraculo, Sed quia superbiens contemnit, nec de malis suis erubescit, in extremo inimicis tradetur, cũ quibus in æterno iudicio damnationis societate colligitur. *Ad pacem, &c.* Dum carnem das voluptatibus mala ventura non prospiciens, habes bona præsentia quæ ad pacem possunt esse temporalem. Et cur hoc, subdit, scilicet, quia non prævidet mala quæ ei euentura sunt. Si enim præuideret in præsentibus prosperis læta ta non fuisset.

a *Et non re.* Cum Ierusalem modo sit constructa extra portam vbi dominus crucifixus erat, apparet illam Ierusalẽ ex toto fuisse destructam. Cui vnde euersio contigerit, subditur: *Eò quòd non cog.* Id est, aduentum filij Dei in carne.

b *Et ingressus.* Post enumerata mala, ingressus templum eiecit vendentes & ementes, per hoc innuens, quod ruina populi, maximè ex sacerdotum culpa fuit, dum enim vendentes & ementes percutit, ostendit vnde radix perditionis processit.

MORALITER. Sicut in ciuitate est tẽplũ: sic in plebe fideli vita religiosorũ. Sed multi dũ pro religionis habitu sacrorum ordinũ locum percipiunt, religionis officium in mercimonium terrenę negotiationis conuertũt. In templo vẽdit, qui hoc quod quibusdam iure competit, ad præmium largitur. Iustitiam vendit, qui hanc pro præmij acceptione seruat. Emit in templo, quia dum hoc quod proximo iure debet, negat, dato patronis prẽmio, emit peccatum. Quibus dicitur: *Fecistis do. m s. l.* quia dum peruersi locum tenent religionis, ibi per maliciam occidunt, vbi per orationem viuificare debuerunt. Sed quia contra peruersa per sacras paginas nos indesinenter instruit, rectè subditur:

c *Et e. do.* Domus Dei est conscientia fidelium, quam facit speluncam latronum qui relicta simplicitate sanctitatis, illud meditatur agere, vnde proximum innocentem possit lædere. Sed ẽcontra dominus mẽtes fideliũ ad cauenda mala erudit. *Et erat do, &c.*

d *Quærebant illum per.* Ideo non poterant illum perdere, quia timebant tumultum populi, vel ideo volebant perdere, quia neglecto suo magisterio, totum populum videbant ad eius doctrinam confluere.

(a ¶ Ruinam quæ imminet. b ¶ Subaudi fleuisses quę modo exultas.)

illam dicens: † Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die [1] [2] [3]
(a ¶ Non prudenter superuenturæ miseriæ, nunc tempore lętitiæ. ¶ Ecce pœna quam imminentem ignorant.)
tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab ocu- [4]
(¶ Romani principes.)
lis tuis. Quia venient dies in te, & circundabunt te inimici [5]
tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndique, & † [6] [7]
a ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. † Et non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cogno- [8]
b ueris tempus visitationis tuæ. Et ingressus in templum cœpit [9]
eijcere vendentes & ementes, dicens illis: † Scriptum est: Quia
(a ¶ Qui ad hoc in templo residetis, vel, vt non dantes munera corporaliter persequamini, vel dantes spiritualiter necetis.)
domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam spe-
(a ¶ Quia dominus nec indignis verba prędicationis subtrahit, post vigorem disciplinę iniectis perseuerat in gratia docendi.)
c luncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. † Prin- [10]
d cipes autem sacerdotum & scribę & principes plebis quæ- [11] [12]
(a ¶ Quia quotidie docebat in templo, & eijciebat latrones, recipiebat laudem turbarum.)
rebant illum perdere & non inueniebant quid facerent illi. [13]
Omnis enim populus † suspensus erat audiens illum. [14] [15]

† solo a: quabant. †Matt. 24. a Mar. 13. a

† Isa. 56. c Iere. 7. c Mat. 21. b Mar. 11. c

† Primi, pimates.

† pendebat

Cap.

NICOLAVS DE LIRA.

Tum propter mala pœna quæ futura imminebant, dicens:

1 Quia si cogno. *Supple mala dicta.*
2 Et tu. *Supple fleres.*
3 Et qui. in hac die tua. *Id est modico tẽpore, in quo facies voluntatem tuam.*
4 Quæ ad pa. *Id est, modico tempore duraturam, & ideo nunc gaudes, quia mala imminentia non vides, ideo subditur:* Nunc au. abscon. sunt, &c.
5 Et circundab. te inimi. tui. *Scilicet, Romani.*
6 Vallo. *Id est, cum exercitu valde forti.*
7 Et coan. te. v. *In tantum, quod præ angustia famis inuenta sunt mulieres filios proprios comedisse, secundum quod refert Iosephus libro de Iudaico bello. Et causa tantæ destructionis subditur:*

Iosephus de bello Iudaico li. 7. c. 13.

8 Eo quod non cog. tem. vi. tuæ. *Prædicationem Christi recipiendo, sed magis vsque ad mortem ipsum persequendo.*
9 Et ingres. *Hic consequenter in Christo ostenditur rigor vltionis, in hoc quod vendentes & ementes in templo inde eiecit, per hoc designans, quod essent eijciendi in gehennam, & patet sententia ex dictis Matt. 21.*
10 Principes au. *Hic consequenter describitur obstinatio principum Iudæorum, & primo, quantum ad interiorem machinationem, secundo, quantum ad exteriorem insidiationem ca. se. Circa primum dicitur:* Prin. au. sa. *Qui præerant in spiritualibus.*
11 Et scribæ. *Qui intendebant doctrinę legis & prophetarum.*
12 Et prin. plebis. *Qui præsidebant in temporalibus disponendis.*
13 Querebant il. per. *Excogitantes diuersas vias, & modos quo modo possent illum occidere, moti ex rancore & inuidia contra ipsum, ideo subditur:*
14 Et non in. *Cum esset sanctissimus, nec etiam audebant timore populi, ideo subditur:*
15 Omnis enim populus. *Id est, valde attentus ad audiendam sanctam eius doctrinam.*

MORALITER.

† 8 *Eo quod.* Christus enim ecclesiam visitat quandocumque Christianos ad bonum excitat, sed ecclesia pro maiori parte non cognoscit hoc cum affectu, propter quod Antichristi persecutio super eam veniet ad purgationem electorum, & damnationem reproborum. Secundùm verò sensum moralem, ista ciuitas est anima peccatoris, quæ vallatur in morte, & angustiatur à spiritibus malignis, & eius filij prosternuntur, i d est, cogitationes eius, quibus promittebat sibi longam vitam, honores, diuitias, & huiusmodi frustrantur. *Eo quod non co.* Cum dominus eam inuitaret ad emendationem vitæ.

9 *Et ingres. in tem.* Exponatur sicut sup. Mat. 21. & Marc. 11.

ADDITIO.

In ca. 19. *Vbi dicitur in postil.* Et sic videtur dicere, quòd non fuit Iudæus natione, sed Gentilis.

Quod autem Zacheus sit natione Hebræus, satis ostenditur per rationes posti. Nec Beda contrarium videtur dicere si bene intelligantur verba euangelij quibus sententiam suã adaptat. Nam Christus dixit, quod salus facta esset huic domui, scilicet, Zacheo habitatori, eò quòd esset filius Abrahæ. Constat autem, quòd non fuit salus facta Zacheo, eo quòd de stirpe Abrahæ genitus esset, sed quia eius fidem est imitatus, & sic referenda sunt verba Bedę ad causam salutis scilicet Zachei, non autem ad eius stirpem tantum. Similiter ex dictis Amb. dicentis, Zacheus exiguus meritis, sicut populus nationum, &c. non videtur dicere, quòd sit de populo nationum, sed quòd sit figura populi nationum, non est autem inconueniens, vt aliquis de natione Israelitica figuret nationem Gentiliũ, sicut Luc. 15. de filio prodigo.

CAP. XX.

a E T factum est, &c. Sequitur.
b In qua potestate hæc facis. De Dei potestate dubitant, & subintelligi volunt, diaboli esse quod facit. Vnde addunt: Aut quis est qui dedit ti. &c. In quo planè negat Dei filium, quem non suis viribus, sed alienis signa facere credunt.
c Interrogabo vos & ego vnum ver. Poterat aperta responsione tentatorum calumniam confutare, sed prudenter interrogat, vt vel suo silentio vel sua sententia condemnentur.
✠ THEOPHYL. Quamuis in promptu esset quod eis responderet Dominus veruntamen vt ostendat eis quod semper inobedientes sunt Spiritui sancto, & non ostendit quod noluerint credere Esaiæ veteri prophetæ & cuius forte memoriam non habebant. sed ostendit quod Ioanni viro Euangelico, miniméque carnali qui pridem apparuerat, credere noluerint, & propterea interrogat in interrogationem hanc admiratione dignam qua & confutat illos.
d Baptismus Ioannis de cœlo erat, &c. Quem confitemini de cœlo habuisse prophetiam mihi perhibuit testimonium, & ab illo audistis in qua potestate ego faciam. Quod illi intelligentes, dubitant quid debeant respondere.
e Neque ego dico vobis. Propter duas causas veritas quærentibus est abscondẽda. Vel, quia minus capaces sunt ad audiendum vnde dicitur: Multa habeo vobis dicere, sed non p.p. modo. Vel quia ex odio & contemptu quærunt, vnde dicitur: Nolite sanctum dare canibus.
f Cœpit autem. Principibus sacerdotum & scribis de sua interrogatione confutatis, dominus quod cœperat, exequitur, & illis audientibus plebem, quod sua verba libentiùs audiat alloquitur, inferens parabolam qua & illos impietatis arguat, & regnum Dei ad gentes transferendum ostendat.
✠ THEOPHYLACTVS. Breuis quidem ista parabola multa tamen & magna nos docet: curam, quam Deus tantã erga Hebræos exhibuit qui ab initio fuerunt homicidæ: vnũ esse Deũ veteris & nouæ legis; vocandas gentes & abiiciendos Iudæos Vinea ergo ista Synagoga erat Iudæorum, cultores autem scribæ & Pharisæi qui præerant populo. Est & vnusquisque vinea & idem agricola, vnusquisque enim nostrum seipsum colit. Hanc igitur vineam cum collocasset agricolis misericors peregrè profectus est. Hoc est permisit eos iuxta liberum arbitrium ingredi.

(Margin: Duabus de causis veritas quærentibus est abscondenda. Ioan. 16.c. Matt. 7.a.)

CAPVT XX.

E T factum est in vna dierum * docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ cũ senioribus, & aiunt dicẽtes ad illum: † Dic nobis in qua potestate hæc facis: aut quis est qui dedit tibi hãc potestatem? Respondens autem Iesus dixit ad illos: Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi: Baptismus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se dicentes: quia si dixerimus, de cœlo, dicet: Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos. † Certi sunt enim Ioannem prophetam esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et Iesus ait illis: Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio † Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit vineam, & locauit eam colonis, & ipse peregrè fuit multis temporibus. Et in tempore illo misit ad cultores seruum, vt de fructu vineæ, darent illi. Qui cæsum dimiserunt † eum inanem. † Et addidit alterũ seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes, & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere. Qui & illum vulnerantes eiecerunt. Dixit autem Dominus vineæ: quid faciam? Mittam filium meum dilectum, forsitan

(Interlinear glosses: ¶ Sicut verum est. — ¶ Sicut verum est. — a ¶ Mihi testimonium perhibenti. — b ¶ Si ex inuidia istius Ioanni etiam derogauerimus. — a ¶ Timentes lapidationem, sed magis timentes veritatis confessionem. — ¶ Non dico vobis, quod scio, quia vultis fateri quod scitis. — a ¶ Quod ambigit non de ignorantia, sed vt reseruetur homini libera voluntas.)

(Margin: † Mat. 21. d Mar. 11. a — † illum † Mat. 21. b. — Esaiæ 5. a. * illorum — † Mat. 21. c. Mar. 11. d. — † Persuasi est.)

g Vineam. MORALITER. Vinea domini sabaoth, domus Israel, Coloni, operarij, qui ad excolendum prima hora, tertia, sexta & nona sunt conducti. Peregrè fuit, qui vbique præsens est, cum imitatoribus liberum operandi arbitrium dereliquit.
h Et ipse peregrè. &c. Qui vbique est, diligentibus se præsentior est, negligentibus abest, & longo tempore abfuit, ne perperam videretur exactio. Nam quo indulgentior liberalitas, eo inexcusabilior peruicacia.
i Et in tempore illo. Primus seruus qui mittitur, Moyses legislator. Qui per quadraginta annos fructum legis quam dederat, à cultoribus inquirebat, sed cæsum dimittunt inanem, quia irritauerunt Moysen in castris, & Aaron sanctum domini: & vexatus est Moyses propter eos. q. &c. De quibus ipse ait: Vua eorum, vua fellis, & bo. ama. vinum eorum fel draconum.
k Et addidit alterum seruum mittere. Alter seruus Dauid propheta, qui post Moysem colonos vineæ psalmodiæ modulamine & citharæ dulcedine ad exercitium boni operis inuitauit, sed & hunc contumelia affectum, dimittunt inanem, dicentes Quæ nobis pars in Dauid, aut quę hęredi. in filio Isai? Qui tamen pro hac vinea, ne penitus extirpetur exorat. Domine Deus virtutum conuerte & respice de cœlo, & vide & visita vineam istam.
l Et addidit tertium mittere. Tertius seruus chorus prophetarum. Qui populum corripiebant, & mala quæ vineæ imminerent prædicabant, sed & illos persecuti sunt & occiderunt. Cuius vineæ sterilitatem Ieremias deplorat dicens: Ego te plantaui vineam electam, quomodo conuersa es in prauum vinea aliena?

(Margin: Psal. 105. c. Deut. 32. e. — Reg. 12. d Psal. 77. a — Ierem. 2. d)

Quem

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XX.

1 E T factum est. Hic consequenter describitur Iudæorum obstinatio quantum ad insidiationem exteriorem contra Christum. Et primo circa hoc describitur eorum malicia insidians, secundo eorum superbia ad hoc incitans, ibi: Audiente omni populo. Prima in duas partes, quia primo eorum malicia describitur, secundo confutatio concluditur, ibi: Respondentes autem. Prima adhuc in duas, quia primo describitur malicia principum insidiando Christo per seipsos, secundò, per ministros, ibi: Et obseruantes miserunt insidiatores. Circa primum, præmittitur maligna interrogatio, secundo, subditur interrogantium confutatio, ibi: Respondens autem. Et ista secunda pars diuiditur in duo, quia Christus in primo confutat eos responsione cauta, & secundo parabola ab hoc apta, secunda ibi. Cœpit autem dicere. Sententia autem istarum partium patet ex dictis Matth. 21.

(Margin: Diuisio.)

✠ Et obser-

MORALITER.

1 Et factum est in vna dierum docente illo populum in templo & euangelizante. Exponatur vt supra Matth. 21. & Mar. 11. Cœpit autem dicere: Sequitur:
† Homo quidam plantauit vineam, et locauit eam colonis, & ipse peregrè fuit multis temporibus. Exponatur vt suprà Matth. 21. & Mar. 12. vsque ibi.

a cum hinc viderint verebuntur. Quem cum vidissent coloni, b cogitauerunt intra se, dicentes: Hic est hæres, * occidamus, il-

a ¶ Quia dominus extra portam passus est. Vel quia prius à cordibus Iudæorum est eiectus, & deinde cruci est addictus.

c lum, vt nostra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra vineam occiderunt. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineam aliis. Quo audito, dixe- d runt illi: Absit. Ille autem aspiciens eos, ait: Quid est ergo e hoc quod scriptum est: † Lapidem quem reprobauernnt æ- f g dificantes, hic factus est in caput anguli. Omnis qui cecide- h rit supra illum lapidem conquassabitur, supra quem autem ceciderit, comminuet illum. Et quærebant principes sacer- i dotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum. Cognouerunt enim, quòd ad ipsos dixerit similitudinem † hanc. † Et obseruantes miserunt insidiatores [1]

k ¶ Vt aliquid velut eo ignorante extorquerent vnde argui posset [2]

qui se iustos simularent, vt † caperent eum in sermone, & tra-

a ¶ Herodis, qui in illis diebus erat Ierosolymis.

derent eum principatui & potestati præsidis. Et interrogaue-

a ¶ Quasi laudatus mysterium cordis sui simpliciter eis aperiat, eósque velit habere discipulos.

runt eum dicentes: † Magister, scimus quia rectè dicis & do-

a ¶ Non times prelatam personam, sed indiscretè dicis veritatem maioribus & minoribus.
b ¶ Illic prouocant vt Deum magis timeat, quam Cæsarem, & dicat non debere solui tributa, vt inde seditionis author fiat.

ces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: l Licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Considerans au-

a ¶ Respondet non secundum verba eorum blandè, sed secundum conscientias eorum asperè.

tem † dolum † illorum dixit ad eos: Quid me tentatis? Osten-

a ¶ Qui pro censu soluitur, & habet imaginem Cæsaris.
b ¶ Non de ignorantia interrogat, sed vt competit ad eorum verba respondeat.

dite nihil denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem?

m a ¶ Tyberij priuigni Augusti, sub quo passus est dominus

n Respondentes dixerunt ei: Cæsaris: Et ait illis: † Reddite ergo

---

a *Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se.* Apertè probat Iudæos, non per ignorantiam crucifixisse filium Dei, sed per inuidiam. Intellexerunt enim hunc esse cui dictum est: *Postula à me, & dabo tibi gentes, hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrę.* Et ideò consulentes sibi dicunt: *Ecce mundus totus post eum abiit, & si di. cum sic omnes cre. in eum.* (Iohn. 11. e.) Hæreditatem ergo ecclesiæ quam non moriens pater reliquit, sed ipse sua morte emptam resurgendo possedit, hanc Iudæi, eripere volunt, dum fidem quæ per eum est, extinguere conantur, iusticiæ Dei non subiecti, sed suam constituere volentes.

†Psal. 117. e. Mat. 21. d. Mar. 12. a. Act. 4. b. Rom. 10. a.

b *Hic est hęres:* Christus hæres, quia morti propriæ superuixit, & testamentorum quæ ipse condidit, quasi hæreditaria in nostris profectibus emolumenta consequitur.

B †istam. †Mat. 22. b Mar. 12. a.

c *Et eiectum illum.* Marcus ordinem mutat: *Occiderunt & eie. extra vi.* In quo pertinacia eorum notatur, qui post resurrectionem prædicantibus apostolis credere noluerant, sed quasi vtile cadauer proiiciētes, gētibus suscipiendum dederunt.

Mat. 12. a. †Ibidē. b. †astutiam †ipsorum

d *Absit* Contradicunt sententiæ quam contra perfidiam suā dictam esse cognoscunt. Quod enim in mente gerebant, in parabola contineri intelligunt. Negantibus ergo Iudæis iustum fore, diuinæ scientiæ legis (quam ipsi spernebant) ad gentes ttansferri, quid saluator respondeat attende.

C

e *Quid est ergo hoc quod scriptum.* Quomodo implebitur hæc prophetia? Nisi quia Christus à vobis reprobatus, credituris gentibus est prædicandus, vt in se vno angulari lapide duos condat parietes. (Ephes. 2. d.)

f *Lapidem quem reprobauerunt* ✠ THEOPHYLACTVS. Quomodo reprobauerunt lapidem illum? quia dicebant, non est ex Deo. Duas autem perditiones hic dicit vnam animarum illorum in quam incedebant scandalizati. *Omnes enim qui ceciderit super lapidem confringetur:* Alteram captiuitatis quam contemptus ille lapis eis attulerat super quem enim ceciderit dissilere illum faciet. Sic igitur dissoluerunt Iudæi, & dispersi sunt sicut stipulæ ab vno horreo in totum mundum. Obserua autem, quod illi prius reciderunt super lapidem, hoc est scandalisati sunt. Deinde lapis cecidit super eos, & vltus est illos. præcedit enim peccatum meum, deinde sequitur & iusta Dei vindicta.

g *Ædificantes hic factus est caput anguli.* Qui supra coloni, hic ædificantes dicuntur, quia qui plebem adferendos fructus excolere, hanc ipsi domino inhabitatore dignam quasi domum constituere iubebantur.

h *Omnis qui ceciderit.* Qui credit & tamen peccat, cadit super lapidem, & non conteritur, sed confringitur, quia per patientiam ad salutem reseruatur. Sed cui lapis irruit, id est, qui negat penitus: conteritur, vt nec testa remaneat. Vel cadit super eum, qui modo contemnit, & iniuriis afficit, necdum penitus interit, sed quassatur, vt non ambulet rectus. Cadit super eum lapis, quem veniens in iudicio opprimit.

†haute

MORALITER. Vinea locatur cum mysterium baptismi fidelibus ad exercendum opere committitur. Mittuntur tres serui, vt de fructu accipiāt: Cum lex, psalmodia, prophetia ad bene operandum hortantur. Sed contumeliis affecti vel cæci eiiciūtur, cum sermo auditus vel contemnitur vel etiam blasphematur: Missum hæredem occidit, qui filium Dei conculcat, & spiritui quo sanctificatus est, contumeliam facit. Vinea alteri datur, cum gratia quam superbus abiicit, humilis ditatur. Scribæ manum mittere quærunt, sed timore retinentur, cum falsus fraternitatem ecclesiæ propter bonorum multitudinem, vel erubescit, vel timet impugnare.

E †caperent eius sermonem.

i *Et quærebant principes Sacerdotum &c.* Quasi mentientem quærunt interficere in quo vera probantur quæ dixerat. Ipse est enim hæres, illi prauí coloni qui solo humano terrore retardantur donec veniret hora eius.

†31. q. 1. c. militare &c. c. quid culpatur. & q. fi. ca. si in morte, &c. conueniat. De cle. coniuga ca. ex parte.

k *Et obseruantes.* Quod præ timore populi, per se non possunt, inanibus præsidiis efficere volunt, velut immunes à morte ipsius videantur.

F

l *Licet nobis, &c.* Cum nuper sub Augusto Iudæa Romanis stipendiaria facta esset, pharisæi qui de iustitia sibi applaudebant, qui decimas & primitiua Deo dabant, tributa homini soluenda negabant, pro qua seditione postea regnum & tota patria destructa sunt.

m *Cuius habet imaginem & inscriptionem?* Alia imago Dei, alia mundi. Si ergo Christus non habuit imaginem Cæsaris, cur censum dedit? Non de suo dedit, sed mundo reddidit quę erant mundi. Et tu si non vis esse obnoxius Cæsari, noli habere quę sunt mundi. Si habes diuitias, obnoxius es Cęsari. Si vis terreno regi nihil debere, omnia tua relinque & Christum sequere. Et bene prius quę Cæsaris sunt reddenda decernit: Non enim potest quis esse domini, nisi prius mundo renunciauerit.

Cæsari nil dus obnoxius

n *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo.* Sicut Cæsar exigit impressionem suæ imaginis, sic & Deus animam lumine vultus sui signatam. (Mat. 22. a.)

☞ Accesserunt

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et obseruantes. *Hic describitur insidiatio principum Iudęorum contra Christum per ministros, cum dicitur:*

2 Miserunt insidiatores qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent eum principatui & potestati præsidiis. *Vt sub specie iustitię facilius Christum deciperent. Sed dicitur Prouerb. 1. b.* Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum, & *ideò frustrà insidias tendebant Christo, cum nulla simulatio possit eum decipere, quia* omnia nuda & aperta sunt oculis eius, *secundùm quod dicitur Hebræorum quarto. d. Cętera patent ex dictis Mathæi 22.*

Accesserunt

a *Accesserunt autem...* Duæ hæreses erant in Iudæis. Pharisæorum, qui præferebant iustitiam traditionum & obseruationum, vnde & diuisi vocabantur à populo, & Saducæorum qui & ipsi vendicabant sibi quod non erant, id est, iusti.
b *Magister Moyses scripsit nobis.* Qui resurrectionem corporum non credunt, & animas putant interire cũ corporibus, turpitudinem fabulæ fingunt, quę deliramenti arguit eos qui resurrectionem asserunt. Potest autẽ fieri, vt in gente eorum hoc aliquãdo acciderit.

MYSTICE autem. Hi septẽ omnes reprobi sunt, qui tota hac vita (quæ septem diebus est) steriles à bono sunt, quibus miseræ mortis, ad vltimum mundana cõuersatio quæ sine fructu est transibit.
c *Vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fra.* In lege literæ cogebatur nubere in vita: Sed in lege spiritus, commendatur castitas.
d *Illi verò qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione, &c.* Cum omnes boni & mali sint resurrecturi & absque nuptijs mansuri, dominus tamẽ vt ad gloriam resurrectionis incitet, de solis electis disserit. Si autẽ in resurrectione neque ducent vxores, resurgent ergo corpora quę possunt nubere & ducere. Quod dicitur de his qui habent mẽbra genitalia, sed nulla voluptate vel necessitate nubendi mancipabuntur. Et nota quod cum insidiatoribus & conculcatoribus, secreta mysteria loquatur, non tamen sanctum dat canibus, sed aderant multi idonei quos propter aliorum immundiciam non oportebat negligi.
e *Neque nubent, neque ducent vxores.* Cum connubia propter filios, filij propter successionem, successio propter mortem, vbi ergo non est mors, neque connubia.
f *Quia verò resurgent mortui.* Postquam propositę quæstioni de resurrectionis conditionibus satisfecit, de ipsa resurrectione contra eorum infidelitatem agit.

(¶ Tributum, pecuniam. ¶ Decimas, victimas.)
quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Et non potue-
(a ¶ Qui tradere debuerant, mirantur, quod non habent locum tradendi.)
runt verbum eius reprehendere coram plebe, & mirâti in re-
(a ¶ Vt vel per frequentiam vincerent. ¶ Qui interpretantur iusti.)
a sponso eius tacuerunt. Accésserunt autem quidam Saducæo- 1
(¶ Pharisęi credebant corporis & animę resurrectionem. Saducæi & animas interire cum corpore.)
rum qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum
b dicentes: † Magister Moyses scripsit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit, habens vxorem, & hic sine liberis * fuerit, vt
c accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. Et † sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam, similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissima omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem septem habuerunt eam vxorem. Et * ait illis Iesus: Filij huius seculi † nubunt & traduntur ad
d nuptias, illi verò qui digni habebuntur seculo illo, & resur-
e rectione ex mortuis, neque † nubent, neque ducent vxores,
(¶ Ecce spiritualis conuersatio. ¶ Sine labe corruptionis visione Dei fruuntur.)
neque enim vltra mori poterũt. † Æquales enim angelis sunt,
f & filij sunt Dei, cùm sint filij resurrectionis. Quia verò resur-
(a ¶ Quem vos recipitis. Alioquin poterat apertiora dare de resurrectione testimonia prophetarum, sed prophetas Saducæi non recipiunt.)
gent mortui, † & Móyses ostendit secus rubum, † sicut dicit,
(a ¶ Qui iam mortui erant quando hæc dicebat. Probat ergo per hoc animas post mortem permanere, quia non est Deus non existentium, & sic introducitur corporum resurrectio, quæ cum animabus bene vel male gesserunt.)
dominum Deũm Abraham, & Deum Isaac, et Deum Iacob.
(¶ Quorum Dominus, & Deus est.)
Deus autem non est mortuorum, sed viuorum. Omnes enim 2
viuunt ei. Respondentes autem quidam Scribarum dixe- 3
g runt: Magister benè dixisti. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. Dixit autem ad illos. Quomodo di-
(a ¶ Non reprehenduntur quia Dauid filium dicant, sed quia, Dei filium non credunt.)
h cunt Christum filium esse Dauid, et ipse Dauid dicit in libro
(¶ Pater. ¶ Filio.)
i Psalmorum: † Dixit dominus domino meo, sede à dextris
(a ¶ Non ad horam. b ¶ Inobedientes. c ¶ Subijciam tibi nolentes & volentes.)
meis, dónec ponam inimicós tuos scábellum pedum tuorum.
(a ¶ Quomodo repugnantia sunt hæc secundum nostrum intellectum. ¶ Si purus homo est.)
k Dauid ergo dominum illum vocat, et quomodo filius eius est? Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: 4

Margin: † Matt. 22. c. Mar. 12. b. * mortuus. † secundus. * respõdẽs. † ducunt vxores. † ducunt vxores, neque nuptũ dant. † Pares. † cum. † Exod. 3. b. † Psal. 109. a.

g *Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.* Cõfutati in sermonibus non amplius interrogãt sed apertè comprehẽsum Romanæ potestati tradunt, ex quo intelligimus, venena inuidiæ posse quidẽ superari, sed difficilè conquiescere.
h *Quomodo dicunt Christum esse filium Dauid.* Consummaturus præcepta dominus, in fine testamenti sui fidẽ concludit vt dominum Iesum verum Deum & verum hominem ad dexteram patris sedere credamus.
THEOPHY. Ad passionem propè diem accessurus, suam prędicat diuinitatem idque non admodum apertè nec iactãter sed modestè. Interrogat enim illos & perplexos reddit sinitque ratiocinari quid cõsectandum. Dauid enim, inquit, dominum vocat & quomodo filius eius est purus? Erat enim filius Dauid secundũ carnem, sed & Deus eius. Illi autem solum filium Dauid arbitrabantur, ideo opinionem eorũ euertit qua putabant filium Dauidis solũ.
i *Dixit dominus domino meo sede à dextris.* Istud dicere, est æqualem sibi filium generare domino, nõ secundum quod de eo natus, sed secundùm quod de patre fuit semper.
k *Donec ponã inimicos tuos scabellũ pedum tuo.* Quod à patre subijciũtur inimici, non infirmitatẽ filij, sed vnitatẽ naturæ, qua in altero aliter operatur, significat. Nam & filius subijcit inimicos patri, quia

NICOLAVS DE LIRA.

1 Accesserunt autem quidam Saducæorum. *Hic consequenter ponitur confutatio Saducęorum. Et patet sententia ex dictis Matth. 22. vsque ibi.*
2 Omnes enim viuunt ei. *Quia iusti licet sint defuncti corpore, viuunt tamen in anima resurrecturi ad plenam participationem glorię, & iniusti similiter ad declarationem diuinæ iustitiæ.*
3 Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt. *Hic ex prædictis concluditur confutatio insidiantium Christo, Et primo ex eorum propria confessione, cum dicitur:* Et amplius non audebant eum quidquam interrogare. *Tertiò, ex ignorantiæ eorum declaratione, cum dicitur:* Quomodo dicunt Christum, &c. *& patet sententia ex dictis Matth. 22.*
4 Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis. *Postquam descripta est principum Iudæorum malicia, hic secundo describitur eorum superbia quæ fuit primum motiuum in eis. Ex superbia enim & præsumptione*

MORALITER.

1 *Accesserunt autem quidam Saducæorum.* Exponatur vt supra Matth. 22. & Marc. 12. vsque ibi.
4 *Audiente autem omni populo, &c.* Exponatur sic Matth. 23. & Mar. 12.

A quia patrem clarificat super terram.

a *Attendite à scribis qui volunt ambulare in stolis.* Duplici ratione iubemur attendere à vanæ gloriæ cupidis, ne vel eorum simulatione decipiamur, vel eorum exemplo ad amorem temporalium inflammemur.

b *Et amant salutationes in foro.* Non salutari in foro, nec primas sedes vetat eis quibus debentur ex ordine officij, sed eis qui indebitè amant. Animum enim, non gradum redarguit. Nec verò caret culpa, si is fori litibus interesse velit, qui desiderat sedere in cathedra Moysi.

c *Qui deuorant domos viduarum.* Marcus: *Sub obtentu prolixæ orationis*, qui vt religiosores appareant, prolixius orant, vbi ab infirmis quibuslibet, & peccatorum suorum conscientia turbatis, quasi patroni laudes & pecunias accipiant, quorum oratio fit in peccatum, vt non solum pro alijs non possint intercedere, sed nec sibi ad salutem proficere, imò pro ipsis orationibus magis damnabuntur.

d *Hi accipient damnationem maiorem.* In hoc insinuat illos etiam, qui in angulis stantes orant, vt videantur ab hominibus, damnationem quidem mereri, sed istos maiorem.

a ¶ Cultioribus vestimentis induti in publicum procedere, quod reprehenditur in diuite, qui induebatur purpura & bysso.

a b Attendite à scribis qui volunt ambulare in stolis, & amant 1 salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & pri-

a ¶ Qui habent affectum religionis: sed nesciunt sibi prouidere.

c mos discubitus in conuiuijs. Qui deuorant domos viduarum, 2 d simulantes longam orationem. Hi accipient damnationem 3 maiorem.

NICOLAVS DE LIRA.

B *sumptione non poterant correctionem Christi sustinere, nec deuotionem populi ad Christum videre, & patet sententia ex dictis Matt. 23. excepto quod sequitur.*

1 Volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro. *Id est, in cultioribus vestimentis in publicum procedere, vt per hoc honorabiliores videantur.*

E 2 Qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. *Bona earum ad se trahentes & consumentes sub falsa specie sanctitatis.*

3 Hi accipient damnationem maiorem. *Quia secundum quod dicit Hiero. simulata sanctitas, duplex est iniquitas, & ideò plectenda est maiori pœna.*

CAP. XXI.

a Respiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua. *Qui appetitores primatus, & vanæ gloriæ cauendos esse monuerat, etiam dona ferentes in domum domini certo examine discernit, vt retribuat singulis secũdum intentionem cordis.*

b *In gazophilacium diuites.* ✠ THEOPH. Gazam thesaurum dicunt, erat itaque sacer thesaurus quem pij contribuerāt, quo vtebantur ad apparitionem & necessaria sacrificij & ad ornatum templi, pauperumq; alimoniam, quamuis & de hoc negociationem fecerunt sacerdotes distribuentes thesaurum non in ea ad quę cõtributus erat. Laudat igitur dominus viduam super omnes quod ex penuria sua suam substantiam dederat.

†Mar. 12. d. 14. q. 1. ca. oui. * illuc. C † ex penuria sua. †Matt. 24. a Mar. 24. a. suprà 18. b.

Gazophylacium. Gaza, diuitiæ, phylaxe seruare: inde gazophylacium. Arca habens foramen desuper in qua mittebant sacerdotes donaria populi, quæ congregabantur ad necessarios vsus templi. Porticus etiam in qua Arca seruabatur gazophylacium dicebatur, vnde: *Hęc locutus est Iesus in gazophilacio docens in templo.* (Ioan. 8. c.)

ALLEGORICE. Diuites qui in gazophylacium munera mittunt, sunt Iudæi lege elati. Vidua, ecclesia, pro qua vir ipsius mortem pertulit, & in cœli penetralibus ab oculis eius occultus, quasi in parte alterius regionis viuit. Hæc pauper, quia superbiam & concupiscentias mundi abiecit, quæ in gazophylacium minuta duo mittit, quia in conspectu diuinæ maiestatis, vbi nostri operis oblationes quasi certo numero consignatæ seruantur, vel dilectionem Dei & proximi, vel fidei & operationis suæ munera defert, quæ consideratione suæ fragilitatis minuta, sed meritò piæ intentionis magis accepta quam cuncta superbientium Iudæorum opera.

c *Ex abundanti.* Iudæus ex abundantia mittit, qui de iustitia præsumens, ita orat apud se: *Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum.* Omnem victum ecclesia in munera Dei mittit, quæ omne quod innuit, non sui meriti, sed diuini muneris intelligit, dicens: *Deus propitius esto mihi peccatori.*

F †substantiam

d *Et quibusdam.* Post oblationem viduæ in qua ecclesia de gentibus signatur, destructio templi supponitur, vt velamento literæ occultantis, recondita sacramenta ecclesiæ incipiant patescere. Curauit enim Deus ciuitatem & templum & omnia figuralia subuertere, ne quis post aduentum Christi ad illa recurreret.

*Hęc dicebat clamabat: qui habet aures audiendi audiat.

CAPVT XXI.

a R † Espiciens autem vidit eos qui mittebant 1 b munera sua in gazophylacium diuites. Vidit autem & quandam viduam pauperculam mit-

a ¶ Non perpendit Deus quantum in eius sacrificio, sed ex quanto proferatur.

tentem * æra minuta duo. Et dixit: Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper plus quàm om-c nes misit. Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei, hæc autem † ex eo quod deest illi, omnem † victum d suum quem habuit misit. * Et quibusdam dicentibus de 2 templo quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit:

a ¶ Hoc quadragesimo secundo anno post passionem domini factum est à Romanis.

† Hæc quæ videtis: veniet dies in quibus non relinquetur lapis

✠ THEOPHYLACTVS. Merito dominus prædicit nunc de Hierusalem subuersione quoniam prope erat vt crucifigeretur, vt sit & hoc magnum argumentum ipsum esse Deum. Vnde quibusdam laudantibus structuras templi, & quæ in illud oblata erant. Opinor autem de sculptis, & ornatis loqui, vt erant Cherubim & similia. Hoc enim fortè ἀναθήματα hoc est, dona dicit. Dominus verò nihil horum miratur, sed & destructionem eorum prædicit: Alij autem opinati sunt eum de consummatione vniuersali loquutum, quamuis de captiuitate Hierosoly-

NICOLAVS DE LIRA,
CAP. XXI.

1 Respiciens autem. *Descripta doctrina Christi per modum amoris beneficia conferendo, hic consequenter describitur eius doctrina per modum terroris futuri iudicij horrorem incutiendo. Et quia hoc fit per responsionem saluatoris ad propositam quęstionem, ideò primò ponitur quęstionis occasio, secundò, eiusdem propositio, ibi:* Interrogauerunt autem illum, *tertiò, solutio, ibi:* Qui dixit. *Circa primum ponitur duplex occasio, secunda ibi:* Et quibusdam dicentibus. *Prima occasio fuit ex hoc quod Christus viduam mittentem duo minuta in gazophylacium templi, eius oblationem præ cæteris commendauit, & patet sententia ex dictis Mar. 12.*

Diuisio

2 Et quibusdam. *Hic ponitur secunda occasio. Munera enim illa* [illegible] *ponebantur*

MORALITER.

1 Respiciens autem. Exponatur vt suprà Mar. 12.

2 *Et quibusdam dicentibus.* Exponatur sicut suprà Matth. 24. & Mar. 13.

† Tertia

☞ Hierosolymorum à Romano exercitu dicat, ideò & ipse morem gerens eis reliquit sermonem de captiuitate, dicturus de ea postea.

a *Interrogauerunt.* Quia laudantibus ædificationes templi prædixerat omnia destruenda, discipuli (sicut Marcus ait) Petrus Iacobus & Ioannes & Andreas separatim quærunt tẽpus, & signa prædictæ destructionis.

b *Multi enim.* Imminente Ierosolymorum excidio multi fuêre principes, qui se Christos esse, & tempus libertatis appropinquare dicerẽt. Temporibus quoque apostolorũ hæresiarchę multi prodierũt, qui inter cæteras falsitates diem domini instare prædicabant, quos & apostolus redarguit.

c *Prælia & sedi.* Hæc à passione domini in Iudæa abũdauerũt, quibus ne territi apostoli Ierusalem & Iudæam deserãt, admonẽtur, *quia non statim finis,* sed post quadragesimumsecundum annum.

d *Tunc dice. il.* Horum alia è cœlo, alia è terra, alia ab elementis, alia ab hominibus. *Surget gens.* Ecce perturbatio hominum, *terręmotus.* Ecce respectus iræ desuper, *pestilentia:* Inæqualitas corporũ, *fames.* Ecce sterilitas, *terrores de cæ.* Ecce inæqualitas aëris. Qui ergo in omnibus deliquerunt, in omnibus feriuntur.

Mystice. Regnum aduersus regnum, & pestilentia eorum quorum sermo, vt cancer serpit, & fames, audiendi verbum Dei, commotio terrę, à vera fide separatio in hæreticis intelligi debet, qui contra se inuicem dimicantes, ecclesiæ victoriam faciunt.

e *Et signa magna erunt.* Hæc etiam eo tempore impleta apud Iosephũ inueniũtur, qui narrat stellam gladio similem per annum supra Ierosolymam pependisse, & cutrus equitésque armatos 40. diebus in aere debellasse, & vitulam inter manus immolantiũ agnam peperisse. Quo autem merito hæc contigerint, subinfertur: *Sed ante hęc omnia injcient vobis, &c.*

f *Continget autem vobis in testimonium.* Eorum qui vel persequuntur, vel viuẽdo non mutantur. Mors enim iustorũ bonis est in adiutorium, malis in testimonium damnationis vt inde peruersi sine excusatione pereant, vnde electi exemplum capiũt, vt viuãt. Quia verò tot terroribus auditis turbari poterãt, cõsolationem supponit: *Ponite ergo in cordibus vestris, non pręmeditari, &c.*

g *A parentibus & fratribus, & cognatis, &c.* Maius tormentum, cum aliquis ab illis patitur, de quibus præsumebat, quia cum damno corporis mala cruciant amissę charitatis. Et quia dura sunt quæ prædicuntur de afflictione mortis, subditur consolatio de gaudio resurrectionis.

super lapidem qui non † destruatur. [1] Interrogauerunt autem [a] illum dicentes: Præceptor quando * hæc erunt, & quod signum

a ¶ Ne quis persuadeat quasi hæc mox sunt ventura.
b ¶ Horum primus fuit Simon Magus, cui auscultabant omnes qui in Samaria erant dicentes: Hic est virtus Dei magna.

cum † fieri incipient? [2] Qui dixit: † Videte, ne seducamini. [b] Multi enim venient in nomine meo, dicentes: quia ego sum, &

a ¶ Ante horum completionem. b ¶ De signis docet, de tempore non putat intimandum.
¶ Libertatis & pacis.

tempus appropinquauit: Nolite ergo ire post eos. Cum au-[c]tem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri. Oportet [d] enim primum hæc fieri, sed † nondum statim finis. Tunc di-

a ¶ Ante excidium. b ¶ Quæ ad hostes. c ¶ Quæ ad ciues.
¶ Constat hæc omnia contigisse tempore Iudaicæ seditionis ante vltimam, prouinciæ euersionem.

cebat illis: † Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ,

¶ Hæc maxima causa fuit Iudęis, quod post occisionem domini, nominis etiam eius præcones & confessores impia crudelitate vexabant.

[e] & fames, † terroresque de cœlo, & signa magna erunt. [3] Sed ante hæc omnia [4] injicient vobis manus suas, & persequentur, † [5] tradentes in synagogas & custodias, [6] trahentes ad reges, & [f] præsides propter nomen meum. [7] Contingent autem vobis in

a ¶ Nolite terreri, vos ad certamen acceditis, sed ego prælior, vos verba editis, sed ego sum qui loquor.

testimonium: [8] Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari, † quemadmodum respondeatis. [9] Ego enim dabo vobis [10] os & sapientiam, [11] cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. [12] Trademini autem à parentibus & [g] fratribus & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis. Et eritis odio * omnibus † hominibus propter nomen meum.

† dissoluatur. † hæc futura sunt. † Mat. 24. a Mar. 13. a † non. † Mat. 24. a Mar. 13. b. † terricula menta. † cum duceminì. † defensionem. * habiti ab † nõ habet hominibus. * igitur. Iosephus de bel. Iud. li. 7. c. 17.

NICOLAVS DE LIRA.

☙ *ponebantur in gazophylacio pro sustentatione ędificiorum templi & alys quæ erant necessaria ad ministerium, & ideò discipuli Christi cœperunt loqui de structura templi, & alys quæ pertinebant ad eius ornatum, quibus saluator dixit totum fore destruendum, & patet litera.*

1 Interrogauerunt. *Hic consequenter ponitur quæstionis propositio. Ex hoc enim quod Christus dixerat templum fore destruendum, quæsierunt à Christo discipuli de tempore huius destructionis, & de præcedentibus signis. Et quia discipuli post destructionem ciuitatis & templi, credebant citò futuram esse consummationem seculi, ideo de hoc mouerunt secundam quæstionem cum præcedente, vt patet Matt. 24.*

2 Qui dixit. *Hic consequenter ponitur vtriusque quæstionis solutio, & primò primę, secundò secundę ibi:* Et erunt signa. *Prima in duas, quia circa destructionem ciuitatis primo præmittuntur prænostica signa: secundò, destructio ipsa ibi:* Cum autem vide. *Circa primum prænunciantur mala futura populo Iudæorum in generali: secundo, Christi discipulis in speciali, ibi:* Sed ante hæc omnia. *& patet sententia istarum partium ex dictis Matt. 24. exceptis quæ sequuntur.*

3 Terroresque de cœlo. *Dicit enim Iosephus libro de Iudaico bello, quod ante destructionem ciuitatis stella comata in similitudinem gladij super ciuitatem apparuit, & per annum durauit, designans futuram populi occisionem.* (Ioseph. de bello Iud. li. 7. ca. 17.)

4 Sed ante hæc omnia. *Quia beatus Stephanus, Iacobus frater Ioannis, Petrus & Paulus, & ferè omnes alij apostoli, & quasi innumerabiles Christiani, fuerunt pro fide Christi occisi.*

5 Tradentes in synagogas, & custodias. *Vbi Iudæi habebant potestatem iudicandi.*

6 Trahentes ad reges & præsides. *Vbi Gentiles habebant autoritatem condemnandi ad mortem.*

7 Contingent autem in testimonium. *Scilicet, veritatis euangelicę ibidem constanter profitendæ.*

8 Ponite ergo. *Per hoc non excluditur meditatio respondendi, si tempus assit & facultas scientię, sed promittitur securitas si ista deficiant: Quod frequenter contingebat in primitiua ecclesia, quia tunc frequenter fideles subito trahebantur ad iudices & cum hoc erant illiterati & simplices, quia Deus potest tales defectus supplere, ideo sequitur:*

9 Ego enim dabo vobis os. *Id est, loquendi constantiam.*

10 Et sapientiam. *Id est, scripturarum intelligentiam, sicut factum est in multis simplicibus & si non dabatur semper talis intelligentia, dabatur tamen loquendi constantia, quia in tali casu sufficit ad salutem confiteri constanter fidem in generali, quod potest facere simplex Christianus.*

11 Cui non poterunt resistere. *Sicut patet de beato Stephano, de quo scribitur Act. 6. c.* Non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur.

12 Trademini autem à parentibus. *Sicut legitur de beato Chrysanto & multis alijs.*

MORALITER.

† 1 *Interrogauerunt autem.* Exponatur sicut suprà Matth. 24. & Marci 13.

4 *Sed ante hæc omnia injicient.* Exponatur sicut Matthæi 24. & Marci 13.

8 *Ponite ergo in cordibus vestris, non præmeditari.* Sicut Matth. 10. Marci 12.

a *Et capillus de capite.* Quasi dicat, cur timetis ne pereat, quod incisum dolet, quandoquidem nec illuc potest perire in vobis, quod incisum non dolet? Caro enim incisa dolet, capillus non dolet. *Et capillus.* Non solùm ossa vestra, id est, fortia gesta, vel dicta remunerabuntur, sed etiam capilli, id est, cogitationes, quæ de corde quasi de cerebro exeunt, apud iustum iudicē iusta mercede donabuntur, vnde propheta; *Reliquiç cogitationum diem festum agent tibi.*

Psal. 75.b.

b *In patientia vestra.* Patiētia radix & custos est omnium virtutum: In hac ergo animas, quæ corpus posſident, posſidemus, cum ipsas animas ad patiendum ratione regimus. Vera autem patientia est, aliena mala æquanimiter perpeti, contra eum qui mala irrogat, nullo dolore moueri.

Patientia vera.

c *Et qui in regioni.* Ecclesiastica historia narrat Christianos qui in Iudæa erant, imminente excidio ab angelo monitos fuisse, & trans Iordanem in ciuitate Pella, donec desolatio Iudeæ impleretur, habitasse.

d *Erit enim pressura, &c.* Hæc pressura & ira vsq; hodie populo illi per omnes gentes dispersο durat: Non tamen in æternum durabit. Vnde post ordinem præssurę, de misericordia subditur:

e *Donec impleantur tempora nationum. Id est, donec plenitudo Gentium intrauerit, & sit omnis Israel saluus,* & quasi ad solium propriç natiuitatis gauisurus redeat. Quid enim impletis temporibus nationum, & omni Israel saluato sequatur, dominus ex ordine ponit. Nam & hæc secundum Mathæum apostoli quęsierunt, non solùm tempus euertendi templi, sed & signum aduentus eius, & consummationis seculi.

Rō. 11. d

Mat. 24. a

f *Et erunt signa in sole & luna.* Hæc de ipso aduentu, cum omnes virgines prudentes & fatuæ, insolito clamore suscitatæ, lampades ornant, id est, opera secum numerant, pro quibus maximo cum timore iam instantem æterni discriminis expectant euentum. Nam hactenus vniuersus orbis absque timore iudicis acturus est, vnde Apostolus: *Cum dixerint pax & securitas, superueniet eis repentinus interitus.* Nec mirùm, si in expectatione diuini examinis qui in mūdo floruerunt exarescent, si fides quæ sine operibus irruerat emarcescet, nam virtutes cœlorum mouebuntur, angelicæ potestates tremunt aduentum iudicis. Vnde Iob: *Columnę cœli contremiscunt, & pauent aduentum eius.*

1.Thess.5.a Iohe. 3. c

† tolerantia.

Mat.24.b Mat.13.b

Iob 26. c.

✻ THEOPHYLACTVS. Vides hic manifestè de consummatione loquētem? supra enim dicebat Hierusalem ab exercitibus cingendam, & conculcandam, hic autem toti orbi superuentura dicit mala, & ita nunc de consummatione seculi loquitur. Nā virtutes cœlorū mouebūtur. Et quid dico, inquit, quod homines turbabuntur, iam creatura omnis alteretur? Nā & ipsi angeli & primæ virtutes turbabuntur, terrebunturque in terribilibus mutationibus vniuersi. *Et tunc videbunt filium hominis.* Qui? omnes credentes, & non credentes, super solem enim tunc fulgebit, & ipse vt crux eius, & ab omnibus cognoscetur.

† lætitia

† Isa. 13. b. 1. Ioel 3. q

† in perplexitate resonantis

g *Sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi.* Appropinquante extremo iudicio, sonitus maris, & fluctuum confunditur, terrarúmque orbis prementibus vndique colonis inficitur: maxima cœli luminaria nouo horrore percussis radiis, turbatam faciem velant, quia appropinquante termino suo, elementa quasi pauentia nutant & fremunt.

a Et capillus de capite vestro non peribit. In † patientia vestra 1
b possidebitis animas vestras. † Cùm autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. Tūnc qui in Iudæa sunt, fugiānt ad montes: †
c & qui in medio eius, discedant, & qui in regionibus, non intrent in eam, quia diēs vltionis hi sunt: vt impleantur omnia, quæ scripta sunt. Vę autem pręgnantibus & † nutrientibus
d in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram & ira † populo huic. Et cadent in ore gladij, et captiui ducentur in 4 † 5
e omnes gentes. Et Ierusalem calcabitur à gentibus, donec 6 7 8
f impleantur tempora † nationum. † Et erunt signa in solē et 9 luna et stellis, et in tērris † pressura Gentium, † prę confusiōne
g sonitus maris et fluctuum, arescentibus hominibus præ timore et expectatione ✻ quę superuenient vniuerso orbi.

a ¶ Hucusque ea quæ per quadraginta annos nondum fine adueniente futura erant, hic finis desolationis quę a Romanis facta est.
b ¶ Id est tempore proximo ante obsidionem, dum adhuc fugere licebit, dum miles Romanus per Galileam & Samariam se diffundere cœperit.
b ¶ Qui extra sunt, non fugiant in Ierusalem.
a ¶ Dominici sanguinis.
¶ Quarum vteri vel manus filiorum sarcina prægrauante fugæ necessitatem impedirent.
a ¶ Sol vertetur, in tenebras, & luna in sanguine, antequam veniat dies domini magnus & manifestus.
a ¶ Hoc est tempore Antichristi, quando erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.
b ¶ Prenunciat hoc quod Ioannes inter cætera seculi mutabilia mare habiturum conspexit.

† in populo hoc. † gentium † coarctatio nes ✻ eorum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et capillus de capite vestro non peribit. *Hoc autem addidit Saluator, ad declarandum veritatem futuræ resurrectionis, per quam resurgent in electis, non solùm illa quę sunt de necessitate naturæ humanæ, sed etiam ea quæ faciunt ad decorem, cuiusmodi sunt capilli, quia meditatio huius resurrectionis multum facit ad tolerantiam martyrij, de qua Saluator loquebatur.*

2 Cum autem. *Hic consequenter describitur destructio ciuitatis Ierusalem, & patet sententia ex dictis Matthæi 24. exceptis quæ sequuntur.*

3 Circundari. *Scilicet, ab exercitu Titi & Vespasiani, per quem destructa est.*

4 Et cadent. *Refert autem Iosephus, quòd à principio obsidionis, vsque ad finem cæsa sunt decies centena milia.*

5 Et captiui ducentur. *Quia secundum ipsum ducti sunt captiui Iudæorum vsque ad nonaginta septem milia.*

Iosephus de bel. Iud. li. 2. c. 25.

6 In omnes Gentes. *Quia destructio ciuitatis & populi facta est in vltionem mortis Christi, vt dictum est suprà cap. 19. Et per hoc quod aliqui de illo populo ducti sunt captiui in omnes Gentes, facta est quædam testificatio innocentiæ Christi & perfidiæ Iudæorum.*

7 Et Ierusalem calcabitur à gentibus. *Id est, calcanda dabitur.*

8 Donec impleantur tempora. Tunc enim cum plenitudo gentium intrauerit, omnis Israel saluus fiet, *vt habetur ad Rom. ii.*

9 Et erunt signa in sole & luna, &c. *Hic ponitur solutio secundę quęstionis de aduentu Christi ad iudicium, vbi primò describuntur signa prænostica, cum dicitur:* Et erunt signa in sole & luna. *quia licet talia pluries pręcesserint, tamen imminente aduentu iudicis maiora & crebriora fient. In scholastica historia ponuntur 15. signa pręcedentia quindecim diebus aduentum iudicis, sed vtrum illi dies quindecim futuri sint continuè se habentes vel interpollatè, ibidem sub dubio relinquitur. Primo die erigetur mare. 40. cubitis super altitudines montium, stans in loco suo quasi murus. Secundo, tantùm descendet, vt vix videri possit. Tertio, marinę beluæ apparentes super mare dabunt rugitus vsque ad cœlum. Quartò, ardebit mare, & omnes aquę. Quinto, herbę & arbores dabunt rorem sanguineum. Sextò, ruent ædificia. Septimò petrę ad inuicem collidentur. Octauo, fiet generalis terræmotus. Nono, ęquabitur terra. Decimò, exibunt homines de cauernis, & ibunt velut amentes nec mutuo poterunt loqui. Vndecimò, surgent ossa mortuorū, & stabunt super sepulchra sua. Duodecimo, cadent stellæ. Tertiodecimò, morientur viuentes vt cum mortuis resurgant. Quartodecimo ardebit cœlum*

Signa iudicis præcedentia.

MORALITER.

2 *Cum autem videritis.* Exponatur sicut supra 19.

† *Tunc qui in Iu.* Exponatur sicut suprà Matth. 24. & Mar. 13. vsque ibi.

† *In ore gladij.* Scilicet, diuinæ sententiæ pro sua incredulitate.

5 *Et cap. ducent.* Non solùm temporalem sub principibus terrenis, sed etiam æternam sub spiritibus malignis.

7. *Et Ierusalem.* Id est, ecclesia quantum ad populum communem qui multum deprimitur à principibus & prælatis.

8 *Donec impleantur tempora nationum.* Id est, vsque ad tempus à domino præfinitum.

9 *Et erunt signa.* Exponatur sicut suprà Matth. 24. & Mar. 13. vsque ibi

1 Attendite

A a *Et tunc videbunt filium hominis.* Quem in humilitate positum audire noluerunt, vt virtutem eius tanto tunc districtius sentiant, quanto nunc corda ad eius patientiam non inclinant. Quia verò contra reprobos hæc dicta sunt, mox ad consolationem electorum supponit:

b *His autem fieri incipientibus.* Id est, cum plagæ crebrescunt, cũ terror iudicij commotis virtutibus ostenditur.

c *Leuate capita vestra.* Exhilarate corda vestra, quia dum finitur mundus cui amici non estis, propè est redemptio quã quæsitis. Quod verò mundus despici debeat, prouida comparatione manifestatur.

B d *Videte ficulneam.* Regnum Dei æstati comparat, quia tunc mœroris nostri nubila transibunt, & æterni dies vitæ sub claritate solis fulgebunt. Sicut enim ex fructu arborum vicina æstas cognoscitur, ita & ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnũ Dei. Ex his verbis ostenditur, quia fructus mũdi ruina est. Ad hoc enim crescit vt cadat, ad hoc germinat, vt quecunque germinauerit, cladibus consumat.

C e *Cœlum & ter.* Nihil in corporum natura cœlo & terra durabilius est. Nihil transit velocius quam sermo. Verba quousque imperfecta sunt verba non sunt, si perfecta sint iam omnino non sunt: neq; enim perfici nisi transeundo possunt. Ait ergo. *Cœlũ & terra transibunt.* Quasi dicat: Omne quod apud vos durabile, & sine mutatione est ad æternitatem durabile non est, & omne quod apud me transire cernitur, fixum & sine transitu tenetur, quia sermo meus qui transit, sententias manentes exprimit.

D f *Verba autem mea non transibunt.* Et cum verba mea ita absque dubio sint implenda, videte ne contra contestationem verborum meorum sitis dediti crapulæ, & ebrietati, & secularibus curis, sicut quidam erunt tempore imminentis iudicij: De quibus dicitur: *Cum dixerint pax & securitas, superueniet repentinus interitus.*

E g *Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens morabatur in monte.* Quod verbo docuit exẽplo astruit: Qui ante vniuersale iudicium, & singulorum incertum exitũ, voluptatibus & curis seculi renunciare, & vigilare monuit & orare, ipse imminẽte sua passione doctrinæ, vigilijs, precibúsque instat, & eos pro quibus passurus erat, verbo prouocat, & oratione patri commendat. Sic & nos cum inter prospera iustè & piè conuersamur, inter aduersa de diuina misericordia non desperemus. Diebus docemus in tem plo, quia fidelibus boni operis formam præbemus. Noctibus in monte olìueti moramur, quia in tenebris angustiarũ gaudij spiritualis consolatione respiramus. Et ad nos audiendos populus manicat, cum vel obscuris operibus tenebrarum, vel Dei gratia victis nebulis pressurarum, sicut in die honestè ambulantes, nos filios lucis imitantur.

† Nam virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & † maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte † ficulneam, & omnes arbores, cum † producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cœlũm & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. † Attendite autẽ vobis † ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & † superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. Vigilate itaque omni tempore orantes, vt digni † habeamini, fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiens † morabatur in monte, qui vocatur † Olìueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

(Interlinear: ¶ Et quę dico sub certamine expectate. a ¶ De mortalitate ad immortalitatem. a ¶ Id est, omne humanum genus. vel gens Iudæorum, quæ non deficiet donec veniat dies iudicij. b ¶ Aereum, non ethereum. c ¶ Innouabuntur deposita priori forma permanente autem substantia, vnde dicitur: Terra in æternum stat. ¶ Et ideò. a ¶ Insperatus: & perpetuo retinens quod semel cæperit. ¶ Quibus placent illecebrę huius mundi. ¶ Non quibusdam certis diebus vel horis. ¶ Hęc est summa beatitudinis, in presentia iudicis sui securum consistere. a ¶ Id est, mane ire accelerabat.)

(Margin: † Esa. 3. c. Matt. 24. c. Mar. 13. c. † gloria. † iam germinauerint. † nequãdo † ingruat. † reddamini. † oliuarum. † 1. Thess. 5. a † ficum. † Ro. 13. d 53. dist. 2. † diuersabatur. Rom. 13. d)

NICOLAVS DE LIRA.

cœlum & terra. Quintodecimò, fiet nouum cœlum & noua terra, & resurgent omnes. Dicitur etiam ibidem quod Iero. inuenit ista in annalibus Hebræo. in quibus licet sint multa vera, tamen sunt ibi multa falsa admixta, & ideò de veritate seu falsitate istorum signorum iudicium maioribus derelinquo.

1 Leuate capita vestra. *Quia dies iudicij, licet reprobis sit terribilis, tamẽsi electis debet esse consolabilis, quia tunc transferentur ad gloriam.*

2 Attendite. *Id est, diligenter cauete.*

3 Ne for. *Id est, deprimantur ad vitia.*

4 In crapulis. *Id est, ex superfluitate cibi & potus.*

5 Et curis. *Id est, superflua sollicitudine terrenorum.*

6 Et superueniat in vos repentina dies illa. *Id est, dies iudicij.*

7 Tanquam la. *Qui euadi nullo modo poterit. Et ex hoc loco videtur quod hominibus existentibus in conuiuijs, & festiuitatibus tanquam securis & nihil timentibus de die iudicij, repentè. Et idem habetur Matth. 24. d. Vbi dicitur:* Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsque ad eum diẽ quo intrauit in Arcam Noe, & non cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes, ita erit aduentus filij hominis. *Et hæc veritas euangelij videtur saltem in aliquibus dissonare ab illis quindecim signis supra positis, & acceptis de apochryphis Iudæorum.*

8 Vigilate itaque. *Per hoc non est intelligendum, quod oratio sit semper continua, quia oportet eam interrumpi somno & alijs necessitatibus corporis; sed eius continuitas intelligitur, quod non interueniat peccatum mortale impediens effectum ipsius; ideo subditur.*

9 Vt digni habeamini. *Quia illi qui tunc inuenientur sine peccato mortali erunt salui.*

10 Et stare ante. *id est, stare securè in iudicio coram Christo qui iudicabit in forma humana.*

11 Noctibus vero exiens morabatur in monte. *Vt ibi vacaret orationi.*

12 Et omnis populus manicabat. *Id est, mane accelerabat venire ad prædicationis suę locum, attractus efficacia & dulcedine doctrinæ suæ.*

MORALITER.

† 2 *Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ.* Crapula vero spiritualis, est ingurgitatio doctrinæ peruersæ. Et ebrietas spiritualis est diuina curiosè scrutari vltrà debitam mensuram, & talis inuestigans opprimitur à gloria, sicut bibens vinum vltra debitam mensuram opprimitur ab eo.

† *Erat autem diebus docens in templo.* In hoc dedit exemplum doctoribus & prædicatoribus euangelij, vt diebus doceant, & noctibus sint in oratione Dei, vt ibidem hauriant quod auditoribus effundant in mane sequenti, ideò subditur:

12 *Et omnis populus.* Id est, mane festinabat ad eius doctrinã venire, talium enim doctrina est à populo desiderata.

CAP. XXII.

Appropinquabat autẽ dies festus azymorum, 1 (a ¶ Id est prima dies azymorum post immolationem agni, scilicet, 15. dies quę erat solennis.) 2 qui dicitur Pascha. 3 † Et quærebãt principes 4 sacerdotũ & scribę, quomodo Iesum inter- 5 (a ¶ Non metuentes seditionem, sed ne auxilio populi de suis manibus tolleretur.) ficerent. Timebãt vero plebẽ. Intrauit autẽ 6 Sathanas in Iudã qui cognominabatur Scarioth, vnũ de * duo- 7 (a ¶ Non à principibus inuitatur, nulla necessitate constringitur, sed propria sponte sceleratæ mentis iniit consilium.) decim: † & abijt, & loquutus est cum principibus sacerdotum 8 & † magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et ga- 9 uisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopondit, Et (¶ Sine turbis.) quærebat opportunitatem, vt traderet illum sine turbis. Ve- 10 (¶ XIIII. Luna. ¶ Agnus Paschalis.) nit autem dies azymorum, in qua necesse erat † occidi Pascha. 11 Et misit Petrum & Ioannem dicens: Euntes parate nobis (a ¶ Qui non habemus tabernaculum.) Pascha, vt manducemus. At illi dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, 12 occurret vobis homo † amphoram aquę portans. Se- 13 quimini eum in domum in quam intrat, & dicetis

† Matth. * numero. † immolari.

CAPVT XXII.

A a Appropin. &c. *Qui dicitur Pascha, &c.* Pascha non à passione sed à transitu nominatur, quod illa die transiuit exterminator per Ægyptum, vel dominus liberans populum suum, quo nomine significabatur agnum in hac die de mundo ad patrem transiturum. Inter Pascha verò & azyma hoc distat, quod Pascha vocatur solus dies, in quo agnus occidebatur ad vesperam, id est, 14. luna primi mensis. Dies azymorum erãt à 15. luna vsque ad 21. diem eiusdem mensis. Sed euangelistæ (B) indifferenter ponũt, & diem Azymorum pro Pascha, & Pascha pro diebus Azymorum, vnde hic Lucas (Lucæ 12.b): *Dies festus Azymorum, qui dicitur Pascha*, quia & Paschæ dies in Azymis panibus celebrari pręcipiebatur. Et nos quasi perpetuum Pascha facientes, semper ex hoc mundo transire præcipimur: vno die immolato agno ad (C) vesperam sequũtur septem dies Azymorum, quia Christus in plenitudine temporum semel pro nobis passus, toto tempore seculi (quod septem diebus agitur) in azymis sinceritatis & veritatis præcepit esse viuendum.

b *Et quærebant, &c.* Hæc ante biduum Paschę congregatis principibus sacerdotum & scribis in atrium Caiphæ, Matthæus (Matth. 26.a) gesta testatur.

c *Intrauit.* Dicit Ioannes, quod post bucellam à domino traditam (Ioan. 13.c.) intrauit Sathanas in Iudam. Sed & ante bucellam inuaserat eum Sathanas, & quem prius intrauerat vt deciperet, postmodum intrauit, vt iam sibi traditum plenius possideret.

✠ THEOPHYLACTVS. Magistratus hoc loco vocat præfectos ædificijs templi vel etiam censores, vt qui curabant ea quæ ad bonum ordinem seruandum pertinebant. Præfecerant (D) enim Romani quosdam populo vt ne turbaretur, quandoquidem seditiosi erant, illos igitur vocat, στρατηγοὺς magistratus. fortasse etiam & militaria munera credebantur eis, qui erant ex Sacerdotali ordine, vnde magistratus & duces dicti: ambitione enim laborantes, & illa officia inuadebant: vnde eos magistratus & duces tẽpli nominauit, manifestius fortasse taxans illos.

d *Venit autem dies.* Licet sequenti die, id est quintadecima luna sit crucifixus, (E) hac tamẽ nocte qua agnus immolabatur, & carnis sanguinisque suis discipulis sacramenta celebranda tradidit, & à Iudæis tentus, ligatus, ipsius immolationis, id est, passionis suæ sacrauit exordium.

e *Ecce introeuntibus.* Sicut Deus cunctorum præscius, cum discipulis loquitur de his quæ alibi geruntur. Et bene paraturis Pascha om- (F) phorã aquæ portans occurrit, vt ostendatur, quod huius Paschæ mysterium pro ablutione mundi per aquã baptismi sit celebrandũ, vbi veri Paschæ cultoribus typicus de limine feruor aufertur, & ad tollenda peccata viuifici fõtis baptisma consecratur. Amphora, significat perfectam mensurã expleti tẽporis, quo dignum erat hæc geri.

f *Homo amph.* Sine nomine designatur, vt pauper & ignobilis æstimetur, qui à domino eligitur. Cuius sanctitas in hoc apparet, quod in strato eius dominus cum discipulis, cum sublimium virtutum delectatione requiescit.

g *Sequimini.* Consultè prætermittũtur nomina, vel baiuli aquæ, vel domini domus, vt omnibus volentibus imbui sacramentis Christi (quod est Pascha celebrare) Christum suæ mentis hospitio suscipere quærentibus, facultas danda signetur.

☞ *Cænaculum*

NICOLAVS DE LIRA.
CAP. XXII.

1 Appropinquabat. *Postquam euangelista descripsit Christi prædicationem, hic consequenter describit ipsius passionem per quam solutum est precium nostræ redemptionis, vbi primò describitur maligna Christi comprehensio per explorationem Iudæorum, secundò eius condemnatio iniusta per executionem gentilium cap. sequenti. Prima diuiditur in quatuor partes, quia primo describitur Christi venditio facta, non ex eius ignorantia, sed magis ex pręscientia & voluntate, Secundò, ipsius venditi traditio, non ex eius displicentia, sed ex charitate. Tertiò, traditi comprehensio, non ex Christi impotentia, sed ex sua mititate. Quartò, comprehensi illusio, non ex sua iniustitia, sed humilitate, secunda, ibi:* Venit autem dies azymorum, *tertia ibi:* Comprehendentes autem eum. *quarta, ibi:* Et viri qui tenebant eum illudebant ei. *Circa primum dicitur:* Appropinquabat au. dies festus. *Id est solennitas Paschalis, quæ celebrabatur primo mense quintadecima die mensis, vt habetur Leuit. 12.a. incipiebat tamen à vespere pręcedentis diei.*

2 Azym. *Quia fermentum & fermentatum non debebant apparere in domibus Iudęorum septem diebus huius solennitatis, vt habetur Exo. 12. c.*

3 Qui dici. Pa. *Id est, transitus, quia tunc transibat angelus domini per Ægyptum interficiens primogenita Ægyptiorum, & Hebræos saluans.*

4 Et quæ. *Moti inuidia contra Christum.*

5 Quomodo Ie. in. *Licet enim hoc summè desiderarent: tamen erat eis difficile propter fauorem populi ad Christum, ideo subditur.*

6 Timebant verò plebem. *Ne contra eos insurgeret, si in Christum manus mitterent.*

7 Intra. au. Sa. in Iu. *Id est, animam Iudę. Non per illapsum, quia hoc est Deo proprium, sed per effectum, venditionem Christi ei suggerendo.*

8 Et abijt. *Motiuum autem Iudæ hic tacetur, sed exprimitur Matt. 26. a. & Ioan. 12. a. scilicet, vt recuperaret valorem vnguenti preciosi effusi super Christum à sorore Lazari.*

9 Et gauisi sunt. *Quia ille modus capiendi Christum per suum discipulum videbatur magis possibilis & secretus.*

10 Venit autem. *Hic consequenter describitur ipsius Christi venditi traditio. Et primò ista traditio prænunciatur, secundo executioni datur, ibi:* Et egressus ibat. *Prænunciatio dictę traditionis facta est à Christo cum cœnaret cum discipulis. Et ideo primo describitur Paschale conuiuium: secundo instituitur eucharistię sacramentum ibi:* Accepto panẽ. *tertio, ponitur dicta traditionis pręnunciatio, ibi:* Veruntamen. *quarto discipulorum informatio ibi:* Facta est contentio. *Circa primũ in dicitur:* Venit autem dies. *Ista erat quartadecima dies mensis primi, in cuius vespere debebant comedere agnum Paschalem cum azymis panibus, ideo sequitur.*

11 In qua necesse erat. *Et accipitur hic Pascha non pro die solenni sicut supra, sed pro agno Paschali, qui illo vespere debebat occidi. Sequitur.*

12 Et ecce in. vo. in ci. *Scilicet Ierusalem.*

13 Occurret vobis ho. *In hoc dedit eis signum directiuum in pręparatione conuiuij Paschalis.*

Et

MORALITER.

† 1 *Appropinquab.* Exponatur sicut suprà Mat. 26.a. & Mar. 14.a.

7 *Intra autem.* Iam ante intrauerat ipsum cũ esset fur & loculos habẽs, vt dicitur Io. 12. a. Sed tũc intrauit ad ipsum amplius possidendũ. Ex quo patet, quod in omni mortali peccato diabolus intrat hominẽ, vt ipsum de nouo possideat, vel amplius quã ante.

8 *Et abijt & locutus est cum principibus sacerdo.* Exponatur sicut suprà Mat. 26. & Mar. 14. b.

† In

a *Cœnaculum magnum.* Spiritualis est lex, quæ de augustijs terræ egrediens in sublimi loco recipit saluatorem. Qui in litera remanet, intimis Pascha facit, sed qui aquæ baiulum, id est, gratiæ præconem in domum ecclesiæ sequitur, transcendens literæ superficiem, in mentis solio refectionem parat Christo, dum cuncta vel Paschæ sacramenta, vel cætera legis decreta de eo intelligit scripta.

b *Desiderio desi. &c.* Desiderat primo typicum Pascha manducare, & sic passionis suæ mysteria mundo declarare, vt & antiqui Paschæ probator existat, & hoc ad suæ dispensationis figuram pertinuisse demonstrans, iam adueniente veritate vmbra cessare debeat. In cuius rei figura defecit manna, postquàm comederunt filij Israël de frugibus terræ, nec vsi sunt vltra cibo illo.

c *Non manducabo.* Non vltra Mosaicum Pascha celebrabo, donec in ecclesia quod est regnum Dei spiritualiter intellectum compleatur. In hoc regno vsque hodie manducat Christus, cum ea quæ Moyses rudi populo carnaliter obseruanda præcepit, in membris suis spiritualiter exercet.

d *Et accepto calice.* Hic calix ad vetus pascha, cui finem imponebat, pertinet. Quo accepto gratias agit, ideò scilicet, Quia vetera transierunt & noua omnia erant ventura.

e *Gratias egit.* Ostendit quid quisque facere debet in flagello culpæ propriæ, cum ipse ęquanimiter flagella tulit alienæ.

f *Dico enim vo.* Sicut typicum esum agni, sic & typicum paschæ potum negat se bibiturum, donec ostensa resurrectionis gloria, regnum Dei, id est, fides mundi adueniat, vt per horum duorum immutationem sacramentorum, cætera legis sacramenta vel iussa ad spiritualem obseruantiam doceat transferenda. Potest tamen simpliciter accipi, quod ab hora cœnæ vsque ad tempus resurrectionis quo in regno Dei erat venturus, vinum non erat bibiturus. Post resurrectionem enim cum discipulis manducauit & bibit.

g *Et accepto.* Finitis veteris paschæ solemnijs transit ad nouum, quod in suæ redemptionis memoria in ecclesiam frequentare desiderat, vt pro carne & sanguine agni, suæ carnis & sanguinis sacramentum in panis & vini figura substituat. Frangit & porrigit, vt ostendat sui corporis fractionem non sine sua sponte futuram. Agit gratias de veteribus terminatis, & nouis incipiendis.

h *Pane, gratias egit & fregit, et dedit eis dicens, &c.* Quia panis corpus confirmat, vinum operatur sanguinem.

MYSTICE. Hoc ad corpus, illud ad sanguinem Christi refertur. Verum nec panis sine aqua conficitur, nec vinum sine aqua offertur. Per aquam populus signatur, qui nec Christi passione saluatur, nec sine cuius amore Christus passus. Oportet ergo vt nos ei vniamur & ipse in nobis maneat, & nos in eo.

i *Veruntamen ecce.* Sicut de passione prędixit, sic prędixit & de proditore, vt videns se latere non posse, pœniteat facti. Nec designat ex nomine, ne manifestè correctus impudentior fiat. Mittit ergo culpam in numero, vt conscius pœnitentiam agat prædixit & pœnam, vt quem pudor non conuicerat, denunciata supplicia coërceant.

k *Manus tradentis me.* Exemplo Iudæ filium hominis tradit, qui illud inuiolabile dominici corporis sacramentum violare præsumit. Vendit, qui eius timore & amore neglecto caduca amare conuincitur & criminosa.

Theop.

---

1 patri familias domus: Dicit tibi magister: Vbi est diuersorium, vt Pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. † Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt Pascha. Et cùm facta esset hora discubuit, & duodecim Apostoli cũ eo. Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum antequã patiar. Dico enim vobis, quia † ex hoc nõ manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. † Et accepto calice gratias egit & dixit: Accipite * & diuidite inter vos. Dico enim vobis, quòd non bibam de † generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit, & dedit eis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis † datur. Hoc facite † in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquàm cœnauit dicens: Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis † fundetur. † Veruntamen ecce manus tradentis me

(Interlinear: a ¶ Id est, quarta decima die primi mensis ad vesperam cum 15. luna iam terris apparente iuxta legis edicta instabat Pascha. ¶ Vel discipuli. a ¶ Agnum manducat, quia in agno ipse figurabatur. ¶ Tempore. ¶ Vetus pascha. a ¶ Ecclesia. b ¶ Bis dicitur accepisse calicem: prior vetus, secundus nouus. a ¶ Quod sub specie panis apparet. a ¶ Quotiescumque manducabitis panem hunc & ca. bib. mor. Domini annun. do. veniat. a ¶ Scilicet dedit eis. a ¶ Ad distinctionem veteris, quod sanguine hircorum & vitulorum dedicatum est. b ¶ Quia impossibile est sanguine hircorum peccata tolli. a ¶ Sed tamen vni de vobis non proderit, per quem fundeur ipse sanguis.)

(Margin: Ios. 5. c. † tradetur † ad renouãdam mei memoriam † tradetur † Mat. 26. b Mar. 14. c. † Ibidem b † posthac non edã vltra ex eo. † Mat. 26. a Mar. 14 c. * hoc † genimine germine)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dicetis patri fa. d. *Hic autem creditur fuisse Christi discipulus, et ideo prouidit de loco et de agno, et alijs necessarijs in celebratione conuiuij Paschalis, vt dictum fuit plenius Marc. quartodecimo. b.*

2 Desiderio desideraui. *Id est, valde desideraui.*

3 Hoc pascha manducare vo. *Quia tunc finiuit vetus testamentum, & inchoauit nouum, quod erat sibi in desiderium.*

4 Dico enim vobis, quia ex hoc non man. il. do. imple. in reg. Dei, &c. *Quia post illam cœnam non comedit nec bibit, donec post resurrectionem suam, in qua impletum est regnum Dei, quia tunc aperta est ianua, & Christus resurrexit ad vitam immortalem, & tunc Christus cum multis comedit & bibit, ad probandum sua resurrectionis veritatem, vt habetur infrà, 24. f.*

5 Non bibam de ge. *Generationem vitis vocat vinum, quia exprimitur de fructu vitis.*

6 Et accepto pane. *Hic consequenter instituitur eucharistia sacramentum post legale conuiuium, cum dicitur:* Et accepto pa. gra. egit. *Per hoc ostendit quod in consecratione huius sacramenti praexigitur deuotio & oratio.*

7 Et fre. & de. &c. hoc est. cor. m. *Non est sic intelligendum, quod prius frangeret & daret discipulis, & postea diceret verba consecrationis, sed magis è conuerso, quia Christus dedit Apostolis suis corpus suum consecratum, & ideo prius dixit verba consecrationis, qua sunt:* Hoc est corpus meum. *Quia verba consecrationis efficiunt quod figurant, postea fregit & dedit.*

8 Hoc fa. in me. com. *Quia eucharistia cõsecratio est quędam dominica passionis rememoratio, & propter hoc consecratur corpus separatim à sanguine, quia in passione sanguis fuit separatus à corpore, ideo subditur:* Similiter & ca. &c. *Catera autem qua ad istud sacramentum pertinent, tractanda sunt in 4. sententiarum.*

9 Veruntamen. *Hic consequenter Christus prænunciat traditionem sui di.*

10 Ec. ma. tra. *Ex quo patet maxima ingratitudo & proditio Iuda, qui ingerebat se commestioni cum Christo, quẽ non latebat sua proditio.*

Et qui

MORALITER.

1 *Et ait illis: Desiderio desideraui hoc pa. ma. vobis.* Hoc est eucharistiæ sacramentum, quod nos per fidem spiritualiter manducamus, & ipse manducat nobiscum, incorporando nos sibi per istud sacramentum. Quod alloquens Augustinus dicit: Cibus es grandium, non mutaberis in me, sed tu me mutabis in te. Cætera moraliter sunt exposita Matth. 26. Mar. 14.

Facta est et contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior, etc. Similis contentio frequenter fit in ecclesia pro dignitatibus obtinendis. Et non solum inter seculares, sed etiam inter regulares diuitias habentes. Sicut canes contendunt ad obtinendum os carnibus & medullis repletum, propter quod viliores canibus videntur religiosi mendicantes, qui pro officijs prędsidendis contendunt, cum nihil annexum habeant, nisi miseriam & laborem, propter quod ad repellendum talem ambitionem subdit saluator:

H † *Sed*

THEOPHYLACTVS. Nihil excæcatis miserius est. Vide enim quid dominus dicat: *Ecce manus tradentis me mecum est in mensa*: Et stupidus non sensit. Etenim dominus hæc dicit non solum vt ostendat se non ignorare quod euenit, sed & vt nobis suam bonitatem, & proditoris malitiam ostendat, qui non erubuerit secum cõuiuari, nam non omisit sua facere, vt nobis exemplum daret, vt vsque in finem lapsos lucrari studeamus.

a *Facta e. au. et con.* BEDA. Causa contentionis nobis incognita, sed non est incredibile, quia iuxta quod alibi præcipitur: *Contendite intrare per angustam portam*. Honore se inuicem præueniendo certarent. Sed qualibet ex causa contenderint, non quid adhuc carnales gesserint, sed quid spiritualis magister iusserit, videamus.

AMBROSI. Caueamus ergo impendio, id est, sedulò, ne quam inter nos de prælatione possit esse contentio. Si enim contendebãt apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur. Omnibus vna datur forma sententiæ, vt non de prælatione iactantia sit, sed de humilitate contentio.

b *Dixit autem eis*. Pius magister non initæ contentionis arguit, sed formam humilitatis quam sequantur, describit; quasi dicat: Vos more secularium per prælationem peruenire vultis ad regni possessionem, sed ad summam virtutum non potentia venitur, sed humilitate. Necesse est autem vt correctionem subditus & matrem pietas, & patrem exhibeat disciplina, aut ne districtio rigida, aut pietas sit remissa.

Mat. 10. d. Mat. 10. f. Supr. c. 13. Rom. 12.

¶ Homo pacis meæ in quo sperabam, qui edebat panes meos mag. super me supplan.

mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundùm quod definitum est, vadit. Verumtamen væ homini illi per

¶ Nouerant vndecim quod nil tale cogitauerunt, sed plus credunt magistro quam sibi & timentes fragilitatem suam, anxij quęrunt de peccato, cuius non habent conscientiam.

quem tradetur. Et ipsi cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis:

a ¶ Per potentiam eos humiliantes. ¶ Largiendi.

† Reges Gentium dòminantur † eorum, & qui potestatem

a ¶ Quia etiam eorum quæ distribuitis, non autores, sed dispensatores estis.

habent super † eos, benefici vocantur. Vos autem nòn sic.

a ¶ In virtutibus. b ¶ Humili reputatione. ¶ Gradu dignitatis.

Sed qui màior est in vobis, fiat sicut † minòr, & qui † præcessor est, sicut ministrator.

¶ Secundùm iudicium seculi.

Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nónne qui recumbit? Ego autem in medio vestrûm sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis

a ¶ Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: fruendo scilicet desiderato olim & amato gaudio veri boni.

b ¶ Mensa quæ omnibus sanctis, est ad fruendum proposita, est cœlestis vitæ gloria.

& bibatis super mènsam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israël.

c *Nam quis ma. est*. Ad verba exhortationis explendæ exemplum de se exponit. Hinc Ioannes scribit: *Si ego laui pedes vestros dominus et magister, et vos debetis alter alterius la. pe.* Possunt & in verbo ministrandi omnia quæ dominus in carne gessit, non tantum prædicando vel miraculis admouendo, sed etiam animam quam pro nobis accepit, ponendo, vt & nos pro inuicē ponere animas discamus.

Ioh. 13. b.

d *Ego au. in me.* BEDA. Ego ministro, vos autem recumbitis. Et proponit causam, quia.

e *Permansistis mecum*. Infirmitas mea non cõturbauit vos, sed in bono cœpto perseuerastis. Sicut ergo mihi perseueranti vsque ad mortē dedit pater *nomen quod est super omne nomen*: sic & ego perseuerantes vos mecum ducam ad æternum regnum. Intelligendum est Iudam iam recessisse, & multos alios iam retro abisse, auditis verbis incõprehensibilis sacramenti quãdo hæc loquebatur dominus.

† carnal. † iunior. † dux. Phil. 2. † in regno meo.

f *Et sedeatis super thronos*. Hæc mutatio dextræ excelsi, vt qui humiles nunc gaudent ministrare conseruis, tunc sublimes super mensam domini perpetuis dapibus alantur, & qui in tentationibus iniustè iudicati cum domino permanent, illic cum eo super tentatores suos iusti iudices veniant. Quanto enim hic despectiores, tanto illic maiori culmine potestatis excrescent.

Psal. 76.

g *Iudi. duo.* Per duodecim, non duodecim personæ, sed multitudo iudicantium significatur, propter duas partes septenarij, quo vniuersitas significatur, id est, tria & quatuor per quas 12. multiplicantur.

c. Nam

Ait au.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quidem filius hominis. *Quia licet sit Deus & homo non tamen tradebatur & patiebatur secundùm diuinitatem in qua impassibilis est, sed tantum secundùm humanitatem, secundùm quod diffinitum est in prouidentia Dei pro salute mundi.*

2 Verumtamen væ ho. il. *Quia licet Iudas post factum pœnituerit, hoc tamen fuit inutiliter, quia per desperationem se suspendit, vt habetur Matthei 27. a.*

3 Et ipsi cœperunt quærere in. se. *Scilicet apostoli.*

4 Quis esset ex eis. *Tamen nesciuerunt, quia hoc Christus non reuelauit manifestè, sed tantum Ioanni secretè, vt habetur Io. 13. c.*

5 Fa. est con. *Hic consequenter ponitur informatio discipulorum, & primò ostenditur qualis sit aptus ad officium prælationis. secundò quid foret eis licitum tempore persecutionis, ibi:* Et dixit eis. *Adhuc primò ponitur informatio discipulorum in generali, secundò, ipsius Petri in speciali, ibi:* Ait autem dominus Simoni. *Adhuc primò informat discipulos de prælationis aptitudine, secundò de præmij magnitudine, ibi:* Vos autem.

Circa primum sciendum quod cum apostoli audierunt Christum prędicantem traditionem sui ad mortem, crediderunt firmiter hoc esse futurum, & ideò cœperunt quærere inter se, quis inter apostolos esset conuenientior ad tenendum Christi locum, & hoc est quod dicitur: Fa. est au. in eos con. *Id est, disquisitio.*

6 Quis eorum videretur esse maior. *Id est, aptior ad præsidendum alijs loco Christi, & ideò Christus de hoc eos docuit, videlicet quod ille esset ad hoc aptior, qui esset verè humilior per contrarium ad terrenam dominationem. Et ad hoc inducit exemplum sui di.*

7 Quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nónne qui recumbit? *Quasi dicat, sic secundum iudicium humanum & infert:*

8 Ego autem in medio vestrûm sum sicut qui ministrat. *Hoc iam ostenderat in lotione pedum suorum discipulorum. Et ex hoc intendit concludere quod ille est aptus ad succedendum sibi in regimine ecclesiæ, qui est fundatus in vera humilitate.*

9 Vos autem. *Postquam ostendit aptitudinem prælati, hic consequenter ostendit magnitudinem prœmij di.* Vos au. e. qui per me. *Iam enim Iudas exierat de societate eorum accepto pane intincto, vt habetur Io. 13.*

10 In tentationibus meis. *Quia imminebat agonia suę passionis.*

11 Et ego dispono vobis re. *Quod intelligitur dupliciter. Vno modo de regno militantis ecclesiæ cuius regimen Christus tradidit apostolis: Alio modo de regno triumphantis ecclesiæ ad quod erant apostoli assumendi post laborem vitæ præsentis.*

12 Vt edatis & bibatis. *Hoc similiter dupliciter intelligitur. Vno modo de sacramento eucharistiæ, cuius consecrationem, acceptionem & dispensationem Christus tradidit apostolis: Alio modo de fruitione gloriæ ad quam apostoli erant prędestinati.*

13 Et sedea. super thronos. *Quia in iudicio extremo erunt assessores Christi iudicantis.*

Ait au.

MORALITER.

† *Sed qui maior est in vobis Sequitur*:

Vos autem

9 *Vos autem estis qui permansistis mecum*. Permanentibus autem firmiter in tribulationibus cum ipso disponit fruitionem beatam in cœlesti regno.

Ait autem

a *Ait autem Dominus Simo.* Ne glorientur 12. quod soli de tot milibus cum Domino in tentationibus permansisse dicerentur, admonet eos eadem procella potuisse conteri, nisi diuina gratia fuissent protecti. Cum verò Sathanas expetit tentare, & velut qui triticum purgat ventilando concutere, docetur nullus à diabolo, nisi Deo permittente tentari.

b *Ecce Sathanas ex.* Sathanas bonos ad cribrãdum petit, cum ad eorum afflictionem æstibus anhelat maliciæ. Quo enim inuidens eorum tentationem appetit, eò illorum quasi probatione deprecans petit.

c *Ego autem rogaui.* Non vt tenteris, sed ne deficiat fides tua, vt post lapsum negationis ad pristinum statum pœnitendo resurgas. Vtile est enim sanctis & tentationibus examinari, vt vel tentati quam fortes fuerint, appareat, vel cognita per tentationem sua infirmitate fortiores fieri discãt, & sic cum probati fuerint, accipiant coronam vitæ.

d *Qui dixit ei. Domine.* Quia Dominus dixerat se pro Petro orasse, conscius ille præsentis affectus & feruentis fidei, sed nescius casus futuri, non credit se ab eo posse deficere. Sed ille qui nouit quid sit in homine, ne quis de suo statu incautè confidat, vel de casu incautiùs diffidat, sicut Deus modum, tempus, numerum negationis eius prædicit, & sicut misericors auxilium suæ defensionis promittit.

e *Quando misi vos sine sacculo.* Non eadem regula viuendi persequutionis tempore qua pacis discipulos informat. Missis siquidem discipulis ad prædicandum, ne quid tollerent in via præcepit; ordinans scilicet, vt qui *Euangelium nunciat, de euangelio viuat.* Istante verò mortis articulo, & tota illa gente pastorem simul & gregem persequente, congruam tempori regulam decernit, permittens necessaria victui, donec sopita persequutorum insania tempus Euangelizandi redeat.

f *Sed nunc qui habet sacculum.* In hoc nobis quoque datur exemplum, vt nonnunquam causa instante, quædam de nostri propositi rigore sine culpa possimus intermittere. Verbi gratia: Si per inhospitales regiones iter agimus, plura viatici causa licet portare quam domi habeamus.

g *Et qui non habet.* Gladium vel habitum sumere, vel non habitum iubet emere, vt sciant legẽtes non facultatem resistendi deesse discipulis, sed amorem magistro potius inesse patiendi, vbi etsi nulla alia causa esset euaginandi gladium, sufficere potest illa vt amputata serui auricula, tactu Domini sanaretur. In quo admonemur, ne iram percussi sustineamus, sed fidem resurgẽtes suscipiamus. Quare verò sacculum & peram & gladium tollere iubeat, sub it, scilicet, quia ipse passurus, & cum iniquis erat deputandus, id est, cum latronibus in quorum medio est crucifixus. Vel cum inferis ad quos per mortem erat descensurus, vt educeret eos vinctos de lacu, vbi non est aqua.

MYSTICE. Est gladius spiritualis, vt vendas patrimonium, & emas verbum Dei, quo nuda mentis penetralia vestiutur. Est etiã gladius passionis, vt exuas corpus, & immolatæ carnis exuuiis ematur tibi corona martyrij. Denique vt scias quia de passione loquutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum supponit. Quoniam adhuc hoc quod scri. est &c.

Ait autem Dominus † Simoni: Simon, ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum. † Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei: † Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. At ille dixit: Dico tibi non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis: Quando misi vos sine sacculo & pera & calciamentis, nunquid aliquid defuit vobis: At illi dixerunt: Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram. Et qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc

a ¶ Sicut ergo orando te protexi ne deficeres, sic tu infirmiores fratres exemplo tuæ pœnitentię conforta, ne de venia desperent.

† Simon. Simon.

† 11. di. c. 1 fi. de pœn. dis. 4 c sic enim. s. vnde Dauid de baptis. c. maiores. † Mat. 26. d Mar. 14. d.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ait autem Dominus. *Posita informatione discipulorum in generali, hic ponitur informatio Petri in speciali de fragilitate humana consideranda, & de constantia ex Dei adiutorio habenda, cum dicitur:*

2 Simon, ecce Sathanas expetiuit vos. *Id est, studiose quæsiuit per tentationes subuertere, quia multum nititur ad subuersionem sanctorũ, illos enim pulsare negligit, quos quasi iure quieto possidere se sentit, vt dicit Grego.*

3 Vt cribraret sicut triticum. *Id est, tentationum impulsu concuteret, & sicut in tali concussione remanet palea, & transit farina, sic Iudas remansit diabolo ad pœnam æternam. alij vero Apostoli transierunt ad gloriam.*

4 Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. *Scilicet, finaliter. Non enim rogauit, quod Petrus non caderet, sed vt in casu non remaneret, ideo sequitur:*

5 Et tu aliquando conuer. *Scilicet, de peccato ad gratiam.*

6 Confirma. *Hoc dicitur ei, quia ecclesia erat sibi committenda, vt habetur Ioan. vl. e. vbi ter dicitur ei à Christo:* Pasce agnos meos. *Ex hoc etiam patet fidem non deficere vsque ad finem mundi, potissime in Ecclesia Romana quę à Petro post Christum fundata est.*

7 Domine tecum paratus. *Hoc dixit ex feruore, & confidens de sua constantia & virtute, ideò consequenter prędicitur sibi sua fragilitas.*

8 Non cantabit ho. gallus don. ter abne. nosse. me. *Post binam autem negationem Petri gallus cantauit, sed Petrus non aduertit, sed post tertiam cum iterum gallus cantauit, prout fuit expositum plenius Mar. 14.*

9 Et dixit eis. *Hic consequenter ostendit quid foret Apostolis licitum tempore persecutionis. Quia cũ primo Christus misit eos ad prędicandũ, dedit eis formam incedendi vt sine pecunia & prouisione alia necessariorum incederent, vt dictum fuit suprà 10. cap. & ideò fortè crederent, quod tempore persequutionis quæ immineret non liceret eis talia portare, quod remouet dicens:*

10 Sed nunc qui habet sac. *Ad portandum pecuniam pro prouisione necessariorum.*

11 Tollat. *Id est, portet.*

12 Similiter & pe. *Id est, repositorium victualium. Et quia non solum erat eis licitum talia portare, sed etiam seipsos à persecutoribus moderatè defendere, saltem protunc, ideò subditur:*

13 Et qui non ha. *Scilicet gladium.*

14 Vendat tunicam suam. *Per hoc innuens, quod licita esset eis defensio moderata tempore persequutionis, ideò subditur:*

15 Dico enim vobis, & cimple. in me & c. *Scilicet, mortem acerbissimam & contemptibilissimam per Iudæorum persequutionem.*

MORALITER.

1 *Ait autem Dominus Simo. Ecce Sath. ex. vos, &c.* Per hoc patet quod diabolus fideles tentare non potest, nisi ex Dei licentia, sicut de sancto Iob dicitur Iob. 1. b.

3 *Vt cribraret sicut triticum.* Ex hoc habetur, quod diabolus homines sanctos magis satagit concutere tentationibus, quam alios. Vnde refert Grego. in dialogo, quod ille diabolus qui per magnum tempus Andream Episcopum tentando de quadam muliere, ipsum ad hoc induxerat, quòd illius mulieris tergum blandiendo manu percusserat, plus fuit à suo principe commendatus, quàm illi qui procurauerant homicidia & alia multa mala.

4 *Ego autem rogaui pro te.* CHRYSOST. Non autem dixit, rogaui, vt non neges, sed vt fidem non deseras, nam & si paululum agitandus sis, habes tamen reconditum semen fidei.

5 *Et tu aliquando co.* Nam illi qui consecuti sunt à Deo donum misericordiæ, debent quantũ possunt in bono cæteros roborare.

7 *Qui dixit ei. Do. te. &c.* Exponatur vt sup. Mat. 26. & Mar. 14.

9 *Et di. eis: Quan. mi, &c.* Quando missi fuerunt Apostoli ad prædicandum sine prouisione aliqua necessariorum, fuit diuinitus eis lautè prouisum, quia nihil eis defuit, vt dicitur in textu. Quãdo verò relaxatum fuit illis sibi prouidere de necessariis, in via passi fuerunt penurias multas vt patet in actibus Apostolorũ, & in legendis eorum, hoc autem fuit ad dandam fiduciam pauperibus prædicatoribus exequendi constanter officium prædicandi.

14 *Vendat tunicam suam & emat gl.* Gladius spiritus est Dei verbum in sacra scriptura contentum, pro quo emendoin sacræ scripturæ studio vendenda est tunica, id est, exteriora bona sunt exponenda. Hæc est illa margarita, pro cuius emptione omnia sunt vendendã, vt dicitur Matth. 13. f. & Sap. 7. b. dicit. *Omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in comparatione illius.* Sacra verò scriptura continetur in duobus testamentis, ideò subditur:

A a *Ecce gladij duo* Duo gladij promuntur, vnus noui, alter veteris Testamenti, quibus aduersus diaboli munimur insidias. Et dicitur: *Satis est.* Quia nihil deest ei, quem vtriusque Testamenti doctrina munierit.

b *Satis est.* Duo gladij sufficiunt ad testimonium spontè passi Saluatoris. Vnus qui & apostolis audaciam certandi pro Domino & euulsa ictu ensis auricula Domino etiam morituro pietatem virtutémque medicandi inesse doceret. Alter qui nequaquam exemptus vagina, ostenderet eos non totum quod potuere, pro eius defensione facere permissos.

B c *Et egressus ibat secundum consuetudinem* Tradendus à discipulo Dominus consuetum locum adit, vbi facile posset inueniri, ne mortem putaretur timuisse. Et bene discipulos sanguinis & corporis sui mysteriis imbutos, in montem Olineti educit vt omnes in morte ipsius baptisatos designaret, altissimo sancti spiritus charismate confirmandos.

tentari, nec ait, vt non tentemini sed *ne intretis in tentationem,* O. D *rate,* Id est, ne tentatio vos superet, & intra casses suos teneat.

e *Et ipse auulsus est ab eis quantum.* Dato Apostolis præcepto orandi, & ipse auulsus est ab eis. Solus orat pro omnibus, qui solus pro omnibus passurus erat, innuens orationem suam, tantum quantum & passionē à nostra distare.

f *Iactus est lapidis, & positis genibus.* In hoc mysticè innuit, vt in idipsum dirigant lapidem, id est, vsque ad ipsum perducant intentionem legis, quæ scripta erat lapide, vsque ad illum enim potest perueniri ille lapis, quoniam *finis legis est Christus omni credenti ad iustitiam.*

E g *Orabat dicens.* Orat non tam timore patiendi, quam misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum. Vnde & signanter dicit: *Istum,* id est, populi Iudæorum qui non habent excusationem ignorantiæ in meã mortē, quia quotidie annuncior illis in lege & prophetis. Si ergo fieri potest, vt sine interitu Iudæorum credat multitudo gentium, recuso passionem. Si verò illi excæcandi sunt, vt alij videant, non mea, sed tua fiat voluntas.

†Esa.53.d. Mat.15.c. Ite legibus · Exo.31.d. †Mat.16.d. Mar.14.d. Rom.10.a. †Mat.26.d. Mar.14.d. Item ad lactum lapidis. †Olineti. †Mat.26.d.

quod scriptum est, opportet impleri in me: † Et cùm † ini- 1
¶ Prædicta. ¶ Impletionem.
quis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. 2 3
a At illi dixerunt: Domine ecce gladij duo hic. At ille dixit eis: 4
b Satis est. Et egressus ibat secundùm consuetudinem in mon- 5
c tem † oliuarum. Sequuti sunt autem illum & discipuli. Et cum 6
¶ Secundum alios in villam quæ dicitur Gethsemani. 7 8
d peruenisset ad locum dixit illis: † Orate ne intretis in tenta- 9
e tionem. Et ipse auulsus est ab eis † quantum iactus est lapi- 10
f ¶ Vt humilitatem mentis habitu corporis ostendat.
g dis, & positis genibus orabat, dicens: † Pater si vis, transfer 11
h ¶ In se reuertens quod ex hominis persona reuerat, trepidanter ex Dei filii potestate confirmat. 12
i calicē istū à me. Veruntamen nō mea volūtas sed tua fiat. Ap- 13
a ¶ Homo factus eo modo est confortatus, quo & contristatus. Nam si nobis tristis est, id est, propter nos tristis est, necesse est, vt etiam propter nos confortatus sit & nobis. 14
paruit autem illi angelus de cœlo cōnfortans eum. Et factus in 15 16
k agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius sicut guttæ 17

✠ THEOPHYLACTVS. Post cœnam non desidia & ludi & somnum Dominum excipiebant sed docebat & orabat, propter nos hæc figurans & dæmonstrans. Væ igitur iis qui post cœnam C fœdis scortationibus vacant. Secedit autem in montem Oliuarum postquam talia docuisset discipulos vt orarent: Consueuerat enim seorsum hoc facere idcirco & à discipulis auellitur. Non omnes autem discipulos, sed tres tantum assumit qui & gloriæ suæ in monte spectatores erant, quia enim & in agone oraturus erat, vt ne videatur formidinis esse indicium, propterea assumit eos, qui diuinæ gloriæ, & superni testimonij spectatores, & auditores fuerant, vt cum viderint laborantem, hoc humanæ naturæ esse dicant. Vt enim crederetur verus homo esse, naturæ quod suum erat facere permisit, & vitam appetit etiam ipse vt homo precatúrque vt transeat calix. ✠ Nā vitæ amans est homo. Quo confutantur hæreses quæ dicunt phantasticum fuisse hominem. Etenim cum hæc facta sunt, & habuerunt vnde eiusmodi nugarentur: quid non dicturi erant si non fuissent hæc facta?

d *Orate ne intretis in tentationem.* Impossibile est hominem non tentari,

h *Pater si vis, transfer calicem istum à me.* AMBROSIVS. Pro me doluit, cum pro se nihil habuit quod doleret. Suscepit enim tristitiam meam vt mihi largiretur suam læticiam. Confidenter ergo tristiciam nomino, qui crucem prædico.

F i *Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum* Appropinquans Dominus passioni, infirmantium vocem & timorem vt abstraheret, in se suscepit: & rursus per obedientiam fortitudinem mentis ostendit, vt cum nobis imminet quod fieri nolumus, sic per infirmitatem petamus ne fiat, vt tamen per fortitudinem parati simus ad implendum conditoris voluntatem potiùs quàm nostram.

k *Et factus est sudor eius sicut gutta.* Appropinquante morte certamen mentis nostræ in se expressit, qui merito quandam vim terrori patimur, cum post pusillum sumus inuenturi quod in æternum duret.

☞ a Sanguinis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum iniquis deputa. est. *Hoc scribitur Esa. 53. d.*

2 Etenim ea quæ sunt de me. *Scripta supple per prophetas.*

3 Finem habent. At illi di. *Id est, sunt prope complementum.*

4 Domine, ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. *Non curauerunt Apostoli loqui de sacculis vel peris, sed tantum de gladiis, quia erant animati ad defensionem sui magistri, licet postea fugerunt timore humano percussi. Dicit autem Chrysostomus, quod illi duo gladij erant duo magni cultelli ad scindendum carnes agni.*

5 Satis est. *Quia vnus euaginandus sufficienter ostendit licentiam se defendendi, & audaciam Petri ad defendendum suum magistrum, & voluntariam passionem Christi qui cum haberet qui pro eo pugnaret, ipse tamen hoc prohibuit. Alius non euaginatus ostendit Apostolos non fuisse permissos facere quantum poterant ad defensionem sui & magistri: vt per hoc ostenderetur, quod perfectior est patientia quam defensio etiam licita.*

6 Et egressus. *Hic ponitur traditionis Christi executio & primò ex parte Christi se voluntario offerentis, secundo ex parte Iudę eum proditorię tradentis, ibi:* Adhuc eo loquente. *Circa primum dicitur:* Et egressus, *De loco cœnę prædicta.*

7 Ibat secundum consuetudinem. *Quia assuetus erat illuc exire de nocte causa orationis.*

8 In montem Oliuarum. Sequuti sunt, &c. *Vbi sciebat traditorem venturum.*

9 Ora. ne inte. in tenta. *Oratio enim secundùm Damascenum, est eleuatio mentis in Deo. Quanto autem mens eleuatur in Deum, tanto faciliùs tentatio ab eo separatur.*

10 Et ipse auul. est ab eis. *Quia oratio debet esse solitaria.*

11 Et posi. geni. ora. *Quia debet esse reuerens & deuota.*

12 Pater si vis tran. *Quia debet esse discreta, submittendo propriam voluntatem, voluntati diuinæ.*

13 Appa. autem il. Ang. *Visione corporali in specie humana.*

14 Con. eum. *Per modum seruientis quod factum fuit ad confirmandum fidem discipulorum, quod Christus sit maior Angelis ratione deitatis: per hoc etiam ostendebatur, quod in eo vere humanitas erat, quę confortabatur contra tristitiam insurgentem in parte sensitiua ex apprehensione mortis imminentis.*

15 Et fa. in ago. *Erat enim ista agonia reluctatio sensualitatis mortem horrentis & rationis ipsam acceptantis, quia virtute diuina quęlibet pars permittebatur agere & pati quod erat sibi proprium.*

16 Prolixius orabat. *Ostendens quod maiori necessitate magis debet homo oratione insistere.*

17 Et factus est sudor eius sicut guttæ sang. *Ex vehementi enim anxietate sensualitatis qua permittebatur agere & pati, quod erat sibi proprium, vt dictum est, fiebat vt non solum humores exirent per sudorem, sed cum hoc aliquid de sanguine sudorem tingente, secundùm verò alios supernaturaliter factum est, vt sanguis pro sudore exiret, vt sit Christus iam suum sanguinem pro salute nostro effundere inciperet.*

MORALITER.

† 4 *Domine ecce duo gladij hic.* Et quoniam sufficiunt ad omnem falsitatem fidei contrariam destruendum, sequitur:

6 *Satis est. Et egressus ibat secundùm consue.* Scilicet ad locum vbi sciebat traditorem venturum, & obtulit primò spiritum per feruorem orationis, ideo subditur.

17 *Et factus est sudor.* Ex feruore orandi, & ex apprehensione imminentis tormenti.

† Et cum

A a *Sanguinis decurrentis in terram.* Per terram sanguine irrigatam declaratur, quod effectum suæ precis iam obtineret, vt fidem scilicet discipulorum quam terrena adhuc fragilitas arguebat, suo sanguine purgaret, & quidquid illa scandali de morte eius pertulisset, hoc totum ipse moriendo deleret, sed & totum mundum peccatis mortuum ad vitam resuscitaret.

† decurrentes.

b *Vt oscularetur.* Suscipit Dominus osculum, non quod simulare nos doceat, sed vt nec proditorē refugere videretur, & plus afficeret proditorem, cui amoris officia non negaret. Vnde dicitur: *Cum his qui oderunt pacem eram pacificus.*

†Mat.26.e Mar.14.e. Ioan.18.a
B
Psal.119.b

c *Domine si percutimus in gladio.* Ordo: Cum interrogassent dicentes: *Domine, si percutimus in gladio;* Tunc respondit: *Sinite vsque huc.* Id est non vos moueat quod futurum est. Permittendi sunt hucusque progredi, vt me apprehendant, & impleantur quæ de me scripta sunt. Sed inter moras verborum interrogantium & respondentis, Petrus auiditate defensionis maiore commotus pro Domino percussit. Sed non potuerunt simul dici, quæ potuerunt simul fieri. Non ergo dicitur. Sinite vsque huc, quasi Domino placuerit factum Petri, cum apud Matthæum legatur dixisse: *Conuerte gladium tuum in locum suum,* quod post factum apparet dixisse Iesum.

C

d *Seruum principis sacer.* MYSTICE. Seruus est populus Iudæorum, principibus, scilicet indebitè mancipatus, qui in passione Domini dexteram aurem, id est, spiritualem intelligentiam perdidit. Sinistra, id est, vilitate literæ contentus, non Petro tollente, sed diuino iudicio ablatam pandente. Quæ auris in his qui credere maluerunt, pietate Domini restituitur. Vel auris amputata & sanata, signat auditum ablata vetustate innouatum, vt sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Quòd seruus inuentus est, pertinet ad illam vetustatem quæ generat in seruitutem quæ est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est libertas. Vnde & nomen serui Malchus, id est, rex vel regnaturus, quia regnabit cum Christo, cui auditus innouatur.

D

✠ THEOPHYLACTVS. Porro discipuli zelo fragrantes etiam gladios eximunt. Vnde autem illos habebant? agnum immolarant, & à mensa exierant. At arguitur Petrus qui contra scopum Domini zelo vtebatur. Alij enim interrogant: *Non percutiemus?* Ipse autem non expectat præceptū, ita semper feruebat pro magistro. Percutit autem seruum pontificis, & amputat aurem eius dexteram. Neque hoc fortuito contigit, sed signum hoc erat, pontifices qui tunc erant, omnes futuros seruos, & perdituros auriculam dexteram. Etenim si Mosen audiuissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Verbum Iesus auriculam restituit. Decet enim virtute verbi sanare inobedientes & apponere eis auriculam vt audiant. Iesus itaque manifestum miraculum facit, & auriculam sanans, miraculo patientiam suā ostendit, & per miraculum inducit eos vt ab insania absistat.

E

†Mat.26.e Mar.14.e Ioan 18.b †num percutimus Mat 26.e

†14 q 1. c si Petrus in prin. Rom. 12 a Gal. 4. d †Mat.26.e

a sanguinis † decurrentis in terram. Et cùm surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos inuenit eos dormientes [1] præ tristitiā. Et ait illis: Quid dormitis? Surgite, orate nē intretis in tentationem. † Adhuc eo loquente, ecce turba, & [2] qui vocabatur Iudas vnus de duodecim antècedebat eos, & [3] b appropinquauit Iesu, vt osculāretur eum. Iesus autem dixit ei: [4] Iuda osculo filium hominis tradis? † Videntes autem hi qui [5] c circa ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt ei: Domine, si † [6] [7] d percutimus in gladio? [8] Et percussit vnus ex illis seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus ait: Sinitē vsque huc. [9] † Et cùm tetigisset auriculam eius, [10] sanauit eum. [11] Dixit autem e Iesus ad eos qui venerant ad se Principes Sacerdotum & f magistratus templi & seniores: † Quasi ad latronem [12]

¶ Præ tristitia somnum vincere non possunt.
a ¶ Vicina iam negatione. b ¶ Apparet, quia pro illis orauerat, quos monet orationum suarum vigilando & orando particeps existere. c ¶ Id est, ne in vos calix meæ passionis incumbat.
a ¶ Factum congruit mutatæ menti. Iam enim cum fustibus, qui quamdiu cum pace fuit, tranquillius se egit.
a ¶ Vt hoc signo dignoscerent eum quem tenerent.
a ¶ Instrumento pacis, mortem irrogas, seruus Dominum, discipulus magistrum prodis.
a ¶ Petrus eodem ardore mentis, quo certè zelatus fuit Phinees.
a ¶ Id est, non moueat vos quod futurum est. b ¶ Nunquam pietatis obliuiscitur qui nec hostes suos patitur vulnerari.

e *Venerant ad se principes sacerdotum & magistratus templi & se.* Iuxta alios Euangelistas non venerant ad Iesum principes sacerdotum & magistratus, sed in atrio Caiphæ expectauerant. Sed quia illi de nece Domini ita agebant, vt quasi innoxij viderentur, cum per discipulum traditus, à tribuno & turbis comprehensus, à præside damnatus, à Romanis crucifixus, à populis etiam Barrabas est electus, volens Euangelista eos maximè esse reos, quorum consilio cuncta gerebantur, dicit eos venisse ad comprehendendum saluatorem qui suæ iussionis potestate venerunt.

F

f *Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus. Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non exten. &c.* Stultum est cum gladijs & fustibus quærere, qui vltro se eorum offert manibus, & in nocte quasi latitantem & vestros oculos declinantem inuestigare per proditorem, qui quotidie in templo docet. Sed ideo aduersum me in tenebris congregamini, quia potestas vestra qua contra lucem armamini, in tenebris est.

☞ *Princ.*

NICOLAVS DE LIRA.

Tristitia.

✠ 1 Inue. eos dor. præ. tri. *Tristitia enim est passio causata ex malo præsenti, quod non potest repelli, & sic causat aggrauationem animi quasi depressi pondere mali presentis: quod non potest amoueri, & sic per consequens impedit vlterius motum spirituum a corde ad organa sensuum exteriorum. Sed quia huiusmodi spiritus causant opera vigiliæ, inde est, quòd tristitia impediens talem motum spirituum, causat aggrauationem sensuum & cessationem ab actibus proprijs, sicut fit in somno propriè dicto, qui causatur ex vaporatione humorum ex cibis & potibus ascendente versus cerebrum, qui humores ibidem ingrassati ex frigiditate cerebri, descendunt versus organa sensuum, oppilantes meatus per quos spiritus progredientes à corde debent ad organa sensuum transire, & sic cessant sensus ab actibus vigiliæ.*

Somni ratio.

2 Adhuc eo loquente. *Hic consequenter ponitur executio traditionis ex parte Iudæ tradentis, cum dicitur:*

3 Iudas vnus de duodecim anteced. eos. *Tanquam ductor illorum qui volebant comprehendere Iesum.*

4 Et appropinqua. Iesu, vt oscu. eum. *Dederat enim Iudas comprehensoribus istud signum, ne pro Iesu caperent Iacobum fratrem Domini, qui fuit ei valde similis: vt dictum fuit Matth. 27.*

5 Iuda, osculo fil. ho. tra. *Id est, in signo charitatis proditionem homicidij facis, ex quo factum Iudæ aggrauabatur valde.*

6 Viden. au. hi qui circa ipsum erant. *Christi discipuli.*

7 Quod futurum erat. *Scilicet captionem magistri sui, vt duceretur ad mortem.*

8 Dix. ei: Do. si percu. in gl. & per. vn. ex il. *Alijs discipulis licentiam petentibus percutiendi ad magistri sui defensionem, Petrus qui erat audacior cæteris & feruentior, non petiuit licentiam, nec expectauit responsionem, sed amputauit vnius auriculam, intendens eum interficere vel grauiter vulnerare.*

9 Sini. vsque huc. *Quasi dicat, non moueat vos, quod est futurum, quia permittendi sunt vt me comprehendant, vt impleantur ea quæ de me scripta sunt.*

10 Et cum teti. au. *In quo apparet maxima Christi charitas sanando illum qui venerat ad comprehendendum ipsum.*

11 Dixit autem Ie. &c. prin. sa. *Contrarium videtur Mat. 27. vbi dici videtur, quod principes sacerdotum non fuerunt in captione Iesu, sed ductus fuit ad eos per comprehensores ad locum vbi conuenerant. ad quod respondetur dupliciter. Vno modo, quod licet non venerint ad comprehendendum Iesum in proprijs personis venerunt tamen in virtute in ministris ab eis missis: Alio modo, quòd aliqui de Principibus sacerdotum venerunt cum ministris ad comprehendendum Iesum, vt diligentiùs fieret negocium, plures tamen expectabant in domo, vt dicit Matt.*

Quomodo intelligitur quod principes sacerdotū fuerunt in captione Iesu.

12 Quasi ad latronem existis cum gladijs & fustibus. *Quasi dicat, tunc non cepistis me, quia nolebam, nec modo caperetis nisi permitterem, ideo sequitur:*

✠ Sed

MORALITER.

† † *Et cum surrexisset.* Exponatur sicut Mat. 27. Mar. 14. vsque ibi.

10 *Et cum tetigisset auriculam eius sanauit eum, &c.* Sicut præcisio auriculæ serui pontificis significauit inobedientiam Iudaici

existis cum gladijs & fustibus. † Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me, sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Comprehendentes autem eum, duxerunt * ad domum principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur eum à longe. † Accenso autem igne in medio † atrij & circumsedentibus illis, † erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit: Et hic cum illo erat. At ille negauit eum dicens: Mulier non noui illum. Et post pusillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait: O homo non sum. Et interuallo facto quasi horæ vnius, alius quidam affirmabat dicens: Verè & hic cum illo erat; nam & Galilæus est. Et ait Petrus: Homo: nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente, cantauit gallus. † Et conuersus dominus respexit Petrum. † Et recordatus est Petrus verbi domini, † sicut dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amare. Et viri qui tenebant illum, illudebant ei cædentes. † Et velauerunt eum & percutiebant faciem eius: & interrogauerunt eum, dicentes: Prophetiza, Quis est qui te percussit? Et alia

a ¶ Noctis nequitiæ vestræ congrua.

a ¶ In hoc diuersus à cæteris.

a ¶ Diuisus ab aliis. b ¶ Hoc est deuotionis. c ¶ Hoc est timoris naturæ.

a ¶ Quod negat Petrus, obreptionis est, quod pœnitet fidei.

a ¶ Respexit dominus, vt recordaretur Petrus quia misericordia ad pœnitentiam vocat.

a *Principis sacer.* Caiphæ, qui pontificatum vnius anni precio sibi emerat à Romano principe prius tamen ad Annam vt Ioannes ait. (Io. 18. b.)

b *Seque. à lon.* Merito à longè qui in proximo fuerat negaturus. Significat ecclesiam imitaturam Christi passionem longè differenter, quia ecclesia patitur pro se, Christus pro ecclesia.

c *Igne in me.* Ignis cupiditatis instinctu maligni spiritus accensus, in atrio Cayphæ ad negandum & blasphemādum Deū linguas perfidorum armabat. Quod enim intus in domo principis sacerdotum maligna synodus gerebat, hoc ignis inter frigora noctis foris accensus typicè demonstrabat. Hoc frigore ad horam torpens Petrus, quasi prunis ministrorum calefieri cupiebat, quia temporalis cōmodi solatium perfidorum societateque quærebat. Sed hanc infidelitatem domino respiciente reliquit & post resurrectionem in captura piscium, cum prunas positas, & piscem superpositum vidisset, cor suū prunis amoris inflammauit. (Io. 21. c.)

[Margin: *& induxerunt. † aulæ. † De pœ. dis. 1. c. Petrus.]

d *Ancil. quædam.* Cur prima ancilla prodit, cum viri magis poterant cognoscere? Nisi vt iste sexus ostendatur in nece domini peccasse, per passionem redempturus. Et ideò mulier prima resurrectionis mysterium accepit, & mandata custodit, vt veterem præuaricationis errorem aboleret.

e *At ille nega.* Non in monte, non in templo, non in domo sua Petrus negat, sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotum vbi non est veritas, vbi Christus captus & ligatus. Quid nisi erraret, quem intromisit ostiaria Iudæorum? Eua malè induxit Adam, Petrum malè introduxit fœmina. (Gen. 3. b)

f *Ho. ne. quid di.* Non solum negat Christum, qui dicit illum non esse Christum, sed etiam qui cum sit, negat se esse Christianum, & ita impletur quod dicit dominus: *Tu me negabis.*

g *Galilæus est.* Hierosolymitæ, & Galilæi æquè sunt Hebræi & vnius linguæ, sed vnaquæque prouincia habet suas proprietates, vernaculum loquendi sonum mutare non potest.

h *Et conti.* Post tertiam negationem sequitur galli cantus. Sacramenta rerum per statum temporum designantur Media nocte negat, gallicantu pœnitet. Post resurrectionem sub luce quem ter negauerat, ter se amare professus est, quia qui in tenebris obliuionis errauit sperata iam lucis rememoratione correxit & eiusdem veræ lucis præsentia plenè quidque putauerat erexit.

MYSTICE. Gallus aliquis doctorum est qui somnolentos increpans ait: *Euigilate iusti & n. p.* (1. Cor. 15. c) Quod Petrus ante primum galli cantum negat, eos significat, qui Christum ante resurrectionem Deum esse non putauerunt, morte eius turbati. Quod bis ante secundum galli cantum negat, illos significat, qui nunc in illo secundum hominem vel secundum Deum in vtraque substantia errant & ideò veritatem negant. Primus galli cantus est domini resurrectio in seipso: Secundus eiusdem in corpore ecclesiæ. († Mat. 14. e)

i *Et conuer. dominus.* Intuitu prouocauit ad lachrymas, quasi in mentem ei reducens quotiens negauerat, quod ei prædixerat, nec potuit in tenebris remanere quem lux mundi respexit. († Mat. 26. g Mar. 14. g Ioan. 18. c. † sedebat.)

k *Et egressus foras.* Ab impiorum concilio seclusus culpam lauat, quæ non intus ob hoc permissus est hæsitare, vt in ecclesiæ principe consideretur remedium pœnitentiæ, & nemo auderet de sua virtute confidere. († De pœ. di. 1. c. porro. 5. hoc idem. † quomodo dixerat ipsi. † Esa. 50. c. Mat. 26. g. Mar. 14 g)

l *Illud ei. ca.* Impleta est prophetia: *In virga percutietur maxilla iudicis Israel.* (Mich. 5. c) Et item: *Dedi maxillam meam alapis.* (Esa. 50. c) Sed qui tunc cædebatur colaphis Iudæorum, nunc cæditur blasphemijs falsorum Christianorum. Velauerunt faciē, non vt eorum scelera non videret, sed vt à se (sicut quondam Moysi fecerunt) gratiam cognitionis eius abscondant. *Si enim crederent Moysi, crederent & domino.* (Ioan. 5.) Hoc velamen vsque hodie manet super corda eorum sed credentibus est ablatum, cum illo moriente velum templi scissum est. (2. Cor. 3.)

✠ THEOPHYLACTVS. Conuitiatores quidem intemperantes fuere, qui hæc Iesu inferebant. oportebat enim interim & diabolum nullam malitiæ speciem relinquere, sed omnia effundere, vt in omnibus natura nostra inuenta sancta, vinceret & turbaret eum. Etenim qui propter hoc naturam nostram suscepit dominus, vt roboraret eum contra omnes diaboli artes & ostendat quod si ab initio sobrius fuisset Adam, neutiquam esset victus, ideò omnes species diabolicæ malitiæ, quæ in eum fundebantur, sustinebat, vt nos qui sequimur eum, confidamus quod in Christo natura nostra vicerit, & ne formidemus ad vllum opprobrium vel triste. Idcirco & percutitur & illuditur: prophetarumque ipse dominus, quasi pseudopropheta irridetur.

m *Prophetiza.* Contumelia in eum qui se prophetam dicebat. Sed & hæretici & Iudæi, qui vsque hodie Christum negant, & mali Christiani qui reprobis actibus exacerbant, dum suas cogitationes & opera tenebrarum ab illo videri non putant, quasi illudentes aiunt: *Pr. o. quis est qui te percu.*

☞ Si tu

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sed hæc est hora. *Vobis concessa ad me comprehendendum.*

2 Et potestas tenebrarum. *Quia diabolus tenebrarum princeps eos ad hoc incitabat.*

3 Comprehendentes autem eum. *Hic consequenter ponitur Christi traditi comprehensio. Et subditur Petri negatio, cum dicitur:*

4 Petrus verò sequebatur eum à longe. *De negatione enim Petri variè loquuntur euangelistæ, quæ varietas exposita fuit & concordata Matthæi 26.*

5 Et viri. *Hic consequenter describitur Christi comprehensi illusio cùm dicitur:*

6 Prophetiza. *Per hoc enim designabant, quod esset falsus propheta, cum ignoraret quis eum percuteret & non solum illudebant, sed etiam calumniose interrogabant.*

Si tu

MORALITER.

† populi ad Christum, sic eius sanatio significat eius obedientiam circa finem mundi, quia tunc tanget Christus sua clementia corda Iudæorum.

3 *Comprehendentes autem eum.* Exponatur sicut Matth. 26. & Mar. 14. vsque ibi.

† Et vt

a *Si tu es Chri.* Non veritatem desiderant, sed calumniam parant. Intelligebant Christum purum hominem de Dauid nasciturum. Secundum hoc ergo quęrunt, vt si diceret: Ego sum Christus, calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem.

b *Si vobis dixero credetis me.* Sæpe dixerat se esse Christum. Interrogauerat etiã eos quomodo dicerent Christum filium Dauid cum eum Dauid dominum vocet, vt per hoc ad credendum Deum prouocaret: sed illi nec dicenti credere, nec interroganti respondere nec eum qui innoxius erat dimittere volebant.

c *Ex hoc autem erit.* Qui semen Dauid calumniari quærebant plus etiam audiunt, quod per contemptum sit venturus ad gloriam.

d *Vos dicitis.* Ita tẽperat responsionẽ, vt & verum dicat & sermo calumniæ non pateat. Maluit se Christũ filium Dei probare, quã dicere, vt cõdẽnandi causa tolleretur his qui fatẽtur quod objiciunt.

e *Ipsi enim audiuimus.* Vbi dixit: *Erit filius hominis sedens ad dexteram virtutis Dei, & v. d. quia e, s.* Sua se sententia damnãt qui eum morti tradunt quem oris & operis sui testimonio Deum esse cognoscunt.

multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies † conuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum in † concilium suum dicentes: † Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis: Si vobis dixero, non credetis mihi. Si autem & interrogauero, non respondebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc * autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes? Tu ergo es filius Dei? Qui ait*: Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt. Quid † adhuc desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius.

a ¶ Vide quam solliciti in malo, tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium.
a ¶ Ego quem vt hominem despicitis per supplicium crucis ero exaltatus, & habebo nomen quod est super omne nomen.
a ¶ Cum infirmus appaream.
a ¶ Quod se Christum & filium Dei dicat.

Marginalia: Psal. 109. a. † confessũ. *mihi. *nunc. *ad ipsos. † insuper. opus habemus testimonio. Mat. 15. † congregatus est senatus † Mat. 26. f. Mar. 14. f. Io. 10. e.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si tu es Chri. *Quia si respondisset, sic statim imposuissent, quod voluisset sibi vsurpare dignitatem regiam contra Cæsaris ordinationem qui dignitatem regiam à Iudæis abstulerat, sicut dictum fuit suprà 3. cap. Si autem dixisset, non obiecissent contra eum de redargutione, quia pluries verbis & factis dixerat se esse Christum, vnde Io. 10. e. Dicentibus ei Iudæis:* Si tu es Chri. dic.n. pa. *Respondit eis Iesus:* Loquor vobis & non creditis, opera quæ ego facio in nomine patris mei hæc testimoniũ perhibent de me, *ideò sequitur.* (Ioan. 10.)

2 Si vobis dixero. *Sicut & alias non credidistis nec verbis meis nec factis.*

3 Si au. & in. non re. *Sicut cum alias petiuerat ab eis de Christo quomodo sit filius Dauid non responderunt, & in pluribus alijs eius quęstionibus simile inuenitur.* (Mat. 22. d)

4 Ne di. *Quia obstinationem sciebat eorum.*

5 Ex hoc au. *Id est, post passionem meam & resurrectionem.*

6 Erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. *Quod impletum est in ascensione Christi: secundum quod dicitur Mar. vltimo.d.* Et dominus quidem Iesus postquam locutus est eis assumptus est in cœlum & sedet à dextris Dei.

7 Di. au. omnes. *Mat. 26. f. dicitur quod summus sacerdos hoc dixit: dicendum quod ille dixit primò & principaliter & ideò Mat ipsum solum exprimit, alij autem consequenter idem dixerunt, volentes ex hoc concludere condemnationem Christi fore iustam.*

8 Tu ergo es filius Dei. *Hoc non sequebatur ex dicto præcedenti, quia dixerat:* Erit fil. ho. *veruntamen quia hoc erat verum noluit negare nec etiam affirmare, ne aperiret locum calumniæ, sed respondit:*

9 Vos dicitis quia ego sum. *Quod verbum erat verum, & taliter prolatum, qui calumniam non haberet secundum veritatem, sed tantum secundum Iudæorum maliciam ex qua concluserunt.*

10 Quid adhuc desideramus te. *Quasi dicat conuictus es proprio verbo, vnde subditur:* Ip. e. a. de o. e.

MORALITER.

† *Et vt factus est.* Exponatur sicut Mat. 27. & Mar. 14.
† *Et ait illis.* Homines enim in malis obstinati veritatem dicentibus non credunt, nec interrogati de veritate respondent nec ad bonam persuasionem à nequitia sua cessant & tales erant isti residuum huius capituli exponatur sicut Matth. 26. & Mar. 14.

ADDITIO I.

In ca. 22. *vbi dicitur in postilla.* Quia iste modus capiendi Christum per suum discipulum videtur magis possibilis.

Modus capiendi Christum per suum discipulum non solum videbatur, Pharisæis magis possibilis & secretus, sed cum hoc erat magis conueniens ad subuertendum populum, quem Pharisæi maximè timebant in captione Christi, vnde Mar. 14. a. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. *Vnde ex hoc quod discipulus Christi associabat capientes, erat populo magis persuasibile, quod Christus esset seductor seu malefactor & huiusmodi.*

ADDITIO II.

In eo. ca. *vbi dicitur in postilla.* Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis.

Prout doctores dicunt contra naturam est sudare sanguinem: nec in libris medicorum qui de istis corporalibus passionibus tractant, vt credo hoc inuenitur, vnde tenendum est, quod fuit supernaturale & figuratiuum. Nam sicut Augustinus dicit significabat de corpore suo manatura martyria. (Sudor sanguineus super naturalis.)

CAP. XXIII.

a *Et surgens omnis multitudo eorum.* Sequitur.
b *Duxerunt illum.* Tradiderũt Romanæ potestati, vt eo modo Iudæi ab eius interfectione alienos se esse ostenderent, in quo non eorum innocentia, sed insania monstratur.

CAPVT XXIII.

Et surgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum

Pilatus (Christus de tribus accusatur.)

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXIII.

Et surgens omnis multitudo eorum. *Postquam descripta est Christi comprehensio per maliciam Iudæorum, hic consequenter describitur eius occisio per executionem gentilium: vbi primò describitur sollicita examinatio. Secundò iniqua condemnatio, ibi:* Pilatus autem interrogauit. *Tertiò impia occisio, ibi:* Et cum ducerent eum. *Quartò deuota tumulatio, ibi:* Et ecce vir nomine Ioseph.

Circa primum primò describitur examinatio coram Pilato præside, secundò coram Herode, ibi: Pilatus autem. *Circa primum dicitur.*

1 Et surgens omnis multitudo eorum du. il. ad pi. *Qui erat ibi præses loco Romanorum.*

a *Pilatus autem.* Cum duo obiecta fuerint scilicet, quod attributa reddi prohiberet, & se Christum diceret, Pilatus potuit audire quod de tributis dixerat: *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari*, & inde hoc quasi apertum mendacium nihilipêdens, solum quæ nesciebat quæsiuit.

b *Tu dicis.* Eodem verbo quo principibus sacerdotum, respôdet & præsidi, vt propria sentêtia ambo condemnentur.

c *Nihil inuenio.* Pridie quam pateretur Dominus, ait discipulis: *Venit princeps mundi huius, & non habet in me quidquam.* Sed quia princeps, id est, Pilatus eum absoluit, in quo nihil dânationis inuenit, vide quid agant Iudæi qui nô æquitatis amore verû inuestigant, sed inuidiæ stimulo iustum damnare laborant.

d *Commouit populû.* Non illum, sed se accusant. Docuisse enim populum, & à pristina corporis ignauia docendo cômouisse, taliqueactu à Galilæa vsque ad Iudæam, id est, totam promissionis terram, à fine vsque ad finem pertransisse, non criminis, sed iudicium est virtutis. Denique Pilatus nec interrogandum saluatorem de hoc ratus, sed magis nacta occasione, liberum ab eo iudicando cupit reddere. Vnde sequitur: *Pilatus autem.*

e *Et vt cognouit.* Ne contra insontem, & quem traditum per inuidiam nouerat, sententiam dare cogeretur, Herodi mittit audiendum, vt à suo tetrarcha vel absolueretur vel damnaretur, sed ne qua Iudæis excusatio remaneret, Herodesquoque qui natu & religione Iudæus erat, quid de Christo senserit, ostendere permissus est, vt vtraq; regio, & Iudæa in qua Christus natus, & Galilæa in qua nutritus erat, in eius necem conspirasse monstrentur.

f *At ipse nihil respô.* Tacuit & nihil fecit, quia & Herodis incredulitas non merebatur videre diuina, & Dominus iactâtiam declinabat. Significantur autem in Herode omnes impij, qui non credunt legi & prophetis, & in Euangelio Christi opera videre non possunt. Principibus ergo sacerdotum accusantibus apud Pilatum pauca, apud Herodem nulla respondet, ne crimen

Marginalia: supra, 20. — † illum. — supra 20. — † orsus. — † ille. — † Mat. 27. b. Mar. 15. a. Ioan. 18. f. — † ditione.

¶ Impii nihil verisimile quod obiicere possent, inueniunt. Et ideo sicut Marcus ait: Non erant conuenientia eorum testimonia.

¶ Cum ipse dixerat: Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.

Cœperunt autem illum accusare dicentes: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. † Pilatus autem interrogauit † eum, dicens: Tu es rex Iudæorum? At ille respondens ait: Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes: Commouit populum docens per vniuersam Iudæam, † incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit, si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis † potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde: Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eò quod audierat multa de † eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autem Principes sacerdotum

¶ Melior est causa quæ non defenditur, & probatur. Susanna tacuit & vicit.

¶ Accusatur & tacet, qui defensione non indiget, ambiunt defendi qui timent vinci, nec accusationem confirmat tacendo, sed despicit non refellendo. ¶ Sed ne his aliquid dicit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cœperunt au. ac. il. *Et hoc de tribus. Primò de auersione populi à lege Moysi seruanda, cum dicitur:* Hunc inuenimus subuertentê gentem nostram. *Secundò, quod per doctrinam suam impediret populum suum reddere Cæsari tributum, & hoc notatur cum dicitur* Et prohibentem. *Tertiò quod volebat sibi vsurpare regnum Iudæorum, ideò sequitur:* Et dicentem se Christum regem esse. *Primum autem erat manifestè falsum, quia* non venit soluere legem, sed adimplere, *vt habetur Matth. 5. b. & legem Moysi vsque ad mortem seruauit, vt declaratum fuit ibidem. Similiter secundum, quia Iudæis quærentibus:* Licet nobis censum dare Cæsari an non? *Respondit?* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari *vt habetur Matth. 22. c. Similiter tertium, quia cum Iesus sciret turbas venturas vt eum raperent & facerent super se regem, fugit, vt habetur Ioan. 6. b. Pilatus autem de primo non curauit, quia gentilis erat, & ideo de lege Moysi non curabat, secundum reputabat falsum, quia responsionem Christi audierat per relationem de tributo Cæsari reddendo vt prædictum est. Sed de tertio inquisiuit, quia videbatur esse contra Dominum suum, Vnde & Iudæi coram eo dixerunt:* Non habemus regem nisi Cæsarem. *Ioan. 19 b. & ibidem dicitur:* Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. *Christus autem se regem esse non negauit, neque affirmauit, sed medio modo respondit dicens:* Tu dicis. *Veruntamen expressit, quod si esset rex, regnum eius non esset de hoc mundo, vt habetur Ioan. 18. f. Et quia Pilatus & imperator Dominus suus non curabant nisi de regno terreno, ideo Pilatus habuit Iesum excusatum dicens:*

2 Nihil inue. cau. *Scilicet criminis vel mortis.*

3 In hoc homine. At illi inua. *Vt clamoribus obtinerent, quod ratione non poterant.*

4 Commouit populum docens per vni. &c. *Quasi dicerent, turbauit pacem communem.*

5 Incipiens à Galilæa vsque huc. *Volebant enim eum notare, quod esset similis Iudæ Galilæo, qui tempore natiuitatis Christi inducebat populum ad rebellandum imperatori Romano, dicens esse illicitum Iudæis profiteri aliquem Dominû terrenum, sed solum Deum, vt habetur Act. 5. g.* Ante hos dies extitit Iudas Galilæus, qui auertit populum in die professionis. *Sed Pilatus hoc falsum reputauit, eo quod audierat Christû dixisse:* Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo, *per hoc ostendens quod poterant esse subiecti non solum Deo, sed etiam têporali Domino.*

6 Pilatus autem. *Hic consequenter ponitur examinatio Christi coram Herode, Pilatus autem audiens, quòd Iesus esset de Galilæa, remisit eum ad Hero. tum vt Herodi deferret, tum quia credebat quod liberaret hominem qui esset de terra sua, & maximè innocentem. Sciendû etiam, quod licet Christus fuerit in Bethleem natus, vt dictum est suprà 2. cap. tamen dicitur hic de Galilæa, quia fuit ibi nutritus & conuersatus.*

7 Qui & ipse Ieroso. erat his die. *Scilicet paschalibus, propter solemnitatem, quia Iudæus erat. Pater enim suus fecit se circuncidi, transiens ad ritum Iudaismi, secundum quod dicit Iosephus.*

8 Herodes autem viso Iesu gauisus est. *Non propter deuotionê, sed propter curiositatem, ideo subditur.*

9 Eo quod au. mul. de eo. *Scilicet, de miraculis eius & doctrina.*

10 Et sperabat signum ali. *Id est, mirabile factum.*

11 Videre ab eo fieri. *Sperabat etiam ab eo audire quædam curiosa & insolita, ideo subditur:*

12 Inter. au. eum, mul. ser. *Iesus autem in conspectu eius noluit aliquod signum facere, tum quia Herodes erat indignus, cum moueretur ex curiositate, vt dictum est: tum quia Iesus voluit ostendere, quod prædicator verbi diuini non debet coram principibus ostentationem suam quærere, & eisdem rationibus non respondit eius interrogationibus.*

Spreuit

MORALITER.

† *Hunc inuenimus subuer. gen. no.* Ista contra Christum proposita erant simpliciter falsa, propter quod Pilatus respondit.

2 *Nihil inue. cau. in hoc ho.* Sed hic est modus iniquorum, quod per mendacia quærunt côdemnationem iustorum. Ex hoc etiam patet, quod aliquando iustius agitur in curia laicali quam in clericali. Principes enim sacerdotum Christum condemnauerunt tanquam mortis reum, quem Pilatus pronunciat innocentem & iustum, & sic hodie fit in pluribus locis, quod homicidæ notorij qui per secularem iudicem suspenderentur, per ecclesiasticum iudicem in magnum populi scandalum liberantur.

† *At illi in.* Sic faciunt maligni quærentes obtinere per clamorem quod non possunt per rationem.

8 *Herodes autem viso Iesu gauisus est valde.* Per hoc autem quod Christus coram Herode incestuoso & homicida noluit facere miraculum, nec suis interrogationibus respondere, significauit, quod tales digni non sunt opera videre diuina, nec eius habere responsa.

† Spre-

crimen diluens dimissus à principe crucis vtilitatem differret. Et ideo iustum erat, vt Pilato qui inuitus sententiam ferebat, ex aliqua parte responderet: Herodi verò & cæteris qui contra legem innoxium damnabant, sicut indignis nihil dicit. Vbi verò tacet, quasi pro grege agnus immolandus patientiam præstat: vbi respondet, quasi pastor pro ouibus contra lupos & latrones pugnat.

A

d *obtulistis* Quantum studium dimittendi Iesum Pilatus habeat, attende. Primò illis accusantibus dicit se nihil causæ in eo inuenisse, deinde tamen in incæpto persistentibus mittit ad Herodem, vt exploret an ille aliquid sceleris in eo inuenire possit, an dimittendum decernat. Denique Herodis agnita voluntate, nec inuento in Iesu facinore, plebis sētētiam, quærit, cui vnū in pasca oporteat dimitti. Iterum etiam tertiò volens dimittere, interrogat. Sed quantò curiosius dimittere quærit, tantò criminosiores ad mortē eius inuenit.

D Pilati studium in dimittendo Christum.

a ¶ Spreuit Herodes & exercitus vt omnes in eadem culpa pares monstrentur.

& Scribæ † constanter accusantes eum. Spreuit autem illum [1] Herodes cum exercitu suo [a] & illusit indutum veste † alba, & [2] remisit [b] ad Pilatum. [3] Et facti sunt [c] amici Herodes & Pilatus in ipsa die †. [4] Nam anteà inimici erant ad inuicem. [5] Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus [6] & plebe, dixit ad illos: Obtulistis [d] mihi hunc hominem, quasi auertentem populum & ecce ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neque Herodes [e]. [7] Nam remisi vos ad illum, & [8]

¶ Flagris & ludibriis quantum iubetis afficiam, dummodo ne sitiatis innoxium sanguinem.

ecce nihil dignum morte actum est ei. † [f] Emendatum ergo [9]

¶ Non imperiali legis sanctione, sed annua gentis, cui per talia gaudebat placere, deuictus consuetudine.

illum dimittam. [10] † Necesse autem habebat dimittere eis † per [11]

¶ Data optione eligendi quem vellent, quia pontifices excitauerant turbam vt magis peterent Barrabam.

diem festum vnum, Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens: † [g] Tolle hunc, & dimitte nobis [h] Barrabam. Qui erat

† intēte accitēs.

† inter sese

† splēdida.

a *Et il. in. ve.* Quòd in alba veste spernitur & illuditur, significat quòd pro totius mundi peccatis in carne casta immolatus agnus est passus & sepultus: Quod hic alba, iuxta alios Euangelistas purpurea vel coccinea veste illuditur, indutus, signat geminū martirij genus, quo in passionibus ecclesia adornatur, vt sit cādida actione, rubicundus sanguine. Ipse enim mēbrorum flosculis vernans, in pace lilia gignit, bello rosas.

B Quare Christus in alba veste illusus.

† Mat. 27. b Mar. 15. a.

† Ioā. 8. g. Act. 3. c.

e *Sed neque Herod.* Ad exprobrādam duritiam Iudæorum vel Gentiliū fatetur Pilatus, nec se, nec Herodem aliquid in occidendo Christo & illudendo inuenisse, sed alienæ crudelitatis clamoribus obtemperasse.

E

† Correptū castigatū.

† singulis festis.

f *Emenda ergo, &c.* Pilatus absoluit Iesum quem probat insontem, sed vt implerentur scripturæ, absoluit quidem iudicio, quem tamen crucifigit mysterio.

C

b *Et rem. ad Pil.* Ad Herodem mittitur, ad Pilatum remittitur, & si vterque reum non pronunciat, alienæ tamen iniquitatis stimulis obsequitur.

c *Et facti sunt. a.* Nefandum fœdus, quod Herodes & Pilatus in occidendo Christum pepigerunt, successores eorum hæreditario iure custodiunt, dum Iudæi & gentiles, sicut genere & religione, ita mente quoque dissidentes, in Christianis tamen persequendis, & fide Christi perimenda consentiunt. In typo Herodis & Pilati qui per Iesum amici facti sunt, Iudæorum gentiúmque figura seruatur, vt per passionem Christi vtriusque populi concordia facta sit ventura, ita tamen vt Gentilis prius capiat regnum Dei, & ad Iudæum fidei suæ deuotionem transmittat, vt illi quoque gloria maiestatis suæ corpus vestiant Christi, quem ante despexerant.

d. *obtulistis*

F

g *Tolle hunc & dimitte nobis, &c.* Quia pro Iesu latronem, pro saluatore interfectorem, pro datore vitæ ademptorem elegerunt, meritò salutem perdiderunt & vitam, & latrociniis & seditionibus in tantum se subdiderunt, vt & patriam regnúmque quod Christo prætulerant, perderent, & hactenus libertatem animæ vel corporis quam vendiderant, non reciperent.

h *Barrabam, &c.* Barrabas qui filius magistri vel patris eorum interpretatur, ipse est Antichristus, quem illi Christo preferent, quibus dicitur: *Vos ex patre diabolo estis.* Pilatus os malleatoris interpretatur, diabolum significat, qui est malleus vniuersæ materiæ, per quem Deus vasa probare permittit, & tandem conterit, cum in extrema damnatione confringit.

Ioan. 8.

a *Crucifige.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo. *Reputans eum idiotam & fatuum.*

2 Et illusit indutum veste alba. *Sic enim illudebatur tunc fatuus.*

3 Et remisit ad Pilatum. *Vt eum honoraret, sicut & Pilatus ei detulerat.*

4. Et facti sunt amici. *Propter mutuam reuerentiam factam, vt dictum est.*

5 Nam antea inimici erant ad inuicem. *Propter Galilæos, quos Pilatus occiderat, miscens sanguinem eorum cum sacrificijs, vt dictum est supra. 13, cap.*

6 Pilatus autem conuocatis princibus sacerdotum, &c. *Hic consequenter describitur Christi condemnatio iniusta. Vbi primò declaratur Christi innocentia ex triplici confessione iudicis causam examinantis, & etiam ex allegatione Herodis, qui ipsum non condemnauerat. Iudæi autem è contrario contra verba iudicis ter reclamauerunt, vt obtinerent per importunitatem clamoris, quod non poterant via rationis, propter quod Pilatus finaliter declinauit à iustitia, condemnans ad mortem innocentem Iesum: Inclinatus ad hoc ex populi fauore, quem quærebat, & Cæsaris timore, cuius indignationem formidabat, eo quod dixerant Iudæi in conspectu suo:* Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris, *Vt habetur Ioan. 19. b. Et ex dictis patet litera paucis exceptis, quæ exponentur. Nam remisit illum ad nos, id est ad nostrum iudicium. Libri antiqui & correcti sic habent:*

7 Nam remisi vos ad illum. *Scilicet ad Herodem, vt patet ex dictis, & litera sequens consonat, cum dicitur.*

8 Et ecce nihil dignum morte actum est ei. *Scilicet coram Herode.*

9 Emendatum ergo: *Id est verberatum.*

10 Illum dimittam: *Liberum à morte. Sed contra hoc videtur, quia Pilatus sciebat ipsum esse innocentem, quomodo igitur volebat ipsum iniustè verberare? Dicendum, quòd volebat facere, vt Iudæi videntes hanc flagellationem, satiarentur hac pœna, & cessarent à morte Iesu quærenda.*

11 Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum, Exclamauit autem simul vniuersa turba dicens: Tolle hunc, & di. &c. *Quia in nocte pascha Angelus Domini saluauit Hebræos, & percussit primogenita Ægyptiorum, & ideò in memoriam huius beneficij in solemnitate paschali saluabant vnum propinquum morti, & aliquos condemnatos ad mortem interficiebant, ad representandum saluationem Hebræorum & interfectionem Ægyptiorum. Et istam consuetudinem eis obseruari impetrauerant ab imperatore Romanorum, sicut fuerat obseruata antequam Iudęa esset Romanis subiecta. Et hoc est quod dicitur:* Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. *Quia tenebatur obseruare illud quod erat concessum ab Imperatore. Pilatus sciens Iesum innocentem volebat eum liberare per hanc viam, proponens quòd non expediret eis dimittere, nisi Iesum aut Barrabam, cuius liberationem credebat Iudæos nullo modo præeligere, propter nimiam ipsius malitiam, sed ipsi nimio odio moti contra Christum, prælegerunt Barrabam liberari, petentes Iesum crucifigi, eo quod erat modus mortis asperior & durior. Cætera patent.*

Exod. 12.

Et cum du-

MORALITER.

1 *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo.* Sic hodie sectatores Christi à malis hominibus spernuntur, quod ab eis fatui reputantur,

Et facti

4 *Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die.* Hoc fuit signum quòd Iudæorum principes & Romanorum conuenirent in persecutione Christianorum. Cætera exponantur sicut Matthæi 27. & Marci 25. vsque ibi.

propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus loquutus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes: a Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos: Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. b Corripiam ergo, & † illum dimittam. At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum *. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. ✝ c Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant: Iesum verò tradidit voluntati eorum. ✝ 1 Et cum du- d cerent eum, apprehenderunt Simonem quendam Cyrênensem venientem de † villa, & imposuerunt illi crucem ✝ portare post Iesum. e 2 Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, f quæ plangebant & lamentabantur eum. g Conuersus autem ad illas Iesus dixit: 3 Filiæ Hierusalem, h 4 nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. i 5 Quoniam ecce venient dies in quibus dicent: ✝ 6 Beatæ steriles, 7 & ventres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. ✝ 8 Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, &

a ¶ Videns quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret.
¶ Iudex nec inuidiæ cedere debuit nec timori.
a ¶ A Cyrene quę est ciuitas Helchię.

Marginalia: * & principum sacerdorum. † Mat. 27. a. Mat. 16. a. Ioan. 18. g. † agro, ruro. † Isaię. t. d. Oseę 10. c. Apoc. 6. d. † vt portaret.

A a *Crucifige crucifige eum.* Magna crudelitas, non solum occidere, sed crucifigere quærunt, vt manibus & pedibus ad lignum confixis, producta morte necaretur, ne dolor citius finiretur, & vt in cruce diu videretur.

b *Corripiam ergo & illum dimittam.* Hanc correptionem deridendo & flagellando nefandorum desideriis exhibuit, ne vsque ad crucifigendū sæuirent. Quod & verba Ioannis Euangelistæ, & ipsa colūna testatur, ad quam ligatus fuit Dominus, quæ vsque hodie dominici sāguinis B cernentibus certa signa demonstrat. Sed licet Pilatus hoc agat, insatiabilis tamen sacrilegorū furor nō cessat, sed magis instat, quia accusationem quam contra Dominum detulerant, sollicita Pilati interrogatio ne viderant euacuatam. Tādem impudici ad solas preces se conuertunt, vt quod criminādo vel quasi ratiocinando nequiuerant, iam postulando & vociferādo & perficiendo perficiunt.

c *Dimisit autem illis eum qui propter homi-* C *cidium & seditionem missus fuerat, &c.* Autor seditionis & homicidiorum Iudæis dimittitur, id est diabolus, qui ob culpam à lucis patria depulsus, & in tenebrarum carcerem fuerat missus, & ideo pacem habere non possunt, quia pacis autorem non elegerunt.

d *Apprehenderunt Simonem quendam Cyre. ven.* Primò Dominus crucem portauit, sed postea imposita est Simoni, quem exeūtes obuiam habuerunt, & hoc congruè: *Christus enim passus est pro nobis, vt se. ve. e.* Qui verò eum vult sequi tollat crucem suam & sequatur. Quia verò Simon non Israelita, sed Cyreneus erat, per eum Gentiles designantur, prius peregrini & hospites testamentorū, sed nunc in fide ciues & domestici Dei & cohęredes Christi, vnde Simon obediens. Cyreneæ hæres interpretatur. Sed Simon venit de villa, id est, de pago, à quo pagani, qui à ciuitate Dei alieni vrbanæ sunt conuersationis ignari. Sed Simon pago egrediens crucē portat post Iesū, cū populi gentiū paganis ritibus derelictis obedienter amplectuntur vestigia dominicæ passionis.

Marginalia: 1. Pet. 2. d. Matt. 16. d. Ephe. 2. d. Pagani vnde.

e *Sequebatur au. il. mul. tur.* Sed non eadem mente crucem sequitur: Mali sequuntur vt morientem lęti aspiciant. Mulieres, vt quem viuere desiderabant, moriturum, morientem, & mortuum plorarēt. Nec ideò inducitur solus mulierū planctus, quando & D multi viri dolerent: sed quia fœmineus sexus quasi contemptibilior, liberius poterat præsentibus principibus sacerdotum, quod contra eos senserit ostentare. Quia verò *nouit Dominus qui sunt eius*, prætermissa furentis populi turba, ad amātes & plāgētes se fœminas oculos & ora conuertit.

f *Quæ plāg. & la. eū.* Tristabantur de vita mortali, quæ morte erat finienda, non de cęcis qui medicū occidebant, vnde subditur: *Conuersus autē.*

✱ THEOPHYL. Mulieres quidē hominum genus est facile plorās quasi graue quiddā accidisset, E & Domino plorant compāssionē præ se ferentes magnam, & iniustitiam lamantātes. At ille nō approbat, sed magis increpat illas, volūtariè enim patiebatur. Nō decet autem lamentari eū qui spōte, & pro salute omniū patitur, sed congruū est vt ille magis laudibus efferatur & celebretur: per crucē enim & mors destructa est, & infernus captiuus est. Lamēta his qui sponte pa- F tiuntur nullam consolationem afferunt, proinde Dominus illas quę ipsum lugebant, increpat.

Marginalia: 2. Tim. 2. c. † aliàs eum. † Mat. 17. d. Mar. 15. b. † Sap. 3. e. Isa. 54. a. Gal. 4. d.

g *Filiæ Ie.* Nota cum filios Hierusalem vocat, quod non solæ quæ cum eo venerant à Galilæa, sed etiam eiusdem vrbis ciues ei multæ mulieres adhæserant.

h *Noli fle.* Ne lamentemini me moriturū, cuius cito resurrectio mortem soluere potest, cuius mors mortem & ipsum mortis autorem destruet. Vos potius vestrāque progeniem dignis lachrymarum fontibus abluite, ne cum perfidis damnemini in vltionem meæ crucis.

i *Ecce ve. dies.* Dies Romanæ obsidionis & captiuitatis. Naturale est imminente captiuitate, hostilique per agros vrbésque clade feruente, cunctos qui euadere queant, alta quęque vel abdita refugia quibus abscondantur, requirere. Refert Iosephus insistentibus sibi Romanis Iudæos cauernas montium colliúmque certatim petisse speluncas, ita vt seipsum testetur munitione quadam destructæ vrbis Iotapetæ in speluncam cum 40. comitibus proditum inuentum, atque ab hostibus captum.

Marginalia: Iosephus de bello Iudaico li. 3. cap. 10.

k *Cadite super nos.* Potest hoc ex superfluo intelligi de his qui vtrolibet sexu seipsos castraueruut propter regnum cœlorum, ☞ qui di-

Marginalia: Mat. 16. 19.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et cum ducerent eum. *Hic consequenter describitur Christi impia occisio, cum dicitur:* Et cū ducerent eum ad crucifigēdū, apprehenderunt Simonem, *&c. Quia cogerent eum ad portandum crucē. vt citius venirent ad locū crucifixionis, quia Iesus videbatur nimis debilitatus ex afflictione præcedenti, & ideò quamuis Iesus primò portasset crucem suam, tamen illi qui eum ducebant, acceperunt eam & posuerūt supra Simonem, ratione prædicta. Ille autem inuitè portabat, tum quia hoc erat turpe, tum quia forsitan erat discipulus Iesu, occultus tamen.*

2 Sequebatur autem illum mul. tur. pop. *Quia aliqui sequebantur eum ad ipsum crucifigendum, aliqui ad deridendum eum, & aliqui ad videndum spectaculum, & aliqui ad plangendum, specialiter mulieres deuotæ, quibus dixit:*

3 Filiæ Hierusa. &c. *Quia non solum aliquę de Galilæa sequutæ fuerant ipsum, sed etiam aliquæ de Ierusalem sibi adhæserant per deuotionem.*

4 Nolite flere, &c. *Non prohibet compassionem, sed prædicit aliam luctus causam in obsidione Hierusalem futura per Titum & Vespasianum, ideò subditur:*

5 Quoniam ec. ven. dies. *Scilicet, 42. anno post passionem Christi, in quo fuit dicta obsidio.*

6 Beatæ steriles. *Quia agiliores erunt ad fugiendum quā grauidæ.*

7 Et ventres qui non ge. *Quia mulieres habentes pueros in obsidione fuerunt anxiatæ non solùm pro se, sed etiam pro pueris suis, & aliquę prę famis anxietate proprios pueros comederunt, secundum quod dicit Iosephus libro de Iudaico bello.*

8 Tunc inci. di. monti. &c. *Quia aliqui prę horrore miseriæ quæ tunc fuit in populo Iudæorum, dicebāt: vtinam mōtes caderēt super nos.* Quia

MORALITER.

† 3 *Filiæ Ierusalem. &c.* Secundum sensum literalem fletus ad quem induxit Christus mulieres, fuit propter miseriam per Romanos super Iudæos vēturam, & illa miseria fuit figura miseriæ super incredulos venturæ per spiritus malignos, pro cuius euasione flendum est & orandum ante terminum huius vitæ.

† Duce-

qui dicunt montibus.c.f.n.& c.o.n. cum suæ fragilitatis memores ingruente tentationum articulo sublimium virorum, vel ipsa virginitate vel martyrio vel quacumque alia virtute quærunt exemplis, monitis, precibúsque defendi.

a *Quia si in viridi ligno.* Viride lignum Christus & sui electi, aridum impij & peccatores, vnde ait: Si ergo ego qui peccatum non feci, qui lignum vitæ merito appellatus duodenos fructus gratiæ per singulos menses affero, sine igne passionis de hoc mundo non exeo, quę tormenta manent illos qui fructibus sunt vacui, insuper & lignum vitæ flammis dare non timent? Et *si nunc est tempus, vt incipiat iudicium de domo Dei, & omnes qui volunt piè viuere Christo persecutionem patiuntur,* qui finis eorum qui non credunt euangelio?

collibus, operite nos. Quia † si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo † nequam cum eo, vt interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum & † latrones: vnum à dextris, & alterum à sinistris. Iesus autem dicebat: † Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus † expectans, & deridebant illum principes cum eis: dicentes: Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes & dicentes: Si tu es rex Iudæorum, saluum te fac. Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis, Hæbraicis & Latinis: Hic est rex Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebant latronibus blasphemabat eum, dicens: Si tu

¶ Vt omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.

f *Diuidentes.* De his Ioannes latius. Quadripertita vestis significat ecclesiam toto orbe, quæ quatuor partibus constat, diffusam, omnibus partibus æqualiter, id est, concorditer distributam. Tunica sortita, omnium partium significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur.

g *Sortes.* In sorte Dei gratia commendata est. Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum sors omnibus placuit, quia & Dei gratia in vnitate ad omnes peruenit, & cum sors mittitur, non personæ cuiusquam vel meritis, sed occulto Dei iudicio creditur.

h *Alios sal. fe.* Sua se sententia damnant, qui etiam nolentes quòd alios saluos fecerit, cōfitentur. Poterat quidem se saluare, sed quia ipse Christus Dei electus de cruce descendere noluit. Nam qui ideo venit, vt pro nobis crucifigeretur, ideo, se de cruce saluare neglexit, quia cum cæteris peccatoribus etiam crucifixores moriendo curauit saluare.

(Margin: 1.Petr.4. 1.Tim.3. Ioan.19. † humide. † malefici † malefici. cos † 32 q.1 q. paratus. † spectans † Mat.27.e Mar.15.c. Ioan.19.d.)

b *Ducebantur autem.* Impletur quod dictum est: *Et cum iniquis deputatus est.* In morte deputatur cum iniquis, vt in resurrectione viuificet iniquos, qui propter homines homo factus, hominibus dedit potestatem filios Dei fieri.

(Margin: Isa.53.d. Ioan.1.b.)

✠ THEOPHYLAC. Diabolus volens Dominum magna infamia aspergere facit crucifigi cum eo latrones, sed vide quomodo & vno priuatus sit & hoc ad maiorem gloriā Domini cesserit. Nam aliorum cruces nemo requirit, totus autem mundus à cruce ista pendet, & manifestè ostenditur hic Dominum non esse iniquum sicut latrones, sed omnis iustitiæ principem. Ducunt autem eum ad locum Cranii vbi dicunt primum parentem nostrum sepultum esse, vt vbi per lignum casus illic per lignum resurrectio fiat.

c *Calua. lo.* Extra portam Hierusalem erant loca in quibus truncabantur capita damnatorum, & dicebantur loca Caluariæ, Id est, decollatorum. Ibi crucifigitur, vt ibi erat area damnatorum, erigantur vexilla martyrij.

d *Et latrones, &c.* Execrabilis in facto iniquitas Iudæorum, quæ quasi latronem crucifigit omnium redemptorem, bonus tamen in mysterio latro, qui insidiatus est diabolo, vt vasa eius auferret. Per illum qui à dextris significatur mortificatio carnis pro cœlesti gloria, per illum qui à sinistris mortificatio carnis pro aliqua mundi causa.

e *Iesus autem.* Quia Lucas Christi sacerdotium scribere disposuit, rectè Dominus apud Deum pro persecutoribus iure sacerdotis intercedit, & latroni confitenti paradisum pandit, nec frustra orat, sed pro eis qui post passionem eius crediderunt, impetrat. Non pro eis orat, qui per inuidiam & superbiam filium Dei intellexerunt, negant & crucifigunt, sed pro eis qui zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, nescierunt quid fecerunt.

i *Illudebant autem ei & milites accedentes.* Nota quòd Iudæi vocabulū Christi & filij Dei autoritate scripturæ sibi traditum irrident. Milites verò scripturarum inscij, non Christo Dei electo, sed regi Iudæorum insultant.

k *Et ace. off.* Acetum erant Iudæi, à vino Patriarcharum degenerantes. Hoc aceto milites potant Dominum, quem illorum suggestione morti tradunt.

l *Erat autem, &c.* Hæ tres linguæ præ cæteris eminebant. Hebræa, propter Iudæos in lege gloriantes: Græca propter Gentilium sapientiam: Latina propter Romanos impetrantes. Ergo velint nolint Iudæi, omne regnum mundi, omnis mundana sapientia, omnia diuina legis sacramenta testantur, quod Iesus est imperator credentium & confitentium.

m *Hic est rex Iudæorum.* Titulus qui Christum regem testatur, non infra, sed supra crucem ponitur, quia licet in cruce hominis infirmitate dolebat, super crucem tamen regis maiestate fulgebat, & ideò immolato titulus est suprapositus, vt cunctis legere, id est, credere volentibus pateat, quia per crucem non perdidit sed corroborauit imperium.

n *Vnus autem de his qui.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quomodo igitur alij duo Euangelistæ duos latrones dicunt conuicia in eum iecisse? Verisimile autem est quod primum quidem duo eum conuiciati sint, deinde vnus eorum audacior agnoscens bonitatem Iesus, ex voce quam fecit pro crucifigentibus, quæ vox non solum omni misericordia plena est, sed & magnam authoritatem præ se fert. Ex hac igitur voce vt agnouit qui prius erat blasphemus Iesum verum regem, confutat vt alterum latronem, & ad Iesum dicit *Memento mei, &c.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia si in viri. lig. hæc fa. *Christus hic dicitur lignum viride faciens fructum, & per consequens indignum abscisione per mortem: populus autem Iudaicus hic dicitur lignum aridum infructiferum, & per consequens dignum abscisione per mortem & combustione gehēnę, quæ est pœna extrema & maxima.*

2 Pater dimitte illis, non enim sc. quid fa. *Erant enim ibi aliqui simplices & illiterati à sacerdotibus Iudæorum decepti, qui persequebantur Christum Zelo legis, & pro istis orauit Christus, alij autem erant literati, qui ipsū esse Christū probabiliter nouerant, seu agnoscere debuerant, sed ex odio et inuidia fuerunt excæcati, & ipsum persecuti sunt vsque ad mortem, & pro illis non orauit.*

(Margin: Christus pro quibus orauerit.)

3 Erat autem & superscriptio scripta super eum literis, &c. *Quia ista erant tres linguę principales, vt omnes possent legere.*

MORALITER.

† *Ducebantur autem & alij duo. &c.* Hoc ad literam procuratum fuit per Principes Iudæorum, vt à vulgaribus Christus participasse videretur in criminibus eorum, & sic ipsi viderentur iustè mortem eius procurasse. Et sic frequenter faciunt maligni quærentes operire suam maliciam per infamiam iusti.

† *Et postquam venerunt in locum qui vocatur Cal. &c.* Exponatur sicut Matth.27.& Mar.15.

† *Iesus autem decebat: Pater, dimitte illis.* BEDA. Neque putandum est eum hoc frustra orasse, sed in eis qui post eius passionem crediderunt, quòd orabat impetrasse. Notandum sanè, quòd non pro eis orat qui quem filium Dei intellexerunt, crucifigere quàm confiteri maluerunt, sed pro eis qui nescierunt quod fecerunt, zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam, vnde subdit:

† *Non enim sciunt quid faciunt.* Cætera exponantur sicut Matth. 27.& Marc.15. vsque ibi:

† *Vnus autem de his qui pendebant latronibus, &c.* Per istos duos significantur illi qui pro peccatis suis expiandis cum Christo crucifiguntur, per professionem in religione factam. Sed aliqui reuertuntur actu etsi non habitu, ad vitam secularem, de quibus dicitur ad Rom.2.d. *Nomen Dei per vos blasphematur inter gētes,* quia scandalizant seculares. Et isti significantur per latronem blasphemantem: alij verò professi, crucem pœnitentiæ per patientiam † deuotè

A a *Increpabat eum.* Ipsa increpatio futurum crucis scandalum etiam circa credentes reuelat, quorum alij à dextris, alij à sinistris.
b *Domine memento mei.* Magna gratia in hoc latrone eminet. Nullum membrum à supplicio liberum habet, præter cor & linguam, totum quod liberum habet, offert. Corde credit, ore cõfitetur. Fidẽ habuit qui regnaturum credidit quem secum morientem vidit. Spem habuit, qui aditum postulauit. Charitatem firmiter tenuit, qui latronem & de sua iniquitate arguit, & vitam quam cognouerat ei prædicauit. B Magna virtus, confitetur quem videt humana infirmitate moriẽtem, quem negabant Apostoli, quẽ viderant miracula diuina virtute faciẽtem.
c *Amen dico tibi.* Pulcherrimum affectandæ cõuersionis exemplum, quòd tam citò latroni venia relaxatur, & vberior gratia quam precatio. Semper enim Dominus plus tribuit quam rogatur: C Ille rogabat: *Memento mei, &c.* Dominus ait: *Hodie mecum, &c.* Cito ignoscit Dominus, quia ille cito conuertitur.
d *Et tenebræ factæ.* Sol retraxit radios ne aut pendentem videret Dominum, aut ne impij blasphemantes sua luce fruerentur. Et nota quòd sexta hora, id est, sole recessuro à centro mundi crucifigitur, diluculo, id est, Oriente sole resurgit, quia *mortuus est propter peccata nostra, & resur. prop. iu. n.* Adam peccante post meridiem, id est, inclinata luce fidei vox Domini auditur, eodem igitur temporis articulo, quo tunc peccanti Adæ obcluserat, nũc latroni pœnitenti Dominus paradisum reserat.
e *Velum templi scissum est medium, Et clamans voce magna Iesus, ait:* Hoc expirante Domino gestum est, sed Lucas præoccupat, volens miraculum solis coniungere miraculo veli. D Scinditur autem velum, vt arca testamenti & omnia sacramenta legis quæ tegebantur appareant, & ad gentes transeant. Iosephus ait: Virtutes angelicas præsides quondam templi tunc pariter conclamasse: *Fugiamus ab his sedibus.*
f *Pater in man. &c.* Patrem inuocans, se filium Dei declarat. Spiritum commendans, non defectum virtutis, sed confidentiam eiusdem cum parte potestatis insinuat. Amat enim dare gloriam patri, in quo nos informat, vt gloriam demus creatori. E Commendat autem, iuxta quod alibi legitur: *Lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & ca. m. re. in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionem.*
g *Videns autem Cen.* Videns quod ita haberet potestatem mittendi spiritum, quod non habet nisi conditor animarum, F ipse qui crucifixerat in ipso passionis scandalo, confitetur Dei filium, quem Iudæi post tot miracula credere renuerunt. Vnde per Centurionem fides ecclesiæ designatur, quæ velo mysteriorum cælestium per mortem Domini reserato, mox iuxtum & Dei filium tacente synagoga confirmat.
h *Percutientes pectora.* Quòd percutiunt pectora in signum pœnitentiæ & luctus dupliciter potest intelligi. Siue enim cuius vitam dilexerant, iniustè occisum dolebant: Siue cuius mortem se impetrasse meminerant, hunc in morte amplius glorificatum tremebant. Sed quæcunque causa pectus tundere coëgerit, videamus distantiam gentis & gentis. Gentiles, moriente Domino Deum timentes, apertæ confessionis voce glorificant: Iudæi

(Marg.: † 16. q. 6. c. si presbyter. De conse. di. 4. c. baptismi in principio. † Mat. 27. f. Mar. 16. e. Rom. 4. d. † Neque mes quid tu. † absurdi. † super. Psal. 15. c. † Psal. 30. b. De celeb. mis. c. in quadam. Mat. 27. f. Mar. 15. d. † aduenerant.)

es Christus, saluum fac teipsum & nos. Respondens autem
a ¶ Forte & ille conuiciatus prius est, sed repentè conuersus. Nec mirum si conuerso cito ignoscit, qui etiam insultantibus veniam dabat.

a alter, increpabat eum, dicens: † Neque tu times Deum, qui 1
a ¶ Saltem hic deberes quærere liberationem.

2 in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus, hic verò nihil † mali gessit. Et dicebat ad Iesum: b Domine, memento mei 3 cum veneris in regnum tuum. 4
a ¶ Vita est esse cum Christo, quia vbi Christus, ibi regnum.

c Et dixit illi Iesus: † Amen dico tibi: hodie mecum eris in pa- 5
a ¶ Quando crucifixus est. b ¶ Tenebræ effusæ sunt oculis perfidorum, vt fidei lumen resurgeret.

d radiso. † Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt † in vniuersam terram vsque in horam nonam. † Et obscuratus e est sol, & velum templi scissum est medium. Et clamans voce f magna Iesus, ait: Pater in manus tuas commendo spiritum 6 g meum. Et hæc dicens expirauit. 7 Videns autem Centurio quod 8 factum fuerat, 9 glorificauit Deum, dicens: † 10 Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul † aderant ad spe- h ctaculum istud, & videbant quæ fiebant, 11 percutientes pectora sua reuertebantur. 12 Stabant autem omnes noti eius à
¶ Elongasti à me amicum, & proxi. & n. m. a. mi.

longè & mulieres quæ sequutæ erant eum à Galilæa hæc vi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Neque tu times Deum qui in eadem damna. es. *Quasi dicat, licet homines non timueris, tamen deberes Deum timere, maximè in articulo mortis, in quo tu es, ideo subditur:*
2 Qui in ea. damna. es. *Scilicet mortis.*
3 Domine, memento mei. *Magna fides huius latronis, qui nec propter acerbitatem pœnæ quam sustinebat, nec propter infirmitatem carnis quam in Christo videbat, confessionem veræ fidei omisit.*
4 Cum veneris in regnnm tuum. *Manifestè patet, quòd non loquebatur de regno temporali, sed æterno, ideò subditur:*
5 Hodie mecum eris in paradiso. *Non accipitur hic paradisus pro horto voluptatis, nec pro cœlo empyreo, sed pro fruitione beata quam habuerunt sancti patres in morte Christi, qui erant in limbo detenti statim cum eius anima descendit ad eos, & eadem die illuc descendit anima illius latronis, facta particeps beatæ fruitionis.*
6 In manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc di. expi. *Ostendens quod in articulo mortis maximè debemus recurrere ad Deum.*
7 Videns autem Centurio. *Qui erat constitutus ad custodiendum Christum in cruce quousque expirasset.*
8 Quod factum fuerat. *Scilicet miracula in Christi passione facta, vt pote terræmotus, petrarum scissio, obscuritas solis supernaturalis. Et quod cum clamore magno expirasset, quòd non poterat fieri virtute natura.*
9 Glorificauit Deum dicens. *Fidei confessione, dicens:*
10 Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui, &c. *Matth. 27. f. dicitur.* Verè filius Dei erat iste. *Dicendum quod vtrũque dixit Centurio, sed Mattheus expressit vnum, Lucas aliud, de altero tacendo.*
11 Percutientes pectora sua reuer. &c. *Pœnitentes & dolentes de Christi persecutione, & isti fuerunt qui à peritis decepti fuerant vt prædictum est.*
12 Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ sequutæ erant à Galilæa, hæc videntes. *Contrarium videtur Ioan. 19. e. vbi dicitur:* Stabant iuxta crucem Iesu mater eius & soror matris eius, &c. *Respondet August. quod non erant immediatè iuxta illum, propter turbam comprimentem, nec ita longè quin possent eum videre, ideo possunt dici fuisse longè & propè diuersis respectibus.*

Et ecce

MORALITER.

† deuotè sustinent, & isti significantur, per latronem Christum confitentem, & eius gratiam postulantem, propter quod sibi dicitur:
5 *Hodie mecum eris in paradiso.* Quia tales iam cum Christo sunt per gratiam, & erunt per gloriam in futuro.
† *Erat autem ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram, &c.* Exponatur sicut Matt. 27. & Marci 15.
6 *Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens expirauit.* In hoc docuit nos semper Deo commendare spiritus nostros, quorum corpora quotidie tendunt ad mortem, & horam penitus ignoramus.
7 *Videns autem Centurio, quòd factum fuerat, &c.* Per hoc autem, quod iste Gentilis confessus fuit Christum tam clarè, significata fuit gloriosa confessio Gentilium in eorum conuersione, & duricia Iudæorum in infidelitate. Ambros. O duriora saxis pectora Iudæorum, iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reserantur: Iudæorum tamen auaricia immobilis, atque duricia manent orbe concusso.

† Sed

Iudæi percutientes solum pectora, silentes domum redeunt.

a *Nomine Ioseph.* Ioseph per nobilitatem potentiæ secularis corpus accipere, per iustitiam meritorum dignus est sepelire.

THEOPHYLACTVS. Ioseph tametsi primò latuerit, rem tamen laude dignam nunc facit, quamuis consiliarius esset ac diues, & audet petere corpus hominis crucifixi, quasi perduellis ac seditiosi, nullumque periculum suspicatur, licet periculum esset diuitiarum, sed & petit, & honorificè sepelit, & in monumento exciso, vbi nullus alius iacuerat, vt ne dicant Sycophantæ quod aliud corpus surrexerit. mulieres autem etsi fidem habebant erga Dominum, non tamen qualem oportebat, sed infirmam ac paruam habebant enim eū pro puro homine, vnde vt ordinata & vnguenta portabant iuxta veterem Iudæorum consuetudinem semper obseruatam de mortuis vngendis, vt sabbato quidem quieuerant iuxta mandatum legis.

†Mat. 27. g Mar. 15. d Ioan. 19. g

† quieuerunt.

¶ Decurio est qui de ordine curiæ est, & officium curiæ administrat.

¶ Quia & ipse discipulus Iesu, sed occultus vitans prius inimicitias Iudæorum, sed in hoc extremo officio minus curat de illis.

¶ Ipsa est Ramatha Helcanæ, & Samuelis ciuitas in regione Thamitica iuxta Decapolim.

¶ Si ignotus esset, ad principem non accederet, nec corpus impetraret.

¶ Parasceue est sexta feria, qua præparabantur necessaria sabbatho.

a dentes. † Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat † decurio, & vir bonus & iustus (hic non consenserat consilio & actibus eorum) ab Arimathia ciuitate Iudeæ, qui expectabat & ipse regnum Dei. b Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu, & c depositum inuoluit syndone, d & posuit eum in monuméto e exciso, f in quo nōdum quisquam positus fuerat: g Et dies erat parasceues, & sabbatum illucescebat. h Subsecutæ autem mulieres, quæ cum ipso venerant de Galilæa, viderūt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. i Et † reuertentes parauerunt aromata & vnguenta. k Et sabbato quidem † siluerunt secundum mandatum.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16

† consul.

† reuersæ

b *Hic accessit, &c.* Non apostoli, sed Ioseph iustus & constans, & Nicodemus, in quo non erat dolus, sepeliunt. Talis est etiam sepultura Christi, quæ fraudem iniquitatémque non habet. In quo obstruitur tergiuersatio Iudæorum. Nam si Apostoli sepelissent, dicerent non sepultum quem dixerunt raptum.

c. *Syndone.* Ex simplici sepultura Domini ambitio diuitum condemnatur, qui nec mortui carere possunt diuitijs.

MYSTICE. In syndone munda Iesum inuoluit, qui pura mente eum suscipit. Hinc etiam mos ecclesiæ habet, vt sacrificium altaris non serico, non panno tincto, sed puro lineo celebretur.

d *Et posuit eum.* Bene ergo Christus in monumento iusti conditur, vt habeat filius hominis vbi reclinet caput, & iustitiæ habitatione quiescat. Bene nouo, vt in nouitate vitæ qui Christum suscipit ambulet. non sepelit Christum, nisi qui credit in Christū.

e *In monumen. exci.* Solus Dominus tumulo includitur, vt sepultura illius & resurrectio à nostræ fragilitate naturę dissimilis monstretur. Sepultus est, sed quamdiu voluit: resurrexit, sed quando voluit.

f *In quo nondum.* Si in monumento vbi alius positus fuisset, poneretur, alius resurrexisse fingeretur. In petra exciso, ne si ex multis lapidibus ædificatum esset, fossis tumuli fundamentis, furto ablatus diceretur.

g *Et dies erat parasceues, & sabbatum illusc. &c.* Sexta die factus homo, sabbatho quieuit Deus. Sexta ergo crucifixus præparationis implet arcanum. Sabbatho sepulchro quiescens, resurrectionis expectat euentum. Sic nos in sexta mundi ætate debemus pati pro Domino. In septima id est, quando morimur, corpus in tumulo, anima cum Domino post opera manet in quiete, donec in octaua resurgant corpora.

Gen. 1. d & 2. a

h *Mulieres.* Alijs notis Iesu post depositum corpus recedentibus, solæ mulieres quæ arctius amabant, officium funeris inspiciebant, vt congruo tempore munus deuotionis suæ offerrent, expectantes quod Iesus promiserat, & ideò primæ viderunt.

i *Et reuertentes.* Inspecta Domini sepultura reuertentes parant aromata & vnguēta, qui lecta, audita, recordata, passione Domini, ad opera virtutū quibus Christus delectetur se conuertunt, & sabbatho silent. Post sabbathum cum muneribus venturi ad dominum, cum finita præsentis vitæ parasceue in beata quiete gaudentes expectant tempus resurrectionis, quo Christo occurrunt cum redolentibus actionum aromatibus.

k *Et sabbatho, &c.* Mandatum erat, vt sabbathi silentium à vespera vsque ad vesperam seruaretur. Ideo mulieres sepulto Domino, quamdiu licebat operari, in vnguentis præparandis occupantur parasceue vsque ad solis occasum, & transacto sabbatho occidente sole, vt mane venientes vngerent eum, quia vespere sabbathi præoccupante iam noctis articulo, monumentum adire non poterant.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et ecce vir. *Hic describitur deuota Christi tumulatio, quæ fuit solennis & preciosa, licet mors fuerit ignominiosa, prout de vtroque fuerat prophetizatum per Isa. sicut plenius fuit declaratum. Matth. 27.*

2 Decurio, & vir bonus & iustus. *Id est, existens de curia, scilicet, præsidis vel imperatoris.*

3 Hic non consenserat consilio & acti. eorum. *Scilicet, aliorum Iudæorum Christum persequentium.*

4 Ab Arimathia ciuitate Iudeæ. *Ista est ciuitas quæ vocata est Ramatha, de qua fuit Helchana pater Samuelis, vt habetur primi Regum, primo.*

5 Qui expectabat & ipse regnum Dei. *Non temporale & terrenum, sed cœleste & æternum.*

6 Hic accessit ad Pilatum. *Erat enim de curia, & propter hoc habebat maiorem accessum.*

7 Et depositum inuol. syn. *Id est, panno lineo. Et ex hoc ordinatum est, quod corpus Christi non consecratur nisi super pannum lineum.*

8 Et posuit eum in monumento exciso. *Id est, in vno lapide concauato secundùm quantitatem hominis, ne si ex pluribus lapidibus esset factum, posset dici à Iudæis quod suffossum fuisset sepulchrum, & corpus inde sublatum.*

9 In quo nondum quisquam positus fuerat. *Ne posset dici quod ille qui prius ibi fuisset sepultus, resurrexisset, & non Christus.*

10 Et dies erant parasceue. *Id est, feria sexta, quæ dicitur parasceues, id est, præparatio, quia tunc præparabantur & coquebantur illa quę debebant comedi in sabbatho, secundùm quod præcipitur Exo. 26. e.*

11 Et sabbathum illucescebat. *Quia solemnitas sabbathi incœpit à vespere præcedentis diei.*

12 Subsecutæ autem mulieres, quæ cum ipso venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum posi. &c. *Quæ erant Christo deuotę: vt viderent monumentum, & qualiter redire possent ad vnguendum corpus Christi ibi positum.*

13 Et reuertentes. *Scilicet, à monumento.*

14 Parauerunt aromata & vnguenta. *Hoc fecerunt feria sexta, antequam intraret solemnitas sabbathi, quamdiu erat eis licitum aliquid emere & parare.*

15 Et sabbatho quidem siluerunt. *Id est, ab operibus quieuerunt.*

16 Secundum mandatum. *Scilicet legis, quod habetur. Exo. 20. b.*

NIC.

MORALITER.

† 1 *Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat.* Exponatur vt suprà Matth. 27. & Marc. 15.

10 *Et dies erat parasceues.* BEDA. Quòd autem Dominus sexta die crucifixus, septima in sepulchro quiescit, significat quod in sexta mundi ætate nos pro Domino pati, id est, velut mundo crucifigi necesse est, in septimo verò, id est, post mortem corpora quidem in tumulis, animæ verò cum Domino requiescunt. Vsque nunc etiam mulieres sanctæ, id est, animæ humiles dilectione feruentes, passioni Christi diligenter obsequuntur.

† MORA.

CAP. XXIV.

a Vna autem sab. &c. Vna sabbati idem est quod prima sabbati, id est, vna dies à die sabbati vel sabbatorum quæ nunc dominica dicitur. Quod valde mane mulieres ad monumentum venerunt, magnus feruor charitatis quærendi & inueniendi dominum ostenditur.

MYSTICE. Exemplum datur, vt illuminata fide, decussisque vitiorum tenebris, ad sacrũ corpus domini accedamus. Nam sepulchrũ figura est altaris, in quo celebratur mysterium corporis & sanguinis domini. Aromata quæ deferunt odorem virtutum, & suauitatem orationum, cum quibus altari propinquare debemus, significat.

THEOPHYLACTVS. Vna autem sabbator. Vnam sabbatorum, primam dierum sabbati, hoc est hebdomadæ dierum nominat quæ apud nos propter resurrectionẽ dominicam, dominica dicitur. Secundum illam igitur venerunt ad monumentum mulieres ferentes aromata. Venerunt autem crepusculo profundo, quod vespere sabbatorum nominat Matthæus. Profundum enim crepusculum idem est quod valde vespere.

b Lapidem reuolutum. Reuolutio lapidis significat reserationem sacramentorum Christi, quæ velo literæ tegebantur. Lex in lapide scripta est, cuius ablato tegmine domini corpus mortuum non inuenitur, sed viuum euangelizatur: quia etsi cognouimus Christum secundùm carnem, sed iam non nouimus. Potuit autem clauso exire sepulchro, qui clauso exiuit vtero.

c Mente consternatæ. Mente consternantur, quia & lapidem immensæ magnitudinis reuolutum stupebant, & corpus tam venerabile non inuentum dolebant. Sicut tentato in solitudine domino, expleta victoria angeli ministrabant ei, ita modo post deuictam mortem venerunt angeli, qui non solum verbo, sed etiam fulgenti habitu gloriam annunciant triumphantis. Et sicut corpori in sepulchro astiterunt; sic etiam corpori consecrato in altari quotidie assistunt.

(Marginal notes: † Sabbatorũ profundo diluc. — † fulgurãti — Exo. 31. d — 2. Cor. 5. — Matth. 4. b)

CAPVT XXIV.

VNa autem sabbati [Id est, prima.] valde diluculo venerunt ad monumentum portantes quæ parauerant aromata * & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente consternatæ essent die isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem [Iam resuscitatum à mortuis.] cum mortuis? [Id est, in monumento qui locus est propriè mortuorum.] Non est hic, sed surrexit. [Præsentia corporis.] Recordamini, qualiter loquutus est vobis, cum adhuc in Galilęa esset dicens: Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorũ & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum

(Marginal variants: † perplexæ — † territæ autẽ essent; Mat. 28. a — Mat. 16. a — Iob 20. c — * & quidam cum ipsis. — † Mat. 18. b — Mat. 16. b)

d Declinarent vultum. Nota quod nec sanctæ mulieres in terram cecidisse, nec aliquis sanctorum in resurrectione domini prostratus in terram adorare legitur, vnde mos cœpit in ecclesia paschali tempore non flecti genua in oratione, sed vultu in terram declinato orare.

Exemplo mulierum, cum appropinquamus mysterijs cœlestibus, cum gaudia supernorum ciuium contemplamur, ad cõspectum angelorum debemus vultum in terram humiliter declinare, nos terram & puluerem esse recolentes.

e Recorda. Die tertia sicut ex hoc loco habemus inter discipulos etiam fœminis quæ eum sequebantur, dominus resurrecturum se prædixit. Parasceue hora nona expirauit, mane prima sabbati resurrexit. Meritò autem vna die & duabus noctibus in sepulchro iacuit, quia lucem suæ simplæ mortis (quæ tantum in carne erat) tenebris duplæ nostræ mortis quę in corpore erat & anima, apposuit, & vtramque nostram curauit. Si enim vtramq; suscepisset, nos à neutra liberasset.

f Et recordatæ sunt verborum eius. Sicut mulieres in monumento domini stantes, recordantur verborum quæ de sua dispensatione præfatus erat, sic nos inter dominicæ passionis mysteria celebranda, non solùm passionis, sed & resurrectionis debemus recordari.

Nuncia-

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XXIV.

VNa autem sabbati. *Postquam Euangelista descripsit ingressum Christi in mundum per suam incarnationem, & eius progressum per suam prædicationem, & egressum de mundo per suam passionem, hîc vltimò describit eius regressum ad patrem per suam resurrectionem & ascensionem. Et primò describitur eius resurrectio, secundò eius ascensio, ibi:* Vos autem sedete in ciuitate. *Circa Christi resurrectionem primò describitur Christi resuscitati apparitio, secundò resurrectionis probatio, ibi:* Conturbati verò. *Prima in tres: quia primò describitur Christi apparitio facta mulieribus, secundò discipulis itinerantibus, tertiò omnibus simul existentibus præter Thomam. secunda, ibi:* Et ecce duo. *Tertia, ibi:* Dum autem hæc loquerentur. *Circa primum notatur tempus apparitionis cum dicitur:*

(Margin: Diuisio.)

1 Vna autem sabbati, *Id est, prima die post sabbatum. Eo modo loquendi quo dicitur Gene. 1. a.* Factum est vespere & mane dies vnus, *id est, primus, vnde ibi consequenter subditur, dies secundus & tertius & sic de alijs.*

2 Valde diluculo. *Contrarium videtur Mar. 16. a. vbi dicitur:* Orto iam sole. *Dicendum quod duplex est ortus solis, vnus quando apparet primò lux eius, scilicet aurora: alius quando apparet sol super terram Marcus autem loquitur de primo ortu, non de secundo. Vel potest dici, quod quãdo mulieres recesserũt de domo, erat valde diluculo, vt dicit hic Lucas, sed quando venerant ad sepulchrum incipiebat apparere sol super terram, sicut dicit Marcus, quia locus sepulchri erat extra ciuitatem Ierusalem, vt habetur Ioan. 19. g.*

(Margin: Ortus solis duplex.)

3 Et inuenerunt lapidem reuolutum. *Quia angelus remouerat lapidem de ostio monumenti vt habetur Mat. 28.*

4 Et ingressæ. *Scilicet locum monumenti, quia custodes fugerant timore angeli apparentis, vel iacebant sicut mortui.*

5 Et factum est dum mente consternatæ essent die isto. *Eo quod non inuenissent corpus domini in sepulchro.*

6 Ecce duo viri. *Id est, duo angeli apparentes in specie virorum.*

7 Steterunt secus illas in veste fulgenti. *Io. 20. c. dicitur quod erant* sedentes, vnus ad caput, alius ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu. *Dicendum, quod quando Maria vidit sola, erant sedentes vt ibi dicitur, sed quando apparuerunt istis mulieribus pluribus simul, stabant, vt sic dicitur. Facile enim est angelis sic apparentibus mutari de sessione in stationem, & è conuerso.*

8 Cum timerent autem. *Ex visione insolita.*

9 Et declina. &c. *Ex verecundia.*

10 Dixerunt ad illas. *Consolando eas & instruendo de Christi resurrectione, secundùm quod Christus eis præsentibus prædixerat, ideò subditur:* Et recordatæ sunt verborum eius.

Nun-

MORALITER.

1 *Vna autem sabbati, &c.* BEDA. Iuxta intellectum verò mysticum per hoc quod mulieres valde diluculo veniunt ad monumentum datur nobis exemplum, discussis vitiorum tenebris ad domini corpus accedere. nam & sepulchrum illud figuram dominici habebat altaris, in quo corporis mysteria non in serico, non in panno tincto, sed instar syndonis, qua eum Ioseph inuoluit, in linteo puro debent consecrari, vt sicut ipse veram terrenæ naturæ substantiam morti pro nobis obtulit, ita & nos in commemoratione ipsius purum de terræ germine candidúmque, & multimodo quasi mortificationis genere castigatum linum apponamus. Aromata autem quæ mulieres deferunt significant odorem virtutum, & orationum suauitatem quibus altari appropinquare debemus.

6 *Ec. &c.* Per quos significatur bonus actiuus & contẽplatiuus.

Ibant

a *Nunciauerunt.* Sicut in principio mulier autor culpæ viro fuit, vir executor fuit erroris, ita nunc quæ mortem prior gustauerat, resurrectionem vidit, & ne perpetui reatus opprobrium apud viros sustineret, quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam. Et quia constantiam prædicandi non habet inferior sexus ad exequendū infirmior, mādatur viris officium Euāgelizandi.

b *Et non crediderūt.* Quod discipuli tardè credūt, non tam illorū infirmitas quā nostra futura firmitas fuit, nam illis dubitantibus resurrectio multis argumētis monstratur, quæ dum legentes agnoscimus, quid aliud quā de eorū dubitatione solidamur?

c *Petrus autē sur.* Ioannes cōmemorat, quod & ipse & Petrus simul cucurrerunt, & quod Petro intus introeunte in monumentum, & vidente linteamina & sudarium, ipse Ioannes inclinans se, vidit linteamina, nec introiuit. Sed intelligendū est Petrum primo procūbentem vidisse quod Lucas commemorat, Ioannes tacet: Post verò ingressum, vt diligentius interiora dignosceret, ingressum tamen antequam Ioannes intraret.

d *Stadio. sexagin.* Stadium est octaua pars miliarij, & ideo sexaginta stadijs 7. milia passuum & quadringentos significat. Quod spacium eis congruit qui de morte & sepultura Domini certi gradiebantur, de resurrectione dubij. Nam resurrectionem quæ post septimam sabbathi facta est, octauo numero contineri nullus ambigit. Discipuli ergo qui de Deo loquentes incedunt, sextum milliarium cœpti itineris compleuerunt, quia illum sine querela viuentem vsque ad mortem, quam sexta sabbathi subijt, peruenisse dolebant. Compleuerant & septimam, quia hunc in sepulchro quieuisse non dubitabant. Sed de octauo dimidium tantum peregerunt, quia gloriam iā celebratæ resurrectionis perfectè nō credebant.

e *Nomine Emaus.* Emaus ipsa est metropolis ciuitas insignis Palæstinæ, quæ post expugnationē Iudææ sub Marco Aurelio Antonio principe restaurata, cum statu mutauit & nomen.

f *Dum fabularētur et secum quærerent, et ipse Iesus.* Loquētes de se Dominus appropinquans comitatur, vt & fidem resurrectionis eorum mentibus incendat, & quod se promiserat facturum, impleat: *Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

g *Appropinquans ibat cū illis. Oculi, etc.* Apparuit quidem in specie propria, sed speciem quam recognoscerent, non ostendit. Sicut & ipsi & intus amabāt, & tamen dubitabant, sic ipse foris & præsens adest, & quis sit, non ostendit. De se ergo loquentibus præsentiam exhibet, sed de se dubitantibus speciem cognitionis aufert.

h *Peregrinus es in Ierusal. & non cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Quibus, &c.* Peregrinum putant, quem non agnoscunt, Et verè peregrinus erat eis, à quorum fragilitate per gloriam resurrectio-

[Margin: ipsarum. — Ioan. 20. a. — † Marc. 16. — † simul disputarent. — † vultu tristi. — † supra 8. a — † demisso capite prospiciens. — † i absentia — † Mat. 18 e — † advena.]

a eius. Et regressæ à monumento, nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. † Erat autem Maria Magdalenæ, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos
b sicut delyramentum verba † ista, & non crediderunt illis.
c Petrus autem surgens, cucurrit ad monumentum, & † procumbens vidit linteamina sola † posita, & abijt secum mirans, quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipsa die
d in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab Ie-
e rusalem, nomine Emaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de
f his omnibus quæ acciderant. † Et factum est dum fabularen-
g tur, & † secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Et ait ad illos: Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis † tristes? Et respondens vnus
h cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu solus † peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quę facta sunt in illa his diebus? Quibus ipse dixit: Quę? Et dixerūt: De Iesu Nazareno qui

a ¶ Ipsa est soror Lazari, quæ vnxit Dominum vnguento.
a ¶ Vxor Chusæ procuratoris Herodis.
b ¶ Mater Iacobi minoris & Ioseph, soror matris Domini, vnde Iacobus frater Domini dicitur.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunciauerunt hæc omnia illis vn. *Quia duodecimus scilicet Iudas se suspenderat, sed adhuc videtur, quod non essent vndecim Apostoli, sed tantum decem, quia Thomas erat absens, vt videtur Ioan. 20. Dicendum, quod erat cum alijs, quando ista mulieres nunciauerunt, vt hic dicitur, & similiter quando duo discipuli regressi de Emaus, narrabant quæ viderant, vt habetur infrà. eod. cap. sed tamen Thomas discedens discessit ab alijs per aliquod spacium, & tunc venit Iesus & stetit in medio discipulorū dicens:* Pax vobis, *absente Thoma, vt dicitur Ioan. 20.*

2 Et visa, &c. *Id est, phantastica & non vera.*

3 Petrus autem surgens. *Et Ioannes cucurrit cum eo, vt habetur Ioann. 20. vbi iste cursus plenius describitur.*

4 Et procum. *Ioannis 20. dicitur quod ipse intrauit monumentum, & vidit linteamina &c. Dicendum, quod veniens ad ostium monumēti primò inclinauit se ad videndum, vt hic dicitur, postea intrauit ad certius cognoscendum veritatem.*

5 Et abijt se. mi. *Id est, cogitans de Christi resurrectione.*

6 Et ecce duo, &c. *Hic consequenter describitur apparitio facta duobus discipulis itinerantibus. Et primò describitur ista apparitio, secundò apparentis cognitio ibi:* Et factum est. *tertio cognitionis relatio, ibi:* Et resurgentes. *Circa primum dicitur:* Et ecce duo. *Scilicet ex 70. discipul. quorum vnus vocabatur Cleophas, vt infrà habetur, alius dicitur fuisse Lucas Euangelista, propter quod & nomen suum tacuit.*

7 Ibant ipsa die. *Scilicet die resurrectionis.*

8 In castellum quod erat, &c. 16. *stadia faciunt vnam leucam, ex quo patet, quod non distabat à Ierusalem per quatuor leucas integrè, sed deficiunt quatuor stadia.*

9 Et factum est dum fabularentur & secum quæ. &c. *Non dicitur hic fabulari à fabula: sed à for faris, quia non loquebantur de vanis, sed de operibus Iesu & morte eius.*

10 Oculi autem illorum tenebantur, &c. *Quia incredulitas eorum et dubietas demerebatur, quod Christus cognitionem sui corporis ab eis retardaret.*

11 Qui sunt hi sermones. *Non quęrit ex ignorantia, sed vt ex eorum responsione incredulitas eorum conuenientius arguatur.*

12 Tu solus peregrinus es in Ierusalem, &c. *Ly solus, non facit exclusionem aliorum peregrinorum, cum multi valde peregrini, & de diuersis partibus venissent in Ierusalem ad diem festum pascha, vt habetur Ioannis 12. b. sed notat exclusionem cognitionis ab isto sic apparente, scilicet noticia mortis Iesu, vt sit sensus: Cum multi peregrini his diebus venerunt in Ierusalem, mirum est quod tu solus inter alios peregrinos ignores ea quę sunt nota alijs omnibus.*

13 Quibus ipse dixit: Quæ? *Non quærit ex ignorantia, sicut prius dictum est.*

14 De Iesu Nazareno qui fuit vir Propheta potens in opere. *Scilicet miraculorum.*

MORALITER.

7 *Ibant ipsa die.* Nam ipsa die resurrectionis aperta fuit via beatitudinis, quæ per Emaus significatur, eo quod mater dulcedinis interpretatur, & ex tunc Christi discipuli per viam consequendæ beatitudinis gradiuntur.

† *Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant, &c.* Scilicet de Iesu conuersatione & eius morte, prout patet ex litera sequenti.

† *Et ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. &c.* Nam ipse dixit Matth. 18. c. *Vbi duo vel tres sunt congregati in nomine meo, in medio eorum sum,* propter quod istorum exemplo cum per viam incedimus combinati de salutiferis loqui debemus, vt Christum nobiscum pergentem habeamus, non solum pergentem, sed etiam nos docentem, sicut istis duobus discipulis cum quibus ibat, scripturas prophetarum aperiebat. *Sed quoniam auditores legis non iustificantur, sed factores,* ideo eorum oculi non fuerunt aperti audiendo scripturas, sed opera pietatis faciendo, ipsum in specie peregrini trahendo ad hospitium, & apponendo cibum, ideo sequitur.

† Et

surrectionis iam longè stabat, à quorum fide resurrectionis nescia extraneus manebat.

a *Vir propheta, potens in opere et sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo trad. &c.* Prophetam & magnum fatentur, filium Dei tacent, vel quia nondum perfectè credunt, vel si credunt timent tradi in manus Iudæorum, nescientes cum quo loquantur.

b *Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus, &c.* Quodammodo redarguunt seipsos, quod in illum redemptionem sperauerint, quem mortuum viderant, nec resurrecturum credebant, & maximè dolent eum sine culpa occisum, quem innocentem nouerant, & ex hoc tristes incedebant.

c *Terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuen. &c.* Meritò dicuntur terruisse eos quibus de non inuento corpore plus mœsticiam addiderunt, quam de nunciata resurrectione gaudium quo recrearentur, afferunt.

d *Abierunt quidam ex nostris ad monumentum & ita inue. &c.* Cum supra dixerit Petrum cucurrisse ad monumentum, & modo dicat Cleophas: *Quidam ex nostris abierunt ad mo. &c.* Intelligendum est, quod duo simul ierunt. Sed Petrum solum primò commemorauit, quia primitus illi nunciauit Maria.

e *O stulti & tarde cordo ad cred.* Hic gemina humiliandi necessitas incumbit, qui nec in scripturis quantum oportet edocti, nec adimplenda quæ nouimus quantum decet, sumus intenti. Nam si Moyses & prophetæ de Christo locuti sunt, & eum per passionem & gloriam intraturum prædixerant, quomodo gloriatur se esse Christianum, qui neque in scripturis qualiter ad Christum pertinent inuestigat, neque ad gloriam quam cum Christo habere cupit, per passiones attingere desiderat?

f *Et ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum dicentes: Mane nobis. &c.* Talem se exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Probandi erant, si hunc quem nondum vt Deum diligebant, saltem vt peregrinum diligerent. Sed quia extranei à claritate esse non possunt, cum quibus veritas gradiebatur, ad hospitium vocant, immo cogunt. Quo exemplo colligitur, quia peregrini non solum ad hospitium sunt vocandi, sed etiam trahendi.

g *Fregit, & porrigebat illis.* Quem in expositione scripturæ non cognouerunt, in fractione panis nouerunt, quia non auditores legis, sed factores iustificabuntur, & veritas melius operando quam audiendo intelligitur.

h *Aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, &c.* Subtrahitur carnalibus oculis species infirmitatis, vt mentibus incipiat apparere gloria resurrectionis, vnde subditur:

[Textus:] a 1 fuit vir propheta, potens in opere & sermone coram Deo 2 & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sacerdotes, & principes nostri in damnationem mortis, & cru- b cifixerunt eum: Nos autem sperabamus quia ipse esset † re- 3 dempturus Israel. † Et nunc super hæc omnia tertia dies * est 4 hodie, quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex 5 c † nostris terruerunt nos, quæ † ante lucem fuerunt ad monu- 6 mentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicentes d se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex † nostris ad monumentum, & ita 7 † inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non † in- 8 e uenerunt. Et ipse dixit ad eos: O † stulti & tardi corde ad cre- 9 10 11 dendum in omnibus quæ loquuti sunt prophetæ. Nonne 12 hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? 13 & incipiens à Moyse & omnibus prophetis, interpretatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Et appropin- f quauerunt castello, quo ibant, & ipse se finxit longius ire. 14 Et 15 coëgerunt illum dicentes: Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum 16 17 illis. Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit panem 18 g & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi 19 h 20 eorum, & cognouerunt eum, & ipse † euanuit ex oculis

¶ Promissam resurrectionem tacent, timentes eum cui loquebantur.

[Marginalia:] † Atqui. † diluculo peruenerunt. † ijs qui erant nobiscum. † qui redempturus esset. * hæc. † nobis stupefecerunt. † viderunt amentes. † disparuit. Rom. 2. d.

Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sermone coram Deo & omni populo. *Prædicationis & doctrinę.*

2 Et quomodo tradiderunt eum, &c. *Quia procurauerunt eius captionem, & persuaserunt populis vt coram Pilato peterent eius crucifixionem & Barrabę dimissionem, vt habetur Matth. 27. c.*

3 Nos autem sperabamus quia ipse, &c. *Quasi dicat, iam euanescit spes nostra. Cuius subditur causa.*

4 Et nunc super hæc omnia tertia dies est hodie. *Quia prędixit se resurgere, et tamen adhuc non apparuit discipulis, licet tertia dies sit prope finem, sicut dicitur infrà:* Aduesperascit & incli. est iam dies.

5 Sed & mulie. quædam ex nostris terrue. nos. *Non de resurrectione Christi quam nunciabant, sed de ablatione corporis eius quam discipuli timebant.*

6 Dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse, qui di. e. vi. *Sed discipuli non credebant plenè, timentes ne tanquam mulieres de facili fuissent delusæ.*

7 Et abierunt quidam ex no. &c. *Scilicet Petrus et Ioannes, vt supra dictum est, et ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, non quantum ad visionem Angelorum seu auditionem verborum ab ipsis, Sed quia inuenerunt sepulchrum vacuum corpore, et sola linteamina remansisse: ideo subditur:* Ipsum verò non inuenerunt.

8 Et ipse dixit ad eos. *Ex responsione eorum arguens eos.*

9 O stulti. *Propter cæcitatem intellectus.*

10 Et tardi corde. *Propter tarditatem affectus.*

11 Ad credendum in omnibus quæ loquuti sunt Prophetæ. *De Christi morte et resurrectione, quas scripturas debebant intelligere, maximè quia fuerant cum Christo: qui discipulis de talibus loquebatur.*

12 Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in glo. *Tum propter patris præordinationem: Tum etiam propter Christi exaltationem: Tum propter humanam redemptionem: Tum propter scripturarum impletionem, ideo subditur.*

13 Et incipiens à Moyse & omni prophe. &c. *Non quod omnes scripturas quæ de Christo sunt, explicaret, quia in tam breui tempore non fieret, sed explicauit tantum quantum sufficiebat ad propositum ostendendum. Et ideo ly omnibus non facit distributionem pro singulis generum, sed pro generibus singulorum, sicut dicitur: Omne animal fuit in arca Noë, quia de qualibet specie animalium fuerunt ibi aliqua indiuidua. Et sic Christus in proposito de lege & prophetis et agiographis induxit aliqua testimonia.*

[Marginalia: Oportuit Christum pati propter quatuor.]

14 Et ipse finxit se longius ire. *Non fuit ibi aliqua falsitas, quia fuit talis fictio ad designandum veritatē, scilicet distantiam eius à cordibus eorum propter fidei defectum. Tales enim apparitiones vt communiter fiunt secundum dispositionem interiorem illorum quibus fiunt.*

15 Et coegerunt illum. *Id est, obnixè rogauerunt desiderantes adhuc audire illum.*

16 Et intrauit cum illis. *Quia per dictum desiderium disponebantur ad fidei complementum.*

17 Et factum est. *Hic consequenter describitur Christi apparentis cognitio, cum dicitur.*

18 Accepit panem & be. ac fregit & por. il. *Sicut consueuerat facere ante passionem. Sic enim frangebat panem ac si scinderetur cum cultello.*

19 Et aperti sunt oculi eorum. *Quia voluntariè se eis ostendit in effigie qua erat cognoscibilis ab eis, et cum hoc cognouerunt eum per modum fractionis panis.*

20 Et ipse eua. ex ocu. eo. *Ostendens discipulis quod habebat corpus gloriosum, quod subitò potest disparere per dotem agilitas.*

12 Nonne ... 1 Et

MORALITER.

19 *Et aperti sunt oc. eorum.* Scilicet cordis & corporis ad cognoscendum ipsum.

Et

¶ Iam certi de resurrectione.

eorum. Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur * in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis

¶ Primo omnium virorum apparuit Petro, quod etsi non dicit euangelista, quando, vel vbi factum, tamen quia factum sit, non tacet.

erant, dicentes, quòd surrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo † cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem hæc loquuntur, stetit * Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego sum, nolite timere. † Conturbati verò & conter-

¶ Non carnem.

riti, existimabāt se spiritum videre. Et dixit eis: Quid turbati estis, & cogitationes ascendūt in corda vestra? Videte manus meas & pedes * quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Et cùm hoc dixisset, ostēdit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit:

(Marg.: * Nobis. — † agnitus fuisset ipsis in — * ipse — Ego sum nolite timere. — * meos — † Stupefacti.)

a *Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis? &c.*

Mystice. Ideo in Christo illis ostensa est alia effigies, ne eum nisi in fractione panis cognoscerent, vt omnes intelligant se Christum non agnoscere, nisi fiant participes corporis eius, id est, ecclesiæ, cuius vnitatem commendat apostolus in sacramento panis, dicens: *Vnus panis, vnum corpus multi sumus.* (1. Cor 10 b) Cum ergo panē benedictum porrigit, aperiuntur oculi vt eum cognoscant, & remouetur impedimentum quod à sathana in oculis erat, ne agnosceretur Iesus. Et hoc impedimentum permittit inesse dominus donec ad sacramentum panis veniatur. Sed participata vnitate corporis, aufertur impedimentum inimici, vt possit Christus agnosci.

b *Ardens erat in no.* Gregorivs. (Sermo. 30. in euang.) Exaudito sermone, cor prius torpore incredulitatis & timoris frigidum igne sancti spiritus est accensum, vt iam superno desiderio ardeat, & ad credendam veritatem se extendat. Quot præceptis instruitur homo, quasi tot facibus inflammatur.

Theophylactvs. Ardens autem erat cor eorum, vel dum igni eloquiorum domini illo interpretante intrinsecus succenderentur, & illis quæ dicebantur assentirentur vt veris: vel dum illo interpretante scripturas, tangeretur cor eorum intrinsecus. Talis enim interpres est nobis Christus.

c *Surrexit domi. ve.* Iam fama erat quod resurrexerat Iesus ab illis mulieribus facta, & à Simone Petro cui apparuerat, hæc loquentes inuenerant isti duo, sed & ipsi prius audierant quod resurrexerat, sed timuerunt dicere in via, quando tantummodo angelos dixerunt visos mulieribus. Ignorantes enim eum cum quo loquebantur, poterant timere ne inciderent in manus Iudæorum, si quid passim dicerent de Christi resurrectione.

d *Stetit Iesus in me.* Hæc ostensio est illa, de qua Ioannes ait: (Ioan. 20. e.) *Cum sero esset die illa vna sab. &c. venit Iesus & stetit in medio eorum & dixit eis: Pax vobis:* Quod verò dicit Ioannes Thomam non fuisse cum illis: cum Lucas dicat istos duos inuenisse vndecim congregatos, & eos qui cum eis erat, intelligendum est quod Thomas inde exisset antequam dominus eis hoc loquentibus appareret.

e *Spiritum videre. Et dixit eis.* Nouerant discipuli fuisse verum hominem, sed postquam mortuus est, non credunt tertio die potuisse veram carnem de sepulchro resurgere. Putant ergo se videre spiritū quē emisit in passione, sed hunc errorem aufert dominus.

f *Quid turbati estis.* Ambrosivs. Credebant apostoli, sed tamen turbantur. Primo quia paucorum opinionem sententiæ maioris partis excludit. Denique quia Petrus etsi crederet resuscitatum, turbari potuit quod clausis ianuis dominus cum corpore suo se improuisus infuderit.

g *Cogitationes ascendunt in corda.* Falsæ non desuper descendentes, sed sicut mala herba in corde ascendentes, fidem quam in vobis plantaui exigo, quod ex vobis ortum est condemno, si non est veritas resurrectionis, perditus est fructus passionis.

Titvs Bostrorvm Episcopvs. Ostendit se tanquam verum Deum, huic enim soli occulta cordium sensa patent.

h *Palpate & videte.* Multis documentis persuadet resurrectionem præbendo se, & oculis videndum, & manibus contrectandum, qui dum palpando ossa carnémque monstrat, statum suæ vel nostræ resurrectionis signat, in qua corpus nostrum, & subtile erit per effectum spiritualis potentiæ, & palpabile per veritatem naturæ. Post resurrectionem dominus in corpore suo duo contraria ostendit, & palpabile eiusdem naturæ vt informet ad fidem, & incorruptibile alterius gloriæ, vt inuitet ad præmium.

i *Ostendit eis manus, &c.* Vt ostensa vulnerum cicatrice infidelitatis vulnus sanaret, quas cicatrices & tunc seruauit, & in iudicio seruaturus est. (Marg.: Christus cicatrices seruauit propter quatuor.) Primo ad fidem resurrectionis astruendam. Deinde vt patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit semper ostendat. Tertiò, vt sua morte redemptis quàm misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et surgentes eadem hora regressi. *Quamuis enim iam esset tarde vt patet ex prædictis, tamen ex fidei feruore, & remoto Iudæorum timore statim regressi sunt in Ierusalem ad illos discipulos qui erant inclusi propter metum Iudæorum, vt habetur Ioan. 20. e. ad nunciandum eis Christi resurrectionem. Ideo subditur:*

2 Et inuenerunt congregatos vndecim. *Quia adhuc Thomas erat cum alijs.*

3 Dicentes quod surrexit dominus verè & apparuit Simoni. *Quando autem ista apparitio fuerit non legitur expressa, sed tunc creditur fuisse facta quando Petrus cucurrerat ad monumentum & viderat linteamina posita, abijt mirans secum quod factum fuerat, vt dictum est, supra.*

4 Et ipsi nar. *Apparitionem eis factam prout descripta est per ordinem, tamen nec istis nec alijs Thomas credidit, sed per aliquod spacium ab alijs discessit, & tunc ipso absente facta est ista apparitio quæ sequitur.*

5 Dum autem hæc loquuntur. *Hic describitur tertia apparitio facta omnibus præter Thomam, cum dicitur:*

6 Stetit Iesus in medio eorum. *Subito enim inter discipulos apparuit, quia ad eos ianuis clausis intrauit, vt habetur Ioan. 20. f.*

7 Ego sum, nolite timere. *Non res phantastica seu illusio diabolica.*

8 Conturbati verò. *Hic consequenter describitur resurrectionis probatio per hoc quod ostendit se verum hominem & verum Deum, & secundum humanitatem verè suscitatum, vt patebit prosequendo.*

9 Existimabant se spiritum videre. *Diuina enim prouidentia permissi sunt dubitare, ad maiorem certificationem fidei de dominica resurrectione.*

10 Videte manus meas & pedes. *Per cicatrices clauorum ibi remanentes ostendit quod erat idem corpus numero.*

11 Palpate & videte. *Per hoc enim ostendebatur habere corpus verum & non phantasticum,*

Habetis

MORALITER.

† 1 *Et surgentes eadem hora regressi.* Nam ea quæ sunt ad communem salutem, non sunt tacenda sed reuelanda: Tob. 12. b. *Opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est.* Ideo subditur:

4 *Et ipsi nar.* Dum hæc loquerentur, Iesus stetit in medio eorum, quia congregati erant in eius nomine, vt præmittitur, inuenerunt congregatos vndecim:

† *Et dixit eis. Pax vobis.* Ex quo patet quod illi sunt pacifici qui verè sunt discipuli Christi.

† *Et dixit eis. Quid tur.* Secundum sensum literalem certificauit eos de sua resurrectione per tria, scilicet, per visum, dicens:

10 *Videte manus me. & pe.* Et per tactum dicens:

11 *Palpate & vi. quia spi. car. & os.* Et per gustum ibi cum dixit:

mortis insinuat indicijs. Sed postremo, vt in iudicio quàm iustè damnentur impij, denunciet, ostensa quam ab illis accepit cicatrice. Non ergo ex impotentia curandi cicatrices seruauit, sed vt perpetuum victoriæ suæ circunferat triumphum.

a *Habetis hic aliquid*. Ad insinuandam veritatem resurrectionis, non solum tangi, sed conuesci voluit, non quod vel ipse vel nos post resurrectionem cibo debeamus indigere, sed vt corpus, non spiritum esse manifestaret, manducauit potestate, non necessitate. Aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius calens: Illa indigentia, iste potentia.

b *Piscis assi*. Piscis assus, ipse mediator passus, in aquis humani generis captus laqueo mortis, assatus tempore passionis. Ipse & fauus mellis nobis est in resurrectione. Fauus mellis in cera, id est diuinitas in humanitate. In huius mellis comestione signatur, quia illos in corpore suo ad æternam quietem suscipit, qui cum tribulationes pro Deo sentiunt, ab amore internæ dulcedinis non recedunt. Qui hic assantur illic vera dulcedine satiabuntur.

c *Et cum manducasset*. Omnes ambages aufert: Visus est, tactus est, manducauit, & ne in aliquo sensus humanos ludificasse videretur, mittit manus ad scripturas, vt etsi magicis artibus videatur potuisse quod voluit, sicut dicunt pagani, saltem videant prophetare non potuisse antequam natus fuit.

d *Tunc aperuit*. Post visum, post contactum, post commemoratam legem aperuit sensum, vt quod vident & legunt, intelligant, deinde post sui corporis commendatam veritatem commendat ecclesiæ vnitatem: *Et prędicari in nomine eius*.

e *Oportebat Christum pati, &c. incipientibus ab Ierosolyma*. Oportebat vt ministri qui pœnitentiam & remissionem erant prædicaturi in omnes gentes, inciperent ab Ierosolymis. Non solùm quia illis credita sunt eloquia Dei, & quia eorum est adoptio filiorum, & gloria, testamenta, & legislatio, sed ideò etiam vt gentes varijs erroribus & facinoribus implicitæ, hoc maximè indicio diuinæ pietatis ad spe veniæ prouocentur, quod eis qui filium Dei crucifixerunt, veniam relaxat.

f *Prędicari in nomine eius*. ✱ THEOPHYLACTVS. Hæc cum dixit, baptismi meminit, in quo per depositionem priorum scelerum subsequitur venia peccatorum. Sed quo pacto in solo Christi nomine baptisma fieri, cum alibi mandet hoc fieri in nomine patris, &c. primò quidem dicimus quod non intelligitur quod in solo Christi nomine fiat baptisma, sed quod Christi baptismate aliquis baptizetur, id est, spiritualiter non Iudaicè, nec tali quali Ioannes baptizabat ad solam pœnitentiam, sed ad spiritus almi participationem. Porrò baptisma in Christi nomine, id est, morte Christi intelligas. Sicut enim ipse pòst mortem triduo resurrexit, sic & nos ter in aquam mergimur, & conuenienter emergimur, incorruptibilitatis spiritus arram recipientes.

g *Et ego mittam*. ✱ IDEM, Ne turbati cogitarent, quomodo nos homines idiotæ testimonium perhibebimus gentibus & Iudæis qui te occiderunt, subiungit: *Et ego mittam, &c.*

h *Vos autem sedete*. Postquam discipulos de virtute prædicationis perfectè instruxit, cum repente si vellet posset eos roborare, distulit, dicens: *Vos autem sedete*. Vt exemplum sequentibus daret, ne imperfecti prædicare ante tempus præsumant. In ciuitate sedet, qui intra mentis claustra se constringit, ne loquendo

Marginalia: † de fauo apiario. † manducauit. † illorum mentem. † Act. 17. a. † venit. fe. † Act. 1. a. * Ecce

Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei partem piscis assi & † fauum mellis. Et cùm † manducasset coram eis, † sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit † illis sensum, vt intelligerent scripturas. Et dixit eis: † Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem estis testes horum. † Et * egò mittam promissum patris mei in vos; Vos autem sedete in ciuitate

¶ In eadem mortali carne. ¶ Scilicet hæc verba. a ¶ Non in vna tantum gente Iudæorum, vel in aliqua parte terrarum. a ¶ Qui vidistis & audistis. b ¶ Quæ prędicanda sunt. c ¶ Vt sufficiatis ad testandum. d ¶ Vobis. e ¶ Auxilium. ¶ Spiritussancti gratiam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei, &c. *Per comestionem enim ostendit se habere corpus viuum anima vegetatiua animatum.*

2 Hæc sunt verba quæ loquutus sum ad vos, cum adhuc, &c. *Per hoc quod loquebatur sensibiliter & etiam rationabiliter, reducens ad memoriam quæ eis dixerat ante mortem suam, ostendit se habere corpus animatum anima sensitiua & intellectiua, & eadem qua prius.*

3 Tunc aperuit illis sensum. *Sicut per præcedentia probauit veritatem suę resurrectionis quantum ad humanitatem, sic per hoc illam probauit quantum ad deitatem, quia illuminare mentes ignorantium intellectum sacrę scripturę & subitò, est ipsius deitatis proprium, & ideo subditur:*

4 Et sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die, &c. *Quia sicut ante passionem declarauit se esse verum Deum & hominem, ita etiam post resurrectionem suam. Resurrectio enim vera est eiusdem in numero iterata surrectio.*

5 Et prædicari in nomine eius, &c. incipientibus ab Ie. *Ierosolyma enim est in medio terræ habitabilis, quia est in quarto climate, & ideo ab illo loco conuenienter incœpit prædicatio euangelij, vt per apostolos Christi aliosque discipulos circunquaque per orbem dispersos in omnem terram exiret sonus prędicationis eorum, secundùm quod futurat prædictum Psal. 18. a.*

6 Vos autem testes estis horum. *Scilicet, superius descriptorum, quantum ad Christi incarnationem, prędicationem, passionem & resurrectionem.*

7 Et ego mittam. *Id est, mittam de propinquo.*

8 Promissum patris mei in vos. *Scilicet, spiritumsanctum in signo visibili ad prædicandum constanter vbique veritatem euangelij.*

9 Vos autem sedete in ciuitate. *Postquam euangelista descripsit Christi resurrectionem, hic vltimò describit eius ascensionem. Circa quod sciendum, quod in die ascensionis, Christus bis apparuit discipulis suis. Primò, in ciuitate Ierusalem discipulis comedentibus*

MORALITER.

† 1 *Habetis hic aliquid quod man. &c.* MYSTICE verò Christum resurrexisse vident qui resurrectionis eius gloriam meditantur: ipsum verò tangunt & palpant qui sibi charitate copulantur 1. Ioan. 4. c. *Qui manet in charitate in Deo manet & Deus in eo*. Piscem assum offerunt ei qui patientiam igne tribulationis decoctam habent pro nomine Christi. Sed illi offerunt fauum mellis qui membris eius exhibent opera pietatis, de quibus dicit Matthæi 25. c. *Esuriui & dedistis mihi manducare.*

3 *Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scri.* Ex quo patet quod sacræ scripturæ non possunt sufficienter intelligi, nisi ille aperiat, *qui habet clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit.*

9 *Vos autem sedete in ci. &c.* Licet enim dedisset eis scripturarum intelligentiam & commisisset prædicationis officium, tamen distulit executionem prædicandi vsque ad sancti spiritus receptionem in signo visibili. Per hoc insinuans, quod prædicans actu debet prius habere sufficientem sacræ scripturæ noticiam, & gratiam spiritussancti per coniecturam, scilicet, quod non sit conscius sibi de peccato mortali.

3 Tunc † Eduxit

quendo exterius euagetur, vt cum diuina virtute perfectè fuerit indutus, tunc quasi à seipso foras exeat, alios instruendo.

a *Eduxit autem eos.* Prætermissis omnibus quæ per quadraginta dies gesta sunt, primò resurrectionis diei tacitè coniungit nouissimum quo ascendit in cœlum. Et pulchrè benedicturus discipulos, educit in Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, quia qui propter inobedientiam peruersorum descēdit, propter obediētiam cōuersorum ascendit. Et quia eadē villa in latere montis Oliueti est posita, quia obedientis ecclesiæ domus, apostolico digna hospitio, non alibi quam in latere summi montis, id est Christi, fundamenta fidei, spei, & charitatis locauit: de cuius latere sacramentum sanguinis & aqua quibus nascatur & nutriatur, gaudet emanasse. De cuius vertice, id est, deitate, spiritualis vnctionis munera desiderat, lucis & pacis promissa expectat. Deinde, quia Bethania iuxta Ierusalem quasi stadiis quindecim erat, iste numerus propter septem & octo (quibus constat) scripturarum mysterijs accommodus. Vel vitam, quæ nunc est, & futuram: vel, vetus & nouum testamentum: vel, sabbatum animarum in futuro, & carnis resurrectionem continet. Et ideo quibus vtriusque testamenti scientiam aperuit, quos omnem viuendi & sperandi regulam edocuit, eos quindecim stadiis in locum quos eis benediceret, & præcepta docendi traderet, eduxit. Rectè quindecim stadiis locum ascensionis à loco passionis secreuit, vt omnes pro se vel mori, vel viuere cupientes, & primum quiescendi post mortem, & in fine à mortuis resuscitandi desiderio pariter & amore firmaret.

a *quoadusque induamini virtute ex alto. 1 Eduxit autem eos foras* in Bethaniam, 2 & eleuatis manibus suis, 3 benedixit eis. † 4 Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis 5 & ferebatur in cœlum. 6 Et ipsi adorantes, 7 regressi sunt in Ierusalem 8 cum gaudio magno; b 9 et erant semper in templo 10 laudantes et benedicentes Deum.

* Ierusalē. * vsque. † Mar. 14. d

a ¶ Vbi promissionem patris iussi sunt expectare.
b ¶ Quia dominum post triumphum resurrectionis cœlos penetrare vident.

b *In templo laudantes & benedicentes.* Vt in loco orationis inter laudum deuotiones, promissum sancti spiritus aduentum, paratis per omnia cordibus expectent. Sic nos, post celebrata in Ierosolymis, id est, visione pacis, passionis & resurrectionis solemnia, domino duce petamus Bethaniam, vt mente quieta corporis & sanguinis eius sacramentis imbuamur, & domus obedientiæ esse curemus, quia sic quotidiana eius benedictione sublimamur, quotidie triumphalis ascensionis memores, laudantes & benedicentes Deum in Ierusalem, id est, sperata pacis visione quiescimus, *similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptiis.* Luc. 12. c

Laudantes & benedicentes. Lucas qui sacerdotium Christi cæteris amplius exponendum suscepit, & ideo euangelium suum à ministerio templi per sacerdotium Zachariæ cœpit, pulchrè hoc in templi deuotione compleuit, cum apostolos ibi ministros, scilicet, noui sacerdotij futuros, non in victimarum sanguine sed in laude Dei & benedictione concludit.

NICOLAVS DE LIRA.

dentibus, quam describit Lucas plenius Act. 1. a. Et tunc dixit eis: Quod non discederent ab Ierosolymis, sed expectarent promissum patris, & hoc repetitur breuiter, cum dicitur: Vos autem sedete in ciuitate, &c. quo. in. ex al. *Quasi dicat, non estis sufficientes ad prædicandum constanter veritatem euangelij, donec confirmati fueritis per donum spiritussancti, & tunc præcepit discipulis suis vt exirent de ciuitate in montem Oliueti, vt inde viderent eum ascendentem in cœlum, & hoc est quod dicitur:*

1 Eduxit autem eos foras in Bethaniam. *Id est, versus Bethaniam, quia mons Oliueti ad quem exierunt est extra Ierusalem in via eundi versus Bethaniam, & Bethania est prope montem Oliueti sita, & ibi secundo apparuit discipulis in die ascensionis, quia postquam apparuerat illis in ciuitate, & dixerat quod irent in montem Oliueti, disparuit ab illis, & cum venissent ad montem Oliueti, iterum eis apparuit. Octo enim vicibus aliis apparuerat post resurrectionem suam, vt declaratum fuit Matthæi 28.*

2 Et eleuatis ma. in cœ. *Vbi volebat ascendere.*

3 Bened. eis. *Id est, discipulis suis.*

4 Recess. ab eis. *Præsentia corporali.*

5 Et ferebatur in cœlum. *Proprio motu per dotem agilitatis. Nubes tamen & angeli apparuerunt ad eius obsequium, vt habetur Act. 1. b.*

6 Et ipsi ado. *Christum ascendentem quamdiu potuerunt videre eum.*

7 Regressi sunt in Ierusalem. *Postquam perdiderunt eius aspectum.*

8 Cum gau. mag. *Quia omnia mysteria erant impleta in Christo.*

9 Et erant semper in tem. lau. *Theophylus expositor refert hoc ad tempus quod fuit inter ascensionem domini & pentecosten, dicēs, quod licet apostoli & alij Christi discipuli ante ascensionem Christi starent inclusi propter metum Iudæorum, ex ascensione tamen eius confortati exibant ad templum causa orationis, licet nondum accepissent spiritumsanctum in signo visibili. Alij autem expositores referunt hoc ad tempus post pentecosten, in quo apostoli spiritusancto confortati abiecerunt à se metum Iudæorum. Dicunt enim, quod apostoli stabant in Ierusalem quasi reclusi in oratione positi, quousque reciperent gratiam spiritussancti eis à Christo promissam, & hoc videtur magis concordare ei quod dicitur Act. 1. b.* Tunc reuersi sunt in Ierusalem à monte qui vocatur Oliueti, *&c. & sequitur:* Et cum introissent in cœnaculum, ascendebant in superiora, vbi manebant Petrus & Ioannes, &c. *Et subditur post:* Hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria mater Iesu & fratribus eius. *In eodem loco receperunt spiritum sanctum in die pentecostes, vt habetur Act. 2. a, & extunc relicto timore Iudæorum confitebantur & prædicabant publicè Christum, & ibant causa deuotionis ad templum, secundum quod hic dicitur:* Et erant semper. *Id est, communiter vel frequenter.*

10 In templo laudantes & benedicentes Deum. *Cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.*

MORALITER.

† 1 *Eduxit autem eos fo.* Vt viderent eum ascendentem, per hoc significans, quod ciuitas tumultuosa non est locus aptus ad diuinorum contemplationem.

2 *Et ele. manibus suis, etc.* Ex hoc documentnm habent superiores in ecclesia, vt benedictionem dent subditis quando recedunt ab ipsis.

9 *Et erant semper in templo orantes.* Deuotè pro recipiendo spiritussancti dono, sicut erat eis promissum à Christo, & sic debemus orare, vt possimus ipsum recipere. Mat. 6. b. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris quanto magis pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se?*

A Incipit Prologus venerabilis Magistri Nicolai de Lira super Ioannem.

FAcies aquilæ desuper ipsorum quatuor. *Ezech.1.c.* *Ezechiel Propheta cui aperti sunt cœli, & vidit visiones Dei, vidit quatuor facies in vno animali.* Quatuor *inquit* facies vni, *videlicet facies hominis, facies leonis, facies bouis, facies aquilæ. In quo designatur vna noticia de verbo incarnato quadrupliciter descripta, prout diffusius dictum est super Matthæum. Descriptio enim Matthæi designatur in facie hominis, quia principaliter describit facta ipsius humanitatis. Descriptio Ioannis designatur in facie aquilæ, quia principaliter describit in Christo excellentiam diuinæ naturæ. Descriptio autem Marci designatur in facie leonis, quia principaliter describit ipsius Christi regnum. Descriptio autem Lucæ designatur in facie bouis, qui est animal immolaticium, quia principaliter describit ipsius Christi sacerdotium, vnde & à sacerdotio inchoat suum euangelium, dicens:* Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidam nomine Zacharias. *Aduertendum tamen, quod licet quilibet quatuor euangelistarum principaliter consideret vnam prædictarum conditionum, tamen alias tres non omittit, quia secundum quod dicit beatus Gregorius super Ezech. Quidquid in vno repereris, hoc simul in quatuor recognosces, propter quod aliqui doctores visionem Ezechielis exponentes, dicunt quod non solum apparuit ei vnum animal habens quatuor facies prædictas, sed apparuerunt ei quatuor animalia omnibus consimilia. In quo designatur vna noticia verbi incarnati à quatuor euangelistis concorditer, licet differenter descripta.*

Luc.1.a.

B *Considerandum tamen, quod Ezechiel propheta inter prædictas facies quatuor vidit faciem aquilæ desuper eminentem, in quo designatur euangelij Ioannis respectu aliorum excellentia, secundum quod dicitur in verbo præsumpto:* Facies aquilæ desuper, &c. *In quo designatur euangelium Ioannis cæteris excellentius in tribus, quia scripsit cæteris sublimius, subtilius, & etiam perfectius. Sublimitatem designat superior situs, cum dicitur:* Desuper. *Subtilitatem acuties visus, cum dicitur:* Aquilæ. *Perfectionem seu integritatem, designat quaternarij typus, cũ dicitur:* Ipsorum quatuor.

Contẽplationes sanctorum & philosophorum differunt.

Ad euidentiam primi aduertendum, quod contemplatio sanctorum & potissimè euangelistarum differt à contemplatione philosophorum. Philosophi enim ex creaturis contemplati sunt ipsum Deum, similiter sancti, tamen differenti modo & quasi contrario. Contemplatio enim est actus egrediens ab ipso contemplante, & in Deum terminatur tanquam in obiectum, & ideo contemplationis actus est medius inter contemplantem & rem contemplatam, & ideo potest ad vtrumque referri. Si igitur actus diuinæ contemplationis referatur ad ipsum contemplantem, sic habetur contemplatio philosophorum. Quærebant enim philosophi Deum contemplari ex creaturis, inquantum talis speculatio seu cõtemplatio est ipsius speculantis summa perfectio. Contemplationem enim primi & summi intelligibilis posuerunt felicitatem hominis, vt habetur 10. *Ethicorum. Ex quo patet quod talis contemplatio erat purè speculatiua, quia quærebant talem speculationem propter seipsam, &* C *non propter latam perfectionem, propter quod in tali contemplatione plus facit subtilitas intellectus, quàm feruor affectus. Si autem referatur actus contemplationis diuinæ ad ipsam rem contemplatam: Quod fit, quando talis contemplatio quæritur propter amorem rei contemplatæ, vt ex tali contemplatione ipse contemplans inardescat in amorem diuinum, sic habetur contemplatio sanctorum, & potissimè euangelistarum. Ex quo patet, quod talis contẽplatio non est purè speculatiua, quia non quæritur propter ipsum speculari, sed propter amorem ipsius obiecti contemplati. Et ideo in tali contemplatione plus facit feruor affectus quàm subtilitas intellectus, propter quod beatus Dionysius 7. ca. cœlestis hierarchiæ dicit quod in contemplatione diuinorum proprium est amoris calidum superferuens et acutum, quia amans non est contẽtus amati superficie, sed nititur quãtum possibile est, eius intima penetrare, propter quod dicit Hugo commentator ibidem: Vbi scientia foris stat, dilectio intrat. Igitur quia beatus Ioannes euangelista cæteris euãgelistis Christum feruentius dilexit, ideo eius secreta intimius penetrauit, propter quod subtilius scripsit, quod notatur in facie aquilæ, quę tantam perspicacitatem habet in visu, quod solem in rota sua oculis irreuerberatis intuetur, vt dicit Augustinus in libro de moribus ecclesiæ. Et de hoc potest exponi illud quod scribitur Iob* 30.*de.* Nũquid ad pręceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidũ suũ? *Hoc enim verbum dicitur de Iob negatiuè, sicut patet ibidẽ. Et meritò, quia ad præceptum Dei humana aquila nostra, videlicet beatus Ioannes euangelista, eleuata est de terrenis ad cœlestia, quia ad verbum Christi vocantis dimisit thorum nuptialem, & eleuatus est ad continentiam virginalem, quæ est vita cœlestis, sicut dicit beatus Hieronymus in sermone de assumptione beatę virginis. Profectò in carne pręter carnẽ viuere, non terrena vita est, sed cœlestis, vnde in terris angelicã gloriã acquirere maioris est meriti, quam habere. Esse enim angelum felicitatis est, esse virginem virtutis, dum hoc obtinere viribus nititur cum gratia quod angelus habet à natura. Et talis eleuatio fuit dispositio in Ioanne ad subtilius contemplandum & describendum diuina: Contrariorum enim contrariæ sunt causæ. Lasciuia autem carnalis inducit intellectus hebetudinem, vt dicit beatus Gregor.* 30. *Moralium, ergo per oppositum continentia virginalis disponit ad eius subtilitatem. Sed consummatio huius subtilitatis subditur in autoritate præmissa, cũ dicitur.* In arduis ponet nidum suum. *Nidus enim est locus, vbi volucres se reclinant & quiescunt. Nidus igitur Ioannis fuit sinus saluatoris, quia super pectus eius suauiter recubuit, & inde fluenta euangelij cæteris vberiùs potauit. Et ideo sequitur:* Oculi eius de longè prospiciũt, *quia ipsi adhuc manenti in terra, reuelata sunt secreta cœlestia, & quia subtilius secreta cœlestia cognouit, per consequens & subtilius scripsit.*

Philosop.

Dionysius

Hugo

Secundo dico, quod Ioannes cæteris euangelistis scripsit sublimius. Et differt hoc mẽbrum à præcedenti, quia de infimis potest fieri subtilis descriptio, sed sublimitas descriptionis importat altitudinẽ materiæ, quod conuenit Ioanni euangelistæ, quia aliis euangelistis ad describendũ Christi humanitatem intentis, beatus Ioannes ad contemplandum & describendum eius diuinitatem principaliter ascendit, propter quod alij tres euangelistæ figurati sunt per animalia in terra gradientia, videlicet per hominem, vitulum, & leonem. Ioannes autem figuratus est per aquilam in altum volantem, in quo designauit secundum, scilicet, eius contemplationem & descriptionem super alios trãscendentem, quod notatur in E *verbo præassumpto, cũ dicitur:* Desuper. *Et ideo de hoc potest exponi illud Psal.*17.*b.* Ascendit super Cherubim, & volauit. *Cherubim dicuntur à plenitudine scientiæ, & ideo significant euangelistas qui fuerunt repleti spiritu sapientiæ diuinæ, propterea vocantur animalia plena oculis in circuitu & intus: Apoca.*4.*c. Super ista cherubim ascendit & volauit, quia contemplationem aliorum euãgelistarum transcendit diuinitatem Christi præ cæteris speculando, & quantum possibile est sublimiùs describendo, propter quod dicit Aug. quod si altiùs intonuisset, totus mundus capere non potuisset.*

Cõtemplatio & descriptio Ioãnis fuit cæteris perfectior in duobus

Tertio in verbo pręsumpto ostenditur contemplatio & descriptio Ioannis aliis perfectior, & hoc in duobus, in quibus suppleuit illud quod ab aliis euangelistis fuerat dimissum, secundum quod dicit Hier. li. illustrium virorum. Primum est, quia à temporibus Ioannis surrexit error Hebionitarum, qui dicebant Christum esse hominem purum, & per consequens ante Mariam non fuisse, propter quod beatus Ioannes rogatus ab Asiæ episcopis scripsit euangelium, in cuius principio ostendit diuinam Christi naturam in qua æternaliter pręcessit Mariam. Secundũ est, quod cum Ioannes legisset Matthęi, Marci, & Lucæ euangelia, illa probauit & eos vera dixisse firmauit, verumtamen tantummodo historiam Christi texuerant quantum ad illum annum in quo passus est, videlicet post Ioannis baptistæ incarcerationem, propter quod ipse Ioannes euangelista in suo euangelio narrauit gesta superioris anni antequã Ioannes baptista in carcere clauderetur. Ex quo patet, quod perfectius aliis scripsit, quę quidem perfectio in verbo pręassumpto in numero quaternario designatur, cum dicitur: Ipsorum quatuor. *Quaternarius enim numerus est primus numerus quadratus. Quod autem per quadratum perfectio designatur, patet per Philosophum* 1. *Ethic. Vbi cõparat virtuosum corpori quadrato, quia sicut corpus quadratum benè sedet in omni latere, sic virtuosus se benè habet in quacumque fortuna contingente. Quadratura prius inuenitur in numeris quam in corporibus, sic & vnitas prior est ipso puncto, & ideo perfectio primo & principaliter designatur in numero quaternario, quæ quidem perfectio in euangelio Ioannis pręcæteris inuenitur, vt patet ex dictis. Et ideo de hoc potest exponi illud Ezech.*1.*d.* Cùmque aspicerem animalia, apparuit vna rota habens quatuor facies. *Intuenti enim diligenter quatuor euangelia, apparet euangelium Ioannis aliis perfectius, vt dictum est, & hoc designatur, cũ dicitur:* Apparuit vna rota, *quia figura circularis est perfectissima. Sed vlteriùs dicitur, quod hæc rota habet quatuor facies, quia euangelium Ioannis continet quatuor partes principales, quia primo describit ipsius Dei ęternalem processionem, dicens:* In principio erat verbum. *Secundò, per ipsum generalem rerum productionem, dicens:* Omnia per ipsum facta sunt. *Tertio describit eius temporalem incarnationem, dicens:* Et verbum caro factum est. *Et consequenter describit opera quæ Christus in carne humana assumpta peregit. Quartò, per ipsum filium Dei incarnatum ostendit finalem generis humani glorificationem, propter quod in fine sui euangelij concludit:* Hæc autem scripta sunt, vt credatis quoniam Iesus est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis. *Et patet ordo huius euangelij ad alia, quia prius est ordine perfectionis, licet sit posterius ordine temporis. Patet etiam ordo partium huius euangelij in se. Et in hoc iste prologus terminatur.*

F Philosop.

Euangelij Ioãnis partes quatuor.

Ioan.20.g

¶ Prologus

A

Prologus in Euangelium secundum Ioannem.

OMnibus diuinæ scripturæ paginis, euangelium excellit, quia quod lex & prophetæ futurum prædixerunt, hoc completum dicit euangelium. Inter ipsos autem euangeliorum scriptores Ioánes eminet in diuinorum mysteriorum profúditate, qui à tempore dominicæ

B

Ascensionis per annos 65. verbum Dei absque adminiculo scribendi vsque ad vltima Domitiani prædicauit tempora. Sed occiso Domitiano, cum permittente Nerua de exilio redisset Ephesum compulsus ab episcopis Asiæ de coæterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus hæreticos, qui eo absente irruperât in eius ecclesias, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Vnde meritò in figura quatuor animalium aquilæ volanti comparatur, quæ volat altius cæteris animalibus, & solis radios irreuerberatis aspicit luminibus. Cæteri quippe euangelistæ, qui temporalem Christi natiuitatem & temporalia eius facta, quæ gessit in homine sufficienter exponunt, & de diuinitate pauca dixerunt, quasi animalia gressibilia, cum domino ambulant in terra. Hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens, sed diuinitatis potentiam sublimius cótemplans, cum domino ad cœlum volat. Qui enim supra pectus domini in cœna recubuit, cœlestis haustum sapiétiæ cæteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legerat siquidem euangelia trium euangelistarum, & approbauerat fidem eorum & veritatem in quibus

C D E F

†Ioan. 19. c †Ioan. 3. a

Prologus in Euangelium secundum Ioannem, Incipit.

HIc est Ioannes euangelista vnus ex discipulis [1] domini qui virgo electus à Deo est, † quem [2] de nuptiis volentem nubere vocauit Deus. [3] [4] Cui virginitatis in hoc duplex testimonium [5] in euangelio datur, quod & præ cæteris di- [6] [7] lectus à domino dicitur, & † huic matrem suam pendens in cruce commendauit dominus, vt virginem virgo seruaret. Denique manifestans in euangelio, quod erat ipse [8] [9] incorruptibilis, verbi opus inchoans: solus verbum carnem factum esse, nec lumen à tenebris comprehensum [10] [11] fuisse testatur. Primum signum ponens, quod in nuptiis [12] fecit dominus, ostendens quod ipse erat, vt legentibus [13] [14]

¶ Ecce vnum. a ¶ Hic aliud testi. ¶ Scilicet Ioannes, vel Deus. a ¶ Alias solis, scilicet verbis. b ¶ Verbum caro factum. a ¶ Deus vel Ioannes, b ¶ Scilicet, inuitatus de vino nuptiarum in vinum nouum, quo inebriatur de calice præclaro, domino à se inuitato.

Nicolai de Lira expositio prologi super Ioannem.

HIc est Io. *Huic euangelio quod est cæteris perfectius, vt patet ex dictis, beatus Hier. hunc prologum præmittit. In quo principaliter tria facit, quia primo describit scriptoris huius euangelij commendationem. Secundò ipsius euangelij ordinationem,:* Tamen post omnes. *Tertiò ponit Hieron. suam excusationem, ibi:* Quorum tamen. *Prima diuiditur in quatuor, quia primò describitur ipsius Ioannis status. Secundò sua descriptionis modus, ibi:* Denique manifestans. *Tertiò descriptionis tempus & locus, ibi:* Hoc autem euangelium. *Quarto Ioannis obitus, ibi:* Hic est Ioannes. *Prima in duas, quia primò ponitur ipsius Ioannis commendatio. Secundò cuiusdam dicti in ea probatio, ibi:* Cui virginitatis.

Diuisio.

Circa primum Ioannes à quatuor commendatur, quia primo describitur eius commendatio ex proprio nomine, cum dicitur: Hic est. *Quod interpretatur in quo est gratia. Sicut enim Isaac in veteri Testamento, & Ioannes baptista in nouo sortiti sunt sua propria nomina ex diuina præordinatione, ad significandum ipsorum proprietatem, vt patet Gen. 17.c. de Isaac. Et Lu. 1. de Ioanne baptista: Ita credendum est quod ipse ex diuina præordinatione nominatus sit Ioannes, propter plenitudinem gratiæ, quamuis non sit scriptum, quia non omnia sunt scripta, vt habetur in fine huius euangelij. Secundò commendatur ex officio, cum subditur.*

2 Euangelista. *Quia ex diuina ordinatione habuit officium scribendi euangelium. Non enim propriè loquendo dicitur euangelista doctor euangelij vel ipsius prædicator, sed ille qui ex officio est eius conscriptor. Tertiò commendatur ex conuictu cum dicitur:*

Ioan. 21 g

3 Vnus *Et inter alios fuit de primis Christi discipulis, vt infr. patebit & præ cæteris Christo magis familiaris, quod est indicium suæ virtutis. Quartò commendatur ex virtutis actu, cum dicitur:*

4 Qui vir. *Actus enim magnæ virtutis est continentia virginalis, propter quod de ipsa dicit Saluator. Mat. 19.b.* Non omnes capiunt verbú istud, *quia pauci possunt ad hanc perfectionem attingere, propter quod ibidem subditur:* Sunt Eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cœlorum qui potest capere capiat. *Tempus autem quo Ioannes vocatus est ad continentiam virginalem ostenditur, cum dicitur:*

5 Quem de nup. *De quibus nuptiis dicetur infrà 2.c. Sed contra hoc videtur esse illud quod dicitur Mat. 4. quod Ioannes vocatus est cum Iacobo fratre suo de naui vbi erant cum Zebedeo patre eorum. Dicendú quod triplex fuit huius Ioannis vocatio. Primò enim fuit vocatus ad ipsius noticiam aliqualê. Et de ista vocatione habetur Ioan. 1.e. quando Andreæ petenti:* Rabbi, vbi habitas? *respondit Iesus:* Veni & vide, *quia cum ipso Andrea erat Ioannes, vt inf. videbitur. Secundo vocatus est ad ipsius Christi familiaritatem. Et de hoc loquitur hic Hier. quia ista vocatio de nuptiis facta est, & extunc Ioannes fuit Christo familiaris propter mundiciam continentiæ virginalis. Tertiò vocatus fuit ad apostolatum, quando relictis retibus & patre, cum fratre suo sequutus est Iesum. Et de ista vocatione loquitur Matthæus. Ex quo patet quod verbum Matthæi non contrariatur verbo Hiero.*

Ioannes fuit triplici vocatione vocatus.

6 Cui vir. *Hic consequenter probatur quoddam propositú in præcedéti commendatione. Commendauerat enim Hiero. Ioannem ex quatuor, scilicet ex nomine, ex officio, ex conuictu, & ex virtutis actu. Tria autem prima erant manifesta. Non sic autem quartum, videlicet virginalis continentia, ideo istud probat Hieron. duplici testimonio. Primum est specialis dilectio Christi ad ipsum, quæ erat suæ virginitatis signum, quia secundum quod dicitur Eccl. 13.c.* Omne animal diligit simile sibi, *volatilia ad similia sibi conueniunt, sic omnis caro ad sibi simile coniungetur, & omnis homo sibi simili associabitur. De Christo autem nulli est dubium quin fuerit virgo, &c. Et hoc est quod dicitur.* Cui virginitatis in hoc du. *Primum autem testimonium tangitur, cum dicitur:*

Ioánes cómédatur ex quatuor.

7 Quia & præ. cæte. *Sicut inf. 19.e.* Vidit illum discipulum qué diligebat Iesus, &c. *Secundum autem testimonium virginitatis Ioannis fuit recommendatio matris Christi in cruce sibi facta, vt virgo virgini deseruiret, & esset adinuicem grata societas, & floridus affectus, secundum quod dicit Hier. in sermone de assumptione virginis Mariæ. Et hoc est quod dicitur:* Et huic ma.

8 Denique. *Hic consequenter ostenditur scribendi modus quem tenuit Ioannes in scribendo istud euangelium, quia scribendo Christi naturam incipit ab emanatione incorruptibilis verbi, per hoc ostendit in Christo naturam diuinam, & talis modus incipiendi debebatur Ioanni propter incorruptionem carnis suæ. Et hoc est quod dicitur:* Denique mani. *Incipiendo euangelium.*

9 Quia erat ipse. *Id est, incorruptionem carnis suæ.*

10 Incorruptibilis verbi, &c. *Quia ab hoc suum euangelium incapit, dicens:* In principio erat verbum, &c.

Ioan. 1. a.

11 Solus verbum carnem fa. *Quia alij euangelistæ non loquuntur de proprietatibus verbi sicut iste. Similiter scribendo facta Christi humanitus gesta, incipit ab illo signo quo Christus inuitatus ad nuptias deficiente vino aquam conuertit in vinum, vt habetur inf. 2, cap. Et per hoc designatur quod illis qui inuitant Christum ad nuptias spirituales per aggressum continentiæ virginalis, debet deficere delectatio carnalis, quæ per vinum designatur, vt aqua conuertatur nouo modo in vinum per Christum, mutando carnalem delectationem in spiritualem. Et hoc modo incipiendo descriptionem operum Christi ostendit suam virginitatem. Et hoc est quod dicitur:*

12 Primum signum. *Mutando aquam in vinum.*

31 Ostendens quod ipse erat. *Scilicet, segregatus à delectatione carnaliter per continentiam virginalem.*

14 Vt legentibus. *Suum Euangelium.*

in quibus deesse vidit aliqua gestarum rerum historiæ, & ea maximè quæ dominus gessit primo prædicationis suæ tempore, scilicet, antequam Ioannes baptista clauderetur in carcere. Hæc ergo quasi dimissa ab illis, scribit Ioannes quæ fecit Iesus antequam Ioannes traderetur, sed maximè diuinitatem Christi & trinitatis mysterium cōmendare curauit. Tres siquidem alij euangelistæ, dicta & facta domini temporalia, quæ ad informandos mores vitæ præsentis maximè valent, copiosius consequuti, circa actiuam vitam sunt versati. In qua laboratur, vt cor mundetur ad videndum Deum. Ioannes verò pauca domini facta dicit, verba verò domini quæ Trinitatis vnitatem, & vitæ æternæ felicitatem insinuant, diligētius conscribit, & sic in contemplatiua vita virtute commendanda, intentionem suam & prædicationem tenuit. In qua contemplatiua vacatur, vt Deus videatur. Iste siquidem est Ioannes quem dominus de fluctiuaga nuptiarum tempestate vocauit, & cui matrem virginem virgini commendauit.

(1) a demonstraret, quod vbi dominus inuitatus est, deficere nu-(2) ¶ Lex coniugij. ptiarum vinum debeat, vt & veteribus immutatis, noua om-(3) ¶ Id est, virginitas appareat. nia quæ à Christo instituuntur appareant. (4) Hoc autem euan-(5) gelium scripsit in Asia, (6) posteaquā in Pathmos insula Apocalypsum scripserat, (7) vt cui in principio Canonis incorruptibile principium prænotatur in Genesi, (8) & etiam incorruptibilis finis per virginem (9) in Apocalypsi redderetur, (10) dicente b Christo. † Ego sum α & ω. (11) Et hic Ioannes, qui sciens superuenisse diem recessus sui, (12) conuocatis discipulis suis in Epheso, (13) per multa signorum experimenta (14) promens Christum, descendens (15) in defossum (16) sepulturæ suæ locum, facta oratio-¶ Angelos. ne (17) positus est ad patres suos, (18) tam extraneus à dolore mortis, quàm à corruptione carnis inuenitur alienus. (19) Tamen post omnes euangelium scripsit, & hoc virgini debebatur. (20) Quorū (21) tamen vel scriptorum (22) temporis dispositio, vel librorum or-¶ Per singula. dinatio (23) ideo à nobis per singula non exponitur, (24) vt sciendi ¶ Alias, vt nescientibus desiderium esse videatur. desiderio collato, (25) & quærentibus fructus laboris, (26) & Deo magisterij doctrina seruetur.

stodiebatur, quia tunc dicebatur: *Crescite & multiplicamini*, & steriles quæ non pariebant, magno opprobrio custodiebātur. Sed veniente Christo iam in quibusdam cœpit vinum illud deficere, & aliud vinum, scilicet virginitatis crescere, sicut in Maria, Ioanne, Stephano, & in pluribus. Ideo autem dicitur vinum coniugale ipsa lex coniugij, quia sicut vinum inebriat hominem, & à statu suæ mētis alienat, sic lex coniugij alienat hominem ab his, quæ Dei sunt, & sollicitum eum facit circa mundanas res quibus se & coniugem & prolem nutrire queat. Castitas verò dicitur vinum spirituale, quia quod istud facit seculo, illud facit Deo, quia facit postponere mundana, & cœlestibus inhiare. Et ideo posuit hoc, vt demonstraret, quod vbi dominus est inuitatus, id est, in mentibus illorum ad quos inuitatus venit, vinum nuptiarum, id est, veteris consuetudinis debet deficere, vt & veteribus immutatis, id est dimissis omnia appareant noua quæ à Christo nouo homine constituuntur.

Margin: A, B, C, D, E, F; Gene.i.c; ¶ Apo.21.c

a *Nuptia.* Vinum aliud est nuptiale aliud spirituale. Nuptiale vinum ad literam possumus dicere quod de aqua substitutum est. Spiritualiter per vinum quod defecit in nuptiis, possumus legē cōiugij intelligere, quæ ante aduentum Christi fere ab omnibus custodieba-

b *Et hic est Ioannes, qui sciens superuenisse diem recessus sui, conuocatis discipulis suis, &c.* Ioannes interpretatur gratia Dei, siue in quo est gratia, vel cui donatū est. Cui autem theologorum donatum est ita abscondita summi boni mysteria penetrare, & sic humanis mentibus intimare?

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Demonstraret, quod vbi, &c. *Id est, in nuptiis spiritualibus.*
2 Defice. nup. vi. de. *Id est, delectatio carnalis.*
3 Et veteribus immutatis. *Id est, delectatione carnali quę corruptionem inducit, mutata in spiritualem, quę renouat animam.*
4 Noua om. quæ à Chri. *Id est, reparantur.* appa.
5 Hoc a. *Hic consequenter ostenditur tempus & locus, in quo Ioannes scripsit istud euangelium. Locus est Asia minor, in qua Metropolis est Ephesus, in qua plurimum Ioannes fuit conuersatus, & hoc est quod dicitur:* Hoc au. euan. scri. in As. *Quia de hoc rogatus fuit ab Asię episcopis ratione predicta. Tempus autem descriptionis huius euangelij fuit postquam Ioannes redierat de relegatione exilij, vbi apocalypsim scripserat in insula quę dicitur Pathmos, & hoc est quod dicitur:*
6 Posteaquam in Pathmos. *Sed quia posset aliquis credere, quare liber Apocalypsis ponitur vltimus in canone, cum fuerit descriptus ante illud euangelium: Ideo ad hoc respondet Hiero. dicens, quod hoc factum est vt finis canonicę scripturę principio responderet, quia scriptura canonica incipit à principio incorruptibili, cum dicitur:* In pr. cr. d. *Et ideo conueniens fuit, quod finis ipsius incorruptibilis per virginem describeretur. Vnde & liber Apocalypsis in finali beatitudine terminatur, quę consistit in reductione creaturę ad ipsum, sicut per creationem egreditur ab ipso, de qua creatione agitur in canonis principio, & hoc est quod dicitur:*
7 Vt cui in pr. *Id est, ipsi Deo à quo creatura egreditur.*
8 Et eti. in. fi. per vir. *Id est, per Ioannem.*
9 In Apo. red. *Quia ibi describitur finis creaturæ, sicut, & principium, propter quod subditur:*
10 Dicente Christo: ego sum alpha & omega. *Apoc. vl. c. Alpha enim est prima litera Greci alphabeti: ω vero vltima, & per hoc designatur, quod ipse Christus est principium & finis sacrę scripturę, ac etiam totius scripturę vera, quia est veritas prima, à qua omnis alia veritas deriuatur.*
11 Hic est Io. *Hic consequenter describitur ipsius Ioannis felix obitus, quod ostenditur de duobus. Primo, quia ex diuina reuelatione pręsciuit se vocatum ad cœleste regnum, & hoc est quod dicitur:* Hic est Ioa. qui sciens super. diem recess. sui. *De hoc mundo.*
12 Conuocatis dis. suis in Epheso. *Quę erat metropolis illius terrę.*
13 Per mul. signo. ex. *Quia sensibiliter viderat multa miracula virtute Christi facta.*
14 Promens Chri. *Quia talia sunt diuinitatis Christi ostensiua. Secundò, quia speciali modo obiit non sentiens dolorem mortis, & hoc est quod dicitur.*
15 Descendens. *Propria voluntate.*
16 In defossum sepul. *Vt habetur in legenda sua.*
17 Facta ora. po. est ad pa. *Id est, ad sanctos patres veteris Testamenti, qui iam erant in gloria cœlesti.*
18 Tam extr. à do. *Non dicit à morte, quia mortuus fuit per separationem animę à corpore, quia quilibet homo debitor est mortis ex primi parentis transgressione, secundum quod dicitur Heb. 9. g.* Statutum est hominibus semel mori. *Sed dolorem mortis non sensit ex priuilegio speciali in signum integritatis virginalis, propter quod subditur:* Quòd à cor. iu. al.
19 Tamen p. *Posita commendatione Ioannis, hic Hier. ostendit ordinem sue descriptionis, quia vltimus inter euangelistas scripsit euangelium, & hoc decebat virginem, quia taciturnitas & verecundia debent esse annexę virginitati, & hoc est quod dicitur:* Tamen post o. euan. scri. & hoc vir. de. *Ratione prędicta.*
20 Quorum ta. *Hic ponit Hiero. suam excusationem à diligenti pertractatione ordinis euangelistarum & euangeliorum, dicens, quod illi in generali tantummodo tetigit triplici de causa. Primò, quia per hoc quod in generali tangitur, excitatur desiderium in legentibus ad perfectius cognoscendum. Secundo, ex tali desiderio homo laborat ad perfectiorem cognitionem querendam, & talis labor est ei meritorius. Tertiò, quia per hoc doctrina magisterij ipsi Deo reseruatur, qui veritatem reuelat quęrentibus taliter, & hoc est quod dicitur:* Quorum. *Id est, euangeliorum.*
21 Vel scrip. *Id est euangelistarum.*
22 Temporis dis. *In quo tempore quilibet eorum scripsit.*
23 Vel lib. or. *Id est, quare Euangelium Matthęi sit primum, Marci secundum & sic de aliis.*
24 Ideo à no. *Infidelibus ista legentibus.*
25 Et quæren. *Horum perfectam cognitionem.*
26 Fructus la. & Deo mag. do. ser. *Quia paratus est reuelare veritatem fideliter inquirentibus ipsam.*

13 Per

Postilla

CAPVT I.

a *IN principio erat verbum*. Contra eos qui propter temporalem Christi natiuitatem dicebant Christum non semper fuisse, incipit de æternitate verbi dicens: *In prin.erat ver.* Verbum dicitur: vel quod profertur & transit, vt quando dicitur Deus, vel aliquid huiusmodi, vel cogitatio seu conceptio mentis quæ ex mente nata cum ipsa mente permanet, vt quando cogitas vel diuinā substantiam, vel aliam rem. Hac similitudine ratio & sapiētia Dei quæ ex Deo nata omnia comprehendit verbum dicitur. Hoc dicitur esse in principio contra eos, (quia ex tēpore discitur nasci ex virgine) qui dicunt non semper fuisse. *In principio:* Id est, patre qui est principiū non de principio, ipse cum eo est principium de principio. In quo solum notatur æternitas verbi, qua omnia præcedit. Sed quia alij dicebant, quòd idem Deus aliquando est pater, aliquando filius, vt alter notetur in personā, subdit: *Et verbum erat apud Deum.* Vt alius apud alium. Sed quia alij concederent, & semper alium fuisse sed non Deum esse, subdit: *Et Deus erat verbum.* Sed quia iterum alij etiam Deum concederent, sed factū Deū, vt ex hominibus fiunt dij: contra eos addit: *Hoc* Id est, Verbum erat apud Deum. *In principio.* Id est, ante omnia natus ex Deo, in quo & coomnipotens & consubstantialis & coæternus indicatur. Postquam antē dixit de natura filij, de operatione ipsius, supponit. *Omnia per ipsum facta sunt.* Omnia, id est, quidquid est siue in substantia, siue in aliqua naturali proprietate. Ecce autor bonorum. *Et sine ipso factum est nihil.* Quia non abeo est, quod non est naturaliter, sed quod est peruersio naturæ, a vt malum siue idolum. Ecce non est b autor malorum. Sed ne quia ista facta sunt mutabilia, ipsa voluntas & ratio & sapientia Dei videretur esse mutabilis, addit, *quod factum est*, in tempore & est mutabile, erat viuens & permanens in ipso, vt arca facta in opere mutatur & perit, arca in mente artificis permanet, ita vt ex ea alia & alia fieri possit illa prius facta pereunte, & ita constat, quod creatura non est coæterna creatori, sed ars & ratio sapientia ex qua fit est coæterna Deo. Dicto quæ sit natura verbi, quę etiam eius operatio, supponit, quid faciat humanæ rationali creaturæ. *Et hac vita.* Id est, sapientia Dei in qua viuunt omnia, erat lux, quantum in se est, & si iniqui non sentiunt. *Lux:* Id est, illuminatio hominum, non pecorum vel aliarum rerum. Et hęc quidem lux lucet quantum in se est in tenebrosis, sicut sol super cæcum, & tamen illi mali vt cæci non sentiunt solem. Si enim comprehenderent, tenebræ non essent. Vt autem & ipsæ tenebræ possent comprehendere, præmissus est homo in testimonium huius lucis. *Et ipsa lux.* Id est, verbū, factum est caro, quasi mutatum in lac propter paruulos: In forma enim deitatis non posset nosci à paruulis. Alij Euangelistæ describunt Christum natum ex tempore: Ioannes affirmat eum fuisse in patre, vt in principio. Non fuit ante pater quam filius. Ecce filius alia persona à patre, vna substantia cum patre.

b *Erat.* Sum verbum substantiuum duplicem habet significationem: Aliquando enim temporales motus secundùm analogiam aliorum verborum declarat. Aliquando substantiam vniuscuiusque rei de qua prædicatur non vllo temporali motu designat, ideò & substantiuum vocatur. Tale est quod dicitur: *In princip. erat ver.* Quasi in patre subsistit filius. Non enim pro tempore, sed pro substantia ponitur, erat.

Quare ponitur *erat* substantiuum verbū, vt intelligas oīa tēpora præuenisse coæternū patri verbū

Incipit Euangelium secundùm Ioannem.



CAPVT I.

¶ Patre qui principium sine principio est, vel in principio omnium creaturarum vel temporum, id est, cum inciperent omnes creaturæ vel tempora, iam erat verbum, vel quia ab ipso habent omnia principium existendi. ¶ Non in Maria incœpit vt quidam volebant. ¶ vt idem in substantia, etsi alius in persona, quod quidam negabant. ¶ Nota consubstantialitatis.

IN PRINCIPIO erat 1

a Verbum

Postilla venerabilis Patris Fratris Nicolai de Lira super Euangelium Ioannis.

CAPVT I.

1 IN principio erat ver. *Secundùm quod patet ex prædictis, intentio beati Ioannis est diuinitatem Domini nostri Iesu Christi, principaliter declarare ad extinguendum hęresim Hebionitarum ex tunc insurgentem, qui dicunt Christum purum hominem & per consequens ante mariam nullo modo fuisse. Et ideo in hoc Euangelio sic procedit, quia primò diuinitatem Christi per rationem quantum possibile est probat, secundo ipsum per miracula ab ipso facta manifestat in principio sequentis cap. ibi.* Tertia die. *Prima in duas: quia primò diuinitatem Christi ostendit, secundò declarat qualiter hoc sibi innotuit, ibi:* Et vidimus *Prima in duas, quia primò declarat ipsius filij Dei æternam generationem, secundò temporalem ipsius incarnationem, ibi:* Fuit homo. *Prima in duas, quia primò determinat de ipso filio Dei quantum ad eius esse seu generari, secundò quantum ad eius operari, ibi:* Omnia per ipsum. *Circa primum quatuor declarat, primum est filij à patre ęternam generationem, secundùm est ipsorum personalem distinctionē ibi:* Et verbum erat apud Deum. *Tertium est patris & filij consubstantialitatem ibi:* Et Deus erat verbum. *Quartum est ipsorum coæternitatem, ibi:* Hoc erat in principio apud Deum.

Diuisio.

Ad euidentiam istorum considerandum, quod beatus Ioannes in declaratione istorum vtitur nomine verbi quod non inuenitur nisi in creatura intellectuali, quæ est ad imaginem Dei facta, & ideò efficacius ducit in cognitionem creatoris quam cęterę creaturæ. Et ideò ad intellectū dicendorum aliqua sunt hic pręmittenda, primum est qualiter verbum in nobis inuenitur, secundum qualiter in Deo ponitur, tertium qualiter proprietas filiationis in verbo diuino reperitur, quia beatus Ioannes loquitur de filio Dei sub nomine verbi.

De verbo tria tractantur.

Circa primum sciendum quod vox significatiua dicitur verbum, sed hoc est tantummodo large & denominatiuè inquantum significat interioris mentis conceptum, sicut vrina dicitur sana, inquantum est sanitatis indicatiua, & ideò sicut prorie dicitur sanitas, quod per vrinam designatur, ita illud propriè dicitur verbum, quod per vocem significatur, hoc autem est interior mentis conceptus, secundùm quod dicit Philosophus. 1. Perihermenias. Voces sunt notę, id est, signa earum passionū quæ sunt in anima, & ideò conceptus mentis interior etiam antequam per vocem designetur, proprie verbum dicitur, & hoc est quod dicit August. 15. de trini. Quisquis potest intelligere verbum, non solùm antequam sonet, verum etiam antequam sonorum eius imagines cogitatione inuoluantur, potest videre aliquam illius verbi similitudinem, de quo dictum est. In prin-

MORALITER.

1 *In principio erat ver.* Ioannes Euangelista tàm sublimiter loquitur de diuinis, quod multa de dictis eius exponere moraliter nescio humanis actibus explicando, propter quod aliqua conuertam ad fidem, & aliqua aliis exponenda dimittam. Sicut dixi in expositione literali, hic ponuntur quinque de diuinis personis. Primum est, intrinseca verbi processio, cum dicitur: *In principio erat verbum.* Secundum est, verbi & patris personalis distinctio, cum dicitur: *Et verbum erat apud Deum,* Tertium est, eorum substantialis distinctio, cum dicitur: *Et Deus erat verbum.* Quàrtùm est, coęterna duratio, cum dicitur: *Hoc erat in principio apud Deum* Quintum, indiuisa operatio, cùm dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt.* Per prim umeliditur præsumptio philosophorum, qui nihil volunt recipere nisi probatum fuerit humana ratione, quæ tamen est valde deficiens, nam rem sensibilem & paruam, vt folium arboris vel aliquod huiusmodi humana ratio non compre-

A a *Verbum*. Vel quia per eum pater mundo innotuit, vel quia ipsum dicendo id est, generando Deus pater omnia creauit, verbum dicitur.

In lib 83. q. quæst. 63. tom. 4. ✠ AVGVSTINVS. Quod Græcè λόγος dicitur, Latinè & rationem, & verbum significat, sed hoc loco melius verbum interpretatur, vt significetur non solum ad Patrem respectus, sed ad illa etiam quæ per verbum facta sunt operatiua potentia. Ratio autem etsi nihil per eam fiat, rectè ratio dicitur.

B Hõ. super In principio. &c. ✠ BASILIVS. Hoc verbum non est humanum verbum. Quomodo enim erat in principio verbum, vltimo loco accipiente homine generationis principium? non igitur in principio verbum erat humanum, sed nec Angelorum. Omnis creatura infra sæculorum terminos est, à creatore essendi sumens principium.

Ibidem. ✠ IDEM. Quare igitur verbum? quia impossibiliter natum est, quia est generantis imago, totum in seipso generantem demonstrans, nihil inde separans, sed in seipso perfectum existens.

C Hom. 1. in Ioan. paulò à medio tom. 3. ✠ CHRYSOSTOMVS. Si quis dixerit, cur Patrem dimittens mox nobis de filio loquitur? Et quoniam ille quidem manifestus omnibus erat, & si non vt pater, sed vt Deus, vnigenitus autem ignorabatur, ideò decenter eam quæ de isto est, cognitionem confestim in initio studuit imponere his qui nesciebant eum, sed neque patrem in his quæ de filio sunt, sermonibus tacuit. Propter hoc autem & verbum eum vocauit, quia docturus erat, quòd hoc verbum vnigenitus est filius Dei, vt non passibilem æstimet, quisquis generationem præueniens verbi nuncupatione destruit perniciosam suspicionem. Secunda verò ratio est, quia ea quæ sunt Patris nobis annunciare debebat, non simpliciter verò eum verbum dixit, sed cum articuli adiectione à reliquis ipsum separans. Consuetudo enim est scripturæ, verba vocare leges Dei & præcepta, hoc autẽ verbũ substantia quædam hypostasis est, ex ipso proueniens impassibiliter patre.

a ¶ Filius qui est principium de principio. b ¶ Filius. ¶ Verbum non prolatum, sed semper apud eum manens, scilicet sapientia quia de creandis omnia sciebat, vel de se. c ¶ Vt alia persona, non tamen alia substantia.

† a verbum, & b verbũ erat apud Deũ, 1

D b *Et verbum erat apud Deum*, Alij subitò inter homines apparuisse, Ioannes dicit apud Deum semper fuisse. Alij verum hominem, Ioannes verum Deum asserit dicẽs, *Deus erat verbum*. Alij hominem inter homines conuersatum, Ioannes apud Deum manentem dicit, *hoc erat in principio apud Deum*. Alij dicunt miracula quæ fecit homo in mundo: Ioannes per ipsum omnia facta testatur: *Omnia per ipsum facta sunt*. Ecce autor bonorum: *Sine ipso factum est nihil*. Non est autor malorum.

E Hõ. 1. in Ioan. 10. ✠ CHRYSOSTOMVS. *Verbũ erat apud Deum*. Quia maximè Dei hoc est proprium, æternum & sine principio esse, hoc primum posuit, deinde ne quis audiens: *In principio erat verbum*, Ingenitum verbum dicat, confestim hoc remouit, dicens: *Et verbum erat apud Deum*.

F Hõ. super In princip. ✠ BASILIVS. *Erat verbũ*, Hoc dicit propter blasphemantes, quod non erat, vbi ergo erat verbum, non in loco incircunscriptibilia continentur, sed vbi erat? apud Deum, neque Pater loco neque filius circumscriptione aliqua continetur.

Hom. 3. in Ioan. to. 3. ✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit, In Deo erat, sed apud Deum

NICOLAVS DE LIRA.

est: In principio erat verbum. *Aduertendum tamen, quod in nobis est duplex interior mentis conceptus, vnus informis & imperfectus, alius formatus & perfectus, cuius ratio est, quia cogitatio nostra procedit de imperfecto ad perfectum, & ideo de re primò habemus conceptum confusum & imperfectum, vt habetur 1. Physicorum, & talis conceptus non dicitur propriè verbum, sed cogitatio. Procedendo autem peruenimus ad habendum conceptum rei perfectum & determinatum qui à philosophis vocatur diffinitio, à sanctis autem dicitur propriè verbum, & hoc est quod dicit Augustinus 9. de Trinitate. Diffinio temperantiam, & hoc est verbum eius, & sic patet primum, scilicet quid sit verbum in nobis. Circa secundum considerandum, quod Deus est intellectualis naturæ, vt ab omnibus tam sanctis quam philosophis supponitur tanquam manifestum, & ideo in ipso ponitur verbum, non tamen ad similitudinem verbi largè dicti, quod est ipsa vox significatiua, vel conceptus rei imperfectus, quia in Deo nihil est sensibile, nec etiam imperfectum, & propter hoc vox significatiua qua sensibilis est, & ipsa cogitatio, quę licet sit intellectualis, tamen quia imperfectionem implicat non habet ibi locum: sed ibi ponitur verbum inquantum importat conceptum rei perfectum, quia Deus vnico actu intelligendi seipsum, & omnia alia concipit perfectè. Ex quo patet differentia verbi nostri ad verbum diuinum, quia verbum nostrum in mente multiplicatur. Quot enim sunt ibi conceptus perfecti vel formati, tot sunt ibi verba, in Deo autem est verbum vnicũ quia non potest ibi esse nisi vnicus conceptus perfectissimus. Item verbum in nobis est accidens & quid transiens, quia non semper actu intelligimus, sed in Deo idẽ est quod substantia diuina, quia non patitur admixtionem alicuius accidentis seu cuiuscunque naturæ extraneæ. Est etiam verbum semper actu permanens & æternum, & sic patet aliqualiter secundum, scilicet qualiter in diuinis ponatur verbum. Circa tertium sciẽdũ, quod de ratione filiationis propria dicta est quod ibi sit processus viuẽtis à viuẽte secundũ rationẽ similitudinis in idẽtitate naturæ, saltẽ specifica, vel in propinquo genere, quod patet, quia in rebus inanimatis quãuis vnũ procedat ab alio, sicut ignis ab igne, non tamẽ ignis productus ab alio igne dicitur eius filius. Similiter si res non viua procedat à viuẽte nõ inuenitur ibi ratio filiationis, sicut artificiatum procedit ab artifice, non tamen dicitur eius filius, & ideo requiritur sicut dictum est processus viuentis à viuente. Item hoc non sufficit nisi sit processus secundùm similitudinem naturę, quia pediculus procedens ab homine non dicitur eius filius sed* *lius, sed ille qui procedit ab eo similis in specie. Aduertendũ tamen, quod non est de perfecta ratione filiationis, quod natura specifica in patre & filio numero distinguatur, sed hoc contingit ex imperfectione illius naturæ, quæ propter sui limitationem in pluribus suppositis esse non potest vna numero existens. Si igitur in diuinis ponatur verbum distinctum personaliter à principio à quo procedit, sicut veritas rei se habet, vt magis patebit infra, consequenter oportet dicere, quod in ipso perfectè inueniatur ratio filiationis, quia Deus non solùm est viuens, sed vita per essentiam, & ideo verbum in diuinis necessariò procedit sicut viuens à viuente, & in identitate naturæ, non solùm specifica, sed numerali. Et procedit etiam secundùm rationem similitudinis: quia de ratione verbi est, quod sit perfecta similitudo illius cuius est verbũ, & ideo verbum in diuinis & filius idem sunt per omnem modum, propter quod dicit August. 6. de Trinitate. Verbum solus filius accipitur, & eo dicitur verbum quo filius.*

Mẽtis cõceptus duplex.

Verbi diuini & humani differentia.

His prælibatis procedendum est ad declarationem primæ conclusionis quam inducit Ioannes ad probandum æternam filij generationem, vt prædictum est. Nec debet aliquis admirari, quod tantum in istis steti, quia verba beati Ioannis continent sententiam maximam, imo nobis incomprehensibilem, ideo non potest paucis verbis etiam modicum declarari. In ratione autem ista beatus Ioannes supponit vnum, quod ab omnibus supponitur tanquam manifestum, scilicet quod Deus sit principium simpliciter primum, & per consequens quod sit intellectualis natura, aliter non haberet notitiam sui & aliorum, quod est inconueniens maximum, & ideo quidquid est perfectionis in natura intellectuali, totum competit ei, modo tamen superexcellenti. In natura autem intellectuali perfectionis est, quod ibi sit verbum: quia hoc competit ei inquantum est in actu perfecto, vt patet per prædicta, ergo in ipso Deo propriè & perfectè est verbum. Verbum autem de sua ratione dicit quid procedens ab eo cuius est verbũ sicut conceptus à cõcipiente. Cum igitur verbũ & filius idem sint, sequitur, quod ibi sit generatio filij à patre: ex quo est ibi processus verbi à dicente. Huius rationis Ioannes ponit tantummodo cõclusionem, omittens istam deductionem, sicut frequenter faciunt philosophi tangendo solummodo vnam propositionem suæ rationis, & hoc modo dicit Ioannes:

In principio erat verbum. *Id est, in ipso Deo (qui ab omnibus supponitur primum principium) necessariò est verbum propriè dictum, vt patet per prædicta.*

1 Et verbum erat apud Deum. *Hic consequenter probat patris & filij*

MORALITER.

† hendit, quantum ad eius omnes conditiones, scilicet quare sit talis figuræ, coloris, & huiusmodi, propter quod medici de virtute ipsius sanatiua dicunt quod est à tota specie, nescientes eam nominare, eo quod eam non comprehẽdunt, propter quod dicitur Ecclesiast. 1. b. *Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone*. Per secundum excluditur error Sabellij, qui sicut in diuinis est vna essentia, ita dixit patris & filij vnam esse personam, quod est falsum, quia nulla res gignit seipsam, & ideo inter patrem & filium est distinctio personalis, & eadem ratione inter verbum & eius cuius est verbum, quia eo filius quo & verbum. Per tertium repellitur error Arrij, qui dixit, quod pater & filius essentialiter distinguntur, sicut & personaliter, quòd est erroneũ, quia sic filius non esset Deus propriè, sed tantum participatiuè,

Deum erat, etiam quæ secundùm hypostasim est, æternitatem nobis ostendens.

a *Omnia per ipsum facta sunt.* AVGVSTINVS Non est creatura per quem omnis creatura facta est. Malum non est factum per ipsum, nec ipsum idolum, quia nihil sunt, nulla sua natura subsistunt. Tamen quidquid mente concipitur, dicitur esse, hoc modo peccatum potest esse.

Ea quæ sunt, per ipsum facta sunt. Illa autem sunt quæ à natura propria non recedunt, id est, quæ concordant cuncti potentiæ diuinitatis.

16.q.5.c Episcopi. in fi.

Hom.4.in Ioan.to.3.

✱ CHRYSOSTOMVS. Moyses quidem incipiens scripturam veteris testamenti de sensibilibus nobis loquitur, & hoc enumerat per multa: *In principio* enim, ait, *fecit Deus cœlum & terram*, deinde inducit, quoniam & lux facta est, & firmanentum, & stellarum naturę, & genera animalium, Euangelista verò hæc omnia excedens, vno verbo comprehendit, vt cognita auditoribus, ad altiora festinans materiam totum hunc librum instituens non de operibus, sed de conditore.

Lib.1.sup. Gen.ca.2. to.3.

✱ AVGVSTINVS. Cùm dicitur: *Omnia per ipsum facta sunt.* satis ostenditur, & lux per ipsum facta, cum dixit Deus, *fiat lux*, & similiter de aliis, quod si ita est, æternum est quod ait Deus, *fiat lux*, quia verbum Dei Deus apud Deum patri coæternus est, quamuis creatura temporalis facta sit. Cùm enim verba sint temporis, cùm dicimus quando & aliquando, æternum tamen est in verbo Dei, quando aliquid fieri debeat, & tunc fit quando fieri debuisse in illo verbo est, in quo non est quãdo & aliquãdo, quoniam totum illud verbum æternum est.

a ¶ Ipse filius erat Deus. ¶ Ne dicatur esse cum Deo, & non Deus.
b ¶ Hoc idem verbum non est nouus Deus, sed erat apud Deum in princip. id est, in patre existens principium omnium cum patre.
c ¶ Ita erat vnum cum patre, vt omnium creaturarum principium supra præiret essentia.

& Dęus erat verbum. Hoc erat in princi- 1 pio apud Deum. † omniã per ipsum fa- 2 3 cta sunt, & sine ipso factum est † nihil 4

a ¶ Id est, omnis creatura visibilis & inuisibilis, omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium.
a ¶ Nulla res subsistens sine ipso est facta.

Lib.1. de Trinit.cap 6.to.3.

✱ IDEM. Et si factum non est, creatura non est, si autem creatura non est, eiusdem cum patre substantiæ est, omnis enim substantia quę Deus non est, creatura est, & quæ creatura non est, Deus est.

Hom.4.in Ioan.to.5.

b *Per ipsum facta s.* ✱ CHRYSOSTOMVS. Si præpositio *per*, conturbat te, & quæris in scriptura quòd ipsum verbum omnia faceret, audi Dauid: *Initio tu domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cœli?* Quod autem de vnigenito dixerit, addisces ab Apostolo vtente hoc verbo in Epistola ad Hebręos de filio. Si verò de patre hoc Prophetam dixisse dicis, Paulum verò filium adoptasse, idem fit rursus. Neque enim id filio conuenire dixisset, nisi vehementer consideraret, quoniam quæ sunt dignitatis cohonorabilia sunt vtrique.

† ne vnum quidem quod factum est

Heb. 1.

c *Et sine ipso factum est nihil.* ORIGENES. Ita distinguit: *Et sine ipso factum est nihil, quod factum est.* Ordo: *Nihil est quod factum est sine ipso.*

AVGVSTINVS. *Quod factum est, erat vita in ipso.* Ioannes Chrysostomus. *Et sine ipso factum est nihil. Quod factum est.* Hilarius. *Sine ipso factum est nihil, quod factum est in ipso.*

a *Quod fa-*

NICOLAVS DE LIRA.

filij personalem distinctionem. Ad cuius intellectum sciendum quod persona est intellectualis naturę incommunicabilis existentia, vel potius subsistentia. Verbum autem in diuinis non potest esse accidens, vt patet ex prędictis, & ideò oportet quod sit quid subsistens in diuina natura. Est etiam incommunicabile, quia nec intellectus, nec natura capit, quod procedens sit idem per omnem modum cum eo à quo procedit, & ideo quia verbum in diuinis procedit per actum realem, oportet & inter ipsum principium à quo procedit, sit distinctio realis per proprietates suas alteri incommunicabiles, & ideo cum vtrumque sit subsistens incommunicabile in natura diuina, quę est in supremo intellectualitatis, sequitur quod inter verbum & principium à quo est verbum, sit distinctio personalis. Et hoc est quod breuiter tangit Ioannes, dicens: Et verbum erat apud Deum. *Nulla enim res dicitur propriè esse apud semetipsam, sicut nec aliquis est in seipso, vt dicitur quarto Physicorum. Et ideo inter verbum & principium, apud quod est verbum scilicet patrem, est personalis distinctio. Non enim verbum procedit à patre per actionem transeuntem extra, sed manentem intra, & ideo verbum manet intra illud cuius est verbum, tamen ab eo distinctum, quæ distinctio personalis est, vt patet per prædicta.*

1 Et Deus erat verbum. *Hic consequenter probat patris & filij consubstantialitatem, verbum enim diuinum est quid subsistens in natura diuina, vt prædictum est, natura autem diuina non est multiplicabilis, quia nullo modo potest esse nisi vna & simplicissima, & ideo oportet quod verbum & principium à quo est verbum sint idem penitus in natura, quamuis distinguatur, vt prędictum est, in persona, & hoc est quod dicit Ioannes:* Et Deus erat verbum. *Ita quod ly Deus, ponatur à parte prædicati, dicendo sic: verbum est Deus. Nomina enim & verba transposita idem significant, quasi dicat, Ioannes, quamuis verbum sit apud Deum, non tamen est aliquid extraneę naturæ, sicut est verbum nostrum, sed est natura diuina quæ indiuisibilis est, ideo est eadem omninò in ipso & in patre.*

2 Hoc erat in principio. *Hic consequenter declaratur quartum scilicet coęternitas patris & filij. Quod enim procedens sit posterius duratione eo à quo procedit, hoc contingit multipliciter. Vno modo, quia producens non habet à principio suæ durationis potentiam productiuam perfectam, sicut homo à principio pueritiæ non habet potentiam generandi perfectam. Et ideò eius filius necessario posterior est duratione. Alio modo contingit propter modum producendi, quia quando aliquid producitur per motum, qui motus est in tempore, oportet quod productum sit posterius producente duratione, quia productum primò habet esse in illo instanti, in quo terminatur ille motus. Tertiò modo contingit hoc, quando aliquid producitur liberè & non de necessitate naturæ, quia tale agens potest expectare ad producendum suum effectum, sicut creaturę producuntur à Deo cuius potentia est perfectissima, & sine transmutatione & motu, tamen non sunt ei coæternę, quia etsi ab æterno potuit producere creaturam, vt dicunt aliqui, tamen noluit. Nullo autem istorum modorum potest poni in diuinis, quod filius siue verbum quod est idem, vt patet per prędicta, sit posterior patre, quia in diuinis nulla potest esse potentia productiua imperfecta, vt de se patet, nec verbum in diuinis procedit per mutationem & motum, quia in diuinis non habent locum, secundum quod dicit beatus. Iacobus:* Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. *Item filius procedit à patre de necessitate naturę, quia Deus necessario intelligit se, & sic relinquitur, quod filius sit æqualis patri in duratione, & hoc est quod breuiter dicit beatus Ioannes:* Hoc erat in principio apud Deum. *Hoc scilicet verbum de quo loquutus fuerat, erat apud Deum à principio æternitatis, & sic patet quartum, quod de verbo Dei fuerat supra positum.*

Procedens est posterius eo à quo procedit tripliciter.

Iacob. 1.

3 Omnia per ipsum facta sunt, &c. *Postquam Euangelista declarauit ipsius verbi esse, seu generari, hic consequenter declarat suum agere seu operari. Et diuiditur in duas, quia primò declarat hoc quantum ad omnes creaturas in generali. Secundò, quantum ad homines in speciali, ibi:* Et vita erat lux hominum. *Prima in duas, quia primò declarat propositum quantum ad producendi actum, secundò, quantum ad producendi modum, ibi:* Quod factum est. *In prima parte ostendit, quod actus producendi ipsius verbi se extendit ad omnem creaturam in generali, quia creaturæ producuntur à Deo sicut artificiata per artificem. Sapien. septimo capite:* Omnium est enim artifex, &c. *Cum Deus sit agens per intellectum. Quod autem producitur per artem seu intellectum, producitur per conceptum artis seu intellectus, sicut domus in re extra producitur à Domo quæ est in anima, septimo Metaph. Verbum autem in diuinis idem est quòd conceptus intellectus diuini, vt suprà dictum est, ergo omnia per ipsum producta sunt, & hoc est quod dicit Ioannes:* Omnia per ipsum facta sunt. *Et quia posset aliquis credere, quod hoc signum omnia, distribueret solùm pro creaturis corporalibus, eo quod in principio Genesis vbi agitur de prima rerum productione, non fit mentio nisi de corporalibus creaturis, ideo ad hoc excludendum additur:*

Diuisio.

4 Et sine ipso factum est nihil. *Quia etiam spirituales creaturæ sunt à Deo sicut ab efficiente. Considerandum tamen, quod Manichęus dixit nihil hic teneri affirmatiuè, & per hoc secundum ipsum intelliguntur creaturæ corporales, quæ parum habent de entitate, & propter hoc significantur hoc nomine nihil, eo modo loquendi quo dicit Philosophus, secundo physicorum, quod illud quod est modicum nihil reputatur. Sic igitur exponit Manichęus dicens:* Et sine ipso factum est nihil. *Id est, sine verbo facta est corporalis creatura, quia dicit ipsam esse factam à principio malo: Posuit enim duo principia: Vnum simpliciter bonum, aliud simpliciter malum, & ab isto dixit corporalem creaturam procedere. Sed istud patet esse falsum, quia ens &* bonum

Error Manichæi & cõfutatio.

a *Quod factum est.* AVGVSTINVS. Si audis mutabilem creaturam per filium factam, non tamen credas mutabilem eius voluntatem, quia non subitò aliquid voluit facere, sed omnia ab æterno fecit. Quod factum est in tempore, transit, quod in sapientia immutabili est, transire non potest. Faber enim arcam prius facit in mente, post in opere. Quod in mente est, viuit cum artifice, quod fit, mutatur cum tempore.

a ¶ Et omne. b ¶ In tempore.
c ¶ In spirituali factoris ratione semper viuit & vixit.

a Quod factum est in ipso, vita e-1 b rat, & vita erat lux hominum, 2 3

a ¶ Hæc est sapientia Dei. b ¶ Non aliarum rerum.

Tract. 1. in Ioan. to. 9.

✠ AVGVSTINVS. Potest autem sic punctuari: *Quod factum est in ipso.* Et posteò dicatur: *Vita erat.* Ergo totum vita est, si sic pronunciauerimus, quid enim non illo factum est? ipse est enim sapientia Dei, & dicitur in Psalmo: *Omnia in sapientia fecisti.* Omnia igitur sicut per illum, ita in illo facta sunt, si ergo quod illo factum est, vita est, ergo & terra vita est, lapis vita est. Inhonestum est sic intelligere, ne nobis subrepat secta Manichæorum, & dicat, quia habet vitam lapis, & habet vitam paries. Solent enim ista delirantes dicere. Et cum reprehensi fuerint ac repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes, vt quid dictum est: *Quod factum est in ipso vita erat.* Pronuncia ergo sic: *Quod factum est.* Hic subdistingue, & deinde infer: *In ipso vita erat.*

Hom. 2. in diuersos.

✠ ORIGENES. Potest & sic distingui sine errore: *Quod factum est in ipso.* Et posteà dicatur: *Vita erat.* Vt sit sensus: Omnia quæ per ipsum, & in ipso facta sunt, in ipso vita sunt, & vnum sunt. Erant enim, hoc est, in ipso subsistunt causaliter, priusquam sunt in seipsis affectiuè.

b *Vita erat lux hominum.* ✠ THEOP. Vitam euangelista nominat dominum, eò quòd contineat vitam omnium in se, & quod spiritualis vitæ conciliator fuerit omnibus ratione præditis. Lux autem non aliqua sensibilis, sed spiritualis, quæ ipsam animam illustret. Non dixit autem quod Iudæorum lumen duntaxat sit, sed omnium hominum. Omnes enim homines secundum quod mentem accepimus, & rationem ab eo quod nos creauit Verbo, dicimur illustrari ab eo. Nam ratio data nobis secundum quam rationales vocamur, lux est, quæ ducit nos ad ea quæ sunt facienda, & quæ non sunt facienda.

Tract. 1. in Ioan. To. 9.

✠ AVGVST. Ex ipsa enim vita illuminantur homines, pecora non illuminantur, quia non habent rationes mentes, quæ possint videre sapientiam, homo autem factus est ad imaginem Dei, habet rationalem mentem, per quam possit percipere sapientiam, ergo illa vita per quam facta sunt omnia, lux est, & non quoruncumque animalium, sed hominum.

In primo cap. Ioan.

✠ ORIGENES. Non est prætermittendum quòd vitam præmittit luci hominum, inconsequens enim erat illuminari non viuentem, & aduenire illuminationi vitam. Si autem idem est, vita hominum, quod solum hominum, erit Christus lux atque vita solorum hominum, hoc autem opinari hæreticum est. Non igitur quicquid dicitur aliquorum, illorum solum est. Scriptum est enim de Deo, quòd sit *Deus Abraham, Isaac & Iacob*, non tamen istorum tantum patrum dictus est Deus, non ergo ex eo quòd dicitur: *Lux hominum*, excluditur quin sit aliorũ, alios verò continens, eo quod est scriptum: *Faciamus hominem ad imaginem nostram.* Quicquid ad imaginẽ ac similitudinem Dei factũ est, intelligi debet per hominem. Sic igitur lux hominũ, lux cuiuslibet rationalis creaturæ est.

a *Lux*

NICOLAVS DE LIRA.

bonum conuertuntur, & ideò quantum habet corporalis creatura de entitate, tantum de bonitate, & per consequens à principio bono procedit. Hoc etiam patet ex ordine rerum & connextione earum, quia vniuersi corruptibiles creaturas & incorruptibiles videmus ad inuicem connecti & in vnum ordinari, & ideo concedendum est eas ab vno principio produci, & in vnum finem reduci, propter quod philosophus. 12. Metaph. Ex connexione vniuersi probat vnitatem primi principij dicens: Entia nolunt malè disponi, nec bona pluralitas principatuum, vnus ergo princeps. Pluribus etiam alijs modis error Manichęi posset impugnari, sed omitto propter prolixitatem vitandam, & diffusius habet tractari. 2. sententiarum. Alij autem dixerunt, quod per nihil intelligitur diabolus, quem dicunt esse sine verbo factum. Sed hoc patet esse falsum quia diabolus non est natura malus. Si enim malum esset integrum, seipsum destrueret, & ideò natura ipsius bona est, & ideò facta est à verbo, à quo omnia bona procedunt. Et ideò exponendum est ly nihil, sicut expositum est suprà.

1 Quod factum est in ipso. *Ostenso, quod verbum sit causa productiua rerum, hic consequenter ostenditur per quem modum sit causa earum. Ad cuius intellectum sciendum, quòd secundum Philosophum, 2. de anima, quatuor sunt gradus vitæ seu viuentum. Vegetatiuum, sensitiuum, motiuum secundum locum, & intellectiuum. Et inter istos gradus, intellectiuum tenet summum locum, & ideo ea quæ sunt in aliquo secundùm modum intelligibilem, sunt in eo secundùm modum vitalem. Creaturę autem pręexistunt in verbo, sicut in conceptu artis vel intellectus, vt patet ex prędictis, & per consequens sunt in eo per modum vitæ intellectiuæ, quia intelligere verbi est suum esse, & suum viuere, & hoc est quod dicitur.* Quod factum est in ipso, vita erat. *Quia quod factum est in re extra, prius erat in verbo per ideam, quæ idem est quòd essentia diuina & vita. Et sic patet modus per quem creaturæ procedunt à verbo, videlicet sicut artificiata ab artifice vel ab arte, propter quod dicit Boëtius. 3. de consola. Tu cuncta superno Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse Mundum mente gerens, similiq; imagine formans. Alio modo exponitur hoc, inquantum creaturę pręexistunt in voluntate verbi. Ad cuius intellectum sciendum, quod secundùm Philosophum, 1. de anima, illa dicuntur viuentia quæ mouent seipsa, hoc autem maxime competit voluntati quæ mouet alias potentias ad agendum, & ideo ea quę sunt in voluntate verbi dicuntur vita in ipso. Sic autem est de creaturis inquantum dependent à voluntate Dei, & sic exponitur illud:* Quod factum est in ipso, vita erat. *Quia ista creatura antequam fierent, erant in voluntate verbi ad producendum eas vel non producendum, & sic patet modus per quem est causa productiua creaturarum, quia producit eas omninò liberè. Per quod excluditur error aliquorum philosophorum dicentium ipsum Deum eas de necessitate producere. Quod patet falsum, quia voluntas non vult aliquid de necessitate, nisi illud bonum ad quod habet necessariam habitudinem. Voluntas autem diuina cum sit infinita, non habet necessariam habitudinem, nisi ad bonum infinitum, & nihil vult de necessitate, nisi bonum proprium, & ideo nullam creaturam vult de necessitate, sed tantum contingenter & liberè, & sic eam producit. filius autem siue verbum in diuinis aliter procedit à patre, scilicet naturali necessitate.*

Gradus vitæ quatuor

2 Et vita erat lux h. *Ostenso qualiter verbum se habet ad omnes creaturas in generali, hic consequenter ostenditur qualiter se habet ad homines in speciali. Ad cuius intellectum sciendum, quod animalia quæ sunt infra homines, habent aliqualem rerum sensibilium cognitionem, sicut asinus cognoscit stabulum suum & pabulum, & dominum proprium, & de similibus est simile iudicium, sed sola creatura intellectualis potest attingere ad cognoscendum ipsum Deum. Eo enim ipso, quod facta est ad imaginem Dei, est capax ipsius per cognitionem & amorem, vt dicit Augustinus 14. de Trinitate. Veruntamẽ cognitio Dei & amor possunt dupliciter accipi. Vno modo pro cognitione & amore, qui possunt haberi ex naturalibus. Alio modo de cognitione & amore supernaturali, & secundum hoc litera ista potest dupliciter exponi, scilicet de cognitione naturali & supernaturali. Primò igitur exponitur de cognitione naturali. Sicut enim patet ex prędictis, omnes creaturæ sunt per verbum productę, veruntamen humana natura excellentior est in cognitione, inquantum virtute intellectus potest ad Dei cognitionem attingere, effectus in ipsum reducendo, per quem modum philosophi habuerunt cognitionem de Deo. Omnis autem cognitio fit in aliquo lumine, & ideò natura humana super alias creaturas inferiores est à verbo specialiter illustrata, & hoc est quod dicitur:* Et vita. *Id est, Ipsum verbum quod est vita, vt patet ex prędictis.*

Cognitio Dei & amor dupliciter accipiuntur.

3 Erat lux hominum. *In quantum attingit per naturam sibi datam à verbo, ad altiorem cognitionis gradum. Subdit autem modum dicens*

1 Lux

MORALITER.

ticipatiuè, cum essentia diuina sit indiuisibilis, & de ipso dici. 1. Ioan. 5. d. *Vt cognoscamus verum Deum, & simus in filio eius vero, hoc est verus Deus & vita ęterna.* Per quartum reprobatur error Ebionitarum, qui dixerunt Christum ante Mariam non fuisse, & sic eum non fuisse ab æterno, cum tamen Christus dicat de se ipso, infrà 8. d. *Principium, qui & loquor vobis.* Et ibidem g. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Per quintum excluditur error Manichæi, qui posuit duo principia, vnum boni, & alterum mali, & hæc inferiora corruptibilia dixit esse à Deo malo, & per consequens non sunt à verbo secundum ipsum.

1 *Quod factum est in ipso vita erat.* Nam omnis creatura in verbo præexistit intelligibiliter. Intelligere verò est viuere, & intellectio vita.

2 *Et vita erat lux hominum.* Id est, verbum est manifestatiuum omnium quæ ab hominibus cognoscuntur. Per quod tollitur error dicentium, quod diuina prouidentia se non extendit ad hæc inferiora, in quorum persona dicitur. Iob. 22. c. *Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat.* Quod reprobatur ibidem, cum subditur: *Quorum sententia longè sit à me.* Philosophus etiam 1. de animá reprehendens Empedoclem, habet pro inconuenienti, quod aliquid cognoscamus, & sit Deo ignotum.

a *Quod* † *Et lux*

a *Lux in tenebris luc. & ten. eam non com.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vita adueniente nobis solutum est mortis imperium, & luce lucente nobis non vltra sunt tenebræ, sed semper manet vita quam mors superare non potest, nec tenebræ lucem, vnde sequitur: *Et lux in tenebris lucet.* Tenebras mortem & errorem dicit, Nam lux quidem sensibilis non in tenebris lucet, sed fine illis. Prædicatio verò Christi in medio erroris regnantis fulsit, & eum disparere fecit, & in vitâ mortem fecit mortuus Christus, ita eam superans, vt eos qui detinebantur, reduceret. Quia igitur neque mors eam superauit, neque error, sed fulgida est eius prædicatio vbique, & lucet cum propria fortitudine propterea subdit: *Et ten. e.n. com.*

Hom.4.in Ioan. to.3

✠ ORIGENES. Est sciendum quod hominum nomen est duarum spiritualium rerum, sic & tenebræ. Dicimus enim hominem lucem possidentem, opera lucis perficere, & etiam cognoscere quasi illustratum lumine scientiæ, & è contrariò, tenebras dicimus illicitos actus, & eam quæ videtur scientia, non est autem. Oportet autem in id considerare, quod non semper tenebræ in sinistra parte sumuntur, sed quandoque in bona, secundum illud Psalmi. *Posuit tenebras latibulum suum*, dum ea quæ sunt erga Deum, ignota & imperceptibilia sunt. De hac ergo laudata caligine dicam, quoniam versus lucem pergit, illamque apprehendit, quia quod erat caligo dum ignorabatur, in lucem cognitâ vertitur ei qui didicit.

In 1. c. Ioan. — Idem ibidem

a ¶ Tamen à tenebris non cernebatur.
b ¶ Ante incarnationem, sicut nec cæcus comprehendit lucem super se lucentem.

a **& lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehende-** [1] [2]

a ¶ Sed vt etiam tenebræ comprehenderent. b ¶ Præcursor humanati verbi.
c ¶ Non ab hominibus. d ¶ Non ab homine impositum, sed à Deo, quasi substantialiter datum.
e ¶ Id est, gratia qui totum à gratia habet & gratiam prædicat.

b **runt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes.** [3] [4] [5]

b *Fuit homo missus.* Postquam sublimi volatu vltra omnem naturam in altitudinem theologiæ ascendit, quia verbum apud patrem semper fuisse contemplatus est, mox ad humilitatem humanæ naturæ, & specialiter præcursoris verbi descendit, contra illos qui dicebant humanam naturam in primo parente ex toto perditam & ad nihilum redactam.

c *Homo missus.* Homo, non angelus, vt hæretici volunt, missus à Deo. Ideò potuit dicere de Deo.

☞ Erat

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et l. in t. l. *Licet enim ipsum verbum quod est lux per essentiam, non possit esse forma intellectus nostri, tamen intellectus agens qui est potentia animæ, est quædam lux deriuata à diuina luce, & ideò per ipsum potest homo ad diuina cognoscenda quodammodo attingere, secundum quod dicitur Psal 4. b.* Multi dicunt quis ostendit nobis bona? *Respondet*: Signatum est super nos lumen vultus tui domine. *quasi dicat, in lumine intellectus agentis impresso à te animabus humanis, potest haberi cognitio tuæ bonitatis. Et hoc modo lux diuina in tenebris lucet, inquantum natura humana de se est quædam tenebra, quia ex se lumen non habet, sed à verbo illustratur, eo quòd luce ab ipso deriuata modo prędicto informatur. Veruntamen quia talis cognitio Dei quę habetur ex naturalibus est defectiua, ideò sequitur:*

2 Et ten. eam non com. *Quia lux diuina siue verbum quod idem est, cognitione naturali per essentiam non videtur, quia talis cognitio est tantum modo per effectus, qui non adæquant virtutem primæ causæ, sed in infinitum distant ab ea, ideò per talem cognitionem non potest videri diuina essentia. Alio modo exponitur litera de cognitione supernaturali. Homo enim ad quendam finem supernaturalem ordinatur, qui excedit lumen naturalis rationis, secundùm quod dicit Apostolus 1. Cor. 2. b.* Oculus non vidit, & auris non audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparasti diligentibus te. *Ad finem enim incognitum non potest homo moueri, quia incognita non possumus diligere, secundùm Aug. & ideò homo ad finem suum consequendum indiget necessariò illustratione supernaturali, vt in finem vltimum dirigatur. Deus autem paratus est hanc illustrationem hominibus dare, quia natura nō deficit in necessarijs, vt dicitur 3. de anima. Et si hoc verum est de natura naturata, multo fortius verum est de auctore ipsius naturæ, qui est natura naturans. Et ideo si homo faciat quod in se est, conuertendo se ad Deum per cognitionem & amorem, prout potest ex naturalibus haberi, Deus supplet residuum, addendo naturæ perfectionem gratiæ, illustrans eum supernaturali illustratione, & hoc est quod dicitur:* Et vita erat lux hominum. *id est, ipsum verbum non deficit illustrando homines per gratiam in cognitione supernaturalium.* Et l. in t. lu. *id est, in peccatoribus, quia verbum quantum est in se illustrat eos luce gratiæ. Sed quod sunt tenebrosi, hoc est, quia se subtrahunt ab influentia diuinę lucis siue verbi, & ideò sequitur:* Et te. eam non com. *quia peccatores hanc lucem non consequuntur, non propter defectum lucis, vt dictum est, sed propter proprium defectum.*

3 Fuit homo. *Postquam euangelista descripsit seu declarauit æternam verbi emanationem & ipsius operationem, hic consequenter declarat eius temporalem incarnationem. Et diuiditur in duas partes, quia primo agitur de missione præcursoris, secundò de aduentu redemptoris, ibi:* Erat lux vera. *Prima in duas, quia primo ponitur commendatio præcursoris, secundo tollitur occasio erroris, ibi:* Non erat ille lux. *Circa primum commendatio pręcursoris ex quatuor describitur. Primo ex conditione naturali, cum dicitur:* Fuit homo. *id est, viuens vita hominis secundùm dictamen rectę rationis. Et rationabiliter pręcursor Saluatoris fuit homo & non angelus, quia sapientia diuina disponit omnia suauiter, vt dicitur Sap. 8. a. quia facit omnia secundùm modum conuenientem & decentem, mouendo quamlibet rem secundùm quod nata est moueri. Homines autem communiter loquendo magis sunt apti recipere doctrinam hominis quam angeli: Tum propter similitudinē naturæ: Tum propter consuetudinem locutionis & vitę, quæ requiruntur inter discipulum & doctorem. Si autem aliqui doceantur conueniētius ab angelis, hoc est verum de excellentibus viris, & à cōmuni vita hominum segregatis. Aduentus autem redemptoris annunciandus erat omnibus communiter, non solùm excellentibus, & ideò præcursor aduētum Christi prænuncians, magis idoneè fuit homo quam angelus, veruntamen licet Ioannes fuerit homo ex conditione naturali, fuit tamen angelus ab officio & puritate virginali, secundùm quod dicit Saluator Matt. 11. b.* Hic est de quo scriptum est, *scilicet. Malach. 3. a.* Ecce ego mitto angelum meum, &c. *Secundo, describitur Ioannis commendatio ex diuina autoritate, cum subditur:*

Diuisio. — Præcursoris cōmendatio prima.

4 Missus à Deo. *Quia non venit proprio capite. De hac missione Ioannis dicunt aliqui, quod fuit tantum per internam inspirationem, sed melius videtur, quod cum hoc fuerit per expressam Dei missionem & exteriorem apparitionē, quia ad ea quæ sunt multum ardua solent prophetæ sic mitti, vt patet ex decursu veteris Testa. Mysterium autem Christi inter omnia fuit maximum, quia ad ipsum fuit ordinatum totum vetus Testamentum, vt declaraui diffusè super epistolam ad Hebræos, & ideò non est verisimile, quin Ioannes fuerit ad hoc missus per expressam missionem Dei & apparitionem exteriorem, licet modus huius apparitionis non sit scriptus, multa enim facta sunt circa mysterium Christi quæ non sunt scripta, vt habetur in fine huius euangelij. Hoc idem videtur innuere quod ipse Ioannes dixit, vt habetur infrà eodem cap.* Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: super quem videris spiritum descendentem, &c. *Tertiò describitur commendatio Ioannis ex nomine, cùm dicitur:*

Secunda commendatio. — Infra 19. g. — Tertia cōmendatio.

5 Cui nomen erat Ioannes. *Istud nomen fuit sibi impositum non ex humana dispositione, sed diuina præordinatione, vt habetur Luc. 1. a. & ideò respondebat proprietati internæ, scilicet, plenitudini gratię. Ioannes enim interpretatur, in quo gratia, & ideò fuit idoneus ad pręcurrendum ante illum qui est autor gratiæ secundùm quod dicitur infrà eod. b.* Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. *Simile inuenitur in veteri Testamento, quia Abraham, Isaac, & Israel sic nominati sunt ex diuina ordinatione, ad designandum eorum proprietatem. Quartò describitur eius commendatio ex officij nobilitate, cùm subditur:*

Gene. 17 a 21 a & 32 f — Quarta cōmendatio.

☞ Hic

MORALITER.

1 *Et lux in tenebris lucet.* Id est, in peccatoribus quantum est de se, sicut cæcus lucem solis non videt ipsum illustrantem.

3 *Fuit homo missus à Deo.* Per Ioannem præcursorem domini significatur prædicator euangelij, ideò dicitur hic homo, id est, viuens secundum dictamen rationis, & non vita bestiali.

5 *Cui nomen erat Ioannes.* Qui interpretatur in quo est gratia. Ad hoc enim quod prędicator conuenienter & vtiliter annunciet verbum Dei, requiritur gratia spiritussancti.

† His

A a *Erat lux vera.* Omnis homo dicitur illa natura in homine, quæ ad imaginem & ad similitudinem Dei facta est. Alia omnia quæ sunt in homine inferiores partes hominis sunt, & quodammodò extra hominem sunt, In illa scilicet, anima velut in quodam mundo superiori vera lux lucet, & in illum mundum venientes, & per gratiam renascentes illuminat, quia quorum vita & conuersatio in cœlis est, quasi in alio mundo sunt. B

Lux vera. ✣ AVGVSTINVS. Quare additum est vera? quia & homo illuminans dicitur lux, sed vera lux est illa quæ illuminat, nam & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut per noctem lucerna accendatur, aut per diem sol exeat lumina illa sine causa patent, vnde subdit: *Qua illuminat hominem.* Si omnem hominem, ergo & ipsum Ioannem. Ipse ergo illuminabat, à quo se demonstrari volebat. Quomodo enim plerumque fit, vt in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse sol, quem oculis videre non possumus, quia qui saucios habent oculos, idonei non sunt videre parietem illuminatum; aut aliquid huiusmodi, sic omnes ad quos venerat Christus, minus erant idonei eum videre. C D

† luce. Trac. 21. in Io. tom. 9.

a ¶ Cur missus. ¶ Agens libera voluntate. ¶ Hic missus est, hic venit in test. b ¶ Cuius rei? c ¶ Quicunque contradiceret.

Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de 1

a ¶ Id est, Christo nato. ¶ Iam nomen verbi mutauit in lumen. b ¶ Quare? c ¶ Lumen Christum esse. d ¶ Testificantem, quia Deum nemo vidit vnquam. e ¶ Magnus quidem erat iste, non tamen ex se lucens. Sunt tamen sancti lux illuminata.

† lumine, ut omnes crederent per † illum. Non erat ille lux, 2 3

a ¶ Missus erat. ¶ De quo. b ¶ Autem c ¶ Christus. d ¶ Quia est non vera lux, scilicet, quæ non est ex se, sed aliunde lucet.

a sed vt testimonium perhiberet de lumine. † Erat lux vera, 4 5

✣✣ AVGVSTINVS. *Illuminat omnem hominem.* Si omnē hominem venientem, & ipsum Ioannem. Ipse ergo illuminabat, à quo se demonstrari volebat. Intelligat charitas vestra: veniebat ad mentes infirmas, ad corda saucia, ad aciem animæ lippientis. Ad hoc venerat. Et vnde posset anima videre quod perfectè est? Quomodo plerumque fit, vt in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse sol, quem oculis videre non possumus E F

Tract. 2. in Ioan.

† ipsum, subaudi lucem, vel verbum.

† Deh. c. cum ex in iuncto.

In

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hic venit vt testimonium perhiberet de lumi. *Id est, de filio Dei in mundum veniente, hoc autem testimonium perhibuit prædicando eius excellentiam, vt habetur infra eod. cap.* Ipse est qui post me venturus est, cuius non sum dignus vt soluam corrigiam calceamenti eius. *Similiter testimonium perhibuit baptizando in aqua, vt per hoc designaret illum qui erat venturus baptizare spiritu sancto, propter quod forma baptismi Ioannis erat in nomine venturi, vt habetur Act. 17. a. Sicut enim prophetæ antiquitus denunciabant aliquando futura, non solùm verbis, sed etiam factis. Quod patet de Ieremia, qui posuit catenam in collo suo, vt verbo & facto prænunciaret captiuitatem futuram regis & ciuitatis, vt habetur 27. a. Sic Ioannes Baptista prædicando & baptizando annunciauit aduentum redemptoris. Finis autem sui officij tangitur, cùm subditur:*

2 Vt omnes crederent per illum. *Non dicit in illum, quia ad hoc finaliter prædicabat, vt populus crederet in Christum venturum. Notandum etiam quod illud quod dicitur hic:* Omnes crederent per illum. *Refertur ad illud quod suprà dictum est:* Fuit homo missus, *quia hic loquebatur generaliter omnibus, non sic autem loquitur angelus, sed solùm excellentibus, vt suprà dictum est.*

3 Non erat ille lux. *Hic tollitur occasio erroris. Ex hoc enim, quod euangelista dixerat de Ioanne tot magnifica, posset aliquis credere, quod eius aduentus sufficeret ad salutem generis humani, sicut & de ipso multi sunt opinati ipsum esse Christum, propter excellentiam suæ sanctitatis, propter quod sacerdotes Iudæorum miserunt ab Ierosolymis interrogantes, si ipse esset Christus, vt habetur eod. cap. & ideò euangelista ostendit quod eius aduentus non erat sufficiens ad saluandum humanum genus, dicens:* Non erat ille lux. *Qui posset mentes hominum luce gratiæ illustrare, sed tantùm erat præcursor huius lucis, ideò subditur:*

4 Sed vt testimonium perhiberet de lumine. *Modus autem testificandi iam prædictus est in parte immediate præcedenti. Sed contra hoc videtur esse illud quod dicitur Ephes. 5. b.* Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino, *& sic ratio lucis conuenit cuilibet iusto & per consequens Ioanni. Dicendum quod lux gratiæ dupliciter accipitur in scriptura. Vno modo per essentiam, & sic soli Deo conuenit. & appropriatur filio in diuinis, sicut & alia quæ pertinent ad noticiam, & ideò proprietas huius lucis de Ioanne negatur, sed de Christo affirmatur vt statim patebit. Alio modo accipitur lux per participationem, & hoc bene conuenit Ioanni & alijs sanctis, & sic loquitur apostolus in autoritate prædicta.*

Lucis gratiæ acceptio duplex.

5 Erat lux vera. *Postquam euangelista declarauit missionem præcursoris, hic consequenter agit de aduentu redemptoris. Et diuiditur in tres, quia primò ostenditur necessitas huius aduentus. Secundò inde consequens fructus, ibi:* Quotquot autem. *Tertio veniendi modus, ibi:* Et verbum caro factum est. *Circa primum considerandum, quod ratio naturalis est defectiua in cognitione diuinorum, quia non attingit ad eorum cognitionem, nisi per effectus qui distant à Deo in infinitum. Item reuelatio de diuinis in veteri testamento erat imperfecta, quia sub velaminibus & figuris, propter quod ante Christi aduentu homines multipliciter errabant circa cognitionem diuinorum, vt patet inspicienti illius temporis decursum, & ideò aduentus Christi in mundum fuit necessarius ad illuminandum homines in cognitione diuinorũ, secundùm quod ipsemet dicit infrà 18. g.* Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. *Ideò videmus quod post eius aduentum idololatria cessauit, quasi per totum mundum, sicut fuerat per Zachariam prophetam prædictum cap. 13. a.* Et erit in die illa, dicit dominus disperdam nomina idolorum de terra. *Quod autem Christus sit lux sufficiens ad talem illuminationem, ostendit triplici ratione. Prima ratio procedit ex lucis huius veritate. Secunda ex ipsius præsentialitate. Tertia ex euidenti eius manifestatione. Secunda tangitur, ibi:* In mundo erat. *Tertia, ibi:* Mundus per ipsum factus est. *Circa primum aduertendum quod aliquid dicitur verum tripliciter. Vno modo quia distinguitur contra falsum. Secundò, quia distinguitur contra figurale, inquantũ figura recedit à perfecta rei veritate. Tertiò, quia distinguitur contra participes, quia illud quod est tale per participationem, deficit à perfectione illius quod est tale per essentiam. Lumen ergo rationis naturalis in cognitione diuinorum primò deficit à ratione veræ lucis, quia etsi per eam philosophi habuerant de Deo aliquã cognitionem viuit tamen admixta erroribus multis, propter quod dicitur ad Rom. 1. c.* Cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. *Et hoc patet in Aristotele, qui inter alios philosophos dicitur verius scripsisse, & tamen in pluribus deuiauit à veritate, sicut patet de mundi æternitate, de intelligentiarum numero & earum felicitate, quorum persequutionem causa breuitatis omitto. Lumen verò cognitionis diuinorum quod fuit in veteri Testamento deficit à ratione veræ lucis, quia licet habuerit veritatem absque admixtione falsitatis, tamen ipsa erat figuralis & quasi vmbra veritatis. Lumen verò cognitionis euangelicæ tertio modo deficit à perfecta lucis veritate, quia licet vera & aperta sit, tamen est participata. Lux autem diuina hoc modo dicitur vera, quia est lux per essentiam. Et ex hoc sequitur quod ipsa sit sufficiens ad omnium illuminationem, quia quod est tale per essentiam, est causa omnium aliorũ, sicut ignis est causa caliditatis in omnibus alijs, vt habetur 2. Metaph. Talis autẽ lux appropriatur filio, vt dictum est. Et sic patet prima ratio suæ efficaciæ ad illuminationem gratiæ, quæ tangitur cum dicitur:* Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venien. *sine falsitate, sine vmbra & sine participatione, sed lux per essentiam, ideò sequitur:*

Diuisio.

Verum tripliciter aliquid dicitur.

Quæ

MORALITER.

† 1 *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.* Id est, de Christo qui est lux per essentiam, ideò in prædicatore debet esse huius lucis participatio per bonam vitam & famam, quia sicut dicit Gregor. homil. 38. Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur.

2 *Vt omnes crederent per illum.* Debet enim intendere salutem auditorum, & non propriam laudem vel quæstum.

3 *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.* Quia prædicator non docet interiùs mentem illustrando, sed Deus. Ideò sequitur:

5 *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Lumine gratiæ quantum est de se, sed mali non illu† minantur

que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In † propria venit, & sui † eum non receperunt. † Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in † nomine eius.

a ¶ Non quod omnem, sed quia nullus sine illo illuminatur. ¶ Vt etiam ipsum Ioannem. b ¶ Id est, qui à Deo recedens & cadens in mundum, cæcatus est, alioquin non indigeret illuminari.
a ¶ Et hæc lux. ¶ Præsentia deitatis. Non vt pars eius, sed vt factor omnibus creaturis infusus regens quas fecit.
a ¶ Dilectores mundi, quia omnem sensum & intellectum diuina lux excedit. b ¶ In humanam naturam. a Id est, in mundum qui suus est. c ¶ Christus per carnem. d ¶ Id est, quicunque homines, præsertim Iudæi quos omnibus prætulit. ¶ Eius cognati. ¶ Sui, non quod nulli, quia aliqui sed rari. Et quotquot receperunt.
a ¶ Siue Iudæi siue Gentiles. ¶ Per fidem. b ¶ Per spiritum sanctum non tantum reformari, sed.
a ¶ Adoptiuos. ¶ Vt sint fratres eius & cohæredes per gratiam sicut & ipse filius vnigenitus per naturam, vt iam non sit solus. ¶ Scilicet. b ¶ Deum esse & hominem. c ¶ Id est, iure eius nominis. ¶ Id est, Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus.

a *In mundo erat.* ✠ ORIGENES. Non putes, quia sic erat in mundo, quomodo in mundo est terra, pecora & homines, sed quomodo artifex regens quod fecit. Vnde sequitur: *Et mundus per ipsum factus est.* Non enim sic fecit quomodo facit faber, qui enim fabricat, extrinsecus est ad illud quod fabricat. Deus autem infusus mũdo fabricat vbique positus, & non recedit ab aliquo, præsentia maiestatis facit, quod facit, & gubernat quod facit: sic ergo erat in mũdo, quomodo per quem factus est mũdus.

(Hom. 2. in duos.)

✠ CHRYSOST. In mundo erat, sed non vt mundi contemporaneus, propter hoc induxit: *Et mundus per ips. fac. e.* per hoc & rursus te deducens ad æternam existentiã vnigeniti. Qui enim audierit quoniam opus eius hoc totum, & si valdè insensibilis fuerit, cogetur concedere ante opera esse factorem.

(† sua. Hom. 7. in Ioan 10. 3. † De pœ. d. 4. c. hanc societatem)

✠ THEOPHYLACTVS. Hic Marchionis subuertit rabiem, qui malignum cõditorem cuncta produxisse dicebat, necnon & Arrij, qui filium Dei dicebat creaturam.

(In hunc locum.)

b *Et mundus eum non cognouit.* Non quod creatura non cognouerit, sed homo qui in mundum mente amando descendit. Prius mundus ipsa creatura dicebatur: omnis enim creatura suum creatorem recognoscit, homo vero minimè.

c *In propria venit.* ✠ CHRYSOSTOMVS. In propria ergo venit, non gratia suæ necessitatis, sed gratia beneficij suorum. Sed vnde venit qui omnia implet, & vbique adest? Ea quidem quæ ad nos descensione hic operatus est, quia enim in mundo existens, non putabatur adesse, eo quod nondum cognoscebatur, dignatus est induere carnem.

(Hom. 9. in Ioan. 10. 3.)

d *Et sui eum non receperunt.* Ab initio mundi nullum tempus erat in quo receptores diuini verbi non essent, vnde addit: *Quotquot autem receperunt.*

(† ipsum.)

e *Filios Dei fieri.* Mirabilis potestas, vt qui filij diaboli erant, & filij Dei & fratres Christi per eum liberati dicantur, quo autem ordine filij Dei fiant, & quomodo hæc generatio distat à carnali, subditur, *Qui non ex sanguinibus.*

(† homo.)

✠ CHRYSOSTOMVS. Siue sint serui, siue liberi, siue Græci, siue barbari, siue insipientes, siue sapientes, siue mulieres, siue viri, siue pueri, siue senes, omnes eodem digni facti sunt honore, de quo sequitur. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri.*

(Hom. 9. in Ioan. 10. 3.)

✠ AVGVST.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quæ illuminat omnem hominem. *Quantum in se est, quia si aliqui non sunt illuminati, hoc est, quia se subtrahunt ab influentia huius lucis. Potest hoc etiam intelligi de lumine naturalis rationis, quæ se extendit ad omnes etiam peccatores, & est quædam participatio diuinæ lucis, vt patet ex prædictis.*

2 Venientem in hunc mundum. *Per hoc non est intelligendum, quod homines ante fuerunt in alia vita, vnde venerunt in mundum istum. Vel quod animæ fuerint à principio mundi creatæ, sicut intellexerunt aliqui hæretici, sed euangelista vtitur tali modo loquendi, ad denotandum, quod anima intellectiua datur ab extrinseco per creationem. Et dicitur hic ipse homo eodem modo quo pars principaliter res dicitur, ipsa res, vt habetur 10. Ethicorum.*

3 In mundo erat. *Hic tangitur secunda ratio ad idem ex præsentialitate, ad cuius intellectum sciendum, quod aliquid dicitur esse alicubi tripliciter. Vno modo per potentiam, sicut rex est in toto regno. Alio modo per præsentiam sicut rex est in aula sua, quia omnia quæ sunt ibi patent eius aspectui. Tertiò modo per essentiam, sicut rex est in loco suo determinato, cui proportionatum est corpus eius. Deus autem præsens est vbique hoc triplici modo quia eius virtus ad omnia se extendit, & quia omnia sunt nuda & aperta oculis eius, & etiam quia præsens est vbique per essentiam. Quod patet, quia non solum dat esse rebus, sed eas in esse conseruat, coniungens principia rerum ad inuicem. Hoc autem non potest esse per aliquod quod sit medium inter ipsum & creaturam, quia nullum est tale medium. Et ideo oportet quod hoc faciat per seipsum vbique præsentialiter & per essentiam existentem. Et sic patet quod cum diuina lux sit idem quod ipse Deus, quod ipsa sit efficax ad prædictam illuminationem. propter suam præsentialitatem. Et hæc ratio breuiter tangitur, cum dicitur:* In mundo erat. *Nomine enim mundi intelligitur vniuersitas creaturarum.*

(Deus præsens vbique tripliciter.)

4 Et mundus per ipsum factus est. *Hic ponitur tertia ratio ad idem ex euidentia lucis diuinæ, quia etsi non sit euidens in se, est tamen euidens in suo effectu, scilicet, in vniuersitate creaturarum à Deo productarum, ex quarum pulchritudine & ordine lux diuina etiam potest naturali ratione cognosci, secundum quod dicitur Sap. 13. b.* A magnitudine speciei creaturarũ, poterit creator horum visibiliter cognosci. ad Rom. 1. c. Inuisibilia Dei à creatura mũdi, *id est, ab homine,* per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur, &c. *Et hæc ratio tangitur cum dicitur:* Et mundus per ipsum factus est. *Quia nomine mũdi omnis creatura intelligitur, vt dictum est, quæ ducit in cognitionem creatoris sicut effectus in cognitionem suæ causæ.*

5 Et mundus eum non cognouit. *Hic remouet quandam obiectionem, quia contra prædicta posset obijci per hoc quod videmus multos homines non habere cognitionem Dei: Et ipse respondet quod hoc non est ex defectu lucis, sed magis ex malicia hominum ab ea se auertentium dicens:* Et mundus eum non cognouit. *Nomine mundi intelliguntur peccatores mundialiter viuentes, & ideo aliter accipitur mundus quam in parte præcedenti, quia ibi accipitur pro essentijs rerum, hic pro malitijs hominum.*

6 In propria venit. *Id est, in mundum, quẽ ipse fecerat, venit per carnis assumptionem, & sic fuit ibi nouo modo. Vel aliter:* In propria venit. *Id est, in Iudæam, quæ dicebatur terra Dei, vt patet in pluribus locis veteris Testamenti.*

7 Et sui eum non receperunt. *Id est, Iudæi quia in veteri Testamento dicuntur populus peculiaris ipsius Dei, quia pauci de Iudæis comparatiuè crediderunt Christo, secundum quod fuerat prædictum Isa. 8. c. quod esset futurus in lapidem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel.*

8 Quotquot autem receperunt eum. *Hic consequenter ponitur aduentus Christi vtilitas siue fructus. Et diuiditur in duas, quia primo ostenditur propositum, secundo, remouetur quoddam dubium, ibi:* Qui non ex sanguinibus. *Circa primum sciendum, quod sicut verbum incarnatum est verè filius Dei naturalis, ita illi qui fiunt membra eius per fidem formatam, efficiuntur filij adoptiui. Et in hoc apparet vtilitas nobis proueniens ex suo aduentu. Et hoc est quod dicitur:* Quotquot autem receperunt, *credendo.*

(Diuisio.)

9 Dedit eis potestatem filios Dei fieri. *Per regenerationem baptismi, qui non datur nisi profitentibus fidem Christi per se si sint adulti, vel per alium si sint paruuli.*

✠ Qui

MORALITER.

† minantur, eo quod ponunt obicem huic illuminationi, de quibus dicitur Iob 24. b. *Ipsi fuerunt rebelles lumini.*

5 *Et mundus eum non cog.* Id est, homines mundialiter viuentes qui suum intellectum & affectum defigunt in terrenis, & sic auertuntur à diuinis.

6 *In propria venit, & sui eum non receperunt.* Licet autem omnes Christiani sint sui, magis tamen propriè clerici, qui dicuntur à cleros quod est sors, eo quod sunt de sorte Dei, & tamen eorum multi non recipiunt ipsum, sed magis abijciunt quam laici.

8 *Quotquot autem receperunt eum.* Per fidem charitate formatam.

9 *Dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui cre.* Per adoptionis gratiam.

† Qui

✠ AVGVSTINVS. Magna beneuolentia, vnicus natus est, & noluit manere vnus, non timuit habere cohæredes, quia hæreditas eius non fit angusta, si eam multi possederint.

Tract. 2. in Ioan. to. 9.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non dixit quoniam fecit eos filios Dei fieri ostendens quoniam multo opus est studio, vt eam quæ in baptismo adoptionis formatæ, imaginem incontaminatam semper custodiamus. Simul autem & ostendens quoniam potestatem hanc nullus nobis auferre poterit, nisi nosipsi auferamus. Si enim qui ab hominibus dominum aliquarum rerum suscipiunt, tantum habent robur quantum ferè hi qui dederunt, multò magis nos, qui à Deo potimur hoc honore. Simul autem ostendere vult, quoniam hæc gratia aduenit volentibus & studentibus. Etenim in potestate est liberi arbitrij & gratiæ operatione filios Dei fieri.

a *Et verbum caro factum est.* Vt autem securè credamus homines nasci ex Deo, subdit Deum nasci ex homine, ex hac susceptione infirmitatis sanatur nostra infirmitas, vt possimus filij Dei fieri. Et hoc est: *Et verbum caro factum est.* Quod superius erat, inferius descendit. Quid mirum: si quod erat inferius, in id quod superius est ascendit? Nec mirum, si homines nascuntur ex Deo, quia Deus ex homine est natus.

Libr. 15. de Trinit. c. 11

Verbum caro factum est. ✠ AVGVSTINVS. Sicut verbum nostrum vox quodammodo corporis fit, assumendo eam in qua manifestatur sensibus hominum, sic verbum Dei caro factum est, assumendo eam in qua & ipsum manifestaretur sensibus hominum. Et sicut verbum nostrum fit vox nec mutatum in vocem, ita verbum Dei quidem caro factum est, sed absit vt mutaretur in carnem.

✠ ALCVINVS. Cùm etiam credamus animam incorpoream corpori coniungi, vt ex his duobus fiat vnus homo, facilius possumus credere diuinam substantiam incorpoream animæ in corpore coniungi in vnionem personæ, ita vt verbum, in carnem non sit conuersum, nec caro in verbũ cum nec corpus in animam, nec anima conuertatur in corpus.

In hunc locum.

a ¶ Pluraliter, vt significet maris & fœminę materiam. ¶ Sunt nati de materia patris & matris. ¶ Hic misera conditio apponitur. b ¶ Concupiscentia carnis, id est, fœminę quæ est caro Adę, & regitur.

Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex 1 2

a ¶ Vir dicitur spiritus qui regit. b ¶ Operante per baptismum. c ¶ Homines ex Deo, & Deus ex homine. d ¶ Id est, filius Dei. e ¶ Homo.

voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbũ caro factum est, 3 4

Libr. 10 de Trinit.

✠ HILARIVS. Quidam volentes vnigenitum Deum qui in principio apud Deum erat Deus verbum, non substantiuum Deum esse & sermonem vocis emissæ, & quod loquentibus verbum suum, hoc sit patri Deo filius, arguté subripere volunt, ne subsistens verbum Deus & manens in formam Dei Christus homo natus sit, vt cùm hominem illum humanæ potius originis causa, quam spiritualis conceptionis sacramentum animaduertit, non Deus verbum hominem se ex partu virginis efficiens extiterit, sed vt prophetis spiritus prophetiæ, ita in Iesu verbum Dei fuerit. Et arguere nos solent quod Christum dicamus esse natum non nostri corporis atque animæ hominem, cum nos verbum carnem factum nostræ similitudinis natum hominem prædicemus, vt verè Dei filius, verè hominis filius natus sit, & vt per se sibi assumpsit ex virgine corpus, ita ex se sibi animam assumpsit, quæ vtique ab homine nunquam gignentium originibus præbetur, & cum ipse ille filius hominis sit, quam ridiculè præter Dei filium qui verbum caro factum est, alium nescio quem tanquam prophetam verbo Dei animatum prædicabimus, cum dominus Iesus Christus & Dei filius & hominis sit.

☞ *Videmus*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui non ex sanguinibus. *Hic consequenter remouet dubium, quia posset fortè aliquis credere, quod hæc generatio esset per modum generationis carnalis ideo hic remouet, dicens:* Qui non ex sanguinibus, &c. *Licet enim sanguis in Latino plurale non habeat, habet tamen in Græco, & ideo translator, vt sequeretur veritatem textus non curauit de regulis grammatica transferens in plurali. Ex sanguinibus. Ad generationem enim carnalem concurrit duplex sanguis, quia ex parte matris requiritur sanguis menstruum pro materia, ex parte viri requiritur semen in quo consistit virtus formatiua, hoc autem semen est residuum alimenti sanguinei; quia nutritiua ministrat materiam ipsi generatiuę, hoc tamen residuum quod transit in semen dealbatum est propter maiorem digestionem. Istos igitur sanguines excludit euangelista à generatione spirituali, dicens:* Qui non ex sanguinibus nati sunt.

Generatio carnalis sanguis duplex.

2 Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. *Per carnem hic intelligitur fœmina quæ parum participat de ratione respectu viri, propter hoc nominatur caro Gen. 2, d.* Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro, &c. *Copula autem masculi & fœminæ requiritur in carnali generatione, sic in omni alia actione naturali requiritur coniunctio actiui & passiui, & hæc copula maris & fœminæ excluditur à generatione spirituali, cùm dicitur:* Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. *Aliter potest exponi, ita quod per voluntatem carnis intelligatur concupiscentia largè loquendo de voluntate prout accipitur pro appetitu sensitiuo. Per voluntatem viri intelligatur appetitus intellectiuus: quia vterque appetitus concurrit in generatione carnali hominis. Appetitus sensitiuus, vt mouens, intellectiuus vt consentiens & hoc remouetur à generatione spirituali, cum dicitur:* Neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. *qualiter autem fiat generatio ista ostenditur. cum dicitur:*

3 Sed ex Deo nati sunt. *Inquantum homines à Deo recipientes gratiam. trahuntur quodammodo ad naturam diuinam, quia per donum gratię efficiuntur consortes diuinę naturæ vt habetur 2. Pe. 1. e.* Per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit vt per hęc efficiamini diuinæ consortes naturæ. *Ex prædictis patet, quod filij carnales contrahunt quandam maculam & fœditatem ex modo suæ generationis, non sic autem filij spirituales, sed magis nobilitatem.*

4 Et verbum caro factum est & habitauit in nobis. *Hic consequenter ostendit modum verbi in mundum venientis, quia non venit vbi priùs non erat, sed quia nouo modo ibi incępit esse, sicut rex qui prius est in aliqua ciuitate per suam potentiam tantum, quando venit illuc personaliter incipit esse nouo modo, scilicet, per sui præsentiam: sic Dei filius qui prius erat in mundo per potentiam, præsentiam & essentiam, vt patet per prædicta, venit ibi nouo modo, scilicet, per carnis assumptionem. Et hoc est quod dicitur:* Et ver. caro fa. est & habi. in nobis. *Et hoc verbo,* verbum caro factum est, *Euchites accepit occasionem errandi, dicens quod ex verbo & carne facta est vna natura sicut & vna persona. Sed hoc manifeste patet falsum & impossibile, quia illa natura esset composita ex verbo & natura humana, & verbum veniret in compositionem alterius, hoc autem est impossibile, quia omne quod componitur alteri, est aliquo modo in potentia, potentia autem nullo modo potest esse in verbo, cum sit actus purus, ergo, &c. Item si esset possibile vnam naturam ex ambabus fieri, illa tamen non esset natura humana, nec diuina, quia natura composita ex duabus non est aliqua illarum, sed aliquid aliud resultans ex ipsis, vt patet de mixto ex elementis, quia mixtum non esset aliquod elementorum, nec ipsa simul sumpta, quia tunc mixtum non esset aliquid vnum, & ideo si ex verbo & carne fieret vna natura, sequeretur quod Christus non esset homo neque Deus, contra scripturam noui & veteris Testamenti. Propter quod Arrius dixit, quod ex carne & verbo non est facta vna natura, sed ipsum verbum carnem assumpsit, non tamen animam, quia verbum supplet locum animę secundum ipsum, sed istud dictum implicat contradictionem, quia caro non est in specie carnis, nisi per animam vt habetur 4. Meteororum. Et ideo dicere, quod verbum assumpsit carnem & non animam implicat contradictionem. Nec valet, quod dicit verbum supplere locum animæ, quia caro illa etiam secundum ipsum non est informata per verbum, sed tantum assumpta. Et si diceret ipsam per verbum informari, hoc tamen est impossibile. Item sequeretur quod Christus non*

Contra Euchitem.

Contra Arrium.

MORALITER.

1 *Qui non ex sanguinibus.* Nam hæc filiatio non est per participationem esse naturæ humanę. sed magis diuinæ, secundùm quod dicitur 2. Pet. 1. a. *Qui vocauit nos propria gloria & virtute, per quem maxima & preciosa nobis promissa donauit vt per hęc efficiamini diuinę consortes naturæ.*

4 *Et verbum caro factum est.* Et sic Deus voluit esse particeps humanę naturæ, & hæc mutua partipatio debet esse ratio maximæ dilectionis, licet non sit similis vtrobique, quia verbum assumpsit humanam naturam veram: sed Dei filij adoptiui non recipiũt sic diuinam, sed participationem eius per gratiam.

† *Et*

a *Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à pa.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Cum dixisset, filij Dei facti sumus, neque aliter quàm per verbum quod caro factum est: Alterum item emolumentum affert quod inde consequimur: *Et vidimus gloriam eius*, quam vtique non vidissemus, nisi per consortium humanitatis visus esset nobis. Si enim Moysi non sustinuerunt faciem glorificatam videre, sed velamine opus fuit, qualiter bonitatem nudam, existentem inaccessibilem etiam ipsis superioribus virtutibus, nos lutei terrestres sufferre possemus.

Hom. 11. in Ioan. 10. 3. — tanquam

✠ AVGVSTINVS. Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ista natiuitate collyrium fecit, vnde tergerentur oculi cordis nostri, vt possimus videre maiestatem eius per eius humanitatem, & ideo dicitur: *Et vidimus gloriam eius.* Gloriam eius nemo posset videre, nisi humanitate carnis sanaretur, Irrueerat enim homini quasi puluis in oculum de terra; oculus iste sauciatus erat, & terra illuc mittitur, vt sanetur.

Tract. 2. in Ioan. 10. 9.

b *Quasi vnigeniti à patre* ✠ GREGORIVS. In sacro eloquio sicut, & quasi, aliquando non pro similitudine ponitur, sed pro veritate, Vnde & istud, *quasi vnigeniti à patre.*

Li. 18. Moral. cap. 6.

a ¶ Habitu inuentus vt homo. ¶ Et per hoc sanati. ¶ Nos quos elegit.
¶ Id est, cognouimus Deum esse gloriosum. c ¶ Maiestatem eius per humanitatem, in qua docuit & miracula fecit, in qua transfiguratus est, in qua surrexit. ¶ Vel altitudinem.

a & habitauit in nobis. Et † vidimus gloriam eius, glo- 1
a ¶ Non vt cuiuslibet sancti. b ¶ Vidimus illum hominem. c ¶ Secundum humanitatem.
b riam † quasi vnigeniti à patre; plenum gratiæ 2 3
c

c *Plenum gratiæ & veritate.* Homo Christus plenus fuit gratia, quia nullis præcedentibus meritis ex quo conceptus est, fuit deitas in eo implens hominem illum omni plenitudine redundante, in omnes sanctos, vnde & mater eius non tantum dicitur mater hominis, sed & mater Dei. Nec mirum, si dicitur, homo etiam Deus, cum Deus dicatur etiam homo, hæc autem gratia dicitur & veritas, quia sic olim promissum est, & modo exhibitum, scilicet, vt Deus sit in homine implens eum omni bono, & per eum suos.

† spectauimus.

☞ ORI-

NICOLAVS DE LIRA.

stus non esset homo, vt patet manifeste, propter quod Apollinaris dixit quod verbum assumpsit carnem, quia secundum ipsum assumpsit animam sensitiuam, quæ dat esse carnis, non tamen assumpsit animam intellectiuam cum verbum sit maximè intellectiuũ, & ideo in Christo solummodo ponebat intellectum verbi. Sed hoc patet falsum, quia licet iste in Christo posset saluare carnem, non tamen carnem humanam; quia caro non dicitur humana nisi per animam intellectiuam, etiam secundum ponentes pluralitatem formarum. Item Christus non esset homo, cum homo in specie humana reponatur per animam intellectiuam, sed magis esset animal brutum, quia anima sensitiua non reponit nisi in specie bruti. Hęc autem omnia contra fidem sunt & sacram scripturam, & ideo sunt tanquam hæretica & reprobata. Et licet pluribus alijs vijs possent prędicta improbari, tamen propter prolixitatem vitandam omitto, propter quod dicendum quod cum dicitur: Verbum caro factum est, *per carnem intelligitur natura humana, sicut frequenter in sacra scriptura, vnde dicitur Isa. 40. b.* Omnis caro fœnum, &c. *Et quod per carnem intelligitur natura humana, patet per illud quod subditur:* Verè fœnum est populus. *Caro igitur ista, id est, natura humana assumpta est à verbo, non in vnitate naturę, sed in vnitate suppositi vel personæ. Et ideo est sensus:* Verbum caro factum est, *Ac si diceretur. Deus homo factus, quia licet fieri repugnet Deo vel verbo absolutè, potest tamen dici de eo ratione naturæ humanæ adiunctę, vt diffusiùs declaratur 3. sententiarum, quia per tale fieri non habetur quod Deus de nouo incipiat esse, quod est impossibile, sed quod incipiat esse homo, quod est possibile, quia suppositum diuinum est infinitæ subsistentię, & ideo potest naturam in seipso sustentare, vt diffusiùs declaratur 3. sententiarum. Considerandum tamen, quod euangelista non sine ratione dicit, verbum esse carnem factum magis quàm hominem, quia per hoc euitatur error illorum qui dixerunt naturam humanam habere in Christo hypostasim propriam. Si enim dixisset, verbum factum est homo, cum homo significet naturam humanam in supposito, dedisset occasionem cogitandi, quod natura humana in Christo subsisteret in propria hypostasi. Similiter magis dixit, verbum factum esse carnem quam animam, ne daretur occasio cogitandi quod illa vnio esset tantum secundùm actum animę, vt per cognitionem & amorem, non tamen in vnitate suppositi.*

Cõtra Apollinarẽ.

Verbũ caro, non homo aut anima facta dicitur.

1 Et vidimus. *Postquam euangelista declarauit verbi emanationem & eius incarnationem, hic consequenter ostendit qualiter ipse & alij apostoli habuerunt de hoc cognitionem. Et diuiditur in duas partes, quia primò ponit innotescendi modum. Secundò, manifestat ipsum, ibi:* Et de plenitudine. *Prima in duas secundum duplicem modum innotescendi quem ponit. Secunda, ibi:* Ioannes testimonium perhibet. *Primus autem innotescendi modus, est per visum. Sciendum tamen, quod videre aliquando accipitur non solùm pro visione corporali, sed etiam pro cognitione intellectuali, per quem modum dicimus, Vides tu hoc, id est, intelligis? & hoc est, quia visus est spiritualior inter alios sensus & plures rerum differentias nobis demonstrat, vt habetur 1. Metaph. Et ideò nomine visus vtimur aliquando in his quæ pertinent ad intellectum. Vtroque modo videndi habuit Ioannes & alij apostoli noticiam verbi incarnati, quia cum ipso fuerunt corporaliter conuersati, & sic viderunt sensibiliter opera virtutem totius creaturę excedentia, sicut est suscitatio mortui, illuminatio cæci, & consimilia: ex quibus visu mentis perceperunt eius diuinitatem in carne latentem. Viderunt etiam hoc mentaliter per internam inspirationem, quando aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas, vt habetur Luc vlt. d. Et hoc est quod dicitur.* Et vidimus gloriam eius. *id est, excellentiam omnem creaturam excedentẽ, propter quod subditur quasi exponendo prædictam gloriam.*

Diuisio.

2 Quasi vnigeniti à patre, *Id est, naturaliter ab eo pręcedentis, & per consequens eadem naturam numero cum ipso habentis. Hoc enim viderunt apostoli primò per patris testimoniũ in transfiguratione in qua fuit Ioannes cum Petro & Iacobo, vt habetur Matt. 17. a. Et ideò tunc audiuit vocem patris dicentis de Christo,* Hic est filius meus dilectus, &c. *Secundò viderunt hoc per angelorum obsequium, quia angeli ministrabant ei sicut superiori, vt habetur Matthæi 4. b. Suprà naturam angelicam nihil est nisi natura diuina. Tertiò viderunt hoc per hoc quod creaturę etiam visibiles obediebant ei ad nutum, sicut domino & creatori, propter quod dixerunt Matthæi 8. d.* Qualis est hic? quia venti & mare obediunt ei. *Quartò hoc viderunt per docendi & operandi modum. Moyses enim & alij prophetæ non dabant populo præcepta, sed de præceptis Dei ipsum instruebant, & dicebant:* Hæc dicit dominus. *vel aliquid simile. Similiter de Moyse scriptum est:* Locutus est dominus ad Moysen, &c. *Christus autem tanquam Deus à propria autoritate loquens dabat doctrinam suam, vt patet Mat. 5. g. vbi dicitur:* Ego autem dico vobis, *vnde in fine illius sermonis dicitur,* quod erat docens sicut potestatem habens. *Et similiter perpenderunt per operandi modum, quia etsi alij fecerunt miracula, hoc fuit tantum deprecandi. Christus autem etsi in miraculis faciendis aliquando orauerit, vt in suscitatione Lazari, Ioan. 11. e. tamen communiter miracula faciebat imperando, vt patet ex decursu euangelij. Per quod ostendebatur quod illa faciebat virtute propria sicut Deus, propter quod dicitur Lu. 6. c.* quod virtus exibat de illo, & sanabat omnes *Sequitur:*

Verbi vnigenituram viderunt apostoli quadrupliciter.

3 Plenum gratiæ. *Et hoc primò propter gratiam vniõis. Ille enim perfectissimè est plenus gratia, qui perfectissimè Deo coniungitur, natura autem humana in Christo non solùm coniuncta est Deo per cognitionem & amorem, sicut in alijs sed per realem vnionem, & hæc dicitur in Christo gratia vnionis, per quam homo dicitur Deus, & è conuersò per communicationem idiomatum. Dicitur autem talis vnio gratia, inquantum diuina liberalitate & misericordia facta est. Secundò propter gratiam habitualem, quæ plenius fuit in Christo quàm in alijs propter hoc dicitur infrà 3. ca. d.* quod datus est ei spiritus non ad mensurã, *quia non solum habuit plenitudinem sufficientiæ, sed etiam redundantiæ in alios, quia est caput non solum hominum, sed etiam angelorum. Quod autem virgo Maria & aliqui alij sancti leguntur pleni gratia, vt dicitur de Maria Luc. 1. c. & Stephano Act. 6. b. hæc tamen est alia plenitudo. Plenum enim opponitur vacuo, & ideo tot modis dicitur plenum, quot modis dicitur vacuum. Dicitur autem vacuitas gratiæ, Vno modo propter virtutis defectum circa proprium subiectum, & tali vacuo opponitur plenitudo gratię sanctorum, Alio modo dicitur vacuitas gratię, eò quod non redundat ad corpus, & tali vacuo opponitur plenitudo Marię, in quantum gratia eius aliquo modo redundabat ad corpus supernaturaliter concipiendo, plenitudo tamen Mariæ non se extendit, ad alios, ita quod sit gratia datrix, sed solùm inquantum, est gratię impetratrix. Christi autem plenitudo ad alios se extendit, & sic opponitur vacuo, non solùm respectu sui, sed etiam aliorum, quia fuit in Christo plenitudo gratiæ, non solùm respectu sui, sed etiam respectu aliorum.*

Vacuitas gratiæ dicitur dupliciter.

☞ Et

MORALITER.

1 *Et vidimus gloriam eius.* Nam fideles vident eam nunc per speculum & in ænigmate, postea verò videbunt clarè & manifestè.

† Ioannes

✻ ORIGENES. Plenum gratiæ: Huius duplex est intellectus. Potest enim de humanitate ac diuinitate incarnati verbi accipi, ita vt plenitudo gratiæ referatur ad humanitatem, secundùm quam Christus caput est Ecclesiæ, & primogenitus creaturæ vniuersæ, quoniam maximum & principale gratiæ exemplum, qua nullis præcedentibus meritis homo efficitur Deus, in ipso primordialiter manifestum est. Potest etiam plenitudo gratiæ Christi de spiritu sancto intelligi, cuius septiformis operatio humanitatem Christi impleuit. Plenitudo verò veritatis ad diuinitatem refertur. Si verò plenitudinem gratiæ & veritatis de nouo Testamento mauis intelligere, non incongruè pronunciabis plenitudinem gratiæ noui testamenti esse per Christum donatam & legalium symbolorum veritatem in ipso esse impletam.

Hom. 2. in diuers.

a ¶ Secundum deitatem. b ¶ Non solum ego dico, sed etiam Baptista. c ¶ Scilicet, quod verbum caro factum est, quia ipse premissus ei testatur idipsum, scilicet, celsitudinem humanitatis, & æternitatem diuinitatis. d ¶ Scilicet, Christo. e ¶ Apertè non obscurè, vt lex.

& veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat

a ¶ Verbum substantiale. ¶ Ab æterno. b ¶ Vobis quærentibus an essem Christus. c ¶ Id est, mihi præpositus est etiam in humanitate, Et quod dixi iterum dico.

dicens: Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me

a ¶ Cur? b ¶ Æternitate deitatis. c ¶ Quia illi spiritus est datus non ad mensuram, nobis ab eo secundum mensuram.

† factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos

† fuit extitit.

a *Hic erat quem dixi.* Per demonstratiuum pronomen innuitur Christum affuisse in illo loco. Sæpe enim ipse dominus adhuc ignotus antequam baptizaretur & prædicaret, ad Ioannem solitus erat venire.

b *Qui post me venturus est.* Qui post me natus, post me prædicaturus, baptizaturus, moriturus. Non quod iam non esset natus, quando hæc dixit, quia etiam baptizatus: Sed venturus in prædicatione in morte, sed non in resurrectione.

c *Ante me factus est, quia prior me erat.* Ex Græco, coram me factus est, id est, apparuit mihi quidem, scilicet, quia prior me erat.

✻ THEOPHYLACTUS. *Ante me factus est.* Hoc est venerabilior & gloriosior factus est. Quare? quia & prior me erat, secundum deitatem. Ariani autem stultò interpretati sunt hoc dictum. Volentes enim demonstrare quod filius Dei non sit genitus à patre, sed factus sit sicut vna aliarum creaturarum, dicunt, Ecce Ioannes testatur de eo, *Ante me factus est*, hoc est ante me factus & conditus est à Deo sicut vna creaturarum. Redarguuntur autem malè intelligentes dictum, ex eo quod sequitur. Quæ enim sententia apparet si dicatur, hic, Christus scilicet, ante me factus est, hoc est priusquam ego, conditus, eo quod prior me fuerit: Contrariũ magis dicere oportebat: quia hic prior me est, ideo ante me factus est, hoc est conditus est. Et hæc quidẽ Arianorũ sũt dicta.

✻ AVGVSTINVS. Non ergo intelligitur, factus est ante quã ego essem factus, sed ante positus est mihi.

Tract. 3. in Io. tom. 9.

✻ CHRYSOSTOMVS. Si autem quod dicitur, ante me factus est, de productione ad esse intelligeretur, superfluum esset quod additur: *Quia prior me erat.* Quis enim est ita insipiens, vt ignoret quoniam ex quo ante eum factus est, prior eo erat. Aliter autem è contrariò oporteret dicere, scilicet, prior me erat, quia ante me factus est. Ergo quod dicit: *Ante me factus est*, de honore intelligitur.

Hom. 12. in Ioan. to. 3.

d *Et de plenitudine.* Exposito testimonio præcursoris, redit euangelista ad testimonium suæ assertionis. Quasi dicat: *verbum caro factum est: vidimus gloriam eius ple. gratia & verita. & de plenitudine eius nos omnes accepimus:* Gratiam, vt ipsum credamus, & veritatem qua illum intelligemus.

☞ *Accepimus*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et veritatis. *In quantum in ipso fuit veritas diuina, siue increata per vnionem naturę, similiter in anima Christi fuit plenitudo veritatis, inquantum habuit noticiam omnium quę cognoscit Deus notitia visionis. Similiter fuit in Christo plenitudo veritatis, inquantum impleuit omnes figuras & promissiones legis Mosaicę.*

2 Ioannes testimonium perhibet. *Hic ponit secundum modum quo innotuit Ioanni & apostolis aliis verbum incarnatum, & hic modus fuit per auditum, quia audiuit à Ioanne testimonium de Christo quod erat efficax, propter Ioannis mirabilem natiuitatem, & propter excellentem vitæ suæ sanctitatem. Et hoc est quod dicit:* Ioannes testimonium perhibet de ipso. *Et bene dicit, perhibet, ad ostendendum quod eius testimonium fuit continuatum, quia non solum semel, sed pluries testificatus de est Christo. Et ideò dicit, perhibet, ad denotandum continuationem huius testimonij. Secundò ostenditur istud testimonium clarum, cùm subditur:*

3 Et clamat, dicens. *Quia Ioannes non loquebatur de Christo in occulto, sicut faciunt illi qui habent doctrinam suspectam, sed in palam coram populo. Dicitur autem hoc testimonium certum & verum, quia eodem modo testificatus est prius de Christo in absentia, & post in presentia, quod notatur, cùm dicitur:*

4 Hic erat quem dixi. *Scilicet, ante, & idem modo dico. Vlterius ostenditur quod de Christo dixit, cum dicitur:*

5 Qui post me venturus. *Patet quod Ioannes non loquitur de aduentu Christi in mundum, quia iam erat natus et ferè triginta annorum, sed loquitur de aduentu ad prædicandum & mysterium nostræ redemptionis complendum.*

6 Ante me factus est. *Ex hoc loco arguit Arrius quod verbum secundum naturam verbi sit factum, quia non est dubium, quod Ioannes præcessit Christum secundùm carnem. Et ideò cum dicitur:* Ante me factus est: *de natura verbi intelligendum est. Sed litera sequens hoc destruit per hoc quod subditur.*

Error Arrij.

7 Quia prior me erat. *Et per consequens habuit esse ante Ioannem, ideò si de factione naturę loqueretur, aliter ordinasset literam, dicens:* Prior me erat, *quia ante me factus est. Et ideò sic debet intelligi:* Ante me factus erat. *id est, mihi prælatus. Cuius rationem assignat dicens:* Quia prior me erat, *non secundum humanitatem, sed secundam diuinitatem, in qua est ab æterno. Potest etiam aliter exponi referendo hoc ad Christum secundùm humanam naturam.*

Ad cuius intellectum sciendum, quod puer est in fieri secundùm cursum naturę vsque ad natiuitatem. Christus autem ab instanti conceptionis habuit corpus omnibus lineamentis distinctum & animam omnibus virtutibus & scientiis perfectam, quamuis nondum habuerit perfectam corporis quantitatem. Et hoc fuerat prædictum Iere. 31. d. Nouũ faciet dominus super terram, mulier circũdabit virum, *quia Christus ab instanti conceptionis fuit vir perfectus modo dicto. Constant autem, quod Christus fuit ante conceptus quàm Ioannes fuerit natus, vt patet Luc. 1. d. Et ideò hoc modo litera prædicta potest exponi:* Ante me factus est. *vt per factum esse, intelligatur perfectio, quia hoc designat talis locutio, sicut fieri imperfectionem designat, quia Christus etiam secundùm humanam naturam ante perfectus fuit quàm Ioannes, vt patet per prædicta.*

8 Et de plenitudine, &c. *Positis duobus modis quibus verbum incarnatum eis innotuit, hic consequenter vtrumque medium manifestat. Et primo manifestat primum qui est per visum, vt dictum est. Secundò secundum qui est per auditum, ibi:* Et hoc est testimonium. *Ad intellectum primi sciendum quod hæc verba quæ sequuntur, non sunt verba Ioannis Baptistę, licet hoc dicat Origenes, sed sunt verba Ioannis euangelistę declarãtis modum quo cognouerunt verbum incarnatum per visum, secundùm Aug. & Chrysost. Dixerat enim suprà:* Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis, *posset aliquis quærere, qualiter hoc vidistis? ideò declarat qualiter hoc cognouerunt quasi respondens tacitæ quæstioni. Et diuiditur in duas, quia primò declarat qualiter cognouerunt eum plenum gratiæ. Secundò qualiter cognouerunt eum plenum veritatis, ibi:* Deum nemo vidit. *Dicit igitur primò:* Bene dixi quod vidimus eum plenum gratiæ, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus. *Hoc potissimè apparuit in spiritus sancti missione super apostolos in die Pentecostes ex cuius plenitudine linguis omnium loquebantur, vt dicitur Act. 2. a. & ideò experientia quodammodo cognoscebant ipsum Christum, esse plenum gratię. Et hoc est quod dicitur:* Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. *Ista dictio copulatiua & non cõtinuatur litere immediatè præcedenti, quæ cõtinet verba Ioannis Baptistę, sed verba Ioannis euangelistę quando suprà dixerat.* Et vidimus eum quasi vnigenitum à patre plenum gratiæ & veritatis, *quia hic declarat modum per quem hoc cognouerunt, vt dictum est, scilicet, per acceptionem spiritussancti de eius plenitudine, ideò sequitur:*

Diuisio.

☞ Et

MORALITER.

2 *Ioannes testimonium perhibet de ipso.* Hic ponitur ipsius Ioannis modus testificandi, per quem significatur modus prædicandi, qui debet esse cum affectu magno & etiam in publico. Ideò subditur:

3 *Et clamat dicens.* Habentes enim doctrinam suspectam magis docent occultè & sine clamore.

4 *Hic erat quem dixi, qui post me venturus est, ante me factus est,* Quia prædicator quærere debet honorem Christi, & virtutem prædicationis attribuere illi, ideò subditur:

8 *Et de plenitudine eius nos omnes accepimus,* Ex nobis nihil habentes.

† Et

a *Accepimus.* AVGVSTINVS. Non solum gratiam, quæ planè gratis datur, non pro merito vt fidem quæ per dilectionem operatur, ex qua iustus viuit, sed pro ista, gratiam, id est, beatitudinem æternam, quæ & merces iusticiæ dicitur, & etiam gratiam, quia meritum ex gratia.

b *Gratiam pro gratia.* Gratia in conceptione boni per gratiam datur. Gratia simpliciter quæ non est meriti, si postea cum illa operamur, in bonis consuescimus, & tunc datur gratia pro gratia priori.

✠ AVGVSTIN. Accepimus de plenitudine eius primo gratiam, & rursus accepimus gratiam pro gratia. Quam gratiam primò accepimus? fidem. Vocatur enim gratia, quia gratis datur: hanc ergo accepit gratiam primam peccator, vt eius peccata dimitterentur: Et iterum gratiam pro gratia, id est, pro hac gratia, in qua ex fide viuimus, recepturi sumus aliam, id est, vitam æternam, vita enim æterna quasi merces est fidei, quia ipsa fides gratia est, vita æterna gratia est pro gratia.

c *Per Moysen.* Per Moysen seruum prænunciatio, per dominũ Iesum salutis impletio.

d *Deum nemo vidit vnquam.* Id est, nullus purus homo viuens in hoc corpore vidit Deum vt est, vnde dictum est Moysi: *Non videbit me homo & viuet,* id est, nemo viuens in corpore, videbit diuinitatem meam. Vnde ista adiecit Deus Moysi: *Sta in foramine petra, & cum pertransiero videbis posteriora mea.* Petra, id est, Christus, foramen, crucis patibulum, pertransiero, id est, transiero de mundo ad patrem. Posteriora, ortus eius, passio, resurrectio, ascensio, per quæ credita ad eius beatitudinem & visionem peruenimus. Quod legitur Deum apparuisse hominibus siue visibiliter carnalibus oculis, siue inuisibiliter propheticis visionibus per subiectam creaturam, intelligendum est, visiones enim prophetarum quadam spirituali creatura factæ sunt, quibus Deum vidisse perhibentur.

Deum nemo vidit vnquam. ✠ GREGORIVS. Patenter datur intelligi, quod quandiu hic mortaliter viuitur, videri per quasdam imagines potest Deus sed per ipsam naturæ suæ speciem non potest, vt anima gratia spiritus afflata per figuras quasdam Deum videat, sed ad ipsam vim eius essentiæ non pertingat. Hinc est enim quod Iacob qui Deum se vidisse testatur, non nisi angelum vidit: Hinc est quod Moyses, qui cùm Deo facie ad faciem loquitur, dicit: *Ostende mihi temetipsum* manifestè, vt videam te. Ex qua eius petitione colligitur quia eum sitiebat per incircunscriptæ naturæ suæ claritatem cernere, quem iam cœperat per quasdam imagines videre.

Galat. 5. b. Abac. 2. a. Tract. 3. in Ioan. to. 9. Exo. 33 d. Ibidem. Infrà 5. e. Lib. 18. Mora. c. 28

a ¶ Vt ipsum credamus & veritatem, qua illum intelligamus. b ¶ Pro bono bonum. c ¶ Verè ab eo accepimus, quia lex quæ mala non tollit sed ostendit, & reos conuincit, vt humilient se medico.

omnes accepimus. Et gratiam prò gratia, qùia lex per Moysen data est, sed grátia & veritas per Iesum Christum factá est, Deúm némo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinû patris, ipse enárrauit. Et hoc est testimónium Ioannis,

a ¶ Quæ fit salus homini vt erat promissa. b ¶ Qui est dominus liberans. c ¶ Quę. ¶ Nec Moyses. a ¶ Hæc gratia per Christum omnibus est data, id est, videre Deum qui nunquam visus est. b ¶ Nullus homo. ¶ Sed.

a ¶ In secreto & eum nouit. ¶ Fidelibus. ¶ Iterum. b ¶ Id est, per manifestationem suæ incarnationis Deum inuisibilem demonstrauit. c ¶ Per Moysen non gratia, nec per ipsum Ioannem, & hoc est quod testatur se non esse Christum. d ¶ Vt lucerna.

✠ CHRYSOST. Si autem antiqui patres ipsam viderunt naturã, nequaquam differenter considerassent, simplex enim quædam est, & infigurabilis: Non sedet, nõ stat, neque ambulat, hæc enim corporũ sunt. Vnde & per prophetam dicit: *Ego visionẽ multiplicaui eis, & in manibus prophetarum assimilatus sum,* hoc est condescendi eis, non quod eram aperui, quia enim filius Dei per veram carnem appariturus erat nobis, primò exercitauit eos videre Deum, sicut possibile erat eis videre.

✠ GREGORIVS. Si à quibusdam potest in hac corruptibili carne viuentibus, sed tamen inæstimabili virtute crescentibus quodam contemplationis acumine æterna claritas Dei videri, hoc ab hac sententia non abhorret, quoniam quisquis sapientiã, quæ Deus est, videt, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur.

✠ AVGVST. Nisi ab hac vita quisque quodammodo moriatur, siue omninò exiens de corpore, siue ita auersus & alienatus à carnalibus sensibus, vt meritò nesciat, sicut Apostolus ait vtrum in corpore an extra corpus sit, non in illam rapitur & subuehitur visionem.

e *Vnige. fi. &c.* Quę sit summa gratiæ & veritatis, breuiter subdit, scilicet cognitio ipsius trinitatis, vnde: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te vnum verum Deum, & quem mi. Ie. Christum.* Quæ in hac vita non plenè est, quia nemo in carne vidit Deum, vt est. Vnde nec ipse Moyses nedum per eum data sit gratia, sicut etiam ipse post omnia visa in typo Dei dixit: *Ostende mihi teipsum,* sed filius qui est in secreto patris narrauit, *quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.* Ipse narrat suis quid de trinitate Deitatis sentiendum sit quomodo ad eam perueniendum, & ad ipsam introducit.

f *Et hoc.* Et hæc & cętera sequentia testimonia Ioannis, exhibita sunt post baptizatum Christum, cum iam Iesus veniret inuitare discipulos, quos Ioannes suis testimonijs mittit ad eum. Testimonium contra hoc, quod occultus Christus: occultus quia humilis: humilis vt possit sperni & occidi, vt redimeret mundum.

Hõ. 14. in Ioan. to. 3. Lib 18 Moral. cap. 28. Lib. 12. super Genesim. ca. 27. tom. 3. Infrà 17. a. Exod. 33. d Luc. 10. d

NICOLAVS DE LIRA

1 Et gratiam pro gratia. *Prima enim gratia datur sine meritis, quia ante gratiam non potest homo mereri, sed habita prima gratia potest homo mereri de condigno augmentũ gratiæ. Et ideo secunda gratia datur quodammodo pro prima, quia datur pro meritorio opere procedente ex ipsa.*

Aliter potest hoc exponi & magis propriè ad literam de lege noua & veteri, ita quod lex vetus dicitur gratia prima, magna enim gratia fuit dare legẽ specialẽ populo durę ceruicis, & alia beneficia illi populo collata, propter quod dicitur in Psal. 147. b. Non fecit taliter omni nationi, &c. *Quia tamen ista lex erat imperfecta, loco illius data est lex noua quę est perfecta & maior gratia. Et sic exponitur illud:* Et gra. pro gra. *q. d. Num solum accepimus de plenitudine Christi in receptione Spiritussancti, sed cum accepimus gratiam pro gratia, id est, legem nouam loco veteris, propter quod subditur quasi exponendo:*

2 Quia lex per Moysen, &c. *Dicitur autem lex noua respectu veteris veritas, quia illa fuit figura & vmbra illius. Dicitur etiam gratia respectu eius, quia quamuis lex vetus ex liberalitate diuina fuerit illi populo data, propter quod potest dici gratia largè, eo modo loquendi quo quodlibet donum gratis datum dicitur gratia, non tamen conferebat gratiam iustificantem sicut facit lex noua.*

3 Deum ne. vi. vn. *Hic declarat Ioãnes, qualiter cognouerãt Christũ fuisse plenũ veritate, videlicet per doctrinã Christi, qui docuit eos de secretis diuinitatis, quæ comprehendi non possunt nisi ab eo in quo est plenitudo veritatis. Et hoc est quod dicitur:* Deũ ne vi. vn. *Non accipitur hic nemo pro vllo homine, quia sicut in sacra scriptura aliquãdo accipitur homo pro omni creatura, eo quod habet aliquã cõuenientiã cũ omni creatura, propter quod dicitur Mar. vl. d.* Prædicate euãgeliũ omni creaturę, *ita nemo aliquando accipitur pro nulla creatura. Est igitur sensus:* Deum ne. vi. vn. *id est, nulla creatura potest visione comprehensionis videre diuinam essentiam. Et subdit à quo comprehendatur.*

4 Vnigenit. fil. qui est in sinu pa. *Id est, in intrinsecis diuinitatis, ipse comprehendit eam, qui habet eandem noticiam cum patre, & ideò potest de hoc alios plenius instruere. Ideò sequitur:*

5 Ipse enarrauit. *Sicut patet ex decursu euangelij, quod Apostolos de secretis diuinitatis docuit, vt de mysterio Trinitatis, & de multis alijs quæ non fuerunt ita explicitè tradita in lege et prophetis, sicut Christus explicauit.*

6 Et hoc est test. *Postquam euangelista declarauit modum quo habuerunt noticiam de plenitudine Christi per visum, hic consequenter declarat*

MORALITER

1 *Et gratiam pro gratia.* Id est, nobis dedit gratiam, vt per eam gloriam consequamur, quæ est gratia consummata.

2 *Quia lex per Moy. &c.* à peccatis cohibens, sed non gratiã iustificantẽ præbens, nam hoc Christo reseruabatur. Ideò subdit: *Gratia & veri. per Iesum Christum fa. &c.* Comprehensiuè.

4 *Vnigenitus qui est, &c.* Id est, sibi consubstantialis, ipse vidit isto modo. Ideo subditur:

5 *Ipse enarrauit.* Scilicet mysteria in lege & prophetis sub velaminibus pronunciata. Et hoc fuit signum, quod nos deduceret ad claram visionem diuinorum.

6 *Et hoc est testimonium Ioannis.* Quod perhibuit coram legis-

A a *Tu quis es.* Putabant Iudæi Ioannem esse Christum, qui in lege promittebatur. Alij putabant eum esse Eliam, propter nimiam abstinentiam & castitatem, & solitariam vitam, & asperrimam delictorum reprehensionem, & durissimum futuræ vindictæ terrorem. Alij dicebant eum esse vnum de prophetis resuscitatum, propter prophetiæ gratiam.

b *Confessus est.* Confessus est, vt postea dicit, non quod erat Christus. Non negauit quod erat, id est, quod esset præcursor, vt post interrogatus dicit *Ego vox cla.* Ordo verborum, & confessus est & non negauit quando miserunt.

C c *Elias es tu.* Cum omnes scirent nomen Christi, sciebãt etiam quod Elias præcessurus sit eũ. Sed ipse Elias præcessit, in potestate iudicaturũ, Ioannes figuraliter Elias eundẽ iudicandum, vt sint duo præcones sicut duo aduentus eiusdem, vnde:

D d *Non sum Elias*, id est, non præco: potentiam indicans, sed in quam offenditis ostendo humilitatem. quasi dicat seruite humili antequam excelsus iudicet. Ecce nec ego Christus, nec à parte potentiæ iudex.

b ¶ Cum eius excellentia mouerentur, quia ausus est baptizare. ¶ Sapientes in lege.

1 quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leui-

a ¶ Vt confessione ipsius Ioannis scirent quis esset. ¶ Quid?

b ¶ Ecce humilitas Ioannis qua nihil maius est, cum posset credi Christus. ¶ Quod non est Christus.

2–4 tas ad eum, vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus

a ¶ Quod erat præcursor. ¶ Quid? ¶ Remota priori opinione.

5–6 est, & non negauit. Et confessus est, quia non sum ego Chri-

¶ Scilicet es.

7–8 stus. Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu? Et

a ¶ Elias, quia non solum propheta sicut ille, sed etiam præcursor.

¶ Corpore, quia ipse dominus spiritualiter de eo dicit. Elias in spiritu & virtute.

b ¶ Quia non prænuncio, sed ostendo.

¶ Non sum propheta, quia plusquam propheta, Non sum vnus de illis prophetis de quibus me esse putatis.

9–10 dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.

a ¶ Dic quis ne absque responso redeamus ad illos qui nos miserunt.

b ¶ Audiuimus de Christo te prædicare sed de teipso nihil manifestum asseris.

11–12 Dixerunt ergo ei. Quis es? vt responsum demus his

a ¶ Sum. b ¶ Verbi incarnati.

13 qui miserunt nos. Quid dicis de teipso? Ait: ✝ Ego vox

e *Ego vox clamantis in deserto.* Non dicit Ego sum homo, vel Ioannes vel filius Zachariæ. Non considerat humanam substantiam vel generationem, sed vltra hæc omnia exaltatus præcursor verbi, deserit omnia quæ intra mũdũ continentur. Ascẽdit in altum factus vox verbi, nullam in se substantiam fatetur præter abundantiam gratiæ, qua excedit omnem creaturã, vt sit vox verbi. Vox est interpres animi, Animus autem, id est, intellectus omnium

E F

✝ Esa. 40. a. Matth. 3. a. Mar. 1. a. Luc. 3. a.

NICOLAVS DE LIRA.

declarat alium modum quo idem cognouerunt per auditum, videlicet per Ioannis testimonium. Et diuiditur in duas partes quia primò manifestat testimonium Ioannis factum in Christi absentia. Secundo testimonium Ioannis de Christo in eius præsentia, ibi: Altera die. Primò testimonium dedit Ioannes interrogatus. Et diuiditur in duas, quia primo fuit interrogatus de persona. Secundo de officio, ibi: Et qui missi fuerãt. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur testimonium Ioannis per modum negationis. Secundo per modum affirmationis, ibi: Dixerunt ergo ei. Prima adhuc in tres secundum tres quæstiones factas ipsi Ioanni, & tres responsiones correspondentes. Secunda ibi: Et interrogauerunt. Tertia, ibi: Propheta. Circa primũ aduertendum, quod tempore prædicationis Ioannis erat famosa opinio, & maximè in Ierusalem vbi vigebat studium legis & prophetarum, quod tempus aduentus Messiæ esset de proximo. Primo, quia videbant ab eis ablatum esse regnum, vt declaraui super Matthæum et Danielem, et hoc fuerat eis datum pro signo aduẽtus Messiæ Gen 49. b. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. Secundò, quia videbant completas hebdomadas dictas à Daniele de aduentu sanctisanctorum quæ complete fuerunt in natiuitate Christi, vt declaraui super Danie. 9. vel secundùm alios (qui dicũt eas fuisse completas. 19. anno Tyberij Cæsaris, in passione Christi) viderunt eas cito complendas, propter quod Messiam de proximo expectabant: Ex altera parte Ioannis baptistæ mirabilem natiuitatem, & eius excellentem sanctitatem, & ideo fuerunt moti ad opinandum ipsum esse Christum, propter quod miserunt solennes nuncios ad Ioannem, volentes super hoc scire veritatem. Verumtamen Christus dicit quod maliciosè venerunt. Sed Orige. dicit simplici animo venerunt ad quærendum veritatem. Et hoc videtur verius, quia in modo quærẽdi exhibuerunt Ioanni maximam reuerentiam. Et hoc ex quatuor, vt patet in litera. Primo ex personis mittentibus ad ipsum nuncios, & hoc notatur cum dicitur.

Diuisio.

Ioanni defertur ex quatuor.

1 Quando miserunt Iudæi. *Id est, illi de tribu Iuda, qui erant nobiliores in populo. Secundo, ex loco missionis, cum dicitur:*

2 Ab Ierosolyma. *Quæ erat ciuitas sacerdotalis & regia, & quia studium legis & prophetarum & cultus diuinus vigebant, ibi:* Similiter ipsa erat caput regni. *Tertio ex parte nunciorum cum subditur.*

3 Sacerdotes & Leuitas ad eum. *Quæ erant solennes personæ, & maximè quia illi sacerdotes & leuitæ qui fuerunt missi, erant de secta Pharisæorum, vt dicitur infra eo. c. et isti erant magis religiosi & famosi in toto populo illo. Quarto, ex modo interrogandi cum subditur:*

4 Vt interrogarent eum. Tu quis es? *Quasi volentes in hoc acquiescere dictis eius. Et subditur Ioannis responsio:*

5 Et con. *Scilicet veritatem.*

6 Et non negauit. *Vsurpando sic diuinum officium. Hoc enim esset negare ipsum Christum qui est ipsa veritas. vnde sequitur:*

Ioh. 14. a.

7 Et confessus est quia non sum ego Chri. *Et in hoc respondit intentioni eorum. Ad hoc enim quærebant:* Tu quis es. *vt responderet eis si esset Christus, vel non.*

8 Et interrogauerũt eum, quid ergo? *Hic consequenter ponitur secunda quæstio. Sicut enim aduentus Christi fuerat promissus Iudæis, ita & aduentus Eliæ, vt habetur Malach. vlti. b.* Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, &c. *Et ideo audientes quod non esset Christus, interrogauerunt consequenter si ipse esset Elias. Et subditur Ioannis responsio cum dicitur:*

9 Et dixit: Non sum. *Sed videtur esse contra illud quod dicit Saluator de Ioanne Matth. 11. b.* Ipse est Elias. *Dicendum quod ipsi quærebant de persona Eliæ, & ideo ad eorum quæstionem respondit quod non erat Elias in persona, licet esset Elias in spiritu propter similitudinem vitæ in austeritate, & doctrinæ veritate & in officio, quia erat præcursor primi aduentus Redemptoris, sicut Elias erit præcursor secundi. Et hoc modo Saluator vocat Ioannem Eliam, et sic non est contradictio.*

10 Propheta. *Hic ponitur tertia quæstio. Erat enim famosa opinio tunc temporis apud aliquos Iudæos, quod ante Christum veniret vnus magnus propheta pro eo quod scriptum est Deu. 18. d.* Prophetã suscitabit dominus Deus de fratribus vestris, &c. *Quæ quidem autoritas secundùm veritatem intelligenda est de Christo ad literam, licet Iudæi intelligerent eam de alio propheta. Et ideo interrogauerunt eum si esset ille propheta de quo dicta est scriptura prædicta, vnde in Græco hic non ponitur propheta absolutè, sed cũ articulari dictione, quæ denotat prophetã dictũ antonomasticè, subditur Ioannis responsio.*

11 Et respondit. Non. *Non enim negauit se esse prophetam absolutè, nec prophetam missum ante Christum, quia negasset veritatem, sed negauit se esse illum prophetam de quo loquitur illa scriptura præallegata quæ ad literam est de Christo intelligenda, vt dictum est. Aliter exponit hoc Grego. dicens, quod negauit se esse prophetam tantam, quia erat plus quam propheta. Sed prima expositio videtur melior et literæ propinquior, quia minus includitur in maiori. Si enim fuit plus quam propheta, sequitur quod fuit propheta.*

12 Dixerunt, *Hic ponitur testimonium Ioannis per modum affirmationis, quia audientes nuncij Iudæorum, quod de omnibus respondèret negatiuè, voluerunt aliquid affirmatiuè dictum ab eo reportare, & hoc est quod dicitur.* Dixerunt ergo ei, quis es tu. Quid di. de teipso? *Affirmatiuè subditur Ioannis responsio, in qua dat testimonium Christo asserens se esse eius præcursorem di.*

13 Ego vox claman, &c. *Id est, ego sum ille de quo scriptura dicit. Esa.*

MORALITER.

✝ peritus in quo testimonio negauit se esse Christum & hoc veraciter quantum ad interrogantium intentionem. Et de duobus primis patet, quia Ioannes non erat Christus, nec Elias in persona. Similiter de tertio, nam intendebant quærere si Ioannes erat de numero prophetarum antiquorum, aliter enim respondere fuisset falsum, sed asseruit se esse vocem, id est, verbi diuini nunciatorem quod erat verum & humile responsum. Et in hoc docuit doctores catholicos veraciter & humiliter respondere.

✝ Quid

omnium est filius Dei. Ioannes ergo vox est & interpres huius animi, quia primò mundo eum demonstrauit: *Ecce agnus Dei.*

a *Esaias.* Hoc de Ioanne prophetauit: *Ego vox clamantis in deserto*, in qua verbum sonat, id est, prophetia, & ostensio & lucerna verbi præsentis.

b *Ex Pharisæis.* Id est, ex principibus Iudæorum, qui doctrinam non quærũt, sed inuident. Qui tamen ad Ioannẽ ideò veniunt, quia audiũt eum prędicasse communem omnium resurrectionem, quam & ipsi credebant, vnde & ipsi in multis Christo cõsentiunt. Paulum quoque Apostolum in multis audierunt.

c *Quid ergo baptiz.* Audiebant Pharisæi in Prophetis Christum venturum & baptizaturum, scientes Iordanem figuram baptismi gessisse, eúmque Eliam & Elisæum siccis pedibus transisse, figuramquė baptismi in Elia & Elisæo non dubitabant præcessisse, vnde & nunc eos surrexisse putabant & baptizasse, vnde nec interrogant, es tu vnus prophetarum, sed solummodo es tu propheta, ille videlicet qui præfigurauit baptismum?

4. Reg. 2. b

d *Ego baptizo in aqua.* Non imputetur audaciæ quod ago, quia corpora abluo aqua, non aufero peccata, vt sicut nascendo & prædicando præcursor sum, sic & baptizando, sed iste medius inter vos est qui peccata tollit.

Hom. 7. in Euangel.

GREGORIVS. Ioannes enim non spiritu, sed aqua baptizat, quia peccata soluere non valebat. Baptizatorum corpora per aquam lauat, sed tamen animas per veniam non lauat. Cur ergo baptizat, qui peccata per baptismum non relaxat? nisi vt præcursionis suæ ordinem seruans, scilicet qui nasciturum nascendo præuenerat, baptizaturum quoque Dominum baptizando præueniret, & qui prædicando factus est præcursor Christi, baptizando etiam præcursor eius fieret imitatione sacramenti.

e CHRYS. *Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis.* Decens namquė erat vt in populo tanquam vnus ex multitudine versaretur, qui vbique humilitatem & mansuetudinem doceret.

a ¶ In me. b ¶ Desertæ Iudææ solatium annuncians. ¶ Quid. ¶ Parate in vobis. c ¶ Per fidem per opera, per quæ dominus ingreditur.

a clamantis in deserto, Dirigite viam domini sicut dixit Isaias

¶ Ex inuidia quærebant.

b propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interro- 1

a ¶ q. d. Audaciæ est. ¶ Hic plane inuidia patet.

c gauerunt eum, & dixerunt: Quid ergo baptizas, si tu non es †

a ¶ Qui habet authoritatem baptismi. ¶ Elisæus. b ¶ Etiam inuidis ex bonitate veritatem dicit.

Christus, neq; Elias, neq; propheta? Respõdit eis Ioannes dicẽs: 2

¶ Id est, lauo. a ¶ Id est, præsens vobis apparet. b ¶ Corpore. c ¶ Quia humilis, & ideo ego lucerna praeaccendor.

d e Ego baptizo in aqua, medius autẽ vestrum stetit, quẽ vos nesci- † 3

a ¶ Ante tempora diffinitum est quod post me veniret. b ¶ Sicut nascendo ita prædicando. c ¶ Mihi præpositus est dignitate.

f tis. Ipse est, qui põst me venturus est, qui ante me factus est, cuius 4 5 6

THEOPHYLACTVS. *Medius autem vestrum stat, quem vos nescitis.* Nam dominus multitudini se miscuerat, & ignorabatur quis esset, & vnde. Fortassis autem quispiam dixerit quod & alio modo medius steterit inter Pharisæos dominus, sed ignorarint eum. Quia enim videbantur scipturas edidicisse, quibus annunciatus fuit dominus, medius fuit inter vos, hoc est in cordibus eorum: sed ignorabant eum, tanquam non intelligentes scripturas, quamuis cordibus illas tenerent. Fortassis autem & secundum quod mediator Dei & hominum fuit dominus, medius stetit inter Pharisæos, conciliare volens illos Deo, sed ignorabant eum.

f *Cuius ego non sum dignus, &cæt.* Non ait non soluam. Soluit enim, quoniam ipsum manifestauit & de diuinitate & humanitate ipsius multa aperuit, sed non sum dignus, quia indignum ad hoc agendum se reputat, in quo simpliciter indicatur humilitas.

Hom. 7. in Euangelia.

GREGORIVS. Mos apud veteres fuit, vt si quis eam quæ sibi competeret, accipere vxorem nolet, ille ei calciamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sanctæ Ecclesiæ sponsus apparuit? Rectè ergo Ioannes se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calceamenti, denunciat, ac si apertè dicat: Redemptoris vestigia non denudare valeo, quia sponsi nomen mihi immeritus non vsurpo: Quod tamen intelligi potest & aliter. Quis enim nesciat quòd calceamenta ex mortuis animalibus fiant? Incarnatus verò Dominus veniens, quasi calceatus apparuit, qui in diuinitate sua morticina nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterij. Ioannes ergo soluere corrigiam calceamenti eius non valet, quia incarnationis mysterium, nec ipse inuestigare sufficit, ac si patenter dicat: Quid mirum si mihi ille prelatus est, quem post me quidem natum considero, sed natiuitatis eius mysterium non comprehendo.

NICOLAVS DE LIRA.

Esa. 40. a. vt allegatum est, quod debet clamare in deserto Iudęa vt homines se prępararent ad aduentum Christi in mundum. Et bene designatur Ioannes in proprietate vocis, quia erat annunciator verbi diuini, id est, Christi, qui est verbum patris secundùm diuinitatem vt suprà dictum est. Vox enim humana est verbi mentalis expressiua.

1 Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interrogauerunt eum, & dixerunt. *Hic declaratur testimonium Ioannis factum ad interrogationem eius de officio. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur nunciorum interrogatio, secundò Ioannis responsio, ibi:* Respondit eis: *tertiò, quadam respectu pręcedentium conclusio, ibi:* Hæc in Bethania. *Circa primum considerandum, quod sicut dictum est: Pharisæi inter alios Iudæos videbantur magis religiosi, propter quod dicebantur Pharisęi à Phares, quod est diuisio, quia in habitu, in gestu, & victu erant ab alijs quodammodo distincti in signum maioris religionis, propter quod ostendebant se magis zelare pro ritu legis, propter quod audientes à Ioanne, quod non erat aliquis trium prædictorum quos expectabant tanquam personas solemnes, quæsierunt ab eo quare baptizabat inducendo nouum ritum, & hoc est quod dicitur:* Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et interroga, &c. *Et patet litera ex dictis.*

Diuisio.

2 Respondit eis Ioannes. *Hic ponitur responsio Ioannis, in qua perhibet testimonium de Christo dicens, quod sicut pręcurrebat prædicationem Christi sua prædicatione & denunciatione, ita baptismũ Christi pręcurrebat suo baptismate, sicut & prophetę antiquitus aliquando denunciabant futura non solùm verbis, sed etiam factis, vt suprà dictum est, & hoc est quod dicitur hic,* Respondit eis Ioannes dicens: Ego baptizo in aqua *lauando tantum corpus, ad designandum illum qui suo baptismate lauabit animas, vnde subditur:*

3 Medius autem vestrum stetit. *Id est, communiter viuens inter homines. Christus enim vitam communem inter omnes duxit vt patet ex decursu euangelij.*

4 Quem vos nescitis. *Scilicet quantum ad diuinitatem imo ipsum simpliciter negauerunt coram Pilato.*

5 Ipse est qui post me, &c. *Hoc exponatur sicut suprà expositum est.*

6 Cuius non sum dignus, &cæt. *Cum Christus calciamenta non portauit quod patet ex hoc quod dicitur Luca 10. a. portare calciamenta*

Christus calciamẽtis vsus nõ est.

MORALITER.

† *Quid ergo baptizas, si tu non, &c.* q. d. Tu tibi vsurpas officium alienum.

2 *Respondit.* Non reddendo iniuriam pro iniuria, sed humiliter & verè di.

† *Ego baptizo in aqua.* Corpora tantum lauando, ad significandum illius baptismum, qui lauat animas in spiritusancto.

MYSTICE. Ligaturam mysterij incarnati verbi non sum dignus penetrare, vel nomen sponsi mihi vsurpare.

a *Hæc in Betha.* Duæ sunt Bethaniæ. Vna trans Iordanem, altera circa non longè à Ierusalem, vbi Lazarus suscitatus est. Illa quæ trans Iordanem est, significat humanam naturam sub lege naturali ante fluenta gratiæ, quæ gratia post incarnationem Christi abundās fuit quæ natura ad hoc creata erat, vt legi naturæ obediret in qua Ioannes baptizat, quia à peccato non liberat. Baptizat vltrà fluenta diuinorum donorum, quæ nondum in Christo inchoauerant in humanam naturam descendere. Illa quæ est citra Iordanem significat eandem humanam naturam obedientem sub lege gratiæ, quæ est proxima Ierusalem, id est, visioni pacis per charitatem, in qua Christus mortuum suscitat quia à peccato liberat.

¶ Id est, in domo obedientiæ baptizat, vt significet obedientiam conuenire baptizatis.

ego non sum dignus, vt soluā eius corrigiam calciamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. † Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait: Ecce agnus Dei: ecce qui tollit † peccata mūdi. Hic est de quo dixi: Pōst me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat, & ego nesciebā eum, sed vt mānifestetur in Israel

¶ Altera cognitione. ¶ Intuitu mentis & corporis. ¶ Innocens immolandus, præfiguratur in agno paschali. ¶ Quid confert. ¶ Non de loco ad locum, sed vt omnino non fit. ¶ Quia non cum traduce carnis natus. ¶ Hic determinat quis ille medius de quo supra dixit, sit. ¶ Istud. ¶ Post præconem iudex. ¶ Natiuitate & cæteris. ¶ Dignitate. ¶ Deitate. ¶ Vsu baptizandi, & ostensione humilitatis Christi.

† Postera.

b *Altera die vidit Ioannes Iesum.* TYPICE. Ioannes, id est, populus gratiæ, altera die, id est, post legem cognoscit agnum quo redimitur.

c *Venientem ad se, & ait.* Non solum gressibus corporis, sed etiam interioris suæ contemplationis accessibus, quia dignatus est à Ioanne cognosci secundum diuinitatem & humanitatem.

d *Ecce agnus Dei, &c.* Tria ministrat agnus possidentibus se, lac simplicis doctrinæ, quo paruuli nutriuntur, lanam, id est, incrementa virtutum, Esum carnis suæ.

Agnus possessori tria ministrat.

e *Peccata mundi.* Peccatum mundi dicitur originale peccatum quod est commune totius mundi quo tota humana natura simul & semel condita leges diuinas per inobedientiam transgressa est in paradiso, quod originale, singulaque superaddita gratia relaxat.

f *Post me venit vir.* Christus est vir in quo nobis congruit & pro nobis soluit, & filius Dei in quo patri cōgruit & peccata dimittendo reconciliat nos ei.

† peccata

g *Vt manif.* Hic est agnus qui tollit peccata, quod non ego quem etiam melius modo noui, sed propterea baptizo vt manifestetur Israeli. Ne enim propter insolentiam minus baptizarentur à Christo in spiritu, vsu baptizandi ei viā parauit, vnde postquam ad ipsum qui via est, ventum est, baptismus eius cessat. In baptismo etiam Ioannis manifestatur humilitas Christi, quæ est impletio totius iusticiæ sicut enim opus est Christum nasci & mori, sic & baptizari. Si enim ipse qui non eget à seruo baptizatur, non dedignentur quantumcumque sapientes & sancti à domino baptizari, sine quo permanent in peccatis.

Ioan. 14. a

NICOLAVS DE LIRA.

menta apostolis inhibuit, ipse fecit quod docuit, vt habetur Act. 1. a. ideò patet hic quod hæc erat Metaphorica locutio. Cuius non sum di. &c. *Quia Ioannes in hoc dicit se non esse dignum exhibere Christo etiam minimum obsequium, hoc exprimens secundùm communem modum loquendi. Cum enim aliquis paruitatem suam & alterius excellentiam vult exprimere, solet communiter dicere, non sum dignus tangere sotulares eius, vel aliud huiusmodi. Nec mirū, si hoc Ioannes dixit, quia homo quantumcumque magnus Deo comparatus, nihil est nisi puluis & cinis per hoc etiam ostendit Ioannes ipsis Pharisæis, quod officium alienum non vsurpabat, sed tantum suum proprium officium, scilicet præcursoris exercebat.*

1 Hæc in Bethania facta sunt. *Hic ponitur quædam conclusio ad maiorem expressionem prædictorum, videlicet determinatio loci. forte enim adhuc viuebant aliqui qui interfuerant testimonio Ioannis, & ideò ex conditione loci voluit eos euangelista reducere ad memoriam facti, dicens:* Hæc in Bethania facta sunt. *Aduertendum tamen, quod hæc Bethania non est illa quæ est prope Ierusalem sita, vbi Lazarus fuit suscitatus, sed est alia villa eodem nomine vocata, sita supra Iordanem, ex altera tamen parte fluminis scilicet in sorte duarum tribuum & dimidiæ & ideò ad hoc designandum subditur:*

2 Trans Iordanem vbi erat Ioannes baptizans. *Origenes tamen dicit, quod ibi dicitur Bethabora, quæ erat villa vltra Iordanem sed vitio scriptorum, fuerit corruptum.*

3 Altera die. *Hic consequenter explicat testimonium Ioannis de Christo in eius præsentia, & hoc dupliciter primò generaliter coram turb. secundò, specialiter coram aliquibus discipulis Ioannis, ibi:* Altera die stabat. *Prima in tres quia primò ponitur Ioannis testificatio, secundò excluditur testificantis suspicio, ibi:* Hic est de quo dixi. *Tertio subiungitur testimonij confirmatio, ibi:* Et testimonium perhibuit. *In prima parte dicitur sic:* Altera die. *Ex hoc patet quod Ioannes pluries testimonium ferebat ipsi Christo etiam qualibet die, quia ad hoc totum officium eius & prædicatio ordinabatur.*

Diuisio.

4 Vidit Ioannes Iesum. *Præsentialiter quia testimonium quod est per visum est efficacissimum.*

5 Venientem ad se. *Hoc non est intelligendum de aduentu Christi ad baptismū, sed post, quod patet ex hoc quod sequitur infrà quod Ioannes ante iam viderat spiritum descendentē super eum quod factum fuit in baptismo, & ideò patet quòd Christus post baptismum venit ad Ioannem, vt testimonium Ioannis pluries latum & præsentialiter esset efficacius. Subditur autem testimonium Ioannis de Christo dupliciter. Primò quantum ad eius veram humanitatem, in qua pro nobis immolatus est, cum dicitur:*

6 Ecce agnus Dei. *Id est, à Deo missus, immolandus, vt hostia acceptissima. Circa quod considerandum, quod licet alia animalia immolarentur in lege, vt bos, vitulus, capra & huiusmodi, tamen Christus magis vocatur agnus quam cætera immolaticia, duplici de causa. Prima est, quia inter omnes figuras veteris testamēti agnus paschalis expressius figurabat passionem Christi, quia ille agnus erat sine macula: & per eius immolationem filij Israel liberati sunt à seruitute Ægyptica, sicut per passionem Christi, qui peccatum non fecit, sumus liberati à seruitute diaboli. Secunda causa est, quia iuge sacrificium quod figurabat perpetuitatem beatitudinis, fiebat de agno, sicut & Christus est nostra beatitudo. Secundò fert testimonium Ioannes de Christo quantum ad eius diuinitatem, cum subditur:*

Christus vocatur agnus propter duo.

1. Pet. 2. d

7 Qui tollit peccata mundi. *Quia tollere peccatum est proprium ipsius Dei. Dicitur autem hic peccatum ponendo singulare pro plurali, secundùm modum Idiomatis Hebræi, vt patet Exod. 8. f.* Venit musca grauissima, *id est, multitudo muscarum. Vel aliter dicitur peccatum in singulari, licet ille agnus tulerit omnia peccata, tamen speciali modo pro peccato originali occisus est.*

8 Hic est de quo dixi. *Hic consequenter tollitur suspicio testis, Iesus enim erat cognatus Ioannis ex parte matris, & ideo si hoc testimonium dixisset tantum postquam Iesus fuit ei notus, possent aliqui habere testimonium eius suspectum, & ideo testimonium Ioannis de Christo fuit aliquo modo antequam noticiam determinatam haberet de ipso, quia primò in generali fuit reuelatus aduentus Christi propinquus de futuro ipsi Ioanni, & fuit sibi præceptum à domino, vt baptizaret in nomine venturi & prædicaret eius aduentum & præpararet populum, & tunc incepit ferre testimonium de Christo in generali, dicens quod cito esset venturus, tamen nesciebat quis esset determinatè, sed tunc datum fuit sibi signum cognoscendi ipsum, scilicet per apparitionem spiritussancti super eum, & hoc est quod dicitur:* Hic est de quo dixi. *Quasi dicat non modo incipio ferre testimonium de ipso, sed antequam cognoscerem ipsum.*

9 Post me, &c. *Exponatur sicut supra.*

10 Et ego nescie. eum. *Quantum ad personam determinatam.*

11 Sed vt ma. in Israel. *Id est, ipsi Israeli.*

MORALITER.

1 *Hæc in Bethania facta sunt.* Quæ interpretatur domus obedientiæ ideò per hoc significatur, quod Ioannes ex obedientia Dei venerat Christum nunciare immolandum pro redemptione mundi.

10 *Et ego nesciebam eum.* Ante reuelationem mihi factam anno quintodecimo Tyberij Cæsaris, vt habetur Lucæ 3. a. quæ quidem reuelatio facta fuit Ioanni in deserto, vt habetur ibidem, & per hoc significatur, quod reuelationes diuinæ fiunt habitantibus in deserto pœnitentiæ. Psal. 82. a. *in terra deserta & inuia & inaquosa sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.*

a *Baptizans*. Christus à Ioanne baptizatur, vt indicetur omnis humilitas quæ est omnis iustitia. Sed non solus, ne baptisma Ioannis sanctius & maius, in quo Deus homo baptizatus est, videretur baptismo Christi, in quo homines baptizantur. Baptizantur autem alij à Ioanne, vt vsus baptizandi præparet viam baptismo Christi.

b *Et testimonium*. Sicut dixit se venisse vt manifestaret Christum: ita perhibuit testimonium scilicet *vidit spi*. In quo didicit, quod prius nesciuit. venerat etiam prædicare pœnitentiam, id est, facere præparationem prædicationis Christi, sed tantum de præparatione baptismi ponit singulariter, quia baptismus Christi est summum sacramentum inter alia.

¶ Non in spiritu peccata tollens.

a propterea veni ego in aqua baptizans. b Et testimonium perhibuit c Ioannes, dicens: ✝ Quia vidi spiritum descendentem d quasi columbam de cœlo, & mansit super eum: & ego ✝ nesciebam eum, sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem e & manentem super eum, hic est qui f baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia g hic est filius Dei. h ✝ Altera die iterum stabat Ioannes & ex

(Interlinear: a ¶ Corporali specie columbæ. b ¶ Vt Ioannes per eum excellentius de Christo intelligeret. c ¶ Comparatione huius cognitionis nam ex visu & auditu (licet corporali) multum proficiebat in cognitione maiestatis & potestatis, reuelatis oculis. — a ¶ Non alius. ¶ Quid b ¶ Ecce quid didicit. c ¶ In quo est remissio. Quod non est Ioannes. — a ¶ Illum spiritum. — a ¶ Vnicus vnde potest baptizare. b ¶ Immobilis in culmine perfectionis.)

(Margin: ¶ Mat. 3. d. Marci. 1. b Luc. 3. d. — ✝ non nouerat. — ✝ Postea.)

pax sine laniatione in omnibus baptizatis seruaretur, quasi in vna columba quæ gemit in erumnis mundi, & ramum qui extra est, si fructum habet fert, ad arcã, ideò spiritus in quo baptizatur & columba ostenditur. Vt autem habita vnitate & pace in se ferueant contra mala, post in igne datus est apostolis, & in linguis diuersis secundùm diuersitatem gentium quæ modo vniuntur, olim de vna diuisæ in tumidis ædificatoribus.

(Margin: Gen. 8. b. — Act. 2. a. Gen. 11. a.)

Nota quod in sacramento baptismatis sicut & in aliis, solus Christus operatur: Alij verò sunt ministri. Vnde Apostolus: *In labore & mente sunt differentes in operatione indifferentes*.

HIERO. Ostendit Ioannẽ non scire per baptismum Christi, id est, mundum esse redemptum. nam sciebat eum filium Dei esse, & natum in carne. Aug. dicit, Ioannem ignorasse hoc tantum vtrum sibi retineat vim baptizandi, an alicui suorũ tribuat.

(Margin: Rom. 12.)

c *Spiri. descen*. Non quod modo primum descenderit, sed vt per hoc descendere ostendatur, & manere in baptizatis aqua & non aliter, & vt Ioannes per eum de Christo excellentius intelligeret.

d *Et ego nescie*. AVG. Visa columba dicit se per eam didicisse, quod prius nesciebat. Sciebat quidem, quod erat dominus, quod agnus tollens peccata, quod ab eo deberet baptizari, sicut & confessus erat, sed nesciebat quod sibi esset retenturus & nulli traditurus potestatem baptismi, & ministerium, per quod constat vnitas ecclesiæ, ne sint tot baptismi quot Baptistæ. Potuit autem dominus potestatem baptismi alicui seruo vice sua tradere, vt tanta esset vis in serui baptismo quanta in domini, sed voluit vt spes baptizatorum tantum sit in domino, non in homine, & vniantur in eo, vt sit vna columba & non diuidatur per homines. Vnde nihil differt baptisma domini, siue per bonum siue per malum tradatur ministrum, nec iteratur, quia semper est baptismus domini. Baptismus Ioannis iteratur, quia non domini est, sed hominis, & si ex Deo. Baptismus Iudæ, non Iudæ, sed domini est, nec iteratur. Vt autem vnitas & fraternitatis pax sine

e *Et manen*. AVG. Spiritualiter dicitur spiritum manere in Christo, à quo nunquam per peccatum recessit, in quo semper mirabiliter vixit & mirabiliter operatus est, In sanctos venit, & per peccata recedit. Manet tamen semper in eis ad aliquid, vt Christus eis promisit, scilicet vt bonis semper insistant. Ad aliquid non manet, scilicet vt ex eo prophetent, vel miracula faciant, & ideo hoc quod dicit est primum signum agnoscendi Christum.

f *Qui baptizat*. Baptizat Christus in spiritu, non solùm remittendo peccata in aqua, sed & post purgando, & amorem accendendo, & donis implendo.

g *Hic est fi. Dei*. Hic testatur filium Dei quem superius virum vocabat: vt ab eo habeatur testimonium vtriusque naturæ.

h *Altera die iterum stabat Ioannes*. Typicè stat Ioannes, cessat lex, tamen testimonium perhibens Christo. Ambulat Iesus, id est, gratia hinc inde colligens.

Ecce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea veni ego in aqua baptism. *Quia totum officium Ioannis baptizando & prædicando erat ordinatum ad manifestationem Christi. Sed contra illud quod dicitur hic:* Et ego nescie. eum. *Videtur esse illud quod habetur Mat. 3. d. quod Ioannes perhibebat Iesu venientem ad baptismum, dicens:* Ego à te debeo baptizari, *ergo vt videtur ante baptismum ipsum cognouit. Dicendum, quod in baptismo cognouit eum dupliciter. Primo per reuelationem diuinam quando venit ad baptismum Ioannis, & tunc dixit ei Ioannes illud Mat. 3. d.* Ego à te debeo baptisari. *Secundo cognouit eum, quando spiritussanctus descendit super eum in signo visibili à Deo prius sibi dato, vt dictum est. Et ideo cum dicitur hic:* Et ego nesciebam eum. *Refertur ad tempus præcedens baptismum quo Ioannes non cognoscebat Iesum quantum ad personam determinatam.*

(Margin: Qualiter Ioãnes cognouerit Christum.)

2 Et testimonium perhi. Ioannes di. *Hic ponitur testimonij Ioannis confirmatio per signum sibi diuinitus datum de Christo à principio, quod postea vidit in ipso & hoc est quod dicitur:* Et testimonium perhi. Ioan. di.

3 Quia vidi spi. &c. man. su. *Hoc fuit quando Ioannes baptizauit Iesum, vt habetur Math 3.*

4 Et ego nescie. eum. *Illud refertur ad tempus præcedens baptismum, vt dictum est. Aug. autem refert* nesciebam, *ad potestatem excellentiæ in baptismo quam sibi Christus retinuit. Quæ consistit in quatuor. Primum est quod ipse solus baptismum institueret. Secundum est, quod effectum baptismi sine baptismo conferre posset. Tertium est, quod meritum passionis eius in baptismo efficaciam haberet. Quarto, quod ab aliquo tempore baptismus conferretur in nomine ipsius, sicut habetur Act. 19. a. quasi dicat. Ego nesciebam, quod hanc excellentiam prædictam in baptizando sibi retineret, vnde subditur postea:* Hic est qui bapti. *solus quantum ad istam excellentiam. Prima tamen expositio magis videtur consonare literæ: ita quod illud,* nesciebam eum *referatur ad tempus præcedens baptismum Christi, quando Ioannes non cognoscebat Christum adhuc in persona determinata, vt prædictum est, sed tantum in generali, & cum hoc fuit sibi datum signum cognoscendi eum determinate in futuro per apparitionem spiritussancti in signo visibili, Ideo subditur:*

(Margin: Excellẽtia baptismi in quibus consistit.)

5 Sed qui misit me. *Id est, Deus per expressam missionem & apparitionem, vt suprà dictum est.*

6 Baptizare in aqua. *Quia baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed baptismum Christi significabat, & ad ipsum disponebat.*

7 Ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descend. & manen super eum. *In signo visibili columbæ.*

8 Hic est qui baptizat in spiritu sancto. *Quod est proprium ipsius Dei, scilicet saluare animas per gratiam spiritussancti.*

9 Et ego vidi. *Spiritum sanctum prædicto modo descendentem super Iesum*

10 Et testimonium perhibui quia hic est filius Dei: *Scilicet naturalis, & per consequens habens eandem virtutem cum patre.*

11 Altera die. *Hic explicat testimonium Ioannis de Christo factum coram discipulis Ioannis specialiter. Et diuiditur in duas partes quia primum ponit huius testimonium. Secundo testimonij fructum, ibi:* Et audierunt. *In prima parte dicitur sic:* Altera die iterum stabat Ioannes & ex discipulis eius duo. *Dicit altera die, ad denotandum quod Ioannes pluries & frequenter ferebat testimonium de Christo, vt suprà dictum est. Per hoc quod subditur.*

(Margin: Diuisio.)

12 Stabat Ioannes. *Ostenditur, quod ipse paratus erat ad exercendum suum officium, testificando de Christo, baptizando, & docendo. Vnde subditur.*

Et respi-

MORALITER.

✝ 11 *Altera die iterum stabat Ioannes, &c.* Sicut dictum est, per Ioannem prædicator euangelij designatur, & ideo per hoc quod dicitur hic, *stabat*, significatur quod prædicator euangelij debet esse constans in prædicatione verbi diuini.

a ¶ Firmiter eius adhęrentes magisterio. b ¶ Ex dilectione. c ¶ In carne ad nos venientem.

discipulis eius duo, & respiciens Iesum ambulantem

a ¶ Discipulis ostendendo. b ¶ Q. d. Quid me sequimini? illum sequimini qui est agnus Dei, pretium mundi. c ¶ Intellexerunt.

a dixit: Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli lo- 1

¶ Imperio magistri. a ¶ Seqnentes euangelium legem amiserunt, vtentes eius testimonio. 2

b quenté, & sequuti sunt Iesum. Conuersus auté Iesus, & videns 3 4

c a ¶ Dat fiduciam interrogandi. ¶ Magistrum. b ¶ Quęcunque vellent. 5

d eos sequentes se, dicit eis: Quid quæritis? Qui dixerunt ei: 6

a ¶ Hoc nomine fidem suam inducunt, iam sequuntur vt magistrum b ¶ Latinè.
c ¶ Nolunt eo transitorie vti, sed scire locum quo frequenter veniat, & secreto instrui.

e Rabbi, quod dicit interpretatum magister, vbi habitas? Dicit 7

f eis: Venite, & videte. Venerunt & viderunt vbi maneret, & a- 8

a ¶ Non est nox vbi est lumen Christus, ad quem postquam peruenitur, vbi est manendum. 9

g h pud eum manserũt die illo. Hora auté erat quasi decima. Erat 10

a ¶ Virilis, quia constans & fortis. ¶ Obedientis. 11

i auté Andreas frater Simonis Petri, vnus ex duob⁹ qui audierát

a *Ecce agnus Dei.* ✠ AVGVSTINVS. Si agnus Dei, est innocens, & Ioannes agnus, an non & ipse est innocens? sed omnes ex illa propagine veniunt, de qua cantat gemens Dauid: *Ecce in iniquitatibus conceptus sum.* Solus ergo ille agnus qui non sic venit. Non in iniquitate conceptus est, nec in peccatis mater eius cũ in vtero aluit quem virgo concepit, virgo peperit, quia fide concepit, & fide suscepit.

A — Tract. 4. in Ioan. to. 9. Psal. 50.

✠ THEOPHYL. Dicitur Christus agnus Dei, in quãtum Deus pater mortem Christi acceptauit pro nostra salute, vel inquantum eum pro nostris tradidit morti. Sicut enim dicere consueuimus, Hæc oblatio est talis hominis, id est, quam talis homo obtulit, sic & Christus dicitur agnus Dei, dantis scilicet filiũ suum pro nostra salute in mortem, & ille quidem agnus typicus nullius omninò peccatum sustulit, hic vero peccatum vniuersi orbis terrarum, periclitantem enim mundum eruit ab ira Dei, vnde subdit: *Ecce qui tollit.*

In hũc loc. — B

C b *Sequuti sunt Iesum.* Sequuti sunt, vt eum iam potius quàm Ioannem audirent, non tamen adhuc ei penitus adhærentes, sed vt videant vbi habitat, vt assiduè ad eum veniant, & ab eo erudiantur, & posteà perfectè sunt sequuti, quando eos de naui vocauit. Duo sequuntur, quia qui sequuntur gemina charitate debent accendi.

Matth. 4. d.

c *Conuersus.* Quasi à tergo viderant, sed quasi faciem præbuit illis dum de maiestate descendit, vt posset videri, dum pro vmbra legis euangelij lucem exhibuit.

d *Quid quæritis?* Interrogat non ignorans, sed vt mercedem habeant respondentes, qui rem, non personam, quid non quem, ne se videatur ostendere, illi personam respondent.

✠ THEOPHYLACTVS Vide quod sequentibus se Dominus conuertit faciem, & respexit, quia nisi per bonam operationem ipsum secutus fueris, ad visionem faciei eius nunquam pertinges, neque ad domum eius poteris peruenire.

D — In hũc loc.

e *Vbi habitas?* MYSTICE Volunt ostendi sibi in quibus Christus habitet, vt se illis assimilent, vel qui incarnationé vident piè quærunt ostendi sibi æternam mansionem quomodo sit apud patrem.

f *Venite.* Quasi sermone non potest explicari, sed opere demonstratur, venite credendo & operando & intelligetis, venite testimonio Ioánis & à lege recedite & gratiam recipietis.

E

✠ CHRYSOSTOMVS. Christus non dicit eis signa domus, neque locum, sed attrahit eos ad sequendum. Non dixit, Non est tempus nunc, audietis cras si quid vultis dicere, sed vt ad amicos & familiares loquitur, qualiter alibi ait: *Filius hominis non habet vbi caput reclinet.* Hic autem dicit, venire & videte vbi habito. Sed per hoc quod dixit, *Non habet vbi caput suum reclinet*, demonstrauit quod habitaculum proprium non habebat.

Hõ. 17. in Ioã. tom. 3. — F

g *Die illo.* Ostendit nouum testamentum, siue præsentem vitam.

h *Hora autem erat quasi decima.* Quia ex lege venerant, decalogus ad Christum misit, hora decima quærunt ab eo doceri, quia non alius docet legem, nisi qui dedit eam. Docet autem cum misericordia & implétur quæ implere non poterant, vel hora decima vesperam mundi indicat.

i *Frater Simonis Petri, vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant.* Frater iunior natu prior credit, non enim est ordo fidei

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et respiciens Iesum ambulantem. *Scilicet propè locum vbi stabat Ioannes, quia Christus postquam baptizatus est à Ioanne, ad tempus moratus est propè locum, & factus est Ioanni familiaris, vbi sic Ioannes frequenter diceret testimonium de Christo in sua præsentia, & sic ab aliis cognosceretur, vnde subditur:*

2 Ecce agnus Dei. *Breuiter repetit euangelista testimonium quod fuerat superius dictum, ideo omittit illud quod supra dictum est:* Qui tollit peccata mundi. *Et exponatur sicut supr. expositum fuit.*

3 Et audierunt. *Hic ponitur fructus prædicti testimonij. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur fructus sequens ex Ioannis testificatione. Secundò ex discipuli conuersi prędicatione, ibi:* Erat autem Andreas. *Tertiò ex Christi vocatione, ibi:* In crastinum. *Fructus autem primus fuit conuersio discipulorum Ioannis ad Christum, quæ fuit inchoata per Ioannem, inquantum discipuli testimonium eius reuerenter audierunt, & tanquam verissimum executi sunt in opere, & hoc est quod dicitur:* Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum, *desiderantes ei adhęrere & eius doctrinam audire, sed ista conuersio consummata est per ipsum Christum. Vnde subditur:*

4 Conuersus autem Iesus, &c. *Ex sua benignitate & misericordia.*

5 Videns eos seq. se, dicit eis: Quid quæ. *Q. d. Paratus sum ad voluntatem vestram, nec petit hoc ex ignorantia, vt aliquid addiscat, sed vt eorum responsione conuenientiùs eos dirigat, sicut Gen. 3. b. dixit dominus,* Adam vbi es? *Vt ex sua responsione conuenientiùs argueret ipsum Sequitur.*

6 Qui dixerunt ei: Rabbi quod di. inter. magi. *Istud* quod dicitur interpretatum magister, *non est de verbis eorum, sed est verbum euangelistæ interpretantis nomen Hebr. quod est Rabbi, vnde dixerunt:* Rabbi vbi habitas? *quęrentes domum eius tanquam studiosi discipuli, vt possent frequenter cum eo & ab eo instrui.*

7 Dicit eis: Venite & videte. *Liberaliter condescendens petitioni eorum. Sed quia dictum est de domo Christi, hic videtur contradicere ei quod dicitur Matth.* 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. *Dicendum, quòd in Matthæo dicitur non habuisse proprium domicilium, non tamen negatur quin habuerit sicut hospes domum accommodatam pro tempore ad manendum Sic enim frequenter fuit in domo Marthæ, & eodem modo ad tempus mansit propè Ioannem, post baptismum suum, rationibus prædictis, tamen in hospitio alieno, quod patet ex hoc quòd non erat de loco, illo, sed de Nazareth. Sequitur:*

8 Venerunt & viderunt vbi maneret. *Sicut hospes, vt dictum est.*

9 Et apud eum man. &c. *Audientes verba vitæ ab eo.*

10 Hora autem erat quasi decima. *Id est, propè vesperam. Ex quo patet ardor eorum ad audiendum Christum, quia cum hora vespertina soleant homines reuerti ad propria domicilia, tamen omnibus dimissis manserunt cum ipso vsque in crastinum, desiderio audiendi ipsum.*

11 Erat autem An. *Hic consequenter ponit fructus prouenientes ex discipuli*

MORALITER.

1 *Et respiciens Iesum ambu.* Per quod significatur quod prędicator euangelij debet diligenter considerare processum vitæ Christi & non solùm considerare, sed etiam prędicare. Ideò subditur:

† *Dixit, Ecce agnus Dei.* Eius innocentiam prædicando, & obedientiam vsque ad mortem, & audientes debent deuotè recipere talem prædicationé, quòd significatur per hoc quod subditur:

3 *Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & sequuti sunt Iesum.* Et dominus Iesus ad tales conuertitur per clementiam, & recipit per gratiam, & instruit eos de necessariis ad salutem. Per Andream verò & Philippum qui à Christo edocti fuerunt de salute fratrum suorum solliciti, significantur illi qui proximos suos quantum bono modo possunt, inducunt ad sequelam Christi, contra multos qui non solùm non inducunt, sed pro suo posse auertunt.

fidei inanis. Fortè ad dignitatem Andreas dicitur esse frater Petri, super quem, id est, super cuius fidem fundanda erat ecclesia.

a *Inue. hic pri.* Vera pietas statim inuentum thesaurum nunciat fratri, vt sicut est sanguine, sit & germanus in fide.

b *Inuenimus Messiam, &c.* Christus Grecè, Messias Hebraicè, vnctus Latinè, verè enim vnctus est à spiritusancto specialiter, à qua vnctione Christiani appellantur. Quod Iacob erexit lapidē post visionē in titulum quem olei superfusio vnxit, iam diuinitus per illam Petram, futuram Petram, scilicet Christum spiritusancto vngendum figuraliter intellexit, in qua Petra sic fundari ecclesiam præfigurabat, &c.

Gen. 35.d.

c *Tu es Simon filius.* Prius dicit nomen vt habet à parentibus, vt significetur mutatio, dum de Simone Petrum dicit. In mutatione autem notatur viuacitas mysterij, sed nec prius nomen caret virtute. Est enim Simon obediens filius gratiæ vel columbæ, dum venit ad Iesum, sequens fratrem, vnde à Petra Christo dicitur Petrus, infirmus in illo, in figura ecclesiæ quæ in Petra fundatur.

a à Ioanne, & sequuti fuerant eum, inuenit hic primum fra- [1]
(a ¶ Hoc verbo innuit quod diu eum quæsierunt. b ¶ Hebraice.)
b trem suum Simonem, & dicit ei: Inuenimus Messiam, quod [2]
(¶ Latine. a ¶ Non dedignatur maior sequi minorem.)
interpretatum est Christus. Et adduxit eum ad Iesum. [3]
(¶ Secreto cordis, ex quo cognito mutat nomen. a ¶ Per spiritum obedientiæ. b. ¶ Id est, columba, scilicet sanctispiritus, ex quo humilis, dum maior sequitur minorem.)
c d Intuitus autem eum Iesus dixit: Tu es Simon filius Ioanna, [4] [5] [6]
(¶ Non notat nomen, sed præfigurat. ¶ Id est, post resurrectionem ad gentes.)
e Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crasti- [7] [8]
(a ¶ Iudæa, vbi erat Ioannes baptizans. ¶ Os lampadis.)
f num voluit * exire in Galilæam, & inuenit Philippū. Et dicit ei [9] [10] [11]

d *Tu es Simon.* CHRYSOSTOMVS. Ideo nomen mutauit vt ostendat quia ipse est qui vetus testamentum dedit, & nomina transmutauit, quia Abram, Abraham vocauit, & Sarai, Saram, & Iacob, Israelem. Igitur multis quidem & à natiuitate nomina imposuit, vt Isaac & Samson, alijs autem post eam quæ à progenitoribus est nuncupationem, vt Petro & filijs Zebedei. Nam quibus quidam à prima ętate debebat virtus clarescere, ex tūc nomina susceperunt: quibus autem postea debebat augeri, postea nuncupatio posita est.

Hom. 18 Ioan. to. 3.

e *Filius Ioanna, etc.* Iona dicitur & Ioanna indifferenter. Iona columba, Ioanna gratia interpretatur.

* Iesus.

f *In Galilæam & inuenit Philippum.* Galilæa dicitur transmigratio, vel reuelatio. Transmigrat enim homo de vitijs ad virtutes, & post de virtute in virtutem, & sic fit ei reuelatio, vt videatur Deus deorum in Sion. Vocaturus ergo discipulum ad sequendum, id est, ad imitandum exit in Galilæam, ipso loco innuens, vt sicut ipse proficiebat sapientia, & sicut per passiones intrauit in gloriam, sic & sequaces.

Psal. 83.b.

A Bethsaida.

NICOLAVS DE LIRA.

discipuli conuersione, quia audita Christi doctrina statim iuit ad quærendum fratrem suum ad audiendum Iesum Christum, & hoc est quod dicitur: Erat au. an. &c. se. fue. eum. *Scilicet Christum. Nomen autem alterius discipuli hic tacetur, quia modus scribentium est tacere proprias laudes vel saltem loqui de se sicut de alio, sicut infra vltimo. g. dicit Ioannes euangelista de se ipso:* Hic est discipulus ille, &c. *non exprimendo nomen suum. Et eodem modo loquitur hic, quia probabiliter creditur, quod ipsemet fuerit cum Andrea, quia circunstantias loci & temporis describit quasi ille qui præsentialiter vidit. Potest etiam aliter dici, quod solus Andreas nominatur, eo quod antiquior & principalior erat, vnde et hanc prærogatiuam habuit, quod fuit primus Christi discipulus, quia de duobus primo adhærentibus Christo ipse fuit principalis & primus, sicut & Stephanus fuit primus martyr. Sequitur:*

1 Inuenit hic primum fratrem Simon. *Non inuenit eum à casu: sed diligenter quæsitum, desiderans eum habere fratrem in religione fidei, sicut & in propinquitate carnali, contra illos qui proprios amicos retrahunt ab ingressu religionis, vnde sequitur:*

2 Et dicit ei, &c. Chri. *Id est, vnctus, quia Christus est rex et sacerdos, vnctus in humana natura plenitudine gratiæ, sicut reges et sacerdotes in veteri testamento inungebantur corporali vnctione. Et bene dicit:* Inuenimus, *quia sufficienter erat instructus à Christo per testimonia legis & prophetarum, quod ipse erat verè Christus. Et quia consummatio boni odoris est per Christum, ideo subditur.*

3 Et adduxit ad Iesum. *Tum quia non confidebat de se, quod posset eum sufficienter instrueret ideo libenter ad magistrum redibat habita occasione.*

4 Intuitus autem eum Iesus. *Non solum exterius, sed etiam interius videns eius deuotionem, quia intuetur cor.*

1. Reg. 16.b.

5 Dixit. Tu es Simon. *Id est, verè obediens, quasi dicat nomen tuum est proprietati tuæ consonum.*

6 Filius Ioanna. *Mat. 16. c. dicitur,* Bariona, *id est, filius Ioanna. Dicendum, quod idem est nomen patris Petri Iona & Ioanna, aliqualiter tamen diuersificatum, sicut in latino, Nicolaus & Colinus. Vel aliter dicendum quod pater Petri erat binomius, & sic Iona & Ioanna sunt duo nomina. Hoc videtur ex eorum interpretatione, quia Iona interpretatur columba, Ioanna, in quo gratia. Dicit ergo filius Ioanna, quasi dicat hoc cognomen consonat tuo nomini, quia ille qui est verè obediens est filius gratiæ spiritussancti qui per columbam designatur.*

7 Tu vocaberis Cephas. *Id est, capitaneus. Et idem sonant hoc nomen Petrus, quia fundamentum habet quodammodo proprietatem capitis, vnde Mat. 16. c. quando dictum est à Christo:* Tu es Petrus, &c. *non fuit nominis noua impositio, sed nominis prius impositi commemoratio vel confirmatio, quia hic sibi fuit impositum secundum Augustinum. Aliqui tamen alij dicunt è conuerso, quod tunc fuit sibi impositum sed hic prædictum fuit sibi imponendum, propter quod dicitur:* Tu vocaberis. *Quasi loquens de futuri nominis impositione. Notandum etiam quod mutatio nominis facta à Deo semper facta est ex aliqua gratia speciali, quam à Deo consecutus est ille cuius nomen mutatur. Sicut Iacob vocatus est Israel, eo quod vidit dominum Gen. 32. f. Et Abram vocatus est Abraham, quando facta fuit sibi promissio de semine, in qua benedicendæ erant omnes gentes terræ illius Gene. 17. a Et eodem modo hic Simon vocatus est Cephas, ex hoc quod vocatus fuit ad Christi fidem, & vocandus de proximo ad apostolatum & principatum apostolorum, & Matth. 16 c. vocatus est Petrus quod idem est, vt dictum est, propter fidem & Christi confessionem, qua dixit:* Tu es Christus filius Dei viui. *Sed contra illud quod dicitur hic de vocatione Petri & Andreæ, videtur illud esse quod habetur Matth. 4. d.* Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes retè in mare: & vocauit eos. *Ex quo patet, quod fuerunt vocati de naui. Dicendum quod vocati fuerunt ad fidem & ad Christi aliqualem familiaritatem iuxta Iordanem secundum modum qui hic scribitur, sed post ea super mare Galileæ fuerunt vocati ad apostolatum, et ideo tunc relictis retibus & naui sequuti sunt eum non amplius ad propria reuersuri.*

8 In crastinum. *Hic consequenter ponitur fructus proueniens ex Christi vocatione. Et diuiditur in duas, quia primo describitur ipsius Philippi vocatio. Secundum, ex hoc sequens Nathanaëlis conuersio, ibi:* Inuenit Philippus. *Circa primum sciendum, quòd Christus venit ad baptismum Ioannis, vt virtutem regenerandi tribueret aquis: et vt baptismum Ioannis, & eius doctrinam approbaret, et vt de Christo, per Ioannis testimonium latum in Christi præsentia, populus ipsum cognosceret, propter quæ Christus ad tempus moratus est propè locum illum, vt supra dictum est, & ideo hoc peracto voluit redire in Galilęam, vbi fuerat nutritus, & in illo reditu vocatus est Philippus, & hoc est quod dicitur hic:* In crastinum autem, *Scilicet post vocationem Petri.*

Diuisio.

9 Voluit exire in Galilæam. *Si enim mansisset propè Iordanem, postquam fuit cognitus à populo, omnes cucurrissent ad eum, & dimisissent Ioannem. Quod patet ex effectu, quia duo ex principalioribus discipulis Ioannis secuti sunt iam eum, vt dictum est, & ideo volens deferri Ioanni, & dare nobis exemplum fugiendi applausum populi, inde recessit. Sequitur.*

10 Inuenit Philippum. *Non à casu, vel quasi ignotum, sed ex sua præordinatione, vt eum vocaret ad fidem, & illuminaret, vnde sequitur:*

11 Et dicit ei Iesus, sequere me. *Quod autem Philippus secutus est eum, statim credens, non est mirum: quia vox Christi non solum habebat vim mouendi auditum, sed etiam animum. Potest etiam probabiliter dici, quod Philippus erat iam edoctus de Christo ab Andrea & Petro, vnde subditur:* Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate Andreæ & Petri. *Quasi reddatur ratio quare statim secutus est Christum, ex hoc quod erat villa Andreæ & Petri, ex quo probabile est, quod docuerant ipsum.*

1 Inue-

a *A Bethsaida ciuitate.* Non frustrà nominatur ciuitas, nec frustrà dicitur Philippi, Petri, & Andreæ, Sonat enim domus venatorum, in quo notatur animus & officium istorum: Sunt enim venatores in capiendis animabus, vnde Philippus antequam fiat Apostolus spontè vocat Nathanaelem.

b *Inuenit Phili. etc.* Nathanael peritissimus scripturarū intelligit quod non alij, scilicet à Nazareth exire singularem Nazarenum: Quia autem doctissimus, non est in apostolum electus: Omnes enim apostoli primum de idiotis, vt confundãtur sapientes.

c *Quem scripsit Moy.* Vt cautus venator multis rationibus veritatem fratri astruit, scilicet quòd Iesus est qui prænunciatur in lege & prophetis. Filius Ioseph, qui est de domo Dauid, vt per eum (non quòd de eo natus) cum Maria matre eius (quam sciebat ex prophetis virginem peperisse) notetur esse ex Dauid.

d *Et dixit ei Nathanaël.* Vel dubitando interrogat vel affirmat vt legisperitus, à ciuitate tanti nominis posse esse aliquem bonum vel eximium doctorem, vel summum saluatorem. Dicitur enim Nazareth, flos vel germen mundiciæ, vel sanctitas. Vtrique autem pronunciationi congruè subditur: *Veni & vi. &c.*

e *Ecce verè Israelita.* Dolus, id est, simulatio. Si enim habet peccata, confitetur. Non ergo negat peccatorem, sed in eo laudat confessionem. Pharisæi autem sunt dolosi qui se bonos prędicant cum sint mali.

f *In quo dolus nō est.* AVGVSTINVS. Quid est in quo dolus non est? Fortè non habebat peccatum, fortè illi medicus non erat necessarius? absit. Nemo sic natus est, vt medico illo non egeret. Dolus enim est cùm aliud agitur, & aliud fingitur. Quomodo ergo in illo dolus non erat si peccator est? Fatetur se peccatorem. Si enim peccator est, & se iustum dicit, dolus est in ore ipsius. Ergo in Nathanaële confessionē peccati laudauit, nō indicauit non esse peccatorem.

Tract. 7. in Ioann. to. 9.

(a) Iesus: Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida ciuitate (¶ Venationis domus.) (b) Andreæ & Petri (¶ Fratrem suum). Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei: [1] (c) Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ, inuenimus Iesum [2, 3, 4] (a ¶ Et hoc nomen à prophetis, vt & Maria quæ non ignorans se virginem, dicit: Ego & pater tuus. b ¶ Id est, de semine Dauid. ¶ Patriam ponit, vt notet eum de quo propheta: Nazaræus vocabitur. c ¶ Virgultum.) (d) filium Ioseph à Nazareth. Et dixit ei Nathanaël: A Nazareth potest aliquid boni esse? [5, 6] Dicit ei Philippus: veni & vide. [7, 8] Vidit Iesus Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: [9] (e, f) Ecce verè Israelita in quo dolus non est. [10] Dicit ei Nathanaël: [11] (g) Vnde me nosti? [12] Respondit Iesus & dixit ei: Prius quàm te [13] (h) Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te. (a ¶ Id est, sub arbore fici. ¶ Id est, sub legis litera. ¶ Elegi.) Respondit ei [14] (i) Nathanaël, & ait: Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. (a ¶ Ecce eadem vox Nathanaëlis & Petri, vnde & Petrus meruit vocari. b ¶ Cuius ego miles.)

g *Vnde me nosti?* Cognoscens dominum loqui de sua conscientia, non ex indignatione quærit, sed admirando, vnde & ex qua virtute.

h *Sub ficu vidi te.* AVG. Nathanaël, id est, donum Dei, est verus populus Israël donū Dei, qui erat sub ficu abditus, id est, subditus sub cōsuetudine peccandi & vmbra mortis, vt primi parētes sub fici folijs se texerunt, vbi prius visus esset à domino & quæsitus, quam dominum videret & quæreret, & ante etiam quam per apostolos vocaret.

Tract. 7. in Ioan. to. 9. Gene. 3. b. Mysticè.

i *Rabbi tu es filius Dei.* Quia cognouit Nathanaël Christum absentem vidisse quæ ipse in alio loco gesserat, id est, quomodo & vbi vocatus sit à Philippo, quod est indicium Deitatis, fatetur non solùm magistrum, sed & Dei filium, & regē Israël, id est, Christum

NICOLAVS DE LIRA.

1 Inuenit Philippus. *Hic ponitur consequenter Nathanaelis conuersio, quæ ostenditur primò inchoata per Philippum, & secundo consummata per Christum, ibi:* Vidit Iesus. *Circa primum considerandum, quod Philippus à Christo instructus, iuit ad quęrendū Nathanaelem fratrem suum, desiderans eum habere fratrem in fide, sicut in carne, & hoc est quod dicitur hic:* Inuenit Philippus Nathanaelem. *Non à casu inuenit eum sed diligenter quęsitum, vt dictum est. Iste autem Nathanael erat homo literatus, & edoctus in lege & prophetis, & ideo Philippus quamuis esset parum literatus à principio, tamen iam erat instructus à Christo in scripturis legis & prophetarum loquentibus de ipso, ideò annunciando Christum fratri suo, quem sciebat literatum, incœpit à testimonio legis & Prophetarum dicens:*

2 Quem scripsit Moyses in lege. *Hoc habetur Gen. penul. b.* Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. *Et Deut. 18. c.* Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, &c. *Quæ ad literam de Christo sunt intelligenda, vt patet per prędicta.*

3 Et prophe. *Omnes enim prophetæ de Christo loquuntur, quia ad Christum omnes eorum prophetiæ principaliter ordinabantur.*

4 Inuenimus Iesum. *Quasi dicat: Hoc nomen congruum est prophetis, quia promittunt Messiam Saluatorem: Hoc etiā nomen ponitur expresse de Christo, Habacuch vlt. d.* Ego autem in domino gaudebo & exultabo in Deo Iesu meo. *Et in Apocryphis Esdræ*: Et erit post annos hos, & morietur Iesus filius meus, & conuertetur seculum.

5 Filium Ioseph. *Philippus hic loquitur secundùm communem modum loquendi, quia putabatur eius filius, vt habetur Lucæ 3. Hoc etiam consonat scripturæ, quæ clamat vbique Christum descendere de stirpe Dauid, de cuius tribu erat Ioseph, propter quod & Christi genealogia per ipsum computatur, vt patet Matth. 1. & Lucæ 3. e. Quamuis enim non fuerit pater Christi, fuit tamen in matrimonio coniunctus matri eius, quæ erat eiusdem tribus, prout diffusiùs declaraui super Matth.*

6 A Nazareth. *Locus etiam iste consonat scripturæ loquenti de Christo Esa. 11. a. vbi dicitur sic secundùm Hebraicam veritatem:* Egredietur virga de radice Iesse & Nazaræus de radice eius ascendet. *Et ideo Nathanael videns hanc consonantiam, statim respondit.*

7 A Nazareth potest aliq. boni esse. *Affirmatiuè secundum Aug. Aliter exponitur hoc secundùm Chrysost. negatiuè & dubitatiuè. Quia (sicut dictum est) iste Nathanael erat legisperitus, & ideo vidit quod duo prima non habebāt calumniam, scilicet nomē proprium quod est Iesus & genus scilicet Dauid. Sed de loco videbatur esse contra scripturā Micheæ 5. a. vbi expressè dicitur Christum nasciturum in Bethleem:* Et tu Bethleē Ephrata paruulus es in milibus Iuda: Ex te enim egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. *Propter quod legis scribæ responderunt Herodi quærenti vbi Christus nasceretur, quòd Bethleem erat natiuitatis suę locus vt habetur Matth. 2. a. Et dictum suum confirmauerunt per scripturam prędictam Micha. 5. Et propter hoc Nathanael concessis duobus primis tanquam manifestè veris, quęrit dubitatiuè de tertio dicens:* A Nazareth potest aliquid boni esse. *Et quia Philippus nō erat perfectè instructus, ideò duxit eū ad Iesum, vt ab illo plenius audiret, propter quod sequitur:*

8 Dicit ei Philippus ve. *Id est, addiscere ab eo. Notandum hic, quod secundum veritatem euangelij Christus natus fuit in Bethleem, vt habetur Matth. 2. a. & Luc. 2. a. sicut fuerat prędictum per prophetam, sed conceptus fuit et nutritus in Nazareth, vt habetur Lucæ 2. f. & 4. d. & propter hoc vocatur à prophetis Nazaręus & sic patet concordia prophetarum.*

Nota.

9 Vidit Iesus. *Hic describitur conuersio Nathanaelis, consummata per Christum, vbi Christus ostendit se verū esse Messiam promissum ex tribus signis, quia legisperiti signa quęrebant, vt dicitur 1. Corint. 1. d. Iudæi signa petunt. Et in pluribus locis in euangelio petierūt signa à Christo. Secundum ponitur ibi:* Respondit Iesus. *Tertium ibi:* Respondit Nathanael. *Primum signum fuit manifestatio occulti, præsentis scilicet intentionis cordis, & puritatis conscientiæ ipsius Nathanaelis, quæ non poterant esse nota nisi virtute diuina, & hoc est quod dicitur hic:* Vidit Iesus Nathanael venientem ad se. *Non solùm vidit exteriùs, sed etiā vidit cor ipsius interiùs, vnde sequitur:*

10 Et dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est. *Quia sine intentione doli & falsitatis veniebat, vt veritatem cognosceret.*

11 Dicit ei Nathan. *Hic ponitur secundùm signum, quod est reuelatio occulti præteriti. Videns autem Nathanael quòd conditionem suæ mentis expresserat, quæsiuit vnde ipsam sciebat, dicens:*

12 Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit ei. *Per reuelationem alteriùs occulti.*

13 Prius quam Philippus te vocaret cum esses sub ficu, vidi te. *Id est, cognoui propositum cordis tui: ad literam, priùs loquuti fuerant ad inuicem de Christo ipse et Philippus sub ficu, in tali distantia quod Christus eos non poterat videre oculo corporali, nec aliquis alius erat præsent qui potuisset ei referre, & ideò propter hoc signum et præcedens, Nathanael statim confessus est ipsum esse Christum, vnde sequitur.*

14 Respondit ei Nath. & ait: Rabbi, tu es rex Isr. *Id est, ille qui expectatur, vt sit rex Israel. Expectant enim omnes Iudęi Messiam temporalem regem futurum. Et hoc modo videtur loqui iste Nathanael, quia non habebat adhuc cognitionem perfectam de Christo. Non enim videtur intellexisse tunc ipsius diuinitatem, quia non dixisset:* Tu es rex Israel, sed potius, mundi. *Et per hoc quod dicitur:* Tu es f. *non fuit*

Christum in quo probatur esse Israelita, vt dicitur, id est, videns Deum.

Tu es filius Dei. ✠ CHRYSOSTOMVS. Quasi dicat: Tu es qui expectabaris, tu es qui quaerebaris quia enim argumentum inaltercabile suscepit, venit ad confessionem, & in mora priori diligentia ostendens & in posteriori confessione deuotionē. Multi autem legentium sermonem hūc anxiantur. Petrus enim qui post miracula & doctrinā est confessus, quoniam filius est Dei beatificatur, vt à Patre reuelationem iam suscipiens. Nathanael autem ante signa & doctrinam hoc dicens, nihil tale audiuit: Est igitur huius causa, quoniam verba quidem locutus est Petrus & Nathanael, nō autem eadem mente, sed Petrus quidem confessus est filium Dei, & Deum verum, hic autem hominem nudum, dicens: *Tu es filius Dei*, induxit: *Tu es rex Israel.* Dei autem filius non Israelis est rex solùm, sed & orbis terrarum vniuersi.

(Hom. 19 in Ioan. to. 3. — maiora. — * Postbac. — Idem Hō. 20. in Ioan. tom. 3.)

a *Videbitis cœlum apertum.* Nathanael Israelita, dicitur visurus apertum cœlum, & angelos Dei descendentes & ascendentes vt olim patriarcha Iacob vidit scalam, & angelos ascēdētes & descendentes, qui per benedictionem vocatus est Israel. (Ibid. 28. c.)

✠ AVGVST. Quod dictum est Nathanael, modo impletur in Christianis, quia postquam homo Deus ascendit, credētibus in eum aperitur aditus cœli. Et vident angelos, id est, praedicatores, super eum ascendentes, dum arcana Deitatis considerant & praedicant: & descendentes, dum infimis se contemperant, & humana de eo praedicant. Et maius est eis cœlum aperiri, & vtramque in eo cognoscere naturam per angelos, quam visos, id est, praescitos esse, dum essent sub vmbra mortis. Si enim ibi manerent quid profuisset ibi videri

a ¶ q. d. sub arbore fici venisti ad fidem.

Respondit Iesus, & dicit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: † maius his videbis. Et dicit ei: Amen amen dico vobis, * videbitis cœlum apertum, & angelos descendentes & ascendentes super filium hominis.

a ¶ Quia per istud paruum venisti ad fidem, venies ad maiora. ¶ Hoc maius.

b *Angelos Dei.* Saepe hoc miraculum apparuit quod angeli ascendebant & descendebant super Christum.

c *Super fi. h.* Christus dicit se filium hominis, affirmans quod minus est, scilicet humanitatem, Nathanael & Petrus filium Dei, quod maius est, affirmantes diuinitatem. Ecce confirmatio vtriusque naturae in Christo. Isti confitentes deitatem, merentur ascendere, ille asserens humanitatem, testatur se ad redimendum venisse. *Super fi. ho.* Confirmat se esse hominem ne aliqui errarent, credentes ipsum tantum esse Deum, vt etiam Petrus cum dixit: *Absit à te domine.* (Matt. 16.)

d *Super fi. hom.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Vide qualiter paulatim eum à terra abducit, & facit quod non vltra estimet Christum esse hominem solum, cui enim angeli ministrant, qualiter hic homo purus esset: per hoc igitur suadet angelorum se esse dominatorem. Sicut enim in proprium regis filium descenderunt & ascenderunt in eum ministri regales, hoc quidem in tempore crucis, hoc vero in tempore resurrectionis & ascensionis, sed & ante hoc quādo accesserunt & ministrabāt ei & quando euangelizabant eius natiuitatem. (Hō. 20. in Ioan. to. 3.)

☞ CAPVT

NICOLAVS DE LIRA.

fuit confessus eius diuinitatem, sicut postea confessus est eam Petrus dicens: Tu es Christus filius Dei viui. *Matth. 16. c. Et propter hanc confessionem dictus est beatus à Christo, sed intellexit hanc filiationem per quandam excellentiam gratiae.*

1 Respondit Iesus. *Hic ponitur tertium signum, quod est reuelatio occulti futuri. Modus enim cognitionis humanae est, vt ab imperfecto, ad perfectionem ducatur ordinatè, vt patet 1. Physicorum. Et quia gratia perficit naturā, ideo consimilis ordo est in cognitione gratię, quia primo est imperfectior, & postea ad perfectionē deducitur, propter quod Christus ipsum Nathaelem iam Christum cognoscentem quantum ad gratiae excellentiam, vlterius deducit eum ad cognoscendum suam diuinitatem per obsequium angelorum sibi exhibendum tanquam superiori. Nulla enim natura est super angelicam nisi diuina, & hoc est quod dicitur:* Respondit Iesus. *Credis scilicet me esse Christum, quantum ad excellentiam gratiae.*

2 Maius his videbis. *Cognoscendo virtutem diuinae substantiae.*

3 Et dicit ei. *Scilicet Philippo & Nathanaeli.*

4 Amen amen dico vobis. *Amen, idem est quod fideliter, et ideo vbi duplicatur, est signum maximae certitudinis & firmitatis.*

5 Videbitis cœlum apertum. *Id est, obsequium diuinitatis in humana natura latentis. Si enim quęratur, vbi hoc viderunt? Potest dici, in ascensione Christi, vt habetur Act. 1. b.* Cùmque intuerentur in cœlum euntē illum, ecce duo viri asti. &c. *Id est, duo angeli in specie virorum. Similiter in resurrectione viderunt apostoli angelos stantes supra sepulchrum Christi, & in passione apparuit angelus de cœlo confortans eum Luca 22. e. Quaeritur etiam hic, Quare Nathanael non fuit vocatus ad apostolatum, cum à Christo super alios fuerit commendatus, vt patet ex praedictis. Dicendum, quod Christus voluit primos fundatores ecclesię simplices homines eligere, ne prima conuersio hominum ad fidem humanae sapientię ascriberetur, sed diuinę, et propter hoc iste Nathanael & Nicodemus, de quo habetur infrà 3. a. non sunt instituti apostoli, quia erant homines literati, fuerunt tamen à principio ad fidem vocati, ne si à principio omnes fuissent simplices, crederentur per oppositum per ignorantiam decepti. Postquam verò fides Catholica fuit radicata: Paulus vocatus est ad apostolatum, quamuis literatus esset. Vnde dicitur 1. Corinth. 1. d.* Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes, &c.

(Nathanael quare non fuerit vocatus ad apostolatum.)

☞ NICOL.

MORALITER.

† 4 *Amen, amen dico vobis.* Per quos significatur praedicatores, qui dicuntur ascendere super filium hominis, quando praedicāt Christi Deitatem, & descendere, quando pro eius amore quaerunt releuare proximi necessitatem.

† R. I.

ADDITIO I.

In cap. 1. Ioannis, *Vbi dicitur in Postil.* Et hoc patet in Aristo. qui inter alios Philos. videtur verius scripsisse, &c.

Licet Arist. non demonstrauerit mundi nouitatem, non tamē concludit contrarium, sed secundùm mentem eius hoc tanquā problema neutrū reliquit, vt patet per rationes eius in 1. de cœlo et mūdo intuenti, in quo nō videtur à veritate deuiasse. Nā cum Philosophica inuestigatio solùm rationi naturali innitatur secundum quam mundum incœpisse nō est scibile, nec demonstrabile, prout sanctus Thom. plenè tradit in prima parte q. 46. arti. 2. in corpore. q. idcircò non demonstrādo mundi nouitatem non deuiat à ratione. Similiter circa intelligētias separatas conatus est adinuenire numerum correspondentē numero cœlestium motuū, per hoc non excludens quando plures possunt esse substantiae intellectuales separatę, orbes non mouentes, vt patet processum suum in hac materia benè aduertenti. Similiter circa fœlicitatem non videtur a veritate deuiasse. Nam in 1. et vlti. Ethicorum, vbi de fœlicitate tractat, non loquitur nisi de fœlicitate pollitica, seu de fœlicitate speculatiua, quae in hac vita per naturam haberi potest, non autem de fœlicitate supernaturali, de quibus apostolus ait 1. Cor. 2. b. et etiam Esa. 64. b. Quod oculus nō vi. &c. *Talis enim fœlicitas speculationem naturalem transcendit.*

ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in Postil.* Plenū enim opponitur vacuo.

Haec distinctio Postil. de pleno & vacuo non benè videtur cōsonare rationi, nec proposito adaptari. Primū patet, nam licet vacuū opponatur pleno, nō tamē tot modis dicitur vacuū sicut dicitur plenū, nā vacuū opponitur pleno per modū priuationis, priuatio autē sicut caecitas nō dicitur tot modis sicut visus. Secūdū patet: nā secūdū illā distinctionē nō esset distinguēdū inter plenitudinē gratię vnius sancti, & aliā. De quolibet enim sāctorū verū est dicere, quod nō patitur virtutis defectū, cū omnes virtutes sint conexae. Nec dicēdū videtur quod in sāctis sit vacuitas gratiae, eo quod eorū gratia nō redūdat ad corpus, sic vt supernaturaliter cōcipiat.

Sed ad declarationē huius attēdēdū est, quod licet in sacra scriptura multis & diuersis attribuatur plenitudo gratiae seu spiritualis, nō tamē vniformiter seu ęqualiter in singulis intelligēda est huiusmodi plenitudo, sed in quolibet eorū exprimitur, vel saltē innuitur illud respectu cuius talis plenitudo gratiae attribuatur. V. g. cū legitur de Beseleel Exod. 31. a. Repleui eū spiritu domini, &c. *Ibidē subiugitur:* In omni opere ad excogitādū. *In quo declaratur, quod talis plenitudo refertur ad omnia artificialia perfectè disponēda seu exercēda. Cū autē legitur de Stephano Act. 6. b.* Plenus gratia & fortitudine. *Ibidē declaratur ad quid referēda est hac plenitudo scilicet ad faciēda signa et prodigia, & ad fortitudinē martyrij exercēdā. Similiter cū dicitur de beata virgine* Plena gratia. *Lu. 1. c. referēda est illa plenitudo seu extēdēda, ad tātā plenitudinē, vt decebat genitricē filij Dei. Decebat enim fœcūdā esse gratijs, quę autorem gratiae nō solū in mēte sed in vētre amplectabatur. Vnde in glo. super illud verbū,* gratia plena. *q. d. quędā ara & dos spōsi ostēdit, quod fœcūda sit gratijs. Cū autē de apostolis dicitur:* Repleti sunt omnes spiritu sancto. *Act. 2. a. Talis plenitudo seu repletio extēdenda est ad hoc, quod essent*

(Plenitudo gratiae spiritus sancti diuersa.)

essent sufficientes ad fundandum fidem Christi vniuersaliter in orbe per plenitudinem fidei & charitatis, & donum linguarum, & huiusmodi, prout ibidem declaratur, per signa visibilia hanc inuisibilem plenitudinem demonstrantia. Cum autem de Christo diceretur: Plenum gratię & veritatis. *extendenda est talis plenitudo prout decet filio Dei naturali vnigenito, quæ quidem extensio etiam secundum humanitatem ineffabilis est quoddammodo infinita, tanquam non ad mensuram data, vt infrà 3. d. Quam quidem extensionem plenitudinis gratię Christi Euangelista satis innuit cum dicit.* Quasi vnigeniti à patre. *Super quod verbum August. dicit: Super omnem naturam & conseruorū nostrorum claritatē euangelista mentem erigens, ad ipsum nos bonorum produxit verticem. q. d. euangelista, non vt prophetę aut alterius hominis vel angeli alicuius superiorum virtutum, sed quasi ipsius dominatoris, ipsius regis, ipsius naturalis filij vnigeniti. Hæc August.*

ADDITIO III.

In eodem cap. *Vbi dicitur in postilla:* Cuius non sum dignus vt soluam eius corrigiam calciamenti.

De hac materia, scilicet de calciamentis Christi, vide suprà in addi. Mar. 1. vbi de hoc largè tractatur.

REPLICA.

Ioannis 1. cap. *vbi dicitur,* Mundus per ipsum factus est. *Postillator dicit Aristotelem errasse de mundi æternitate, intelligentiarum numero, & fœlicitate, &c. Burgen. assumit Aristo. in sui defensionē, asserens eum non errasse, quia innitebatur rationi naturali secundū quā mundum incœpisse non est sensibile. Relinquit igitur tanquam problema neutrum. Sed mirum de Burg. quod se opponit scholæ Parisiensi sine necessitate & sine ratione. Venerabilis enim Guilielmus episcopus Parisiensis cum schola ibidem, prohibet Catholicos cum Aristotele in his erroribus & alijs in suis libris repertis sentire, & præsertim quia secundum Aristo. omne verum vero consonans. Suum autem problema quod dicit neutrum, non consonat ei quod Catholicè est verum, igitur problema suum falsum. Itē ipse idem Aristoteles in multis locis probat & putat demonstrare statum in causis. Standum igitur erit in omni genere causarum in aliqua prima causa in genere causarum finalis & efficientis. Apud Aristotelem assignatur vnus princeps in 12. Metaphis. quem in octauo Physicorum nominat primum motorem. Ab hoc quidem ante dicit deriuatum cunctis esse, & cœlum & totam naturam dependere. Vnū igitur solùm ab Aristo. ponitur independens, & quamuis secundū beatum Augustinū 1. de Trinitate, difficile sit plenè intelligere creationē secundùm viam naturalis cognitionis, non est tamē impossibile suppositis principijs et dictis Philosophorum, & alijs similibus. Nec per rationes abducor à veritate, vt sentiam cum Arist. mundi creationē fore problema neutrum sine errore, quia omnes rationes possibiles fieri contra veritatē fidei sunt sophisticæ. Dicit enim beatus Hyldinus 14. de Trinit. Respuit captiosas & inutiles quæstiones Philosophiæ fides constans, nec humanarum ineptiarum fallacijs succumbens, spolium se præbet veritas falsitati. Mirum igitur de Burgen qui Aristotelem veritatem dubitantem, propter tales rationes captiosas dicit non errasse. Quamuis enim per demonstrationem veritas aliqua non sit scibilis propter sophismata, tamen sine errore non dicitur dubitabilis & neutra.*

In eodem cap. *vbi dicitur:* Plenum gratiæ & veritatis. *Postill. volens declarare differentiam plenitudinis gratiæ Christi & aliorum, dicit, plenum opponitur vacuo: Idcirco quot modis dicitur vnum, tot & reliquum, &c. Burgen. dicit illam distinctionem non consonare rationi. Secundo dicit eam proposito non benè adaptari. Primum ostendit ex eo quod plenum et vacuum opponuntur priuatiuè. Priuatio verò non dicitur tot modis quot habitus. Hic dico primū, quod antecedens est falsum & consequentia non valet. Nam secundum modum gradualis habitus accipiuntur modi graduales priuationis. Habitui enim simpliciter perfecto opponitur priuatio simpliciter, habitui autem partiali opponitur partialis priuatio: Nam sicut vnus est magis vidēs quàm alius, & sicut vnus est magis sciens quàm alius, ita vnus est magis ignarus alio, &c. Patet igitur, quia data quod plenum & vacuum opponerentur priuatiuè, adhuc quot modis dicitur vnum tot modis dicitur & reliquum. Antecedens autem est contra Aristo. 4. Physicorum, qui vult vacuum potius esse ens prohibitum quàm priuatiuum. Nam si esset priuatiuū, esset locus carens contento cum aptitudine habendi, prout dixerunt antiqui quos reprobat Aristo. vbi suprà. Quod secundùm Burgen. vult ostendere quod Postil distinctionē talem non benè applicat, ex eo quia videtur (vt dicit Burgen.) secundùm illam applicationem non esse distinguendū inter plenitudinem vnius sancti & alterius, quia nullus sanctus virtutis patitur defectum, cum virtutes sint connexę. Burgen. sic replicat quasi Postillator non intellexerit vel intelligere noluerit. Nam Postillator loquens de defectu virtutis, non loquitur de habitu, sed de gradu. Omnibus enim virtutibus simul concurrentibus in vno secundùm naturam habituum, stat defectus in omnibus secūdùm gradum, et hoc oportet Burg. concedere nisi velit incidere cum Begar. in clemen. ad nostrū. de hære. dando gradum virtutum, vltra quem quis non possit proficere, cum tamen ipse Burgen. dicat Christum experimentaliter profecisse Luc. 2. g. Carens igitur aliquo gradu, quem tamen posset habere, secundùm illam carentiam & priuationem potest dici vacuus, si saltem vacuum & plenum sint priuatiuè opposita, prout Burg. vult.*

CAPVT II.

A E*T die tertia.* AVGVST. Post ostensionem Christi per testimonia Ioannis ipse se miraculo ostendit.

a *Et die.* Significat tertia die, id est, tempore gratiæ, post tempus, id est, ante legem & sub lege Christum ad nuptias ecclesiæ per carnem venisse.

B b *Vocatus est autem.* In quo ostendit non despiciēdas nuptias quas fecit, & sacramentum nuptiarum insinuat.

C ✠CHRYSOST. Vocant ad nuptias dominum, non tanquam magnificum aliquem, sed vt popularem & vt notum, vnde hoc euangelista declarans, ait: *Et erat mater Iesu ibi.* Sicut enim matrem vocauerunt, ita & filium. Vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias, & accedit. Neque enim ad dignitatem respiciebat suam, sed ad beneficium nostrū. Qui enim non dedignatus est formam serui accipere, neque dedignatus est ad nuptias venire seruorum.

Hom. 21 in Ioan. to. 3.

D ✠AVGVSTINVS. Erubescat igitur homo esse superbus, quoniam factus est humilis Deus. Ecce inter cætera, filius virginis venit ad nuptias, qui cum apud Patrē esset instituit nuptias.

Serm. 41. De verb. domini. to. 10

CAPVT II.

E T die tertia ^a nuptiæ ^1 factæ sunt in Chana ^2 Galilææ, & erat ^† mater Iesu ibi, ^3 vocatus est autem Iesus & discipuli eius ad nuptias.

a ¶ Mater figura synagogæ.

E ✠✠BEDA. Quod Dominus noster atque saluator ad nuptias vocatus, non solum venire, sed & miraculū ibidem, quo conuiuas lætificaret, facere dignatus est, exceptis cęlestium sacramētorum figuris, etiam iuxta literā rectè fidē credentiū confirmat. Porro Tatiani & Marcionis cæterorūque qui nuptijs detrahunt, perfidia, quàm sit dānabilis, insinuat.

F ✠AVGVST.

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT II.

ET die tertia. *Quoniam ad esse sequitur operari, cum omnia sint determinata proprio opere, vt dicitur 4. Metaph. ideo postquam euangelista ostendit diuinitatem Christi per æternam emanationem à patre, hic consequenter declarat eam in opere, scilicet per opera miraculosa, quæ sunt diuinæ virtutis manifestatiua, quia transcendunt virtutē totius naturæ create. Et diuiditur in tres, quia primò ponuntur opera quæ fecit Christus inter homines conuersando. Secūdò quę fecit moriendo 12. ca. Tertio, quæ fecit resurgendo 20. cap. Prima in duas, quia primò ponitur opus diuinū quantū ad mutationem naturæ, secundo quantum ad effectum gratiæ, sequenti. capit. ibi:* Erat homo. *Prima adhuc in duas, quia primò ponitur opus miraculosum coram discipulis vt in fide firmentur, secundo, coram turbis, vt conuertantur, ibi:* Post hoc descendit. *Prima in tres, quia primò ponitur miraculi occasio, secundò, eius perpetratio, ibi:* Erat autem. *Tertiò, ipsius probatio, ibi:* Et dixit eis Iesus. *Circa primum sciendum, quod occasio huius miraculi fuit defectus vini in nuptijs, & ideo euangelista describit ipsas nuptias.*

1 Et die te. *Scilicet à vocatione Philippi & Nathanaelis fratris eius, & sic notatur tempus.*

2 Nup. *Et sic patet locus. Chana enim quędā villa est sita in Galilæa.*

3 Et erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem, &c. *Licet autem alij plures*

MORALITER.

1 *Et die tertia nuptiæ.* MYSTICE. Nuptię tunc celebrantur quando sponsus ecclesiæ scilicet episcopus consecratur.

† *In Chana.* Chana zelus, Galilæa trāsmigratio interpretatur. Per hoc significatur, quod episcopi cōsecratio fit propter Zelum animarū, & propter trāsmigrationē ipsius ad culmē virtutū; Hæc enim duo inseparabiliter cōcomitari debēt episcopalem statum.

3 *Et erat mater.* Nā ex consecratione talis episcopi honoratur † Iesus &

A ✠ AVGVSTINVS. Quid autem mirum si in illam domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Habet enim hic sponsam quam redemit sanguine suo, & cui pignus dedit Spiritum sanctum, quam sibi coniunxerat in vtero virginis. Verbum est sponsus, & sponsa caro humana, & vtrumq; vnus filius Dei, & idem fili⁹ hominis. Ille vterus virginis Mariæ thalam⁹ eius est, vnde processit tãquam sponsus de thalamo suo.

(Tract. 8. in Ioan. to. 9.)

B a *Deficiente.* Vinum deficit, vt mirabiliter vino de aqua facto, virtus latentis Deitatis appareat. AVGVSTI. Maior virtus est in creatione & gubernatione cœli & terræ, & quod quotidie aqua pluuiæ per vites in vinum vertitur, & quòd ex paruo seminario fruges creantur. Sed quia hæc naturaliter fiunt, iam ex vsu viluerunt, & ideò quædam etsi minora præter solitum naturæ sibi C Deus seruauit, per quę virtus quæ in maioribus etiam operatur, ad memoriam reducitur.

b *Quid mihi.* AVGVST. In his non negat matrem, vt hæretici dicunt, nec inhonorat eam, qui parentes honorare præcepit: Sed illa exigente, miraculum facturus non agnoscit eam. q. d. Ex eo quòd genuisti, non operor hoc, agnoscam autem te pendens in cruce, cum vt filius curam tui discipulo committam, sed *nondum venit hora mea*, id est, oportunitas, quia non debet esse passio nisi prædicato euangelio, nisi virtute Deitatis ostensa D mundo tunc erit hora, non necessitatis vt hæretici calumniantur, sed voluntatis, vnde; *Potestatem habeo ponendi animam meam, & ite. su. eam.* (Infra. 10. c.) Non enim author temporum fato temporis regitur, Chana Galilææ, id est, zelus transmigrationis ibi nuptiæ, quia hi sunt digni Christo, qui feruore deuotionis de virijs ad virtutes, de terra ad cœlos transmigrant. Mater ibi, cuius vterus thalamus fuit, de quo spõsus processit. Vocatus est autem Iesus E desiderio præcedentium patrum, & discipuli & ministri. In nuptijs vinum deficit, quia sensus legis per carnalem expositionem Pharisæorum à sua prisca virtute cœperat deficere, sed Christus aquam in vinũ conuertit, dum quæ carnalia videbantur, spiritualia ostendit, & superficiem literæ, plenam virtute cœlesti videri fecit. Christus F enim in prophetis nondum manifestatus, quasi vinum in aqua latuit, sed cum aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas, ipsos vino inebriauit, & mentes à carne alienauit. Scripturæ sunt lex & prophetæ & Psalmi: Hæ omnes secundum literam aqua insipida, secundùm spiritum vinum sunt. Sex hydriæ, sex ætates, (Sex hydriæ sex ætates.) quarum nulli defuit prophetia. Incipit enim ab exordio mundi. Et est prima ætas ab Adam vsque ad Noë, Secunda vsque ad Abraham. Tertia vsque ad Dauid. Quarta vsque ad transmigrationem

Et deficiente vino, [a] dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. [1] [2] Et dicit ei Iesus: Quid [a] mihi & tibi est mulier [b]? Nondum [3] [4] venit hora [a] mea. Dicit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. [5] [6] Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudęorum, capientes singulæ [7] [8]

a ¶ August. Quid est commune Deitati meæ, & tibi matri secundùm carnem.
b ¶ Est nomen sexus.
a ¶ Id est, opportunitas ostendendi naturam quam ex te habeo; sed ostensa diuina per miracula, ostendetur & humana natura per passionem. ¶ Et si videtur negare filius, scit mater pietatem eius, & ideò fiducialiter imperat ministris.
¶ Vasa aquaria, ab hydor.

NICOLAVS DE LIRA.

plures fuerint in istis nuptijs. tamen Iesus & mater eius & discipuli eius expressiùs nominantur, quia non fit hic mentio de nuptijs nisi ratione miraculi ibidem perpetrati, quod fuit factum per matris interpellationem & per ipsius Iesu operationem, & ad discipulorum confirmationem. Et per hoc etiam excluditur error eorum qui dicunt nuptias esse peccatum, quia si nuptiæ essent illicitæ, Iesus & mater eius non fuissent in illa societate. (Nuptiæ licitæ.) *Dicitur etiam communiter, quòd iste nuptię fuerunt Ioannis* Euangelistæ, *à quibus eum Christus vocauit ante consummationem matrimonij per copulam carnis. Ex hoc in ecclesia obseruatur, quòd ante carnalem copulam potest licitè alter coniugum intrare religionem. Hoc autem videtur per dictum Hieronymi in prologo, vbi dicitur quòd Christus vocauit eum de nuptijs nubere volentem. Ex quo videtur, quòd nuptiæ fuerunt suę, quia Christus non legitur in alijs nuptijs fuisse. Hoc etiam videtur per hoc, quòd mater Iesu erat ibi tanquam in nuptijs nepotis sui. Non enim est verisimile, quòd ipsa venisset nisi multum attinuisset sibi, sicut iuit ad Helizabeth cognatam suam festinanter tamen, vt habetur Luc. 1. d. quia secundùm quòd dicit Ambros. non libenter stabat in publico, sed magis in orationis secreto.*

1 Et deficiente vino. *Hic tangitur occasio miraculi.*

2 Dicit mater Iesu ad eum, &c. *Ad sufficientiam. Ex corde enim pijssimo voluit præuenire totalem defectum, ne appareret confusio, ideò inuitauit filium quem sciebat ad hoc potentem, sicut à principio edocta fuerat per angelum & per spiritum sanctum, non tamen ipsum inuitauerat ad miracula ante ætatem perfectam, quia non decebat vt videbitur.*

3 Et dicit ei Iesus, &c. *Cùm Christus maximam reuerentiam matri suæ detulerit, mirum videtur quòd sic extraneè matri suæ respondit, ideò dicit August. quòd facere miracula ei competebat secundùm diuinam naturam, quam à matre non habuit, ideò prædicto modo respondendo matri ostendere voluit quòd in hoc non tenebatur ei obedire, quia in natura diuina nihil habuit à matre, nec per consequens cum ea aliquod esse commune, ideò dicit:* Quid mihi & tibi est mulier? *Q. d. virtutem faciendi miracula à te non habeo. Sed quia humanitatem in qua passus est, traxit à matre, ideò addidit.*

4 Nondum venit hora mea, *Id est, tempus patiendi in natura, quam habeo à te, & tunc te recognoscam, & tibi condescendam, vnde & tunc eam recommendauit Ioanni, vt habetur infrà 19. c. secundùm Chrysostom. aliter exponitur, quia secundùm ipsum beata virgo ex pietate mota voluit præoccupare tempus debitum faciendi miraculum. Illud enim miraculum inter miracula Christi erat primum, & ad confirmationem discipulorum, vt dicitur infrà eo. b. & debuit esse notum ibidem existentibus, & gratum ipsis conuiuantibus. Hoc autem maius fuit, eò quòd factum est post vini totalem defectum, quam si anteà fuisset factum. Et quia mater Iesu voluit præuenire totalem defectum, vt prædictum est, ideò dixit illi Iesus:* Quid mihi & tibi est. *Q. d. Scire tempus aptum ad miracula facienda non est mihi & tibi commune, sed mihi soli conuenit, propter quod subdit:* Nondum venit hora mea, *id est, tempus conueniens ad faciendum miraculum mihi soli notum. Ex hoc autem quòd dicitur,* hora mea, *dicunt quidam hæretici dicti Priscillianistę, quòd facta Christi & aliorum hominum subiacet fato siderum.* (Error Priscillianistarum.) *Sed hoc est falsum, non solùm de Christo, sed etiam de omni homine, quia virtus intellectualis non est alligata organo corporali, & ideò non est subiecta cuicumque actioni corporali, propter quod influxus siderum non pertingit directè ad ipsum, sed tantummodo indirectè, inquantum impressio facta in appetitu sensitiuo redundat quodammodo ad appetitum intellectiuum, vt dicitur. 3. de anima. Sed hoc non est per modum necessitatis, quia homo per appetitum intellectiuum potest moueri ad contrarium, propter quod Ptolomeus qui fuit maximus Astrologus, dicit in centiloquio: Sapiens dominabitur astris, quia non sequitur appetitum sensualitatis, sed dictamen rectę rationis, & ideò exponendum est:* Nondum venit hora mea. *id est, hora conueniens faciendi miracula à me solo cognita. Et huic consonat litera sequens, quia mater Iesu ex eius responsione non ostendit petitionem suam repulsam, sed conuenienter dilatam, vnde sequitur:*

5 Dicit mater eius ministris. *Qui seruiebant in nuptijs.*

6 Quodcunque dixerit vobis. *Expectans, hora conuenienti à filio suo cognita, impletionem petitionis suę.*

7 Erant autem, &c. *Hic consequenter ponitur miraculi perpetratio. Et describitur veritas miraculi ex pluribus conditionibus. Primò ex parte vasorum, cùm dicitur:* Erant autem ibi la. hy. *Ex traditione enim seniorum Iudæi vasa frequenter lauabant & purificabant, secundùm quod dicitur. Mar. 7. a. Et ideò ad hoc faciendum erant ibi positę illę hydriæ, quia erant vasa ad reponendum aquam pro huiusmodi purificatione facienda. Et ex hoc miraculum fuit euidentius, quia si fuisset aqua conuersa in vinum in vasis vinarijs, posset credi quod illud vinum præextitisset ibidem.*

8 Capientes singulæ. *Metreta quę mensura est, continens decem sextarios,* (Metreta.)

MORALITER.

Iesus & mater ipsius. Sed ibi deficit vinum consolationis humanæ, & hic propter sollicitudinem impositæ sibi curæ, de qua dicitur 2. Cor. 11. g. *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror?* Sed tali prælato sic compatienti populo suo impetratur per virginem melius vinum, id est, consolatio melior, scilicet diuina, quæ tantæ virtutis est, quod facit materiam consolationis illud quod est alijs materia desolationis. Act. 5. g. *Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati,* Episcopi verò, successores sunt Apostolorum, vt dicitur in decretis, di. 21. in nouo. Et ideò si gaudent de apostolico honore debẽt eis esse similes in labore.

tionem Babylonis. Quinta vsque ad Ioannem Baptistam. Sexta vsque ad finem mundi. In his ergo ætatibus erant hydriæ, id est, corda hominum receptiua scripturarum Dei parata, proposita in exemplum viuendi & credendi. Lapidea, id est, fortia in Christo lapide, secundùm purificationem Iudæorum, id est, quia illi populo Iudæorum lex data est, gratia per Christum omnibus facta est. Videamus quæ in singulis ætatibus quasi hydrijs aqua fuerit, & quomodo in vinum mutatur. In prima Abel à fratre occiditur, & hic pœnam, ille laudem accipit. In hoc si quis innocentiam Abel sequitur, & maliciam Cain fugit, aquam abluentem & reficientem bibit. Si verò in eodem Christum à Iudæis occisum intelligit, de aqua vinum bibit, sic in alijs omnibus huius ætatis. In secunda, Noë in arca propter iustitiam saluatur, mundus diluuio perit. Si quis hoc exemplo à vitijs se corrigit, aquam salutarem bibit. Sed si in arca ecclesiam, quæ cuncta animalia, id est, omnes gentes recipit in aqua baptismum intelligit, & cætera huiusmodi, vinum bibit. In tertia Abraham obediens pro filio offert arietem, qui hic discit obedientiam, bibit de tertia hydria aquam. Si quis in Isaac Deitatem, in ariete Christi carnem intelligit, vinum bibit. In quarta, Dauid humilis regnat: Saul superbus abijcitur. In hoc si quis discit humiliari, aquam bibit, si regnum Christi intelligit, vinum bibit. In quinta peccans populus captiuatur, post reducitur, hinc si quis discit pœnitentia corrigi, aquam bibit. Si quis de captiuitate peccati populum Dei per Iesum liberari intelligit, vinum bibit. In sexta Christus circumciditur, offertur. In quo si quis discit suis sacramentis subijci, sicut Christus, ille aquam bibit. Si in vera octaua depositionem totius mortalitatis & intrationem ad Deum intelligit, vinum bibit.

a *Binas vel.* AVGVST. Æstimantis est hoc dicere, vt ipsas diceret binas quas & ternas. Sunt ergo duæ mensuræ in scripturis, dũ Pater & Filius nominatur, & Spiritus, qui necessario est communis Patri & Filio intelligitur, vt, *Omnia in sapientia fecisti domine.* id est, in filio, &: *Ego & pater vnum sumus.* Ternę, dũ nominato spiritu trinitas manifestius intelligitur, vt: *Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius, &c.* Et, baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritussãcti. Aliter. Binæ vel ternę mensurę sunt omnes gentes ad quas pertinent scripturæ. Binæ propter præputium & circuncisionem. Ipsæ etiam trinæ, à tribus filijs Noë disseminatæ.

b *Et impleuerunt.* Quod iussu eius impletæ sunt hydriæ, significat, quòd etiam illa scriptura a domino est, sed dum in ea sub velamine, id est, adopertione literæ latet Christus, sapit aquam insipidam. Cùm autẽ aufertur velamen, est vinum inebrians. Potuit quidem vacuas implere vino, qui cũcta creat ex nihilo, sed maluit de aqua vinum facere, vt doceret se non soluere legem, sed implere, nec in euangelio alia facere vel docere quàm quæ prophetia prædixit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Sed quare antequam implevissent hydrias aqua, non fecit signũ? quod multò mirabilius esset, quia scilicet aliud est substantiam in aliam qualitatem transmutare, & ipsam substantiam ex nihilo facere, quod quidem mirabilius est, sed non ita videtur credibile multis. Propterea enim multoties à miraculorum magnitudine abstinet, volens magis credibile esse quod fiebat, cùm hoc & peruersa dogmata euertit. Quia enim sunt quidam qui mundi conditorem alium esse dicunt, plura miraculorum ex subiectis substantijs facit. Si enim contrarius ei esset qui conditor est mundi, non vtique alienis vteretur ad propriæ virtutis demonstrationem.

c *Vt autem gustauit.* Triclinium, id est, tres ordines discumbentium, altitudine distantes inter se, id est doctores, continentes, coniugati. Architriclinus aliquis legisperitus, qui bibit spiritualem sensum legis. Vnde spiritualem sensum in scripturis aperire discipulis, est aquam in vinum conuertere, vt quando post resurrectionem aperuit illis sensum, intelligerent scripturas.

d *Aquam vinum factam.* Per aquam baptismus Ioannis, per vinum passio Christi. vnde & vinum prius fertur Architriclino, id est, Ioanni qui ante bibit passionem quàm Christus.

e *Hoc fecit.* HIERON. In initio signorum quæ mortalis mortalibus erat daturus, aquam vertit in vinum, sicut iam immortalis discipulis aperuit sensum, vt in lege & prophetis intelligerent Christum, ita carnales mentes prius sapore sapientiæ imbuit, postea resuscitatos maiori gloria completurus..

✠ CHRYSOSTOMVS. Tunc signa maximè necessarium erat

¶ Metron Græcè, Latinè mensura dicitur.

a metretas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hydrias a- 1 2

a ¶ Quia nullum tempus fuit à salutari doctrina vacuum.

b qua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus, 3 4

c Haurite nunc, & ferte Architriclino: & tulerunt. Vt autẽ gu- 5

a ¶ Princeps triclinij. Est enim in medium spacium, domus à parietibus vbi sedebant conuiuantes. b ¶ Vt Paulus prius nesciuit spiritum in litera. 6

d stauit Architriclinus aquam vinum † factam, & non sciebat 7

¶ Vt Isaias & cæteri.

vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam, vo- 8

a ¶ Carnalis a veris ad falsa descendit. 9

cat sponsum Architriclinus, et dicit ei: Omnis homo † pri- 10 11

a ¶ Mundana prudentia prius docet homines blanda, deinde subdit inutilia & inhonesta.

mum bonum vinum ponit, et cum inebriati fuerint, tunc id 12

a ¶ Quia & olim bonum, & si in figuris quasi in aqua occultum, tunc vero in euangelio manifestum. 13

quod deterius est: Tu autem seruasti bonum vinum vsque 14

e † adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Chana Gali- 15

NICOLAVS DE LIRA.

sextarios vt dicit Isidorus 16. Etym. Sed cuius quantitatis erat sextarius, non est certum, quia non est eiusdem quantitatis in diuersis terris. In eadem etiam terra variatur in diuersis villis. Isido. tamen dicit 16. Etym. quòd sextarius continet duas libras tantum, & secundùm hoc est valde paruus.

1 Dicit eis. *Id est, ministris.*

2 Implete hydrias aqua. *Quia aliquid de aqua ibi prius posita assumpserant ad purificationem vasorum, ideò iussit Iesus suppleri quod fuerat amotum, vnde subditur:*

3 Et impleuerunt. *Per hoc etiam fuit miraculum euidentius, quòd aqua apposita fuit de nouo, & per ministros qui sciebant totalem defectum vini, quia cum impleta fuissent, aqua conuersa est in vinum virtute diuina.*

4 Et dicit eis Iesus. *Hic consequenter ponitur miraculi facti approbatio. Voluit enim Christus, quod ille qui principalior erat inter conuiuas, primò de vino illo gustaret, vt ex commendatione illius miraculum notius fieret, propter quod dicitur:*

5 Et ferte Architr. *Dicitur enim Architriclinus, ab Archos, quod est princeps, & triclinium, quod est locus vbi homines sedent in conuiuio, quia antiquitus comedebant sedentes in lectis, propter hoc in scriptura dicuntur comedentes accumbere vel recumbere. Locus enim vbi fiebant ordines lectorum ad sedendum, vocatur hic triclinium, & ideò Architriclinus non est nomen proprium, sed significat illum qui principaliter inter conuiuas sedebat. Et probabile est, quod fuerit aliquis sacerdos illius temporis, qui stabat in nuptiis ad benedicendum, & ad ostendendum qualiter debebat procedere, secundùm legem & statuta seniorum. Sequitur:*

6 Vt autem gustauit Architriclinus aq. &c. *Id est, mutatam in vinum.*

7 Et non sciebat, &c. *Id est, per virtutem Christi.*

8 Ministri autem sciebant, &c. *Ad supplendum vini defectum ex præcepto Christi.*

9 Vocat sponsum Architriclinus. *Quasi ad arguendum eum, vnde subditur:*

10 Et dicit ei: Omnis homo. *Prudenter agens.*

11 Primum. *Id est in principio.*

12 Bonum vinum. *Id est, apponit ipsis conuiuantibus, quia tunc sensus est viuax, & potest discernere vini bonitatem & acceptare, non sic autem post ebrietatem, ideò subditur:*

13 Et cum inebriati fuerint, tunc id quod de. *Apponit ipsis conuiuantibus, quia tunc nesciunt discernere inter bonum & malum.*

14 Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. *Q. d. Imprudenter fecisti contrarium. Iste tamen ignoranter loquebatur vt prædictum est.*

15 Hoc fecit initium. *Hic ponitur miraculi perpetrati conclusio, quia hoc miraculum primò à Christo factum est ad manifestandum veritatem diuinitatis, in eo latentem, & ad fidem aliorum confirmandum, & hoc est quod dicitur:* Hoc fecit initium: *quia istud fuit primum miraculum ab ipso factum, vt plenius videbitur in fine huius ca.*

Et mani-

erat facere, quando discipuli iam congregati erant & deuoti, & attendentes his quæ fiebant, manifestè aderant.

A

Tract. 8. in Ioan. to. 9.

a *Manifestauit gloriam suam.* ✠ AVGVST. Hoc miraculum domini, quòd de aqua vinum fecit, non est mirum eis qui nouerunt quia Deus fecit. Ipse enim fecit vinum illo die in hydriis, qui omni anno hoc facit in vitibus, sed hoc assiduitate amisit admirationem. Itaque seruauit sibi Deus insufitatè quædam quæ faceret, vt tanquam dormientes homines ad se colendum mirabiliter excitaret, propter quod sequitur: *Et manifestauit gloriam suam.*

B

a ¶ Latentem Deitatem.

læ, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt eum discipuli eius.

a ¶ Villa pulcherrima, vel ager consolationis.

† Post hæc descendit Capharnaum ipse

a ¶ Cognati, magis fratres quam discipuli. b ¶ Qui non fratres.

& mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Iudæorum,

a ¶ Docet nos seruare instituta illius ecclesiæ ad quam venimus, si non fuerit contra fidem.

& ascendit Iesus Ierosolymam, † & inuenit in templo

† Mat. 4. b. post hoc.

Lib. 2. de consen. euan. c. 5. tom. 4.

b *Crediderunt in eum disc. eius.* ✠ AVGVSTINVS. Sed si tunc in eum crediderunt, nondum erant discipuli, cùm ad nuptias vocati sunt, sed illo more locutionis hoc dictum est quo loquimur, cùm dicimus Apostolū Paulum in Tharso Ciliciæ natum, neque enim tunc iam erat Apostolus: Ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias cùm audiuimus, non iam discipulos, sed qui futuri erant discipuli, intelligere debemus.

c *Post hæc, &c.* Post initium signorum de vino, subdit aliud iudicium diuinæ maiestatis in eiectione vendentium de templo.

C

TYPICE. Filius Dei vt humilis, descendit Capharnaum, id est, in mundum, secundùm quod habet matrem & fratres.

Tract. 10. in Ioa. t. 9.

d *Fratres eius.* ✠ AVGVSTINVS. Fratres scriptura sacra appellare consueuit, non eos solos qui nascuntur ex eodem vtero, aut eodem patre, aut ex eodem gradu, velut compatrueles aut consobrinos. Vnde ergo fratres Domino? Non enim Maria iterum peperit? absit. Inde cœpit dignitas virginū. Abraham patruus erat Loth, & Iacob Labam Syrum habebat auunculum, & vtique dicti sunt fratres.

In hūc loc.

✠ ALCVINVS. Fratres ergo Domini dicuntur cognati Mariæ vel Ioseph, non filij Mariæ vel Ioseph, quia non solùm beata virgo, sed etiam Ioseph testis castitatis eius ab omni actione coniugali immunis permansit.

D

e *Et propè erat Pascha.* Pascha agimus, dum à vitiis ad virtutes transimus. Ad hoc Iesus venit dum ecclesiam quotidie visitat, & actus cuiusque considerat, & eos eiicit qui inter sanctos, vel fictè bona, vel apertè mala faciunt. Per boues qui arant, prædicatores doctrinæ cœlestis significantur, hos vendunt qui non amore Dei, sed pro quæstu temporali prædicant. Oues innocentes sua vellera vestiendis præbent, per has signantur opera mundiciæ & pietatis, quæ venduntur, dum pro humana laude geruntur. Spiritus vt columba apparuit, vnde per columbam spiritus accipitur, quam vendunt Symoniaci. Nummos dant mutuo in ecclesia, qui non simulate cœlestibus, sed apertè terrenis seruiunt. Hi omnes eiiciuntur de parte sortis sanctorum, qui vel fictè bona, vel apertè mala faciunt, & funiculis peccatorum modo flagellantur ad correctionem, qui si incorrecti permanserint, in fine ligabuntur. Oues quoque & boues eiicit, quia talium vitam & doctrinam ostendit reprobam. Et mensas subuertit, quia in fine ipse res quas dilexerunt, destruuntur.

E

† Mat. 21. b. 88 dist. c. 2. 1 q. 3. saluator ante si

F

f *Et ascendit.* Si ipse qui dedit decreta Dei, custodit, docet quāta cura hominibus debet esse vacare orationibus & Dei solennitatibus. Bis legitur ad Pascha ascēdisse. Semel primo anno prædicationis, nōdum incarcerato Ioanne, vnde hic agitur. Secundò cum ad passionē iret, & in vtroque vendentes eiecit de templo.

Bis legitur Christus ad Pascha ascendisse. Mat. 21. b.

g *Et inuenit in templo.* Si in figurali templo quod est domus orationis, prohibet negociationem quæ honesta putatur, cum sit de his quæ in templo offeruntur, quanto magis prohibet potationes & cætera grauiora?

☞ De funi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et manifestauit gloriam suam. *Id est, diuinitatis potentiam.*

2 Et crediderunt in eum discipuli eius. *Quia aliqui de nouo crediderunt in eum, & illi qui prius crediderant, vt Andreas, & alij, vt dictum est, per hoc in fide solidati fuerunt.*

3 Post hæc descendit. *Posita immutatione naturę coram discipulis, hic idem ostenditur coram turbis, non pro tunc facta, sed quia prædicitur in posterum fienda, vt videbitur. Et diuiditur in duas, quia primò ostenditur propositum, secundò ex hoc sequens fructus declaratur, ibi:* Cum autem esset Ierosolymis. *Ista immutatio naturæ est suscitatio corporis sui, quam hic prenunciat se facturum in sua resurrectione. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur huius denunciationis occasio, secundò, subiungitur ipsa prenunciatio, ibi:* Responderunt ergo. *Tertiò, prenunciationis interpretatio, ibi:* Dixerunt ergo. *Prima in duas, quia primo continuat Historiam, secundò descendit ad propriam materiam, ibi:* Et propè erat Pascha. *In prima parte dicit sic continuando ad præcedentia.* Post hæc. *Id est, post mutationem aquæ in vinum prædictam.*

Diuisio.

4 Descendit Caph. *Illa enim ciuitas erat metropolis Galileæ, & illuc voluit venire, quia incœperat iam gloriam suam manifestare.*

5 Ipse & mater eius. *Quoniā Ioseph mortuo Christus comitabatur matrem suam ad impendendum ei debitum obsequium.*

6 Et fratres eius. *Quia non essent filij Marię matris eius, vt dicit Heluidius Hæreticus, qui dicit eam fuisse cognitam à Ioseph post Christi natiuitatem, & de ea filios genuisse, qui dicuntur hic fratres, quia ex eadem matre, licet non ex eodem patre. Sed hoc fuit improbatum Mat. 1. Propter quod alij dixerūt, quòd fuerunt filij Ioseph de alia vxore. Dicuntur tamen hic fratres Christi, eò quod Ioseph putabatur pater eius. Sed hoc est falsum, quia cum Christus matrem suam in cruce non commendauerit, nisi virgini, etiam cum iam in ętate processerat, non est verisimile, quòd Ioseph qui fuit assignatus à Deo præcipuus custos eius, & in iuuentute virginis non fuerit consimiliter virgo, imò cum ea votum virginitatis emisit, quia erat in consimili proposito sicut ipsa, prout diffusius tractatur in 4. sententiarum, vbi agitur de coniugio Marię & Ioseph. De hoc etiam plenius dixi super Lucam 1. cap. Dicuntur igitur hic fratres Christi cognati eius, quia illi qui sunt de eadem cognatione, in sacra scriptura nominātur frequenter fratres, vnde Genes. 13. b. Dixit Abraham ad Loth:* Ne sit iurgium inter me & te, fratres enim sumus, *tamen Loth erat nepos ipsius, & sequitur:*

Error Heluidij.

7 Et ibi manserunt non multis diebus. *Quia imminebat tempus eundi in Ierusalem, vt patebit parte sequenti.*

8 Et propè erat Pascha. *Posita continuatione Historiæ, hic consequenter ponitur occasio prenunciandi suam resurrectionem futuram, Quia ascendens Ierusalem eiecit de templo vendentes & ementes, quod videbatur pertinere ad personam super populum authoritatem habentem, & ideò huius authoritatis petierunt Iudæi signum, & hoc occasio fuit predicendi signum suæ resurrectionis, & hoc est quod dicitur:* Et propè erat Pascha Iudæorum. *In tribus enim solennitatibus in anno tenebantur conuenire in Ierusalem, scilicet in solennitate Paschæ, Pentecostes, et tabernaculorum, vt habetur Exo. 23. b. Veruntamen de festo tabernaculorum & Pentecostes aliquando dispensabatur cum illis qui erant à remotis, non tamen de solennitate Paschali. Christus autem vsque ad passionem suam voluit legem obseruare, & per consequens in solennitate Paschali Ierusalem ascendere, & hoc est quod subditur:*

Quando Iudæi obligabantur comparere in Ierusalē.

9 Et ascendit Iesus Ierosolymam. *Ex hoc confutatur error Manichæi, qui dicit vetus testamentum à diabolo esse datum, quia Christus nullo modo obseruasset ipsum.*

Error Manichæi cōfutatur.

10 Et inuenit in templo. *Nomine templi non accipitur hic ipsa domus domini, in qua erat altare thymiamatis & candelabrum, nec atriū sacerdotum in quo erat altare holocaustorum, sed quoddam atrium vbi homines orabant & doctores etiam docebant ibidem, & etiam ibi vendebantur ea quæ in templo offerebantur. & hoc est quod dicitur.*

✠ Vendentes

MORALITER.

8 *Et propè erat Pascha.* Sequitur.

10 *Et inuenit in templo.* Per oues intelliguntur Hypocrytæ, qui mentem lupinam habent sub ouina pelle, Per boues qui sunt laboriosi, significantur illi qui magnos labores sustinent pro principibus & prælatis, vt per hoc promoueantur in ecclesia, licet insufficientes sint, & indigni. Per vendentes columbas simoniacè promoti. Omnes istos eiecit de templo Christus, significans quòd sunt exclusi de templo gloriæ sancto Dei.

✠ Soluite

A a *De funiculis.* Funiculi quibus eiiciuntur sunt incrementa actionum malarum, vnde Isa. *Vę qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Et Salomon. *Funiculis peccatorum suorum quisque constringitur.*

Isa.5.c Prou.5.d.

✠ AVGVSTINVS. Qui flagellandus erat ab eis, prior illos flagellauit.

Tract.10. in Ioa.t.9.

b *Qui columbas.* Non solùm vendentes columbas, sed etiam alij domum Dei faciunt domum negotiationis, id est, omnes qui quærunt quę sua sunt, non quæ Iesu Christi.

†pecuniã minutulã, Cor.10 c.

c *Zelus domus tuæ.* AVGVST. Bonus zelus est feruor animi, quo mens abiecto humano timore, pro defensione veritatis acceditur. Ab eo comeditur, qui quælibet praua quæ viderit, corrigere satagit, si nequit, tolerat & gemit.

Tract.10. in Ioa.t.5. B †Psal.68.b

d *Quod signum ostẽdis nobis, quia hæc facis? Respõdit.* Quia signum quærunt, quare solita cõmercia de templo eiicit? & ait: *Soluite.* Q.d. Quia hoc templum, significat templum corporis in quo nulla est macula & merito hoc figurale purgo, qui illud ab hominibus morte solutum diuina potentia suscitare queo.

†Mat.26.f C

a ¶ Vt in sacrificiis offerrentur, & erat auaricia sacerdotum. b ¶ Ne deessent precia emptoribus.

vendentes boues & oues & columbas, & nummularios sedentes. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, & oues quoque, & boues, & nummulariorum effudit † æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum † negociationis. Recordati verò sunt discipuli eius, quia scriptum est: † Zelus domus tuæ comedit me. Responderunt ergo Iudæi & dixerunt ei: † Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis: † Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis

a ¶ Qui peccata peccatis addit quasi funem connectit quo flagelletur & ligetur. ¶ Eiecit. ¶ Id est, omnem materiem venditionis. a ¶ Specialiter simoniaca damnatur hæresis. a ¶ Gratiam spiritus prohibet vendi, quia gratia est. ¶ Hic aperte se filium Dei dicit. ¶ Hoc viso. a ¶ Quia zelus Dei eiecit impios. a ¶ Non audentes sibi resistere, quia viderunt diuinum quid in facie eius irradiare. a ¶ Non imperat, sed quasi diceret, Vos soluetis. b ¶ Ego vt Deus cum patre. ¶ Scilicet in virtute trinitatis.

xisse eum viderunt. Vnde exemplum accipimus, vt quod intelligimus, superbiendo ne amittamus, quodque intelligere subitò non valemus, vilipendentes ne despiciamus sed humiliter expectemus orantes ac exercentes mentes nostras, donec intelligamus. Nam his sermonum Dei & prophetarum mos est, vt quæ videntur in eis nobis aperta, clausa latent, ne cito intellecta iactantiam generarent, & exercitio acquisita, corrigendo delectarent. Nam carnali sensui clauduntur, spiritualiter autem laboranti & diligenter attendenti dantur, vt non margaritæ proiiciendæ sint ante porcos ne conculcentur.

D E †emporij mercatus.

f *Dixerũt ergo.* Carnales carnaliter sapiebant, ille spiritualiter loquebatur. Quod Euangelista nobis aperit: *Ille autem dicebat de templo corporis sui.*

†Mat.16.a Mat.8.b

g *Quadraginta & sex.* AVGVST. Anatole Græcè oriens, dysme occidens, arctos septemtrio, mesembria, meridies. Primæ literæ horum 4. nominum, id est, alpha, delta, item alpha, my, continentur in nominæ Adæ, qui est orbis terrarum, & alpha significat vnum delta, quatuor, item alpha, vnum, mi. 40. & sunt simul 46.

Tract.10. in Ioa.to.5 F ἀνατολή δύσμη ἄρκτος μεσημ-βρία

e *Soluite templum.* Quod de proprio corpore quod est templum Dei dicit Iesus, *Excitabo.* Iudæi non intellexerunt. Licet ignorantes diuinitus respondent dicentes: *Quadraginta sex annis.* Quia non conuenit lapidi, sed homini suscitatio. Nam 66. diebus corpus Christi, vt cuiuslibet hominis in ventre matris organizatur, sed destructum à Iudæis, à morte die tertio suscitatur. Quod etiam dictum nec apostoli intellexerunt, donec die tertio suscitatus eis apparuit. Sed quod intelligere non poterant, patienter tolerabant quousque spiritusancto reuelante, resurrexisse

AVGVSTIN. Hic numerus perfectioni Dominici corporis aptè congruit. Quadragesies enim sexies fiunt ducenta septuaginta sex, qui numerus dierum complet nouem menses & sex dies. Ipsa autem perfectio corporis Domini tot diebus ad partum producta comperitur, sicut à maioribus traditum suscipiens Ecclesię custodit auctoritas. Octauo enim calendas Aprilis conceptus creditur, quo & passus. Natus autem traditur octauo Calendas Ianuarij. Ab illo ergo die vsque ad istum computati 76. reperiuntur dies, qui senarium numerum 46. habent.

Lib.4.de Trinit.c.5 tom.3.

☞ Ædificatum,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vendentes oues & boues & columbas. *Et quia talia non poterant de longinquo adduci, ideò sacerdotes cupiditate ducti statuerant homines talia ibi vendentes, vt venientes de longinquo non haberent excusationem de oblationibus dimittendis. Aliqui etiam eorum non habebant pecuniã, ideò sacerdotes statuerant ibi campsores, qui sub cautione tradebant pecuniam, & cum hoc vltra sortem aliqua munuscula recipiebant, non tamen pecuniam, ne arguerentur manifestè facere contra legem, Deut.23.d. vbi dicitur:* Non dabis fratri tuo ad vsuram pecuniam, &c. *& hoc est quod dicitur:*

2 Et nummularios sedentes. *Quia hoc erat illicitum propter cupiditatem sacerdotum, qui diuersis adinuentionibus depauperabant populum, vt patet ex prędictis. Et quia fraus & tumultus solent annecti mercationi, quę contrariantur orationi, ideo sequitur:*

3 Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, &c. *Et patet litera vsque ibi.*

4 Recordati vero sunt discipuli eius, quia scriptum est. *Psal. 68 b. de Christo.*

5 Zelus domus tuæ. *Ex facto enim Christi recordati sunt scripturæ illius, & impletionis eius de Christo. Quæritur hic, quare non resistebant ei, cum ipsi essent multi, & ipse solus & parum adhuc reputatus? Dicendum, quòd diuina virtus in illo facto operabatur, quę apparebat in effectu cum volebat, sicut inferius 19.a. solo verbo prostrauit eos, qui volebant eũ capere. Corpus enim Christi erat instrumentũ diuinitati cõiunctum, & ideo ex oculis quidam fulgor exibat virtute diuina eos deterrens, ita quòd resistere non audebant. Sicut in passione, vox illa quæ erat diuinitatis quodammodo instrumentum, prostrauit magnam multitudinem armatorum. Solet etiam quæri ab aliquibus quomodo fecit flagellum de funiculis, quia non vendebantur ibi funiculi, sed solum illa quę debebant in templo offerri. Et dicunt aliqui, quòd ipse Christus vtebatur funiculo pro cingulo & illũ funiculum accepit de quo erat præcinctus & ipsum duplicando fecit quasi flagellum. Et quamuis hoc non habeatur expressè in textu, tamen probaliter potest credi, quia non omnia scripta sunt, vt dicitur in fine huius euangelij.*

Quæstio Quæstio

6 Responderunt ergo Iudæi. *Hic ponitur suę resurrectionis prænunciatio, quia occasione huius facti petierunt ab eo signum ipsi Iudæi, dicentes.*

7 Quod signum ostendit nobis, &c. *Quamuis enim factum esset bonum de se, tamen non pertinebat ad quemlibet hoc facere, sed solùm ad eum qui haberet authoritatem corrigendi excessus sacerdotum. Quod non conueniebat alicui de communi populo, cum sacerdotes essent in illo populo superiores. Sed prophetę mittebantur ad hoc specialiter à Deo, & ideò petierunt signum missionis suę, & ipse dedit eis signum potestatis diuinę in suscitatione sui corporis propria virtute, & hoc est quod dicitur:*

8 Respondit Iesus & dixit eis: Soluite. *Non est verbum inductiuũ ad hoc faciendum, cùm fuerit simpliciter malum ex parte Iudæorum, ad malum autem Christus non poterat inducere, sed est verbum denũciatiuum eius quod erat per ipsos fiendum. q.d.* Soluite templum hoc. *Id est soluetis, quia in passione Christi anima fuit soluta à corpore, & sanguis à carne, & continuitas membrorum in confixione clauorum & lanceę.*

infra 11.g.

9 Et in tribus diebus. *Non dicit post tres dies, quia Christus non fuit mortuus tribus diebus completè.*

10 Dixerunt ergo. *Hic ponitur sua prænunciationis interpretatio.*

☞ Et diuiditur

MORALITER.

† *Soluite templum hoc.* Quod intelligitur literaliter de solutione corporis Christi per mortem, vt dicitur in litera. Per quod significatum fuit, quòd Iudæi post ascensionem Christi conarentur soluere corpus eius mysticum, sed in tribus diebus fuit suscitatum. Per quos dies significantur doctrinæ, miracula, & exempla vitæ in apostolis aliisque discipulis per hæc ecclesiam illuminantibus, sicut sol & luna.

† Ipse au-

a *Ædificatū.* AVGVSTINVS. Ædificatio Salomonis septem annis perfecta est, reædificatio sub Zorobabel impedientibus inimicis 46. annis. Hic numerus conuenit perfectioni dominici corporis, quia vt dicunt Physici, tot diebus forma humani corporis perficitur. Hic numerus in literis Adæ inuenitur, cuius nomen ex quatuor primis literis climatum constat, quæ literæ significant Adam dispersum per quatuor partes mūdi in filijs suis. Hoc numero corpus Christi (quod est ex Adam, de quo dicitur: *Soluite templum hoc*: sicut & illi dicitur: *Terra es & in terram ibis*) in vtero matris ædificatur, vt significet illum Adam, qui dispersus erat, colligendum esse de illis quatuor partibus in vnum corpus Christi, quod est Ecclesia, vnde dicitur electos esse congregandos à quatuor ventis.

b *Cum autem.* Conuentus adibat, vt verbis & signis plures conuerteret. Et quia aliqui solis signis moti credebant in eum, verè quidem, sed tamen ita, vt possent postea in passione eius scandalizari, & quia nondum erant renati ex aqua & spiritu, non erant digni quibus se crederet Iesus, & familiariter cohabitaret. Sciebat enim quid esset in illis, melius quam ipse homo de se. Hæc fides conuenit catechumenis, qui credunt in eum, sed quia non sunt renati, non creditur eis communio corporis & sanguinis Christi. De talibus erat Nicodemus, qui credēs dicit eum à Deo venisse, propter signa quæ viderat, sed nondum renatus erat, & ideò nocte venit, nō die, quia nondū illuminatus cœlesti lumine.

c *Crediderunt in nomine eius.* AVGVST. Quid sibi vult hoc? *Illi credebant in nomine eius & ipse Iesus non credebat seipsum eis?* An forte

Ecclef. 3. d. Genes. 3. d. secundum aliam literā

† excitatus fuisset.

Tract. 11 in Ioan. to. 9.

a ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud. Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cùm ergo † resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia b hoc dicebat, & crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. c Cum autem esset Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eò quòd ipse nosset

a ¶ Corpus suum morte soluendum & à se suscitandum.
b ¶ Prophetarum, qui dixerunt Christum tertia die resurrecturum. ¶ Hunc, scilicet, Soluite templum hoc.
¶ Cur. ¶ Propter signa. a ¶ Non quod essent aliquid facturi nolenti, qui habet potestatem ponendi animam suam, &c sed quia occulta in eis nouit, & sciebat eos non firmiter credere.
¶ Cur. ¶ Vt Deus.

NICOLAVS DE LIRA.

Diuisio. *Et diuiditur in duo, quia primò ponitur interpretatio Iudæorum falsa, secundo, interpretatio euangelistæ ibi:* Ille autem. *Circa primum sciendum quod Iudæi petierant à Christo signum non ad credendum & venerandum, sed magis ad deridendum & impugnandum: Quod patet ex hoc, quod statim impugnauerunt dictum suum, et ideo non fuerunt digni, vt prædiceret eis resurrectionem corporis sui manifestè, sed occultè, vocans corpus suum templum, & ideo voluerunt arguere dictum suum per materiale templum, & hoc est quod dicitur:* Dixerunt ergo Iudæi: Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? *Hoc dicunt deridendo, quasi esset ei impossibile. Multò plus derisissent, si resurrectionem corporis sui prædixisset manifestè, quia difficilius est resuscitare mortuum, quàm ædificare tale templum. Sciendum etiam, quod non loquuntur hic de templo facto per Salomonem, quia illud fuit ædificatum in septem annis, vt habetur 3. Reg. 6. d. Et præterea, quia fuit per Nabuchodonosor destructum 4. Reg. vlt. c. Sed loquuntur de templo reædificato post captiuitatem Babylonicam. A primo enim anno Syri regis Persarum, in quo data est populo licentia redeundi, & templum reædificandi, vsque ad sextum annum Darij, sub quo consummatum est illud templum, fluxerunt 46. anni, quia Iudæi impediebantur à nationibus in circumitu eorum existentibus in ædificatione templi. Iste numerus patet per hoc quod Syrus regnauit 30. annis. Cambyses filius eius post eum 10. quia non computatur tempus quo regnauit cum patre. Post eum regnauerunt successiuè duo Magi, sed tempus eorum dimittitur, quia regnauerunt tantum septem mensibus, quibus successit Darius, in cuius sexto anno consummatum est templi opus. Et ideo de isto templo loquebantur, quia illud stabat in eorum præsentia, & illud ostendebatur, vt patet in litera. Hæc autem 46. annorum acceptio accipitur secundùm expositores Latinos & Græcos, secundum Hebræos oportet aliter accipere, sicut dixi in principio libri Esd. & 6. cap. Dan. Tamen de verificatione huius dicti:* Quadraginta & sex annis ædificatum est tem. hoc, *non est multum curandum, quia non est verbum Christi nec euangelistæ, nisi tantum referendo, sed est verbum Iudæorum deridendo Christum, vt dictum est, contra quem multa falsa dixerunt, vt infra refert euangelista.*

1 Ille autem. *Hic ponitur interpretatio vera, quia loquebatur de corpore suo nomine templi, quia humanitas Christi erat spirituale habitaculum ipsius Dei, & hoc est quod dicit euangelista:* Ille autem dice. *Hanc autem interpretationem non cognouerunt tunc apostoli: Quod patet ex hoc, quod postea Petrus audiens ab eo eius passionem futuram, voluit eam impedire, Matth. 16. d. Sed post resurrectionem Christi hanc intellexerunt interpretationem, quando aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas Luc. vlt. g. Et hoc est quod dicitur:*

2 Cùm ergo resurrexisset. *Scilicet intelligendo de corpore suo.*

3 Et crediderunt scripturæ. *Scilicet prophetarum loquentium de Christi resurrectione futura tertia die, Osea 6. a.* Viuificabit nos post duos dies, & in die tertia suscitabit nos, *hoc dixit propheta, quia resurrectio Christi fuit causa resurrectionis nostræ, & Ionæ 2. dicitur quia Ionas fuit tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, in figura ipsius Christi.*

4 Et sermoni quem, &c. *Quia tunc perceperunt impletionem verbi illius.*

5 Cùm autem esset. *Hic vltimò ponitur fructus denunciationis & prædicationis Christi, quia Christus existens Ierosolymis in festo Paschali populum docuit, & multa miracula fecit ad confirmationem suæ doctrinæ, ex quibus multi fuerunt moti ad credendum, et hoc est quod dicitur:* Cùm autem esset, &c. *Non accipitur hic dies pro vna die naturali vel artificiali tantum, sed pro toto tempore solennitatis Paschæ, quæ durabat per septem dies continuos.*

6 Multi crediderunt in nomine eius. *Credentes, quod ipse esset verè Christus.*

7 Videntes signa, &c. *Sicut enim sufficienter ostenditur veritas subiacens facultati naturali intellectus, quando reducitur ad prima principia per se nota, ita veritas excedens facultatem intellectus, qualis erat ista, quando confirmatur per opera diuina, quia certum est, quod Deus non potest esse testis falsitatis. Et ideo, quando ad confirmationem alicuius doctrinæ inducitur opus diuinum, sufficienter ostenditur quod dictum est in illa esse verum. Veruntamen quia in illis credentibus aliqui erant adhuc imperfecti, & aliqui iungebantur eis qui erant tantummodo ficti, ideo Christus adhuc non reuelabat eis altiora mysteria Catholicæ fidei, quia ficti indigni erant audire, & imperfecti adhuc non poterant capere, propter quod etiam ipsis apostolis dixit Iesus infrà 6. c.* Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, *& hoc est quod dicitur:*

8 Ipse autem Iesus non credebat, &c. *Altiora mysteria scilicet fidei reuelando, & subditur causa.*

9 Eò quòd ipse nosset, &c. *Scilicet istorum imperfectionem et illorum fictionem. Modus per quem cognoscebat hic subditur:*

Et quia

MORALITER.

† 8 *Ipse autem Iesus, &c.* Id est, non reuelabat eis altiora mysteria secundùm sensum literalem, quia aliqui erant imperfecti potentes ea capere, & aliqui ficti quærentes ea deridere. Et in hoc instruxit prædicatores euangelij, vt non prædicent simplicibus alta, sed grossa & capibilia, quia sunt nutriendi lacte, & non solido cibo: Nec fictis, fidei secreta mysteria, ne derideant ipsa, propter quòd dicit saluator Matth. 7. a. *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis.*

A forte non credebant ei, fingebant se credidisse? Sed non diceret euangelista: *Multi crediderunt in nomine eius.* Magna ergo res & mira. Credunt homines in Christum, & Christus non se credit hominibus, praesertim quia filius Dei est, & vtique volens passus est, etsi nollet, nunquam pateretur.

CHRYSOSTOM. *Multi crediderūt in nomine eius.* Christi temporibus alij in errore perstabant, alij veritatem oppugnabant, nonnulli eam complexi, paulò pòst deserebant: hos Christus seminibus comparauit, radices tantū in superficie diffundentibus, quae quamprimum arescunt. D

a ¶ Ita posset vt à nullo quicquam acciperet, cum sciret de homine quod non ipse homo de se.

omnes, & quia [1] opus ei non erat, vt quis [2] testimonium perhiberet de homine. [3] Ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quia opus. *Id est, necesse.*

2 Vt quis testimonium perhiberet de homine. *Id est, vt mentem & statum cuiuslibet hominis cognosceret per informationem alterius, quia hoc sciebat perfectè per semetipsum, propter hoc sequitur:*

3 Ipse enim sciebat quid esset in homine. *Id est, in mente & statu cuiuslibet hominis, & ex hoc euangelista ostendit ipsum esse Deum cuius proprium est scire secreta cordium. Ad maiorem euidentiam praedictorum quaeritur, vtrum conuersio aquae in vinum de qua dictum est, fuerit Christi primum miraculum. Et arguitur primò quòd non, quia Christus fecit miracula ad inducendum homines ad fidem, vt iam dictum est: sed ante illas nuptias aliqui ei credebant, & aliqui sicut discipuli ei adhaerebant, quia sicut dictum est:* Vocatus est Iesus & discipuli eius ad nuptias, *ergo videtur quòd ab eo aliqua miracula viderant. Item illud miraculum fecit Christus existens 30. annorum, quia post baptismum suum fecit illud, vt patet ex praedictis. Ipse autem erat incipiens tricesimum annum quando baptizatus est, vt habetur Luc. 3. e. Sed in libro de infantia saluatoris scribuntur multa miracula quae fecit in pueritia, ergo, &c. Contra hoc est illud quod dictum est in litera:* Hoc initium signorum fecit Iesus, &c.

Quaestio.

Responsio, non est quaestio de Christi potestate in operibus miraculosis, quia suam potestatem à principio habuit, sed quaeritur de tempore quo vsus est potestate in natura assumpta, quae erat organum diuinitatis, etiam in miraculis faciēdis, vnde & ad tactum manus eius sanabantur infirmi, curabantur leprosi, illuminabantur caeci, & ad vocem eius suscitabantur mortui, & sic patet quòd quaestio est de facto. Propter quod sunt hic duo videnda. Primò quid sit circa hoc factum. Secundo quae circa hoc conuenientia sunt. Circa primum dixerunt aliqui, quòd conuersio aquae in vinum, non fuit primum miraculum Christi absolute, quia plura alia ante fecerat, sed fuerat primum, quantum ad illa miracula quae fecit Christus in conspectu discipulorum suorum, propter hoc signanter non dicit euangelium: Hoc fecit initium signorum Iesus *tantum, sed addidit,* in Chana Galilaeae, *&* manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. *q.d. Alibi alia signa fecit. Sed hoc est contra veritatem euangelij, quia suprà dixerat euangelista, quòd Christus adhuc erat incognitus, non solùm ipsi populo, sed Ioanni praecursori eius, vnde Ioannes Baptista de Christo loquens dixit:* Et ego nesciebam eum, *scilicet antè baptismum, vt suprà dictum est. Similiter loquens Iudaeis dixit:* Medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. *Si autem aliqua miracula fecisset, non fuisset sic incognitus, & maxime suo praecursori, quia ad ipsum manifestandum natus erat, vt dicitur Luc. 1. b. imò nec etiam praecursore indiguisset, quia eius miracula sufficienter manifestassent eum, & ideò dicere, quòd fecerat miracula ante baptismum, est expressè contra euangelium. Post baptismum verò primum signum fuit praedicta conuersio aquae in vinum, & per consequens fuit miraculum eius simpliciter primum.*

Sup. 1. ca. d.

Circa secundum sciendum, quòd miracula Christi ordinabantur ad duo scilicet ad manifestationem suae diuinitatis, & ad confirmationem suae doctrinae, per quam homines ad fidem adducebantur, & quantum ad vtrumque fuit conueniens differre operationem miraculorum vsque post baptismum. Hoc primò declaratur in quantum miracula erant doctrinae suae confirmatiua. Quia confirmatio doctrinae non praecedit actum docendi, sed magis sequitur. Ad praedicationem autem et doctrinam requiritur aetas perfecta, saltem de congruitate, de qua agitur, perfecta aetas est 30. annorum propter quod Ioseph suscepit regimen Aegypti in aetate tali, vt habetur Gen. 41. f. Similiter Dauid erat 30. annorum cum regnare coepit, vt habetur 2. Reg. 5. a. & Ezechiel in 30. anno incoepit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. c. Et ideò conueniens fuit, quòd Christus ante 30. annum non doceret, & per consequens nec miracula suae doctrinae confirmatiua faceret. Secundò idem ostenditur inquantum miracula erant suae diuinitatis manifestatiua. Paris enim periculi est, si negetur in Christo vera humanitas, sicut si negetur sua diuinitas, & ideò debuit sic diuinitas manifestari, vt vera humanitatis cognitio non impediretur, & ideò non fuit conueniens ipsum ante aetatem perfectam miracula facere ne eius incarnatio phantastica crederetur. Ad primum dicendum, quòd illi discipuli, qui adhaeserunt ei ante miracula, ipsi adhaeserunt ex Ioannis testimonio inchoatiuè, & doctrina Christi consummatiuè, vt patet ex praedictis, vnde & ad laudem discipulorum hoc pertinet, quòd Christum sequuti sunt antequam audissent eum miracula facientem, secundùm quod dicit Greg. Homil. 5.

Miracula Christi ad duo sunt ordinata.

Ad secundum dicendum, quòd liber de infantia Saluatoris reprobatus est tanquam ab haereticis confictus, vt patet in decreto Gelasij Papae, & ideò non est ei fides adhibenda.

NIC.

ADDITIO.

In cap. 2. *Vbi dicitur in Postilla.* Tamen probabiliter potest concedi, quia non omnia scripta sunt.

Probabilius videtur concedendum, quòd Christus non funiculo cingebatur, sicut illi qui austeram vitam ducunt, sed simplici cingulo quo homines vtuntur communiter. Nam vt Chrysost. dicit super Matth. Nil plus Christus ostendit praeter misericordiam & iusticiam. Christus autem à miraculis testimonium habebat, dimittens ergo Ioanni ieiunio fulgere, ipse contraria incessit via, ad mensam intrans Publicanorum, et manducans & bibens. Hac ille. Et idem dicendum est de his quae pertinent ad vestitum, prout sanctus Thomas in 3 parte q. 40. art. 2. in responsione primi art. Quaerere autem quomodo in templo erant funiculi, cum ibi non vendebantur, nisi ea quae debebant offerri, non videtur rationabile: Tum quia multa inueniuntur in templis, quae non ibi consueuerunt vendi: Tum quia verisimile est, quòd tauri & animalia magna quae ibi offerebantur, portabantur ligata funiculis.

REPLICA.

In cap. 2. *Vbi dicitur, quòd Iesus fecit flagellum quasi de funiculis, dicit Postil. quòd probabiliter potest credi, quòd Christus cingebatur funiculo, quem duplicando fecit quasi flagellum, Burgen. dicit, quòd probabilius sit oppositum, videlicet, quòd cinctus sit sicut homines communiter. Allegat ad id Chrysost. dicentem: Quòd Christus nihil ostendit praeter misericordiam & iusticiam, dimittens Ioanni ieiunio fulgere, ipse contraria incessit via, ad mensam intrans Publicanorum manducans et bibens. Et ita dicit Burgen. dicendum est de vestitu Christi, quòd se non habuit sicut hic austeram vitam ducentes: Sed salua reuerentia Chrys. Christus in ieiunio tantam austeritatem ostendit, quòd potius fuit in ea admirabilis quam imitabilis etiam à Ioāne, qui nunquam 40. continuis diebus & noctibus ieiunauit vt Christus qui si aliquando cum peccatoribus & Publicanis manducauit, non ex hoc viam oppositam tenuit, quinimmò maiori perfectione huiusmodi actus exercuit, quam Ioannes ieiunauit. Opera enim condescensionis, et imperfectionis quae patent in fuga & loculis, & huiusmodi conuersatione cum peccatoribus, in Christo nullam arguunt imperfectionem. Non est igitur propriè dictum, Christum incessisse contraria via perfectioni, vel via contraria ad virtutem quamcunque pertinente. Nec videtur propriè dictum, quàm Christus nihil ostendit, nisi misericordiam & iusticiam. Si vult excludere opera supererogationis et austeritatis, falsum est, Infirmis enim condescendere, & opera imperfecta ex maxima perfectione facere pro loco tempore et opportunitate, non est via contraria incedere. Nec necessarium est dicere Christum funiculos de ligatura boum pro flagellis faciendis recepisse, vt vult Burg. Sicut enim boues per funes ducuntur, ita per flagella ire compelluntur, quapropter ita citò Christus inuenisset ducentium flagella, sicut funiculos. Tantùm videtur Burgen. odium contra Postill. habuisse, quòd non potuit pacificè loqui, sed videtur frequenter occasiones quaesisse ad sensum literalem modicum pertinentes.*

CAPVT III.

a Erat autem homo, &c. Hic erat vnus ex his, qui per ſigna crediderant.

b *Nico. no.* Nicodemus, victoria populi, vel victor populi geſtans figuram omnium qui ex Iudaico populo in Chriſtum credentes per fidem vincunt mundum.

Nicodemus, vel eſt figura cathecumenorum qui fidem habent, ſed nondum baptizati, qui in quadam nocte ſacramẽtorum accedunt. Vel eſt forma eorum qui perfectè credunt, ſed lucem perfectorum operum nondum habent, timentes carnalium cogitationũ, vel actionum, vel infidelium Iudeorum impetum, fide ſola colloquio Chriſti fruentes, bonorum operum fiduciam nõ habentes.

† magiſter nominatiuus eſt.

c *Hic ve. &c.* Nox ſignificat literam legis, vel ignorantiam cordis, vel timorem. Et nocte ideo forſitan venit, quia magiſter in Iſrael palam dicere erubeſceret, vel pro metu Iudæorum. Hic quia prudenter aperta ſigna notauit, plenius myſteria fidei requirit, & ideo meruit doceri de deitate Chriſti & ipſius vtraque natiuitate, de paſſione, de reſurrectione & aſcenſione, de ſecunda generatione, & ingreſſu regni cœlorum, & de aliis pluribus.

Venit ad Ieſ. noct. ✠ HAYMO. Pulchrè in nocte veniſſe dicitur quia tenebris ignorantiæ obnubilatus ad tantam lucem nondum peruenerat, vt perfectè Deum verum crederet. Nox enim in ſacro eloquio, pro ignorantia ponitur. *Reſpondit Ie.*

d *Amen, amen di.* Non interroganti ſecundam natiuitatem exponit, ne credat Nicodemus ſolam fidem, quapropter viſa ſigna crediderat in Ieſum ſufficere ad ſalutem abſque ſpiritualis regenerationis virtute, & abſque ſacramentis. Etiam quia hominem purum intelligebat eum Nicodemus vt Ioannem baptiſtam, vel quemlibet ex prophetis, ideo incipit eum inſtruere Ieſus de ſecũda regeneratione, qua intelligit eum filiũ Dei, & ſe poſſe filium Dei fieri.

AVGVS. Secunda natiuitas de qua docet Ieſus ſpiritualis eſt, quæ eſt ex Deo & Eccleſia ad vitam ſed ille ſolam carnalem ſapit quæ eſt ex Adã & Eua ad mortem. Sed ſicut carnalẽ dicit iſte non poſſe iterari, ſic & ſpiritualis à quocunque facta non poteſt iterari. Ex ſemine enim veri Abrahæ ſunt nati, ſiue per liberam ſiue per ancillam.

Tract. 11. in Ioã. tom. 9

Gal. 4. d.

e *Niſi quis* Neceſſarium eſt viſibile ſacramentum aquæ ad ablutionem viſibilis corporis, ſicut eſt neceſſaria doctrina inuiſibilis fidei, & ad ſanctificationem animæ inuiſibilis.

f *Renatus fuerit.* CHRYSOSTOMVS. Hoc eſt, ſi tu non natus fueris deſuper, & dogmatum ſuſceperis certitudinem alicubi, extra erras & longè es à regno cœlorum, ſeipſum hic oſtendens & indicans, quoniam non eſt hoc tantum quod videtur, ſed aliis oculis opus eſt ad videndum Deum.

Hom. 23. in Ioã. tom. 3

† genitus fuerit deſuper.

CAPVT III.

a ¶ Qui credunt reſurrectionem, per hoc ab aliis diuiſi. b ¶ Quaſi nota nomen.

1 Erat autem homo ex Phariſæis Nicodemus

a ¶ Vnus de principibus.

2 3 nomine princeps Iudæorum. Hic venit ad

a ¶ Lucem. b ¶ Ipſe in tenebris eſt, non lux, quia non renatus.

4 5 Ieſum nocte, et dixit ei: Rabbi ſcimus quia

a ¶ A Deo ad cœleſte magiſterium veniſſe, cum illo Deum eſſe, ſed ipſum Deum eſſe non cognouit. b ¶ Quæ vidit in Paſcha fieri ab eo.

6 à Deo veniſti † magiſter. Nemo enim poteſt hæc ſigna face-

7 re quę tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit Ieſus,

a ¶ Id eſt, ſpiritualem intellectum ſymboli percipiat.

8 9 & dixit ei: Amen amen dico tibi, niſi quis † renatus fuerit

a ¶ Quod eſt ex Græco, deſurſum. b ¶ Id eſt, Non poteſt cognoſcere me, qui ſum regnum patris, qui ſum viſio veritatis.

10 11 denuò, non poteſt videre regnum Dei. Dixit ad eum Nico-

☞ Quemodo

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT III.

Erat autem homo. *Poſtquam euangeliſta declarauit Chriſti diuinitatem per naturæ immutationem, hic idem declarat per gratię reformationem, de qua principaliter agit, quia ad hoc euangelium deſcripſit. Et diuiditur in duas, quia primò agit de ſpirituali regeneratione baptiſmi in quo prædicta reformatio inchoatur, ſecundò de collatione multiplicis ſpiritualis beneficij, in quo reformatio conſummatur. Secunda incipit ca. 5.* Poſt hæc erat. *Prima in duas, quia primò agitur de generatione ſpirituali, quo ad Iudæos: ſecundò prout deriuatur ad extraneos ca. ſe.* Vt ergo cognouit. *Prima in duas, quia primò deſcribitur ſpiritualis generatio, ſecundò diſtinguitur à Ioannis baptiſmo, ibi:* Poſt hæc venit. *Prima in duas, quia primò docet Chriſtus regenerationis ſpiritualis neceſſitatem: ſecundò, eius modum ſiue qualitatem, ibi:* Dixit ad eũ Nicodemus. *Tertiò efficaciæ ipſius cauſam ſiue rationem, ibi:* Reſpondit Nicodemus. *Et quia docet iſta reſpondendo ad interrogata, ideo prima diuiditur in duas, quia primò ponitur Nicodemi interrogatio: ſecundo ſubiungitur Chriſti reſponſio, ibi:* Reſpondit Ieſus. *Circa primum deſcribitur prima conditio interrogantis cum dicitur:*

Diuiſio.

Subdiuiſio

1 Erat autem homo, &c. *Iſte enim fuit vnus illorum, de quibus dictum eſt prece. ca. quod multi crediderunt in Ieſum videntes ſigna quæ faciebat. Et quia ibidem ſubditur, quod Ieſus non credebat ſemetipſum eis ſecreta fidei reuelando, ideo iſte Nicodemus venit ad Ieſum in ſecreto, & extra turbam aliorum, vt ab ipſo plenius inſtrueretur. Sequitur:*

2 Ex Phari. *Quia erat de ſecta eorum. Ipſi autem confitentur reſurrectionem & ſpirituales creaturas de quibus loquebatur Chriſtus, & ideo ex hoc erat quodam modo diſpoſitus ad audiendum doctrinam eius.*

3 Nicodemus nomine. *Hoc exprimitur ad oſtendendam famam ipſius.*

4 Princeps Iu. *In hoc oſtenditur dignitas eius. Tunc enim populus gubernabatur per doctores & ſacerdotes. Licet enim Chriſtus primos vocatos ad fidem voluerit eſſe ſimplices, vt in pluribus, ne doctrina fidei ſapientiæ humanę aſcriberetur, ita etiam à principio vocauit aliquos literatos, ne ipſa contemptui haberetur, quaſi à ſolis ſimplicibus recepta.*

5 Hic venit ad Ieſum nocte. *Non enim audebat venire in palam, ne de Synagoga expelleretur, ſicut dicitur infr. 9. c. de parentibus cæci nati, quod propter hoc non audebant Chriſtum confiteri.*

6 Et dixit ei: Rabbi ſcimus quia, &c. *Id eſt, certum eſt mihi, quod tua doctrina eſt vera, & à Deo data & non humanitus conficta. Et ſubdit cauſam di.*

7 Nemo enim, &c. *Sicut enim certitudo veritatis habetur in his quæ ſubiacent facultati naturalis rationis per reductionem ad prima principia, ita habetur in his quæ excedunt rationem per vera miracula, quæ ſufficiens teſtimonium, quod doctrina per talia confirmata procedit à virtute prima. Minus dixit ille Nicodemus, & plus ſignificauit, quia per talem confeſſionem oſtendit ſe deſiderare ab eo plenius informari.*

8 Reſpondit. *Hic deſcribitur Chriſti reſponſio, quia videbat Nicodemum humiliter & verè quęrere doctrinam Chriſti quantum ad ſecreta fidei, & ideo incepit à primo ſacramento, ſcilicet, baptiſmo qui eſt regeneratio ſpiritualis, & per conſequens neceſſaria ad ſalutem, & hoc eſt quod dicitur:* Reſpondit Ieſus, & dixit ei:

9 Amen amen dico tibi niſi quis renatus fuerit denuò. *Id eſt, iterum per generationem ſpiritualem.*

10 Non poteſt videre regnum Dei. *Viſio enim Dei per eſſentiam ſibi ſoli competit per naturam, hominibus autem competere non poteſt niſi per gratiam, per quam trahuntur homines quodammodo ad naturam diuinam, vt habetur 2. Pe. 1. a.* Magna & precioſa promiſſa donauit vt per hoc efficiamini diuinæ naturæ conſortes. *Hoc autem non poteſt eſſe per generationem carnalem, quę ſolum facit filios hominum, & ideo adhuc requiritur regeneratio ſpiritualis, per quam homines ſunt filij Dei, & per conſequens hęredes vitæ cœleſtis. Sed contra hoc videtur, quia patres veteris Te. ſaluati ſunt, qui tamen non fuerunt baptizati. Dicendum quod tunc non erat in pręcepto, conſecuti tamen ſunt ſpiritualem vitam per gratiam in fide Chriſti venturi, & ſic habuerunt rem baptiſmi, habuerunt etiam ipſum in figura in aliquo correſpondente per quod tollebatur peccatum originale.*

11 Dixit ad eum, &c. *Hic conſequenter docet Chriſtus modum &* qualitatem

MORALITER.

† 1 *Erat autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine princeps Iudeorum.* Per Nicodemum qui venit ad Ieſum, vt de pertinentibus ad fidem plenius erudiretur, ſignificatur diſcipulus humilis, & diligens, qui venit ad doctorem peritum, vt ab ipſo de dubiis inſtruatur, qui debet eum dulciter recipere exemplo Chriſti, qui Nicodemum dulciter recepit, & non ſolùm proponentem ſed etiam replicantem bis audiuit, Primò cum dixit:

a *Quomodo potest homo* ✠ CHRYSOSTOMVS. Veniens Nicodemus ad Iesum vt ad hominem, audiens maiora quàm ab homine, erigitur ad altitudinem eorum quæ dicuntur, non quidem excidens à fide, sed infert hanc impossibilitatem, vt in apertiorem prouocet doctrinam. Duo autem erant quæ admirabatur, scilicet natiuitas talis & regnum, neque enim audita erant apud Iudæos.

Hô. 25. in Ioa. tom. 3

b *Ex aqua.* Ex aqua visibili sacramento, & spiritu, inuisibili intellectu, vt simbolum baptismi visibiliter accipiat, & spiritualem intellectum ipsius simboli perficiat. Vel ex aqua visibili & spiritusancto.

✠ AVGVSTINVS. Tu carnalem generationem intelligis sed ex aqua & spiritu oportet quod nascatur homo propter regnum Dei. Si propter hæreditatem patris hominis temporalis nascitur aliquis ex visceribus matris carnalis. Et propter hæreditatem patris Dei sempiternam nascatur ex visceribus ecclesiæ. Cum autem ex duobus homo consistat, ex corpore videlicet & anima duplicem habet & huiusmodi modum generationis. Aqua enim quæ visibilis est, ad emundationem corporis intelligitur. Spiritus verò inuisibiliter concurrens ad emundationem inuisibilis animę innuitur.

Trac. 11. in Ioan. to. 9.

✠ CHRYSOSTOMVS. Si verò quis interrogat, qualiter ab aqua homo nascitur, interrogo & ego, qualiter natus est Adam à terra? Sicut enim in principio subiiciebatur elementum terra, vnum verò opus plasmantis erat, ita & nunc subiicitur elementum aqua, totum verò est spiritus gratiæ. Tunc paradisum dedit in conuersationem, nunc autem cœlum nobis aperit.

In hûc loc. tom. 3.

c *Quod natum.* Hanc spiritualem natiuitatem distinguit à carnali, dicens: *Quod natum est.*

d *Ex carne.* Id est, ex primo homine per carnis successionem carnale est. Nomine carnis, non solum carnem, sed totum carnalem hominem significat. Sic è contra totus homo spiritualis, anima & corpore spiritus dicitur.

e *Et quod,* &c. Verbo & sacramento spiritus inuisibiliter adest quo natus ex Adam ad mortem nascitur, filius Dei ad vitam, qui non tantũ spiritualis dicitur, sed spiritus, quia sicut substantia spirit⁹ est inuisibilis, ita inuisibiliter per visibile sacramentum efficitur Dei filius.

f *Spiri. est.* Non autem mireris, si sic natum dico spiritum, quia sicut spiritus vbi vult spirat, & nescis vnde venit, aut quo vadat, sic est omnis qui natus est ex spiritu.

g *Spiritus vbi vult.* Qua in potestate habet cuius cor illustret. Vocem eius audis in scripturis, vel dum loquitur aliquis plenus spiritu sancto, quæ & si audis, nescis vnde venit, id est, quomodo cor illius intrauit, vel quomodo redierit, quia natura eius est inuisibilis. Sic est omnis qui natus est ex spiritusancto, quia ipse inuisibiliter agente spiritu incipit esse quod non erat, ita vt infidelis nesciat vnde veniat, & quo vadat, id est, qua gratia venit in adoptionem filij, & vadit in regnum Dei. Quæ quia incognita sunt carnali, iterum quærit? Quomodo possunt hæc fieri, non habens spiritualem intellectum in litera legis impossibile putat quod dicitur de natiuitate per spiritum, vnde redarguitur à domino: *Tu es magister,* &c.

h *Et vocem eius,* &c. Vox spiritus est vox Christi, quam audiuit Nicodemus, sed quia nondum est natus de spiritu, nescit vnde veniat, aut quo vadat, id est, qua occasione velit nasci hominem in spiritu, aut quo vadat, id est, ad quam perfectionem dicat ipsum nascentem ex se. Nam qui ex eo nascitur, vnus cum ipso spiritus per gratiam efficitur, sicut etiam ipse spiritus vnus est per naturam.

---

a ¶ Qui solam carnalem natiuitatem nouit, quę non potest denuo fieri, ideo modum secundę quærit.

a dẽmus, quomodo potest homo renasci, cum sit senex? Nunquid potest in ventrem matris suę † iterum introire, et renasci? (1) ¶ Modum secundæ natiuitatis ostendit. Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus (2) a ¶ Idem est intrare quod videre. Qui enim videt intrat, & qui intrat videt. b fuerit ex aqua et spiritu sancto, nõ potest intrôire in regnum (3) a ¶ Id est, carnale est, habens naturam generantis, visibile est & inuisibilibus incrementis per tempora proficit. c d Dei. (4) Quod natum est ex carne, (5) câro est, (6) et quod natum est ex e spiritu, (7) spiritûs est. a ¶ Id est. Simile spiritui. b ¶ Non putes impossibile. f (8) Et nõn mireris, (9) quia dixi tibi, oportet vos g nasci dẽnuò. a ¶ Id est, spiritualiter. ¶ Quia. b ¶ In quibus vult operatur, & quando. (10) Spiritus ŭbi vult (11) spirat, (12) et vocẽ eius audis, g ¶ Quamuis vocem eius audias. (13) sed nescis vnde veniat, † aut quo vadat. (14) Sic est omnis qui natus est

† rursus vel iterato.

NICOLAVS DE LIRA.

qualitatem regenerationis spiritualis. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Nicodemi obiectio, secundò, Christi responsio, ibi: Respondit Iesus. *Christus enim dixerat esse necessarium ad salutem regenerari, ideo vt modum huiusmodi regenerationis melius intelligat, arguit contra prædicta dupliciter. Primò modo ex ætate, quia ille qui nascitur est puer, à senectute verò non potest aliquis redire ad pueritiam, ergo regeneratio videtur impossibilis, & hoc est quod dicitur:* Dixit ad eum Nicodemus quomodo potest homo renasci cum sit se. *Erat autem assuetus sensui literali, & ideo arguit de generatione carnali. Secundò arguit ex quantitate nascentis quæ est parua, vt possit includi in vtero matris, & ideo videtur impossibile, quod ille renascatur, qui iam est perfectè quantitatis, & hoc est quod dicitur:*

Diuisio.

1 Nunquid potest in ventrem. *Quasi dicat: Non quia quantitas non permittit.*

2 Respondit Ie. *Hic ponitur Christi responsio. Et diuiditur in duas partes qui primò ponitur eius responsio: secundò, ad hoc inducitur exemplum, ibi:* Spiritus vbi vult. *In prima igitur parte dicit, quod illa regeneratio, de qua loquitur non est carnalis, sed spiritualis, & ideo non valent argumenta quæ procedunt de generatione carnali; propter quod modum huius regenerationis spiritualis Saluator explicat consequenter di.*

Diuisio.

3 Amen amen dico tibi, nisi quis re. &c. *Quasi dicat, illa generatio, de qua dixi, sic est intelligenda, inquantum aqua lauat exterius, & spiritussanctus interius. Et lotio talis bene dicitur generatio, quia per hanc homines efficiuntur conformes verbo incarnato qui est filius Dei naturalis, inquantum in hac generatione est aliquid sensibile correspondens carni, scilicet, aqua, & aliquid inuisibile correspondens verbo, scilicet, gratia vnde sequitur:*

4 Quod natum est ex carne. *Scilicet, secundùm virtutem carnalis generationis.*

5 Caro est. *Id est, constituitur in vita carnali tantum.*

6 Et quod natum est ex spi. *Modo prædicto.*

7 Spiritus est. *Id est, constituitur in vita spirituali, & ita concludit.*

8 Non mireris. *Id est, non debes admirari.*

9 Quia di. ti. opor. &c. *Quia non loquor de generatione carnali, de qua tu arguis, sed de spirituali.*

10 Spiritus &c. *Hic Saluator ad prædicta adducit sensibile exemplum secundùm Chris. qui hoc exponit de vento materiali, cuius principium ignoratur & similiter finis vbi terminatur, & tamen sonus eius percipitur. Sic modo est in generatione spirituali, quia spiritussanctus qui est principium huius generationis, & similiter beatitudo æterna, quæ est eius finis, à nobis non percipiuntur sed creduntur tantum. Aqua autem exterior, & forma verborum percipiuntur, per sensum, & hoc est quod dicitur:* Spiritus: *Id est ventus.*

11 Vbi vult spi. *Id est flat. Si autem arguatur contra hoc sic arguit Aug. quod ventus materialis non habet voluntatem, nec à se mouetur propter quod dicunt Aug. quod hoc verbum de spiritusancto intelligitur. Potest dici sustinendo dictum Chrys. quod voluntas in scripturis aliquando accipitur pro inclinatione naturali, & hoc modo accipitur hic.*

12 Et vocem eius audis. *Sensibiliter percipiendo.*

13 Sed ne. &c. *Si autem arguatur contra hoc, vt arguit Aug. quod omnes nouerunt ventum venire ab Austro, vel ab aquilone, & ideo vadit in partem oppositam. Potest dici, quod hoc est verum tantum in generali, sed in qua parte determinatiuè versus austrum talis incipiat ventus qui flat ab austro, vel vbi terminetur omninò ignoratur.*

14 Sic est omnis qui natus est ex spiritu. *Quia sicut dictum est, in tali generatione est aliquid occultum, & aliquid patens ad sensum. Propter argumenta prædicta quæ tamen sunt solubilia vt visum est, dicit Augustinus quod prædicta litera de spiritusancto intelligenda est, qui in prophetis & scripturis sacris loquitur. Vox autem prophetarum*

MORALITER.

† *Quomodo potest homo renasci, cum sit senex,* &c. Secundò, cum subiunxit postea.

Quando

a *Tu es magister &c.* Non insultat ei, vt superior eo habeatur qui omnibus præest, sed quia vult eum nasci ex spiritu, quod nequit nisi humilis, tumidum ex magisterio humiliat. Quasi dicat, Superbu princeps, nil nosti, humiliare vt ille qui seipsum exinaniuit, & natus est ex spiritu, scies quod modo nescis.

Phil. 2. a

b *Quod scimus loquimur.* Id est, quia ipse est scientia, locutio & sermo patris. *Et quod vidimus testamur.* Quia ipse visio, & verum testimoniũ & veritas patris. Quod pluraliter mysterium Trinitatis innuit.

c *Si terrena dixi vo.* AVGVSTINVS. Et quia non accipitis terrena, quomodo potestis capere cœlestia, id est, cœlestẽ spiritus natiuitatem? cum non solùm non credatis, sed nec intelligatis terrena, quod de templo corporis mei (quod de terra accepi) dixi à vobis soluendo, à me suscitando.

d *Et nemo ascendit in cœlum.* Postquam increpauit & ad humilitatem inuitauit, quia iste diligenter his quæ audiuit attendit, instruit adhuc de cœlestibus & terrenis. Cœlestis est eius ascensio ad vitam. Terrena eius exaltatio in cruce ad mortem. Quasi dicat, intellige cœlestia quæ non carnales, & idem intellige de ascensione. Renati enim spiritualiter ascendent in cœlum, sed non nisi sint mẽbra cohærentia illi qui in vna persona est homo & Dei filius, vt sciat iste nullum ex se per Christũ posse ascẽdere, & ideo non dicit homines ascendere, sed filiũ hominis totũ cũ corpore, qui secundũ deitatẽ descẽdit de cœlo, & est in cœlo, non secundum quod est homo. Et quia hæc ascensio nõ potest esse nisi redemptis per passionem, ideò subditur.

† Israelis.

† Eph. 4. b

e *Nisi qui desc.* Hoc pertinet ad secundam natiuitatem in spiritu, quia nemo in Christo ad patrẽ ascendit, nisi qui ex spiritu nascitur. Nemo saluatur per mortẽ Christi, nisi qui ex spiritu nascitur. Nemo nascitur ex spiritu nisi in morte Christi. Et cum dicit filius hominis, dat nobis certitudinem ascendendi, cum filij hominum simus.

(¶ Quod nondum es tu.) ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo pos- (a ¶ Quod dicis. Vocem eius audis, & nescis vnde veniat aut quo vadat. † Litera occidit.) sunt hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei: Tu es magister † in (¶ Inflatus nescis humilis scies.) Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod (a ¶ Nos, ego, scilicet, cum prophetis & Apostolis. b ¶ Quod in abscondito dicitur. c ¶ Foris mundo.) scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium (a ¶ Id est, testimonio nostro vos carnales non creditis. b ¶ Id est, si terreni corporis solutionem & resurrectionem non credis, quid quæris aperiri mysteria spiritualis natiuitatis.) nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis, (a ¶ Quasi dicat, Attamen dicam cœlestia.) quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? † Et nemo ascen- (¶ Secundum quod homo. a ¶ Secundum quod Deus. b ¶ Quia & idem est filius Dei. c ¶ Secundum quod Deus.) dit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui

AVG.

NICOLAVS DE LIRA.

Phetarum, & scriptura eorum sensu percipitur, sed principium huius scripturæ, scilicet spiritussanctus & eius finis, scilicet beatitudo cœlestis nobis occultantur, & sola fide tenentur. Et ista expositio videtur rationabilior, quia Nicodemus erat in scripturis sanctis instructus, & ideò videtur magis, quod Saluator sibi dederit exemplum de talibus, quam de vento materiali, & tunc est plana litera. Spiritus vbi vult spirat, *quia non inspirat homines ex naturali necessitate, sed ex mera liberalitate.* Et vocem eius audis, *in scripturis prophetarum, quæ leguntur in synagogis Iudæorum.* Sed nescis vnde veniat, aut quo vadat, *quia principium inspirans & finis vltimus huius inspirationis sibi occultantur, vt dictum est.* Sic est omnis, &c. *Exponatur sicut suprà.*

Diuisio.

1 Respondit Nicodemus, & dixit. *Hic consequenter Saluator ostendit causam efficaciæ, quæ est in spirituali generatione. Et diuiditur in duas, quia primò circa hoc ponitur Nicodemi interrogatio, secundò Christi responsio, ibi:* Respondit Iesus. *Circa primum sciendum, quòd consuetudo quadam natura est, vt dicit Philosophus li. de memo. & re. Et quia iste Nicodemus erat assuetus legi Mosaicæ quæ promittit carnalia, ideo non potuit capere spiritualia, propter quod quærit vlterius circa prædicta dicens:* Quomodo pos. hæ. fie.

Diuisio.

2 Respondit Ie. *Hic ponitur Christi responsio. Et diuiditur in duas quia primò reprehendit Nicodemi tarditatem, secundò ostendit baptismalis efficaciæ causam, ibi:* Et nemo ascendit. *Arguit autem tarditatem Nicodemi ad intelligendum & credendum prædicta, ex tribus. Primò ex conditione audientis qui erat doctor et peritus in lege, et per consequens deberet talia cognoscere, et hoc est quod dicitur:*

3 Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras? *Sed posset aliquis dicere, quod non erat mirum si talia ignorabat, quia non pertinebant ad vetus Testam. in quo erat instructus. Dicendum, quod in lege Moysi figuratiuè continebatur baptismus, secundùm quod dicit Apostolus 1. Cor. 10. a.* Omnes à Moyse baptizati sunt in nube & in mari: *Quia in vtroque fuit baptismus figuratus. Legis autem doctores debebant scire figuras eius, licet ad hoc non teneretur vulgus. Item in prophetis quos frequenter legerat exprimitur baptismus Ezech. 36. e.* Et effundam super vos aquam mundam, & mun. ab omni iniqui. &c. *Itẽ Zach. 13. a.* In die illa erit fons patens domui Dauid, &c. *Secundo arguit tarditatem Nicodemi ex conditione dicentis prædicta, quia Christus dicebat ea quæ certitudinaliter sciebat, ideò cito debebat acquiescere, & maximè quia eius doctrinam confessus fuerat à Deo datam, & hoc est quod dicitur hic:*

4 Amen amen dico, &c. *Christus enim secundùm diuinitatem habet eandem scientiam cum patre, in humana etiam natura cognoscit omnia quæ Deus noticia visionis, ideò dicit.*

5 Quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non acci. *Quia pauci Iudæorum comparatiuè crediderunt Christo, iste etiam Nicodemus erat ad capiendum quæ dicebat tardus. Tertiò arguit eum de conditione materiæ, de qua erat sermo, quæ est facilius ad intelligendum respectu emanationis verbi à patre, spiritussancti ab vtroque, & maximè, quia in lege in qua iste erat exercitatus, per ablutiones aliquas amouebantur immundicia aliqua, & ideò de facili deberet capere qualiter per ablutionem aquæ exterius & virtutem diuinam interius fit ablutio animæ, & hoc est quod dicitur:*

6 Si terrena dixi. &c. *Regeneratio spiritualis terrena potest dici inquantum efficitur in terra, & sub elemento sensibili, scilicet aqua. Vel dicitur terrena, quia ad hoc induxerat exemplum sensibile de vento flante in terra, secundum expositionem Chryso. prædictam.*

7 Quomodo si dixero vobis cœlestia, crede. *Cœlestia hic vocat emanationem personarum in diuinis, quæ est valde ardua, & de difficili valde intelligibilis.*

Diuisio.

8 Et nemo ascendit in cœlum. *Reprehensa eius tarditate, saluator procedit ad reddendum causam efficaciæ, quæ est in spirituali generatione. Et diuiditur in duas quia primo facit, quod dictum est, secundò, manifestat propositum, ibi:* Sic Deus dilexit. *Prima in duas secundum duplicem causam quam assignat, secunda ponitur ibi:* Et sicut Moyses. *Circa primum sciendum, quod causa principalis efficaciæ baptismalis est mysterium incarnationis, per quam filius Dei vniuit sibi humanam naturam in mundum descendendo. Naturale est autem, quod quælibet res ad locum suæ originis reuertatur, ideo verbum incarnatum ad patrem redire potest ascendendo. Et quia per generationem spiritualem homines efficiuntur membra eius, & ipsi vniuntur, & per consequens cum ipso ad cœlestia trahuntur virtute verbi incarnati. Sic soluta est quæstio Nicodemi qua quærebat,* quomodo possunt hæc fieri? *& hoc est quod dicitur:* Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœ. *Quia sicut dictum est, homines non ascendunt illuc nisi inquantum efficiuntur membra verbi incarnati. Et quia verbum non descendit de cœlo per motum localem cœlum dimittendo, sed carnem de nouo sibi vniendo, ideo ad hoc denotandum subditur:*

Error Valentini, & cõfutatio.

9 Filius hominis qui est in cœlo. *Ex hoc loco Valentinus accepit occasionem errandi. d. quod Dei filius corpus cœleste attulit, & per virginem transijt nihil de ea assumendo. Hoc autẽ patet erroneum & euãgelio contrarium, quia hoc modo Christus non esset filius virginis. Item Christus non esset homo, quia corpus cœleste non potest informari ab anima cum sit forma corporis physici organici, secundùm quod dicit Philo. 2. de anima, quod non potest competere corpori cœlesti.*

Et sicut

MORALITER.

† *Quomodo possunt hæc fie.* Contra multos Doctores qui tantum tenent de sua scientia, quòd sine discussione dicta sua sint tenenda.

8 *Et nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, &c.* Hoc dicitur de Christo ad literam, quem Doctor Euangelicus debet imitari, scilicet in cœlum ascendendo, per contemplationem diuinorum, & inde descendendo ad eruditionem proximorum.

8 Et

L 2

✠ AVGVSTINVS. Quamuis in terra factus sit filius hominis, diuinitatem tamen suam qua in cœlo manēs descendit ad terram non indignam censuit nomine filij hominis, sicut carnē suam dignatus est nomine filij Dei, ✠ ne quasi duo Christi accipiātur, vnus Deus, & alter homo, sed vnus atque idem homo: Deus quia in principio erat verbū, & Deus erat verbū: homo, quia verbū caro factum est & habitauit in nobis. Ac per hoc per distantiā diuinitatis & infirmitatis filius Dei manebat in cœlo, filius hominis ambulabat in terra, & idem ipse filius hominis manebat in cælo. Fit ergo credibiliorū fides ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina substātia longè distātior, potuit propter nos ita suscipere humanam substantiam, vt vna persona fieret, quanto credibilius alij sancti fiunt cum homine Christo vnus Christus, vt omnibus per eius gratiam ascendentibus, ipse vnus ascendat in cœlum, qui de cœlo descendit?

(Li. 1. de peccat. mer. ca 31. tom. 7.) (†Num. 21. c)

a est in cœlo. † Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, b ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in c ipsum non pereat, sed habeat vitam æternam. † Sic enim di- d lexit Deus mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt e omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æter- f nā. Non enim misit Deus filium suū in mūdū vt iudicet mū- g dum: sed vt saluētur mūdus per ipsum. Qui credit in eū nōn

(Interlinear: a ¶ Quasi dicat: Hoc modo illud fiet, scilicet per mortem Christi. a ¶ In cruce. b ¶ Id est, vera fide intuetur in ipsum. a ¶ Hoc per filium hominis, quia idem est filius Dei, ex dilectione Dei ad hoc missus: Sic enim, d. &c. ¶ Id est, humanam naturam. a ¶ In mortem, vt omnis aspiciens in eius morte non per. sed ha. vi. æter. a ¶ Verè salus per filium Dei: Non enim alia causa veuit, nisi vt saluet: non vt iudicet, id est, damnet. b ¶ In humanam naturam. a ¶ Vnde saluator mundi dicitur. b ¶ Quia per fidem dimittuntur peccata pro quibus damnaretur.)

✠ IDEM. Miraris autem quia hic erat & in cœlo? Tales fecit discipulos suos. Paulum audi dicentem, *Nostra conuersatio in cœlis.* si homo Paulus ambulat in terra, & conuersabatur in cœlis, Deus cœli & terræ non poterat esse in cœlo & in terra?

(Trac. 12. in Ioan. to 9.)

a *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto.* Supponit de morte sua quæ est origo, & causa habendi prædicta, in cuius fide eum instruit. Et quia carnalis erat, & notus in lege, ideo quandam legis partem adducit, quam ostendit esse figuram & mortis suæ significatiuam, vt etiam sic pateat de alijs partibus legis, quod sint in figura. Et quia mors intelligitur per serpentem, & Christus mortuus serpens dicitur, quem qui fide intuetur, liberatur, sicut intuitu illius in figura ab ignitis serpentibus liberantur qui significant incentiua vitiorum.

(Num. 21. c)

b *Ita exaltari oportet filium hominis, &c.* Magistrū legis ad significationem legis inuitat. Et quia dixerat de filio hominis, ne hoc solum putet Nicodemus, subdit eundem etiam esse filium Dei. d.

c *Sic enim dilexit Deus.* Aperit causam humanæ salutis, scilicet dilectionem Dei patris, ex quo omnis restauratio est per filium suum in spiritu sancto.

(1. Ioan. 4)

d *Mundum.* Cosmos Græcè, quod Latinè mundus interpretatur, ornatus dicitur. Per mundum igitur humana natura significatur, non quod secundum corpus ex quatuor elementis constet, sed quia secundum animam à Deo est ornata, & ad imaginem Dei est facta, qua ad hoc diligit Deus vt eam æternam faciat.

e *Vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit, &c.* Ecce idem dicit de filio Dei quod supra de filio hominis, vt per quem in deitate conditi sumus, per eundem in homine restauremur.

f *Vt iudicet mundum.* AVGVSTINVS. Nondum apparuit iudicium, sed iam factum est iudicium. Nouit Dominus qui sunt eius. Nihil enim aliud est iudicium, id est, æterna damnatio, quā non cognoscere, & non credere in filium Dei, sicut nihil aliud est beatitudo & vita, nisi credere & cognoscere filium Dei, vnde dicitur: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

(Tra. 12. in Ioa. tom. 9) (2. Tim. 2.) (infr. 17. a.)

g *Sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui cred.* Ex eo saluatur homo non iudicatur, sed si iudicatur ex se habuit, quia non credidit.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et sicut Moyses. *Hic ponitur secunda causa efficacia baptismalis quæ est meritum passionis Christi quod in baptismo operatur, & hoc tāgitur cum subditur:* Et sicut Moy. exal. ser. in deser. ita exal. opor. fi. hominis. *De hoc serpente habetur Num. 21. c. & fuit figura passionis Christi, quia habuit similitudinem veneni inquantum dicebatur serpēs, fuit tamen sine veneno quia aneus. Sic Christus habuit similitudinem peccati ex carne passibili, fuit tamen omnino sine peccato, & ideo si aspectus illius serpentis ænei saluauit à corporali morte, multo fortius fides Christi crucifixi saluat à morte spirituali, & restituit hominem vitæ æternæ, ideo sequitur:*

2 Vt omnis qui cre. in ipso, non pe. sed ha. vi. æternam. *Notandum etiam, quod Christi crucifixio dicitur exaltatio, quia eius corpus fuit exaltatum in cruce, sicut vexillum in aëre, ad bellandum aëreas potestates, secundum illud Hebr. 12. a.* Curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, &c. *Et quia per passionem meruit exaltationem, secundum quod dicitur Philip. 2. a.* Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum.

3 Sic enim dil. De. *Hic consequenter manifestat causam prædictā. Et diuiditur in duas, quia primo ostendit propositum, secundo remouet quoddam dubium, ibi:* Non enim. *Superius dixerat, quod efficacia baptismalis prouenit ex mysterio incarnationis, ideo declarat qualiter ista incarnatio sit facta, dicens, quod non est facta ex humano merito, nec ex necessitate, sed gratuita dilectione Dei ad nos. Et hoc est quod dicit:* Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnige. da. *Qui est bonum infinitum. Ex quo apparet maxima Dei dilectio, quia diligere est velle alicui bonum: Ipse autem voluit nobis voluntate efficaci bonū infinitum, quia dedit nobis filium suum.*

(Diuisio.)

4 Vt omnis qui cre. &c. *Ex hoc etiam errauerunt aliqui hæretici dicentes, quod credentes non damnabuntur, etiam si moriantur in peccato mortali. Et confirmant dictum suum per verbū Apostoli 1. Cor. 3. c.* Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, &c. *Et sequitur:* Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. *Per fundamentum enim istud intelligitur fides, & ideo si super hoc fundamentum ponantur opera combustione digna, propter talia homo punietur ad tempus, tamen finaliter saluabitur. Sed hoc est erroneum, & improbatur per dictum Apostoli: Gal. 3. d.* Manifesta sunt opera carnis. quæ sunt fornicatio, immundicia, impudicitia, &c. *Sequitur:* Qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. *Ex quo patet, quod non solùm damnatur aliquis propter infidelitatem, sed etiam propter alia peccata mortalia. Et ideo dicendum, quod Saluator non accipit hic fidem tantum pro habitu fidei informis, sed fidei formata per charitatem, & certum est, quod talis saluabitur, & ad hoc denotandum dicit:*

(Error) (Cōfutatio)

5 Vt om. q. cr. in e. *Scilicet, tendendo in eum per charitatem.*

6 Non pereat. *Ad dictum apostoli præallegatum in contrarium, dicendum quod loquitur de peccatis venialibus, secundum quod exponunt doctores. Et ego tunc plenius dicam, si contingat me super illum locum scribere. Pro peccatis autem venialibus fideles temporaliter punientur igne purgatorij, tamen finaliter saluantur.*

7 Non en. mi. *Hic remouet quoddam dubium. Et diuiditur in duas: quia primo facit quod dictum est: secundo, declarat quoddam dictū ibidem, ibi:* Hoc autē est iudiciū. *Circa primum sciendum, quod aliqua scriptura loquendo de secundo aduentu Christi in mundum, dicit ipsum venire ad iudicandum, & ideo ne aliqui credant, quod hoc debeat fieri in primo eius aduentu, hoc remouet dicens:* Non enim misit Deus fi. f. in mun. vt iud. mun. *Scilicet in primo suo aduentu. Tunc enim non venit iudicare, sed magis iudicari pro mundi salute, ideo sequitur:*

(Diuisio.)

8 Sed vt sal. &c. *Et probat cōsequēter hoc dictū, quia in primo eius aduētu aliqui credebāt ei, & aliqui nō credebāt ei, et est diuisio per immediata, cū inter cōtradictoria nō sit mediū, sed nō venit ad iudicandū non credētes, nec credētes, vt statim patebit. ergo, etc. et hoc est quod sequitur.*

9 Qui credit in e. nō iu. *Id est, non habet causam vnde condenetur.*

MORALITER.

† 1 *Et sicut Moyses exaltauit ser. &c.* Serpens ille fuit æneus, & in alto eleuatus, vt aspicientes ipsum sanarentur à morsibus serpentum. Et ille serpens fuit figura Christi, qui fuit impassibilis factus quantum ad corpus in sua resurrectione, quæ impassibilitas figurata fuit per æneā soliditatem. Et fuit exaltatus in sua ascensione ad patris dexteram, & ex hoc datur spes credentibus ascendendi ad gloriæ vitam. Greg. Dum terrenum corpus sideribus superposuit, nobis cœlum posse patere monstrauit.

3 *Sic enim di. Deus mun. &c.* Et hoc debet nobis esse amoris diuini maximum excitatiuum.

7 *Non enim misit Deus fi. fu. vt iu. mun. &c.* Id est, vt condemnet, & nos multò minus debemus condemnare proximum, etiā peccatorem, quia qualis sit futurus, est nobis penitus ignotum.

A ✠ AVGVSTINVS: Quare saluator mundi dictus est, nisi vt saluet mundum? ergo quantum in medico est, sanare venit ægrotū. Ipse se interemit, qui præcepta medici seruare non vult aut contemnit. *Vt iudicet.*

Tract. 12. in Ioan. to. 9.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quia hoc dicit, (*Vt non iudicet mundum.*) multi pigrorum in peccatorum magnitudine & negligentiæ superabūdantia, Dei abutentes misericordia dicunt, non est gehenna, non est supplicium, omnia nobis peccata dimittit. Sed considerandū quod duo sunt Christi aduētus, qui iam factus est, & qui futurus est. Et prior quidem factus non vt iudicet quæ facta sunt à nobis, sed vt dimittat. Secūdus autem non vt dimittat sed vt iudicet. De priore igitur ait, *Non veni vt iudicem mundum*, qui enim clemens est non facit iudicium.

Hom. 27. in Ioan. to. 3.

† nomen.

a ¶ Ne dicam iudicabitur. b ¶ Cur?

a iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non

a ¶ In quo solo est salus, non habet multos filios Deus, per quos saluet.

credidit in † nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudi-

b a ¶ Causa damnationis. b ¶ Verbum in carnem. c ¶ Hoc est lux damnationis. d ¶ Carnales.

cium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines ma-

a ¶ Peccata quæ habebant. b ¶ Peccata arguentem. c ¶ Quare? d ¶ Quæ ex se.

c gis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera.

a ¶ Cur? Ideo. b ¶ Qui est in intentione mali, & cui placet malum. b ¶ Quæ aperit mala. c ¶ Non coniungitur luci, sed fugit eam.

Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lu-

a ¶ Mala quæ diligit. b ¶ Id est, bona opera quæ veritas iubet.

d cem, vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo fa-

a ¶ Scilicet, pascha, & ea quæ hic narrauit facta.

e f cta sunt. Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iu-

b *Hoc est autem iudicium.* Cur qui non credit iudicatur? quia lux venit quæ excitat homines & admonet cognoscere sua mala, in quibus omnes sunt, sed alij oderunt admonentem lucem, & fugiunt, ne arguātur eorum mala quę diligunt. Alij admoniti per lucem accusant sua mala, quod est facere veritatem & sic illuminantur.

c *Erant enim eorum.* Qui est in tenebris, & diligit lucem, non est malus, sed ille dicitur malus, & opera eius mala, qui postquam lux venit, odit lucem & diligit mala. Et hoc est quod dicit: *Erant enim opera eorum ma.* Opera, id est impietas, & incredulitas, & odium æternæ lucis & nolle eā aspicere, sed velle in tenebris peccatorum remanere.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15

d *Qui autem facit.* Ostenso qua iustitia damnetur qui non credit, ostendit qua iustitia saluetur qui credit. *Qui autem fa* Id est, cui displicent mala sua & accusat, non sibi ignoscit, non sibi parcit, sed venit ad lucem. Et incipit agere cum Deo qui mala accusat, quia initium boni est accusatio mali, ergo opera eius, hæc scilicet, quod se accusat sicut Deus accusat, manifestat, quia in Deo sunt facta, nisi enim Dei lux sibi luceret, sibi non displiceret.

e *Post hæc.* Non continuo post disputationem cum Nicodemo quæ facta est in Ierosolimis, sed peracto spacio tēporis de Galilæa in Iudæam rediit.

f *In terram Iudæam, & illic demorabatur, &c.* MORALITER. Vbi est confessio peccatorum, vel diuinarum laudum, illuc venit Iesus, & discipuli eius, id est, doctrina & illuminatio eius, vbi moratur purgando à delictis, vnde sequitur, *& ibi mora. & baptiza.*

C a *Qui autem non credit iam iudicatus est, quia non credidit in nomine.*

✠ CHRYSOSTOMVS. Hoc dicit, quia ipsum discredere impœnitentis supplicium est; esse enim extra lumen, etiam secundum se, maximum supplicium est, vel quod futurum est prænunciat. Sicut enim qui occidit hominem, etsi nondum sententia iudicantis condemnatus sit, rei tamen natura condemnatus est, ita & qui incredulus est, sicut & Adam qua die comedit de ligno mortuus est.

Hom. 27. in Ioan. to. 3.

In hūc lo. ✠ ALCVINVS. Quare autem iudicatus est qui non credit, caussam assignat, dicens: *Quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.* In hoc enim solo nomine est salus. Non habet Deus multos filios qui possint saluare, hunc habet vnigenitum per quem saluat.

b Hoc ☞ a Et

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui autem non credit iam iudicatus est. *Id est, habet in se causam manifestam suę condemnationis, sicut ille dicitur mortuus qui iam habet in se causam manifestam mortis, & hoc est quod subditur.*

2 Quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. *Qui venit pro salute mundi, veruntamen causa huius damnationis dabitur executioni in secundo aduentu Christi.*

3 Hoc est autem iudicium. *Hic declarat suum dictum, videlicet quod non credentes in filium Dei iam habent in se causam manifestam sua damnationis, quia sunt extra fidem Saluatoris, sine qua nullus vnquam potuit saluari, & hoc est quod dicitur:* Hoc est autem iudicium, *Id est, causa condemnationis.*

4 Quia lux. *Id est, Christus qui est lux vera, vt dictum est primo capite.*

5 Venit in mundum. *Carnem assumendo, & in ea apparens salutem humani generis operando.*

6 Et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, *tenebras infidelitatis pręeligendo, & subditur causa:*

7 Erant enim eorum mala opera. *Ad cuius intellectum sciendum quod legisperiti aliquam notitiam de Christo habuerunt cognoscentes ipsum esse vere Christum, vt plenius declaraui Matth. 21. d. super illum locum:* Dixerunt agricolæ, hic est hæres, *veruntamen quia arguebat eorum vitia, moti fuerunt contra eum inuidia excecante illam cognitionem, quam de eo habebant, quia passio potens & fortis peruertit iudicium rationis. Sicut patet in continente, quia presente passione iudicat esse fornicandum, tamen extra passionem positus iudicat contrarium, vt dicitur. 7. Ethic. Sic Iudæi odio & inuidia moti persecuti sunt Christum & ponit ad hoc Saluator exemplum. d.*

8 Omnis enim qui male agit, &c. *Sicut patet de adultero & de fure & sic de alijs.*

9 Et

9 Et non venit ad lu. *Id est, non facit sua malefacta in palam.*

10 Vt non arguantur opera eius. *Id est, non puniantur per iustitiam secularem.*

11 Qui autem facit veritatem, *Id est, opera conformia voluntati diuinę, quę est idem quod veritas prima.*

12 Venit ad lu. *Id est, in palam, vel ad Christum, qui est lux vera.*

13 Vt manifestentur opera eius. *Non ad propriam laudem, sed ad Dei gloriam & proximi ædificationem.*

14 Quia in Deo facta sunt, *Id est, virtute Dei, sine cuius virtute opus meritorium non potest fieri.*

15 Post hæc venit Iesus. *Hic consequenter ponitur distinctio inter baptismum Christi, & baptismum Ioannis, & diuiditur in tres, quia primò vterque baptismus describitur, secundo ex hoc quęstio oritur ibi:* Facta est ergo quæstio. *Tertiò, soluitur ibi:* Et respondit Ioannes. *Prima in duas, quia primò ponitur baptismus Christi, secundo ponitur baptismus Ioannis, ibi:* Erat autem Ioannes. *In prima parte dicitur sic:* Post hæc venit Iesus & discipuli eius. *Ex prędictis patet, quod Iesus loquebatur cum Nicodemo in Hierusalem quę est metropolis in Iudęa: Quomodo ergo dicitur hic immediate post locutionem Christi cum Nicodemo,* Post hæc venit Iesus. *Quia erat ibi vt videtur. Ad hoc respondet Beda quod sic,* post hæc *non intelligitur immediatè respectu præcedentium, sed in processu temporis post instructionem Nicodemi venit in Galilęam, & iterum reuersus est in Iudæam.*

Diuisio.

Aliter etiam potest dici, vt immediate coniungatur litera præceden. Post hæc venit: *Quasi dicat post instructionem Nicodemi in Hierusalem venit ad alia loca Iudeę. quia non tantum debebat docere in ciuitate metropoli, sed etiam in alijs. Et ad hoc denotandum dicitur:* In terram Iudæam. *Tunc enim in Hierusalem venit versus Iordanem, vbi homines congregabantur ad baptismum, vt sic inciperet baptizare, secundum quod Ioannes de eo prædixerat, vt suprà dictum est ideo subditur:*

1 Et

MORALITER.

3 *Hoc est autem iudicium.* Id est, ratio condemnationis reproborum.

4 *Quia lux venit in mun.* BED. MORALI. Illi magis tenebras quàm lucem diligunt, qui suos prædicatores bene docentes odijs

dijs & detractionibus insequuntur.

15 *Post hæc venit Iesus & discipuli eius in terram Iudęam, & illic demor, &c.* Quæ interpretatur confessio. Alcuinus: Vbi enim est peccatorum & diuinarum laudum confessio, illuc venit Christus & discipuli eius, id est doctrina ipsius, & purgat vitia peccatorum.

a *Et baptizabat.* Quantum cathecumenis nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantũ profuit baptisma Ioannis ante baptisma Christi. Quia sicut ille prædicabat pœnitentiam & baptismum Christi prænunciabat, & etiam in cognitionem veritatis, quæ mundo apparuit, attrahebat, sic ministri ecclesiæ primo erudiant venientes ad fidem, post peccata eorum redarguunt, deinde remissionem in baptismo Christo promittũt, & sic in dilectionem & cognitionem veritatis attrahunt.

b *Erat autẽ.* Christo iam baptizante adhuc baptizat Ioannes, quia adhuc permanet vmbra. Nec debet præcursor cessare donec manifestetur veritas.

MYSTICE. Nondum erat consummatio literæ legis.

c *In Ennon.* Ennos. Græcè, aqua Latinè, vnde quasi nominis interpretationem aperiens subdit, *Quia aquæ multæ erant, illic.*

d *Iux. Sal.* Salim oppidũ est vltra Iordanem situm vbi olim Melchisedech regnauit.

e *Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.* Ecce apertè notat facta Christi ante Ioannẽ incarceratum quæ alij prætererierũt, incipientes ab his quæ facta sunt post Ioannem missum in carcerem, quando cessante baptismo præcursoris, apertè incœpit baptismus Christi.

a ¶ Significat continentes, quos visitat Christus. b ¶ Id est, discipulis, vel credentibus in eum Iudæis. c ¶ Per Apostolos. ¶ Suo baptismo, non eo quo baptizatus est. Illud enim subijt vt esset via, & præparatio suo baptismo.

a dæam, illic demorabatur cum eis & baptizabat. † Erat au- 1 2

a ¶ Præcurrens & præparans baptismo Christi. ¶ Est ciuitas.

b c tem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ 3

a ¶ Mysticè. Nondum erat consummatio literæ legis, sed dum pendens in cruce dixit Consum. est. 4

d e multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum e- 5

f nim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio 6 7

a ¶ Deffendentibus baptismum magistri, & putantibus Ioannem maiorem Christo.
b ¶ Dicentibus. meliorem baptismum Christi, ad quem Ioannes inuitabat homines, non Iesus ad Ioannem.

g ex discipulis Ioãnis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad 8

a ¶ Vt solueret hanc quæstionem. b ¶ Quasi instigarent in inuidiã cõtra Iesum. c ¶ q. d. quẽ baptizasti 9

Ioannem & dixerunt ei. Rabbi qui erat tecum trãs Iordanẽ, cui 10

¶ Dicens: Ecce agnus Dei. a ¶ Vnde valde miramur. ¶ qd. quid tibi de hac præsumptione videtur. 11
b ¶ In Iudæa. c ¶ Te dimisso qui eum baptizasti 12

h tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniũt 13

i ad eum. Respõdit Ioannes, & dixit: Non potest homo accipere 14

¶ Accepi, quia ego non Christus. 15

quidquã, nisi fuerit ei datũ de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium 16

k perhibetis quod dixerim, non sum ego Christus, sed quia mis- 17 18

a ¶ Maior ergo illo? Non. Sed missus ante, vt præco seruus parans viã ei.
b Quid ergo es tu? Quid ille? Ego amicus sponsi qui zelo sponsam ei, non mihi.
c ¶ Id est, Ecclesiam quæ generat, & virgo permanet. d ¶ Quicunque.

l sus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus 19 20

f *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioan. &c.* Dum Ioannes prædicat, & schola eius durat, Christus latenter prædicat & operatur, sed palam baptizat, vt oriatur quæstio de baptismo Ioannis, & de baptismo Christi, & illa soluatur testimonijs Ioannis.

g *Et venerunt ad Ioannem & dixerunt ei: Rabbi, &c.* Volentes accusare Christũ, quem paulo ante viderant à Ioãne baptizatum.

h *Respondit Ioannes, et dix. &c.* Quia vltra consuetudinem humanæ naturæ sum natus ex parentibus prouectæ ætatis, putatis me esse vltra homines. Sed scitote quia purus sum homo, ille Deus, à quo habeo quidquid habeo. Ex me infirmitas, ex illo gratiæ sublimitas. Putatis vt aliquid dicam contra meum testimonium? Ego non baptizo in remissionem peccatorum, sed ille. † Mat. 3. b. Luc. 3. a.

i *Non potest.* Quasi dicat, Ego purus homo, nil habeo nisi quod datũ est à Deo, id est, baptizare in pœnitentiam non in remissionem, quia non ego Christus sed ille vt scitis me restatum fuisse vobis, ideò ad illum currite.

k *Non sum ego Christus.* Non sum vnctus à patre plenitudine spiritus, sed de plenitudine illius accepi, vt illum præcurrerem.

l *Sponsus est, amicus autem sponsi qui stat, &c.* ✻ THEOPHYLA. Omnis animæ sponsus, Christus: thalamus autem vbi copula fit locus *In hũc lo.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et illic, &c. *Sed contrarium videtur infra se. c. vbi dicitur, quod* Iesus non baptizabat. sed tantum discipuli eius. *Dicendum, quod ipse primò baptizauit discipulos suos, vt hic dicitur, posteà soli discipuli baptizabant, Christo circa altiora docenda occupato, & sic non est contradictio, de hoc tamen baptismate plenius dicetur in fine huius cap.*

2 Erat au. &c. *Hic consequenter ponit baptismum Ioannis.*

3 Ennon iu. Sal. *Quod est oppidum iuxta Iordanem. Et dicũt aliqui, quod alio nomine vocatur Salem. & est locus vbi regnauit Melchisedech vt habetur Gen. 14. sed hoc est falsum, quia Salem vbi regnauit Melchisedech, idem est quod Hierusalem, quia ipsam ædificauit Melchisedech, vt dicit Isi. lib. 15. Etymol. & primò dicta est Salem, id est, pacifica ex conditione regis, qui regnauit in pace, postea dicta est Hierusalem à tempore quo Abraham voluit ibi offerre Isaac filium suum, quia locum istum appellauit, Dominus videt, vt habetur Gene. 22. cap. & ideo Hierusalem interpretatur visio pacis, quia cum prima interpretatione addita est visio. Subditur autem causa quare Ioannes baptizabat iuxta Salim, cum dicitur:* Isidorus.

4 Quia aquæ multæ. &c. *Est etiam interpretatio eius quod dicitur in Ennon. Ennos enim Hebraicè dicitur aqua.*

5 Et veniebant &c. *Sed videtur quod baptismus Ioannis statim debuit cessare baptizato Christo, cum ad ipsũ manifestandũ ordinaretur, vt supra dictum est. Dicendum, quod non statim cessauit, ne crederetur totaliter reprobandus, sicut baptismata quibus Pharisæi vtebantur, vt dicitur Marc. 7. a. Iterum, quia sicut ante baptismum Christi Ioannes baptizabat in nomine Christi venturi, sic post baptismum Christi illos quos baptizabat, ad Christum mittebat plenius instruendos, & sic confirmabat suum testimonium de Christo.*

6 Nondum enim, &c. *Hoc additur ad ostendum, quod texit historiã quam alij euangelistæ dimiserant, incipientes describere facta Christi post incarnationem Ioannis.* 7 Facta est autem. *Hic ex prædictis mouetur quæstio, quia discipuli Ioannis zelantes pro magistro suo, voluerunt præferre baptismum suum baptismo Christi, & hoc est quod dicitur:* Facta est autem quæ. ex dis. Io. *Indiscrete pro magistro suo zelantibus.*

8 Cum Iu. *Id est, Christi discipulis, & alijs ad baptismum Christi venientibus.* 9 De purifi. *Id est, de baptismo, quia isti dicebant baptismum Christi meliorẽ, quia Christus illos quos baptizabat non mittebat ad Ioannem.* 10 Et ve. ad Io. *Moti zelo indiscreto.* 11 Et di. ei. *Et proposuerunt quatuor ex quibus Ioannes posset prouocari, primum est. prætendens excellentiã Ioannis respectu Christi, quod notatur cum dicitur.*

12 Rabbi qui, &c. *Quasi dicat, dicerent discipulus cum magistro. Secundum est, beneficium à Ioanne Christo impensum, cum subditur.*

13 Cui tu te. perhib. *Quasi dicat, per te est in authoritate. Tertium est vsurpatio officij alieni cum subditur.* 14 Ecce hic. *Quasi dicat, Tuum officium vsurpat. Quartum est, minoratio Ioannis, cum subditur.*

15 Et omnes ve. ad eum. *Quasi dicat. de te non curatur.*

16 Respondit Ioan. *Hic ponitur quæstionis solutio. Et quia discipuli Ioannis notabant Christum de hoc, quod officium Ioannis vsurpabat: & de hoc quod fama Ioannis per hoc decrescebat, ideo Ioannes in sua solutione sic procedit. Quia primo ostendit primum esse falsum: secundo, ostendit secundum esse iustum ibi:* Illum oportet crescere. *Primum ostendit per hoc quod Ioannes non baptizabat nisi sicut præco Christi, & ideo Christus baptizans non vsurpabat sibi officium Ioannis sed magis exercebat officium à Ioanne præconizatum, & hoc est quod dicitur:* Respon. Io. & di. Non potest homo, &c. *Quia omnis potestas à Deo est, & ideò secundum distinctionem collationis diuinæ distinguuntur officia, Ioannes autem non accepit autoritatem à Deo baptizandi, nisi ad denunciandum Christum, & præparandum homines ad suum aduentum. Et hoc est quod dicitur:*

17 Ipsi vos mi. te. prehi. *id est, perhibere debetis, quia à me audistis.*

18 Quod dixe. *Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum, propter quod baptizando non vsurpat officium alienum. Quod probatur per hoc quod subditur.*

19 Qui habet spon. spon. est. *id est, habet officium sponsi, quod est generare filios, & ideo officium Christi est baptizare per quod regenerantur filij de sponsa Christi, quæ est ecclesia.* 20 Amicus, &c. g. gan. prop. voc. spon. *id est, debet congaudere sponso filios generanti.* Si

MORALITER.

† 7 *Facta autem q. &c.* Nam eius discipuli indiscrete zelantes pro eo, baptismum Ioannis præferre volebant baptismo Christi quibus similes sunt multi theologi, & aliqui religiosi, quia magis adhærent aliquib⁹ opinionibus, eo quod sunt opiniones magistrorum sui ordinis, vel patriæ quam pro ipsa veritate, cum tamen dicat philosophus primo Ethicorum, quod sanctum est præhonorare veritatem. Et plato dixit de Socrate magistro suo: Amicus quidem Socrates, magis amica est veritas. Per hoc autem quod Ioannes dictos discipulos reprehendit, informantur doctores boni, vt tales adulationes non recipiant sed magis repellant, sicut & Moyses dixit Iosue Numer. 11. f. *Quid æmularis pro me, &c.*

20 *Amicus autem sponsi qui stat, & audit eum. &c.* Hic est prædicator

locus est baptismatis, hoc est Ecclesia. Dat verò arram sponsæ, peccatorum remissionem, Spiritus sancti communione, perfectiora verò in futuro sæculo retribuet quando dignos in meliora & sublimiora introducet. Nullus autem alius est spõsus nisi solus Christus, omnes namque Doctores paranymphi existunt, sicut præcursor. Nullus enim bonorũ largitor est, nisi Dominus, omnes alij ministri sunt bonorum quæ dantur à Domino.

✠ BEDA. *Qui habet sponsam sponsus est.* Christus ille est spõsus verus: sponsa vero ecclesia ex omnibus cõgregata gentibus: de qua apostolus ait: *Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Virgo est & spõsum habet, quæ quotidie generat, & virgo perpetua manet.

a ¶ Humilis non cadit sed superbus. b ¶ Intus docentem. c ¶ Non de se in quo est tristitia, sed de Deo.

autem sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter

a ¶ Id est, testimonium eius, quo perhibet se filium Dei sponsum ecclesiæ. b ¶ Ita ergo & ego gaudeo ad vocem sponsi, quia ipse me illuminat. c ¶ Id est, habeo gratiam meam, sufficit mihi gratia mea, plus mihi non assumo, ne quod accepi amittam. d ¶ Et ne miremini, quia plures baptizat quam ego quia.

a b vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum

a ¶ Quia Christus. b ¶ De patre c ¶ In mundum.

c d oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit, su-

a ¶ Ideò merito crescit. b ¶ Homines & Angelos. c ¶ Ioannes. d ¶ Natus. ¶ Terrenus est ex se. ¶ Et ecce terrena sapit & dicit, si verò diuina, ex illuminante est.

e per omnes est. Qui est de terra, de terra est & de terra loqui-

¶ Hoc est quod ante desursum. a ¶ Christus. b ¶ Apud patrem.

f g tur. Qui de cœlo venit, super omnes est. Et quod vidit &

a ¶ A patre. b ¶ De deitate sua. c ¶ De populo finistræ.

audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit,

a *Hoc ergo gaudium.* In hoc gaudium meum est plenum, quod factus sum amicus sponsi, & quia sto & gaudio.

b *Illum opor. cre.* Gaudeo ad vocem sponsi. Ille sponsus crescet id est, inuenietur esse Christus, qui putabatur propheta. Ego minuar, quia eius Propheta inueniar, qui Christus putabar. *Illum oportet crescere.* Id est, exaltari, id est, dum peccata dimittit, gratiam dat, in quo gloria eius quæ in se semper est perfecta, crescit in hominem, dum eam homo plus videt & habet. Homo minuitur qui ante in se gloriabatur, dummodo peccata confitetur, & accipit quod ille dat. Cui rei attestatur passio vtriusq;. Christus in cruce exaltatur: Ioãnes capite minuitur. Attestatur & creatura. Ioannes natus est decrescẽtibus diebus, Christus verò crescẽtibus. *(In hunc lo.)*

c *Me autem min.* Ioannes figura legis est, Christus, veritas, lex minuitur, apparente veritate.

d *Qui desursum venit, super omnes est, &c.* ALCVINVS. Id est, de altitudine humanæ naturæ ante peccatum primi parentis, quia de illa altitudine assumpsit verbum Dei humanam naturam, & de cœlo, id est, de patre venit, duobus modis super omnia est, non assumpsit culpam cuius assumpsit pœnam. Qui enim de cælo, id est, de patre venit, duobus modis super omnia est. Primò super omnem humanitatem, qui de ipsa prius quam peccaret, venit. Secundò iuxta altitudinem patris, cui est æqualis. *(Christus super omnia dupliciter.)*

e *De terra.* Id est, qui est de terrenis parentibus natus, à quibus peccatum & pœnam peccati contraxit, ex se nihil est nisi terra.

f *Qui de terra est*, inquit, *de terra loquit.* ✠ CHRYSOSTO. *(Hom 29. in Ioan. to. 3.)* Atqui non totus erat ex terra, sed ex parte: Nam & animam habebat, & spiritus particeps erat, quæ minimè de terra sunt. Quomodo igitur de terra esse dicit? Nihil enim aliud per hoc ostendit occultè, quã quod paruus est, velut è terra veniens, in terra natus, & nulla comparatione dignus ad Christum, qui nobis desuper venit. Non autem dicit, de terra loquitur, quoniam ex propria mente loquebatur, sed de terra se loqui dicit in comparatione ad Christi doctrinam, quasi dicat, parua & humilia sunt quæ mea sunt, comparata his qui Christi sunt, qualia decens est suscipere terrestrem naturam in comparatione ad illum in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi.

✠ AVG. Quod dicit. *De terra loquitur*, De homine dicebat, quantum ad ipsum hominem pertinet. Si enim aliqua loquitur diuina, illuminatus est à Deo, sicut Apostolus dicit: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum.* Ergo Ioannes & quod ad Ioannem pertinet, de terra est, & de terra loquitur, si quid diuinum audiuistis à Ioanne illuminantis est, non recipientis.

g *Et quod vid.* Cum ipse filius Dei sit verbum patris non aliud verbum patris audit vel hominibus testatur, sed se verbum quod pater loquutus est, id est, edidit & genuit ex se, scit & indicat hominibus esse ex patre. Hoc euangelista dicit, vt potuit, quod plenè dici vel intelligi nequit.

☞ a Signauit

NICOLAVS DE LIRA.

✠ *Si enim officium generandi ex sponsa sibi acciperet, non esset amicus sponsi, sed inimicus & adulter esset: quasi dicat, Ioannes, de hoc quod Christus baptizat non debeo dolere, sed magis gaudere, cum sim eius præco & amicus. Propter hoc subditur:*

1 Hoc ergo gaudium meum impletum est. *Et notandum, quod Ioannes, hic vocat se Christi amicũ, supra autem se vocauit eius seruum. etiam indignum. d.* Cuius non sum dignus, vt soluã eius corrigiam calceamenti. *Cuius causa est, quia volebat discipulos suos reprimere, volentes ipsum ad inuidiam mouere contra Christum, vt patet ex prædictis, ideo hic voluit loqui magis charitatiuè.* *(Nota. Suprà 1. d.)*

2 Illum oportet crescere. *Hic ostendit secundum esse iustum, scilicet famam suam diminui, & crescere famam Christi. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit propositum, secundò concludit principale intentum, ibi:* Qui credit in filium. *Primum probat quatuor rationibus. Prima sumitur ex altitudine originis Christi: Cuius origo desursum est, quantum ad deitatem, sicut patuit, primo cap. & quantum ad humanitatem, quia corpus eius formatum est virtute Spiritussancti. Et hoc est quod dicitur:* Illum oportet crescere. *In claritate fama & authoritate apud homines quia in seipso non augetur.* *(Diuisio.)*

3 Me autem minui. *Sicut Lucifer minuitur in claritate quantum ad apparentiam oriente sole, & authoritas præconis aduenente iudice & huius ratio subditur:.*

4 Qui desursum venit. *Id est, originatus est & quantum ad diuinitatem, & quantum ad humanitatem modo prædicto.*

5 Super omnes. *Id est, authoritate & dignitate debet omnem creaturam præcellere, quia quantò origo alicuius est altior, tantò debetur ei maior honor. Secunda ratio accipitur ex certitudine doctrinæ, quoniam Christus in natura diuina habet eandem scientiam cum patre, in humana natura cognoscit omnia qua Deus cognoscit notitia visionis, & ideo potest certitudinaliter docere etiam altissima, ideo debetur ei excellentia maxima, et hoc est quod dicitur:*

6 Qui est. *Id est, omnis homo præter Christum, cuius corpus formatur virtute seminis existentis de terra à Domino sicut & alia mixta, vt patet ex. 2. de generatione.*

7 De terra, de terra est. *Id est, per hoc constituitur in vita terrena, et per consequens non potest loqui nisi de terrenis, quantum est ex se. Ideo sequitur.*

8 Et de terra loquitur. *Licet enim Ioannes et alij sancti loquuti fuerint de cœlestibus, hoc erat inquantum erant à Deo illuminati, sed aliter est de homine Christo ratione prædicta, ideo subditur:*

9 Qui de cœlo venit. *Quantum ad originem modo prædicto.*

10 Super omnes. *Quantum ad doctrinam, quia potest loqui cœlestia et diuina, quæ certitudinaliter cognoscit et inquantum Deus et inquantum homo, propter quod sequitur:*

11 Et quod vidit & audiuit. *Licet enim habeat eandem scientiam cum patre inquantum Deus, tamen habet eam à patre sicut & essentiam, & hoc significatur per audire, inquantũ autem homo habet aliam scientiam à Deo infusam, & sic inquantum homo & inquantum Deus à patre audiuit.*

12 Hoc testatur. *Docendo, & patet certitudo testimonij per visum & auditum.*

13 Et testimonium eius nemo ac. *Id est, pauci comparatiuè, sicut communiter dicitur: Nemo est in foro, id est, pauci, quia pauci de Iudæis crediderunt in aduentu Christi.*

✠ 1 Qui au-

MORALITER.

† tor verus, qui non suum quærit, sed Christi honorem, & ille dicit de Christo.

2 *Illum oportet crescere, me autem minui.* Quia sollicitus est de honoris Christi augmentatione, & de propria humiliatione, & illud quod sequitur:

4 *Qui desursum ve. &c.* Quia confitetur in Christo diuinam excellentiam, & in seipso fragilitatem terrenam. Et in hoc docuit Ioannes doctores inferiores deferre superioribus honores.

a *Signauit quia Deus.* Hoc est, signum posuit in corde suo quasi speciale aliquid, scilicet hunc esse verum Deum, qui missus est ad salutem hominum.

b *Verax est. Quem enim misit Deus.* Omnis homo ex se mendax non enim vera dicere potest, nisi illuminatus à Deo. Quem enim misit Deus pater, verba Dei loquitur. quod est: quem misit Deus, Deus est. ideò verba Dei loquitur, ergo verba filij de se testimonium perhibentis quod Deus sit, verba Dei sunt.

c *Verba Dei loquit.* In hoc se distinguit à Christo, sed quia missus & verba Dei loquitur, apertius addit:

d *Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.* Hominibus dat ad mensurā, filio non ad mensuram, sed sicut totum ex seipso toto genuit filium suum ita incarnato filio suo totum spiritum suum dedit, non particulatim, non per subdiuisiones, sed generaliter & vniuersaliter, & non ob aliud dat nisi quia pater diligit filium.

Qui autem accepit eius testimonium, ✝ signauit, quia Deus verax est. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Pater diligit filium, & ✝ omnia dedit in manu eius. ✝ Qui credit in filium, habet vitam eternam: qui autem incredulus est filio, nō videbit vitam, sed ira Dei ✝ manet super eum.

(Interlinear: a ¶ De populo dextræ. b ¶ Ipse qui de cœlo descendit, & super omnes est. a ¶ Verè verax, quia loquitur ver. Dei. b ¶ Christum. a ¶ Id est, Filio. a ¶ Quia. b ¶ Singulariter, non vt adoptiuos. a ¶ Vt tantus sit filius quantus & pater æqualem enim sibi genuit. b ¶ Qui est vita æterna. a ¶ Id est, ipsum filium. ¶ Id est, ipsum filium.)

e *Qui credit in filiū, habet vitam æternam: qui autem, &c.* Ac si diceret, qui credit in filium habet ipsum filium, & per hoc habet vitam.

f *Sed ira Dei manet super eum.* Ira cū qua natus est, permanet, & ideò non ait, venit sed manet, quia per filium missum, qui est vita, non tollitur effectus illius iræ, scilicet mors, corruptio, &c. quæ omnia manent.

(Margin: Psal. 115. a. ✝Mat. 21. d. Lucæ 10. d. ✝ manebit. ✝ signo cōfirmauit. ✝ 1. Ioa. 5. b.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui autem. *Eius testimonium credendo.*

2 Significauit. *Id est, monstrauit.*

3 Quia Deus. *Ad implendum promissum de filio iam misso, sicut ante mittendum promiserat per prophetas. Et concludit excellentiam doctrinæ ex prędictis dicens:*

4 Quem enim misit Deus. *Propria virtute, alij autem non possunt hoc facere, nisi virtute ipsius. Tertia ratio accipitur ex plenitudine gratiæ. Sicut enim in capite corporis naturalis sunt omnes sensus, in alijs autem membris sunt particulatim, sic in Christo capite nostro est omnis plenitudo gratiæ, in alijs autem diuisim, & ideò excellentia dignitatis & honoris Christo debetur præ alijs, & hoc est quod dicitur:*

5 Non enim ad. *Id est, gratiam homini Christo. Non quod eius gratia habitualis sit infinita, sed quia habet gratiam secundum omnem eius rationem & effectum, sicut si haberetur albedo secundum omnem gradum ipsius possibilē, diceretur haberi sine mensura, &c. Alio modo etiam dicitur hoc ex respectu ad capacitatem animæ. Si enim aliquis veniens ad fluuium hauriat aquam quantum potest vas capere, dicitur accipere sine mensura, licet vas sit determinatæ mensuræ. Sic in proposito, quia tota capacitas animæ Christi fuit repleta gratia, ideò dicitur accepisse sine mensura. Quarta ratio sumitur ex Christi filiatione, quia est Dei filius naturalis & vnigenitus. Alij autem quantumcumque sancti etiam Angeli beati non sunt nisi filij adoptiui, & ideò sibi debetur excellentia reuerentiæ & honoris, & hoc est quod dicitur:*

6 Pater dili. filium, &c. *Quia inquantum Deus habet eandem potentiam cum patre, sicut & eandem essentiam. Sed hoc modo accipiendo ly* diligit, *non tenetur causaliter, quia filius non procedit à patre voluntariè, sed naturaliter, sed tenetur concomitatiuè & per modum signi, quia dilectio concomitatur productionem filij. Similiter inquantum homo omnia tradita sunt in manu eius, vt habetur Matth. vlti. d.* Data est mihi omnis po. &c. *Et hoc modo accipiendo, ly* diligit, *tenetur causaliter: Quia dilectio diuina est ratio omnis alterius doni, & sic est causa omnium aliorum donorum, quæ facta sunt in humanitate Christi.*

7 Qui credit. *Hic concludit principale intentum, quia intentio Ioannis baptistæ ista dicentis erat, inducere discipulos suos ad credendum ipsi Christo, cuius erat præcursor & nuncius, & hoc est quod dicitur:* Qui credit. *Quia habet gratiam quæ virtualiter continet beatitudinem, sicut semen arboris ipsam arborem, & loquitur de fide formata charitate.*

8 Qui autem. *Quantum ad pœnam damni, quæ est carentia visionis diuinæ.*

9 Sed ira Dei. *Quantum ad pœnam sensus quæ æternaliter manet super damnatum, quia nullo modo potest euadere.*

Ad maiorem euidentiam eius quod dictum est, quod Christus baptizabat et discipuli eius, quæritur quale fuerat illud baptisma. Et arguitur quod non fuit baptisma Christi, quia baptisma Christi habet efficaciam à passione ipsius, ergo illam non præcessit, quia effectus non potest præcedere causam suam. Christus autem nondum passus fuerat, ergo &c. Item si aliqui fuissent baptizati baptismo Christi ante eius ascensionem in cœlum hoc maximè videretur esse verum de apostolis & Christi discipulis hoc autem non est verum, quia Christus volens ad patrem ascendere, dixit eis: Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritusancto, &c. *vt dicitur Act. 1. a. Baptismus autem Christi est in spiritu. Vt patet ex prędictis 1. cap. ergo, &c. Contrarium videtur per dictum August. super istum locum, quia dicit quod Iesus baptizabat vt Dominus; hoc autem est baptizare baptismo suo, ergo etc. Responsio. In hac quæstione & consimilibus quæ sunt de illis quæ non possunt sufficienter per rationem inuestigari, nec earum veritas habetur per expressam scripturam, tenendum est illud quod est magis consonum scripturæ, et rationi, & ideò secundum hunc modum in hac quæstione est sic procedendum, quia non est expressum per scripturam quale fuerit illud baptisma. Sciendum igitur, quod Chrysost. dicit quod illud baptisma tantum fuit baptisma Ioannis, quia secundum ipsum baptismus Christi nondum erat institutus, cuius ratio est, quia in baptismo Christi datur spiritussanctus, qui non est datus ante Christi resurrectionem, secundùm quod dicitur infrà. 7. f.* Nondum erat sp. da. quia nondum erat Iesus glorificatus. *Et ideo dicit quod Apostoli ante passionē baptizabant tantum baptismo Ioannis, de Christo autē dicitur, quod ipse non baptizabat, vt dicitur cap. se. sed pro tanto dicitur baptizasse in hoc ca. quia actio suorū discipulorum ei attribuitur, sicut factū serui attribuitur Domino. Sed ista non videntur consona scripturæ. Quod enim dicit primum baptisma Christi non esse institutum ante resurrectionem, non videtur esse verum, quia sacramenta Christi ex sua institutione gratiam conferebant, & ideo tunc videtur baptismus Christi institutus, quando data est virtus producendo istum effectum, hoc autem fuit quando Christus à Ioanne baptizatus tactu sanctissimæ carnis suæ virtutem regenerandi contulit aquis, & hoc tenetur à doctoribus. Licet necessitas vtendi hoc sacramento fuerit inducta post passionem, quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta. Hoc etiam dicit Augus. in quodam ser. Epiphaniæ. Ex quo Christus in aquis immergitur, ex eo omnium peccata abluit aqua, ablutio autem auferens peccata, non est aliud quā Christi baptismus, ergo &c. Item quod dicit secundo Apostolos baptizasse baptismo Ioannis, non videtur verum, quia ibidem dicitur, quod discipuli Ioannis mouerunt brigam & quęstionem de baptismo Christi et suorum discipulorum, quod non esset si Christus & eius discipuli baptizassent baptismo Ioannis, quia non cederet ad Ioannis detrimentum, vt eius discipuli insinuabant, sed magis ad honoris augmentum. Præterea si fuisset tantum vnum baptisma Ioannis & Apostolorum, quęstio illa de diuersis baptismatibus non haberet locum. Quod autem dicit tertio Christum in propria persona non baptizasse, sed tantum per discipulos suos, non videtur verum, quia vt dicitur Act. 1. a.* Cœpit Iesus facere & docere. *Et ideo non est verisimile, quin primo baptizauerit per seipsum. Et confirmatur per hoc, quod alia sacramenta Christus per seipsum primo exercuit, sicut patet de eucharistia, quia primò ipse corpus suum consecrauit, & formam consecrandi Apostolis tradidit, similiter sacramentum confirmationis per manus impositionem exhibuit per semetipsum, & ideo non est verisimile, quin sacramentum baptismi per semetipsum exercuerit, cum sit primum sacramentum, & ideo dicendum secundùm Augu. quod Christus baptizauit discipulos suos in baptismo suo, scilicet, aqua et spiritusancto, vt dicitur in hoc ca. quod ipse baptizabat, postmodum tamen officium baptizandi eodem baptismate discipulis reliquit intentus doctrinæ & prędicationi, sicut et Apostolus Paulus paucos per se baptizauit, vt posset prædicationi fidelius intendere, vt habetur 1. Cor. 1. cap. quia ibidem subdit:* Non enim misit me Christus baptizare, *Scilicet principaliter,* sed Euangelizare, *& hoc est quod dicit August. in Epistola ad Celestinam. Credibile est Apostolos fuisse baptizatos baptismo Christi, nec enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit. Authoritas autē illa quæ habetur Ioan. 7. f.* Nondū erat spiritus sanctus datus, &c. *intelligitur de datione spiritussancti in signo visibili. & hoc modo non dabatur in baptismo Christi ante eius Ascensionem, dabatur tamen inuisibilis gratia spiritussancti sicut & modo. Ad primum dicendum, quod baptismus habet efficaciam à passione ratione suppositi diuini, à qua etiam ipsa passio virtutem habebat, eadem*

(Margin: Quod fuerit baptisma in quo Christus & discipuli baptizabāt. Mat. 16. c.)

NICOLAVS DE LIRA.

bat, eadem autem erat persona ante passionem & post passionem, & per consequens eadem causa efficacia fuit in baptismo ab institutione ipsius, quando ex tactu carnis Christi data est aquis virtus regenerandi. Ad secundum, patet ex prædictis, quod Apostoli ante passionem fuerunt baptizati baptismo Christi. Quod autem dictum est eis postea: Vos autem baptizabimini spiritusancto &c. *non intelligitur de baptismo sacramentali, sed de infusione spiritussancti in signo visibili, qui dicitur baptismus similitudinarie, quia in baptismo quod est sacramentum datur gratia inuisibilis spiritussancti sub ablutione aquæ visibilis.*

ADDITIO I.

In cap. 3. *Vbi dicitur in postilla.* Dixerunt agricolæ, hic est hæ. *Super illam declarationem est quædam additio, scilicet in illo cap. Mat. 21. vide ibi, &c.*

ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postil.* Ennon Hebraicè dicitur aqua. *Ennon Hebraicè non significat aquam sed* עינון henoth: *Quod habet hain pro prima litera & n. pro secunda & tertia, pro tertia significat idem quod fontes.*

ADDITIO III.

In eo. 3. cap. *Vbi dicitur in postilla.* Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. *Possunt etiam aliter exponi hæc verba Euangelistæ, scilicet. Non enim ad mensuram dat Deus spiritu &c. Vno modo vt intelligantur de diuina natura, quam ab æterno pater dat filio quæ est donum infinitum. Et hoc videtur sentire glo. quæ in loco dicit. Vt tantus sit filius quantus & pater. Alio modo possunt exponi de dono, quod datum est humanæ naturæ, vt personæ diuinæ vniatur, quod etiam est donũ infinitum, prout alia glo. ibidem dicit, Sicut pater plenum genuit verbũ, sic plenũ & perfectũ vnitũ est humana natura vel creatura: Hæc in glo.*

CAPVT IIII.

a **V**T ergo cognouit. Sciebat Iesus scientiam eorum & inuidiam, quod non ideo didicerant de eo, vt eum sequerentur, sed persequerentur, & ideo fugit, docens suos cedere malis, non timens, vel euadere eos impotens.

Augustin. tractat. 15.

✠ CYRIL. ALEXAND. Vniuersa quidem absque nũcio sicut Deus, vel antequã fiãt, cognoscit. Expectat autem omnis cuiusque rei oportunitatem, rerumque potius ordinẽ quã cognitionem suã in plerisque mirabilis dispẽsans, sequitur. Quæstione igitur inter Ioannis discipulos & Iudæos de purificatione facta, vt dictum est, magna vterque suã contentione opinionem defendebat. Nam alij Ioannis gloriæ studentes, legali aspersione omnique purificatione Iudæorum sublimiorem Ioannis baptismum affirmabãt, quia multi spreta prisca consuetudine ad Ioãnem proficiscebãtur. Alij meliorem Christi baptismum contendebant, quia multo plures ad Christum confluebant; Iudæorũ vero æstuantẽ inuidiã vitans rursus in Galilæam abijt.

lib. 2. c. 76.

b *Et baptizat.* Quod verè dicitur, Ipse enim semper mundat in spiritu inuisibiliter & dono, sed eius baptismus fit etiam in corpore, qui est in duobus, scilicet, in aqua, & verbo vitæ, vnde Paulus: *Mundas eam lauacro aquæ & verbo vitæ.*

Ephe. 5. e.

✠ AVGVST. Baptizabat, quia ipse mundabat, non baptizabat, quia non tingebat, præbebant discipuli ministerium corporis, præbebat ille adiutorium maiestatis.

Tract. 15.

CAPVT IIII.

a ¶ Quorum consilio Ioannes est captus. b ¶ Discipuli Ioannis qui maximè fuerunt de Pharisæis.

a **V**T ergo cognouit Iesus quia audierunt Pha- 1 a ¶ Vnde magis inuidebant. b risæi quod Iesus plures discipulos facit & baptizat, quàm Ioannes: quamquam 2 c ¶ Id est intingeret. a ¶ Significat transitum de Iudæis ad gentes. d Iesus. * non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam, 3 e a ¶ Quia de Galilæa venit Iudæam. b ¶ Ostendit quod sicut prædicauit Iudæis, prædicauit & gentibus. 4 f g & abijt iterum in Galilæam. Oportebat autem eum 5

* ipse.

c *Sed discipuli.* In quorum baptismo dabatur spiritus, licet non ita manifeste, vt post Ascensionem datus est ineffabili & inexcogitabili modo.

d *Reliquit Iudæam.* Id est Pharisæos incredulos, qui cogitabant eum persequi, propter baptisma ipsius quod crescebat, & quia per doctrinam eius, legem euacuari intelligebant.

e *Et abijt.* Postquã paucos de Iudaico populo suscepit, reliquit incredulos legis literã sequentes, quæ neminẽ ad perfectũ ducit. *Et abijt in Galil.* Id est, in spiritualem ipsius literæ intelligentiam.

f *In Galilæam.* In Galilæa transformatio Domini creditur facta, per quam significatur transmutatio humanæ naturæ in pristinam gloriã. In Galilæa dedit discipulis in monte doctrinã, per quam ad vitam transituri sunt credentes.

g *Oportebat.* Inter Iudæam & Galilæam Samaria est, id est, inter legem literæ, quæ per Iudæam & diuinas leges circa Deum reuolutas, quarum figura est Galilæa, est lex naturalis in medio constituta, quia ergo ex lege sumpsit fundamenta ecclesiæ, oportebat eum ad gentes transire constitutas sub lege naturæ, vt cum vtrisque in Galilæam æternæ beatitudinis rediret.

✠ CYRIL. O prudentiam admirabilem? Non enim huius rei gratia vt gẽtes doceret ac vniuersum penitus Hebræorum benedictionẽ transferret, in Samariã abijt. Sicut enim vim naturalẽ nunquã ignis amittet, sic omninò impossibile est opus sapientiæ à sapiẽtia non proficisci, sed quoniam illa transeundum erat.

c. 77.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT IV.

1 **V**T ergo cog. *Postquam Euangelista determinauit de effectu gratiæ quo ad Iudæos, hic determinat de deriuatione ipsius quo ad gentiles. Et quia Christi doctrina dupliciter deriuata est ad credentes, scilicet per doctrinam & per miracula, vt habetur Mar. vlt. d.* Sermonẽ confirmante sequentibus signis, *ideo primo agitur de deriuatione eius per doctrinam, secundo, per miracula, ibi:* Post duos dies. *Prima in tres, quia primo ponitur doctrinæ Christi opportunitas, secundo ipsius qualitas, ibi:* Venit mulier. *Tertio consequens vtilitas ibi:* Reliquit ergo Hydriam. *Primum ostenditur ex tribus: Quia primò ostenditur ex Christi recessu, secundò ex eius transitu ibi:* Oportebat. *Tertio ex accessu, ibi:* Venit ergo. *Circa primũ sciendum, quod Christo baptizato primò, et discipulis eius consequẽter, vt patet ex dictis, pharisæi commoti fuerunt contra eum inuidia, & ideo volens dare patientiæ exemplum, inde recessit, & sic occasionem docendi gentiles habuit, & hoc est quod dicitur:* Vt ergo cog. *Iesus quia audi. Pha. Quod Iesus plures discipulos f. & ba. quam Ioannes, Pharisæi enim ex inuidia persequuti sunt Ioannem, & procurauerunt eum mitti in carcerem, propter quod dicitur Matth. 17. b. de Ioanne:* Elias iam venit, & fecerunt in eum quæcunque voluerunt &c. *Et eodem modo Christum persequebantur, et eius mortem tandem procurauerunt.*

Diuisio.

2 Quamquam Iesus. *Tunc, licet primo baptizasset, vt dictum est.*

3 Sed discipuli eius. *In hoc enim dedit Christus exemplum prælatis ecclesiæ committendi ea quæ possunt fieri commode per inferiores, vt ipsi liberius possunt in altioribus exerceri.*

4 Reliquit Iud. *Quia persequebantur eius doctrinam. Eodem modo dicitur de Apostolis Act. 13. g. relinquentibus Iudæam propter eorũ incredulitatem:* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quia repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Deus.

5 Oportebat. *Hic consequenter ostenditur conuenientia doctrinæ Christi apud gentiles ex suo transitu, quia in regno decem tribuum habitabant gentiles, qui translati fuerant à Rege Assyriorum illuc, captiuatis inde decem tribubus sicut habetur, 4. Regum 17. Conueniebant tamen cũ Iudæis aliqualiter, quia cum primo fuerunt translati in terram decem tribuum, Dominus misit leones eos deuorantes, & ideo rex Assyriorum habito consilio super hoc misit vnum de sacerdotibus captiuis, qui doceret eos colere Dominum, veruntamen cum hoc colebant idola, vt ibidem dicitur, nec recipiebãt omnes libros ve. Test. sed tantũ quinque libros Moysi, & sic partim erant Gentiles, & partim Iudæi, Christus autem veniens de Iudæa in Galilæam habebat transire per eorum regionem, & sic habuit occasionem docendi eos, & hoc tãgitur hic:* Oporte. *Tota enim illa regio dicebatur Samaria à nomine ciuitatis metropolis, quæ antiquitus dicebatur Samaria, quamuis enim tunc esset destructa, tamen nomen remanserat in terra.*

MORALITER.

1 *Vt ergo cognouit, etc.* Sequitur

a *Venit er.* Vt agnoscerent & conuerterentur ad eum Samaritani, vendicantes sibi hæreditatem patriarchæ Israel.

Rom. 11. c. b *Qua dicitur Sich.* Sichar, id est, conclusio, vel ramus, id est, gentilis populus cóclusus sub peccato, qui est ramus de oleastro excisus & oliuæ insertus.

in superficie fons tantum, si in profundo etiam dicitur puteus.

g *Venit.* In figura ecclesiæ de gentibus, quæ prius hauriebat aquam, id est, voluptatem de profundo sæculi cuius fidem sitit Iesus & petit ab ea potari.

C. 78. ✠ CYRILLVS. Ænigmaticè significat quamuis Iudæorum genere relicto ad gentes abitura sit veritas, non tamen honor & dignitas patrum decidet, sed crescet potius, quasi iugibus aquis Christi irrigata.

c *Erat autem, &c.* Quia naturalis ratio non aliunde surgit nisi à causa omnium bonorum, ideò pulchrè dicitur fons esse Iacob, id est, ratio infinita patris altitudine procedens.

GREGORIVS, Vel mulier, id est, synagoga, quæ venit haurire aquam, id est dicere historiam literæ legis: cuius fidem petit Iesus. Puteus altus, profunditas mysteriorum legis, quinque viri, quinque libri Moysi, quem nunc habes id est, librum Iosue. Reliquit hydriam, id est, pristinam cóuersationẽ, abiit in ciuitatem, id est, primitiuam ecclesiam.

h *Da mihi.* Iesus sedẽs supra fontem petit à primitiua ecclesia quã de gẽtibus elegerat potũ fidei, qua in eũ credatur,

a [¶ Id est, collectionem fidelium ex gentibus.] transire per mediam Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariȩ, [b ¶ Id est agrum.] quȩ dicitur Sichar, iuxta prȩdium quod dedit Iacob [a ¶ In figura Christi, qui est legitimus hæres patriarchæ habens hæreditatem in gentibus.] Ioseph filio suo. [b ¶ Naturalis intellectus.] Erat autem ibi fons Iacob. Iesus ergo fatigatus [a ¶ Suscepit enim omnia quæ sunt nostrę infirmitatis sine peccato. b ¶ Iter Christi incarnatio.] ex itinere sedebat sic supra fontem, hora autem erat quasi sexta. [a ¶ Per quam feruens fides Samaritanorum.] Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus: Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: [a ¶ Ex habitu eum cognouit.] Quomodo tu cum Iudȩus sis bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? [¶ Cur hoc dixit? a ¶ Quia de loco orationis discrepabant.] Non enim † coutuntur Iudȩi Sama-

† cómercíu habẽt

C. 78. ✠ CYRILLVS. Quid Arriani? an omnium virtutum dominum imbecillum putabitis? Nam quoniam in vnam personam duæ naturæ conuenerunt, idcirco nec in duos filios vnus Christus scinditur & omnia posse vt Deus dicitur, quique impassibilis sit, hominis tamen dolores sibi attribuit, & non vt Deus, sed vt homo perpessus est. Nõ enim poteramus aliter verbum Dei hominem factum cognoscere nisi loquutus, & passus fuisset vt homo.

Tract. 15. in Ioan. ✠ AVGVSTINVS. Fortitudo Christi nos creauit, infirmitas recreauit & ex osse Adam facta est vna, & loco costæ reposita est caro, facta est mulier ex costa tanquam fortis, factus est Adam in carne tanquam infirmus, Christus est, & ecclesia. Illius infirmitas nostra est fortitudo.

d *Iesus ergo fa. &c.* ALLEGO. Iter Iesu, carnis est assumptio in qua est fatigatio, id est, infirmitas, releuans hominem quem creauit potentia: sessio est humilitas. Sexta hora, sexta ætas qua venit, puteus profunditas huius sæculi. Samaritana ecclesia venit non iam iusta, sed iustificanda. Aqua putei voluntas huius sæculi, quæ quasi de profundo extrahitur submissis & inclinatis ad eam hominibus, præmissa cupiditate quasi hydria.

e *Sedebat.* Quasi lassitudinem releuans in quo indicatur magister docturus accedentes & possessurus.

f *Supra.* Fons dicitur vbicumque manat aqua de terra, sed si in superficie...

petit à natura potũ rationis, qua conditor & redẽptor inuestigetur. Apostoli missi in ciuitatem, id est, in mundum, emere spirituales escas, id est, fidem & actionem & cognitionem, quibus magistri satiantur ecclesiæ. *Da mit.* Licet Iesus post fatigationem sitire posset, tamen hunc potũ nõ exigit, sed vt cor ecclesiæ gentiũ pro laboris eius cognitione potus ei efficiatur, desiderat.

i *Discipuli enim.* In ciuitatem discipuli abierunt, scilicet ad Iudæos, qui legis valle muniti, & prophetiæ sunt telis armati, vt cibos emerent ipsorum, scilicet corda prædicatione fidei Deo præparantes.

k *Dicit ergo.* Nesciens quem potum petit ab ea, putãs quod de aqua opponit se esse de alienigenis vasculis, quorũ etiam conuersatione non vtuntur Iudæi, sed Iesus qui fidem petebat, ei spiritũ dare cupiebat, & eam admonet vt petat, spiritus est autem & donum Dei & viua aqua.

C. 80. ✠ CYRIL. Quoniam ab omni re immunda cauendũ Iudæis lex iubebat, vana potius superstitione quam exacta legis cognitione & voluntate commoti nec tangere alienigenæ corpus aut vasculum, vel simul comedere & bibere patiebantur.

l *Non enim c.* Samaritanos Iudæi execrantur & supplantatores vocant, quia eos hæreditate patris sui Iacob priuauerunt abstinendo à cibis & vasis eorum.

☞ *Respondit*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ve. ergo. *Hic tertiò ponitur opportunitas docendi ex accessu, quia accessit ad locum delectabilem et quietum, & doctrinę aptum: Tum propter amœnitatem loci: Tum propter fontis ibidẽ existentis proprietatem quæ signat doctrinam Christi & gratiã secundùm quod dicitur Isa.* 12. a Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, &c. *Et hoc est quod dicitur:* Venit er. in ciuitatem Sa. quæ di. Sichar. *Antiquitus dicebatur Sichem, vt habetur Gen.* 33. *d.*

2 Iuxta prædium. *Iacob enim veniens de Mesopotamia emit agrum ab Emor principe ciuitatis Sichem, & ibi ad tempus habitauit iuxta vrbem, vt ibidem dicitur, sed propter raptum Dinę filię suæ occisi sunt habitatores illius ciuitatis à filijs Iacob et sic cessit in possessionem eius et illum locum dedit Iacob moriens filio suo Ioseph vt habetur. Gen.* 48.

3 Erat autem ibi fons Iacob. *Id est, puteus quem ipse foderat, quando ibi habitauit.*

4 Ie. ergo fa. ex itinere. *Ex quo apparet veritas humanę naturæ ex infirmitate.*

5 Sedebat sic. *Propter loci aptitudinem ad quiescendũ et docendum.*

6 Hora autem. *Hoc dicitur ad ostendendum causam fatigationis, quia per magnum tempus ambulauerat peditando.*

7 Venit mu. *Posita docendi oportunitate, hic consequenter ponitur qualitas doctrinæ et diuiditur in duas: quia primò ponitur in docendo conueniens ingressus, secundò, debitus processus, ibi:* Respondit Iesus. *Conueniens ingressus fuit per hoc; quod Christus petijt à muliere potum corporalem volens sibi reddere potum spiritualem, quia modus instructionis humana est quod à sensibilibus ad intelligibilia deducatur, & hoc est quod subditur:* Venit mulier de Sama. *Samaria hic non est nomen ciuitatis, sed gentis vel regionis quia illa mulier fuit de ciuitate Sichem, quæ tunc metropolis Samaritanorum, vt dicit Iosephus, 11. antiquitatũ. Samaria enim erat destructa et reædificata, tamen nomine eius mutato, quia tunc Sebaste dicebatur, vt habetur.* 13. *li. antiquitatum.*

Iosephus. Iosephus.

8 Di. ei Ie. *Causa quare petijt à muliere subditur:*

9 Discipuli enim eius. *Et ideo non fuerant præsentes ad dandum sibi potum.*

10 Vt ci. &c. *Quia super fontem comedere volebant sicut pauperes, nec ad magna hospitia in villam declinabant.*

11 Dicit ergo ei mu. *Cognouit enim per habitum eum esse Iudæum, quia sicut erant distincti ab alijs in cultu Dei & in corporali circuncisione, ita etiam in veste propter quod Nu.* 15. *d. præcipitur quod habeãt fimbrias per angulos palliorum.*

12 Bibere à me. *De hoc etiam mirabatur. Cuius causa subditur.*

13 Non enim. *Licet enim esset Iudęis præceptum nõ iūgerent fœdus & amicitias cum alijs nationibus, tamen specialiter abominabantur Samaritanos, Tum quia terram eorum pro parte occupauerant: Tum quia multas molestias eis fecerant in reædificatione templi et ciuitatis, vt patet* 1. *Esdræ.*

Respondit

MORALITER.

4 *Iesus autem fa. etc.* Ista fatigatio fuit signum passionis Christi futuræ tali hora.

7 *Venit mulier de Samaria.* Per hanc mulierem quæ gentilis erat intelligi potest vniuersitas studentium in doctrina gentilium.

8 *Dicit ei Iesus: Da mihi bibere.* Per hoc significatur, quod intẽdebat aliquos peritos in doctrina gentilium, sibi incorporare per fidem, scilicet, Dionysium, Ambrosium, Augustinum.

† *Quomodo tu cum Iudæus sis bibere à me poscis quæ sum mulier Samari.* Hoc admiratiuè dicitur, quia quando tales sicut Dionysius & cæteri ad fidem conuertebantur, alij de gentilitate mirabantur.

† *Respondit*

a *Respondit Iesus.* Pedetentim & simplicibus verbis instruit, vt tandem donum Dei, id est spiritum posfit accipere.

✠ CYRILLVS. Se Deum profitetur. Nemo enim Dei dona potest largiri, nisi Deus natura sit. Aquam porro viuam Spiritussancti gratiā viuificantē appellat.

b *Dixit ei mulier.* Aqua viua dicitur non alia, nisi quæ vbi oritur, excipitur, de qua mulier carnaliter sapiens dixit: Cum hauritorium non habeas, & puteus altus. sit, quomodo habes aquam viuam? Sed ne forte alium fontem promittere videretur subdit: Nunquid tu melior es, id est, potes melior esse Iacob qui cum suis vsus est isto? Contra quod ergo apertè Christus ostendit se non carnaliter, sed spiritualiter loqui, dicens non sitire eum qui suam aquam biberit.

c *Nunquid tu.* Alienigena Iacob patrem suum vocat, quia ipsa sub lege Moysi vixerat, & prædium quod Iacob filio suo dederat, possidebat.

✠ CYRIL-

✠ CYRILLVS. Samaritani minores Iudeorum suos patres appellant quia erant vicini & nonnulla Hebraici religionis probauerant, & Hieroboam decem tribus secum contrahens Samariam habitauit.

a tanis. Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donum Dei & quis est qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu † forsitan petisses ab
b eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: Domine neque in quo haurias habes, & puteus altus est. Vnde ergo
c habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Ia-
d cob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: Omnis qui bibit
e ex hac aqua, sitiet iterum. Qui autem biberit ex aqua, quam
f ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua quam dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.

(Interlinear: ¶ Quod est spiritus Dei. ¶ Dator spiritus. ¶ Id est, petit à te fidem. a ¶ Subaudis aquam viuam, id est, spiritum per quem daretur etiam fides. a ¶ Merito fidei. ¶ Id est profundus. ¶ Quæ nisi hauriatur de imo putei, haberi non poterit. ¶ Maius aliquid nobis dando. a ¶ Hunc. ¶ Hauritorio aquam extrahens. b ¶ Per quos perfectiores in ecclesia. a ¶ Minores vel prorsus ignorantes. a ¶ Figurali. b ¶ Scilicet voluptatem sæculi quam talis aqua significat. ¶ Promittit satietatem spiritus quæ fiet in resurrectione quia apud eum est fons vitæ quo inebriabuntur.)

AVGVSTINVS. Vasculum cupiditas, aqua voluptas, reficitur, non extinguitur.

d *Et ipse ex eo.* Deputeo bibūt homines & pecora. & similiter de ratione, quasi deprauata & obscurata magno labore foditur, & exercetur. bibunt autē quidā vt homines qui ea ratione ad bonū vtuntur, vt sancti. Quidā vt pecora, qui vtūtur ea ad malū, vt philosophi.

e *Qui au.* Quicūque meę prędicationi cor accommodauerit & gratiæ donū cognouerit, fides quæ per dilectionē operatur in eo nascitur, & sic tandem in vitam transibit æternam.

f *Aqu.* Aqua corporalis deorsum fluit, aqua spiritualis sursum salit & secum eos qui eam bibunt in æternam gloriam subuehit.

✠ CYRIL. Spiritussancti gratiā qui adeptus est præceptis hominū non indiget, sed ad potū verbi cœlestis alios potest hortari.

✠ CYRIL.

(Margin: Cap. 84. Tract. 15. † vtique. Gal. 5. b. Cap. 85.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Respondit Iesus. *Hic consequenter ponitur debitus processus in docendo, quia primò docet Christus verbis, secundò signis ibi:* Dicit ei vade. *Prima in duas, quia primò proponit intentum, secundò remouet mulieris falsum intellectum. ibi:* Resp. o. Ie. *Habita igitur occasione loquendi de aqua spirituali ex verbis mulieris:* Respondit Iesus & dixit ei: si sci. don. Dei. *Id est, gratiam spiritussancti, in quo dona dantur.*

(Margin: Diuisio.)

2 Et quis es qui di *Quia potens est & paratus gratiam spiritussancti dare omnibus petentibus eam fideliter & deuotè.*

3 Tu forsitan. *Hoc dicit propter liberi arbitrij vertibilitatem.*

4 Petisses ab eo. *Quia gratia non datur adultis de communi lege sine motu proprio in Deum.*

5 Et dedisset ti. aquam. *Id est, spiritussancti gratiam, quia æstum concupiscentiæ refrigerat & per deuotionem humectat. Dicitur ergo aqua viua ad similitudinem aquę in corporalibus, vbi dicuntur aquæ viuæ quę continuantur principio suæ scaturiginis. Aquæ autem mortuæ dicuntur illæ quæ sunt collectæ in lacubus & cisternis: gratia autem spiritussancti cum ipso spiritusancto coniungatur, quia gratia non est in anima, nisi spiritussanctus speciali modo habitet in ipsa: & quia mulier erat assueta in corporalibus intellexit verbum Christi de aqua corporali, ideò sequitur:*

6 Dicit ei mulier: *Quasi dicat non potes mihi dare aquam viuam de isto puteo, quia non habes instrumentum ad hauriendum, & puteus est ita profundus, quod non posses attingere cum manu.*

7 Vnde ergo ha. aquam. *Quasi dicat non potes mihi dare nisi ea faceres hoc miraculosè, quod non videtur, quia tunc tu esses maior patriarcha Iacob, quod non videtur, & hoc est quod dicitur:*

8 Nunquid tu, &c. *Qui fuit contentus aqua huius putei, ideò sequitur:*

9 Qui dedit nobis puteum. *Inquantum fodit ipsum, vt prædictum est, quod non fecisset, si aquam viuam pro voluntate sua aliunde habere potuisset.* Et ipse ex eo bibit & filij eius & pecora eius.

10 Respondit Iesus & dixit ei *Hic remouet falsum intellectum huius mulieris, ostendens quod non loquebatur de aqua materiali, sed spirituali, & hoc est quod dicitur:* Respondit Iesus & dixit ei.

11 Ex hac aqua. *Scilicet materiali, de qua tu intelligis.*

12 Sitiet iterum. *Quia non sedat sitim nisi ad tempus.*

13 Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei. *Id est gratia spiritussancti.*

14 Non sitiet in æter. *Sed contra hoc videtur illud Eccle. 24. c.* Qui bibunt me adhuc sitient. *Vbi loquitur de aqua sapientiæ. Dicendum, quod sitis vno modo accipitur pro desiderio alterius rei non habitæ, & sic omnis res temporalis adepta magis generat sitim quam tollat, quia cupiditatem augmentat. Similiter aqua corporalis, quia non habet effectum nisi ad tempus, oportet iterum quod alia aqua numero sumatur ad sedandum sitim, & sic fit interruptio. Alio modo accipitur sitis pro desiderio eiusdem rei habitæ ad habendum eam perfectius, & sic habentes Deum per gratiam, sitiunt habere ipsum per gloriam. Et hoc modo loquitur autoritas Ecclesiastici prallegata. Tertio modo accipitur sitis pro exclusione fastidij à delectatione habita; & sic beati dicuntur Deum sitire. Cum ergo dicitur hic:* Non sitiet in æternum, *Intelligitur siti primo modo dicta, quia habens gratiam Dei, habet Deum, & ideo non desiderat aliquid quod non habeat sed desiderat Deum, quem habet, habere perfectius, ideò sequitur:*

(Margin: Sitis acceptio triplex.)

15 Sed aqua quam, &c. fons aquæ sa. in vi. &c. *Quia per gratiam spiritussanctus inhabitat mentem qui est origo gratię facientis hominem salire in vitam æternam. Naturale est enim quod aqua tantum ascendere potest quantum descendit, & ideò sicut aqua gratiæ à Deo in nos deriuatur, ita per ipsam anima ad Deum eleuatur, quia per ipsam consors diuinę naturæ efficitur, vt dicitur secundę Petri prima.* Magna & preciosa dona donauit vobis, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ.

Dicit

MORALITER.

† 1 *Respondit Iesus.* Ac si dicat: O tu gentilitas, si scires gratiam Dei tibi concedendam, tu non mirareris, sed eam peteres precibus deuotis, & hæc gentilitatis ignorantia magis designatur cum subditur.

7 *Vnde er. hab. &c.* Quia gentilitas ignorabat Christi potentiā.

† *Omnis qui bi. ex a.* Id est, gentilium doctrina.

12 *Sitiet iterum.* Nam philosophi de facilitate loquentes, non attigerunt ad aliquid quod esset humani desiderij quietatiuum quod tamen est de ratione felicitatis. Illis verò qui magis appropinquauerunt veritati posuerunt felicitatem hominis in speculatione primæ causæ, quæ tamen speculatio est per creaturas, de qua certum est per experientiam, quod hominis desiderium non quietat.

13 *Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum.* Quia doctrina euangelica felicitatem perfectam, quæ consistit in visione & fruitione Dei ostendit, & gratiam (quæ datur credentibus euangelio) ad illam perducit, ideò sequitur:

15 *Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit ei mulier: Domine da mihi hanc aquam vt non sitiam neque veniam huc.* Nam Gentilitas audita prædicatione apostolorum & aliorum discipulorum deuotè recipit fidem Christi.

† Dicit

A ✠ CYRIL. Fœminea est fœminarum omnium mens. Mollis enim ac tardus est eorum intellectus, doctior natura virorum & callidior daturque occasio ad manifestanda occulta mulieris.

1. Co. 11 ✠ AVGVSTINVS. Vt est intellectus animæ, vt oculus corporis, à verbo vera luce illuminandus, quia caput viri Christus.

a *Dicit ad eum mul.* Delectata promissione Domini, volẽs nõ sentire vt exoneraretur his laboribus, adhuc carnaliter putat promitti sibi, sicut Eliæ datum est 40. diebus non esurire, neque sitire, sed volens Iesus vt illa iã intelligat, dicit:

3. Reg. 19 b

a Dicit ad eum mulier: Domine da mihi hanc aquam, vt non b sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus: † Vade vo-
¶ Id est rationalem intellectum.
c ca virum tuum, & veni huc. Respondit mulier & dixit: Non
¶ Quia verè dixisti
d habeo virum. Dicit ei Iesus: Bene dixisti: quia non habeo vi-
e a ¶ Dum dicit aliquid quod ab eo non audiuit, probat se non ab ea, didicisse, quod virum non habet, sed ex diuinitate scisse.
f rum. Quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes, non
¶ Quod.
est tuus vir, hoc † verè dixisti. Dicit ei mulier: Domine video
¶ Verè es propheta, quia omnia nosti. a ¶ Iacob & filij eius.
g h quia propheta tu es. Patres nostri in monte hoc adorauerunt

B b *Vade voca virum tuum, &c.* Vt eo duce ad contemplationem spiritualis intelligentiæ ascẽdas: *vade voca virum tuum.* Tu sensualis voca rationalem intellectum, quo vt viro regaris, tu quæ modo carnaliter sapis, hunc ego lux & caput viri illuminabo. Quasi dicat: Hæc quæ dico non carnaliter, vt tu animalis facis, sed spiritualiter sunt intelligenda, & ductu rationis accipienda, & ideo tu para intellectum mihi & veni, intelligendo hæc spiritualia quæ dico.

† verum.

C c *Respondit mulier* Reuera hæc mulier tunc non habebat virum, sed vtebatur quodam non legitimo, de quo respondet adhuc carnaliter sapiens, qui nondum vocauerat virum, id est, intellectum.

d *Dicit ei Iesus.* Paulatim ea attollens adhuc mysteria loquitur, vt paulatim perduceret eam ad cognoscendũ quis cum ea loqueretur. Et non opus bonum, non prudentem mulieris laudat responsionem, sed veritatis laudat confessionem.

e *Bene dixisti, &c.* ✠ CYRIL. Non qui ex voluptate conuenerunt, id qui secundum legem ex charitate consenserunt sanctis cohabitare nuptiis dicuntur.

Quinque leges humanæ naturæ. Gen. 2. c.

f *Quinque enim viros.* Quinque viri, sunt quinque leges humanæ naturæ datæ. Prima, in paradiso ante peccatum in prohibitione ligni. Secunda, post præuaricationem & expulsionem de paradiso, de multiplicatione humanæ propaginis. Tertia, Noe ante diluuium de fabricanda arca. Quarta, post diluuium de diuisionibus gentium. Quinta, Abraham de circuncisione & immolatione filij. His quinque legibus quasi quinque viris humana anima ab initio mundi vsque ad Moysen subiecta fuit: Postea data est lex literæ, quæ nullam salutem contulit, vnde dicitur: *Quem nunc habes, non est tuus vir.* Dimitte literam, vade ad spiritum literæ ad nouum Testamẽtum, à quo spiritualem virtutum prolem concipias.

D Ibid. 6. c. Ibid. 10. a. Ibid. 21. b.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 † 11 12

† 1. q. 1. c. post. prin.

F AVGVSTINVS. Quinque viri, id est, quinque sensus corporis te rexerunt, nũc in tempore discretionis nõ te regit vir, id est, intellectus sapientiæ, sed adulter, id est, error corrumpit, dum carnaliter quę dico accipis, & ideo voca virum, vt (sicut dico) spiritualiter intelligas. Ideò quinque sensus in minori ætate dicuntur viri, quia sunt legitimi. Post lapsum enim hominis & decreto Dei naturaliter regitur illa ætas, non ad æterna, sed ad ista temporalia appetenda si mulcent, vitanda si offendunt.

E g *Quia propheta tu es.* Mulier ex auditis proficiens, iam cœperat aliquatenus habere intellectum, vnde & prophetam vocat, sed non plenum, quia non credit venisse Christum.

c. 90. ✠ CYRILLVS. Quia in monte Garizim data benedictio est, hinc orta est ridiculosa religio Samaritanorum, qui tam regione quàm imperitia Iudæis vicini non veram de Deo sententiam habentes, contendebant in Syon tantummodo Deũ adorandum, quasi manufacto templo concluderetur.

h *Pa. no. &c.* Propheta es tu, & ideò iudica de hac contentione, quæ me mouet. Iudæi se præferebant Samaritanis pro templo quod ædificauit Salomon, in quo adorabant. Econtra Samaritani aduersum Iudęos pro mõte, in quo & non in tẽplo patres adorauerũt, qui Deo placuerunt. Et sic patriarchæ in montibus, Iudei in tẽplo adorauerunt, præfigurantes modum bene orandi.

☞ a *Mulier*

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Dicit ad eum mulier Domine da mihi. *Quamuis enim ad plenum non intelligeret verba Christi, tamen audiens huius aquæ bonitatem, petiit eam, & subdit causam.*

2 Vt non sitiam neque veniam huc haurire. *Id est, vt liberer à sitis ardore, & à labore veniendi huc hauriendi & deportandi.*

Diuisio. 3 Dicit ei Iesus. *Quia adhuc non poterat capere hæc mulier verba Christi, ideo consequenter procedit ad signa. Et diuiditur in duas, quia primò instruit causam per reuelationem secreti. secundò per solutionem dubij ibi:* Dicit ei mulier. *Secretum autem istud erat quia mulier adulterum tenebat qui tamen ab omnibus hominibus loci illius credebatur esse maritus eius, & ideò per hoc quod Christus hoc secretum mulieri dixit, ostendit se scire peccata occulta, & hoc est quod dicitur:* Dicit ei Iesus: Vade voca virum tuum. *Scilicet putatiuum.*

4 Et veni huc. *Hoc non dixit Iesus ad hoc vt illa mulier eum adduceret ad se, sed vt ex responsione eius conuenientius ipsam argueret, secretum reuelando, vnde sequitur:*

5 Respondit mulier & dixit ei: Non habeo virum. *Scilicet legitimum.*

6 Dicit ei Iesus. *Exponendo eius dictum*: Bene dixisti: Quia non habeo virum. *Et subditur:*

7 Quinque enim viros habuisti. *Id est, legitimos.*

8 Et nunc quem habes, non est tuus vir. *Secundum veritatem, ideò sequitur:*

Diuisio. 9 Hoc verè dixisti: *Illud quod alias finxisti eum esse virum tuum, mendacium est.*

10 Dicit ei mulier. *Hic consequenter instruit eam per solutionem dubij. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur ipsius Iesu instructio. Secundò mulieris responsio, ibi:* Dicit ei mulier: Scio *Circa primam partem sciendum, quod mulier percepit eum esse prophetam ex hoc quod eius secretum cognouerat, ideo conuertit se ad interrogandum eum de quodam dubio quod inter Iudęos & Samaritanos vertebatur. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur mulieris interrogatio, secundò Christi responsio ibi:* Dicit ei Iesus. *Circa primum sciendum, quod Iudæi reuertentes de captiuitate Babylonica noluerunt Samaritanos associari sibi in ædificatione templi vt habetur* 1. *Esdræ* 4. *a.* Et ideo fecerunt sibi locum adorationis diuinæ in monte Garizim. *Vt dicunt aliqui. Iosephus autem assignat aliam rationem, dicens quod quidam Iudæus nomine Manasses accepit filium principis Samaritanorum Et quia apud Iudeos summum sacerdotium erat valde honorificum, rogauit socerum suum vt faceret sibi templum in Garizim, vt ibi sacerdotio fungeretur, vt habetur* 11. *antiquitatum. Samaritani igitur dicebant, quia hic locus magis erat conueniens orationi, quàm templum Ierosolimitanorum. Iudæi autem contrarium dicebant, & erant rationes ad vtramque partem, & ideo mulier voluit audire à Iesu circa hæc suam sententiam, & hoc est quod dicitur:* Dicit ei mulier: Domine,

11 Video. *Per effectum, scilicet per reuelationem secreti,*

12 Quia propheta tu es. *Instrue igitur me de loco debita orationis & arguit quod locus Garizim sit conuenientior, per hoc quod antiqui patres veteris Testamenti ibi adorauerunt. Quia filij Israel ingrediendo terram promissionis, in loco illo benedixerunt Deum, vt habetur Deuteron.* 27. *b. Similiter Iacob patriarcha & filij eius propè illum manserunt, vt supra dictum est, & ideo in illo loco orationes & sacrificia fecerunt, quia ante ædificationem templi Iudęi, in montibus adorabant & sacrificabant, vt patet de Abraham Gen.* 13. *d. & de Salomone.* 3. *Regum* 3. *a & in alijs multis, ideò probabile est, quod Iacob & filij eius in monte Garizim adorauerunt, & hoc est quod dicitur:*

13 Patres nostri in monte hoc adorauerunt. *Vocabant enim Samaritani patres veteris Testamenti patres suos, quia receperunt quinque libros Moysi, & in parte erant Iudæi, vt dictum est.*

✠ 1 Et vos

MORALITER.

† 3 *Dicit ei Iesus. Vade voca virum tuum.* Per quem significatur intellectus, qui ad capiendum Christi doctrinam est applicandus.

† *Domine video quia Propheta tu es.* Per hoc enim quod hæc mulier quæsiuit à Christo debitum ad orationis modum, significatur quod Gentiles vnius veri Dei cultum receperunt, & idololatriam abiecerunt.

✠ Et con-

a *Mulier.* In hoc loco Dominus iactantiam Samaritanorum reprimit, qui putabant se non minoris religionis fuisse quã Iudæos. Loquitur ergo in persona prophetarum & omnium qui in Christum credunt: vnde ait: *Vos adoratis patrem quem nescitis*, quia nullus adorat patrem nisi filium adoret, per quem ad notitiam patris venitur, sed nos scimus filium, & per filium patrem, vnde sequitur: *quia salus ex Iudæis est, &c.* id est, quia Christus, qui est salus, ex Iudæis est, nõ solùm origine carnis, sed etiam ex eis orta est fides & primitiua ecclesia.

b *Crede mihi.* Quia iam est in te vir qui potest credere & ideo crede: *Quia nisi credideris nõ intelliges.* (Isai. 7. b.)

c *Quando neque in monte.* Ecce pariter mons vester & templum Iudæorum reprobabitur, sed in hoc estis impares, quod vos Samaritani adoratis quod nescitis, sed nos Iudæi non omnes, sed electi adoramus quod scimus, quia nobis cognitio Dei testamentum, prophetia promissa: de nobis Christus, & hoc est, *quia salus ex Iudæis est*, sed quamuis ita simus differentes, tamen non præfero locum Iudæorum loco Samaritanorum, & hoc est.

✠ CYRILLVS. (C. 100.) Locus non quæretur vbi Deus habitet, quæ omnia replens, vbique adorabitur, Tempus istius translationis est tempus conuersationis Christi cum hominibus, qui mirabiliter mulierem inuitat, vt de Dei filio aliquid cogitet. Patrem enim Deum appellauit, Pater verò nisi filius ei sit, intelligi nequit.

d *Sed ve. ho. & nunc est, quando.* Priusquam venirem in carne, nemo potuit adorare patrem in spiritu & veritate, præter patriarchas & prophetas, quibus mea incarnatio reuelata fuit, sed per meam præsentiam in carne fient veri adoratores.

✠ CYRILLVS. (c. 92.) Seruis seipsum annumerat, qui ea ratione qua verbum caro factum est, non adorat, sed factus homo propter nos propter carnem id suscepit.

[Interlinear glosses: ¶ Iudæi. a ¶ Templum. b ¶ Quasi alibi nemo possit placere Deo. — a ¶ Quia iam cæpit intelligere, superaddit. b ¶ Quia iam est in te vir qui potest credere, & ideo crede quia. c ¶ Cum ablata vmbra lux veritatis irradiauerit, vt appareat in locis non esse Deum sed in puris mentibus. — ¶ Quia veri Iudæi non estis. a ¶ Quorum patribus promissus est Christus. — ¶ Per legem & prophetas. a ¶ Cum spiritus post meam resurrectionem dabitur. ¶ Cum aliqui mihi firma fide adhærent. — ¶ Non de vanis. — a ¶ Adorantes in spiritu & veritate agnitionis. ¶ Quia. — ¶ Quasi veniet. — ¶ Finis legis & prophetarum.]

&[1] vos dicitis,[2] quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet.[3] Dicit ei Iesus:[4] Mulier crede mihi,[5] quia veniet hora,[6] quando neque in monte hoc,[7] neque in Ierosolymis adorabitis patrem.[8] Vos adoratis quod nescitis,[9] nos adoramus quod scimus,[10] quia salus ex Iudæis est.[11] Sed † venit hora,[12] & nunc est quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu[13] & veritate.[14] Nam & pater tales quærit qui adorent eum.[15] † Spiritus est Deus,[16] et eos qui adorant eum in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier:[17] Scio quia Messias venit, qui dicitur Christus.[18] Cùm ergo venerit, illi nobis annunciabit[19]

e *In spiritu & veri.* Non in templo, non in hoc monte, sed interius in intimo templo cordis & in veritate cognitionis patrem esse adorandum.

f *Spiritus est Deus.* Cum Deus sit spiritus & non corpus non quærit corporeũ locum, montem vel tẽplum in quo oretur, sed spiritus purus est eius templum, in quo oretur, non de visibilibus, quæ transeũt, sed de æternis quæ veritas sunt. (Tretura est. — 24. q. 3. c. quidã. verf. antropomorphitæ.)

✠ CYRILLVS. (c. 93.) Tempus aduentus sui significat, in quo figuras legis in veritatem & vmbram in cultum spiritalem, transmutari insinuat, & spiritalis adorator gratus est qui non forma & figuris Iudaicis ad pietatem obumbratur sed Euangelica virtute refulgens recta dogmatum disciplina veram peragit adorationem.

g *Scio quia Messias venit, qui dicitur &c.* Iam per verba docentis amplius prouecta, scit à quo perfectè debeat instrui, id est, à Messia.

✠ AVGVSTINVS. Messias vnctus est, Græcè Christus est, Hebraicè Messias, est, vnde & Punicè messe dicitur vnge, cognatæ quippe sunt linguæ & vicinæ Hæbræa, Punica & Syra.

h *Ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei Iesus.* Qualiter spreto templo vel monte in spiritu & veritate adoremus ostendet, & abiectis vmbris veritate illustremur.

✠ CYRIL-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vos. *Scilicet, Iudæi.*

2 Dicitis. *Econtrario.*

3 Quia Ierosoly. &c. *Quasi dicat, Non videtur conueniens illud quod dicitis, ratione prædicta, Sciendum tamen quod locus conuenientior erat in Ierusalem, quia erat à Deo electus vt esset locus adorationis & sacrificij, vt habetur 2. Paralip. 6. a.*

4 Dicit eis Iesus. *Hic ponitur Christi responsio, mulier enim deuotè petierat eum, quia cognoscens eum prophetam non conuertit se ad quærendum de curiositatibus, vt de euentu futurorum, & consimilibus, sed de modo vel loco colendi Deum, ideo instruit eam di.*

5 Mulier crede mihi. *Quia accedentem oportet credere. Heb. 11. b. & Isa. 7. b.* Nisi credideritis non intelligetis, *Secundùm translationem. 70.*

6 Veniet hora. *Scilicet tempus publicationis Euangelij.*

7 Quando neq. in mõ. hoc. *Quia cultus Gentilium tunc cessauit.*

8 Neque in Ierosolymis ador. pat. *Quia templum diuina dispositione destructum est 42. anno post passionem Christi, vt sic deuotio populi curreret ad Christum, & ex Gentilibus & Iudæis fieret vnus populus Christianus, subtracto eo quod impediebat hanc coniunctionem, ex vtraque parte, quia idololatria Gentilium erat abominabilis Iudæis, et onus ceremoniarum legalium erat importabile Gentilibus, & ideò per Christum vtrumque est amotum per publicationem Euangelij ideò ex Iudæis & Gentilibus factus est vnus populus Christianus, & sic patet, quod Christus eam instruxit de vero cultu diuino in proximo futuro, quia idololatria Gentilium & ceremonia Iudæorum conuertanda erant in spiritualem noua legis cultus Iudæorum erat licitus & bonus, non sic autem cultus Gentilium, ideò subdit Saluator.*

9 Vos adoratis quod nescitis. *Attribuere enim Deo illud quod sibi non conuenit, vt quod sit corporeus vel aliquid huiusmodi, est ipsum nescire, hoc autem faciebant Gentiles, & maximè isti Samaritani, Iudæi verò habebant veram cognitionem de Deo, vt dicitur Psal. 75. a.* Notus in Iudæa Deus. *Ideò sequitur:*

10 Nos adoramus quod scimus. *Et quia vera cognitio Dei per legem et prophetas erat concessa populo Iudaico, sicut & alia beneficia spiritualia & diuina, propter hoc quod Christus erat nasciturus ex eis, ideò subditur:*

11 Quia salus ex Iudæis est. *Id est, Saluator ex eis expectatur. Et quia per ipsum Saluatorem cultus ceremonialis legis conuertendus erat in spiritualem ritum noua legis, vt dictum est, ideò sequitur:*

12 Sed venit hora, & nunc est. *Quia à tempore prædicationis Christi incepit publicatio euangelij, per quam introductus est verus & perfectus cultus diuinus, vnde sequitur:*

13 Quando ve. ad. &c. *Per hoc excluduntur figurales ceremonia legis.*

14 Et veritate. *Per hoc excluditur falsitas qua erat in cultu Gentiliũ, quia vtrumque amotum est per Christum, & quod talis cultus nouę legis sit Deo acceptus, ostenditur diuina acceptatione cum subditur:*

15 Nam & pater. q. ta. qui ad. e. *Ex assimilatione ad Deum, qui est spiritualis naturę, & ideo ei magis conformamur per spiritualia quam corporalia, & hoc est quod dicitur:*

16 Spiritus est Deus, & eos qui ado. eum in spiritu & verita. o. *Quia oratio est ascensus mentis in Deum: & ideo requirit conformitatem ad ipsum secundum quod est possibile.* (1. Cor. 3. d.)

17 Dicit ei mulier: Scio quia. &c. *Hic ponitur mulieris responsio, erat enim opinio non solùm apud Iudæos sed etiam apud Samaritanos, quod in aduentu Messia instruerentur perfectè de omnibus pertinẽtibus ad salutem, & ideò mulier non capiens ad plenum verba Christi, dicit se & alios tempore Messię de his ad plenũ instrui, & hoc est quod dicitur:* Dicit ei Mu. scio. q. Mes. ve. *Id est, in proximo venturus est. Sicut enim dictum est: Samaritani receperunt quinque libros Moysi. & Gen. 49. b. datur signum de aduentu Christi, scilicet, translatio regni Iudæorum, cũ dicitur:* Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. *Ipsi autem videbant hoc esse completum tempore Herodis regis, sub quo natus est Christus, & ideo apud eos erat fama communis quod Christus erat de proximo venturus: & ideò sic loquebatur mulier, quia ex fama communi audierat.*

18 Qui dicitur Christus. *Id est vnctus, quia Christus expectabatur Rex & sacerdos, & vtrumque officium per vnctionem accipiebatur.*

19 Cum ergo venerit ille nobis annunciabit omnia. *Ad salutem necessaria, quę nunc occulta: Igitur Iesus videns eius deuotionem conuenienter se ei reuelat dicens:*

1 Ego

A ** CYRILLVS. Non rudibus neque contentiosis sed illis solet se Dominus hominibus reuelare, qui ad discendum propensiores & credendi radices simplici sermone parturientes, ad perfectiorem illuminati facilius cognitionem ascendant.

a *Ego sum qui loquor.* Quem venturum expectas, venisse cognosce: & adducto tecum viro qui te regat, quæ fidei sunt necessaria discere labora. Et quia sciebat iam quis eam posset docere cum eum iam docentem non agnosceret, digna erat cui ipse se manifestaret, vnde dicit: *Ego sum Messias* qua manifestatione accepta non habet quid vltrà quærat, vnde sequitur: *Reliquit ergo hydriam, &c.* Sed Euangelista interserit de discipulis.

C b *Et mirabantur quia.* Non mirabātur quod cum muliere loquitur, cum quibus loqui consueuerat, sed quia cum alienigena, ignorantes mysterium ecclesiæ de gentibus futuræ. Et non malum suspicantur, sed clementiam mirantur, quia gentilem erroneam docet sicut *qui venit quærere quod perierat.*

c *Reliquit ergo.* Audito *ego sum*, iam habens in intellectu mulier Christum caput viri, reliquit hydriam, id est, cupiditatem, & cucurrit & cucurrit euangelizare. Hic discant euangelizaturi prius deponere curam, & onus huius seculi.

Luc. 19 b

D d *Venite & vi.* Pedetentim inducit adveritatem illos rudes, nec statim affirmat Christum, ne irascerentur & indignarentur.

e *Nunquid aliquis at.* Non ausi sunt interrogare dominū timentes ne ab eo reprehendantur, si incautè interrogauerint.

a ¶ Quæ ad cultum suum & patris pertinent.

a omnia. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum, & † conti- 1
b nuò venerunt discipuli eius & mirabantur quia cum mulie- 2
re loquebatur. Nemo tamen dixit quid quæris, aut quid 3

a ¶ Hydor græce, aqua latinè, inde hydria.

c loqueris cum ea? Reliquit ergo mulier hydriam suam, & 4
d abijt in ciuitatem, & dixit illis hominibus. Venite & videte 5 6
hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid 7

a ¶ Exitur à ciuitate cum exitur à mundanis. b ¶ Ignorantię. c ¶ Nota facilitatem gentium ad fidem, & duriciam Iudæorum.

ipse est Christus. Exierunt de ciuitate, & veniebant ad eum 8

¶ Alias interrogabant. ¶ Qui attulerant cibos

Interea rogabant eum discipuli dicentes: Rabbi, manduca. 9

¶ Conuersionem Samaritanorum.

Ille autem dixit eis: Ego cibum habeo manducare, quem 10 11
e vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem: Nunquid 12 13
f aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus: † Meus cibus 14

¶ Id est istos credere. ¶ Per mortem & passionem.

g est, vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam opus
h eius. Nónne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & 15

† interim.

f *Meus cib. est.* Non intellexerunt escam sicut mulier supra nō intellexit aquam vnde magister eos instruit non per circuitum vt illam, sed iā apertè dicens: *Meus cib. est vt fa. etc.*

E * CYRILLVS. Cibum suum putat perditorum hominū conuersionem. C. 103.

g *Volun. eius.* patris, Voluntas patris est vt credatur in eum, id est, in filium quē ipse misit. Opus patris est nostra salus. Christi ergo cibus, nostra fides & nostra salus. Facit ergo voluntatē docendo credere in se, facit opus maturando mysterium redemptionis.

F † de pæ. di. 3. c. inter hęc hircū 1. in fi.

* CYRILLVS. Missus est à patre aut ratione carnis, aut quia verbum à generante prodiit. C. 105.

h *Nonne vos dicitis.* Cum quærat fidem & salutem populorum, feruet in opus, & operarios mittere disponit.

☞ *Leuate*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego sum qui loquor tecum. *Quasi dicat modo est tempus veritatis reuelandæ.*

2 Et continuò venerunt discipuli: *Hic ponitur fructus consequens ex doctrina Christi, quia hæc mulier edocta à Christo statim iuit ad ciuitatem, & adduxit ad Iesum populi multitudinem ad credendum paratam. Diuiditur ergo in duas: quia primo ponitur mulieris recessus, secundo ex hoc sequens populi accessus, ibi:* Exierunt. *Recessit igitur mulier à Christo, quia cessauit loqui cum ea venientibus discipulis de ciuitate, & hoc est quod dicitur:* Et continuò venerunt discipuli eius & mirabantur quia cum. *Non propter suspicionem aliquam, sed mirum erat, quod tantus doctor alloquebatur vnam solam mulierem pauperculam & Gentilem, quia videbatur eis parua aut nulla vtilitas cum tamen esset magna, vt patebit ex sequentibus.*

3 Nemo ta. di. *Scientes quod eius loquutio cum muliere non fuit inutilis & vana, quāuis hoc non viderent, quod patet ex sequenti effectu, quia mulier edocta à Christo ex feruore denunciandi quod audierat,*

4 Reliquit hy. *Quia oblita aqua necessaria ad vitam corporalem, cucurrit ad denunciandum aquam sapientię quæ est necessaria ad vitam spiritualem, vnde sequitur:*

5 Et di. illis. *Id est, omnibus existentibus in ciuitate.*

6 Venite & vi. &c. *Ex quo patet eius deuotio quod non veretur fateri turpitudinem suam, vt eos adducat ad Christi prædicationem.*

7 Nunquid ipse. *Quasi dicat sic videtur per effectum.*

8 Exierunt. *Hic consequenter ponitur populi accessus ad Christum Et diuiditur in tres, quia Euangelista primò incipit describere hunc accessum, secundò interponit instructionem discipulorum, ibi:* interea. *Tertiò reuertitur ad propositum, ibi:* Ex ciuitate autē. *Circa primum, Sciendum quod Samaritani erant in suspenso de aduentu Christi de proximo: Tum propter impletionem temporis, vt dictum est: tum propter prędicationem Ioannis prędicantis Christi aduentum de proximo cuius prædicatio tunc erat famosa: ideo facilius crediderunt verbo mulieris, et hoc est quod dicitur:* Exie. ergo de ciui. *Vt pręsentialiter audirēt eum.*

9 Interea. *Hic interponitur discipulorum informatio, quia Christus videbat multitudinem gentium dispositam ad credendum, ideò volebat excidere discipulos ad prædicandum. Excludi autem eos dupliciter primò propter salutem proximi: Secundò propter remunerationem præmij, ibi:* Et qui metit. *Circa primum ostendit Christus, quod homo debet esse magis sollicitus de salute spirituali sui proximi, quam de propria necessitate corporali quia cum esset tempus comedendi, voluit tamen differre vt intenderet prædicationi, dans exemplum aliis similiter faciendi. Et hoc est quod dicitur:* Interea. *Id est antequam peruenissent Samaritani ad eum.*

10 Rogabant eum disci. *Quia iam erat hora sexta, vt prędictum est & erat supra fontem, vbi erat locus aptus erat ad comedendum.*

11 Ille autem dixit eis. *Habita occasione ex cibo corporali, incipit loqui de cibo spirituali, scilicet de conuersione Samaritanorum, qui per eius prædicationem sunt ei incorporati, vnde subditur:*

12 Ego cibum habeo. *Quasi dicat, alius cibus plus me delectat.*

13 Dicebant er. disci ad. inui. Nunquid ali. at. ei man. *Intellexerant enim verbum istud de cibo corporali, & sciebant quod nihil portauerat in via comestibile, ideò quærebant si habebat aliunde, ideò Christus exponit se dicens:*

14 Meus cibus est, vt fa. vo. eius qui misit me. *In Gentilium conuersione, quia secundùm quod dicitur. i. Timo. 2. b.* Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. *Et quod instet tempus hoc faciendi, ostendit dicens:*

15 Nónne vos dicitis quod adhuc quatuor men. *Quasi dicat licet tempus messis corporalis adhuc distet, tamen tempus messis spiritualis iam instat. Dicitur autem messis collectio frugum. Et ad similitudinem huius messis spiritualiter dicitur vocatio hominum ad fidem, per quam congregantur in domini horreum, vnde sequitur:*

Ecce

MORALITER.

† 2 *Et continuò venerunt discipuli eius & mi.* Per hoc significata fuit admiratio Iudæorum in conuersione Gentilium, sicut habetur Act. 10. g. quod Iudæi qui erant cum Petro fuerunt admirati, quando viderunt gratiam spiritussancti dari Cornelio & aliis Gētilibus, existentibus cum eo.

5 *Reliquit ergo.* Per quod significatur, quod multi doctores Gentilium reliquerunt doctrinam consuetam propter euangelium & discurrerunt ad docendum alios & fecerunt fructum magnum. Quod significatur per hoc quod dicitur:

8 *Exierunt de ciuitate & vene. ad eum.* Scilicet ad Iesum. *Interea rogabant eum discipuli eius. di. Rab.* Per hoc autem quod distulit refectionem corporis accipere quamuis iam esset hora sexta & ipse esset fatigatus ex itinere, volens prius intendere conuersioni Samaritanorum, ostendit verbo & facto quantum prædicator euangelij debet esset sollicitus de salute hominum & postponere aliud omne negocium.

† *Ex ciuitate*

a *Leuate oculos vestros*. Intellectu mentis considerate, quod transacta hyeme, id est, infidelitate, adest calor fidei & parata sunt corda, vt opera iustitiæ ex eis colligatis, quasi dicat: Iuuate ad implendum voluntatem patris. Et bene potestis, quia parata est messis, id est, videte gentes facile credentes.

✠ CYRILLVS. Sata sunt, qui prophetarum voce culti perueniunt ad fidem: albescit seges, cum sunt prompti ad eam suscipiendam, falx messoria Apostolica prædicatio, quæ à legalibus auditores abscindens ad aream ecclesiæ transponit.

b *Et qui metit*. Putatis quatuor menses esse vsq; ad messem, sed ego aliam messem ostendo vobis albam & paratam, vnde & eos quos mittit exhortatur, & hoc est, *& qui metit mercedem ac.*

✠ CYRILLVS. Vnde B. Paulus scribit patres fide consummatos non accepisse repromissionem Deo aliquid melius pro nobis prouidente ne sine nobis consummarentur. Simul enim voluit saluator Messores cum seminatoribus gaudere.

c *Vt & qui semi*. Vtroque opus erat, seminatore & messore, quia in hoc apparet probabile verbum, quia alius seminat, alius metit, nisi enim parati essent per prophetas, non audirent apostolos.

d *Ego misi vos*. Vos facio messores ibi vbi alij seminauerunt, id est, in Iudæa, vbi prima seges collecta est, vnde aliqui exeuntes in toto mundo seminauerunt, vnde alia messis quasi de granis surgit colligenda in fine seculi messoribus angelis.

e *Laborauerunt, & vos in labores eorum introistis*. Multi enim labores fuerunt patriarchis & prophetis, in quibus omnibus erat prophetia Christi, & multa passi sunt quasi in frigore seminationis.

f *Cum venissent*. Prius audierunt famam, post conspexerunt præsentem nec satis est eis, sed apud se manere faciunt, vt ipsius verbis instruerentur, quæ præferunt verbis mulieris. In quibus omnibus è contrario arguitur duricia Iudæorum, qui nec miraculis credunt.

g *Et mansit ibi duos*. MORALITER. Sic quotidie apud illos qui foris sunt, nunciatur Christus per mulierem, id est, ecclesiam, & credunt per istam famam. Inde apud eos manet per duos dies sine mentione noctis, vt lux eorum duobus præceptis charitatis instruatur.

✠ ORIGEN. Non incongruè aliquis illud obijciet, quomodo rogatus Saluator cum Samaritanis manet, qui iussit ciuitatem Samaritanorum non ingredi? Palam enim & discipuli eius cum eo ingressi sunt. Ad quod dicendum, quod in viam gentium pergere, est imbui gentili dogmate, & in illo ambulare. Ciuitatem verò Samaritanorum intrare, est acceptare falsam doctrinam recipientium legales, propheticos, euangelicos, & apostolicos sermones. Cùm autem deseruerint propriam doctrinam, & venerint ad Iesum licet cum eis manere.

h *Et mulieri dice*. Postquam dominus carnis præsentia Iudæis spiritualiter edoctis gratiam suę cognitionis infudit mulieri, id est, legi dicebant iam non propter tuam loquelam credimus.

Marginalia: c. 10. 7. — c. 108. — b. apud ipsos — † ipsius sub. Christi — Tom. 17. in Ioan. ad illud. Vt ergo venerunt ad eũ Samaritani. Nota.

---

a messis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, & videte b regiõnes. quia albę sunt iam ad messem, & qui metit, merce- c dem accipit, & congregat fructum in vitam æternã, vt & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim verbum d est verum, quia alius est qui seminat, alius est qui metit. Ego e misi vos metere quod vos non laborastis. Alij verò laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderũt in eum Samaritanorũ propter verbũ mulieris testimoniũ perhibentis, quia dixit mihi omnia quęcũque f feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eũ g vt † ibi maneret, & mãsit ibi duos dies. Et multo plures credi- h derunt in eum propter sermonem † eius. Et mulieri dicebant:

Interlinear glosses: ¶ Mentis. — a ¶ Corda hominum. — b ¶ q.d. Sicut iam vicina est messis terræ, ita & messis hominum. — ¶ Id est, prophetæ. — ¶ Apostoli, qui etsi, dispares temporis labores, tamen eandem mercedem habuerunt. — ¶ Euangelij. — a ¶ Prophetię qui præparauerunt. Vnde & ista mulier iam præparata dixit: Scio quia Messias venit. — ¶ Ad fidem Christi inuitando. — a ¶ Inuitatos Iudęos ad fidem congregatis. — a ¶ Gratiam eis impertiendo. — b ¶ Duo præcepta charitatis.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones: quia albæ sunt iam. *Hoc dicebat propter Samaritanos venientes ad ipsum dispositos ad credendum.*

2 Et qui metit. *Hic hortatur discipulos ad opus prædicationis ex merito sequentis præmij. Sicut enim Samaritani iam erant dispositi ad credendum per prædicationem Christi, sic etiam Christus videbat multitudinem Gentium per totum mundum cito congregandam in horreum ecclesiæ per prædicationem apostolorum: ex qua prædicatione meruerunt præmium vitæ æternæ, & hoc est quod dicitur:* Et qui metit mercedem ac. *In præsenti enim vita prima messis est, per quam homines adducuntur ad fidem, & in hac messe, messores fuerunt apostoli, vltima vero messis erit in iudicio, quando fideles colligentur intra horreum glorię, & tunc messores erunt angeli, vt habetur Matth. 13. e. & ideo sequitur.*

3 Et congregat fru. *Id est, multitudinem fidelium reponendam.*

4 In vitam æternam. *Quia peracto iudicio reponentur in horreo glorię per ministerium angelorum, vt dictum est. Et quia loquutus est de messe spirituali per similitudinem messis corporalis, ideo ostendit in quo est simile, & in quo est dissimile. Ad cuius intellectum sciendum, quod apud Iudæos erat prouerbium de hoc, quod quando aliquis multum laborabat in re aliqua, & alius reportabat fructum, dicebatur prouerbialiter, vnus seminat, alius metit: quasi dicat, vnus laborat, & alius colligit, & sic aliquando contingit de messe corporali, quæ aliquando ab vno seminatur, & ab eius hoste irruente colligitur: De messe vero spirituali sic est quod alij seminauerunt & alij messuerunt, quia patriarchæ & prophetæ antiqui seminauerunt prima semina fidei, sed apostoli messuerunt inquantum populum ad perfectionem fidei deduxerunt, verumtamen vtrique reportant gaudium, quia tam prophetæ antiqui quam apostoli propter meritum laboris sui recepti sunt ad cœleste gaudium, & in hoc non tenet prouerbium de messe corporali, de qua non gaudet seminans si ab alio metatur, & hoc est quod dicitur.*

5 Vt & qui sem. si. gau. & qui. *Scilicet, prophetæ & apostoli.*

6 In hoc enim est ver. *Id est, prouerbium commune pro tanto habet locum in proposito.*

7 Quia alius est qui semi. *Scilicet, patriarchæ & prophetę. Et, a.*

8 Alius est qui me. *Scilicet, apostoli, ideo sequitur.*

9 Ego misi vos. *Id est, ad perfectionem fidei adducere.*

10 Quod vos non la. *Prophetæ enim & patriarchę multum laborauerunt in denuntiando aduentum Christi, & arguendo infidelitatem populi, & ideo sequitur:*

11 Alij la. & vos in la. *Quia prophetias ab alijs prænunciatas completas prędicabitis.*

12 Ex ciui. *Suprà Euangelista inchoauerat accessum Samaritanorum ad Christum, sed interposuit informationem discipulorum, ideo hic reuertitur ad propositum, ostendens quod eorum accessus fuit valdè vtilis, quia per veram fidem conuersi sunt ad Deum. Et hoc est quod dicitur.* Ex ciuitate autem. *quę dicebatur Sychem vel Sichar, vt dictum est.*

13 Multi crediderunt in eum. *Istud testimonium videbatur efficax ex duobus, quia primo dicebat contra honorem suum ex zelo veritatis, secundo quia ostendebat eum scire talia, quę non poterant sciri via humana, veruntamen quia hoc testimonium non fuit nisi quędam persuasio ad credendum quia perfectio fidei ipsorum facta est per Christum, ideo sequitur.*

14 Cum venissen ter. ad il. *Quia accepta fide per eius doctrinam, desiderabant amplius informari ad suam confirmationem.*

15 Et mansit ibi duos di. *Acquiescens petitioni eorum, quę erat honesta & deuota.*

16 Et multo plures cred. *Quam à principio.*

17 Et mu. di. quia iam non propter tuam lo. *Quia licet doctrina alicuius aliquis inducatur ad credendum tamen fides innititur diuinę veritati secundum se, ideo sequitur:*

MORALITER.

12 *Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum propter verbum mulieris test. &c.* Qui licet excitati fuerunt per mulieris verbũ tamen magis crediderunt per Christũ, ideò sequitur:

a *Ipsi enim audiuimus.* Quia sibi primum moratus miracula fecerat, nec nisi pauci in eum crediderunt, vnde super viso signo crediderunt in eum discipuli eius, non alij: Et ideò a Samaritanis qui facilè nullo signo viso crediderunt, reuertitur ad istos, vt qui per priora non crediderunt, modo credant. Significat quod à Gentibus facilè conuersis, in fine seculi reuertetur ad Iudæos qui sunt sua patria, quia prius in eis honorem non habuerat.

b *Quia propheta.* ALLEGORICE. Patria Christi est populus Iudæorum vbi sine honore est, quia pauci de his credunt quod de Galilæis ciuibus Christi dicitur. Ecclesia Gentium facilè credens similis est Samaritanis, & hi multi solo verbo prędicationis, illi per miracula & pauci. Ecce cur venit, ideò reuertitur, quia testatus est, quod propheta non habet honorem in patria alioquin videtur non debuisse ad hos reuerti, vbi honorem non habet, sed manere apud illos vbi bene receptus est.

Supra, a, c. — Augustin. tract. 16. — * Iesus. — Luc. 4. d. — c. 113.

✻ CYRILLVS. Non parum gratiæ suis facit qui cum essent neglecturi illius sermonem, huius contemptus supplicia effugerunt.

✻ AVGVSTINVS. Nam in Samaria sine miraculis omnes crediderunt, in Galilæa pauci visis operibus.

c *Et erat quidam regulus cuius filius.* Iste regulus potest figurare aliquem gentis Iudaicæ doctorem, qui tandem post plenam ecclesiæ Gentium conuersionem ad quam dominus à Iudæis expulsus per discipulos transmigrauit, pro filio; Iudaico populo, quem non nisi in fine seculi fidem accepturũ cognoscit, orat vt de longa perfidiæ infirmitate sanetur.

d *Et roga.* Iam credens quod posset sanare filium eius, sed quia per deitatem, quæ vbique est, non credit filio adesse, rogat vt descenderet & præsens corpore sanaret, vnde infidelitatis arguitur: *Nisi signa et prodi. vi. non cre.* E contrariò Centurio laudatur, qui dicit: *Dic verbo & sanabitur puer meus*, vnde: *Non inueni tantam fid. in Israel.* Vel forsitam cupiebat tentare qualis esset Christus, vnde arguitur: *Nisi signa & prodigia.* Propter salutem filij credidit ipse & domus eius tota.

e *Nisi signa.* In hoc redarguitur de incredulitate, quod non vbique credebat eum esse, & per huius duriciam significatur duricia Iudæorum, qui nec visis miraculis credunt. Verè è contrà per

Trac. 16. — * Christus — † Mat. 13. Mar. 6. Luc. 4. d. — Matth. 8. a. ferat enim mori.

a Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi enim audiuimus & scimus, quia hic verè est saluator mundi. * Post duos autem dies exijt inde, & abijt in Galilęam. † Ipse enim b Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt eum Galilęi cum omnia vidissent quę fecerat Ierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum. Venit ergo iterum * in Chána Galileę, vbi fecit aquam vic num. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cùm audisset quia Iesus adueniret à Iud dęa in Galilæam, abijt ad eum, & rogabat eum, vt descenderet, & sanaret filium eius, † incipiebat e enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum: Nisi signa

(Interlinear: a ¶ Quibus moratus est in Samaria. b ¶ In patriam suam vbi nutritus fuerat. ¶ Cur? ¶ Affirmauit. ¶ Quasi propter miracula, alioquin non curarent eum recipere. ¶ Curiositate miraculorum, non voluntate audiendi prædicationem. ¶ Vt nunc credant. a ¶ Nec tamen ibi crediderunt ei nisi pauci discipuli. a ¶ Propter paruitatem vel regni vel fidei. ¶ Iste regulus est figura Iudęorum difficilè ad fidem venientium. ¶ Quibus signis & prodigijs crediderunt Samaritani.)

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipsi enim audiuimus. *Ab ipso qui est Deus & homo.*

2 Et scimus. *Firmiter credendo, quia in fide maior est certitudo adhærentiæ quàm in scientia quamuis non sit tanta certitudo euidentię. Et quia non sufficit corde credere, sed oportet fidẽ confiteri ore, secundùm quod dicitur Rom. 10. b. ideò fidem suam confitentur dicendo:*

3 Quia hic verè est saluator mundi. *In quo tria confitentur de Christo, scilicet, eius eminentiam singularem, ibi:* Hic est. *efficatiam salutarem, ibi:* Verè saluator. *Influentiam generalem, ibi:* Mundi.

4 Post duos. *Descripta conuersione Gentilium per doctrinam hic consequenter describitur eorum conuersio per miraculi operationem. Et diuiditur in tres, quia primo circumstantia miraculi describitur, secundo ipsum miraculum efficitur, ibi:* Et erat quidam regulus. *Tertio intentum concluditur, ibi:* Et credidit. *Quantum ad primum tangitur circumstantia temporis cum dicitur:* Post duos. *Quibus manserat cum Samaritanis ad preces eorum, vt prædictum est. Et subditur circunstantia loci:* Exijt inde & abijt. *Et subditur causa secundùm Chry.*

Diuisio.

5 Ipse enim Iesus testimonium perhibuit. *Id est, perhibuerat ante, vt habetur Luca. 4. d.*

6 Quia propheta in sua patria honorem non habet. *Quia inuidia est magis inter compatriotas, vt dictum fuit Matt. 13. & ideo Christus non redijt in Nazareth, vbi fuit vilipensus quando voluerunt eum pręcipitare, vt habetur Luc. 4. e. sed abijt in aliam partem Galilææ, & hoc est quod dicitur:*

7 Cum ergo venisset in Galilæam, exceperunt. *Honorificè sicut Christum à Deo missum: & causa subditur:*

8 Cum omnia vidissent quæ fecerat. *Propter quæ etiam mirabilia Nicodemus legisdoctor crediderat, vt suprà dictum est ca. præced. & ostendit consequenter qualiter Galilæi illa signa viderant, di.*

9 Et ipsi enim. *Quia ipsi tenebantur venire, vt suprà dictum est 2. c.*

10 Venit ergo. *Quia ibi ante fuerat in nuptijs, vnde sequitur:*

11 Vbi fecit aquam vinum. *Et decli. ciui. Nazareth, ratione prędicta. Aliter exponitur ab alijs, dicendo, quod non diuertit à Nazareth, sed ostenditur per literam prædictam quod fuit honorifice receptus, vbi priùs fuerat vilipensus. Et ratio redditur per hoc, quod illi de Galilęa generaliter, inter quos erant illi de Nazareth, cum essent Galilęi, fuerunt in Hierusalem die Paschali & videntes miracula quæ fecit Iesus, crediderunt in eum, & sic honorifice receperunt. Et ad hoc potest applicari illa litera ab illo loco:* Et abijt in Galilæam, *generaliter non excipiendo Nazareth. Et subditur causa:* Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, *id est, perhibuerat ante, q. d. mutatum erat negocium in oppositam partem, vnde subditur:* Cum ergo venisset in Galilæam exceperunt eum Galilæi honorifice *generaliter etiam illi de Nazareth, & causa redditur:* Cum omnia vidissent quæ Iesus fecerat, *&c. Venit iterum in Chana Galilææ, non diuertendo à Nazaret, vt dicit Chrysost. sed de Iudæa veniendo versus Nazareth, quia est in via veniendi illuc.*

12 Et erat quidem regulus. *Descriptis circunstantijs miraculi quantum ad locum & tempus, consequenter describitur miraculi actus cum dicitur;* Et erat quidam regulus. *Non accipitur hic regulus pro paruo rege, vt videtur nomen sonare, quia Romani volentes frangere Iudæorum superbiam, abstulerunt ab eis regiam dignitatem regnum Iudææ in quatuor tetrarchias diuidentes, præcauere volentes eorum rebellionem, vnde pro illo tempore nullus rex erat in Iudæa. Dicitur ergo iste regulus, quia erat officialis imperatoris deputatus ad custodiam Galilęæ. propter quod manebat in Capharnaum, quę erat metropolis illius terræ, vnde subditur:*

13 Cuius filius. *Et licet esset gentilis, auditis tamen miraculis Christi, sperabat ab eo impetrare sanitatem filij sui, ideo sequitur:*

14 Hic cum audisset. *Quia Christus erat in alia villa, scilicet, in Chana.*

15 Et rog. &c. *Quia Capharnaum erat in valle sita respectu loci in quo erat Christus.*

16 Et sanaret fi. *Licet enim crederet ipsum posse sanare eum, credebat tamen, quod hoc non faceret sine præsentia corporali, propter quod Christus dure respondit ei di.*

17 Nisi sig. *Non enim reprehendit eum de petitione salutis filij sui sed defectu fidei suæ, veruntamen quia ex deuotione repetit petitionem suam dicens:*

Domine

MORALITER.

† *Quia iam non propter tuam loquelam credimus.* Per quod significatur, quod licet doctrina philosophica fidei nostræ sit in pluribus accommoda, tamen non credimus propter illam, sed propter sacram scripturam, & potissimè propter Christi doctrinam.

12 *Et erat quidam.* MORAL. Quilibet peccator potest dici regulus diminutiuè, quia deficit in sui ipsius regimine, & tunc eius filius infirmatur, quando rationi sensibilis appetitus contrariatur, qui debet obedire rationi, sicut filius suo patri, vt dicitur 1. Eth. sed cum homo per rationem Christum fideliter deprecatur, tunc ille filius per virtutem Christi sanatur, per quem sensibilis appetitus sub ordine rationis collocatur.

† MORAL.

per Samariam signatur fides gentium, quæ solo verbo credidit, hoc autem quantum ad Allegoriam à primo Christi aduentu vsque post regnum Antichristi in perfidis Iudæis durabit.

a *Et prodigia.* Prodigium quasi porrò dictũ, quasi quod aliquid significat. Vel, prodigium quasi procul à digito, quia præfigurat aliquod remotum & futurum.

b *Descende.* Quasi aliter non posset sanare, nisi præsens esset. Vnde dominus indicans se non deesse vbi inuitatur, solo iussu sanat, vnde.

c *Vnde filius tuus.* Ad filium reguli non vadit, ne diuitias honorare videatur, ad seruum Centurionis ire promittit qui naturam hominis non despicit: In quo superbiam destruit quæ in hominibus non pensat naturam, sed quæ extra patent.

✠ CRILLVS. Patris incrudelitatem, & filij morbum sanauit. *(Cap. 10)*

a & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Do- *¶ Ne cadat in desperationem.* b mine, descende prius quàm moriatur † filius meus. Dicit ei *¶ Iam incipit credere, quòd sermone sanet, & sic meruit salutem filio & sibi.* c Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem *¶ Credendo.* dixit ei Iesus, & ibat: Iam autem eo descendente serui * occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viueret.

a Non diffidit de misericordia domini, sed desiderat vt virtus diuina seruorum confessione plurimis innotescat.

Interrogabat ergo horam ab eis in qua † melius habuerat. Et *a ¶ In figura sancti spiritus septiformis, in quo bis salus. b ¶ Comparauit horam nunciantium horæ prænunciantis, scilicet Christi.* dixerunt ei, quia heri hora septimâ reliquit eum febris. Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, filius tuus viuit, & d credidit ipse & domus eius tota. e Hoc iterum secundum signum fecit Iesus cum venisset à Iudæa in Galilæam.

*Marg.: † puerulus. * eius. † commodius.*

✠ THEOPH. Regulus est omnis homo, non solùm qui regi vniuersorum propinquus existit secundùm animam, sed quia & ipse super omnia principatum sumpsit, cuius filius, id est, mens febricitat voluptatibus prauis, & desideriis. Accedit autem ad Iesum, & deprecatur vt descẽdat, id est, vt condescensu misericordiæ vtatur, & parcat peccatis, priusquam à voluptatum infirmitate mortificetur. Sed Dominus dicit: *Vade*, id est, profectum continuum circa bonum ostendas, & tunc filius tuus viuet. Si autem ambulare cessaueris, mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem. *(In hũc loc.)*

d *Credidit ipse.* Non alij ciues, in quo paucitas fidei Iudæorum signatur, quamuis signa viderint, vnde infert: *Hoc iterum secundum si. fe. Ie.* Sicut suprà multitudo gentium solo verbo conuertendarum in Samaritanis signabatur.

✠ AVGVSTINVS. Si ergo propterea credidit, quia nunciatum est ei quòd filius esset sanus, & comparauit horam nunciantium horæ prænunciantis, quando rogabat non credebat. *(Tract. 16. in Ioa. to. 9)*

✠ BEDA. Datur intelligi & in fide gradus esse, sicut & in aliis virtutibus, quibus est initium, incremẽtum atque perfectio. Huius ergo fides initium habuit, cùm filij salutem petiit, incrementum, dum credidit sermoni Domini, dicentis *filius tuus viuit.* Deinde perfectionem obtinuit, nunciantibus seruis. *(In hũc loc.)*

e *Hoc iterum secundum signum fecit Iesus cum venisset à Iudæa in Galilæam.* De omnibus miraculis quæ fecit Iesus in anno ante mortem Ioannis, non facit Ioannes mentionem nisi de istis, & de disputatione Christi cum Iudæis, quæ suprà ponitur. Cæteri enim Euangelistæ quę hic reticet, dixerunt plane.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Domine descende. *Ideò exauditur à Christo, vnde sequitur:*
2 Dicit ei Ie. Va. *Non enim voluit Christus ire corporaliter, vt amoueret ab eo falsam æstimationem, qua putabat ipsum posse sanare tantum præsentia corporali.*
3 Filius tuus viuit. *Id est, perfectæ sanitati restitutus est de ianuis mortis quia incipiebat mori.*
4 Credidit homo, &c. *Quia fides requiritur ad obtinendum Dei beneficia.*
5 Et ibat, *Sine corporali Christi præsentia.*
6 Iam autem, &c. *Quia Capharnaum est sita in valle.*
7 Serui occurrerunt ei. *Congaudendo ipsi.*
8 Interrogabat ergo & cæt. *Hoc fecit ad certificationem miraculi respectu sui, quod patet per hoc quod postea sequitur:* Cognouit ergo.
9 Et credit. *Hic ponitur intenta conclusio. Ad hoc enim factum est istud miraculum, vt iste regulus gentilis cũ familia sua crederet in Christum, propter hoc dicitur:* Et credidit ipse, &c. *Id est familia. Solet autem quæri, an istud miraculum sit idem cum eo quod solet scribi Matth. 8. de centurionis seruo sanato à Christo? Et dicit Chryso. quod sic. Alij autem dicunt contrarium: Quod videtur ex quatuor. Primò ex persona infirmi, quia hic dicitur filius, ibi autem dicitur seruus. Secundò, ex infirmitate, quę hic dicitur febris, ibi autem Paralysis, vnde ibidem dicitur:* Seruus meus iacet in domo Paralyticus, &c. *Tertiò ex modo rogandi, quia iste rogabat quod veniret præsentialiter, credens quod non posset curare aliter, propter quod fuit reprehensus à Christo, vt dictũ est. Ille autem Centurio præsentiam Christi repellebat, reputans se indignũ tanto hospite di.* Non sum di. *Credebat etiam eum posse sanare dum esset absens solo imperio, propter quod dicebat:* Dic tantũ verbo, & sanabitur puer meus, *propter quod fuit à domino commendatus dicente* Non inueni tantam fidẽ in Israel: *Et sic patet ex modo rogandi, quòd iste regulus alius fuit à Centurione. Quarto patet ex loco, quia ipse erat in Capharnaum, quando fuit rogatus à Centurione, hic dicitur quod erat in Cana Galileæ quando fuit rogatus à regulo.* *(Marg.: Miraculũ reguli differt à Centurionis in quatuor.)*
10 Hoc iterum. *Non dicitur secundũ simpliciter, quia multa fecerat in Ierusalem, vt prædictum est, sed dicitur secundùm de his quę fecit in Galilęa. Vnde sequitur:* Cum venisset à Iudæa, vsque Galilææ.

ADDITIO.

In cap. 4. *Vbi dicitur in Postill.* Dicendum, quod sitis vno modo accipitur pro desiderio alterius rei, &c.

In quolibet istorum trium modorum quibus sitis accipitur secundùm Postil. qui biberit ex aqua spirituali quam Christus dat, iterum sitiet, nam si accipitur primo modo, scilicet pro desiderio alterius rei, sic secundùm ipsum omnis res spiritualis accepta magis generat sitim quam tollat. Si autem accipiatur sitis secũdo modo, scilicet pro desiderio eiusdem rei habitę ad habendum eam perfectius, secundùm quem modũ habentes Deum per gratiam, adhuc sitiunt habere ipsum per gloriam: Sic etiam isto modo sitis remanet ipsis qui aquam spiritualem, scilicet gratiam Christi accipiunt. Si autem tertiò accipiatur sitis, scilicet pro exclusione fastidij à dilectione habita, sic etiam beati accipientes aquam gloriæ adhuc sitiunt. Vnde nullo prędictorũ modorũ quibus secundùm eum sitis acipitur, potest verificari verbum Christi dicẽtis: Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ, *immò authoritas Eccles. per illum allegata non solùm applicatur siti secundo modo acceptę, sed etiam primo & tertio modo, vt patet intuẽti. Vnde prędicta verba Christi planiùs & veriùs exponuntur secundùm Chrysost. sic in hoc loco dicentem: Hanc autem excellentiam huius aquæ, vt scilicet qui ex ea biberit, non sitiet in ęternum, per ea quæ consequuntur Christus ostẽdit, dicit enim:* Sed aqua quã ego dabo ei, fiet ei fons aquæ salientis in vitã æternam. *q. d. sicut qui fontem habet nequaquã interficietur siti sic & qui hanc aquam habet quam ei dabo. Hæc ille. Authoritas autem Eccle. vbi dicitur:* Qui bibunt me, adhuc sitient, *intelligenda est de quolibet trium modorum prædictorum.*

REPLICA.

In ca. 4. *Vbi dicitur:* Qui biberit ex hac aqua, non sitiet amplius *Postillator quandam apparẽtem sacræ scripturæ contrarietatem soluit, quia de eadẽ aqua dicitur eccle. 24. c.* Qui me bibent adhuc sitient: *Dicit enim Postil. sitim vno modo significare appetitum alterius rei ab aqua, scilicet spirituali, quę est gratia, de qua sermo, per cuius scilicet extraneę rei adeptionem sitis non extinguitur, sed potius augetur. Alio modo dicit sitim significare desiderium eiusdem rei habitæ ad habendum perfectius, vt habens Deum per gratiam, desiderat eum habere per gloriam, & sic vera est authoritas de Ecclesiastico allegata. Primò autem modo intelligitur verbum Christi:* Qui biberit ex aqua quã ego dabo *id est, gratia,* non sitiet in æternũ, *appetendo, scilicet rem temporalem, quia qui verè habet Deum per gratiam, extra ipsum nihil cupit habere. Cùm hoc stat, quòd desiderat eundem habere perfectiùs sitiendo adhuc, prout sonat authoritas Ecclesiastici 24. Burgensis autem non videtur mentem postillatoris assecutus cum dicit secundùm primum modum sitim non extingui, quia habens rem spiritualem magis eam*

eam appetit habere. Et ecce Burgen. non intellexit quod Postillator dicit, sitim primo modo significare appetitum rei extraneæ à gratia, & illa est res temporalis, cuius appetitus per adeptionem gratiæ vel minuitur, vel omnino extinguitur. Nam quantò plus quisque percipit de gratia, tanto minus sapiti ei id quod habet natura. Inquantum enim regnū gratiæ dilatatur, intantum peccati potestas minuitur. Verba sunt beati Bernar. de li. ar. ca. 12. Gratia enim habentem trahit ad contemptum sui & amorem Dei, inquit Rich. & est communis sententia sanctorum doctorum, secundùm appetitum igitur rei extraneæ verum est verbum Christi. Et si dixerit Burgen. Habens gratiam sitit gloriam, prout Postilligitur sitis non extinguitur. Concedo quia illi est intellectus authoritatis Ecclesiastic. 24. Sed illa sitis non est alterius rei, sed eiusdem, quia gloria est gratia consummata, falsum igitur est quod Burgen. finaliter hic dicit authoritatem Ecclesi. intellegendam esse de siti primo modo vt patet ex prædictis. Dictum Chry. per Burgen. adductum Postillatori benè intellecto concordat, quia qui habet gratiam, habet fontem, vnde hauriat, vt præter illud quod ad illum fontem pertinet, non concupiscat.

CAPVT V.

Cap. 122. a POst hæc. ✠ CYRILLVS. Est autem Ierosoly. Probaton Græcè, dicitur ouis Latinè: Probatica ergo pecualis, quia ibi abluebantur cadauera hostiarum. Significat autem aqua illa populum Iudæorum, qui modo stat quietus, modo ventis tentationum turbatur, qui dicunt domino: *Nos populus tuus sumus, & oues pascua tua.* qui quinque porticibus, id est, lege quæ in quinque libris est innuitur. Ibi multi infirmi, quia lex non sanat, sed prodit infirmos, vt aliquandò quærant medicum. Cœci ibi sunt, qui non habet lumē fidei. Claudi, qui quod vident non possunt operari. Aridi, qui quicquid agunt sunt sine pinguedine charitatis: Expectabant aquæ motum in quo sanitas fiebat per Angelum, quia lege coniuncti gratiam redemptionis desiderabant. Angelus, filius Dei latens in carne inter Iudæos, qui moti sunt doctrinis eius ad persequendum, cuius morte sanatur vnitas quæ per humilitatem descendit ad fidem passionis, sed qui post, id est, qui ab vnitate discrepat, non sanatur.

b *Angelus autem.* Ecce duo miracula: Vnum inuisibiliter per Angelum in piscina. Alterum visibiliter à domino. In vtroque vnus sanatus, vt vnitas commendetur. Alioquin nec in potestate ideò magnum & in benignitate parum fuit, vnum de tot sanari ab eo qui omnes vno poterat erigere verbo. Sed in his corporalibus plus intendit æternam salutem animarum. ✠✠ CYRILLVS. Nō absque causa reditum domini in Ierosolymā superioribus euangelista coniunxit: vtā collatione rerū ostenderet quāto alienigenæ tā moribus, quam facilitate credendi Iudæis præstarēt. Hinc enim nō aliūde discere possumus, iustissimo Dei iudicio Iudæos à gratia Dei decidisse & locū eorū gētes occupasse. Hoc est certè quod in psalmis ad dnm Iesum dicitur: *Quoniam pones eos dorsum.* Nam qui primi omnium propter virtutes patrū erant, post vocationem omnium gentium saluabuntur. *Quum enim plenitudo gentium intrauerit tunc omnis Israel saluus fiet.*

Marginalia: Super, ad probatica. — Psal. 94. b — turbabat aquam. — saluatoris — Rom. 11

CAPVT V.

a ¶ Solennitatem celebrat cum hominibus homo.

POst hæc erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Est autem Ierosolymis ✝ probatica, † piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida, quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium, cœcorum, claudorum, aridorum, expectantium

¶ Id est, mortem Christi, & inde redemptionem.

aquæ mōtum. Angelus autem domini secundùm tempus

¶ Et si plures sanantur morte Christi, proper vnitatem tamen vnus dicitur sanari.

descendebat in piscinam, & † mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat

¶ Triginta &

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT V.

POst hæc erat dies festus. *In superioribus determinauit Euangelista de spirituali regeneratione, hic consequenter determinat de beneficiorum ad hoc conuenientium exhibitione. In generatione enim carnali filij habent à patre vitam, nutrimentum & doctrinam, ita eodē modo est in generatione spirituali, ideò Euangelista primò describit vitę collationem, secundo spiritualem nutritionem c. seq.* Post hæc autem. *Tertiò instructionem cap. 7. ibi:* Post hæc autem ambulabat. *Circa primum sciendum, quod modus naturalis cognitionis humanę est ex sensibilibus ad intelligibilia deduci, quia omnis nostra cognitio oritur ex sensu, & ideò modus istius Euangelistæ vt frequenter est præmittere signum sensibile conueniens sequenti doctrinæ, & ideò hoc capitulum diuiditur in duas partes, quia primò præmittitur sensibile signū, ad ostendū quod in Christo sit potentia vitę reparatiua, secundo subditur doctrina, ibi:* Pater enim diligit. *Prima in tres, quia primo ponitur miraculi operatio, secūdo eius impugnatio ibi:* Erat autē sabbathū, *tertio conueniens excusatio, ibi:* Iesus autem respondit: Pater meus. *Prima in duas, quia primo circunstantia miraculi præmittitur, secundo actus miraculi describitur, ibi:* Erat autem quidam. *Circa primùm ponitur primò circunstantia temporis, cùm dicitur:* Post hæc erat, &c. *Scilicet festum Pentecostes.*

Diuisio.

2 Et ascendit Iesus Ierosolymam. *Quia viri tenebantur ibi esse in illo festo, quia ter in anno tenebantur masculi apparere coram domino, scilicet Paschate & Pentecoste, & festo tabernaculorum: secundo describitur conditio loci, cùm dicitur:*

3 Est aut. Ierosol. proba. *In qua aqua pluuiales colligebantur, & ibi lauabantur hostię primo, & postea in luteribus in atrio sacerdotū existentibus: Ideo dicebatur illa piscina probatica, à probaton quod est ouis, & est nomen Græcum, cuius interpretationem ponit in Hebraico dicens:*

4 Quæ cognomina, &c. *Id est, domus ouium.*

5 Quinque por. *Vt per plura loca possent lauantes hostias descendere ad aquam.*

6 In his. *Scilicet porticibus:* Iacebat multit. &c. *Et subditur causa.*

7 Angelus autem. *Id est, in diuersis temporibus, interpollatione tamen facta.*

8 Descendebat in pi. &c. *Ex descensu &c.*

9 Et qui prior descen. &c. *Causa autem descensus Angeli, et huius miraculi assignatur à doctoribus, dicentibus quod appropinquante Euāgelij veritate dominus voluit figuram expressam baptismi in hac piscina ostendere, quæ conueniebat cū baptismo in mūdando & sanando virtutē Dei occulta ad motionē Angeli, sicut baptismus sub sensibili elemēto mūdat animā virtute occulta verbi, et cū hoc aliquando sanat corpus miraculosè. Veruntamen quia figura deficit à figurato, ideò ista piscina non sanat nisi corpus, & vna vice tantum, & non sanabat nisi vnum: Baptismus autem pertingit ad animam & sanat omnes quotquot veniunt ad ipsum, nisi ponant impedimentum. Alij autem dicunt, quod illa miracula ibi fiebant propter præsentiam ligni dominicæ crucis, quod ibi enatauit appropinquante Christi passione, & ideò Angelus illuc descendebat propter ligni reuerentiam, & enatauit tempore conuenienti propter eius motionem. Per hoc etiam ostendebatur, quod natura humana à morbo peccati per lignū dominicę crucis erat sanāda. Qualiter autē illud lignū dominicę crucis in loco illo fuerit positū diuersimodè dicitur. Dicitur enim in historia scholastica, quod regina Saba vidit in domo Saltus libani Salomonis quoddā lignū, de quo vidit in spiritu, quod in illo pateretur ille propter quē deficeret regnum Israel. Quod cū significasset Salomoni, ipse* volens

MORALITER.

1 *Post hæc erat. &c.* Sequitur.

3 *Est autem Ierosoly. &c.* Secundùm doctores Catholicos piscina hęc sanans infirmitates inuisibili virtute apparuit ante baptismum Christi, ad signandum virtutem eius baptismi, sicut dixi plenius in expositione literali.

5 *Quinque por. ha.* Id est, aditus, per quos significantur lex, prophetæ, Agiographa, Euangelium, & Apostolica doctrina. Hæc enim quinque mentionem faciunt de Christi baptismate, quasi ad ipsum præbentes aditum. tria prima figuratiuè, alia duo exhibitiuè. Per Angelum descendentem in piscinam significatur Christus qui Isa. 9. secundùm translationem LXX. dicitur, *Magni consilij Angelus*, ipse verò descendens in Iordane, vim regeneratiuam dedit aquis tactu sacratissimæ carnis suæ. Sed quoniam diuina virtus non est alligata sacramentis, ideò ad hoc significandum iste languidus qui dicitur hic sanatus, non fuit sanatus per descensum in piscinam, sed per Christi sermonem, cum ei dicitur.

† Surge

a *Triginta & octo.* Id est, duobus minus quadraginta, qui numerus constat ex quater decem, & significat perfectionem operũ, in decem præceptis legis & quatuor euangelijs, à quo duo minus habet qui charitate Dei & proximi caret.

b *Vis sanus fieri.* Non nescit quid velit, sed accedit ad amorem sanitatis, de qua iã desperabat, vnde iã conquerebatur, ꝙ nõ haberet qui eũ mitteret in aquam.

Cap. 124. ✠ CYRILLVS. Præcurrit misericordia ægrotũ, & interrogat vt valetudinis cupiditate ad petendũ incendat, & se id facile præstare posse innuit.

Cap. 125. ✠ CYRILLVS. Tempore Pentecostes data est lex vni populo Iudæorũ à Dan vsq; Bersabee, & Angelus piscinã mouebat vnum sanaturam.

c *Tolle grabatũ tuũ.* Dilige proximum infirma eius tolerãdo, qui te infirmum patiẽter tulit, & nõ solum ætate de tua erectione, sed etiam de proximorum sollicitus esto salute. Ecce angelus magni consilij latens in carne, turbata aqua Iudæorum sanum fecit vnum.

d *Et ambula.* Diligendo Deum festina vsque ad visionem eius, nec fratrem propter amorem eius ad quem pergis deserens, nec propter fratrem ab illo quærendo cessans,

Cap. 126. ✠ CYRILLVS. Vt virtutum omniũ dominus fieri quod vult, imperat, & ferri grabatum, vt virtus innotescat sabbato, ad legis obseruationes soluendas & declarandum sub finem mundi reliquias Israel saluandas.

à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam [1] homo ibi, [a] triginta & octo annos † habens in infirmitate sua. Hunc autem cum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset, [2] quia iam multum tempus haberet, [b] dicit ei: Vis sanus fieri? [3] Respondit ei languidus: Domine hominem non habeo, [4] [5] vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam. [6] Dum venio enim ego, alius ante me descendit. [c] Dicit ei Iesus: [7] Surge [8] tolle grabatum tuum, [9] & ambula. [10] Et statim sanus factus est homo ille, [d] & sustulit † grabatum suum, & ambulabat: [e] [11] Erat autem sabbatum in illa die. [f] Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: [g] [12] Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis: [13] Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum & ambula. [14] Interrogauerunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi, tolle grabatum tuum & ambula? [15] Is autem [h] qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. [16] Iesus autem declinauit à turba constituta in loco. [17] Postea inuenit

a ¶ Significat multis & magnis peccatis oppressum.
a ¶ Incitat eum ad fidem, quia non nisi volens debet fieri sanus.
¶ A vitijs.
¶ De virtute in virtutem.
† morbo detentus.

e *Dicebãt ergo.* Iudei obseruatores literæ nesciẽtes gratiã qua lex impletur, quæ ab omni seruili opere, id est, à peccato cessare iubet, vnde hic dicitur: *Tolle grabatum, &c.*

f *Nõ licet.* Nõ calũniantur de salute qui in sabbato curãt animalia, sed de lecti portatione.

g *Respõdit eis.* Nõ cedit obijciẽtibus, sed sanatoris mãdatis obediẽs, authoritatem sanationis suæ obijcit calumniantibus.

Cap. 128. ✠ CYRILLVS. Honorãdus qui me sanauit, potius quã sabbatum.

h *Nesciebat quis esset.* In turba positus nõ agnouit Iesum, sed post in tẽplo. In quo docemur, vt quisquis vult ad visionẽ Dei peruenire, fugiat turbã suorũ affectuũ & nequiciam hominũ, & adeat templum internæ orationis.

Cap. 129. ✠ CYRILLVS. Declinauit vt Iudæorum ira deferuesceret, & disceremus cedere iratis.

☞ *In tem-*

NICOLAVS DE LIRA.

volens seruare durabilitatem regni, fecit poni illud lignum in profundo terrę iuxta templum vbi postea in superficie terræ facta est illa piscina, & ideo postea ibi illud lignum apparuit modo prædicto. In quadam vero historia sanctę Crucis dicitur, quod Seth filius Adæ ex præcepto patris fuit ad paradisum voluptatis, vnde eiectus fuerat, & petijt ab Angelo custodiente locum illum de oleo misericordiæ, qui acceptis tribus granis arboris ligni vetiti, dedit ea Seth, & ipse plantauit super sepulchrum patris sui Adæ, et inde ortę sunt tres virgulę, quę postea in vnam arborem sunt coniunctę. Postea tempore Salomonis illa arbor fuit secta, quia videbatur ædificationi templi necessaria, verumtamen quando applicabatur ad opus semper erat nimis curta vel nimis longa, & ideo tanquam inutilis ad hoc dimissa fuit iuxta templum in atrio quodam, homines autem venientes ad templum illi ligno cœperunt facere quandam reuerentiam instinctu diuino, de quo dolentes sacerdotes fecerunt illud proijci intra piscinam quæ erat prope templum, quod descendens ad fundum, ibi diu latuit: postea verò imminente passione apparuit modo prędicto. Hęc autem scripsi sine aliqua assertione.

1 Erat autem. *Hic consequenter ponitur actus miraculi cum dicitur:* Erat autem quidam homo, &c. *Ex quo patet, quod diu punitus fuerat, illam enim infirmitatem propter peccatum pręcedens incurrerat, vt patebit infrà, verumtamen quia pœnam patienter sustinuerat, ideo dignum erat, vt ei subueniretur, propter hoc sequitur:*

2 Hunc autem cum vi. &c. *Scilicet in infirmitate illa.*

3 Dicit ei: Vis sanus fieri? *Non petit quasi dubitans de voluntate, sed vt magis excitet eius desiderium. quia per hoc dignior efficitur accipere Dei donum.*

4 Respondit ei lauguidus. *Ostendens suum desiderium.*

5 Domine hominem non habeo, &c. *Q. d. Multum desidero, sed non habeo hominem qui me portet, et ego sum ita debilis, quod non possum ita cito venire sicut alij, vnde sequitur:*

6 Dum venio enim, &c. *Hoc autem dicebat, quia videbat Iesum fortem et aptum ad portandum eum, & magnum reputaret, si in hoc ei seruire vellet, sed statim contulit ei maius beneficium, videlicet sanitatem perfectam, vnde sequitur.*

7 Dicit ei Iesus: Surge, &c. *Restitutus sanitati,*

8 Tolle grabatum tuum. *Restitutus pristino vigori.*

9 Et ambula. *Ad declarationem diuini miraculi.*

10 Et statim sanus factus est homo ille. *Quia diuina virtus infinita est, & operatur in instanti, sanitas enim quę virtute natura restituitur in tempore & non in instanti acquiritur.*

11 Erat autem sab. *Hic consequenter ponitur prædicti miraculi accusatio, et primò quantum ad ipsum sanatum, secundo. quantũ ad ipsum medicum. ibi:* Interrogauerunt ergo. *In prima parte dicitur sic:* Erat autem sabbatum in die illo: *in quo non erat licitum opera seruilià facere propter quod sequitur:* Dicebant ergo Iudæi illi qui, &c.

12 Sabbatum est, non licet, &c. *Isti falsum dicebant, quia operà corporalia quæ sunt ad Dei honorem, benè possunt fieri in die sabbati, sicut sacerdotes in tẽplo corporaliter operabatur tẽplum ornando, Hostias immolando, & lauando, & consimilia, vt dicitur Matth. 2. a. Portatio autẽ huius grabati erat ad magnificentiam diuini miraculi, sicut & modo illi qui miraculosè de carceribus vel huiusmodi liberãtur, portãt compedes suos ad loca sancta, ad manifestationẽ suæ miraculosæ liberationis. Tamen aliter se excusat ille sanatus dicens:*

13 Qui me sanum fecit, &c. *Q. d. Ille qui me diuina virtute sanauit, eadem virtute & authoritate mihi præcepit, & per consequens teneor sibi obedire, nec sum transgressor.*

14 Interrogauerunt ergo. *Hic ponitur accusatio medici, & primò in generali ante cognitionem determinatam de ipso, secundo in speciali ipso cognito, ibi:* Postea. *Quia enim per sanantem eum, iste sanatus cõuenienter se excusabat, ideo quærebant de ipso sanante, vt ipsum persequerentur, & hoc est quod sequitur:* Interrogauerunt ergo eũ, quis est il. &c. *Q. d. Malus est homo qui pręcepit talia.*

15 Is autem qui san. &c. *Quia diu languidus iacuerat, & sic facta Christi & eius famam ignorabat.*

16 Iesus autem declinauit, &c. *Dans exemplum aliquando fugiẽdi volentes calumniari, et nolens se iactare de operatione miraculi.*

17 Postea. *Hic ponitur accusatio medici in spirituali habita cognitione de eo, & hoc est quod dicitur:* Postea inue. &c. *Quia ad agẽdũ gratias de sanitate sibi collata frequẽtabat tẽplum quod est locus orationis.*

Et

MORALITER.

8 † *Surge tolle grabatum, etc.* Per hoc autem, quod vnus tantum sanatus fuit de multitudine lãguidorum, significatur quod pauci saluantur de multitudine vocatorum. Per lectum autem in quo iacebat languidus significatur praua consuetudo, per quam iacet homo in peccato quæ tollitur per exercitium in opere bono, ideo subditur.

† *Et sustulit grabatum suum, etc.* Per virtutis exercitium.

a *In templo.* Non in turba sed in templo, quia si gratiam conditoris cognoscere volumus, oportet vt conuenticula fugiamus, & templum efficiamur.
b *Noli peccare.* Innuit quod propter peccata languebat, sed ipse Iesus illum sicut exterius, ita intus sanauit, vnde præmonet ne iterum peccando grauius iudicetur.

C. 130. ✠ CYRILLVS. Docemur non solū supplicia reseruari peccatoribus ad futurum iudicium, verùm in hac vita plerumq; ipsos puniri.

C. 132. vers. 6. ✠ CYRILLVS. Mortuo Moyse, Iosue die septima iussit, vt populus excitaret clamores, quibus corruerunt mœnia Iericho. Venit deinde veritas Christus aduersus naturam hominis, fabricata à diabolo mænia, depositurus.

c *Quia hęc fa. in sab.* Quasi solutor legis agens contra Deum qui requieuit in sabbato, sex diebus primò operatus. Cōtra quod ait Iesus: Non sex diebus tantùm vt putatis operatus est Deus, sed vsque modo operatur, quia qui sex diebus condidit noua, à quibus requieuit die septimo, postea operatur vsque in finem gubernando sustentando, renouando, propagando, vt permaneant cōdita. Et cum semper operatur Deus, constat sacramentum esse quod de requie sabbati legitur. (Gene. 2. b.)

d *Iesus autem respondit.* Q. d. cæci in lege cur mihi inuidetis, si hominem in sabbato sano, qui Deus cum patre semper operor.

C 133. Tr. 17. ✠ CYRI. Si creditis nutu Dei die sabbati solē oriri, omniaque gubernari, cur temerè eū accusatis per quē pater omnia operatur.

e *Propterea ergo.* Si prius pro opere sabbati, nunc magis insidiātur quia patrem suum Deum dicit, cum eum tantummodo hominem putarent. Ergò imponunt quod se facit æqualem Deo quod esset facere rapinam, sed ipse natus est æqualis. (Phil. 2.)

✠ AVGVSTINVS. Intelligunt Iudæi quod non intelligunt Arriani, filium Dei patri æqualem, qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.

f *Respondit itaque Iesus.* Quia commoti sunt de audita æqualitate eius quem putant hominem purum cum Deo patre, subdit se esse filium æqualem patri, eiusdem voluntatis, eiusdem potestatis, eiusdem operationis. In his autem disserendis hoc genere loquēdi vtitur, quo mētes paruulorum possit excitare, & si nō implere, & quo mētes adultorū exerceātur & pascātur. Dicit enim de deitate filij. Non potest à se facere, nisi quod videt patrē facere, & demonstrat ei pater, quæ omninò secūdum literam vt in hominibus fieret accipiēda sūt, sed mysticè. Ille autē hęc secreta dicit, vt cōturbētur, vel vt fortè turbati medicum quærāt. Propter nos etiam vt nobis scriberentur, quæ non bene intellecta in errorem, bene intellecta in veritatem ducerent. (Aug. tr. 18.)

a eum Iesus in templo, & dixit illi: Ecce sanus factus es, ✝ [1]
b iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. [2] Abijt il- [3]
le homo, & nunciauit Iudæis, quia Iesus esset qui fecit eum
sanum. Propterea persequebantur Iudęi Iesum, * [4] quia hæc
c faciebat in sabbato. d Iesus autem respondit eis: [5] Pater meus [6]
vsque modo operatur, & ego operor. e Propterea ergo magis [7]
quærebant eum Iudęi interficere, quia non solum soluebat
sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se
faciens Deo. f Respondit itaque Iesus, & dixit eis: Amen amen [8]
g dico vobis, h non potest filius à se facerę quicquam, nisi quod
i viderit patrem facientem. Quæcunque enim ille fecerit, [9]

(Interlinear: ¶ Noto Iesu non est piger in annunciando. — ¶ Iste nunciat salutem vt sequantur, sed illi è contra persequuntur. — ¶ Sapientia, per quam facit pater omnia. — ¶ Quantum ad opinionem eorum. — ¶ Non vt nos qui patrem eum vocamus, sed æqualem se faciens Deo. — ¶ Ei est filius secundum hoc quod est homo, nihil potest nisi quod pater dat & docet. — ¶ Vt sicut pater honoretur filius.)

(Margin: ✝ Depæ. & remis. c. cū infirmitas. — * & quærebant ipsum interficere.)

g *Amen amen dico vo.* Agit hic de identitate sua cum patre, & minoritate sua secundùm hominē, & quid in his faciat, scilicet vtranque resurrectionem, corporis scilicet, & animæ.
h *Non po. fi.* Ita sum æqualis patri, vt non ipse à me, sed ego sim ab eo. Non facit à se, nec potest à se, qui non est à se, sed ab eo facit & potest à quo est.

C. 134. ✠ CYRIL. In eo quod omnia similiter potest sicut & pater, identitas substantiæ cōfirmatur. Similiter enim operantur quæ sunt eiusdē omninò naturæ, & vt videatur eiusdē esse voluntatis, nihil posse à se facere filiū dicit, nisi quod viderit patrē facientē.
i *Nisi quod vi.* Idem est, filio videre patrem, vel audire quod esse à patre. Videre ergo facientem, est eadem cum patre operari. Non enim hic dicitur, quasi alia faciat pater, alia imitans filius, sicut solet in hominibus fieri, sed eadem sunt opera quæ operatur pater per filiū, vnde addit: *Quęcūque enim ille fecerit hæc & filius similiter facit.* hæc eadē & nō alia, & non dissimiliter, sed similiter.

✠ Cyril.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et dixit illi. Ecce sa. &c. *Ex quo patet, quod infirmitas illa fuerat sibi propter peccatum inflicta.*
2 Ne deterius, &c. *Incurrendo pœnam æternam, quia in recidiuante fiunt nouissima peiora prioribus.* (Matt. 12 d)
3 Abijt il. ho. &c. *Dicunt aliqui, quod hoc fecit maliciosè. Sed hoc non est verū, quia illos quos dominus sanauit corpore, sanauit & mente vnde de isto dicitur inf. 7. c.* Totū hominem saluū feci in sabbato. *Quod etiā exprimitur hic ex verbo Christi, cum dicitur:* Iam noli pec. *quasi dicat præcedens peccatum est tibi dimissum. Et ideo dicendū, quod iste sanatus iuit bona intentione ad publicandum virtutem Christi. Illi autem quibus hoc nunciauit, fecerunt inde damnum suum, sicut & de alijs Christi virtutibus, ideo sequitur:*
4 Propterea perse. *Tanquam violatorem diuinæ legis quod tamen erat falsum vt visum est.*
5 Iesus autem. *Hic ponitur miraculi excusatio. Circa quod considerandum, quod apostoli fuerunt homines puri, & ideo Christus excusauit eos de violatione sabbati in confricatione spicarum per exempla purorum hominum, sicut David & sacerdotum, vt habetur Mat. 12. a. vbi ista exempla diffusius tractantur, ipse autem Christus erat homo & Deus, & ideo aliquādo se excusauit de violatione sabbati per facta humana, vt patet Luc. 13. c. vbi ostendit, quod in necessitate poterat bos leuari de puteo in die sabbati, et multo magis homo sanari, vt habetur infra 7. c.* Si circūcisionē accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totū hominem saluum feci in sabbato? *Aliquādo autē se excusat per diuina facta, vt hic cū subditur:*
6 Pater meus, &c. *Deus enim non sic producit res sicut artifex domum, quia domum factam dimittit & non cōseruat, & ideo domo facta cessat eius operatio. Deus autem sic producit res, quod eas conseruat in esse, et ideo licet septima die quieuerit à nouis operibus condendis, non tamen quieuit à creaturis productis conseruandis. Pater et filius sunt vnus Deus, & ideo sicut pater continuè operatur in conseruatione & administratione rerum, ita et filius, et sic Christus excusatur in sabbato operādo. Sed quia ex hac excusatione sequitur, quod Christus sit æqualis Deo patri, ideo ex hoc verbo magis persequebantur eum Iudæi tanquam blasphemum, quia blasphemia acrius punitur in lege quam fractio sabbati, et hoc est quod dicitur.*
7 Propterea ergo magis quære. &c. *Patet litera propter quod consequenter se excusat dicens.*
8 Amen amen di. vo. non po. &c. *Quasi dicat vos mihi imponitis legis trangressionem, & hoc est impossibile quia non possum obliquari à regula veritatis diuinę. Quod patet, quia filius inquantum Deus habet omninò eandem operationem cum patre, et sic non potest ab eo obliquari. Similiter nec inquantum homo, quia humanitas Christi est instrumentum coniunctum ipsius diuinitatis, & sic non potest à motibus eius obliquari & per consequens nō potest transgredi, quia transgressio est obliquatio à lege diuina. Sciendum tamen quod Arrius ex hoc verbo:* Nō potest filius, &c. *dicit filium in diuinis esse minorem patre, et ideo consequenter hoc excluditur cum dicitur:*
9 Quæcunque enim. *Scilicet pater.*

Hæc

MORALITER.

4 *Propterea persequebantur Iu.* Opus eius bonum peruertentes in malum & ad hunc multos habent sequaces, nuncios Christi propter opus confessionis & prædicationis molestantes. ✝
5 *Iesus autem respondit, &c.* Vbi Christus vnitatem operationis ostendit & naturæ in filio & in patre, & hoc satis diffuse. Nec occurrit mihi moralitas hic conueniens, nisi quod quilibet Christianus qui Dei filius est adoptiuus debet vniri sibi per charitatem mentis & conformitatem operationis, secundū illud: 1. Cor. 6. d. *Qui adhęret domino, vnus spiritus est.*

✝ MORAL.

✠ CYRILLVS. Pater autem diligit non offendentem, sed A gaudio se afficientem, nec humano more se gerit quo patres filijs furantibus indulgent. Nihil enim facere potest filius, quod pater non faciat, qui filio demonstrat, quæ ipse facit, non quasi ignorantem doctrina iuuans, sed totum seipsum in natura filij sic pingens, vt quæcunque in se habeat, in filio demonstret.

c. 136. 137.

a *Hęc & fil.* Videtur corpus omne facere quod animus, sed nō similiter, cum animus imperet corpori, Pater verò & filius eadē & similiter operātur, quia vna natura, vna substātia patris, & filij & vna volūtas, & vna potestas, & vna operatio.

B

a ¶ A patre habet quod possit, quia à patre habet quod sit.

a hæc et filius similiter facit. b Pater enim diligit filium, & om- 1 2

a ¶ Sicut supra ait, viderit patrem facientem. ¶ Corporalibus curationibus.

c nia dēmonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit 3

a ¶ Quasi dicat, De æquali patri quem non creditis ęqualem. ¶ Quem vult.

d ei opera, vt vos mirēmini. Sicut enim pater suscitat mortuos 4 5

e ¶ In animabus. ¶ Scilicet qui sunt digni. ¶ Et verè filius viuificat, quia etiam iudicat.

f & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Neque enim pa- 6 7

ter iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, 8 9

¶ Cur? ¶ Non vt minorem, sed sicut homo pa.

g vt omnes honorificent filiūm, sicut honorificant patrem. 10

b *Omnia demonstrat.* Demonstrare patrem filio, est cuncta operari per filium, vt æquè habeantur in fide nostra, pater & filius. Et ne aliquo modo minus sentiatur de filio, addit: *Et maiora his de. ei.* hoc est, per eum maiora faciet. Quæ? *Sicut enim pater su. mort. & vi.* Maius est suscitare mortuos, quam languidum sanare, vnde agebatur.

Aug tra. 19

c. 138. ✠ CYRILLVS. De Sabbato obiectionem reiecit, nunc ex operibus se æqualem patri ostendit.

c *Maiora his.* Suscitat pater animas per filium, vt animæ viuant ex substantia patris & filij, & ei filio homini facto in tempore de- C monstrabit maiora, id est, resurrectionem corporum, vt miremini eam fieri per filium.

d *Sicut enim pater su.* Incipit ostendere quod filius secundùm quod æqualis est patri, faciat, scilicet animas à morte resuscitat. Et est prima resurrectio à vitijs. In sequenti verò ostendit etiam resurrectionem mortuorum corporum secundùm quod filius hominis est & potestatem dedit ei, id est, filio.

e *Sic & fil.* AVGVST. Quia pater & filius sunt eadem vita. Iudicat autem & suscitat corpora, non pater, sed filius secundùm dispensationem humanitatis in qua minor patre, nec honoratur sicut pater, vnde ait: *Qui non honorificat filium missum, non honorificat patrem qui misit illum.*

✠ CYRIL.

✠ CYRILLVS. Inquantum verbum & Deus naturaliter D habet illam potestatem, inquantum homo (ad quem dicitur. *Quid habes quod non accepisti?*) accepisse eandem se apertè profitetur. Neque necessario, neque non habenti semper datur, nec maior est semper qui dat quam qui accipit. Quid enim respondebis, si psalmistam dicentem audieris: Date gloriam Deo? Gloria carere Deum putabis, aut homines eo maiores? Vtque quis dici potest dedisse calori vim cremandi: sic Pater cuius omnia sunt filij, filio actum iudicandi per illum vt per iusticiam suam id peragens, qui per eum, vt per virtutem suam mundum creauit.

c. 140. 1. Cor. 4.

E

f *Quos vult viuifi.* AVGVST. Non alios quam pater, sed eosdem quia vna voluntas & eadem potestas, & eadem viuificatio mortuorum. Hæc sunt maiora quæ operatur pater per filium, scilicet resurrectio mortuorum, vnde honorandus probatur filius sicut & pater. Vnde & subditur: *Neque enim pater iudicat quemquam* quia persona patris in iudicio non apparebit, sed nec Christus in eo quod ei consubstantialis, sed in forma serui, vt possit etiam ab impijs videri, in qua iniustè iudicatus, iustè iudicabit. Vnde alibi hæc causa redditur, *quia filius hominis est.*

g *Vt omnes honorificent.* Honorat Deum qui commendat creatorem, omnipotentem, æternum. Honorat patrem, qui credit eum habere filium æqualem sibi. Honorat filium, qui credit eum esse æqualem patri.

F

✠ CYRILLVS. Sicut, quando dicitur de rebus diuersis ac natura differentibus, tunc non æqualitatem, sed similitudinem significat. Quando autem de ijs dicitur quæ eiusdem naturæ sunt, tunc vltimam similitudinem imo identitatem & æqualitatem ostendit. Nam si quis candorem argenti miratus, sicut solem splendere argentum quispiam dixerit: quoniā diuersa hæc natura sunt, non æqualiter soli splendere argentum intelligemus, sed similitudinem quandam splendoris, propter dictionem illam, sicut, ostendi

cap. 14.

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Hæc & filius similiter facit. *Vbi tria excluduntur per quę posset dici filius minor patre. Primum est: Si operatio patris se extenderet ad aliqua ad quę non se extenderet operatio filij, ideò hoc excluditur ibi:* Quæcunque. *Secundùm est si filius faceret eadem quę facit pater secundùm identitatem speciei tantum, sed non secundùm numerum, ita quod pater plura in numero faceret, & hoc excluditur cum dicitur:* Hæc & filius, similiter facit, *id est, eadem numero. Tertium est, si faceret eadem numero, sicut faber & martellus producunt eundem effectum, tamen aliter, quia faber vt causa principalis, martellus autem vt instrumentalis, & hoc excluditur cum dicitur:*

Filius æqualis patri propter tria.

2 Similiter fa. *Id est, vniformiter per omnem modum. Et sic patet, quod verbum prædictum:* Non potest filius à se facere quidquam, &c. *non potest exponi secundùm errorem Arrij de minoritate filij respectu patris in diuinis, sed tantum ostendit processum filij à patre, inquantum filius non est à se, sed à patre, & sic potentiā operandi & notitiam habet à patre, sicut & essentiā, non tamen aliā, sed eandem numero. Si enim filius esset creatura (vt dicit Arrius) non posset facere quæcunque facit pater, vt consequenter dicit Euangelista:* Quæcunque facit ille, &c. *quia seipsum nec posset producere, nec conseruare, esset tamen productus & conseruatus à patre.*

3 Pater enim diligit. *Postquam Euangelista posuit signum visibile ad ostendendum, quod filius habet potentiam collatiuam vitę corporalis, hic consequenter ponitur doctrina Christi de vita spirituali per ipsum conferenda. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur doctrina Christi. Secundò eius confirmatio subditur, ibi:* Si ego testimonium. *Circa primum sciendum, quod duplex est viuificatio scilicet animæ & corporis, & duplex iudicium diuinum sibi respondet, primum est iudiciū discretionis, quod nunc est, & respondet vitæ præsenti: secundū est iudiciū discussionis vltimæ & pręmiationis, quod erit in futuro, & respondet corporum resuscitationi. Ideo sic procedit, quia primo agit de viuificatione animarum & iudicio discretionis nunc existente, secundo de resurrectione futura, quia in primo ostendit Christus se habere potentiam viuificatiuam, secundo ostendit qualiter ista potentia sit intelligenda, ibi:* Amen amē dico vobis, &c. *In prima parte dicitur sic:* Pater enim dil. &c. *Si accipiatur hic filius secundùm diuinam naturam, dilectio nō accipitur hic causaliter, quia volūtas in diuinis non est principium originis filij, sed natura vt superius dictum est, et ideò cum dicitur:* Pater enim dil. fi. & omnia, &c. *Inquantum scientia patris communicatur filio hoc verbum diligit, non notat causam, sed tantum signum vel concomitantiam. Si autem accipiatur filius secundum humanam naturā: sic accipitur causaliter, quia amor est primum donum & causa aliorū, & tunc est sensus:* Pater diligit filium, *quia plenitudo scientię communicata animæ Christi procedit ex patris dilectione.*

Diuisio.

4 Et maiora his: *Scilicet viuificationem mortuorum morte spirituali de qua loquitur postea, quia maius est iustificare impiū quā creare cœlum & terram, secundùm Aug. exponentem illud infra 14.* Et maiora horum faciet. *Quod autem dicitur hic, demonstrabit de futuro, non est per hoc intelligendum quod filius secundùm naturam diuinam acceperit de nouo aliquam scientiam, vel quod anima Christi aliquid cognouerit quod à principio suę creationis ignorabat, quia à principio suæ creationis habuit plenitudinem gratiæ & scientiæ. sed dicitur res demonstrari quando de nouo alijs innotescit, & talis modus loquēdi habetur Gen. 22. c.* Nunc cognoui quod timeas dominum, *Id est, alios cognoscere feci, quia Deus ante sciebat Abraham timere ipsum, sed per obedientiam eius in immolatione filij hoc fecit ab alijs cognosci.*

5 Vt vos mire. *Istud non ponitur causaliter, sed tantum consecutiuè, quia potestas viuificatiua non est data Christo propter Iudęorum admirationem, sed ex hoc sequuta est, quando viderunt mirabilia Christi opera. Et ostendit consequenter quę sunt illa maiora opera dicens:*

6 Sicut enim pater, &c. *Quod est diuinę virtutis.*

7 Sic & filius, &c. *Istud verbum, vult, non ponitur hic ad denotandum, quod filius pauciores viuificet quam pater, sed ad ostendendū modum agendi, quia non agit coactè, nec ex necessitate naturę, sed liberè. Et quia iudicium discretionis concomitatur resurrectionem spiritualem, vt prædictum est, ideo sequitur:*

8 Neque enim pater iudicat. *Scilicet seorsum à filio, cum sit eorum vna operatio.*

9 Sed omne iudicium. *Hoc dicitur pro tanto, quia iudicium est per sapientiam diuinam. Sapientia autem tota communicatur filio, & per consequens potentia iudicatiua.*

10 Vt omnes honorificent, &c. *Ex prædictis enim sequitur, quod sit honorandus honore latriæ sicut & pater: cum sit vnus Deus cum eo, vnde sequitur:*

✠ 1 Qui

ostedi, cócedemus: Sin vero de Petro & Paulo natura hominibus ac discipulis Christi, aliqu s dixerit honorari oportere Paulum sicut & Petrum, nemo ambiget quin æqualem velit vbique honorem contribui. Quare quum honorandũ filiũ sicut & patrẽ audimus, æqualem vbique honorem, eundemque offerre iubemur.

a *Qui non honorificat.* AVGVSTIN. Si enim minor crederetur filius, pater inhonoraretur, quod vel inuidus nollet eum genuisse æqualẽ, vel infirmus non posset, & sic non esse Deus conuinceretur, quia impotens.

b *Quia qui.* Quia æqualis sum patri & vno honore cum eo honorandus, ergo qui audit verbum meum. id est, qui credit me filium, & credit eum patrem, habet vitam æternam, quia hæc est vita ęterna, vt post dicet, vt cognoscant te quẽ misi Iesum Christum esse vnum verum Deum.

c *Audit &c.* Cur ait: Audit verbum meum & credit, non mihi sed ei qui me misit: quia verbũ eius est in me, imò ego sum verbum eius. Qui ergo ei credit, credit verbo eius, id est, mihi.

d *Sed transiet.* Hic à morte infidelitatis ad vitam fidei & iusticię, post à corruptione ad æternitatem. De prima autem resurrectione apertius subdit: *Amen amen dico vobis, quia v. h. & nunc est.*

e *Quia ve.* Dixi quia filius suscitat & viuificat, quod verum est, quia venit hora, &c. & ostensio patris sui, hic enim de suscitatione animæ à peccatis agitur.

f *Vocem filij.* Hoc solùm iustis conuenit, qui sic audiunt de incarnatione eius, vt credant quia filius Dei est.

* CYRILLVS. Quia Lazarus domini vocem audiuit, aut quia fideles mortui erant, antequam saluatoris doctrinam reciperent, aut magis accommodatè quia suscitantis vocem omnes aliquando audient.

g *Sicut enim pater.* AVGVSTINVS. Vita quæ est ipse pater & filius pertinet ad animam, non ad corpus. Corpus enim non sentit vitã sapientiæ, sed anima rationalis, quæ illuminatur à lumine quod *illum. omnem ho. ve. in hunc mundum.*

AVGV. Super animã rationalem quæ imago Dei, nihil est nisi Deus, cuius est imago huius ipse Deus est vita & ipsa est vita corporis.

h *In semetipso.* Nõ aliũde, sed ipse est vita, sic & filius in semetipso est vita. Sed differũt, quia pater est vita nõ nascẽdo, filius est vita ex patre nascẽdo, vnde ait: Dedit, non quod aliquando filius fuerit sine vita, sed nascitur ex eo vita, dedit ergo, id est, vita genuit vitam.

i *Et potestatẽ.* Postquam dixit de resurrectione animæ, subdit de resurrectione carnis. Et potestatẽ quã habet filius cũ patre in occulto, dedit pater ei, quia filius hominis est, in qua forma iudicans bonis & malis videbitur. Visio enim formæ Dei solis mundis corde promittitur, vnde. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

AVGVS. Christus in eo quod est filius Dei, est vita quæ viuificat animas, in eo quod filius hominis, Iudex. Dedit ergo ei pater vitam generando, vt viuificet. Dedit ei potestatem iudicij in carne mittendo, per verbum enim filium Dei, fit animarum resurrectio, per verbum factum in carne filium hominis fit corporum resurrectio.

k *Quia veniet ho.* Sicut supra autor de resurrectione mentis in vitam

Margin: † non venturus est. — † De p. di. 2 e. charitas, vers. cum ergo. Infra 17. a — Supra 1. a — † Mat. 25. d † prodibũt — Matt. 5. a — c. 143. Ioan. 11.

---

a Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui b misit illum. Amen amen dico vobis quia qui verbum meum

a ¶ Intelligit. b ¶ Me missum ad salutem omnium. c ¶ Ex patre cui credit, & similiter ex me qui sum vna vita cum eo, & hoc est quod dicit: Et qui audierint viuent.

c audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in

¶ Damnationis. ¶ Verè transit in vitam.

d iudicium † non venit, sed transiet à morte in vitam. Amen

e a ¶ Post per apostolos. b ¶ Noli expectare nouissimam. c ¶ Per ipsum. d ¶ Sine fide in peccatis.

f amen dico vobis, quia venit hora & nunc est quando mortui

a ¶ Credendo. b ¶ Obediendo. ¶ Nunc & semper. Per vocem filii Dei viuent.

g h audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Sicut enim

a ¶ Ad animarum [illegible]ificationem.

i pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. † Et potestatem dedit ei iudiciũ facere, quia

k a ¶ Quod filius hominis habet potestatem iudicij vt à malis possit videri; mirum enim videtur, cum hoc magis conueniret filio Dei b ¶ In fine sæculi,

filius hominis est. Nolite mirari hoc, quia veniet hora in qua

a ¶ Tam boni quàm mali. b ¶ Corpora non animæ. c ¶ Non vt viuant sicut supra, sed vt resurgant.

omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei, † & †

a ¶ Adhuc indiscretio. b ¶ Ecce discretio iudicii. c ¶ Vt videant Deum sicuti est.

procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò

NICOLAVS DE LIRA.

1 Qui non honorificat filium. *Honore latriæ.*

2 Non honorificat patrem qui misit illum. *Quia habent eandem maiestatem.*

3 Amen amen dico vobis. *Hic ostendit qualiter potentia viuificatiua de qua loquutus est, sit intelligenda, scilicet de viuificatione spirituali, quæ est per fidem charitate formatam, & hoc est quod dicitur:* Amen amen dico vobis, quia qui ver. &c *Fide formata.*

4 Habet vitam æternam. *Causaliter, quia habet gratiam quę facit eum dignum vita æterna,*

5 Et in iudic. &c. *Scilicet condemnationis: veniet tamen in iudicium discussionis & præmiationis. Et quia dixit, quod talis habet vitam æternam, ne aliquis credat ex hoc quod fides faciat hominem in præsenti immortalem, ideò subditur:*

6 Sed transiet à morte. *Quia oportet soluere debitum naturæ, antequam veniat ad vitam glorię. Et quia fides à Deo datur per inspirationem ideò subditur:*

7 Amen amen dico, &c. *Iste euangelista solus duplicat hanc dictionem amen quę in Hebraico confirmationem designat. Ipse enim subtiliora & altiora scribit de Christo, & hęc indigent maiori assertione propter quod communiter vtitur prædicta duplicatione.*

8 Quia venit ho &c quando mor. *Morte infidelitatis, de qua dicitur Mat. 8. c.* Dimitte mortuos sepelire mortuos suos,

9 Audient voc. &c. *Fidem viuificantem suscipiendo, ideo sequitur:*

10 Et qui audierint. *Potest etiam intelligi de viuificatione corporali, quia ad vocem Christi aliqui fuerunt resuscitati, scilicet filius viduæ Lucæ 5. e. & filia Archisynagogi Matthei 9. c. & Lazarus infra 11. f. Per hoc autem quod hic dicitur:* Ve. hora, *Patet quod non loquitur de resurrectione generali, quę erit in futuro, sed de viuificatione spirituali, quæ est per fidem Christi, & de resurrectionibus corporalibus particularibus tamen, quæ factę sunt ad confirmationem huius fidei, & istæ inceperunt à principio prędicationis Christi.*

11 Sicut enim, &c. *Hic consequenter agitur de resurrectione generali futura & de iudicio sibi correspondente. Et diuiditur in duas, quia primò agitur de resurrectione, secundò de iudicio, ibi:* Et potestatem. *Circa primum sciendum, quod illud quod est tale per essentiam est causa aliorum, vt habetur 2. Metaphis. Deus pater est vita per essentiam & per consequens filius, cum sint vna essentia & vna vita, & per consequens ipse erit causa viuificatiua omnium resurgentium, & hoc est quod dicitur,* Sicut enim pater. *Id est, à se & à nullo alio, & per consequens ei conuenit per essentiam.*

12 Sic dedit, &c. *Quia licet filius sit vita per essentiam, sicut & pater hoc tamen habet à patre.*

13 Et potestatem. *Hic consequenter agitur de iudicio futuro, & diuiditur in duas, quia primò describitur illud iudicium, secundò describitur fore iustum, ibi:* Non possum. *Circa primum sciendum, quod tota trinitas in iudicio futuro iudicabit autoritatiuè, sed Christus inquantum homo iudicabit exequutiuè. Cuius ratio est, quia iudex debet esse manifestus omnibus iudicandis. Deus autem pater vel filius secundùm diuinam naturam non videbitur in iudicio ab omnibus, quia tunc omnes essent beati, quia in tali visione consistit beatitudo, & ideò executio iudicij data est Christo homini qui poterit ab omnibus videri & hoc est quod dicitur:* Et potestatem, &c. *executiuè.*

14 Quia filius hominis est, *Ab omnibus visibilis bonis & malis.*

15 Nolite mirari hoc. *Quasi dicat adhuc maius facit Christus homo, vnde subditur:*

16 Quia venie. hora, &c. audient vocem. *Humanitas enim Christi est organum diuinitatis, & ideo vox eius operabitur ad resurrectionem generalem futuram per modum instrumenti coniuncti, veruntamen quia non resurgent vniformiter, quia aliqui resurgent ad gloriam, & alij ad pœnam, ideo sequitur:*

17 Et procedent qui, &c. *Hoc dicitur ad denotandum, quod fides sine bonis operibus non sufficit ad salutem.*

18 Qui verò mala, &c. *Id est, condemnationis.*

Margin: Diuisio. — Diuisio.

Non

in vitam æternam, ita etiam hic est autor de resurrectione carnis, aliter nemo crederet.

Cap. 145. ✻ CYRILLVS. Si omnes excitando maiora monstrabit, quam vnius ægroti curationem.

a *Non possum ego à meipso fa.* Dedit mihi potestatem iudicij, non tamen possum à me, id est, qui non est à se, non facit à se, & ita qui culpat eum de opere sabbati, culpat patrem.

b *Sicut autem.* Audio per vnitatem substantiæ, id est, scio quia non est aliud audire, quàm scire vel esse. Vel ego filius hominis nihil à me possum, sed sicut audio à Deo iudico, & hoc iudicium meũ de quibuscunque est iustum, ideò quia nõ quæro voluntatem meam, id est, hominis, sed patris, quæ est de salute hominum, qui ad hoc me misit, id est, incarnari fecit.

Cap. 146. ✻ CYRILLVS. Non tantum in fine mundi, sed in hac vita se iudicaturum aperit secundùm legẽ Moyses, qui ait, *Non accipies personam hominis in iudicio, quia iudicium Dei est*, factus est enim sub lege.

c *Non quæro.* Loquitur nunc secundùm quòd equalis est patri, vt probetur in eo vera Deitas, nunc secundùm quòd minor, vt probetur vera humanitas.

d *Si ego testimonium.* Dico de identitate essentiæ suæ cum patre ex patre, ex qua viuunt non corpora quæ non sentiunt, sed animæ rationales mediæ inter Deum & corpora: Dicto etiam de minoritate humanitatis, in qua scilicet moritur, resurgit, suscitat corpora & iudicat. supponit de testimoniis suis quę non indiget habere ab homine, quia habet ab operibus quæ pater dedit & ab ipso patre. Habet tamẽ & ab hominibus, sed vt à lucernis, id est, à Ioanne & à Moyse, qui si non possunt coniungere animas Deo, possunt tamen confutare inimicos.

(Marginal: † De cons. di. 5. c. si. in fi. — Infrà 6. d — Deut. 11.)

a ¶ Damnationis.

a mala egerunt, in resurrectionem iudicij. ✝ Non possum ego 1

b à meipso facere quidquam. Sicut audio iudico, & iudicium 2

a ¶ Quo iudico cum patre, quia non quæro voluntatem meam, id est, propriam filij hominis, sed quæ cum patre, & filio eadem est. ¶ Hominis. 3

c mêum iustum est? † quia non quæro voluntatem meam, sed

a ¶ Scilicet Dei patris. ¶ Homo.

d voluntatem eius qui misit mê *. Si ego testimonium perhi- 4

a ¶ Vobis incredibile videbitur. b ¶ Pater quod post aperiet, ibi: Qui misit me pater.

e beo de meipso, testimonium meum nôn est verum. ✝ Alius 5

a ¶ Vt in baptismo & in monte. b ¶ Quia est à veritate quæ est Deus. 6

est qui testimonium pêrhibet de me, & scio quia vêrum est 7

¶ Sacerdotes & Leuitas.

testimonium eius, quod perhibet de me. Vos misistis ad Ioan- 8

a ¶ Ioannes etiam qui ex Deo est, testatur de me. ¶ Non sibi, sed.

nem & testimonium pêrhibuit veritati. Ego autem ab homi- 9

¶ Non sum contentus testimonio Ioannis. Q. d. Non sufficit nisi Deus attestetur. 10

f ne testimonium non accipio, sed hęc dico, vt vos salui sitis.

a ¶ Quidem b ¶ Propter quod debetis ei credere. ¶ Non lux. c ¶ Spiritu charitatis. d ¶ Lumine veritatis.

g Illê erat lûcerna ârdens & lûcẽs. Vos autẽ voluistis exultare ad 11

h ¶ Cum ipse sequi solem ostenderet. ¶ Verè maius. 12

horã in luce eius. Ego autẽ habeo testimonium maius ✝ Ioan- 13

ne. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea ipsa o- 14 15

¶ Quia talia opera non nisi à Deo possunt fieri. ¶ Qui opera dedit. 16

pera quæ ego facio testimoniũ perhibent de me, quia pater me 17

e *Alius est qui testimonium, &c.* ✻ CYRILLVS. Alius est enim personaliter pater, alius filius. (Cap. 147. * patris † Infrà 8. c)

f *Sed hæc.* Sed tamen testimonium Ioannis induco, vt per Ioannem vos homines ad veritatem ipsam duca mini, & credentes salui sitis. († Matt. 3. d)

g *Ille erat, &c.* Qui me exterius oculis hominum visibilem exhibuit, interi⁹ corda hominum ad me cognoscẽdũ accẽdit. Etiã omnes prophetę & apostoli sunt lucernæ: Christus verum lumen, *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* († Ioannis sub testimonio.)

Cap. 149. Hieron. 43. ✻ CYRIL. Testimonium Ioannis non repellit tanquam inutile, quem misit ad clamandum: *Parate viam domini:* sed ad maiora scandit, quia vocem hominis etiam sancti calumniari quispiam posset, vt Azarias & Ioanam verba Ieremiæ.

h *Ardens, &c.* Hoc est in nocte ostendens sequi solem, non ergo superflua. Nemo tamen in ea remaneat quasi ipsa sufficiat.

✻ CYRILLVS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non possum. *Hic ostenditur hoc iudicium fore iustum. Filius enim inquantum Deus, habet eandem naturam cum patre, & sic non potest in iudicando deficere, similiter nec inquantum homo, quia voluntas humana in omnibus sequitur motum & regulam voluntatis diuinæ, & hoc est quod dicitur:* Non pos. ego, &c. fac. quic. *Declinando à patre.* (Iaboc. 2. d.)

2 Sicut audio, &c. *Licet enim habeat eandem noticiam cum patre inquantum Deus, tamen habet eam à patre, & secundùm hoc dicitur ab eo audire, secundùm verò humanam naturam habet noticiam infusam, & sic magis propriè à patre audit.*

3 Et iudicium. *Quia non potest obliquari voluntas Christi hominis à voluntate Dei, vt dictum est, ideò sequitur:* Quia non quero voluntatem meam, sed, &c.

Diuisio. 4 Si ego te. *Posita Christi doctrina de potentia viuificatiua eius, hic consequenter ponitur confirmatio prædicta doctrina. Et diuiditur in duas, quia primò confirmatur huiusmodi doctrina, secundò arguitur Iudęorum duricia, ibi:* Claritatem ab hominibus. *Prima in duas, quia primò confirmatur testimonio humano, secundò testimonio diuino, ibi:* Ego autem ha. *Prima in duas, quia primò inducitur testimonium. Secundò ostenditur quod debeat esse acceptum, ibi:* Ille erat. *Circa primum sciendum, quòd aliquando doctrina aliqua confirmatur per aliquid quod est minoris authoritatis, propter hoc quòd illud est magis acceptum audientibus, sicut dicit Philos. 2. Metaph. quòd aliqui dignantur, id est, dignum reputant Poëtam inducere testem, sicut sunt illi qui sunt imbuti dictis Poëticis, & ideò nihil recipiunt nisi per testimonium Poëta confirmetur, quamuis illud sit magis autenticum simpliciter quam dictum Poëticum. Et eodem modo venientibus ad fidem de Iudaismo confirmatur nouum Testamentum per vetus, & eodem modo Saluator hic confirmat doctrinam suam per testimonium Ioannis, cuius sanctitas erat nota Iudais, & hoc est quod dicitur:* Si ego testi. &c. *Scilicet solus.* (Diuisio.)

5 Testimonium meum non est verum. *Id est, efficax secundùm reputationem vestram, quamuis in se sit efficacissimum, propter hoc sequitur:*

6 Alius est qui testimonium. *Scilicet Ioannes Baptista, vt patuit 1. & 2. cap.*

7 Et scio quia ve, &c. *Quia pater eius Zacharias per spiritum sanctum prophetauit ipsum præire ante faciem domini ad dandam scientiam salutis, vt habetur Lu. 1. g. Testimonium autem salutiferum esse non potest nisi sit verum. Quod autem istud testimonium sit autenticum, ostenditur, cùm subditur:*

8 Vos misistis ad Ioannem. *Nuncios solennes quasi volentes acquiescere dicto eius sicut autentiquo, sicut dictum fuit 1. c.*

9 Et testimonium perhibuit veritati. *Id est, mihi qui sum veritas confitendo me esse Christum, & se negando, vt patuit suprà 1. cap. & 3.*

10 Ego autem ab homine testimonium, &c. *Q. d. Non dixi prædicta, vt sim in maiori authoritate propter dictum Ioannis, sed propter salutem vestram quam desidero, vt asquiescentes eius testimonio ad salutem pertingatis.* (Sup. 1. a.)

11 Ille erat. *Hic ostendit quòd Ioannis testimonium debet eis esse acceptum propter tria, scilicet propter eius officium, quia erat pręco Christi, quod notatur cum dicitur:* Ille erat lucerna: *ostendens hominibus viam salutis, scilicet Christum. Et sicut lucerna non lucet ex se, sic Ioannes non erat lux,* sed venit vt testimonium perhiberet de lumine. *secundò propter charitatis incendium, quod notatur cùm dicitur:*

12 Ardens. *Intantum quòd propter zelum charitatis diuinę mortem suscepit, tertiò propter virtutis exercitium, in tantum, quod credebant eum Christum. quod notatur ibi:* Lucens. *Ista tria debent reddere testimonium eius acceptum, & maximè Iudais, quia voluerunt ipsum recipere tanquam Christum, propter quod subditur:*

13 Vos autem volu. ad ho. ex. in lu. eius. *Dicit ad horam, quia finaliter eum contempserunt, & eius mortem procurauerunt.*

14 Ego autem. *Hic consequenter confirmat doctrinam suam per testimonium diuinum. Et diuiditur in tres, secundùm quod pater testificatus est triplex de Christo, scilicet per opera, per seipsum, & per scripturas, secunda ibi:* Et qui me misit, *tertia ibi,* Scrutamini scripturas. *In prima parte dicitur sic:* 15 Ego autẽ habeo, &c. *scilicet testimoniũ Dei patris, quod est maius testimonio Ioannis, propter maiorem cognitionis certitudinem, & propter eius incommutabilitatem. Et quale sit istud testimonium, ostendit dicens:* (Diuisio.)

16 Opera enim, &c. *Vt perficiam ea, scilicet miracula virtutem totius creatura excedentia, quæ faciebat Christus virtute propria, ideò dicit:*

17 Vt perficiam, ea ipsa opera quæ ego facio, &c. *Sicut enim firmum testimonium habetur per demonstrationem in his quæ subsunt facultati*

☞ ✱ CYRILLVS. Christus vera lux quæ lucernas omnes prophetarum, & omnium hominum accēdit. Dicitur autem lucerna vt Dauid prædixerat canens: *Parate lucernam Christo meo.* Sed additur *ardens & lucens* quia dictum est ad Moysem. Præcipe filiis Israël vt offerant oleum purissimum ac lucidissimum ad accendendam lucernā iugiter extra velū testimonij in tabernaculo fœderis, ponétque eam Aaron & filij eius vespere vsque ad mane corā domino, cultu ritusque perpetuò in generationibus vestris. Lucerna D. Ioannes, Oleū, gratia spiritussancti, velū finis legis, Aarō & filij eius, pastores tentantes historiam D. Ioānis, nox, seculum præsens. Quod autem seruatoris præcursor per lucernam significabatur est sic intelligendum, seruatur ardens lucerna in hoc seculo, quæ gratiam credentibus lucem præbeat. At Iudæi principio mirati Ioannem, post increparunt interrogantes, *Quid ergo baptizas.*

Lib. 3. ca. 1. Psal. 131. Infrà 8 c. Ioan. 1.

de se loquitur, aut consensum patris in faciendis miraculis dationis nomine appellat.

✱ CYRILLVS. Ridiculosa hæc opinio Iudæos detinebat, credentes maioribus suis in monte Synai ipsam naturam Dei corporalibus oculis perspectam fuisse, & vocem ipsius Dei propriè visam.

Cap. 3.

a ¶ Inuisibiliter in cordibus hominum.

misit. ✝ Et qui me misit pater, ipse testimonium perhibet de

a ¶ Sed vos. b ¶ Quæ non aure carnali, sed tantum, spiritualiter capitur. c ¶ Quia substantia diuinitatis est inuisibilis.

a me. Neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis: Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia

a ¶ Quia his quæ audistis à me non creditis, nec amatis. ¶ Autem.

b quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas, c quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. Et illæ sunt

¶ Tamen. ¶ Per illas. a ¶ Credere in me.

quæ testimonium perhibent de me, & non vultis venire ad

a ¶ Quam in scripturis quæritis.
¶ Id est humanam laudem non quæro, nec honorem qui venit dare spiritualem.

d me, vt vitàm habeatis. ✝ Claritatem ab hominibus non acci-

a ¶ Ideò dico quia.

e pio, sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in

a ¶ Vnde hæc pœna vobis.

vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me:

a ¶ Qui dicet se esse Deum.

f Si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, &

¶ Qui gloriatur in Deo glorietur. a ¶ Autem. b ¶ Quia non veni damnare sed saluare.

gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? Nolite putare

a ¶ Quia voci eius non creditis quæ ait, prophetam suscitabit vobis Deus, ipsum audietis sicut me.

quia ego accusaturus sim vos apud patrem. Est qui accusat

✝ Gloriam

b *Scrutamini.* Ecce aliud testimoniū scripturæ, in qua Deus testatur de filio, sed Iudæi in ea spem ponentes ad Christum solè non perueniunt.

c *Et illæ sunt.* Vos qui putatis vitam habere in scripturis, & me quasi contrarium Moysi repudiatis, per ipsas me Deū intelligere potestis, si diligenter aduertatis.

✱ CYRIL. Cogitationibus respōdet, vnde fit vt non serie à superioribus sermo Dei procedat.

d *Claritatem.* Nec ideò hoc loquor, vt quæram gloriā meā, sed vobis errantibus condoleo, qui non habetis dilectionem Dei, & ad viam veritatis reducere volo.

a *Neque vocem.* Et si in Sina vocem eius audisse & speciem vidisse puretis.

Cap. 2. ✱ CYRILLVS. Humilius propter dispensationem carnis de se

e *Quia dile.* Dilectio Dei non est in vobis, quia me nō accipitis, id est, non creditis, quia veni vt per me pater glorificetur.

f *Si alius.* Antichristus, qui propriam gloriam quærit non Dei, ☞ id est, in

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *naturali intellectus, ita in his quæ sunt suprà hanc facultatem firmum testimonium est per opera soli Deo possibilia, qui nō potest esse testis falsitatis, & hoc modo confirmata est doctrina Christi, non solum ipso prædicante, sed etiam ipsis Apostolis, secundum quod dicitur Mar. vlti. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

1 Et qui misit me. *Hic consequenter ponitur testimonium patris quod testificatus est per seipsum, & hoc fuit in baptismo & in transfiguratione, vbi audita est vox patris super Christum:* Hic est filius meus dilectus, *& hoc est quod dicitur:* Et qui mis. me pater ip. *Per seipsum.*

2 Neque vocem. *Hic consequenter ostendit eos non capere huiusmodi testimonium, quod Deus ostendit tripliciter. Primò per signum sensibile, sicut in baptismo & transfiguratione audita est vox sensibilis. Sed hanc vocem non audierant Iudæi persequentes Christum, quia ibi non fuerant, ideò dicitur:* Neque vocem, &c. *Secundò ostendit aliquibus per visionem suæ essentiæ sicut beatis, & hoc excluditur ab eis, cùm dicitur:* Neque speciem eius vid. *Tertiò per internam inspirationem, & hoc excluditur cum dicitur:*

3 Et verbum eius, &c. *Et subdit causam huius:* Quia quem misit ille, huic vos non creditis, *q. d. hoc non prouenit ex Dei defectibilitate, sed ex vestra incredulitate.*

4 Scrutamini.. *Hic consequenter ponitur testimonium* Dei patris *per scripturas veteris Testamenti quæ manifestè loquuntur de Christo, & hoc est quod dicitur:* Scrutamini. *id est, interius diligenter aduertite.*

5 Scripturas, *Legis & prophetarum.*

6 Quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere. *Et bene dicit, putatis, quia ab hac opinione sunt defraudati ex eorum incredulitate.*

7 Et illę sunt quę testimo. perhi. &c. *Quia scriptura veteris Testamenti determinat tempus eius aduentus, Gen. penul. b.* Non auferetur sceptrum de Iuda, &c. *& Dan. 9. vbi determinatur tempus aduentus sanctisanctorum sub numero certo hebdomadarum: Determinat etiam locum natiuitatis Mich. 5. a.* Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in milibus Iuda: Ex te enim egredietur qui sit dominator in Israël, &c. *Determinat etiam modum nascēdi, Isa. 7. c.* Ecce virgo cōcipiet & pariet, &c. *& modū conuersandi scilicet in paupertate, Zach. 9. b.* Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, & ipse pauper. *Et modū moriendi, Isa. 53. c.* Sicut ouis ad occisionem ducetur. &c. *Et breuiter omnia mysteria Christi in veteri Testamento inueniuntur expressa, & in Christo completa, & ideò ex scripturis veteris Testamenti potuit verè cognosci, quòd ipse erat Christus in lege promissus, sicut diffusis declaraui in quadam quæstione in qua de hoc determinaui.*

8 Et non vultis venire ad me. *Per fidem, quia Iudęi pro maiori parte permanserunt in infidelitate.* Vt vitam æternam habeatis, *quę habetur per fidem formatam charitate.*

9 Claritatem ab omnibus. *Hic consequenter arguit eorum tarditatem ad credendum, & quia persequebantur Christum vt blasphemum in quo fingebant se moueri zelo Dei, & vt violatorem sabbati in quo videbantur moueri zelo legis Moysi, ideò ostendit vtrumque esse falsum, primò primum, secundò secundum, ibi:* Nolite putare. *Dicitur ergo primò sic:* Claritatem ab hominibus non accipio. *Id est, quæro. q. d. prædicta non dixi ad iactantiam, quia non quęro hominum gloriam. Quod patet ca. seq. vbi dicitur quod fugit quando turbę voluerunt eum facere regem. Sed ostendit vlterius ad quid prædicta dixerit, scilicet ad ostendendum eorum duriciam dicens:*

10 Sed cognoui. *Id est, cognoscere feci.*

11 Quia dilectionem, &c. *Quod declarat ex signo præsenti dicens:*

12 Ego veni in nomine. *Quod patet per prædicta testimonia.*

13 Et non acce. *Sed magis persequimini, quod non faceretis, si dilectionem Dei haberetis. Hoc etiam declarat ex signo futuro dicens:*

14 Si alius venerit. *Id est, non habens prædicta testimonia à Deo.*

15 Illum accipietis. *Hoc fuit inchoatum, quando Iudæi receperunt Bencozeba tanquam Messiam, qui tamen nullum diuinum testimonium habebat per miracula vel scripturas. Hoc etiam perfectè complebitur quando recipient Antichristum pro vero Deo, quia faciet se circuncidi, & dicet se eis promissum, & ei adhærebunt quousque eius falsitas detegatur per Enoch & Eliam. Et causam huius incredulitatis subdit dicens:*

16 Quomodo po. vos cre. &c. *Id est, gloriam humanam. Hoc enim impediuit Iudæos à fide Christi in parte, quia solùm attendebant & adhuc attendunt ad gloriam & exaltationem temporalem dandam per eum Messiam. Videbant autem Christum pauperem & abiectum, & ideò non receperunt eum, non attendentes scripturas prophetarum quæ de eius paupertate & abiectione loquuntur, vt suprà dictum est. Gloria autem & exaltatio quæ promittitur danda per Christum, illa est gloria cœlestis quam non intelligebant, ideò sequitur.*

17 Et gloriam quæ à solo. *Propter hoc in infidelitate permanetis.*

18 Nolite putare. *Hic ostendit eos non moueri zelo Moysi, ipsum persequendi, quia Moyses manifestè scripserat de eo, & hoc est quod dicitur:* Nolite putare, quod ego, &c. *Scilicet ego solus.*

19 Est qui accusat vos. *Mecum, scilicet Moyses.*

☞ In quo

id est, in nomine suo veniet, hoc est quod Apostolus ait, vt credant mendacio, qui non crediderunt veritati.

2.The.2.c. Cyril l.3. cap.6.

a *Si enim, &c.* Cur autem non credant subdit; Non, quia non est aperta veritate sed quia superbia eos excæcat, & ambitio laudis, quæ appetit de se existimari quod in se non habet, & super alios se efferre. Humilitas verò solius Dei gloriā quęrit, eíque soli placere appetit.

✱ CYRILLVS. Tacentibus omnibus solam Moysi legem ad redargutionem Iudæorum sufficientem asserit.

b *Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis* Ex hoc colligitur, quia qui legis præcepta quæ exteriora sunt implere negligit euangelica quæ perfectiora sunt & sublimiora, multò minus implere valebit.

✱ CYRILLVS. Non sunt Moysi literæ verbis Christi maiores, absit, sed ait si Moysen quem quotidie legitis non auditis, multo min' me recipietis qui semel vobis aut rarius loquor, Aut si elementa veritatis lege descripta non discitis, quomodo ad altiora conscendetis.

cap.10.

a vos Moyses, in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, [1] ¶ Irrisio increduli non dubitatio Dei. ¶ Quomodo.

b crederetis † forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Si au- [2, 3] ¶ Cur. ¶ Quæ de me testantur.

tem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis? [4] ¶ Quia à lege prædictus sum.

† vtique cap.8.

NICOLAVS DE LIRA.

1 In quo vos, &c. *Falso tamen.*

2 Si enim crederetis, &c. *Ly* forsitan, *non est nota dubij, sed libertatis arbitrij, quia nullus credit nisi volens.*

3 De me enim. *Scilicet dupliciter, vno modo expresse & manifeste vt prædictum est Gen. penul. & Deut. 18. b.* Prophetam suscitabit vobis Deus. *Alio modo figuraliter & occultè, quia omnia sacrificia & facta veteris Testamenti sunt figurę Christi.*

4 Si autem illius, &c. *Non quod lex Moysi sit maioris authoritatis quàm verbum Christi secundum veritatem, sed tantum secundum Iudæorum reputationem, vocatur etiam lex Moysi litera, doctrina autem Christi verbum, quia Moyses doctrinam suam tradidit scripto, non autem Christus, quia lex euangelica est lex amoris, & ideo primo fuit scripta in cordibus apostolorum per receptionem spiritussancti, sicut diffusius declaraui super epistolam ad Hebr.*

Lex Moysi

CAPVT VI.

a *Post hęc abijt.* Post verba quibus Deitatis suæ & humanitatis arcana mōstrauit miraculo quinq; panū, quis esset subdit: vnde ait *Post hæc abijt.* Id est hæc inusita et visibilia quę ad cognitionē inuisibilis Dei ducūt. Sed & mystica sunt. Mare enim est seculū Galilææ, id est, rotæ, quia hic est volubilitas, non erectio ad Deum. Hoc transit Iesus resurgēdo, vnde eum quem primum vna gens Iudæorum, iam sequitur multitudo gentiū, cupiens instrui sanari & satiari. Iesus autē discipulis, in monte spiritualis altiora committens, turbis inferioribus simpliciora, proximo Pascha hoc agri, docens eos quibus facit debere transire de mūdanis ad cœlestia. Oculi Iesu sunt dona spiritus, qui misertus aperit, ne errent venientes ad se. Ipse sciens tentat discipulum, vt ille tarditatem suæ fidei agnosceret, qui præsente creatore de paucis sufficientiam multis posse fieri, dubitare non debuit. Et per eius ignorantiām significat spiritualem intelligentiam Iudæos in lege ignorare.

† Ma.13.b. Mar.6.c. Luc.9.f.

b *Trans mare.* Tyberiadis & Capharnaum in eodem littore ex parte nostra, vltra in alio littore opposito, locus est vbi miraculum istud factum est. Nec propriè vocatur mare, sed quædam magna Iordanis refluxio.

✱ CYRILL. Scelere Iudæorum relinquit Ierosolymā non timiditatis, sed charitatis proximorū se ipsum exēplum ponēs. Appellat autem mare, quia palus Tyberiadis est magna, aut scripturā secut' quæ cōgregationes aquarum, maria nuncupat, quam vt transeat, Christum cogunt, qui eos per mare rubrum deduxit.

3.lib.c.11. †39 di.c.1. Mare Galilææ, Tyberiadis. * eius † Ma.14.a. Lucæ 9.b.

c *Et sequebatur.* Viso hoc miraculo, gentium magna turba sequitur, quia sicut eos quos à corporis infirmitate sanabat, intus spiritus reintegrabat, sic ipsos à morbo incredulitatis sanabat.

✱ CYRILL. Pharisæi calumniantur paralyticum sabbato sana-

cap.12.

CAPVT VI.

¶ Id est, interfecto Ioanne voluit dignitatem humanitatis & Deitatis per miracula ostendere, nominando locum, & tempus.

a POST hæc abijt Iesus trans mare Galilæę, quod [1]
b est Tyberiadis. † Et sequebatur eum multitudo [2]
c magna, quia videbant * signa quæ faciebat [3] super his qui infirmabantur. † Subijt ergo [4, 5] in montem Iesus, & ibi sedebat cum discipulis suis. [9] † Erat autem proximum Pascha, dies festus Iudæorum. [7, 8]

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VI.

Diuisio.

1 POst hæc autem. *Postquam egit de vita, spirituali, hic consequenter agit de nutrimento correspondente. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur signum sensibile de collatione cibi corporalis, vt per hoc inducamur ad intellectum cibi spiritualis, secundò subiungitur doctrina de ipso spirituali cibo, ibi:* Respondit Iesus. *Prima in tres, quia primo ponitur miraculi tempus & locus. Secundo miraculi actus, ibi:* Cùm subleuasset. *Tertio consequens fructus, ibi:* Illi ergo homines. *In prima parte dicitur sic:* Post hæc autem. *Quę prędicta sunt,*

2 Abijt Iesus, &c. *Iudęi enim quęrebant eum interficere, & non erat adhuc tempus passionis suę, ideo recedendo dedit exemplum cedendi ad tempus maliciæ humanæ, ostendens quòd aliquando licitum sit Christi fidelibus fugere in persequutione.*

3 Quod est Tyberiadis. *Illud enim mare est quidam lacus magnus per quem transit Iordanis fluuius, sed vocatur mare secundùm modum loquendi Hebraicum, in quo congregatio aquarum vocatur mare, secundùm illud Gen. 1. a.* Congregationésque aquarum vocauit maria. *Vocatur autem mare Galileæ à prouincia iuxtà quam transit, & vocatur mare Tyberiadis ex nomine ciuitatis ædificatę in littore, quæ antiquitus Genereth dicebatur, sed ab Herode tetrarcha fuit readificata & ampliata, & Tyberias vocata in honorem Tyberij Cæsaris, vocatur etiam mare illud alijs nominibus, vt declaraui super Matthæum, & ideò illa dimitto.*

4 Et sequebatur eum. *Quidam ex deuotione ab eo curati, quidam malitiosè, volentes eum capere in sermone, vt Pharisęi, & quidam ex desiderio addiscendi, & aliqui ex curiositate, volentes miracula quæ faciebat videre, ideo subditur:*

5 Quia videbant. *Hoc additur ad ostendendum, quod fiebant virtute diuina. Magicis enim artibus benè fiunt aliqua curiosa & inutilia, sicut quod statua loquantur, & consimilia, sed sanitates quę fiunt ad reducendum homines in Deum, fiunt tantummodo virtute diuina, vt habetur in Itinerario Clementis.*

6 Subijt ergo, &c. *Quia erat locus deuotioni & doctrina aptus, ideò sequitur:*

7 Et ibi sedebat, &c. *Docens eos, & sic patet locus in quo factum est miraculū: sequens tempus autem in quo factū est describitur, cùm dicitur:*

8 Erat autem, &c. *Istud est festum Paschale, de quo iste Euangelista facit mentionem, & in isto paschate non fuit Iesus in Hierusalem. Quamuis enim Christus legem seruauerit, tamen in hac solennitate non fuit, quia illi qui habebant inimicitias capitales, erant excusati à præcepto legis, quia præcipitur omnem masculum apparere coram domino in solennitate Paschali. Sic autem erat de Christo, quia Iudęi quærebant eum interficere.*

MORALITER.

Post hæc. Sequitur.

☞ sanatum, multitudo miratur signa facta super ægrotos.

A a *Cum subleuasset.* Exemplo suo nos admonet leuare oculos cordis nostri, vt si fortè eo ducente ad altitudinem actionis & scientiæ ascendere permittamur, turba sequentium carnalium cogitationum nos non perturbet, nec ab altitudine contemplationis deiiciat, sed eã spiritualibus escis quantũ capere possit pascere curemus.

✠ CYRILLVS. Lubenter Philippus discebat, & parum acutus sæpius interrogabat.

b *Respondit.* Adhuc Philippus lacte doctrinæ nutritus solidum fidei & cognitionis cibum capere non valens, iuxta suę virtutis facultatem respondit, impossibile existimans tot paucis posse refici, sed eruditur Deo nihil esse impossibile. Philippus etiam (qui interpretatur os lãpadis) figuram gerit prædicantiũ, quibus in altitudine cum Christo constitutis, de carnalium hominum cogitationum turba

C pascenda dominus quotidie loquitur.

c *Ducentorum.* Centenarius duplicatus significat perfectionem bonæ actionis & rationalis scientiæ, quæ erudiendis in fide non sufficiunt, nisi eis altitudo theologiæ addatur, quæ animas per bonam operationem purgatas, & per scientiam rerum creatarum illuminatas, ad consummatam spiritualium refectionum plenitudinem perducit.

✠ CYRILLVS. Naturæ terminis Deitatis natura superior est, omnia facilè peragens quæ nostram mentem excedunt.

d *Est puer vnus.* Hic puer est Moyses legislator, cuius lex neminem ad perfectum perduxit. Vnus, quia vanitatem ecclesiæ futuram præfigurabat. Hic, id est, in vet. Test. quod quamuis nouo clarescente iam vilescit, adhuc tamen omninò non recessit.

e *Quinque.* Quinque panes, sunt vetus lex, in quinq; libris Moysi. Hordeaci, quia cibus est rudium. Medulla hordei, tenacissima palea & vix separabili tegitur, sic spiritualis sensus. Hebræus populus puerili sensu legem portat quasi onus, nec clausis pascitur, nec alios pascit. Duo pisces, Prophetæ & Psalmi, iam temperantes austerum saporem legis. Vel duo pisces duæ personæ constitutæ in regimine populi: Regia, & sacerdotalis, quæ inter turbas fluctuantis populi quassantur, nec deficiunt in quibus vnus

D Christus significatur rex & sacerdos. Fœnum, quia carnaliter sapiebant, in carnalibus quiescebãt. Quibus verò venit Christus rex & sacerdos, carnem calcãt vt spiritualiter reficiant. Quinque millia, populus qui sub lege vt languidi in quinque porticibus. Sed viri, id est, perfectiores qui sunt digni numero præter infirmam ętatem & fragilem sexum, sunt quinq; milia, id est perfectè quinque sensibus corporeis dominãtur, & hi reficiũtur à Christo. Accepit panes, non nouos creauit, quia antiquã scripturã non soluit, sed impleuit & docuit. Gratias agit, docens nos de omnibus beneficiis gratias agere, & intimans de nostra refectione se gaudere & salute. Multiplicauit, quia de paucis illis tot scripturæ emanauerunt. Fragmenta, sunt secretiora quæ communis non capit populus, hæc colligũt apostoli & cõmittuntur abiectis mundi & corde perfectis. Videntes prophetam vocant, forsan ideò, quia adhuc in fœno resident. Sed & verè propheta dicitur, quia dum aliquid præsens docet, Angelus dicitur: dum futurum prædicit, propheta. Tamen quia verbum caro factum est, dominus est Angelorum & prophetarum.

f *Sed hæc, &c.* Q. d. Legis litera, vel corporei sensus quid prosunt ad multitudinem in te creditorum, qui spiritualia alimenta sunt petituri, quæ omnem literam, omnémque corporeum sensum superant?

g *Facite homines.* Magister veritatis priùs in simplicitate literæ quasi in infimis locis, & in simplicitate visibilis creaturæ auditores erudiuit, vt sic in altitudinẽ cõteplationis erigantur.

☞ ✠ CYRIL.

---

a † Cùm subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo maxima venit † ad eum, dicit ad Philippum: Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum. Ipse enim sciebat, quid esset facturus. Respondit ei Philippus: Ducentorum denariorũ panes non sufficiunt eis, vt vnusquisque * modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri: Est pùer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos, & duos pisces, sed hæc quid sunt inter † tantos? Dixit ergo Iesus: Facite homines discumbere. Erat autem † fœnum multum in loco. Discubuèrunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo Iesus panes, & cũ gratias egisset, distribuit * discũbenti-

(Interlinear glosses: a ¶ Vt ignorantiam discipuli demonstraret. b ¶ Fidem illius de futuro miraculo consulens. a ¶ Eadem simplicitate qua Philippus. a ¶ Puer hic, vel vnus de discipulis fuit, vel aliquis de turba. a ¶ Neque iste adhuc perfectus in fide. ¶ Doctores non perfectè intelligentes legem dicent, Quid confert lex saluti? a ¶ Legis litera multiplex in symbolis. a ¶ Adhuc in eis caro viuebat. ¶ Per se, & per Apostolos.)

(Margin: † Appropinquabat autem. † ad se. Cap. 13. * eorum. † tot, tam multos. Cap. 14. Ioan. 5. a. * Luc. 9. b. Mat. 6. e. † herba, gramen. * discipulis, discipuli verò. E F)

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *interficere. Præterea Christus sicut seruando legem ostendebat se esse verum hominem de filiis Israel secundum carnem, sic aliquando prætermittendo obseruationem eius, ostendebat se esse dominum supra legem.*

1 Cum suble. er. *Hic ponitur miraculi actus. Et diuiditur in tres quia primò præmittitur miraculi necessitas. Secundò describitur eius qualitas, ibi:* Dixit ergo Iesus. *Tertiò ostenditur eius veritas, ibi:* Vt autẽ impleti sunt. *Primò ostenditur tripliciter. s. ex populi multitudine, cum dicitur:* Cum suble. &c. *Tantum enim desiderabant audire Christũ quod omiserant apportare secum alimentum, propter quod necessarium erat fieri miraculum. Ostenditur etiam hæc necessitas ex defectu pecuniæ, cum subditur:*

2 Vnde eme. *Non petit ignorans, quod deficeret eis precium, sed vt ex responsione Philippi appareret certius miraculum, vnde subditur:*

3 Hoc aut. *Vt per hoc defectus pecuniæ aliis ostenderetur sicut Gen. 22. a. Tentauit Deus Abraham, vt eius obedientia aliis manifestaretur, non sibi propter hoc subditur.* 4 Ipse enim. *Quia inquantum homo habuit plenitudinem scientiæ à principio conceptionis, & inquantum Deus omnia nouit ab æterno.* 5 Respondit. &c. *Q. d. Pauperes sumus, & tantam pecuniam habere non possumus, & si haberemus, non sufficeret pro eorum refectione, ideò sequitur.* 6 Vt vnusquisque. *Iste enim Philippus adhuc rudis existens non aspiciebat ad eius virtutem qua de aqua vinum fecerat, nec ad alia signa quæ frequenter fecerat. Ostenditur consequẽter miraculi necessitas ex cibi paucitate.* 7 Dicit ei vnus. *Hic videtur melius dispositus quam Philippus, quia in responsione sua videtur habere respectum ad multiplicationem panum, eo modo quo factum est per Elisæum. 4. Reg. 4. g. vnde subditur.* 8 Est puer vnus, &c. *Q. d. etiam si multiplicaretur eo modo quo factum est per Elisæum, qui de viginti panibus multiplicatis non satiauit nisi centum viros, in ista magna multitudine hoc esset valdè modicum.* 9 Dixit ergo Ie. *Ostẽsa miraculi necessitate, hic consequenter describitur eius qualitas per multiplicationem panum virtute Christi hoc est quod dicitur:*

10 Facite ho. *Id est ordinate sedere ad comedendum.* 11 Erat au. *Hoc interponitur, ad ostendendum quod locus erat aptus ad sedendum.*

12 Discubuerunt, &c. *Secundùm modum Hebraicum soli viri hic numerantur à viginti annis & supra, vt habetur Num. 1. a. Mulieres autem & paruuli hic tacentur.* 13 Accepit ergo Iesus pa. *Quia in manibus suis multiplicati sunt. De modo huius multiplicationis dixi Matth. 14. vbi idem miraculũ describitur. Sciendum tamen quod Christus non creauit panes de nouo, sed præexistentes multiplicauit, vt miraculum esset magis notum, quia talis multiplicatio est magis perceptibilis quam creatio.* 14 Et cum gratias egisset. *Id est per apostolos distribui præcepit. Sciendum etiam quod Christus aliquando fecit miracula imperando, vt ostenderet se facere illa virtute propria, aliquando autem orando, vt hic cum dicitur:* Gratias egisset. *Vt ostenderet quod talia non fiebant ab eo per dæmones magica arte, vt Pharisæi dicebant.*

☞ Vt autem

MORALITER.

† 1 *Cum subleuasset ergo.* Illa refectio magnæ multitudinis de 5. panibus & duobus piscibus exposita fuit mysticè Matth 14. & Mar. 6. & Luc. 9. propter quod hic pertranseo.

† Iesus

✠ CYRILLVS. Non debemus ignorare, quia Matthæus benedixisse scribit, non gratias egisse, sed vnum vtrisque verbis denotari Paulus ostendit dicens, bonum esse omnem cibum, & nihil rejiciendum, sanctificatur enim verbo & appellatione Dei. Non autem ignoramus benedici omni quod sanctificatur, ea oratione, quam in mensa facere solemus.

a *Illi ergo homines cum vidissent, quod, &c.* Illi nondũ plena fide proficiebant, quare hunc Deum dicere nesciebant. Nos certiores illis dicimus: Hic est verbum, sine quo non est propheta vel Angelus.

Illi ergo homin. &c. ✠ CYRIL. Sic cognoscuntur non per phantasmata impleti, & liberalitas commendatur, quanto enim plura dabis, plura tanto affluent, & vnusquisque Apostolorum cophinum reportat, quibus gratiã ministrantibus gratia Dei plenissima est reddita.

b *Iesus ergo.* Qui volunt rapere & legem facere, significant discipulos & alios credentes, qui volunt præuenire tempus regni eius, putantes eum sic venisse, vt iam regnaret. Sed hoc tempore colligitur regnum, quod in fine erit manifestum, cùm dicet: *Percipite regnum quod vobis pa. est.* Fugit ergo non timens teneri, qui postea eisdem colloquitur, sed signare volens, quod altitudo eius non potest intelligi. Fugit in montem, id est, ascendit cœlos, solus sacerdos interpellans pro populo foris constituto, qui interim iactatur fluctibus, vnde subdit.

bus. Similiter & ex piscibus quantum volebant. Vt autem [1] impleti sunt, dixit discipulis suis: Colligite quæ superauerunt [2] fragmenta ✝ ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt [3] duodecim cophinos ✝ fragmentorum, ex quinque panibus [4] hordeaceis & duobus piscibus quæ superfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cum vidissent quod Iesus [5] fecerat signũ, dicebant: Quia hic est verè propheta qui venturus [6] est in mundum. Iesus ergo cum cognouisset, quia venturi [7] essent vt raperent eum, & facerent eum regem, ✝ fugit iterum in montem ipse solus. ✝ Vt autem sero factum est, descenderunt [8] discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauim, [9] venerunt trans mare in Capharnaum. Et tenebræ iam [10] factæ erant: & non venerat ad eos Iesus. Mare autẽ vento ma- [11] [12]

a ¶ Illa subtilia sacramenta, quæ non possunt imperfecti capere, quæ non committuntur apostolis. ¶ Varia vasa ad portandum deputata. a ¶ Magnę salutis mundo est præco futurus. ¶ Pro miraculo panum volentes sub hoc esse, sub quo videbantur non egere. a ¶ Qui post occurrit crucifixoribus. b ¶ A quo descenderat palcere turbas, docens prospera mundi fugere, & contra ea orare. a ¶ Summatim proponit, quod postea explicabit. b ¶ Merito tenebræ sunt, quia lux nondum venit. ¶ Exponit quid inueniendo contigerit. ¶ Mundus. ¶ Id est, omni genere tentationum.

c *Vt autem sero. fa.* Sero mundi, est post ascensionem Christi in quo discipuli descendunt ad labores mundi, & regunt nauem, id est, ecclesiam.

✠ CYRILLVS. Ostendit se & terræ & maris dominum, & vltra naturam multa posse.

d *Et tenebræ iam factæ erant, & non venerat ad eos Iesus. Mare autem vento magno stante exurgebat.* Quantò accedit finis mundi, tantò magis frigescit charitas, crescunt errores, crebrescunt mala, & tamen nauis non perit, sed Iesus ad portum tendit.

✠ CHRYSOSTOMVS. Non sine causa Euangelista tempus designat, sed vt per hoc calidum eorum amorem ostendat. Non enim dixerunt, vespera nunc est, & nox aduenit, sed ab amore igniti ascenderunt in nauim.

Marginalia: Cap. 17. — ✝ ne quid pereat fragmẽtis — Cap. 18 — Mat. 14. c. Mar. 6. c. — Mat. 25. c. — Cyril. c. 16 — Cap. 21. — Necesse iã mon. — Hom. 42. in Ioan. in. 3.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt autem impleti. *Hic ostenditur miraculi veritas. Si enim multiplicatio illa fuisset tantum secundum apparentiam, homines non fuissent inde satiati, nec remansissent ibi reliquiæ sensibiles. ideò ad maiorem declarationem, miraculi & eius publicationem subditur.*

2 Dixit, &c. fragmenta ne. *Quia per fragmenta portata aliis qui non fuerant ibi, publicatum est miraculum & approbatum, quia verè & non fictitiè refitiebantur.*

3 Collegerunt ergo. &c. *Non à casu, sed ex diuina dispositione impleti sunt duodecim cophini secundùm numerum duodecim apostolorum, vt per hoc designaretur, quod fragmenta verborum Christi per apostolos per mundum publicarentur: Sed si quæratur: Unde habuerunt illos cophinos in monte? Potest dici, quod acceperunt in aliqua villa propinqua, vel quod fuerant ibi portati vt venderentur multitudini venienti. Vel potest dici, quod non fuerant ibi cophini, sed tantum collegerunt de fragmentis, quod duodecim cophini possent impleri, vt benè alibi inuenitur talis modus loquendi.* (Quæstio.)

4 Ex quinque panibus, &c. *Hoc etiam facit ad euidentiam miraculi, quia plus remansit quàm à principio fuit.*

5 Illi ergo. *Hic ponitur miraculi fructus, qui ostenditur triplex. Primus est fidei confessio: Secundus honoris exhibitio, ibi:* Iesus ergo. *Tertius Christi sollicita quæstio ibi:* Vt autem sero. *Circa primum sciendum, quod Christus erat promissus in lege tanquam propheta cæteris excellentior, vt habetur Deut. 18. c.* Prophetam suscitabit, &c. *Propter quod viso miraculo predicto populus confessus est illum esse, de quo loquitur prædicta scriptura, & sic confitebantur eum esse verum Christũ & hoc est quod dicitur:* Illi ergo, &c. *Fecerat signum alius non auditum, quia illa multiplicatio quæ facta fuit per Eliseum, fuit multum deficiens ab ista, vt patet per prædicta.* (Allegoricè)

6 Dicebant, &c. venturus est in mun. *Ad ipsum saluandum. Sic autem non venerunt alij prophetę, sed solùm ad denunciandum istius aduentum.*

7 Iesus ergo. *Hic ponitur secundus fructus, qui est honoris exhibitio. Christus enim erat promissus rex futurus, secundùm quod habetur Iere. 23. a.* Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, &c. *Et ideò posiquam confessi sunt eum esse Christum, voluerunt consequenter ipsum facere regem. Christus tamen non acceptauit hunc honorem, Et hoc est quod dicitur:* Iesus ergo, cum cognouisset, &c. *In hoc dans exemplum nobis fugiendi honores & acceptandi labores, quia ad passionem quęsitus se obtulit. Si autem quæratur, quare non acceptauit tunc regnum, cum esset suum ex diuina promissione. Dicendum, quod licet esset suum dicto modo, tamen non erat manifestandum, nisi tempore debito. Hoc autem non debuit esse in primo aduentu, ne fides Catholica potentiæ humanæ ascriberetur, sicut lex Mahumeti quæ per potentiam gladij incœpit, & per eam tenetur. Preterea, quia per prophetas erat denunciatus primo venturus ad suscipiendum obiectionem et mortem: Postea autem veniet ad manifestandum regium honorem, propter quod Act. 1. a dicitur apostolis quærentibus,* Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? *Respondit:* Non est vestrum nosse tempora, &c.

8 Vt autem sero. *Hic ponitur tertius fructus miraculi prædicti, qui est sollicita Christi quæstio, & primò ostenditur qualiter quæsitus est à discipulis, secundò à turbis, ibi:* Altera autem. *In prima ergo parte dicitur sic:* Vt autem sero factũ est, discipuli eius descenderunt ad mare, *vt quærerent magistrum suum, quia ab eis recesserat, vt prædictum est. Et patet ex hoc deuotio eorum ad ipsum: quia propter noctem imminentem non dimiserunt quærere eum.*

9 Et cum ascendisset nauim, venerunt, &c. *Id est, voluerunt venire quia credebant illic esse Christum, propter quod subditur:*

10 Et tenebræ iam factæ erant. *Christum enim ex altera parte maris Tyberiadis, vsque ad noctem expectauerunt.*

11 Et non venerat, &c. *Propter quod credebant ipsum mare transisse sine eis.*

12 Mare autem vento magno, &c. *Ex quo patet desiderium eorum essendi cum Christo, quia propter tempestatis periculum non differebant venire ad eum.*

MORALITER.

✝ 7 *Iesus ergo. &c. fu. &c.* Cùm autem quæreretur ad passionem, voluntariè se obtulit & quærentibus se manifestauit, d. ego sum, vt habetur infrà 18. g. per hoc ostendens quòd virtuosus debet esse tardus ad honores, & promptus ad bonos labores. Sic autem fecerunt patres nostri Ambrosius, Augustinus, Gregorius, & alij multi qui dignitates Ecclesiæ refugerunt quantum potuerunt bono modo, & labores fideliter executi sunt & viriliter.

9 *Et cum ascendisset nauim. &c.* Exponatur sicut suprà Matth. 14, & Mar. 6.

✝ *Amen,*

a *Cùm remigassent.* Non sine causa æstimatiuè dicit 25. aut 30. & non affirmatiuè alterum. Quinquies quinque sunt 25. & est quadratus quinarius, significans libros legis, cui deerat perfectio. In senario autem qui constat ex partibus suis, notatur perfectio. Vnde sex diebus fecit omnia Deus, quinque ergo per sexmultiplicantur, vt lex per Euangelium adimpleatur. His ergo qui legem seruāt, incipit apparere Iesus, sed per euangelicam gratiam proximus fit, & calcat fluctus, id est, omnes tumores mundi sub pedibus, & eum præ abundantia mali qui remigant, timent ne deficiant, sed eos cōsolatur Iesus: Ego sum qui hoc prædixi, qui hæc facio quæ necesse est fieri, & ideò nolite timere; quia ecce ego comprimo fluctus. *qui vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*

✠ CYRILLVS. Sic veniet tanquam fur in nocte.

b *Timuerūt.* Quod discipuli qui omniū in ecclesia futurorū figuram gerebant, viso domino super fluctum maris ad se venientem timuerunt, & vt alius euangelista apertiùs dicit phantasma crediderunt eum, mysterio non vacat, quia adhuc hodie multi in ecclesia, cùm audiunt sibi persuaderi, vt præsentia bona & caduca pro æternis quæcunque habendis dimittant, timent & se deceptos credunt, quibus dominus ait: *Nolite timere ego sum.*

✠ THEOPHYLACTVS. Cùm homines vel dæmones nos per timorem nituntur mouere, audiamus Christum dicentem: *Ego sum, nolite timere*, id est, ego semper assisto, & sicut Deus permaneo, & nunquam pertranseo, non perdatis in me fidem pro falsis terroribus. Vides etiam quomodo non in principio periculi Dominus assistit, sed in fine. Permittit namque nos esse in medio periculorum, vt certantes in tribulationibus probatiores fiamus, & vt ad ipsum solum recurramus, qui potens est ex insperatis nos liberare. Cùm enim intellectus humanus sibi prouidere non poterit, tunc salus diuina aduenit.

Gene. 1. d. — † appropinquare naui — † venit. — * illa quam ingressi fuerant discipuli eius. — † nauiculā — † cū gratias egisset dūs — Matt. 28. a — * ipsi — cap. 24. — In hunc locum

(¶ Aduersus ecclesiam. ¶ Non desistebant pro aduersis, qui perseuerauerit vsque in finem salu. erit.)

...gno flante exurgebat. Cùm remigassent ergo quasi stadia vigintiquinque aut tringinta, vident Iesum ambulantem supra mare, & † proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis. Ego sum, nolite timere. Voluerunt ergo eum accipere in nauim, et statim nauis † fuit ad terram quam ibant. † Altera die turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, * & quia non introisset cum discipulis suis Iesus in † nauim, sed soli discipuli eius abijssent. Aliæ verò superuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, † gratias agentes Deo. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt * in nauiculas & venerunt Capharnaum quærentes Iesum. Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? Respondit eis Iesus & dixit:

(Interlinear: ¶ Non seipsis confidentes. — a ¶ Agnoscentes & secure gaudentes. — b ¶ De fluctu ad soliditatem portus, quæ est in æterna pace. — ¶ Vnde venerant discipuli. — ¶ In præcedente vespera. — ¶ Illam. — a ¶ Quibus ipsæ turbæ transportarentur. — ¶ Et adhuc ibidem erant. — ¶ Quia naues habent. — a ¶ Qui non intrauerat nauim. — ¶ Qui intrauerant nauim. — ¶ Qui venerant à Tyberiade. — a ¶ Quia nauem non intrasti. — b ¶ Non ad quæstionem, sed ad intentionem.)

c *Altera die.* Insinuatum est turbæ hoc miraculum, quòd super aquas Iesus ambulasset, quia nō fuerit ibi nisi nauis vna, & in eam non intrauit Iesus cū discipulis, vnde ergo factus esset transitus, nisi super aquas ambulasset?

ALLEGORIC. *Altera die*, id est, post ostensionem Christi stabat in bonis operibus, non iacebat in terrenis expectās Iesum. Vna nauis, Catholica ecclesia, aliæ naues, conuētus eorum qui non sincerè quærunt Iesum, vnde eis dicitur: Quæritis me non propter me, sed propter terrena. Et docentur quomodo debeant quærere.

d *Et cum inuenisse.* Ecce præsens est eis quos fugerat, ne eum regem facerent. Cur ergo fugerat, nisi pro prædicto sacramento? Iterum præsens loquitur eis, vt quorum satiauit ventres, eorum satiet & mentes, dicens, *Amen, amen dico vobis*, docens eos quos doctores instituit, fugere laudem & terrenum imperium, sed tamen insistere prædicationi.

† Postero

NICOLAVS DE LIRA.

1 Cùm remigassent ergo quasi. *Stadium est octaua pars miliaris, & sic patet quòd vigintiquinque stadia faciunt tria miliaria & vnum stadium.*

2 Vident Iesum. *Non quia habuit corpus phantasticum, sicut dicit Manicheus, sed virtute diuina sic ambulauit, quia & Petrum eadem virtute fecit ambulare super aquas, vt habetur Matth. 14. d. qui habuit corpus graue & ponderosum, etiam secundùm Manicheum.*

3 Et timuerunt. *Tum propter aquæ periculum: Tum quia timebant ne esset quid phantasticum, et ideo vtrumque timorem remouet dicens.*

4 Ego sum. *Verè, non phantasticè.*

5 Nolite timere. *Quia possum vos de periculo aquæ eripere.*

6 Voluerunt ergo. *Vt securiores essent ex eius præsentia.*

7 Et statim nauis fuit ad, &c. *Scilicet Capharnaum, & sic apparet ibi triplex miraculum. Primò, quia super aquas ambulauit. Secundò quia tempestatem sedauit. Tertiò in breuissimo tempore fuerunt in portu, à quo multum distabant.*

Solet autem hic quæri vtrum idem sit factum quod hic scribitur, & Matth. 14. Ad hoc dicit Chrysost. quod non. Primò quia ibi dicitur, quòd discipuli ex præcepto Christi nauem intrauerunt, hic dicitur quod propria voluntate hoc fecerunt. Secundò, quia ibi dicitur quod veniens ad eos supra mare intrauit nauem, hic autem dicitur quod voluerunt eū accipere in nauim. Tertiò quia ibi dicitur quòd applicuerunt in terrā Genesar, hic autem dicitur quod applicuerunt in Capharnaum, et ideo dicit quod est aliud et aliud factum, habens tamen similitudinem in multis, nec est mirum, quia Christus frequenter legitur miracula similia fecisse.

AVGVSTINVS *Vero dicit contrarium, quia Mattheus post refectionem turbæ narrat hanc apparitionem Christi suprà mare, sicut hic. Qui vult Aug. sequi, potest obiecta Chrysostomi soluere. Ad primum potest sic dici, quod Christus præcepit apostolis, vt pararent se ad transfretandum, & interim illis ignorantibus ascendit in montē orare, & ipsi expectauerunt eum vsque ad vesperā, & tunc videntes quod non veniret, crediderunt ipsum alibi transisse, propter quod tunc ascenderunt nauem propria voluntate, vt quærerent eum, & sic non est hic contradictio, quia primò Christus præceperat, vt dicit Mattheus, quòd postea ipso absente propria voluntate executi sunt. Ad secundum dicendū, quod Ioannes non negauit Christum nauem intrasse, sed dicit quòd voluerūt eum accipere quando appropinquauit eis, sed tunc non intrauit, sed ibat extra nauem, & Petrus petiit ad ipsū venire super aquas, vt dicit Mattheus, & postea cum Petro intrauit nauem. Ad tertium dicendum, quòd Genesar non est nomen ciuitatis, sed regionis suprà illud mare existētis, & dicitur Genesar quasi generans auram, propter ventum ibidem ex mari generatum, in illa autem regione est ciuitas Capharnaum, & ideò venire in Capharnaum, est venire in terram Genesar. Sicut venire Parisios est venire in terram Franciæ, vel si dicatur quòd Genesar sit villa, dicendum quod erat propè Capharnaum, et in confinio vtriusque applicuerunt, medium autem ab vtroque extremo denominatur.*

Quæstio Ioannis & Matt. concordia.

8 Altera die. *Hic ostenditur qualiter fuit quæsitus à turbis. Multi enim qui viderant & audierant signum factum de panibus, in crastinum venerunt ad locum vbi Iesus fecerat illud signum, & non inuenientes eum venerunt ad alteram partem maris, & ibi inuenerunt eum cum discipulis suis, & quia erant ibi tantum duæ naues, vna in qua ipsi venerant quærentes Iesum, & alia in qua venerant apostoli, & die præcedenti viderant, quod Iesus non intrauerat nauem cum discipulis suis, ideo mirabantur qualiter transisset illud mare, & ideo quærebant:* Rabbi, quando huc venisti. *Alia litera patet ex dictis.*

9 Respondit eis Iesus. *Posito signo de cibo corporali, hic consequenter ponitur doctrina de cibo spirituali, cibus autem spiritualis est ipsum verbum incarnatum ratione principaliter Deitatis, & ex consequenti ratione assumptæ carnis, quæ nobis datur in cibum in sacramento Eucharistiæ, ideo primo agitur de cibo spirituali quod est verbum, secundo de cibo spirituali quod est sacramentum, ibi:* Et panis quem ego dabo. *Prima in duas, quia primo ponitur Christi doctrina, secundo subditur Iudæorum murmuratio maligna, ibi:* Murmurabant. *Prima diuiditur in quatuor, quia primò inuitat eos ad quærendum cibum spiritualē, secundo ostendit veniendi modum, ibi:* Dixerunt ergo. *Tertio ostenditur quid sit iste cibus, ibi:* Dixerunt ergo ad eum, domine semper da nobis. *Quarto qui pertingūt ad fruitionem eius, ibi:* Omne quod dat

Diuisio.

A a *Amen, amen dico vobis.* Postquam de diuinitate sua qua idem est cum patre, tractauit & eodem honore honorandus, & de humanitate sua qua de morte liberat & suscitat grandi honore dignus, vult tractare de cibo vitæ, id est, verbo Dei. Et hæc continuatio quantum ad sententiam. Ad literam verò sic? Vos quæritis me, non propter me, sed propter panes qui pereunt. Ergo operamini, id est, quærite me propter me, non propter aliud. Ipse est enim cibus ille qui permanet in vitam æternã, vt post apertè dicet. Similiter quotidie quærũt multi Iesum, non propter Iesum, sed vt benè sit eis in tempore.

B

(sigillauit, obsignauit) (Cap. 27. Matth. 7.) (Mat. 16. a. Mar. 8. b.)

✠ CYRILLVS. Christus de cœlo descendit iudicaturus, & qui tardè ad eum venient dicentes: *Domine Domine nonne in nomine tuo demonia eiecimus, arguẽtur acerbius.*

C (Cap. 28.)

✠ CYRILLVS. Is videtur seipsum cognouisse, nec ignorasse se animal rationale ad imaginem creatoris productum qui virtutibus inhæret & spirituali vitam peragit lege, illisque qui omnino deditus est, quæ nobis concessa iter ad superos præparant tetigit.

b *Signauit Deus.* Quasi proprio signo à cæteris discreuit, quia qui est filius hominis, est & filius Dei & ideo me nolite contemnere filium hominis, sed petite à me cibum spiritualem.

c *Hoc est opus Dei.* Fides per dilectionem operans, est opus, quia si desit facultas non quæritur, nisi voluntas. Meritò etiam fides quæ per dilectionem operatur, opus dicitur, quæ est initium & finis totius boni. (Gal. 5. a.)

a Amen, amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signã, sed quia manducastis ex panibus & saturati estis: Operãmini non cibũm qui perit, sed qui permanet in vitãm æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pab ter ✝ signãuit Deus. Dixerunt ergo ad eum: Quid faciemus, vt operemur opera Dei? Respondit Iesus, & dixit c eis: Hoc est opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille. d Dixerunt ergo ei: ✝ Quod ergo tu facis signum vt videae mus, & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri mãnducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est: ✝ Panem f de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Iesus: Amen, amen dico vobis, non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis pãnem de cœlo verum.

(a ¶ Quia potuistis me cognoscere. ¶ Id est, non propter spiritum, sed propter carnem, ne oporteat vos laborare. a ¶ Operibus meremini. b ¶ Non panes vt prius. c ¶ Verbum quo viuunt angeli. a ¶ Nullus alius, ipse enim & per sacerdotes vobis dat. b ¶ Verè filius hominis vobis dabit, hinc enim, Vel vtrique possum. a ¶ Pre consortibus suis. b ¶ Quia intellexerunt cibum illum esse opus Dei. c ¶ Quid obseruando hoc preceptum facere poterimus. a ¶ Non hominis, ne quis hoc se putet habere nisi à Deo. ¶ Illud. a ¶ Hic apertè ostendunt se comparare miraculum Moysi miraculo Christi, quasi minori. ¶ Ne paruum quid putes, manna quod Psalmista vocat panem cœli. a ¶ Et si de aëre, non tamen illum de quo viuunt angeli. b ¶ Id est, verbum, quod vertitur in lac dum descendit in carnem.)

D

d *Quod ergo tu.* Audiunt Christum promittentem maiora, id est, cibũ, qui permanet in vitam æternam, quam Moyses qui promisit terram fluentem lac & mel, & huiusmodi tẽporalia, & nondum vident ab eo signa nisi minora. Moyses enim dedit de cœlo panẽ, iste panes hordeaceos, quasi ergo pro minimo habentes quod fecerat qui maiora promittebat, quærunt: *Quod ergo tu facis.* (Exod. 3. b. E Exod. 16. Exod. 16. c.)

F

e *Signum?* Quia ad fidem suam eos inuitabat, quærunt signa quibus inducerẽtur ad credendum: vnde Apostolus, *Iudæi signa quærunt.* (✝ Psal. 77. c. Sap. 16. c. De cõ. dis. 2. ca hæc Moyses. 1. Cor. 1. d.)

f *Dixit ergo.* Quod præferebãt opus Moysi suo operi, ostendit illud esse minus, quia non fuit panis de cœlo, sed tantum figura illius & suum maius, qui est panis de cœlo qui dat vitam, & hic est cibus quem supra dixit permanere in vitam æternam.

☞ Panis

NICOLAVS DE LIRA.

quod dat mihi. *In prima igitur parte dicitur sic:* Respondit eis Iesus. *Vides enim, quod ita solicitè quærebãt eum propter cibum corporalẽ quem eis dederat, & adhuc iterum sperabant habere, arguit eos, dicens.*

1 Amen, amen dico vobis. *Ad credendũ & venerandum. Loquitur pro illis solùm qui male mouebantur, quia multi bona deuotione sequebantur eum, vt predictum est. & aliqui ex mala et carnali intentione, & ideo sequitur.*

2 Sed quia mandu. ex pa. *q. d. Deberetis magis esse soliciti de cibo spirituali quo anima sustentatur, quia melior est cibo carnali, quanto anima est melior corpore, ideo sequitur:*

3 Operamini, &c. qui perma. *Id est, operam date, vt possitis habere cibum spiritualem quia non perit sicut corporalis. Si enim cibus corporalis maneat in propria forma, non nutrit, sed magis nocet corpori. Sed si nutriat, oportet quod à propria natura pereat, & conuertatur in mẽbra. Econuerso autem cibus spiritualis manet et conuertit in seipsum sumentem, quia Deus nos sibi incorporat & non è conuerso, vnde Aug. loquens in persona huius cibi dicit: Cibus sum grandium, non me mutabis in te, sed tu mutaberis in me.*

4 Quem filius homi. *Id est, paratus est dare, quia ad hoc venit in mundum.*

5 Hunc enim pa. signa. *Id est, ad hoc ipsum assignauit, mittendo in mundum propter quod infrà 18. g. dicit:* Ego ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati, & hoc est dare cibum spiritualem.

6 Dixerunt ergo. *Hic consequenter ostenditur modus habendi cibũ hunc, scilicet per veram fidem, per quam homo Deo incorporatur. Et primo circa hoc ponitur Christi instructio, secundò Iudæorum obiectio, ibi:* Dixerunt. *Instructioni verò Christi præmittitur eorum interrogatio, cũ dicitur:* Dixerunt ergo ad eum, *quærendo qualiter possent habere cibum prædictum.*

7 Quid fa. vt ope. opera. *Id est, opus per quod possumus prædictum cibum consequi.*

8 Respõdit Iesus & di. &c. *Per quod hunc cibum poteritis assequi.*

9 Vt credatis, &c. *Quod autem fides hic dicitur opus, videtur esse contra illud quod habetur ad Rom. 4. a. vbi fides distinguitur cõtra opus. Dicendum quod ibi distinguitur contra opera exteriora, hoc autem dicitur opus manens tantum in anima.*

10 Dixerunt, *Hic contra dictum Christi obijciunt dicentes.*

11 Quod ergo tu facis signum, &c. *Q. d. Tu adhuc non fecisti similia Moysi, propter hoc subditur:*

12 Patres nostri mandu. &c. *Q. d. Moyses dedit manna, tu autem panem hordeaceum. Iterum dedit 40. annis, tu autem pauisti nos semel tantum, et subditur responsio:*

13 Amen, amen dico vobis, &c. *Scilicet propriè dicto, quia non de cœlo sidereo et empyreo, sed de cœlo aëreo, quia descendebat, vt ros vel pruina, vt habetur Num. 1. b.*

14 Sed pater meus: *Diuiditur enim verum contra figurale, & ideo manna non fuit propriè panis verus, quia fuit figura panis spiritualis dati in sacramento, & ideo iste est verus panis qui fuit figuratus per illũ. Dicitur etiam de cœlo verè et propriè dicto, quia Christus ratione deitatis de cœlo oritur, id est, de Deo patre, similiter ratione humanitatis, quia anima immediatè à Deo creatur, virtus etiam formatiua corporis fuit virtus spiritussancti, vt supra dictum est, ideo sequitur.*

☞ Panis

MORALITER.

✝ 1 *Amen, amen dico vo.* GREG. Non pro signis dominũ sed pro panibus quærere, est ad officium religionis non pro augendis virtutibus, sed pro requirendis subsidijs temporalibus inhiare.

3 *Operamini non cibum.* CHRYSOS. q. d. vos exquiritis escam temporalem ego autem corpora vestra nutriui, vt per hoc exquireretis illam escam quæ non temporalem, sed æternã tribuit vitam. Hæc autem esca est Christi corpus in Eucharistia, prout patet per literam sequentem, in qua loquitur satis diffusè de sacramento Eucharistiæ, ostendens quid in eo realiter continetur. Vnde infrà eo. ca. dicitur: *Caro mea vere est cibus & sanguis meus vere est potus.* Per quod tollitur error Berengarij, qui dixit Christi corpus in hoc sacramento tanquam in signo contineri, propter quod dictum suum tanquam erroneum reuocauit. In residuo huius cap. non occurrit mihi aliquis sensus mysticus notabilis, ideò sufficiat literalis. (Error Berengarij.)

A a *Panis enim verus.* Angeli purum verbum solidum cibum comedunt, Nos verò verbum, sed in lac versum, quia si non possumus comedere, possumus sugere. Nisi enim incarnaretur, à nobis non cognosceretur, à nobis non gustaretur.

In 6.c.Ioã. ✠ THEOPHYLACTVS. Seipsum dicit panem verum, quia principale significatum per Manna, est vnigenitus Dei filius homo factus. Mãna namquè interpretatur, quid est hoc, nã Iudæi videntes stupefacti, vnus ad aliũ dicebat, quid est hoc? Filius autẽ Dei factus homo, ipse est potissimũ admiratiuũ Manna, ita vt cuilibet contingat quærere, quid est hoc? quomodo filius Dei filius hominis est? quomodo ex duabus naturis vna fit persona?

b *Dat vitã mũdo.*

In c.6.Ioã. ✠ THEOPHYL. Hic panis vita secundum naturam existens vtpote viuentis patris filius facit quod sibi propriũ est. Viuificat enim omnia. Sicut enim panis ex terra infirmã naturã carnis cõseruat, sic & Christus per spiritus operationes viuificat animam, & etiam corpus incorruptibile facit: Nam per eius resurrectionem corporalis confertur incorruptio. Et ideo dicit, *quod dat vitam mundo.*

Sup. 4. b. c *Domine semper, etc.* Sicut mulier Samaritana audiens: *Qui biberit de hac aqua, non sitiet in æternum,* secundum corpus accepit, & tamen labore & indigentia carere volens, dixit: *Da mihi hanc aquam,* sic isti quærunt panem qui eos reficiat, & nunquam deficiat, propter quod eum regem facere voluerunt. Sed Iesus ad se reuocat, & quem panem dixit, euidentiùs aperit, *Ego sum panis vitæ.* Potero dare vitam, quia sum panis viuificans, igne spiritussancti in clibano vteri virginalis coctus & formatus, & mundo ad pellendum famem ignorantiæ Dei donatus.

Hõ. 44. in Ioan.to.3. d *Ego sum panis vitæ.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Neque hoc de corpore eius dictum est; de illo enim in fine dicit: *Panis quem ego dabo caro mea est.* Sed iterum de diuinitate loquitur. Etenim illa propter Deum verbum panis est, quemadmodũ hic panis propter aduenientem ei spiritum panis cælestis efficitur.

In 6.c.Ioã. ✠ THEOPHYLACTVS. Non dixit, ego sum panis nutrimenti, sed vitę. Quia enim cuncta mortificata erant, viuificauit nos Christus per seipsum. Est autem panis non consuetæ vitæ, sed illius quæ morte non resecatur.

¶ Cor iustificans. ¶ Dum homo fit. ¶ Quod non manna.

a b Panis enim † verus est qui de cœlo descendit, & dat vitam 1 2
c mundo. Dixerunt ergo ad eum: Domine, semper da nobis 3
d panem hunc. Dixit autem eis Iesus: Ego sum panis vitæ, qui 4

a ¶ Hoc est, qui credit in me & comedit me.
¶ Idem est non sitire, vtroque enim significatur ęterna sacietas.

venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet † in 5 6 7

a ¶ Ego sum panis reficiens quem vos pręsentem habetis, & non manducatis credendo.
b ¶ Sed si vos non creditis, non ideo inutiliter veni, non ideo alios perdo, sed venientes recipio

e æternum. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. 8

a ¶ Per fidem mihi vnitur. b ¶ Passibus fide & bonæ operationis.

f Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit 9 10

a ¶ Factus sum homo, vt humilem Deum sequatur ille quem pudet sequi humilem hominem.

g h ad me non eijciam foras, quia descendi de cœlo, non vt fa- 11 12

¶ Hominis. ¶ Dei patris.

i ciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. 13 14
Hæc est † enim voluntas eius qui misit me patris, vt omne 15 16

† Dei. † autem. † vnquam.

e *Sed dixi vo.* Q.d. Non dixi de hoc pane, qui sciã vos esse satiãdos, sed ad improperiũ vestræ infidelitatis, quia videtis & nõ creditis.

f *Omne quod dat mihi pater, &c.* Id est, quæcunque pater trahit ad me, pater dat filio. Pater trahit ad filium illos qui ideo credũt in filiũ, quia credũt eum patrem habere Deum.

Hom.44.in Ioan.to.3. ✠ CHRYSOSTOMVS. Per hoc quod dicit: *Quod dat mihi pater,* ostẽdit quoniã non cõtingens res est credere in Christum, neque cogitationibus humanis perficitur, sed ea quæ desuper reuelatione indiget, etiam anima deuota suscipiente reuelationem. Vnde non sunt ab accusatione eruti, quibus nec dat Pater: indigemus & ea quæ ex nobis est voluntate ad credendum.

Nota de libero arbitrio contra hæreticos.

g *Veniet.* Mihi vnitur humilis humili, & ideò nõ foras eijcitur, quod est tantum superbi, qui nihil habet in bono interiori, neque hic neque in futuro.

Matt.25.b. h *Et eum qui venit ad me nõ eijciam foras, quia descendi de cœlo, etc.* Sed intus manebit in secreto beatitudinis, vnde dicitur: *Intra in gaudium domini tui.*, ideo non eijciam foras mihi hærentẽ humilem, quia veni facere voluntatem non meã, sed patris, Superbus suam voluntatem facit, non Dei: humilis Dei non suam, quod est, quia humilis sum docens humilitatem, ideo qui mihi hæret humilis fit, & faciet non suam voluntatem, sed Dei, & ideo non est eius foras eijci, sicut superbi.

i *Hæc est enim voluntas eius qui misit me patris, etc.* Non est voluntas Dei vt pereat vnus de pusillis, de tumentibus perit, de pusillis nihil.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Panis enim verus est qui de cœlo descendit. *Modo dicto.*

2 Et dat vitam mundo. *Effectus enim veri panis est vitam conseruare, ideo ille est verus panis spiritualis, qui dat & conseruat vitam spiritualem, hoc autem competit verbo incarnato, propter quod dicit infra:* Ego veni vt vitam habeant, &c.

Infrà 19.b.

3 Dixerunt ergo ad eum, *Hic ostendit quid sit iste panis spiritualis. Iudęi enim audientes bonitatem huius cibi, dixerunt.*

4 Domine semper da nobis. *Volebant de cętero esse refecti sine esurie & labore, sicut de muliere Samaritana dictum fuit 4. b. quę petit à Christo:* Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam, &c. *veruntamen sicut illa non intelligebat conditionem aquæ spiritualis, sic nec isti de pane spirituali, & ideo Iesus ostendit eis quid sit iste panis dicens:*

5 Ego sum panis. *Qui non solùm vitam conseruat, sed etiam dat ipsam de nouo, panis autem corporalis vitam corporalem præexistentem tantummodo prolongat, ideo sequitur.*

6 Qui venit ad me. *Per fidem formatam charitate.*

7 Non esuriet, & qui credit in me, non sitiet in æternum, *Quia licet habens Deum quem habet per gratiam, desideret habere plenius per gloriam, tamen non desiderat rem non habitam. Cibus autem & potus corporalis est contrariæ conditionis, quia habitus in plenitudine in fastidium vertitur. Sed quia possent Iudęi dicere, nos petimus à te panem istum & tu non respondes, dabo vel non dabo, ideo ad hoc respondet dicens:*

8 Sed dixi vobis. *Scilicet quod ego sum panis vitæ.*

9 Quia & vidistis me. *Et sic habebitis hunc panem in pręsentia vestra quem paratus sum dare.*

10 Et non creditis. *In hunc panem & non quęritis, sed magis panẽ corporalem.*

11 Omne quod dat mihi pater. *Hic consequenter ostendit qui sunt illi qui fruuntur hoc pane, quia illi qui habent gratiam in pręsenti, fruũtur imperfectè, in gloria autem fruentur perfectè, & hoc est quod dicitur:* Omne quod dat mihi pater, *id est, facit mihi pater adhærere non solum secundum præsentem iustitiam, sed etiam secundum ęternam prædestinationem.*

12 Ad me veniet, *Per fidem formatam.*

13 Et eum qui. *Hoc modo.*

14 Non eijciam foras. *Quia omnis prædestinatus finaliter saluatur. Cuius causa subditur:*

15 Quia descendi de cœlo, &c. sed voluntatem eius qui misit me. *Non est per hoc intelligendum, quod voluntas Christi in aliquo discordet à voluntate patris, quia secundum naturam diuinam eadem omninò est voluntas patris & filij. Similiter secundùm naturam humanam voluntas eius non poterat à voluntate diuina discordare, cum anima Christi esset coniuncta verbo, non solùm per fruitionem, sed per realem vnionem, & sic voluntas Christi nullo modo poterat à volũtate patris discrepare. Et ideo facere voluntatem patris & suam, est idem secundùm rem & è conuerso. Quando ergo dicit:* Descẽdi de cœlo non &c. *Est communis modus loquendi apud homines, illius qui omninò sequitur voluntatem alterius. Et est sensus:* Descendi de cœlo, &c. *ac si diceret: Non veni ad declinandum in aliquo à voluntate patris, & per consequens veni ad perficiendum salutem electorum, quia hæc est voluntas patris, ipsos prędestinantis, ideo sequitur:*

16 Hæc est enim voluntas eius qui misit me patris, vt non, &c. *Non solùm secundùm præsentem iustitiam, sed etiam secundùm æternam prædestinationem.*

a *Non perdam ex eo, sed resuscitem illud, &c.* Id est, quia videt me & credit in me, qui sum vita sicut & pater, & ideo modo habet vitam quæ non est ei sola, sed & resuscitabo eum.

b *Vt omnis qui.* Suprà dicebat: *Qui audit verbum meum & credit ei qui me misit*, hic dicitur: *Qui videt filium & credit in eum.* Non dicit: Qui credit in patrem, quia hoc est credere in filium quod & in patrem, quia sicut pater habet vitam in semetipso, sic & filius habet vitam in semetipso.

c *Murmurabant ergo Iudæi de illo.* Nescientes hūc panem, nec patrem eius cœlestem, quia inflati de sua iusticia in qua de viribus suis præsumunt, iusticiā Dei quæ de cœlo venit, non esuriunt.

d *Nolite murmurare.* Quasi non sim panis qui de cœlo descendi, quia verè sum, sed nemo potest venire ad me nisi à patre tractus, & ideo vos non creditis me esse patrem, quia non estis tracti à patre.

e *Nemo potest venire ad me.* Alibi dicitur: *Nemo cognouit patrem nisi per filium*, quod contrarium videtur huic dicto: *Nemo potest venire ad me.* Sed non est, quia pater reuelat, trahit, &c. per filium.

f *Nisi pater.* AVGVST. Illum pater trahit ad filium, qui ideò credit in filium, quia cogitat patrem eius esse Deum, id est, qui credit æqualem patri genitum. Tractio hæc non est violentiæ, nec necessitatis, nec est inuiti, sed voluntatis & desiderij, vnde dicitur: *Trahit sua quemque voluptas.* Si ergo in his in quibus non est vera dilectio, trahitur homo amore & desiderio, quanto magis trahitur aliquis vehementi delectatione, cui pater reuelat panem qui est vita & beatitudo & omne bonum? In quo commendatur magna gratia.

g *Et ego resuscitabo, &c.* Ego æqualis patri faciam eum videre quod credit, manducare quod esurit, habere quod amauit & desiderauit, quod non potest esse in præsenti, vbi tantum trahitur.

h *Et scriptum.* Verè nemo venit ad me nisi pater docuerit, quia ita testantur prophetiæ. Omnes homines regni illius, id est, Christianæ fidei: *erunt docibiles Dei*, quia etsi homines foris loquuntur, tamen Deus solus intus sensum aperit, intus instruit veritatis cognitione & amore, ita quicūque audit & discit à patre, venit ad me, Et ne quis excuset, se dicēs, Nunquā vidi patrem, quomodo disco ab eo? Subdit non quia pater visibilis sit alicui, & tamen nemo credit nisi ipse docuerit, quomodo ergo docet? Dum audis verbum eius, id est, mei, dum ego homo verbum eius coæternū, factus homo vobis loquor, & hoc est, Is qui est à Deo, id est, filius vidit patrem, nouit & vos docet, & ideo me audite.

i *In prophetis.* Prophetis, dicit pluraliter, quia omnes prophetæ vno & eodem spiritu repleti, licet diuersa prophetarant, tamen ad idem tendebāt, quapropter cum quouis eorum omnes alij concordabant, sicut in Ioel, qui dicit: *Et erunt omnes docibiles Dei.*

Margin: †Mat. 13. Mar. 6. a. Luc. 4. d. — †inter vos — Trac. 26. in Ioa. tom. 9 — Virgilius Buc. eglo 2

[Text:]
a ¶ Datus est ei tantum humilis in quo fit prima resurrectio. ¶ Ecce secunda resurrectio.
quod dedit mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in nouissimo die. Hæc est autem voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Et dicebant: † Nónne hic est * filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis: Nolite murmurare † in inuicem. Nemo potest venire ad me nisi pater qui misit me, traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. † Est scriptum in prophetis:

[Interlinear glosses:] a ¶ Per me mediatorem vult pater dare credentibus vtramque vitam. — a ¶ Credendo in eum & transeundo in vitam. — a ¶ Ignominiose indignantes, & eius opprobria quærentes in humilitate generis eius offendunt. — a ¶ Christi. ¶ Sed non cœlestem. — a ¶ Quem nil latet, qui abscondita cordium intuetur. — a ¶ Credere in me, nisi gratia eum præuenerit, nisi pater reuelauerit, quę reuelatio est attractio. ¶ Panis.

Margin: * Iesus — † Isa. 54. d. Iere. 3. c — De prędest. Sanctorū ca. 8. to. 7.

✠ AVGVSTINVS. Omnes docibiles Dei veniunt ad filium, quoniam audierunt & didicerunt à patre per filium. Si autem omnis qui audiuit à patre & didicit, venit: Profectò omnis qui non venit, non audit à patre, nec didicit. Valdè remota est à sensibus carnis hæc schola, in qua pater auditur & docet, vt veniatur ad filium, nec agit hoc cum carnis aure, sed cordis, vbi est & ipse filius, quia ipse est verbum eius, per quod pater sic docet, simul est & spiritussanctus. Inseparabilia enim didicimus esse opera Trinitatis, sed patri ideò hoc est attributum, quia de ipso procedit & Filius & Spiritussanctus. Itaque gratia quæ occultè & humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo corde duro respuitur, ideò quippe tribuitur, vt cordis duritia primitus auferatur.

☞ Omnis

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non per. ex eo. *Quia si talis aliquando cadit in peccatum, finaliter tamen resurgit.*

2 Sed resuscitem illud. *Vt corpore & anima perfruatur in gloria*

3 In nouissimo. *Homines enim resurgent ad vitam incorruptibilem, & ideo post illam resurrectionem non erit in natura humana generatio & corruptio, nec per consequens in alijs creaturis corruptibilibus quæ sunt propter hominem, & per consequens tunc cessabit motus cœli, qui ordinatur ad complendum numerum electorum per generationem, & sic cessabit tempus quod sequitur motum cœli, vt habetur 4. Physicorum propter hoc dicitur Apoc. 10. b.* Iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quia tempus amplius non erit. *Et patet ex dictis, quod nouissimus dies erit dies resurrectionis generalis. Et quia illa resurrectio ordinatur ad hoc quod electi sint perfectè beati, ideò sequitur:*

4 Hæc est autem voluntas patris, &c. vt omnis. *Sed non accipitur hic visio per essentiam, cum non stet cum actu credendi, sed accipitur pro cognitione fidei formata, ideò sequitur:*

5 Et credit in eum. *Tendendo in ipsum per dilectionem.*

6 Habeat vitam æternam: *Si perseueret, quod est infallibiliter verum in prędestinatis, de quibus loquitur, vt patet ex prędictis, ideò sequitur:*

7 Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. *Exponatur vt prius.*

8 Murmurabant. *Posita Christi doctrina de spirituali cibo, hic ponitur in contrarium Iudęorum murmuratio. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur hęc murmuratio, secundò, eius sedatio subditur ibi:* Respondit ergo Iesus. *Circa primùm sciendum, quod Iudæi credebant Christum esse hominem purum & de semine Ioseph ex Maria conceptum, ignorantes ipsum formatum virtute spiritussancti, & ideò murmurabant de hoc quod dixerat:* Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi, &c. *patet litera.*

9 Respondit ergo Iesus, & dixit eis. *Hic ponitur murmuris sedatio. Et diuiditur in tres, quia primò admonitio ponitur, secundò causa murmuris subditur, ibi:* Nemo potest. *Tertio ratio dicti, propter quod murmurabant, redditur, ibi:* Amen, amen dico vobis. *In prima ergo parte admonet eos dicens:*

10 Nolite murmurare. *Quia patres eorum in deserto fuerunt grauiter puniti propter murmurationem, & ideò hæc admonitio Christi est salubris, ne cadant in consimilem pœnam.*

11 Nemo potest venire ad me, &c. *Hic ostenditur causa prędictæ murmurationis, non enim causabatur ex verborum Christi falsitate, cū essent verissima, sed ex Iudæorum incredulitate, & hoc est quod dicitur:* Nemo potest venire, &c. *Per fidem formatam.*

12 Nisi pater. *Nihil enim potest ascendere ad id quod est suprà naturam suam, nisi ab alio trahatur. Sicut lapis non potest sursum ascendere, nisi per motum alterius, fides enim formata charitate trahit quodammodo homines ad naturam diuinam, secundùm illud 2. Pet. 1. a.* Magna & preciosa promissa donauit vobis, vt per hoc efficiamini consortes diuinæ naturæ, *& ideo tale donum non potest homo consequi nisi à Deo trahatur. Iudæi autem non sic erant tracti, ideò murmurabant de verbis Christi. Illi autem qui à patre trahuntur ad filium per fidem formatam consequuntur æternam vitam, ideo sequitur:*

13 Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. *Quia anima non est ad plenum beata donec fuerit corpori reunita, & quia prędictus tractus est per diuinam inspirationem, ideo hoc ostendit per scripturam d.* Est scriptum in prophetis.

Margin: Diuisio. — Diuisio.

Et

a *Omnis qui aud. à pat. & did. venit ad me.* ✠ AVGVSTIN. Ecce quomodo trahit pater docendo de veritate, non necessitatem imponendo, trahere enim Dei est. Quid igitur Christus non docuit, quid quod patrem magistrum homines non viderunt, filium viderunt? Filius ergo dicebat, sed pater docebat. Si ego homo cum sim, illum doceo qui audiuit verbum meum, illum docet & pater qui audiuit verbum eius.

Trac.26.in Ioa.tom.9

† Dociles Dei, vel docti à De

b *Non quia patrem. &c.* Id est ego noui patrem, quia ab illo sum, & ideò credite, quia qui credit in me habet vitam æternam. Potuit dicere, habet me, sed reuelat quod ipse sit vita æterna, quia verbum est vita hominum quod & carni suæ quam susceperat, cui interuenit mors vt mortem tolleret, dat vitam in resurrectione: & alijs credentibus in se.

†De c6.di. 2.Christus & c.omnia

c *Ego sum panis vitæ. Patres ve.* Manna de quo superbitis, patribus murmuratoribus quorum estis filij, murmurando non fuit panis vitæ, quia non intellexerunt in eo spiritualem cibum, sic & vos qui me auditis, non spiritualiter intelligitis. Vixit autem Moyses & alij electi de manna, quia spiritualiter manducauerũt. Sic & qui modo verba mea spiritualiter accipiunt. *Ego sum panis vitæ.* Ecce sacramentum verbis tegit, vt Iudæi & etiam aliqui discipuli non credentes verbis illius magis scandalizentur, & humiles apostoli humiliter credentes probentur, vnde Petrus: *Verba vitę ęternę habes.*

d *Et panis quem.* Quomodo sit panis determinat non solùm secundum verbum quo viuunt omnia, sed etiam secundùm carnem assumptam pro mundi vita. Humana enim caro quæ erat peccato obnoxia, & ideò mortua, carni eius mundæ vnita, incorporata, vnum cum illo effecta, viuit de spiritu eius, sicut viuit corpus de suo spiritu: qui verò non est de corpore Christi, non viuit de spiritu Christi. Quia autem Iudæi non erant huius vnitatis, litigabant, nec talibus exponitur quomodo dominus carnem suam det ad manducandum, sed audiuit, vnde magis moueantur.

* ego.

†De pa.di. 4.c.benedictus.

† quis ex ipso edat & nõ moriatur.

In hûc lo.

e *Caro mea est pro.* ✠ BEDA. Hunc panem tunc dominus dedit quando mysterium corporis & sanguinis sui discipulis tradidit, & quando seipsum Deo patri obtulit in ara crucis, *Panis quem eg. da.*

* quam ego dabo.

✠ THEOPHYLACTVS. Attende quod panis qui in mysterijs à nobis assumitur non solum figuram gerit carnis Christi sed ipse vera caro Christi; non enim dixit: Panis quem ego dabo figuram carnis meæ gerit, sed caro mea est. Transmutatur autem inenarrabilibus verbis iste panis per mysticam benedictionem & habitationem spiritus sancti in carnem Christi. Sed quare non videmus carnem? Quia si caro videretur, horror nos in eius assumptione inuaderet: Nunc autem condescendente domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualibus alioquin assueti sumus.

In hûc lo.

Demonstratio ad sacramentarios.

a ¶ Qui facile doceantur à Deo. ¶ Quod non Iudæi. ¶ Quod est trahi à patre.

a Et erunt omnes † dócibiles Dei. Omnis * qui audiuit à pa- 1 2
b tre & didicit, venit ad me. Non quia patrem vidit quisquam 3
nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem. † Amen amen dico vobis, 4

¶ Quia. ¶ Qui pasco donec pastos iungam vitæ.

c qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ, 5 6

a ¶ Non morte carnali communi cum Moyse & alijs, sed morte spirituali.

Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui 7

¶ Id est in hoc loco panis vel demonstratiuè dicit. ¶ Quem manna significauit.

sunt. Hic est panis de cœlo descendens, vt † si quis ex ipso

a ¶ Intus in corde intelligendo & amando. b ¶ Spiritu. ¶ Et ideo viuus, quia de cœlo descend.

manducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in

¶ Non tantum in præsenti per iustitiam.

d æternum. † Et panis quem ego dabo, caro mea est * pro mundi 8
e 9

d *Et pa.* ☞ ✠ AVGVS.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et erunt omnes docibiles Dei. *Id est, docti à Deo. Sententia enim huius dicitur Esa.54 d.* Po. omnes fi. tuos doctos à domino. *& Hiere. 3.e.* Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascent vos sciẽtia & doctrina. *Et est eadem sententia cum illa quæ hic à Saluatore exprimitur. Christus enim & apostoli non semper allegauerunt scripturam de verbo ad verbum, sed sufficit eis accipere sententiam. Cuius autem efficacia sit diuina inspiratio ostendit dicens:*

2 Omnis qui. *Prædictas inspirationes percipiendo,*

3 Et didicit. *Eas sequendo.*

4 Venit ad me. *Per fidem formatam in præsenti, & per gloriam in futuro. Et quia Deus pater docet hominem non apparendo visibiliter sicut homo, vel sicut angelus in corpore ab eo moto, vel sicut Dei filius in corpore sibi vnito, ideo sequitur:*

5 Non quia patrem, &c. *Scilicet filius, quia naturaliter procedit à patre. Notandum, quod per hanc dictionem quisquam, potest intelligi natura humana, & sic verum est, quod nullus homo ante Christum vidit patrem, nisi forte in quodam raptu, sicut Moyses, sed talis visio non erat similis visioni Christi, qui ab instanti suę conceptionis vidit diuinam essentiam per modum habitus permanentis, & vtens sensibus corporis. Si autem per ly* quisquam, *excluditur omnis creatura, sic intelligitur, quod sequitur de filio secundum diuinam naturam, & de visione comprehensionis, quæ competit soli Deo, per hoc autem quod dictio exclusiua ibi adiungitur filio, non excluditur pater vel spiritussanctus, quorum est vna simplex visio. Dictio enim exclusiua addita vni personæ respectu termini essentialis, non excludit aliam personam vt diffusius declaratur 1. Sententiarum.*

6 Amen amen dico vobis. *Repressa Iudęorum murmuratione saluator reddit causam eius quod dixerat:* Ego sum pa. &c. *Quasi satisfaciens eorum quæstioni. Et quod illud dictum sit verum arguit. Ille est verus panis vitę & de cœlo descendens, qui potest præseruare à morte & dare vitam æternam & cælestem: talis panis est verbum incarnatum, non autem panis datus à Moyse in deserto, quia omnes qui manducauerunt ex illo mortui sunt; ergo, &c. & hoc est quod dicitur:* Amen amen dico vobis, &c. *Per fidem formatam.*

7 Habet vitam æternam. *Quę virtualiter in gratia continetur. Alia litera patet ex dictis.*

8 Et panis quem, &c. *Postquam egit de pane spirituali qui est verbum, hic consequenter agit de pane spirituali qui est sacramentum. Et diuiditur in duas partes, quia circa hoc primo ponitur doctrina Christi, secundo, exponitur, quia videbatur obscura, ibi:* Multi autem audientes. *Prima in duas, quia primò ostenditur propositum, secundò probatur quoddam suppositum, ibi:* Qui manducat. *Prima in tres, quia primò saluator docet huius sacramenti qualitatem, secundò ipsius necessitatem, ibi:* Litigabant. *Tertiò eius veritatem, ibi:* Caro mea, &c. *Circa primum sciendum, quod in sacramento eucharistię continetur ipsum verbum incarnatum, & ideò ostendens qualitatem huius sacramenti quatuor tangit. Primum est illud quod est ibi sacramentum tantum, scilicet species panis, cum dicit:* Et panis, *Secundùm est auctor huius sacramenti, qui est ipse Christus sacerdos summus. Sacerdos autem qui est minister huius sacramenti tantummodo profert verba non in propria persona, sed in persona Christi, in alijs autem sacramentis vtitur minister verbis suis, vel verbis ecclesię, quibus exprimitur actus quem facit, vt in baptismo patet, cum dicitur:* Ego baptizo te. *Sed in sacramento eucharistiæ solùm refert verba Christi, cum dicitur:* Qui pridie quam pateretur, &c. *Et sequuntur postea verba Christi consecrationem efficientia, & hoc notatur cum dicitur:* Quem ego dabo, *Tertium est res significata & contenta, scilicet verum corpus Christi, cum dicitur:* Caro mea est. *Et accipitur hic caro prout distinguitur contra animam & sanguinem, quia licet sub specie panis sit anima & sanguis, hoc tamen non est ex virtute sacramenti, sed ex concomitantia reali, sicut & ipsa diuinitas. Quartum est res non contenta sed tantum significata, scilicet corpus Christi mysticum quod coniungitur capiti per charitatem. Hoc autem sacramentum dicitur sacramentum amoris, ideò dicitur.*

Diuisio.

Quatuor in sacramẽto Eucharistiæ.

9 Pro mun. *Sicut enim vita naturalis est in membris, eo quod vniũtur capiti à quo recipiunt influentiam sensus & motus. Sic infidelibus qui sunt membra Christi, vita spiritualis conseruatur, eo quod vniuntur capiti Christo per sacramentum amoris. Considerandum etiam, quod benè dicit,* mundi, *quia alia sacramenta solùm proficiunt ipsi recipienti, solus enim baptizatus recipit gratiam baptismalem & non alij: Sacramentum autem eucharistię non solùm proficit sacerdoti sumenti sed etiam toti ecclesiæ, & illis qui sunt in purgatorio. Cuius ratio est, quia eucharistia non tantum est sacramentum, sed est ecclesiæ sacrificium, inquantum continet Christum passum, & ideò proficit omnibus Christi fidelibus. Si autem sumatur alio modo sicut à laico, tunc proficit solùm sumenti, quia officium eius non est offerre sacrificium, sed tantum sumere sacramentum.*

Litiga.

vita. † Litigabant ergo Iudęi ad inuicem dicentes: Quômodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?

a ¶ Quia vsque modo non fecit mentionem de sumptione sacramenti altaris.

Dixit ergo eis Iesus: Amen amen dicô vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non † hâbebitis vitam in vobis. † Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, hâbet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Câro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me mânet, & ego in illo. Sicût misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis qui de cœlo descendit, non sicut mâducauerût patres vestri manna

a ¶ Et si ignoretis quis modus sit dandi vel manducandi, tamen nisi.
a ¶ Sine hac vita potest haberi temporalis, sed non æterna.
b ¶ Ne autem de hac vita intelligerent, & inde litigarent, subdit: Qui mandu.car.
a ¶ Secundum spiritum, nec caro eius fraudabitur ea suo tempore.
b ¶ Hoc dicit ne quis putet manducantem, non mori corpore.
a ¶ Id est, societas sanctorum, vbi pax & vnitas erit perfecta.
a ¶ Hoc signum manducationis, illi edunt accedendo ad meam carnem, qui non relinquunt vnitatem.
a ¶ Sic viuet, quia sicut ego homo viuo propter patrem viuum cui vnior, sic qui me manducat & mihi vnitur, viuit ex me.
¶ Non sic morientur in anima qui me cœlestem panem digne manducant sicut patres vestri in deserto manna, mand. & mortui sunt.

Tract. 26. in Ioan. to. 9. — † Decertabant. — † habetis — 1. Cor. 11. f. — † De cô. di. 2. c. inuitat dominus.

A ☞ ✠ AVGVSTINVS. Quando caperet caro, quòd dixit panem, carnem. Norunt autem fideles corpus Christus, si corpus Christi esse non negligant, fiant corpus Christi si volunt viuere de spiritu Christi: De spiritu enim Christi non viuit nisi corpus Christi: Nunquid enim corpus meum viuit de spiritu tuo? Hunc panem exponit Apostolus dicens: *Vnum corpus multi sumus.* O Sacramentum pietatis! ô signum vnitatis! ô vinculum charitatis! Qui vult viuere, accedat: credat, B incorporetur vt viuificetur.

a *Nisi manducaueritis carnem, etc.* AVGVSTINVS. Hunc cibum & potum societatem vult intelligere corporis & membrorû suorum, quod est ecclesia in prædestinatis, quod iam factum est & in vocatis & iustificatis, quod factum est & C fit & fiet in glorificatis, quod nunc est in spe, fiet in re. Huius rei sacramentum id est, vnitatis corporis Christi, alibi quotidie, alibi certis diebus fit, & sumitur alijs in vitam, alijs in mortem. Res verò huius sacramenti omnibus est in vitam sumentibus, nulli ad mortem, id est, vnitas sanctorum. Vnde corpus & sanguis in his rebus commendatur, quæ ex multis in vnum rediguntur, vt ex multis granis vnus panis fit, & ex multis acinis vinum confluit.

b *Qui manducat meam.* Exponunt quidam sancti de comestione altaris, & bene dicunt, sed quærunt quomodo fiat in vitam æternam, cum quidam ad mortem, vt dicit Apostolus. Si quis comedit in altari cum hac comestione de qua agit hic, scilicet, cum fide operante & dilectione, hic comedit in vitam æternam. Si quis verò aliter, in mortem.

c *Caro enim.* Verè viuet anima & corpus ex hoc cibo quia *caro mea verè est cibus.* Qui solus facit immortales, vt neque esurient neque sitient, alius cibus hoc non prętat, etiam si in eo hoc appetatur.

D E d *Qui mandu.* Iam exponit quomodo fiat quod dixit, & quid sit manducare carnem, & bibere sanguinem, hoc est manere in Christo, & Christum habere in se manentem. Qui verò non manet in Christo, & in quo nô manet Christus, non manducat spiritualiter, & sic sacramentum sibi sumit in iudicium corporaliter.

F e *Sicut misit me viuens pater & ego viuo propter patrem, & qui manducat me.* Me equalem sibi misit, id est, hominem fecit, & inde est vt ad eum referam vitam meam quasi ad maiorem.

f *Et ipse vi.* Vt viuam ex patre, mea exinanitio facit, vt homo viuat ex me, participatio facit quæ me manducat.

g *Hic est panis.* Et ita constat, quod hic est verè panis de cœlo, non manna, quia illud manducantes patres vobis similes ☞ mortui

NICOLAVS DE LIRA.

1 Litiga. *Hic consequenter ostenditur, huius sacramenti necessitas Iudæi enim rudes prædicta verba Christi audientes, reputabant ea inutilia & impossibilia, ideo ostendit necessitatem huius sacramenti dicens:*

2 Nisi manducaueritis. *Sicut enim in vita corporali cibus est necessarius ad vitam conseruandam, ita in vita spirituali hoc sacramentum est necessarium. quia est vitæ spiritualis conseruatiuum, quia sicut baptismus est quędam spiritualis generatio, ita eucharistia est quędam spiritualis nutritio.*

Côtra Boemos. 3 Et biberitis eius. *Non est intelligendum, quod hoc sacramentum sub vtraque specie sit fidelibus exhibendum, sed tantum hoc modo à sacerdote sumendum licet in primitiua ecclesia populus sub vtraque specie communicaret, tamen postea prouide ordinatum est, vt non communicet sub specie vini, propter periculum effusionis, & quia sub specie panis accipitur quodammodo sanguis, inquantum ibi continetur, vt prędictum est, quia sub vtraque specie est totus Christus, aliter tamen & aliter. Quia sub specie panis est vera caro Christi, ex virtute sacramenti, cętera verò sunt ibi ex concomitantia. Et eodem modo sub specie vini est sanguis Christi ex vi sacramenti, cętera ex concomitantia. Notandum* Côtra Grecos. *quod ex hoc quod dicitur hic:* Nisi mandu. &c. *Dicût Græci, quod hoc sacramentum est tantæ necessitatis, quod pueris debet dari sicut baptismus, quod est falsum, quia in sumête hoc sacramentum requiritur actualis deuotio & reuerentia, quæ non sunt in pueris, et ideo verbum quod importat pręceptum, tantummodo intelligitur de adultis, quibus necessarium est ad salutem hoc sacramentum eucharistię accipere, saltem in voto, si non possit haberi in re.*

4 Qui man. *Hic consequenter ostenditur huius sacramenti vtilitas, quæ est augmentatio in vita spirituali. Sicut cibus corporalis non solummodo nutrit & conseruat vitam, sed deducit ad perfectam quantitatem, sic hoc sacramentum perducit hominem ad consummationem gratię quæ est gloria ęterna, & hoc est quod dicitur:* Qui manducat carnem meam. *Non tantum sacramentaliter, sed etiam spiritualiter percipiens effectum sacramenti.*

5 Habet vi. *Quia habet Deum inhabitantem, qui est vita ęterna.*

6 Et ego re. *Vt participatio huius vitæ ad corpus per animam deriuetur.*

7 Caro enim mea. *Hic ostenditur huius sacramenti veritas. Christus enim frequenter parabolicè discipulis suis loquebatur, & ideo ne crederent, quod caro eius contineretur in sacramento eucharistię tantummodo sicut in signo, ideo hoc remouet, di.* Caro mea verè. *Quia hic sumitur realiter, & non figuratiuè, & eodem modo est de sanguine sub specie vini ideo subdit:* Et sanguis meus. *Dicitur etiam Caro Christi verè cibus, & sanguis eius verè potus, quia reficiunt animam quæ est immortalis. Cibus autem corporalis tantum reficit corpus quod est corruptibile.*

8 Qui mandu. *Hic probat quoddam suppositum, dixerat enim quod manducatio carnis eius dat vitam, istud probat hic, quia illud per quod aliquis vnitur principio viuificatiuo, illud dat vitam, hoc patet in vita corporali; per hoc autem sacramentum homo vnitur Christo qui est principium vitæ spiritualis, ergo, &c. & hoc est quod dicitur:* Qui man. car. meam, & bi. &c. *Id est, vnitur mihi.*

9 Et ego in il. *Quia per charitatem amans est in amato & econuerso.*

10 Sicut misit me vi. pa. *Quia est vita per essentiam.*

11 Et ego viuo, &c. *Filius enim inquantum homo viuit propter patrem, sed aliter; quia secundùm quod Deus, viuit propter patrem inquantum procedit ab eo, accipit tamen eandem vitam quam habet pater. Secundum verò quod homo, viuit propter patrem inquantum vnitur supposito procedenti à patre, quam vnionem concomitatur plenitudo gratię, quæ est spiritualis vita, et eodem modo nos, inquantum per sacramentum eucharistię vnimur Deo viuimus spiritualiter, tamen eius vnio est realis in vnitate suppositi; nostra autem vnio apud ipsum est per fidem & dilectionem, & hoc est quod dicitur:*

12 Et qui mandu. &c. *Quia per hoc coniungitur principio spiritualis vitę, vt visum est. Ideo consequenter concludit esse verum illud de quo murmurabant Iudei tanquam de falso.*

13 Hic est panis qui de cœlo descen. *Quia caro Christi in hoc pane contenta virtute spiritussancti fuit formata.*

14 Non sicut manducauerunt patres vestri manna, & mor. sunt: *Et ideo non fuit verè cibus cœlestis, sed tantum figura eius, quia* ☞ vitam

A mortui sunt in æternum: hunc panem homo qui vitam non habebat manducans, viuet in æternum. Suprà dixerat, *Ego sum panis qui de cœlo descendit*: Hic dicit: Hic, id est, filius hominis ad esum cuius carnis inuito, est ille *panis qui de cœlo descen.* ergo idem est filius hominis & filius Dei.

a *Multi ergo.* Multi carnaliter sapientes, quasi particulatim carnem qua indutus erat se eis distributurum promitteret, cōtra naturam esse putant, vt cibum hominum, humanam carnem daret.

B b *Durus est.* AVGVSTINVS. Sic oportebat dici vt ab hominibus non intelligeretur, sed secretum Dei verbis tegeretur. secretum Dei intentos debet facere, non aduersos.

Tract. 27. in Ioan. to 9. †Mat 26 f. Mar 14 g Luc. 22 g. †Mat. 26. d Mar. 14 d. Isa 7. b. secūdum 70.

c *Si ergo.* Suspenditur oratio. q. d. Tunc intelligetis quod non eodem modo quo putatis eorgo corpus, & quod hæc gratia morsibus non consumitur, sed spirituali gratia me illis dando, ipsos in corpus meum conuerto; hinc planè soluit C quod ipsos mouerat, putabant enim quod corpus distribueret, ille dicit in cœlum se ascensurum vtique integrum. Quid ergo tenendum sit, apertè subdit:

d *Spiritus est qui viuifi.* Caro sicut intelligitis, sicut quæ in macello emitur, sicut alius cibus non prodest, ipsa tamen vas spiritus, qui in ea salutem operatur multum prodest, sicut sola scientia inflat, ipsa tamen non est mala, sed per charitatem ædificat.

1. Cor. 8. a.

✠ AVGVSTINVS. Carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur.

Tract. 27. in Ioan. to. 9.

✠ CHRYSOSTOMVS. Quod dixit tale est, spiritualiter oportet ea quæ de me sunt, audire, qui autem carnaliter audit, nihil proficit. Est autem carnaliter intelligere, simpliciter ea quæ proposita sunt videre, & nihil plus imaginari. Oportet autem non ita iudicare, sed omnia mysteria interioribus oculis inspicere, quod semper est spiritualiter audire. Carnale verò erat dubitare qualiter potest nobis carnem dare manducare? quid igitur, non est vera caro? imò vtique. Quid igitur ait, *Caro non prodest quicquam.* Non de sua carne dicit, sed eius carne qui carnaliter accipiebat quæ dicebantur.

Hom 46. in Ioan. to. 3.

D

¶ Sed potius. a ¶ In me qui sum vita.

1 & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. 2 Hæc dixit in synagoga, 3 docens in Capharnaum. 4 Multi ergo

¶ Quid ergo inimici? ¶ Sapiunt secundum carnem, & ideo mouentur.

audientes ex discipulis eius 5 dixerunt: Durus est hic sermo, & 6

¶ Ei obedire. a ¶ Quem nihil latet. ¶ Quia sic dixerant, vt ab illo non audirentur.

quis potest eum audire? 7 Sciens autem Iesus apud semetipsum 8 quia murmurarent de hoc discipuli eius, 9 dixit eis: 10 Hoc vos

¶ Quia dixi de carne mea & sanguine.

scandalizat? † 11 Si ergo videritis filium hominis ascenden-

a ¶ Quia verbum & homo vnus est Christus, dicitur in cœlo esse dum in terra loquitur. b ¶ Dei. c ¶ Si quis cum carne quam odit habet spiritum, viuit. d ¶ Pro intellectione eorum quæ dixi.

tem vbi erat prius? † 12 Spiritus est qui viuificat, 13 caro non prodest

¶ In se spiritualiter sunt intelligenda, & viuificant, sed non ei qui carnaliter accipit, vnde subdit: Sed sunt quidam, &c.

quidquam. 14 Verba quæ ego locutus sum vobis, 15 spiritus & vita 16 sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credūt. 17 Sciebat enim ab

e *Verba quæ ego, &c.* Quibus dixi manducandum me esse, manere in me & me in ipso. Vt autem aliquis maneat in Christo vt membrum, & Christus in ipso vt in templo, vnitas facit. Vnitas autem ex charitate est, charitas autem ex spiritu, ergo spiritus qui viuificat cōpaginata membra non separat.

E

✠ CHRYSOSTOMVS. Id est, spiritualia sunt, nihil habentia carnale, neque consequentiam naturalem, sed eruta sunt ab omni tali necessitate quæ in terra, & à legibus quæ hic positæ sunt.

Hom. 46. in Ioan. to. 3.

F ✠ AVGVSTINVS. Si intellexisti spiritualiter, spiritus & vita tibi sunt: si intellexisti carnaliter, etiam sic spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt. Diximus enim hic dominum commendasse in manducatione carnis suæ, & potatione sanguinis sui, vt in illo maneamus, & ipse in nobis, hoc autem quid facit, nisi charitas? *Charitas autem diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*, ergo Spiritus est qui viuificat.

Tract. 27. in Ioan. to 9.

f *Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent, &c.* Propheta. Nisi credideritis, non intelligetis, per fidem copulamur, per intellectum viuificamur.

a *Et quis*

NICOLAVS DE LIRA.

vitam spiritualem non conferebat, sed eam dari in sacramento præfigurabat, quia erga deuotos habebat omne delectamentum, vt habetur Sap. 16. c. Panem paratum præstitisti eis habentem omne delectamentum. *Malis autem hominibus erat insipidus, vnde dicebant Numeri 21. b.* Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo. *Sic eucharistia dignè sumentibus est vita spiritualis solatium, & indignè sumentibus iudicium; Ideo sequitur:*

1 Qui manducat hunc panem, &c. *Dignè*, viuet in æternum. *sequitur:*

2 Hæc dixit in synagoga. *Quæ est locus communis, vbi Iudæi conueniunt.*

3 Docens in Capharnaum. *Quæ erat metropolis Galileæ, hoc addit Euangelista post verba Christi prædicta, ad ostendendum quod Christus in palam docebat, sicut habens doctrinam sanam & non suspectam.*

4 Multi ergo audientes ex discipulis eius. *Posita doctrina Christi, hic consequenter exponitur, & primo ponitur eius expositio, secundo ex hoc ostenditur aliquorum reprobatio & aliorum confirmatio, ibi:* Ex hoc multi. *Prima in duas, quia primo ponitur expositionis occasio, secundo ipsa expositio, ibi:* Sciens autem Iesus. *Occasio autem expositionis fuit quia multi Iudæorum verba Christi capere non potentes propter suam incredulitatem.*

Diuisio.

5 Dixerunt: Durus est hic sermo. *In corporalibus dicitur aliquid durum duplici de causa, vel quia non de facili penetrabile, vel quia resistit tactui: Sic in spiritualibus dicitur aliquid durum, vel quia ab intellectu non penetratur, vel quia displicet voluntati. Vtroque modo sermo Christi erat eis durus, quia eius verba non intelligebant, & displicebat eis, quod tanta de se dicebat, eo quod ipsum hominem purum esse putabant; Ideo sequitur:*

Durum dicitur dupliciter.

6 Et quis. *Quasi dicat, blasphemia est.*

7 Sciens autem Iesus apud semetipsum. *Hic ponitur doctrina Christi expositio, quantum ad duo: de quibus audientes erant scandalizati, secundum ponitur, ibi:* Spiritus est qui viuificat. *Primum igitur de quo scandalizati erant, erat quod dixerat:* Descendi de cœlo. *Et ostendit quod non debebant scandalizari, prædicens quod viderent eum in posterum in cœlum propria virtute reuerti. Et ideo non debebant admirari, si dixerat se de cœlo originari, quia qualibet res ad suum locum reuertitur, et hoc est quod dicitur:* Sciens autem Iesus, &c. *Id est, absque alio sibi nunciante.*

8 Quia mur. *Quia dixerat se de cœlo descendisse.*

9 Dixit eis. *Reprimens eorum murmurationem iniustam.*

10 Hoc vos. *Sine ratione.*

11 Si ergo videritis filium homi. *Accipitur, si, pro quia, quasi dicat: quia hoc videbitis, non debetis scandalizari de hoc quod dixi, illi enim qui Christo credentes cum eo permanserunt, in ascensione eius hoc viderunt, vt patet Act. 1. a.*

12 Spiritus est. *Hic exponit secundum de quo murmurabant, scilicet, quia dixerat carnem suam esse cibum necessarium ad salutem, & ipsi intelligebant hoc ac si daretur in propria specie, sicut laniatur vel venditur in macello, quod est horribile, ideo tollit hunc intellectum, dicens:* Spiritus. *Quasi dicat, verba quæ dixi spiritualem sensum habent, & sic viuificant.*

13 Caro non. *Quia caro Christi manducata eo modo quo intelligebant, non esset vtilis, sed magis horribilis; ideo sequitur:*

14 Verba quæ. *De carne mea manducanda.*

15 Spiritus & vi. *Quia spiritualem habent intellectum; nec mirum, quia sunt à spiritusancto. Ista tamen spiritualitas non est sic accipienda, quia caro Christi sit in sacramento eucharistiæ tantummodo sicut in signo, vt dixerunt aliqui heretici, quia est ibi realiter, vt dictum est: sed quia manducatur caro Christi in hoc sacramento quodam spirituali modo, inquantum species visibiles atteruntur & comeduntur, et spiritus ex virtute Dei carni vnita reficitur.*

16 Sed sunt, &c. qui. *Quasi dicat, propter hoc intelligere non possunt.*

17 Sciebat. *Quia tanquam Deus sciebat occulta cordium.*

Et quis

a *Et quis traditurus.* Quia Iudas inter scandalizatos recedit, sed manet ad insidiandũ, quem nec silet, nec apertè ostendit, vt omnes timeant dum vnus perit.

† ad ea quę retrò.

b *Quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei da. &c.* Causam quare quidam non credãt subdit: Quia non est à Deo datũ, fides enim non est hominibus à se, quasi propria, sed à Deo quasi gratia.

† De cõsc. di. 2. c. forte Mat. 4. d. * vincentis

c *Ex hoc.* Nota esse cautè loquẽdum sed si tamen ex verbis tuis aliquis scandalizabitur, habet consolationem in eo, ex cuius dicto multi scandalizati sunt, qui hoc fecit vt tibi esset exemplum.

d *Nõnne ego vos duo dec. &c.* Duodecim numer⁹ sacratus est qui permanet, & si Iudas inde perit. Elegit 11. ad permanendum, elegit Iudam vt per eum diuinæ dispensatio misericordiæ in salutem mundi impleretur, vtens malo ad bonum, vt mali vtuntur bonis Dei ad malum.

† delator. calumniator.

a ¶ Apostoli qui non sunt scandalizati.

a initio Iesus, qui essent crẽdentes, & quis traditurus esset eum. [1]

¶ Quia quidam non credunt.

b Et dicebat: Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad [2] [3]

a ¶ Non pauci, qui videbantur & non vere fuerant discipuli.

c me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc mũlti discipulo- [4]

a ¶ Non post Christum, sed post Sathanam. ¶ Vt præcisi non iam cum illo erant, nec vltra redeuntes.

rum eius abierunt † rẽtro, & iam non cum illo ambulabant.

a ¶ Quia Iudas corpore remansit. Quod autem iam sciebat dominus alijs post aperuit.

Dixit ergo Iesus ad duõdecim: Nunquid & vos vultis abire? [5] [6]

a ¶ Vnus pro omnibus. b ¶ Similis tibi. ¶ Cum non sit.

Respondit ergo ei Simõn Petrus: Dõmĩne ad quem ibimus? [7] [8]

a ¶ Non est à te cundum. ¶ Quia. b ¶ In ministratione corporis & sanguinis tui promittis vitam. [9] c ¶ Prius est credere & post cognoscere.

✝ Vẽrba vitę æternæ habes, & nos crẽdimus & cognouimus, [10] [11]

a ¶ i, quia tu es vita æterna, & ideo in carne & sanguine tuo non das nisi quod es. ¶ Causa probandi eos. [12]

d quia tũ es Christus filius Dei *. Respondit eis Iesus: Nónne [13]

a ¶ Id est, vocaui electione illa qua dicitur: Multi vocati, pauci electi. b ¶ Id est deorsum fluens. [14]

ego vos duodecim elẽgi, & ex vobis vnus ✝ diãbolus est? Di- [15] [16]

a ¶ Filio. b ¶ Interpretatur memoria sanguinis.

cebat autem de Iudã Simonis scãriotis. Hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim. [17] [18]

Cap.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et quis traditurus. *Quia sciebat euentum futurorum contingentium.*

2 Et dicebat. *Ad maiorem affirmationem prędictorum.*

3 Propterea di. vo. quia. *Eandẽ enim sententiam dixerat supra, licet verba sint aliquantulum alia, idem enim est trahi à patre, quod sup. dixit & dari fidem à patre, quod hic ponit. Ipse autem sciebat istos quibus loquebatur, non esse prędestinatos ab æterno, nec tractos à patre.*

4 Ex hoc multi. *Hic ex prędictis concluditur aliquorum obstinatio in malo per apostasiam, cum dicitur:* Ex hoc. *Hoc non est intelligendũ de 12. apostolis vel de 72. discipulis, quia isti Christo adhæserunt, sed multi alij sequebantur ipsum ad audiendum eius doctrinam, & de istis multi retrocesserunt. Et consequenter per oppositum ostenditur aliorum confirmatio cum dicitur:*

5 Dixit ergo Iesus ad. duod. *Apostolos.*

6 Nunquid &. *Non petit quasi ignorans, sed vt ostendat se eis non indigere, quia ponit in eorum optione cum alijs recedere.*

7 Respondit er. *Non solùm pro se, sed pro omnibus, quia inter eos erat principalior, & in eius responsione exprimitur maxima dilectio ad Christum, cum dicitur:*

8 Domine ad quem ibimus? *Quasi dicat, similem tui inuenire non possumus, tu solus sufficis nobis, propter quem omnia reliquimus.*

9 Verba vitæ æter. *Id est verba vitæ æternæ promissiua & inductiua ad eam. Exprimitur etiam in eius responsione vera confessio fidei, cũ dicitur:*

10 Et nos. *Quia credere præcedit intelligere,*

11 Quia tu. *Quantum ad humanitatem, in qua vnctus es vt rex & sacerdos.*

12 Filius. *Naturalis quantum ad deitatem, & per consequens æqualis ei in natura & potentia. Verũtamen quia Petrus nimis largè respõderat dicens pro omnibus, nos credimus, quia nihil mali de alijs cogitabat, ideo Christus cognitor occultorum eius responsionẽ corrigit dicens:*

13 Nónne. *Non loquitur hic de electione ad vitam æternam, sed ad Apostolatum.*

14 Et ex vo. *Id est, pręuisus ad diaboli consortium. Verumtamen non dixit determinate quis esset ille, nec apostoli tunc cognouerunt, sed postea quando per effectum viderunt, et ideo illud quod sequitur, non est de verbis Christi, sed Euangelistę qui scripsit ista post passionem Christi dicens:*

15 Dicebat autem. *Scilicet, Christus.*

16 De Iuda Simonis scariotis. *Ad differentiam alterius Iudę qui fuit frater Iacobi.*

Quæstio. de Iuda.

17 Erat traditurus. *Quando Iesus protulit verba præmissa.*

18 Cum esset vnus ex du. *Principalibus discipulis Christi. Quęritur hic sine argumentis, vtrum Iudas à principio suæ vocationis à Christo fuerit malus. Dicendum quod in hac quęstione quæ est de his quę transcendunt humanam inuestigationem (cum sit de occultis cordis humani) & in consimilibus quæstionibus, tenendum est illud quod est magis consonum sacrę scripturę & rationi. Sciẽdum igitur quod dicit Aug. quod Iudas à principio suæ electionis fuit malus, electus tamen est à domino ad apostolatũ, vt per eius malitiam & proditionem perficeretur Christi mysterium. Quod sicut iniqui malè vtuntur bonis operibus Dei, sic et Deus bene vtitur malis operibus hominum, & ideo quamuis Iudas fuerit pessimus tamen eius malo bene vsus est Christus. Beda autem in hoc conuenit cum Aug. sed addit quod Iudas non fuit electus ad apostolatũ sed alij 11. Vocatus est tamen cum eis, vt per proditionis eius officium Christus operaretur salutem humani generis. Sed vtrumque istorum videtur contra rationem esse & sacram scripturam. Distributio enim bonorum respicit iustitiam commutatiuam, vt habetur 5. Ethico. vt alicui tanto plus detur de honore, quanto maior est in virtute, & ideo nõ est verisimile, quod Iudas vocatus fuerit ad honorem apostolatus, nisi tunc fuerit iustus, vel quia Christus tunc eum iustificauerat, vt esset tali honore dignus, sicut iustificauit Matthęum quando eum vocauit ad apostolatũ, vt habetur Mat. 9. a. Item infr. 17 b. dicit Christus de discipulis suis loquens ad patrem:* Quos dedisti mihi custodiui, & nemo perijt ex eis, nisi filius perditionis, *& certum est quod loquitur hic de perditione, quę est per peccatum mortale, quia Iudas adhuc viuebat vita corporali, & sic videtur quod perierit per peccatum mortale postquam fuit datus Christo per fidem à Deo patre. Quod autem addit Beda, Iudã non fuisse vocatum ad apostolatũ, videtur esse contra scripturam. Mat. 10. a. et Mar. 3. c. vbi numerantur illi qui vocati sunt ad apostolatum, & inter illos enumeratur Iudas, Item Act. 1. d. quod Matthias electus est ad apostolatũ* de quo præuaricatus fuerat Iudas, *nullus autẽ pręuaricatur à statu in quo non fuerit. Ex quo patet quod vere fuit vocatus ad apostolatũ. Propter quod dicendũ secundùm Chryso. quod fuit vocatus ad dignitatem apostolatus, & pro tunc fuit bonus, quia vocatio ad talem dignitatem respicit præsentem iustitiam. Quod autem postea peccauit prodendo & tradendo Christum, non contradicit isti vocationi, quia apostoli ex sua vocatione non fuerunt in bono confirmati. Quod patet ex casu Petri, qui post suam vocationem Christum negauit. Et ideo similiter dicendum, quod licet Iudas tempore suę vocationis fuerit bonus, tamen postea Christũ prodendo peccauit. Sciendũ tamen quod extũc malus erat quando Christus apostolis dixit verba in hoc ca. contenta:* Vnus ex vobis diabolus est. *Tamen sua malitia non erat apostolis nota, sed soli Christo qui cognoscit corda. Christus tamen suam maliciam dixit in generali ipso audiente, ne credens suam maliciam latere, sine timore mala operaretur, non tamen dixit in speciali, ne ex tunc inuerecundus factus peior efficeretur, secundùm quod dicit Chrysostomus.*

Matt. 26.

NICOL.

ADDITIO.

In cap. 6. *vbi dicitur in postil.* Et in isto paschate non fuit Iesus in Ierus.

Chrysostomus in loco sic dicit: Qualiter igitur non ascendit ad diem festum? paulatim enim soluebat legem, occasionem accipiens à Iudaica nequitia. Et Theodorus ibidem: Quia enim Iudæi eum persequebantur, occasionem recessus accipiens legem exclusit, innuens obseruantibus, quod veritate adueniente cessat omnis figura, & quod legibus non subijcitur, vt legalia festa perficeret, et vnde hoc? quia non erat festum Christi sed Iudęorum. Hæc Theodorus.

CAPVT VII.

Post hæc autem ✝ ambulabat Iesus in Galilæam 1
¶ Non tamen timens, quia habet potestatem, sed infirmis dat exemplum ne eis obijciatur latibulum.
Non enim volebat in Iudæa ✝ ambulare, quia 2
a ¶ Reminiscebantur Iudæi beneficiorum Dei occisuri Deum.
quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem 3
a ¶ Id est, tabernaculorum constructio siue dedicatio.
in proximo dies festus Iudæorum scenophegia. Dixerunt 4
a ¶ Consanguinei, & ideo fastidientes eum. b ¶ Humanam gloriam quærunt, & ideo non credunt in eum, vt ipse post de eis dicit.
c ¶ Vbi est principatus gentis, & ciuitas caput regni.
autem ad eum fratres eius: Transi hinc, & vade in Iudæam, 5
vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe 6
¶ Ergo. ¶ Si verè facis, vel quis hæc facis.
in occulto quid facit & quærit ipse in ✝ palam esse. Si hæc facis manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius cre- 7
¶ Corripiens cupidos gloriæ. a ¶ Gloriæ, resurrectionis, & ascensionis, ad quem veniendum, impleta prius humilitate passionis.
debant in eum. Dicit ergo eis Iesus: Tempus meum nondum 8
¶ Gloriæ mundi, quam affectatis. ¶ Quia.
aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autem odit, quia ego testimonium 9 10 11
a ¶ Et ideo. 12
perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad 13

CAPVT VII.

A a Post hæc autem. Dominus in carne manens frequenter in Galilæam ambulabat, vt eum imitari volentes, de vitijs ad virtutes transmigrare discant: quod illa figurabat. Vel vt illius temporis sancti de Iudæa ad gentes verbi Dei transitum expectarent.

b *In Galilæā.* ✠ BEDA. Iudæa & Galilæa regiones sunt Palestinę prouinciæ, sed Iudæa dicta est à tribu Iuda, nō tamē solùm illa regio quā tribus Iuda, sed & B illa quā tribus Beniamin possidebat, Iudæa dicta est, quia ex tribu Iuda reges oriebantur. Galilæa vero dicitur eo quod lacteū populum, id est, candidum gignat: γάλα enim Grecè, Latinè lac dicitur. [† versabatur Iesus in Galilęa.]

c *In Iudæa ambulare* ✠ AVGVSTINVS. [Trac. 28 in Ioan. to. 9.] C Sic autem hoc dominus dixit, quasi nō posset ambulare inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hāc enim potentiā quādo voluit, demonstrauit, sed infirmitati nostræ præbebat exemplum. Non ipse perdiderat potestatē, sed nostram consolabatur fragilitatem.

✠ THEOPHYLACTVS. [In hūc loc.] Secessit in Galilæam, quia nondum aderat tempus. Vnde vanum reputabat in medio inimicorum manere, & magis ipsos ad odium incitare,

d *Dies fe.* [Scenophegia.] Non quod vnus, sunt enim septem, sed more eorum quotquot sunt, quasi vnus dicuntur propter vnam festiuitatem Scenophegia festiuitas tabernaculorum, quia mense septimo Iudæi habitabant in tabernaculis: in memoriam illorum in quibus patres eorum habitauerunt in deserto. D

e *Fratres eius.* ✠ AVGVSTINVS. [Tract. 28 in Ioan. to. 9.] Cum auditis: Fratres domini Mariæ cogitate consanguinitatem, non iterum parientis vllam propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec ante nec postea mortuus iacuit, sic vterus Mariæ, nec ante nec postea quicquā mortale concepit. [† versati.]

f *Vt et disci.* Opera quæ veri discipuli E sciebant, laudibus diuinis & non populari fauore efferenda.

g *Nemo.* Gloriæ eius consulunt. Q. Mira facis, scilicet, in abscondito, sed innotescere, vt ab omnibus lauderis. [† libertate.]

h *Tempus meum.* ✠ AVGVSTINVS. [Tract. 28 in Ioan. to. 9.] E Id est gloriæ meæ, quam veniam in altitudine iudicatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. [Hom. 47 in Ioan.] *Tempus meum, nondum aduenit,* hoc est, tempus crucis & mortis. *Tempus autem vestrum semper est paratum* quia etsi vos semper cum Iudæis non interficient vos eadem cum illis zelantes.

Tempus. Ideo non est nunc tempus meum sed vestrum, quia non sum amator mundi vt vos, sed accusator, & ideo non audit vos mundus suos falsos testes, qui dicitis bona mala, & mala bona.

☞ Ego

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT VII.

Post hæc autem. *Postquam euangelista egit de nutrimento spirituali collato filijs Christi, hic consequenter agit de doctrina eis collata, quia sicut prædictū est pater debet filijs nutrimentū et documentū. Et diuiditur in duas, quia primo origo doctrinę Christi ostenditur, secundo, ipsa doctrina ponitur ca. seq. ibi:* Iesus autem perrexit. [Diuisio.] *Prima in tres: quia primo ostendit Euangelista aptitudinem loci ad manifestandum doctrinæ Christi originem, secundo manifestandi occasionem, ibi:* Iudæi autem quæ. *Tertio, manifestationem actualem, ibi:* Respondit Iesus. *Mea doctrina. Circa primu sciendum. quod locus aptus ad prędictam manifestationem erat ciuitas Ierosolymitana, vbi ad diem festum conueniebat populus, & ideo ad manifestandum se in hoc loco inuitatur Christus. Et licet primò recuset, tamen finaliter consentit, & rationabiliter, vt videtur, & hoc est quod dicitur:*

1 Post hæc autem ambulabat Iesus, &c. *Docendo in synagogis eorum.*

2 Non enim volebat iu Iudæa ambulare, &c. *Licet enim posset esse inter eos sine nocumento, voluit tamen se aliquando absentare ante tempus debitum passionis suæ, ostendendo in se veritatem humanæ naturę, et quod licitum erat fidelibus suis aliquando persequutionem fugere.*

3 Erat autem &c. scenophe. *Id est, festum tabernaculorum. Dicitur autem à scenos quod est vmbraculum, et phagin quod est comedere, quia 7. diebus comedebant Iudęi in vmbraculis.*

4 Dixerunt autem ad eum, &c. *Non quod essent filij Mariæ matris suæ, neque Ioseph, vt alias dictum est improbando errorem Heluidij super Mat. 1. c. Nec cognati sui, qui erant ad apostolatum vocati, quia de istis dicitur infr. quod* fratres eius nondū credebant in eū, *sed dicuntur hic fratres, quia erant de cognatione sua qui ex factis eius volebant reportare gloriam mundanam, secundum Aug. vnde sequitur:*

5 Transi. hinc. *Hoc est in Ierusalem metropolim Iudeę.*

6 Vt & disci. &c. *Dubitabant enim de Christi miraculis, vtrum essent vera, propter hoc sequitur:*

7 Neque enim fra. &c. *Et quia suggerebant ei malum, scilicet, gloriam mundanam quęrere, ideo recusauit, di.*

8 Tempus meum, &c. *Id est, tempus glorię meæ manifestandæ, quia post resurrectionem erat manifestanda.*

9 Tempus autem vestrum semper est pa. *Quasi dicat, tempus glorię mundanæ quam quęritis nunc est in principio huius solemnitatis quia Iudæi magis vacabant conuiuijs & læticiæ in principio festi, quam in fine, quando Christus iuit ad festum, vt infr. patebit. Vel aliter.* Tempus autem vestrum &c. *Quasi dicat, vos potestis ire secure, non autem ego inquantum homo, qui inimicos capitales habeo, propter hoc sequitur.*

10 Non potest. *Quasi dicat, vos qui gloriam mundanam quęritis, homines mundanos aduersarios non habetis.*

11 Me autem odit. *Qui quęro gloriam Dei, & per consequens arguo peccata mundanorum, quæ sunt ei contraria, et hoc est quod dicitur:*

12 Quia ego testimonium perhibeo de illo. *Id est, de mundo. Et accipitur hic mundus non quantum ad creaturarum substantiam, sed quantum ad hominum maliciam, sicut supr. dictum est 1. a. super illud:* Et mundus eum non cognouit.

3 Vos ascendite, &c. *Id est, ad principium solemnitatis tabernaculorum, quia in principio magis vacabant homines epulis & læticiæ, vt prædictum est, non quod inuitet eos ad talia, sed ostendendo quid ipsi quęrebant, quia quæ mundana sunt adhuc sapiebant tantum, vt visum est.*

☞ Ego

MORALITER.

† 1 *Post hęc autem, etc.* Per hoc ostendit Christus quod aliquando dādus est iræ locus, maximè quando personalis est persecutio, sicut videtur fuisse in proposito.

5 *Transi hinc et va. etc.* Isti loquebantur tanquā humana gloria esset per se quærenda, quod est falsum, propter quod Christus

† eis

a *Ego enim non ascendam.* AVGVSTINVS. Quidam dicunt hoc ad passionem pertinere, quia non in festiuitate scenophegiæ, sed in paschali qua agnus occidi solet, crucem ascendit.

b *Non manifeste sed quasi, &c.* TYPICE. Christus occultus ascendit in festiuitatem, quia in omnibus illis figuralibus latuit qui modo est manifestus nobis. Et quod latuit, exemplum est vitandi malos: Quod palam loquitur & non tenetur ab his qui quærebant, potestatis est.

c *Mirabantur Iudæi.* AVGVSTINVS. Omnes quidem mirabantur quantum arbitror, sed non omnes conuertebantur. Et vnde admiratio? quia multi nouerant vbi natus, quemadmodum fuerat educatus. Nunquam eum viderant discentem, audiebant tamen de lege disputantem, legis testimonia proferentem quæ nemo posset proferre, nisi legisset, nemo legere, nisi literas didicisset, & ideo mirabantur.

† nondum ascendo.

† illis.

Trac. 29 in Ioã tom. 9.

† circa festi mediũ.

a ¶ Scilicet, primum vel secundum, vbi quæritis humanam gloriam, carnalia gaudia, non æterna. b ¶ Vero c ¶ Sicut vos quærens gloriam, quia tempus gloriæ meæ nondum est, in quo erit mea festiuitas. d ¶ Scilicet primum vel secundum.

diem festum hunc. Ego enim † non ascendam ad diem festũ [1]

¶ Humilitatis.

istum, quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cùm [2] dixisset † ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fra- [3]

a ¶ Id est pòst, non vbi illi, quia non gloriari, sed salubriter docere ¶ Non quærens fauorem. [4]

tres eius, tũnc & ipse ascendit ad diem festum, non manife- [5]

a ¶ Quia non ascenderat cum fratribus, vnde dixit: Non ad hunc quem vultis, id est, primum vel secundum, ascendit autem post in medio die festiuitatis.

stè sed quasi in occulto. † Iudæi ergo quærebant eum in die [6]

¶ De hac contentione, scilicet, quia. Quidam, &c. [7]

festo, & dicebant: Vbi est ille? Et murmur multum erat de eo [8] in turba. Quidam enim dicebat quia bonus est alij autem [9] [10]

a ¶ Eorum qui dicebant bonus est. Alij palam Christum confirmantes.

dicebant, non seducit turbas. Nemò tamen † palam lo- [11]

a ¶ Quia tales execrabantur, & extra synagogam faciebant.

quebatur de illo, propter metum Iudæorum. Iam autem [13]

a ¶ Mediatis illis diebus, id est quarta die festi. b ¶ Maximè feruente zelo Iudæorum. [14]
c ¶ Sicut non manifeste ascendit, non palam docet, sed quasi latenter.

die † festo mediante, ascendit Iesus in templum, & do- [15]

a ¶ Vtens autoritate scripturarum. b ¶ Omnes mirabantur, sed non omnes conuertebantur.

cebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes: Quomodo [16]

a ¶ In eius educatione sciebant eum nunquam didicisse.

hic literas scit, cum nõn didicerit? Respondit eis [17]

✠ CHRYSOSTOMVS. Ab hac autem quæstione cognoscere debebant, quoniam hæc scientia humanitus non erat in eo, sed diuinitus, sed hoc ipsi nolebant reuelare, sed in sola admiratione stabant.

d *Respondit eis: Mea doctrina,* hominis, *non est mea,* Sed Dei, Vel quia non est verbum nullius sed alicuius doctrina eius, id est, ipse verbum, doctrina eius non est sua, sed eius à quo est: quod est: Ego non sum à meipso. Et quia hoc profundum vidit non omnes intellecturos, dedit consilium: Si vis intelligere, crede. Hoc est: Si quis credit me filium Dei, cognoscet de doctrina, id est, intelliget, quod doctrina mea non est mea.

✠ AVGVSTINVS. Videtur hoc esse contrarium quod dixit: Mea, & non mea: Nam si dixisset: Ista doctrina non est mea, nulla esset quæstio. Quæ est ergo doctrina patris, nisi verbum patris? Ipse ergo Christus

Hom. 48 in Ioã. tom. 3.

† supr. 6. e.

† liberè.

Tract. 29 in Ioan. to. 9.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego enim, &c. *Scilicet, primum, vnde quod postea venit in medio solemnitatis, in alia die, non est mentitus. Et subditur causa:*

2 Quia tempus. *Tempus enim aptum doctrinæ veritatis, propter quam venerat saluator, non sic erat in principio solemnitatis propter prædicta, sicut circa finem.*

3 Hæc cum dix. &c. *Ratione prædicta.*

4 Vt autem as. &c. & ipse ascendit. *Scilicet,* ad diem festum. *Tabernaculorum, non tamen cum fratribus suis, nec eadem die, quia ipsi fuerunt ad primum diem illius festiuitatis, ipse autem venit illuc quarto die, vt patebit infr. Sicut enim noluit esse in principio festiuitatis, ne fratribus suis malum persuadentibus videretur fauere, sic non habuit se omnino subtrahere, ne à populo doctrinam salutis subtraheret, quam venerat docere, modus autem veniendi tangitur, cum dicitur.*

5 Non manifeste. *Id est, non cum magna comitiua, ne daret Iudæis occasionem maioris inuidiæ.*

6 Sed quasi, &c. *In hoc condescendens fidelibus qui timore mortis occultandi erant.*

Diuisio. 7 Iudæi ergo. *Postquam euangelista descripsit aptitudinem temporis ad manifestandum originem suæ doctrinæ, hic consequenter describit occasionem manifestationis dictæ. Et diuiditur in duas, secundùm duas occasiones huiusmodi manifestationis. Secunda ponitur, ibi:* Iam autẽ die festo. *Prima occasio fuit inuestigatio Iudæorum Christum quærentium, quorum aliqui eum quærebant vt interficerent, alij autem vt doctrinam eius deuote audirent, & ideo debuit apparere & docere, vt ostenderet quod mali nocere non poterant, nisi quantum permittebat. Sicut enim se occultando ostẽdit infirmitatem humanitatis: Ita confidenter inter inimicos apparendo ostendit potentiam deitatis. Debuit etiam apparere propter bonos, vt eius doctrinam originatam à Deo ostenderet, vt attentius eum desiderarent. Et hoc est quod dicitur:* Iudæi ergo quærebant eum in die festo. *Duplici de causa, vt dictum est.*

8 Et dicebant vbi est ille? *Quia illi qui quærebant eum ex odio, dedignabantur eum nominare proprio nomine. Illi autem qui quærebãt eum ex deuotione, ita reputabant eum famosum & autenticum, quod non oportebat exprimere nomen proprium, & ideo quantum ad eos sensus est:* Vbi est ille. *Quasi dicat, vbi est ille qui tantus et talis est, & facit tot miracula?*

9 Et murmur multum. *Propter contrarietatem opinionum de eo, Ideo subditur.*

10 Quidam enim dice. quia bo. *Approbando eius doctrinam & miracula.*

11 Alij autem dicebant, non, sed sedu. tur. *Ex hoc quod isti malignantes dicebant turbas esse seductas ab eo, patet quod maior pars secundum numerum dicebat contrariũ, quia erant principes populi illius qui dicebant eum seductorem, vnde sequitur,*

12 Nemo tamen, &c. *Scilicet, in bonum.*

13 Propter metum iu. *Scilicet, illorum de tribu Iuda, licet enim omnes de populo aliquando nominarentur Iudæi, tamen speciali modo sic nominantur illi de tribu Iuda, & isti grauius mouebantur contra Christum, eo quod in scripturis Christus erat promissus de tribu eorum: ipsi autem reputabant istum Galilæum & ab eis extraneũ, propter quod etiam sacerdotes repudiabant eum, vt dicitur in fine huius ca.*

14 Iam autem. *Hic ponitur secunda causa, quæ est admiratio turbæ in doctrina Christi, & ideo debuit ostendere vnde originaretur excellentia suæ doctrinæ. Et hoc est quod dicitur:* Iam autem die, &c. *Dies festus hic dicitur totum tempus illius solennitatis, qua durabat per septẽ dies, & sic medium huius festi erat in quarto die. Et tunc.*

15 Ascendit Iesus in templum. *Quia ibi est locus aptus et communis suæ doctrinæ.*

16 Et mirabantur Iudæi. *Propter rem insolitam. Credebant enim ipsum esse filium Ioseph, et per consequens occupatum in labore corporali. Sciebant etiam ipsum non esse exercitatum in studio, & tamen videbant eum excellentissime docentem, legis & prophetarum testimonia proferentem, et ideo merito mirabantur, vnde tanta excellentia doctrinæ originabatur. Et hoc est quod dicitur:* Quomodo hic literas scit, cum non didice.

17 Respondit eis Iesus. *Hic consequenter exprimitur origo illius doctrinæ*

MORALITER

† eis non acquieuit, vt daret nobis exemplum talem gloriam non quærendi. Verumtamen, quia propter hominum verba doctrina salutis non est omittenda, quarta die festiuitatis, quæ erat media, eo quod septem diebus durabat festum, ascendit Iesus in templũ, & docebat populum, qui diebus præteritis intentus fuerat sacrificijs & oblationibus consuetis. Et per hoc docuit prædicatores Euangelij, vt secundum dictum sapientis tempus considerent, & tempus loquendi. In sequentibus autem mihi non occurrit aliquod mysticum notabile vsque ibi.

A Christus est doctrina patris si verbum patris est. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed est alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum, & non suam, qui patris est verbum. Quid est tam tuum quàm tu, & quid tam non tuum, quàm tu, si alicuius es quod es? Breuiter ergo mihi dixisse videntur, mea doctrina non est mea: Ac si diceret, Ego non sum à meipso. Sabellianā hæresim sententia ista B dissoluit, qui dicere ausi sunt esse ipsum filium qui est & pater, duo esse nomina, sed vnam rem.

Hō 48. in Ioan. to. 3. ✠ CHRYSOSTOMVS. Suam dicit, quoniam eam docuerat, non suam autem, quoniam patris erat doctrina. Sed si omnia quæ C sunt patris, eius sunt, ex hoc ipso quod patris est, deberet esse & sua. Sed hoc quod dicit: *Non est mea*, vehementer ostendit & sui & patris vnam esse doctrinam, ac si diceret. Nihil habeo permutatum aut diuersum, sed ita ago vt dico, vt non estimetur aliud quid præter patrem dicere vel agere.

L. 1. de Tri. ca. 12. to. 3. ✠ AVGVSTINVS. Secundum aliud suam dixit, secundum aliud non suam, secundum formam Dei, suam, secundum formā serui, non suam.

¶ Admiratio, insinuandæ veritatis est occasio. a ¶ Ecce quomodo scit literas.

Iesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed eius qui [1] misit me. [2]

a ¶ Id est credere in eum, quod ibi dicit opus Dei, Id est, quod Deo placet.

Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet [3] de doctrina,

a ¶ Ille autem. ¶ Scilicet, Antichristus.

[4] vtrum ex Deo sit, [5] an ego à meipso loquar. [6] Qui à

a ¶ Non à Deo. b ¶ Non Dei. ¶ Vnde Apostolus: Extollitur super omne quod dicitur Deus.

a [7] semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. b [8] Qui autem quærit gloriam eius qui misit illum, [9] hic verax est, [10] & iniusticia in illo non est. c [11] Nónne Moyses dedit vobis legem? [12] Et nemo ex vobis facit legem.

a ¶ Quia quæritis me interficere. ¶ Quæ causa est?

[13] Quid me quęritis interficere? [14] Respondit turba & dixit ei: [15] Dæmonium habes.

a ¶ Non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. b ¶ Hoc non dicerent nisi dæmonium haberent. ¶ Negant quod volebant.

d [16] Quis te quærit interficere? [17] Respondit Iesus & dixit eis: e [18] Vnum opus feci,

a ¶ Dolose. ¶ Non turbatus vt illi, sed tranquillus, non reddens maledictum pro maledicto.

a *Qui à semetipso.* Antichristus non est verax, & iniustitia in illo est, quia quærit gloriam suam, non Dei, à quo non est missus, sed venire permissus. D

b *Qui autem quærit gloriam eius qui.* Id est, ego qui licet æqualis patri, tamen in serui forma quæro gloriam patris, non meam, in hoc exemplum humilitatis tribuit, vt omnia bona Leo tribuamus.

c *Nonne Moyses dedit, &c.* Ego ex Deo loquor & gloriam eius quæro, verax, iustus: sed vos qui gloriamini in lege, contra legem quæ vetat occidere, quæritis me interficere. E

d *Dæmonium.* Quærunt occidere, & quod peius est dicunt eum dæmoniū habere, qui dæmonia pellit. F

e *Vnum opus feci.* De vno miramini, quid si omnia videretis? Vnum opus fuit, quod totum hominem sanauit in sabbato, vnde turbati sunt stulti obseruatores sabbati, sed conuincit eos Moyses, iubens circuncidere octaua die, quod aliquando occurrit in sabbato fieri. Et hoc est: Propterea ne quis turbetur, si salus semper fit etiam in sabbato. Et sciant omnes semper debere fieri quæ salutis sunt.

a *Qui* ✠ CHRYSO-

NICOLAVS DE LIRA.

doctrina. Et diuiditur in duas, quia primò ostendit doctrinę suæ originem. Secundò inuitat ad ipsam, ibi: In nouissimo autē. *Prima in duas, quia primò ostenditur origo doctrinæ. Secundo origo docentis, ibi:* Dicebant ergo. *Prima in tres, quia primò proponit intentum. Et secundo, probat propositum, ibi:* Si quis voluerit. *Et tertio concludit, ibi:* Nolite iudicare. *In prima ergo parte proponit, quod doctrina sua originatur à patre, dicens:* (Diuisio.)

1 Mea doctrina non est mea. *Quasi dicat, ista doctrina quę est mea approbatiue & subiectiue, non est mea per exercitium acquisitionis humanę.*

2 Sed eius, &c. *Id est, data est mihi à patre, quia filius secundùm naturam diuinam licet habeat eandem scientiam cum patre, tamen habet eam ab ipso, vt superius frequenter dictum est, secundum vero naturam humanam habet aliam scientiam, scilicet, creatam, non tamen habet eam per exercitium acquisitam, sed ab instanti conceptionis infusam. Et sic soluta est quæstio, quia quærebant:* Quomodo hic literas. *Alio modo exponit Aug. dicens, quod filius est verbum patris, et quia verbum alicuius idem est quod doctrina sua, ideo sequitur quod filius sit doctrina patris. Filius igitur est doctrina per identitatem, non tamen per originem, quia à se non originatur, sed à patre. Est igitur sensus secundùm Aug. Mea doctrina non est mea, quasi dicat: Ego qui sum doctrina patris, non sum à meipso, sed à patre. Expositio tamen prima magis concordat literæ.* (Scientia Christi duplex.)

3 Si quis voluerit volunta. *Hic consequenter probat propositum, scilicet, quod sua doctrina sit à patre sibi data. Et diuiditur in duas, quia primò inducit suam probationem. Secundo remouet quandam obiectionem, ibi:* Nónne Moyses. *Prima in duas secundum duas probationes quas inducit. Secunda, ibi:* Qui à semetipso. *Prima probatio procedit ex aliorum iudicio. Amor enim & odium multum peruertunt iudicium rectæ rationis, et ideo monet eos, vt amoueant odium quod cōtra ipsum conceperant, & tunc poterunt manifestè iudicare, quod eius doctrina sit à Deo patre eam per miracula testificante, quia non potest esse testis falsitatis, vt supr. frequenter dictum est. Et hoc est quod dicitur:* Si quis voluerit voluntatem eius facere. *Scilicet, patris cœlestis peruersam affectionem à se abijciendo.* (Diuisio.)

4 Cognoscet. *Id est, verè poterit iudicare, quia paratus sum eius iudicio committere.*

5 Vtrum ex Deo sit, an. *Non est per hoc intelligendum, quod filius in aliquo possit à patre discordare, quia hoc est impossibile, vt supra declaratum est, sed loquitur eis secundum eorum opinionem, quia reputabant eum purum hominem, quasi dicat:*

6 An ego à meipso loquar. *Gloriam humanam falsò quærendo, vt vos æstimatis.*

7 Qui à semetipso. *Hic consequenter probat propositum proprio facto, quia in doctrina sua quærebat gloriam patris cœlestis, & sic patet quod illa doctrina erat à Deo. Omne enim quod est ad Dei gloriam ordinatum, ab ipso est, et hoc est quod dicitur:* Qui, &c. *Falsa de se fingendo propriam gloriam quærit, quia superbia excitat eum ad sic loquendum.*

8 Qui autem quærit. *Id est, Dei patris.*

9 Hic verax est: *In doctrina.*

10 Et iniusticia, &c. *Quia irreprehensibilis est in vita sic autem faciebat Christus, quia statum paupertatis & abiectionis elegit, et gloriam Dei in omnibus quæsiuit, et patet propositum.*

11 Nónne Moyses. *Hic remouet quandam obiectionem, quæ posset fieri in contrarium, quia possent dicere & de facto dicebant, tua doctrina non est à Deo, quia legem Dei datam Moysi non custodis violando sabbatum, hoc enim ei imponebant, vt supr. dictum est. Hanc autem obiectionem remouet dupliciter. Secundo, ibi:* Respondit Iesus. *Primò igitur remouet obiectionem prædictam per hoc, dato quod esset transgressor legis, non tamen habebant titulum arguendi ipsum, cum essent transgressores legis manifestè in maioribus. Et hoc est quod dicitur:* Nónne Moyses. *Quasi dicat, vos estis obligati ad eius obseruationem magis quam ego, quia secundum veritatem non erat obligatus.*

12 Et nemo ex, &c. *Quod probat per effectum, dicens:*

13 Quid me quę. *Lex enim prohibet interfectionem innocentis, & quia non poterant rationabiliter respondere, cōuerterunt se ad conuicia, vnde sequitur:*

14 Respondit turba. *Id est, homines turbati.*

15 Dæmonium ha. *Quod patet manifestè falsum, quia dæmonia expellebat.*

16 Quis te q. *Quasi dicat, nos non quærimus. Et in hoc mentiuntur, sicut & in primò, quia quęrebant mortem eius, vt dictum est in principio huius ca.*

17 Respondit. *Hic alio modo excludit obiectionem prædictam ostendens eam falsam. Ex hoc enim dicebant eum transgressorem legis quod languidum sanauerat die sabbati, vt supr. dictum est 5. c. & tamen in hoc non fuit transgressor, vt ibidem fuit dictum. Et hoc idem ostenditur alio modo, scilicet, per circumcisionem, quam licitè accipit homo in sabbato. Et hoc est quod dicitur:* Respondit Iesus, *Reprimendo eorum maliciam.*

18 Vnum opus feci. *Scilicet, notum vobis.*

Et

✠ Chrysostomus. Hoc enim est quod dicit. Miramini, hoc est turbamini, tumultuatis. Vide quomodo prudenter à lege eos sillogizat. Vult enim ostendere quòd facere hoc opus non erat legem soluere. sunt enim multa principaliora quàm lex de obseruatione sabbathi, per quorum obseruationem lex non soluitur, sed impletur: Et ideò subdit: *Propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ.* Non quia ex Moyse est, sed ex patribus.

a *Circuncisionem.* Alcvinvs. Propter tres causas data fuit circuncisio. Primò, in signum magnæ fidei Abrahæ. Secundò vt per hanc à cæteris nationibus distingueretur. Tertiò vt (facta in virili membro per quod generatur creatura mortalium) castitatem mentis debere obseruari indicaret. Signat autem baptisma, quo peccata dimittuntur, & cor à cupiditatibus spoliatur.

Hom. 48 in Io. 10 3. — circũcisio data est propter tres causas — aspectũ — Deut. 1. — vere

& omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisiõnem, non quia ex Mõyse est, sed ex pãtribus. Et in sabbãto circumciditis hominem. ✝ Si circuncisiõnem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi, mihi cur indignamini, quia totũm hominem sanũm feci in sabbato? Nolite iudicare secundum ✝ faciem, ✝ sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex ✝ Ierosolymis. Nõnne hic est quem quærunt interficere? Ecce ✝ palam loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes, quia hic est * Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cùm venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo, docens & dicens: & me scitis, & vnde sim

a ¶ Quæ significat sanationem animæ & corporis, quam ego facio. b ¶ Incepta. c ¶ Quia Abraham in sabbato prius accepit à Deo. d ¶ Quo iubemini vacare, si occurrit octauus dies, iubemini circuncidere. ¶ Ergo. a ¶ Quæ ad salutem instituta est, id est, si in signo veræ salutis non est, violatio sabbati. a ¶ Qui veram salutem operor. a ¶ Id est, humanum genus totum innouo. b ¶ Curatus est vt sanus esset in corpore, & si crederent sanus esset in mente. a ¶ Cuius filius sit.

✠ Avgvstinvs. Hoc quod dominus notauit hoc loco, euadere in hoc sæculo magni laboris est, non personaliter iudicare, admonuit quidem Dominus Iudæos, admonuit & nos. Quod enim præciosum sonabat de ore Domini, & propter nos scriptum est, & nobis reseruatum, & propter nos recitatum. Sursum est Dominus, sed etiam hic est veritas Dominus. Corpus enim Domini in quo surrexit, vno loco esse potest, veritas eius vbique diffusa est. Quis ergo est qui non iudicat personaliter? qui æqualiter diligit. Non enim cùm homines diuerso modo pro suis gradibus honoramus timendum est ne personas accipiamus: Nonnunquam enim est iudicium inter patrem & filium. Non æquamus filium patri in honore, sed præponimus si bonam causam habet, filium patri in veritate, & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æquitas meritum.

Tra. 10. in Ioan. to. 9. — Ierosolymitis. — libere

b *Si circuncisionem ac.* Quasi vos qui in lege gloriamini contra legem quę me nunciat, de morte mea tractatis, sed non est contra legem, quod totum hominem sanum feci in sabbato ego dominus sabbati. Custodia enim Sabbati sicut cætera omnia proter salutem hominis sunt, sicut vosipsi circuncidentes in sabbatho, (quia ad salutem pertinet) non soluere vos sabbatum creditis.

c *Nolite iudicare secundum, &c.* Non debetis mihi irasci de saluatione hominis in sabbato, sicut non irascemini de circumcisione in sabbato, quia non est iudicandum secundum faciem, id est, actionem personarum, vt quod licuit Moysi, mihi non liceat, sed iustum iudicium, id est, secundum veritatem rerum qua cognita, nec me, nec Moysen damnabitis, nec me contrarium illi dicetis. In quo illos arguit, nos instruit, ne in iudicandis causis personas accipiamus, non quod pro diuersitate graduum diuersimodè personas non honoremus.

d *Dicebant ergo.* Quia etsi occultus ad festum ascendit, palam loquitur, & apparet potestas quæ putabatur timiditas. Mirantur aliqui, quia potentia non tenetur cuius mors tantopere quærebatur, & nondum plenè intelligentes eius esse potentiam; putant esse scientiam principum, quia cognouerunt eum esse Christum, vnde sibiipsis obiiciunt, non esse hunc Christum, cum nemo sciat vnde sit Christus, quia etsi per prophetas dicitur locus natiuitatis & huiusmodi, tamen æterna natiuitas eius ex patre nascitur, vnde propheta: *Generationem eius qui enar.* Vnde Christus ad vtrumque respondet, & de infirmitate, & de maiestate.

Isa. 53. c.

e *Et me sci.* Id est, effigiem vultus mei, *& vnde sim* natiuitatem & parentes

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et omnes miramini. *Id est, turbamini, quasi dicat, tantum turbaremini, si vidissetis omnia facta mea, male interpretantes ea.*

2 Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem. *In lege eam scribendo.*

3 Non quia ex Moy. *Scilicet, primo.*

4 Sed ex patrib. *Quia data est à tempore Abrahæ vt patet Gen. 17. b. Et sic patet, quod circuncisio est maioris auctoritatis, quia data est ipsi Abrahæ, qui erat pater principalis populi.*

5 Et in sabbato. *Absque legis transgressione, quia preceptum est quod octaua die circuncidatur puer. Et ideo si octaua dies sit in sabbato, circunciditur puer, nec aliqua transgressio reputatur, ex hoc arguit saluator.*

Gen. 17. b

6 Si circuncisionem accipit homo in sabbato, &c. *Vt patet per prædicta.*

7 Mihi cur indignamini. *Quasi dicat, hoc est valde irrationabile, quia magis licita est & melior sanatio hominis in anima & corpore, quam sit ipsa circumcisio, & magis ad Dei gloriam.*

8 Nolite iudicare. *Hic ex prædictis concludit intentum, scilicet, quod ei doctrina sit à Deo, si rectè consideretur. Et hoc est quod dicitur:* Nolite iudicare. *id est, attendentes ad id quod non pertinet ad rem, quod fit quando amor vel odium attenditur, propter quod aliter quam secundum veritatem iudicatur.*

9 Sed iustum. *Id est, de doctrina mea & factis meis iudicate secundũ naturã rei in se, & tunc inuenietis quod est à Deo secũdum veritatẽ.*

10 Dicebant ergo. *Declarata origine doctrinæ, hic ostenditur, origo doctoris. Et diuiditur in duas, quia primo circa hoc ponitur populi dubitatio. Secundo Christi solutio, ibi:* Clamabat ergo. *Circa primum sciendum, quod multi de populo sciebant principes quærere mortem Christi, & ideo cum vidissent eum in palam docentem, & principes arguentem, & ipsos non contradicere, crediderunt fortius ipsum esse Christum, trahentes argumentum ex facto principum, qui non capiebant eum, cum tamen prius ad mortem quæreret eum, quasi ipsi de nouo haberent noticiam quod ipse esset vere Christus eis promissus, & ideo ab eius persecutione cessassent. Et hoc est quod dicitur.* Dicebant ergo, &c. *isti enim sciebant melius maliciam principum quam alij, quia manebant cum eis in ciuitate.*

Diuisio

11 Nõnne hic est quem quæ. *Toto conatu suo.*

12 Ecce pal. *Et contra eos, vt patet per prædicta, quia dixit:* Nemo ex vobis facit legem.

13 Et nihil. *Id est, ipsum non capiunt, quia bene aliqua verba ei dicebant, vt patet ex prædictis.*

14 Nunquid, &c. *Quasi dicat, videtur quod sic, eò quod desistunt ab eius persequutione, veruntamen quia non habebant certitudinem, sed tantum opinionem ideo etiam arguebant ad contrarium dicentes.*

15 Sed hunc. *Quia patriam & genus eius cognoscebant.*

16 Christus autem. *Id est, sciet.*

17 Vnde sit. *Istud autem accipiebant ex scriptura, Isa. 53. c. quæ ad literam intelligitur de Christo:* Generationem eius quis enarrabit? *Et Isa. 45. c.* Verè tu es Deus adsconditus saluator Israel.

18 Clamabat ergo. *Posita dubitatione populi circa originem Christi, hic ponitur prædictæ dubitationis solutio. Et diuiditur in duas, quia primò declarat Christus originem suam. Secundò, terminum ad quem tendebat, ibi:* Dixit ergo Iesus. *Adhuc modicum. Prima adhuc in duas, quia primo declaratur Christi origo, Secundo, ex hoc oritur turbę diuisio, ibi:* Quærebant. *In prima ergo parte dicitur sic:* Clamabat ergo. *In quo ostenditur magnitudo sui affectus ad nostram informationem.*

Diuisio.

19 In templo, &c. *Vt omnes possent eum audire.*

20 Et dicens. *Eorum dubitationi respondendo.*

21 Et me scitis. *Quantum ad humanitatem; patriam & genus* cog-

A & parentes, quod est, secundùm carnem me noscitis, sed non secundùm diuinitatem, quia *à me ipso non veni*. Nesciebant eum Dei filium esse, nec à patre missum nesciebant etiam Deum patrem qui verus est genitor ipsiusveritatis. Sed vnde possunt scire, subdit: *Ego scio*. Ergo à me quærite, in me credite, quia *nemo nouit patrem nisi filius, & cui filius voluerit reuelare.* Mat.11.c

scitis, & à me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Ego scio eum, & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. † Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa * faciet quàm quæ hic facit? Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt † principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent eum. Dixit ergo eis Iesus: Adhuc modicũ tẽpus vobiscum sum & vado ad eum qui me misit. † Quærẽtis me, & nõ inuenietis,

(Interlinear: ¶ Quod est impossibile. ¶ Id est, quia nondum volebat. a ¶ Prædicatione & miraculis moti, simplices credunt, & verba & facta domini glorificant. ¶ q.d. Non. a ¶ Tunc. b ¶ Id est, per passionem ad eum vadit, à quo tamen non recessit. ¶ Id est, patiar, quia sponte patiar. ¶ Post autem compuncti de scelere mortis meæ. c ¶ Fide vel corporaliter.)

a *Sed scio eum.* Ideo scio eum, *quia ab ipso sum ipse, &c.* Breuiter vtrumque complectatur, *ab ipso sum*, quia filius de patre, pater non de alio, & in carne me videtis, quia ipse me misit: In quo ei magna generantis autoritas, & sibi communis cum hominibus natura. *Ab ipso sum, & ipse me misit.* ✠ AVGVST. Magnificè vtrumque monstrauit. Ab ipso inquit sum, quia filius de patre, & quidquid est filius, de illo est, cuius est filius. Ideo Dominum Iesum dicimus Deum de Deo, patrem non dicimus Deum de Deo sed tantum Deum: & dicimus dominum Iesum lumen de lumine patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen. Ad hoc ergo pertinet quod dixit, *ab ipso sũ*. Quod autem videtis me in carne, ipse me misit. Vbi audis ipse me misit, noli intelligere naturæ dissimilitudinẽ, sed generantis autoritatẽ

(Margin: †Mat.21.c Mar.11.c Luc.19.g B; * ijs. † pharisæi & principes sacerdotũ; Tract. 31 in Ioan.)

C ✠ HILARIVS. Quæro vtrũ id, quod ab eo opus est, in eo creationis aut naturã generationis ostendat. Si opus in eo creationis est, vniuersa quoq; quæ creantur à Deo sunt, & quomodo patrẽ non vniuersa nouerat, cùm filius eum idcircò, quia ab eo est, non nesciat? Sic verò idcircò ei, quia ab eo sit eum nosse sit propriũ, quomodo nõ hoc ei qui ab eo est, erit propriũ, sc. vt verus filius ex natura Dei sit? Habes igitur proprietatẽ cognitionis de proprietate generationis, tamen non fortè id quod ab eo est, aduẽtus sui tẽpus hæresis inuaderet, cõtinuò subiecit: *Et ipse me mi.* Tenuit ordinem euangelici sacramenti natum se professus & missũ. (L.6.de Tri. parum ante medium.)

b *Hora eius.* Non quod necessitas sit facti, sed opportunitas voluntatis. Volùit enim opportuno tempore nasci, præmissa longa serie præconum. Similiter prædicator euangelio voluit opportuno tempore mori. D

c *Audierunt Pharisæi.* Principes insani audito murmure quo Christus à turba glorificabatur, quærunt occidere, quem tamen nondum volentem apprehendere non potuerunt, sed docentem audierunt.

d *Adhuc modicum tempus.* Quasi dicat: Quod modo vultis, post facturi estis, sed non modo, quia adhuc modicum tempus vobiscum sum, quo dispensationem meam implere debeo, & tunc vado ad eum qui me misit, tunc pati debeo. Et qui modo non vultis audire præsentem & miracula facientem, quæretis me post resurrectionem & ascensionem cum tanta miracula fient per apostolos mea virtute, & cum tanta credet multitudo. Tunc enim compuncti de tanto scelere mortis Christi dixerunt Petro: *Quid faciemus.* (Margin: & si dixero quia nescio eũ ero simi lis vestri mẽdax, sed scio eum. ·quàm E; Act.2.d)

e *Vobiscum sum & va.* Non ait ero, sed sum, quia & si secundum quod homo mutat loca, secundum quod Deus non mutat, cum vbique sit. Vnde alibi: *Filius hominis qui est in cœlo*, quasi dicit, loquens in terra. F (sup.3.b.)

f *Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, vos.* ✠ AVGVSTINVS. Hic resurrectionem suam prædixit, quia quæsituri illum erant post resurrectionem compuncti. Noluerunt enim illum agnoscere præsentem, & postea quæsierunt cum viderent in eum multitudinem credentem, vnde multi compuncti dixerunt: *Quid faciemus?* Viderunt enim Christum suo scelere morientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscentem: Et quousque biberent sanguinem, quem effuderunt, de sua salute desperauerunt. (Tra.31.in Ioan.to.9.)

NICOLAVS DE LIRA.

cognoscendo, sed quantum ad diuinitatem nescitis: Ideo sequitur.

1 Et à me ipso. *Sed à patre quem ignorantis.*

2 Sed est verus qui misit me. *Quia in hoc impletur promissum de filij missione.*

3 Quem vos ne. *Quia* Deum nemo vidit vnquam, *vt suprà dictum est 1.b. & proinde me non cognoscitis, cum sim eius filius naturalis equalis ei in natura deitatis.*

4 Ego scio eum. *Quia inquantum Deus, filius habet eandem scientiam cum patre, & sic eum comprehendit. Secundum etiam, quod homo eum clarè vidit à principio, licet non comprehendat. Et causa huius noticia subditur cum dicitur.*

5 Quia ab ipso sum. &c. *Per hoc enim, quod procedit à patre in natura diuina, habet scientiam primam, quę est scientia comprehensionis. Per hoc autem quod missus est in natura humana ad salutem mundi, habet in natura humana plenitudinem gratiæ & scientiæ, quę potest in natura creata recipi.*

6 Quærebant ergo. &c. *Hic consequenter ponitur populi diuisio sequens ad responsionem Christi, quia ea audita maligni exarserunt in malicia, & boni fuerunt in fide solidati. Et hoc est quod dicitur:* Quærebant ergo. *Ad occidendum malignantes.*

7 Et nemo misit. *Quia non poterant explere maliciam in effectu, nisi quantum permittebant. ideo sequitur.*

8 Quia nondum venerat. *Id est, ab eo ordinata de captione sua.*

9 De turba autem multi crediderunt, &c. *Propter eius doctrinam & miracula. ideo sequitur.*

10 Et dicebant: Christus, &c. *Quasi dicat: Non est alius expectandus qui plura faciat. Ideo firmiter tenendum quod hic est Christus. Audierant enim ante quod in aduentu Christi multa miracula debebant fieri, & secundùm veritatem tot videbant fieri præsentialiter, quot cõuincebantur credere ipsum esse Christum.*

11 Audierunt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc. *Et bene dicit murmurantem, quia non audebant bene confiteri in palam. Verumtamen pharisęi audientes tanta bona de Christo, doluerũt & procurauerunt ministros per principes ad capiendum ipsum. Et hoc est quod dicitur:* Et miserunt, &c.

12 Dixit ergo eis Iesus. *Postquam Christus ostendit suam originem, hic consequenter declarat terminum ad quem tendebat. Et diuiditur in duas, quia primo ostenditur propositum. Secundo ex hoc sequitur admiratio turbarum, ibi:* Dixerunt ergo. *Terminus ad quem Christus tendebat est ipse pater, ad quem per mortem rediit inquantum per hoc gloriam corporis & exaltationem accepit. Et hoc est quod dicit, quasi respondendo intentioni quærentium ipsum capere.* (Diuisio.)

13 Adhuc modicum tempus vobiscum sum. *Quasi dicat, non modo implebitis quod vultis, quia adhuc modico tempore volo manere in populo ad docendum & miracula faciendum.*

14 Et vado, &c. *Per mortem enim iuit ad patrem, peractis tamen prædictis.*

15 Quæretis me. *Quia post ascensionem eius in cœlum Iudæi videntes signa per apostolos fieri, pœnitentia ducti reuersi sunt ad fidem Christi, dicentes ad apostolos,* Quid faciemus? *vt habetur Act. 2.f.*

16 Et non inuenietis. *Scilicet, secundùm præsentiam corporalem, sed pœnitentes eum inuenerunt secundum præsentiam spiritualem.*

Aliter exponitur de præsentia corporali, quia post appropinquante destructione ciuitatis per Romanos, multi Iudæorum cognouerunt hanc miseriam eis euenire propter mortem Iesu, quem tunc libenter voluissent habere præsentem ad sui liberationem. Sequitur.

Non ... Et vbi

a *Non potestis venire.* Non ait poteritis, sed potestis. Tales enim A tunc erant qui non possent, sicut & alibi dicit Petro: *Non potes me sequi modo, sequeris autem postea*, sic nec de istis datur desperatio.

Infrà 13.d.

b *Ad semetipsos; &c. in dis.* Vnde domino dicere nescierunt, & tamen illud quod futurum erat nescientes pronunciauerunt. Quod etsi non præsentia per apostolos tamen iturus est ad gentes crediturus.

c *Quis est hic.* Cum ignorantes prophetassent veritatem, replicantes eandem quæstionem ostendunt se prophetasse ex ignorantia, vt potius ignorasse videantur quàm prophetasse.

d *In nouissimo autem.* Post dissensiones Iudæorum de Iesu, & post verba quæ dixit, quibus alij conderentur, alij docerentur, in vltimo die scenophegiæ vocat non solum loquendo, sed & clamando, vt qui sitit veniat ad eum.

†Prou 5.c. secundum aliam literam.

¶ Quare. a ¶ Incommutabilis cum patre. ¶ Nunc. b ¶ More suo verba domini carnaliter intelligentes.

a & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi 1

a ¶ Non ad ipsum.

b ad semetipsos, quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? 2

¶ Id est, ad gentes ad vana & diuersa dispersas.

Nunquid in dispersionem Gentium iturus est, & docturus

¶ Hic replicant.

c Gentes? Quis est hic sermo quem dixit, quæretis me, & non 3 d inuenietis, & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouis- 4 simo autem die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat, 5

¶ Interius credere & diligere & verba Dei audire. a ¶ Affectu amoris & passibus fidei, recedendo ab amore mundi, & hoc est venire ad eum.

e dicens: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, 6 7

¶ Igitur.

f sicut dicit scriptura, † flumina de ventre eius fluent aquæ 8 9

¶ Exponit ad quem vocasset potum. a ¶ Sancto. b ¶ Quando post resurrectionem insufflauit, & post ascensionem in igneis linguis dedit.

viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant 10 11 12

ritus sanctus dicente Saluatore, *si autem in spiritusancto eycio dæmonia.* Sed qui erat in domino, necdum notus in apostolis morabatur. Quamobrem cum duceretur Iesus ad passionem negat, & Christum se nescire iurant.

Si quis sitit. ✠ AVGVSTINVS. Est sitis interior, quia est homo interior. Constat autem plus amare hominem interiorem quàm exteriorē. Si ergo sitimus, veniamus non pedibus, affectibus, nec migrādo, sed amando.

Trac. 34. in Ioan. to. 9.

✠ CHRYSOST. *Flumina de ventre eius fluent.* Ostendit quoniam rectam oportet habere cognitionem, & non ita à signis sicut à scripturis credere in ipsum. Etenim superius dixit: *Scrutamini scripturas.*

Hom. 50. in Ioan. to. 3.

f *De ventre eius fluent aqua viua, &c.* ✠ HIERONYMVS. Hoc testimonium de prouerbijs, sumptum est, vbi scilicet, dicitur: *Deriuentur fontes tui foris, & in plateis tuis aquas diuide.*

In prologo Genes.

✠ AVGVST. Venter interioris hominis, cōscientia cordis est. Quid est fons & quid est fluuius qui manat de vētre interioris hominis? Beneuolentia qua vult cōsulere proximo. Si enim putet, quia quod bibit soli ipsi debet sufficere: nō fluit aqua de ventre eius. Si autem proximo festinat consulere: ideo nō siccat, quia manat. Videmus nunc quid sit quod bibūt, qui credunt in domino: quia vtique Christiani sumus, & si credimus, bibimus. Et vnusquisque debet agnoscere in seipso si bibit, & sic viuit ex eo quod bibit. Non enim nos deserit fons, si non deseramus fontem.

Tract. 32. in Ioan.

✠ GREGORIVS. Cùm à mente fidelium sanctæ prædicationis verba defluunt, quasi de mente credentium aquæ viuæ flumina decurrunt. Ventris autem viscera quid sunt aliud nisi mentis interna, id est, recta intentio, sanctum desiderium, humilis ad Deum, pia ad proximum voluntas.

Super Ezech.

C e *Si quis sitit.* Bibat spiritum, vt post exponit *& cum biberit, flumina de ventre eius fluent aquę viuę.* Venter, est conscientia cordis, quæ bibito spiritu purgata viuit, & habet fontem. Et ipsa est fons vel fluuius, qui manat beneuolentia; dum proximo vult consulere, qui bona sua putat sibi soli sufficere, non fuit ille fons.

HIERONYMVS. Audacter & tota libertate pronuncio, ex eo tempore quo apostoli domino crediderunt habuisse spiritum sanctum, nec potuisse signa facere absque spiritussancti gratia, sed pro modulo atque mensura, vnde Saluator clamauit in templo, dicens: *Si quis sitit ve. ad me & bi. qui credit in me sicut dicit scrip. flumina de ven. &c. Hoc autem dixit de spiritu quem ac. e. cre. in eum.* Et in eodem loco infert: *Nondum enim erat spiritus datus quia Iesus non e. g.* Non quod nunc non esset spiritus

Matth. 12. c

✠ CHRYSOST.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vbi ego sum, &c. *Quare non dixit:* Vbi ego vado. *quod videretur conuenientius dicere? Dicendum quod sicut ire ad patrem conuenit ei secundum humanitatem in qua est mutatio, ita esse semper apud patrem conuenit ipsi per diuinitatem, in qua est idem cum ipso patre in essentia, distinctus tamen in persona. Et ad hoc designandum dicit:* Vbi ego.

2 Dixerunt. *Hic ex verbis Christi ponitur turbæ admiratio. Ex hoc enim quod Christus dixerat:* Quæretis me. *Quasi dubitantes arguebant quod deberet à Iudæa recedere; & ire ad prædicandum gentibus extra terram Iudæorū. Et litera patet, sed ex fine verbi arguunt contrarium dicentes:*

3 Quis est hic, &c. vos non potestis venire. *Quasi dicat, ex hoc quod dixit:* Vbi ego. *patet quod illud quod dixit:* Quæritis me, &. *Non intelligitur per hoc recessus eius à Iudæa, quia dixisset, vbi ero, & non vbi sum: quia tunc erat in Iudæa; cum protulit verbum prædictum. Et sic patet eorum dubium circa Christi verbum. Sic enim debebat loqui obstinatis, vt videntes non viderent, & audientes non intelligerent prout erat de eis prophetatum Isa. 6. c.*

4 In nouissimo autem. *Declarata origine doctrinę Christi, & ostenso quod erat à Deo data & facta, hic consequenter inuitat ad ipsam. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur huiusmodi inuitatio. Secundo, ex hoc sequens populi dissensio, ibi:* Ex illa ergo tur. *In prima igitur parte dicitur sic:*

Diuisio.

In nouissimo autem. *Id est, in die 7. quia primus dies & vltimus erant solenniores intermedijs.*

Vel aliter: In nouissimo. *Id est, in octauo, quia peractis septem diebus festiuitatis tabernaculorum, in octauo die erat festum cœtus, vel collecta. Et dicebatur illa dies sanctissima in lege. Cuius ratio est, quia figurabat congregationem sanctorum in superna fœlicitate. In illa ergo die magna & solenni.*

5 Stabat Iesus, & clamabat. *Prædicando verbum Dei. Et ex hoc inoleuit consuetudo, vt turbis vulgaribus fiat sermo stando, religiosis autem sedendo, quia Christus docebat discipulos suos sedendo, vt habetur Matt. 5. a.* Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, & aperiens, &c. *Et in pluribus alijs locis in euangelio turbas docebat stando, vt hic habetur, quid autem docebat, subditur:*

Turbis stādo religiosis sedendo prædicatur

6 Si quis sitit. *Si quis desiderat doctrinam vitę.*

7 Veniat ad me. *Per fidem formatam.*

8 Et bibat. *Aquam sapientiæ salutaris, non solum ad sufficientiam; sed etiam ad redundantiam, quia fides & bonitas vnius fidelis, debet ad alios deriuari, quod ostendit saluator per scripturam. Cuius sententia habetur Prouer. 5. c. sed verba sunt hic aliquantulum mutata. Et hoc est quod dicitur:*

9 Qui credit in me, &c. Flumina de &c. flu. *Ad alios per redundantiam.*

10 Aquæ viuæ. *Dicitur autem sapientia diuina aqua viua, quia continuat hominem suo principio, scilicet, Deo.*

11 Hoc autem dixit de spiritu. *Hæc sunt verba Euangelistæ exponentis verbum Christi prędictum de acceptione spiritussancti in signo visibili, sicut acceperunt apostoli die Pentecostes, quia ex illa acceptione facta est redundantia fidei in prędicatione euangelij per totum orbem.*

12 Quem acce. &c. *Quamuis enim apostoli haberent gratiam spiritussancti ante illam diem Pentecostes, non tamen ita plenè, & propter hoc non receperant in signo visibili, quod denotat gratiæ plenitudinem. Cuius tamen causa subditur:*

Nondum

MORALITER.

† 4 *In nouissimo autem die.* Ex hoc inoleuit, quod turbis fit prædicatio stando & magis clamosè, claustralibus autem & apostolis sedendo & magis remissè, eò quod dicitur Matt. 5. a. *Et cum sedisset ac. ad eum di. & aperiens, &c.*

CHRYSOSTOMVS. Dicit flumina, & non flumen, copiositatem & vbertatem occultè insinuans. Viuentem autem aquam dicit, agentem semper. Spiritus enim gratia, cùm in mentem intrauerit, & firmata fuerit, omni fonte magis manat, & neque deficit, neque euacuatur neque stat, videbit quis vtique hoc, ad sapiētiam Stephani, ad Petri linguam, ad Pauli fluxum inspiciens. Nihil enim eos detinebat, sed sicut fluminamulto impetu delati, omnia secum trahentes abibant.

Ho. 50. in Ioan. to. 3.

a *Nondum enim erat.* Et si prophetæ acceperunt eundem spiritum: & Ioannes & alij ante resurrectionē Christi; tamen erat alius modus donationis futurus apertior & plenior, post resurrectionē enim quando primum apparuit apostolis: insufflauit in faciem eorum, qui flatu primo homini animam indidit, & de limo erexit. Significans ergo se esse eundem, insufflauit spiritum apostolis, vt de luto exurgerent. Deinde post ascensionē plenius spiritum misit in igneis linguis, vt omnes gentes docerent, sicut illi tunc omnibus linguis: sic nunc vnitas ecclesiæ loquitur omnibus linguis, à qua vnitate præcisus non habet spiritū.

†Matt. 1. a. Infrà 20. Gen. 2. b. Act. 2. a. †suprà 3. a. Infrà 19. g.

b *Quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermo*, Postquam autem baptizantur spiritu sancto, & effunditur gratia spiritussancti in eis; tunc liberè loquuntur ad principes Iudæorum: *Oportet obedire magis Deo quam hominibus* mortuos suscitant, inter flagella lætantur, sanguinem fundunt, & alijs supplicijs coronantur. Nondum ergo erat spiritus in apostolis, nec de ventre eorum fluebant gratiæ spirituales: quia nondum fuerat dominus glorificatus. Quæ sit autem talis gloria ipse in sequentibus aperit dicēs: *Pater clarifica me claritate quam habui apud te, antequā mundus fieret.* Christus nisi resuscitatus, vt sua resurrectione nostram ostendens, & vitam quam amemus, spiritum dare noluit, vt in resurrectione nostra flagret charitas: & spreta vita quæ non est vera & omnibus caducis quæ sunt eius charitate migremus ad veram vitam. Si ergo credimus in eum qui resurrexit à mortuis, & nobis datur spiritus à nouo homine, vt noui simus.

Act. 5. f. †sanctus Infrà 17. a. †Mich. 5. a.

(a ¶ Accepturi.) credentes in eum. [1] Nondum enim erat spiritus † datus, quia [2] (a ¶ Resurrectione & ascensione. b ¶ Cum hoc loqueretur & inuitaret credentes, nata est de illo in turba dissensio.) Iesus nondum erat glorificatus. [3] Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius (a ¶ Aliqui. ¶ Hi cœperant dicere.) dicebant: [4] Hic est verè propheta. [5] Alij (a ¶ Hi nondum inceperant bibere, nescientes hęc esse impleta in Christo quę prophetę prædixerant, quia erat in Nazareth Galilææ nutritus. ¶ Qui nouerant in Nazareth nutritum, natiuitatis locum non attendunt.) dicebant: Hic est Christus. † [6] Quidam autem dicebant: † [7] Nunquid à Galilæa venit Christus? [8] Nónne scriptura dicit, quia [9] ex semine Dauid, & de Bethleem castello vbi erat Dauid, venit Christus? [10] Dissensio itaque facta est in turba propter eum. (a ¶ Non tantum credere nolebant, sed persequi volebant.) [11] Quidā autem ex ipsis volebant apprehendere eum, [12] sed nemo (¶ Quia nondum ipse voluit.) misit super illum manus. [13] Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos, (¶ Pharisæi.) & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis (a ¶ Qui missi fuerunt. ¶ Prius. ¶ Quia erat Deus & homo.) eum? [14] Responderunt ministri: [15] Nunquā sic loquutus est homo (¶ Hoc testimonium repellentes. a ¶ Quid delectati estis sermonibus eius?) sicut hic loquitur. [16] Responderunt ergo eis Pharisæi: [17] Nunquid & vos seducti estis? [18] Nunquid ex principibus aliquis credidit [19] in eū, aut ex Pharisæis? [20] Sed turba hęc quæ non nouit legem: [21] (¶ Volens illuminari.) maledicti sunt. † [22] Dicit Nicodemus ad eos, ille qui venerat

c *Venerunt ergo.* Missi ad capiēdum eum redierunt immunes à crimine pleni admiratione diuinę doctrinæ testes.

d *Nunquid & vos. &c.* Laudabiliter seducti erant qui dimisso malo infidelitatis transierant ad fidem.

e *Nunquid ex principibus aliquis, &c.* Qui docent legem contemnunt eum qui misit legem, sed qui non nouerant legem, credunt

Infrà 19. g.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nondum enim erat: *In tali plenitudine & signo visibili.*

2 Quia Iesus. *Ad hoc enim datur spiritussanctus, vt trahantur cordafidelium ad cœlestiū glorię desiderium, nihil autem desideratur, nisi apprehendatur vt possibile, possibilitas autem humanæ naturę ad assequutionem cœlestium manifestatur per glorificationem humanitatis in Christo. Et ideo priùs debuit glorificari, quam daretur spiritussanctus in signo visibili, vt per factum videretur aditus regni cœlestis possibilis homini.*

3 Ex illa, &c. *Hic consequenter describitur populi dissensio sequens ad verba Christi. Et primo inter populares. Secundo inter principes, ibi:* Venerunt ergo ministri. *In prima ergo parte dicitur sic:* Ex illa *scilicet, illi qui verè credebant.*

4 Hic est verè propheta. *Id est, antonomasticè dictus propheta, qui promissus est Deut. 18. c.* Prophetam suscitabit Deus, &c. *quod ad literam intelligitur de Christo, vt dictum est suprà cap. prę.*

5 Alij dicebant. *Isti erant in fide feruentiores prædictis, quia fidei veritatem apertiùs confitebantur.*

6 Quidam autem. *Contradicendo præcedentibus.*

7 Nunquid à Galilæa venit Christus. *Quasi dicat, non: & propter hoc non est Christus, quia est Galilæus. Et adducunt pro se argumētum ex scriptura, dicentes.*

8 Nónne &c. & de Beth. &c. *Quando fuit inunctus in regem.*

9 Venit Christus? *Quasi dicat sic: Sciendum quod scriptura in pluribus locis prædixit Christum esse de semine Dauid, potissimè Iere. 13. a.* Suscitabo Dauid germen iustum, &c. *quod intelligitur de Christo. Vnde in fine autoritatis subditur:* Et hoc est nomen quod vocabunt eū, dominus iustus noster. *Similiter quod in Bethleem castello nasceretur, scriptum est Mich. 5. a.* Et tu Bethleem Ephrata, &c. *Sequitur:* Ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel. *Et vtrumque erat verum de Christo, quia de Dauid descendit secundùm carnem, & in Bethleē natus est, vt patet Matt. 2. a. & Luc. 2. a. sed ipsi hoc ignorabant, eo quod nutritus fuerat in Nazareth.*

10 Dissensio itaque facta, &c. *Quia ibi erant contrariæ opiniones de eo, vt patet ex prædictis.*

11 Quidam au. &c. *Sed repressi sunt diuina virtute, ideò sequitur:*

12 Sed nemo misit, &c. *Quia nihil poterant ei facere: nisi quantum & quando ipse permittebat.*

13 Venerunt ergo, &c. *Hic consequenter ponitur dissensio quo ad principes. Et diuiditur in duas, quia primò ostenditur dissensio eorum erga ministros. Secundò, principū ad inuicem, ibi:* Dicit Nicodemus. *Turbatio principum erga ministros fuit ex hoc, quod non ceperant Iesum, quia ad hoc missi fuerant, vt prædictum est. Et patet litera.*

Diuisio.

14 Responderunt ministri. *Se excusantes.*

15 Nunquam sic loquutus est, &c. *Quasi dicat, ita bene loquitur quod non videtur homo purus, sed plus, propter quod temerarium esset ponere super eum manus.*

16 Responderunt ergo eis Pharisæi. *Ex inuidia moti.*

17 Nunquid & vos seducti estis. *Id est, extra veritatem ducti? quasi dicat, patet quod sic. Quod confirmant exemplo maiorum & legisperitorum dicentium:*

18 Nunquid ex principibus aliquis credidit. *Id est, ex sacerdotibus qui principabantur in populo.*

19 Aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? *Qui videbantur religiosiores alijs, quasi dicerent, nullus ex talibus credidit. Hoc tamen falsum erat, quia multi de istis crediderunt Christo, occultè tamen, ne de synagoga expellerentur, vt habetur infrà 13 cap.*

20 Sed turba hæc. *Scilicet, credidit, quę de facili seduci potest, propter ignorantiam, ideò subditur:*

21 Quæ non. *Hoc accipiebant ex hoc quod dicitur Deut. 27. d.* Maledictus qui non perma. in ser. &c.

22 Dicit Nicode. *Hic ponitur dissensio principum adinuicem propter verbum Nicodemi excusantis Iesum, quia occultè credebat in eum ideo voluit eum excusare ex lege dicens:*

Nunqui

MORALITER.

†20 *Sed tur.* AVG. In me sit hæc maledictio. Ita etiam nunc est in ecclesia, quod simplices & laici sint aliquādo deuotiores secūdū illud Isa. 1. a. *Cognouit bos possessorē suū, & asinus præsepe domini sui.*

MORA-

credunt in eum qui dedit legem, vt impleatur quod dicitur *vt non videntes videant, & videntes caci fiant.*

a *Nunquid lex.* Quia illi peruersi volebant priùs esse damnatores quam cognitores, iste verò putabat quòd si patienter eum præsentem audirent, forsan essent similes ministris qui malacrant credere quã tenere: Autoritate ergo legis vult eos inducere, vt eum prius velint audire.

CHRYSOSTOMVS. Ostendit Nicodemus eos neque cognoscentes legem, neque facientes quæ sunt legis, cùm autem congruum esset ostendere, quod non indiscretè miserunt, vocaturi eum rudiùs & iracundiùs vtuntur contradictione, dicentes: *Nunquid & tu Galilæus es?*

b *Et tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.* Galilæus dicebatur Iesus, quoniam de Nazareth erant parentes eius.

Infrà 9. g. — † Suprà 5. f. — Hom. 51. in Ioan. to 3.

¶ Timens scri. ¶ Non tamen incredulus.

a ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis: [1] Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi priùs audierit ab ipso, & [2] cognouerit quid

¶ Ex præiudicio cordis sui. ¶ Id est, à Galileo seductus.

b faciat? [3] Responderunt, & dixerunt ei: [4] Nunquid & tu Galilæus

¶ Cum sis legislator. a ¶ Tamen dominus prophetarum inde surrexit, qui dicitur Nazareus.

es? † [5] Scrutare scripturas, & [6] vide, quia à Galilæa propheta non

a ¶ Nullo perfecto negocio. ¶ Maliciam suam.

surgit. [7] Et reuersi sunt vnusquisque in domum suam.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nunquid lex nostra iudicat hominem nisi priùs, &c. *Volebat enim per hoc inducere eos ad audiendum Christum, vt per verba eius conuerterentur sicut ipse fuit conuersus.*

2 Et cognouerit. *Quia in damnatione hominis non leuiter est procedendum.*

3 Responderunt, &c. *De veritate turbati, quia homines inuidia & iracundia agitati non recipiunt persuasionem.*

4 Nunquid, &c. *Id est, discipulus huius Galilei.*

5 Scrutare, &c. *Id est, diligenter considera, quia videtur, quod nihil de eis scias.*

6 Et vide quia à Galilæa propheta non surgit. *Hoc verbũ eorum simpliciter est falsum, quia si intelligatur de prophetis generaliter, aliqui fuerũt nati de Galilæa, videlicet Elizæus, Tobias, & Delbora prophetissa & fortè plures alij. Si autem intelligatur de propheta promisso ad salutem populi qui est Messias, vt frequenter dictum est, sic etiam falsum est verbum eorum, quia de ipso scribitur Isa. 11. quod debet esse Nazareus, & per consequẽs de Galilæa, quia Nazareth est in Galilæa. Dicitur enim de Christo Isa. 11. a. secundùm veritatem Hebraicam.* Egredietur, virga de radice Iesse, & Nazareus de radice eius descendet. *Hoc autem poterat respondere Nicodemus, qui erat legisperitus, sed non fuit ausus. Nec mirùm, quia etiam apostoli illo tempore erant timidi.*

7 Et reuersi sunt vnusquisque. *Quia eorum consilium per diuisionem fuit dissipatum.*

An Christus fuerit propheta.

Hic quæritur vtrum Christus fuerit propheta. Et arguitur primò quòd non, quia prophetia pertinet ad cognitionem intellectiuam, vt patet Dan. 10. a. Intelligentia opus est in visione. *Christus autem secundum partem intellectiuam erat in statu beatitudinis, in quo non manet prophetia, sed magis euacuatur, & cessat, vt habetur 1. Cor. 13. c. ergo, &c. Item cognitio prophetica quandam obscuritatem importat. Ideo dicitur propheta, quasi procul fans. In Christo autem non fuit ænigmatica cognitio, quia ab instanti conceptionis anima eius vidit clarè essentiam diuinam, ergo, &c. Contrarium patet in litera. Item in lege & prophetis prædictus fuit venturus sicut propheta antonomasticè dictus.*

Responsio dicendum quod propheta secundùm nominis interpretationem dicitur quasi procul fans, inquantum annunciat ea quæ sunt longinqua ab hominum cognitione. Hæc autem longinquitas potest dupliciter intelligi. Vno modo respectu prophetæ annunciantis, ita quòd ea quæ annunciat sint ab eius cognitione longinqua propter obscuritatem suæ cognitionis, & hoc non pertinet ad perfectionem prophetiæ, sed magis ad defectum, vt patet Nu. 12. b. vbi Moyses dicitur excellentior propheta, eo quòd Deum palam & non per ænigmata viderat, quem alij cognoscebant in somno & visione. Alio modo intelligitur ista longinquitas respectu aliorum hominum cum quibus propheta conuersatur, quibus annunciat occulta, & hoc est de ratione prophetiæ. Et ideo Aug. 16. contra Faustum dicit, quòd ex hoc aliquis dicitur propheta quia annunciat ea quæ sunt longinqua à communi cognitione hominum cum quibus conuersatur in via. Christus autem ante passionem suam quantum ad partem sensitiuam erat viator, & cum alijs hominibus conuersabatur, & ideo quamuis clarè videret diuina secreta, tamen erat verè propheta, inquantum erant longinqua à cognitione aliorum hominum, cum quibus conuersabatur, & quibus annunciabat illa. Angeli autem in nullo sunt viatores, quia eorum conuersatio non est cum hominibus, vt habetur Dan. 2. b. Et ideò non possunt dici prophetæ ex hoc quod annunciant hominibus occulta. Per dicta patet ad argumenta responsio. Quamuis enim Christus quantum ad partem intellectiuam esset beatus, non tamen erat omninò extrà statum viæ, & ideo non euacuabatur in illo ratio prophetiæ ante passionem, sed post resurrectionem fuit euacuata, quia ampliùs non erat in via. Et sic patet primum argumentum. Ad secundum similiter patet ex dictis, quia obscuritas cognitionis in ipso propheta non est de perfectione prophetiæ.

ADDITIO.

In cap. 7. *vbi dicitur in post.* Est igitur sensus secundum Aug. Mea doctrina non est mea.

Verba Aug. in hoc loco hæc sunt: Videtur autem hoc esse contrarium quod dicit: Mea, & non mea. *nam si dixisset ista doctrina non est mea, nulla esset quæstio. Quæ esset ergo doctrina patris nisi verbum patris? ipse ergo Christus est doctrina patris, si verbum patris est, sed quia verbum non potest esse nisi alicuius, et suam doctrinam dixit, & seipsum & non suam, quia patris est verbum. quid est enim tam tuum quam tu. & quid tam non tuum quam tu si alicuius es? Dicere ergo:* Mea doctrina non est mea. *idem est ac si diceret: Ego non sum à memetipso. Hæc Aug Quæ verba satis concordant literæ, et meo iudicio meliùs intelliguntur in seipsis, quam per expositionem postillatoris.*

REPLICA.

In cap. 7 *vbi dicitur:* Mea doctrina non est mea. *vbi postilla ponit verba beati Aug. in clarissima summa sic:* Mea doctrina non est mea. *quasi dicat: Ego qui sum doctrina patris qui non sum à meipso, sed à patre, &c. Hanc intelligibilem & summariam ex dictis beati Aug. reductam veritatem Bur. excutit, et tamen idem finaliter dicit, vt patet intuenti suam allegationem.*

CAP. VIII.

a IEsus autem. Quia mos ei erat die docere in templo, vespere reuerti in Bethaniam, quæ est in monte Oliueti.

MYSTICE. signat altitudinem misericordiæ, vnde nobis chrisma, id est, vnctio. Manè redit ad templum. Manè est ortus nouæ lucis post tenebras legis, quo fidelibus, id est, in templo eius misericordiam venit pandere & dare. Sessio, est humilitas incarnationis, qua miseretur & docet, vnde libentius populus venit ad eum, sed inimici Pharisæi de iusticia tentant, an con-

CAPVT VIII.

a IESVS autem perrexit in montem † Oliueti, [1]

† Oliuatum

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT VIII.

1 IEsus autem. *Declarata origine doctrinæ Christi, hic consequenter ponitur ipsa doctrina. Ipsa autem habet virtutem illuminatiuam et viuificatiuam. Ideo sic procedit, quia primò declarat eius virtutem illuminatiuam. Secundò, virtutem viuificatiuam, cap. 10. ibi:* Amen amen dico. *Prima in duas, quia primò ostenditur eius virtus illuminatiua per verbum. Secundò, per sensibile signum, cap. seq. ibi:* Et præteriens Iesus. *Prima in duas, quia euangelista primò introducit Christum docentem. Secundò, ostendit doctrinæ eius virtutem, ibi:* Iterum

contra eam dicat. sciebant mansuetum & misericordiæ prædicatorem, vnde placebat populo, vnde putabant dicturum dimittendam esse adulteram, & in hoc diceretur hostis legis contrarius Moysi & Deo autori & cum adultera reus mortis. Quod si secundùm legem diceret lapidandam, deriderent, quasi non haberet mansuetudinem quam prædicabat, pro qua amabatur. Ipse autem neutra capitur calumnia, sed seruata mansuetudine respõdet quod est veræ iustitiæ, Qui sine peccato est, primus in illam lapidem mittat. Non autem statim iudicatis, sed inclinans se digito scribit in terrã. Digito Dei scripta fuit lex in lapide pro duricia illius populi nunc iam inclinatus in homine, ipse custos legis est & lator legis, scribẽs in terram quæ fructum reddit. Docet autem nos auditis alicuius malis, non temerè iudicare, sed priùs digito discretionis nosipsos intus discutere, sicut ille dicit: *Qui sine peccato est vestrûm.* Quasi dicat, priùs sitis iusti, vt post ream puniatis. Si enim lex iubet puniri reos, non tamen à similiter puniendis. Ecce plena iusticia, vt iustus mala puniat. Illi ergo vel ream dimittant, vel cum ea pœnam subeant.

*ad ipsum

†ipso forte cum a lij retaretur.

†Leu 20.b

† eas quæ sunt huiusmodi

Exod 31.d

†de pœ.di. 6.c.1.circa medium.

a *Adducunt.* MYSTICE. Mulier in adulterio deprehensa signat synagogam, quæ adulterauit legem Moysi, sequendo traditiones patrum. Vel quæ dimissa lege Moysi, iam sequitur fidem Christi, vnde Iudæus iam quasi adulteram accusat. Vel signat ecclesiam, quæ relinquens Deum, fornicata erat cum dæmonibus, quam Iudæus accusat, quòd ad Christum accedat, & quasi nouum idololatrię genus reputata est.

b *Iesus autem inclinans se deorsum.* Quid scriberet in terra, siue verba illorum, siue quid aliud, non est diffinitum, secundùm quòd se inclinat, & digito scribit. Docet tamen vt antequam iudicium fiat, nos debere inclinare, id est, condescendere in iudicio aut faciendo vti discretione.

1 & diluculo iterum venit in templum, 2 & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3 Adducunt autem scribæ et Pha- 4 risæi* mulierem 5 in adulterio 6 deprehensam et statuerunt eam in medio, et dixerunt ei: 7 Magister, hæc mulier modo deprehensa est in † adulterio. 8 † In lege autem * Moyses mandauit nobis † huiusmodi lapidare. 9 Tu ergo quid dicis*? Hoc autem dicebant tentantes eum, vt possent accusare eum. 10 Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. 11 Cum autem perseuerarent interrogantes, erexit se, & dixit eis: 12 † Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat. 13 Et iterum se inclinans scribebat in terram.

¶ Recenter.

a ¶ De sinu patris in mundum ad reclinanda peccata humani generis. ¶ Peccata eorum.

a ¶ Qui inclinatus scripsit, erectus salua misericordia iusticiam iudicat. ¶ Vt erigat illos qui in peccatis curuabantur. ¶ Auerso vultu non dedignatur.

¶ Ostendit dimissa peccata mulieris.

c *Digito scribebat in terrã.* ✠ AVGVSTINVS. Tanquam illos tales in terra scribendos significaret nõ in cœlo, vbi monuit discipulos, vt se scriptos esse gauderent, aut quod se humiliando (quod capitis inclinatione monstrabat) signa in terra faceret, aut quod iam tempus esset, vt in terra quæ fructum daret, non in lapide sterili, sicut antea, lex eius conscriberetur. ✠ ALCVINVS. Per terram cor humanum ostenditur, quod bonarum vel malarum actionum solet reddere fructus, per digitum autem qui articulorum compositione flexibilis est, sublimitas discretionis exprimitur. Nos ergo instruit, vt cum quælibet mala proximorum conspicimus, non statim ea temerè damnemus, sed priùs ad cõscientiam cordis humiliter reuersi, digito discretionis ea solicitè disquiramus.

Libr.4. de cõs. euangelistarũ ca.10.to.4

* nostra * de illa

d *Qui sine peccato vestrũ est.* ✠ AVGVST. Non dixit non lapidetur. ne contra legem dicere videretur. Absit autem, vt diceret, lapidetur, venit enim non perdere quod inuenerat, sed quærere quod perierat. Quid ergo respondit? *Qui sine peccato est vestrûm, primus in illam lapidem mittat.* Hæc vox iustitiæ est, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus impleatur lex, sed non à præuaricatoribus legis.

Tract.33.in Ioan.to.9.

e *Et iterum se inclinans.* Data sententia iusticiæ qua illi conscij malorum

NICOLAVS DE LIRA.

Iterum ergo. *Prima in duas, quia primo ponitur doctrina veritatis. Secundo, confutatio falsitatis, ibi:* Adducunt autem. *Circa primum sciendum, quod debitus modus docẽdi veritatem fidei est primò haurire in oratione, postea effundere populo in prędicatione. Et ideo Christus volens dare exemplum prædicatoribus ecclesię aliquando ante prædicationem sequestrabat se in oratione. Et hoc est quod dicitur:*

Diuisio

Iesus autem. *Causa orandi, quia domus Marthæ in qua hospitabatur, erat prope mortem illam.*

1 Et diluculo iterum venit in templum. *Ad ostendendum in eo zelum animarum.*

2 Et omnis. *De salute animarum. Quid autem tunc dixerit prætermittit euangelista, quia principaliter intendebat describere illa ex quibus eius deitas manifestabatur, ex quibus dissensio Iudęorum contra eum oriebatur.*

Diuisio

3 Adducunt autem Scribæ. *Hic consequenter ponitur confutatio falsitatis. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur Iudæorum maligna interrogatio. Secundo, subiungitur Christi benigna responsio, ibi:* Iesus autem inclinans. *In prima ergo parte dicitur sic:* Adducunt autem. *id est, illi qui habebant noticiam scripturarum.*

Quæstio

4 Et Pharisæi. *Qui videbantur præ alijs religiosi.*

5 Mulierem in adulterio. *Si quæratur quare non adduxerunt adulterum eius, cum secundùm legem esset eadem pœna plectendus. Potest dici quod per hoc voluerunt ponere suspitionem in corde populi, quod fuisset aliquis discipulus eius, & ideo non adduxissent eum ad eius iudicium. vel aliter, forte adulter erat diues, & ideo pro precio ipsum liberauerant, proponunt ergo quęstionem brigosam, quia responsio ad quamlibet partem videbatur esse contra Christum, vt videtur.*

6 Magister. *In quo allegant præsentiam personæ, & præsentiam facti, cum subditur:*

7 Modo deprehensa est. *Et arguunt grauitatem criminis ex grauitate pœnę per legem inflictę, cum dicitur:*

8 In lege autem. *Leui.20.b.*

9 Tu ergo quid dicis? *Et subditur causa quæstionis:* Hoc autem dicebant tentantes eum. *Ad capiendum ipsum ex responsione,* vt possent accusare eum, *Videbant enim tantam eius mansuetudinem & misericordiam, quod probabiliter credebant eum iudicare ipsam dimitti, & sic accusaretur ab eis vt transgressor legis, propter quod reduxerunt legem ad memoriam, ne posset excusari per legis obliuionem. Si autem è contrario diceret eam lapidandam, videretur dicere contra alia sua dicta & facta, quę erant de pietate & misericordia.*

Diuisio

10 Iesus autem inclinans se deorsum. *Hic ponitur Christi benigna responsio. Et diuiditur in duas, quia primò ostenditur quod in sua responsione iustitiam tenuit. Secundò, quod à misericordia non declinauit. Et per hoc vtramque eorum cauillationem euitauit. Secunda, ibi:* Erigens autem. *Circa primùm sciendum, quod suam sententiam secundùm modum iudicialem primò scripsit, postea protulit, hoc est quod dicitur,* Iesus autem inclinans se deorsum digito scribebat. *illud quod postea protulit ad maiorem certitudinem.*

11 Cum autem perseuerarent interro. erexit se. *Ad eorum importunitatem reprimendam.*

12 Et dixit eis: Qui sine pecca. *Quasi dicat, puniatur peccatrix, sed non à peccatoribus impleatur lex quam allegatis, sed non à transgressoribus legis. In inferendo enim pœnam iustam debet obseruari debitus modus.*

13 Et iterum se inclinans scri. *Dicunt aliqui, quod scribebat idem quod priùs ad ostendendum maiorem firmitatẽ sententię. Alij dicunt & meliùs, vt videtur quod scribebat eorum peccata; vt eos ostenderet ineptos ad accusationem huius fœminæ. Ideo sequitur:*

1 Vnus

MORALITER.

† 3 *Adducunt autem &c.* Per mulierem istam in adulterio deprehensam, significatur quælibet persona Christo per fidem desponsatam, secundùm illud 2.Cor.11.a. *Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo.* Sed postea per mortale peccatum cum diabolo adulterata. Per scribas & Pharisæos, dæmones significantur, qui dicuntur hic scribæ, quoniam nostra peccata retinent memoriter tanquam firmiter scripta, & pharisæi, † id est,

maiorum, percussi sunt, iterùm scribit in terram ex more, vultum alio vertens: vt illis sit liberum exire, quos præuidebat citius exituros quam plura interrogaturos. Docet autem nos sicut & ante correctionem alterius, ita & post nos ipsos humiliter inuestigare, ne idem vel aliud simile in nobis fit.

d *Testimonium.* Putant non credendum ei. q. d. Solus de se testatur obliti præmissarum lucernarum, & ipsius Ioannis Baptistæ, qui de eo euidenter ostendit.

e *Verum est testimonium.* Meum testimonium ideo verum est habendum, quia scio vnde venio, hoc est, quia testimonio patris cõfirmatur, veni missus à patre, non tamen eum deserens, & impleto ministerio ad patrem redeo, nec tamen mundum relinquo.

a *Nec ego te cõdemnabo.* Sed quia poterat timere, ne iste qui sine peccato est eam puniret, dicit ei, vt misericors præter ita peccata dimittens: *Nec ego te condemnabo.* vt iustus ne amplius peccet interdicens.

b *Iterum ergo.* Repulsis tentatoribus, sanata culpa mulieris, apertius subdit quid possit ex diuinitate, ne ambigant de eo homine, an possit peccata dimittere.

c *Ego sum lux mundi.* Quæ nube carnis tegitur, & sic toleranda hominibus efficitur, vnde & peccata possum dimittere, & etiam hominem illuminare.

* cõscientia redarguente. * vsque ad postremos † relictus est. † 50. dist. c. ponderet. † Infrà 9. a. & infr. 12 g.

Audientes autem hæc, * vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus, * & † remansit Iesus solus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus * dixit ei: Mulier, vbi sunt qui te accusabant? Nemo te condemnauit? Quæ dixit: Nemo domine. Dixit autem Iesus: † Nec ego te † condemnabo. † Vade, & iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens: † Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non † ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum. Respondit Iesus & dixit eis: Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde veni, & quò vado. Vos autem nescitis vnde venio, aut quò vadam. Vos secundum carnem iudicatis:

¶ Remanet solus Iesus cum muliere in domo: id est, cum ecclesia in mundo. a ¶ Misericordia. b ¶ Miseria. c ¶ Discipulorum vel in dubio. a ¶ Hos fugauit iudicio iustitiæ. ¶ Alias, accusarunt. ¶ Sciens se similiter inquinatum. a ¶ Ideò. b ¶ Per fidem. c ¶ Iustis exemplis obedit. a ¶ Ignorantiæ vel peccatorum. ¶ Nunc & in futuro. b ¶ Quia Deum se significauit. ¶ Ostendens se & patrem cui gloriam dat. ¶ A patre.

f *Vos secundum carnem iudicatis.* Quia illud nescitis, ideò vos secundum carnem iudicatis, hoc est hominem putatis, cui in laude sua credendum non sit, & etiam damnatis.

✠ Theop. Vos quoniam in carne sum, carnem me solum esse putãtes, non autem Deum secundum carnem fallibiliter iudicatis.

✠ Augustin. Quia Deum non intelligitis & hominẽ videtis, ideò vobis arrogans videor, quia ego de me testimo- nium

* cũ nemini nẽ vidisset præter mulierem. † cõdemno † De pœ. di. 2. c. 1. & di. 3. si apostolus & c. adhuc perfidi. † ambulabit. In hunc lo. Tract. 36 in Ioan. to 9.

d Testimo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vnus post vnum. *Quia grauioribus criminibus irretiti erant. Sed si quæratur, quomodo scribebat? Dicendum, quod non scribebat per singula, sed diuina virtute potuit facere quòd in aliqua figura ab eo protracta quilibet eorum videret sua propria peccata & non alia, nec ab alijs videbantur.*

2 Et remansit Iesus solus. *Non est intelligendum, quòd Christus remansit solus simpliciter cum illa muliere, quia remanserunt cum eo discipuli & multitudo populi, sed remansit solus à suis calumniatoribus.*

3 Erigens. *Posito rigore iustitiæ, hic Christus ipsum temperat dulcore misericordiæ. Et hoc est quod dicitur:* Erigens autem. *confutatis calumniatoribus.*

4 Dixit ei: Mulier, vbi. *In quo examinatur de accusatione, & consequenter de condemnatione.* Nemo te condem. *Et subditur mulieris responsio:*

5 Nemo domine. *Quia recesserant, vt visum est. Et subditur Christi absolutio:*

6 Dixit autem Iesus. *Quia veni peccatores saluare, & non condemnare.*

7 Vade. *Absoluta à culpa & à pœna.* (Mat. 18. b.)

8 Et iam amplius. *Saluando enim naturam, damnat culpam. Circa hoc sciendum, quod hoc factum Christi non est trahendum ad consequentiam, imò debent sacerdotes in foro pœnitentiali imponere pœnitentiam secundùm conditionem peccantis, et peccati, quia non habent talem potestatem dimittendi. poterat etiam Christus illi mulieri tantam contritionem dare, quod sufficeret ad deletionem illius culpæ & pœnæ, & illam contritionem cognoscere. Non sic autem alius sacerdos qui non nouit cor nec videt, quia homo videt ea quæ patent, vt habetur 1. Reg. 16 b.*

9 Iterum ergo. *Postquam euangelista introduxit Christum docentem, hic describit doctrinã ipsius quantum ad virtutem illuminatiuam, Et diuiditur in duas, quia primò proponitur intentio. Secundo probatur, ibi:* Dixerunt ergo Pharisæi. *Circa primum tria ponuntur. Primum est ipsius Christi speciale priuilegium, cùm dicitur:* (Diuisio.)

10 Ego sum lux. *Alij enim non sunt lux, sed ab hac luce illuminati, vt dictum fuit 1. c. non tamen sic est intelligendum, quod Christus sit sol iustitia visibilis, sicut intelligebant Manichæi. Lux enim magis propriè dicitur in spiritualibus quam in corporalibus, quia lux habet rationem manifestatiui, quod propriè habet locum in cognitione intellectiua, quæ summum tenet gradum, & ideo ipse Deus solus est lux per essentiam, quia ab ipso omnis noticia deriuatur. Secundo, proponitur huius lucis beneficium cum dicitur.*

11 Qui se. *Per fidem formatam.*

12 Non am. *Ignorantia et culpæ, & per consequens non veniet ad tenebras gehennę, quę sunt terminus prędictarum tenebrarum, propter hoc Matt. 8. b. dicuntur* tenebræ exteriores. *id est, vltimę, per Christũ enim facta est veritas contra tenebras ignorantię et gratia contra tenebras culpę, & gloria dabitur ab eo contra tenebras gehennæ. Tertiò proponitur huius lucis fructus, cum dicitur:*

13 Sed habebit, &c. *Quia per irradiationem huius lucis eleuabitur intellectus ad videndum Deum clare, et per consequens affectus ad fruẽdum ipso perfectè, in quibus consistit vita ęterna.*

14 Dixerunt ergo. *Hic probat ista tria proposita per ordinem. Primo primum, Secundo secundum, ibi:* Dixit ergo iterum. *Tertiò tertiũ, ibi:* Amen amen dico vobis si quis sermo. &c. *Prima in duas, quia primò ponitur Iudæorum obiectio, secundo Christi resp̃osio, ex qua ostenditur primum propositum, ibi:* Respondit Iesus. *Obiectio autem eorum procedit non ex parte dicti, quia erat verissimum, sed ex parte dicentis, & hoc est quod dicitur:* Dixerunt ergo Pha. Tu de teip. t. per. (Diuisio.)

15 Testimonium tuum non est ve. *Id est, habens firmitatem, dato quod esset verum in se, quia nullus potest ferre testimonium de ipso.*

16 Respondit Ie. *Hic ponitur Christi responsio, & excludit eorum obiectionem dupliciter. Primo ostendendo quod consequentia non tenet. Secundo, quod antecedens est falsum, ibi:* Vos secundùm carnem. *Circa primum sciendum, quod testimonium habet firmitatem & veritatem ex certitudine cognitionis, & ideo hominis testimonium de se non est firmum, quia etsi se cognoscat, tamen frequenter inordinatè afficitur, ad seipsum, Deus autem perfectè se et alios cognoscit, nec potest esse distortio in eius affectu, propter quod testimonium Dei de seipso firmum est. Testimonium autem hominis de Deo est inualidum, propter defectum cognitionis. Christus autem erat homo & Deus, nec poterat esse defectus cognitionis vel inordinatio affectionis in diuina natura vel humana, propter quod eius testimonium de seipso erat firmum, magis quam quodcunque aliud testimonium, & sic patet defectus consequentię, & hoc est quod dicitur:* Respondit Iesus, & di. eis, & si ego te. perhi. *Subditur causa:*

17 Quia scio. *Id est, perfectè cognosco patrem à quo exiui in mundum, & ad quem reuertar. Et sic patet probatio primi propositi, scilicet quod Christus sit lux per essentiam, quia verbum est à patre progrediens sicut lux à luce.*

18 Vos autem ne. *Quia eius diuinitatem ignorabant.*

19 Vos se. car. *Hic ostendit Christus antecedens eorum esse falsum. Et diui-*

MORALITER.

† id est, diuisi rectè dicuntur, nam à Christo & sanctorum consortio separantur. Hi mulierem ad iudicium adducunt, quia damnationem hominum sollicitè quærunt, sed quia Dominus non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat Ezech. 18. g. Ideò dicit ei.

7 *Vade & iam.* Quia sibi sufficit vera pœnitentia de præteritis, & cautela contra recidiuum pro futuris.

† MORAL

A hium pehibeo. Omnis enim homo quando de se perhibere vult laudabile testimonium, superbus & arrogans videtur, homines enim infirmi sumus, verum dicere & mentiri possumus, lux mentiri non potest.

Tract. 51. in Ioan. to. 3. ✱ CHRYSOST. Sicut secundum carnem viuere, malè viuere est, ita secundum carnem iudicare, iudicare iniustum est.

a *Ego non iudico quenquam.* Ego non iudi. quasi secundũ carnem, vt nos, vel penitus non iudico hoc primo aduẽtu, sed saluo, sed quia secundo aduẽtu iudicabit, subdit hoc: *Et si iudico ego.*

Deu. 17. b. Matt. 18. b. 2. Cor. 13. a. Dan. 1. d. De test. c. in omni.

B Tract. 36. in Ioan. to. 9. ✱ AVGVSTI. Quod duobus modis intelligi potest. vt aut hoc intelligamus: *Nõ iudico quẽquam*: Id est, modo, sicut dicit alio loco. *Ego non veni vt iudicem mundum, sed vt saluum faciã mũdum*, non iudicium suum negando, sed differendo. Aut certè quia dixerat: *Vos secundùm carnem iudicatis*, ita coniunxit: *Ego non iudico quenquam*, vt subaudias secundum carnem Christum non iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est.

C Hõ. 51. in Ioan. to. 3. ✱ CHRYSOSTOMVS. *Et si iudico.* Quasi dicat, propter hoc dixi, non iudico, quasi non præsumens iudicare, quia si iudicarem, iustè vos condemnarem.

b *Quia solus.* AVGVSTINVS. Ideo verum, quia non solus, sed ego & pater. Ecce ergo duo in personis, licet vnum in substantia, quod est, ideo verum est iudicium meum, quia verus Dei filius sum, vnde probatur quod filius, quia non solus, sed pater mecum.

Tract. 36. in Ioan. to. 9. ✱ AVGVSTINVS. Si autem tecum est pater, quomodo te misit? Ergo Domine, missio tua, incarnatio tua est. Hoc ergo Christus erat secundum carnem, & à patre non recesserat, quia pater & filius vbique erant. Erubesce Sabelliane, non enim dixit: Ego sum pater, & ego ipse sum filius, sed solus non sum, inquit, quia mecum est pater. Distingue personas ergo, distingue intelligentiam, agnosce quia pater, pater est, & filius, filius est, sed noli dicere: Pater maior est, filius minor. Vna est substantia, vna coæternitas, perfecta æqualitas.

a ego non iudico quemquam. Et si iudico ego, iudicium meum [1]
a ¶ Id est, & si homo, patrem non deserui, & si missus per carnem, tamen ego & pater simul per deitatem. [2]
¶ Incarnari constituit.
verum est, quia solus non sum, sed ego & qui me misit pater. [3]
b ¶ Vobis à Deo data.
c † Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum te- [4] [5]
a ¶ Nunc & si differo iudicium non differo testimonium.
stimonium verum est. † Ego sum qui testimonium perhibeo [6] [7]
a ¶ Si duobus testibus creditur, qui possunt falli & mentiri, quare non mihi & patri, vbi est stabilis veritas.
de meipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pa- [8]
d ter. Dicebant ergo ei: Vbi est pater tuus? Respondit Iesus: [9] [10]
e † Neque me scitis neque patrem meum. Si me sciretis, † for- [11]
f a ¶ Magna confidentia, intrepidus verba diuinitatis coram inimicis aperte loquitur vt decet. [12] [13]
sitan & patrem meum sciretis. Hæc verba loquutus est Iesus [14]
g in gazophylacio docens in templo, & nemo apprehendit eum [15]
h a ¶ Non fatalis sed oportuna & voluntaria. [16]
quia nondum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus: [17]

D Deut. 17. b. c *Et in lege vestra scriptum est.* AVGVSTINVS. Dicto de iudicio quod suum & patris testimonium verum sit, probat ab autoritate legis. Dicitur enim in lege: *In ore duorum vel triũ stat omne verbũ*, nõ quod duo vel plures nõ sint inuẽti sæpe fallaces, sed trinitas in hoc cõmendatur, in qua perpetua veritas. Si ergo vis habere bonam causam, habet duos vel tres testes, patrem & filiũ simul, vel patrem & filiũ & spiritum sanctũ, vt accusata Susanna habuit. E † vtique.

d *Dicebant ergo ei.* Secundum carnem iudicantes, patrem Christi carnaliter acceperunt, sed erat homo in aperto, verbum patris in occulto.

F e *Vbi est p.* Q. d. Te videmus sed non patrem tecum. Quibus è contra dicitur, sed nec me scitis, quia si hominem quem videtis, non quod in occulto sum scitis, & ideo nec patrem scitis. Sed si me sciretis, quod est prius, me cognoscite, & sic patrem sciretis, quia vnum sumus.

f *Forsitan & patrem m.* Non dubitat, sed dubitantes quasi irridet & increpat, vt & dominus seruo, forsitan dominus tuus sum.

g *Hæc verba loquutus est Iesus in gazophylacio docens in templo.* Gazæ diuitiæ, Phylaxe seruare.

TYPICE. Gazophylacium est mysteria scripturarum, quæ sunt in templo, id est, in Christo. Hæc secreta post resurrectionem aperuit apostolis, sed in his modo loquitur per parabolas nõ intelligentibus Iudæis. Luc. 24. g.

h *Et nemo apprehendit eum.* Id est, loquentem de deitate supple nemo etiam si vellet apprehendit, quia ipse necdum voluit. Dicit ergo de passione sua, quæ in sua potestate est, Iudæis capere volentibus.

☞ *Ego*

NICOLAVS DE LIRA.

Diuisio. *Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Christi probatio. Secundò remouetur Iudæorum obiectio, ibi:* Dicebant ergo. *Antecedens eorum erat, quod Christus esset solus, qui de se testimonium perhiberet, & hoc est falsum, quia filius Dei non potest esse sine patre & spiritussancto, qui concorditer dant testimonium cum eo, vt dicitur 1. Ioan. 5. b.* Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, &c. *Tamen non fit hic mentio nisi de patre, & hoc est quod dicitur:* Vos secundùm carnem iudicatis. *Scilicet, me esse solum hominem.*

1. Re. 16. b. 1 Ego non iudico quenquam. *Scilicet, per exteriora sicut vos, quia Deus intuetur cor.*

2 Et si iudico ego, iudicium meum verum est. *Id est, firmum.*

3 Quia solus non sum. *Vt supponitis, quia non potest esse solitudo in diuinis, cum vna persona sit in alia, & econuerso, ideo subditur:*

4 Sed ego & qui me misit pater. *Ex hoc arguit ad propositum di.*

5 Et in le. vestra scri. est. *Deut. 17. b.*

6 Quia duorum hominum testimonium verum est. *Id est, debet reputari verum, quia quamuis duo homines possunt simul mentiri, tamen non contingit de facili.*

7 Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso. *Ecce vna persona.*

8 Et testimonium perhibet de me. *Ecce alia. Argumentum est à minori. Si enim duorum hominum testimonium est firmum, qui habent cognitionem paruam, & possunt habere affectionem distortam, multo fortius testimonium patris & filij in diuinis, vbi non potest esse talis defectus, debet firmum reputari.*

9 Dicebant ergo ei. *Hic remouetur Iudæorum obiectio, audientes enim, quod allegabat patrem suum in testimonium, statim obiecerunt:*

10 Vbi est pater. *Quasi dicat, non est talis ac tantus, quod in hoc sit ei credendum. Credebant enim eum esse hominem purum filium Ioseph, & ideo de ipso derisorie quærebant.*

11 Respondit Iesus. *Obiectionem excludendo.*

12 Neque me scitis. *Secundùm deitatem.*

13 Neque patrem meum. *Per consequens quia cognito vno correlatiuorum cognoscitur & reliquum, ideo sequitur,*

14 Si me sciretis. *Quamuis enim Iudæi haberent maiorem notitiã quam gentiles, secundùm quod dicitur Psal. 75. a.* Notus in Iudæa Deus, *tamen non cognoscebant eum quantum ad mysterium trinitatis, quia non adhuc plene reuelatum.*

15 Hæc verba loquutus est Iesus in ga. *In loco vbi ponebantur oblationes pro ædificijs templi. Hoc autem addidit euangelista, ad ostendendum, quod Iesus tũc erat in loco, vbi poterat faciliter capi ab eis qui quærebant eum occidere, nisi fuissent repressi diuina virtute, ideo sequitur:* Et nemo apprehendit eum.

16 Quia nondum venerat ho. *Id est, ab eo præordinata, quia quãdo voluit captus est, et non ante.*

17 Dixit ergo iterum. *Hic probat secundum supra positum, Id est, quod sequens eum non ambulat in tenebris. Et diuiditur in duas, quia primo ostendit eos quibus loquebatur habere huius lucis defectum, secundo subditur huius defectus remedium, ibi:* Dicebant ergo. *Circa primũ sciendum, quod recedente sole visibili de nostro hemisperio, causantur ibi tenebræ, ita similiter Christo qui est sol iustitiæ, ex hoc mundo per mortem decedente, Iudæi pro maiori parte sunt obtenebrati tenebris infidelitatis, & in eis obstinati, & hoc iusto iudicio Dei, quia viderant signa in vita eius & in morte, propter quæ gentiles legis & prophetarum notitiam non habentes crediderunt Christo. Similiter patet de illo Centurione, qui visis signis in morte Christi dixit:* Verè filius Dei erat iste, *vt habetur Matth. 27. f. et ideo Iudæi qui non solum per* Diuisio.

11 Vbi

miracula

a *Ego vado.* Quasi sponte, & ideo frustra laboratis. Vadit illò vnde venerat, & vnde non discesserat. *Quaeretis*, ideo persequentes assumptum in cœlis non vt amici habere cupientes. Vnde eis pœnam prædicit: *In pec. vestro morie.*

b *Nunquid interficiet semetipsum.* Stulta verba quasi si de morte diceret, non possent eum sequi ad mortē. Dicebat ergo non de morte, sed de gloria ad quā ibat per mortē, vnde illis carnalibus subdit.

Vos deorsum estis. & ideo terram sapitis, sicut serpēs terram comeditis.

c *Non sum de hoc mundo.* ✠ THEOPHYLACTVS. (In hūc loc.) Appollinaris malè suscipiēs hunc sermonem, ait quod corpus domini nō fuit de hoc mundo, sed de sursum cœlitus descendit. Nunquid igitur & apostoli, quibus à domino dictū est: *Vos non estis de hoc mundo* omnes corpus sunt cœlitus obtinentes? Sic igitur intelligendum est, cum dicitur: *Ego non sum de hoc mundo.* Hoc est, non sum de numero vestrûm, qui mundana curatis.

d *Dixi ergo vobis.* Hic exponit quid sit esse de mundo, id est, esse peccatores infideles terrena sapientes, vnde hoc eis exponit.

e *Si enim.* Sed è contrariò spem dat credituris.

f *Credideritis.* Credideritis dicit, non perceperitis, quia nemo nunc capit immutabilem essentiam.

✠ AVGVSTINVS. (Tract. 38 in Ioan. to. 9.) Tota infidelitas Iudæorum ipsa erat non peccatum habere sed in peccatis mori. Vnde subdit: *Dixi vobis quia mo. in peccatis vestris.* Credo autem in illa multitudine quæ dominum audiebat, & eos fuisse qui credituri erant, quasi in omnes autem processerat illa seuerissima sententia, *in peccato vestro moriemini.* Ac per hoc & illis qui credituri erant, spes erat ablata, reuocauit ergo eos ad spem, adiungens: *Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro.* Ergo si credideritis quia ego sum, non moriemini in peccato vestro.

a ¶ De futuro quasi de præsenti loquitur. b ¶ Persequendo in apostolis. ¶ Permanentes.

a Ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. (1, 2)

a ¶ Vos inimici nunquam, sed amici mei, & si non modo, postea tamen poterunt, quibus alibi idem dicit quod istis.
b ¶ Omnia carnaliter sapientes, & quod dixit non intelligentes.

Quo ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi: (3, 4) b Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, quo ego vado, vos nō potestis venire? (5, 6) Et dicebat eis: Vos † de deorsū estis, (7)

a ¶ A patre, cum eo excedens omnia.
b ¶ In peccato nati adhuc in eo viuitis, quod non iam hi qui de mundo electi sunt pertinentes ad eū qui fecit mundū.
¶ Prior mundo.

c ego de supernis sum. (8) Vos de mundo hoc estis, (9) ego non sum de (10) d hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia in peccatis vestris moriemi- (11)

¶ In quo nati.

e ni. (12) f Si enim non credideritis, (13) quia ego sum, moriemini in † peccato vestro. (14)

a ¶ Carnaliter sapientes, æternę essentiæ ignari.
b ¶ Qui dixisti: Ego sum, & non addidisti quid? nunc ergo dic quis es, vt credamus.

g h (15) Dicebant ergo ei: Tu quis es? (16) dixit eis Iesus: (17) † Princi-

✠ ORIGENES. (Tom 19 in Ioan. in ca. Dixi vobis quod moriemini in peccatis vestris.) Manifestū est, quod qui moritur in peccatis suis, quamuis dicat se Christo credere, tamen in veritate non credit, qui enim credit iustitiæ, non iniustitiam faciet, & credēs in sapientiam nihil stultum dicit aut facit: & sic si scrutatus fueris cæteros intellectus Christi, inuenies quomodo qui non credit Christo, moritur in peccatis suis. Accedens autem ad cōtraria eorum quæ considerantur in Christo, in peccatis suis moritur.

† ex ijs quæ deorsum, ex inferius.

† peccatis vestris.

† Principiū quia omne, id est, originem: Vel, principio quod

g *Ego sum, moriemini in peccato vestro.* Nō dicit quid, vel Christus, vel filius Dei, vel aliud huiusmodi, sed ad istos vtitur verbo æternæ essentiæ, sicut olim ad Moysen quem mittebat ad liberandum Israel. (Exod. 3. d.) Quasi dicat, qui misi Moysen ad liberandum filios Israel, ego per meipsum veni liberare perditos. Cætera vero omnia quæ mittuntur, non vere sunt.

h *Principium.* AVGVST. (Tract. 39 in Ioan. to. 9.) Credite me principium, & est in Græco fœminini generis, ac si diceret: Credite me veritatem qui loquor vobis, pater dicitur principium non de principio, filius dicitur principium à principio, id est, à patre, per quem omnia. Omnia enim per filium pater operatus est, ipse manus dextera, fortitudo, sapientia, & verbum est patris.

AVGVST. Ecce quid est esse, quia principium in se manet, innouat omnia, & mutari non potest.

☞ Loquor.

NICOLAVS DE LIRA.

miracula visa, sed etiam per oracula prophetarum prædicta poterant eum cognoscere verum Christum, & persequentes eum meritò sunt à Deo dimissi propter eorum ingratitudinem & sic excæcati totaliter per obstinationem, & hoc est quod dicitur. Dixit ergo, &c. ego vado. *Scilicet, ad patrem per mortem secundum humanitatem, à quo tamen non recessit secundum diuinitatem.*

1 Et quæri. me. *Scilicet, persequendo me in membris meis, quia post mortem Christi Iudei persecuti sunt apostolos & alios Christi fideles vsque ad mortem, vt patet Act. 8.*

2 Et in peccato vestro moriemini. *Id est, propter peccatum vestrū, quia propter persecutionem Christi & apostolorum ciuitas Ierusalem destructa est, & templū combustum, et populus occisus ab exercitu Romano, vt fuerat à Christo prædictum expressius Luc. 13. g. et 19. f.* Ierusalem Ie. quæ oc. pro. &c.

3 Quo ego vado. *Scilicet, ad gloriam patris, vestra infidelitate hoc impediente.*

4 Dicebat ergo, *Hic consequenter Iesus docet remedium. Et diuiditur in duas, quia primò huiusmodi remedium proponit, secundo eius efficaciam ostendit, ibi:* Dicebant ergo. *Circa primum sciendum, quod hoc remedium consistit in veniendo ad Christum per fidem qui est vera lux, ideo diuiditur in duas, quia primò remediū huius fidei ostenditur, secundò ad credendum eos inducit, ibi:* Dicebant ergo ei. *Prima in duas, quia primo ponitur Iudæorum interrogatio: secundo, subditur Christi responsio, in qua dat remedium prædictum, ibi:* Et dicebat eis. *Circa primum sciendum, quod audierant Iudęi Christum voluntarie moriturum, vt habetur per illud Isa. 53. d.* Tradidit in mortem animā suam. *Quæ scriptura & totum capitulum exponitur de Christo ab antiquis doctoribus Hebræorum, et ideo Iudæi derisoriè quęrebant de Iesu, quem reputabant falsum Christum.*

5 Nunquid inter. *Si enim seriosè loquerētur de impletione huius prophetiæ, dicerent sic: Nunquid ex simplici voluntate separabitur anima à corpore, quod patet ex eo quod subditur:* Quo ego vado, vos non potestis venire. *Ipsi enim poterant seipsos interficere, sed non poterant animam suam pro voluntate sua tradere, sicut fuit prophetatū de Christo per Isaiam, et in Iesu fuit adimpletum.*

6 Et dice. *Hic ponitur Christi responsio, in qua datur prædicti verbi intellectus dicentis.*

7 Vos de deorsum estis. *Id est, de massa corrupta pondere originalis peccati, ideo habetis debitū mortis & necessitatem moriendi propter quod separatio animæ à corpore non subiacet simplici vestrę voluntati.*

8 Ego de su. sum. *Quia secundum deitatem habet eādem naturam cum patre, secundùm humanitatem anima est à Deo immediate per creationem, et corpus formatum spiritussancti virtute, & propter hoc habebat plenum dominiū super corpus suum, separando animā ab ipso, & reuniendo secundùm quod dicitur infrà 10. d.* Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, *ideo sequitur.*

9 Vos de mundo hoc estis. *corpore & affectu.*

10 Ego non sum de hoc mundo. *Quia secundùm quod Deus præcedit mundū, vt causa effectum, nec est pars vniuersi. Secundùm autem humanitatem propter virtutem formatiuam eodem modo est dicendū, quia illa virtus fuit virtute spiritussancti: quantū autem ad animam et corpus bene est pars vniuersi, & sic est de mundo quantū ad substantiā, non autem quo ad peccati deordinationem, quę deordinatio nomine mundi in sacra scriptura frequenter designatur, vt sup. dictum est, 1. cap. et hoc modo Iudæi erant de mundo propter infidelitatis peccatum, propter hoc subdit:*

11 Dixi ergo vobis, quia in peccatis vestris m. *Suprà dixerunt in peccato vestro, in singulari, quia principale peccatū eorum erat persecutio Christi, sed ad hoc sequebantur multa alia peccata, propter hoc replicauit hic in plurali,* in peccatis vestris. *Et consequenter ostendit remedium contra ista mala.*

12 Si enim non cred. *Fide formata charitate.*

13 Quia ego sum. *Vobis in lege & prophetis promissus.* Moriemini in peccato vestro.

14 Dicebant er. *Ostenso remedio euadendę mortis, quod est per fidē Christi, hic consequenter inducit eos ad credendum sibi. Circa quod pręmittitur Iudæorum interrogatio dicens:*

15 Tu quis es? *Q. d. ostende nobis quod tu sis talis: & tantus, quod debeat credi tibi.*

16 Dixit eis. *Probando quod debet ei credi per hoc quod est omnium creaturarum primum principium, et per consequens veritas prima et infallibilis, et hoc est quod subdit:*

17 Principium qui & loquor vobis. *Et quia est primū omnium*

rerum

A a *Loquor vobis*. Et habeo vobis multa loqui, docendo, si credideritis, accusando si non credideritis, & qui modo non iudico, sed, saluo, habeo post iudicare. Habeo dico, sed totum ex patre qui verax est ex se, ex quo ego sum veritas quam genuit ex se, & ideo vera dico, & iudico. Ecce quomodo dat gloriam patri cui æqualis est, vt doceat nos minores dare gloriam Deo.

b *Et non cognouerunt*. Cum dicit, *qui misit me, verax est*, non intellexerunt, quod de patre diceret, quia adhuc habebant clausos oculos & ideo subdit eis: *Cum exaltaueritis fi.* vbi ostēdit aliquos ibi esse, qui post passionem suam essent credituri & cogniturí quis ipse esset. [† Supra 7. d]

B ✠ AVGVSTINVS. Exaltationem autem crucis dicit, quia & ibi exaltatus est quādo pependit in ligno, hoc oportebat impleri per manus eorū qui postea fuerāt credituri, qui bus dicit hoc, quare? nisi vt nemo in quo cūque scelere, & malè sibi cōscius desperaret, quādo videat eis donari homicidiū qui occiderāt Christum. [Trac. 40. in Ioan. to. 9.]

C c *Quia ego sum*. Esse est immutabile diuinæ substantiæ. Sed ne ipse qui loquitur, intelligeretur esse pater, subdit: *Et à meipso facio nihil*. quia à meipso non sum, sed à patre.

D d *Quia ego, etc. fa. sem.* Semper ipsa æqualitas est. Semper non ex quodam initio & deinceps, sed sine initio & fine. Dei enim generatio non habet initium temporis, quia per vnigenitum facta sunt tempora.

e *Multi crediderunt in eum*. Fides est credere quod non vides, veritas est videre quod credidisti. Nō cognoscimus vt credamus, sed credimus vt cognoscamus, ideo Christus homo in terra fidē iacit, post se videndum dabit, quod est merces fidei. [† possum] [† de patre eius locutus esset.]

E f *Manseritis in sermone meo*. CHRYSOSTOMVS. Ostendit ea quæ in eorum corde erant. Sciebat enim quoniā crediderūt quidam, sed non mansferunt, & magnum quid eis promittit, scilicet, verè discipulos eius fieri. In quo occultè tangit quosdam qui prius ab ipso recesserāt, & illi eum audierunt & crediderunt & recesserunt, quia non permanserunt. [† Suprà 3. b Infra 12. e. Hom 53. in Ioan. to. 3.] [† estis.]

g *Vere discipuli*. Ad hanc altitudinem peruenietis ex fide quæ est humilis, & contemnitur, & est granum synapis.

✠ AVGVST. Omnes nos vnum magistrum habemus, & sub illo condiscipuli sumus. Nec ideo magistri sumus, quia ☞ de loco [Serm. 48 de verb. Domini to. 10.]

---

a ¶ Factus homo propter vos vt possetis me intelligere.

a pium, qui & loquor vobis. Multa † habeo de vobis loqui & 1

a ¶ Idem est audire ab eo quod esse ab eo.

iudicare, † sed qui me misit, verax est: & ego quę audiui ab 2 3

¶ Id est, veritatem.

b eo, hęc loquor in mundo. Et non cognouerunt, quia † patrem 4

a ¶ q. d. Prius est passio implenda per manus vestras, post ex vobis aliqui credent ne quis ergo desperet de quantocunque scelere.

eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus: † Cum exaltaueritis 5

a ¶ Aliqui ex vobis. ¶ Nota inter eos fuisse aliquos qui credituri erant.

c filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum, & à meipso 6 7

a ¶ Id est, scientem genuit.
b ¶ Idem iam dixerat, sed quia magna, assiduè commemorat.

facio nihil, sed sicut docuit me pater, hęc loquor. Et qui me 8

a ¶ Non tamen missus vt ego quia incarnatus, nec venit. b ¶ Pater.
c ¶ Filium. d ¶ Quare non reliquit

d misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ 9 10

a ¶ In salute humani generis quæ est voluntas patris.
b ¶ Iudæi non omnes, quia nondum in omnem terram exiuit sonus apostolorum.

e placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente multi 11

a ¶ Quia crediderunt, promittit quò ex fide perueniatur.

crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos, qui 12

a ¶ Quia iam esse cœpistis. ¶ In fide quę in vobis cœpit esse per sermonem.

f crediderunt ei, Iudæos: Si vos manseritis in sermo- 13

a ¶ Bonitatis, iusticiæ, & veritatis. b ¶ Quid prodest esse discipulos.

g ne meo, verè discipuli mei † eritis, & cognoscetis 14

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *rerum principium, omnia reducit in seipsum, cum sit finis omnium, ideò consequenter ostendit, quod ad ipsum pertinet omnium iudicium, per quod alia reducuntur in ipsum, & hoc est quod dicit.*

1 Multa habeo de vobis loqui & iudicare. *Non dicit, vobis, ad vtilitatem vestram, sed de vobis, id est, ad malum vestrum quod erit in iudicio futuro.*

2 Sed qui me misit. *Quia adimpleuit promissum de prima missione filij, quæ non est ad condemnandum vel iudicandum mundum, sed magis ad saluandum per doctrinam, ideo sequitur.*

3 Et ego quæ audiui. *Dicit enim se audire à patre, quia inquantum Deus habet scientiam à patre, tamen eandem cum ipso sicut & essentiā, sed inquantum homo habet scientiam infusam ab eo.*

4 Et non co. *Hoc addidit euangelista, vt ostenderet cæcitatē eorum. Veruntamen quia multi Iudęorum in morte Christi crediderunt, videntes miracula quæ acciderant in morte eius, vt habetur Luc. 23. g. Similiter ad prędicationem apostolorum multi Iudęorum crediderunt post mortem Christi, vt habetur Act. 2. g. ideo subditur.*

5 Dixit ergo eis Iesus: Cum ex. *Scilicet, in cruce, in qua fuit extensus in aere, & per quod exaltatus est à patre, secundū quod dicitur Philipp. 2. b.* Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus ex. &c.

6 Tunc co. &c. quia ego sum. *Scilicet, vere Christus. Vtitur autē tali modo loquendi, vt reducat eis ad memoriam illud Exod. 3. d.* Ego sum qui sum.

7 Et à meip. fa. ni. *Quia secundùm quod Deus habet totam virtutem operatiuam à patre, licet eandem, sicut dictum est de scientia. Secundùm quod homo, illa natura est organum diuinitati coniunctum, & ideo, nihil poterat operari, nisi secundùm motum & regulationem ipsius Dei, ideo sequitur:*

8 Sed

8 Sed sicut, &c. mecum est. *Quia secundùm deitatem pater est in filio, et econuerso, secundùm humanitatem vero ipse deitas est in homine Christo speciali modo, scilicet per realem vnionem, per quem modum non est in aliquo alio.*

9 Et non re. *Quia filius secundum quod Deus non potest separari à patre, secundùm vero quod homo potest separari de potentia absoluta sed de potentia ordinata, natura assumpta nunquam dimittetur, quia quod semel assumpsit, nunquam deponet, vt dicit Damascenus.*

10 Quia ego quæ pl. &c. fa. semper. *Inquantum enim Deus, idem vult & facit quod pater quia eorum est vna voluntas et operatio, inquantum vero homo, eius voluntas et operatio regulantur, absque aliqua obliquatione à regula diuinæ voluntatis, vt patet ex prædictis.*

11 Hæc illo loquente. *Hoc addidit euangelista, ad ostendendum, quod remedium fidei prædictum extunc incœpit habere efficaciam quātum ad aliquos Iudęorum.*

12 Dicebat ergo. *Postquam Saluator induxit aliquos ad remediū fidei, hic consequenter ostendit efficaciam huius remedij. Et diuiditur in duas, quia primò circa hoc ponitur Christi instructio, secundò Iudæorum contradictio, ibi:* Responderunt ergo. *Efficacia autem fidei in hoc cōsistit, quod dat perfectā libertatē, quę est maxime desiderabilis à creatura rationali, quia sensibiliter videmus quod bruta animalia libertatē præeligunt ventris satietati. Et multo fortius homo de cuius natura est libertas, per hoc enim differt ab alijs animalibus, quod est liberi arbitrij & ideo debet veram libertatem omnibus pręponere, propter quod Saluator ostendit, quod efficacia fidei se extendit ad dandam libertatem perfectam, et hoc est quod dicitur:* Dicebat ergo Iesus ad eos qui cre. ei iu. *Quia ipsi libertatem maxime desiderabant.*

13 Si vos manser. in ser. meo, ve. di. mei eritis. *Hoc dixit, quia aliqui eorum ficte credebant, et isti non erant vere discipuli.*

14 Et cogn. ver. *Scilicet, fidei per doctrinam meam.*

☞ Et

MORALITER.

† 5 *Dixit ergo eis Iesus: Cum exalta. filium hominis.* Scilicet, in cruce.

6 *Tunc cognoscetis*. Post mortem enim Christi & eius ascensionem, vna die prædicante Petro crediderunt simul & semel de Iudæis quinque milia, & altera die tria milia, vt habetur Actu. quarto a. & secundo g. Sic etiā est inter homines, quod valor homini plus apparet & cōmendatur post eius mortē quam ante.

† Amen

A de loco superiore loquimur, sed magister est omnium qui habitat in nobis, ad discipulum autem parum est accedere, sed oportet manere nos in illo, & si in illo non manserimus, cademus. Breue opus, breue verbum, magnum opere si manseritis. Quid enim est in verbis Dei manere, nisi nullis tentationibus cadere? Si labor non est, gratis accipis præmium. Si labor est, attende magnum præmium, & cognosces veritatem.

† liberos vos faciet.

B a *Liber*. Hoc verbum dominus posuit à libertate, non vt plerumque Latinè dici solet, liberari aliquis ab infirmitate. Et non dixerat dominus, liberi eritis, sed *veritas liberabit vos*, in quo tamen verbo non intellexerunt nisi libertatem carnalem.

†Rom.6.b. 1.Petr.2.d.

†semen

C

a ¶ Sicuti est. ¶ Quam nec oculus vi. nec auris au. nec in cor. hom. ascen.
b ¶ Quam modo creditis, qua modo carne tecta loquitur vobis, & latet vos. c ¶ Cognita.
¶ Liberos vos faciet, qui hic serui erant. ¶ Efferunt genus superbi.

a b c veritatem, & veritas † liberabit vos. Responderunt ei: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam, quomodo tu

a ¶ Exponit eis quæ sit seruitus, quæ libertas quam promittit.
b ¶ Magna confirmatio in geminatione, vt attentiores fiant.

d dicis, liberi eritis? Respondit eis Iesus: Amen, amen dico vo-

a ¶ Ex amore non langore naturæ.

bis, † quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.

¶ Id est, peccator. ¶ Et si intrat. ¶ In ecclesia. ¶ Christus in domo sua cui cohærent filij liberati.

e f Seruus autem non manet in domo in æternum. Filius autem

a ¶ Qui solus liberat à peccatis. b ¶ Vt hic peccatum non dominetur, & post corruptionem vt omnino non sit.

manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, verè liberi

¶ Quidem. a ¶ Per carnem, sed non per imitationem.

g eritis. Scio quia † filij Abrahæ estis, sed quæritis me interficere

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

autem plena atque perfecta est, quando nullæ erunt inimicitiæ, quando nouissima inimica mors destruetur. D

d *Amen amen*. Amen Hebraicè, verum dicitur Latinè, quod nullus interpres mutauit, ne vilesceret nudatum, sed honorem habeat secretum, & est quasi iuramentum, vnde Hieronym. super Isa. Iurat dominus per semetipsum, quoniam sententiam oris sui & verbum quod semel protulit, nequaquam irritum facit, hoc est, per semetipsum iurauit. E

e *Seruus autem non*. In hoc terruit nos: Quæ ergo spes est libertatis his qui non sunt sine peccato?

f *Filius autem manet in æternum. Si ergo filius vos liberauerit, verè liberi eritis*. Qui solus liber est à peccato. F

b *Respondit ei*. Non illi qui crediderunt sed alij in turba qui non crediderunt, qui audito *liberabit vos*, indignati sunt se vocari seruos, putantes dixisse de carnali libertate.

Gen.39.a. Exod.1.d. c *Et nemini ser*. Mentiuntur. Ioseph seruiuit in Ægypto, patres in Ægypto seruierunt in luto, isti eidem tributis Cæsaris.

✠ AVGVSTINVS. Prima libertas est carere criminibus, sed ista inchoata est non perfecta libertas, quia caro concupiscit aduersus spiritum, vt non ea quæ vultis, faciatis. Libertas autem

g *Scio quia filij Abrahæ estis, sed quæritis, &c.* Exposito à domino contra gloriantes de vana libertate carnis, & vera seruitute peccati, & vera libertate per se filium, concedens istis, scilicet, quod filij Abrahæ sunt per carnem, tales liberos ostendit non esse filios Abrahæ, per imitationem fidei & iusticiæ, sed esse filios homicidæ diaboli, quærentes se occidere, & ita esse verè seruos.

a Apud

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et veritas liberabit vos. *Quia in præsenti veritas fidei liberat à seruitute culpæ, in qua inchoatur vera libertas, & in futuro à seruitute miseriæ, quando ipsa creatura liberabitur à corpore mortis, vt habetur Rom.8.d. tunc libertas perficietur, quia anima erit subiecta soli Deo, in quo consistit eius libertas, propter quod dicit August. Voluntas tua erit libera si fuerit pia, pietas autem est seruitus Dei, & corpus erit omnino subiectum ipsi animæ per dotes gloriæ.*

Diuisio. 2 Responderunt. *Hic ponitur Iudæorum contradictio. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur hæc contradictio, secundo, remouetur, ibi:* Respondit. *Circa primum sciendum, quod audierunt à Christo se posse consequi libertatem per eius fidem, in hoc autem implicatur quod ipsi essent serui, & ideo statim contradixerunt, nobilitatem suæ originis allegantes, & hoc est quod dicitur:*

3 Semen Abrahæ sumus & nemini seruiuimus vnquam. *Manifestè patet hoc dictum eorum esse falsum, quia si intelligebant loqui de toto populo Iudaico, patet dicti falsitas ex hoc quod populus Iudaicus quadringentis annis fuit in Ægypto in seruitute magna, et iterum 70. annis in Babylone. In terra etiam sua frequenter seruierunt regi Assyriorum & alijs nationibus, vt patet 3. Reg. & 4. Si autem loquebantur de seipsis pro illo tempore, patet etiam dicti falsitas, quia tunc seruiebant Romanis, & quolibet anno reddebant tributum eis, propter hoc dixerunt infr.19. c.* Non habemus regem, nisi Cæsarem.

4 Quomodo tu dicis liberi eritis? *Saluator eis duo promiserat, scilicet, cognitionem veritatis, d.* Cognoscetis *veritatem, & donum libertatis di.* Et veritas liberabit vos. *Licet autem sit peius deficere à cognitione quam à libertate, tamen Iudæi sicut carnales & superbi magis iniuriosum reputabant carentiam libertatis, & ideo dimisso defectu cognitionis, qui implicabatur in verbis Christi dicentis:* Cognoscetis veritatem, *quæsierunt tantummodo de defectu libertatis implicato in hoc verbo,* veritas liberabit vos.

5 Respondit eis Iesus. *Hic remouetur Iudæorum contradictio. In contradicendo autem negauerunt vnum, scilicet, seruitutem, dicentes:* Nemini seruiuimus vnquam. *Et aliud affirmauerunt, scilicet generis nobilitatem dicentes:* Filij Abrahæ sumus. *Ideo Saluator primò probat esse verum quod ipsi negabant, & secundo excludit secundum quod affirmabant, ibi:* Scio quia filij. *Circa primum sciendum, quod licet Christus posset statim ostendere eos esse seruos seruitute temporali vt patet ex prædictis, tamen de hoc non curauit, quia ipsemet seruire voluit & soluere tributum, vt habetur Mat. 17.d. sed ostendit eos seruos seruitute culpæ, de qua eis prædixerat, licet intellexissent male de seruitute temporali, & hoc est quod dicitur:* Respondit eis Iesus, &c. omnis qui facit peccatum. *Cuiuscunque conditionis, siue sit nobilis, siue ignobilis, siue diues, siue pauper.*

6 Seruus est pec. *Cuius ratio est, quia sicut ille dicitur liber qui mouetur proprio motu, sic dicitur seruus, eo quod mouetur ad imperium domini sui. In opere autem peccati homo mouetur contra illud quod est sibi proprium, quia viuere secundum rectam rationem est proprius hominis motus, vt habetur 2. Ethic. In peccato autem homo mouetur contra rectam rationem, & ideo licet peccatum sit voluntarium, tamen in ipso consistit maxima seruitus, ipsi autem erant peccatores manifesti. Ex quo concluditur, quod erant verè serui. Et consequenter ostendit pœnam huius seruitutis, di.*

7 Seruus au. non ma. in do. *Ista domus est ecclesia vbi serui culpæ non manent in æternum, licet modo ad tempus maneant in ipsa, inquantum sunt de numero fidelium, quia modo admixti sunt mali cum bonis, sed in futuro iudicio separabuntur sicut oues ab hœdis, vt habetur Matt. 25.c. Per quem modum autem possint ab hac pœna liberari, ostendit, di.*

8 Filius. *Scilicet, Dei* ma. in æter. *Quia solus est sine peccato, & est filius Dei naturalis, & sic habet potestatem alios liberandi à peccato, faciendo eos filios Dei per gratiam adoptionis, & hoc est quod concluditur:*

9 Si ergo. *A seruitute culpæ per modum prædictum.*

10 Verè li. *Quia in hoc consistit libertas vera, vt patet per prædicta.*

11 Scio. *Hic Saluator excludit secundum, ostendendo primo quod non sint Abrahæ filij, & secundo cuius sint filij, ibi:* Vos ex patre diabolo. *Prima in duas, quia primo ostendit quod non sint Abrahæ filij, secundo, quod non sint filij Dei, ibi:* Dixerunt ergo. *Circa primum sciendum, quod vera filiatio declaratur per imitationem conditionis paternæ. Iudæi autem non imitabantur facta Abrahæ, ex quo concludit Saluator quod eius veri filij non erant, quamuis ab eo carnaliter descendissent, hoc est quod dicit:* Scio quia filij Abrahæ estis. *Tantummodo carne sed non morum imitatione, Ideo sequitur:* Diuisio.

12 Sed quæritis me interficere. *Cuius causa subditur:*

1 Quia

MORALITER.

† *Amen amen, &c. Omnis qui fa.* AVGVSTINVS. O miserabilis seruitus, seruus hominis aliquando sui domini duris imperijs fatigatus fugiendo requiescit, seruus peccati quocunque fugit secum trahit seruitutem. Peccatum enim quod facit intus est, voluptas transit, peccatum non transit, præterijt quod delectabat, remansit quod pupugerat.

9 *Si ergo filius*. Primò à culpa, postea à præsenti miseria.

10 *Verè li. eris.* Roma. 8. d. *Ipsa creatura liberabitur in libertate gloriæ filiorum Dei.*

a *Apud patrem vestrum.* De diabolo dicebat cuius filij sunt, non natura sed imitatione. Occasione illorum verborum quidam dixerunt, homines ex diabolo nasci secundum carnem, quod falsum est. Refert tamen Pompeius Troianus, dæmones cum mulieribus concubuisse, & de illis homines ortos fuisse. Aug. hoc non affirmat, sed dicit hoc quosdam dicere, quibus non facilè est contradicere. Potest quidem esse quod sicut assumunt aërea corpora, ita & cum illis assumant femina, vnde homines nascantur. Hæc tamen dicta non sunt affirmanda.

Dæmonũ cõcubitus.

b *Responderunt & dixerunt ei.* Quia arguit eos facere mala patris, fatentes patrem suum esse Abraham, prouocant aliqua maledicere contra Abraham, vt sit eis occasio faciendi quod volebant, sed dominus Abraham laudat & istos degeneres damnat, di. *Si filij Abrahæ.*

c *Opera Abrahæ.* ✱ ORIGENES. Quidam vnum ex operibus eligunt Abrahæ, illud scilicet, *credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam.* Vt autem concedatur eis quod fides sit opus, cur non dictum est singulariter: Opus Abrahæ facite, sed pluraliter? Puto quod hoc dictum æquipollet ei quod est, cuncta opera Abrahæ facite, vt historia Abrahæ allegoricè sumpta, opera eius spiritualiter prosequamur. Neque enim oportet eum qui vult esse filius Abrahæ, adire ancillarum coniugia, nec post [o]bitum coniugis, in senectute aliam ducere coniugem.

Tom. 21. in Ioan.

d *Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui veritatem vobis, &c.* Non dicit (quod poterat) se esse dominum Abrahæ, ne sit occasio calumniæ, nec filium Dei, sed quod inuident, & quod possunt occidere.

e *Vos facitis opera.* Iam innuit alium patrem quàm Abraham, cuius filij sunt, non natura, sed imitatione.

a ¶ Cur. b ¶ Qui est vt hamus qui capit dum capitur. c ¶ Cor, quia non capitur à corde vestro.

a quia sermo meus non † capit in vobis. [1] Ego quod vidi apud [2]
a ¶ Id est, veritatem, quæ ego ipse sum, & ideo sermo meus vos deberet capere.
patrem * loquor, & vos * quæ vidistis apud patrem vestrum [3]
a ¶ q. d. Quid contra istum dicitis.
b facitis. Responderunt & dixerunt ei: Pater noster Abraham [4] [5]
¶ Credidit Abraham Deo.
c est. Dicit eis Iesus: Si filij Abrahæ † estis, opera Abrahæ † fa- [6]
a ¶ Factis probate, non verbis. b ¶ In quo probamini non esse filij Abrahæ.
d cite. Nunc autem quæritis me interficere, hominem qui ve- [7]
a ¶ Cuius filios vos facitis.
ritatem vobis loquutus sum, quam audiui à Deo. Hoc Abra- [8]
¶ Sed est vobis alius pater cuius opera facitis. ¶ q. d. Et si non similes Abrahæ simus, saltem semper Deum colimus, qui Israel suum primogenitum nominat.
e f ham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt ita- [9] [10]
que ei. Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem [11]
g habemus Deum. Dixit ergo eis Iesus: Si Deus pater vester es- [12] [13]
¶ Deus. ¶ In carnem.
h set, diligeretis vtique me. Ego enim ex Deo processi & veni.
i Neque enim à meipso veni, sed ille me misit. Quare [14]
a ¶ In hoc statu manentes. b ¶ Credere.
loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire [15] [16]
k l sermonem meum. † Vos ex patre diabolo estis, & desideria [17]

† habet locum meum
† estis
† facere
† facere etis vtique.
* igitur
† Depo. di. 1. c porro § Item vos ex patre.

f *Dixerunt, &c. Nos ex for.* Iam intelligentes non de origine carnis, sed de vita dominum loqui, & ex vsu scripturarum scientes, fornicationem spiritualiter dici, cum anima falsis diis subiicitur, mutant responsionem, & tacent iam de patre Abraham, ne eis dicatur: Cur de eo gloriamini, cuius vitam non imitamini? & dicunt patrem Deum, volentes videre quid ad hoc posset eis dicere.

g *Dixit ergo.* Sicut præostendit de Abraham, ita nunc ostendit Deum nõ patrem eis esse eorum, quia non cognoscunt filium quem misit nec eum diligunt.

h *Ego e.* Processio ex patre æterna est, in qua est filius vnigenitus patri æqualis, venit homo factus, in quo frater hominibus.

i *Quare lo.* Ita res est vt dico, sed non potestis quod dico cognoscere quia non potestis audire, cum non velitis credendo corrigi. Et hoc quare? quia ex diabolo estis filij diaboli perseuerare elegistis.

k *Vos ex patre.* Ecce iam determinat quis sit pater eorum, cuius filij sunt non nascendo vt Manichæi dicunt, sed imitando, vnde & Iudæis dicitur: *Pater tuus Amorrhæus est, mater tua Cethæa.*

l *Et desideria.* Ideo filij diaboli, quia *desideria patris vestri vultis facere.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quia sermo meus non capit. *Loquitur de verbo Dei ad modum materialis hami, qui non capit piscem, nisi capiatur à pisce. Sic verbum Dei non capit hominem ad vitam æternam, nisi capiatur per fidem, & ideo prædicatores vocantur in scriptura piscatores.*

2 Ego quod vi. apud pa. lo. *Scilicet, veritatem meam, quia Christus inquantum Deus habet eandem visionem diuinæ essentiæ cum patre.*

3 Et vos quæ vidistis apud patrem vestrũ facitis. *Id est, apud diabolum, de quo inf. exprimit, quod sit pater eorum. Sed secundũ Chrys. litera [t]alis est.* Et vos quæ vidistis apud patrẽ vestrũ facite, *quasi dicat, Sicut facio & loquor veritatẽ quã vidi apud patrẽ: ita & vos facite quæ vidistis apud Abrahã, id est, potuistis videre in cõsideratione vitæ eius per scripturam. Sed prima litera magis consonat sequentibus, cum dicitur:*

4 Responderunt & dixerunt ei. *Quasi dicat: Nescimus quem tu vocas patrem nostrum, quia adhuc non expresserat de diabolo.*

5 Pater noster Abraham. *Propter quod concludit Christus:*

6 Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ, &c. *Quia imitatio patris est signum veræ filiationis, quod non est in vobis. Et hoc probat consequenter di.*

7 Nunc autem quæritis, &c. veritatẽ vobis locutus sum, quam audiui à Deo. *Et missus sum nunciare eam vobis.*

8 Hoc Abraham non fecit. *Sed magis nuncios Dei reuerenter suscepit, vt habetur Gen. 18. a. & ideo concludit.*

9 Vos facitis opera patris vestri. *Scilicet, diaboli, vt patebit ex litera sequen.*

10 Dixerunt. *Hic consequenter ostendit, quod non sint filij Dei. Videntes enim Iudæi, quod ex operibus filiationem arguebat, ideo dixerunt se filios Dei cuius legem & ceremonias seruabant, non sic autem alia nationes idololatriæ dedita, & hoc est quod dicitur:*

11 Nos ex fornicatione nõn sumus nati. *Fornicationem vocant idololatriam, per quam anima separatur à Deo, propter quod ipsa idololatria frequenter nominatur fornicatio in sacra scriptura.*

12 Vnum patrem. *Quia non colebant pluralitatem deorum, sicut gentiles. Sed hanc paternitatem excludit Saluator dicens:*

13 Si Deus pa. &c. di. v. m. *Quia sicut signum filiationis humanæ est imitatio operum, ita signum filiationis diuinæ est dilectio, imo (vt verius loquar) in hoc consistit hæc filiatio quæ est per adoptionem, secundum quod habetur Ephes. 5. a.* Imitatores Dei estote sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. *Ista dilectio non est in eis, quia si diligerent Deum patrem, diligerent & filium Christus autem est Dei naturalis filius. ideo sequitur:* Ego enim ex Deo pro. & ve. *Et sic patet veritas prædicta consequentiæ:* Si Deus pater vester esset, diligeretis vtique me. *Et ostendit consequenter quod hoc non deberet eis latere, di.*

14 Quare loquelam meam non cognoscitis? *Quasi dicat: Quæ est causa, quod ex verbis meis & factis non cognoscitis me Christum à Deo missum? Et respondet di.*

15 Quia non potestis audire sermonem meum. *Quasi dicat, defectus non prouenit ex operibus meis vel doctrina, sed ex vestra malicia, quia tantum odium contra me concepistis, quod non potestis me audire, nec per consequens verba mea intelligere, & multò minus in bonum interpretari. Mala enim affectio peruertit iudicium rectæ rationis, et ideo inuidia & odium quod conceperunt Iudæi erga Christum, ex hoc quod arguebat peccata eorum, fuit causa excæcationis & obstinationis eorum, vt declaraui diffusiùs super Mat. 21.*

16 Vos ex pa. *Hic consequenter ostendit Christus cuius sint filij Et diuiditur in duas, quia primo ponitur Christi probatio; secundo, Iudæorum iniuriosa responsio, ibi:* Responderunt ergo. *In prima parte dicitur sic:* Vos ex pa. *Per imitationem, & non per creationem, ideo subditur:*

Diuisio.

17 Et desideria patris vestri. *Scilicet, diaboli.*

1 Vultis

MORALITER.

† 6 *Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Ex hoc patet quod frustra gloriatur aliquis, quòd sit filius secundùm habitum alicuius sancti, vt Benedicti, Dominici, vel Francisci vel alterius sancti, nisi opera sua secundùm suam possibilitatem imitetur.

† Cum lo-

ra. & occidere me in carne, quia non potestis in mente.

A a *Ille homicida.* Nota homicidā non solum qui ferro, sed etiam qui verbo occidit, vt diabolus primos parentes, vnde in Psalm. *Lingua eorum gladius acutus.*

Psal 56.a.

b *Et in veritate non stetit.* Quare non stetit?

c *Quia non est in eo veritas.* Id est, verbū & sapientia patris. Cū dicitur, in Christo est veritas, ita dicitur, vt ipse sit veritas. Si ergo diabolus stetisset in veritate, in Christo stetisset, sed non stetit in ea, quia non est ipsa in eo.

B

† quia.

d *Ex proprijs loquitur, quia mendax est.* Et hoc non sufficit, quia & homo mendax est qui nō habet de proprio, sed ab alieno cœpit, id est, à diabolo, ideo addidit:

† 1.Ioā 4 a

† De præsump. c. mane.

C

a ¶ Quæ desideria. b ¶ Ex quo fuit homo qui posset occidi.

a patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in 1 2
a ¶ In qua fuit, sed tamen cecidit. b ¶ A qua lapsus est. ¶ Quare? ¶ Sed.

b veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cùm loquitur 3 4
c mendacium, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater 5
d a ¶ Id est, me verbum & veritatem patri coæternam. b ¶ Vos qui estis ex patre mendacij.

e eius. Ego autem † si veritatem dico, non creditis mihi. † Quis 6 7
f a ¶ Vt ego arguo vos & patrem vestrum. b ¶ Et cum nullus possit arguere.

ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico quare vos 8 9
a ¶ Nisi quia estis filij diaboli. Quia. ¶ Non natura, sed fide. ¶ Amat. ¶ Sed.

non creditis mihi? † Qui ex Deo est, verba Dei audit. Pro- 10 11
¶ Per vitium non sunt ex Deo qui tamen per naturam sunt ex Deo.

g pterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt 12 13
ergo Iudæi, & dixerunt ei: † Nonne benedicimus nos, quia 14
h a ¶ Hoc non negando recipit, quia custos.
i b ¶ Hoc vt falsum negat, sed vt patiens conuicium non reddit.

Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus: 15 16

e *Et pater ipsius.* Scilicet mendacij quod inuenit. *Ex prop.* Quia non aliunde habet, sed à se postquam cecidit à veritate, vnde subditur esse pater mendacij quod ex se genuit, vt Deus ex se veritatem.

f *Quis ex vobis.* Non dedignatur ex ratione ostendere se non esse peccatorem.

✠ ORIGENES. Habet hoc verbum Christi magnam fiduciam, cùm nullus hominum fiducialiter hoc dicere potuerit, nisi solus Dominus noster, qui peccatum non fecit.

Tom. 15. in Ioan.

g *Quia ex Deo est.* ✠ AVGVSTINVS. Noli attedere naturam sed vitium. Sūt isti ex Deo, & non sunt ex Deo: Natura ex Deo, vitiū non ex Deo. Eis autem hoc dictum est quia nō solum peccato vitiosi erant (nam hoc commune erat omnibus) sed etiam præcogniti quod non erant credituri ea fide, qua possent à peccatorum obligatione liberari.

D

Trac. 24. in Ioan. to. 9.

✠ GREGOR. Interroget se ergo vnusquisque, si verba Dei aure cordis percepit, & intelligit vnde sit. Nā sūt nonnulli qui præcepta Dei nec aure corporis percipere dignantur. Et sunt nōnulli qui hæc quidē corporis aure percipiunt, sed nullo ea mentis desiderio cōplectuntur. Et sunt nonnulli qui libēter verba Dei suscipiūt, ita vt etiā in fletibus compungantur, sed post lachrymarum tempus ad iniquitatem redeunt: Hi profectò verba Dei non audiunt, quia hæc exercere in opere contemnunt.

Hom. 18. in Euangelia.

E

† 1 q 7. ‡ tes 5 ecce. De hære. cum ex iniuncto.

F

h *Samaritanus es tu.* ✠ THEOPHYL. Samaritanum dicebant illum tanquam ritus Hebraicos dissoluentem, vtpote Sabbati. Samaritani enim non perfectè iudaizabant. Ex hoc verò quod eorum cogitationes reuelabat, dæmonium eum habere suspicabantur.

In hunc. loc.

i *Nonne, etc.* Quia conuicti sunt non esse filij Abrahæ vel Dei, sed diaboli, ingerunt conuicia, quia non poterant resistere.

g Qui ☞ Honorifico,

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vultis facere. *Quod probat consequēter conditiones diaboli explicans, et postea ad eos applicans, Vnam conditionē diaboli tangit dicens:*

2 Ille homicida erat. *Homo enim in specie humana reponitur per animam, et ideo ille magis propriè est homicida, qui animam interficit per peccatum mortale, quam ille qui interficit corpus per quod homo conuenit cum brutis. Hoc autem facit diabolus, et fecit à principio mūdi, quia per suggestionem eius primum peccatum hominis contigit, & in hoc officio continuè perseuerauit, & aliam conditionem eius tangit cùm subdit:*

3 Et in veritate non stetit. *Id est, in debita obedientia ad Deum. Res enim dicuntur verè, in quantum conformantur veritati primæ, à qua veritate prima deuiauit diabolus per peccatum superbię. Tertiam conditionem tangit dicens:*

4 Cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. *Id est, ex habitu malo, in quo est obstinatus. Et subditur causa:*

5 Quia mendax est & pater eius. *Id est, ipsius mendacij. Ille enim dicitur mendax, non tamen pater mendacij, qui mendacia ab alijs inuenta solum refert, sed mendax est et pater mendacij, qui non solùm refert mendacia, sed etiam ea fingit. Et propter hoc diabolus dicitur pater mendacij, quia primum mendacium adinuenit, cum dixit mulier Gen. 3.a.* Nequaquam moriemini, &c. *Consequenter istas conditiones applicat Saluator ad Iudæos, dicens:*

6 Ego autem si veritatem dico non creditis mihi. *Q. d. Per hoc apparet, quod proprietas vestra est, recipere falsa et mendacia, et non vera. Sed quia possent dicere: Quod non credimus tibi, hoc non est propter odium veritatis, sed propter maliciam tuam, quia malus homo es, ideo subdit hoc remouens:*

7 Quis ex vobis arguet me de peccato? *Q. d. Si habetis aliquod peccatum quod possitis super me ostendere, paratus sum audire, & me rationabiliter purgare, & ideo cum hoc non possitis facere,*

8 Si veritatem dico. *Si, pro quia.*

9 Quare vos creditis mihi. *Et subdit causam dicens:*

10 Qui ex Deo est, verba Dei audit. *Quia quilibet audit doctrinā ad quam affectatus est, quia est sibi connaturalis, et ideo concludit:*

11 Propterea vos non audi. *Id est, recipitis verba Dei ex ore meo.*

12 Quia ex Deo non estis. *Et per consequens sequitur, quod sitis ex diabolo, non per creationem, sed per imitationem.*

13 Responderunt ergo Iudæi. *Ostenso patre eorum, ponitur eorum iniuriosa responsio. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur prædicta responsio, secundò ipsius responsionis mansueta declinatio ibi,* Respondit Iesus: *Circa primum sciendum, quod modus hominum qui nesciunt rationabiliter respondere, est ad conuitia se conuertere, & ideo Iudæi non habentes quod Christo rationabiliter responderent, ad conuitia se conuerterunt dicentes.*

Diuisio.

14 Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu. *Licet enim Christus esset genere Iudæus & non Samaritanus, tamen vocant eum Samaritanum duplici de causa. Vna est, quia suprà dictum est c.4. quamuis Samaritani essent gentiles, tamen legem in parte seruabant ideo erat vulgare apud Iudęos, quod ille qui in parte legem seruabat, et in parte legem soluebat, vocabatur Samaritanus, quamuis esset Iudęus, propter similitudinem ad Samaritanos. Sicut apud Christianos aliquis dicitur Iudæus vel Saracenus, qui ritum Catholicæ fidei in parte soluens Iudæis & Saracenis quantū ad aliquid assimilatur. Alia causa est, quia Samaritani erant multum infesti Iudæis & odibiles eis, vt suprà dictum est 4. ca. et ideo vulgare erat apud Iudæos, quod homines malos et eis odibiles vocabant Samaritanos, quamuis essent Iudęi. Talis autem erat Christus secundùm reputationem eorum, ideo vocabant eum Samaritanum.*

Quare Iudæi nominant Christum Samaritanum.

15 Et dæmonium habes. *Hoc enim iudicabant de Christo propter mirabilia quæ faciebat, et magicis artibus imputabant, & quia secreta eorum frequenter dicebat, et quia aliquando quædam alta et subtilia loquebatur quæ non intelligebant, propter quod eum arepticium dicebant; sicut & de Saul dicitur 1. Reg. 18. c.* quod arreptus à dæmonio prophetizabat in aula sua.

16 Respondit Iesus. *Hic ponitur ipsius Christi mansueta declinatio, quia* cum malediceretur, non maledicebat, *vt habetur 1. Pet. 2. d. ideo mansuetè iniuriam declinat dicens.*

10 Qui ☞ Ego

MORALITER.

† 4 *Cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur quia mendax est, & pater eius.* Id est inuentor mendacij. Ex quo patet, quod mendax in loquendo, & mendacia fingendo, proprietatem diaboli assumit male viuendo.

A a *Honorifico.* Non me (ne arrogans vobis videar) facio quod debeo, sed vos non facitis quod debetis, quia non honorastis me, quem si cognosceretis, sicut ego honorifico patrê, sic vos me honoraretis.

b *Ego autem.* Audito conuicio, *dæmonium habes,* è contra de gloria sua hoc solũ dicit: *Honorifico patrem,* omnia tribuendo ei, & ego nõ quæro gloriam meam vt homines, qui illatis contumeliis aliquid reddunt, sed patri reseruo, & *est qui quæ. & indi.*

B c *Est qui quæ.* Duæ sunt tentationes: Vna probationis, de qua: *Tẽtat vos Deus.* Alia deceptionis: De qua: *Deus intentator malorum est.* Sic & duo timores, vnus quem charitas foras mittit: Alter qui permanet in sæculũ sæculi. Sic & duo iudicia: Vnum damnationis, quo non iudicat pater, sed omne iudicium dedit filio: Alterum discretionis, vnde: *Iudica me Deus, & discerne causam meam.* Secundum hoc dicitur: Est pater qui quærat gloriam meam, & discernat à gloria vestra, quia vos secundum sæculum gloriamini, ego non, sed ea gloria quam habui apud patrem antequam mundus esset, quæ est ab humana inflatione discreta.

C

† inhonoratis. Deuter. 13. Iacob. 1. b. 1. Ioan. 4. d Sup. 5. d. Psal. 42. a.

a ¶ Hoc solum de gloria sua. a ¶ Honorem ei debitum exhibendo.
a Ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrem meum
a ¶ Per falsa opprobria. b ¶ Sicut simulatores, qui volunt videri quod non sunt.
b & vos † inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriam
¶ Pater. a ¶ Discernit pater à gloria hominum gloriam filij, quem vnxit præ participibus suis.
c meam. Est qui quærat & iudicet. Amen, amen dico vobis, si
d a ¶ Veram, sed Iudæi vere mortui, non intelligentes eam, putant dici, nunquam morietur, & irascentes dicunt Abraham mortuum esse.
e quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. Dixerunt ergo ei Iudæi: Nunc cognoscimus quia
f a ¶ Prouocant vt aliquid diceret contra Abraham. b ¶ Sed non illa morte, qua dominus dicit.
dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis, si quis sermonẽ meum seruauerit, non gustabit mortem
a ¶ Cuius sermone tu dicis: non mori.
in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui
a ¶ Vt dicas ex sermone tuo non mori, cum scias illos mortuos.
mortuus est? & prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis?
g ¶ Tantum.
h Respõdit Iesus: Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.

d *Amen, amen dico vobis.* Non ego, sed pater quærit gloriam meam, ego autem dico, si vos dicitis, dæmonium habes, ego vos ad vitam voco. Hinc discat homo læsus, non malum, sed bonum reddere. D

e *Non videbit.* Quod dicitur, videbit vel gustabit, nihil aliud est quam experietur.

f *Nunc cognoscimus.* Sicut accepta contumelia bonus fit melior, ita malus de beneficio peior. E

g *Quem teipsum fac.* Secundum illos se faciebat filium Dei, æqualem sibi, quasi non esset, sed non faciebat immo vere erat, vnde Apostolus: *Non rapinam arbitratus est faciens se æqualem Deo.* Ideo non qui es, sed quem teipsum facis? Philip. 2.

F ✠ BEDA. *Quem teipsum facis:* hoc est, cuius meriti, cuiusue dignitatis vis credi? Abrahã tamen mortuus erat corpore, anima autem viuebat. Maior autem est mors animæ in æternum victuræ, quàm corporis quandoque moritur, &c. In hunc loc.

✠ ORIGENES. Cœcutientium fuit hæc probatio, quoniam non se fecit Iesus, id quod est, sed ex patre recepit. Tom. 17. in Ioan.

h *Respondit Iesus.* Cõtra hoc quod dicunt: *Quem te facis.* refert gloriam suam ad patrem, de quo est quod Deus est.

d *Amen,* — Est

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego dæmonium non habeo. *Quod patet, quia dæmones expellebat: Nec doctrinam malam habebat, sed sanctissimam, vt patet intuenti. Si enim aliquis homo in nulla lege imbutus videret Christi doctrinã, statim ex sola ratione naturali iudicaret eam mũdicissimã & honestissimam respectu cuiuscunque alterius doctrinæ. Similiter miracula Christi non fiebant virtute dæmonis, quod patet ex hoc quod faciebat multa non solùm virtutem dæmonis, sed virtutem cuiuscunque creaturæ transcendentia, sicut est suscitatio mortuorum, illuminatio cæcorum et illustratio subita hominum simplicium, et consimilia. Ex hoc patet quod fiebant virtute diuina, ideo sequitur:*

2 Sed honorifico patrem meum. *Declarando eius virtutem in miraculo.*

3 Et vos inhonorastis me. *Attribuendo dæmoni quod virtuti diuinæ deberet attribui. Et ne possent dicere, quod talia diceret ad iactantiã, subdit.*

4 Ego autem non quæro gloriam meam.

Quæstio. *Sed quæritur hic, cum Christus quæreret gloriam Dei patris, & eadem sit gloria patris & filij, quomodo potest dicere:* Ego autem non quæro gloriam meam. *Dicendum, quod dirigit verbum ad intentionem eorum quibus loquebatur, qui reputabant eum quærere honorem mundanum, & est sensus:* Ego autem non quæro gloriam meam. *q. d. Ego non quæro gloriam meam ab honore Dei patris deuiantem, sicut vos creditis.*

5 Est qui quærat & iudicet. *Q. d. Illi qui quærunt gloriam mundi, possunt manifestè iudicare & perpendere per facta mea, quod ego talia nõ quæro, quia vita Christi in paupertate & abiectione existens, gloriæ mũdanæ erat cõtraria. Aliter exponitur:* Ego autẽ nõ quæro gloriã meam *id est, exaltationem meam pro nunc, quia ante passionem Christus quærebat abiectionem:* Est qui quær. *Scilicet Deus pater, qui post humiliationem in cruce exaltauit eum,* et dedit illi nomen quod est super omne nomen, *vt dicitur Philip. 2. b.*

6 Et iudicet. *Scilicet Deus pater de illis qui me inhonorant, vindictam faciendo de ipsis. Quod factum est, quando in vindictam mortis Christi, destructa est ciuitas, et templum, et populus occisus est et captiuatus per Romanos.*

Diuisio. 7 Amen, amen dico vobis. *Hic probat tertium suprà positum, scilicet quod sequens Christum lumen habeat vitæ. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur Christi probatio. Secundò Iudæorum obiectio, ibi:* Dixerunt ergo. *In prima parte dicitur sic:* Amen, amen dico vobis, *id est, fideliter. Et duplicatur ad maiorem affirmationem.*

8 Si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in æternum. *Cuius ratio est, quia* semen est verbum Dei, *vt habetur Luc. 8. c. in quantum vita æterna in verbo Dei consistit, sicut in quodam principio seminali, quia finaliter perducit in vitam beatam sicut virtute seminis producitur fructus. Et ideo sicut ille qui seruat semen à corruptione peruenit ad fructum, sic seruans verbum diuinum peruenit ad beatitudinis statum, quæ beatitudo designatur cùm dicitur:*

9 Mortem non videbit. *Vita enim beata in visione & fruitione cõsistit & ideo per exclusionem mortis gehennæ, quæ huic visioni opponitur, consequutio beatitudinis intelligitur, & sic patet quod supra fuit propositum, scilicet quod sequens Christum habet lumen vitæ, quia sequela Christi in obseruatione verbi eius consistit.*

Diuisio. 10 Dixerunt ergo ei Iudæi. *Hic ponitur Iudæorum obiectio in contrarium. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur dicta obiectio, secundò Christi responsio, ibi,* Respondit Iesus. *Obiectio autem eorum incipit à conuicio, quia sicut homines irrationabiles et turbati statim dixerunt:*

11 Nunc cognoscimus quia dæmonium habes. *Q. d. Prius tantum opinabamur te habere dæmoniũ, sed modo sumus certi, quia tu ait quod nulla falsitas à Deo est, sed à diabolo, qui est pater mendacij, vt tu dixisti, verbum autem tuum est apertum mendacium. Ad cuius probationem inducunt:*

12 Abraham mortuus est & prophetæ, &c. *Quia tamẽ sermonem Dei seruauerunt, qui est maioris virtutis quam sit sermo tuus, & ideò patet falsum quod tu dicis.*

13 Si quis sermonem meum seruauerit non gustabit mortem in æternum. *Ex quo patet, quod decipiebantur in æquiuoco, ex quo Christus dicebat de morte spirituali, ipsi autem acceperunt de morte corporali & ideo quærunt derisoriè duo. Primum est:*

14 Nunquid tu maior es patre nostro Abraham. *Q. d. Non. Secundum est:*

15 Quem teipsum facis. *Q. d. manifestè patet, quod ad gloriam vanam de te falsa dicis.*

16 Respondit Iesus. *Hic ponitur Christi responsio, & primò ad secundum, secundò ad primum, ibi:* Abraham. *Et quia in vltimo quæstio imponebatur ei quærere vanam gloriam, ideo hoc excludit dicens:* Si ego glorifico meipsum. *Id est, si ego quæro gloriam meam præter regulam veritatis diuinæ, vt vos mihi imponitis.*

17 Gloria mea nihil est. *Id est, falsa, quia falsum est non ens, vel nihil, sed non est ita, quia gloria mea est à Deo patre, à quo nullum falsum potest esse, & hoc est quod dicitur hic:*

8 Si — Est

a *Est pa. me.* Apertè dicit patrem suum esse Deum, qui annunciatus est Iudæis, non recentem Deum vobis annuncio, sed illũ de cuius cognitione soletis gloriari.

b *Qui glori.* Vox patris glorificat filium in baptismo, in monte, & in aliis huiusmodi. (Matt. 3. d. Ibid 17. a.)

Et non co. Non cognouistis spiritualiter, dum pro terrenis seruistis. Ecce videt aperte eos sibi resistere, sed tamẽ nõ desinit se eis prædicare.

c *Et si dixero, &c.* Ne in hoc arrogans videatur gloriari, addit, *& si dixero.* Arrogantia sic caueatur, vt veritas non relinquatur.

✠ CHRYSOSTOMVS. Sicut vos dicentes scire eum mẽtimini, ita & ego, si dixero me nescire.

d *Abraham.* Credẽs exultauit sperando, vt videret intelligendo tantum mysteriũ. (* Trãsiens medium illorũ, & præteriit sic.)

e *Exultauit.* ✠ AVGVSTINVS. Non timuit, sed exultauit, vt videret, credens vtique exultauit sperando vt videret intelligendo diem meum. Incertum autem potest esse, vtrum dixerit temporalem diem domini, quo erat venturus in carne, an diem domini, qui nescit ortum nescit occasum. (Trac 45 in Ioan. to. 9.) Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Ait enim seruo suo quem mittebat, *pone manum sub femore meo & iura mihi per Deum cæli.* Ergo quæ fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abrahæ venturum in carne Deum cœli?

a b Est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis, quia [a ¶ Non idola. b ¶ Quia si cognouissent, filium eius recepissent.] Deus † noster est & non cognouistis eum. † Ego autem no- [¶ Cum sciam. ¶ Qui dicitis vos scire & nescitis.] c ui eum, & si dixero quia non scio eum, ero similis vobis [a ¶ Sermonem patris vt filius loquebatur & ipse erat verbum patris qui hominibus loquebatur. ¶ Autem.] d mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham [a ¶ Non timuit, quia in eo charitas. b ¶ Non quia vidit.] e pater vester exultauit, vt videret diem meum. Vidit & gaui- [a ¶ Irati in eo solam ætatem carnis pensantes, non diuinam naturam.] f sus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum: Quinquaginta annos [a ¶ Ab intuitu carnis ad diuinitatem trahens.] nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit ei Iesus: Amen [a ¶ Non dicit esset, sed fieret quia creatura. b ¶ Non dicit factus, sed sum quia creator.] amen dico vobis, antequam Abraham fieret ego sum. † Tu- [a ¶ Quia putant hoc esse blasphemiam. b ¶ Ipsi duri vt lapides. c ¶ Vt homo humilis.] lerunt ergo lapides vt iacerent in eum. † Iesus autem ab- [a ¶ Quia commendanda erat patientia, non exercenda potentia. b ¶ Et sic à duris eorum cordibus fugit.] g scondit se, & exiuit de templo.

(† vester. † Sup. 7. d.)

✠ GREGORIVS. Tunc diem domini Abraham vidit, cum in figura summæ trinitatis tres angelos hospicio suscepit. (Hõ. 18 in euangelia)

✠ CHRYSOSTOMVS. Vel diem suum dicit diẽ crucis quem Abraham in oblatione arietis, & Isaac præfigurauit, per hoc ostendens quod non inuitus ad passionem venit, & ostendens eos esse alienos ab Abraham si in quibus ille exultauit, ipsi dolent. (Hõ. 54 in Ioan. to. 3.)

f *Diẽ me.* AVG. Incertum est in diem temporalẽ quo erat venturus in carne, an diem æternitatis. Sed vtrũque Abrahã vidit, vnde ineffabile gaudium illi fuit. Quanti enim est videre verbum apud patrem & quod ipsum caro factum est? († 7 q. 1. c. aduersitas. §. vnde Augustin. 23. q. 3. c. 1.)

g *Et exiuit.* Exiens de templo, id est, de figuris Iudæorum, videamus quid fecerit in templo gentium. (Suprà 1. b.)

☞ CAPVT

NICOLAVS DE LIRA.

1 Est pater meus qui glorificat *Per miraculorum operationẽ & postea glorificabit per resurrectionis & ascensionis gloriam.*

2 Quem vos dicitis quia Deus noster est. *Per operum imitationem. Sed hoc est falsum quod probat di.*

3 Et non cog. eum. *Per fidem formatam, in qua consistit Dei filiatio per adoptionem.*

4 Ego autem no. eum. *Sicut eius filius naturalis, habens eandem sciẽtiam cum ipso.*

5 Et si di. & c. si. vo. men. *Sicut estis mendaces asserendo vos eum cognoscere, cum tamen non eum cognoscatis, ita essem mendax si assererem me eum ignorare, cum inquantum Deus habeam notitiam eandem cum eo, & inquantum homo eum clarè videam, & ideò subdit:*

6 Sed scio eum. *Scilicet prædicto modo.*

7 Et ser. *Hoc addit, quia vera cognitio per opera demonstratur, in omni enim opere malo est aliqua ignorantia propter quod dicit Philosophus 3. Ethi. Omnis malus est ignorans.*

8 Abraham. *Hic respondetur ad primum. Quæsierant enim primò derisoriè, si ipse esset maior quam Abraham, & respondit quod sic, di.* Abraham pa. ve. ex. vt vi. diem me. *Quia Abraham desiderauit cognoscere tempus aduentus Christi, quod est videre Christum in spiritu. Et sic patet, quod est maior Abraham, propter hoc enim cognitionem hanc desiderabat, quia ab ipso omnium gentium deceptionem expectabat.*

9 Vidit & ga. *Quando dictum est ei:* In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ, *Gene. 22. d. Et quando in figura trium angelorum sibi apparentium cognouit trinitatis mysterium Gene. 18. a. & in oblatione Isaac propter quod locus ille dictus est, dominus videt vt habetur Gene. 22. c. quia dominus fecit videre Abraham occultum Christi mysterium. Sed contra hoc dictum Christi veracissimum arguunt dicentes:*

10 Quinquagin an. *Quasi dicat, hoc est impossibile, quia à morte Abraha vsque ad tempus Christi fluxerunt anni circiter duo milia. Solet quæri: Cum Christus non haberet vltra. 33. annos, quando Iudæi assumpserunt tantã superfluitatem, dicendo.* Quinquaginta annos, &c. *Dicendum, quod propter labores & ieiunia videbatur longè maioris ætatis, quam esset: vel secundùm alios propter reuerentiam anni quinquagesimi, qui erat iubileus, Iudæi per ipsum cõputabant, & est sensus:* Quinquaginta an. *Quasi dicat non vixisti adhuc vnũ iubileũ & Abrahã vidisti? Ex modo loquendi apparet eorũ falsitas & calumnia, quia Christus non dixit, vidi Abraham, sicut ipsi reperierunt, sed è contrario, quod Abrahã viderat ipsum. Tamen eorum obiectio procedebat ex hoc, quod solũ in eo naturã humanam considerabant, ideo ostẽdit se naturam diuinam habere dicens.*

11 Amen a. & c. ego sum. *Vbi ostenditur eius æternitas, coniungendo verbum præsentis temporis, ego sum, cum verbo præteriti temporis, antequã fieret, quia æternitas assistit omni tempori. Et quia Iudæi nesciebant verbis eius contradicere rationabiliter loquendo, ideo contradixerunt corporaliter persequendo, ideo subditur:*

12 Tule. er. la. vt ia. in eum. *Sicut in blasphemum. Et patet manifestè, quod non mouebantur amore iustitiæ, sed liuore inuidiæ, quia in lapidatione blasphemi requiritur debitus processus per accusationẽ coram iudice, & testiũ depositionem & iudicis sententiam, & tunc sequitur lapidatio extra ciuitatem. vt habetur Leui. 24. c. Ipsi autem volebant eum lapidare omisso processu prædicto & cum hoc loco sacro quod erat illicitũ etiam de conuicto: propter quod Ioiada pontifex fecit Athaliam trahi extra septa templi, antequam occideretur, vt habetur. 4 Re. 11. c.*

13 Iesus au. ab. *Non occultando retro parietem, vel aliquid huiusmodi, sed virtute diuinitatis se reddendo eis inuisibilem, & in hoc nobis exemplũ patientiæ dedit, & fidelibus suis materiam consolationis qui aliquando se absconsuri erant.*

14 Exiuit de templo. *Per medium illorum inuisibiliter pergens sicut dicitur de illis qui voluerunt eum præcipitare, Luc. 4. e.* Iesus autem transiens per medium illorum ibat, *tamen à suis discipulis videbatur, quia sequuti sunt eum, &c.*

NICOLA.

MORALITER.

12 *Tulerunt ergo lapides.* BEDA. Mysticè autem quot malas cogitationes quis assumit, quasi tot lapides in Iesum mittit ac deinde quantum ad se pertinet, si ad deliberationem transit, Iesum extinguit.

13 *Iesus autem abscondit.* Quid autem abscondendo se dominus significat, nisi vt quod eis ipsa veritas absconditur qui eius verba sequi contemnunt? Eam quippe quam non inuenit humilem veritas fugit mentem. Quid autem nobis hoc exemplo loquitur, nisi cum etiam resistere possumus, iram superbientium humiliter declinemus? Hæc Beda.

CAPVT IX.

A a Et prat. Non stans in via peccatorum, sed secus viam nostræ mortalitatis.

b Cæcum. Cæcus significat humanum genus, in quo cæcitas naturalis, quia peccante primo homine, vitium propter naturā inoleuit, vnde secundū mentem omnis homo cæcus natus est.

Hó. 55. in Ioan. to. 3. ✠ CHRYSOSTOMVS. Considerandum quod egrediens de templo, studiosè venit ad opus sui manifestatiuum: ipse enim vidit, non cæcus ad eum accessit.

c Neque hic pec. ne. Peccauerunt quidem sed non illo peccato factum est, vt cæcus nasceretur, sed hæc est causa, vt manifeste. ope. Dei in il.

Hó. 55 in Ioan to. 3. ✠ CHRYSOSTOMVS Venerunt (apostoli) ad hanc interrogationem, quia prius suprà paralyticum curans dixit: *Ecce sanus factus es, non vltra pecces.* (Ioan. 5.) Illi igitur cogitātes quia propter peccata fuerat ille paralysi resolutus, quærunt de isto; Si hic peccauit, quod non est dicere, à natiuitate enim cæcus est. Aut parentes eius, sed neque hoc, filius enim pro parte non sustinet pœnā, ideò ait: Neque hic neque, &c.

Tra. 44. in Ioan. to. 9. ✠ AVGVSTINVS. Nunquid vel ipse sine originali peccato natus erat, vel viuēdo nihil addiderat? Habebant ergo peccatum ipse & parentes eius, sed non ipso peccato cæcus natus est.

d Sed vt manifestentur. Vt eum illuminando & per eum quid in cæcitate humani generis facturus sit significando, filius Dei manifestetur, vnde subdit: *Me oportet operari.*

CAPVT IX.

a ¶ Id est, misertus est.

ET præteriens Iesus vidit hominem cæcum [1] à natiuitate, & interrogauerunt eum di- [2]

a ¶ Magistrum appellant quia scire desiderant.

scipuli eius: Rabbi, quis peccauit? hic aut [3] parentes eius, vt cæcus nasceretur? Res- [4] c pondit Iesus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, [5]

a ¶ Enim. ¶ Prædicare, illuminare cæcos.

d sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet [6]

a ¶ Quia filius de illo, ipse de nullo vnde gloriam dat illi. b ¶ Ecce ille missus in quo cæcus oculos lauit. [7]
c ¶ Id est dum sum in mundo d ¶ Quare dum dies est. ¶ Quia.

operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit [8]

a ¶ Id est persecutio apostolorum, vel persecutio Antichristi. [9]

e nox quando nemo potest operari. Quamdiu sum in mun- [10]

a ¶ Ecce qui est dies in eo cæcus lauat oculos & videt diem. ¶ Monens bonos, & terrens malos. [11]

do, lux sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in terram [12]

✠ CHRYSOS. Nunquid iste iniustè passus est? Sed ego eum beneficium accepisse dico per cæcitatem, per hāc enim interioribus respexit oculis. (Hó. 55. in Ioan. to. 3.) E Qui verò ex nō ente ad esse eū deduxit potestatē habebat absque iniuria, & ita eum dimittere. (Dictū est 24. q. 3. c. 1. § his ita de cōse. di. 4. c. ante baptismum.) Dicunt autem quidam, hanc particulam, *vt*, non esse causalē, sed euentus: vt illud, *In Iudicium veni in hunc mundum, vt non videntes videant, & qui vident cæci fiant.* F Et alibi. *Lex subintrauit, vt abundaret delictum*, (Sup. 8. b. Infra 12. g.) sic & hoc consequutum est, vt dominus oculos clausos aperiens, & alia naturalis infirmitatis nocumenta corrigens, suam demonstraret virtutem.

e *Quamdiu sum in mundo.* Non solùm tunc Christus lumen erat in mundo, sed & semper vsque ad consummationem seculi per fidem est cum electis, & est tempus operandi. (Matt. 28. d) Nox illa est infernalis, in qua nulli licet operari, vt nec ardenti diuiti licuit, sed tantum est tempus recipiendi. (Luc. 16. f Gen. 2. d.)

☞ Et se.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT IX.

ET præteriens Iesus. *Postquā Christus ostendit se habere virtutem illuminatiuam verbo, hic consequenter hoc ostendit sensibili signo. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur quædam miraculi præfatio, secundò miraculi operatio, ibi:* Et cum dixisset: *tertiò miraculi facti examinatio, ibi:* Itaque vicini. (Diuisio.) *Præcedentia miraculū sunt duo. Secundum ponitur, ibi:* Respondit Iesus. *Primum quod fuit præcedens ipsum miraculum, & eius occasio, fuit discipulorum interrogatio de cæco nato, & hoc est quod dicitur:*

1 Et præteriens Iesus. *in exercitu templi de quo dictum est in fine præcedentis cap.*

2 Vidit hominē cæcum à natiuitate, & interrogauerunt eum discipuli eius. *Quia ibi sedebat mendicans eleemosynam ab ingredientibus templum & diligenter intuitus est eum Iesus, vt dicit Chrysostomus quasi vellet aliquid agere circa eum, & ideò discipuli moti sunt ad quærendum de causa cæcitatis eius dicentes:*

3 Rabbi, quis peccauit? hic aut parentes eius, vt cæcus nasceretur. *Ex hoc enim quod supra dominus sanando languidum dixerat:* Iam amplius noli peccare, ne deterius tibi contingat, *ostendens quod peccatum fuerat causa illius languoris, vt ibi dictum fuit, ideò apostoli consimiliter crediderunt de isto cæco nato, quod peccatum ipsius vel parentum esset causa huius cæcitatis.* (Suprà. 5. c.)

4 Respondit Iesus. *Hic ponitur secundùm præambulum ad miraculū, scilicet Christi responsio ex quo ostenditur quod cæcitas contigit, vt virtus diuina in eius sanatione declararetur, & hoc est quod dicitur:*

5 Neque hic peccauit neque parentes eius. *Vt cæcus nasceretur. Non negat simpliciter ipsum peccasse vel parentes eius, sed solum ad illud de quo interrogatur: quasi dicat nec peccato proprio cæcus natus est, quia ante natiuitatem peccare non potuit. In quo apparet quæstio apostolorum ridiculosa quantum ad hanc partem. Nec mirū, quia adhuc rudes erant ante receptionem spiritussancti. Neque peccato parentum contigit. Licet enim parentes pro peccatis suis aliquando puniantur in filiis monstruosis, inquantum talia monstra ex diuina iustitia nascuntur, tamē frequentius fit sine peccato, scilicet propterer indispositionē materiæ, vel debilitatem virtutis quæ est in semine. Verùmtamē quāuis talia fiant à casu respectu naturæ creatæ, sunt tamē ordinata respectu diuinę prouidentiæ, & aliquando ordinantur ad declarationem diuinæ virtutis in operibus miraculosis, & sic erat de isto, ideò sequitur:*

6 Sed vt manifestentur opera Dei in illo. *In eius mirabili illuminatione, vnde subditur:*

7 Me oportet operari. *Istud non importat coactionem voluntatis in Christo, sed immobilitatem eius à diuina ordinatione.*

8 Opera eius qui misit me. *Scilicet patris hoc dixit quia miracula illa faciebat virtute diuina, & humanitas Christi operabatur instrumentaliter.*

9 Donec dies est. *Id est, quandiu sum præsentialiter super terram in humanitate assumpta. Sicut enim præsentia solis super terram facit diem, sic præsentia Christi qui est sol iustitiæ, in humanitate assumpta fecit quandam diem gratię spiritualem, quæ dies durauit à Christi natiuitate vsque ad eius ascensionem, licet postea remanserit nobiscum sacramētaliter vsque ad mundi finem & tunc.*

10 Venit nox quando nemo potest operari. *Quia post iudicium nullus poterit mereri, vel à culpa ad gratiam reuerti.*

11 Quandiu sum in mundo lux sum mundi. *Ipsum doctrina & miraculis illustrando.*

12 Hæc cum dixisset. *Hic consequenter ponitur miraculi operatio in quo duo exprimuntur quæ in miraculis diuinis requiruntur, scilicet Dei potentia operans, & sanati fides, & obedientia disponens, & hoc est quod dicitur:* Hæc cum dixisset expuit in ter. *Saliua enim fluit à capite, & ideò per hanc expuitionem ostendit, quod virtus sanatiua quodammodo erat ab eius humanitate inquantum est organum diuinitatis, propter hoc dicitur Luc 6. c.* virtus de illo exibat, & sanabat omnes,

☞ Et fecit

MORALITER.

† 1 *Et præteriens Iesus.* MYSTICE. Cæcus nascitur omnis habens peccatum originale, quia priuatus est dei visione. Hanc autem priuationem non facit eius actuale peccatum quod adhuc non habet, nec etiam parentum suorum immediatorum, ideò subditur.

5 *Neque hic peccauit, neque parentes eius.* Vt cæcus nasceretur.

9 *Sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Sic enim permissus est nasci iste cæcus, vt illuminaretur Christi miraculo, & similiter emundatio peccati originalis est opus diuinæ virtutis, cuius modus significatur cum dicitur.

† Et fecit

a *Et fecit lutum.* Sicut primum hominem de limo terræ formauit, ita per idem genus luti genus humanum reformauit. De saliua lutum fecit, quia verbum caro factum est. Saliua est sapientia quæ ex ore altissimi prodiit. Terra, est caro Christi. *Vnxit oculos.* Id est cathecumenum fecit, qui credit verbum carnem fact. Vnctus nondum videt, sed mittitur vt lauet, id est, baptizetur in misso, id est, in Christo, propterquod nomen piscinæ interpretatur, Baptizatus à peccatis lumen recepit.

b *Vade & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur miss. &c.* Siloa fons est ad radicem montis Sion, qui non iugibus aquis, sed incertis horis ebullit per concaua terrarum, vbi cæcus lota facie lumen recepit, quia cæcitas Iudæorum vel quorumcumque infidelium non potest sanari, nisi doctrina aquarum Christi, quæ sine strepitu & clamore verborum leniter fluit. vnde Isa. *Aqua Siloe quæ vadunt cum silentio.*

✠ CHRYSOSTOMVS.

Veteri legi se non repugnare ostendit cum ad Siloam mittit. Neque illud erat suspicandum, an aquæ illius virtute visum accepérit. Multi enim sæpè illic oculos lauerant, nullam gratiam consecuti, sed tunc fuit virtus Christi, quæ id operata est: ideo interpretatus est euangelista Siloam, quod est missus, vt intelligas illic à Christo curatum vt Paulus inquit, Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra auté erat Christus. Quemadmodum ergo Christus petra erat spiritualis, ita & Siloa erat spiritualis.

c *Et venit videns Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dic. &c.* Quæritur quomodo istum sine fide sanauerit, cum legatur neminem sine sanatione interiori, exterius sanasse? Sed hoc dicitur de illis qui propter peccata infirmabantur, iste non propter peccatum, sed propter gloriam Dei languebat.

d *Non est hic homo à Deo, qui sabbathum non custodit. Alij autem dice. &c.* Ille spiritualiter custodit sabbathum, qui est sine peccato, illi non, qui serui sunt peccati.

✠ CHRYSOST. Maliciosè quod factum est silentes, æstimatam præuaricationem in medium ferebant. Non enim dicebant, quoniam sabbatho curat sed quoniam sabbathum non seruat.

[Margin: Ioan 1.b; Eccle.24.; † illiniuit.; B; nequaquã sed.; † vt autẽ abij & laui, visum recepi.; C; * dudum.; † visum recepisset.; Isa.8 b.; Quæstio.; Hom 56. in Ioa.to.3; D; † cæci; † cæcus; E; * & dixit; F; Hom.55. in Io.to.3]

a Ecce collyrium quo vngitur genus humanum. ¶ Nundum intus.

a & fecit lutum ex sputo, & † liniuit lutum super oculos † eius, & dixit ei: Vade, & laua in natatoria Siloe, quod interpretatur missus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns. Itaque vicini & qui viderant eum prius, quia † mendicus erat, dicebant: Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant. quia hic est. Alij autem nequaquam, sed similis est eius. Ille verò dicebat, quia egò sum. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit*: Ille homo qui dicitur Iesus, lutum fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoriam Siloe, & laua. † Et abij & laui, & video. Et dixerunt ei: Vbi est ille? Ait, nescio. Adducunt ad pharisæos eum qui * cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo † vidisset. Ille autem dixit eis: Lutum posuit mihi super oculos, & laui, et video. Dicebant ergo ex Pharisæis quidam: Non est hic homo à Deo,

[Interlinear glosses: a ¶ Id est, in piscina quæ dicitur Siloe. — a ¶ Quia aperti sunt oculi vultum mutauerant. — a ¶ Vox grata ne damnaretur ingratus. — ¶ Videns euangelizat gratiam. — a ¶ Qui non habebant in corde quod ipse in facie. — a ¶ Vt similis inuncto loquitur, prędicat, nescit quę prędicat. — a ¶ Non omnes, quia iam quidam inungebantur, isti nec videntes nec inuncti.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et fecit lutum ex sputo. *Vt ostenderet se esse illum qui formauit primum hominem de limo.*

2 Et liniuit lutum super oculos. *Inter corpora animalibus nobilius est corpus humanum, & in corpore humano caput est pars nobilior, & in capite oculus, & ideo ex formatione partis nobilioris reperta in corporalibus, ostendit Christus se esse formatorem corporis.*

3 Et dixit ei vade & la. in na. Si. *Hoc dicit vt cæcus transeundo sic per ciuitatem linitus luto à multis videretur, & per consequens miraculum magis diuulgaretur & confirmaretur.*

4 Quod interp. mis. *Hoc addit Euangelista, volens interpretari nomen Hebraicum ad designandum mysterium Christi missi ad salutem hominum.* 5 Abiit ergo. *In quo patet fides ceci.*

6 Et lauit, & ve. vi. *Non virtute luti, alioquin vidisset statim cum impositum fuisset. Et iterum hoc patet, quia non vidit donec lutum amotum fuit, nec virtute aquę, quia homines ibi frequenter se lauabant & idem cęcus alias de illa se lauerat, quia communis erat, & tamen virtutem illuminatiuam nullus ibi expertus fuerat, & sic patet quod illa illuminatio diuina virtute facta est.*

7 Itaque vicini. *Hic consequenter ponitur miraculi facti examinatio, & primo, à turbis, secundo, à Pharisæis, ibi:* Adducunt autem. *In prima examinatione fit inquisitio de tribus. Primo de ipso illuminato verùm esset ille qui prius dicebatur cęcus natus, & hoc est quod dicitur:* Itaque vicini & qui vi. eum prius. *Cuius causa subditur.*

8 Quia mendicus erat. *Et sic suam cæcitatem frequenter eis exposuerat eleemosynam petendo.*

9 Dicebant: Nónne hic est qui se. & men. *q. d. Sic pro certo: quia dictum eorum erat firmum propter experientiam frequentem.*

10 Alij autem. *Volentes impugnare facta Christi dicebant.*

11 Nequaquam *Supple est ille cęcus natus.*

12 Sed similis est e. *Ex visu enim fit homo maximè cognoscibilis, & ideo restitutio visus ita mutauerat vultum eius, quod vix poterat recognosci nisi à valde expertus, quales erant vicini, qui frequẽter eum viderant.*

13 Ille ve. dice. Quia ego sum. *Et in hoc excludit aliorum dubium, & sicut gratus cognoscit diuinum beneficium. Sed consequenter quærunt de modo illuminationis ei.* Quomo. aper. sunt tibi ocu.

14 Respondit. Ille ho. qui dici. Ie. *Licet enim ipsum alius non vidisset, cum esset cęcus, tamen frequenter audiuerat nomen eius, & per vocem ipsum non cognoscebat.*

15 Lutum fe. & vn ocu. me. *Asserit tamen illud quod fiebat, Senserat enim lutum positum super oculos suos per tactum, & cum esset in loco sicco, in quo non erat lutum: & per hoc sciuit quod Christus illud lutũ fecerat, sed vtrũ fecisset cũ sputo vel aqua, hoc non cognouit, & ideo repetendo non dicit lutum ex sputo, sed tantũ.* Fecit lutum. &c. *Quęsito de modo illuminationis, quęritur tertio de ipso illuminante, dicentes.*

16 Vbi est il. ait nescio. *Quia antequam esset reuersus de natatorijs Siloe videns, Iesus à loco illo declinauerat.*

17 Adducunt. *Posita examinatione miraculi coram turbis, hic consequẽter ponitur examinatio eius coram pharisæis. Et diuiditur in duas, quia primo examinant miraculum, secundo inducunt illuminatum ad veritatem negandũ, ibi:* Vocauerunt rursum. *Prima in duas, quia primo examinant miraculum per ipsum illuminatum, secundo per parentes eius ibi:* Non crediderunt. *Prima in duas, quia primo ponitur illuminati interrogatio, secundo ex hoc audientiũ diuersa opinio, ibi:* Dicebant ergo. *In prima parte dicitur sic:* Adducunt aut. añ ad phari. qui cæ. fue. *Hoc fecerant malignantes contra ipsum, volentes ostendere quod fecisset contra legem, propter quod subdit euangelista,*

18 Erat au. sa. *Pharisęi enim arguebant Christũ de violatione sabbathi.*

19 Iterum er. in. *Sciendum quod interrogauerunt eũ ordinatè de tribus prædictis in prima examinatione, sed euangelista breuiter hoc repetit.*

20 Ille au. d. *Respondendo sicut prius.* 21 Dicebantur er. ex. *Hic ponitur diuersitas opinionum sequentium ex eius responsione, qui quidã ex pharisęis arguebãt Christũ de violatione sabbathi, in hoc facta dicẽtes:*

22 Non est hic. &c. *Ipsi falsum dicebant, quia opera corporalia ad Dei magnificentiam ordinata, licitè fiebant in sabbatho, sicut dictum est supra 5. c.*

[Margin: Diuisio.]

MORALITER.

1 *Et fecit lu. ex spu.* Per quod significatur cathecismus præcedens baptismum, de quo subditur.

3 *Vade & la. &c.* Id est, Christi missi à patre pro salute mundi.

5 *Abijt er. & la. etc.* Per illuminationẽ fidei datã virtute baptismi.

13 *Ille verò di. quia ego sum.* Per hoc ostendens, quod quilibet tenetur recognoscere gratanter & constanter beneficium diuinũ.

17 *Adducunt ad pha.* Quia interpretantur diuisi, propter quod per ipsos hæretici significantur, qui sunt ab ecclesia diuisi, quorum aliqui ceremonias legis obseruant, scilicet, Nazarei. Et isti significantur per illos qui dicebant de Christo.

22 *Non est hic homo à Deo.* Alii verò dicunt hominem nasci sine originali peccato, scilicet, Pelagiani. Et isti significantur per illos, de quibus subditur.

a *Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* Quęrunt calumniam, vt ille de synagoga pelleretur, sed à Christo inueniretur.

† quia.

b *Ille autem dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudaei de illo. &c.* Adhuc inunctus in corde, qui confitetur, non tamen mentitur.

c *Donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, &c.* MYSTICE. Parentes, id est, diabolus vel vitia, qui dicunt: Ætatem habet, ipse de se loquatur, qui nolunt hominem confiteri Christũ

† loquetur.

Hom 57 in Ioan. to 3

✻ CHRYS. Hæc est veritatis natura, per quæ putatur insidias pati, per hæc fortior fit, mendacium enim sibi ipsi quidem obuiat, & per ea, per quæ lædere veritatem videtur, per ea

¶ Iam inuncti.

quia sabbathum non custodit. Alij autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et

a ¶ Dies ille diuisit inter lucem & tenebras. ¶ Dixerunt.

schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid

a ¶ Constanter exprimit quod sentit.

dicis de illo, † qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit Quia Propheta est. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cęcus

a ¶ Id est, qui cęcus fuerat, & viderat.

cus fuisset, & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos dicentes: Hic est filius vester quem vos dicitis, quia cęcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius, & dixerunt: Scimus, quia hic est filius noster, & quia cæcus est natus: Quomodo autem nunc videat, nescimus, aut quis eius aperuit oculos,

a ¶ Vt instruamini, quid nobis caluminamini? b ¶ Non est opus nobis loqui pro infante.

nos nescimus: Ipsum interrogate: † Ætatem habet, ipse de se † loquatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conspirauerant Iudæi, vt si quis eum

a ¶ Quod iam non est malum: Expulsos enim Christus suscepit.

confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt, quia ætatem habet, ipsum interrogate. Vocauerunt ergo rursus hominem qui fuerat cæcus, &

a ¶ q d, Negat, quod accepisti, quod est blasphemare non Deo gloriam dare.

dixerunt ei: Da gloriam Deo: Nos scimus, quia hic homo

a ¶ Non paret calumniæ nec veritatem cęlat.

peccator est. Dixit ergo ille. Si peccator est, nescio, vnũ scio,

clariorem eam ostendit, quod & nunc factum est. Nec enim aliquis diceret quod vicini nihil certum dixerunt, sed per quandam assimilationem locuti sunt, parentes in medium ducuntur, qui maximè suum filium cognoscebant. Statuentes autem eos in medium, cum multo furore interrogant. Et non dicunt, qui quandoque fuit cæcus, sed quem dicitis, quia natus est cæcus. O inquinati, quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum non dicunt quem vos fecistis cæcum.

† De cõ. di. 4 c cũ pro paruulis.

d *Da gloriam Deo: Nos sci. &c.* Dare gloriam Deo, est veritatem de aliquo quasi præsente Deo dicere, hoc est: Confiteri istũ non esse Deũ sicut nos, sed peccatorem

a *Quid*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Alij autem. *E conuerso volentes factum Christi excusare & magnificare.*

2 Dicebant quomodo. *Quasi dicat, nullo modo. Sed contrarium videtur Matt. 7. c. vbi dicitur de malis hominibus:* Domine nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? *Sequitur:* Non cognoui vos: Discedite à me operarij iniquitatis, &c. *Dicendum, quod miraculum est opus excedens omnem virtutem creatam, & per consequens fit à solo Deo. Talia autem fiunt ab ipso ad testificandum aliquid quod est suprà humanam cognitionem, & hoc est dupliciter. Vno modo ad testificandum veritatem alicuius doctrinę existentis super facultatem intellectus nostri, & tunc oportet quod illa doctrina sit vera, cum Deus non sit testis falsitatis, tamen non oportet, quod ille qui docet doctrinam illam sit bonus, quia miraculum illud non fit ad testificandum eius bonitatem, sed doctrina veritatem, & hoc modo aliquando per malos homines prędicantes fidem Catholicam facta sunt miracula ad conformationem fidei Catholicæ, & sic intelligitur illud verbum Matt. pręallegatum. Alio modo fiunt miracula ad testificandũ de bonitate ipsius decentis, & tunc oportet, quod bonitas sit in illo, aliter Deus esset testis falsitatis. Et hoc modo fiebant miracula Christi, sicut dictum fuit suprà 5. f.* Opera quæ ego facio, testimonum perhibent de me. *Et hoc modo loquebantur isti dicentes:* Quomodo potest homo peccator hæc signa facere?

Miraculũ.

3 Et schisma erat inter eos: Dicunt ergo cæco iterum. *Propter quod requiritur sequentia illius illuminati, cum dicitur.*

4 Tu quid dicis de illo. *Illud quod scitum non fuit ab illis qui impugnabant facta Christi. Quia probabile erat quod responderet pro suo illuminatore, sed ab aliis. Et subditur eius responsio, cùm dicitur.*

5 Ille autem dixit. *Non est intelligendum, quod confiteretur eum esse prophetam communiter dictum, sicut fuit Isaias vel Ieremias, sed prophetam antonomasicè dictum, qui erat promissus ad salutem hominum, secundum quod dicitur Deutero. 18. d.* Prophetam suscitabit vobis de. &c. *Et sic confessus est ipsum esse verum Christum.*

6 Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset, &c. *Hic ponitur inquisitio miraculi per parentes cęci, & hoc ex diuina ordinatione factũ est ad maiorem fidei & miraculi declarationẽ. Interrogauerunt ergo parentes de tribus. Primò de persona filij cùm dicitur.*

7 Hic est filius vester quem vos dicitis, &c. *Intelligitur interrogatiuè. Secundò, de modo nascendi, cum subditur:* Quem vos di. quia cæc. *id est, fingitis, quamuis fortè non sit ita. Hoc dicebant, vt inducerẽt eos ad negandum, quia parentes solent occultare monstruositatem filiorum, quam trahunt à natiuitate, quia talis monstruositas magis conuertitur in confusionem parentum, quam si post natiuitatem esset contracta per pueri defectum. Tertiò; Si natus sit cæcus, quęrunt de modo videndi, dicentes,* Quomodo ergo nunc videt? *Subditur parentum responsio. Et de duobus primis respondent assertiuè, dicentes:*

8 Scimus quia hic est filius. *Magis volunt confiteri turpitudinem suam, quam dicere falsitatem. De tertio autem remittunt ad filium, non audentes veritatẽ dicere. Et causa infrà ponitur & hoc est quod dicitur.*

9 Ipsum interrogate. Ætatem habet. *q. d. melius potest veritatem dicere.*

10 Ipse de se loquatur. *id est, in causa sua, dictum suum in nobis non imputetur. Cuius causam subdit euangelista.*

11 Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. *Quia erant principales in populo.*

12 Iam enim conspirauerant Iudæi. vt si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagog. *id est, extra societatem Iudęorum, tanquam excommunicatus & reprobatus, quod apud Iudæos erat maximum opprobrium.*

13 Vocauerunt. *Hic inducitur illuminatus ad negandum facti veritatem. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur dicta introductio, secundo, iniusta condemnatio ibi:* Maledixerunt. *Tertiò eius à Christo receptio, ibi:* Audiuit autem. *Circa primum sciẽdum, quod pharisæi videntes, quod factum negari non poterat, ideò voluerunt decipere ipsum illuminatum, & hoc est quod dicitur.* Vocauerunt er. &c. da gl. Deo. *id est, confitere veritatem, volebant enim eum inducere ad dicendum, quod illuminatus fuisset magica arte, ideo subditur.*

Diuisio.

14 Nos scimus. *Quasi dicat diuina virtute non fecit, Et subditur ipsius illuminati constantia, quia inter aduersarios existens fortius quam ante veritatem confitetur di.*

15 Si peccator est. *Hoc non dicit dubitans de Christi sanctitate, sed irridendo eorum maliciam, quasi dicat: Vos dicitis, quia scitis eum esse peccatorem & ego non dico hoc, immo contrarium. Quod probat consequenter per factum.*

16 Vnum scio, quia cæ. &c. *Et ex hoc manifestè arguit eius sanctitatem, quia tale factum excedit omninò facultatem totius naturę crea-*

tę, &

MORALITER.

6 *Non crediderunt ergo Iudęi de illo, quod cęcus fuisset.* Id est natus in originali peccato. Per parentes autem cæci qui de modo suæ illuminationis non responderunt timore ducti, significantur fideles infirmi, qui tempore persequutionis fidem non audent confiteri. Per cæcum verò confidenter veritatem confitentem, significantur in fide firmi, constanter confitentes veritatem fidei.

† *Et*

a *Quid iterum vul.* AVGVSTINVS. Stomachatur contra duriciam eorum, de cæco factus videns, & cæcos iam non ferens.

b *Maledixerunt ergo ei.* Secundum cor eorum maledictio est. Sed quod dicitur optabile est omnibus, vt discipuli Christi sint. AVGVST. De stulta maledictione eos redarguens dicit. Maledictio ista veniat super nos, ac si diceret: Vtinam talia opera facere possemus, vt discipuli eius fieri mereremur.

c *Hunc autē nesc.* Superius dixerāt: *Hunc scimus:* vnde hinc dicunt se nescire, sed nescire nos dicimus quæ abijcimus. Ille nescitur, latet humilitate, proditur signorū virtute: Nescitur vnde sit, & vt Deus cæcos illuminat.

d *Peccatores Deus non audit.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quod dictum est, Deum non exaudire peccatores, hoc significat quod facere miracula Deus peccatoribus non concedit. Cùm vero veniam implorant de commissis, translati sunt de gradu peccantium ad statum pœnitentium. ✠ AVGVSTINVS. Non enim frustra publicanus dixit, *Deus propitius esto mihi peccatori*, ex illa confessione meruit iustificationē, quomodo ipse cæcus illuminationem.

e *Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam, &c.* Spreta eorum ira, libere veritatem confitetur. Hæc enim non nisi à Domino, nec à discipulis fierent, nisi Deus in eis.

f *In peccatis natus est totus.* Id est, cum clausis oculis, quod dicunt esse pro peccatis parentum, sed Christus totum sanat, extrà oculos, intus cor aperit.

g *Et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras.* Toties interrogando vt discerent, magistrum fecerant, sed ingrati docentem proiecerunt. Sed quia expulsus, magis factus est Christianis.

h *Cùm inuenisset eū.* ✠ CHRYSOSTOMVS. Qui propter veritatem & Christi confessionem iniuria opprimuntur, hi maximè honorantur, quod in cæco factum est, eiecerunt enim eum ex templo Iudæi, & inuenit eum Dominus templi, & eum suscepit, sicut agonotheta athletam multum laborantem, & coronauit.

i *Tu credis in filium Dei?* ✠ HILARI. Si sola Christi qualiscúmque confessio fidei esset consummatio, dictum fuisset: Tu credis in Christum? Sed quia hæreticis penè omnibus hoc nomen in ore esset futurum, vt Christum confiterentur, & filium tamen negarent, id quod proprium Christo est, ad fidem poscitur, id est, vt credamus in Dei filium. Credidisse autem in Dei filium quid proficit, si credatur in creaturam, cùm à nobis fides in Christo non creaturæ Dei, sed filij Dei postuletur?

k *Quis est.* Adhuc inunctus his verbis ostendit se iam dudum cor ad credendum habuisse paratum, sed in quem credere debeat, ignorasse.

(Marginalia: supra 8.g. — In hoc lo. — infra 11.c — Tra. 44. in Ioan. to. 9. — Ho. 58 in Ioan. to. 3. — † Conuictiti sunt. — Lib. 6. de Trin. circa finem.)

quia cæcus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos? Respondit eis: Dixi vobis iam, & audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid

a ¶ Sicut ego iam video, & non inuideo.

& vos vultis discipuli eius fieri? † Maledixerunt ergo ei, &

a ¶ Quod si essent, Christo crederent quem Moyses nunciauit.

dixerunt: Tu discipulus illius † sis, nos autem Moysi discipu-

a ¶ Quia. b ¶ Seruum Dei præferunt. c ¶ Quod Moyses docuit, à Deo accepit.

li sumus. Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus: Hunc

a ¶ Nesciebant autem diuinitatem. ¶ Vnde hoc acceperit.

autem nescimus, vndè sit. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. Scimus autem, quia peccatores Deus non

a ¶ Adhuc inunctus, quia peccatores Deus audit, vt Publicanum confitentem. ¶ Magna res est.

audit, sed si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. † A seculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæci nati? Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quidquam. Responderunt, et dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Iesus, quia eiecerunt eū foras: & cū inuenisset eū, dixit ei: Tu credis in filium Dei? Respōdit ille, et dixit: Quis est Dñe, vt credā in eū?

☞ a Et vi-

NICOLAVS DE LIRA.

ta, & per consequens non fit à magica arte, sed à Deo solo, qui non facit aliquid ad testimonium bonitatis alicuius, nisi in veritate sit sanctus. Cætera patent.

1 Maledixerunt. *Hic ponitur eius iniusta condemnatio, cum dicitur:* Maledixerunt ergo ei. *Secundum suam reputationem, tamen secundùm veritatem erat magis benedictio, vnde dicit Augustinus: Vtinam super me veniat ista maledictio.*

2 Et dixerunt: Tu discipulus illius, &c. *Id est, illius malefici & transgressoris.*

3 Nos autem Moysi discipuli sumus. *Hoc erat verum tantummodo nomine, sed non re, quia veri discipuli Moysi sunt qui eius opera imitantur, & eius scripturas piè interpretātur. Isti autem faciebant cōtrarium, propter quod saluator dixit eis, suprà 5.g.* Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

4 Nos scimus, quia Moysi loquutus est Deus. *In hoc verum dicunt, quia expresse hoc in sacra scriptura continetur.*

5 Hunc autem nesci. vnde sit. *Id est, nullius autoritatis ipsum reputamus, nec à Deo missum. Non enim simpliciter loquendo nesciebant vnde esset, quia patriam & genus eius cognoscebant, vnde suprà dictum est 2.cap.* Hunc scimus vnde sit. *Sed iste illuminatus eorum maliciam & falsitatem confutat.*

6 In hoc enim mirabi. est. *Ista enim mirabilia dicuntur quæ sunt inconsueta. Consuetum autem erat Iudæis signa quærere, vt habetur 1. Corinth. 1.d.* Iudæi enim signa petunt, *& manifestis signis credere sicut patet de Moyse faciente signa coram populo: propter quod ei crediderūt, vt habetur Exod. 4. et ideò inconsuetum erat & mirabile, quod non credebant Christo facienti signum maximum in illuminatione huius cæci, quia nec Moyses, nec alius propheta simile fecerat, ideò subditur.*

7 Scimus autem, quia peccatores Deus non audit. *Faciendo miracula ad testimonium bonitatis eorum, vt patet ex prædictis.*

8 Sed si quis Dei cultor est. *Per actum latriæ debitum.*

9 Et voluntatem eius facit. *Per impletionem mandatorum.*

10 Hunc exaudit. *Faciendo miracula ad declarationem suæ bonitatis.*

11 A sæculo non est auditum, quia quis aperuit oculos cæ. nati. *Hoc enim non inuenitur in tota serie, vet. testa. et ideò concludit propositum.*

12 Nisi esset hic, &c. *Specialiter missus.*

13 Non poterat facere quid. *De talibus facultatem naturę excedentibus. Et quia mali homines & obstinati non recipiunt persuasionem, ideò ex veritate ostensa reddunt ei vituperationem dicentes.*

14 In peccatis natus es totus. *Scilicet in anima et corpore, vt patet in cæcitate.*

15 Et tu doces no. *Quasi dicat, non decet, sed hoc est falsum, quia veritas à quocunque dicatur recipienda est.*

16 Et eiecerunt eum fo. *Id est, à societate aliorum hominum excommunicauerunt.*

17 Audiuit Iesus. *Hic ponitur eiecti receptio. Et diuiditur in tres quia primò ponitur eius in fide instructio, secundò fidei suę commendatio ibi:* Et dixit ei Iesus. *Tertiò, pharisæorum murmuratio, ibi:* Et audierunt. *In prima ergo parte dicitur sic.* Audi. Ie. &c. *Licet omnia nouerit antequam fierent, tamen hæc auditu corporali.*

18 Et cum inuenisset eum. *Non à casu factum est, sed ex sua voluntate & ordinatione.*

19 Dixit ei: Tu credis in filium Dei, &c. *Id est, paratus es credere in filium Dei qui aperuit tibi oculos, & ille sicut valde paratus ad hoc respondet.*

20 Quis est Domine vt credam in eum? *Non enim cognoscebat Iesum in facie, quia illum alias non viderat, vt suprà dictum est, sed eum desiderabat videre, & ideo dignum erat, vt ei veritas reuelaretur, ideò sequitur:*

8 Sed — ☞ 1 Et di-

MORALITER.

† 16 *Et eiecerunt eum foras.* Sed Christus eum suscepit benignè, & per hoc significatur, quod eiecti de societate malorum propter Christum ab eo recipiuntur gratiosè, sicut dicit Matth. 5.a. *Beati eritis, &c.* Sequitur *& eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis.*

A a *Et vidisti.* Iam dominus lauat faciem inuncti, iam cordis oculos illuminat & ille non tantum filium hominis, sed etiam confitetur filiũ Dei.

B b *Procidens adorauit eum.* ✻ BEDA. In hoc possunt sumere exemplum, vt non erecta ceruice quis dominum roget, sed supplex in terram prostratus, eius misericordiam imploret.

C ✻ CHRYSOSTOMVS. Per hoc eius diuinam virtutem ostendit, & verbo opus adiungit: dominus autem illum feruentiorem circa fidem fecit.

D c *Vt qui non vi.* Id est, qui se videre putant, quærunt vt videant, & qui vident id est, qui se videre putant, & medicum non quærunt & hoc est iudicium, id est, discretio quod discernit causam credentium à superbis. Iudicium enim damnationis non modo, sed in fine faciet, vnde: *Ego non iudico quemquam.*

(Ho. 58. in Ioan. to. 3.) (* ergo) (Supra 5. d.)

¶ Corporaliter. ¶ Ecce missus, in quo tota facie, iam filium Dei agnoscis in filio hominis.

a Et dixit ei Iesus: Et vidisti eum, et qui loquitur tecum, ipse est. b At ille ait: Credo domine. Et procidens adorauit eum. c Et dixit ei Iesus: In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Nunquid et nos cæci sumus? Dixit eis Iesus. Si cęci essetis, non haberetis peccatum, nunc verò dicitis, quia videmus peccatum * vestrum manet.

¶ Qualem credit indicat. a ¶ Vt Deum. a ¶ Ecce dies inter lucem & tenebras discernit. ¶ Discretionis, non vltimæ retributionis. a ¶ Humiles cęci. b ¶ Per me lumen. c ¶ Sapientes superbi vt pharisæi ex istis verbis commoti. a ¶ Id est, si cęcos vox existimaretis ad medicum curreretis. a ¶ Quia ego veni tollere peccata. b ¶ Propter quod medicum non quæritis. c ¶ Et ita cæci permanetis.

CAP

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et di. ei Ie. & vi. *Nunc in præsenti.*

2 Et qui loquitur tecum ipse est. *Et statim credidit et fidem suam ore professus est di.*

3 Credo do. *Et opere.*

4 Et proci. ado. eum. *Adoratione latriæ credens eum Deum & hominem.*

5 Et dixit ei Iesus. *Hic consequenter ponitur fidei sua commendatio à Christo dicente:*

6 In iu. ego, &c. *Non accipitur hic iudicium condemnationis, & præmiationis, quod erit in secundo aduentu Christi, sed iudicium discretionis credentium à non credentibus, quod factum est in primo eius aduentu, ideò sequitur:*

7 Vt qui non vi. vi. &c. *Id est, ad illuminationem simplicium & humilium qui reputant se non videre.*

8 Et qui vident cæ. fi. *Id est, ad excæcationem legisperitorum superborum reputantium se videre, & patet impletum in hoc cęco nato, & apostolis qui erant simplices, & à Christo sunt illuminati. Sacerdotes autem & legisperiti propter superbiam sunt excæcati.*

Aliter exponitur hoc de illuminatione gentilium per fidei susceptionem & obtenebrationem Iudæorum per ipsius refutationem, quia antea gentiles reputabantur cæci, vt Iudęi videntes, quia erant vnius Dei cultores propter hoc dicitur in Psalmis. Notus in Iu. Deus.

9 Et au. *Hic ponitur Pharisęoru murmuratio, ex verbis enim Christi male intellectis acceperunt quod comminaretur eis cęcitatem corporalem qualem amouerat ab illo cęco nato, hoc autem incuriosum reputauerunt, ideò statim repugnauerunt dicentes:*

10 Nunquid & uos cæ. *Sed ex eorum responsione eos confutat. d.*

11 Si cæ. &c. *Quia si non vidissent opera Christi, haberent aliquam excusationem de hoc quod non crediderunt ei.*

Vel aliter. Si cæ. es. *Id est, ignorantes scripturas & prophetias de me.*

12 Non ha. peccatum. *Scilicet tantum quantum habetis nunc.*

13 Nunc verò dicitis quia videmus. *Id est, reputatis vos intelligere scripturas.*

14 Peccatum vestrum manet. *Id est, aggrauatur. Potest etiam exponi de visione corporali miraculorum quæ aggrauabat peccatum eorum. Hic quęritur vtrum cæcitas mentis excuset peccatum. Et arguitur primò quod non, quia peccatum additum peccato non excusat seu diminuit peccatum, sed magis auget. Cæcitas autem mentis peccatum est, quia meretur pœnam secundum quod dicitur infra ad Cor. 14 g.* Si quis ignorat, &c.

(An mentis cæcitas peccatum excuset.)

Item illud propter quod duplicatur pœna non excusat peccatum, sed magis aggrauat: cæcitas mentis est huiusmodi, quia 2. Ethi. dicitur, quod ebrijs duplices maledictiones debentur. Contrarium arguitur per hoc quod dicit Saluator in litera. Si cæci es. &c. *Responsio. Hic tria sunt videnda. Primò, scilicet quid sit cæcitas mentis: secundo, quale peccatum excusa: Tertiò, quomodo excusat. Circa primum sciendum, quod cæcitas non dicit simplicem negationem visus, cum sit priuatio, sed dicit negationẽ in subiecto apto & pro tempore in quo visus debet inesse, quia catulus ante nonum diem non dicitur cæcus. Ad similitudinem huius in spiritualibus cæcitas mentis non dicit simplicem negationem scientiæ sed negationem scientiæ quę debet alicui inesse, & pro tempore pro quo tenetur illud scire, quia non omnes tenentur eadem scire, nec pro eodem tempore. Plus enim tenetur scire sacerdos, vel clericus, quam simplex laicus nec pro quolibet tempore. Plus enim tenetur idem homo scire in ætate perfecta & senectute, quam in adolescentia vel iuuente, & sic patet primum. Circa secundum considerandum, quod cæcitas mentis consequens ad actum peccati potest se habere tripliciter, antecedenter, concomitanter, consequenter. Consequenter se habet, quando homo per voluntatem sic inhęret peccato perpetrato per consensum, quod non vellet scire ea per quę posset à peccato perpetrando quantum ad actum impediri vel retardari & sic vult talia nescire, vt liberius peccet, & tale peccatum non excusatur per cęcitatem mentis, sed magis aggrauatur, quia talis cæcitas procedit ex maxima intentione voluntatis erga peccatum. Concomitanter se habet ad peccatum, quando aliquis peccat nesciens: tamen sic est dispositus, quod si sciret nihilominus idem faceret, sicut si aliquis percutiens hominem, credit percutere canem, nihilominus si determinatè cognosceret illum hominem idem faceret, & talis cæcitas non excusat, nec aggrauat actum quia non est causa actus, sed tantummodo ipsum concomitatur, talis enim non peccat per ignorantiam, licet peccet ignorans, vt habetur 3. Ethi. Antecedenter se habet ad actum peccati, quando est causa actus, & hoc est quando sic est dispositus homo, quod si sciret illud esse peccatum non faceret & talis peccat per ignorantiam vel mentis cæcitatem propter quod tale peccatum per ipsum excusatur, & sic patet secundum. Circa tertium considerandum, quod prędicta cęcitas vel ignorantia quæ est causa peccati potest tripliciter causari. Vno modo ex ruditate intellectus ipsius hominis, & si sit tanta ruditas, quod illa ignorantia vel cęcitas sit inuincibilis, excusat totaliter à peccato. Alio modo causatur ex negligentia studendi ea quę homo tenetur scire, vtpote quia refugit laborem studij, vel quia circa alia occupatur, & tunc excusatur peccatum non in toto quia illa ignorantia non est omninò inuoluntaria & quanto minus habet de inuoluntario, tanto minus excusat, non tamen potest in hoc certa regula poni, sed debet ex circunstantijs pensari. Tertiò modo causatur ex malicia proprię voluntatis, ita quod homo bene est dispositus in mente & corpore totaliter tamen laborem acquirendi illuminationem mentis expellit, illam ignorantiam pro nihilo reputando, & ille excusari non potest à peccato, & sic patet tertium.*

(Solutio.) (Cæcitas mentis habet se tripliciter ad peccatum.) (Cęcitas vel ignorantia peccati potest tripliciter causari.)

Ad primum dicẽdum, quod additio peccati ad peccatum semper facit plura peccata, non tamen semper facit maiorem grauitatem, quia potest contingere, quod primum sic diminuit secundùm, quod ambo simul iũcta non habẽt tantam grauitatem, quantum haberet secundum per se acceptum, sicut homicidium perpetratum ab homine sobrio, grauius est quã si perpetraretur ab homine ebrio, ita quod præponderat ebrietati & homicidio ex illa sequenti quamuis sint duo peccata.

Ad secundùm dicendum, quod duplices punitiones vel maledictiones debentur ebrijs propter duo peccata, quæ ibi concurrunt, tamen si illæ punitiones fiant secundùm mensuram peccati, non erunt tantæ quantitatis, quanta est punitio pro vno solo peccato grauiori, vt dictum est. Aliter potest dici, quod illud dictum non est dictũ Philosophi, sed est verbum cuiusdam legislatoris nomine Pitaci qui hoc statuit circa ebrios amplius puniendos, non respiciens ad peccati grauitatem, sed ad communem populi vtilitatem, quia multi ex ebrietate peccant, & in talibus ad quæ perpetranda multitudo prona est, grauior pœna solet adhiberi, sicut in multis terris simplex furtum grauius punitur quam blasphemia, quamuis blasphemia sit multo magis peccatum.

NICO-

MORALITER.

† *Dixit eis Iesus si cæci esse. non haberetis peccatum.* Ex quo patet quod scientes scripturas, & non obseruantes eas grauius delinquunt & grauiorem pœnam incurrunt. Lucæ 12. f. *Seruus qui sciuit voluntatem domini sui, & non fecit, vapulabit multis plagis.*

ADDITIO.

In cap. 9. *vbi dicitur in Postilla.* Circa secundum considerandum quod cæcitas mentis consequens ad actum peccati se potest habere tripliciter.

Videtur postillator in hac quæstione indifferenter accipere ista duo, scilicet cęcitatem mentis & ignorantiam, est tamen inter illa secundùm doctores differentia. Nam cæcitas mentis communiter accepta est peccatum, quia secundùm Gre. 21. moraliter ponitur inter vitia quæ causantur ex luxuria. Ignorantia autem pluries est sine peccato vt manifestum est.

REPLICA.

In ca. 9. vbi distinguit postillator cęcitatem mentis tripliciter, & vtiliter declarat quomodo se habeat ad peccatum, similiter & ignorantiam non habens Bur. vnde inuaderet postillatorem, dicit eum accipere cęcitatem mentis & ignorantiam indifferenter quod tamen falsum est, vt patet ex resolutione postil. Nec est generaliter verum omnem mentis cæcitatem esse peccatum, quia aliqua est pœna peccatis præcedentis.

CAPVT X.

A a Amen amen dico vobis. Quia Pharisæi iactabant se videre, quod possent, si oues Christi essent, dominus contra eorum arrogantiam de grege suo, & de ostio quo intratur in ouile similitudinem proponit, ostendens quod nec sapientia, nec obseruatio legis, nec bona vita quidquam valet nisi per eum: sine eo nihil sunt in quocunque Iudæo, vel gentili & Philosopho vel Pharisæo qui docent beatè viuere: vel hæretico sub nomine Christi: nec tamen in Christo prædicante, sed omnes sine eo rapiũt & occidunt.

12 q. 1. ordinationes 13. q. 4. ... de iure ... c. relatum.

B b *Per ostium.* Id est, per me, vt post exponit. Hæc ianua est humilis qui per hanc vult intrare, oportet vt se humiliet, ne si erectus est, offendat in humilem ianuam.

CAPVT X.

✝ Amen amen dico vobis qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium. Huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt. Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cùm proprias oues emiserit ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius.

a Id est in catholicam ecclesiam in consortium fidelium. b ¶ Casurus ex alto humilis intrat. c ¶ Quoquo modo præter Christum vel non bene de eo sentiendo, vel non eius gloriam, sed suam quęrendo.

a ¶ Id est, qui rectè sentit de Christo, & non sua, sed quę Christi sunt quærit.

a ¶ Prędestinatis ad vitam. b ¶ Prędestinati ad vitam.

a ¶ In quocunque sonat vox verbi Dei. b ¶ Obediendo. c ¶ Quia habet nomina scripta in libro vitæ, vnde & dicitur: Nouit dominus qui sunt eius. d ¶ Quasi de Ægypto in doctrinam vel regnum.

a ¶ De tenebris ad lucem dum ante eas vadit, quasi in columna nubis & ignis. b ¶ Exemplum eis faciens quod docuit, vel ad regnum præcedit.

a ¶ Quocunque ierit. ¶ Perseuerando vsque in finem.

Hom. 58. in Ioan. to. 3.

c *Ascendit aliunde.* ✻ CHRYSOSTOMVS. Hoc est, aliam sibi & non legitimam viam facit. Ait autem; *Ascendit.* Et non intrat, ad similitudinem furis maceriam transcendere volentis & periculosè omnia agentis. Dicens autem *aliunde*, etiam scribas occultè insinuauit, qui docebant mandata & doctrinas hominum, & legem pręuaricabantur.

C d *Fur.* Quia quod alienum est suum dicit, id est, oues Dei suas facit. Latro, quia quod furatus est occidit. Sed omnes qui veritatem tenent & docent in Christo pastore, sunt vnus pastor.

Serm. 49. tom. 10. de verb. domini.

e *Qui aut intr. per ostium.* ✻ AVGVSTINVS. Intrat per ostium qui intrat per Christum, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatem Christi, vt cum Deus factus sit homo pro nobis cognoscat se homo non esse Deum, sed hominem.

D f *Pastor est ouium.* Christus propriè pastor est secundùm officium pascendi oues vt ipse post exponit, qui per se ostium intrat in ouile ouium. Sed quia alij comparticipes sunt ei pastoralis officij, quæ de eo propriè dicuntur, etiam eis suo modo congruunt. Ostium est quo intratur, Christus ego pastor per se ostium, & quicumque sub eo pastor, per ipsum ostium intrat in corda ouiũ, quia si aliud prædicat, non audiũt oues, si Christum, oues Christi hanc vocem agnoscunt.

E Quod ostium est Christus sibi soli tenuit, quia non est alius qui prædicetur ouibus, vel in quem credatur, nõ est alius per quem prędicans intret ad corda ouiũ, vel per quem oues intrant ad Deum. Quod pastor est cõmunicat suis. Pastor autem intrat per ostium, quia & ipse se Christum prædicat, vt lumen, & alia: & se ostendit intellectus, & alia & se intelligit, & alij pastores similiter Christum prędicant.

F g *Huic ostiarius aperit.* Ostiarius, id est, Christus qui se aperit vel scriptura quę ducit ad Christum, vel spiritussanctus qui docet omnem veritatem.

Tract. 46. in Ioan. tom. 9.

✻ AVGVSTINVS. Ostiarium ipsum dominum debemus accipere. multo sunt enim magis inter se diuersa in rebus humanis pastor & ostium, quàm ostiarius & ostium, & tamen dominus & pastorem se dixit & ostium. Cauendum tamen est, ne maior estimetur ostiarius esse quam ostium, quia in domibus hominum ostiarius ostio, non ostium præponitur ostiario.

2. Tom. 2. c.

h *Et oues vo. &c.* AVGVS. Aliqui sunt veræ oues, quia nouit dominus

---

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. X.

Mat. 10. c.

Amen amen dico vobis. *Hic ostenditur, quod doctrina Christi sit viuificata. Et primò ostenditur hoc per verbum: secundò, per sensibile signum, quia consuetudo est huius euangelistæ adiungere signum sensibile correspondens doctrinæ. Secunda sc. ca.* Erat autem quidam languens. *Prima in duas, quia primò ponitur Christi benignitas in docendo: secundò, Iudæorum malignitas ipsum persequendo, ibi:* Facta sunt encenia. *Prima in duas, quia primò doctrina Christi ponitur: secundò, eius effectus ostenditur, ibi:* Dissensio iterum. *Prima adhuc in duas, quia primò Saluator præmittit quandam parabolam, secundò expositionem eius ibi:* Hoc prouerbium. *In parabola exprimitur conditio furis & pastoris ouium. Primò propter diuersum ingressum ipsorum & hoc est quod dicitur.*

Diuisio.

1 Amen amen dico vobis qui non int. per ostium. *Non enim venit propter bonum ideo quærit indebitum ingressum.*

2 Qui autem intrat per ostium, &c. *Secundò ostenditur eorum distinctio per effectum cum subditur:*

3 Huic ostiarius aperit. *Quia scit eum beneuolum ouibus.*

4 Et oues vocem eius audiunt. *Id est, cognoscunt, quia bruta animalia suos benefactores recognoscunt, vt patet per experientiam, & per Isaiam prophetam 1. a.* Cognouit bos possessorem suum, &c.

5 Et proprias oues vocat nomi. *Quia distinctè eas cognoscit, quod non facit alienus.*

6 Et educit eas. *Ad pastum.*

7 Et cum proprias oues emiserit ante eas vadit. *Hunc enim modum habent pastores in terra illa, quòd pręcedunt gregem sibilando voce & instrumento, ad cuius auditum oues diriguntur, ideò sequitur:*

8 Et oues illum se. *Alienum autem non sequuntur, id est, furem, sed fugiunt*

MORALITER.

✝ 1 *Amen amen dico vobis.* Per ouile ouium potest intelligi claustrum regularium, cuius ostium est melioris vitæ propositum firmum: ostiarius autem est spiritussanctus qui spirat ipsum. Intrans autem aliundè est ingrediens religionem, cum proposito lautioris vel honorabilioris vitæ, sicut sunt aliqui pauperes & de humili plebe qui quærunt ingredi religionem magnas possessiones habentem, non vt seruiant Christo deuotè, sed magis vt Christus eis seruiat de bonis illius ecclesiæ, & isti sunt fures & latrones per vitium proprietatis, & mactant & perdunt, quia dignitates vel officia ambiunt, & sic vlterius dissensiones faciunt, per quos corrumpitur charitas fraterna, in qua consistit spiritualis vita. 1. Ioan. 3. c. *Qui non diligit manet in morte.*

2 *Qui a. in. per o.* Id est, habens sanctum propositum in ingressu, & ipsum continuas in progressu.

✝ *Pasto. est.* Id est, dignus regere monasterium. Et talis promotio est à spiritusancto, ideo subditur:

3 *Huic ostiarius aperit.* Id est, spiritussanctus,

4 *Et o. vo. e. audi.* Id est, humiles & deuoti ad nutũ obediunt ei.

5 *Et proprias. o. vo. no.* Diligentem curam de ipsis gerendo.

6 *Et edu. e.* Ad pastum æternæ viriditatis per degustationem cœlestiũ, sibi subditos verbis & exemplis inducendo, ideò subditur:

✝ *Ante eas vadit.* Viam ostendendo.

8 *Et oues illum se.* Doctrinam pastoris imitando.

✝ Alienum

dominus qui sunt eius, siue iam cœperit, siue nondum & tamen A sunt errantes foris, audientes vocem alienorum in multis. Econtra lupi sunt intus, & audiunt vocem pastoris in multis. Sed est quædam propria vox pastoralis, scilicet: *Qui perseuerauerit vsque in finem s.e.* Hanc nullus proprius contemnit nullus alienus audit.

a *Alienum aut non seq.* ✻ CHRYSOSTOMVS. Alienos dicit eos qui circa Theodam & Iudam, aut eos qui posthac alios debet decipere pseu- B doapostolos. vt enim non dicatur vnus illorum esse, per multa se ab eis separat: primò quidem per doctrinam scripturarum per quos Christus ad se homines adducebat, illi verò ab eis homines ab- C strahebant. Secundò, per ouium obedientiam. Nam in eum quidem non solum viuentem, sed etiam mortuum homines crediderunt, illos autem confestim reliquerunt.

Hom. 58 in Ioan. to. 3.

† sequentur sed fugient.

Allegorica expositio

In hunc loc.

✻ ✻ THEOPH. *Alienum autem non sequuntur.* Non enim cognoscunt alienorum vocem. Iterum hoc loco Theodam & Iudam notat, quos non secutæ sunt oues. nam paucos quosdam suffurati sunt: & hi post mortem illorum discesserunt Christum autem viuentem & mortuum maximè totus mundus secutus est. Notat autem & Antichristum. Hic enim cum seduxerit ad paruum tempus, non habebit eos qui sequantur suam perditionem.

b *Illi autem non cognouerunt.* Prædestinatæ oues ad tempus se nesciunt, nec vocem pastoris audiunt, sed in fine perseuerant, D è contra lupi ad tempus audiunt, sed in fine perseuerant.

c *Omnes quot.* Fur est qui per simoniam vel aliquo alio modo contra Christum intrat, & postquam intrauerit malo exemplo occidit & sic apertè latro. Nec talis dicendus est mercenarius, ideò lupo veniēte non resistit, sed pro mercede cedit. Si lupo violenter distrahente non resistit, mercedem hác recipit, quod non di- E strahitur cum ouibus, sed postea malè viuendo oues corrumpit, & iam in aliam partem relapsus, sit fur vel latro, nomen mercenarij amittens.

a ¶ In quo non est vox Christi etiam si bonus videatur.

a Alienum autem non † sequuntur, sed effugiunt ab eo, quia †

a ¶ Exercet obscuris pascit manifestius dum exponit. ¶ Quia iactant se videre.

non nouerunt vocem alienorum. Hoc prouerbium dixit eis 1

a ¶ In quo conuincuntur cæcī esse. ¶ Vt credens quæ dixit & pie quærens intelligat.

b Iesus. Illi autem non cognouerunt † quid loqueretur eis. Di- 2

xit ergo eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, quia 3

a ¶ Per me ergo intrat qui intrat, b ¶ Præter me prophetæ præmissi cum eo, id est, cum veritate.

c ego sum ostium ouium. Omnes quotquot venerunt ✻ fu- 4 5

res sunt & latrones, sed non audierunt eos oues. 6

¶ Vere. ¶ Sed. a ¶ Non fictus. b ¶ Perseuerando.

d Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur: 7 8

† quæ essent quæ loqueretur

✻ ante me

Omnes quot. Ven. fur. sunt. ✻ AVGVSTINVS. Intellige quotquot venerunt præter me. Non autem præter illum prophetæ venerunt, quia cum illo ve- F nerunt, qui cum verbo Dei venerunt, qui veraces fuerunt, quia ipse verbum & veritas venturus præcones mittebat, sed eorum corda quos miserat, possidebat: carnem quippe ipse accepit ex tempore qui est semper: *In principio erat Verbum.* Ante aduentum autem eius, quo humilis venit in carne, præcesserunt iusti, sic eum credentes venturum quomodo nos credimus in eum qui venit, tempora variata sunt non fides. Eadem enim fides vtrosque coniungit, & eos qui venturum esse, & eos qui venisse crediderunt.

Trac. 45. in Ioan. tom. 9.

Ioan. 1.

d *Si quis.* Hic euidenter ostendit, non solum pastorem, sed & oues intrare per ostium.

☞ *Et ingre.*

NICOLAVS DE LIRA.

sed fugiunt, &c. Secundùm autem Chrysostomum: Ouile, est ecclesia, oues sunt fideles, ostium sacra scriptura, secundum illud ad Col. 4. a. Orantes simul pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. *Sic igitur continuatur litera ista precedentibus secundùm Chrysostomum. Christus enim dixit Iudaos esse cacos in intellectu scripturarum. Quod ostendit ex hac parabola ex hoc, quod aduentum Christi deberent considerare ex testimonio scripturarum quas habebant, quia Christus intrauit per ostium id est per determinationem sacra scriptura, qua tempus, locum, & modum veniendi determinauit, vt supra dictum est. 5. capitulo, & ideò alij aliter intrantes sunt fures, sicut Mahumetus & Antichristus. Huic ostiarius aperit, id est Moyses cui data est primò sacra scriptura. propter hoc Saluator dixit supra. 5. g.* Si crederetis Moysi crederetis forsitan & mihi. Et oues illum audiunt, *id est, simplices, sicut fuerunt apostoli ei credentes.* Et proprias oues vocat nominatim, *hoc patet de apostolis, quibus distincta nomina imposuit. Et educit eas de tenebris ignorantia & culpa. Ante eas vadit per exempla operum secundùm quod dicitur infra 13 e.* Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. *Et oues illum sequuntur, per imitationem. Quia sciunt vocem eius, id est, per fidem cognoscunt & approbant. Alienum autem non sequuntur, recipientes falsam doctrinam, quia non nouerunt vocem alienorum. Sed contra dictum Chrystom. potest argui. quia Christus exponendo hanc parabolam dicit se esse ostium, ergo sacra scriptura non est hic ostium. Potest dici sustinendo dictum Chrysostom. quod Christus non vocat se solum ostium, sed etiam pastorem, vt patebit & secundum hoc distinguitur ab ostio, propter hoc sacra scriptura dicitur ostium hic, inquantum Christus est pastor ouium, & respectu sui ingressus in mundum. Quod autem Christus dicit se esse ostium, hoc non est respectu sui ingressus in mundum, sed inquantum alij per ipsum habent ingressum in Deum. Secundùm Augustin. ostium est Christus. Et continuatur litera sic pracedentibus, quia Iudai in prace. ca. dixerunt se videre sine Christo, & per consequens posse ad veritatem peruenire sine eo, propter hoc saluator in hac parabola ostendit hoc impossibile dicēs. Qui non intrat in congregationē fideliū, per ostium, id est per Christum fur est, &c. Quòd faciunt omnes infideles, & etiam mali fideles statum prælationis indebite assequentes. Qui autem intrat per ostium, id est, per fidem Christi & humilitatem, & alias virtutes eius, pastor est ouium, secundùm veritatem. Huic ostiarius aperit id est spiritussanctus reuelat veritatem vt possit oues pascere. Et oues vocem eius audiunt id est doctrinam recipiunt. Et vocat eas nominatim condescendendo familiariter subditis. Et educit eas de tenebris ignorantię & culpa. Antè eas vadit, per exempla vita.*

1 Hoc prouerbium. *Hic ponitur dicta parabola expositio. Et diuiditur in duas, quia primò ostenditur necessitas exponendi, secundo, subiungitur ipsa expositio, ibi:* Dixit er. *Circa primum sciendum, quod illa indigent expositione qua habent obscuritatem. Tale erat Verbum Christi prædictum, quia erat parabolicum, & ideò intellectus eius audientibus erat occultus, & hoc est quod dicit euangelista:* Hoc prouerbium dixit eis Iesus. *Prouerbium dicitur, quando verbum ponitur pro verbo, sic est in parabola, quia per vocem vnam rem significantem, aliud designatur.*

Diuisio

Prouerbiū

2 Illi autem non cog. &c. *Et sic patet necessitas expositionis.*

3 Dixit ergo. *Hic ponitur ipsa expositio parabola. Parabola autem duas partes habet. Vna est quod intrans aliunde, fur est & latro, & hoc primò exponitur. Secunda est quod intrans per ostium est verus pastor & hoc secundò exponitur, ibi:* Ego sum pastor bonus. *Prima in duas, quia primò ponitur primę partis expositio: secundò, eiusdem expositionis probatio, ibi:* Ego, sum ostium. *In prima clausula fecit mentionem de ostio ouili, & de fure ideò vtrunque exponit dicens.*

4 Amen a. &c. e. sum o. *Ratio huius prædicta est.*

5 Omnes quot. &c. fu. sunt & latrones. *Hoc non est intelligendū de prophetis à Deo missis, sed de illis qui venerunt capite proprio, sicut dicitur Actuum 5. f. de Theoda & Iuda Galilæo. Thaodas enim vt dicit Iosephus fuit quidam Magus, qui decepit multos de populo Israel, & duxit eos vsque ad Iordanis fluuium, promittens eis diuidere aquas, vt transirent sicco pede sicut patres eorum: Iudas autem Galilaus tempore quo Christus fuit natus, prohibebat populum Iudaorum profiteri Casarem dominum, & reddere tributa, & multi sequuti sunt eum.*

6 Sed non a. e. o. *Id est, fideles in ouili ecclesię permanentes, quia ipsi perierunt & sequaces eorum, vt dicitur Act. 5. g.*

7 Ego sum. *Hic probat vtrumque dictum in dicta expositione. Et primò quod sit ostium, quia officium ostij est saluare ea quę sunt intra domum, & quod per ipsum sit ingressus & egressus, & sic est de Christo, quia per ipsum fideles saluantur & seruantur, secundum quod dicitur Act. 4. b.* Neque enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oportet nos saluos fieri *& hoc est quod dicitur:*

8 Per me si quis introierit saluabitur. *Similiter per ipsum est ingressus ad fidem & egressus de miseria ista ad gloriam, & sic inueniunt pascua æterna viriditatis, & hoc est quod dicitur:*

Ingre.

MORALITER.

† *Alienum autem non sequuntur.* Per alienum potest intelligi diabolus à consortio Dei & sanctorum alienatus quem nō sequuntur boni religiosi eius suggestionibus assentiendo, sed fugiunt dissentiendo.

† *Mercenarius*

a ¶ Intus bene cogitando. ¶ Vel ingreditur credendo, operando. Egreditur ad pugnam contra hæreticos. b ¶ Bene operando. ¶ Autem.

a & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet. Fur non

¶ Et ideo non audiunt eum oues. a ¶ Hic iustus ex fide viuit.

b venit, nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni, vt vitam

a ¶ De hac vita transmigrando. b ¶ In futuro. c ¶ Sicut ostium. d ¶ Ad differentiam furis vel mercenarij.

habeant, & abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. †

a ¶ Exprimit quid sit proprium boni pastoris. b ¶ Vitam.

c Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. † Mercena-

a ¶ Et si videatur quia veritatem prædicat vt pastor. b ¶ Quia non amore earum, sed pro sua mercede.

rius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues pro-

d priæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit. Et lu-

pus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia

e mercenarius est, & non † pertinet ad eum de ouibus. Ego sum

¶ Id est, diligo. ¶ Diligunt & obsequuntur.

f pastor bonus, & cognosco meas, et cognoscunt me meæ. † Si-

g cut nouit me pater, & ego cognosco patrē, et animam meam

A a *Et ingredietur.* Intus bene cogitando, egredietur extra exemplo aliorum benè operando. Vel ingredietur in ecclesiam, vt hic viuat per fidem. Vnde post dicit: *Vt vitam habeant.* Et egredietur de ista vita, vt in æternum viuat. Vnde post & abundantius habeat vitam & pascua inueniet ingrediens & egrediens.

b *Nisi vt furetur, etc.* Furetur alienam rem sibi vsurpando, mactet, à fide retrahendo, perdat in ęternam damnationem. B

c *Mercenarius autem, etc.* Mercenarius est qui quærit quæ sua sunt, non quæ Christi, qui seruit Deo nō propter Deū, sed pro aliqua mercede, qui culpabilis est, & non est filius, sed tamen necessarius C & tolerandus. Fur verò semper est cauendus. Præpositi verò qui filij sunt, sunt & pastores, & tamen vnus est pastor, quia illi omnes sunt membra illius cuius sunt oues propriæ.

† est illi cura ouiū.

d *Et lupus rapit.* Lupus est vel violentus qui corporaliter vastat, vel diabolus qui spiritualiter dissipat, cui qui non animas ouium, sed sua quærit, non occurrit resistēdo vel mala arguendo, quod est fugere; quia timor est fuga animi: fugit ne perdat quod diligit, vnde reddens causam fugæ subdit: *Quia mercenarius est,* & non amat oues, sed sua: pastores autem non dicuntur fugere si cedunt persequutioni, & seruant se ouium vtilitati, quibus etiam corpore absentes, sunt spiritu præsentes. D

e *Ego sum pa.* Post culpam ficti, iterum formam veri pastoris opponit. *Ego sum pastor bonus & animam pono pro ouibus.* Quod non ipse vnus fecit, nisi quod omnes sui & ipse vnus sunt, quia ipse sine illis hoc potuit, illi non sine eo sine quo nihil possunt. E

† 13 q 4. c. tres personas & ca. quis nos potest. † 7. q. 1. c. aduersitas §. hoc etiā 23. q. 3. c. sex differētiæ in si.

f *Et ego.* Filius per se agnoscit patrem, nos per illum, sicut alibi, *Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus qui est in sinu patris, ipse enarrauerit.* Item *nemo nouit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi filius, & cui filius voluerit reuelare.* F

Matt. 11. d. † Matt. 11. d. Luc. 10. d.

g *Et animam meam pono.* Hoc est probatio dilectionis ad patrem, & ad oues. Sic & Petrus tertiò confitens amorem, iubetur pascere oues, & pro eis mori.

☞ * Gre-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ingredietur. *Hic ad fidem.*
2 Et egre. *Ex hoc mundo ad gloriam.*
3 Et pascu. *Id est, quia beati reficiuntur interius in aspectu diuinitatis, et exteriùs in aspectu humanitatis Christi per quem sunt saluati ideò dicit pascua in plurali. Consequenter probat secundum, scilicet, quod alij fuerant fures, quia non venerunt ad salutem populi, sed magis ad eius destructionem, & hoc est quod dicitur:*
4 Fur non. *Vsurpando quod non est suum, sicut illi venerunt vsurpando quod non erat eis debitum.*
5 Et mactet. *Quia multi de populo occisi sunt corporaliter & etiam spiritualiter credentes persuasioni illorum.*
6 Ego veni. *Non sicut ipsi.*
7 Et vi. ha. *Per gratiam in pręsenti.*
8 Et abundantius habeant. *Per gloriam in futuro, quia gloria est gratia consummata.*
9 Ego sum pastor. *Hic exponit secundam parabolæ partem, scilicet quod sit bonus pastor intr[illegible] ostium. Et diuiditur in duas, quia primò proponit intentum, [illegible]dò probat propositum, ibi:* Ego sum pa. *Circa primum ponit conditiones boni et mali pastoris, quia bonus pastor debet habere affectionem ad gregem, in tātum quod pro eo si necesse esset, sustineat mortem, et hoc est quod dicitur:*

Diuisio.

10 Bonus pastor. *Ad cuius intellectum sciendum, quod res melior non est exponenda periculo pro viliori, sed magis è conuerso, Vita autem hominis melior est simpliciter quam vita omnium brutorum animalium, et ideò licet pastor brutorum debeat aliquem laborem pro salute sui gregis sustinere, non tamen debet se morti exponere. Anima autem humana nobilior est corpore, ideò è contrario pastor animarum pro grege suo debet vitam corporalem exponere. Vlterius tangit conditionem mali pastoris.*
11 Mercenarius autem. *Mercenarius dicitur à mercede, & talis est qui officio pręlationis attendit commodum rei temporalis, quod dicitur merces. Gloria autem cœlestis non dicitur propriè merces, sed tantummodo largè, inquantū omne quod redditur in premium laboris dicitur merces. Ratio autem huius est, quia hęreditas distinguitur à mercede propriè dicta, sicut filius cui debetur hęreditas distinguitur ab operario conductitio cui debetur merces. Gloria autē cœlestis redditur fidelibus sicut hæreditas filijs, propter quod non habet rationē mercedis. Et ideò ille est verus pastor qui attendit præmiū gloriæ, mercenarius autē qui attēdit ad commodum rei terrenæ. Et quia non est propriè pastor, ideò sequitur:*
12 Cuius non sunt oues. *Sed tantum vsurpatiuè. Quod probat per effectum cum dicitur:*
13 Videt lu. ve. *Id est, tyrannum subditos ad peccandum inducentem, vel hęreticum falsa doctrina eos corrumpentem.*
14 Et dimittit oues & fugit. *Non resistendo per censuram ecclesiasticam tyrannicæ oppressioni, nec per sanam doctrinā hęreticæ prauitati.*
15 Et lupus rapit. *Ad malum pertrahendo.*
16 Et dispergit ou. *Ab vnitate ecclesiæ separando.*
17 Mercenarius autem fugit. *Id est, auxilium debitum subtrahit.*
18 Quia mercenarius est. *Id est, solū curans de commodo temporali.*
19 Et non pertinet ad eum de ouibus. *Quia non habet affectum debitè ordinatum ad eas.*
20 Ego sum. *Hic probat quod dixerat per duo signa. Primum est Mutua cognitio pastoris & ouium. Quod prouenit ex hoc, quod pastor frequenter & sollicitè oues visitat et sic cognoscit in particulari conditiones earum. Similiter oues ex frequenti imaginatione beneficij pastoris ipsum attendunt, & sic specialiter recognoscunt ipsum. Sic est de Christo, & verè fidelibus, ergo est pastor verus: hoc est quod dicitur:* Ego sum pastor bonus. *Et signum huius subditur:*

Duo signa bona pastoris.

21 Et cognosco meas. *Non solùm notitia visionis, quia* omnia nuda sunt & aperta oculis eius, *vt dicitur Hebr. 4. d. sed etiam noticia approbatione.*
22 Et cognoscunt me meæ. *Quia verè fideles cognoscunt beneficia Christi.*
23 Sicut no. me. pa. *Ly sicut non importat ęqualitatem, sed quādam assimilationem longinquam. Vel sic ly sicut, non est nota ęqualitatis, sed similitudinis; quia patris & filij est vna notitia considerando filij diuinitatem, secundum verò humanitatem videt patrem clarè & continuè. Non sic autem fideles possunt habere oculum mentis ad beneficia diuinæ gratiæ, quia talis attentio mentis aliquando necessariò interrumpitur propter statum presentis vitæ. Secundùm signum veri pastoris est affectio quam ostendit ad oues, quæ non potest esse maior quam se exponere pro ouibus, sic est de Christo & fidelibus, ideò dicit.*
24 Et ani. me. po. pro. o. me. *Quia anima Christi pro fidelibus fuit separata à corpore & oblata Deo patri cum dixit:* In manus tuas commendo spiritum meum, *Lu. 23. g. Et ne crederetur, quod solùm pro Iudęis deberet mori propter hoc quod dicit, Mat. 15. c.* Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, *ideo hoc remouet dicens.*

Et alias

MORALITER.

† 11 *Mercenarius, &c.* Hic est qui præsidendo claustralibus quærit honorem proprium, & promotionem carnalium amicorum.

13 *Videt lupum ve.* Id est, aliquem malum gregem suum in fide vel moribus corrumpentem.

14 *Et dimittit oues, & fugit, &c.* GREGOR. Fugit non mutando locum, sed subtrahendo solacium.

† Ego

A ✠ GREGORIUS. Fecit (Dominus) quod monuit, ostendit quod iussit, pro ouibus animam suam posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret, ostensa est nobis de contemptu mortis via quam sequimur apposita forma cui imprimamur. Primum nobis est, exteriora nostra misericorditer ouibus eius impendere: postremum verò si necesse sit, etiam in mortem animam nostram pro eisdem ouibus ministrare. Qui autem non dat ouibus substantiam suam, quando pro his daturus est animam suam?

Hom. 24. in Euang. — † De pœn. dist. 4. c. hanc societatem. — † vnus grex

B a *Pro ouibus*. Pro ouibus domus Israël quæ perierant, ad quas corporaliter missus, à quibus non sunt dissimiles illæ, quæ sunt de gentibus, vnde dicit:

b *Oportet me*. Quāuis per suos, quia in illis ipse.

C c *Et vo. meam*. Non dicit meorum, quia in ipsis ille loquitur.

† De cõse. dis. 1 c. solemnitates 2.

a pono pro ouibus meis. ¹ † Et alias oues habeo, quæ non sunt [¶ De gentibus.] b c ex hoc ouili, [¶ De populo Israël.] ² & illas oportet me adducere, [¶ Per Apostolos.] & vocem meam [¶ Non illorum.] ³ d e audient & fiet ⁴ † vnum ouile & ⁵ vnus pastor. ⁶ Propterea me [a ¶ Pono animam pro ouibus. Propterea.] f diligit pater, quia ego pono animam meam, vt iterum sumam [a ¶ Quod est, ideò me pater diligit, quia morior & resurgam.] eam. ⁷ Nemo tollit eam à me, ⁸ sed ego pono eam à meipso. ⁹ Potestatem habeo ponendi animam meam, & ¹⁰ potestatem ha[¶ Enim.] [¶ Quia.] beo iterum sumendi eam. ¹¹ Hoc mandatum accepi à patre [a ¶ De omnibus prædictis & ponendi & sumendi animam.] [b ¶ Non quod inferior, sed quia genitus æqualis quidquid habet à patre habet.] meo. ¹² Dissensio * iterum facta est inter Iudæos propter sermo[a ¶ Quia tenebræ lucem non comprehendunt.] nes hos. ¹³ Dicebant autem multi ex ipsis: ¹⁴ † Dæmonium habet [¶ Isti sunt tenebræ.] & insanit. Quid eum auditis? ¹⁵ Alij dicebant: ¹⁶ Hæc verba non [¶ Istorum oculi iam cœperunt aperiri.] sunt dæmonium habentis. ¹⁷ Nunquid dæmonium potest cæ[a ¶ q. d. Dæmonium non solet bona operari.] g corum oculos aperire? ¹⁸ † ¹⁹ Facta sunt autem encenia in Iero-

* igitur

D bis? & non solum moriens, sed & iterum accipiens animam, vt occidat mortem, & nobis immortalitatem per resurrectionē pariat? hoc igitur significat quando dicit, *pater diligit me, eo quod morior pro nobis*: quasi exultet & gaudeat pater quòd filius sibi similis sit, & seruet characteres suæ erga homines charitatis.

✠ CHRYS. Vtitur hic condescensione, quasi dicat: Etsi nihil aliud esset, hoc suasit mihi amare vos, quòd vos ita amamini à patre, vt ego etiam propter hoc diligar ab eo, quia pro vobis morior, non autem à patre antea non amabatur, & nos sumus facti amoris eius causa.

Hom. 59. in Ioan. to. 3.

E f *Quia ego, etc*. AVGUSTINUS. Verbū ex quo suscepit hominem, id est, carnem & animam nunquam deposuit animam, vt esset anima à verbo separata, sed caro posuit animam, quando expirauit, qua redeūte surrexit: Mors ergo ad tempus carnem & animam separauit sed neutrum à verbo Dei.

† supra 7. c. & 8. f.

F Caro itaque ponit animam & sumit, sed non potestate sua, sed potestate inhabitantis carnem Deitatis, scilicet.

Hom. 59. in Ioan. to 3. *Et vocem meam audient*. ✠ CHRYSOSTOMUS. Ac si dicat: Quid miramini si hi sunt me secuturi, & vocem meam audituri quando alios videbitis me sequentes, & vocem meam audientes?

Hom 14. in Euangelia. d *Fiet vnum ouile*. ✠ GREG. Ex duobus gregibus vnum ouile efficit, quia Iudaicum & Gētilem populum in sua fide coniungit.

Trac. 47. in Ioan. to. 9. ✠ AVGUSTINUS. Quid ergo est, (quod ait) *Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël*, nisi quia præsentiam suam corporalem non exhibuit, nisi populo Israël, ad gentes autem non perrexit ipse sed misit.

In hūc loc. e *Propterea me diligit pater*. ✠✠ THEOPH. An non magnæ dilectionis erga nos opus filius suscepit ignominiosè moriens pro nobis?

g *Facta sunt autem encenia in Ierosolymis, & hyems, &c*. Cenon, id est, nouum. Inde encenia, id est, initiatæ. Encenia festa dedicationis templi, quæ facta est à Iuda Machabæo tempore hyemis. Hyems autem hic commemoratur, vt significet Iudæos frigidos, qui non accedunt ad ignem, id est, non credunt in Christum. Salomon autem facto templo in autumno illud dedicauit. Zorobabel, & Iesus sacerdos post captiuitatem reædificatum templum, in vere dedicauerunt. Iudas Machabæus pro prophanatione Antiochi in hyeme.

3. Reg. 8. a. 1. Esd. 6. d. 1. Mac. 4. g.

NICOLAUS DE LIRA.

1 Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili. *Id est, de synagoga Iudæorum, sed de populo gentili.*

2 Et illas oportet me adducere. *Quod factum est per prædicationem apostolorum, vt habetur Act. 13. à Christo principaliter operante in eorum prædicatione secundùm quod dicitur Marc. vlt. d.* Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, &c.

3 Et vocem meam audient. *Quia Iudæis repellentibus fidem Christi gentiles eam deuotè receperunt ad prædicationem apostolorum, secūdùm quod habetur Act. 13. g. vbi dicitur quòd Paulus & Barnabas dixerunt Iudæis.* Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vitæ æternæ, ecce cōuertimur ad gentes, *sic enim nobis præcepit dominus. Et sequitur:* Audientes ergo gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum domini.

4 Et fiet vnum ouile. *Id est, vna ecclesia ex Iudæis & gentilibus collecta.*

5 Et vnus pastor, *Scilicet Christus. Alij autem non sunt nisi vicarij illius pastoris. Qualiter autem sit intelligendum verbum Christi præallegatum Matth. 15. ibi fuit expositum. Subditur autem adhuc de affectione illius pastoris ad oues, cùm dicitur:*

6 Propterea me diligit pater. *Id est, ex dilectione patris est, quod me ad salutem ouium destinauit. Vel aliter: Propterea me pater diligit, scilicet quia adimplebo eius volūtatem in mea passione pro ouibus, ideò subditur:* Quia ego pono animam meam. *Sciendum tamen, quòd affectus amoris patris ad filium etiam secundum humanitatem non venit ex passione, sed magis præcessit, sed aliquis effectus amoris secutus est, scilicet glorificatio corporis Christi in eius resurrectione, ideò subditur:* Et iterum sumam eam. *Et quia voluntarie passus est, ideò subditur:*

7 Nemo tollit eam à me. *Scilicet violenter. Non est sic intelligendum quin ex vulneribus, & passione mortuus sit, sed quia poterat persequutores suos impedire, & vno verbo prosternere.*

8 Sed ego po. eam à meipso. *Eam à meipso interfectores non impediendo.*

9 Potestatem habeo ponendi eam. *Id est, deponendi, non à supposito verbi, quia quod semel assumpsit nunquam deposuit, sed à corpore à quo fuit separata in triduo, quamuis esset vnita verbo.*

10 Et potestatem habeo iterum. *Non ad suppositum à quo nunquam fuit separata, sed ad corpus cui fuit reunita.*

11 Hoc mandatum. *Scilicet vt impl[illegible] eius voluntatem in mea passione pro omnium salute.*

12 Dissensio iterum facta est inter. *[illegible] ponitur effectus doctrinæ Christi, qui fuit diuersus in bonis & malis, quia boni per eius doctrinam in fide sunt confirmati, & mali eam peruertentes diuino iudicio sunt in malis obdurati, & hoc est quod dicitur:* Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. *Dicit iterum, quia aliàs inter eos fuerat dissensio ex consimili causa, vt dictum est suprà cap. 7.*

13 Dicebant autem multi ex ipsis. *Obstinati in malis.*

14 Dæmonium habet & insanit. *Miracula enim quæ faciebat attribuebant dæmoni, similiter verba eius quæ non intelligebant, credentes quòd sicut arreptitius loqueretur, ideò sequitur:* Quid eum auditis. *E contrario verò.*

15 Alij dicebant. *Scilicet boni & deuoti.*

16 Hæc verba non. *Quia si arreptitij aliquando loquantur ardua, tamen sunt falsa, et ad malum inducentia: Christus autem habebat verba vitæ æternæ, quod probant vlterius per factum dicentes:*

17 Nunquid dæmonium potest. *Q. d. Non, licet enim dæmones possunt aliqua miracula facere, in quantum in tempore imperceptibili à nobis coniungūt propria actiua proprijs passiuis, sicut ranæ factæ sunt à magis Pharaonis, secundùm quod dicit August. tamen non possunt facere ea quæ excedunt totam facultatem naturæ, cuiusmodi est illuminatio cæci.*

Exod. 8. a.

18 Facta sunt. *Descripta benignitate Christi in docendo, hic consequenter describitur Iudæorum malignitas ipsum persequendo, & primò verbis, secundò factis, ibi:* Sustulerunt, ergo lapides. *Prima in duas, quia primò ponitur Iudæorum interrogatio maligna, secundò Christi responsio vera, ibi:* Respondit eis Iesus. *Circa primum describitur eorum interrogatio quantum ad tempus & locum & interrogandi modum. Tempus tangitur, cùm dicitur:*

Diuisio.

19 Encenia, &c. *Id est, festum dedicationis tēpli. Encenia enim idem est quod*

Encenia.

A a *In por.* Porticus quibus templum cingebatur, solent significari nomine templi.

b *Circundederunt ergo eum Iudæi.* Domino patienter inter opprobria veritatem prædicante excæcati non obsequuntur, sed tentant.

c *Quousque animam nostram tollis?* Calúniatur illum tollere animas qui saluat, quem purum hominem putabant, sed B pre omnibus regnaturum.

d *Si tu es Christus, dic nobis palam.* Non veritatem desiderant, sed parant calumniam, vt si dixerit se regem, contra Augustum faciẽtem potestati tradant. Sed dominus sic temperat responsum, vt nec illis sit locus calumniæ, & fidelibus propter C quos hæc referuntur manifestè appareat quod ipse sit Christus, non homo tantum, vt illi putant, sed filius Dei.

† liberè.

* quemadmodum dixi vobis.

† De sum trini. c. dãnamus.

e *Et nemo potest rapere de manu patris mei.* Quia ex hoc quod sum ex patre, maior sum ad protegendum, quam illi ad impugnandum.

a ¶ Ecce ignis, de quo deberent accendi.
b ¶ Scilicet, vbi Salomon stare solebat ad orandum.

a solymis, & hyems erat. Et ambulabat Iesus in templo in por- 1
a ¶ Ecce hyems in Iudæis.

b ticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant 2 3
a ¶ Dum incertos nos relinquis. b ¶ Id est, ille Messias qui venturus est in mundum.

c d ci: Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic 4 5
a ¶ Vt verbum Dei & probo per opera quid sim.

nobis † palam. Respondit eis Iesus: † Loquor vobis, & non 6 7
a ¶ Cuius, & non suam gloriam quærit.

creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testi- 8 9
¶ Cur. ¶ Istos videbat futuros perditioni.

monium perhibent de me. Sed vos non creditis: quia non 10
a ¶ Sed. b ¶ Quę per ostium intrant. ¶ Obediunt præceptis.

estis ex ouibus meis *. Oues meę vocem meam audiunt, & 11 12
a ¶ Ex imitatione & beatitudine. ¶ Quia vos de pręsenti vita cogitatis, & calumnias quęritis.
¶ Hæc sunt pascua de quibus suprà. b ¶ Ac si dixerit, vos peribitis in æternum, quia non estis de ouibus.

ego cognosco eas: & sequuntur me. Et ego vitam æternam 13 14 15
¶ Et si in præsenti videantur perire. a ¶ Fur & latro nihil possunt contra illos: quos nouit Deus esse suos.

do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas 16
¶ Potestate. ¶ Quia. a ¶ Gignendo, id est, esse vnigenitum filium, coęqualem, coæternum.

quisque de manu mea. † Pater meus quod dedit mihi, ma- 17
a ¶ Omnibus creaturis & angelis.
b ¶ Virtutem & gloriam huius rei, quod nemo rapit de manu eius patri attribuit.
c ¶ Potestate quæ vna est mihi & patri, vel de me qui sum manus patris.

e ius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei. 18

✠ AVGVSTINVS. Si manum intelligamus potestatem, vna est patris & filij potestas, quia vna diuinitas. Si autem manum intelligamus filium, manus patris est ipse filius, quod non ita dictum est tanquam Deus pater habeat corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia. Nam solent & homines dicere, manus suas esse alios homines per quos faciunt quod volunt. Aliquando & ipsum opus hominis dicitur, quod fit per manum sicut dicitur quisque agnoscere manum suam, cùm id quod scriptum sit, agnoscit. hoc autem loco manum patris & filij intelligimus potestatem, ne fortè cùm hic manum patris ipsum filium dictum acceperimus, incipiat carnalis cogitatio etiam filij quærere filium quem similiter credat Christi manum. Ergo nemo rapit de manu patris mei hoc est, nemo rapit mihi.

D Tract. 48 in Ioan. to. 9.

E

† Dixi.

F

✠ HILARIVS. Vt enim per corporalem significationem virtutem possis eiusdem nosse naturæ, cõmemorata est filij manus, manus patris, quia natura & virtus patris est in filio.

Lib. 7. de Trinit. post medium.

✠ AVGV-

NICOLAVS DE LIRA,

est quod innouationes, et dicitur ab en quod est in, & cenos nouum, quod fit quando aliqua res noua suo vsui applicatur, in dedicatione autem templum applicatur vsui. Sciendum tamen, quod festum non erat primæ dedicationis quę facta est à Salomone, quia illa facta est 10. die Septembris in autumno, vt habetur 3. Reg 8.a. Nec etiam secundę dedicationis, quæ facta est sub Zorobabel templo reędificato, quia illa facta est in Martio tempore vernali. Sed fuit festum illius dedicationis seu innouationis, quæ facta est sub Iuda Machabæo, quando purificatum fuit templum ab Antiocho Epiphane prophanatũ, vt habetur 1. Mach. 4.g. quæ purificatio facta fuit, 25. die noni mensis apud Iudęos, vt habetur 1. Machab. 4.g. qui pro maiori parte communiter concurrit cum Decembri apud nos, & ideo ad hoc denotandum additur.

1 Et hyems erat. *Et sic patet tempus. Locus autem designatur cum dicitur.*

2 Et ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. *Nomine templi intelliguntur atria, & loca ad domum domini pertinentia. Erat autem quidam locus ędificatus vbi Salomon stabat ad orandum, qui dicebatur regis oratorium. Sed contra hoc videtur, quod omnia quę ędificauerat Salomon in templo fuerunt combusta per Chaldęos, vt habetur 4. Regum vltimo cap. Dicendum, & alia porticus fuit reędificata in templo ad similitudinem prioris, & ideo retinuit nomen præcedentis, sicut frequenter fit in ędificijs reparatis, et sic patet interrogationis locus. Subditur etiam interrogandi modus:*

3 Circundederunt ergo eum Iudæi. *Vt citiùs eum in verbis caperent.*

4 Et dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? *Id est, crucias, dimittendo nos in suspenso, per hoc innuentes, quod vellent eius dicto stare, & eum libenter sicut Christum recipere, cum tamen haberent contrarium in corde.*

5 Si tu es Christus. *Non quęrunt, si tu es filius Dei, quia de hoc non curasset Pilatus qui erat gentilis, apud quem intendebant eum accusare, sed quęrunt:* Si tu es Christus. *Id est, vnctus, quæ vnctio debebatur regibus, & per consequens si respondisset se esse Christum, statim accusassent eum præsidi, vt rebellare volentem contra imperatorem Romanum, cui subditi erant Iudęi, & aspirare ad regnum. Eadem etiam de causa dixerunt.*

6 Dic

6 Dic nobis palam. *Vt possent habere contra eum testimonium.*

7 Respondit eis Iesus. *Hic ponitur Christi vera responsio, in qua primo ostenditur Iudæorum malignitas, secundo discipulorum Christi benignitas, ibi:* Oues meæ. *In prima ergo parte dicitur sic:*

8 Loquor vobis & non creditis. *Quasi dicat, vos quęritis verba exprimentia, quod ego sim Christus, non ad veritatem intelligendum, sed magis ad calumniandum, quia si illa dicerem, non crederetis, quod probat consequenter dicens:*

9 Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. *Sicut enim suprà dictum est 4. cap. efficacissimum argumentum ad probandum veritatem excedentem naturalem facultatem intellectus, sunt opera miraculosa, & tamen illis non credebant, cum tamen fierent ad declarationem deitatis Iesu Christi. Causa autem incredulitatis eorum subditur, cum dicitur:*

10 Sed vos non creditis quia non estis ex ouibus meis. *Id est, innocentes et humiles, sed superbi & maligni, et ideo Dei iudicio excęcati. Considerandum, quod in hac responsione Christus non dixit expresse se esse Christum quem quærebant, sed dixit aliquid æquiualens, vel maius, vt responderet veritatem, & excluderet calumnię maliciam.*

11 Oues meæ. *Hic consequenter ostendit discipulorum suorum benignitatem di.* Oues meæ. *Id est, humiles, quibus reuelatur veritas, vt habetur Matth. 11. d.*

12 Vocem meam audiunt. *Credendo corde & obediendo opere.*

13 Et ego cognosco eas. *Non solum notitia visionis, sed etiam notitia approbationis ad vitam ęternam.*

14 Et sequuntur me. *Hic in pręsenti per gratiam, & in futuro per gloriam, ideo sequitur:*

15 Et ego vitam æternam do eis. *Loquitur enim hic de illis qui sunt oues eius non solum secundum pręsentem iustitiam, sed etiam secũdum prædestinationem diuinam, quæ frustrari non potest.*

16 Et non rapiet eas quisque de manu mea, &c. *Per violentiam quod probat tali ratione:*

17 Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. *Id est, ipsa deitas quam habeo à patre, quia omnia excedit in infinitum.*

18 Et nemo potest rapere de manu patris mei. *Cum enim sit infinitę potentię, nihil potest ab eo auferri per violentiam.*

Ego

a *Ego et pater vnum sumus.* His verbis non solùm Iudæorum soluit quæstionem, qui vt tentarent accesserunt, sed etiam futurorũ hæreticorum damnat insaniam.
b *Sustulerunt ergo la.* Hoc iam non ferunt qui cætera tulerunt, sed duri ad lapides currunt. Sed quia Iesus non patitur nisi quod vult, adhuc loquitur.
c *Multa bona opera.* ✠ ALCVINVS. In sanitatibus infirmorum, in exhibitione doctrinæ & miraculorum, quæ ex patre ostendi, quia eius gloriam per omnia quæsiui, propter quod eorum opus me lapidatis?
Multa bona opera. ✠✠ AVGVSTINVS. Ecce Iudæi intellexerunt quod non intelligunt Arriani. Ideo enim irati sunt quoniam senserunt non posse dici, ego & pater vnũ sumus, nisi vbi æqualitas est patris & filij.
d *Cum sis homo.* ✠ HILARIVS. Iudæus dicit, cùm sis homo, Arrianus cum sis creatura. Vtrique dicunt, facis te Deum. Subijcit enim Arrianus substantiæ, nouæ & alienæ Deum, vt autem alterius generis Deus sit, aut omninò nec Deus. Dicit enim non est filius ex natiuitate, non est Deus ex veritate, creatura est præstantior cunctis.
e *Facis teip.* Intellexerunt non posse dici. *Ego & pater vnum sumus,* Nisi vbi est æqualitas patris & filij, quod Arius non intellexit, Christus autem, quia vidit illos tardos non ferre splendorem veritatis temperauit eum in his verbis: *Nonne scrip.*
f *Quia ego.* Tribus modis dicitur Deus, natura, adoptione, vt ego dixi dij. falsò, vt dæmones & idola.
g *Si illos dixit Deos.* Si per sermonẽ Dei participando fiunt homines dij quomodo ille qui per naturam est filius quo participant non est Deus.
h *Pater sanctificauit.* ✠ THEOPYL. Hoc est, sanxit sacrificari pro mundo. In quo ostendit se non esse Deum sicut cæteri. Nam saluũ facere mundum diuinum opus est, non autem hominis deificati per gratiam.
i *Operibus credi.* Fidem adhibete operibus, vt meritò fidei amplius cognoscendo opera, veniatis ad fidem deitatis.

[Margin: †24 q.3.c. quidã vers. Arriani. — †Psal 81.b — Tract 48. in Ioan. — Lib.7.de Trinit. — †Supra 8.g *rursus. — Tribus modis dicitur Deus. — In hunc locum. — †creditis.]

a † Ego & pater vnum sumus. ✝ Sustulerunt ergo* lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera ostendi vobis ex pãtre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei Iudæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege vestra ✝ quia ego dixi, dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit, & misit in mundũ, vos dicitis quia blasphemas, quia dixi, filius Dei sum? Si non faciò opera patris mei, nolite credere mihi. Si autẽ facio, & si mihi non ✝ vultis credere, operi-

[Interlinear: ¶ Non verbis, sed factis eorum. — ¶ Cuius gloriam quęrit vbique. — ¶ Non possunt negare bona accepisse. — ¶ Non possunt ferre, quod filius Dei dicatur. — ¶ Psalmo. — ¶ Falsitatis argui. — ¶ Dauid. — ¶ Scilicet gignendo vt sanctus esset, dedit vt sanctum genuit. — ¶ Scilicet, cum in sanctitate incarnari constituit pro salute mundi. — ¶ Quæ nemo potest facere nisi filius. — ¶ Si solis verbis prædico, ne credatis. — ¶ Opera illa. — ¶ Verbis & innocentię vitæ.]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ego & pater vnum sumus. *In virtute et potentia, sicut in Deitate, vt suprà dictum est, ergo nemo potest rapere oues de manu mea. Notandum autem quod ex hoc verbo Saluatoris:* Ego & pater vnum sumus. *Excluduntur duo errores contrarij circa articulum sanctissimę Trinitatis. Sabellius enim posuit in Deo vnitatẽ personæ sicut & essentię, & hoc remouetur cum dicitur:* Ego & pater vnum sumus. *Si enim pater & filius essent vna persona, dixisset sum in singulari. Arrius autem è contrario posuit diuersitatem essentiarum, sicut & personarum. Et hoc excluditur per hoc quod dicitur vnum. Si enim pater, & filius haberent diuersas essentias, non diceret vnum neutraliter, sed plura.*

[Margin: Error Sabellij. — Error Arrij.]

2 Sustulerunt ergo lapides. *Hic consequenter ostenditur malignitas Iudæorũ in facto. Et diuiditur in tres, quia primò Christus refrenat eorum sęuitiam, secundò excludit impositam sibi blasphemiam, ibi:* Responderunt Iudæi. *Tertiò fugit propter eorum obstinatam maliciam, ibi:* Quærebant ergo. *In prima igitur parte dicitur sic:* Sustulerunt ergo lapides Iu. vt lapi. e. *Moti liuore inuidia non amore iustitię absque legis ordine, vt suprà dictum fuit in casu simili 8. c.*

[Margin: Diuisio.]

3 Respondit eis Iesus. *Dulciter eos reprimendo.*
4 Multa bona opera. *Scilicet, veritatem docendo, infirmos curando, et alia miracula faciendo.*
5 Propter quod eorum opus. *Cum tamen ex hoc me honorare deberetis.*
6 Responderunt. *Hic consequenter excludit blasphemiam sibi impositam. Et diuiditur in duas: quia primò huiusmodi blasphemia imponitur: et secundò excluditur, ibi:* Respondit. *In prima ergo parte dicitur sic:* Responderunt ei Iudæi.

[Margin: Diuisio.]

7 De bono opere. *In dictis eorum patet contradictio, quia loquebantur sicut furiosi, testificantur enim, eum facere bona opera in miraculis, cum dicunt.* De bono opere. *Scilicet, quod facis, et tamen dicũt hic eum blasphemum, cum dicitur:* Sed de blasph. *Ista enim sunt incompossibilia, quia miracula Christi fiebant ad testimonium bonitatis eius, et ideo cum essent bona opera et diuina non poterant fieri ad testificandum aliquod falsum, quod tamen esset si ille esset blasphemus, ad cuius testimonium fierent. Ista autem cæcitas in eis procedebat ex eo quod solum humanam naturam in Christo considerabat, ideo subditur:* Quia tu homo cum sis, facis teip. Deum.
8 Respondit eis. *Hic consequenter Iesus excludit crimen blasphemiæ sibi impositum, et hoc dupliciter, primò excludit illud per scripturã, secundò per rationem, ibi:* Si non facio. *Circa primũm sciendũ, quod sacra scriptura cum sit à Deo inspirata, nõ potest esse falsa. Ipsa autem attribuit deitatem hominibus sanctis, & prophetis & ipsi Christo, aliter tamen, quia deitatem participatiuè tantum attribuit alijs à Christo, sicut iudices locum Dei tenentes dicuntur dij, Exod. 22. b.* Dominus domus applicabitur ad deos, *& ibidem d.* Dijs non detrahes, &c. *Christo autem attribuit deitatem propriè dictam, secundum quod habetur Iere. 23. a.* Ecce dies veniũt dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustũ, *sequitur postea:* Hoc est nomen quod vocabunt eum dominus iustus noster, *& vbi habemus, dominus, ponitur nomẽ domini tetragrãmaton in Heb. quod nullo modo attribuitur alicui nisi Deo vero ideo patet, quod sicut scriptura ve. Testamẽti attribuit alijs à Christo deitatem participatiuè dictam, ita ipsi Christo deitatem propriè dictam. Secundum hoc igitur exponenda est litera:* Respondit eis Ie. *Declarando se non esse blasphemum, dicendo se esse Deum vel Dei filium naturalem, quod idem est. Quod probat per scripturam, dicens:*
9 Nonne scri. est, &c. Quia ego dixi dij estis, *hoc habetur in Psal. 81. b. & dicitur de iudicibus & prophetis, ideo subditur:*
10 Si illos di. de. *Participatiuè.*
11 Ad quos ser. Dei fa. est. *Sicut fuerunt prophetę et iudices.*
12 Et non potest sol. scrip. *Id est, non potest dici, quod contineat falsum.*
13 Quem pa. sancti. *Id est, meipsum, id est, sanctum generauit ab æterno secundùm deitatem. Vel:* Sanctificauit: *Id est, plenitudine gratia adimpleuit, quantum ad humanitatem.*
14 Et misit in mun. *Ad saluandum ipsum: sicut erat per prophetas prædictum.*
15 Vos di. quia blaphe. quia dixi filius Dei sum. *Quasi dicat, irrationabiliter loquimini, quia scriptura sacra quæ solui non potest, expresse loquitur de diuinitate mea, vt patet per prædicta.*
16 Si non fa. *Hic consequenter excludit crimen blasphemię sibi impositum per rationem. Circa quod sciendum, quod omnia determinatur proprio opere, vt habetur 4. Metereorum, ideo per propriam operationem certificamur de natura rei. Christus autem faciebat opera diuinitatis propria, scilicet, miracula totam facultatem creaturæ transcendentia, & etiam virtute propria, quia non solum faciebat illa obsecrando diuinam potentiam, sed etiam aliquando imperãdo. Ex quo concluditur,*

MORALITER.

1 *Ego & pater vnum sumus.* AVGVSTINVS. Vtrumq; audiet, vnum, & sumus, à charybdi scylla liberaberis. Quod dicit, vnum, liberat te ab Arrio, quod dicit sumus, à Sabellio.
2 *Sustulerunt ergo lapides Iudęi, vt lapidarent.* HILARIVS. Nunc hæreticorum furor iam domino in cœlis sedente, pari infidelitate dictis non obedientes odium impietatis exercent, verborum lapides iaciunt, & si possent de throno suo eum in crucem detraherent.

a *Quia in me est pa.* Pater est in filio, filius in patre, vt æqualis in eo cui æqualis est, vnde & potest dicere: *Ego & pater v. su.* Et *qui videt me, videt & patrem* & hoc est ei proprium. Munus autem est homini per participationem quod dicitur esse in Deo continente & Deus in eo, vt in vase.

† Mat. 12. b. Mat. 3. a.

a bus credite, vt cognoscatis & credatis, quia in me est pater & 1 ego in patre. † Quærebant † ergo eum apprehendere, & exi- 2 uit de manibus eorum. Et abiit iterum trans Iordanem, in 3 4 eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum, & mansit b illic. Et multi venerunt ad eum, & dicebat quia Ioannes qui- 5 6 c dem signum fecit nullum: Omnia autem quæcunque dixit 7 Ioannes de hoc, vera erant, & multi * crediderunt in eum. 8 9

a ¶ Non credendo, sed vt occidant. ¶ Quia non habent manus fidei. a ¶ Mistice, ad gentes. a ¶ Ostendebat se esse impletionem vmbræ iam cessantis.

b *Et multi venerunt.* Isti apprehendunt permanentem, non quomodo iniqui apprehendere volebat discedentem vnde sequitur: *Et multi venerunt ad eum.*

c *Quia Io. qui. sig. fe. nul.* Nullum in Ierusalem fecit vt iste, & quidquid dicebat testimonium huic perhibebat quasi per lucernam veniamus ad diem.

† rursus * ibi.

b *Et*

NICOLAVS DE LIRA.

ditur, quod in eo verè erat natura diuina, & per consequens non erat blasphemus dicendo se esse Deum, vel Dei filium, & hoc est quod dicitur: Si non facio opera patris mei. *Ideò concludit ex operibus.*

1 Vt cognoscatis, &c. & ego in patre. *Inquantum est vna natura amborum sicut & vna operatio.*

2 Quærebant ergo. *Hic consequenter ponitur fuga Christi propter eorum obstinatam maliciam, quia nec verbis eius, nec operibus inducebantur ad credendum, sed tanquam obstinati quærebant eum apprehendere ad occidendum.*

3 Et exiuit de manibus eorum. *Virtute diuina transiens per ipsos sicut supra dictum fuit 8. cap.*

4 Et abiit ite. & mansit illic. *Scilicet, ad tempus, vt populi venientes ad ipsum recordarentur de testimonio Ioannis qui dixerat de eo:* Ecce agnus Dei. *Et de testimonio Dei patris, cuius vox audita fuerat in baptismo Christi.* Hic est filius meus dilectus, *& sic habita collatione priorum & nouissimorum confirmarentur in fide ipsius, ideò sequitur.*

Supr. 1. c. Mat. 3. d.

5 Et multi venerunt ad eum. *Credentes.*

6 Et di. *In argumentum sua fidei.*

7 Quia Ioannes qui. signum fecit nul. *Signa enim reseruabantur Christo sicut in principaliori, tamen propter sanctitatem vitæ credebant Ioanni. Et quia in Christo videbant dictum eius impleri, ideò sequitur.*

8 Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc vera e. *Et concluditur fructus huius collationis, cum dicitur.*

9 Et multi. *Circa prædicta in hoc ca. quæritur. Vtrum licitum sit pastori ecclesiæ in persecutione fugere? Et arguitur primò quod sic, quia aliqui sancti leguntur hoc fecisse, sicut Thomas Cantuariensis fugit de Anglia tempore persecutionis suæ ecclesiæ, quod non fecisset nisi licitum fuisset ergo, &c. Item Saluator dixit apostolis Mat. 10. c.* Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. *Et sic videtur, quod fugere tempore persecutionis non solum sit licitum, sed etiam meritorium cum Saluator discipulos ad hoc hortetur. Contrarium arguitur, per hoc quod in hoc ca. dictum est.* Mercenarius, & qui non est pastor videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, *quod exponens Gregor. dicit quod ille qui fugit tempore persecutionis meritò perdit meritū pastoris, quod non esset verum, si fugere esset sibi licitum. Responsio, dicēdū quod*

Vtrum licitum sit pastori ecclesiæ persecutionē fugere

quod nomine lupi venientis super oues, aliquando intelligitur diabolus per tentationes fideles infestans, aliquando hæreticus per falsam doctrinam corrumpens, aliquand tyrannus violentia armorum persequens. Si primo & secundo modo accipiatur lupus, non est licitum pastori fugere, quia cum talibus lupis non est resistendum corporaliter, sed magis spiritualiter per deuotam orationem, & sanctā prædicationē & doctrinam, & ideo per talia est eis statim viriliter resistendum. Aliter enim si daretur eis ingressus, non resistendo, accideret maius periculū, propter quod dicit beatus Iacobus 4. b. Resistite diabolo & fugiet à vobis. *Et hoc idem posset dici de hæretico, quia fugit illum, qui per sanam doctrinā detegit ipsius falsitatem, propter quod Simon Magus fugiebat Petrum de ciuitate in ciuitatem, vt dicitur in Itinerario Clemētis. Si accipiatur lupus tertio modo, tunc est distinguendum, quia aut persecutio personalis est, aut cōmunis. Si personalis, ita quod est contra pastorem tantum & non contra gregem sibi commissum, tunc pastori est fugiendum, nec tunc dimittit gregē in persecutione, quia tunc persecutio non est contra gregem, vt dictum est & hoc modo Paulus apostolus fugit de Damasco, vt habetur Act. 9. e. Si autem fit persecutio cōmunis contra gregem & pastorem, adhuc distinguendum est, quia aut est vnus solus pastor, aut multi. Si vnus tantum, non est sibi licitum fugere, & gregem dimittere, quia hic esset mercenarius, & non pastor, secūdum quod dicit Saluator. Si autem sunt multi pastores quibus ecclesia indigeat, tunc aliqui debent remanere, & alij fugere, vt sic grex remanens in illa ecclesia, sufficienter custodiatur, & vtilitati ecclesiæ de aliis prouideatur, & si non possit determinari de communi concordia, vel alia conuenienti via qui remaneant, & qui fugiant, possent super hoc innocata spiritussancti gratia sortes mitti, secundum quod dicit Aug. in epistola ad Honoratum. Si inter Dei ministros sit disceptatio qui eorum tempore persecutionis maneant, & qui eorum fugiant, ne fuga vel morte omnium ecclesia deseratur, si hæc disceptatio aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneant, & qui fugiant, sorte legendi sunt. Ad primum dicendum, quod sancti fugerunt in casibus licitis prædicto modo, vnde in legenda sancti Thomæ dicitur sic, quod in principio persecutionis fugit, quia nondum innotuerat ad plenum causa ecclesiæ, & personalis persecutio videbatur. Eodem modo dicendum est ad secundum, quod saluator hortatur discipulos fugere in casibus licitis prædictis.*

Cap.

ADDITIO I.

In cap. 10. *vbi dicitur in postilla.* Omnes quotquot vene. fures sunt & latrones.

Quod autem hæc verba Christi non possunt intelligi de prophetis seu patriarchis & huiusmodi, satis est manifestum, illi enim non vt perderent oues seu vt eas furarentur venerunt. Sed attendendum est, quomodo verba Christi dicentis vniuersaliter: Omnes quotquot venerunt fures sunt, &c. *Saluari possint sic, vt sub hac vniuersalitate non comprehendantur etiam iusti à Deo missi. Nam secundum apostolum ad Heb. 2. b.* Qui omnia dicit, nihil excipit, *sed continuando hæc verba admimediatè præcedentia satis habetur, quod hæc vniuersalitas non comprehendit omnes quotquot venerunt simpliciter, sed tantū illos qui venientes non intrauerunt per ostium. Vnde cum Christus dixit.* Ego sum ostium ouiū, *Statim subiunxit:* Quotquot ve. &c *Vt intelligatur illa vniuersalitas solùm comprehēdere illos qui non per ostium venerunt. Et hoc videtur dicere Aug. in hoc loco, vbi ait: Intellige ergo quotquot venerunt præter me, non autem præter illum prophetæ venerunt, quia cum illo venerunt, & c. & infr. Præcesserunt enim iusti in eum credentes venturum, quomodo credimus in eum qui iam venit: Tempora enim variata sunt, non fides, hæc Aug.*

ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postilla.* Hæreditas differt à mercede propriè dicta.

Præmia sanctorum in vtroque testamento frequenter merces dicitur, vnde Gen. 15. a. Merces tua magna est nimis, & Isa. 40 c. Ecce merces eius cum eo: *Et Mat. 5. b.* Merces vestra copiosa est in cœlis. *Et 1. Cor. 3. c.* Vnusquisque mercedem accipiat secundum proprium laborem. *Quē modū loquendi etiā doctores catholici tenent, vnde Aug. dicit. Visio est tota merces, & sic de multis aliis. Incōueniens igitur videtur dicere, quod gloria cœlestis nō dicatur propriè merces, cū sic communiter appelletur à patriarchis, prophetis, euāgelistis, apostolis atque doctoribus. Sed melius videtur dicēdū, quod gloria cœlestis in cōparatione meritorū quibus eā quis de cōmuni lege adipiscitur potest dupliciter cōsiderari. Vnō modo secūdū cōgruitatē, quā attēditur secūdū æqualitatē proportionis, & sic iusti propriè merētur gloriā cœlestē, vnde & propriè debet dici merces. Alio modo secūdū cōdignitatē, quę attenditur secundum proportionē æqualitatis, & isto modo sancti nō merētur gloriā cœlestem. vnde ad Ro. 8.* Non sunt cōdignæ passiones huius seculi ad futurā gloriā quę reuelabitur in nobis. *Qua consideratione gloria cœlestis nō dicitur merces, sed potius hæreditas, eo quòd filius ad hoc quod debeat succedere in bonis paternis, non requiritur, quod hoc mereatur ex proprio labore, sed sufficit quod legitimè succedat patri. Vnde primo modo loquēdo gloria cœlestis propriè dicitur merces. Et isto modo debent intelligi auctoritates hoc asserentes, secundo verò modo intelligi debent auctoritates nominantes cœlestem gloriam hæreditatem, vt in Psal. 36. c.* Iusti autem hæreditabunt terram, *& sic de aliis.*

REPL. In ca. 10. *Postil. distinguit mercedē ab hæreditate. Bur. occasionem quærens dicit præmia sanctorum dici merces in vtroque testamento, ineptè concludens ex hoc quod hæreditas propriè debet dici merces. Et distenguens de merito congrui & condigni se inuoluens, concedit quod in postil. redarguit, scilicet, distinctionem hæreditatis & mercedis. Vnde sciendum, quod vbi in sacra scriptura vita beata merces dicitur, non esse propriè intelligendum, sed transsumptiuè, vt puta sicut mercis in humanis datur in humanis pro opere, ita in diuinis non secundū proprietatem, sed similitudinem. Merces enim æterna non habet ortum propriè ex opere, sed operis acceptabilitate, & hoc secundùm congruitatem. Congruum enim est cum homines faciunt, quod possunt, quod Deus ea acceptet, & gratiam conferat vnde fiat condignitas in opere.*

tur

P

CAPVT XI.

a Erat autem. Dum moratur trans Iordanem, infirmatur Lazarus, & mittunt ad eum sorores illuc. Istæ sorores Lazari, figura sunt Iudæorum in æterna beatitudine iam receptorum, qui pro fratre sanando, id est, pro reliquis in tenebris ignorantiæ adhuc errātibus Domino supplicant ex notissima actione.

b *Languens Lazarus.* Lazarus figura est Iudæorum qui infirmi erant in fide Christi: Martha & Maria significant doctrinam bonorum Iudęorum.

✠ BEDA. Interpretatur Lazarus, adiutus. Inter omnes enim mortuos, quos Dominus suscitauit, hic magis ab eo adiuuatur, quem non solùm mortuum, sed quatriduanum suscitauit.

✠ AVGVSTIN. (Tract. 49. in Ioan. to. 9.) Inter omnia miracula quæ fecit Dominus Lazari resurrectio præcipuè prædicatur. Sed si attendamus, delectari debemus potius, quam mirari. Ille suscitauit hominem, qui fecit hominem, plus enim est hominem creare, quàm resuscitare.

c *Ecce quem amas.* Lazarus, per quem peccator significatur, qui à Domino amatur, quia non venit vocare iustos, sed peccatores. Sorores, peccatoris sunt bonæ cogitationes, quæ pro peccatis dissoluendis orant.

✠ AVGVSTINVS. (Serm. 52. de ver. Domini tom. 10.) Inuaserat Lazarum pernicies inimica languoris, miserandi hominis corpus quotidie edax febris incendium consumebat. Aderant autem duæ sorores languenti, & casum dolentes iuuenis ægrotantis lectulo iugiter inhærebant, vnde subditur. *Miserunt sorores eius ad eum, dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur.*

✠ CHRYSOSTOMVS. (Hom. 61. in Ioan. to. 3.) Per hoc ad miserandum volunt attrahere Christum, adhuc enim ei quasi homini intendebant. Ideo autem non iuerunt ad Christum sicut Cēturio & Regulus (Math. 8. Ioan. 4.), sed mittunt: quia vehemēter confidebant de Christo propter multam familiaritatem quam habebant ad eum, & quia à luctu detinebantur.

✠ THEOPHYLACTVS. (Comment. in 11. ca. Io. parum à principio.) Multam deuotionem, & fidei magnitudinem exprimunt, dicentes: *Ecce quem amas, infirmatur.* Tantam enim potentiam in domino esse credebant, quòd mirum videretur qualiter virum sibi dilectum infirmitas potuerit occupare.

d *Pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei, &c.* Id est, vt glorificetur filius Dei. Ecce se Deum dicit, contra illos qui dicunt filium Dei non esse Deum.

✠ CHRYSOSTOMVS. (Hom. 61. in Ioan. to. 3.) Hic autem, Vt, non est causale, sed euentus: Nam euenit quidem aliunde infirmitas, vsus est autem ad gloriam Dei.

e *Diligebat.* Diligebat languentium saluator & mortuorum suscitator Lazarum, quia languens & mortuus.

✠ AVGVS-

CAPVT XI.

Erat autem quidam † languens Lazarus à Bethania de Castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Iesus, dixit eis. Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per † eum. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius Mariam & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in † eodem loco

a ¶ Ne erremus, cum multę sint huius nominis, ostenditur ex notissima actione.

¶ Sufficit amanti nunciare, qui non deserit quem amat. ¶ Vt se à dolore, illum liberet ab ægritudine.

¶ Quasi dicat, si dignaris veni & sana.

a ¶ Quia nec ipsa mors quę imminebat ad mortem fuit, sed ad miraculum, quo omnes crederent in Christum.

a ¶ Quæ non eum auxit sed nobis profuit.

a ¶ Infirmantem. b ¶ Tristium consolator. c ¶ Quæ tristes erant.

a ¶ Distulit sanare, vt posset resuscitare.

† eam. † qui infirmabatur. † quo erat.

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XI.

Erat autem. *Postquam euangelista ostendit in Christo virtutem viuificatiuam ex eius verbo, hic consequenter hoc idem ostendit sensibili signo in mortuo virtute eius resuscitato. Et diuiditur in tres, quia euangelista primò describit infirmitatem Lazari incurabilem, secundò, eius mortem indubitabilem, ibi:* Vt ergo audiuit. *Tertiò eius suscitationem mirabilem, ibi:* Iesus autem vt vidit. *Prima in duas, quia primò eius infirmitas describitur, secundò Christo nunciatur, ibi:* Miserunt ergo. *In prima ergo parte dicitur sic.* (Diuisio)

1 Erat autem, &c. *Ex quo patet incurabilitas infirmitatis via naturæ. Infirmitas enim curabilis non dicitur propriè languor.*

2 Lazarus. *Scilicet nomine.*

3 A Bethania. *Nomen est villę in qua erat infirmus.*

4 De castello Mariæ. *Quia in prędicta villa erat illud castrum, in quo manebant istę dominę cum Lazaro eorum fratre. Et quia multæ mulieres vocabantur nomine Marię, ideò ad distinguendum istam ab aliis, subditur.*

5 Maria autem erat quæ vn. do. *Vtrum autem hæc Maria fuerit illa peccatrix de qua scribitur Luca 7. f. quę lauit pedes domini, & vnxit vnguento, sancti variè loquuntur. Hieronym. autem & Chryso. dicunt istam fuisse aliam, vnde illa dicitur peccatrix, hęc sancta & honesta, & propter hoc nomen illius Luc. 7. tacetur, istius autem nomen hic exprimitur. Et tunc dicunt isti, quod ambæ mulieres fecerunt simile: sed illa fecit hoc ex peccatorum suorum compunctione, ista autem ex Christi deuotione. Gre. & Aug. de consensu Euangelistarum dicunt contrarium. Dicit tamen Aug. quod ista Maria bis vnxit dominum, ex hoc loco sumens argumentum, quia hic dicitur quod vnxit, loquendo de præterito & se. c. similiter dixit, quod vnxit caput do. dicit igitur, quòd prima vnctio fuit ex contritione, quam Lucas narrat diffusè, & hic breuiter repetitur, secunda autem fuit ex deuotione, qua se. ca. describitur. Consuetudo etiam ecclesia tenet, quod eadem mulier fuit de qua narrat Lucas tacito eius nomine, & quę hic dicitur soror Lazari. Nec mirum, quia officium ecclesiasticum à sancto Greg. ordinatum est, qui fuit huius opinionis.*

6 Mise. *Hic consequenter infirmitas Lazari Christo nunciatur per internuncium, & hoc est quod dicitur:* Miserunt ergo sorores, *curationem fratris desiderantes.*

7 Ad eum di. *Non dicunt veni, quia amanti sufficit necessitatem nunciare amici.*

8 Audiens, &c. *Scilicet, respondendo per nuncium.*

9 Infirmitas. *Non est per hoc intelligendum, quod Lazarus non fuerit mortuus, vt dixerunt aliqui, quia hoc esset destruere veritatem euangelij, cum infrà eo. ca dicat Saluator:* Lazarus mortuus est. *Sed pro tanto dicitur.* Hæc infirmitas non est ad mortem, *quia non tendebat ad mortem ibi sistendo, sed propter resurrectionem sequentem vt inde glorificaretur Deus per ostensionem suę virtutis, & in Christo declararetur virtus deitatis, ideo sequitur.* Sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.

10 Diligebat. *Hoc additur ad ostendendum, quare non oportuit, quod Martha & Maria irent ad Christum, personaliter, sicut fecit Regulus, de quo supra dictum est 4. ca. f. quia Christus erat familiaris Lazaro & eius sororibus, qui ibi frequenter hospitabatur.* 11 Vt er. *Hic consequenter describitur mors Lazari. Et diuiditur in duas, quia primò describitur huius mortis expectatio. Secundò expectatę denunciatio, ibi:* Deinde post hæc. *Circa primum sciendum, quòd Christus audita infirmitate Lazari non statim iuit ad eum, ne à Iudæis eius miracula* (Diuisio)

MORALITER.

† 1 *Erat autem.* Per quem significari potest grauem tentationem patiens. Per eius sorores significantur personæ pro eius alleuiatione deuotè Christum deprecantes, quæ non semper exaudiuntur, sed talis patiens aliquando per actum peccati mortalis mori permittitur ab eo qui est tantæ bonitatis & potentiæ, quod scit & potest bona de malis elicere. Per Iesum autem qui salus interpretatur, prædicator vel confessor, salutem animarum sitiens significatur, qui peccatorem non solum mortuum reperit per culpam, sed etiam aliquando fetentem per infamiam, & sepultum sub lapide per obstinationem, & tamē Deo principaliter operante sic per bonam monitionem reducit eum ad vitam gratiæ, qua non solum tollitur obstinatio & mors culpæ, sed etiam infamiæ fœtor, & suauis odor redditur bonæ famæ.

† MORAL.

...st hæc dicit discipulis suis: Eamus 1
...t ei discipuli: Rabbi, nunc quære- 3 4
...iterum vadis illuc? Respondit Ie- 5 6
...ræ sunt diei? Si quis ambulauerit in 7 8
...lucem huius mundi videt: si autem 9 10
...ffendit, quia lux non est in eo. Hæc 11 12
...Lazarus amicus noster dormit, sed 13 14
...eum. Dixerunt ergo discipuli eius: 15 16
...erit. Dixerat autem Iesus de morte: 17 18
...quia de dormitione somni diceret. 19
...manifestè; Lazarus mortuus est, & 20 21
...rędatis, quoniam non eram ibi. Sed 22
...o Thomas qui dicitur Dydimus, ad 23 24
† condiscipulos...mus, & nos, † & moriamur cum eo. Venit 25
itaque Iesus & in...nit eum quatuor dies iam in monumento

¶ Ego. ¶ Ostendens rationem sui transitus. ¶ Nisi hominibus mortuus. ¶ Secundum quod intellexerunt. ¶ Me nihil latere. ¶ Et tamen scio, quia mortuus est. ¶ Geminus. ¶ Ecce verus amantium affectus, vel, cum eo viuere, vel cum eo mori.

...Sicut Apostoli dies sunt sicut ait: *vos estis lux mundi.* Et vnus dies duodecim horas habet: vnde ipse Dominus in Euangelio dixit: ...duodecim Apostolos ... quod modo incipere ... credere ... robustius crederent. Semper enim fides eorum miraculis augebatur.

f *Et inuenit.* AVG. MYSTICE quatuor sunt dies mortis. Nascitur homo cum originali peccato, ecce dies vnus, mortis. Postquam venit ad rationales annos, naturalem legem quæ dicit in corde: *Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris,* transgreditur: Ecce secundus dies mortis. Data est à Deo etiam lex scripta pro-

...& ho... cens... debent a... offendant ... ambulantes offendant, vt modo nolentes eum mori qui pro hominibus venit mori. Illos autem dicit

† discipulos.

Matth. Tract. 49. Ioan.

NICOLAVS DE LIRA.

cula impugnantibus, & virtuti dæmonum ea imponentibus posset dici, quod illa infirmitas & mors sequens fuisset tantum secundum apparentiam & illusionem factam à Christo per artem magicam, & hoc est quod dicitur: Vt ergo au. quia infirmabatur, tunc quidem man. in eo lo. &c. *Trans Iordanem.*

1 Duobus diebus. *Expectando mortem Lazari, sic quod esset quatriduanus antequam illuc veniret, ad maiorem miraculi certitudinem.*

2 Deinde post hæc. *Hic consequenter ponitur mortis Lazari denunciatio. In qua denunciatione Saluator sic procedit, quia primo propositum eundi in Iudæam prædicit, secundo causam subiungit, ibi: Hæc ait, tertio ad locum prædictum peruenit, ibi:* Venit itaq; Iesus. *In prima ergo parte dicitur sic:* Deinde post hæc. *s. expectationem mortis Lazari prędictam.*

3 Dicit discipulis suis: Eamus Iudæam. *Hoc autem prędixit eis prę-ter consuetudinem, quia sciebat eos inde terreri, vt minus iacula ferirent quæ præuiderentur.*

4 Dicunt ei discipuli. *Timentes in Iudæam reuerti.*

5 Rabbi, nunc. *Hoc habitum est ca. præced.* Et tu ite. va. il. *Q. d. Non est tibi nec nobis securum.*

6 Respondit Iesus. *Eos assecurando.*

7 Nónne duodecim horæ die sunt? *Q. d. si voluntatem habebant tunc me lapidandi, modo tamen non facient, quia mutato tempore potest voluntas mutari. Erat enim prouerbium apud Iudæos, & adhuc est apud nos, quod loquendo de mutatione propositi, dicitur, duodecim horæ sunt diei, & ideo Saluator vsus est tali modo loquendi. Et ostendit vlterius, quod deberent esse securi, dicens:*

8 Si quis ambulauerit in die. *i. sanctè & iustè: Vel aliter:* In die. *i. mecum qui sum lux mundi, faciens diem diuinæ gratiæ.*

9 Non offendit. *i. securus debet esse.*

10 Quia lucem huius mundi videt. *i. meipsum qui possum eum saluare. Vel aliter:* Lucem, *i. iustitiam ad quam attendit.*

11 Si autem amb. in no. *i. sine præsentia mea, vel sine iustitia.*

12 Offendit. *i. debet sustinere pœnam offensæ debitam.*

13 Quia lux non est in eo. *i. iustitia, vel ego qui sum lux. q. d. Christus, quandiu vobiscum sum præsentialiter, non debetis timere Iudæos, quia Christus etiam in captione sua suos discipulos saluauit dicens:* Sinite hos abire, *vt habetur infrà 18. b. sed post mortem meam periculum erit vobis inter Iudæos ambulare.*

14 Hæc ait. *Hic consequenter exprimit causam quare volebat ire in Iudæam, s. propter Lazari suscitationem. Et diuiditur in duas, quia primò denunciat mortem Lazari, tamen occultè, secundò, exprimit eam manifestè. ibi:* Tunc ergo ait: *Circa primum dicitur sic:* Hæc ait, *quæ immediate prę-dicta sunt.*

15 Et post hæc dicit eis: Lazarus amicus noster dormit. *Mortem eius vocat dormitationem, Quia citò erat surrecturus.*

16 Sed vado, vt à somno excitem eum. *Quia facilè imò facilius est Christo suscitare mortuum, quàm alteri dormientem. Hanc causam sui itineris, dixit ad assecurandũ discipulos, q. d. non debetis timere, quia non vado ad disputandum cum Iudæis sicut ante, sed ad Lazarum suscitandum.*

17 Dixerunt ergo discipuli eius: Domine si dormit saluus erit. *Q. d. Ex quo dormit, signum est suæ curationis, non est necesse quod vadas illuc, nondum enim erant ad plenum assecurati per verba Christi, nec mirum, quia adhuc erant infirmi, & imperfecti.*

18 Dixerat autem Iesus de morte eius. *Eam exprimens per dormitionem, ratione prædicta.*

19 Illi autem puta &c. *Sed videtur mirabile, quod intellexissent Christum velle ire tam longam viam ad excitandum hominem de somno. Dicendum, quia adhuc erant rudes, & in timore positi, vt patet ex prę-dictis, & ideo malè capiebant verba Christi. Vel dicendum, quod Christus consueuerat eis parabolicè loqui, & ideo nesciebant quid per excitationem à somno intelligerent, suspicantes ne fortè parabolicè loqueretur.*

20 Tunc ergo. *Hic consequenter exprimit mortem Lazari manifestè, dicens:*

21 Lazarus mor. &c. *Non de morte eius absolutè, sed.*

22 Propter vos. *Vt videntes eius resuscitationem, in fide confirmemini. Vel sic:* Et gaudeo, *s. quia non eram ibi, non propter me, sed propter vos, quia ex præsentia mea mors eius fuisset impedita, cum mors habere locum non debeat vbi est vita, & per consequens eius resuscitatio non esset, quæ tamen est vtilis vobis.*

23 Dixit ergo Thomas, qui dicitur Dydimus. *i. dubius.*

24 Ad condiscipulos suos, eamus & nos vt moriamur cum eo. *Iste erat magis timidus quàm alij quasi dicat exponamus nos periculo. Vel secundùm alios dicebat hoc magna dilectione, quasi dicat, melius est nobis cũ illo mori, quam sine illo viuere.*

25 Venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies. *Hic consequenter agitur de aduentu Christi ad Lazarum. Et diuiditur in duas,*

14 Hæc P 2 quia

[illegible]

a habentem. Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam [illegible] stadiis quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha

¶ Adiutorium [illegible] per opera misericordiæ. b ¶ [illegible] contemplatiui [illegible]

ergo vt audiuit, quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses

b hic, frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc scio, quia

¶ [illegible] Ambigue [illegible]

quæcunque poposceris à Deo dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus: Resurget frater tuus. Dicit ei Martha: Scio quia resurget

¶ [illegible] Dicis quod resurget, & verum est, sed per quem [illegible] resurget, potest & modo, quia ego sum [illegible]

in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei Iesus: Ego sum re-

¶ Ideo resurrectio, quia vita. ¶ Vt modo est Lazarus.

c surrectio & vita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit, vi-

a ¶ In carne. b ¶ Iam viuens in anima.

d uet, & omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æter-

a ¶ Si ad tempus moriatur secundum carnem. ¶ Sciens fidem, quærit confessionem.

¶ Omnia hæc credo, quia.

num. Credis hoc? Ait illi: Vtique domine. Ego credidi, quia tu

¶ Missus ad salutem mundi.

es Christus filius Dei viui, qui in hunc mundũ † venisti. Et cum

¶ Explorata à Deo fide, & ab ea data. ¶ Id est suppressa voce.

e hæc dixisset, abiit & vocauit Mariã sororẽ suã † silẽtio, dicẽs:

[illegible] autem præ[illegible], neque rogo vt [illegible], quæ nescio [illegible] vtilis fieri resurrectio.

✠ THEOPHYL. Fidem quidem habebat Martha in Christum sed non quantum oportebat ideò & dicit: *Domine si fuisses hic, &c.* Quod sanè dixit, vt non credẽs absentem non potuisse, siquidem voluisset depellere mortem fratris sui, nam & in sequentibus maiorem declarat infirmitatem fidei, *Quemcumque enim, inquit, petieris Deum dabit tibi.* Vides quod illum sicut virum quendam virtute præditum

credit in me etiam si mortuus fuerit viuet.

d *Viuet.* Vt viuit Abraham, Isaac & Iacob, quorum [illegible] tur sicut viuorum. Credens etiam mortuus viuit, [illegible] dens etiam viuens mortuus est.

e *Silentio.* Quia si audissent Iudæi eam vocatam [illegible]

NICOLAVS DE LIRA.

quia primò agitur de eius peruentione, secũdò, de eius susceptione ibi: Martha ergo. *In prima ergo parte dicitur sic:* Venit itaque Iesus & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. *Quatuor dicit ad certitudinem mortis quia licet sint aliquæ infirmitates latentes, quibus videtur aliquis mortuus ad tempus, hoc tamen non durat per quatuor dies. Dicit etiam in monumento s. in terra reclusus, quia dato quod fuisset ibi positus viuus, nihilominus in tanto tempore fuisset ibi mortuus.*

1 Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim. *Quæ valent leucam, excepto vno stadio.*

2 Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam vt consolarentur eas de fratre suo. *Tum quia erant nobiles dominæ: Tum quia locus erat satis propè, vt patet ex dictis.*

3 Martha ergo. *Hic agitur de Christi susceptione, & primò quò ad Martham, secundò quo ad Mariam ibi:* Et cum hæc dixisset *Prima in duas, quia primò Christus à Martha deuotè suscipitur. Secundò fratris sui suscitatio ei promittitur, ibi:* Dixit illi Iesus, *In prima parte dicitur sic:* Martha ergo vt audiuit, quia Iesus venit, *ipsa enim habebat curam domus, & ideò primò nunciatus est ei aduentus Christi per aliquem qui aduentum Christi præuenerat.*

4 Occurrit illi *Reuerenter & deuotè.*

5 Maria autem domi sedebat. *Cùm Iudæis qui venerant ad eas.*

6 Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus *Ex quo apparet, quod credebat ipsũ posse præseruare fratrem suum à morte, tamen imperfectè credebat, quia videtur innuere, quod non posset Christus tantum absens quantum præsens.*

7 Sed & nunc scio, quia quæcunque poposceris à Deo dabit tibi Deus. *Videtur per hoc non fuisse edocta plenè de eius deitate, quia non dixisset, quæcunque poposceris, sed dixisset, quæcunque iusseris fient.*

8 Dicit illi Iesus *Hic suscitatio fratris sui ei promittitur, cùm dicitur:*

9 Resurget frater tuus. *Sed illa intellexit hoc de resurrectione futura. Ideò subditur:*

10 Dicit ei Martha, scio quia resur. in nouissimo [illegible] *tet, quod erat de secta Pharisæorum, quantum ad hoc, quod [illegible] rectionem futuram & non de secta Saducæorum [illegible]*

11 Dicit ei Iesus. *Explicans intentionem suam de resu[illegible] sui propinqua.*

12 Ego sum resurrectio. *s. causaliter. Tum quia resu[illegible] causa nostræ resurrectionis: Tum quia resurrectio generalis fi[illegible] Christi vocantis mortuos ad iudicium.*

13 Et vita. *Per essentiam, propter quod sum causa vitæ [illegible] bus, & possum dare vitam mortuis, quia quod est tale per e[illegible] omnium aliorum quæ sunt per participationem, vt habetur [illegible]*

14 Qui credit in me. *Sicut prædestinatus.*

15 Etiam si mortuus fuerit, *Per lapsum in peccatum [illegible]*

16 Viuet. *Finaliter vita gratiæ.*

17 Et omnis qui vidit, & credit in me. *Fide formata [illegible]*

18 Non morietur in æternum. *i. morte æterna, licet [illegible] temporali, ad soluendum debitum naturæ.*

19 Credis hoc. *Non petit hoc quasi ignorans, sed quæren[illegible] ad meritum, quia ore fit confessio ad salutem vt habetur R[illegible]*

20 Ait illi: vtique domine. *Quia per Christi verba e[illegible] de plenius quam ante, quod patet ex eius sequenti confessio[illegible] exprimitur ipsius Christi dignitas sacerdotalis & regia, cu[illegible]*

21 Ego credidi, quia tu es Christus. *i. vnctus, vnct[illegible] tur regibus & sacerdotibus, secundò Christi diuinitas, cum [illegible]*

22 Filius Dei. *s. naturalis. Tertiò, incarnationis veri[illegible]*

23 Qui in hunc mundum venisti. *Non per loci m[illegible] carnis assumptionem.*

24 Et cum hæc dixisset. *Hic agitur de susceptione C[illegible] riam, quia Martha à Christo edocta statim*

25 Abiit, & vocauit Mariam sororem suam. *[illegible] mores quos ipsa à Christo audierat.*

26 Silentio. *Propter Iudæos præsentes, quorum aliqui [illegible] machinabantur* dicens.

10 Dicit

sequeretur & ita non viderent miraculum. Sed quia putauerunt A eas ad sepulchrum fratris ituras, sequuti sunt.

a *Et vocat te.* Causa breuitatis in verbis Marthæ ostendit non prius dictum, id est, quod dominus Mariam vocauerit.

b *Sequuti sunt eam di.* Hæc ideo euangelista narrare curauit, vt videamus quæ occasio fecerit vt plures haberet testes resurrectio quatriduani.

✠ THEOPHYLACTVS. Quàprimum audiunt adesse Iesum, non segnis fuit Maria, sed surgit B & ad eum venit. Vnde manifestum, quod non præuenisset illum Martha neque prius, siquidem cognouisset ista Iesum venturum. Nondum autem Iesus venit in castellum, Tardius enim ibat ne videretur ad miraculum properare, sed precibus illarum exoratus hoc facere, & quandoquidem C magnum erat futurum miraculũ, & quale rarius fecit, erántque multi acquirendi per illud, propter hoc dispensat, vt multi sint miraculi testes. Dicit enim euangelista quod Iudæi qui erant cum illa in domo secuti sunt illam.

Supra 9.b

c *Infremuit spi.* Nota potestatem: Ipse fremuit & turbauit se, quem alius turbare non potuit, sicut omnia huiusmodi suscepit, quia voluit. Significat autem quantum homo turbari debeat, pressus tanta mole peccati. Quando autem peccator conputans quæ bona Dei accepit, quæ mala reddidit, fremit in spiritu & turbatur: Christus fremit in eo & turbatur, quia fides de Christo, Christus est in corde. Fremit verò fides in homine, D dum de peccatis increpat se.

d *Vbi posuistis eum.* Qui absens sciuit mortuum, scit & vbi sit sepultus, sed sic dicens, se quasi nescire perditum hominem significat, vnde dicitur: *Non noui vos.* Et: *Vbi es Adam?*

Matth. 7. d Gen. 3.

e *Iesus ergo.* Difficultatem ostendit viuificationis talis peccatoris.

✠ THEOPHYLACTVS. Quare Euangelista sursum deorsumque vertit quod lachrymatus sit Iesus, & infremuerit E passioni? Vt nos discamus, quod verè natura nostra amictus fuerit. Nam cũ suprà omnes Euangelistas sublimiora de domino loquatur, & magna diuinitatũ ei[...]ysteria tradat, ea propter & in corporalibus humiliora loquitur, vnde & in luctu dicit quod valde se hominem ostenderit ex hoc F monstrans carnis veritatem, vt tu discas quod quamuis Deus fuerit, fuerit & homo. Nam sicut Lucas ab agonia & guttis sanguinis & sudore, ita & hic à luctu credibile facit quod carnem verè gestauerit.

✠ AVGVSTINVS. Mortuus est peccator, maximè ille quẽ moles consuetudinis premit, quasi sepultus est Lazarus. Parum enim erat, quia mortuus etiam sepultus. Quisquis igitur malæ consuetudinis, malæ vitæ, scilicet terre[...]um cupiditatum mole premitur, ita vt in illo iam factum sit, sicut in quodam psalmo mirabiliter dicitur: *Dixit stultus in corde suo, non est Deus:* fit talis de qual[i]

Serm. 8. de verbis Domini. Psal. 13.

---

a Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surrexit citò, & venit ad eum. Nondum enim venerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo; & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia citò surrexit & exiit, sequuti sunt eam dicentes: Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. *Maria ergo cùm venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dixit ei: Domine, si fuisses hic, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo, vt vidit eam plorantem, & Iudæos c qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit d semetipsum, & dixit: Vbi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi: Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt. † Non poterat hic qui aperuit e oculos cæci nati, facere vt * hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentum.

a ¶ De resurrectione.
¶ Quia te præsente nulla infirmitas ausa fuit apparere, apud quas vita nouerat hospitari.
¶ Alius non.
¶ Miserere. ¶ Ploret ergo se peccator. ¶ Humanitus.
a ¶ Vnde dicitur: Non veni vocare iustos, sed peccatores.
a ¶ Potuit, sed nouit, quia plus est suscitare mortuum, quam ne moreretur facere.
b ¶ Inuidi hoc quod confitebantur, non credebant.
a ¶ Fremat, & in te, si vis reuiuiscere.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Magister adest, & vo. te. *Licet non sit supra expressum quod Christus vocaret Mariam, tamen hoc est credendum quia non est probabile quod Martha in hoc mentiretur, sed propter breuitatem euangelista illud omisit, quia sufficit ex verbo Marthæ exprimere.*

2 Illa vt audiuit, &c. venit ad eum. *Ex magna deuotione.*

3 Nondum enim venerat Iesus in ca. *Ostendens quod ad miracula facienda non se ingerebat, & vt ex aduentu Iudæorum cum Maria ad ipsum, magis celebre & notorium esset miraculum.*

4 Iudæi ergo. *Et patet litera vsque, ibi:* dicentes.

5 Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. *Credebant enim eam esse subito motam ex compassione fratris sui, quia non audierant verbum Marthę vt dictum est.*

6 Maria &c. ceci. ad pedes eius. *Quod non fecerat Martha. Ex quo patet, quod Maria magis amabat Iesum & reuerebatur.*

7 Et dixit ei: Domine si fuisses hic. *Exponitur sicut supra.*

8 Iesus ergo. *Hic consequenter agitur de Lazari suscitatione. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur suscitationis actus, secundo sequens effectus, ibi:* Multi ergo ex Iud. *Prima in tres, quia primò describitur affectio Christi ad Lazarum, secundo sequens inde murmuratio Iudæorum, ibi:* Dixerunt ergo. *Tertiò Christus suscitat mortuũ, ibi:* Iesus ergo rursũ, &c. *Affectio Christi ad Lazarũ ostenditur primo ex signo, cũ dicitur:* Iesus ergo vt vi. eam plo. & Iu. qui ve. cum ea plorãn *Ex morte amici.*

Diuisio.

9 Infremuit spi. & tur. seip. *Fremitus consurgit ex indignatione, iste enim Christi fremitus procedebat ex indignatione eius contra diabolum, per cuius suggestionem mors intrauit in mundum, quem erat citò debellaturus, turbatio autem illa procedebat ex compassione Lazari & sororum eius. Sciendum tamen, quod istæ passiones & consimiles non erant in Christo vitiosæ, sed magis virtuosæ, quia non erant præuenientes iudicium rationis, sed magis sequentes & per ipsum excitatę, sicut dicit Philosophus 4. Ethic. quod passio irę excitata per virtutem fortitudinis adiuuat ad actum eius fortius exequendum. Secundò ostenditur affectio Christi ex verbo, cùm dicitur:* Vbi posuistis eum, &c. *Tertiò ex facto cum subditur:*

Gen. 3. a. Passiones in Christo erant virtuosæ.

10 Et lachrymatus est. *Ex pietate videns locum sepulturę, per hoc etiam ostendit veritatem humanę naturę. Paris enim periculi est discedere veram humanitatem in Christo, sicut & deitatem, & ideò vbi Christus ostendit suam deitatem, adiungebat aliqua ad declarandum suam humanitatem, & è conuerso, & hoc patet in eius natiuitate, quando iacens in pręsepio, vt homo infirmus, stellam fecit radiare in cœlo, vt Deus. Similiter in passione, quando ipso moriente ex natura passibili sol obscuratus est inuisibili virtute Dei. Et hic similiter in suscitatione Lazari quatriduani, quod erat maximæ virtutis turbatus est & fleuit, ad declarãdũ veritatẽ humanitatis.*

11 Dixerunt. *Hic ex effectu Christi ostenditur sequens murmuratio. Iudęi enim viderunt Christum tristari, & per consequens arguebant, quod mors illa contra voluntatem Christi simpliciter accidisset, quia tristitia est de his quæ nobis nolentibus acciderunt, vt dicit Augu. 14. de ciuitate Dei, & cõsequens concludebant, quod non potuisset Lazarum præseruasse à morte, & per hoc est quod dicitur:* Dixerunt ergo Iudæi, ecce quomo. ama. eum. *Quia videbant euidens signum innuentes per hoc quod libenter si posset præseruasset eum à morte, & ex hoc vlterius miraculum cæco nato illuminato volebant annihilare, & in alium retorquere, dicentes.*

12 Non poterat hic qui aperuit oculos. *Quasi dicat, ex quo non potest hoc nec illud potuit, nec fecit. Isti non expectabant sufficienter, sed iudicabant ante tempus quia Christus plus fecit. Plus enim est mortuum suscitare, quam mortem infirmitatis impedire.*

13 Iesus er. *Hic consequenter ponitur Lazari suscitatio. Et ponuntur hic quinque per ordinem facientia ad miraculi certitudinem & magnificentiam. Partes patebunt prosequendo. Primum est descriptio sepulchri, quod erat spelunca cauata in rupe magna & profunda, ita quod poterant poni plura ibi corpora scilicet corpora eorum qui fuerunt eiusdem parentela, vnde frequenter dicitur in libris Reg. Sepultus est in sepulchro patrum suorum. Sic igitur erat factum sepulchrum Lazari, & desuper grandi lapide claudebatur. Ex quo patet vera mors Lazari quia si fuisset ibi, positus viuus & sanus, infra quatriduum, fuisset mortuus ex loci corruptione, & hoc est quod dicitur.* Iesus er. *Indignatus contra maliciam Iudæorum de factis suis iniquè murmurantium, & talis indignatio est virtuosa quia sicut ad virtuosum pertinet applaudere bone, ita & indignari contra malum.*

14 Venit. *Dicitur enim sepultura* monu-

quali dictũ est: *A mortuo velut qui nõ sit, perit confessio.* Quis eũ resuscitabit, nisi qui remoto lapide clamauit, dicens. *Lazare prodi foras.* Quid est autẽ foras prodire, nisi quod occultũ erat, foras prodere? Qui cõfitetur foras prodit. Foras prodire nõ posset, nisi viueret: viuere nõ posset, nisi resuscitatus esset. Ergo in cõfessione accusatio sui, Dei laudatio est. Dicit ergo aliquis: Quid prodest Ecclesia, si iã cõfessor voce dominica resuscitatus prodit? Quid prodest ecclesia cõfitẽti, cui dominus ait, quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cælo? Ipsum Lazarum attende: cũ vinculis prodiit: Iam viuebat confitendo, sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia, cui dictum est. *Quæ solueritis, soluta erunt*, nisi quod dominus ait continuo *ad discipulos, Soluite illum & sinite abire?*

Ecch. 17.

* vbi erat is qui mortuus fuerat positus.

a *Erat autem spe.* Lazarus mortuus, figura est Iudæorũ in Christo non credentium, & lapide, id est, onere legis oppressorum. Sorores pro eo rogãtes, fideles sunt in populo Iudæorum.

• MORALITER. Vnusquisque peccator mole peccatorum pressus & sua lege grauatus, & cõsuetudine sua mala iam fœtẽs, alios exemplo suo malo apertè corrumpit: Sorores, cogitationes aliquæ, quia quandoque cogitans se malè fecisse, dolet.

b *Domine iam.* Timebat remoto lapide potius fœtorem excitari, quam fratrem resuscitari.

c *Sed propter.* His verbis se gloriam patris quærere, sicut in aliis operibus ostendit. Nam quia secundùm hominem minor erat patre, ab eo petit suscitationem Lazari, & ideo se exauditum dicit, & hoc propter circumstantes, vt sic crederent Dei filium.

d *Voce magna.* Fremuit, lachrymauit, clamauit, quia difficilè surgit quem moles malæ consuetudinis premit, sed tamen post magnam vocem surgit, id est, per magnam Dei gratiam viuificatur dum pœnitet.

a ¶ Mortuus sub lapide, reus sub lege, quia rei sub lege, boni cum lege.

a Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus: [1]

a ¶ Onus legis remouete, prædicate gratiam. ¶ Consuetudine peccandi. [2]

Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fue- [3] rat. b Domine iam fœtet, quatriduanus est enim. Dicit ei Iesus: [4]

a ¶ Quia fœtentem quatriduanum suscitat, omnes enim peccauerunt & egent gloriam Dei.

Nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? [5] Tulerunt ergo lapidem *. Iesus autem eleuatis sursum oculis [6] dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. [7] Ego autem [8] c sciebam, quia semper me audis, sed propter populum qui cir- [9] cumstat dixi, vt credant quia tu me misisti. [10] Hęc cum dixisset [11]

¶ Sicut potentia est quod surgit, ita quod ligatus adhuc prodiit, id est, foras processit.

d voce magna clamauit: Lazare veni foras. e Et statim prodiit [12]

¶ Vinculis peccatorum.

f qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus † institis, & facies [13]

¶ Velamen super cor.

g illius sudario erat ligata. Dicit eis Iesus: † Soluite eum, [14] & sinite [15]

¶ Non omnes.

abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Mar- [16] h tham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. Quidã [17]

* HIERONYMVS. Si animam nostram panis refecerit id est, sermo diuinus & doctrina cœlestis, statim pedes nostri qui colligati fuerunt soluuntur. *Dominus soluit compeditos*. Et Lazarus ligatus erat & dixit: *Soluite eum.* Dominus soluit compeditos.

In Ps. 145. Seu quis author.

e *Et statim prodiit.* Dum peccator contemnit, sepultus iacet, quando pœnitet, surgit, quando confitetur prodit, quasi de occultis exeundo manifestus, sed adhuc ligatus est, & dicitur ministris: *Soluite eum, & sinite abire*, vnde: *Quæ solueritis super terrã, solu. erũt & in cælis.*

† fasciis sepulchralibus. † De sente. excom. c. à nobis. Mat. 16. c.

f *Ligatus pedes.* * HIERON. Alia sunt Domini vincula quibus in salutem ligamur, Alia diaboli quibus decem & octo annis ligauerat mulierem in Euangelio, vnde & funibus peccatorum suorum vnusquisque constringitur. Quæ soluit Dominus per typum Lazari suscitati, qui fasciolis & institis vinctus iacuerat in sepulchro.

Cap. 4. in Ezech.

g *Soluite eum.* Christus per se viuificat intus, ministris tribuit potestatem soluendi.

h *Qui. &c. ab.* Siue annunciando vt crederent, siue prodiendo, vt seruirent. Sed quomodo hoc factum sit dicit: *Collegerunt pontif.*

Quid

NICOLAVS DE LIRA.

monumentum, quasi monens mentem, quia monet viuentes, vt pręcogitent mortem.

1 Erat autem spelunca. *Modo prædicto facta.*

2 Ait Ie. *Hic ponitur secundum, s. lapidis amotio, cùm dicitur:*

3 Tollite la. &c. do. iam. *Quasi dicat, licet aliquando suscitati sint mortui recenter, tamen quod iam quatriduanus ex fœtore solutus resuscitetur, non est sic auditum. Et hoc verbum videtur processisse ex admiratione Marthæ & eius ignorantia, quia eiusdem virtutis est suscitare mortuum vtroque modo. Ideo sequitur:*

4 Dicit ei Iesus. *Corrigendo eius, dictum.*

5 Nonne di. ti. &c. vi. glo. Dei. *i. gloriosam eius virtutem in suscitatione fratris tui.*

6 Tulerunt ergo la. *Ad præceptum Christi.*

7 Iesus autem. *Hic ponitur tertium, s. Christi oratio in Lazari suscitatione quod facit ad declarationem miraculi, quia Iudęi Christo imponebant quod faciebat miracula virtute dæmonis, quod ostenditur falsum per hoc, quod in faciendo orat Deum, & hoc est quod dicitur.* Iesus autem ele. *Vt ostenderet nobis formam orandi, quę est per eleuationem mentis in Deum.*

8 Dixit: pa. gra. *Deus enim pater cælestis magnificentissimus, & ideo ex gratiarum actione de præteritis ad præstanda beneficia sequentia prouocatur, hoc enim est proprium magnifici, vt habetur 4. Ethico.*

9 Ego au. scie. *In his enim quę Christus absolutè volebat, deliberatiua voluntate conformabatur diuinæ voluntati, & sic exaudiebatur. Sciendũ tamen, quod orare patrem conuenit Christo ratione humanitatis in qua est minor patre, non autem ratione diuinitatis, in qua est ei æqualis.*

10 Sed propter. *Multi enim ex Iudęis dicebant, quod in Beelzebub faciebat signa, quod remouet cõformando voluntatẽ suam cum voluntate diuina.*

Mat. 12.

11 Hæc cũ di. *Hic ponitur quartũ, s. Lazari vocatio, cũ dicitur:* Hæc cũ dixisset voce magna cla. *Hoc facit ad declarationẽ miraculi, quia si dixisset in silẽtio, posset dicere aduersarij, quod verba magica dixisset, vel interposuisset. Per hoc etiam tollitur error eorum qui dicebant animas defunctorum latitare in sepulchris, & ideo clamauit Iesus voce magna in suscitatione Lazari, quasi animam reuocans à longinquo, s. ab inferno, vt ad corpus rediret.*

12 Et statim prodiit qui fuerat mortuus. *Hic ponitur quintum s. Lazari suscitatio, cum dicitur:* Et statim prodiit qui fuerat mortuus. *Quia virtus diuina operatur in instanti.*

13 Ligatus pedes & manus. *Hic declaratur virtus diuina non solum suscitando mortuum, sed etiam faciens exire ligatum, per hoc etiam apparet certitudo miraculi, inquantum exiuit Lazarus eo modo quo fuerat in sepulchro positus.*

14 Dixit eis Iesus: soluite. *Hoc pręcepit aliis, licet posset facere per seipsum, vt accedentes de propè & tangentes ex visu & tactu essent testes miraculi efficaciores, sicut supra dictum est de amotione lapidis.*

15 Et sinite abire. *Vt ostendatur verè suscitatus & non phantasticè, per opera vitę cuiusmodi est ambulatio, & comestio & consimilia, ideo infrà dicitur se. a. quod* Lazarus erat vnus de discumbentibus.

16 Multi ergo. *Hic ponitur suscitationis effectus dupliciter. Primò quo ad pręsentes. Secundò quo ad absentes, ibi:* Collegerunt ergo. *Effectus miraculi circa præsentes ostenditur ex hoc, quod viso prędicto miraculo multi eorum crediderunt Christo, nec mirum, quia illud signum fuit diuinę virtutis manifestè ostensiuum, quæ non potest adesse ad testificandum aliquod falsum, & hoc est quod dicitur:* Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Iesus, crediderunt in eum. *Et patet. Sequitur:*

17 Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. *Dicunt doctores aliqui, quod hoc fecerunt bono zelo moti, volentes ex miraculo viso refrenare iram eorum contra Iesum tanquam irrationabilem, alij dicunt, quòd malè moti hoc fecerunt, quia sicut ex signis visis boni & electi conuertuntur, ita frequenter mali obdurantur, & hoc magis videtur ex litera sequenti, vbi agitur de congregatione Pharisæorum ad tractandum de morte Christi.*

Collegerunt

A | D

a *Quid facimus? Quia hic homo, &c.* ✠ GREGORIVS. Synagoga quæ mandata Dei per legem protulit, nascentem Ecclesiam persequens inuidiæ se igne consumpsit. Annon æmulationis suæ facibus ardebat, cum redemptoris nostri signa conspiciens per quosdam suos diceret: *Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit*. Videbant vnde conuerti debuerant & peruersiores fiebant, quærebant extinguere quem cernebant mortuos viuificare, in ore tenebant legem sed legis persequebantur authorem.

Moral lib. 18. ca. 4.

¶ principes sacerdotū.

B

b *Credent in eum: Et venient Ro.* Et quia sentiebant doctrinā eius esse contra templum & paternas leges, timebant ne si omnes crederent in Christum, nemo remaneret qui contra Romanos ciuitatem Dei & templum defenderet. *Et ve. Rom.* De temporalibus timent, non de æternis, & vtraque perdiderūt. Locus est Ierusalem quem perdiderunt, Gentem suam perdiderunt vbique dispersi.

1. q. 1. di. dum est à domino.

C

Mali prophetant.

c *Hoc à semetipso* AVGVSTINVS. Nota etiam malos per spiritum prophetiæ prædicere futura, quod tamen Euangelista diuino tribuit sacramento, quia fuit Pontifex, id est, summus sacerdos, & mysterium habens in manibus spiritu Dei loquutus est. Deus constituit vnum summum sacerdotem, cui mortuo vnus succederet. Sed per ambitionem postea euenit, vt plures essent, & vicibus ministraret: Forte & plures in vno anno, ex quibus forte exibat qui incensum poneret, quod non licet nisi summo sacerdoti, vt de Zacharia legitur.

Luc. 1. a.

a ¶ Qui venerant, vel ex his qui crediderant.

[1] [2] autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. [3] Collegerunt ergo ✝ Pontifices & [4] Pharisæi [5] concilium, (¶ Aduersus Iesum.) a [6] & dicebant: Quid facimus? (¶ q. d. Cur non prouidemus nobis.) Quia hic homo multa signa facit. b [7] Si dimittimus eum sic omnes credent in eum: Et venient [8] Romani, & tollent nostrum locum & [9] gentem. [10] Vnus autem ex ipsis a Caiphas (¶ Inuestigans vel sagax vel veniens ore interpretatur.) [11] nomine, cum esset Pontifex anni illius [12] dixit eis: [13] Vos nescitis quidquam, nec cogitatis: quia expedit vobis [14] vt vnus moriatur homo [15] pro populo, & non tota gens pereat. c [16] † Hoc à semetipso non dixit, [17] sed cum esset Pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus [18] moriturus erat pro gente: [19] d Et non tantum pro gente, [20] sed vt filios Dei qui erant dispersi [21]

✠ THEOPHYL. Considera Pontificalis dignitatis virtutem, quomodo plena sit gratia spiritus tametsi indigni sint, qui illam gerant. Et honora sacerdotes digne, propter gratiam in eis nō propter eorum voluntatem. Igitur non solus Caiphas prophetat, Sed & alij multi indigni futura dixerant, Pharao de fertilitate & sterilitate, Nabuchodonosor de regnis & Christo, & Balaam de Christo. Non autem continuo si quis prophetat, propheta dicitur, sed si quis propheta, ille & prophetat: sicut neque omnis qui medicinam parat medicus, neque iustus, iustū quoddam facies, sed qui iustè facit iuxta illud, iustè quod iustum est persequere. Prophetat & Caiphas sed non prophetica mente, & propterea non propheta.

E

F

d *Pro gen.* Iudæorū, scilicet in qua erāt oues, hoc tantū Caiphas

☞ Sed

NICOLAVS DE LIRA.

✠ 1 Collegerūt. *Hic ponitur effectus suscitationis Lazari respectu absentium, quia audita suscitatione Lazari, ex ira & inuidia moti sunt ad tractandum de morte Christi. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur eorum congregatio, secundo congregatorum dubitatio, ibi:* Et dicebant. *tertio dubij determinatio ibi:* Vnus ex ipsis, *In prima ergo parte dicitur sic:* Collegerunt ergo Pon. *qui erant maioris authoritatis & magis literati.*

Diuisio.

2 Et Pharisæi. *Qui videbantur præ alijs religiosi, ex quibus factum eorum grauius erat.*

3 Concilium. *Scilicet aduersus Iesum. Hoc nō est ex textu, sed subintelligitur. Circa hoc notandum, quod Pontifices erant de tribu Leui: Pharisæi autem pro magna parte erant de tribu Symeon, quia ex illa tribu habuit ortū secta Pharisæorum, ideo in figura huius prędictū fuit Genes. penult. a.* Symeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in concilium eorum non veniat anima mea.

4 Et dice. *Hic ponitur eorum dubitatio quid facerent de Iesu, quia habebant rationes ad vtramque partem. Ex euidentia enim miraculorum cogebantur dicere,*

5 Quia hic homo multa signa facit. *Et ex hoc sequitur, quod erat ei credendū magis quàm Moysi, quia Moyses non tot nec tanta signa fecit, & maximè quando populus ei primo credidit, imo valde pauca, vt patet Exod. 4. Et sic habebant argumentum ad ipsum recipiendum et honorandum tanquam verum Christum, sed e conuerso arguebat ad contrarium, dicentes:*

6 Si dimittimus eum sic, omnes cred. in eum. *Sicut in Christum & quia Christo debebatur regimen secundùm scripturas, quas male intelligebant de temporali regno, ideo ex hoc videbatur sequi contra imperatorem Romanum rebellio, qui tunc temporis dominabatur eis, & hoc videbatur propinqua occasio destructionis ciuitatis & templi per potestatem Romani imperij, quæ tunc erat maxima, & ideo ipsi non habebant aliquam virtutem resistendi, et hoc est quod dicitur.*

7 Et ven. Rom. *In tanta fortitudine, quod non poterimus resistere.*

8 Et tollent nostrum locum. *Id est, ciuitatem & templum.*

9 Et gentem. *Captiuando populum, & sic patet quod passio timoris subuertebat in eis iudicium rationis.*

10 Vnus autem ex ipsis. *Hic ponitur dubij determinatio. Et diuiditur in tres, quia primo dubium determinatur, secundo determinatio approbatur, ibi:* Ab illo autem die. *tertio à Christo euitatur, ibi:* Iesus ergo iam non in pa. *Prima in duas, quia primò ponitur Caipha determinatio: secundo, huius determinationis expositio, ibi:* Hoc autem à semetipso. *In prima igitur parte dicitur sic:* Vnus ex ipsis Caiphas nomine. *Non est, de textu, sed intelligitur nomen eius propter authoritatem sui officij vnde subditur.*

Diuisio.

11 Cùm esset Pon. anni illius. *Dominus autem præceperat esse tantum vnum summum sacerdotem, & per totam vitam suam, quo moriente alius sibi succederet, vnde & in morte eius reuertebātur fugitiui, sed propter cupiditatem & ambitionem suam statuerunt inter se illi qui erant de genere sacerdotali, vt quolibet anno vnus esset qui illo officio fungeretur. Aliam autem rationem assignat Iosephus dicens: A tēpore Herodis Ascalonitæ qui auxilio Romanorum occupauit regnum Iudęę, sacerdotium communiter vendebatur, & sic propter maius lucrum temporale summus sacerdos frequenter mutabatur.*

Iosephus.

12 Dixit eis. *Propter authoritatem officij sic loquutus est dicens.*

13 Vos nescitis quidquam nec cogi. *Q. d. prima facie quilibet intelligens videre potest, quod ad mortē huius hominis debemus laborare. Cuius ratio est, quia bonum commune magis est eligendum quàm bonum particulare. Si autem homo iste dimittatur, bonum totius populi dissipabitur, vt patet per prędicta secundum eorum ęstimationem, & sic concludit, quod sit agendum ad mortem Christi, etiamsi ex parte eius non inueniatur aliqua causa, & hoc est quod dicitur.*

14 Expedit vo vt vnus moriat. ho. *Etiamsi esset bonus et iustus.*

15 Pro populo. *Id est, pro conseruatione populi.*

16 Et non to. gens per. *Sed maneat in vita, Hic patet manifestè quod passio inuidiæ & liuoris cōtra Christum, & passio timoris perdendi gentem et locum subuertebant in eis rationis iudicium, quia in nullo casu licitum est interficere innocentem, per hoc enim non procuratur bonum cōmune, sed magis destruitur, propter quod Dei iudicio factū est, quod illud malū quod credebāt per mortem Christi euadere, scilicet destructionem loci & gentis, per mortem Christi incurrerunt, quia in pœnam huius peccati Romani per Titum et Vespasianū locum & gentem destruxerunt anno 42. post passionem Christi, sicut fuerat à Daniele prophetatum 9. g.* Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cū duce venturo, &c. *et à Saluatore prędictum Luc. 19. f.* Videns ciuitatem sanctam Ierusalem, &c.

17 Hoc à seipso. *Hic ponitur prædictę determinationis expositio, quæ quidem expositio est Ioannis Euangelistę ostendentis qualiter Caiphas prędictam determinationem protulit. Quamuis enim esset intentio Caiphæ dare solum consilium de Christi morte pro temporalis periculi euasione circa populum Iudęorum, tamen verbum eius sic sonabat quod Christus erat moriturus pro gente & populo, & quod sic fuit prolatum fuit prophetia quodāmodo de futuro, quod Christus erat moriturus pro salute spirituali, & non solùm Iudęorum, sed etiam omnium gentium qui credituri erant in ipsum, & hoc est quod dicitur:* Hoc à semet. &c. *supple prædictum verbum hoc modo protulit, sed per motionem alterius.*

18 Sed cum esset Pon. *Quia ipso ignorante dictum propheticum protulit, non ratione sui meriti, sed dignitatis officij.*

19 Quia Iesus mor. er. pro gente. *Scilicet Iudęorum quia multi de Iudæis saluati sunt per ipsum.*

20 Et, &c. sed vt fi. *Non quia adhuc essent filij Dei actu, sed in potentia ad actum reducenda, quia erant prędestinati.*

21 Qui erant dispersi. *Per diuersos ritus gentilium.*

Sed quia non erat euangelista esse alias oues, addidit: *Sed vt filios Dei qui erant dispersi congregaret*. Filij prædestinatione, sicut & oues in Israel, nondum enim erant, quia nondum crediderant.

Mat 12.b Mat. 3.a. Mat. 26.a Mar. 14.a Luc. 22.a. videtur vobis.

¶ Non quin & prius, sed modo diffinite.

congregaret in vnum. † Ab illo ergo die † cogitauerunt vt interficerent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat † apud Iudæos, sed abijt * in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quæ dicitur Ephrem & ibi morabatur cum discipulis suis. † Proximum autem erat Pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum, & colloquebatur ad inuicem in templo stantes. Quid † putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerunt vbi sit, indicet, vt apprehenderent eum.

¶ Non quod hoc non posset, sed docet suos cedere furori persequentium.

¶ Significat transitum ad gentes in Ephrem quæ interpretatur fructificatio, id est, ecclesia.

¶ Sicut præceperat Deus vndique conuenire ad Pascha vt illius diei sanctificarentur celebratione. ¶ Male.

¶ Obliti suæ sanctificationis in ipso loco orationis tractat de nece agni.

¶ Ad occidendum.

Proximum autem. Imminente pascha figurali in quo iam verus agnus immolandus est, consilium erat inter Iudæos de eo occidendo & ipse appropinquat passionis loco.

consili. tauerunt. inter. illing.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Congregaret in vnum. *Id est, in vnam ecclesiam ex Iudæis & gentibus constitutam, vt esset vnum ouile, sicut est vnus pastor, vt supra dictum est præce. ca. propter quod Gene. penul g. dicitur de Christo:* Ipse erit expectatio gentium *non solum Iudæorum. Nec hoc est contra illud quod dicit Saluator Matt.15.c.* Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. *Quia ibi Saluator loquitur de sua missione ad prædicandum in persona propria. Propter quod apostolus dicit Rom.15.b.* Dico enim dominum Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis.

2 Ab illo. *Hic ponitur determinationis Caiphæ approbatio quamuis esset iniqua, quia omnes alij erant affectati ad procurandum mortem sicut & ipse, et hoc est quod dicitur:* Ab illo ergo die co. ve. inter. e. *Licet enim ante habuissent voluntatem interficiendi ipsum, vt patuit per prædicta, tamen ex consilio Caiphæ diffiniuerunt hoc ad implere quam citius posset.*

3 Iesus er. *Hic consequenter ponitur huius determinationis declinatio non enim adhuc erat tempus passionis Christi à Deo preordinatum, & Iudæi quærebant occidere eum, vt visum est, ideo recessit ad tempus & hoc est quod dicitur:* Iesus er. iam non in pa. ambu. ap. Iudæos. *Quamuis enim inter eos exiens posset eorum impetum refrenare, tamen voluit ad tempus latere & se occultare, rationibus prædictis ca.8. & 10. vbi similiter agitur de sua occultatione.*

4 Sed abijt in regionem iuxta desertū. *Vbi pauci de Iudæis erant.*

5 In ciuitatem quæ dici. Ephrem. *Quæ erat parua & parum populata.*

6 Et ibi morabatur cum disci. suis. *Vsque ad tempus propinquum suæ passionis.*

7 Proximum autem e. pa. Iu. *Hoc subditur ad ostendendum, quod Christus paruo tempore in illa ciuitate se occultauit quia ante Pascha in Ierusalem venit.*

8 Et ascenderunt multi Ierosolymam de regione. *Quia tenebantur de tota Iudæa ad solennitatem venire.*

9 Ante Pascha vt sancti. seipsos. *Orationibus et sacrificijs, ad dignè comedendum agnum paschalem, & si hoc fiebat de agno figurali multo magis se debet homo sanctificare orationibus et bonis operibus ad dignè recipiendum verū agnum immaculatum corpus Iesu Christi.*

10 Quære. er. Ie. *Vt audirent eius doctrinam, de cuius miraculis audierant famam.*

11 Et colloquebantur ad inuicem. *Quia mirabantur, quod in tanta congregatione non venerat ad docendum, ideo quærebant:* Quid pu. *Et subdit euangelista quasi respondens quæstioni eorum.*

12 Dederāt autem. *Et patet litera. Propter hoc enim ab eis licet ab ingratis & obstinatis recesserat vsque ad tempus suæ passionis dispositum. Circa prædicta in hoc ca. quæritur vtrum Caiphas erat verè propheta? Et arguitur primò, quod sic, quia Balaam dicitur vere propheta, vt habetur. Num. 24. & tamen fuit malus homo, donum enim prophetiæ aliquando malis hominibus conceditur, ergo malicia Caiphæ non impediuit in eo veritatem prophetiæ. Item in litera dicitur hic, quod* prophetauit quod Iesus esset moriturus pro gēte & vt filios Dei qui erāt dispersi cōgregaret, *& hoc verbū euangelistæ videretur falsum quod nullo modo est dicendum, nisi Caiphas fuisset vere propheta. Contrarium arguitur per hoc quod ipse dixit falsum, dicens illis qui de morte Christi tractabāt:* Expedit vobis vt vnus homo moriatur. *Mors enim Christi non fuit expediens illis qui eam procurauerunt. falsitas autem non subest prophetiæ, ergo, &c. Responsio, dicendū quod ad rationem veri prophetæ duo requiruntur. Primum est, quod habeat veram cognitionem de aliquo occulto respectu aliorum hominum cum quibus conuersatur, propter hoc dicitur propheta, quasi procul fans, vt supra dictum est, inquantum cognoscit ea quæ longinqua sunt à cognitione aliorum, propter quod si alicui fiat apparitio, indicans aliquid occultum non dicitur propheta, si illud fit ei cognitum. Sic Pharao vidit spicas designantes qualitatem futurorum annorum, & Nabuchodonosor statuam designantem mutabilitatem regnorum, neuter tamen fuit propheta, sed Ioseph & Daniel qui de occultis illis cognitionem habuerunt propter quod dicitur Dan. 10. a.* intelligentia opus est in visione, *quia non potest dici propheta sine intellectuali cognitione, sola enim visio imaginaria non facit prophetam, vt visum est. Secundo requiritur, quod ipsa cognitio fiat mediante spiritu bono, maligni enim spiritus aliquādo reuelant hominibus ea quæ sunt alijs occulta, non tamē ex hoc dicuntur veri prophetæ, sed solum cum additione diminuente, sicut in sacra scriptura dicuntur frequenter aliqui prophetæ Baal, vel propheta excelsorum. talis enim non dicitur propheta absolutè, sicut nec homo mortuus dicitur homo propter additionem diminuentē, prophetia enim vera computatur inter spiritussancti dona. Cum ergo quæritur de Caipha dicendum quod non fuit vere propheta, quia nullam cognitionē habuit in secreto dominicæ passionis quod esset futura pro spirituali salute humani generis, sed tantū intendebat dare consiliū de morte Christi propter timorem Romanorum. Veruntamen secundùm quod hic dicunt Chryso. & Aug. Spiritussanctus in prolatione sui consilij sic mouit linguam eius, quod ipso ignorante verba quæ protulit, significabant Christi mortem esse futuram pro spirituali hominum salute, non tamen potest dici vere propheta, ex hoc quod verbum propheticum ignorans protulit, alio linguam eius ad hoc mouente. Sicut nec asina Balaam potest dici animal rationale ex hoc quod verba rationabilia protulit vt patet Nu. 22. e. quia illa non processerunt ex interiori conceptione, seu propria cognitione sed magis ex diuina motione secundū quod ibidē dicitur.* Aperuit dominus asinæ, &c. *Licet enim Caiphas de morte Christi cogitauerit, & alios per suum consiliū ad hoc inducere voluerit, quod fuit ex propria conceptione & diabolo hoc suggerente, quod tamen consiliū suum sic protulit, quod per verba illa significaretur passio Christi pro futura spirituali hominum salute, hoc nullo modo ab eo fuit, vt dictum est, quia quantum ad hoc solùm, verbum illud erat propheticum, ideo per hoc non potest dici propheta. Ad primum dicendum, quod non est simile de ipso Balaam, quia quamuis fuit malus, habuit tamen veram cognitionem occultorum, vt ibidem dicitur:* Dixit vir cui obturatus est oculus, qui visiones omnipotentis videt. *Caiphas autem talem cognitionem non habuit, vt visum est & ideò negatur ab eo prophetia non propter suam malitiam, sed propter cognitionis defectum. Ad secundum dicendum quod verbum euangelistæ est verum si bene intelligatur, non enim dixit, quod Caiphas esset propheta, sed quod prophetizauit, id est, verbum propheticum protulit, non tamen à semetipso sicut euangelista dicit, sed spiritusancto linguam eius sic mouente ipso ignorante propter quod non habuit verè rationem prophetæ. Argumentum etiam in contrarium est soluendum, quia sicut dictum est, Caiphas illud verbum protulit per motionē spiritussancti, à quo nullum est falsum, & ideo Caiphas dicendo,* Expedit vobis vt vnus moriatur homo, &c. *verum dixit, si bene intelligatur quod mors Christi quantum est in se, fuit expediens omnibus etiam illis qui de eius morte tractauerunt, quamuis aliqui eorum per suam maliciam eius vtilitatem recusauerunt, sicut & alij peccatores in peccato mortali decedentes.*

An Caiphas fuerit vere propheta.

Ad prophetam verum duo requiruntur. Gene.41.a. Dan.2.c.

ADDITIO I.

In cap. 11. *vbi dicitur in postilla.* Infirmitas curabilis non dicitur propriè languor.

Languor non designat infirmitatis incurabilitatem quinimo debilitatem tantum significat, quæ contingit quandoq; sine graui infirmitate. Vnde aliquando additur huic termino languor dictio significans magnitudinem eius, vnde 2. Par.24.g. Dimiserunt eum in languoribus magnis. *Si enim languor de se significaret incurabilitatem infirmi-*

infirmitatis superfluè adderetur magnum, cum qualibet infirmitas incurabilis est magna. Nec facit ad propositum, vtrum infirmitas Lazari esset curabilis via natura, vel non, quia miraculum Lazari ex resuscitatione maxime insolita singulariter prędicatur, non autem de curatione infirmitatis. Christus enim innumerabiles infirmitates curauerat, vt patet in processu euangeliorum de quibus tamen non sic solennizatur. Curatio enim infirmitatum non est in tanto gradu miraculorum sicut resuscitatio mortui pręsertim quatriduani, vt sanctus Tho. in prima parte qua.105.arti.vl.in cor.quęstio.

ADDITIO II.

In eo.ca. *Vbi dicitur in postilla.* Circa hoc notandum, quod pontifices erant de tribu Leui.

Licet tam sacerdotes quam Leuita omnes erant Leuita ratione generis, cum tam Aaron à quo sacerdotes descendebant, quam alij eiusdem tribus à Leui patriarcha descendissent; tamen soli Leuita qui non erant sacerdotes retinuerunt sibi nomē generis, vnde Nume.18.c. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis, &c. *In quo cap. pluries vocat Leuitas prout distinguuntur à sacerdotibus Aaronitis, vt ibidem patet & sic in multis alijs locis, vnde sic loquendo de sacerdotibus & Leuitis, scilicet, prout ab inuicem distinguūtur, tenendum est quod Leuita non fuerunt participes in fabricatione seu adoratione vituli, quod fuit maximum peccatum inter cętera à populo Israelitico commissa, vt Exo. 32. Similiter nec participes fuerunt in occisione Christi, licet in vtroque scelere sacerdotes principalibus fuerunt specialiter, secundùm opinātes quod Aaron idololatrasset in illo facto. primum patet Exod.32.f. vbi cū Moyses volens vindictam facere in populo idololatrāte clamasset:* Si quis est Domini, adiungatur mihi. *Statim subditur*: Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui. *Et sic patet quod Leuita in illo actu domino adhęserunt. Quod etiam habetur in glo. Deu.33. vbi sic.* Quomodo fecerunt vitulum aureum Leuitæ accincti gladijs iubente Moyse à porta vsque ad portam idololatras interfecerunt. *Sed constat quod Aaron de principalibus fuit in illo crimine, prout ibidem patet scilicet secundùm prędictos opinantes. Addunt etiam Hebręi prout Ra. Moy. tradit in suo Deu. titulo de idololatria ca.1. quod licet populus Israeliticus pluries idololatrasset, vt in multis & varijs sacra scriptura locis habetur Leuita tamen nunquam idololatrarunt, & sic patet primum. secundùm verò habetur expresse in glo. Deu. vbi suprà vbi super illud verbum quod legitur de Leui.* Iudicasti eum ad aquas contradictionis, *sic ait*: Aqua populi sunt qui contradicentes clamauerunt, Crucifige, crucifice eum, & sanguis eius super nos & super fi.no. *Ad cumulum enim perfectionis Leui adiungit.* Qui dixit patri suo, &c. *Hęc in glo. Ex qua manifestè habetur, quod Leui separatus fuit ab illis qui clamabant.* Crucifige, &c. *& per consequens à crimine quod cateri Israelitici commiserunt in occisione Christi, in quo principes sacerdotum & huiusmodi fuerunt manifestè participes. Veritas huius glo. ex serie litera euangelista potest haberi, vbi in materia passionis Christi in qua de omnibus statibus Hebręorum expressa fit mentio, scilicet de pontificibus, sacerdotibus & summis sacerdotibus, scribis et Pharisæis, & huiusmodi. De Leuitis tamen nullus euangelistarum in hac materia legitur facere mentionem, vt patet discurrēti quatuor euangelia in materia passionis. Constat etiam, quod in alijs euangelicis historijs, vbi Leuita interueniunt, mētio fit de eis prout à sacerdotibus distinguuntur, vt supra.1.b.* Miserūt Iudæi sacerdotes & Leuitas, &c. *& sic in alijs & sic patet secūdùm. Ex quibus sequitur, quod prophetia Iacob. Gene. penul. a.* Symeō & Leui fratres, &c. *per postil. allegata: si ad passionē Christi applicetur, intelligenda est de Symeone à quo Pharisęi et huiusmodi descenderunt, et de Leui in persona sacerdotū tantum seu pontificum ab Aarone descendentium, non autem Leuitis prout à sacerdotibus distinguūtur. Prophetia verò Moysi applicanda est tribui Leui, prout distinguitur à sacerdotio, qui immunes fuerunt, vt iam dictum est ta a peccato vituli quam ab occisione Christi, & secundùm Hebręos etiam à quacunque idololatria.*

Si autem contra prędicta obijciatur de hoc quod dicitur in prophetia Moysi Deut. vbi suprà. Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, &c. *Ex quibus videtur, quod Leuitę patres & matres similiter & fratres et filios habebāt idololatras seu procurantes occisionem Christi: Dicendum, quod quia Leuita admiscebantur cum alijs tribubus in matrimonijs, sicut & alia tribus inde potuit sape contingere, quod Leuita haberent matres & patres matrum ex alijs tribus similiter & nepotes, scilicet filios sororum, qui dicuntur fratres vndę de Abraham & Loth nepote suo dicebatur.* Fratres enim sumus, *vt Gene.13.b. Similiter & filios filiarum qua contraxerant in alia tribu, & tales sunt quasi filij, vnde de talibus verificatur prophetia Moysi prędicta scilicet:* Qui dixit patri suo & matri suæ, &c. *Eo quod proprij Leuita scilicet de genere Leuitarum per masculinam lineam descendentes, separauerunt se è prędictis consanguineis de tribubus alienis descendentibus in prędictis duobus casibus, vt Deo adhęrerent, prout glo. prędicta testantur, quibus litera consonat vt dictum est.*

REPLICA. In ca.11. *vbi dicitur,* Lazarus lā. *dicit postilla ex hoc infirmitatem fuisse per naturam incurabilem, quia infirmitas curabilis propriè non dicitur languor. Burg. dicit quod languor non dicit incurabilitatem, quia illi termino additur alius terminus significans magnitudinem 2. Par.24.g. vbi dicitur.* Magnus languor. *Ibi dico, quod magnus refertur ad intensionem doloris, quia multi morbi incurabiles sunt parui doloris, vt Phtisis, Hydropysis, &c. Quidam autem intensiui doloris sunt, sicut febres et huiusmodi, cum igitur in scriptura languori additur magnitudo, languor pertinet ad incurabilitatem, magnitudo ad doloris intensionem.*

In eo. ca. *vbi dicitur. Collegerunt potest. & pha. conci. dicit, postil. pontifices fuisse de tribu Leui, pharisęos autem vt plurimum de tribu Symeon, iuxta illam prophetiam Iacob dicentis,* Symeon & Leui fratres vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniet anima mea. *Burg. Fortasse de tribu Leui, per magnam digressionem vult saluare Leuitas, vt distinguntur contra sacerdotes qui ab Aaron descenderunt dicens eos nunquam idololatrasse, nec in morte Christi consensisse. Quod si verum est, sicut non credimus, rationabile fuisset Leuitas vt sic distinctos etiam à vindicta mortis Christi praseruare, vel saltem ad fidem Christi pra alijs conuerti, quod factum non est de conuersione enim Iudaorum legimus de sacerdotibus conuersis Actu.6.b. Multa turba sacerdotum obediebat fidei de Leuitis nihil in speciali, prasumo igitur contra Burg. quia frustra eos excusat.*

Mar.15.b. — Genes. penulti.a.

CAP. XII.

¶ Sciens eos conspirasse, venit quasi agnus ad victimam, vt verum Pascha habeamus.

a IEsvs ergo ante sex dies Paschæ 1

CAP. XII.

A a IEsus, &c. *An. sex.* ✠ THEOPHYLACTVS. Decima quidem mensis accipiunt ouem immolandam in pascha, & ex eo tempore requirere incipiunt quæ necessaria ad festum. Denique & cœna quæ ante sex dies quæ est nona mensis lautius epulantur & initia festiuitatis illo die B faciunt ideo & Iesus simul cœnauit in Bethaniam veniens. Ostendere autem volens euangelista veræ resurrectionis Lazari signum dicit, *Lazarus vnus erat recumbentium*, C non enim vt apparuit statim mortuus est, sed mansit multo tempore solita faciens, comedens & bibens atque alia agens: dicendo autem quod Martha ministrarit, significauit quod in domo eius cœna fuerit. Obserua au- D tem fidem mulieris, quomodo non permiserit ancillis ministerium, sed per seipsam ministret.

Mysticè. Omnia sexta: quia sex diebus omnia fecit. sexta die hominem condidit, sexta ætate redimere venit, sexta feria passus est, sexta hora mortuus est. Venit E autem ad Bethaniam, id est, ad domum obedientiæ, ipse obediens patri vsque ad mortem, docēs ecclesiam obedientiam, quæ est in monte Olei, id est, misericordiæ, nec potest abscōdi, in qua suscitat F sepultos à peccatis grauibus. Ibi fit cœna in fide & deuotione iustorum. Martha ministrat.i. dū quilibet fidelis opera deuotionis ☞ Domino

Mysticè. — Philip.2.b.

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XII.

1 IEsus ergo. *Postquam Ioannes declarauit diuinitatem Christi per opera facta in eius vita hic etiam declarat per ea qua in eius morte sunt facta. Et diuiditur in duas quia primò determinat de eius morte & passione, secundò de eius resurrectione. 20. ca.* Vna autem sabb. *Prima in duas, quia primò declarat mortis Christi occasionem, secundò ipsam mortem secundo cap.* Ante diem festum. *Circa primum sciendum, quod occasio mortis Christi fuit inuidia Iudaorum ex fama et gloria Christi. Ideò diuiditur in duas* ☙ *quia*

Diuisio.

MORALITER.

1 *Iesus ergo ante sex dies pa.* ALCVINVS. quod ante sex dies venit Bethaniam, significat quod ille qui sex diebus omnia fecerat, & sexto die hominem creauerat, ipse sexta mundi ætate, sexta feria, sexta hora redimere mundum venerat.

Mysticè.

domino impendit. Lazarus, id est, suscitati de grauibus cum his qui manserunt in iustitia, læti epulantur de præsentia domini. Maria quæ olim pœnitens vnxit pedes, nec ibi dicitur quo vnguento, modo caput & pedes precioso; ibi rudimenta pœnitentium, hic iusticia designatur perfectorum, vnde hic libra vnguenti, id est, perfectio iusticiæ, Vnguentum, quia *bonus odor sumus Deo*: Caput vngit, qui alta de eo prædicat. Pedes, qui infirma veneratur. Capillis tergit, qui suis superfluis pauperes qui in terra indigent reficit. Odore domus, id est, bona fama mundus repletur.

a *Venit in Bethaniam.* Ideò prius Bethaniam venit, vt resuscitatio Lazari altiùs memoriæ omniũ traderetur, & inexcusabiles Iudæi confunderentur, tractantes de morte tanti suscitatoris.

Luc.7.f. — 2 Cor.1.d — * à mortuis — † Mat.26.a Mar.14.a. Luc.7.f. — * Simonis Iscariotes — † marsupiũ

a venit in Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitauit * Iesus. Fecerunt † autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat: Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum b eo. † Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit capillis suis pedes eius & c domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas * Scariothis, qui erat eum traditurus: Quare hoc vnguentũ non venijt trecentis denarijs, & datũ est egenis? d Dixit autem hoc, non quia de egenis † pertinebat ad eum, sed e quia fur erat, & † loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.

¶ Soror Lazari. ¶ Vt non phantasma, sed vera eius resurrectio probetur, comedit, loquitur, &c. a ¶ Altera soror Lazari. a ¶ Iste moritur bono odore, de quo alij viuunt. ¶ A loco. a ¶ Ne eum cura pauperum putaremus dixisse, determinat euangelista cur dixerat. a ¶ Domini loculorum custos. b ¶ In loculos. c ¶ Ministerio, sed tollebat furto, id est, exportabat.

meratur, vt doceamur malos tolerare, ne corpus Christi diuidamus, & malos bonis non obesse.

THEOPHYL. Iudas cum esset auarus reprehendit honoris modum, quare non obtulisti pecuniam inquit, vt possem scilicet furari, sed vnguentum? Quomodo igitur alius Euangelista dicit, quod omnes discipuli hoc dixerant? Dicendũ igitur quod omnes quidem dixerint, sed non tali mẽte alij qua ille. Non reprehendit autem eum dominus, quamuis sciret furaci animo hoc illum dixisse, nolebat enim illum confundere. Docet enim nos lõganimes debere esse erga tales, sed occultè opprobrat ei perditionem, tametsi propter auaritiam traditurus esset eum in mortem: Ideò & sepulturæ meminit, perstringens insipientiam eius, si quo pacto corrigatur.

† igitur — † cura esset illi.

b *Maria ergo.* Preciosum vnguentum fit de Nardo maximè de spicis, hic autem dicitur pistici à loco vnde erat. Et interpretatur fidelis, non alia admixtione corrupti.

c *Dixit ergo vnus.* Iudas etsi malus tamen inter Apostolos numeratur

d *Non quia, &c.* Quantum ad suam intentionem ad eum non pertinebat de egenis, quia non curabat de ipsis, non quia commissum esset ei dispensare pauperibus.

e *Loculos habens, &c.* Cui ministrant angeli, loculos habet in sumptus

NICOLAVS DE LIRA.

quia primò describitur eius fama siue glorificatio, secundò Iudæorum infidelitas & obstinatio, ibi: Cum autem tanta signa. *Prima in duas, quia primo ponitur eius glorificatio ab homine, secundo à Deo patre ibi*: Nunc anima mea turbata. *Prima in tres, quia primo ponitur glorificatio Christi ab amicis familiaribus, secundo à turbis vulgaribus, ibi*: Cognouerunt ergo turba, *tertio à gentilibus ibi*: Erant autem Gentiles. *Prima adhuc in duas, quia primo ponitur obsequium Christi factum ab amicis in generali, secundo a Maria in speciali, ibi*: Maria ergo. *In prima parte dicitur sic*: Iesus ergo ante sex dies Paschæ. *Immediatè enim post suscitationem Lazari Iudæi diffinierunt occidere Christum, vt prędictum est, & ideo recesserant quousque appropinquaret Pascha, in quo immolabatur agnus Paschalis, vt sic Christus qui est agnus verus immolaretur pro nobis immediatè post immolationem agni Paschalis figuralis, vt veritas figuræ succederet.*

1 Venit in Bethaniam. *Quæ est propè Ierusalem ad duo milliaria,* vbi Lazarus fuit mortuus quem susc. Iesus. *Illuc enim venit, vt ex memoria miraculi ibidem facti turba populi moueretur ad eum honorificè recipiendum in Ierusalem ante suam passionem, sicut fuerat prędictum per Zachariam prophetam 9.c.* Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem, ecce rex tuus venit, &c.

2 Fecerunt au. ei cœ. ibi. *Homines illius loci. Et fuit hæc cœna in domo Simonis leprosi, vt communiter tenent doctores, fuerat tamen prius à Christo curatus, sed nomen remanserat ad memoriam miraculi.*

ORIGENES *autem dicit, quod illa cœna fuerat in domo Marthæ quod probat ex eo quod subditur.*

3 Et Martha mini. *Sed potest dici, quod iste Simon erat vicinus Marthæ, & propter hoc ipsa ministrabat in domo eius, sicut homines solent facere domibus amicorum suorum, & maximè propter reuerentiam ipsius Christi comedentis ibidem.*

4 Lazarus verò vnus erat ex dis. cum eo. *Inuitatus à Simone, hoc autem factum est ad declarationem veri miraculi de eius suscitatione.*

5 Maria ergo. *Hic describitur obsequium Christo impensum à Maria in speciali. Et diuiditur in tres, quia primo ponitur Mariæ deuotio, secundo Iudæ indignatio, ibi*: Dixit ergo vnus, *tertio eius reprehensio, ibi*: Dixit ergo Iesus. *In prima igitur parte dicitur sic*: Maria ergo.

6 Accepit libram. *In quo notatur quantitas vnguenti, non est verisimile, quod esset aliquid grossæ materiæ, sicut vnguenta communiter dicta, quia indecens esset tale quid ponere super caput hominis sedentis in mensa. Maria autem non solùm vnxit pedes domini, sed etiam caput, vt Matt. exprimit 26.a. & Marcus 14.a. licet hic omittatur. Et ideò dicendum, quòd hic vocatur vnguentum liquor preciosus de re aromatica expressus, sicut aqua rosacea de rosis exprimitur. Aliter dicitur, quòd fuit lachryma fluens naturaliter de arbore aromatica.*

7 Nardi. *Nomen est herba nigra aromaticæ habentis spicas propter hoc dicitur Mar.14.a.* Nardi spicati, *& de illis spicis extrahebatur liquor prędictus per artificium, vel naturam secundum alios.*

8 Pistici. *Secundum Augustinum nomẽ est loci, vbi crescit herba vnde talis liquor exprimitur, sed melius dicitur*: Pistici, *id est, fidelis.* πίστις *enim Græcè, fides est Latinè, hoc est dictum, quod ille liquor erat purus & verus, non habens aliquid aliud admixtum, nec sophisticatum.*

9 Preciosi. *Quia valebat trecentos denarios, vt habetur Mar.14.ca. id est, trecentos nummos vsuales, erat enim liquor ille refrigeratiuus & confortatiuus membrorum, & consolidatiuus, & valdè odoriferus.*

10 Et vnxit pedes Iesu & extersit capillis suis pedes eius. *Ordine conuerso factum fuit quam hic scribatur, quia primo lauit pedes & extersit, & postea vnxit.*

11 Et domus impleta est ex odore vnguenti. *Ex quo patet preciositas vnguenti & deuotio Mariæ expendentis rem tam preciosam in obsequium domini. Vtrum autem ista fuit mulier de qua narrat Lucas, dictum fuit ca. prǽcedenti.*

12 Dixit ergo. *Hic ponitur Iudæ murmuratio, cum dicitur:*

13 Vnus ex discipulis eius, Iudas Scariothis. *Hoc dicitur ad differentiam alterius Iudæ.*

14 Qui erat eum traditurus. *Licet enim primò fuerit bonus, quando vocatus fuit ad apostolatum, vt suprà dictum est, tamen postea lapsus est in peccatum. Quod autem dominus in sua societate tolerauit eum, dedit nobis exemplum tolerandi malum.*

15 Quare hoc vnguentum non venijt, &c. *Id est, venditur, vnde versus*: De re quæ venijt gratia nulla venit. *Habet enim sensum passiui sub voce actiua.*

16 Et datum est egenis? *Hoc dixit simulans pietatem, ad operiendum suam cupiditatem propter quod.*

17 Dixit autem hoc, non quia de egenis. *Id est, de illis non curabat licet enim ea portaret quæ dabantur Christo ad dandum pauperibus non tamen faciebat, sed retinebat sibi, ideò subditur:*

18 Quia fur erat, & locu. ha. *In quibus abscondebat ea quæ debebant in alios vsus expendi, vnde subditur:*

19 Et quæ mittebantur. *Id est, Christo dabantur ad subueniendum necessitatibus Christi & discipulorum eius, & ad dandum pauperibus.*

20 Portabat. *Id est, officium portandi & seruandi habebat ad istos vsus, licet hoc infideliter ageret. Ex hoc patet, quòd Christus et discipuli* eius de

MORALITER.

5 *Maria ergo accepit libram vnguenti.* Exponatur sicut suprà Matth.26. & Mar.14.

† *Cogitauerunt*

☞ sumptus pauperum, condescendens infirmis.

A a *Sinite illam*. Nouit furem, sed non prodit, docens tolerare, malos. Tantum obsequium Mariæ commendat, ostendens quod esset moriturus, & ad sepeliendum aromatibus vngendus. Ideò Mariæ cui non licuit mortuum vngere, datum est viuentem officio funeris donare, vnde secũdùm Mar. dicitur, quod habuit, id est, potuit, hoc fecit, *præuenit vngere corpus meum in sepulturam*.

Mar. 14. a. † Sine † De pœn. di. 1 c. quantuslibet

B Magna patientia non arguit Iudam auaritiæ, & non causa pauperum dixisse, sed ex ratione monstrat non esse culpandos illos, qui ipsi inter homines conuersanti de facultatibus ministrant, qui paruo tempore corporaliter est apud eos mansurus, cum semper sint pauperes futuri quibus eleemosyna possit impendi.

† Postero die † Mat. 21. a. Mar. 11 a. Luc. 19. f.

C

b *Me autem non sem. ha.* Corporali præsentia. Vel non habebitis, tu Iuda & qui sunt huiusmodi, quia si mali iam communicant sacramentis, postea tamen non habent dominum vt boni.

D

c *Et vt*. Curiositas hos, non charitas adduxit. Nos econtrà, si cognoscimus Iesum obedientis animæ domum in qua habitet inuenisse veniamus illuc contẽplatione, non propter hominem tantum quem in anima suscitatum videmus, sed vt bonam vitam imitemur, & per hoc ad visionem Iesu perueniamus.

d *Sed vt Laza.* MYSTICE. Resurgentes in secundo aduẽtu rapientur in aëra cum domino.

e *Cogita*. Quia non poterant occultare vel negare miraculũ, stultè volũt occidere, quasi non possit suscitare occisum, qui suscitauit defunctum.

f *In crastinum*. Ecce oues ex Israel veniunt ad pastorem. Rami sunt laudes significãtes victoriam superaturi diabolum & mortem.

g *Clamabant*. AVGVST. Osanna vox obsecrantis magis indicans affectum quam rem aliquã significãs, sicut interiectiones. ☞ *Rex Israel*

¶ Vt si non re impleat, tamen deuotione post meam mortem.

a 1 Dixit ergo Iesus: † Sinite illam, in diem sepulturæ meę 2 † 3 seruet illud. b 4 Pauperes enim semper habetis vobiscum, 5 me autem non semper habebitis. c 6 † Cognouit ergo turba multa ex Iudæis, quia illic est, & 7 venerunt non propter Iesum tantùm, d 8 sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. e † 9 Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis,

¶ Quia propter Lazarum veniebant.

¶ In die dominica.

f & credebant in Iesum. † 10 In crastinum autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, 11 cùm audissent quia venit Iesus Ierosolymam, 12 acceperunt a ramos palmarum, & 13 processerunt obuiam ei, g & clamabant: 14 † a Osannã, 15 benedictus

¶ Per ramos mortificatio carnis, vel exempla præcedentium patrum.

¶ Hiero. Quasi osianna, id est, salua obsecro.

† Seruabit. Christus dupliciter fuit honoratus à turba

† Consultauerunt 1. Thes. 4. d E

Supra 11. d

F

שיעה נאנו Hosiahna, id est, salua obsecro

NICOLAVS DE LIRA.

☞ eius de eleemosynis viuebant. Sciendum etiam, quod ista portatio pecuniæ in via non pertinet ad perfectionem, sed Christus hoc faciendo suscepit personam infirmorum, eis condescendens, sicut fecit se abscondendo à Iudæis, vt suprà dictum est. 8 g. & 10. f. Et hoc habetur extra de verbo. sig. Exijt qui seminat. Et propter hoc malè arguunt illi qui ex hoc loco dicunt quod habere aliqua mobilia in communi ad perfectionem pertineat. Potest autem hic quæri, quare Christus permisit Iudam portare pecuniam prædictam, cum sciret eum latronem. Dicendũ quod à principio quando fuit sibi traditum portandi officium, latro non erat, & quamuis Christus sciret eum futurum latronem, tamen tradidit sibi istud officium, quia minor erat inter apostolos alios propter quod vltimus inter eos nominatur, vt patet Matth. 10. & Mar. 3. c. talibus autem temporalia sunt tradenda, maiores autem debent circa doctrinam & spiritualia occupari. Propter quod in primitiua ecclesia apostoli septem diaconos ordinauerunt sub eis ad temporalia administranda, vt ipsi apostoli liberiùs possent intendere orationi, & prædicationi, vt habetur Act. 6. b.

1 Dixit er. *Hic ponitur Iudæ reprehensio, cum dicitur:* Sinite illam, *quasi dicat, non habetis causam sufficientem murmurandi, quia egit opus bonum, vnde patet quod Iudas non solum murmurauit, sed etiam alij discipuli, vt habetur Mat. 26. a. Mar. 14. a. verumtamen, quia fuerunt incitati per Iudam, & iterum moti pietate, Iudas autem cupiditate, ideo Ioannes solum Iudam nominauit.*

2 In diem se. *Non loquitur de hoc quod iam erat effusum, sed de alio simili, quasi dicat, illud quod pro sepultura mea præparabit, illud reseruabit, quia non poterit illud in me expendere præuenta acceleratione resurrectionis meę, quia quando venit ad monumentum ad vngendũ corpus dominicũ, Christus iam resurrexerat, vt patet, infr. 20. a. Mattheus autem expressius hoc dicit:* Præuenit, vngere corpus meum in sepulturam: *Et idem exprimitur hic obscurius, cum dicitur.*

3 Sinite illam. *Quasi dicat, dimittenda est nunc facere quod tunc faceret si posset, & illud vnguentum tunc seruabit in loco istius nunc in me expensi. Et quia Iudas ita murmurando & alios ad hoc incitando causam pietatis prętenderat, ideo hanc excludit, di.*

4 Pauperes enim. *Quasi dicat, potest recuperare ad benefaciendum pauperibus, sed non poterit recuperare ad inungendum me corporaliter, propter quod sequitur.*

5 Me autem non sem. ha. *Scilicet, præsentia corporali ad habitandum in carne passibili, quæ indiget tali vnctione. Per hoc patet, quod aliquod opus minus necessarium potest pręponi magis necessario, quando imminet casus, quod illud minus necessarium non potest alias recuperari.*

6 Cognouit ergo tur. *Hic consequenter ostenditur qualiter Christus fuit honoratus à turbis, & hoc dupliciter. Primò eum visitando, secundo honorificè ei obuiando, ibi:* In crastinum. *In prima parte dicitur sic:* Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic esset. *Bethania enim erat prope Ierusalem ad vnam leucam, & ideò de facili poterant hoc cognoscere.*

7 Et venerunt non propter Iesum tantũ. *In hoc innuitur duplex causa. Vna propter ipsum Iesum reuerẽter visitandũ. Alia quę subditur.*

8 Sed vt Lazarum vide. *Facta enim mirabilia libenter videntur. Mirabilissimũ autem erat videre quatriduanum mortuum suscitatum, comedentem & bibentem & alia opera facientem. Sperabant etiam audire ipsum referentem statum alterius vitę, quem omnes scire desiderant. Et quia in hoc gloria Christi manifestatur, de quo dolebant principes populi, ideò subditur.*

9 Cogitauerunt autem principes sacerdotum. *Ex quo patet eorum malignitas, quia volebant interficere illum quem Deus viuificauerat, ad occultandum miraculum. Si autem quæratur quare magis Lazarum persequebantur quam cæcum illuminatum, de quo dictum est 9. b. & languidum sanatum de quo dictum fuit. 5. b. Dicendum quod hoc erat, quia Lazarus erat homo nobilis & famosus, & ideò miraculum in ipso factum erat magis publicum & famosum.*

Quæstio

10 In crastinum. *Hic describitur honor exhibitus Christo in turbę obuiatione. Et diuiditur in duas, quia primo describitur ipsa obuiatio. Secundo subditur huius obuiationis ratio, ibi:* Testimonium ergo. *In prima parte dicitur sic.* In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum. *quia omnes tenebantur venire in Ierusalem in solemnitate Pasche.*

Diuisio

11 Cum audissent, quia Iesus venit Ierosolymam. *Istud fuit quinto die ante Pascha, illa die accipiebatur agnus & seruabatur vsque ad vesperam quartę decimę diei et tunc immolabatur, vt habetur Exod. 12. c. ideò Christus illa die venit in Ierusalem, vbi erat immolandus tanquam verus agnus pro nobis, vt sic veritas responderet figuræ.*

12 Acceperunt ramos palmarum. *Quod diuina dispositione factũ est, ad designandum victoriam quam Christus de hoste in proximo erat habiturus. Vnde antiquitus dabatur ramus palmę victori in certaminib.*

13 Et processerunt obuiam ei. *Reuerenter.*

14 Et cla. Osanna. *Id est, salua obsecro, quia petebant ab eo salutem.*

15 Benedictus qui venit. *In hoc laudãt et confitentur eius aduentũ. Dicere enim hominis non est suum facere, sed tantum fateri, & ideo quando Deum benedicimus non eum bonum facimus, sed tantummodo eius bonitatem fatemur & laudamus. Dicere autem Dei est suum facere, secundum quod dicitur Psal. 32. b.* Dixit & facta sunt, *et ideo quando Deus homini benedicit, ei beneficium impendit.*

6 Cognouit ☞ In nomine

MORALITER.

† 9 *Cogitauerunt autem principes sacerdotum, vt Lazarum interficerent quia multi propter illũ abibant ex Iudeis, & credebant in Iesum.* AVGVSTINVS. O cæca sæuicia, quasi dominus suscitare potuerit mortuum & non possit occisum, ecce vtrumque dominus fecit, nam Lazarum mortuũ & seipsum occisum suscitauit,

10 *In crastinum autem turba multa.* exponatur sicut suprà Mat. 21. a. & Mar. 11. a. *Erant gentiles quidam*, &c. Sequitur.

† *Domine*

a *Rex Israel.* Rex non terreno more, quod parum est, sed quia regit, & ad mentes, & ad regna cœlorum ducit, & est miseratio- nis non indignationis.

b *Et inuenit Iesus asellum.* ✻ THEOPYLACTVS. Quomodo alij quidem Euangelistę dominum dicunt ad discipulos dixisse: *Soluite & adducite mihi?* Ioannes autem nihil tale hic dicit sed tantum inquit nactus Iesus asellum, Et cur hoc? nunquid inter se dissidet? Cæterùm quod illi dixerunt fusius, hic quodam compédio dixit, *Nactus Iesus asellum.* Solutā enim à discipulis & adductā inuenit & sedit super eam. Et propterea etiam prophetiā impleuit Zachariæ, qui dixit: *Ne timeas filia Sion ecce rex tuus veniet tibi sedēs super pullum asinæ.*

c *Noli timere fi.* In reprobo populo erat filia Sion, id est, Ierusalem, scilicet, oues quæ deuotè occurrunt venienti, quibus diuinitus dicitur: Agnoscite quem laudatis, & ne timeatis cum patitur qui est vestra redemptio. Pullus in quo nemo sederat, populus est gentium qui legem Dei non acceperat.

d *Ecce to.* Per passionē & resurrectionē totū mundū redemit, & sequutus est eum. Et quid mirum si mundus post eum vadit per quem factus est mundus?

e *Hi ergo accesse.* Ostēdit gentes per prędicationem apostolorum conuersas.

f *Iesus autem.* De Iudęis erant, qui clamabant: *Benedic. qui venit in nomine domini,* modo gentiles quærunt videre, ecce duo parietes coucurrentes. Dicit itaque angularis lapis.

g *Venit hora vt cla.* Hæc non est clarificatio de istis volentibus videre sed occasione horum annunciat venturam plenitudinem gentium eo in cœlis glorificato. Sed hāc altitudinē glorificationis præcedit humilitas passionis, vnde, ☞ Amen

a ¶ Patris etiam possent dicere in suo, quia ipse dominus. b ¶ Breuiter dicit, quod alij latius, quomodo factum sit narrant. c ¶ Populum Iudæorum.

qui venit in nomine domini rex Israel. Et inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est: † Noli timere filia Sion: Ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asinæ.

a ¶ Per confessionem fidei. b ¶ In Zacharia. c ¶ Huic facto adhibetur propheticum testimonium.

a ¶ Fieri secundum prophetiam quod in pullo federit.

Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hęc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba, quæ erat cum eo, quando Lazarum vocauit de monumento & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisęi ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis, quia nihil proficimus. Ecce totus mundus post eum abijt. Erant autē quidam † gentiles ex his qui ascenderant, vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes: Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus & dicit Andreę. Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autē respondit eis dicens: Venit hora,

a ¶ Resurrectione. b ¶ Recolentes quæ viderant. c ¶ Non alia quam quę scripta erant de eo.

a ¶ Simplices mirabile factum efferebant, sed pharisæi turbidè loquuntur.

¶ Iudęi turbati.

a ¶ Prophetant nescientes. ¶ Proselyti.

† Zachar. 9. † Græci

NICOLAVS DE LIRA.

1 In nomine domini. *Id est, sicut dominus. Non sic autem venit Moyses, sed tantummodo vt seruus, vt habetur Hebr. 3. a. Vel aliter:* In nomine domini. *Id est, à Deo patre missus ad explendū eius volūtatē.*

2 Rex Israel. *In hoc confitentur eius potentiam tamē diminutè, quia credebant ipsum regnaturum temporaliter & liberaturum eos à tributo, ipse autem venit ad regnandum spiritualiter, & ad liberandum totum genus humanum à diabolo, quod erat maius, propter hoc in Psal. 117. d. vbi ista laus prędicta fuit, dicitur:* Benedictus qui venit in nomine domini, Deus dominus & illuxit no. *In quo exprimitur eius diuinitas & regnum spirituale.*

3 Et inuenit Ie. asel. & se. super eum. *Modum autem & qualiter & per quem Christus hunc asellum habuit, scilicet, per missionem discipulorum, euangelista transit, quia sufficienter fuerat expressum ab alijs, scilicet. Matth. 21. a. & Mar. 11. a.*

4 Sicut scriptum est. *Zach. 9 c.*

5 Noli timere filia Sion. &c. *Hoc fuit expositum Matt. 21.*

6 Hæc, &c. primum. *Id est, pro tunc, quia adhuc erant simplices & illiterati.*

7 Sed quan. glo. est Ie. *Id est post resurrectionem suam quando fuit gloriosus simul in anima & corpore, tunc enim aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, vt habetur Luc. vlt. g.*

8 Testimo. *Hic ponitur dicta obuiationis ratio, quæ fuit promulgatio suscitationis Lazaris ipsis turbis per illos qui præsentes fuerant in suscitatione & hoc est quod dicitur:* Testimonium ergo perhibebat turba, &c.

9 Pharisæi ergo, &c. *Hic consequenter ponitur Pharisæorum zelus siue æmulatio, cum dicitur.* Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos. *Id est, inter se.*

10 Videtis quia nihil proficimus. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo de bono zelo quia aliqui de Pharisęis in eum crediderant vt patuit supr. de Nicodemo 3. ca. & isti volebant alios retrahere à Christi persequutione, quasi dicerent, quātuncumque laborauerimus ad eum impediendum, nihil tamen proficimus, & ideo videtur quod sit factum diuinum. Cui simile fuit dictum Gamalielis retrahentis Iudæos à persequutione apostolorum, vt habetur Act. 5. g.* Discedite ab hominibus istis & sinite illos quoniam si ex hominibus est consilium hoc aut opus dissoluetur. Si autem ex Deo, non poteritis dissoluere ne forte & Deo repugnare videamini. *Alio modo exponitur de malo zelo quantum ad illos qui non crediderant Christo. Et ideò inuidia moti talia dicebant.*

11 Ecce totus mundus, &c. *Sermo est hyperbolicus ad exprimēdum quod multi sequebantur Christum.*

12 Erant autem. *His ostenditur glorificatio Christi, à gentilibus. Et diuiditur in duas, quia primo exprimitur eorum deuotio, secundò Christi responsio, ibi:* Iesus autem respondit. *In prima ergo parte dicitur sic:* Erant autem quidam gentiles, &c. *Nam aliqui de gentilitate conuertebantur ad ritum Iudęorum, qui dicebantur proselyti, & isti tenebantur esse in solennitate Paschali, sicut & alij. Dicuntur enim hic gentiles, quia remanebat eis nomen pristinū. Alio modo exponitur hoc & melius de gentilibus secundùm veritatem, quia templum pro sui sanctitate habebatur in reuerentia à gentilibus qui erant in circumitu Iudęorum, vt habetur 2. Mac. 3. a. & ideò multi de eis ascendebant adorare in Ierusalem, & maximè in solennitate paschali, non tamen admittebantur ad esum agni paschalis nisi prius dimisso ritu gentilitatis essent circuncisi, vt habetur Exod. 12. Isti igitur qui audierant Christi miracula ideo volebāt eū videre & eius doctrinā audire, ideo subditur.*

Diuisio.

13 Hi ergo accesserunt ad Philippum, &c. *Quia videbant eum mansuetum & pium, & ideò priùs ei exposuerunt suum desiderium.*

14 Venit Philippus & dicit Andreæ. *Quia Andreas principalior erat ipso, cum esset primus Christi discipulus. & per eum Philippus etiā fuerat conuersus, vt dictum est supra c. 1. & ideo volebat circa hoc agere de eius consilio & maximè quia fortè memor erat verbi Christi dicentis apostolis Matt.* 10. a. In viam gentium ne abieritis, *propter quod ipsi Christo nolebat hoc nunciare proprio capite.*

15 Andreas rursùm & Philippus dixerunt Iesu. *Hoc diuina dispositione factum est ad prænosticandum quod gentiles erant in primo adducendi ad fidem Christi per prædicationem Apostolorum.*

16 Iesus autem respondit. *Hic ponitur Christi responsio, in qua primò denunciat suam passionem, secundo exhortatur ad eius imitationem, ibi:* Qui amat animam suam.

Circa primum sciendum quod Christus respondendo denunciationi sibi facta de gentilium deuotione, prænunciauit suam passionem, quia immediatè post illam gentiles erant recipiendi ad fidem, & hoc est quod dicitur.

Matt. 27. f.

17 Venit hora vt clarificetur filius hominis. *In passione sua* ☞ *fuit*

MORALITER.

† *Domine volumus Iesum videre.* AVGVSTINVS. Ecce volunt eum Iudæi occidere, & gentiles videre, sed & illi ex Iudæis erant qui clamabant. *Benedictus qui venit in nomine domini.* Ecce isti ex circuncisione, & illi ex præputio velut duo parietes de diuerso venientes & in vnam fidem Christi pacis osculo concurrentes, ideo sequitur.

17 *Venit hora vt clarificetur filius hominis.* Clarificatus est enim in ¶ ecclesia

Sed propterea veni in hanc horam.

propterea vt hanc passionem [illegible] tiar, veni in hanc horam vnde & clarificatio mihi sic fit & in membris meis.

g *Pater clarifica.* Saluationem quæro, sed passionem non recuso, propter quam passionem clarifica me, quod est gloria tui nominis.

✠ Hieronymvs. Ad te Domine clamaui vt clarifices me ea claritate, quam habui apud te priusquam mundus fieret, quia nunc hominem assumpsi. *In Psal. 27*

✠ Theophylactvs. Videtur sibi ipsi contraria loqui, nam qui superius videtur admonere, vt exerceamur & parati simus ad mortem & odio habeamus animam, hic nunc turbatur, inquit, moriturus, quod non est exhortantis ad mortem, sed auertentis,

---

[illegible] Et omnis lingua confiteatur, &c. *Et [illegible] videbat ista futura in proximo, ideo audiēs deuotionē [illegible] erant dispositi ad credendum dicit:* Venit hora, &c. *[illegible] messes dispositas ad collectionem, dicit: Venit hora vt [illegible] verumtamen per congruum exemplum ostendit, quod [illegible] præuenire gentilium conuersionem dicens:*

Moraliter

[illegible] Nisi [illegible] frumenti. *Quia non facit fructus multiplicationem [illegible] cedētem corruptionem, sic mortuo Christo quo ad suam [illegible] plicata est fides in gentibus, vnde simile est ac si Christus [illegible]: Isti gentiles qui modo volunt venire ad me, post [illegible] venient ad me per fidem.*

2 Qui [illegible] *Hic hortatur Christus ad suæ mortis imitationem. Ad cuius in[illegible] sciendum quod amare aliquem est ei velle bonum. Et si bonum [illegible] sit verè & simpliciter bonum, est verus amor, & aliter non. Sunt [illegible] quædam hominis bona, quæ sunt bona simpliciter & vera, quę [illegible] spiritualia, quædam autem sunt bona secundùm quid, sicut tempor[alia] bona corporalia & mundi delectabilia, & secundum hoc August. exponit dupliciter hanc literam. Primò sic:* Qui amat animam suam. *Scilicet verè quo ad spiritualia.*

Bona duplicia.

3 Perdet eam. *In præsenti, non formidans sustinere mala præsentis vitæ pro Christo, vnde dicit Augustin. Si cupis vitam tenere cū Christo, noli mortem timere pro Christo. In morte enim dicitur quodammodo anima perdi quo ad præsentem vitā, quia separatur à corpore. Alio modo exponitur ad sensum contrarium.*

Qui amat animam suam. *Scilicet non verè volendo sibi delectabilia huius mundi. Perdet eam in futuro, quia priuabitur vita beata, & secundùm hunc sensum dicit August. Noli amare scilicet animam in hac vita, ne perdas eam in vita æterna. Et hac vltima expositio magis cōuenit [illegible] quia sequitur:* Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam, *& ideò quando prius dixit:* Qui amat animam suam, *subintelligitur in hoc mundo, & quando subditur:* Perdet eam. *Intelligitur in futuro. Et quòd debeamus Spiritum imitari in passione, ostendit per rationem dicens.*

4 Si quis mihi ministrat, me sequatur. *Q.d. Rationabile est quòd minister sequatur dominum, & cum hoc ostēdit huius sequelę præmium, ipsam scilicet beatitudinem, dicens:*

5 Et vbi sum ego, &c. *Quia Christus inquantum Deus, est essentialiter ipsa beatitudo, & quantum ad humanitatem erat actu beatus in anima, quę est principalior pars hominis, ideò ipsa anima aliquandò nominatur homo vt habetur 10. Ethic.*

6 Si quis mihi ministrauerit. *Obediendo mandatis meis.*

7 Honorificabit eum pater meus. *Honor enim datur cuivi ab alijs hominibus in vita præsenti in testimonium virtutis, sed honor datur hominibus à Deo in gloria cœlesti in præmium virtutis.*

8 Nunc anima mea turbata est. *Hic ostenditur qualiter Christus glorificatus est à patre. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur huius gloriæ petitio. Secundò subditur ipsius promissio, ibi:* Venit ergo. *Circa primum Christus præmittit suæ petitionis expressionem affectionis naturalis, ad declarationem veræ humanitatis in ipso, di.* Nunc anima mea turbata est. *Turbari enim aliquid dicitur quando commouetur. Ideò mare motum dicitur turbatum. In Christo autem pars sensitiua dimittebatur agere quod erat sibi proprium, ideò imminente passione affectus sensitiuus commouebatur timore ex horrore naturali, & hoc est quod dicitur hic turbatio animę, tamen ista turbatio non erat contra rationem, sed magis conueniens rationi, & per rationem excitata, ad ostendendum veritatem humanæ naturæ vt dictum est: & ad merendum nostram redemptionem, sicut & alię afflictiones Christi. Et quia dixerat alios imitari mortem suam, ne fortè aliquis ei diceret, securè potes mortem subire, quia nihil mali sentis, ideò contrarium voluit ostendere per talem turbationem & per consequens non est recedendum ab eius imitatione propter naturalem horrorem.*

9 Et quid dicam? *Q.d. secundùm appetitum sensitiuum faciam hanc petitionem.*

10 Pater saluifica me ex hac hora. *Liberando me à passione imminente. Verumtamen quia secundùm appetitum rationalem qui dominabatur in eo, volebat pati propter patris obedientiam, & propter humani generis salutem, ideo aliter loquitur dicens:*

11 Sed propterea veni in hanc horam. *Q.d. Ad hoc veni in mundum, vt patiar propter prædicta, ideò orando dicit.* Pater

MORALITER.

ecclesia ex Iudæis & gentibus collecta. Quod sequitur morale est [illegible] ibi,

[illegible] At si recte consideraueris, inuenies quia [illegible] sit exhortatio ad contemptum mortis, vt enim [illegible] diceret quod ipse extra humanas passiones constitutus [illegible] morte philosophatur, ostendit quod & ipse ab humanis [illegible] nibus tentatus sit, tamen nec mortem deuitet.

¶ Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cœlo [illegible] ¶ Antequam [illegible] vel in omnibus mirabilibus quæ [illegible] ¶ In resurrectione & ascensione. [illegible] ens: † Clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse. Alij autem dicebant Angelus ei loquutus est. Respondit Iesus, & dixit. b Non propter me vox hæc venit, sed propter vos. Nunc ¶ Discretionis. ¶ Nunc patior, turbor, & per hæc. ¶ Diabolus qui dominatur in malis mundo [illegible] c judicium est mundi. d Nunc princeps huius mundi eijcietur ¶ Affirmatiuè. ¶ Inuerte. ¶ Vt sim caput, & [illegible] e foras. † Et ego si exaltatus fuero à terra † omnia traham ad ¶ Scilicet in cruce. meipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia f Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, oportet

[illegible] Pater di[illegible]. Illustra nomen [illegible] [illegible] & [illegible] Nam miraculis quæ ante crucem, quæ & in meo nomine perficiebas, [illegible] & iterum [illegible] per res mirabiles in ipsa cruce [illegible] clarificabo, & post sepulturam cum resuscitauero te, & spiritum misero, Magis glorificabo nomen meum & te constituam.

b *Non propter me vox.* Ostendit hanc vocem non sibi indicasse quod sciebat sed eis quibus indicari oportebat.

c *Nunc iudicium est.* Discretionis, scilicet quod est ante vltimum damnationis, quia nunc per passionem iure diaboli destructo multi liberabuntur, vnde exponendo subiungit. Patior, turbor, & per hæc, &c.

Lib. 17. moral. cap. 21. d *Nunc princeps huius mun. &c.* ✠ GREGORIVS. Cauerna Colubri (de quo Esaiæ. 27. corda sunt iniquorum quæ quia ad prauitatem propriam traxit quasi in eorum habitatione requieuit. Sed dit intus.

✠✠ Eiecto diabolo cum exaltatus fu[illegible] traham omnia, non dicit omnes, vt de vniuersi[illegible] ciperes: sed omnia de integritate creaturæ, [illegible] & corpus intelligamus, quod viuimus, vt [illegible] vt de solis hominibus dicatur: omnia prædesti[illegible] hil perit: vel omnia genera hominum, [illegible] lus eijcitur.

f *Et quo. tu.* Quomodo in cruce morietur [illegible] dixisse putabant quod facere cogitabant.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Pater clarifica nomen tuum. *Id est, fac illud in quo relucet gloria tui nominis, scilicet passionem filij in qua ipse pater est clarificatus, & per consequens filius qui est idem cum patre in substantia quia per passionem filij diuulgatam per apostolorum prædicationem, noticia patris & filij & spiritussancti diffusa est per totum orbem.*

2 Venit ergo. *Hic ponitur gloriæ petitæ promissio & diuiditur in tres, quia primo ponitur vox patris gloriam promittentis, secundo opinio turbæ de illa voce variè sentientis, ibi:* Turbæ ergo. *tertio expositio prolatę vocis, ibi.* Respondit Ie. *Circa primum sciendum, quod illa vox fuit formata à tota trinitate, cum eius opera sint indiuisa, verumtamen dicitur vox patris, quia fuit formata ad representãdum personam eius, & hoc est quod dicitur:* Venit er. vox de. *à Deo patre modo prędicto.*

3 Clari. *Quia Christus non clarificauit semetipsum, vt pontifex fieret vt dicitur Hebræ. 5. b. sed pater glorificauit eum primo in miraculis in vita Christi factis.*

4 Et iterum cla. *Quia postea clarificauit eum in morte per signa diuinitatis ostensa, resuscitando eum & exaltando eum ad cœlum.*

5 Turba au. *Hic ponitur opinio diuersa de illa voce in illa enim turba aliqui erant magis rudes, qui tantum sonum vocis perceperant non significationem, & quantum ad illos dicitur:* Turba er. quæ sta. & au. di. toni. fa. esse, *Id est, aliquid per modum soni confusi.*

6 Alij aut. *Magis perspicaces intellexerũt articulationẽ vocis et isti.*

7 Dicebant, angelus ei loquutus est. *Credebant enim eum esse purum hominem & ideo dicebant angelum ei loqui sicut aliquando in scriptura dicitur, quod angeli prophetis loquebantur.*

8 Respondit Iesus. *Hic ponitur expositio audita vocis & diuiditur in tres quia primo ponitur Christi expositio, secundo Iudæorum contradictio, ibi.* Nos au. *tertio Christi responsio, ibi:* Adhuc modi. *In prima parte ostendit Christus, quod non erat tonitruum nec sonus confusus sicut aliqui credebant, sed vox diuina propter instructionem populi circunstantis, vt cognoscerent ipsum Iesum esse verum Christum, cui de cœlo dabatur testimonium. & hoc est quod dicitur:*

9 Non propter me vox hæc. *Quia vox fit propter instructionem alicuius, Christus autem instructione non indigebat secundum quod Deus, similiter nec inquantum homo, quia ab instanti conceptionis omnia perfectè cognouit quę cognoscit Deus scientia visionis; ideo vox illa non est facta propter eius instructionem, quia sciebat se per passionem glorificandum à patre.*

10 Sed propter vos. *Id est, propter instructione[illegible]*

11 Nunc iudicium est mundi. *Id est, iudiciu[illegible] tempore passionis Christi discreti sunt fideles credentes [illegible] infidelitatem: in futuro autem erit iudicium conde[illegible] & præmiationis credentium. Vel aliter.* Nunc iud[illegible] *mundo, inquantum ex diuina sententia mundus [illegible] ptus est in passione Christi, ido subditur.*

12 Nunc princeps huius mundi. *Diabolus enim princeps, non quod sit dominus substantię mundi, [illegible] aliter viuentium, inquantum se subiiciunt ei per pec[illegible] tem eiectus diabolus per passionem Christi, per qu[illegible] gloria, & sic diabolus non potest impedire sanctos à [illegible] sicut faciebat ante, tamen permittitur tentare hom[illegible] & meritum electorum.*

13 Et ego si exaltatus, &c. *Scilicet in cruce, vbi [illegible] riens in aëre debellando aëreas potestates. Dicitur [illegible] tatus quia per hoc meruit glorificationem et exalt[illegible] & subiecta est sibi multitudo gentium per fidem, v[illegible]* Propter quod & Deus exal. il. &c. *sequitur.* Et [illegible] fiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria [illegible]

14 Omnia tra. ad me. *Ex amore enim in cruce [illegible] manum habet vim attractiuam omnium mentium [illegible]*

15 Hoc autem di. &c. *Ista sunt verba euangeli[illegible] Christus intelligeret per illam exaltationẽ, scilicet [illegible]*

16 Respondit. *Hic ponitur Iudæorum contrad[illegible] eius morte audita, quod ipse non esset Christus & d[illegible]*

17 Nos au. ex le. quia Christus, &c. *Nomine l[illegible] accipiunt totum vetus Testa. & non solum quinq[illegible] appropriatè dicuntur lex, in prophetis autem fit [illegible] Christi vt patet Isa. 9. b.* Et vocabitur nomẽ eius [illegible] liarius, Deus fortis, pater futuri seculi, prince[illegible] cabitur imperium & pacis non erit finis. *simili[illegible]* stas eius potestas æterna, &c. *& Michea. 5.* Ephrata, &c. *sequitur.* Ex te enim egredietur, q[illegible] Israel & egressus eius ab initio à diebus æterni[illegible] *permanentia videtur contrariari morti, ideo argu[illegible]*

18 Et quo. tu di. &c. exal. *Id est, mori in cruc[illegible] loqueris de teipso, sequitur quod tu non sis Christus [illegible] Si autẽ loqueris de alio, dic nobis quis est iste filius [illegible]*

MORALITER.

† *Et ego si exalta. fu. à ter. omnia tra. ad me.* Nam amore quo pro nobis passus est trahit nos ad seipsum, sicut magnes lapis attrahit ad se ferrum, & sic omnia trahit ad se, [illegible] omnis creatura, Mar. vl. d. Prædicate euangeli[illegible] id est, omni homini, sicut fuit expositum ibi, [illegible]

memoriter tenebant, quod sæpe dixerat se filium hominis, non quod hic dixisset, *si exaltatus fuerit filius hominis. Quis est iste filius hominis?* Si enim Christus est, manet in æternum. Si manet in æternum quomodo exaltabitur à terra, i. morietur in cruce?

a *Ambulate.* Id est, totum intelligite, & moriturum Christum vt redimat victurum in æternum in cælo quo perducat. Vel dũ Christum vobiscum habetis, ne tenebræ ignorantiæ & mortis perpetuæ vos comprehendant.

b *Nescit quo vadat.* Qui non credit mortem Christi, nescit quo vadit, sed offendit in petram scandali, quod est Christus Iudæis contemnentibus & irridentibus mortuum.

c *Dum lucem habe.* Id est, dum aliquid veri intelligitis de æternitate Christi, credite in veritatem addendo de humilitate, vt renascamini in veritate.

exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis Iesus: Adhuc † modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt tenebræ vos non comprehendant. Et qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc loquutus est eis Iesus, & abiit & abscondit se ab eis. Cum autem † tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Isaiæ * impleretur quem dixit: † Domine quis credidit auditui nostro, & brachiũ domini cui reuelatũ est? Propterea nõ poterãt credere, quia iterũ dixit Isaias: † Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis,

[Interlinear glosses:] ¶ Cum intelligitis quod Christus manet in æternum, hæc pars fidei & veri luminis per se non sufficit. ¶ Quod si ita intelligitis Christi æternitatem, vt negetis eius mortem. ¶ Id est qui non credit mortem Christi. ¶ Sed vos. ¶ Sicut corporaliter sic & spiritualiter. ¶ Pro raritate & difficultate. ¶ Vel quod nos à te audiuimus, vel ipsi nos de te nunciantes audiunt. ¶ Filius per quem omnia fecit. ¶ Per fidem, cum esset in carne pacis, scilicet, humilibus non superbis Iudæis. ¶ Quando prædicabat incarnationem Christi, prædicebat etiam excæcationem Iudæorum. ¶ Deus, deserendo eos qui cum possent videre, noluerunt & cum possent cogitare & intelligere, noluerunt.

[Margin:] † modico tempore. 1. Pet. 2. b. † tot. * Prophe. † Isa. 53. a. † Esa. 6. c. Matt. 13. b Mar. 4. b. Luc. 8. b Rom. 11. b Rom. 10.

ego igitur sum Christus etiamsi rationem sustinuero. Lux enim sum & si occidero, iterum exorior. Vos igitur ambulate quamdiu lucem habetis hoc est credite in me.

d *Ab eis.* Non ab his qui credere inceperãt, sed ab his qui inuidebant. Quod abscõdit se, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit.

e *Vt sermo Isaiæ impleretur.* Quem omnibus modis impleri necesse est, non tamen necessitate faciendum, sed voluntate, præsciuit enim Deus & prædixit, non credituros & peccaturos, non tamen coëgit ad hoc, sed vt fit, sic præsciuit & prædixit.

f *Non po.* AVGVS. Non quòd nõ possũt homines mutari in melius, sed quãdiu tales nõ possũt credere.

g *Excæcauit.* Quia prædixit Isaias in spiritu præscientis omnia, excæcationẽ Iudæorum, *non poterant credere*, non quod necessitate non possent, & ita nulla culpa esset eis, sed quia nolebant, quam voluntatem eorum præsciuit Deus & prædixit. Sed alia causa huius redditur, scilicet, excæcatio Dei, sed etiam hanc excæcationem meruit voluntas eorum tumida, qui *suam volentes constituere iustitiam, iustitiæ Dei non subiecti* quòd dicitur non posse credere. Ita est culpa voluntatis humanæ sicut quòd dicitur Deus non posse se negare, laus est voluntatis diuinæ.

** THEOPHYLACTVS. *Dum lucem hab.* Obturat illorum ora, & ostendit quod passio non prohibet quin ipse maneat in æternum. Adhuc ad breue tempus (inquit) lux vobiscum est. Lucem enim nominauit seipsum. Igitur sicut lux solaris non omnino aufertur, sed cum occiderit, iterum exponitur; Ita & mea mors non est corruptio sed occasus & translatio, & iterum exorior per resurrectionem: Atque ita quum nihil prohibet passio quin æternus sim, scripturæ autem testantur de Christo quod æternus sit, ego

Gloriam

NICOLAVS DE LIRA.

Christus non vocauerit se in isto loco filium hominis, tamen communiter sic se vocabat, & ideo Iudęi repetendo verba eius hoc addiderunt. Si autem quæratur qualiter Iudæi intellexerunt, quod Christus suam futuram crucifixionem vocaret exaltationem. Dicendum quod prouerbium erat apud Iudæos, quod crucifixio vocabatur exaltatio, & adhuc homines tali modo loquendi vtuntur, sicut cum aliquis imprecatur alteri suspensionem, dicit ei, tu sis in altum eleuatus.

1 Dixit ergo eis Iesus. *Hic ponitur Christi responsio in qua commendat eos de aliquali cognitione Christi per scripturas, quantum ad eius æternitatẽ, sed ostendit eam imperfectam, dicens:*

2 Adhuc mo. lu. &c. *Quia non intelligebant mortem Christi & passionem in humanitate stare simul cum deitatis æternitate, & tamen vtrũq; ponit scriptura de Christo, de ęternitate iam dictum est: De eius passione scribitur Esa. 53. b.* Tanquam ouis ad occisionem ducetur, &c. *Et secundum antiquos doctores Hebręorum totum illud ca. de Christo ad literam intelligitur ab illo loco qui ponitur cap. pręce.* Ecce intelliget ser. meus, &c. *similiter Dan. 9. g. expressè prędicitur passio Christi. Et post hebdomadas 72. occidetur Christus, & ideò monet eos ad quęrendum perfectam cognitionem de Christo dicens:*

3 Ambulate. *i. in cognitione proficite.*

4 Dum lu. ha. *i. me pręsentialiter, qui sum lux illuminans per veritatem doctrinę & lumen gratię.*

5 Vt te. vos non com. *s. ignorantię & culpę.*

6 Et qui am. in tene. *s. prędictis.*

7 Nescit quo va. *Quia declinauit à rectitudine vię.*

8 Dum lu. ha. cre. in lu. *i. meipsum.*

9 Vt filij lu. sitis. *Per imitationem & gratia adoptionem.*

10 Hæc lo. est eis Ie. & abiit. *Quia non recipiebant eius doctrinam.*

11 Et abscon. se ab eis. *Eodem modo & eisdem causis sicut dictum est c. 8. & 10. Sed non videtur verum quia suprà se abscondit, eò quod vellent occidere eum, hic autem non dicitur hoc. Dicendum quod ipse videbat cogitationes eorum ad hoc tendentes, licet adhuc non prorupissent in opere, & ideo voluit eos prævenire se abscondendo, quia nondum venerat hora passionis suæ.*

12 Cum

12 Cum autem. *Hic ponitur Iudæorum infidelitas & obstinatio. Et diuiditur in duas, quia primò prædicta obstinatio ostenditur, secundò à Christo arguitur, ibi:* Iesus autem clamauit. *Prima in duas, quia primò ostenditur obstinatio non credentium, secundo defectus Iudæorum Christo credentium, ibi:* Veruntamen ex principibus. *Dicit igitur in prima parte sic euangelista:* Cum autem tanta si. &c. *In miraculis, in doctrina, & in reuelatione secretorum cordis, & futurorum contingentium, per quæ declarata erat eius diuinitas.*

13 Non cre. in eum. *Et in hoc impleta sunt prophetarum scripturæ, eorum obstinationem prædicentium, & hoc est quod dicitur:*

14 Vt sermo Isa. pro. imple. *Ly. vt, non tenetur hic causaliter sed consequutiuè tantum, quia ex Iudæorum obstinatione, impletio sequuta est Isaię proph. dicentis:*

15 Domine quis, &c. *Q. d. pauci valdè, quia pauci de Iudæis crediderunt comparatiuè. Et bene dicit* auditui nostro, *quia prophetæ non cognouerunt mysterium Christi per visum rei in se, quia adhuc erat futurum. Nec viderunt illud in diuina essentia sed tantum cognouerunt per reuelationem. Et talis reuelatio ex parte Dei reuelantis vocatur loquutio, ex parte prophetę intelligentis vocatur auditio.*

16 Et brachi. domi. cui. reue. est? *i. filius Dei naturalis, qui est virtus operatiua patris qui inquantum Deus omnia fecit per verbum. Et si ita esset in hominibus, quod per verbum suũ facerent quidquid vellent, verbum hominis brachium eius diceretur. Inducit etiam ab Euangelista aliam scripturam Isaiæ di.*

17 Propterea non po. cre. *Hæc impossibilitas non est absoluta, sed tãtum ex suppositione, s. supposito, quod haberent voluntatem obstinatam in malo, sicut de aliquo dicitur: Iste non potest illum diligere, quando habet voluntatem fixam in odio eius.*

18 Quia iterũ dicit Isa. *Cap. 6. c. licet verba sint aliquantulũ mutata.*

19 Excæ. ocul. eorum. *Subtrahendo lumen gratiæ propter eorum malitiam, quia auertebant se ab hac luce.*

20 Et indu. cor eorum. *Quia subtractionem diuinæ gratiæ, quæ cor mollificat per deuotionem sequitur cordis induratio per cordis obstinationem.*

21 Vt non vi. oculis. *s. mentalibus.*

[Margin:] Diuisio. Esa. 53. a

Et non

MORALITER.

† 1 *Dixit ergo eis Iesus adhuc mo. lumen, &c.* MORAL. Attritus de peccatis modicum lumen habet, propter quod vsque ad contritionẽ perfectam debet procedere, ne comprehendant eum tenebrę per recidiuum mortalis culpæ.

† Dile-

a *Gloriam Dei.* Ideo crux in fronte credentium vbi est sedes verecūdiæ, figitur, vt de nomine Christi nullus erubescat, & magis gloriam Dei quam hominum quærat.

b *Iesus.* Aliis non credentibus, aliis verò credentibus, vel palam cum palmis & laudibus, vel in occulto iam appropinquante sua passione, clamat Iesus qui latebat quandiu passio non erat complenda.

c *Qui credit in me.* Quia homo apparebat, & Deus in homine latebat, ne putarent eum hoc tantū esse quod videbant, vult se credi talem & tantū, qualis & quātus pater est. Et hoc est: *Non cre. in me.* Id est, in hoc quod videt? *Sed in eum qui me misit,* quem necesse est credi patrem, & si pater est, habet filium, qui ergo credit in patrem, credit in filium æqualem ei, & hic talis verè credit, non qui credit me hominem filium Dei per gratiam, non per naturam. Et ideo ne quis intelligeret patrem tanquā multorum filiorum, patrem per gratiam, nō vnici verbi æqualis sibi subdit:

d *Et qui me vi. vi. & eum qui.* Vsque adeò nihil distat inter me & eum, vt qui videt me videat eum. Hæc visio non carnalis, sed intellectualis est mundo corde. *Qui vi. me.* Non ait non videt me, sed eum qui me misit, sicut dixit, *qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me,* quia illud dixit, ne sicut videbatur crederetur tantum filius hominis; hoc autem dixit, vt crederetur æqualis patri. Neutrum horum diceret alius missus, id est, Apostolus, quia tantum seruus. Potest autem dicere alia filio communia, vt qui audit vel recipit me audit eum & recipit qui me misit, quia dominus honoratur in seruo & pater in filio.

† Sup. 8. b. — † crediderit.

a ¶ Vel vt aliquando sic confusi, conuertantur & sanem eos. b ¶ Vt non:

& non intelligant corde, & conuertantur, et sanem eos. Hæc [1]

a ¶ De excæcatione Iudæorum. b ¶ Non sicut est, sed aliqua specie, vt solet fieri in visione Moysi & aliorum. c ¶ Christi. [2]

dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & loquutus est de eo.

¶ Etsi alij non crederent.

Veruntamen multi ex principibus crediderunt in eum, sed [3] [4]

a ¶ Ergo hoc credere fuit eis quasi non credere.

propter Pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non [5]

a ¶ Hos credentes improbat. b ¶ In mundatis.

eiicerentur. Dilexerunt enim gloriam hominū magis quàm [6] [7]

¶ Quæ est in cruce. a ¶ Veraci & spirituali intellectu.

gloriam Dei. Iesus autem clamauit, & dixit: Qui credit in me, [8]

a ¶ Secundum quod videt exterius. b ¶ Solum, sed etiam in patrem. ¶ Scilicet, patrem. [9] ¶ Spirituali visione

non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, [10] [11]

¶ Quis enim es tu. a ¶ Quod non in alia lumina.

videt eum qui misit me. † Ego lux in mundum veni, vt omnis [12]

a ¶ In quibus inuentus est, si modo fide postea vera visione illustretur. ¶ Exterius.

qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit [13]

a ¶ Interius. b ¶ Cui pater dedit omne iudicium. c ¶ Modo. d ¶ Cur non modo? ¶ Quia primus aduentus non iudicij sed misericordiæ est.

verba mea, & non † custodierit, ego non iudico eum. Non [14] [15]

¶ De iudicio vero nouissimo subdit.

enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. [16]

¶ Non credit me esse Deum. a ¶ Quisnam ille?

Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet [17] [18]

a ¶ Id est, ego. b ¶ Etiam hominibus.

eum. Sermo quem loquutus sum, ille iudicabit eum in no- [19] [20]

a ¶ Ideò iudicabit, quia ego filius ex patre. ¶ Non loquitur ex se, quia non est ex se.

uissimo die: Quia ego ex meipso non sum loquutus, [21]

✻ Theophylactus. Non dixit qui credit mihi, sed *qui credit in me,* quod fidem in Deum, significat. Aliud est enim credere cuipiā, & aliud credere in quemquam. nam is qui credit alicui potest intelligi quod credat ei vt verè dicenti: qui autem credit in quépiam, omninò vt in Deum credit, ideò rectè quis crediderit Apostolis, at non item in apostolos: ea propter dominus non dixit qui credit mihi, hoc enim Paulus fortassè & Petrus poterat dicere, qui credit mihi sed vt Hebræis quod non crediderint nisi opprobratur.

e *Ego lux.* De alio nō dicitur. Lux venit in mundū, nisi de eo qui illuminat, cæteri vt illuminati sūt lux, quia vita eorum lucet hominibus.

f *Sermo quem loquutus sum.* Manifestè dicit se indicaturum in nouissimo die, quia ipse est sermo patris qui seipsum locutus est, seipsum annunciauit.

☞ *Mandatum*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non &c. & sa. eos. *Quia ista non possent fieri nisi gratia Dei præueniente.*

2 Hæc dixit Isa. quando vi. glo. eius. *Hoc addit euangelista, quia Isa. 6. a. præmittitur verbis prædictis de calcatione Christi & gloria, cum dicitur:* Vidi dominum sedentem super solium excelsum, &c.

3 Veruntamen. *Hic ostenditur defectus Iudæorum Christo credentium qui imperfecti erant in fide, quia non solum requiritur credulitas cordis sed etiam confessio oris, secundùm quod dicitur Rom.* 10. *b.* Corde enim creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem, *ipsi autem licet in Christo crederent, tamen confiteri non audebant, & hoc est quod dicitur:* Veruntamen ex prin. *i. ex legisperitis & sacerdotibus.*

4 Multi ex prin. cre. in eum. *Propter miracula & propter impletionem scripturarum.*

5 Sed propter pha. &c. vt de sy. non e. *Quia conspirauerunt, quod confitentes ipsum esse Christum excommunicarentur, & de societate Iudæorū expellerentur quod erat apud eos ignominiosum vt suprà dictum est c. 9. Veruntamen omnes tales pœnæ si pro iustitia sustineantur sunt meritoriæ. Causa verò quare hoc meritum fugerunt erat superbia, ideò subditur:*

6 Dilexerunt enim gloriam hom. *i. honorem mundanum.*

7 Ma. quam glo. Dei. *i. meritum pro quo gloria Dei redditur.*

8 Iesus autem. *Hic consequenter eorum infidelitas arguitur à Christo, & diuiditur in tres, quia primò inducit eos ad credendum, secundò ostendit fidei fructum, ibi:* Et lux. *tertio incredulitatis supplicium, ibi:* Et si quis au. *In prima igitur parte dicitur sic:* Iesus autem cla. *Ad denotandum magnitudinem dicendorum & sui affectus ad salutem hominum.*

9 Et dixit: qui cre. in me, non cre. in me. *s. solum, aliter esset contradictio, ideo sequitur:*

10 Sed in eum qui mi. me. *Quia vna est fides patris & filij, & vna visio qua succedit fidei, ideo sequitur:*

11 Et qui vi. me. *Pater enim & filius sunt vnū in substātia, distinguūtur autē in proprietate relatiua. Hæc autē est natura relatiuorū, quia cognito vno cognoscitur & reliquum, cum sint simul natura in intellectu.*

12 Ego lux. *Hic ponitur fidei fructus, cùm dicitur:* Ego lux ve. in mun. vt omnis qui cre. in me, in te. non ma. *s. ignorantiæ, culpæ & gehennæ, hic est fructus gloriosus talia euadere, & bona contraria obtinere.*

13 Et si quis au. *Hic describitur pœna incredulorum cum dicitur:* Et si quis au. ver. me. *Aure corporis, sed non cordis.*

14 Et non custodierit. *Manens in infidelitate.*

15 Ego non iu. eū. *s. in isto primo meo aduentu, cuius causa subditur.*

16 Non enim ve. vt iu. mun *In aduentu primo.*

17 Sed vt sal. mun. *Sustinendo iudicium condemnationis & mortem.*

18 Qui spernit me, & non ac. ver. mea. *Per fidem.*

19 Habet qui iudi. eum, *Et ostendit quis sit iste iudex q. d.*

20 Sermo quem lo. *Sicut enim lex ciuilis dicitur iudicare latronem inquantum ostendit eum dignum iudicio & condemnatione, sic facta Christi, & eius doctrina iudicabunt infideles, quia ostendent eos dignos condemnatione, sed quia ipsemet Christus indicabit effectiuè in aduentu secundo, ideo sequitur:*

21. Quia ego ex meip. *Propter hoc enim sermo Christi ostendet infideles condemnabiles, quia procedit ex infallibili veritate, s. à Deo pātre, ideo subditur.*

☞ Ipse

MORALITER.

6 *Dilexerunt enim glo. ho. ma. quam glo. Dei.* Isti hodie multos habent sequaces s. pro mundi gloria se & sua prodigaliter exponentes & parum aut nihil pro promerenda Dei gloria facientes: *Iesus autem clamauit.* Sequitur.

11 *Ego*

12 *Ego lux in mundum veni.* Propter quod accedens ad eum per fidem & deuotionem ab eo illuminatur ad salutem, ab eo verò recedens obtenebratur ad gehennam.

16 *Non enim ve. &c. iudicem mundum.* Id est, condemnem, proprium enim delictum condemnat quemlibet peccatorem.

† *MORAL.*

A a *Mandatum.* Non dedit pater filio mandatum per angelum vel aliam creaturam. Nec mandatum quod aliquando nescisset: Sed dum verbum & sapientiam in qua sunt omnia mandata, genuit, dedit sicut filio qui est vita, eo dedit vitam quo genuit vitam, quia gignendo vitam, dedit B esse vitam, quæ sine vitio fuit.

b *Et scio.* Cum dicat C mandatum esse vitam æternam, & ipse sit vita æterna, apertè dicit se mandatum Dei.

c *Quæ ergo ego loquor sicut dixit mihi pater, sic loquor.* Intelligentibus mentibus, vt est nata veritas ex patre, sed sic loquitur veritas intus sine sono sicut dixit ei pater vt crederent homines quod nondum possunt intelligere, ex ore carnis verba sonuerũt, quæ prolata & literis signata, nos ad ipsam veritatem aliquatenus erigunt.

¶ Ad hoc vt loquerer, ¶ Intra.

a sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid di- 1

¶ Extra.

b cam, & quid loquar. Et scio, quia mandatum eius vita æterna 2

a ¶ Id est, qui meipsum verbum annuncio. b ¶ Id est, sicut verax me veritatem genuit, sic veritas me veritatem annuncio.

c est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor. 3

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Ipse mihi mandatum dedit quid di. *Quia Christus inquantum homo minor est patre, & sic accepit ab eo mandatum in cuius executione non potest deficere à regula voluntatis diuinæ, quia humanitas Christi tanquam instrumentum diuinitatis coniunctum in nullo mouetur nisi secundùm ipsius motum.*

2 Et scio quia mandatum eius vita æterna est: *Scilicet virtualiter, inquantum obseruatio mandatorum Dei deducit ad vitam æternam, secundùm illud Matt. 19. c.* Si vis ad vitam ingredi, serua man.

3 Quæ ergo ego. *Hoc concludit ad ostendendum quod humanitas sua non poterit obliquari à regula diuinæ veritatis, vt patet per prædicta.*

Quæstio. *Occasione cuiusdam dicti in hoc ca. quæritur, vtrum principes Iudæorum credentes in Christum ante eius passionem peccarent mortaliter non confitendo suam fidem. Et arguitur primò quod non, quia omittere illud quod vertitur in scandalum & turbationem aliorum, non est peccatum mortale sed magis videtur meritorium, quia dicit apostolus. 1. Cor. 10. g.* Sine offensione estote Iudæis & gen. *Confessio autem suæ fidei fuisset in scandalum seu turbationem aliorum, ergo etc. Item aliqui de istis fuerunt valde boni & iusti, vt Nicodemus & Ioseph ab Arimathia qui erant discipuli Christi occulti, & ideo non est verisimile, quod tacuissent à sua fidei confessione, si fuisset hoc peccatum mortale. Contrarium arguitur per illud quod dicitur Roman. 10 b.* Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. *Et sic videtur quod confessio fidei sit necessaria ad salutem sicut & ipsa fides & per consequens eius omissio peccatum mortale est.* Peccatum mortale. *Responsio. August. diffiniens peccatum mortale dicit quod peccatum transgressio est legis diuinæ & cœlestium inobedientia mandatorum, & ideo omissio confessionis fidei non est peccatum mortale, nisi in casu in quo confessio ei opposita cadit sub præcepto diuino: ipsa autem confessio cum sit actus virtutis, non cadit nisi sub præcepto affirmatiuo; præceptum autem affirmatiuum licet non obliget ad semper obligat tamen pro tempore & loco, videlicet quando omissio actus qui cadit sub præcepto, est contra charitatem Dei vel proximi: & hoc modo omissio confessionis fidei contra charitatem Dei est, quando per hoc subtrahitur honor Deo debitus, vtpote quando per hoc creditur quod talis fides non sit vera. Etiam contra charitatem proximi, quando per hoc proximi salus impeditur, & hoc est quando per hoc quod aliquis maioris status, fidem suam non confitetur, alij simpliciores à fide vel fidei confessione tempore debito auertuntur; propter vtrunque istorum principes Iudæorum de quibus quæritur, mortaliter peccabant, primò cum essent legisperiti et sacerdotes in scripturis exercitati, vt supra dictum est, per hoc quod ex timore fidem suam de Christo non confitebantur, fides illa ab alijs non vera, sed falsa reputabatur per hoc etiam alij inferiores dictis & factis sacerdotum inhærentes à fide Christi auertebantur, & sic patet quod omissio confessionis fidei in ipsis erat contra charitatem Dei & proximi. Item alia ratione peccabant, quia tenebantur ex officio docere populum de his quæ sunt necessaria ad salutem, cuiusmodi erat fides Christi et ideò taciturnitas illa non potest à peccato excusari. Et hoc innuit euangelista reddens causam taciturnitatis ipsorum di.* Dilexerunt enim magis gloriam hominum, quam gloriam Dei. *Ad primum dicendum, quod confessio fidei quando est ad turbationem hominum & ad nullam vtilitatem, est omittenda, secundùm quod dicit dominus Mat. 7. a.* Nolite sanctum dare canibus, &c. *Sed si ex confessione fidei speratur aliqua vtilitas, aut etiam assit necessitas, scandalum infidelium est contemnendum sicut dicit dominus Mat. 15. b. de scandalo Pharisæorum:* Sinite illos *scilicet turbari*, quia cæci sunt & duces cæcorum. *Ad secundùm dicendum, quod etiam apostoli ante confirmationem spiritussancti mortaliter peccauerunt, vt patet de negatione Petri, & ideò non est mirum si alij inferiores quantumcunque iusti similiter peccauerunt quia non erant confirmati.*

NICOL.

ADDITIO I.

In cap. 12. *Vbi dicitur in postilla.* Sciendum etiam, quod ista portatio pecuniæ in via non pertinet ad perfectionem.

Non repugnat perfectioni habere seu portare pecuniam, licet consilium domini de dimissione bonorum temporalium sit vtile ad vitam æternam facilius consequendam. Cuius ratio est. Nam secundùm Tho. secunda secundæ. q. 185. ar. 6. in responsione ad primum argu. Perfectio Christiana vitæ non consistit essentialiter in paupertate voluntaria, sed voluntaria paupertas operatur instrumentaliter ad perfectionem vitæ. Vnde non oportet, quod vbi est maior paupertas, sit ibi maior perfectio, quinimo potest esse summa perfectio cum magna opulentia. Nam Abraham cui dictum est Gene. 17. a. Ambula coram me, & esto perfectus, *legitur quamplurimum diues fuisse. Si autem ex hoc arguatur inutile esse consilium domini de paupertate, cum Abraham diuitias possidens fuit perfectus. Ad hoc dicendum secundùm Tho. in tract. de perfectione vitæ spiritualis, quod idcirco consilium paupertatis datur quia pauperes liberiores sunt à solicitudine diuitiarum, & securiores ab illis vitijs quæ in acquirendis pecunijs quandoque contingunt quæ sunt impedimenta perfectionis. Ex quo sequitur, quod magna fuit virtus seu perfectio Abrahæ & Dauid & similium, qui etiam diuitias possidentes à diuitijs liberum animum habuerunt, sicut magna fuit virtus Samsonis, qui absque armis cum sola mandibula asinæ multos prostrauit hostes, vt Iudic. 15. c. Nec ex hoc sequeretur inutiliter dare consilium militi, vt ad bellum procedens arma sumeret ad hostes vincendos; vincere enim sine armis licet sit possibile & valde virtuosum, est tamen de raro contingentibus similiter est de possidentibus diuitias respectu perfectionis vitæ, vnde Eccle. 31. a. cum dicit:* Beatus est di. qui inuen. est sine ma. &c. & infra: Quis est hic & lau. eum, fe. enim, mi. in vita sua, &c. *Mirabilia enim facit seu miranda, non autem impossibilia, qui in diuitijs viuens diuitijs affluentibus cor non apponit. Ex quibus ad propositum dici posset, quod Christus qui paupertatem voluntariam sæpe commendauit volens docere apostolos quod etiam sine tali paupertate perfectio vitæ posset aquiri, idcirco pecuniam in via portabat. Si autem obijciatur de hoc quod Mat. 10. b. dicitur apostolis qui in ecclesia perfectiorem locum tenent:* Nolite possidere aurum, nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris. *Ad hoc dicendum, quod illa verba domini ad literam Aug. in li. de consen. euang. exponit, vt intelligantur non præcipiendo, sed magis permittendo, permittit enim eis vt absque auro & argento & alijs sumptibus ad prædicandum irent, accepturi vitæ sumptus ab his quibus prædicabant, vnde subdit:* Dignus est operarius cibo suo. *Ita tamen, quod si aliquis proprijs sumptibus prædicatione euangelij vteretur, ad supererogationem pertinet sicut Paulus de seipso, dicit 2. Corint. 11. b. Chrys. etiam aliter exponit prædicta verba vt intelligantur illa dominum discipulis præcepisse quantum ad illam missionem tantum, quæ mittebantur ad prædicandum Iudæis, vt per hoc excitarentur ad confidendum de virtute ipsius qui eis absque sumptibus prouideret, quod consonat cum hoc quod dicitur Luc. 22. d.* Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? Matt. 19. *Vnde ex prædictis verbis non obligabantur apostoli, nec successores (qui prout dicit glo. Lu. 10. sunt episcopi) ad non portandam seu habendam pecuniam tanquam ad illa quæ repugnant perfectioni, vnde prout [illegible] sanctus Tho. vbi, supra in responsione. 2. arg. Stultum autem videtur dicere, quod tot sancti pontifices, sicut Anastasius, Ambro. Aug. illa præcepta transgressi fuissent, si ad illa seruanda se crederent obligari. Illud autem ca.* Exijt qui seminat, &c, *per postil. allegatum, facit ad prædicta, primò quia pluries, ibi dicit paupertatem esse viam perfectionis vel ad perfectionem, & per consequens non est perfectio, secundò quia hoc quod dicit quod Christus condescendens infirmis pecuniam portabat. sicut et in fuga, etc. intelligendum est quod si apostoli adhuc infirmi vel etiam alij crederent summam paupertatem*

Q

esse necessariam ad salutem, fortè retrocederent sicut de illo adolescente legitur Mat. 19. c. & ideo talibus condescendens apostolos docebat exemplo, quod etiam sine tali paupertate posset qui[illegible] acquirere perfectionem & similiter posset dici de fuga.

ADDITIO II.

In eo. ca. *Vbi dicitur in postilla.* Dicendum quod hoc erat, quia Lazarus erat nobilis homo.

Miraculum Lazari inter cætera miracula Christi maius fuit, & ideo notabilius. Vnde supra eo. ca. dicitur quod turba multa venerunt, vt

vt Lazarum viderent, quem suscitauit à mortuis. Quod non sic legitur de alijs miraculis.

REPLICA. In ca. 12. *Vbi inquirit Postil. quare contra Lazarum mouebantur Iudæi, vt cogitarent eum interficere. Respondet quia fuit vir nobilis & famosus, ideo eius resuscitatio fuit famosior et infidelibus plus odiosa. Burg. opponit, quod illud non fuit propter notabilitatem Lazari, sed propter nobilitatem miraculi, quia fuit maximum miraculum Christi. Sed non video quare fuit maius miraculum quam suscitatio filij viduæ & filiæ archisynagogi.*

CAP. XIII.

A *Nte diem fe. &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Sciebat quidem dominus & ante omnia secula horam mortis suæ, cum autem illa instaret, rem facit magnæ misericordiæ, & condescensione plenam, miramque erga discipulos præ se fert dilectionem. Relicturus enim illos vehementiorem charitatem ostendit. Nam *cum dilexisset eos, vsque ad finẽ dilexit eos,* B hoc vult quod nihil omiserit eorum, quæ facere decet eum qui multum diligit. ideò postremò pedes discipulorum omnium lauat, vt ingerat magnum desiderium, & magnam eis consolationem afferat in malis quæ passuri erunt, si cogitarent quod sic dilexerit eos, vt & pedes eorum lauerit, quare neque despecturus sit eos in multo C grauioribus.

a Diem festum dicit quintumdecimum diem, scilicet diem passionis, quia post immolationem agni quæ tunc fiebat in die Iouis faciebant Iudæi magnum festum, quod hic Pascha vocatur. Pascha apud Græcos æquiuocum est, dicitur enim à paschim, id est, à passione & à transitu, quod Hebræi phâse dicunt. Dies autem. 14. post æquinoctium vernale in quo immolabatur agnus ad vesperam, propriè pascha à transitu dicebatur, dies verò solennitatis sequentes, quorum primus & vltimus maiori cultu habebantur, dies azymorum propriè vocabantur. Vocatur tamen & dies immolationis azyma, & quintadecima pascha In hac

In hac significatione dicit Ioan. *Ante diem fe.* vocando diem D solennem pascha. Græci verò diem qua immolatur agnus, dicunt solummodo vocari pascha & illa die dicunt Christum crucifixum fuisse ad meridiem. Et dicunt eum anticipasse vnum diem ante, vt cum discipulis agnum comederet & ad hoc confirmandum verba sequentia conducunt, id est, *noluerunt intrare in prætorium*, scilicet Pilati domum, *ne contaminarentur, vt comederent pascha:* intelligentes pascha esum E agni tantum. Nec erubescunt dicere alios euangelistas mẽtitos, qui dicunt dominum communiter cum alijs carnes agni comedisse. Hunc Ioannem verò illos correxisse dicunt. Sed errãt quia cum omnes eodem spiritu loquutos fuisse constet, si in vno mentirentur, in alijs eis non crederetur.

CAPVT XIII.

a ¶ Figuralem.

A Nte diem festum Paschæ, sciens Iesus quia [1]

a ¶ Id est ipse dies Paschæ quo transiret per crucem ecce veritas illius figuræ. [2]

b ¶ Quo transit populus de Ægypto.

venit hora eius vt transeat ex hoc mundo [3]

a ¶ Pro eis factus homo. [4]

ad patrem cum dilexisset suos qui erant [5]

a ¶ Pro eis moriens. b ¶ Vt eius dilectione ipsi transirent de mundo.

c ¶ Parata, nondum transacta, quia postea recubuit, & bucellam inde dedit.

c d in mundo, in finem dilexit eos. ✝ Et cœna facta, [6] [7]

Luc. 22.

b *Vt transeat.* Interpretatur nobis euangelista nomen paschæ F id est, transitus & significationem, quia sicut illi de Ægypto, sic Christus de mundo. Sic & nos sanguine agni insigniti, de vitijs ad virtutes, de mundo ad cœlum.

c *In fi. di.* In finem, id est, in Christum qui est finis consummans, id est vt eius dilectione transeant quo ipse transit. Vel in finem, id est, in mortem, non quod morte terminetur eius dilectio, sed in tantum dilexit quod vsque ad mortem dilectio eum perduxit, in quo exemplum dedit vt omnes in Dei veritate permaneant vsque in finem.

d *Et cœna fa.* Cœna significat passionẽ. Sicut enim post cœnam ☞ non fit

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XIII.

1 A Nte diem fe. *In parte præcedenti euangelista descripsit occasionem mortis Christi, hic incipit describere mortem eius. Et diuiditur in duas, quia primò describit, qualiter Christus imminente morte sua animos discipulorum confortauit, secundò mortem Christi describit ca. 18. ibi:* Hæc cum di. Ie. *Prima in tres, quia primò ostenditur qualiter Christus confortauit discipulos exemplis, secundo verbis ca. se.* Et ait disci. suis. Non contu. cor. ve. *tertiò orationum suffragijs: ca. 17.* Hæc locutus. *Prima in duas, quia primò ponitur imitabile Christi exemplum, secundò defectus discipulorum ad imitãdum, ibi:* Hæc cum di. Ie. *Prima in tres, quia primò factũ describitur, secundo, eius vtilitas ostenditur, ibi:* Venit ergo ad Si. *tertiò, facti imitatio discipulis indicitur, ibi:* Postquam ergo. *Prima in duas, quia primò præmittitur affectus Christi ad discipulos, secundò per factum instruit ipsos, ibi:* Et cœna facta. *Circa primum sciendum quod affectus Christi ad discipulos præmittitur, vt eius factum magis gratum ostendatur & discipuli eius libentius imitentur. Dicit ergo sic:* Ante di. fe. *scilicet 14. luna in cuius vespera immolabatur agnus & incipiebat solennitas paschalis, quæ celebrabatur luna 15. & secundùm hunc modum in ecclesia solennitates incipiunt à vespera præcedentis diei.*

Diuisio.

2 Sciens Iesus. *Ex quo patet quod non ignorans, nec inuoluntarius venit ad passionem, sed voluntariè obediens Deo patri.*

3 Quia venit hora eius. *Non fatalis, sed à Deo [illegible]re determinata & hoc*

& hoc conuenienter, vt immolatio agni qui tollit peccata mundi immediatè post immolationem agni figuralis sequeretur, & sic veritas figuræ responderet.

4 Vt trans. ex hoc mun. ad pa. *Dicebatur enim Pascha Iudæorum transitus eo quod tunc angelus transijt per Ægyptum interficiens primogenita Ægyptiorum, & filios Israel seruans, & similiter Pascha Christianorum dicitur transitus inquantum filius Dei per mortem transijt ad patrem non per loci mutationem, sed sicut dicitur à patre venisse assumendo nostram naturam mortalem ita dicitur ad patrem redijsse faciendo ipsam consortem paternæ gloriæ per immortalitatem in sua resurrectione.*

Io. 1. d.

5 Cum dile. su. *In quo ostenditur eius dilectio gratuita, quia prior dilexit suos: ostenditur discreta, quia ista dilectio specialis non fuit ad omnes, sed ad sibi familiares cuiusmodi erant apostoli qui erant in mundo: ostenditur hæc dilectio necessaria, quia apostoli remanentes in periculo mundi indigebant consolatione diuina.*

6 In finem di. eos. *Id est in morte specialia signa dilectionis ostendit. Vel aliter:* In finem, *Id est, perfectè animam suam pro eis ponendo.*

7 Et cœna facta: *Hic describitur imitabile factum, scilicet lotio pedum discipulorum suorum, vbi præmittitur tempus & modus huius lotionis, cum dicitur:* Et cœna facta. *Non est intelligendum, quod esset totaliter completa, quia postea dicitur:* Et cum recubuisset, *sed erat facta quantum ad hoc quod comederant agnum Paschalem & tunc surrexit ad lauandum pedes discipulorum suorum, antequam daret eis* ☞ *sui corpo-*

MORALITER.

1 *An. di.* Pascha, id est, transitus, & nos festum hoc debitè celebramus, cum à vitijs ad virtutes vel à minoribus bonis ad maiora transimus.

6 *In fine. di.* Per Iesum qui salus interpretatur, bonus prælatus significatur, finis autem vltimus est beatitudo vera, quæ consistit in clara Dei visione & fruitione perfecta. licet autem omnis homo debeat ad hunc finem proximum diligere, prælatus tamen qui est

qui est Christi vicarius, tenetur erga suos subditos hoc facere.

7 *Et cœna fa.* Id est, præparata secundùm sensum literalem, non enim erat terminata cum Christus à cœna surrexerat ad lauandum pedes discipulorum, vt dicitur infrà eodem. Patet ergo quod Iudas cum alijs cœnauit, & corporaliter lotus fuit. Sic igitur exemplo Christi bonus prælatus subditis etiam malis debet exhibere beneficia, vt quantum in se est, eos à sua reuocet vita mala.

✝ *Venit*

non fit prandium, sic & Christus postquam semel passus est, non iterum patitur. Surgit à cœna, post passionem ponit vestimenta, secundum priorem infirmitatem lintheo præcinxit se, eadem carne iam immortali, aquam in peluim, id est, gratiam baptismi lauat pedes & tergit à peccatis in baptismo, *accepit vestimenta*, id est, Iudæos in fine seculi, quos prius excæcatos deposuit.

✠ THEOPHYLACTVS. Non frustra apponit: *Cœna autem facta*, Sed vt ostendatur inhumanitas Iudæ quem neque mensæ communio placauerat. Proinde Iesus sciens quod pater omnia ei tradidisset in manus, hoc est quod concredidisset ei salutem fidelium, & debens nunc omnia quæ ad salutem eorum pertineant mõstrare eis, sicut & lauare pedes discipulorum: humilitatis enim lex hoc loco proponitur.

Matt.11.d Luc.10.d. In 2. Reg. cap.1.

a *Cum diabolus iam misisset, &c.* ✠ GREGOR. Reprobi corda sua non habent, quia ea diabolus possidet, vnde & de proditore dicitur: *Cum diabolus misisset in cor, &c.* Si enim Iudas cor suum & non diabolus possideret, ipse potius in eo bonum quàm diabolus malum poneret, quo contra electus vir loquatur dicens: *Animam meam porto in manibus meis.* Quid enim aliud manus electi est, quàm potestas internæ libertatis? Quid ergo eis est animam in manibus portare, nisi internè libertatis gloriam in potestate retinere? Quotiescunque ergo grauiter delinquimus, cor nostrum nos non habemus.

1.Ioan.3.

b *Surgit à cœna.* Ab illa cœlesti refectione, qua cum angelis reficiebatur, deponit vestimenta, gloriam æternæ beatitudinis.

c *Et ponit vestimen.* Prætermisit altitudinem, suppositurus eius humilitatem, vt perfectè commendetur humilitas homini cũ tam altus sit se humiliauerit, vt & pedes traditoris lauaret.

d *Deinde mi.* Sanguinem in terram fudit, vt vestigia credentium mundaret, quæ terrenis peccatis erant sordida.

e *Venit ergo &c.* ✠ THEOP. Nõ primum lauat Petrum, quamuis primatũ discipulorum gerebat: sed forte proditor, cũ esset impudẽs & inuerecũdus, ante Petrum lotus est. Vnde hoc manifestũ? *Cœpit*, inquit, *pedes discipulorum lauare, deinde venit ad Simonem Petrum.* Atque ita declarat quod non primò lauerit Petrum. Non enim dixisset quod venisset ad Simonem Petrum, nisi alium quendam ante Petrum lauisset.

f *Dicit ei Petrus, &c.* Pro altitudine promissi mysterij nondum permittit fieri, nondum potest sustinere Deum ad pedes humiliari, pauore perterritus.

g *Respondit.* Qui non lauatur per baptismum & confessionem pœnitentiæ, non habet partem cum Iesu.

a ¶ Suggestione. b ¶ Iudæ. ¶ Hoc consentientis iniquitas est. ¶ Non credens esse Deum.

a 1 cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Si-

a ¶ In vsum mala, in effectum bona. ¶ Etiam traditorem quo vtitur vt vult, & de malo bonum facit.

2 monis Scariothis, sciens quia † omnia dedit ei pater in ma-

a ¶ Sciens, non eum deserens. b ¶ Non nos relinquens. c ¶ Significat quod de cœlestibus descendit, & quod seipsum exinauiuit & quod formam serui induit.

b c 3 nus, et quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit, surgit à cœna, &

a ¶ Carnem mundam: ¶ Humilitate.

4 5 ponit vestimenta sua. Et cum accepisset lintheum, præcinxit

¶ Vestigia euangelistarum firmat & purgat.

d 6 7 se, deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes di-

¶ Quia tota eius passio nostra est purgatio. ¶ Corporis.
a ¶ Non post alios, sed prius ad principem apostolorum, ideo expauescit quod Deus lauet pedes homini.

e 8 9 scipulorum, & extergere lintheo quo erat præcinctus. Venit

¶ Deus. ¶ Seruo.

f 10 11 ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: Domine, tu mi-

¶ Mysterium huius rei.

12 hi lauas pedes? Respondit Iesus, et dixit ei: Quod ego facio

13 14 tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non laua-

¶ Id est nunquam. ¶ Terrens de periculo salutis. a ¶ Te dicit pro solis pedibus.

g 15 bis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus: Si non lauero te,

Dicit

NICOLAVS DE LIRA.

sui corporis sacramentum, ad designandum quod spiritualis mundicia requiritur ad percipiendum ipsum.

1 Cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simonis Scariothis. *Die enim præcedenti eum vendiderat suggestione diaboli hanc proditionem in cor ipsius mittentis.*

2 Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. *Ex quo patet in Christo plenitudo scientię & potestatis.*

3 Et quia à Deo exiuit & ad Deum vadit. *Hoc est iam supra expositum qualiter dicitur filius à Deo exisse, & ad Deum redire.*

4 Surgit à cœna. *Quia ministrare volebat.*

5 Et ponit vestimenta sua. *Id est, deponit, vt conuenientius hoc ministerium exhiberet.*

6 Et cum accepisset lintheum præcinxit se. *Et sic ad lauandum se optimè disponit, nihil omittens de his quę ad istud officium requiruntur, & sequitur simplex humilitatis ministerium, cum dicitur:*

7 Deinde misit aquam in peluim. *Proprijs manibus, non per ministerium aliorum.*

8 Et cœpit lauare pedes discipulorum. *Lutosos, quia discalceati incedebant.*

9 Et extergere lintheo quo erat præcinctus. *Vt impleret humilitatis officium.*

10 Venit ergo. *Hic ostenditur huius facti vtilitas, & ostenditur hoc ex quadam concertatione Petri & Christi, per quod ostenditur factum esse mysticum, dicit ergo:* Venit ergo ad Simonem Petrum. *Secundum Origi. lotis alijs discipulis venit vltimo ad Petrum, quia cœpit lauare à minoribus, ex hoc sumens argumentum, quo dicitur:* Cœpit lauare pedes discipulorum. *Et postea subdit:* Venit ergo ad Simonem. *Per hoc ostendens, quod alij iam erant loti. Sed non videtur verisimile, si transisset per omnes alios, quia aliquis eorum vel plures recusassent hanc lotionem, sicut & Petrus. Et ideo alij doctores dicunt, quod primò venit ad Petrũ, propter quod alij discipuli audita reprehensione Petri de hoc quod recusauerat eiusmodi lotionem, non fuerunt ausi eam vltrà recusare Quod ergo dicit euangelista:* Cœpit la. *Et postea subdit:* Venit er. ad Si. *Non est per hoc intelligendum, quod alios lauerit ante ipsum, sed euangelista prius dixit factum in generali, postea explicat modum in particulari, incipiens à Petro.*

11 Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lauas pedes? *Id est, vis lauare mihi peccatori, tu qui es filius Dei. quasi dicat, nullo modo decet simile verbum dixit in principio suæ conuersionis Luc.5.b.* Exi à me domine, quia homo peccator sum.

12 Respondit Iesus & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo. *q.d. non solũ hoc facio propter pedum corporalium emundationem, sed propter humilitatis eruditionem, vt postea exposuit, ideo subdit:*

13 Scies autem postea. *Per hoc autem designauit mundiciam pedum spiritualium, qui sunt affectus mentis, quę requiritur in eucharistia perceptione.*

14 Dicit ei Petrus, non lauabis mihi pedes in ęter. *Id est, nunquam lauabis, acsi di. ego nullo modo sustinerem, licet autẽ Petrus faceret hoc bono zelo, tamen indiscretè hoc faciebat, quia cum Christus non posset errare, non debebat voluntati eius aliquo modo resistere, ideo sequitur:*

15 Respondit ei Iesus. Si non la. *Si hoc intelligitur de lotione interioris maculæ, litera est plana, quia nullus potest habere partem cum*

Christo

MORALITER.

† 10 *Venit ergo ad Simonem Petrum.* Scilicet, primò, prout dictũ fuit in expositione literali, & in hoc Christus dedit exemplum superioribus illos inter subditos principaliter honorare, qui primi sunt ætate vel dignitate.

11 *Domine tu mihi lauas pedes.* Quasi dicat, hoc indecens est & nullo modo sustinendum, & in hoc Petrus significat discipulum ignorantem & indiscretè loquentem de facto superioris sui, cuius ignorat rationem, frequenter enim contingit quod illud iudicatur irrationabilissimum ab ignorante causam, quod tamen rationabilissimum est secundum veritatem: hoc autem contigit in hoc casu Petro, propter quod dixit ei Christus.

12 *Quod ego facio tu nescis modo.* Et in hoc docemur bene iudicare & loqui de factis superioris boni, nisi Deo permittente erraret manifestè.

15 *Si non lauero te non habebis partem mecum.* Christus enim non lauabat pedes discipulorum pro corporali mundatione, sed pro exemplo humilitatis docendæ, propter quod dixit eis: *Exemplum enim dedi vobis.* Quod ergo dixit Petro: *Si non lauero te, non habebis partem mecum*, idem est ac si dixisset, partem mecum non habebis, nisi à me receperis exemplum humilitatis. Et in hoc facto Christus dedit superioribus & prælatis exemplum veræ humiliationis.

Dicit ei Simon. Error Petri hic nobis profuit. Errauit enim ne nos erraremus. Errauit, cum se totum lauandum Deo obtulit, quem Deus correxit, ostendens semel baptizatum non esse baptizandum.

Apostoli baptizati

Domine &c. ✠ THEOPH. Vbi audiuit Petrus terribiles hasce minas, quàm vehemens erat detrectando, tam vehemens, imo vehementior erat admittendo, ita vt & caput ad lauandum daret. Vtrumque autem ex charitate fiebat, & detrectatio, quia plurimum obseruabat dominum, & admissio quia à domino separari nolebat. Tu autem cum videris, aliquem valde vrgentem præ temeritate ac dicẽtem, & cum iuramento, nunquam faciã hoc, & deinde reuerentia iuramenti in hoc quod decreuerat pertinacè & ex eo periclitantem vel in anima vel corpore, rectè vtaris hoc Petri exemplo, qui cum pertinax esset, vidit pertinaciam vergere in separationem à Christo, abstitit ab illa.

† opus habet.

a ¶ Territus hac responsione. totum se offert abluendum turbatus amore & timore.

a non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine 1

a ¶ Affectionis. b ¶ Opera. ¶ Cogitationes.

non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus: 2

b Qui lotus est, non † indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mun- 3

a ¶ Præter pedes quibus tangit terram. b ¶ Quare hoc dixit, exponit euangelista.

dus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum. Propterea dixit, non estis

¶ Impleta purgatione per sanguinem. a ¶ Surgens immortalis factus est.

mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, accepit ve- 4

a ¶ Ad dexteram patris sedens. b ¶ Per spiritum missum in linguis docet. ¶ Inuitat ad sciendum quod prius nesciebant.

5

c stimenta sua. Et cum recubuisset, iterum dixit eis: Scitis quid 6

fecerim vobis. Vos vocatis me magister & domine, 7 8

nus autem est immundus qui lotione opus habet. Quærunt autem multi quomodo dixerit Dominus Apostolis: *Vos mundi estis*. Nondum enim erant liberati à peccatis, nondum spiritum assecuti erant, &c. Est igitur dicendum, quod quamuis non fuerint liberati à peccatis, attamen propter sermonem inquit, quem locutus sum vobis mundi estis, hoc est secundùm hoc nunc estis mundi, nunc liberati estis ab errore Iudaico quia, & Esaiam audiui quomodo doceat nos lauari: *Lauamini, mundi estote, deponite malitias ab animabus vestris.* Et ita etiam illi, quia cum magna innocentia & simplicitate, versabantur cum Christo, merito loti & mundi à domino dicuntur.

b *Qui lo.* Ex his verbis intelligimus baptizatos apostolos, & si non legimus vbi vel quando.

Qui lo. Baptismo lotus est mundus. Sed quia iterum puluere terrenæ habitationis inquinatur, iterum opus est pedes lauare, quos lauat dominus interpellans pro nobis, & nosipsi orãdo. Ille etiam qui in ocio studet veritati, dũ in alijs pulsanti sponso aperire pergit, pedes inquinat, quia veritas humiliter auditur sed sine periculo nõ potest prædicari, sed hos pedes dñs discipulis lauat.

✠ THEOPHYLACTVS. Sumpta occasione dominus arguit proditorem, vt eum ab immunda sententia abduceret, & indigentem lauari à malitia, in aliam sententiam transferret, vos igitur inquit cum sitis loti non indigetis alio lauachro, Vnus

✠ GREGORIVS. In Euangelio dominus: *Qui lotus est non indiget nisi, &c.* Si igitur peccata in baptismate funditus minimè dimittuntur, quomodo is qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit voci veritatis, quæ ait, qui lotus est, mundus est totus. Nihil ergo ei de peccati sui contagione remanet, quem totum fatetur mundum ipse qui redemit. Si qui autem sunt qui dicunt quia de peccato quolibet, triennio pœnitentia agenda est, & post triennium in voluptatibus viuendum, isti adhuc nec prædicamenta veræ fidei, nec sacræ scripturæ testimonia nouerunt.

Epistol. 39. registro epist. 39.

c *Et cum recubuisset, iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, &c.* Sicut prius exemplo, sic etiam nunc verbo instruit eos magister veritatis. Et quod dicit magna de se non est arrogantia, sed veritas quæ prodest auditoribus, sicut facit & Paulus.

GREGO.

NICOLAVS DE LIRA.

Christo in gloria cœlesti, nisi lotus fuerit à macula peccati, secundùm quod scribitur Apocalip 21.g. Nihil coinquinatum intrabit in illam. *Si autem intelligatur de lotione corporali pedum ipsius Petri, eodem modo est dicendum. Sicut enim aliquid est illicitum non ex natura sua, sed tantum quia prohibitum, vt patet de esu ligni vetiti primi parentis, ita similiter aliquid est necessarium ad salutem, non ex natura sui sed propter præceptum Dei vel prælati, & sic erant in proposito. Ex quo enim Christus volebat simpliciter hoc facere. Petrus de necessitate salutis tenebatur sustinere.*

1 Domine non, &c. *Pedes sunt pars corporis inferior, manus media, caput superior, & ideo per expressionem istarum partium intelligitur totum corpus. Est igitur sensus*: Domine non tantum. *Quasi dicat, prius sustinerem à te per totum corpus lauari quam à te separari, quia quamuis esset durum Petro sustinere seruitium magistri, tamen grauius erat ei ab ipso separari, vnde dicitur in itinerario Clementis, quod quandocumque Petrus memor erat dulcissimæ societatis Christi, resoluebatur in lachrymas, ita quod facies eius adusta videbatur ex frequenti lachrymarum fluxu.*

2 Dicit ei Iesus: Qui lotus est. *Per baptismum, ex quo accipitur quòd apostoli fuerunt à Christo baptizati, vt suprà dictum est cap. 3.*

3 Non indiget nisi, &c. *Sed est mundus totus. Si enim aliquis baptizatus statim moriatur, euolat ad patriam, nec indiget aliqua alia lotione, tamen si superuinat etiam sanctè, indiget lotione pedum spiritualium, id est, affectionum mentis, quia ex conditione mortalis vitæ affectus eius aliquando aliquas maculas contrahit ex temporalibus, sed non indiget lauare caput, id est, partem contemplatiuam quæ intendit superioribus & æternis, nec manus, id est, vitæ actiuæ opera quæ in eo sunt sancta. Talis autem erat Petrus & etiam alij apostoli, excepto Iuda proditore, propter quod sequitur*: Et vos mundi estis sed non omnes.

4 Postquam ergo lauit pedes eorum. *Ostensa facti vtilitate in prædicta lotione, hic inducit discipulos ad imitandum in opere. Et diuiditur in duas, quia primò propositum declarat, secundò confirmat, ibi;* Exemplum enim de. *Dicit igitur*: Postquam ergo lauit pedes eorum, *In hoc ostendit conuenientem modum docendi, in moralibus enim magis mouent facta quam verba, vt potest haberi ex 10. Etich. & ideo Christus doctrina de humilitate præmisit humilitatis factum.*

Diuisio.

5 Accepit vestimenta sua. *Sicut enim ad ministrandum congruè debent vestimenta deponi, ita ad docendum honestè debent assumi, propter quod magistri solent legere in habitu ad hoc disposito & ordinato, secundum dispositionem facultatis suæ.*

6 Et cum recubuisset, iterum. *Quia sedendo debet doctor docere. Doctrina enim non capitur nisi in quiete, propter quod dicitur 7. Physi. Sedendo & quiescendo fit anima sciens & prudens. Sequitur,*

7 Dixit eis: Scitis. *Quasi dicat, vos debetis hoc scire, & in hoc reddit eos attentos.*

8 Vos vocatis me, &c. *Aliquid enim dicitur bene dictum, quando congruit dicenti & rei dictæ. Congruit autem rei dictæ, quando sic est in re sicut dicitur. Congruit autem dicenti, quando dicens talem se ostendit facto, qualem verbo. vtroque modo apostoli bene dicebant, quia sic erat in re ex parte Christi qui superior erat, similiter & ex parte apostolorum qui facto se ei subijciebant sicut & verbo, propter quod contra discipulos solo verbo dicitur Matt. 7.c.* Multi dicent mihi in illa die: Domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, &c. & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, &c. *Ex prædictis concludit Saluator intentum, dicens:*

Si ergo

MORALITER.

† 4 *Postquam ergo lauit pedes eorum.* Per hoc ostendens, quod superior post actum humilitatis debet resumere debitum exercitium authoritatis.

† Amen

☞ GREGORIVS. Incauti sunt humiles qui se mendacio illaqueant dum arrogantiam vitant, quia contra veritatem se erigunt quam relinquunt. Qui enim necessitate cogente vera de se & bona loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quantò veritati sociatur.

a *Non de omnibus* Non omnes facietis hoc vnde beati sitis, sed qui manducat me. pa. non vt proficiat, sed vt lateat, *leuabit contra me calcaneum, suum*, id est, me calcabit, vt impleatur scriptura quæ hoc prædixit, non quod cogar, sed quia quod futurum erat non tacuit.

b *Ego scio quos ele.* Ad hoc vt sequaces mei sint beati. Elegit autem Iudam non ad hoc, sed ad illud quod de eo factum est, scilicet, ad salutem aliorum. Vnde alibi: *Elegi vos duodecim, & ex vobis vnus diabolus est.*

† Mat. 10. c. Luc. 6. f.

Sup. 6. g.

† Psal. 40.

¶ Quia verum est. ¶ Dimisi peccata vestra.

& bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, [1]

¶ Quia Deus. ¶ Quia veritas. a ¶ Alter alteri peccata dimittere & pro inuicem orare.

dominus & magister, & vos debetis alter alterius lauare pe- [2]

¶ Sicut ego patior, & vos patiamini, sicut me humilio, ita vos humiliamini.

des. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego fe- [3]

a ¶ Manu vel corde. b ¶ Debetis facere quod ego, quia.

ci vobis, ita & vos faciatis. † Amen amen dico vobis, non est [4]
seruus maior domino suo, neque † apostolus maior est eo

¶ Quæ feci & doceo.

qui misit illum. Si hæc scitis, beati † eritis, si feceritis ea. [5]

¶ Non omnes vos beatos dico.

a Non de omnibus vobis dico. Ego scio quos elegerim. Sed vt [6] [7]
b adimpleatur scriptura. † Qui manducat mecum panem, le- [8]
c uabit contra me calcaneum suum. A modo dico vobis priusquàm fiat, vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum. [9] [10]
d Amen, amen dico vobis, qui accipit si quem misero, [11] [12]
e me accipit. Qui autem me accipit, accipit eum qui misit me. [13]

¶ Humano. a ¶ Quod occultum fuerat.

f Cum hæc dixisset Iesus turbatus est spiritu, & † protestatus [14] [15]
g

† missus

† estis

† testatus

c *Amodo dico vobis* Q. Hucusque toleraui & tacui, sed iam noto proditorem antequam fiat quod mox faciendum est, vt cum factum fuerit credatis, quia ego sum ille de quo scriptura illa prædixit.

d *Amen amen dico vobis.* Postquam exemplo suo eos docuit humiliationem & calcanei passionem, supponit quo consoletur eos honore, quod ipse & pater in eis recipitur.

e *Qui ac.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quæ consequentia priorum ad ea quæ nunc sequuntur, quę subdit sermoni de proditore *Qui recipit quemcumque, &c.* Certè maxima consequentia, quia enim dictum erat quod prodendus, ac quod derelicturus esset, & iam egressuri essent dispergendi, & variis malis affligendi, duobus modis solatur eos, à se ostendens eis quod ipse passurus sit, & quæ proditori fecerit lotis eius pedibus ad communem mensam admisso, nam si semper hæc cogitassent omnia tulissent, facile igitur hic vnus quidem modus, per ea quæ fecerat inimico suo, & quæ passurus esset, insuper promittit omniũ domus futuras illis apertas, & suscipiendos ab omnibus qui sermonem eius audirent.

In istis verbis non vnitas naturæ missi & mittentis sed in misso mittentis autoritas cõmendatur. Quisquis ergo sic missum accipiat, vt in eo mittentem attendat, vt in Petro Christum scilicet in seruo dominum, in Christo patrem scilicet in vnigenito genitorem.

f *Cum hæc dixisset Iesus.* Nostra infirmitas in eo verè turbata est, non sua potestas, sicut & verè passa. Voluntariè autem accepit turbationem, ne desperet seruus turbatus necessitate. Quod autem turbatur significat turbandos spirituales ex charitate, cum vrgens causa & zizania à tritico ante messem cogitur separare.

g *Turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit. Amen, amen dico vobis, &c.* Dicturus vnus ex vobis tradet me, turbatur, non carne, sed spiritu, non quod tunc primum subitò hoc nouerit & repentinum malum eum turbauerit, sed quia iam fuerat eum vt non lateret, expressurus, & ille iam erat exiturus & Iudæos adducturus. Turbauit autem eum immi-

☞ nens passio

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si ergo ego laui. *Multo fortius.*

2 Et vos debetis alter. *Per hoc intelligitur quodlibet pietatis & humanitatis officium proximo impensum. Ad quod impendendum quilibet tenetur in casu necessitatis, extra autem talem casum tenetur debito honestatis & congruitatis.*

3 Exemplum. *Hic confirmat conclusionem prædictam, & hoc quadrupliciter. Primò exemplo sui dicens.* Exemplum enim. *Quasi dicat adhoc feci vt ostenderem vos adhoc teneri. Secundò confirmat per suam autoritatem dicens.*

4 Amen, amen dico vobis. *Id est, missus, quia apostoli fuerunt missi à Christo ad prædicandum, quibus missis tenebantur populi credere, multo fortius apostoli tenebantur autoritati Christi obedire. Tertiò confirmat eam sequenti pręmio, cum dicit.*

5 Si hæc scitis, beati. *Beatitudo autem est maximum desiderabile cum sit status omnium bonorum aggregatione perfectus.*

6 Non de omnibus vobis dico. *Scilicet quod debeatis esse beati quia prępuidebat damnationem Iudæ futuram propter quod subditur.*

7 Ego scio. *i. clarè cognosco.*

8 Quos elegerim. *Scilicet, ad vitam æternam. Iudas autem non fuit electus ad ipsam, sed tantum ad apostolatum, vt suprà dictum est cap. 6.*

9 Sed vt ad. *Ex malicia & damnatione vnius vestrum.*

10 Qui manducat mecum panem leuabit contra me calca. *Id est, conabitur me suppeditare. Hoc fuit impletum in Iuda, qui panem corporalem & sacramentalem sibi datum à Christo manducauit, prędicta autem scriptura habetur psal. 40. Translatio. 70. habet.* Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. *Et translatio Hieronymi, accepta iuxta Hebraicum magis propinqua est dicto Christi, quę talis est.* Qui manducat meum panem leuabit contra me plantam.

11 Amodo dico vo. *Quia ego sum, scilicet, verè Christus verus homo, verus Deus, quia scire secreta cordium & prędicere certitudinaliter futura contingentia à libero arbitrio dependentia virtute propria est manifestum indicium deitatis. Quartò confirmat conclusionem prędictam ex dignitate eorum quorum pedes lauabantur, di.*

12 Amen, amen dico, &c. me ac. *Id est, seruitium factum Christi ministris redundat in honorem ipsius, & per consequens totius trinitatis, ideo sequitur.*

13 Qui autem me ac. &c. *i. honorat patrem & spiritumsanctum qui miserunt filium secundum quod dicitur Isa. 48. d.* Et nunc misit me dominus & spiritus eius. hæc dicit redemptor tuus Israel.

14 Cum hæc di. *Postquam saluator proposuit perfectionis exemplum hic ostendit defectum discipulorum, & primò defectum Iudæ proditoris, secundò defectum Petri negantis, ibi.* Dixit ei Simon. *Prima in duas, quia primò denunciat ipsam proditionem, secundo ipsum proditorem, ibi.* Aspiciebant ergo. *In prima parte dicitur sic:* Cum hæc dixisset Iesus, &c. *Ex horrore passionis suæ imminentis & proditionis Iudę, Hęc autem turbatio quę erat in parte sensitiua, non erat contraria rationi, sed magis conueniens ei, sicut dictum est supra, de aliis passionibus ca. pręceden.*

Diuisio

15 Et protestatus est & dixit: Amen, amen dico, &c. tradet me. *Multiplicat autem hanc dictionem Amen, ad ostendendum futurę rei certitudinem.*

Aspiciebant

MORALITER.

† 4 *Amen, amen dico vobis, non est seruus maior domino suo.* Licèt omnes Christiani sint serui Christi, tamen specialiter episcopi qui sunt successores apostolorum, propter quod non debent se facere maiores ipso Christo, & tamen aliqui quantum ad aliquid faciunt contrarium. Nam præcepta sua & statuta (licet frequenter sint de indifferentibus) seruari strictiùs faciunt quam diuina.

6 *Sed*

9 *Sed vt adimpleatur scriptura.* Scilicet Psal. 40. c.

10 *Qui manducat mecum pa.* Isti sunt prælati, clerici, & religiosi, qui lautè viuunt de patrimonio Crucifixi, & tamen eorum plurimi leuant calcaneum contra Christum in membris suis affligentes ea calumniis & exactionibus iniustis.

† *Iesus turbatus est spiritu & protestatus est, &c.* Virtuosum est enim conturbari contra vitia, & ideo Iesus turbatus est spiritu id est, ex imperio rationis, quia expressius quàm ante volebat exprimere crimen proditionis.

nens passio & proximum periculum proditoris, sicut supra dixit: *Nunc anima mea turbata est*, appropinquante passione.

supr. 12. d. a *In sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo, &c.* Idem quod dicit supra pectus, significat secretum de quo bibit diuinitatis sacramentum.

Iudas corpus Christi accepit. Sciendum est enim, quod iam omnibus dominus distribuerat sacramentum corporis & sanguinis, inter quos & Iudas fuit, deinde per buccellam intinctam, exprimitur ipse traditor, &c.

d *Et post buccellam, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Vbi dominus quidē dedit buccellam Iudę, si forte recogitaret amicitiā mensæ & prius & à proditione resisteret, Iudas autē cum neque sic emendaretur, Tūc plane factus est Satanæ, & traditus ei, vt inemendabilis. Igitur quamdiu vnus discipulorum videbatur, & ex sancto illo choro, non habebat tantum accessum ad illum Satanas, vbi autem illum dimisit dominus & separauit ab aliis discipulis, traducto eo per panem, tunc inuasit eum, vt à domino derelictum & à diuino choro separatum.

† buccel. id est offulam.

a ¶ Manifestauit. b ¶ Numero non vinculo spiritus. c ¶ Exiturus.

est, & dixit: † Amen amēn dico vobis, quia vnūs ex vōbis tra-

¶ Quia etsi nota fuit cuiquam sua conscientia, alterius tamen sibi erat ignota.

det me. Aspiciebant ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de [1]

¶ De se quasi de alio dicit, vt rerum gestarum scriptor non sui prædicator.

quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in [2]

a ¶ Per signum significat secretum.
b ¶ Non plus omnibus, sed familiarius, vt per pacem de vita exiret, non per passionem.
c ¶ Non loquendo, sed innuendo motu corporis, post sono vocis, vt quæreret.

a sinū Iesu, quem diligebāt Iesus. Innūit ergo huic Simon Pe- [3]
trus, & dixit ei Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset [4] [5]

¶ Hic est ille sinus, id est, secretum sapientiæ.

ille supra pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? Respon- [6] [7]
dit Iesus: † Ille est cui ego intinctum panem porrexe- [8]
b ro. Et cum intinxisset † panem, dedit Iudæ Simonis [9]

a ¶ Quia bona male est vsus, & hęc præsumtio peccatum auxit.
¶ Vt plenius possideret: in quem intrauerat, vt deciperet.

c [10]
d Scariothis. Et post buccellam intrōiuit in eum Sa- [11] [12]
e thanas. Et dicit ei Iesus: Quod facis fac citius. Hoc au- [13]
tem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. [14] [15]

✠ THEOPHYLACTVS. Quare omnibus aliis, vt Petro ipso tremente Ioannes quasi delicatus recumbit in sinu domini? Et iterum. Quare de seipso dicit, quod cum diligebat Iesus? Recūbebat quidem propter duas illas causas. Vna est, quia præ omnibus aliis diligebatur maximè, dilectionis autē signum recumbere cum domino. Altera quia volebat se ostendere alienum à crimine, per hoc quod tam libera illi cū Christo familiaritas. ✠✠ De se autē testatur quod dilexerit ipsum Iesus, vt ne cum tu audieris quod innuat ei Petrus vt interrogaret, putes quod tanquam maiori ipsi innuerit. Vnde dicit euangelista de se, quod Petrus sibi innuit non vt maiori, sed vt ei qui magis dilectus fuerat à Domino, & ita magis humilitatis quam ostentationis verbum est.

† 1. q. 1. c. vnus. Luc. 22. c. Mar. 14. b. † 1. q. 1. c. Christus de com. di. 2. c. & sancta & c. sicut Iudas

b *Et cum intinxisset panem.* Panis intinctio, significat fictionem Iudę, qui fictus amicus venit ad cœnam. Quæ enim tinguntur, non mundantur, sed inficiuntur. Si autem bonum aliquid significat intinctio, eidem bono ingratum, non immeritò sequuta est damnatio.

c *Dedit Iudę Simonis Scariothis, &c.* Non vt quidam putant nunc Iudas

e *Quod facis.* Non præcepit, sed prædicit Iudæ malum, nobis bonum, quia hoc vult cito fieri, non tam festinando in illius pœnam quam in salutem fidelium.

✠ HIERONYMVS. Scilicet vt passionem corporis velox resurrectionis adiutorium præueniret, *vulneratus est enim propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.* In psal. 70

✠ IDEM. Gaudet dominus & exultat, & hortator est gladij sæuientis, vt vadat siue ad dexteram siue ad sinistram, & quocunque faciei suæ tulerit appetitus, vt interfectis malis remaneant boni & impleatur illud quòd scriptum est. *Quid paleis ad frumentum dicit dominus?* In Ezech. cap. 21. Hiere. 23. a

☞ *Quia*

NICOLAVS DE LIRA.

Diuisio

1 Aspiciebant. *Hic consequenter denunciat proditorem. Et diuiditur in duas, quia primo ponitur denunciationis occasio, secundò ipsa denunciatio, ibi.* Respondit Iesus *Occasio huius denunciationis fuit duplex. Prima fuit stupefactio & conturbatio, quæ tangitur ibi cum dicitur.* Aspiciebant ergo adinuicem disci. hæsi. &c. *Erant enim admirati, quia quilibet eorum præter Iudam sentiebat se totaliter firmatum in contrarium dicto ipsius Christi, & consimiliter de suis sociis sicut de se cogitabat, verumtamen propter firmitatem verborum Christi magis eius dicto credebant, quam suis conscientiis, & ideo non hæsitabant de euentu rei, sed de illo per quem hoc eueniret. Secunda occasio fuit familiaritas Ioannis cum Christo, propter quam Christus sua secreta ei reuelabat, & hæc causa exprimitur, cum dicitur.*

2 Erat ergo recum. &c. in si. *Id est, familiariter ei propinquus ex dilectione, propter hòc sequitur.*

3 Quem diligebat. *Specialia ei signa dilectionis ostendendo prę cæteris, propter mundiciam virginalem. Notandum quod Ioannes hic de se loquitur per modum alterius personæ. Hic enim est modus loquendi istorum qui canonicas scripturas conscripserunt, quando in eis de se quis loquitur. Vnde Paulus 2. Cor. 12. a. loquens de seipso dicit.* Scio hominem in Christo, *&c. & David 2. Re. 23. a* Dixit vir cui constitutum, *est de Christo, &c.*

4 Innuit ergo hu. *Scilicet, Ioanni.*

5 Simon Petrus & dixit, &c. Quis. *Petrus enim quodam signo significauit Ioanni vt peteret à Christo sibi familiari de quo dixerat, licet enim Petrus alias solitus esset interrogare à Christo præ cæteris, tamen tunc non fuit ausus petere, quia immediatè fuerat reprehensus de indiscreta loquutione, cum dixerat Christo:* Non lauabis mihi pedes, *&c.*

6. Cum recubuis. *Scilicet, Ioannes.*

7 Supra pe. Ie. *Id est, inclinatus propè os eius, & sic erat idoneè positus ad interrogandum & audiendum aliquid secretè ab eo.*

8. Dicit ei, Domine quis est? *Ille, scilicet, proditor.*

9 Respondit Iesus. *Posita occasione denunciationis, hic ponitur denunciatio proditoris. Et diuiditur in tres, quia primo exprimitur ipsa denunciatio, secundò rei renunciatæ promissio, ibi:* Et dixit ei. *Tertiò promissionis executio, ibi:* Cum ergo accepisset. *In prima parte dicitur sic:* Respondit Iesus. *Ipsi Ioanni in silentio, quia si altè dixisset. Petrus erat ita feruidus, quod statim insurrexisset in proditorem.*

Diuisio

10 Ille est cui ego in &c. *Per hoc notatur Iudę fictio, quia sicut panis intinctus habet saporem in superficie alium quam interius, ita Iudas se simulabat exteriùs Christi discipulum, cum tamen interiùs esset eius proditor.*

Vel aliter. Dedit Iudę panem intinctum, ad ostendendum Iudę ingratitudinem & Christi mansuetudinem. Panis enim intinctus sapidior est ad comedendum, ideo Christus Iudę fecit istud obsequium, ad declarandum suam benignitatem & Iudæ malignitatem qui ex hoc nihil mouebatur ad compunctionem. Sciendum tamen quod iste panis intinctus non fuit corpus Christi, sed ante ipsum acceperat in pane non intincto, ideo statutum est, quod corpus Christi intinctum non datur fidelibus, vt habetur de conse. distin. 2. Cum omne.

11 Et post buccellam introiuit in eum. *Non de nouo, cum iam Christum vendidisset, sed introiuit in eum ad amplius ipsum possidendum, quia ingratus obsequij Christi factus est in potestate dęmonis magis quā antè.*

12 Et dicit ei Ie. *Hic ponitur proditionis permissio. Non enim poterat aliquid facere, nisi Christo permittente, ideo dixit ei.*

13 Quod facis fac. *Non dicit hoc præcipiendo vel consulendo, quia pręceptum diuinum vel consilium non potest esse de malo, sed tantummodo permittendo ratione dicta. Tamen verba Christi fuerunt aliis apostolis obscura, ideò sequitur.*

14 Hoc autem ne. sci. discum. &c. *Præter Iudam.*

15 Ad quid dixe. ei. *Verbum prædictum, de alijs à Ioanne non erat mirum, si ignorauerunt, quia soli Ioanni dixerat Christus:* Cui dabo panem. *Sed de Ioanne mirum videtur. Ideo dicendum, quod audito verbo Christi ita fuit attonitus & suspensus, quod non aduertit illud quod postea dictum est ipsi Iudæ à Saluatore & ideo discipuli verbum Christi aliter interpretabantur, & hoc est quod dicitur.*

☞ Quidam

MORALITER.

† 10 *Ille est cui ego intinctum panem porrexero, &c.* Panis intinctus suauior est, ideo significat eucharistiam, cuius etiam vna pars tingitur in sanguine quando sumi debet à sacerdote, qui tamen est Christi proditor quando indignè sumit.

☞ HIERON.

a *Quia loculos habebat.* In quibus oblata scrutabantur suorum necessitatibus & alijs indigentibus. In quo datur forma ecclesiæ seruandi necessaria, quæ iubetur non cogitare de crastino, ne pro terrenis seruiat, vel timore inopiæ iusticiam deserat. (Mat. 6. d.)

b *Erat autem.* Nox congruit sacramento. Erat enim qui exiuit filius tenebrarum faciens opera tenebrarum.

c *Nunc clarificatus est fi. ho.* AVGVST. Exeunte Iuda pro quo dicebatur: *Non estis mundi omnes* remanserunt soli mundi cum suo mundatore in quo significata est clarificatio Christi in qua separatis malis manebit in æternitate cũ sanctis. Sicut ergo res significantes tanquam res significatæ appellantur, vt petra non dicitur, significabat Christum, sed erat Christus, ita hoc facto separationis Iudæ contestans futuram illam separationem dicit. Nunc non significata est clarificatio, sed *Clarificatus est filius hominis.* Quia non ipse in se, sed Deus in eo clarificatus. Quod quasi exponens subdit: *Si Deus cla. est.* quia non quæsiuit ille voluntatem suam, sed patris. *& de cla. e. in se.* vt humana natura verbo vnita etiam immortali æternitate donetur. Et hæc clarificatio est. *continuò,* id est, immortalis resurrectio non differetur in fine, sicut omnium ad quam potest referri & prius dictum, vt dicatur. Nunc: non de instanti tempore passionis, sed de proximo resurrectionis, quasi sit factum quod mox est futurum. (1. Cor. 10. a; Supra 5. e.)

✠ THEOPHYLACTVS. Quomodo glorificabit Deus filium? In seipso hoc est per seipsum non per alium, non per angelos & archangelos, non per alias virtutes, sed per seipsum. Omnia enim operatus est ad gloriam filij, continuò igitur, inquit glorificabit eum, hoc est non tardabitur, sed in ipsa cruce & iterum post tres dies, cum resuscitauerit eum, & post quadraginta dies suppeditata gratia discipulis.

d *Filioli.* AVGVSTINVS. Quia dixerat quod Deus est cito clarificaturus eum, ne putarent quod non vltrà iungeretur eis conuersando in terra, addit: *Adhuc modicum vobiscum sum.* In infirmitate carnis sicut & vos vsque ad horam mortis, sicut post resurrectionem dicit: *Cum essem vobiscum in carne mortali.* Vel modicum vobiscum sum, si non in eadem qualitate tẽporali tamen in terrena conuersatione post resurrectionem 40. diebus. De præsentia autem diuina qua cum eis est vsque ad consummationem seculi, nõ potest hoc accipi, quia non conueniret quod sequitur. (Luc 24. f.; Act. 1. a.; Matt. 28. d.)

✠ HIERONYM. Saluator noster patrem se esse nouit dicens: *filij dimittuntur tibi peccata*, Et: *filia fides tua te saluam fecit*: Et: *filioli mei adhuc modicum vobiscum sum*, & per spiritum sanctũ iusti quique in filios adoptantur. Valentinus sæculorum suorum parabolas atque coniugia, ex hoc vel maximè loco confirmandas putat, nequaquam intelligens ad similitudinem Dei patris & in cœlo & in terra paternitates non fieri, sed appellari. (Comment. in cap. 3. episto. ad Ephesios.)

e *Quære. me. & po. ve.* Tunc enim implebitur: *Vbi ego sum & illi sint.* (Infra. 17. d.)

f *Quo ego vado vos non potestis venire.* Nunc non poterant apostoli nondum spiritu confirmati sequi dominum, id est, mori pro domino & iusticia, vel venire ad vitam immortalem ad quam ipse ibat, sequuturi autem erant postea. Quomodo autem idonei possint esse & pergere quo ille antecedit, docet. (Leui 19. d.)

a Quidam enim putabant, quia † loculos habebat Iudas, quod [1] dixisset ei Iesus: Eme ea quæ sunt opus nobis ad diem festum, aut egenis vt aliquid daret. [2][3] Cum ergo accepisset ille [4] buccellam, exiuit continuò. [5] Erat autem nox. [6] Cum ergo exisset [7] dixit Iesus: [8] Nunc † clarificatus est filius hominis, & Deus [9] clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, [10] & Deus clarificabit eum in semetipso, & cõtinuò clarificabit eum. [11] † Filioli [12] adhuc modicum vobiscũ sum, [13] † quæretis me, [14] & sicut dixi [15] Iudæis, quò ego vado, vos non potestis venire, [16] & vobis dico [17]

(Interlinear: a ¶ Vt malus. ¶ Bonum. — a ¶ A domino aperte recedit. — a ¶ Absente palea jam triticum quodammodo est purgatum. — a ¶ Quia non quæsiuit nisi gloriam patris. — ¶ Volentes sequi me. ¶ Sed sine modo. — ¶ Iudæi nunquam. — a ¶ Idem dico vobis, sed cum modo.)

(Margin: † marsupiũ; † glorificatus; † Dẽ pr̃e di. 4. c. hãc societatem 5. hoc ergo.; † Supra. 7. c. & 8. e)

☞ a Manda-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Quidam, &c. quia lo. *Id est, quia portabat eleemosynas datas pro Christo et discipulis eius.*

2 Quod dixisset ei. *Qui imminebat in crastino, vt dictum est. In talibus enim solemnitatibus Iudæi lautius viuebant.*

3 Aut egenis. *Quia ad vtrumque istorum pecunia portabatur, vt supra dictum est ca. præce.*

4 Cum ergo accepisset. *Hic describitur proditionis exequutio. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur dicta exequutio, secundo pronunciatur ex hoc sequens Christi glorificatio, ibi:* Cum ergo dixisset. *In prima parte dicitur sic:* Cum ergo ac. ille bucellam. *Dicunt aliqui quod tantum accepit in manu, sed non comedit, quia diabolus non permisit eum tandiu stare ibi, eo quod non poterat sustinere præsentiam Christi & hoc non est verisimile quia diabolus in præsentia Christi diu stetit in deserto ipsum tentãdo, ideò aliter exponitur:* Cum ergo acce. *Id est, comedisset, accipere enim cibum idem est quod comedere.* (Diuisio.; Matt. 4. a.)

5 Exiuit conti. *Ad quærendum cohortem quæ caperet Christum.*

6 Erat autem nox. *Hoc expressit euangelista ad ostendendum opportunitatem temporis ad peragendum proditionem, & ad denotandum in Iuda mentis tenebrositatem.*

7 Cum ergo ex. *Hic prænunciatur sequens Christi glorificatio, sciebat enim discipulos conturbandos de eius recessu & ideò primò ostendit gloriam quam erat adepturus per suã mortem, secundo denunciat ipsam mortem, ibi:* Filioli. *In prima igitur parte dicitur:* Cum er. exis. *Iudas ad procurandum Christi mortem.*

8 Dixit Ie. Nunc cla. *Dicitur enim aliquid iam esse quando incipit, passio autem eius extunc incipiebat per quam fuit multipliciter clarificatus, vt dictum est ca. præce. et ideò dixit se iam clarificari.*

9 Et Deus cla. est in eo. *Quia passio Christi erat ordinata ad Dei gloriam inquantũ ibi maximè relucebat diuina misericordia & iustitia & inquantum per eam multitudo Gentium adducta est ad glorificandum Deum, dicitur autem glorificatio quasi clarificatio, quia gloria est clara noticia cum laude, vnde gloria dicitur quasi claria c mutata in g.* (Gloria quid)

10 Et Deus clarificabit eum in semetipso. *Id est, Deus pater per seipsum clarificabit filium inquantum in morte eius mirabilia ostendit & eum à morte resuscitauit.*

11 Et conti. cla. *Id est, sine mora, quia non est derelictus in inferno, nec caro eius vidit corruptionem, vt habetur Act. 2. d. quia accelerata est sua resurrectio.*

12 Filioli. *Consequenter hic denunciat suum recessum per mortem. Et diuiditur in duas quia primò denunciat prædictum recessum, secundò ostendit qualiter possint esse idonei ad sequendum ipsum, ibi:* Mandatum nouum. *Dicit ergo primò:* Filioli. *in quo ostendit teneritudinem amicitiæ ad eos.*

13 Adhuc modicum. *Id est, modico tempore & secundùm aliquos intelligitur istud tempus modicum vsque ad ascensionem, quia vsque tunc apparuerat eis corporaliter, sed melius dicitur quod istud tempus modicum intelligitur vsque ad aduentum Iudæ & militum, quia tunc fuit eis subtractus.*

14 Quæretis me. *Id est, desiderabitis me habere in præsentia vestra.*

15 Et sicut di. Iu. *Quia non poterãt me sequi. ca. 7. ita nũc dico vobis.*

16 Quo ego. *Quia adhuc imperfecti estis, verumtamen quia ista imperfectio erat tollenda ab eis per gratiam spiritussancti, ideò subditur:*

17 Et vobis dico modo. *Quasi dicat licet pro nunc non possitis me sequi tamen postea poteritis, quia recepta spiritussancti gratia gaudebant in tribulationibus et opprobrijs vt habetur Act. 5. g. Quando autem dixit Iudæis quod non poterant eum sequi, non addidit hanc determinationem modo, ostendendo quod illa imperfectio & malicia non erat ab eis tollenda.*

1 Manda-

MORALITER.

† HIERONYMVS. Dic sacerdos, dic clerice quomodo eisdem labijs deoscularis filium virginis quibus deosculatus es filiam meretricis? ô Iuda osculo filium hominis tradis.

4 *Cum ergo accepisset.* Quia sacerdos Christi corpus sumens indignè indignè magis elongatur.

7 *Cum ergo exisset dixit Ie.* Secundùm Aug. Per exitum Iudæ de societate Christi & discipulorum præfigurata fuit reproborum separatio tempore iudicij finalis à consortio Christi & electorum, quia tunc apparebit gloria magna Christi. Quod sequitur est de se morale, ideò pertranseo.

a ¶ Ne desperent additur modo. b ¶ Sed vt aliquando sequamini.

a b modo. † mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, ¹
a ¶ Ideo & vos in quo innuit se conferre diligendo nos, vt mutua dilectione inter nos constringamur.
b ¶ Non in alijs quæ etiam non mei habent.
sicut dilexi vos, vt & diligatis inuicem. In hoc cognoscent ² ³
a ¶ Hic est fons in quo alienus non communicat, vt ait Salomon.
omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad ⁴
c inuicem. Dicit ei Simon Petrus: Domine quo vadis, Res- ⁵ ⁶
a ¶ Quasi dicat, non festines, quia nondum es indutus virtute ex alto & ideò ne interim præsumas.
b ¶ Nunc non poterant apostoli, nondum spiritu con &c.
pondit Iesus. Quo ego vado non potes me modo sequi: se- ⁷ ⁸
a ¶ Ne desperes.
queris autem postea. Dicit ei Petrus: * Quare non possum te ⁹ ¹⁰
a ¶ Qui totum nouit & docet.
d sequi modo? Animam meam pro te ponam. Respondit Iesus: ¹¹ ¹²
a ¶ Quandoque, sed prope est vt neges timore mortis vitam & occidas tuam animam.
e † Animam tuam pro me ponas? † Amen amen dico tibi, non ¹³ ¹⁴
a ¶ Christum quidquid in verbis sones.
cantabit gallus, donec ter me neges.

A a *Mandatum nouum do.* AVGVST. Non quod hoc non sit in antiqua lege, *Diliges proximum tuum sicut teipsum* & non quod antiqui sancti non sic dilexerunt, sed quia dilectio de veteri facit nouum hominem quocunque tempore quod tamen non fecit dilectio quæ est naturali necessitudine, vt inter coniuges patres & filios & huiusmodi, vt taceamus de turpi quæ est inter amatores; Et ideò pulchrè determinat: *Sicut dile. vos.* perducturus ad finem sine fine ea dilectione diligite, vt sitis filij Dei fratres vnico filio, quæ dilectio facit mori seculo. [1.Io.2.b.]

B b *Vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Nō putetur hæc prætermissa dilectio Dei quæ est in dilectione proximi, in proximo enim non nisi Deus diligitur, sicut & Christus in nobis diligit Deum & non quod hoc habeamus, sed vt haberemus sicut medicus in ægro, non morbum, sed salutem quam venit dare.

C c *Do. quo.* Audito, quo ego vado, & intellecta via qua sequi potest, id est, dilectione, dicit Petrus vt sequi paratus. Et quia hunc eius animum nouit dominus, dixit non modo eum posse, in quo non abstulit spem futuri, sed confirmauit. *Sequeris autem postea.* [† De pe di. 2. qui vult facere.]

D d *Ani. meam.* Multū præsumit qui animam pro eo ponere promittit, qui nondum pro Petro animam dedit, quasi præire possit. AVGVSTINVS. Voluntatem suam, sed non vires suas cognoscens, vt infirmus voluntatem suam iactat, sed inspiciebat inualitudinem medicus. Ille promittebat ille prænoscebat & qui nesciebat audiebat, qui præsciebat docebat.

E *Non cantabit, &c.* ✠ THEOP. Hoc est nūc: neque enim magnū erat interuallū. intēpesta enim nocte differebat, & tum prima ac secunda custodia noctis transierat. Quia igitur magna charitas cōtradicentem fecit, charitatem quidē approbat, contradictionem autem resecat: ideo & denudat eum superno auxilio, & docet vt suā agnoscat imbecillitatem. [* Domine] [† Mat. 26 d Mar. 14. d. Luc. 22. d.]

F Curam eius gerens permisit eum cadere, vt & postea orbis administratione suscepta nihil tale experiatur, sed agnoscat se. Et vide quomodo ceciderit nō semel, sed ter. Ita derelictio Dei nostram arguit infirmitatem, & qui attendit hoc, inuenit beneficium maximum.

e *Non cantabit Gal. &c.* Petrus ante primum Gallicantum trinam negationem incipit, totam autem perficit ante secundùm Gallicantum.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Mandatum no. *Hic consequenter ostendit modum sequendi ipsum scilicet perfectionem charitatis qua animam facit ponere propter Christum & hoc est quod dicit.* Mandatum no. *Sciendum quod mandatum dilectionis non dicitur nouum, quia pro tunc fuerit de nouo datum. In veteri enim testamento fit mentio frequenter de dilectione Dei & proximi propter quod legisperitis respondit Christus mandatum dilectionis esse inter alia maximum, vt habetur Mat. 22. d. Sed pro tanto hic dicitur mandatum nouum ab effectu, quia animam renouat. Et iterum quia differentiam noui Testamenti et veteris constituit. Licet enim in lege veteri fieret mentio de dilectione, tamen principaliùs inducebantur ad obseruantiam legis ex timore et eodem modo in nouo Testamento bene fit mentio de timore, sed principalius de amore vnumquodque autem à principaliori vel euidentiori denominatur, propter quod vetus Testamētum dicitur lex timoris, nouum autem lex amoris. Consequenter ostendit modum diligendi dicens:* [Mandatum dilectionis quare nouum.]

2 Sicut dile. vos. *Id est, gratuitè & efficaciter & rectè, sic enim Christus dilexit nos, quia in dilectione nos præuenit, vt dicitur. 1. Io. 4. b.* Prior dilexit nos, *& sic gratuitè. Animam etiam suam pro nobis posuit & sic efficaciter dilexit. Hanc etiam dilectionem ad nostram beatitudinem ordinauit, & sic dilexit nos rectè, & hoc modo debemus nos inuicem diligere.*

3 In hoc cognoscent omnes quia discipuli, &c. *Sola enim charitas distinguit inter filios regni & filios perditionis, vt dicit Aug. 15. de trinitate.*

4 Dicit ei. Si. *Superius declarauit Christus defectum discipuli ipsum proditurì, hic consequenter ostendit defectum discipuli eum negaturi, & primò ostenditur huius ostensionis occasio, quæ fuit iactantia Petri de sua constantia & fidelitate. Christus enim dixerat:* Quo ego vado, vos non potestis venire modo *ideo Petrus feruidus petijt statim à Christo.*

5 Domine quo va. *Quasi dicat omnibus modis volo te sequi.*

6 Respondit Iesus. *Reprimendo eius presumptionem.*

7 Quo ego vado non, &c. *Quia adhuc erat imperfectus ad tolerandum constanter mortem pro Christo, sicut patuit per sequentem effectum.*

8 Sequeris autem postea. *Quia finaliter pro Christo crucem gaudenter sustinuit.*

9 Dicit ei Pe. *Propriæ fragilitatis inexpertus.*

10 Quare non possum, &c. *Quasi dicat imo possum. Hoc ostendit perfacinus.*

11 Animam meam. *Non dixit mendacium, quia pro tunc sic cogitabat facere, antequam dimitteret Christum.*

12 Respondit ei Iesus. *Prædicens eius defectum.*

13 Animam tuam. *Quasi dicat non sic erit.*

14 Amen amen dico, &c. *Mar. 14. c. dicitur* antequam gallus bis vocem dederit. *Sed hanc controuersiam soluit Matth. 26.*

Quæritur vtrum cœna in hoc cap. descripta, in qua Christus corpus suum discipulis suis tradidit in sacramento, fuerit facta luna. 14. existente. Et arguitur primò quod non per illud quod dicit Ioannes in principio huius cap. Ante diem festum Paschæ *cuius prima dies erat luna. 14. quia tunc incipiebat Pascha ergo illa cœna de qua loquitur Ioannes, fuit ante lunam. 14. Item infra. 18. e. dicit Ioannes, quod Iudæi* non intrauerunt prætorium *Pilati, vt* non contaminarentur, sed manducarent pascha, *ergo in vespere illius diei quo passus est Christus, manducauerunt agnum paschalem, ipsi autem tenebantur ex lege comedere illum luna 14. ergo cum cœna prædicta fuerit in vespere præcedentis diei, patet quod fuit luna. 13.* [Quæstio de cœna dñi.]

Contrarium dicit beatus Hiero. videlicet quod Christus illam cœnam fecit luna. 14. & passus est luna. 15 existente.

Responsio. Græci dicunt, quod ista cœna facta fuit luna. 13. propter autoritates allegatas in arguendo pro ista parte & dicunt quod Christus præuidens tempus suæ passionis futurum, illa die qua immolabatur agnus paschalis, vt immolatio agni veri correspōderet immolationi agni figuralis, ideò præoccupauit comedere agnum paschalem per vnum diem. Et dicunt consequenter, quod Christus corpus suum in pane fermentato consecrauit, quia in domibus eorum non inueniebatur panis azymus vsque ad 14. lunam. Sed dictum eorum est contra veritatem Euangelij quia Mat. 26. b. dicitur, quod prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum dicentes: Vbi vis paremus tibi comedere pascha? *Item Luc. 22 a.* Venit autem dies Azymorum in qua necesse erat occidi pascha, & misit Petrum & Ioannem. d. Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. *Ex quibus patet manifestè, quod illa cœna fuit die azymorum, & per consequens luna. 14. existente. Et ex hoc sequitur, quod Christus consecrauit in azymo pane, quia illo tempore non inueniebatur panis fermentatus in domibus Iudæorum secundùm præceptum legis per 7. dies, vt habetur Exo. 12. c. Sed Græci in tantam vesaniam proruperunt propter defensionem sui dicti, quod negant textum Euangelij, dicentes alios euangelistas falsum scripsisse quantum ad diem huius cœnæ & propter hoc Ioannes euangelista qui scripsit posterior, describens hanc cœnam eos correxit di.* Ante diem festum Paschæ, &c. *vt suprà allegatum est. Sed ad dictum istud sequitur destructio totius sacræ scripturæ & per cōsequens totius fidei catholicæ cum sacra scriptura sit regula fidei, secundum quod scribit beatus Aug. in epistola ad Hiero. Si dicatur à fidelibus, quod scriptura in aliqua sui parte contineat falsum, eadem ratione poterit dici ab aduersarijs fidei, quod in nulla sui parte habeat certitudinem veritatis. Præterea fides catholica tenet euangelistas scripsisse non a proprio capite, sed spiritussancti inspiratione vnde dicit beatus Petrus secunda canonica. 1. ca. 1.* Spiritussancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines, *nullum autem falsum potest esse à spiritusancto & ideò dicere quod euangelista in aliquo loco scripserunt falsum, est erroneum. Et ideo propter prædicta dixerunt aliqui quod Christus comedit agnum paschalem debito tempore secundùm legem, videlicet luna. 14. vt dictum est. Sed Iudæi circa mortem Christi procurandam intenti & occupati illa die non comederunt pascha, sed tardauerunt per vnum diem secundùm quod dicitur. Io. 19. e. quia Iudæi non intrauerūt prætorium Pilati* [Contra Græcos]

NICOLAVS DE LIRA.

Pilati illa die qua passus est Christus, ne contaminarentur, et impedirentur à comestione paschæ, vt supra allegatum est. Sed istud dictum nõ consonat cũ verbis Marci euangelistæ dicentis cap.14. b. Et prima die azymorum quando pascha immolabant dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus tibi, vt manduces pascha? *Ex quo videtur, quod eadem die qua alij immolabant agnũ paschalem, eadem die Christus immolant agnũ, & sic cœnam discipulis suis fecit luna 14. existente, Ad primũ dicendũ, quod paschale festum apud Iudæos incipiebat à vespere diei in qua luna erat 14. dies autem festiuus apud eos incipit à vespere vnius diei & durat vsque ad vesperam diei sequentis, secundùm quod dicitur Leuit. 23. e.* A vespere in vesperam celebrabiris sabbata vestra. *Et sic dies solemnis Paschę erat luna 25. propter quod eundem diem quem Ioannes nominauit ante diem festum Paschę, propter distinctionem naturalium dierũ, Marcus nominat primum diem azimorum, morũ, quia à vespera præcedẽtis diei incipiebant comedere azima. Quãdo ergo dicitur, quod luna 14. existente erat primus dies solemnitatis Paschæ. Dicendum, quod non est verum, sed in fine illius diei incipiebat primus dies, et durabat vsque ad vesperam diei sequentis, & sic prima dies solẽnitatis paschalis celeberrima, erat luna 15. vt patet Leuit. 23. d.* Mense primo 14. dies mensis ad vesperam Pascha domini est. Et 15. die mensis huius solennitas azymorũ Domini est. Septẽ diebus azima comedetis dies primus erit vobis celeberrimus sanctusq;

Ad secundum dicendum, quod illud pascha quod debebant comedere Iudæi in die passionis Christi non intelligitur de comestione agni paschalis, quia illud pascha comederant in vespera præcedentis diei, vt dictum est, sed intelligitur de panibus azymis quos debebant comedere septem diebus continuis, & non debebant comedi nisi ab hominibus mundis & ideo non introierunt domum hominis Gentilis, ne impedirentur à comestione ipsorum.

ADDITIO I.

In ca. 13. *Vbi dicitur in post.* Et cœpit lauare pedes discipulorum.

Ex hoc quod pedes discipulorum lauabantur non sequitur quod haberent lutosos pedes, nec quod discalceati incederent. Mos enim erat vt itinerantium pedes lauarentur, vt patet Genes. 18. a. Vbi cum Abrahã Angelos sibi occurrentes, quos homines esse credebat, inuitauit, primò offerebat eis aquam ad pedes lauandum dicens. Afferam pusillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite, &c. *Et sic de alijs similibus. Quę quidem lotio principaliter fiebat in remedium lassitudinis quę itinerantibus sępe contingit.*

ADDITIO II.

In eodem capite. *Vbi dicitur in postilla.* Sed pro tanto dicitur hic mandatum nouum ab effectu quia animam renouat.

Hæ duæ rationes assignatæ per Postil. ad hoc quod mandatum de dilectione proximi hic positum dicatur nouum, non videtur sufficere. Prima enim ratio quæ sumitur ex renouatione animę in lege noua non videtur valere, nam renouatio animę propriè fit per gratiam à Deo infusam mediante virtute sacramentorũ quę ad hoc instrumentaliter operatur, secundum quam gratiam anima dicitur noua creatura, quam quidem nouitatem etiam paruuli vsum rationis non habentes, nec per consequens actũ dilectionis in baptismo acquirunt. Vnde valde impropriè dicitur quod mandatum dilectionis animam renouat, causalitas enim principalis huius renouationis soli Deo attribuitur tanquam principali agenti, sacramento autem regenerationis tanquam instrumento. Vnde August. super Ioan. dicit, quod tanta vis est aqua, vt corpus tangat, et cor abluat. Vnde secundùm istam consideratiõe propriè diceretur: Sacramentum nouum do vobis loquendo de sacramento baptismi quo anima renouatur. Secunda autem ratio quam inducit ad hanc nouitatẽ sumptam à differentia noui & vet. Testament. nihil videtur facere ad propositum, nam licet verum est, quod lex euangelica principalius inducit ad sui obseruationem per amorem quam per timorem, hoc intelligitur per amorem Dei, & sic secundùm Postil. ad hoc designandum debuisset dicere: Mandatũ nouum do vobis, vt diligatis Deum, per amorem enim Dei lex Euangelica inducit ad sui obseruantiam. Verba etiam euangelij quę in hoc loco nouitatem mãdati testantur, non faciunt in hoc mentionem de his quæ inducunt ad obseruationem legis seu mandati. Vnde ad declarationem nouitatis huius mandati vlterius videtur aliquid dicendũ. Ad cuius euidentiam attendendum est, quod secundùm Thom. in prima secũda. quæst. 107. ar 4. in corpore quæstionis. Lex noua quæ est lex libertatis, suprà præcepta addidit consilia quæ in operatione eius qui dantur ponuntur. In veteri autem lege quæ erat lex seruitutis, non dabantur consilia, sed tantum præcepta quæ necessitatem important Vnde de duobus pręceptis charitatis in quibus tota lex & prophetæ pendent, vt Matth. 22. d. ea quæ sunt de necessitate salutis implenda in veteri lege ad plenum continentur. De primo enim dicitur Deut. 6. a. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, &c. *De secundo vero præcepto:* Diliges proximum tuum sicut teipsum, Leuit. 19. capit. *Ea verò quę ad perfectionem impletionis prædictorũ præceptorum pertinent in lege noua, ex consilijs continentur. Quod de primo patet cum Dominus consuluit Matth. 19. c.* Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia quæ habes & da pauperibus, &c. *In quo consilio secundum doctores ea quę pertinent ad perfectionem dilectionis Dei per modum consilij ponuntur. De secundo vero ea quę pertinent ad perfectionem dilectionis proximi potissimè continentur in hoc quod dicit:* Diligatis inuicem, sicut dilexi vos. *Quod sic patet. Nã modus dilectionis Christi ad discipulos seu ad humanum genus attingit summum gradum perfectionis dilectionis proximi tripliciter. Primò, secundum extensionem, quantò enim dilectio proximi ad plures extenditur, tantò videtur esse magis perfecta. Extendit autem Christus hanc dilectionem non solum ad amicos vel ei coniunctos propter naturalis cognationis aut similis vinculum, sed etiam ad inimicos, pro quibus etiam in passione orauit, vt Luca 23. e. De qua extensione docuerat apostolos dicens. Matthæi 5. g.* Diligite inimicos vestros. *Secundò, quo ad intensionem, quanto enim aliquid intensius amatur, tantò facilius maiora propter ipsum contemnuntur. Contemnit autem Christus propter dilectionem proximorũ non solùm exteriora bona vel etiam quædam corporalia interiora exponendo corpus suum laboribus & persequutiones maximas tolerando, sed etiam animam suam pro eis ponendo, quod summũ gradum perfectionis circa huius dilectionis intentionẽ obtinet. Iuxta illud Io. 15. b.* Maiorẽ hac dilectionem nemo hab[e]t, &c. *Tertio secundùm effectum, quanto enim maiora bona proximis per dilectionem impenduntur tantò perfectior dilectio esse videtur. Largitus enim est Christus proximis seu humano generi bona spiritualia & diuina supra naturam & rationi existentia, scilicet doctrinam diuinorum, & sacramentorum institutionem et huiusmodi, quorum bonorum collatio ad singularem quandam perfectionem fraternę dilectionis videtur pertinere cum per hęc bona homo vltimo fini coniungitur, in quo summa hominis perfectio consistit, quæ quidem spiritualia bona cum non vni tantum vel duobus sed toti multitudini exhibita sunt, est perfectior dilectio secundum effectum, vnde iuxta sententiam philosophi: Bonum gentis perfectius est, & diuinius quam bonum vnius. Ex quibus manifestè patet, quod in hoc quod dixit Christus.* Diligatis inuicem sicut dilexi vos. *Docuit apostolos dilectionis proximi perfectionem in summo gradu, quæ sub consilio cadit, non enim ad præmissa de necessitate salutis in quolibet casu quis tenetur. vnde Augu. in Enchi. super illud Matth. 5. g.* Diligite inimicos vestros. *Dicit:* Perfectorum sunt ista & filiorum Dei. *Ex quibus sequitur, quod hoc mandatum propriè dicitur nouum, in antiquo enim minimè talis modus dilectionis reperitur. Si autem dicatur, quod secundùm hoc debuisset dicere. Consilium nouum do vobis, non autem mandatum nouum, cum prędicta non cadunt communiter sub præcepto, vt dictum est, sed sub consilio, Ad hoc dicendum, quod licet ista quantum ad communẽ statum hominum non cadunt communiter sub præcepto, Ad statum autem Apostolorum sub præcepto cadunt inquantum fuerunt deputati ad ædificationem totius vniuersalis ecclesiæ. Iuxta illud ad Eph. 4. b.* Alios quidẽ Apostolos, alios autẽ pastores & doctores ad cõsumationẽ sanctorũ in opus ministerij & ædificationẽ corporis Christi, *scilicet Ecclesiæ. Et ideo propriè hæc verba eis diriguntur per modũ pręcepti, scilicet:* Mandatũ nouũ do vobis, *quia quod alijs cõmuniter consilium, apostolis est præceptum, quod etiam illi modo eis congruente perfectè impleuerunt, vt ex gestis eorum patet. Si vlterius quæratur qualiter consilia ad primum pręceptum charitatis pertinẽtia non fuerunt data apostolis sub pręcepto sicut & prædicta, cum ad consilia vtriusque pręcepti eadem ratione tenerentur. Dicendum quod huiusmodi consilia scilicet ad primum præceptum pertinentia iam obseruabantur ab apostolis, vnde Matth. 19. d.* Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. *In abiectione enim omnium temporalium & sequela Christi, perfectio diuinę dilectionis, & per consequens consilia ad illud pręceptum pertinentia continentur. Iuxta illud prææallegatum Matth. 19. c.* Si vis perfectus esse, &c. *Vnde non restabat, nisi vt informarentur de perfectione impletionis secundi præcepti, vt dictum est.*

Dilectio Christi ad genus humanũ fuit in summo gradu tripliciter.

ADDITIO III.

In eodem capite. *Vbi dicitur in postilla.* Quęritur vtrum cœna in hoc cap. descripta.

Hęc quæstio disputatur & ad plenum vt credo declaratur in additione super Matth. 26. c. vide ibi.

REPLICA.

In capite. 13. *Vbi dicitur,* Cœpit lauare pedes. *Postillator dicit lutosos, quia nudi pedes ibant. Burgen. se opponit hic sicut Marc. 6. vide ibi correctũ. Quod hic specialiter dicit de Abraham qui obtulit angelis pedũ loturam prout dicit Genes. 28. a. iuncta autoritate beati Dion. 15. Angelicę hierarchiæ, est contra Burgen. quia ibi dicitur angelos semper apparuisse nudis pedibus.*

REPLICA.

In eodem capite. *Vbi dicitur.* Mandatum nouum do vobis. Po-

stillator illius nouitatis dat duplicem rationē. Vna est, quod dicitur nouum propter animæ innouationem. Alia, quia differentiam nouæ legis à veteri constituit. Burg. hic facit cauillationem contra rationem vtramque. Contra primam, quia sacramenta innouant animam instrumentaliter, Deus principaliter, ideo propter innouationem animæ potius debuit dici, sacramentum nouum do vobis. Hic dico, quod aliud est innouare animam effectiuè, aliud formaliter. Deus effectiuè innouat, et ad idem genus causę reducitur instrumentū, quod etiá efficit suo modo, sed gratia & charitas formaliter renouant animam. Hæc autem gratia & charitas per Deum infunduntur in baptismo, per quam tanquam per propriam formam meriti mandati noui fit impletio. Innouatur igitur anima effectiuè per charitatis infusionem. Innouatur autem formaliter per mandati exequutionem quæ fieri non potest sine habitu illo infuso. Est igitur cauillatio. Burg. tentatiua, pertractatio etiam secundę rationis est quędam tentatiua cauillatio. Nam differētia nouæ legis & veteris Testamenti est timor & amor. Opera enim legis erant seruilia, & quasi mercenaria, opera autē gratiæ amorosa, & ideo qui sub lege erant, dicebantur serui, qui autem sub gratia, dicuntur filij & amici. Mandata illis data fuerunt despotica istis autem sunt data regalia & politica, quia Deus illis mandata dedit, vt seruis, istis vt filijs, liberis & amicis ex qua differentia bene accipitur nouitas mandati. Ea autem quę Burgen. ponit ad declarandū mandati nouitatem non sunt multum probabilia. Dictū eius primum est, quod nouitas illa attenditur penes consilia superaddita. Nam in veteri lege vt dicit, non dabantur consilia sed tantum pręcepta. Hoc autem dictum est contra literam veteris legis, quæ distinguit in multis locis præcepta à consilijs. Dicitur namque. Prouerb. primo ca. Despexistis omne consilium meum. *Et ibidem tertio c.* Custodi legem atque consilium. *Et sic de alijs. Secundùm dictum Burg. est, quod omnia de necessitate salutis pertinentia ad impletionem præceptorum charitatis, in quibus tota lex pendet & prophetæ, ad plenum continentur in veteri lege. Sed hoc dictum videtur contra planam literam Matth. 5. c. Vbi dicitur.* Nisi abundauerit iusticia vestra plusquam scribarum, &c. Non intrabitis in regnum cœlorū. *Vbi glos. Iustitia illorum mandata Moysi, impletio illorum iustitia Christi, illa à pœna liberat, ista saluat. Et infra: Mandatum Christi non est contrarium legi, sed latius in se legem continens, qui enim non irascitur, non occidit, sed non econtra, tolle iram, & homicidium non fit. Illa enim si præseruabat à pœna sensus, non tamen à pœna damni. Ideo obseruantia veteris legis non sufficiebat ad salutem sine expressione Christi superaddita, vetera enim & noua præcepta eadem sunt secundùm substantiam, sed differunt secundùm maiorem & minorem expressionem & vtilitatem, secundùm beatum August. 16. de ciuitat. Dei cap. 26. & primo retra. cap. 12. Tertium dictum Burgen. est quod ea quæ ad perfectionem impletionis pręceptorum pertinent, in lege, noua in consilijs continentur. Sed hoc videtur falsum, nam stat aliquem perfectissime Deum diligere, qui tamen non vendidit omnia sua, & dedit pauperibus, prout exemplificat beatus. Augustin. primo de ciuita. Dei cap. 10. de Paulino Episcopo Nolensi. & Burg. idem vult suprà cap. 12. Idcirco sine obseruantia consiliorum Christi potest quis esse perfectus Dei amator.*

Innouatur anima dupliciter.

amator. Cæterum si perfectio obseruantię dilectionis proximi potissimè continetur in eo quod hic dicitur: Diligatis inuicem sicut dilexi vos, *Prout Burgen. dicit, tunc sequitur illud fore dictum per modum consilij, cum tamen dicatur in litera:* Mandatum nouum. *Sed Burg. hæc volens euadere dicit, quod debet intelligi solis Apostolis mandatum, communitati autem fidelium consilium sit. Sed hoc videtur irrationabiliter dictum, & in nulla scriptura fundatum, sed fundatur super falsa imaginatione. Imaginatur enim, quòd Christus dilexit nos in summo gradu perfectionis, intensiue, extensiue, & effectiuè, ad quem gradum diligendi quia non potest homo de communi lege pertingere, idcirco Christus eum non præcepit, non enim Christus præcepit alicui impossibile. Habet igitur vt dicit Burgen. vim consilij, non pręcepti, cum dicitur:* Diligatis inuicem, sicut dilexi vos. *Sed idem argumentum est de Apostolis, sicut de alijs, nemo enim ex eis ad summum gradum perfectionis pertingere potuit intensiuè, extensiuè, & effectiuè. Oppositum enim huius damnatur in clementinis, ad nostrum de hęreticis. Vnde etiam neque Apostolis esset mandatum pari ratione qua cęteris non mādatum, cuius tamen oppositum dicit Burgen. Pro Burgen. igitur & suorum imitatorum desolatione dico, quod Burg. deceptus est, putans esse similitudinem currentem quatuor pedibus. Secundùm enim eundem Burg. in multis locis, nulla similitudo debet vniuersaliter accipi, quia iam non esset similitudo, sed identitas, idcirco particulariter accepta hæc similitudo.* Sicut dilexi vos: *Non cogit Burgen. ad dicendum manifestum pręceptum fore consilium, quia non sequitur:* Diligatis sicut dilexi: *Sed ego dilexi in summo gradu perfectionis, igitur & vos, sicut non sequitur, sicut se habet sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia, sed sensus percipit sua sensibilia materialiter, ergo intellectus intelligibilia, totum antecedens est verum, consequens impossibile. Sicut enim vniuersaliter accipiendo similitudines, multi lapsi sunt in periculosos errores: Ita & Ioachim Abbas arguebat ex illa similitudine: Pater oro, vt fideles sint vnum, sicut ego & tu vnum sumus, sed fideles non possunt esse vnum, nisi collectiuè, ergo personæ diuinæ non sunt in communi essentia, sed collectiuè, qui error damnatur extra de sum. Trinit. & fi. cathol. damnamus. Vnde beatus Gregor. aliter exponit illud mandatum quam Burgen. Dicit enim.* Diligite inuicem, sicut ego dilexi vos. *Hoc est, amate inuicem ad quod amaui vos: Sic igitur accipitur similitudo quo ad terminum amoris, quia amor Dei erga nos ordinatur ad gratiam & gloriam, ita & noster amor inuicem, etiam quāuis secundum intensiuum modum non est nobis possibile Christo assimilari in dilectione, tamen in extendendo ad omnes etiam hostes, possibile est, immo non difficile quia de diligendis inimicis nemo vnquam in veritate poterit se excusare, vt vult beatus August. in sermone communi. Est igitur pręceptum charitatis sic extensum nouum & leue respectu proximi, multo autem leuius respectu Dei, quia voluntas sequēdo rectā rationem in Deo nihil reperire potest nisi diligibile, quia non nisi bonum immo optimum per consequens super omnia diligendum. Oportuit igitur Burgens. alium habere respectum quando circa 20. capit. Exod. dicit præceptum de dilectione esse arduissimum. Vide ibi.*

Error abbatis Ioachim.

CAPVT. XIIII.

A a ET *ait discipulis suis.* Sequitur. *Non turbetur cor vestrum, &c.* AVGVSTINVS. Ne autem mortem tanquam hominis timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos, se etiam Deum esse dicens. Ne B autem iterum sibi timerent, quasi ab eo perituri: cum confidentiori Petro dictū C sit, negabis, certificantur post tentationes nes se apud Deum cum Christo mansuros esse, quia etsi differen- D tes, nullus tamen alienabitur à domo in qua quisque habet mansionem pro merito. Per denarium quidem omnibus significatur vna & non diuersa viuendi in æternitate E mensura. Per mansiones signantur diuersæ dignitates in eadem æterna vita, quia alia claritas solis, alia claritas lunæ, F alia claritas stellarum.

1. Cor. 15.

CAP. XIIII.

a ET ait discipulis suis: 1

a In

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XIIII.

1 ET ait discipulis suis. *Postquam ergo Christus confortauit discipulos suos exemplis, hic confortat eos verbis. Et diuiditur in duas, quia primò confortat eos contra desolationem ipsorum de Christi morte. Secundò contra desolationem in tribulatione post mortem Christi eis imminēte, capit. sequent.* Ego sum vitis vera. *Prima in duas, quia primo consolatur discipulos de sua morte, rationibus sumptis ex parte discipulorum remanentium. Secundò rationibus sumptis ex parte Christi dimittentis eorum consortium, ibi:* Non turbetur cor vestrum. *Prima in tres, quia primo consolatur remanentes promittendo eis accessum ad patrem per ipsum. Secundò, promittendo eis spiritussancti donum, ibi:* Si diligitis: *Tertio promittendo eis suū reditum, ibi:* Non relinquam vos. *Prima in tres, quia primo proponit intentum: Secundò manifestat propositum, ibi:* Et quo vado scitis. *Tertio dubium remouet, ibi:* Dicit ei Philippus. *Circa primum sciendum quod prædixerat eis Iudæ proditionem, & Petri negationem & sui absentiam & mortem, quæ omnia erant eis turbationis materia, Ideo dicit:*

Diuisio.

1 Non

MORALITER.

† 1 *Et ait discipulis suis.* Quoniam immediatè ante dixerat Petro, *ter me negabis*, timuerunt alij, ne simile contingeret eis. Qui licet non negauerunt verbo, tamen quodammodo contigit facto, Christum in sua captione fugientes, ideo ne desperarent de salute dixit eis?

Suprà 13. d. Matth. 26. f.

† Non

¶ Autem. a ¶ Pro morte mea carnis, quia Deus sum qui suscitabo carnem. b ¶ Quia si creditis in Deum, consequitur vt & in me, quia ego Deus sum.

Non turbetur cor vestrum † creditis in Deum, & in me cre- 1 2

a ¶ In iustis. b ¶ Diuersa præmia meritorum. ¶ Si non esset. ¶ Id est, si in aliquo.

a b dite. † In domo patris mei, mansiones multæ sunt. † Si quo 3 4

a ¶ Si non essent paratæ vel prædestinatæ, sed essent præparandę vel prædestinandæ tunc vado. &c. ¶ Vadit parare: non vt paratæ sunt, sed vt sint parandę, illud negat, hoc affirmat.

c minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si 5

a ¶ Apparebo in iudicio.

abiero, & præparauero vobis locum, iterum † venio & 6 7

a *In domo.* Domus Dei, templum Dei, regnum Dei. Regnum A cœlorum, sunt homines iusti, in quibus sunt multæ differentiæ inter se. Et hæ sunt mansiones ipsius domus. Hæ autem iam paratæ sunt in prædestinatione, sicut ait Apostolus: *Qui elegit nos ante mundi constitutionem*, prędestinando. Paratæ sunt in operatione, vnde: *Quos prędestinauit hos & vocauit & iustificauit & magnificauit.* Et secundũ hoc dicitur: *Fecit Deus quę futura sunt* id est, *quę facturus est.*

Ephes. 1. a
Rom. 8. a
Eccl. 3.
¶ De pœdi. 4. c. in domino.
Moral. lib. 4. c. 31.

✠ GREGORIVS. *In domo patris mei mansiones multæ sunt.* B Sed in eisdem multis mansionibus, erit aliquo modo ipsa retributionũ diuersitas aliquo modo concors, quia tanta vis amoris in illa pace nos sociat vt quod in se quisque non acceperit, hoc se accepisse in alio exultet, vnde & non ęquè laborantes in vinea, æque cuncti denarium sortiuntur, & quidem apud patrem mansiones multæ sunt, & tamen eundem denarium dispares laboratores accipiũt, quia vna cunctis erat beatitudo læticię, quamuis non vna sit omnibus sublimitas vitæ. Paruum & magnum in hac luce conspexerat, qui ex voce capitis dicebat: *Imperfectum meum viderunt oculi tui & in libro tuo omnes scribentur.* Paruũ & magnum conspexerat cum dixerat: *Benedixit omnes timentes se dominus pusillos cum maioribus.*

Mat. 20.
Psal. 138. C
Psal. 130.

✠ THEOPYLACTVS. Per domum potestatem & principatum intelliges. Si autem defuissent domus ego iuissem & parassem vobis, & ita vtrinque non oportet vos turbari. Siue sint paratæ siue non sint, nam etsi paratæ essent, ego omni studio præparassem vobis. Si autem non & propter hoc vt præparem vobis locum iuissem: & neque sic reliquissem vos, sed suscepissem, vt *vbi ego sum & vos sitis.*

AVGVSTINVS. Modo iusti sunt regnum Dei & regnum cœlorum, vt dicitur: *Colligent de regno eius omnia scandala.* Sed & de eisdem dicitur: *Fulgebunt iusti sicut sol in re. pa. eorum,* id est, *regnum in regno.* Quod etiam oratur: *Adueniat regnum tuum.* Et in fine: *Percipite regnum*, id est, qui regnum eratis & non regnabatis, modo regnate, quod eratis in spe sitis in re.

Matt. 13.
D
Ibid. 6. b
Ibid. 25. e

b *Si quo minus dixissem vobis, quia vado.* Id est, si non prædestinassem mansionem, quod est inconueniens quantum ad Deum, qui omnia bona ante omnia tempora prædestinauit, tunc modo præpararem, id est, prædestinarem, quod iterum est inconueniens, quantum ad Deum præsentialiter aliquid prædestinare.

E
† Credite in Deum & in me creditis vel creditis in Deũ & in me credite vel credite in Deũ & in me credite.
† Si minus aliquo.
† venturus sum.

AVGVST. Confirmat esse, quia si non essent dixisset, ibo & parabo, id est, prædestinabo, sed quia iam ibi sunt, non est opus aliqua parare. Quia verò nondũ sunt in operatione, addit: *Et si abiero vt prępa.* Abiens sed non relinquens parat, quia subtrahit se & latet, vt sit fides, quæ non est de re visa, & inde est meritum fidei. Ex hac viuit iustus, & mundatur ei cor, dum peregrinatur, & in ea desideratur quod nondum habetur. Et hæc est præparatio mansionis, quia sic parat nos sibi & se nobis vt maneat in nobis, & nos in eo quantum quisque erit particeps eius plus vel minus pro diuersitate meritorum. Et hæc multitudo mansionum est.

Abac. 2.
F

c *Et si abiero.* AVGVST. Abiit latendo, venit apparendo, sed manet regendo, vt proficiamus bene viuendo, & sic paratur locus.

AGVSTINVS. Fides quæ non videt credit, nam si videret non esset fides, credenti colligitur meritum, eunti redditur præmium. Eat ergo Deus & paret locum, eat ne videatur, lateat vt credatur. Tunc enim locus paratur, si ex fide iuuatur creditus. Desideretur, vt desideratus habeatur. Desiderium dilectionis, præparatio est mansionis.

Et quo

NICOLAVS DE LIRA.

1 Non turbetur cor vestrum. *Propter prędicta. Quod autem aliqui libri habent hic:* Neque formidet.. *Non est de textu, sed infrà eo. ca. ponitur, vt videbitur.*

2 Creditis in Deum. *In quo exprimit suam deitatem manifestè aliter consequentia non valeret.*

3 In domo. *Domus patris hic vocatur gloria cœlestis, in qua sunt multi gradus & distinctiones, quia quamuis sit idem obiectũ beatitudinis nullã diuersitatem habens, tamen ex parte beatorum est diuersitas in participando istud obiectum secundum varietatem meritorum, quia aliqui vident alijs clariùs & fruuntur perfectiùs secundum maiorem habitum claritatis qui facit animam capacem obiecti beatitudinis.*

4 Si quo. *Quasi dicat, si in cœlesti beatitudine esset aliquid minus vel defectuosum dicerem vobis.*

5 Quia vado. *Sed non est necesse, quod vadam ad preparandum, quia in Deo est bonitas perfecta ęternalis, & etiam immutabiliter & multipliciter participabilis à beatis. Numerus etiam electorum & terminus meritorum, est ęternaliter & immutabiliter prædestinatus, & sic totum paratum est ab aterno, secundum quod dicitur Matt. 25. c.* Possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. *Sed huic expositioni videtur repugnare quod sequitur:* Et si abiero, &c. *Ergo videtur quod iret ad preparandum. Dicendum, quod beatitudo vel locus ipsius non indigebat aliqua prçparatione, vt dictum est, & sic loquitur saluator in litera pracedenti, ipsi autem electi indigent praparatione ad hoc quod non possint beatitudinem consequi, quia licet sint ab aterno predestinati, tamen beatitudinem non consequitur, nisi mediante gratia qua datur temporaliter in pręsenti. Quando ergo dicit saluator:*

6 Si abiero. *Non est intelligendum quod in gloria cœlesti aliquid ascendendo praparauerit, sed quia per ascẽtionem suam donum spiritussancti fidelibus misit, per quod prçparantur ad consequutionem beatitudinis.*

7 Iterum venio & accipiam vos. *Ex hoc verbo dixerunt aliqui haretici, quod electi non assumuntur ad gloriam vsque ad diem iudicij, & tunc primo assumentur quando Christus veniet iterum in forma humana, secundùm quod dicitur Act. 1. b.* Hic Iesus qui à vobis assumptus est, sic ve. &c. *Sed hoc est expresse contra dictum apostoli Phil. 1. c.* Cupio dissolui & esse cum Christo. *Et 2. ad Cor. 5. a.* Scimus quoniam si terrestris domus nostra habitationis huius dissoluatur, habemus domum non manifestam in cœlis. *Ex quibus patet, quod anima exuta à corpore non habens impedimentum culpa vel pœna temporalis debitã, statim euolat ad gloriam. Hoc etiam patet ratione, quia talis anima per gratiam quam habet digna est gloria, & non habet impedimentum proprię persona, nec totius natura, quia illud impedimentum per Christi mortem fuit ablatum. Et sic intelligitur praparasse beatitudinis locum inquantum per mortem suam amouit impedimentum natura, & ascendens ad cœlos, misit donum gratia, qua ambo erant necessaria ad consequutionem gloria.*

Sciendum igitur ad intelligendum verbum Christi, cum dicitur: Iterũ venio, &c. *Quod Christus dupliciter venit ad accipiendum fideles, Vno modo, ad accipiendum eos ad beatitudinem anima, & sic quotidie venit ad ecclesiam, accipiendo à corporibus animas sanctas, & transferendo ad gloriã. Iste tamen aduentus non est in prasentia corporali. Alio modo veniet in fine mundi corporaliter ad assumendum fideles ad beatitudinem animę & corporis simul. Et quantum ad hoc verum est verbũ illorum, quod fideles non assumuntur ad beatitudinem vsque ad diem iudicij intelligendo de beatitudine corporis & anima simul. Hoc tamen est intelligendum de communi lege, quia aliqui sancti ex priuilegio speciali sunt iam in beatitudine aterna anima & corpore, quia saltem hoc piè credit de beata virgine.*

Vt vbi

MORALITER.

¶ 1 *Non turbetur cor.* Quasi dicat, post lapsum remanet vobis pœnitentiæ remedium, per quod lapsus aliquando resurgit ad æqualem vel maiorem gratiæ gradum, & per hoc omnibus lapsis Christus dedit spem salutis.

3 *In domo patris mei mansiones.* GREGORIVS. Hac ratione conueniunt mansiones multæ cum denario diurno, quia etsi alter minus ꝙ alter amplius exultat, omnes tamen vnum gaudium conditoris sui visione lætificat.

† *Ego sum*

a *Et quo ego vado.* Hoc dictum est secundùm quosdam qui sciebant & filium & patrem. Thomas verò etsi putaret se nescire, conuincitur per hoc quod ipsum nouit, & viam scire & vitam, id est, filium & patrem. De istis scientibus subditur: Amodo cognoscetis eum per me cognitum, & vidistis eum in corde, dum me per omnia similem ei vidistis. Sed alij erant (de quibus est Philippus) nescientes, & si scirent iustum filium, illum patrem, non putabant filium ex toto similem, sed patrem meliorem, & ita nec patrem, nec filium sciebant. Quo animo Philippus dicit: *Ostende nobis patrem, & sufficit.* In quo sufficientia, & non in te. Vnde increpatur nec filiũ scire.

b *Dicit ei Thomas.* Quo & qua itur, dixit eos scire qui non mentitur, sed Thomas dicit eos vtrumque nescire, nesciens eos scire, sed Christus conuincit eos scire, quia si eum sciebant, & ipse est via, viam sciebant, & si ipsum sciebãt, & ipse est veritas & vita, tunc sciebant veritatem & vitam ad quam vadit, ipse ergo per se viam, ad se veritatem & vitam & ad patrem, quia cum patre vnum est, vadit. Nos pro quibus dicit: *Nemo venit ad patrem nisi per me.* Per ipsum ad ipsum & ad patrem vadimus. Cum Christus sit Deus & homo, secundum hominem venit ad homines, & secundùm hominem glorificatum redit ad se Deum, qui est cum patre vna veritas, & vita. Sic & sui in glorificatione venient ad ipsam veritatem viam & vitam & tam sibi quam illis est via per obedientiam, vnde *Propter quod exalt. illum, d. &c.*

c *Ego sum via veritas & vita.* ✠ AVGVSTINVS. Ecce cognouimus quod sciebant viam, quia sciebant ipsum qui est via: sed via est qua itur. Nunquid via est & quo itur. Vtrumque autem illos dixerat scire, & quo vadit & viam: opus ergo erat vt diceret, ego sum via, vt ostenderet eos qui eum scirent viam scire, quam putauerant se nescire. Quid autem opus erat vt diceret, ego sum via, veritas & vita: cum via cognita qua iret, restaret nosse quo iret: nisi quia ibat ad veritatem, ibat ad vitã? Ibat ergo ad seipsum per seipsum. Et nos quo imus, nisi ad ipsum? & qua imus nisi per ipsum. Ipse igitur ad seipsum per seipsum, nos ad ipsum per ipsũ imò verò & ad patrem & ipse & nos: Nã & de seipso alibi ait: *ad patrem vado.*

d *Si cognouissetis me.* quia dixerat, nullum venire ad patrem, nisi per se, qui est inseparabiliter idem cũ patre, ne quærerent quis est pater, ostendit ex se noto nosci patrem, quod nondum quidam cognouerant, quos arguit dicens: *Si cognouisse.*

Margin: †8. dis. Si cõsuetudinẽ De pœ. dis. c. 2. Si enĩ §. vnde Dauid. Ioan. 14. b — Suprà 6. g — Philip. 2. — Tract. 69. in Ioan.

[Text:]

a ¶ Introducam in mansiones vt maneatis perfruendo.
¶ Sed ne quærant vbi sit hoc, subdit; quò id est, ad patrem. Et nota quod ibi est vt Deus, & illuc vadit vt homo, cum sit vna persona Deus & homo.

a accipiãm vos ad meipsum, vbi ego sum, & vos sitis. Et quo [1] ¶ Id est, me ad ipsum. b ego vado scitis, & viam scitis. [2][3] Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quo vadis, & quomodo possumus viam scire? [4] Dicit ei

a ¶ Via sine errore quærentibus, veritas sine falsitate inuenientibus, vita sine morte permanentibus. ¶ Et cum via. b ¶ Vestrum. ¶ Cum quo sum veritas & vita.

c Iesus: † Ego sum via, [5] veritas, & vita. [6] Nemo venit ad patrem ¶ Viam. a ¶ Qui idem sum cum patre. d nisi per me. [7] Si cognouissetis me, [8] & patrem meum vtique cognouissetis, a ¶ Non tamen oculis corporeis. e & amodo cognoscetis eum, [9] f & uidistis eum. [10] Dicit ¶ Non intelligens istum omninò similem patri. a ¶ q.d. Qui maior te est. b ¶ Quia in eo sufficientia erit nobis. [11] ei Philippus: Domine, ostende nobis pãtrem, & sufficit nobis. [12] Dicit ei Iesus: [13][14] Tanto tempore vobiscum sum, & non a ¶ Quia nec filium nouit qui patrem meliorem credit. b ¶ Verè me non nouistis, quia si me nouissetis, nouissetis & patrem. c ¶ Spiritualibus oculis. [15] cognouistis me? [16] Philippe qui † videt me, [17] videt & pa-

Margin: † vidit me. vidit.

✠ THEOPHYLACTVS. Quomodo superius dixit: *Quo vado scitis*, hoc est, me, hoc autem loco dicit: *si cognouissetis me, & patrem meum vtique cognouissetis.* Non sunt hæc contraria, nam sciuerunt quidem patrem, sed non vt oportebat, nam vt Deum quidem sciuerunt, vt patrem autem nondum, at vbi postea venit spiritus, omnis ei data est scientia, quod igitur dicit hunc sensum habet si cognouissetis meam substantiam & dignitatem, & patrem quoque cognouissetis.

e *Et vi. eum.* Vt de duobus omninò similibus dicitur: Si istum vidisti, illum vidisti, viderant ergo quam simillimum filium, sed monendi erant, vt talem etiam patrem intelligerent, & non dissimilem.

f *Dicit ei Philippus, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Audiens ☞ Phi-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt vbi. *Dicit:* ego sum. *Quia ante passionem suam iam erat beatus perfectè inquantum Deus, & inquantum homo quo ad animam.*

2 Et quo ego vado. *Hic manifestat quod dixerat, s. quod per ipsum habebant accessum ad patrem, quia ipse est via secundùm humanitatem, & pater est terminus, ipse autem de vtroque instruxerat, Ideò dicitur:* Et quo ego vado sci. *s. ad patrem.*

3 Et viam scitis. *Via per quam iuit Christus fuit mors ipsius, ipse autem Christus vel sequela ipsius, quod pro eodem hic accipitur, est via per quam alij veniunt ad patrem, & de his omnibus discipulos instruxerat, licet non intellexissent ad plenum, propter quod subditur:*

4 Dicit ei Tho. Do. nesc. quo va &c. *Et sic negat se scire vtrumque s. viam & terminum, propter quod videtur dictum eius verbo Christi esse cõtrarium. Dicendum, quod non est inconueniens vnum & idẽ sciri & ignorari diuersimodè. Cognitio enim humana procedit de imperfecto ad perfectum vt habetur 1. Physico. & ideò illud quod scitur in generali & confusè, bene ignoratur in particulari & determinate. Sic erat in proposito, quia Christi doctrinam in quodam generali & confuso acceperant, & sic Christus dixit eos scire. Determinatè autem & perfectè adhuc nesciebant, & sic Thomas negauit se scire, propter quod Christus magis explicat in particulari.*

5 Ego sum via. *Secundum humanitatem, quia ea quæ gessit in humanitate, sunt via perducens nos ad gloriam.*

6 Veritas & vita. *Licet enim Christus inquantum homo sit vita beatitudinis, vt dictum est, tamen inquantum Deus, est beatitudinis terminus, sicut & pater, quia eadem est essentia & bonitas amborum, in cuius visione clara & perfecta fruitione consistit beatitudo & ideò dicitur veritas, ratione visionis, vita ratione fruitionis. Et quod sit via ratione humanitatis ostendit dicens::*

7 Nemo ve. ad pa. nisi per me. *In me credendo & opere imitando. Quod etiam sit terminus beatitudinis sicut & pater ostendit dicens:*

8 Si cognouissetis me. *Perfectè quantum ad deitatem.*

9 Et pa. meum vtique co. *Quia pater & filius vnum sunt in deitate.*

10 Et amo cog. *i. à tẽpore passionis, quia post passionem immediatè aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, vt habetur Luc. vlt. g. & extunc habuerunt pleniorem cognitionem de mysterio trinitatis.*

11 Et vidisti eum. *Quia videndo Christum viderunt suppositum filij, in quo est natura diuina, quæ est idem quod pater, & sic in filio quodammodo patrem viderant.*

Aliter exponitur: Vidistis eum. *i. audistis. vt habetur Exo. 20. c* Populus videbat voces, *vbi accipitur videre, pro audire. Si quæratur vbi populi audierant vocem patris? Dicendum, quod audierant cum respondit Christo:* Clarificaui, & iterum clarificabo, *sicut prædictum est cap. 12. e. Aliqui etiam illorum vocem patris audierant in transfiguratione, s. Petrus, Iacobus, & Ioannes, vt habetur Matth. 17. a.*

12 Dicit ei Philip. *Hic Christus remouet dubium ex verbis suis exortũ. Et diuiditur in duas, quia primò remouet dictum dubium, secundò probat propositum, ibi:* Verba quæ ego. *Dixerat enim, quod apostoli cognouerant patrem & viderant, ideo credidit Philippus quod pater posset videri oculis corporalibus sicut & filius, ideo statim dixit.*

13 Domine ostende nobis patrem, & suf. *Quasi dicat, credo verbo tuo, sed patrem videre desidero.*

14 Dicit ei Iesus. *Ostendendo qualiter pater videtur, quia non videtur oculis corporalibus, nec oculis mentis visione intuitiua in hac mortali vita nisi à Christo homine: Ideo sequitur:*

15 Tanto tempore vobiscum sum. *Quasi dicat, magna ruditas est, quod tandiu doctrinam meam audistis, & adhuc ita parum me cognoscitis secundùm deitatem.*

16 Philippe qui videt me. *Secundùm deitatem.*

17 Videt & patrem meum. *Sicut enim pater non videtur nisi in beatitudine, sic nec filius in sua deitate, quia illa visio est merces. Et* ☞ quia

MORALITER.

†5 *Ego sum via veritas & vita.* HILARIVS. Non enim nos in erratica atque in inuia deduxit ille qui via est, neque illudit per falsa qui veritas est, neque in meritis reliquit horrorem qui vita est.

15 *Tanto tempore vobiscum sum.* Hoc potest dici multis secularibus

☞ Philippus quod & prophetæ corporalibus oculis Deum vidissent, desiderabat & ipse illum videre corporaliter, ignorans quod illa contigerint prophetis per condescensionem. Igitur Christus docens Philippum, quod non sit possibile Deum videri corporalibus oculis dixit, *Tanto tempore vobiscum sum & non cognouisti me?* Vide quia non dixit, non vidisti me, *sed non cognouisti me*, abducēs Philippum ab humili sensu quo desiderabat patrem videre corporaliter. Scientia enim de Deo, inquit dicitur, non corporalis aspectus.

a *Quomodo tu dicis.* Et cum omninò similis. *Quomodo tu di.* q.d. video quo animo dicas, non quæris alterum similem, sed putas meliorem,

b *A meipso.* Quia non sum à meipso qui loquor, ei tribuit quod facit, de quo est ipse qui facit.

a ¶ Non quia aliud sit filius, aliud pater, sed quia omnino similis. b ¶ Quod si nondum credere & videre pote.

trēm, Quomodo tu dicis ostende nobis patrem? Nōn credis,

a ¶ Cur ergo inseparabiles separatim vis noscere.

quia egò in patre & pater in me est? Verba quæ ego loquor

a ¶ Sic est æqualis alter alteri, vt tamen alter ex altero.

vobis, à mèipso non loquor. Pater autem in me manens ipse

¶ Et cum facit in me, non creditis, quia e in p. Hic ostenditur non solus Philippus arguendus.
¶ Quod ego in patre & pater in me est, si enim separati essemus, nullo modo inseparabiliter operari possemus.

facit opera. † Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est? † alioquin propter opera ipsa credite*. Amen, amen di-

a ¶ Ecce fides quæ operatur per dilectionem. b ¶ Non ergo credit qui non facit.
c ¶ Prius ego, post ipse, quia ego facio, vt ipse faciat.

co vobis, qui credit in mè opera quæ ego fació & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado. Et quod-

a ¶ Ad salutem alia propitius dat, iratus non daret.
¶ Hoc addit ne putetur quod promiserit sine patre facturus. ¶ Statim vel post.

cunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt

†Credite. †suprà 5.f

c *Non creditis quia ego in patre.* ✠ THEOPH. In patre est filius, secundùm quod in substantia illius apparet, & rursus pater in filio, sicut res in imagine sua apparet, & imago in rege, vnus enim character imaginis & regis.

Comment. in Isai. li. 8. cap. 17.

✠ HIERONYMVS. Cum dicat filius ego in patre & pater in filio, extra patrem non nouimus filium, quia in patre cognoscimus eum, Deúmque & nomen illius nominamus dicentes in oratione dominica: *Pater noster qui es in cœlis.*

d *Qui cre. in me.* Ego & pater indifferenter operamur. Et quicunque credit in me (ne de solis apostolis hoc acciperetur) opera quæ ego facio per me, ipse faciet, id est, ego facio in eo vel per eum, & etiam maiora. Et quod non ille faciet, sed ipse in eo ostendit, *quia va. ad pa. & quod pe. patrem in no. meo hoc faciam,* prius facio, vt postea faciat.

e *Opera quæ ego facio.* Non tamen ex se, sed ex me. *Non est seruus maior domino.* Ipse enim sine eis multa, illi sine eo nihil, nisi peccatum.

suprà 13. B

f *Maiora horum.* AVGVSTI. Quia si ipse fimbria, Petrus vmbra sanauit. Vel opus eius est, quod per se loquitur, & docet aliquos, discipulis verò loquentibus plures crediderunt. Vel quæ ego facio, id est, fidem, & ipse faciet, quia ego prius, post ipse, & maiora horum quæ ego sine eo. Alia enim opera facit in nobis, vt faciamus nos, id est, credere vnde iustificatur impius. Alia sine nobis, vt quod tunc prædicabat verba iustitiæ. Et de his dicit quæ tunc agebat, & non de omnibus vniuersaliter operibus. Vel quod facit in nobis, non sine nobis, maius est omnibus quæ sine nobis facit, vt quod ex impio fit iustus, maius est omnibus cœlo & terra, &c. Quia illa transibunt, hoc manebit. Et in illis est tantum opus Dei, in istis imago Dei. Sed etsi angelos fecit, maius videtur impios iustificare quam iustos creare, quia si vtrumque æqualis potentiæ, hoc est maioris misericordiæ.

* mihi.

g *Et quodcúque petieritis patrem meum in nomine meo, hoc faciam.*

✠ THEOPHYLACTVS. Per petitionem enim & orationem & inuocationem nominis eius mira operari quis poterit: Ita & Apostoli: *In nomine Iesu Christi surge & ambula.* Idcirco non dixit quæcunque petieritis obsecrabo patrem, & faciet sed ego faciam, suam potestatem declarans, vt glorificetur pater in filio.

Act. 3. c.

☞ Si

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *quia talis non est homini concedenda in via, ideo subdit.*

1 Quomodo tu dicis ostende nobis pat. *Quia oculis corporalibus non est visibilis, cum sit spiritus, vt suprà dictum est cap. 4. d. nec oculis mentalibus videtur in præsenti, vt dictum est, et ideo debet sufficere habere noticiam fidei de eo, propter quod subditur.*

2 Non credis quia ego in pa. *Quasi dicat, istud debes credere, & hoc sufficit tibi ad salutem.*

3 Verba quæ ergo lo. *Remota dubitatione Philippi per hoc quod in præsenti de patre et filio non habetur notitia nisi fidei, hic consequenter ostendit quod debeant credere, & hoc declarat tripliciter. Primo per suam doctrinam, quę erat autentica, quia sicut lingua Christi ab anima mouebatur ad loquendum de conceptu animę, sic anima eius in omnibus regulabatur ab ipsa deitate, & ideo verbum eius in nullo deuiare poterat à veritate, propter quod tali doctrinæ debebant firmiter assentire, & hoc est quod dicitur:* Verba quæ ego lo. *Id est, ab humanitate tantum, sed à deitate modo prędicto. Hoc etiam patet ex mundicia & prosequutione doctrinę Christi, quia non potest esse maior, intantum quod etiam sine miraculis dignum esset ei credere, Secundò hoc probat per opera diuinitus facta ad testimoniū veritatis doctrinę Christi, quę sunt efficacissimum argumentum veritatis, vt frequenter patuit ex supradictis, & hoc est quod dicitur.*

4 Pater autem in me manens, ipse facit opera. *Filius enim & pater sunt vnum in virtute operatiua ex qua fiebant miraculosa opera.*

5 Non creditis, quia ego in pa. *Qualiter pater sit in filio, & è conuerso dictum est suprà ca. 10.*

6 Alioquin. pro. &c. *q.d. si verba non inducunt vos ad credendum opera miraculorum totam natura virtutem transcendentia debent vos ad hoc inducere. Tertiò probat hoc idem ex operibus quę fecit Christus per apostolos, quia non solum in propria persona miracula fecit, sed etiam per apostolos, & hoc patet quod virtus perfecta faciendi miracula, erat in Christo, inquantum non solum per se, sed etiam per homines simplices & illiteratos miracula faciebat, & hoc est quod dicitur.*

7 Amen, amē dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio. *Et bene dicit? Qui credit, quia sicut Christus faciebat miracula per hoc quod eius humanitas erat deitate coniuncta in vnitate suppositi, sic & apostoli faciebant ea inquantum erant per fidem Christo coniuncti.*

8 Et maiora. *Hoc patet primò in doctrina: Plures enim conuersi sunt ad fidem per prædicationem apostolorum, quam per prædicationem Christi, quia per eos conuersa est multitudo gentium, per prædicationem autem Christi pauci Iudęorum. Item quia Apostoli prædicabant in omnibus linguis, vt habetur Act. 2. a. Christus autem prædicabat in vna sola lingua, scilicet, Hebræa, quia solum Iudęis prędicauit, secundùm quod ipsemet dicit Luc 8. f.* Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. *Nec est contra illud quod suprà dictum est. c. 4. quod prædicauit samaritanis, quia ipsi erant Iudæi in parte, sicut ibidē dictum fuit. Secundò patet in miraculis, quia apostoli maiora fecerunt, Magnum enim reputatum fuit, quod infirmi sanabantur ad tactum fimbriæ vestimentorum Christi, vt habetur Luc 8. f. sed maius videtur, quod ad tactum vmbrę Petri sanabantur, vt habetur Act. 5. c. Subditur autem causa quare apostoli tanta erant facturi, cum dicitur.*

9 Quia ego. *Quia maiora debebant fieri post effusionem plenitudinis spiritussancti, quæ effusio non debebat fieri ante ascensionem Christi, vt suprà dictum est, 7 f.* Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. *Et quia propter tanta quæ fienda erāt per apostolos posset credi quod essent futuri maiores ipso Christo, hoc remouet dicens:*

10 Et quodcunque. *In quo ostenditur quod apostoli illa non fecerunt, nisi per virtutem Christi. Quod patet, quia talia faciebant deprecando,*

MORALITER.

tibus, qui post annos vitæ suæ plures ignorant diuina præcepta quorum custodia necessaria est ad salutem. Matt. 19. ca. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Potest etiam dici pluribus religiosis qui negligunt scire suam regulam & statuta.

9 *Et quodcunque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam, vt clarificetur pater in filio.* Iesus interpretatur salus, & ideò quod non pertinet ad salutem, non petitur in nomine eius, imò Christus negando petitionem ostendit se Saluatorem, sicut bonus medicus ostendit se diligere salutem infirmi, qui nociua denegat postulanti.

† Si dilig.

a *Si diligitis me.* Quomodo monet diligere & seruare mandata, vt accipiant spiritum, quem nisi habeant non possunt diligere & seruare? Sed quod habebāt minus occultè, accepturi erāt amplius manifestè, vt eis innotesceret quod habebant.

Si diligitis ✠ THEOPH. Dixerat superius, *Quæcumque petieritis faciam.* ostendit nunc quod non simpliciter oporteat petere, sed cum dilectione erga eum & obseruatione mandatorum. Tunc enim faciam cum sic petieritis.

b *Et ego rogabo pat.* IDEM. Rogabo hoc est, obsecrabo patrē & alium paracletum mittet vobis, alium sicut me. Confundatur hoc loco & Sabellius, dicens vnam personam Patris & Filij & Spiritus sancti. Ecce enim audit, alium paracletum dabo, & ita aliam personam Spiritus. Confundatur & Macedonius, qui dicit alterius substantiæ esse spiritum & minorem filio. Audi enim quod & ipse persona sit, sicut filius, eiusdem enim substantiæ est cum filio: vtique autem & cum patre, nam pater & filius eiusdem substantiæ. Ne mireris autem quod dicit: Rogabo patrem, non enim vt seruus orat, sed vult quod sufficientibus argumentis testetur discipulis quod omnino superueniat eis Spiritus paracletus eiúsque gratia condescendens illis dicit: *Rogabo patrem.*

c *Quia non vi.* Non habent spirituales oculos mundi amatores quibus Spiritum sanctum videant. Nec verò carnalibus oculis possunt videre, quia Spiritussanctus non apparuit indutus humanitate.

d *Et in vobis.* Erit in vobis, non manebit vt sit, quia prius est esse alicubi quam manere. Ne quis ergo putet sic manere, vt hospes apud alium visibiliter, sed in eis cognosci potest, non ab aliis.

e *Non relinquam.* Non ita dabitur spiritus pro me, vt ego etiam non sim vobiscum. Orphani, grecè, pupilli latinè est.

f *Adhuc modicum & mundus.* Sed mundus qui modo videt oculis carnis, post modicum non videbit, quia resuscitatus se eis non ostendit, sed totum tempus modicum est, quo finito auferetur impius, ne videat gloriam Dei, quam iusti videbunt.

g *Quia ego viuo, & vos viuetis.* Præsenti vtitur, quia mox futura est eius resurrectio. Ad illos vtitur futuro quorum in fine futura resurrectio.

Marg.: †Mat.21.c. Mar.11.c. †consolatorem. †cognoscitis. †manet. Isa.26.b secundum aliam translationem. †De cōsi. d.2. in Christo pater.

¶ Non facit sine patre filius, quoniam quidem ideò facit, vt in eo pater glorificetur.

clarificetur pater in filio. †Si quid petieritis me in nomine [1] meo, hoc faciam. Si diligitis me mādata mea seruate. Et [2] [3] ego rogābo patrem & alium †paraclētū dabit vobis, vt māneat [4] [5] vobiscum in ęternum, spiritūm veritatis, quem mūndus non [6] [7] [8] potest accipere, quia nōn videt eum, necscit eum. Vos au- [9] [10] tem † cognoscetis eum, quia apud vos † manebit & in vobis [11] [12] erit. Non relinquam vos orphanos, vēniā ad vos. Adhuc mōdi- [13] [14] cum, & mūdus me iam non videt. †Vos autē videbitis me, quia [15] [16] ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis, quia ego [17] [18] [19]

a ¶ Vt faciatis quę ego facio, vt faciam quæ petitis.
a ¶ In quo euidenter ostenditur dilectio mandantis. ¶ Rogat homo, inquantum Deus dat.
b ¶ Aduocatum vel consolatorem sicut ego sum vobis præsens carne.
c ¶ Hic ad quædam, vt illustret, & alia huiusmodi faciat: post, vt ad videndam speciem introducat.
a ¶ Scilicet, sanctum qui patri & filio coæternus est & consubstantialis.
b ¶ Remanens amator mundi, cum quo nunquam est amator Dei.
a ¶ Non habet inuisibiles oculos quibus inuisibiliter videtur spiritussanctus.
¶ Nec sciendo intelligit.
¶ Indicat se patrem illis. a ¶ Post resurrectionem carne & præsentia deitatis. b ¶ Tempus. ¶ Sed.
¶ Suam vitam etiam illis promittit. ¶ Quod modo creditis.

NICOLAVS DE LIRA.

cando, ideò dicit: Et quodcunque petie. *Christus autem fecit miracula imperando, vt glorificaretur pater in filio. Quod enim ad innocationem nominis Christi fiebant miracula per apostolos, redundabat in gloriam patris, cū pater & filius sint vnus Deus, propter quod subditur.*

1 Si quid pe. *Eadem virtute qua & pater.*

2 Si diligitis me. *Suprà consolatus est discipulos promittendo eis accessum ad patrem per ipsum, hic consequenter idem facit promittendo Spiritussancti donum, & hoc est quod dicitur:* Si diligitis me, mandata mea seruate. *Amor enim et obedientia ad Deum est dispositio ad habendum plenius Spiritum sanctū, quia secundùm Aug. Charitas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici, ideò subditur:*

3 Et ego rogabo patrem. *Hoc conuenit Christo inquantum homo, & aduocatus noster est.*

4 Et alium parac. *id est, consolatorem. Dicit autem alium ad ostendendum distinctionem Filij & Spiritussancti in persona.*

5 Vt maneat vobiscum in æternum. *q. d. iste consolator non auferetur à vobis, sicut subtrahitur humanitas mea per mortem, sed æternaliter erit vobiscum hic per gratiam, sed in futuro per gloriam.*

6 Spiritum ve. *Tum quia est essentialiter ipsa veritas, tum quia docet veritatem.*

7 Quem mundus non potest accipere. *id est, homines mundiales affectum in terrenis ponentes, quia non sunt ad hoc dispositi, ideo subditur.*

8 Quia non vi. *id est, dirigit intentionem ad ipsum.*

9 Nec scit eum. *id est, cognoscit quia sola bona sensibilia sunt hominibus mundialibus nota, secundum quod dicitur* 1. Cor. 2. d. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei, &c.

10 Vos autem cognoscetis eum. *Per specialem reuelationem & per sensibile signum, quia spiritussanctus super apostolos in linguis igneis apparuit.*

11 Quia apud vos manebit. *Quia non receperunt eum per modum passionis transeuntis, sed habitus firmiter permanentis inquantum fuerunt in gratia confirmati.*

12 Et in vobis erit. *Hoc dicit ad denotandum familiaritatem Spiritussancti erga ipsos discipulos.*

13 Non relinquam vos. *Hic consolatur eos promittendo eis suum reditum, quia de hoc dono Spiritussancti quod adhuc ignorabant, parum erant consolati. Et diuiditur in duas, quia primo promittit suū reditum, & secundo bonorum suorum beneficium, ibi:* Hæc loquutus sum vobis. *Prima in tres, quia primo promittit suam visitationem, secundo assignat huius rationem, ibi:* Qui habet mandata. *Tertiò remouet discipuli dubitationē, ibi:* Dicit ei Iudas. *In prima igitur parte dicit sic:* Non relinquam vos orphanos. *Orphanus dicitur priuatus patre carnali, qui enim vult à Deo in filium adoptari, oportet eum carnalem affectum ad parentes relinquere, inquantum est contra Deum, secundùm quod dicit Saluator Luc.* 14. *f.* Qui non odit patrem & matrem, &c. *Sequitur,* Non potest meus esse discipulus, *Apostoli autem talia reliquerant, ideo quodammodo orphani erant respectu parentum carnalium, & sic erant filij Dei per adoptionem, propter quod Christus gerebat curam de eis sicut de filijs, propter quod subditur:*

14 Veniam ad vos. *Non solum spiritualiter consolando, sed etiam corporaliter visitando & in fide confirmando, quod fecit Christus post resurrectionem suam apparens apostolis per 40. dies, & loquens eis de regno Dei ante suam ascensionem, vt habetur Act. 1. a.*

15 Adhuc modicum & mundus me iam non videt. *Quia modicum temporis erat vsque ad tempus suæ mortis, per quam aspectus suæ humanitatis subtrahendus erat apostolis.*

16 Vos autem videbitis me. *Post resurrectionem enim non fuit visus omnibus sicut ante, sed solùm Apostolis & alijs discipulis, vt habetur Ioan. 20. e. Et subditur causa suæ resurrectionis cum dicitur.*

17 Quia ego. *q. d. licet moriar ex infirmitate carnis, tamen resurgam virtute deitatis, quę semper viuit.*

18 Et vos vi. *Hoc dicit assecurando eos, quia timebant mori cum ipso, vnde suprà* 11. *b. Thomas hoc timens dixit:* Eamus & moriamur cum ipso, *vt ibidem expositum fuit.*

19. In illo die vos. *Post resurrectionem enim habuerunt pleniorem noticiam, de mysterio trinitatis, vt dictum est eodem cap.*

Marg.: Act. 1. a. Diuisio. Nō est verisimile apostolos fuisse in bono confirmatos. Dicit enim Ioannes: Si dixerimus quia peccatū non habemus nos ipsos seducimus & veritas in nobis non est. Et Iacobus. In multis offendimus omnes. Sed & Paulus Petrū reprehēdit, Gal. 2.

MORALITER.

2 *Si diligitis me mandata mea seruate.* GREGORIVS. Probatio dilectionis exhibitio est operis.

6 *Spiritum ve. quem mun. non potest acci.* GREGORIVS. Spiritussanctus autem omnem quem repleuerit ad inuisibilia desideranda accendit. Et quoniam mundana corda sola visibilia diligunt, hunc mundus non accipit, quia ad diligenda inuisibilia non assurgit. Seculares etenim mentes quanto se foras per desideria dilatant, tanto ad receptionem illius sinum cordis angustant.

3 *Non relinquam vos orphanos, veniam ad vos.* Orphanus propriè caret vtroque parente, ergo orphani sunt qui parentibus carnalibus in malis non assentiunt, propter quod parentes eos derelinquunt, sed Christus ad eos venit tanquam pater, & suis consolationibus refouet atque nutrit.

Et vos / Et ad

a *Et vos in me, & ego in vobis.* Hoc modo est, & cognoscitur quodammodo per fidem, sed tunc cognoscetur per speciem, quando hæc coniunctio perficietur quæ modo inchoatur.

b *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.* Non solum vos Apostoli viuetis & cognoscetis, sed & quicunque habet in memoria, & seruat in vita. Vel, habet faciendo, seruat perseuerando. Vel qui habet in sermonibus seruat in moribus. Vel habet audiendo, seruat faciendo.

c *Et ego diligam eũ.* Ad hoc diligam, vt manifestem, quia & nunc diligit, sed non ad hoc, sed potius vt credamus, & mandata seruemus, vt mereamur quod post capiamus.

d *Et manifestabo ei.* Qui habet meum mandatum, ille me cognoscit, & hoc est ibi: *Manifestabo ei me ipsum.* Sed præmittit causam mandati, quia diligit me, & qui me diligit, pater meus diliget eum, & quia pater, tunc ego diligam eum, & inde est manifestatio.

† insinuabo.

† auditis.

a ¶ Vt radius in sole vnum cum ipso. b ¶ Vt palmites in vite. c ¶ Vt ait Apostolus, Si autem Christus in nobis. ¶ Hoc enim opere ostenditur dilectio. ¶ Quis fructus? ¶ Pater & filius inseparabiliter diligunt. ¶ Hæc visio erit merces fidei.

a sum in patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet 1 b mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. † Qui au- 2 3 c tem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, 4 5 d & † manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, non ille Scha- 6 e riotis: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es 7 8 nobis teipsum, & non mundo? Respondit Iesus, & dixit ei: 9

¶ Apostolus vel quicunque. a ¶ Causa est dilectionis, quę probatur in custodia sermonum.

Si quis diligit me, sermonem meum seruabit & pater meus 10 11

a ¶ Ego & pater & spiritussanctus. b ¶ Et erit interna visio & mansio, non transitoria, sed æterna.

f g diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum 12

a ¶ Hi sunt qui nunquam vident patrem & spiritum, sed nec filium in forma Dei etsi in forma serui.

faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. 13

a ¶ [illegible] ia non est suum verbum, sed patris. Et quia se voluit intelligi, singulariter dixit quia prius pluraliter dixerat sermones meos.

Et sermonem quem † audistis non est meus, sed eius qui mi- 14

a ¶ Corporali præsentia, quæ si iam aufertur, ne timeatis quia Paracletus, &c.

h i sit me patris. Hæc loquutus sum vobis apud vos manens. Pa- 15 k racletus autem spiritussanctus, quem mittet pater in nomine 16

✠ THEOPHYLACTVS Quare hoc dixit manifestabo illi memetipsum, quia post resurrectionem se eis manifestaturus erat cum diuiniore corpore, vt ne putent ipsum spiritum & phantasma esse propterea prædicit eis, hoc, vt videntes eum, non discredant, sed recordentur vt quod ea prædixerit ipsi, & quod propter mandatorum suorum obseruationem manifestetur eis studeántque semper seruare illa vt & illis semper manifestetur. Magnum etenim resurrectionis sacramentum difficilè ab eis susceptum, idcirco præparat eos dicens, quod manifestaturus sit se eis, quia & cum resurrexisset propterea comedit cum eis vt ne videretur phantasma.

e *Dicit ei Iudas, etc.* Audito, quod mundus modo videbit eum, sed ipsi videbunt, pro omnibus quæsiturus quærit Iudas causam huius discretionis. Hæc autem causa est secundum responsionem domini, dilectio, per quam solam & non per aliam discernitur gens sancta à non sancta.

† De conf. di. 2. in Christo pater. Matt. 10. d. Luc. 10. c.

f *Ad eum veniemus.* Venit Deus ad hominem, dum homo venit ad Deum. Venit homo credendo, obediendo, intuendo, capiendo, Deus venit subueniendo, illuminando, implendo.

g *Et mansionem apud eum faciemus, etc.* Charitas facit habitare in domo, in qua pater, & filius facit mansionem, vnde & dabit manifestationem de qua ille quæsierat.

h *Hæc loquutus sum vobis.* Hæc de mansione in dilectoribus suis in quo significatur ecclesia futura spiritualis, in qua beati, à quibus non recedit.

i *Apud vos manens.* Hic ecclesia præsens corporalis, in qua visitat liberando, & redit.

k *Paracletus.* Consolari cum sit opus trinitatis, ad personam tamen

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et vos in me, & ego in vobis. *Non per essentię veritatem sicut pater est in filio & è conuerso, sed per mutuam dilectionem, sicut amans est in amato, & è conuerso.*

2 Qui habet mandata mea. *Hic reddit causam huius beneficij collati Apostolis, & non mundo, vt patet ex dictis. Hęc causa est dilectio et obedientia ad Christum, quę fuit in apostolis. Et hoc est quod dicitur:* Qui habet, *in aure ad audiendum, & in corde ad meditandum, & in ore ad docendum.*

3 Et seruat ea. *Adimplendo opere.*

4 Ille est, &c. *Quia probatio dilectionis exhibitio est operis, secundum Gregorium.*

5 Diligetur à patre meo, & ego dilig. eum. *Quia vnus est amor patris & filij.*

6 Et manifestabo ei meipsum. *Scilicet post resurrectionem in humanitate gloriosa, & sic manifestauit se Christus suis discipulis, quia habebant conditiones prædictas. Manifestat se etiam talibus per apertam visionem deitatis in gloria cœlesti.*

7 Dicit ei Iudas, non ille Schariotis. *Hic remouet discipuli dubitationem, quia Iudas frater Iacobi audiens à Christo, quod manifestaret se apostolis, & non mundo, admiratus est de hoc quod eos toti mundo præferebat, quia vere humilibus admirabile est audire de se magna. Ideo quasi fuit dicens:*

8 Domine quid factum est, &c. & non mun. *Q. d. Vnde nobis tanta excellentia.*

9 Respondit Iesus. *Reddens causam huius scilicet prærogatiuam dilectionis & obedientia ad Christum, quæ erat in apostolis, non sic autem in alijs. Et hoc est, quod dicitur.*

10 Si quis diligit me. *Quia obedientia in opere procedit ex amore existente in corde.*

11 Et pater meus. *Per hoc ostendit se vnum cum patre in essentia.*

12 Et ad eum ve. *Et sic patet quod plus eis promittit, quam ante fecerat, quia ante promiserat suam visitationem corporalem. hic autem cum hoc promittit visitationem spiritualem, non transitoriam, sicut in illis qui ad vomitum reuertuntur, sed permanentem per gratiam confirmationis in præsenti, & postea perfectæ glorificationis. Talis enim gratia fuit data Apostolis.*

13 Qui non diligit me, &c. *Tales sunt mundani homines, & ideo non sunt digni habere tale beneficium, sicut vos qui estis mei discipuli veri. Et quia dixerat:* serm. meum seruabit, & pater meus dili. eum, *videtur fortè alicui quod non dixisset conuenienter, sed magis debuisset dixisse, & ego diligam eum. Ideo huic tacitæ quæstioni respondens dicit:*

14 Et sermonem. *Sicut enim prædictum est, lingua Christi non mouebatur ad loquendum ex cōceptione animę, nisi secundum quod anima mouebatur à diuinitate, et ideo verba Christi erant magis ipsius patris qui vnum est cum filio in deitate quam essent ipsius Christi inquantum homo. Et ideo quia in humanitate proferebat verba illa, respondit,* Pater meus diliget, *magis quam ego diligam, ad denotandum, quod verba sua magis erant deitatis in qua pater est vnum cum filio, quàm humanitatis quę illa proferebat, propter quod & pater diligit obseruatores illorum verborum.*

15 Hæc loquutus sum vobis. *Superius promisit Christus apostolis spiritum sanctum & suum reditum, hic consequenter ostendit vtilitatem vtriusque promissi. Et diuiditur in duas, quia primo ostendit vtilitatem primi. Secundo secundi, ibi:* Pacem. *Dicit ergo primo sic:* Hęc loquutus sum vobis, &c. *In præsentia corporali apparens.*

16 Paracletus autem spiritussanctus, &c. *Id est, faciet vos intelligere*

MORALITER.

† 12 *Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciem.* GREG. In quorundam enim corda venit & mansionem non facit, quia per compunctionem quidam respectum Dei percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum quod compuncti fuerant obliuiscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si ea minimè planxissent. Qui ergo Deum verè diligit, in eius corde dominus venit & mansionem facit, quia sic eum diuinitatis amor penetrat, vt ab hoc amore, tentationis tempore non recedat.

16 *Paracletus autem spiritussanctus, quem pater mittet in nomine* † *meo,*

tamen maximè spiritussancti pertinet, quia in scriptura nomine bonitatis, spiritussanctus designatur, per bonitatem ergo Deus nos consolatur, per eam omnia bona sua nobis tribuit. Vnde cum ipse filius doctrina sit patris, de spiritu dicit. a.

✻ THEOPHYLACTVS. Subinde paracletum nominat, propter continuas ipsorum afflictiones, bono illos animo esse faciens quod ab illo refocillandi essent. Quod autem dicit in nomine meo veniet Paracletus, hoc vide, quod nihil alienum à me docturus sit vos, neque propriam opinionem sibi vindicabit, sed in nomine meo veniet, hoc est in gloriam mei nominis, nō sui, id quod faciunt contraria docentes, auditoribus sui proprium nomen commendantes, quidam autem intelligunt in nomine meo, nomen Christi, Paracletus. *Habemus enim*, inquit, *Paracletum Iesum Christum.*

a ¶ Docebit, vt sciatis, suggeret, vt velitis.
b ¶ Ab occulto non ministrabit, quod inferior, alias cōmemorabit vobis, id est, faciet vos memores omnium. Ecce hoc etiam gratia spiritus, eo quod non obliuiscimur.

a meo, ille vos dôcebit omnia, & † suggeret vobis omnia quæcunque † dixero vobis. † Pacem relinquo vobis, pacem meam dô vobis. Nôn quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neque formidet, Audistis quia ego dixi vobis: † vâdo, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique qûia * vâdo ad patrem, quia pater maior me³

¶ Iturus ad patrem.
a ¶ Perducturus ad patrem.
b ¶ Vt hinc molestia mundo fruantur, q uæ non est vera vbi diuisa sunt corda.
¶ Quod plus est.
a ¶ Si dixi vado, quod vos terret, dico venio, quod mulcet.
¶ A vobis corpore. ¶ Corpore in iudicio.
a ¶ De eo quod. b ¶ Secundum quod minor vadit & veniet iudicare.

† dixi. † Abeo. † dixi. † submonebit. † 33. q. 1. c. nisi bella. 1. Ioan. 3. a

cuique. In illo autem & ab illo est vtraque pax. *Ipse enim est pax nostra*, & eum credimus, quia est, & eum videbimus, sicuti est. Vnde quod dicit meam, à posteriori, etiam ad prius subaudiendum est. Vel pax in hoc sæculo est nostra, quæ est aliqua & non plena, & ab illo in futuro sua est pax, vbi nihil repugnat qualiter ipse habet.

✻ THEOPHYL. Iterum in mœrore erant discipuli, audientes dominum dicentem, ego quidem discedo, spiritus autem veniet, ideo vidēs turbati cor eorum, & maximè propter afflictionem imminentē & certamina dixit, *Pacem relinquo vobis*. Quasi ita dicens, quid nocent vobis mundi turbationes cum mecum pacem habeatis? non enim talis est pax mea, qualis mundi quæ sæpè in malo fit vt planè stulta est, sed talem ego do vt & inter vos pacem habeatis, & vnum corpus sitis, hoc autem fortissimos vos omnium faciat etiamsi multi contra vos insurrexerint, nihil tamen patiemini concordia pacéque mutua muniti, deinde quia iterum dixit: *relinquo*, id quod recedentis erat & satis eos turbare poterat, subdit: *ne turbetur cor vestrum, neque formidet.*

a *Ille vos.* Quia etsi filius doceat nos & reuelet patrem, hoc totum facit per suam bonitatem. *Ille vos docebit omnia.* Docebit quæ dixero, non quod dicat filius, & spiritus doceat, quia quod dicit & docet, & ipsa trinitas dicit & docet. Sed quia trinitas est, oportet singulas personas insinuari, quos nos distinctè audire, inseparabiliter intelligere debemus. Cùm ergo dicimus, pater & filius & spiritussanctus, non eos simul dicimus, cum non possint esse non simul.

b *Pacem relinquo vobis.* Iturus ad patrem. *Pacem rel.* Et repetēs de eodem. *Pacem meam do.* Et hoc est quod propheta dicit: *Pacem super pacem.* Pax est in hoc sæculo, in qua manentes hostem vincimus, inuicem diligimus, & de occultis inuicem non iudicamus. Pax erit in futuro cum sine hoste regnabimus, vbi alter ab altero non poterit dissentire, vbi *omnia aperta, & laus vnicuique.*

Isa. 17. b. 1. Cor. 4. a. Ephes. 2. c.

c *Non turbetur.* Quia in pace vos relinquo, non turbetur cor vestrum de eo quod dixi vado, quasi pastoris absentia lupus inuadit quia sicuti homo vado, vt Deus præsens sum.

d *Si diligeretis.* AVGVSTINVS. Hoc erat ire ad eum, & recedere à nobis, mutare atque immortale facere, quod suscepit ex nobis mortale, & leuare in cœlū, per quod fuit in terra pro nobis. Naturæ ergo humanę gratulandum est, eo quod sic est assumpta à verbo, vt immortalis constitueretur in cœlo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis [illegible]luis sederet ad dexteram patris.

e *Gauderetis, &c.* Quia humanæ naturæ congratulandum est, quæ

NICOLAVS DE LIRA.

gere omnia quę dico vobis. Apostoli autem adhuc erant rudes, & in timore positi ex auditu passionis Christi, ideo ad verba Christi male attendebant, & per consequens non capiebant ea ad plenum, propter quod dicit gratiam spiritussancti postea supplere istum defectum.

1 Et suggeret vobis omnia quæcunque dixero vobis. *Id est, ad memoriam vobis reducet, hoc dicit, quia multa de illis quæ Christus docebat, obliti sunt apostoli timore passionis concussi.*

2 Pacem meam do vobis. *Hic ostendit reditus sui vtilitatem, quæ est consequutio veræ pacis. Et hoc est quod dicit:* Pacem relinquo vobis, pacem meam, &c. *Post resurrectionem enim suam eis apparens dixit:* Pax vobis: *quia per eius visitationem & instructionem in diebus illis quadraginta, corda eorum sunt pacificata à turbatione præcedentis passionis. Et B[illegible] dicit:* Pacem meam do vobis, *ad distinguendum pacem sanctorum à pace mundi quę magis apparens est & ficta quam vera. Ad cuius intelligētiam sciendum, quod pax est tranquillitas ordinis secundùm Augustinum. In homine autem triplex debet esse ordo, ad seipsum, ad proximum & ad Deum. Et ideo ad pacem sanctorū primò requiritur tranquillitas in seipso, & hoc quantum ad tria quæ in ipso homine debent ordinari. Primò quo ad intellectum, ne errore obscuretur. Secundò quo ad voluntatem, vt in Deum libere dirigatur. Tertiò quo ad appetitum sensitiuum, vt non inordinatis passionibus moueatur. Propter quod August. deffiniēs pacem libro de verbis domini dicit, Pax est serenitas mentis, quo ad primum, tranquillitas animi, quo ad tertium, simplicitas cordis, quo ad secundum. Per cor enim quod mouet alia membra intelligitur voluntas quæ mouet alias potentias quo ad agendum. Secundò ad pacem sanctorum requiritur ordo ad proximum, per consortium charitatis ordinantis bonum proximi ad Deum. Tertiò requiritur ordo ad Deum per amoris indissolubilis vinculum. Pax autem mundi ordinatur ad quietam fruitionem bonorum temporalium, quam frequenter concomitatur multiplicatio peccatorum, secundùm illud Deut. 32. c.* Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, *Et Ezech. 16. f.* Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & ocium. *Ideo de hac pace subdit:*

Infrà 20. g. In homine debet esse triplex ordo. Pax diffinitur secundum Aug.

3 Non quomodo mundus dat, &c. *Id est, non talē pacem, vt patet ex dictis.*

4 Non turbetur cor vestrum, neque formidet. *Suprà consolatus est Christus apostolos de morte sua rationibus sumptis ex parte ipsorum, hic adhuc consolatur eos rationibus sumptis ex parte ipsius Christi. Et diuiditur in duas, secundū duas rationes quas ponit. Secunda ibi:* Iam non multa. *Prima ratio propter quam debebant de morte Christi consolationem habere est, quia quamuis esset dura & ignominiosa, tamen erat ordinata ad exaltationem Christi. Et hoc est quod dicitur:* Non turbetur cor vestrum, &c. *Q. d. Non debetis turbari de morte mea.*

Diuisio.

5 Neque formidet. *Hoc addit eos assecurando, quia timebant mori cum eo.*

6 Audistis quia ego dixi, &c. *Q. d. Non sic recedo à vobis per mortem, quando adhuc vobis appaream post meam resurrectionem.*

7 Si diligeretis. *Ibi accipitur si pro quia. Et est sensus ac si diceret, quia diligitis me per consequens debetis gaudere, quia per mortem vado ad patrem me exaltantem & clarificantem. Qualiter autem Christus clarificatus est, & exaltatus propter eius humiliationem in cruce frequenter suprà dictum est.*

8 Quia pater maior me est. *Non secundùm Deitatem, in qua filius est æqualis patri, sed secundùm humanitatem, in qua filius est minor patre. Et quod hæc litera sic debeat intelligi, patet quia Christus loquitur de seipso secundum illam naturam in qua conuenit ei mori & exaltari. Hoc autem non potest esse in natura diuina quæ immortalis est, & magni-*

MORALITER.

† *meo, ille vos docebit omnia.* GREGORIVS. Nisi autem idem spiritus cordi assit audientis, ociosus est sermo doctoris. Nemo enim docenti bonum attribuat, quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in vanum laborat.

1 *Et suggeret vobis omnia.* Excitando ad opera bona.

4 *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.* Scilicet de meo recessu per mortem, cum sit via ad meam glorificationem & spiritussancti missionem. Et in hoc docemur non turbari de nostris amicis descendentibus in confessione fidei, nam hæc est via ad eorum glorificationem & nostram subuentionem, quia præsentes cum Deo multo plus iuuare nos possunt, quam viuentes in mundo.

4 Non

¶ Quia vado ad patrem.

est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cùm factus fuerit [1]

a ¶ Accepta licentia à Deo.

a credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim prin- [2] [3]

a ¶ Diabolus. b ¶ Id est, peccatorum non creaturarum. c ¶ Quod ad se pertineat.
¶ Nullum omninò peccatum suum.

b cèps mundi huius, & in me nòn habet quidquam. Sed vt co- [4]

¶ Quasi diceretur: Cur ergo morieris, si non habes peccatum, quia pater mandauit.

gnoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum de- [5] [6]

a ¶ Quia discumbens dicebat discumbentibus hoc.
¶ Vt cognoscat mundus. b ¶ Ad locum vnde tradendus ad mortem ero.

dit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc. [7]

A quæ leuatur ad dexteram patris, in quo idem sibi sperant cæteri.

✠ THEOPH. Quidam patrem secundum quod principium & causa est filij, intelligunt maiorem esse. Maior enim me est, inquit, pater secundum quod principium & causa mea est. Ex ipso enim natus sum. At maiorem ipso esse B patrem non facit ipsum alterius substantiæ. Nam quamuis in his (vt ita dicam) maior sit pater filio, sed non iam alterius naturæ est. Dein dicant hæretici. Secundùm quid C venit ad patrē Christus? secundùm quod Deus, vel secundùm quod homo? quia secundùm quod Deus semper in cœlis erat & inseparatus à patre, secundùm humanam igitur naturam maior eo dicitur esse pater.

a *Credatis.* Non quod factum videritis, quia non est laus vel meritum fidei, imo nec fides est de eo quod videtur, sed de eo quod non videtur. Sed credatis me filium Dei, non noua fide, quia D etiam prius crediderant, sed aucta fide & refecta, quia & modo cum hæc diceret parua erat, & cum moreretur, nulla.

b *Et in me non habet quidquam. Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, &c.* Noluit dominus habere quod perderet, pauper venit ne haberet diabolus quod auferret.

✠ THEOPH. Cū cōsolatus esset discipulos per ea quæ supra dicta sunt, iterū E dicit de morte sua: *Venit enim princeps huius mūdi*, i. diabolus. Principem autē hunc intellige mundi non creaturæ sed mundi confusi & mundanæ sapientis. Non enim F cœlum gubernat & terram, quia omnia euertisset & conturbasset sed ea quæ sponte se illi tradunt, ideò & princeps tenebrarum dicitur. Et quia verisimile erat quosdam suspicari, num & Christus propter peccata esset morti traditus propterea subdit *in me non habet quicquam*, cum non obnoxius sim morti, neque quicquam debeam diabolo, sed propter dilectionem erga patrē voluntarius sustineo passionem.

☞ CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

magnitudine infinita, sed natura humana in eo poterat mori & exaltari. Et ex hoc patet falsitas Arij, qui ex hoc loco arguebat filium in diuinis à patre distingui in essentia, quia non loquitur de filio secundum diuinam naturam, sed secundum humanam tantum.

Error Arij.

1 Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis. *Scilicet quod non tantum sum homo qui mori potest & exaltari, sed etiam Deus qui certitudinaliter prædico futura contingentia, quod est proprium ipsius Dei secundum quod dicitur Isa. 41.f.* Annunciate nobis quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. *Hoc addit Christus, quia immediatè loquutus fuerat de sua humanitate. Modus enim huius Euangelistæ est, vt dictum est frequenter, cum refert aliquid pertinens ad Christi humanitatem, in qua est minor patre, adiungere aliquid pertinens ad deitatem in qua est & æqualis patri, quia credere vtrumque est de necessitate salutis.*

2 Iam non multa non loquar vobiscum. *Hic ponitur secunda ratio propter quam Apostoli debebant consolari de morte Christi, scilicet quia illa mors non erat culpabilis, sed magis virtuosa. Et hoc est quod dicitur:* Iam non multa loquar vobiscum. *i. in hoc mortali corpore exiens, quia tempus suę captionis erat propinquum.*

3 Venit enim princeps mundi huius. *i. diabolus qui est princeps hominum mundanorum, non per creationem, sed per seductionem. Venit autem ad Christum ipsum tentando in deserto, & princeps Iudeorum contra ipsum incitando.*

4 Et in me non habet quidquam. *Id est, nullum peccatum, & per consequens nullam mortis causam, quia mors intrauit in mundum per peccatum, vt dicitur ad Rom 5.d. Et quia posset quæri, ex quo in te non est causa mortis, quare ergo morieris? Ideò huic tacitę quæstioni respondet dicens:*

5 Sed vt cognoscat. *i. ad hoc sustineo mortem, vt omnes cognoscant quod hoc procedit ex dilectione quam habeo ad patrem, quia Deus pater Christo homini inspirauit voluntatem patiendi pro salute mundi, ex maxima charitate qua diligit hominem.*

6 Et sicut mandatum. *Id est, ex obedientia ad patrem libenter subeo mortem.*

7 Surgite eamus hinc. *Quæritur hic de loco ad quem Christus duxit discipulos suos, cum dixit.* Surgite eamus hinc. *Ad hoc dicit Hylarius 9. de tri. quod de loco in quo comederant agnum Paschalem, duxit eos ad locum in quo erat tradendus. Sed litera sequens videtur repugnare, quia in principio ca. 18.a. dicitur:* Hæc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit Christus & discipuli eius. Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum, locum. *Ex quo patet quod illa verba quę ab hoc hoc sequuntur vsque ad principem 18. cap. dixit Iesus discipulis suis extra locum in quo erat tradendus. Propter quod sciendum, quod Christus morti sua propinquus ardua & difficilia volebat dicere discipulis suis, vt patet ex sequentibus. Ad intelligendum verò talia requiritur attentio animi, talis autem attentio erat impedita in apostolis ex passione timoris. Et ideò dicit Christus discipulis suis:* Surgite eamus hinc. *Id est ad alium locum magis securum, qui tamen ille locus fuerit determinatiuè non exprimitur, videbat enim Christus discipulos timore mortis perterritos: Tum ratione temporis, quia nox erat vt suprà dictum est: Tum ratione loci quia adhuc erant in medio ciuitatis, vbi comederant agnum Paschalem. Et ideò timentes capi ab hostibus, quasi continuè circumuoluebant oculos ad ostium domus. Et ideò dixit eis:* Surgite eamus hinc. *Quasi dicat Eamus ad alium locum magis securum & secretum, vbi melius attendatis, ad ea quæ dicenda sunt vobis.*

Quæstio.

NICOL.

ADDITIO.

In cap. 14. *Vbi dicitur in Postilla.* Ad hoc dicit Hilarius 9. de trinitate.

Hylarius non fecit mentionem, nisi de duobus locis tantum qui sunt termini principales in hac materia, scilicet de loco assignato pro esu agni Paschalis, à quo principaliter exiuit, & de loco ad quem principaliter venit, vt vbi caperetur. De loco autem medio in quo fuit cum apostolis, vt eis diceret ardua & difficilia, qui est locus medius inter duos prędictos Hylarius non fecit mentionem, sicut etiam euangelista qui duos locos primos declarauerunt. Istum verò locum medium minimè designauerunt, vnde sententię Hylarij litera non repugnat, vt patet intuenti.

REPLICA.

In cap. 14. *Vbi dicitur:* Surgite eamus hinc. *Dicit Postillator manifestè ostendi, quod Christus fuerit in aliquo loco medio inter domum in quo comedit Pascha, & hortum in quo illa verba notabilia dixit discipulis, vnde dicit Hilarium non consonare literæ qui in 9. de tri. se restringit ad solum illa duo loca. Quod Burgen. ægrè ferens, dicit euangelistam etiam sicut Hilarium non expressisse medium locum. Sed satis manifestum est ex litera, quòd fuerit medius locus, quamuis non determinatè exprimatur.*

CAPVT. XV.

A a *Ego sum vitis vera.* Et me præcedentem ad passionem debetis sequi, quia ego sum vitis, id est, caput vestrum eiusdem naturæ vobiscum, vt in me possit fructificare humana natura.

b *Et pater.* Ego etiam agricola cum patre, quia sum mundator palmitũ, quod est agricolæ, non vitis officium, qui etiã palmites operarios facit, licet non de B suo, nec per ipsos, sed per meipsum.

† tollit.

† Purgat

✠ THEOPHYL. Quid mysticum illis tradit, *ego sum*, inquit, *vitis*, hoc est radix, *vos autem palmites. At pater meus agricola est.* Circa quod autem occupatus est pater? nunquid circa radices, non inquit, sed circa palmi- C tes, *omnem enim palmitem*, inquit, *non afferentem fructum tollit eum*, hoc est, omnem hominem qui per fidem factus est pars radicis, & vnitus Domino & incorporatus ei, oportet & fructum afferre, hoc est vitam habere virtutibus præditam, quod siquidem nudam & solam confessionem fidei quis habeat, & non per obseruationem mandatorum fructum ferat, mortuus palmes fit: *fides enim absque operibus mortua est.* Omnis igitur fidelis in Christo quidem esse videtur, quatenus credit. D

c *Propter sermonem quem loquutus sum, &c.* Non ait propter aquam baptismi, quia & ipsa sine verbo est solùm aqua, per verbum fit sacramentum.

d *Ego sum.* Qui se à se ferre fructum existimat, non est in vite. Vnde cum repetitione & superiorum explanatione suppo- E nit. *Ego sum vitis, vos palmit.* Mihi quasi viti adhærentes.

e *Qui manet in me.* Et ideò quicunque (non solùm vos) manet in me credendo, obediendo, perseuerando.

f *Et ego in eo.* Illuminando, subueniendo, perseuerantiam dando.

g *Hic fert.* Et si secundùm hominem Christus est vitis, tamen hanc gratiam palmitibus non daret, nisi etiam Deus esset.

CAPVT XV.

a ¶ Secundum quod homo caput ecclesię vnius naturæ cum palmitibus. b ¶ Quia est alia in amaritudinem conuersa. c ¶ Cum quo idem est & filius. d ¶ Non tantum extra operando, etiam intus incrementum dando.

a E-Go sum vitis vera & pater meus agricola est. 1
Omnem palmitem in me non ferentem fru- 2 3
b a ¶ Vt agricola. b ¶ Propter hoc mun[...]us est.
ctum † tollet eum, & omnem qui fert fructum 4
a ¶ Amplius. ¶ Mundando corda, spiritum charitatis infundendo. ¶ Mundi atque iterum plus mundandi, vt fructum plus feratis.
† purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos mundi estis 5 6
¶ Meipsum scilicet. a ¶ Cùm ego sim vitis vera.
c propter sermonem quem loquutus sum vobis. Manete in 7
a ¶ A quo totum accipitis. ¶ Vt totum sacramentum afferens. b ¶ Vt amplius fructifecetis. c ¶ Quia.
me, & ego in vobis, Sicut palmes non potest ferre fructum à 8
semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manse- 9
a ¶ Quia. ¶ Totum vobis dans nihil à vobis recipiens. 10
d ritis. Egò sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in 11
e ¶ Nec parum.
f eo, hic fert fructũ multũ, quia sine me nihil potestis facere. Si 12
g ¶ Autem. a ¶ Quod est in potestate liberi arbitrij.
h quis in me nõ mãserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, 13 14

h *Si quis.* Sarmenta præcisa cęteris lignis sunt viliora, quia nullis vsibus deputantur, sed igni, vel in vite sunt vel in igne.

✠ THEOPHYLACTVS. Hoc autem loco & consolationem ☞ non paruam

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XV.

Diuisio

EGo sum vitis. *Postquam Christus consolatus est discipulos de sua morte, hic consolatur eos contra tribulationes imminentes eis ex Iudęorum & principum mundi persequutione. Et diuiditur in duas partes quia primo præmittit parabolam, secundo, prosequitur ipsam, ibi.* Iam vos mundi estis. *Parabola autem ista est de tribus, scilicet de vite, de agricola, & de vitis cultura, vt patebit prosequendo. Dicit ergo.*

1 Ego sum vitis. *Sicut enim vitis materialis habet lignum vile & despectum, & quasi inutile videtur, cum tamen fructus optimos habeat, ita Christus in humana natura videbatur abiectus vilis & despectus, et tamen per eius humilitatem sequutus est fructus gloriosus, vnius enim naturæ sunt vitis et palmites, & ideò Christus dicitur vitis ratione humanitatis in qua natura est fidelibus similis.*

2 Et pater. *Quia plenitudinem gratiæ et veritatis infudit & plantauit in Christo homine, vt dictum est in primò capitulo. Sciendum autem, quòd cultura huius vineæ non habet propriè locum circa ipsum stipitem, qui est ipse Christus, quia in gratia & scientia habituali non profecit, sed totum à principio habuit, nec habuit peccatum tollendum & purgandum, sed cultura huius vineæ circa palmites consistit, id est, fideles Christo adhærentes. Quorum aliqui sola fide adhærent, non per charitatem operantem, et isti abscindentur per condemnationis sententiam, ideò subditur.*

3 Omnem palmitem. *Alij autem adhærent Christo per fidem, & operantem charitatem, & de illis subditur.*

4 Et omnem qui fert. *Per mundi tribulationes, quæ sunt quædam medicinæ & purgationes.*

5 Vt fructum plus afferat. *Sicut enim in vite materiali aliqui palmites etiam fructuosi rescinduntur, ne humor nimis dispergatur, & sic virtus vnita fortificatur et magis fructificat, sic per tribulationes iocunditatem vitæ præsentis à fidelibus rescindentes, corda eorum retrahuntur ab amore mundialium, & sic intra se collecta feruentiùs feruntur in Deum, et faciunt maiorem fructum bonorum operum.*

Diuisio

6 Iam vos. *Hic prosequitur parabolam, et primo quantum ad palmitum adhæsionem, secundò quantum ad eorum purgationem, ibi.* Si mundus vos odit. *Prima in duas, quia primò discipulos ad adhęrendum sibi inducit, secundò, declarat in quo ista adhæsio consistit, ibi.* Sicut dilexit me. *Circa primum ponit quatuor rationes, quare fideles debent Christo adhęrere per fid, sicutẽ palmites ad vitem. Prima ratio sumitur ex palmitum adhærentium fructificatione, quia aliter non possunt fructum facere. Et hoc est quod dicit,* Iam vos mundi estis. *Quia apostoli per doctrinam Christi iam erant segregati ab erroribus Iudaicæ superstitionis, ideò concludit.*

7 Manete in me. *Per fidem charitate formatam, per quam homo est in Deo, et Deus in homine.*

8 Sicut palmes, &c. manserit in vite. *Hoc sensibiliter videmus in vite materiali, quia facere fructum non potest nisi particeps sit humoris et pinguedinis ipsius stipitis.*

9 Sic nec vos. *Scilicet potestis fructificare operibus meritoriis.*

10 Nisi in me manseritis. *Per participationem gratiæ et veritatis.*

11 Ego sum vitis, & vos palmites. *Q.d. si vultis fructificare, manete in me.*

12 Si quis in me. *Hic ponitur secunda ratio adhærendi Christo, quæ sumitur ex palmitum non adhærentium punitione, cum dicitur.* Si quis in me. *veraciter. per charitatem formatam, quamuis maneat apparenter per fidem sine operibus, quæ mortua est.*

13 Mittetur foras. *Per abscisionem in morte, quia tunc separabitur numero à fidelibus, sicut erat separatus merito.*

14 Et arescet. *Quia Christiani quamdiu viuunt, habent aliquem virorem propter Christianitatis nomen. Sed in morte eum amittunt, quia tunc apparet, quòd nihil eis profuit, & adhuc magis in futuro iudicio apparebit, ideò sequitur.*

Et colligent

MORALITER.

† 1 *Ego sum vitis vera, &c.* Moraliter ista vitis dici potest quælibet religio approbata. Et illa maximè quæ magis appropinquat Christi vitę. Agricola verò, religioni præsidens, & ipsius curam gerens. Huius autem vitis palmites sunt religionem intrantes. Quorum aliqui ante professionem inutiles reperiuntur & infructuosi, qui sunt statim per agricolam amouendi. Alij verò sub spe proficiendi sunt ad professionem recipiendi, quorum tamen aliqui non manent in vite per sui status dilectionem, sed alicui apostatant, & aliqui solo habitu remanent. Remanentes autem habitu & deuotione fructificant, & vt magis fructificent, ide suis defectibus per correptionem debitam purgantur, vt sic plurimum fructum faciant ad Dei gloriam & suam beatificationem. Propter hoc in huius parabolæ fine dicitur.

† *Hæc loquutus*

non parvam eis dat, ostendens quod si qui insidiantur sibi, vt Iudas, comburantur, ipsi autem qui manserint in eo fructum afferent, nam absque succo & viuificatione quæ inde procedit, non poterant quicquam facere.

a *Et verba*. Verba Dei tunc dicuntur manere in nobis, quando facimus quæ præcipit, & diligimus quæ promittit. Qui autem hoc non facit, tangit, non cohæret, & ideo non sunt ei in beneficium, sed in testimonium damnationis.

b *Petetis*. Si quid petit fidelis & non fit, non petit hoc quod habet mansio in eo, nec quod habet verba eius quæ sunt in eo, sed quod habet cupiditas & infirmitas carnis.

c *In hoc clarificatus*. Qui manet in me fructum multum fert, quod est ex gratia Dei, & ita est gloria eius, non hominis, & hoc est: *In hoc*.

d *Vt fructum plurim*. Sicut non æqualitatem ostendit nostræ naturæ & suæ, sed gratiam qua mediator est, nam pater diligit nos, sed in filio.

e *Efficiami*. Quomodo? Si me dilexeritis. Ex qua dilectione? ex præceptorum obseruatione? Si me dilexeritis sicut dilexit me pater, non quantum. Non enim notatur æqualitas, sed similitudo dans eis æternam æternitatem.

✠ THEOPHYL. Non enim quia audiuistis, quod dilexerim vos contemnetis, sed dabitis operam vt maneatis in dilectione mea. Deinde docet eos quomodo poterunt manere si mandata sua seruarint nam (vt sæpè dictum est) ille est qui diligit eum, qui mandata eius seruat. Per omnia autem hæc ostendit quod tunc securi erant cum vitam puram egerint.

f *Si præcepta mea*. Non dicit, quòd pro seruatis præceptis sint dilectores. Nemo enim seruat qui non diligit, sed quod nemo diligit nisi qui seruat. Ostendit ergo nō vnde generentur, sed vnde monstrentur dilectores. Vel in dilectione mea, qua diligo vos, id est, manēte gratia mea, & inde scietur vos manere in ea, si præcepta seruabitis. Nisi ergo prius seruent præcepta omnia, non possunt seruare præcepta, nisi eos diligat, &c.

g *Vt gaudium*. Gaudium Dei de nobis qui præsciuit & prædestinauit semper est plenum, in nobis incipit ex fide, crescit imò & perficietur in resurrectione.

h *Hoc est præceptum, &c*. Et suprà de dilectione proximi, sed repetitio

(† colligūt eos sub palmites.) († 1.Te.4.b; 1 Ioan.3.c) († Mat.11.c; Marc.11.c; † glorificatus.) (Sup.13.d.)

¶ Messores angeli. ¶ Manere in me, & Si man.

& † colligent eum, & in ignem mittent, & ardet. Si manseritis [1, 2, 3, 4]

¶ Non tantum fuerint. a ¶ Quia manentes in Iesu non possunt velle nisi quod est salutis.

in me, & verba mea in vobis manserint, † quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc † clarificatus est pater meus, [5, 6, 7]

a ¶ Per prędicationem & passionem sicut ego. ¶ Vt ait apostolus, Ipsius opus sumus creati in Christo.

vt fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. [8] Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos. [9] Manete in di- [10]

¶ Ecce: Vnde plurimus fructus ex dilectione, sed vnde dilectio, quia prius nos dilexit. ¶ Et ideo perseuerate.

a ¶ Quomodo in ea manebimus. Diligite me, & vos dignos diligi efficite.

lectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in [11] dilectione mea, sicut & ego præcepta patris mei seruaui, & maneo in dilectione. [12] Hæc loquutus sum vobis, [13]

a ¶ Et per hoc ostendor diligi à patre ego homo.

a ¶ Vt gaudeam de vobis, quod est cum gratiam præstat.

vt gaudium meum in vobis sit, [14] & gaudium vestrum impleatur. [15]

a ¶ Dum per gratiam eius consortium habebunt. b ¶ Vt vero impleatur. ¶ Non aliud, quia in hoc sunt omnia, & dilectio Dei, & fides.

† Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, [16]

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et colligent eum. *Scilicet angeli executores diuinæ iusticiæ tollentes zizaniam de medio tritici.*

2 Et in ignem mit. *Scilicet infernalem.*

3 Et ardet: *Sine fine in perpetuitate pœnę.* (Matt. 13.a)

4 Si manseritis. *Hic ponitur tertia ratio, quæ procedit ex impletione voluntatis fidelium Christo adhærentium, & hoc est quod dicitur:* Si manseritis in me, *Fide formata charitate.*

5 Et verba mea in vobis manserint. *Non solùm corde intelligendo sed etiam opere adimplendo.*

6 Quodcunque volueritis petetis. *Hoc tamen intelligendum est si petant piè, id est, de pertinentibus ad salutem, quia exaudiri in alijs frequenter non expedit eis, & perseueranter, quia illud quod petitur etiam pertinens ad salutem, non semper statim datur à Deo, sed differtur vt congruo tempore detur, & pro se, quia oratio sanctorum de salute aliorum aliquando impeditur, non propter defectum orantis, sed illius pro quo oratur, his autem tribus concurrentibus semper oratio exauditur.*

7 In hoc clarificatus est. *Hic ponitur quarta ratio, quæ procedit ex diuina glorificatione, quam quilibet debet desiderare, magis etiã quàm suum bonum proprium. Diuina autem glorificatio relucet in fidelibus Christo adhærentibus per fidem ex dilectione operantem, & hoc est quod dicitur:* In hoc clarificatus est, &c. *In multiplicatione bonorum operum.* (Gal. 5.b)

8 Et efficiamini *Perfectè adhærendo mihi.*

9 Sicut dile. *Postquam hortatus est Christus discipulos ad adhærendum sibi, hic consequenter ostendit in quo huiusmodi adhæsio consistit. Et diuiditur in duas, quia primò ostēdit quòd hęc adhæsio cōsistit in dilectione, secundò ostendit quòd dilectio consistit in mandatorum obseruatione, ibi:* Si præcepta mea. *Dicit igitur:* Sicut dilexit me, &c. *Id est, ad idem donum consequendum, non tamen ęqualiter. Diligere enim est velle alicui bonum, Deus autem pater vult bonum diuinum Christo homini, non solùm secundùm vnionem quę est per operationem in fruitione boni vera, sed etiam secundùm realē vnionem suppositi, fidelibus autem vult bonum diuinum tantum secundùm vnionem gratię & glorię, quæ est in fruitione, nec tamen ita perfectè fruuntur sicut anima Christi.* (Diuisio.)

10 Manete in dilectione mea. *Hoc dicit ad ostendendum, quod Deus nullum cogit ad fidem & dilectionem.*

11 Si præcepta mea. *Hic ostendit, quòd dilectio consistit in mandatorum obseruatione. Et diuiditur in duas, quia primò facit quod dictum est, secundo respondet cuidam quæstioni quę sibi posset fieri, ibi:* Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, &c. *In prima parte dicit sic:* Si præcepta mea, &c. *Amor enim Dei nunquam est ociosus, & ideò si est in corde, ostenditur in opere, & per hoc homo disponitur, vt charitas in eo augmentetur, & per consequens adhęsio ad Christum fortificetur.* (Diuisio.)

12 Sicut & ego, & maneo in dilect. *Quia Christus ex amore ad patrem factus est obediens vsque ad mortem, vt habetur Philip. 2.a. & per hoc vnio eius ad patrem augmentata est inquantum gloria animę deriuata est ad corpus eius in sua resurrectione.*

13 Hæc loquutus sum vobis. *Hoc addit, ne fortè aliquis crederet, quòd propter se non propter nos ad prædicta inuitaret, ideò subdit:*

14 Vt gaudium meum. *Gaudium enim Christi hominis consistit in coniunctione ad deitatem modis prędictis, ad quam etiam perueniemus per mandatorum obseruationem, alio tamen modo quam Christus, vt dictum est.*

15 Et gaudium vestrum, &c. *Quod non potest esse nisi in gloria cœlesti, quia nihil circa Deum potest replere cor humanum, propter quod dicit Augu. lib. conf. Inquietum est cor meum domine, donec requiescat in te.*

16 Hoc est præceptum. *Hic respondet cuidam quæstioni quæ sibi posset fieri, quia posset aliquis dicere: Tu admonuisti nos adhærere tibi, & dixisti quod hęc adhęsio consistit in mandatorum obseruatione, sed ostende nobis vlterius obseruandi modum, ideo dicit, quod modus obseruandi est per dilectionem Dei & proximi, quia* in his duobus tota lex pendet & prophetæ, *vt habetur Matt. 22.d. Cuius ratio est, quia omnia bona opera ex charitate procedunt, propter quod dicit Gregor. Sicut multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multæ virtutes ex vna charitate generantur, & ad charitatem ordinantur, propter quod dicit Apostolus 1. Timoth. 1.a.* Finis præcepti est charitas. *Et hoc est quod dicitur:* Hoc est pręceptum. *Licet autem in dilectione proximi includatur dilectio Dei tanquam principalior, quia proximus non est diligendus nisi propter Deum, tamen saluator hic magis facit mentionem expressam de dilectione proximi, cùm dicit, inuicem, quia intendebat apostolos inducere ad fidelium ædificationem & consolationem & tribulationem sustentandam, ad quę necessaria est charitas proximi.*

Sicut

MORALITER.

† 13 *Hęc loquutus sum vobis vt gaudium meum in vobis sit, &c.* Quod autem sequitur est inductio ad amorem charitatis, propter quod sensus literalis est de se moralis, nec occurrit alia moralitas vsque ibi: *Si non venissem, & lo. &c.* Sequitur.

repetitio est confirmatio, ibi tamen dicit mandatum do, quasi non ante fuerit hic autem, hoc est, quasi non aliud sit. Ibi nouum ne in vetustate remaneamus, hic meum, ne contemnatur.

a *Maiorem hac.* Diffinit plenitudinem mutuæ dilectionis, quam habere præcipit.

b *Iam non di.* Commendata dilectione addit quod dignationis est, vt bonos seruos (qui sciunt faciendo quæ præcipit) dicat amicos, & eis tollit nomen serui, qui est ex timore foras mittendo, qui nescit quid faciat dominus. Quia cum aliquid facit, sic extollitur quasi ipse faciat non dominus. Sunt tamen serui timore permanente in æternum, qui intrant in gaudium domini, hi sciunt quod faciat eos dominus non solùm homines, sed & iustos & quidquid boni est.

c *Nota fe.* Nõ quod iam quis omnia sciat cum post etiam dicat: *Multa. ha. v. d. q. n. p. p. m.* Sed dicit se fecisse nota quæ scit se facturum in resurrectione, vbi plenè erunt beati in anima & corpore & hæc est gloria non ex vobis, sed ex me & hoc est: *Non vos me elegistis.*

d *Hæc man.* Hic ostendit quis sit fructus quem dixerat pro quo & dabit pater quod petimus, qui & hoc dedit, vt diligamus.

e *Et di.* AVG. Meritò sæpe dilectionem commendat, quasi sola præcipienda sit sine qua non possunt cætera, quæ sine cæteris non potest haberi. Pro hac autem patienter debemus sustinere etiam omnia aduersa mundi. Vnde subdit:

[Margin: † De pe di. 4. c. qui vult. De renun c. nisi §. verum — 1. Io. 4. d. — Matt. 25. b — 1. Io. 3. c.]

[Interlinear: a ¶ Non sicut homines se inuicem diligunt, sed vt Deum habeatis. b ¶ Vt sicut posui animam meam pro vobis Ita & vos pro fratribus, vt me imitemini sed non mihi comparemini.]

a sicut dilexi vos. † Maiorem hac dilectionem nemo habet, [1, 2]

[a ¶ Ponere animam pro amicis non est dilectio, sed effectus dilectionis. b ¶ Et per charitatem eritis amici.]

quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. † Iam non [3]

[¶ Et si prius. a ¶ Scilicet ille qui solo timore seruit non ille de quo dicitur: Euge ser. &c. qui seruit ex amore.]

b dicam vos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus [4]

[a ¶ Ego homo ad opus hominum.]

eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui [5]

[a ¶ Qui non elegit nondum diligit.]

c à patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego [6]

[a ¶ Misericordia præueni vos cum essetis mali. ¶ Inspiraui fidem. b ¶ Id est ad gratiam plantaui. c ¶ Per me viam & hoc iterum gratia. ¶ Volendo. d ¶ Perseuerando. ¶ Quem non afferrent nisi prius electi. e ¶ Id est dilectio quæ est fructus noster quæ modo est in desiderio nondum in saturitate, & ipso desiderio quodcunq; pe. &c.]

elegi vos, & posui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus [7, 8] vester maneat, vt quodcumque petieritis patrem in nomi- [9]

[a ¶ Quodcumque petierimus in nomine Iesu, dabit nobis pater. ¶ Quem fructum.]

d ne meo, det vobis. Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. [10, 11]

[¶ Qui odit quæ diligit. ¶ Grandis consolatio membris ex capite.]

e f † Si mundus vos odit, scitote quia me † priorem vobis [12, 13]

[¶ Contemptu. ¶ Damnato.]

g odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod [14, 15]

[a ¶ Falsa dilectione qua se falsò diligit, sed verè odit se, quia naturam odit, diligit vitium. b ¶ Nunc. c ¶ Quia tunc de eo fuistis. ¶ Gratis.]

suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, sed [16]

f *Si mundus.* Nomine mundi aliquando boni aliquando mali designatur, quia vna massa est quæ tota in Adam periit de qua sunt alia vasa in honorem, alia in contumeliam.

[Margin: † Post hæc non dico.]

✠ THEOPHYLACTVS. Mundus hoc est mali homines, ex eo enim quod non haberemini odio, ostenderetur quod & ipsi illorum malitiæ & iniquitati communicaretis: hunc autem quia odio vos habent mali, gaudete. Nam propter virtutem vestram vos oderunt. Alioqui si non essetis virtute præditi, mundus quod suum est curaret quia autem ego vos elegi de mũdo iniquitatis, propterea odio vos habet mundus, vti eos qui operibus suis non communicant.

[Margin: † Priorem vos.]

g *Mun. quod suum.* Si malus punit scelus mali, ex parte odit mũdus quod suũ est: dũ punit ex parte amat, quia malus fauet malis.

Sermo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sicut dilexi vos. *Id est, efficaciter, gratuitè, & rectè: sicut expositum est ca. præce. Quod autem Christus sic dilexerit probat cum subdit:*

[Margin: Quatuor diligenda ex charitate.]

2 Maiorem hac. *Hoc autem fecit Christus, ergo, &c. Quatuor enim diligenda sunt ex charitate, scilicet, Deus, anima, proximus & corpus proprium, ideo cum charitas sit ordinata pro ipso Deo, qui est primum & maximum diligibile: ex charitate debent alia tria exponi, sicut minus pro maiori. pro anima autem propria debet proximus & corpus proprium contemni, pro salute proximi debet vita corporalis exponi, & ideo cum corpus proprium sit maximum bonum quod nobis remanet pro proximo exponendum, patet quod in tali expositione est maximum signum dilectionis ad proximum. Verumtamen quia obseruatio mandatorum non solùm inducit ad dilectionem proximi, sed principaliùs ad dilectionem Dei, ideò subditur:* Vos amici mei estis, &c. *Et quia amicis reuelantur secreta, ideò subditur:*

3 Iam non dicam vos seruos, &c. *Id est, timore seruili subiectos: tamen amore filiali erant subiecti, et hoc modo apostoli aliquando dicuntur serui. Roma. 1. a.* Paulus seruus Iesus Christi, &c.

4 Quia seruus nescit quid faciat dominus eius. *Hoc videmus in humanis, secreta tamen reuelantur filiis: huiusmodi erant apostoli qui Christo erant subiecti amore filiali: ideò subditur:*

5 Vos autem dixi amicos, &c. nota feci vobis. *Hoc non est intelligendum de omnibus simpliciter & absolutè, quia apostoli non habuerunt tantam plenitudinem scientiæ sicut Christus, sed est intelligendum de omnibus pertinentibus ad eorum statum, cuiusmodi sint ista quæ pertinent ad eorum salutem, & fidei & morum prædicationem, & ecclesiæ gubernationem. Et quia ista conferunt ad vtilitatem fidelium, non ipsius Christi ideo subdit:*

[Margin: Electio fidelium duplex.]

6 Non vos me elegistis. *Duplex est enim electio fideliũ. Vna æterna quæ est idem quod prædestinatio diuina, & hac electio apostolorum & aliorum fidelium est à solo Deo ex mera liberalitate. Alia est temporalis scilicet vocatio ad fidem et gratiam et apostolatum et huiusmodi. Et ista vocatio est effectus primæ, secundùm illud ad Ro. 8. f.* Quos prædestinauit, hos & vocauit, *& sic apostoli electi sunt à Christo tempore gratiæ.*

7 Et posui vos. *Id est, firmiter disposui.*

8 Et eatis. *Prædicando per totum mundum.*

9 Et fructum afferatis, & fructus vester maneat. *Quia fides ecclesiæ manebit vsque ad finem mundi, quantumcunque tribulationibus impellatur vel aliter: Maneat in gloria æterna.*

10 Vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis. *Dummodo tamen ista petitio fiat pro vobis piè et perseueranter, sicut suprà expositum est eodem ca.*

11 Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem. *In hoc concludit intentum per hoc signans, quod omnia prædicta dixit eis ad hunc finem, scilicet vt mutuo se diligant.*

[Margin: Diuisio.]

12 Si mundus vos odit. *Hic agit de palmitum adhærentium purgatione per tribulationes futuras, contra ipsas eos consolando. Et diuiditur in tres, quia primò ad eorum consolationem rationes inducit. Secundo eas exponit, ibi:* Mementote. *Tertio excusationes persequẽtium excludit, ibi:* Si non venissem. *Circa primum ponit duas rationes. Prima sumitur exemplo sui. Membra enim refutare non debent conditionem capitis, cum non sint maioris dignitatis, imo minoris Christus autem caput est apostolorum, & ideo exemplo Christi debent patienter tolerare tribulationes persequentium. Et hoc est quod dicitur:* Si mundus vos odit. *Hic accipitur si, pro quia, quasi dicat quia futurum est, quod mundus vos odiat.*

13 Scitote. *Ad consolationem vestram.*

14 Quia me priorem vobis odio habuit. *Propter quod dicit Aug. in sermone: Recusat esse in corpore qui odium non vult sustinere cum capite. Secunda ratio sumitur ex parte mundi, Similitudo enim est causa dilectionis, secundùm illud Eccle. 13. c.* Omne animal diligit sibi simile. *Et dissimilitudo est causa odii. Apostoli autem dissimiles erant hominibus mundanis, & ideo non debebant admirari si persequutiones sustinerent ab ipsis. Et hoc est quod dicit.*

15 Si de mundo fuissetis. *Licet apostoli essent de mundo, præsentia corporali, non tamen erant de mundo concupiscentiis mundi imitando.*

16 Mundus quod suum erat, diligeret. *Sed contra hoc videtur esse, quod aliqui principes mundani de quibus loquitur saluator, cum essent persequutores apostolorum aliquos tamen mundanos & malos non diligebant, sed magis persequebantur, vt latrones & prædones & huiusmodi, quos interficiebant. Dicendum, quod malum non potest esse purum quin habeat aliquid de bono, aliter* seipsum

9 Et

ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 1 Mementote sermonis mei, ¶ Quia. quem ego dixi vobis: † 2 Non est seruus maior Domino suo. ¶ Et ita. 3 Si me persequuti sunt, ¶ Non potest placere seruus, cui displicet Dominus. ¶ In quibus ego. & vos persequentur. a ¶ Vt in eo caperent & calumniarentur. 4 Si sermonem meum seruauerunt, b ¶ Quia etiam meus. & vestrum seruabunt. a ¶ Quę dixi, odio habebunt, persequentur, sermonem contemnent. b ¶ Id est, me in vobis oderunt, & persequuntur sermonem & quia meus est, contemnunt. 5 Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, a ¶ Ea scientia qua scriptum est Scire autem te sensus est consummatus. † 6 quia nesciunt eum qui me misit. ¶ Misit me, sed: Si non venis. 7 Si non venissem & loquutus eis fuissem, a ¶ Illud quod tenentur, &c. Et sine quo dimittuntur, id est, credere in Christum, qui in Deo venit, vt credatur in eum. b ¶ De quibus supra: Si me persequuti sunt, &c. 8 ¶ Quia veni & loquutus sum eis. 9 peccatum non haberent. Nunc autem † excusationem non habent de peccato. 10 Qui me odit, & patrem

a Sermonis mei. Hoc scilicet, Non est. Et illius superioris, Scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Et subdit causam.

b Non est seruus maior, &c. Quia exemplo sui (quo aliud melius non est) monuit ad ferenda odia mundi, subdit quare debeant eum in hoc imitari, quia ipse dominus, illi serui.

c Si non venissem. Hic expressiùs Iudæos ostendit, ad quos venit, de quibus sub nomine mũdi superiora dixerat. Et quia ad eos venit, hic inexcusabiles de omnibus malis ostendit.

d Excusationem nõ. habẽt, &c. Illi quibus nõ venit, nec loquutus est, habẽt excusationem non de omni peccato, sed de hoc, quod in Christũ non crediderint. Hi vero quibus in apostolis venit & loquutus est, non excusantur. Priores vero qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt

e De peccato. Quod non credunt me, sed oderunt, & persequẽtur in meipso & in meis, sed hoc peccatum in me, etiam redundat in patrem, quia qui me odit, & patrem meum odit quod est grauissimum, non solum veni & loquutus sum, sed opera feci, quæ videntes oderunt & me & patrem. Nec est causa quare, sed vt impleatur ser. qui in le. eo. scri. est. Quod est: Sed gratis oderant sicut scriptum est.

f Qui me odit & pa. Quæstio non dissimulãda hic rascitur, quomodo; scilicet poterant odisse quẽ nesciũt. Si enim Deũ non (quod est ipse, sed nescio quid aliud suspicantur esse) credunt & hoc oderunt, vtique non ipsum oderunt, sed quod sua suspicione mendaci, vel falsa credulitate concipiunt. Si vero quod est hoc de illo sentiunt, quomodò eum nescire dicuntur? & quod est de hominibus vel in hominibus hoc fieri potest. Nõ enim visos possumus diligere vel odisse, sed non ignotos, quia etsi non visi, fama vel literis nota est eorũ probitas vel improbitas, quod si diligimus bona & odimus mala, & ita non erramus in iudicio rerum,

Marginalia: A; B; C; D; E; F; † Mat 11.d Luc 10.d.; Roma 2.b.; Psal. 34.; Quæstio.; † Mat 10.e Luc. 6.f.; † prætextu.

NICOLAVS DE LIRA.

seipsum destruet, secundum philosophum.4. Ethico. Licet igitur principes illi qui persequuti sunt Apostolos, essent mundani & mali quantũ ad superbiam & infidelitatem & huiusmodi, tamen aliquid boni habebant, vtpote iustitiam, clementiam, vel aliqua huiusmodi sicut legitur de Traiano & de multis alijs principibus mundanis, et sic persequebantur latrones & prædones inquantum erant eis dissimiles in bono iustitiæ, sicut èconuerso persequebantur Apostolos & alios fideles, inquantum erant eis dissimiles in infidelitate.

Sed adhuc diceres, quia sunt aliqui mundani in eodem vitio communicantes, qui tamen sese persequuntur, vt superbi & cupidi. Propter hoc dicendum quod duplex est amor, scilicet amicitiæ & concupiscentiæ. In amore autem amicitiæ similitudo est causa amoris quia amicus vult amico bonum inquantum apprehendit ipsum quodammodo vnum sibi, quia amicus est alter ipse (secundum philoso. hoc autem non est per realem identitatem, sed per conformitatem. Sic autem non est in amore concupiscentiæ, qua aliquis vult sibiipsi bonum, & ideo quanto plus diligit se amore concupiscentię, quam alium sibi similem amore amicitiæ, tanto odit eum inquantum impeditur per eum à consequutione boni amati, & sic vnus superbus odit alterum, inquantum surripit sibi singularem excellentiam quam cupit, & auarus similiter auarum, inquantum arripit sibi lucrum quod desiderat, & sic de alijs.

Amor duplex.

1 Mementote. Hic exponit rationes prædictas. Et primò primam. Secundo secundam, ibi: Sed hæc omnia. Prima ratio erat de persequutione illata Christo & apostolis inferenda. Et quantum ad hoc dicit. Memento ser. mei. quem ego. Suprà 13. b.

2 Non est seruus. Quod autem prius vocauit eos seruos. 13. c. & hoc idem repetit, non est contra illud quod in hoc cap. dixit: Iam nõ dicã vos seruos. Seruitus enim quã apostolis attribuit, non est aliud quam subiectio ex amore filiali ad Christum qui dicitur seruitus largè. Seruitus autem quam ab eis excludit, est timoris seruilis, quæ à charitate excluditur, vt habetur. 1. Ioan. 4. d.

3 Si me perse. Si pro quia, quasi dicat, quia me persequuti sunt de facto, non est mirum si vos persequentur in futuro.

4 Si sermonem meum, &c. Hic potest accipi ly si dupliciter, scilicet pro quia & pro non, quia aliqui verbum Christi deuotè susceperunt, vt Nicodemus, Lazarus, & sorores eius, & similes. Et aliqui contempserunt, sicut scribæ & pharisęi. Et similiter fuit de Apostolis, quia aliqui eos deuotè audiebant, sicut patet de Cornelio Act. 10. & in pluribus alijs locis, & multi eos contempserunt, & à se repulerunt, vt patet Act. 13 g. Vbi Barnabas & Paulus dixerunt: Vobis oportebat primũ loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud & indi. iu. vos. &c.

5 Sed hæc omnia fa. &c. Hic exponit secundam rationem quæ fuit de odio mundanorum erga Apostolos, cuius causam explicat dicens: Sed hæc omnia facient vobis propter nomen, &c. Id est, propter confessionem & prædicationem nominis mei.

6 Quia nesciunt, &c. Id est, Deum patrem. Contra hoc videtur illud Psal. 75. a. Notus in Iudæa Deus. Dicendũ quod noticiam habuerũt determinatam de vnitate Dei. De pluralitate autem personarum non habuerunt noticiam, nisi superiores scripturas intelligentes, tamen illa noticia fuit obscura, quia ante tempus Christi non fuit mysterium trinitatis ad plenum reuelatum. Illa etiam noticia quam habebant de hoc Iudæi, fuit eis obscurata ex odio quod conceperant ad doctrinam Christi, & sic licet cognoscerent inquantum est pater omnium per creationẽ, non tamen cognouerunt eum inquantum misit filium suum ad salutem credentium. Ista tamen ignorantia non excusabat eos in persequutione Christi & Apostolorum, quia procedebat ex odio & inuidia, vt dictum est. Similiter ignorantia non excusabat tyrãnos, apostolos & alios fideles persequentes: quia procedebat ex obstinatione eorum in peccato idolatrię, Quod patet ex hoc, quia videbant per Apostolos fieri signa virtutis diuinæ, & tamen permanebant in infidelitate, quia aliqui attribuebant scientiæ magicę, et malè.

7 Si non venis. Hic ostendit persequutores Christi & fidelium inexcusabiles, & hoc ostẽdit dupliciter. Primò, ex his quæ facta sunt in Christi præsentia. Secundò ex his quæ facta sunt in eius absentia, ibi: Cum autem ve. Prima in duas, quia primò ostendit eos inexcusabiles verbis. Secundo factis ibi: Si opera, Circa primum sciendum, quod doctrina Christi fuit ita munda, pura & perfecta, vt patet intuenti, & dictis prophetarum consona & ipsorum impletiua, vt patet conferenti no. Testa. veteri, item sic fuit confirmata miraculis soli Deo possibilibus, quod sufficienter debebat conuincere audientes ad credendum, propter quod dixit Nicode. suprà 3. a. Scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cũ eo. Propter quod infidelitas Iudæorum fuit maximum peccatum. Et hoc est quod dicitur: Si non venissem. Hoc dixit, quia eius aduentus erat eis promissus in lege & prophetis.

8 Et loquutus eis fuissem. Ly non, quod in aliquibus libris interponitur, non est de textu, sed resumitur ex præcedenti clausula.

9 Peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato. Scilicet peccatum infidelitatis in me, quod dicitur specialiter peccatum propter eius grauitatem, tamen sine hoc habebant venialia peccata, et ante habuerunt.

10 Qui me odit, & patrem meum odit. Hoc subdit ad ostendendum quod excæcatio Iudæorum doctrinę tam efficaci non credentium, procedit ex inuidia & odio contra ipsum.

5 Sed

Si

MORALITER.

7 Si non venissem, & loquutus eis fuissem. Sequitur.

rerum, veniale est. Si non vera sentimus de occultis hominum, quæ humana tentatio, si suspicemur aliter esse quam sint, quæ suspiciones si sint humanæ, iudicium de talibus, id est, diffinita certaque sententia prohibetur. Ex suspicionibus autem euenit, vt bonus bonum si putet malum nesciens oderit, qui etiam nesciēs malum diligit. Sic & malus cui displicet bonitas, bonum odit, & si putet malū nesciēs diligit.

a *Quę nemo a.fa.pe.* A V G V. Quod pauit tot milia de paucis, quod super aquas iuit, & Petrum ire fecit, & alia huiusmodi. Sed & Moyses in diuiso mari, in manna, & Iosue in diuiso Iordane, in fixo sole, & alij patres fecerūt quæ nec Christ⁹ nec alius fecit. Non ergo de talibus hic dicit. Superat etiam Christus miracula omniū quod natus de virgine, quod de morte surrexit, sed hæc non sunt facta in eis, nec coram eis, Dicit ergo de sanitatibus, quot & quantas nullus fecerat in eis, & quia ipse per seipsum fecit, nemo fine eo.

Suprà 6.b. Matt.14 c. Exo 14 e. Iosue 3. d. Ibidē.10 c. † Psal.34 c. Luc. 1. a. Ibid. 24. a.

¶ Non inter eos, vel coram eis, sed in eis, quia eos sanauit, pro quibus debuerunt eum amare non odisse. ¶ Illud magnum.

a meum odit. Si opera non fecissem in illis, quæ nemo alius fa- [1]
¶ Illa opera.
cit, peccatum non haberent. Nunc autem & viderunt, & o- [2]
¶ Et si nescientes.
b derunt & me & patrem meum. Sed vt impleatur sermo, qui [3] [4]
¶ Quæ est eis data. ¶ In psal'mis.
c in lege eorum scriptus est: † quia odio habuerunt me gratis. [5] [6]
a ¶ Sponte vt Deus. b ¶ Vt sit fiducia consolationis. c ¶ Ecce quod & filius mittit à patre à quo ipse est.
d e Cùm autem venerit paracletus, quem ego mittō vobis à pa- [7] [8]
¶ Vt sit fiducia prædicatoris. a ¶ Ecce quod pater mittit. b ¶ Manifestatione sui, quia tanto miraculo quod qui putabatur mortuus resurrexisse & viuere probatus est.
f tre spiritum veritatis, qui à pātre procedit, illē testimonium [9] [10]
a ¶ Quod non modo, quia non adest plenitudo illius temporis. b ¶ Per eum.
perhibebit de me. Et vōs testimonium perhibēbitis, quia ab ini- [11] [12]
a ¶ Prædicationis meę ideo prædicare poteritis, quod nostis.
tiō mecum estis

b *Oderunt, &c.* Iudæi dicunt se diligere Deum, & tamen nesciētes oderunt, quia qui volunt esse mali, nolunt esse veritatem qua damnantur. Et sicut oderunt suam pœnam, oderunt veritatem, quæ irrogat pœnam, nescientes eum esse veritatem. Et si oderunt veritatem, oderunt eum de quo nata est veritas, & ita patrem nescientes de eo natam veritatem oderunt.

c *Quia odio.* Gratis odit, qui nullum ex odio commodum quærit, vel incommodum fugit. Sic impij oderunt Christum. Sic iusti diligunt gratis, non propter aliud, sed propter ipsum.

d *Cum autem,* Nunc videntes opera oderunt gratis & me & patrem. Sed cum venerit paracletus, manifestiore testimonio conuincet eos qui viderunt & oderunt, sed & quosdam eorum compunctos de tanto scelere conuertet.

✠ T H E O. Iam quod dicit. *Quem ego mittam.* Æqualitatē erga patrē significat, nā alio loco de patre dixit quodmittat spiritū, hoc autem loco quod ipse mittat. vtique sanè æqualitatē significās. vt autē ne videatur obluctari patri, quasi ab alia substātia mittat spiritum, addidit *à patre* nam & ipse quidem mittam, sed à patre, hoc est approbante patre, & simul mittēte, non enim ex proprio sinu ipse prius mitto sed à patre per me suppeditatur. Quū audieris quodprocedit ne intelligas per processionem egressionem, quasi emittentur ministratorij spiritus sed naturalis subsistentia spiritus est processio, nam nisi processionem sic intelligas sed externam quandam missionem, incertum erit de quo spiritu dicat, innumeri enim sunt qui in ministerium mittuntur propter eos qui hæreditabunt salutem. Cęterum hoc loco singularis quædam & separata proprietas est procedere, vni proprio spiritui attributa.

e *Quem ego m.* Die Pentecostes venit spiritussanctus in centum viginti homines congregatos, cum quibus erant omnes apostoli in domo vbi cœna fuerat.

f *Qui à patre.* Spiritus procedit à patre & filio, sed filius dicitur à patre procedere, quia ad patrem solet referre, & quod ipsius est de quo ipse est. A quo ergo habet vt sit, ab illo habet, vt de illo procedat spiritus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si opera *Hic ponitur secunda ratio ad ostendendum eos inexcusabiles, quę procedit ex operibus factis à Christo, quę fuerunt ita magna et virtutem creaturę transcendentia, quod nullus alius fecerat ante talia, vt patet in illuminatione cæci nati, & in suscitatione Lazari quatriduani, & in supernaturali eclipsi in passione Christi, & ideo si illi qui fuerūt increduli Moysi & prophetis, fuerunt grauiter puniti & inexcusabiles reputati, multo fortius isti. Et hoc est quod dicitur:* Si opera, &c. pe. n. *Scilicet infidelitatis in me, licet haberent alia peccata.* 2 Nunc au. *Scilicet opera.* 3 Et ode. *Quia ex odio ad Christum ipsius opera tanquam maligna attribuebant Beelzebub principi dæmoniorum, vt habetur Matth. 12. b.* 4 Sed vt im. *Hic, vt, tenetur consequutiuè, quia ex odio eorum sequuta est impletio illius sermonis.* 5 Qui in *Scilicet Psal. 34. c.* 6 Odio hab. *Id est, sine causa, imo econtrario habebant causam amandi eum ex beneficijs eis impensis in docendo eos & sanando infirmos eorum.* 7 Cum au. *Hic ostendit eos inexcusabiles per ea quę facta sunt in Christi absentia, videlicet per aduentū spiritussancti super Apostolos post ascensionem Christi quod fuit signū manifestissimū ad doctrinam Christi confirmandam. Et hoc est quod dicitur.* Cum au. *Id est, consolator.* 8 Quem ego. *In hoc ostendit spiritumsanctum à se procedentem, inquantum dicit se illum mittere.* 9 Spiritum ver. *In quo ostendit spiritumsanctum à patre procedere, quia procedit ab vtroque.* 10 Ille testi. *Quod enim homines prius illiterati & simplices de profunditate scripturarum subitò planè loquerentur, & in omnibus linguis, fuit maximum signum ad confirmandum fidem Christi.* 11 Et vos te. *Pręiudicando omnibus populis.* 12 Quia ab in. *Non est intelligendum quod fuerint cum eo à principio vitæ eius, sed ab initio suæ prædicationis, quando incepit docere & miracula facere.*

Supr. 9. b. Supr. 11. f. Mat. 27. e.

MORALITER.

1 *Si opera, &c.* Per hoc ostenditur, quod quilibet prælatus & curatus qui in hoc est Christi vicarius, populo suo debet bonam admonitionem verbi & operationem exempli, & si in vtroque deficiat vel altero, populus habet aliquam excusationem de peccato, non à toto sed à tanto, maximè si defectus est in facto, vnde & dicunt laici, quare non faceremus hoc vel illud, cum prælati & curati hoc faciunt & etiam religiosi.

† 15. q. 1. c. quod autē §. ex volūtate.

CAPVT XVI.

a HÆc loquutus sum, &c. Postquā exēplo suo docuit ferre odia in quo sciunt quid debeāt facere, sed nō possunt postquā etiam promisit spiritū quo poterūt resistere, etiā addit: *Hac loquutus sum de odio mei.* Quod est exēplū de spiritu qui

†Mat. 24. a Mat 13. b. Luc. 21. c.

CAPVT XVI.

HÆc loquutus sum vobis, [1]

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XVI.

1 HÆc loquutus sum. *Postquam Christus aliquas rationes posuit ad discipulorum consolationem, hic magis explicat suam intentionem. Et diuiditur in tres, quia primò dicta explicatio ponitur. Secundo eius effectus ostēditur, ibi:* Dicunt ei Discipuli. *Tertio, intētiū concluditur, ibi:* Hæc loquutus sum. *Prima in duas, quia primò ponit rationes quibus consolatus est eos de tribulationibus futuris, et hoc vt continuet se ad dicta immediate præcedentia. Secundò, explicat rationes consolatorias de recessu suo, ibi:* Et nunc vado. *Prima in duas, quia primo ponit intentionem suam. Secundo subiungit dicti rationem, ibi:* Hęc autem vobis ab initio. *In prima ergo parte dicitur sic:*

Diuisio.

Hæc loquutus sum. *Id est, ad consolationem vestram contra futuras tribulationes.*

1 Vt non

MORALITER.

1 *Hęc loquutus sum vobis.* In hoc capitulo Christus induxit discipulos non solum præsentes tunc, sed etiam futuros, vt non recedant à fidei veritate pro vituperio quocunque quod significatur per electionem de synagoga, cum dicitur:

† Absque

qui confirmabit, vt ita charitate diffusa in cordibus vestris, sit vobis multa pax, & non scandalum. Vnde enim scandalum? Quid passuri? *Absque synagogis*, id est, extra synagogas *facient vos*: quia non erat alius populus Dei nisi Israel, si Christum reciperet, non esset alia ecclesia Christi, nec alia synagoga Israel. Sed quia isti semper volunt esse sine Christo, volentes constituere suam iustitiam, pellunt eos qui nunquam volunt esse sine Christo, iustitiæ eius subiecti. Nec erubescunt pulsi, sicut illi qui credentes in Iesum, propter metum, nō audebant cōfiteri, ne pellerentur de synagogis, diligentes gloriam hominum magis quam gloriam Dei.

Roma. 5. a

† Alienosa synagoga. Rom. 10.

† interfecerit.

a *Sed venit.* Quasi dicat, si pulsi ab eis tot acquiretis mihi (vnde vobis gaudendum) vt non satis sit eis vos pellere. Sed non sinant viuere, ne omnes acquiratis, vt à Iudaismo auertatis, in quo Deum Israel credunt deseri & sancta sua.

b *Hæc au.* Postquàm dixit futuras eorum passiones, & consolatorem spiritum eis esse dandum, subdit. *Hæc non dixi, &c.* Quod si de passionibus accipimus, non solummodo post cœnam, sed & ante proximum Pascha, & ab initio missionis 12. apostolorum prędixerat, sed de consolatione spiritus eis ventura non prædixerat, quia ipse cum eis corporali præsentia aduocatus vel consolator erat, sed quia iam iturus est, opus erat vt illum diceret venturum qui confirmaret eos contra abiicientes & interficientes.

c *Vado ad eum.* Ita palam vt nemo interroget quod visu corporali cernat, viderunt eum in nube ascendentem certi de gloria, qui prius prædicta passione quęsierant. *Domine quo vadis?*

¶ Quasi dicat, sed ne timeatis solitudinem, quia tot acquiretis vt pro eis ad gloriam Dei videamini occidendi.

a vt nō scandalizemini. [1] † Absque synagogis facient vos. [2] Sed † ¶ Zelum Dei habere, sed non secundum scientiam, sed ex stulta ignorantia. venit hora, [3] vt omnis qui † interficit vos, arbitretur [4] † obsequium se præstare Deo. [5] Et hæc facient vobis, quia non ¶ Esse. ¶ Filium ¶ Hæc fient: Sed ego prędixi, ne ignatos hæc & improuisa turbarent, sed prçuisa patienter ferantur. nouerunt patrem, neque me. [6] Sed hęc loquutus sum vobis, ¶ Tenebrosa. ¶ Oportunitas. ¶ Malorum. ¶ Et caueatis vobis. vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi ¶ De aduentu paracleti.

b vobis. [7] Hæc autem vobis ab initio non dixi, [8] quia vobiscum ¶ Ego paracletus vester. ¶ Et ideò opus est prędicare de illo.

c eram. [9] Et nunc vado ad eum qui me misit, [10] & nemo ex vobis ¶ Iturum à vobis. ¶ A nobis. ¶ Id est me iturum à vobis. interrogat me, quo vadis. [11] Sed quia hæc loquutus sum vo- ¶ Cum nondum conso lationem spiritus intus habeatis, qua melius me intus visuri estis, doletis me corporalibus oculis subtrahi. bis, [12] tristicia implebit cor vestrum. Sed ego veritatem ¶ Vt spiritualiter iam me noscatis & carnaliter iam me nosse desistatis, ne verbo carne facto quasi lacte contenti sitis. ¶ Si carni qua alij carnaliter hęseritis, capaces spiritus non eritis.

d dico vobis: expedit vobis, vt ego vadam. [13] Si enim

e non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem

† ventura est

d *Si enim* Non quod positus in terra non posset dare, sed quia illi non sunt idonei accipere nisi eum secūdùm carnem desistant nosse.

† cultum

Act. 1. b. Supra. 13. c.

✻✻ THEOPHYLACTVS. Porro hoc loco Macedoniani quid poterunt dicere, qui gloriam spiritus extenuāt, & seruum cum filij dicunt, quomodo conducet abire Dominum & aduenire seruum? Atq; ita etsi tristes sitis propter meam absentiam ô discipuli, tamen propter aduētum spiritus gaudeatis qui pluribus & maioribus vos beneficijs prosequetur.

e *Si autem.* Mentibus vestris sic raptis ad cœlestia, aderit spiritus simul pater & filius. Spirituales enim ex carnalibus facti, capacius fuerant trinitatem habituri, sicut promissum erat. *Vobiscum sum vsque ad consummationem sęculi.* Et *ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* Nunquam enim intelligenda est sæparatio, & si sigillatim loquatur scriptura de personis. Opus enim erat sic trinitatem insinuari.

Mat. 28. d. supra 14. c.

☞ Ille

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt non scan. *Cadendo per impatientiam quando euenient vobis. Scandalizare dicitur à σκάνδαλον Grecè, quod significat impactionem pedis per quam homo ruit, & ad similitudinem huius in spiritualibus dicitur quis scandalizari in tribulatione, quando est ei occasio cadendi per impatientiam.*

2 Absque synagogis, &c. *Incipit hic explicare in particulari tribulationes futuras inter quas eiectio de synagoga reputabatur magna, sicut apud nos eiectio de ecclesia per excommunicationem.*

3 Sed venit ho. &c. *De propinquo.*

4 Vt omnis qui in. vos, &c. ob. præ D. *Quod dupliciter intelligitur. Vno modo de Deo vero. Et sic Iudæi excæcati, interficientes fideles arbitrabantur se obsequium prę̄stare Deo cœli. Ista tamen ignorantia eos non excusabat, vt dictum est. Alio modo exponitur de Deo opinatiuè dicto, secundùm errorem gentilium, & sic gentiles interficientes Christi fideles credebāt se obsequium prę̄stare Deo, scilicet Ioui vel Saturno vel huiusmodi.*

5 Et hæc fac. vob. *Exponatur sicut ca. præce.*

6 Sed hæc loqu. sum vobis, &c. quia ego dixi vobis. *Vt facilius toleretis, tanquam prædicta vobis ab eo qui certitudinaliter potest denunciare futura contingentia. Ista enim prędixit Christus apostolis, vt prę̄uiderent sibi de patientia, quia minus feriunt iacula quę prauidentur, vt dicit Greg. Cuius rationem assignat Tullius in lib. de Tusculanis quæstionibus. Omnia enim bona & mala corporalia minora videntur, & minus ponderantur præsentia quam futura, vnde sensibiliter videmus, quod aliqua bona temporalia vel corporalia delectabilia multum desiderantur antequam habentur, habita verò parum appreciantur, nunc autem ita est, quod cum aliquis sibi prauidet contra mala futura, apprehendit ea quasi quodammodo præsentia, ideò videntur minora.*

Tullius.

7 Hæ autem. *Hic subdit sui dicti rationem, videlicet quare tunc ista dixerit eis, & non à principio vocationis ipsorum, dicens:* Hæc autem vobis ab initio. *Hoc est, ista verba ad consolationem vestram contra futuram tribulationem, vt patet Mar. 10. b. vbi tribulationes prædicuntur apostolis, non tamen consolandos eos sicut hic. Et subditur causa.*

8 Quia vo. *Confortans vos mea præsentia corporali, sed quia modo imminet recessus meus indigetis contra talia consolari.*

9 Et nunc va. *Hic explicat rationes consolatorias de recessu suo, quę fuerunt tres. Vna fuit de promissione spiritussancti. Alia de promissione reditus sui. Alia, de promissione accessus eorum ad patrem. Secundam explicat, ib.* Modicum. *Tertiam, ibi:* Illo die. *quamuis non fuerint suprà positę eodem ordine. Prima in duas: quia primò promittit per recessum suum donum spiritussancti. Secundò ostendit efficaciam huius doni, ibi.* Et cum venerit. *Dicit ergo primò sic:* Et nunc vado ad eum qui, &c. *Quia impleui officium prædicationis meæ.* Et nemo ex vob. &c. *Sed hoc videtur contra illud quod suprà dictum est ca. 13. d. vbi Petrus quæsiuit.* Domine quo vadis? *Et. 14. a. dixit Thomas:* Domine nescimus quo vadis? *Quasi dicat vellemus scire. Dicendū quod in principio Christus loquutus est eis tantummodo de suo recessu, & tunc bene quæsierunt quò iret, vt allegatum est Sed postea interposuit de tribulationibus eis futuris, in quibus interfectores eorum reputabant se Deo præstare obsequium, quod videbatur nimis durum & extraneum: propter quod ipsi tanquam adhuc imperfecti fuerunt ita stupefacti & attoniti, quod omnino obmutuerunt, & tunc quasi exprobrando dixit.*

Tres rationes consolatorias recessus Christi. Diuisio.

10 Et nemo ex vo. &c. *Quasi dicat ex timore & tristicia facti estis muti. Et hoc patet per literam sequentem, cum dicitur.*

11 Sed quia hęc loquutus sum vobis. *De tribulationibus futuris.*

12 Tristitia implebit cor vestrum. *Et quia cum hoc tristabantur de recessu Christi, de cuius presentia confidebant in tribulationibus consolari ideò subdit-* Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis vt, &c. *Et subdit causam, dicens.*

13 Si enim, &c. *Quia plenitudo spiritussancti non erat danda, nisi post ascensionem Christi.*

✻ Et cum

MORALITER.

† 2 *Absque synagogis.* Nec etiam quocunque tormento, quod significatur, cum subditur.

3 *Sed venit hora vt omnis qui interficit.* Mors enim est vltimum terribilium in præsenti vita. Induxit etiam discipulos ad petendum spiritussancti donum, quod est in omni afflictione corroboratiuum. Et sic literalis sensus est etiam moralis. Nec occurrit mihi alius superaddendus.

a *Ille, arguet.* Non quod filius non arguat, sed quia spiritus dabit eis charitatem, & pellet timorem, vt sit eis libertas arguendi.

AVGVSTINVS. Arguitur de peccato qui in Christum non credit. Arguitur & de iustitia eorum qui credunt. Ipsa enim fidelium comparatio, infidelium est vituperatio. Credant igitur homines in Christū, ne arguantur de peccato infidelitatis quo omnia tenentur. Trāseant in numero fidelium, ne arguantur de iustitia eorū quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe iudicentur quem iudicatum imitantur.

✠ THEOPHYLACTVS. Veniet paracletus, & quæ inde vtilitas? *Arguet,* inquit, *mundum de peccato,* & ostendet eos peccatores quia non credunt. Quādo enim viderint per manus discipulorum in spiritu egregia signa & miracula fieri & neque sic credunt, quomodo non condemnatione digni, & peccato maximo obnoxij? Nam nunc quidem possunt dicere quod fabri filius sum & humilis matris, quamuis ego miracula faciam. Tunc autem incredulitas omni carebit excusatione spiritu in nomine meo talia perficiente. Itaque de peccato illos arguet, hoc est ostende eos absque venia peccare. Et de iustitia quoque arguet, quia ego ad patrem meum vado, hoc est ostendet quod ego cum iustus fuerim, & irreprehensibilem egerim vitam iniustè occisus sim vt in eius iudicium ad patrem vadam, neque enim si iniustus fuissem ad patrem ascendissem.

b *Et de iustitia.* Non de sua, sed de credentium iustitia mundus arguitur, quorum comparatione damnatur. Vnde non ait Non videbit me mundus, sed *non videbitis me*, vos Apostoli. Contra infideles qui dicunt, quomodo credemus quod non videmus? Est vera iustitia credere quod non videtur, vt qui viderunt hominem, crediderunt Deum. Et cum per ascensionem forma hominis subtracta est visibus, tunc ex omni parte impletum est: *Iustus ex fide viuit.*

c *Et iam, &c.* Id est, nunquā videbitis me talem vt modo, id est, mortalē iudicandum, sed glorificatum iudicem. Et hoc est iustitia fidei, de qua Apostolus: *Et si nouimus Christum secundū carnē, sed iam nō nouimus,* quā quia mūdus ab istis nō vult accipere arguitur.

d *De iudicio.* Quia si damnatum illum sequuntur, cum eo damnātur, & ne sibi credant parci, terrentur supplicio illius superbi.

e *Omnem veritatem, &c.* Promittit quod totum facturus est spiritus, non quod in hac vita totum compleatur.

f *A semetipso, sed quæcunque, &c.* AVGVSTINVS. Quia non est à seipso: quia solus pater de alio non est. Nam & filius de patre natus est, & spiritus de patre procedit, & tamen & filius & spiritus æqualis patri est. Sed quæcunque audiet loquetur, audiet ab eo à quo procedit. Audire illius scire est, idem est & esse. A quo illi ergo est essentia, ab illo audientia, id est scientia, quæ non est aliud quam essentia, &c. De sempiterna re, propriè dicatur est, secundum nos bene dicitur, fuit erit. Fuit, quia nunquam defuit. Erit, quia nunquam deerit. Est, quia semper est. Non præteriit, quasi qui non maneat. Non orietur, quasi qui non erat. Cum ergo nostra loquutio per tempora varietur, de eo verè dicuntur verba cuiuslibet tēporis, quia nullo tempore defuit, deest, vel deerit. Et ideo non mirum si audiet, dixit de eo qui audiuit & audit, id est, semper sciuit, scit & sciet.

g *Ille me clarificabit.* Quia spirituales faciendo vos declarabit, quomodo patri filius est æqualis, quem secundum carnem vt hominem nouerant, vel timorem tollēdo faciet vos gloriam meam anunciare toti mundo, quæ non mihi, sed hominibus prosit.

✠ THEOPHYLACTVS. Ex his quæ sequuntur, discet cordatus deitatem spiritus. *Quæ enim ventura sunt,* inquit, *annunciabit vobis.* Maximè enim propria est Dei, futurorum cognitio.

h *De meo.* Non quod spiritus sit minor filio. Cur autē hoc dixit, explanat: *Omnia quæcunque habet pater, mea sunt.* Propterea dixi, quia de meo accipiet. Ergo de patre accipit spiritus, vnde accipit filius, quia in hac trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritus. Qui autem de nullo natus est, de nullo procedit, pater est solus.

i *Omnia quæ.* AVG. de spiritu dicit Christus. *Spiritus patris vestri qui*

Marginalia: † creduht · † De cōsec. di. 5. c. vlti. · † audierit. · † glorificabit. · † Mat 11. d. Luc. 10. d. · 2. Cor. 5. d · † audiet vos in

a abiero, mittam eum ad vos. Et cùm venerit ille, arguet 1
(a ¶ Per vos qui modo timidi.)
(a ¶ Quod habet mundus. b ¶ Quam non imitatur. c ¶ Quod non timet. d ¶ Exponit quod dixerat. ¶ Suo.)
b mundum de peccato & de iustitia, & de iudicio. De peccato 2
(a ¶ Arguet.)
(b ¶ Hoc specialiter ponit, quia hoc manente cætera manent, hoc discedente cætera remittuntur.)
quidem, quia non † crediderunt in me. De iustitia verò, quia 3 4
(a ¶ Iam talem non videbitis, & Paulus enim & Sthephanus postea viderunt eum, sed iam alium. ¶ Futuro.)
c d ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem 5 6
(a ¶ Foras missus, iudicio ignis reseruatus. b ¶ Quæ nemo habet determinare.)
quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa 7 8
(a ¶ Quia nondum venit spiritus.)
habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum 9
(a ¶ Intus sine sono, sic fit & alijs sanctis, alias deducet in omnem veritatem, vt dedu. in. d. in vet. te. ¶ Saluti necessariam.)
e autem venerit ille spiritus veritatis, † docebit vos omnem 10
f veritatem. † Non enim loquetur à semetipso, sed quæcun- 11 12
(a ¶ Non solum quæ futura in tempore sed magis æterna quorum amore inflammat.)
que † audiet loquetur, & quæ ventura sunt annunciabit vo- 13 14
(¶ Patre à quo ego.)
g bis. Ille me † clarificabit: quia de meo accipiet, & annuncia- 15
h bit vobis. † Omnia quæcunque habet pater, mea sunt. Pro- 16
i pterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. 17

NICOLAVS DE LIRA.

Efficacia doni spiritussancti ostenditur in tribus. Spiritussanctus arguet mundum de tribus.

1 Et cum ve. *Hic ostendit efficaciam illius doni. Et hoc in tribus. Primò respectu ipsius mundi. Secundo respectu Apostolorum, ibi:* Adhuc habeo. *Tertiò, respectu Christi, ibi:* Ille me clarificabit. *Effectus autem spiritussancti respectu hominum mūdialiter viuentium est argutio ipsorum. Et hoc est quod dicit* Et cum ve. il. *Id est, arguendum & condemnandum ostendet de tribus, scilicet.*

2 De pecca. *Infidelitatis in Christum, quia sine fide mediatoris non remittitur aliquod peccatum.*

3 De iustitia. *Scilicet Christi, quam non acceptauerunt homines mundani*

4 Quia ad pa. v. *Per hoc enim quod Christus ad patrem rediens resurrexit, & ad cœlum ascendit, declarata est iustitia eius secundum quod arguit Petrus Act. 2. d.* Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo. *Sequitur.* Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus dextera ergo Dei exaltatus, &c. *Et huius iustitiæ Christi declaratio erat persequutorum eius manifesta argutio vel condemnatio.*

5 Et iam non v. *Præsentia corporali habitantem vobiscum, quia post ascensionem non viderunt eum, licet enim post resurrectionem aliquando eis appareret ante ascensionem, tamen non habitabat cum eis sicut ante, quia iam non erat in mortali corpore.*

6 De iud. &c. *Id est diabolus sicut supra expositum est cap. 14.*

7 Iam iu. est. *Id est, condemnatus diuina sententia tanquam obstinatus, & per consequens omnes ei adhærentes eodem iudicio ostendētur cōdēnabiles.*

8 Adhuc mul. *Hic ostendit efficaciam spiritussancti respectu Apostolorum, quæ consistit in illustratione ipsorum de profundissimis & altissimis fidei secretis. Et hoc est quod dicitur.* Ad. mul. &c. p. por. *Propter vestram imperfectionem & eorum arduitatem.*

9 Cum autem ve. *Id est, spiritussanctus, qui est veritas per essentiam & effectiuè docendo eam.*

10 Do. vos. *Scilicet necessariam ad salutem, non solum pro personis vestris, sed etiam ad regimen ecclesiæ & fidelium instructionem. Et quia possent credere, quod spiritussanctus esset maior filio, et quod debebat docere eos de maioribus, ideo hunc errorem remouet dicens.*

11 Non enim. *Quia sicut non est à se, sed à patre & filio, ita nec à se loquitur; ideò sequitur.*

12 Sed quæcunque. *Quia suum audire est ab eis procedere.*

13 Loquetur. *Scilicet vobis. Sed non intelligendum hoc generaliter de omnibus quæ audit spiritussanctus à patre & filio, quia ab eis accipit sciētiā infinitam, sed de omnibus pertinentibus ad eorum salutem & ecclesiæ regimen, vt dictum est.*

14 Et quæ ven. *Multa enim de futuris per spiritum sanctum reuelata fuerunt Apostolis, sicut Ioanni per spiritum sanctum reuelatus est processus ecclesiæ vsque ad finem mundi in Apoca. Et Petro suum martyrium, secundum quod ipsemet dicit, 2. Pet. 1. e.* Scio quia velox est depositio tabernaculi mei, secundum quod Dominus Iesus Christus significauit mihi. *Et Paulo reuelata sunt futura sibi tribulationes in Ierusalymis, vt habetur Act. 20. e.*

15 Ille me cl. *Hic ponitur efficacia spiritussancti respectu ipsius Christi, quæ fuit declaratio ipsius diuinitatis, quæ manifesta facta est per spiritumsanctum Apostolis datum, quia sicut prædictum est, illud fuit signum maximum ad confirmandum Christi doctrinam. Et hoc est quod dicitur.* Ille me clari. *A me procedendo. Nec est per hoc intelligendum, quod patrem essentia filij recipiat, quia indiuisibilis est, & ideò si aliquid capitur, totum capitur, omne autem verbum procedens ab aliquo naturaliter ipsum manifestat, & sic spiritussanctus procedens à filio & totam eius essentiam accipiens, totum ipsum manifestat. Quod autem spiritussanctus procedat ab ipso, ostendit consequenter dicens.*

16 Omnia quæ. *Omnia enim quæ sunt patris, filio communicantur, excepta proprietate paterna, in qua à filio distinguitur, & per consequens virtus spiratiua filio communicatur, cum in ipsa pater ei non opponatur. Et hæc est causa quare spiritussanctus procedit à filio sicut à patre, quia sunt vnum in virtute spiratiua. Et hoc est quod subdit.* 17 Propterea dixi. *Quasi dicat,*

Matt. 10. c
1. Pet. 1. d
Gal. 4. a
Rom. 8.

A ☞ stri qui loquitur in vobis. Et apostolus: *Si spiritus eius qui suscitauit Christum*, i. spiritus patris. Item Apostolus: *Misit Deus spiritum filij sui in corda vestra, & quisquis spiritum Christi non habet, &c.* Ita aperte ostenditur patris & filij esse spiritus.

a *Modicum.* Dixerat, suprà *sine modicum, ad patrem vado, & iam non videbitis me,* vbi visus est aperte loqui, nec quidquam quæsierunt. Nūc autē determinans quādo iturus sit, id est paulò pòst, & quomodo scilicet per passionem, dicit, modicum, quod antequam impleretur penitus fuit obscurum. (Sup. 14. b; † amplius.)

B *Modicū.* Id est, paruum tempus restat vsque ad hoc quod patiar, & claudar sepulchro, & iterū paruum tempus vsque quo me videatis resuscitatum. († lamentabimini. † Iacob. 4. c 1. Cor. 2. d)

Vel paruum tempus est, id est, triduū quo clausus non videbo. Et iterum paruum, id est, quadraginta dies, quo resuscitatus videbor.

C ✱ Theoph. Quare Christus recessum & mortem suam in memoriam eis reducit quamuis magis occultanda videantur? mentem eorum exercebat, & probatiorem efficiebat: propterea semper commemorans tristia assuefacit illos & ad expectationem illorum prouehit. Igitur sicut hoc loco *pusillum & non videbitis me* dicens ad triste statim addidit lætum quiddam, *& iterum pusillum & videbitis me, & ad Deum vado,* qui vos iuuare potest, & non pereo sed transeo, & ad paruum quidē tempus secessus erit, postea autem perpetuo conuersabor vobiscum.

a ¶ Id est nunquam videbitis me mortalem.

a Modicum, & † iam non videbitis me, & iterum modicum, [1]
¶ Quia obscure dixit.
& videbitis me, † quia vado ad patrem. Dixerunt † ergo ex [2] discipulis eius adinuicē: Quid est hoc quod dicit nobis. Modicum & non videbitis me, & iterum modicū & videbitis me,
b & quia vado ad patrem? Dicebant ergo: Quid est hoc quod [3]
a ¶ In hoc ostendit se Deum, cum fine verbis eorum intellexit dubitationem.
nobis dicit, modicum? Nescimus quid loquitur. Cognouit [4] [5] autem Iesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De [6]
c hoc quæritis inter vos, quia dixi: Modicum, & non videbitis
a ¶ Exponit quod dixerat, scilicet se moriturum & resuscitandum.
me, & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amen, dico [7]
d vobis quia plorabitis, & † flebitis vos, mundus autem gau- [8] debit: † Vos autem contristabimini, sed tristitia vestra verte- [9]
¶ In resurrectione & ascensione.
e tur in gaudium. Mulier cùm parit tristitiam habet, quia venit [10]
a ¶ Pariendi vel parturiendi. b ¶ Non fœminam, sed masculum, quia ad fructum eternæ contemplationis cunctæ actiones referūtur, non ad mollicię huius sæculi.
hora eius, Cum autem peperit puerū, iam non meminit pres-
a ¶ Id est, in vitam æternam.
suræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et [11]
a ¶ Adaptat similitudinem. b ¶ Post tristitiam victo impugnatore remunerabo.
vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem vi- [12] [13]

D scū. Illi quidē non intellexerūt, vnde admiratur quispiā, quomodo non cognouerint quæ dicebat? Videtur ergo, vel tristitia adeo mentem eorum inuasisse, vt abiicerent dictorum memoriam vel propter obscuritatem verborum euenit ne intelligerent. Ideo Iesus videtur eis cōtraria quædā dicere: Nā si quidē videbim° te, quo vadis? si autē vadis quomodo videbim° te? Videtur n. hęc ęnigmata esse.

b *Quia vado.* Hoc est quia tempus est vt deposita moralitate humanā naturā cœlis inferam. Vel spiritualiter illis quibus loquebatur dicit. († autem.)

E c *Modicū & non.* Et ad hoc refertur: *Quia vado, &c.* Non ad illud, *iterū modicū, &c.* quod vniuersæ promittit ecclesiæ. Dicit ergo modicū non quia mortuus ab eis non erat vidēdus donec surgeret, sed quia eundo ad patrem, facturus erat, vt nō cū vlterius mortalē viderent, quod fecit postquam surrexit & ascēdit in cœlū. Omnibus autem communiter dicit: *Iterum modicum & non.* Id est, totum tempus vsque ad finem sæculi. *Et vide. me.* æterna visione.

F d *Quia plorabitis.* Me occiso, de quo inimici gaudebunt. Similiter plorant omnes boni in erumnis huius sæculi, sed mundi amatores gaudent. Boni autem comparantur parienti quæ genuit in partu, sed lætatur de fructu, & plus gaudet de aduentu futuræ prolis, quam tristis est de præsenti dolore.

e *Mulier cum parit.* ✱ Theoph. Exemplum mulieris parientis non per omnia quæras adaptare his quæ circa Iesum acciderint,

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *Quasi dicat, propter hoc dixi, quod à me procedit.* quia ōnia quęcūq; habet pater mea sunt. *Quia mihi cōmunicat omnia, excepta proprietate paterna.*

1 Modicum. *Hic explicat ea quæ supra dixerat ad eorum consolationem de suo reditu. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur dicta explicatio. Secundò, ex hoc sequens discipulorum dubitatio ibi:* Dixerunt ergo. *Tertiò, dubitationis expositio, ibi:* Cognouit ergo. *In prima igitur parte ad eorū consolationem ostendit, quod tempus modicum erat futurum vsque ad suum reditū per resurrectionē suam, dicens:* Modicum, &c. *Secundum August. per istud modicum intelligitur tempus ab illa hora qua loquebatur Christus discipulis vsque ad suam passionem & mortem per quā subtractus est eis, sic non viderunt eum.*

2 Iterum mo. *Per istud secundum modicum intelligitur tempus ab hora suę mortis vsque ad resurrectionem suā: quia tunc iterū viderunt eū, vtrūque autē tēpus modicū fuit. secūdū vero Chrisost. aliter exponitur, quia per primū modicū intelligitur tēpus ab hora passionis vsque ad tēpus resurrectionis. Et tunc est sensus:* Modicū & nō *Quasi dicat, tēpus in quo non videbitis me per subtractionē à vobis in mea morte erit modicū, & ideò non debetis desolari. Per secundū modicū, cum dicitur:* Iterū modicū. *Intelligitur tēpus ab hora resurrectionis vsque ad ascensionem in qua* apparuit eis loquens de regno Dei, *vt habetur Act. 1. a. Et illud tempus fuit modicū respectu temporis sequentis vsque ad finem mundi. Ideò subdit.*

3 Quia va. &c. *Quasi dicat, quando in cœlum ascendam, ex tunc non videbitis me cōmuniter loquendo, nisi in generali resurrectione, propter quod dicitur Act. 1. b.* Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlum sic veniet quemadmodū vidistis eum. *Q. d. vtplius non videbitur in terra præsentia corporali, vsqueque veniet ad iudicium. Quod enim aliquibus sanctis apparuit postea, fuit ex speciali gratia, sicut apparuit Ioanni Euangelistæ ante mortem suam, vocans eum ad cœlestem gloriam. Similiter & Petro apparuit ante crucifixionem suam dicens ei:* Vado Romam iterum crucifigi. *Quia in crucifixione Petri futura dicebat se Christus crucifigi, Sicut in persequutione fidelium dicit se persequutionem pati. Act. 9. a. Et similiter apparuit Paulo quando fuit prostratus de cœlo, vt habetur ibi. Et ista expositio Chrys. magis est consona verbis Christi, vt post videbitur magis.*

4 Dicebāt. *Hic ponitur discipulorū dubitatio, quia in verbis Christi erat obscuritas ex hoc quod ibi videbatur quędā contradictio in hoc quod dixerat:* Modicū & non videbitis me. *Et postea:* Iterū modicū & videbitis me. *Et ideo dubitauerunt de intellectu istorum verborum. Et patet littera.*

5 Cognouit. *Hic ponitur dubitationis solutio. Et diuiditur in duas, quia primò dubitatio eorum soluitur. Secundò, exēplū ad propositū inducitur, ibi:* Mulier autem. *In prima parte dicitur sic:* Cognouit autē Iesus, &c. *Hoc enim cognouit Christus inquantum Deus, cuius est proprium secreta cordium cognoscere propria virtute. Cognouit etiam hoc inquantum homo quia anima Christi videt in verbo omnia quæ Deus videt scientia visionis.* (Diuisio.)

6 Et dixit eis: De ho. q. in. v. *Ad hoc respondendo pręuenit eorum interrogationem, vt ostenderet se scire mentis eorum intentionem.*

7 Amē amē. &c. *Q. per illud quod dictum est.* Modicū & nō vi. me. *Intelligitur tempus meæ passionis vsque ad resurrectionem meam, in quo flebitis propter meam absentiam.*

8 Mundus a. g. *Quia in triduo mortis Christi Iudæi mundialiter viuentes sunt gauisi, credentes extinxisse totam sectam Christi.*

9 Sed tristitia ve. ver. in g. *In hoc exponit illud quod supra dixerat:* Iterum modicum & videbitis me. *Quia in tempore in quo eis apparuit post resurrectionem suam* gauisi sunt viso Domino. *Et sic patet ex verbis Christi expositis quod supra dixeram, quod expositio Chrisosto. propinquior est litera quam expositio August.* (Ioan. 20. e)

10 Mulier. *Declarat quod dixerat per exemplū mulieris in dolore partus tristitiā patientis, sed in natiuitate pueri gaudiū superueniens absorbet præcedentem tristitiā. Mulier ista, est ecclesia seu Apostolorum collegium, in quo pro tunc erat tota ecclesia fideliū. Tristitia partus est dolor de passione Christi, qui fuit in illo collegio. Natiuitas hominis est resurrectio Christi, qua Christus de nouo processit ad vitam immortalem, quantum ad corpus quod prius fuit mortale, & ideo ad hoc designandum dixit Saluator.*

11 Quia natus est homo in mundum. *Et non dixit, puer, quia Christus homo perfectus vitam immortalem inchoauit per suam resurrectionem. Sequitur:*

12 Et vos igitur nunc quidem tristitiam. *Scilicet tempore mea passionis & mortis.*

13 Iterum au. vi. vos, & gau. cor. v. *Post meam resurrectionem,*

4 Dice-

R 5

A ciderint, sed tantum vt ostendatur quod temporalis sit dolor & magnum lucrum doloris & resurrectionis partus ad vitam & regenerationem; alia autem omnia ad exemplum non alludunt, & merito. Parabola enim si per omnia seruetur, non est parabola, sed illud ipsum quod per parabolam signatur. Et hoc loco intelligimus, per dolorem patientis tristitiam Apostolorum, vt per gaudium consolationem resurrectionis. Et iterú per solutionem dolorum parientis descensum ad inferos, & per natiuitaté, resurrectionem primogeniti ex B mortuis. Porrò non vltra signatur infernus per matrem, nó enim gauisus est infernus sed Apostoli gauisi sunt gaudio quod nullus abstulit ab eis, túc enim gaudebant, quando pro nomine domini aspergebantur conuitiis? Insuper dicendo: *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Ostendit quod vltra non moriatur, sed perpetuo viuens illius incorruptibilis gaudij sit author futurus.

† Mat.21.c Marc.11.c

debo vos & gaudebit cor vestrum, & gaudiũm vestrum 1 nemo tollet à vobis. Et in illo diẽ me nó interrogabitis quid- 2 3 quam. † Amen amen dico vobis, † si quid petieritis patrem 4 in nomine meo, dabit vobis. * Vsque modo non petistis 5 6 quidquam in nomine meo. Petite & accipietis, † vt gaudium 7 8 vestrum sit plenum. Hæc in prouerbiis loquutus sum vobis. 9 Venit hora, cum iam non in prouerbiis loquar vobis, sed pa- 10 11 lam de patre meo annunciabo vobis. In illo die in nomine 12

a ¶ Quia gaudium ipsorum Christus est qui iam non moritur.
a ¶ Æternæ visionis, quod non in hac vita. ¶ Non petetis vel interrogabitis, quia tunc erit plena cognitio & sufficientia.
¶ Quod si aliquid non nihil.
¶ Confisi meæ presentię.
a ¶ Quod aliquid sit comparatione rei permanentis. b ¶ Quod non cognouistis sicut cognoscendũ est.
c ¶ Nunc autem peti. vt gau. vestrum, sit ple. quod est in æternis, & verè accipietis.
a ¶ Intu. in corde, non aure.

a *Si quid petieritis.* AVGVST. Ita sane intelligendum est, quod C ait, dabit vobis, vt ea beneficia significata sciantur quæ ad eos qui petunt propriè pertinent. Exaudiuntur enim sancti pro seipsis, non autem pro omnibus alijs amicis, vel inimicis.

* THEOPH. Nullus ex his qui mundana petunt ac animabus damnosa in nomine Christi petit. Ideò neque accipit. Nomen enim Christi diuinum est ac salutare, quando auté quis petit quæ ad perditionem animæ pertinent, quomodo dicemus illum in salutaris nomine petere.

Homil.18. in Euãgelia. 2. Cor.12.

* GREGO. Si omne quod petimus in nomine filij dat nobis pater, quid ergo est quod Paulus ter dominum rogauit, vt exaudiri non meruit sed dictum est illi *Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate proficitur.* Nunquid ille iam egregius prædicator in filij nomine non petiit? Quare autem non accepit quod petiit. Quomodo ergo verum est quia quidquid petierimus patrem in nomine filij dat nobis pater? Si auferri à se Angelum Satanæ petiit Apostolus in nomine filij vt tamen quod petiit non D accepit? Sed quia nomen filij Iesus est. Iesus autem Saluator, vel etiam salutaris dicitur, ille ergo in nomine Saluatoris petit quod ad veram salutem pertinet, nam si id quod non expedit petitur, non in nomine Iesu petitur pater.

b *Dabit vo.* In futuro non rogabitis, sed modo petite, & dabitur vobis, quod ad vos pertinet, & si nó omnibus illis quibus petitis, & ideò dicitur vobis.

c *Hæc in pro.* Quæ hucusque dixi quasi in prouerbiis (quæ E solent homines audire, sed non intelligere) dixi, quia animales estis. *Animalis autem qui non percipit quę sunt spiritus Dei.* Quæcúque dicuntur de incorporea & immutabili substantia, habet quasi prouerbia. *Sed venit hora.* Qua dato spiritu faciam vos spirituales, vt certissima intelligentia mentis (& si non vt in futuro) Deum videatis & tunc palam de patre nunciabo, vt ipsum & me eiusdé substantiæ intelligatis, & tunc, *In nomine meo petite.* Quia tunc verè cognosceris & scieris quod si vt homo rogo patrem, vt Deus F exaudio cum patre, vnde dicit: *Et non dico vobis, quoniam ego ro. pa.*

ſq̃tedq̃uæ cunque. * Sed. 1. Cor.2.b

Hæc in prouerb. Quo modo possunt petere plenum gaudium, subdit, quia de animalibus quod sunt, faciet spirituales, vt ablatis omnibus imaginibus corporum, pura facie mentis syncerę luci cohæreant.

* THEOPH. Parœmia est sermo oblique & occultè ac per parabolas totum argumentum ostendens. Quia igitur Dominus multa iis occulte dixerat, ac parabolam narrarat de muliere ac partu dicit: *Hæc per parœmias locutus sum vobis, &c.* Post resurrectionem enim cum se exhibuisset viuum per quadraginta dies loquebatur eis de patre magis mystica & manifestiora.

Moral.30. c.12.e.

d *Palam de patre meo.* * GREGORIVS. Filius quippe de patre palam annúciat quia sicut superius diximus, per hoc quod verbum est, ex natura nos diuinitatis illustrat. Verba enim tunc docen-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et gaudium vestrum, nemo tollet à vobis. *Quia vita Christi quę fuit materia huius gaud. immortalis erat, non amplius auferenda per mortem, quia* Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, &c. *vt dicitur Roma. 6. b. Istud verò gaudium Apostolorum de Christi visione fuit inchoatum post resurrectionem Christi, sed postea consummatum in gloria cœli.*

2 Et in illo d. *Hic explicat Christus quod suprà dixerat de accessu discipulorum ad patrem. Et diuiditur in duas, quia primò explicat erga discipulos patris familiaritatem, secundò, subiungit sui dicti rationem, ibi:* Hæc in prouerbiis. *Dicit igitur primò sic:* Et in illo die. *i. in tempore post resurrectionem meam.*

3 Me non interrogabitis quidquam. Amen. &c. *Q. ex presentia spiritussancti vobis à patre missi sic eritis illuminati, quod non indigebitis quęrere sicut modo, neque edoceri. Sed contra hoc videtur: Pro illo tempore petijt à Christo Petrus de Ioanne.* Hic autem quid? *Vt habetur infrà vlti. cap. Similiter Apostoli petierunt à Christo:* Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel? *Vt habe. Act. 1. a. Dicendum quod intelligitur de quęstionibus sic irrationabilibus sicut ante resurrectioné Apostoli faciebant Christo, qualis fuit quęstio Philip. suprà posita. 14. b.* Domine ostende nobis, &c. *Et consimiles quęstiones quæ frequenter leguntur in euangelio ab apostolis factæ. Post resurrectionem verò Christus* aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. *Luc. 24. g. Et ideò fuerunt edocti de multis quæ prius ignorabant & propter hoc non indigebant quęrere sicut ante, & si aliqua quęrebant rationabiliter quęrebant, ideò per verba supradicta non intendit Saluator excludere ab Apostolis omnem quæstionem, sed exprimere eorum instructionem per intellectum scripturarum, vt dictum est.*

Aliter exponit Augustin. In illo die me non interrogabitis quidquam, i. in ęterna beatitudine, quę est dies vna continua, vbi vident beati clarè in diuina essentia quæ expedit eos videre, nec oportet aliquid eos interrogare. Prima tamen expositio propinquior est literę pręcedenti & subsequenti, vnde sequitur:

4 Si quid petieritis patrem in nomine meo. *i. pertinés ad salutem, quia Iesus quod est nomen Christi salus interpretatur.*

5 Dabit vobis. *Suppositis tamen cum hoc aliis duabus conditionibus supradictis, cap. 15. f. quod petitio fiat pro se, & perseueranter.*

6 Vsque modo non petistis. *Apostoli enim ante resurrectioné Christi ita non cognouerunt virtutem nominis Christi sicut post, & ideò adhuc ignorabant, quod omnis eorum petitio esset exaudibilis in nomine Christi.*

7 Petite & accipietis. *Hic gratiam in pręsenti.*

8 Vt gaudium vestrum sit plenum. *i. futura beatitudine, quia ad eius consequutionem debent ordinari omnes preces ecclesię.*

9 Hæc in prouerb. *Hic reddit causam sui dicti, videlicet quare discipuli habebant talem accessum & familiaritatem ad patrem post resurrectionem. Duo enim faciunt familiaritatem cum aliquo, s. eius notitia, & amor. Post resurrectionem autem & spiritussancti receptionem apostoli fuerunt perfecti in notitia & amore Dei. Et hæc est causa quare fuerunt magis familiares ei quam ante, & hoc est quod dicitur:* Hæc in prouerbiis loquutus sum vo. *Quasi dicat, ante passionem meam parabolice & obscurè loquutus sum vobis, sicut patet ex decursu euangelij.*

10 Venit hora cum iam in prouer. *i. obscurè.*

11 Loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis. *Quia Christus post resurrectioné suam clarius & expressius docuit Apostolos de regno Dei quam ante. Ipsi enim erant magis capaces, quia habebant sensum apertum ad intellectum scripturarum, vt habetur Luc. vltimo g.*

12 In illo die in nomine meo pe. *Quia sicut dictú est, post resurrectionem Christi cognouerunt magis virtutem nominis Christi quam ante, & ideo suas petitiones in Christi nomine formabant, & propter hoc orationes ecclesię in fine formantur in Christi nomine, dicendo, per dominum nostrum Iesum Christum, &c. vel aliquid simile.*

1 Et non

docentium, quasi quosdam humanæ linguæ riuulos non quærunt, quando de ipso iam veritatis fonte iam inebriantur.

meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis, quia à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundum. Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo existi. Respondit eis Iesus: Modo creditis † Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in própria, & me solum relinquatis & non sum solus, quia pater mecum est. Hæc

¶ Quia nihil tunc deerit, & si nunc rogo. ¶ Ideò ita exaltamini. ¶ Carne sumpta, non tamen deserui. ¶ Autem. ¶ Visibiliter. ¶ Corporali discessione, non gubernatione præsentiæ. ¶ Palam loqui æstimant, cum dictorum eius nequeant comprehendere mysteria. ¶ Docenti qui sponte omnia dicit, sciens quid quæsiturus velit: alijs opus est interrogare quia aliter nesciret quid quæsitor scire vellet. ¶ Quod scis omnia. ¶ Vt paruuli. ¶ In vestræ infidelitatis torporem.

a *Ipse enim.* Amat nos pater, quia amamus filium, cum à patre & filio accepimus vt amemus patrem & filium: data charitate per spiritum, quem & ipsum amamus cum patre & filio, prior amans facit in nobis quod ametur.

b *Iterum relinquo mundum*, Reliquit mundum corporali præsentia. Vadit ad patrem, quia humanitatem ad inuisibilia paternæ maiestatis induxit. Reliquit mundum, quia ab aspectu amatorum mundi, quod viderant abstulit. Redit ad patriam, quia amatoribus suis se æqualem credendum docuit patri.

c *Dicunt ei discipuli eius*. Cum nondum venisset hora, quam promisit: *Ecce nunc palam loquitur*. Illa quæ Dominus scit non intelligentibus esse prouerbia: illi vsque adeo nobis intelligunt, vt nec saltem se non intelligere intelligant. De qua eorum infirmitate admonens respondit: *Modo creditis, &c.*

d *Nunc scimus quia scis omnia.* Apertè ostendunt, quia loquens de eis, ad eos maximè agebat quæ illos delectabant audire: & quæ ipsi interrogare volebant, hæc ipse præueniens vltrò proferebat, & ideò illum quia cogitationes nouerat, confitentur scire omnia quasi Deum & Dei filium.

e *Et non opus est tibi vt quis te interroget.* Cum scias omnia, non est opus vt interroges aliquem à quo aliquid scias. Vel etiam interrogeris ab aliquo præsciens quid ille velit. Si autem aliquando interrogauit vel interrogatus est, non eis, sed alijs opus fuit.

f *Modo creditis.* Vt paruuli quibus quæcunque alta adhuc prouerbia sunt, creditis, sed venit hora passionis, & iam propè est, in qua ità perturbemini, vt quod modo creditis, relinquatis, non modo corpore, sed etiam mentis fide, vnde: *Sperabamus, quod redempturus esset Israel.*

Luc. 24.

g *Et non sum.* Ecce profecerunt, sed ad maius vult eos extendi vt cum dixerint, *à Deo existi*, dicat: *Pater mecum est* nec sic putent à Deo exisse, vt putent etiam recessisse.

† Mat. 26. e. Marc. 14. e. Zach. 13. e.

h *Quia pater mecum est.* Dixerat *relinquo mun. & vado ad patrem* nunc dicit: *Pater mecum est*, quod intelligenti est verbum, non intelligenti prouerbium. Cui si non est cibus tamen lactis est alimentum. Ex quo est, quod sciebant eum nosse omnia.

✠ THEOPHYLACTVS. Cum igitur audieris clamantem *Vt quid me dereliquisti?* Ne sic simpliciter intellige, quod derelictus sit saluator à patre, alioqui quomodo hoc loco testaretur: *Pater mecum est*. Sed intellige vt ab humana natura dictum derelicta propter peccata & abiecta, in Christo autem conciliata & assumpta per patrem.

a *In me*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis & credidistis quia à Deo exiui. *Quasi dicat non dico quod sit tunc vobis necesse habere intercessorem medium in petitionibus vestris, sicut modo. Ante passionem enim Christi, apostoli tantum confidebant de præsentia corporali eius quod in omnibus ad ipsum recurrebant, sed post passionem ipsemet suas petitiones ad Deum formabant, ideo Christus per illa verba vult exprimere, quod securè possent hoc facere propter familiaritatem patris ad ipsos, vnde similis est modus loquendi, acsi dixisset Christus apostolis: Tantam familiaritatem habebitis ad Deum, quod per vosipsos poteritis accedere ad eum & impetrare, non tamen per hoc excludit suum adiutorium, sed exprimit cum quanta securitate poterunt orare Deum. Consimili modo loquebatur sancta Agatha ad Deū iam gloriosa in cœlis, beata Lucia existenti in terris: Soror mea Lucia virgo Deo deuota, quid à me petis quod ipsa poteris præstare? &c. Non enim excludebat à beata Lucia suum adiutorium, sed exprimebat cum quanta securitate posset rogare Deum. Et hoc modo Christus loquebatur Apostolis, ad exprimendum erga eos amicitiam Dei patris, propter hoc sequitur*: Ipse enim pater amat vos, &c. *Sequitur.*

2 Exiui à patre. *Non per loci mutationem, sed per æternam generationem et personalem distinctionem.*

3 Et veni in mundum. *Per carnis assumptionem.*

4 Iterum relinquo mundum. *Quantum ad corporalem præsentiam.*

5 Et vado ad patrem. *Faciendo naturam mortalem paternæ gloriæ consortem, sicut suprà expositum est ca. 13.*

6 Dicunt ei discipuli eius. *Postquam Christus explicauit rationes supra positas ad discipulorum consolationem, hic consequenter ostenditur effectus prædictæ explicationis, qui est plenior cognitio apostolorum. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur ista plenior cognitio, secundò, subditur ipsorum infirma dispositio, ibi*: Respondit Iesus. *In prima igitur parte dicitur sic*: Dicunt ei discipuli eius. *Clarius intelligentes quam ante.*

7 Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. *Clarius enim loquebatur de processu eius à patre, et de aduentu eius in mundum per carnis assumptionem, quam fecerat ante & ideo deitatem clarius intelligentes dicunt.*

8 Nunc scimus, quia scis omnia. *Ex doctrina enim eius & miraculis plenius eius deitatem cognoscebant.*

9 Et non opus est tibi, vt quis te interroget. *Hoc enim videbant ex hoc, quod præuenerat eos respondendo antequam interrogarent vt dictum est.*

10 In hoc credimus. *Id est, ex dictis & factis præteritis.*

11 Quia à Deo existi. *Et sic fidem quam habebant in corde, confitentur ore.*

12 Respondit eis Iesus. *Hic prædicitur eorum conditio infirma ne ex pleniori cognitione habita eleuentur, & cautiores contra pericula reddantur cum dicitur*:

13 Modo creditis. *Quasi dicat, parum stabitis in hac fidei cōfessione.*

14 Ecce venit hora, & iam venit. *Quia extunc incipiebat tempus suæ passionis, de quo loquebatur.*

15 Vt dispergamini vnusquisque in propria. *Sicut enim propter fidem Christi apostoli propria reliquerant, & adinuicem & cum Christo colligati erant per amorem, vt habetur Matth. 10. d.* Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te. *Ita è contrario propter infirmitatem eorum in fide, imminente Christi morte dispersi sunt ab inuicem, & à Christo quærentes proprium modum, ideò subditur*:

16 Et me solum relinquatis. *Quod factum est in captione quæ imminebat de proximo, verumtamen ex fuga eorum nullum detrimentum accidit Christo, ideò subditur*:

17 Et non sum solus quia pater mecum est. *Quia humanitas remansit deitati coniuncta, in qua deitate pater & filius sunt vnum, quasi dicat in mea passione non indigeo vestra præsentia, cum habeam præsentiam patris omnipotentis.*

18 Hæc loquutus sum vobis. *Hic concluditur conclusio principaliter intenta. Ad hoc enim dixit Christus prædicta omnia, vt apostoli firmarentur contra tribulationes imminentes, & hoc est quod dicitur*: Hæc loquutus sum vobis. *Scilicet ad hunc finem.*

Vt in me

a *In me pacem habeatis.* GREGORIVS. Carmen & væ discipulis prædicabat Dominus cum dicebat: *Hæc loquutus sum vobis vt in me pacem habeatis, etc.* Ac si apertè diceret. Si vobis de me interius quod consolando reficiat, quia erit de mundo exterius quod sanando grauiter premat, infirmus enim quisque cum premitur à spe gaudij nimia pusillanimitate lassatur, & dum foris aduersa tolerat minus obliuiscitur quo gaudebunt.

a loquutus sum vobis, vt in me pacem habeatis. [1]

a ¶ Contra pressuras hortatur. b ¶ Quod fecerunt dato spiritu, & vicerunt, non vt prius reliquerunt solum.

b In mundô pressuram habebitis, sed cônfidite, [2] [3] egô vici mundum.

a ¶ Vici in me & in meis. ¶ Ego caput vestrum vici. magna spes membris.

b *Sed confi. etc.* THEOD. Omnia enim ei subiecta sunt & cesserunt sicut igitur Adam victo, omnis natura condemnata est: ita vbi Christus vicit in omnem naturam victoria transijt, & virtus nostra in Christo Iesu gratiam assecuta est calcandi super serpentes & scorpios & super omnem potestatē inimici. Per hominē enim intrauit mors & per hominem vita vt imperium cōtra diabolum, nam si nudus homo vicisset nihil spectasset ad nos.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt in me pacem habeatis. *Aduenientibus tribulationibus futuris, quia sicut graue quietatur in loco proprio, ita cor humanum in Deo.*

2 In mundô pressuram habetis. *Id est, à mundanis hominibus vos persequentibus.* In me pacem ha. *Sancti enim viri non habent puras tribulationes, quia habent consolationem Dei admixtam, sed mali habent eas puras, non habentes consolationem vllam,*

3 Sed confidite, ego vici mundum. *Quantum ad concupiscentiam carnis per austeritatem, quantum ad concupiscentiam oculorum per paupertatem, quantum ad superbiam vitæ per humilitatem. In has victoria Christi debent confidere sancti quia consideratione eius armati faciliter superant tribulationes mundi. Propter quod dicit Petrus prima epistola, 4. a.* Christo in carne passo: & vos eadem cogitatione ar. &c.

Quæstio. *Occasione cuiusdam dicti in hoc cap. quæritur, vtrum plenitudo spiritussancti debuit dari immediatè post ascensionem Christi?*

Et arguitur primò quod non, immo debuit dari ante, quia plenitudo gratiæ debuit dari in temporis plenitudine, sed plenitudo temporis incepit à natiuitate Christi, secundum quod dicit Apostolus ad Galat. 4. a. At vbi venit plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, &c.

Item arguitur, quod adhuc plenitudo gratiæ non sit data, quia sicut filius est à patre sic spiritussanctus ab vtroque. Status autem veteris testa. correspondet patri, in quo intendebant patres generationi. Similiter status nouæ legis correspondet filio in quo clerici intendentes sapientiæ, filio appropriatæ, habent populum regere: ergo videtur quod futurus sit alius status, spirituisancto correspondens. In tempore spirituisancto correspondente debet plenitudo gratiæ dari ergo, &c.

Contra vtrunque prædictorum arguitur per illud quod dicit Saluator discipulis suis in litera: Si non abiero, paracletus non veniet ad vos. *Ex quo patet, quod ante ascensionem Christi non fuit data plenitudo spiritussancti. Sequitur:* Si autem abiero, mittam eum ad vos. *Ex quo patet, quod spiritussanctus cito post Christi ascensionem fuit datus.*

Error Manichæorū. *Responsio. Circa hanc quæstionem errauerunt Manichæi occasione verborum Christi, secundùm quod dicit August. in lib. contra Faustum. Christus enim in hoc cap. loquens de aduentu spiritussancti, dixit Apostolis:* Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Apostoli autem omnem veritatem non cognouerunt, secundum quod dicit apostolus. 1. ad Corinth. 13. c.* Ex patre cognoscimus, & ex parte prophetamus. *Ideo dixerunt, quod promissio spiritussancti non fuit impleta in Apostolis. Sed in ipso Manichæo, qui fuit posterior ipsis, & secundum eos cognouit plenitudinem veritatis. Propter quod Manichæi non recipiunt librum Actus Apostolorum, quia ibi expressè ponitur missio plenitudinis spiritussancti super Apostolos, vt patet Act. 2. a. Sed dictum istorū Manichæorum manifestè patet falsum, quia* Cōfutatio *Manichæus quem dicunt omnem veritatem cognouisse non solummodo multa falsa, sed etiam absurdissima dixit, vt patet intuenti eius errorem, & erroris reprobationem à doctoribus nostris, 2. sententiarū, & 3. & in pluribus alijs locis, quod omitto prosequi ratione prolixitatis vitandæ, & quia hæresis Manichæi & eius reprobatio sunt satis nota. Propter quod dicendum, quod plenitudo spiritussancti secundum quod Christus premiserat, fuit completa in Apostolis qui fuerunt ipsi Christo propinquissimi,* in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis. *Veruntamen non fuit data ista plenitudo apostolis ante ascensionem Christi.* Plenitudo spiritussancti cōpleta in Apostolis. Col. 2. b. *Cuius ratio est, quia ad hoc datur spiritussanctus hominibus, vt corda eorum trahantur sursum per appetitum cœlestium. Appetitus autem hominis non tendit efficaciter ad aliquid, nisi illud apprehendatur possibile: & ideo possibilitas perueniendi ad cœlestia debuit prius hominibus declarari, quam daretur plenitudo spiritussancti. Illa autem possibilitas fuit declarata in Christi ascēsione secundùm quod dicitur Mich. 2. d.* Ascendit ante eos pandens iter. *Et ideo plenitudo spiritussancti non debuit dari ante ascensionem Christi, propter quod dicitur suprà Io. 7. f.* Nondum erat spiritussanctus datus ꝑ quia nondum fuerat Iesus glorificatus. *Secunda ratio est ad hoc, quia spiritussanctus est amor spiritualis, & ideo apostoli prius debuerunt disponi per aliquem spiritualem amorem ad Christum antequam reciperent plenitudinem spiritussancti. Talis autem dispositio facta est subtracto amore carnali ad Christum, qui causabatur ex præsentia corporali ipsius Christi cum Apostolis. Quæ quidem præsentia subtracta est in eius ascensione, ideo &c. Tertia ratio est ad hoc, quia Christus non dat spiritumsanctum inquantum homo, sed inquantum Deus, & ideo prius debuit declarari eius diuinitas per ascensionem ad patris æqualitatem quam daret spiritussancti plenitudinem. Item non debuit retardari talis plenitudo per magnum tempus, quia sicut iam dictum est, decens erat vt illi qui erant primi fundatores ecclesiæ post Christum, post ipsum in maiori plenitudine haberent spiritumsanctum, quibus statim imminebat tempus prædicandi veritatem euangelij per orbem vniuersum, tamen de plenitudine potestatis diuinæ potest dari plenitudo spiritussancti indifferenter in quolibet tempore.*

Plenitudo gratiæ quādo incepit. *Ad primum dicendum, quod plenitudo gratiæ incepit à Christi conceptione, quia eius anima extunc plenitudine gratiæ fuit repleta, veruntamen illa plenitudo non erat extunc ad alios deriuanda, sed post ascensionem & glorificationem Christi, vt patet per prædicta. Non enim oportet quod à principio plenitudinis temporis detur omnis plenitudo gratiæ sed secundum ordinatum processum dispositionis diuinæ.*

Ad secundùm dicendum, quod lex noua successit veteri, sicut perfectum imperfecto, sed non est alius status expectandus perfectior statu nouæ legis cùm noua lex vltimam perfectionem possibilem in via cōtineat, & ideo non est expectanda alia lex vel alius status magis correspondens spirituisancto, quàm status nouæ legis. Potissimè quia lex noua est amoris, amor autem appropriatur spirituisancto sicut & filio, propter quod dicit Apostolus Roman. 8. a. Lex spiritus vitæ in Christo Iesu. *Et eodem modo lex vetus non correspondet patri solùm, sed etiam filio, inquantum fuit ibidem prænunciatus & præfiguratus. Propter quod dixit Saluator, suprà 5. g.* Si crederitis Moysi, crederetis forsitan & mihi de me enim ille scripsit.

Illud autem quod adducebant Manichæi pro se: Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Solutum est exponendo literam, quia cognouerunt omnem veritatem eorum statui decentem.*

Quod autem dicit Apostolus, primo Corinth. 13. c. Ex partē cognoscimus; *Loquitur de cognitione viæ respectu cognitionis patriæ, & ideo non valet, quia apostoli cognouerūt ea quæ decuit eos scire pro statu viæ, vt dictum est.*

ADDITIO I.

In cap. 16. *Vbi dicitur in postilla.* Omnia bona & mala corporalia, minora videntur, & minus ponderantur præsentia quam futura.

Mala fiunt magis terribilia ex duobus, primò ex magnitudine mali, quod timetur. Secundò ex debilitate timentis, cum minus possit resistere. Ad vtrunque autem istorum operatur, quod repentinum malum causet maiorem timorem, quam malum præuisum. Ad primum enim quia mala & bona corporalia præsentia minora videntur quam futura. Ad secundum vero, quia repentinum malum magis subtrahit remedia quibus homo se possit preparare ad repellendum futurum malum, quod facere non posset, cum repente ex improuiso malum occurrit. Primum istorum videtur declarare Tullius, vt in postil. Ad secundum verò magis videntur declinare verba Gregor. vnde licet eandem conclusionem teneant, non tamen eisdem medijs, vt bene inspicienti patere potuit.

ADDITIO II.

In eod. capi. *Vbi dicitur in postilla.* Cum venerit ille arguet mundum.

Ad maiorem declarationē horum verborū, scilicet cum venerit ille arguet mundū de peccato, & de iustitia, & iudicio, &c. *Notandum, quod*

quod mundus qui Christum non cognouit vt suprà primo cap. quod intelligitur de mundanis, quod in tribus impugnauerunt Christum. Primò in eius doctrina, quæ est veritas, quam non crediderunt. Secundo in eius vita, quæ est iusticia, quam multipliciter exprobrauerunt. Tertiò in eius potentia, quam per iudicium definitiuum quantum in ipsis fuit supplantauerunt, eum morti condemnando. Vnde de istis tribus Spiritussanctus in apostolos veniens mundum arguit. De primo, quia per eos veritas doctrinę Christi per orbem fuit publicè diuulgata & miraculis confirmata. De secundo, quia per eius ascensionem seu reditum ad patrem testificata est iustitia eius per apostolos, prout postillator dicit, & hoc est quod dicit, de iustitia, quia ad patrem vado. *Et ne fortè quis crederet quod Christus in Cœlum ascendens iterum ad vitam mortalem rediret, ideò subiungit:* Et iam non videbitis me. *De tertio, scilicet de iudicio mūdus arguitur, quia sicut crediderunt Christum iudicando totam eius potestatem euacuare, sic per oppositum princeps huius mundi, id est, diabolus fuit iudicatus, & eius potestas totaliter ablata respectu*

Mundaui Christũ in tribus impugnauerunt.

respectu electorum, quod apostoli per Spiritumsanctum in eis manentem frequenter ostenderunt, eiiciendo dęmonia, & detegendo illusiones seu errores, eorum vt sępissimè in eorum gestis, habetur.

ADDITIO. III.

In eodem cap. *Vbi dicitur in postilla.* Sed dictum istorum Manichæorum patet falsum.

Non solum Manichaus incidit in istum errorem, vt dicit Augustinus, sed fortius & periculosius Mahumetus, qui similiter fundauit errorem suum in his verbis Christi & in alijs, in quibus promittit se missurum alium paracletum, vt Ioan. 14. b. Ego rogabo patrem meum, & alium paraclet. mi. vo. *vnde & ipse vocat se missum à Deo, vt patet in suo Alchorano, in quo falsiora & magis absurda continentur, vt patet eundem librum legenti, prout postill. etiam tangit, infrà sequenti capit.*

CAPVT XVII.

¶ Finito sermone ad discipulos, ad patrem verba conuertit, & orare cœpit.

H Æc loquutus est Iesus & subleuatis oculis * in cœlum, dixit: Pater, venit hora, † clarifica filium tuū, vt filius tuus † clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, † vt omne quod dedisti ei, det eis vitam

a ¶ Quam constitui tecum.

a ¶ Notum faciat omni carni, sicut ei secundum hominem dedisti potestatem carnis, id est, hominis, sic etiam dedisti vt omne quod dedisti ei, det eis vitam ęternam.

a ¶ Filio.

* suis. † glorifica. † glorificet

CAPVT XVII.

a HÆc loquutus est. Non solùm quæ in cœna, sed etiam quæ ab initio. Sed maximè quæ in cœna, hac de causa dicit dicta, vt in illo pacem haberent. Hæc pax est pro qua Christiani sumus, pro qua Sacramentis imbuimur, pro qua omnimodis erudimur, pro qua spiritum in pignus accepimus, pro qua in eum credimus & speramus, & amore eius accendimur: Hæc est pressuris consolatio & liberatio, vt in hac liberemur, in fine fœliciter regnemus in hoc ergo sermone concludit.

b *Pater venit hora.* Potuit orare silentio, sed in orando est etiam doctor, & notam facit orationem, quæ & presentium & futurorum ædificatio. *Venit hora.* Non vrgente fato, sed disponente Deo, qui sine tempore ordinauit omnia quæ fiant per tempora ordine congruo.

† De pœn. dist. 4. ca. si ex bono circa medium.

c *Clarifica filium.* Humilitas in passione, claritas in resurrectione cœpit. Venit hora passionis, seminandæ humilitatis, non differas gloriam resurrectionis. *vt filius tuus clarificet te.* Et sic claritas patris nec augeri, nec minui potest in se. Apud homines minor erat, dum in Iudæa sola notus, sed per Resurrectionem filij vbique innotuit.

Psalm. 75.

d *Vt filius tuus clarificet te.* In cognitione hominum, sicut dedisti, vsque *vt cognoscant te, & quem misisti.* Non enim potest cognitione hominem clarificari pater, nisi ille cognoscatur per quem clarificatur, id est, populus innotescat, & hæc est clarificatio patris, quæ non circa solos apostolos, sed etiā circa omnes credentes fit.

e *Sicut d. etc.* ✠ THEOPHYL. Christus quātum ad se attinebat omnes ad fidem adducere curabat, quod autem illi non antenderunt, non docentis sed non suscipientium crimen est. Quando autem audieris *dedisti & acceperunt*, & similia, intellige ea dicta esse ad auditorum captum. Semper enim cauet ne de seipso magna dicat & se attemperat infirmitati auditorum, & quia offendebantur magna de eo audientes, loquitur de his quorum capaces sunt, sicut & nos sæpe cum pueris loquimur & panē ita nominamus vt illi & aquā & in suma omnia.

☞ Hæc

NICOLAVS DE LIRA. CAPVT XVII.

1 HÆc loquutus est Iesus. *Postquam confortauit discipulos suos per doctrinæ beneficium, hic consequenter eos consolatur per orationis suffragium. Circa quod notandum, quod oratio est petitio decentium à Deo, secundùm Damascenum, libro tertio. Et ideò orare non conuenit Christo secundum diuinitatem, sed magis orari, quia sic est æqualis Deo Patri. Secundum humanitatem autem in qua minor est Patre, conuenit orare, & pro alijs & pro se. Diuiditur ergo pręsens capitulum in tres partes, quia primo Christus orat pro seipso, secundò, pro apostolorum collegio, ibi:* Manifestaui, *tertiò, pro toto fidei populo, ibi:* Non pro eis tantum. *Prima in tres, quia primò promittit suam orationem, secundò remouet quandam dubitationem, ibi:* Hæc est vita æterna: *tertio subiungit exauditionis rationem:* Ego te clarific. *Circa primum sciendum quod Christus non tantum orauit ad aliquid impetrandum, sed etiam ad dandum nobis orandi exemplum, & ideo oratio sua hic describitur optimis circonstantijs disposita, primo respectu præcedentium cùm dicit:* Hæc loqutus est Iesus. *quia post discipulorum instructionem conuertit se ad orationem, ad ostendendum quod complementum boni operis est à Deo requirēdum, secundo respectu pręsentium, cùm dicitur.*

Quomodo conuenit Christo orare. Diuisio.

2 Et subleuatis oculis in cœlum. *Inter alias partes corporis dispositio interior mentis maximè relucet in oculis. In oratione autem mens debet in Deum eleuari. quia secundùm Damascenum, oratio est ascensus mentis in Deum, & ideo ad hoc denotandum. Saluator orando pœnitentialiter oculos leuauit ad cœlum: tertio respectu sequentiū, imminente enim tribulatione debet homo recurrere ad Deum, & ideò Christus in principio sua orationis exprimit tempus suæ passionis imminentis.*

Oratio.

3 Pater venit hora. *Scilicet passionis meæ.*

4 Clarifica filium tuum. *In passione enim clarificatus est à patre. Primò per signa diuinitus ostensa, quę sunt, Solis obscuratio, terræmotus, veli & templi scissio, & huiusmodi, quibus visis centurio qui erat gentilis, dixit:* Verè filius Dei erat iste. *Secundò per passionem fuit clarificatus, inquantum per ipsam meruit corporis gloriam & exaltationem. Tertiò quia per hoc venit in totius mundi notitiam per gentium credulitatem. Granum enim frumenti mortuum attulit hunc multiplicem fructum. Hanc igitur triplicem clarificationem petijt hic Iesus. Verumtamen quia gloria filij redundat in gloriam patris, ideo subditur.*

Matt. 27. f

5 Vt filius tuus clarificet te. *Et non solùm redundat in patrem, sed in omnibus adherentibus Christo per fidem, quia bonum capitis ad membra deriuatur, ideo subditur.*

6 Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. *id est, omnis humanę naturæ.*

7 Vt omne quod dedisti ei. *Per adhærentiam fidei.*

8 Det eis vitam æternam, *Quia per meritum Christi habemus introitum ad gloriam, quam amiseramus per Adam.*

Hæc

MORALITER.

† 1 *Hęc loquutus est Iesus, & subleuatis oculis in cœlum.* In hoc decuit nos ad cœlum cum oramus leuare oculos, quia secundum Damascenum: Oratio est eleuatio mentis in Deum.

3 Pater

3 *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Per hoc ostenditur, quod per patientiam in tribulatione hoc clarificatur, per patientiæ virtutem. Et Deus clarificatur, nam patiens sustinet ad eius honorem.

† Hæc

a *Hęc est autem.* Ordo, *Vt cognoscant te, & quem misisti*, id est, Christum cum spiritu, qui est amborum esse vnum & solum verum Deum. Si ergo eo modo te clarificat filius sicut dedisti ei potestatem omnis creaturæ, & sic dedisti *vt omne quod dedisti ei, det ei vitam ęternã*, Et *hæc est vita ęterna, vt cognoscant te*. Sic te ergo filius clarificat, vt omnib⁹ quos dedisti ei, te cognitũ faciat.

b *Vt cognoscant te.* Quod hic est ex parte, in futuro erit plenè. Qui ergo proficit in cognitione magis viuere tendit. Quando autem erit plena cognitio, erit sine fine laudatio. Et hæc est illa clarificatio, sed prius hic clarificatur, dum innotescit fidelibus, vnde, *Ego te clar. super terrã.*

a æternam. Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te so-[1] b lum Deum verũ, & quem misisti Iesum Christum. c Ego [2] d te clarificaui super terram, e opus consummaui quod de-[3] disti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud te-[4] metipsum claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus

a ¶ Vt te clarificem.

a ¶ Ad dexteram tuam collocando. b ¶ Ab initio sic præordinatum est, vt Deus sic hominem illum exaltaret.

a ¶ Non quod iam sit perfecta manifestatio sine prouerbijs, sed quod certissimè futura. b ¶ Non quo diceris Deus, quod erat notum in Iudæis, sed quo diceris pater meus, quod sine filio noscitur. c ¶ Apostolis, & ferè omnibus gentibus.

c *Ego te glorificaui super terram.* ℣. THEOPH. Disce hoc loco quomodo clarificet & pater filiũ & filius patrem: *Ego*, inquit, *glo. super terram*, meritò addidit, *super terram*: in cœlis enim glorificatus erat, & ab angelis adorabatur. Terra autem ignorabat eum: Igitur quia filius annunciauit eum omnibus, ideò dicit; *glorificaui te super terrã*. Omni notitia Dei disseminata, & perfecto opere quod dedisti mihi, hoc enim opus est incarnationis vnigeniti sanctificare naturam nostram & prosternere rectorem mundi, qui se prius Deum faciebat, & inserere creaturę noticiam Dei. Quomodo autem consummauit hoc cum nondum inceperit? Quotquot dicere vult, qui venerant ad me perfeci, vel quia fecit quod maximum omnium, & radicem bonorum omnium nobis substrauit dæmone victo, & se obiecto voracissimæ bestiæ morti. Radicem hanc necessario secuturi erant & fructus diuinæ noticiæ, propter hoc dicit: *perfeci opus*. Seminiani inquit, radicem plantaui, fructus autem sequentur. Glorifica igitur me, tu pater, &c.

d *Opus consummaui.* Id est, si aperte futurum diceret, clarificabo, gentibus prædicando. Opus consummabo, quia iam factum prędestinatione, & pro iam facto est habendum, quod certissimè est futurum. Hanc prædestinationem in sua clarificatione manifestius aperit, dicens: *Quam habui apud te priusquam mundus esset*, id est, sicut tunc in prædestinatione habui apud te ante tempora, ita nunc in te fac in mundo in tempore.

e *Dedisti mihi, vt faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate.* In quo notatur gratia. Nihil enim habet in homine, quod non accepit. Cùm restet passio, dicit: *Consummaui*, quia si certissimè nouit consummaturum, sicut propheta ait: *Qui fecit quę futura sunt.* Quamuis ergo videatur hic dicere, quod prior patrem glorificauerit, & post à patre esset clarificandus, dicendo: *Et nunc clarifica me pater apud temetipsum*, tamen de futuro est vtrumque, & eo ordine vt suprà: *Pater clarifica filium tuum, vt fi. te. cla.* Eadem enim est sententia, nisi quia hic dictus est clarificationis modus, qui ibi erat tacitus, quomodo pater clarificetur & filius clarificat patrem super terram, pater filium apud seipsum.

f *Homini.* Possunt hæc omnia dici de omnibus fidelibus futuris. Et est hæc clarificatio qua clarificatus filius clarificat patrem super terram, secundùm quod est pręteritum pro futuro. Sed credibilius est de his dici, qui tunc erat discipuli, cùm post dicat: *Cum essem cum eis ser. e. in no. t. & nullus perijt, nisi filius perditionis*, id est, Iudas, qui de 12. periit. Vbi addit: *Nunc ad te venio.* In quo ostendit corporali præsentia se fuisse cũ eis, qui in ascensione ab illis abijt. De cæteris post addit: *Non pro his tantum rogo, sed pro his qui credituri sunt per verbum, eorum.*

NICOLAVS DE LIRA.

1 Hæc est autem. *Hic remouet quandam dubitationem possent enim aliqui credere, quod ista vita ęterna per eum fidelibus danda consisteret in carnalibus bonis, sicut dicunt Sarraceni, qui expectant in alia vita in voluptatibus carnalibus & diuitijs & consimilibus premiari, secundùm quod dicitur in Alchorano Mahumeti, quę tamen vita secundùm Philosophum dicitur vita pecudum 1. Ethic. Propter quod ipse Auicenna hoc considerans dixit, quod propheta quem vocant Mahometũ, promittit eis talem fœlicitatem in premium, quam multi sapientes non attenderunt. Similiter Iudæi resurrectionem futuram expectant ad vitam carnalem. Et ideo fœlicitatẽ vitæ futuræ credunt consistere in bonorum temporalium plenitudine, & pacis tranquilitate. Hoc autem remouet Saluator. d.* Hęc est autem vita æterna, vt cognoscant te. *Vita enim æterna siue beatitudo consistit essentialiter in aspectu claro ipsius diuinitatis, prout tamen habet adiunctam fruitionem, quæ est contemplatiua fœlicitatis, ex consequenti verò consistit in aspectu humanitatis Christi, quę est instrumentum nos introducens ab beatitudinem principalem. Beatitudo autem hominis consistit in coniunctione ad vltimum & optimum, & ideo non possunt consistere in coniunctione ad aliquod bonum temporale vel corporale, vt dicunt Rudes Seraceni & Iudæi, sed in adeptione ipsius primi & summi boni per apertam visionem & fruitionem.*

Vita æterna in quo consistit.

Considerandum etiam, quod cum dicit filius loquens ad patrem: Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum. *Per hoc enim non habetur quod solus pater sit Deus, & filius sit creatura, vt dicebat Arius, quia hæc dictio exclusiua solus, non determinat ly. te. vt sit sensus, quod solus pater sit Deus, sed determinat ly. Deũ, Et est sensus, quod illa est sola deitas vera quæ est in parte, & sic ab ea non excluditur filius, sed magis includitur, quia vna est deitas in vtroq; sed excluditur, vera deitas ab his quæ à gentibus colebantur, scilicet Ioue, Saturno, & consimilibus. Dato etiã quod hęc dictio solus determinat ly, te. Et sit sensus, quod solus pater sit Deus, non tamen per hoc excluditur filius à deitate, sed magis includitur, quia secundum Philosophum, solus est idem quod non cum alio, & ideo tantũmodo excludit illud quod alienitatem dicit: Filius autem non est aliud à patre in essentia sed tantum in persona, & ideo quando hæc dictio solus additur vni personæ respectu termini essentialiter, sicut est in proposito, non excludit aliam personam, sed magis includit. Et hoc patet per authoritatem Saluatoris Matth. 11. d. vbi dicit:* Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius. *Si enim hæc dictio, nisi addita vni personæ respectu termini essentialis excluderet aliam, sequeretur quod pater non cognosceret se, sed tantum filius, nec filius cognosceret se, sed tantum pater, quod est absurdum dicere.*

2 Ego te clarificaui. *Hic subdit rationem, quare sua oratio debeat exaudiri videlicet quia fuit perfectè obediens Deo patri carnem assumendo, & veritatem fidei inter homines docendo, & hoc est quod dicit:* Ego clarificaui super terram. *Et non solum est exaudibilis propter predicta, sed etiam quia ad consummationem mysterij suę incarnationis mortem constanter sustinebat, ideo subditur.*

3 Opus consummaui quod dedisti mihi, vt faciam. *Dicit consummaui, quia iam eius passio incipiebat, qua peracta dixit,* Consummatum est, *vt habetur infrà 19. f.*

4 Et nunc clarifica me pater apud temetipsum claritate, &c. *Id est, illius gloria quam habeo æternaliter tecum secundum diuinitatem, fac participem naturam mortalem quam assumpsi propter hominum salutem.*

5 Manifestaui nomen tuum hominibus. *Hic consequenter orat pro collegio apostolorum. Et diuiditur in duas, quia primo ostenditur, quod debet pro eis deprecari, secundo format suam orationem deuote, ibi:* Pater sancte: *Circa primum ponit quatuor rationes, ad ostendendum, quod debeat pro apostolis deprecari. Prima accipitur ex parte Christi, quia erat eorum magister & ipsi eius discipuli. Bonus autem magister debet zelare pro discipulis suis, & eos diligere, & hoc est quod dicitur:* Manifestaui nomen tuum hominibus, &c. *Quia apostoli fuerunt spiritualiter coniuncti ipsi Christo.*

Diuisio. Quare Christus debebat pro apostolis orare.

MORALITER.

1 *Hæc est autem vita æterna.* Per hoc excluduntur errores omnium in aliquo bono creato beatitudinem obiectiuam ponentium.

3 *Opus consummaui, quod dedisti mihi.* Hoc legant & retineant instabiles qui bona frequenter inchoant, sed non perseuerant. Huius cap. residuum est oratio Christi pro suis discipulis præsentibus & futuris. Et in hoc Christus dedit exemplum prælatis ecclesiæ & curatis, vt pro suis subditis deuotè orent & attentè. Nec moralitas alia mihi nunc occurrit superaddenda.

a ¶ Instruendos. ¶ Homini. b ¶ De quo iam non sum. c ¶ Præsentia. d ¶ Ad docendum.

quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti, & 1 2

a ¶ In fide permanserunt. b ¶ Id est, cognouerunt, quia à te sum: Simul enim pater dedit omnia, cum genuit qui haberet omnia. 3

sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt, quia om- 4

¶ Per hoc cognouerunt, quia acceperunt. 5

nia quæ dedisti mihi abs te sunt. Quia verba quæ dedisti 6

¶ Intus. ¶ Intellexerunt & tenuerunt.

mihi, dedi eis. Et ipsi acceperunt, & cognouerunt verè, quia à 7 8

a ¶ Similiter verè ¶ Quod est idem quod à te exiui.

te exiui, & crediderunt, quia tu me misisti. Ego pro eis rogo, 9 10

a ¶ Id est, deditis mundo. b ¶ Per quod iam non sunt de mundo, pro quo non rogo.

non pro mundo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. 11 12

Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clarificatus sum in 13

a ¶ Tantum. b ¶ Quia cito futurum. c ¶ Et si prius fui. d ¶ Corporali præsentia. 14
¶ Quia tardius exituri. e ¶ Exponit quomodo dixit, non sum in mundo, sciens aliquos inde mouendos.

eis. Et iam non sum in mundo & hi in mundo sunt, & ego ad 15 16

a ¶ Vt homo rogat patrem pro discipulis. ¶ Pater iam propè est ascensio, & ideò commendo tibi corporaliter quos relinquo. b ¶ Sed non sine me spirituali potentia. 17

te venio. ✝ Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti 18

¶ Homini. vel verbo gignendo pater omnia dedit. a ¶ Modo serua in tuo nomine, in quo eos seruabã. 19
b ¶ Corporaliter. c ¶ Ego filius homo. 20

mihi, vt sint vnum, sicut & nos. Cùm essem cũ eis * seruabam 21

* in mũdo ego.

A a *Quos dedisti mihi de mundo erant.* ✠ THEOPH. Duo hæc dicere voluit & quod non sit aduersarius Deo patri, & quod voluntas eius sit credere illos, propterea dicit, *quos dedisti mihi tui erant* vtraque enim ostenduntur per hoc quod dicit: *dedisti mihi* non enim rapui eos, sed tu comprobasti, vt illos mihi lucrarer, & ita nõ aduersarius es mihi, sed concordiam habes & charitatem ô pater.

b *Tui erant.* AVGVSTINVS. Patris erant hi sicut omnia, non sine filio omnia tenẽte cum illo. Sed solet ei à quo est tribuere quidquid habet. Mihi eos dedisti secundùm hominem, B qui non semper fuit. sed accepisse eos dicit. Habuit aliquando Dei filius, quod nondum habuit idẽ homo filius, quia nõdum erat homo.

c *Cognouerunt.* Ne putaretur cognitio iam facta per speciẽ addit: Crediderunt verè, non eo modo quo cum dixit: Modo creditis, venit hora vt dispergamini.

✝ De sum. tri. & fi. c. dãnamus. de ce. misc. cũ Marthæ §. quæsiuisti.

C Sed nec adhuc tales erant, sed prænunciat quales sint futuri accepto spiritu, sine quo nec seruauerunt sermonẽ quem dixerat.

d *Ego pro eis rogo.* Prima oratio fuit: *Clarifica. fi. vt fi. cla. te.* & de his exequutus est & conclusit in fide credentium. Iam pro eis rogat vt pater seruet eos quos ipse corpore reliquit.

e *Et mea omnia.* Non enim quia filio dedit pater amisit cum filius adhuc addat, *mea omnia tua & tua mea sunt.* Vnigeniti filij sunt omnia quæ patris, per hoc quòd etiam Deus est ipse, etiam de patre natus patri est æqualis.

f *Et tua mea sunt.* Sancti de quibus hoc dicit, non possunt esse nisi eius à quo creati & sanctificati sunt, id est, patris & filij, & per hoc omnia quæ ipsorum sunt, necesse est, vt sint eius cuius & ipsi sunt, quod supra dixit de spiritu: *Omnia quæ habet pater meus,* f. propterea dixi, de meo accipiet, de his dixit quæ ad ipsam pertinent patris deitatem, in quibus illi est æqualis, omnia quę habet habendo, non possidendo, neque enim spiritus de creatura accipiet quæ subdita est patri & filio, sed de patre de quo procedit spiritus, de quo natus est filius.

Sup. 16 c.

D

g *Et clarificatus.* Suprà petebat de futuro, *clarifica me apud temetipsum,* hic factam dicit & in eis. Sed & hęc futura cum eis innotescet, & per eos omnibus credẽtibus quod ad dexteram patris sit glorificatus.

h *Et iam non sum in mũd.* ✠ THEOPHYLACTVS. Quare continuò dicit, Nam *iam non sum in mundo,* quando erat cum eis in mundo, videntur esse absurda, si quis hæc exponat nõ examinata. Alio item loco promisit eis: *ero vobiscum & videbitis me,* nunc autem alia videtur dicere, Potest igitur verè dici. Nam quia verisimile erat tristari eos vtpotè qui relinquebantur adiutore destituti, ostendit quod patri eos commendet, & illum custodẽ eis præficiat, quia à te vocor ego, serua ipse illos in nomine tuo, hoc est per tuum adiutorium & virtutem quam dedisti mihi.

E

F

i *Serua eos.* Vt sint vnum in natura sua, sicut & nos in nostra sumus vnum, & ideò non ait, vt sint vnum nobiscum, aut vt simus vnum ipsi & nos sicut nos vnum sumus, quia non sunt eiusdem naturæ cum Deo, sicut filius, secundùm quòd Deus vnum est cum patre.

k *Cùm essem.* Non debemus intelligere, quòd pater & filius alternatim seruent quasi alter post alterum, Simul enim seruant pater & filius & spiritussanctus qui est vnus Deus. Sed scriptura nos non leuat, nisi ad nos descendat. Cùm ita loquitur intelligamus distinguere personas, non separare naturam. Gaudium quod suprà expressit, vt sint vnum sicut & nos, hæc est pax illa & beatitudo in futuro sæculo, propter quam omnia fiunt, propter quam se esse loquutum dicit in mundo.

☞ Quos

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tui erant. *Secundùm ęternam prædestinationem.*

2 Et mihi eos dedisti. *Vocando temporaliter ad fidem & apostolicam dignitatem.*

3 De mundo. *Quia ante vocationem suam apostoli erant mundialiter viuentes, sicut & cæteri homines. Secunda ratio accipitur ex parte Apostolorum, qui fuerunt serui obedientes, & hoc est quod dicitur.*

4 Et sermonem tuum seruauerunt. *Corde s. & opere.*

5 Nunc cognouerũt, quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt. *i. à te procedentia.*

6 Quia verba quæ dedi. mihi. *Quia à plenitudine scientiæ Christi facta est redundantia in apostolis.*

7 Et ipsi acceperunt. *Doctrinam Christi recipiendo.*

8 Et cognouerunt verè, &c. *Hoc enim cognouerunt per doctrinam Christi & per miracula, verũtamẽ quia talis cognitio est fidei, ideò subditur:* Et crediderunt, quia tu me. *Tertia verò ratio accipitur ex parte custodiæ Christi, cui apostoli erant specialiter commissi, & hoc est quod dicitur.*

9 Ego pro eis rogo. *Hoc dicit, quia efficacia suæ orationis tantummodo se extendit ad electos, quamuis enim sit efficax pro omnibus, tamen mali ponunt sibi impedimentum ne sint participes ipsius, ideò subditur:*

10 Sed pro his, quos dedisti mihi. *Quo ad efficaciam.*

11 Quia tui sunt. *Secundùm æternam prædestinationem.*

12 Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. *Quia propter inseparabilem vnionem humanitatis & diuinitatis in Christo fit idiomatum cõmunicatio, attribuendo ea quæ sunt hominis Christi Deo, & è conuerso. Sicut enim demonstrato Christo, hæc propositio est vera: Iste homo creauit stellas, ita hæc propositio est vera: Deus mortuus est, quia propter vnitatem suppositi omnia quæ sunt Dei, communicantur homini & è conuerso modo prædicto.*

13 Et clarificatus sum in eis. *Hoc dicit quia apostoli gloriã eius iã partim cognoscebant, & de propinquo plus cognosciturì erant. Quarta ratio accipitur ex necessitate imminente apostolis, quia Christus citò recessurus erat ab eis, cuius corporali præsentia erant delectati & confortati, & ideò pro tunc indigebant spiritualiter Deo patri per orationem Christi recommendari, & hoc est quod dicitur:*

14 Et iam non sum in mundo. *i. sum in propinquo recessu ab eis.*

15 Et hi in mundo sunt. *Remanentes in tribulationibus mundanis.*

16 Et ego ad te venio. *Q. d. Propter hoc pro eis oro.*

17 Pater sancte serua eos in nomine tuo. *positis rationibus quibus debet pro eis orare, hic consequenter format suam orationem. Et diuiditur in duas, quia primò orat eis conseruationem à malo, secundò, perfectionẽ in bono, ibi:* Sanctifica eos. *Dicit ergo primò sic:* Pater sancte serua eos in nomine tuo, *i. in fide & confessione nominis tui.*

18 Quos dedisti mihi. *Per specialem amicitiam eos mihi coniungendo.*

19 Vt sint vnum, sicut & nos. *i. vt sint vniti per charitatem sicut nos sumus vnum per naturam: Ita quòd ly sicut non importet æqualitatem, sed quandam imitationem longinquam. Et allegat consequenter apostolorum necessitatem respectu huius conseruationis diuinę dicens:*

20 Cùm essem cum eis. *Præsentia corporali.*

21 Seruabam eos in nomine meo, &c. custodiui. *Id est firmiter & securè.*

Nemo

a *Quos dedisti mihi custodiui, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. A Quomodo ô Domine nullum perdidisti, cum & Iudas perierit multique alij retrocesserunt. Quantũ ad me attinet, inquit, nullum perdidi, quantum in me fuit nullum amisi, sed seruaui eos, hoc est omnibus modis custodiui, quod autem à seipsis resilierint hoc nihil ad me.

Quod autem dicit, *vt scriptura impleatur*, hoc est omnia quæ de filio perditionis prædicit. Etenim & in Psalmis variis de ipso dictum est, & in aliis prophetarum libris.

B b *Sanctifica*. Sicut ex gratia tua incepta est sanctificatio, per quam iam non sunt de mundo, eadẽ gratia fac sanctiores, vt perseuerent in veritate cuius vmbra fuerunt veteres sanctificationes, id est, in me qui sum veritas, quod subdendo aperit: *Sermo tuus veritas est*, quod est, ego sum veritas. Græcè λόγος Latinè Verbum vel sermo, qui est vnigenitus patris.

C c *Et pro eis ego sanct.* Id est, vt pro eis prosit ego me hominem sãctificabo in me Verbo, quod est ab initio Incarnationis suæ quãdo Verbum factum est caro. Ita autem illis prodest, quia & ipsos, qui sunt ego, quia caput & corpus sunt vnus Christus, sanctifico in meipso, vnde addit, *vt sint & ipsi*, sicut ego: *sanctificati in veritate* & in me.

✠ THEOPH. Sanctos fac inquit, per dationem spiritus & custodi eos rectitudine sermonis & dogmatum, & erudi eos, & doce veritatem. sanctificatio enim est rectorum dogmatum, obseruatio, quod autem de dogmatis dicat, manifestum. Interpretatur enim: *sermo tuus veritas est*, nullum in eo mendacium, D atque ita si & illos feceris seruare sermonem tuum, & custodiri à malo, in veritate sanctificabuntur. Significat autem & aliud quiddam. *Sanctifica eos in veritate tua*, hoc est separa eos in vebum & prædicationem, & fac eos sacrificium, quod veritati tuæ ministret huic suam vitam consecrent.

d *Non pro eis.* Iam non de solis apostolis, vel de cæteris mẽbris incipit: Non autem orat pro his qui iam sunt in fide eius E defuncti, sed pro his qui sunt in tentationibus.

e *Sed & pro eis qui.* Vsque in finem mũdi, vel iam credũt vbicunque sunt, non tamen tam perfectæ, vt post credituri sunt post resurrectionem.

f *Per verbum*. Per verbum euangelij, quod est eorum, non quod per eos tantum F sit prædicatum, sed & per Paulum & alios quoslibet, sed quia eis primò & principaliter commissum sit ad prædicandum. Hoc est verbum fidei, verbum Dei, per quod credidit latro, credidit Paulus, & quicunque credit.

g *Vt omnes vnũ sint.* Non ait, omnes vnũ sumus, sed vt illi omnes vnũ sint, sicut tu pater in me & ego in te, subaudi vnum sumus: Ita & pater in filio & filius in patre, vt vnũ sint, quia vnius substantiæ. Nos verò possumus esse in patre & filio & spirituisancto. Vel pater & filius & spiritussanctus in nobis esse possunt, vnum tamen cũ Deo esse non possumus, quia non vnius substantię. Deus verò in nobis est, vt in tẽplo nos in illo vt creatura in creatore.

¶ Sed non sine te spirituali custodia.
a eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi ego custodiui, & ne- 1
¶ Iudas prædestinatus perditioni. a ¶ Quæ hic de illo prophetauit.
mo ex eis periit, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. 2
a ¶ Peracta obedientia. b ¶ Electis filiis per quos prædicatio impleatur. 3
c ¶ Quia adhuc corpore in mundo. 4
Nunc autẽ ad te venio, & hæc loquor in mundo vt habeant 5
a Id est, à me eis collatum. b ¶ Autem
gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis ser- 6
a ¶ Hoc abiens reliquit eis, & hæc est causa odij. b ¶ Hoc de sequuturis passionibus dicit.
c ¶ Cur. d ¶ Me liberante eos natus de spiritu.
monem tuum, † & mundus eos odio habuit, quia non sunt 7
¶ Renati ex spiritu. a ¶ De quo nati. b ¶ Natus de spiritu.
¶ Orat pro suis contra odia mundi. ¶ Et si mundus odit tamen.
de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tol- 8
a ¶ Vbi adhuc necessarij sunt, & si non sunt de eo.
las eos de mundo, sed vt serues eos à malo. De mundo non 9
a ¶ Ideò. ¶ Sic seruabantur ab illo malo quod orabat. 10
b sunt sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in verita- 11
a ¶ Quia. ¶ In carne non peccati. 12
te*: sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, ita 13
a Vnde apostoli dicuntur. b ¶ Liberatos à labe peccati. 14
c & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me- 15
d ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis au- 16
a ¶ Vt seruentur à malo vt sanctificentur. ¶ Pro illis quorum fides iam incepta resurrectione & ascentione confirmabitur. 17
e tem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per ver-
a ¶ Quid rogas. b Quod suprà de solis apostolis hoc de omnibus simul.
f ¶ In fide, in charitate, in pace, quia in vnum regnum sunt futuri, de quo posteà supponet.
g bum eorum in me, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, 18

† Sup. 15. e. * tua † Sup. 14. a Sup. 1. a Luc. 13. f Act. 9.

Vt &

NICOLAVS DE LIRA.

1 Nemo ex eis periit, &c. *Hoc dicit, quia sua perditio non fuit ex defectu custodię Christi, sed ex malitia sua, sicut dicitur aliquis filius mortis eo quod facit aliquid dignum morte.*

2 Vt scriptura im. *Ly vt hic tenetur consequutiuè, quia per proditionẽ Iudæ sequuta est impletio scripturę, quę de hoc loquitur Psal.* 40. *&* 108. *Vt suprà allegatum est.* 13. *ca.*

3 Nunc autem ad te ve. *Per mortem meam.*

4 Et hæc loquor in mun. *Hoc dixit propter hoc quod ex dictis eius aliqui possent credere, quod non haberet potestatem custodiendi eos in absentia sicut in præsentia; ideò hoc remouet di.* Et hæc lo. in mun. *s. existens in præsentia corporali, acsi diceret: Sic loquor non propter defectum virtutis, sed ad ostendendum veritatem humanę natura cõpatiens eis, ideò subditur:*

5 Vt ha. gau. me. imp. in sem. *Gaudium enim Christi est de vnione humanitatis ad diuinitatem, per quam illa humanitas habet gratię & gloria plenitudinem, vt suprà dictum est ca.* 1. *Ad hoc autem erat intentio Christi orantis, vt apostoli venirent ad gloriam verę fruitionis, in qua apertè viderent vnionem in ipso deitatis & humanitatis. Alia autem ratio quare apostoli indigebant à Deo specialiter conseruari est, quia erant Iudæis odiosi propter doctrinam Christi, & hoc allegat Saluator di.*

6 Ego dedi eis sermonem tuum. *Custodiendum & prædicandum.*

7 Et mundus eos odio, &c. *Quantum ad affectionem, licet sint de mũdo quantum ad corporalem pręsentiam.*

8 Non rogo, vt tol. &c. *Quia non expedit fidelium saluti, donec fides sit publicata per totum mundum.*

9 Sed vt serues eos à malo. *Dando eis constantiam in tribulationibus imminentibus de proximo.*

10 Sanctifica eos. *Hic consequẽter orat apostolis perfectionem in bono di.* Sanctifica eos. *i. confirma. Sanctum enim vno modo significat idem quod firmum.*

11 In veritate. *s. fidei Catholicę.*

12 Sermo tuus veritas est. *i. doctrina mea quam dedi eis, quę etiam tua est sicut suprà dictum est ca.* 7. *Ista autem confirmatio apostolorum facta est à Deo patre, quando in die Pentecostes misit eis spiritumsanctum. Et necessitas huius confirmationis subditur, cum dicitur:*

13 Sicut tu me misisti in mundum. *Ad veritatem salutis æternæ docendum.*

14 Et ego misi eos in mundum. *Ad hanc doctrinam vbique prędicandum. Et notandum quod dicit,* misi. *i. mittam, loquendo de futuro per modum præteriti propter certitudinem euentus futuri, quia apostoli non sunt missi ad prædicandum per mundum, nisi post acceptionem spiritussancti, licet ante fuissent missi ad prędicandum in ciuitatibus Iudęę Iudęis tantum.*

15 Et pro eis ego sanctificabo meipsum. *i. sacrificium in carne offero tibi acceptum.*

16 Vt sint & ipsi sanctificati in veritate. *Sicut enim vetus testamentum per sanguinis effusionem confirmatum est, sic confirmatio noui Testamenti facta est per effusionem sanguinis Christi, vt ostendit Apostolus ad Heb. nono.*

17 Non pro eis autem rogo tantum. *Hic consequenter Saluator orat pro toto fideli populo. Et diuiditur in duas, quia primò orat pro eis consecutionem gratię, & secundò gloria, ibi:* Pater quos dedisti mihi. *Dicit ergo primo sic:* Non pro eis autem rogo tantum, &c. *Vt omnes vnum sint, in veritate charitatis, in qua ratione consistit perfectio Christianæ religionis, quia per hoc membra ecclesiæ coniunguntur ad inuicem & capiti homini Christo, & vlterius ipsi Deo quia* qui adhæret Deo vnus spiritus est, *vt dicitur* 1. *Corinth. c. d. & sic per cõsequẽs primũ principiũ quod est Deus, cõiungitur homini, qui est quodãmodo omni creatura.*

18 Sicut tu pater, &c. vnum sint. *Non est ibi vnitas æqualitatis, sed cuiusdam imitationis, quia Christi hominis & Dei est vnitas personalis aliorum autem hominum à Deo est tantum vnitas charitatis.*

11 In

Vt mundus

¶ Rogo. a ¶ Vnitas sanctorum hic, vel in futuro non est causa fidei, sed merces.
b ¶ Ita sint vnum. c ¶ Pro eis vt homo rogo, & vt Deus facio quod rogo.

& ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt mundus credat, [1]

¶ Immortalitatis. a ¶ Dabo tecum ego Deus.

quia tu me misisti. Et ego claritaté quá tu dedisti mihi dedi [2]

a ¶ In charitate sicut suprà in fide. b ¶ Vt sint vnum per me vnum mediatorem. c ¶ In claritate.

eis, vt sint vnum sicut et nos vnũ sumus. Ego in eis, & tu in me [3]

a ¶ Suprà tantum vt sint vnum, hic consummati. ibi credat, hic cognoscat. b ¶ Id est, ipsi consummati. [4]
¶ Hoc & ibi & hic, qui inseparabilem charitatem patris & filij modo credimus, tunc cognoscemus.

ut sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu [5]
me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti. Pater quos de- [6]

a ¶ Quia dilexisti eos in me, recipe eos mecum. b ¶ Consummandos in tantam spem erigit, qua maior non sit.
c ¶ Ita mecum. d ¶ Non ait, credant, quia hoc est merces fidei, non fides.

disti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum ut videant [7] [8]

a ¶ Post crucem mihi homini, vel mihi Deo, cum me genuisti tibi æqualem.
b ¶ Videant, quia di. m. in quo & nos dilexit, & prædestinauit tunc, quod in fine mundi faciet.

claritatem meá quá dedisti mihi, quia dilexisti me ante con- [9] [10]

¶ Ideo hoc eis volo, quia hi soli de mundo cognouerunt te. ¶ Iniquus. ¶ Iustum. ¶ Mediator.

stitutioné mundi. † Pater iuste mundus te non cognouit. Ego [11] [12]

a ¶ Per me. ¶ Per hoc cognouerunt, quia tu me misisti, ergo gratia nouerunt.

autem te cognoui, & hi cognouerunt, quia tu me misisti. Et [13] [14]

¶ Per fidem ¶ Per speciem.

notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, vt dilectio [15] [16]
qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. [17]

a *Vt & ipsi.* In nobis dicit, vt quod vnum sunt fide & charitate, gratiæ Dei tribuant, vt nunc autem lux in domino.

Ephes.5.b. b *Vt mun.* Mundus hic accipitur pro omnibus illis qui vnum sunt. Nec hoc quod sunt facit causam vt credant, quia potius credendo vnũ sunt quamuis vnum essent natura, dissentiendo tamen ab vno, non erant vnum, sed orãdo dixit, vt mundus credat, sicut orando dixit vt omnes vnum sint, acsi tertiò subaudiatur, rogo, vt mundus credat.

c *Et ego clari. &c.*

✠ THEOPHYLACTVS. Qualem gloriam, seu claritatem datam esse dicit? Eãque per dogmata & per signa & doctrinas & aliam quoque gloriam, cõcordiæ scilicet, vt sint vnum, ista enim gloria maior est quam ea quæ signorũ. Nam sicut & Deum admiramur quia non est seditio neq; pugna in natura eius, & maxima ista gloria est, ita & illi inquit hoc loco à concordia dico fiant clari: *Ego in eis, & tu in me.*

Matt.11.d Luc.10.d.

d *Ego in e.* Non quin & pater in nobis, & nos in patre: Sed hic mediatorem se ostendit, ex cuius persona hoc dicitur, sicut hoc quod apostolis ait: *Vos Christi, Christus autem Dei.* Vt sint cõsummati, ostendit eò perduci reconciliationem per mediatorem vt perfecta beatitudine fruamur, vbi cognoscet mundus per speciem quod modo per fidem. Ego sum in eis ad quos me mi. & tu in me, mundum tibi per me reconcilians. Vnde est etiam hoc quod sequitur: *Dilexisti eos.* Quia in filio etiam membra eius diligit, sicut & me, non quod æqualiter sed quia & me, & illos, vel propter me illos, sicut suprà: Sicut misisti me, misi eos, id est, quia me misisti, misi illos.

1.Cor.3.d

e *Quos dedi.* i. traxisti ad me, sic & ego elegi eos de mundo: alij non sunt dati ei, non sunt sui, & si potestas sit ei omnium.

f *Volo.* Non potest non fieri quod vult omnipotens, sed illa voluntas est hominis, de qua dicit: *Non sicut ego volo.*

Matt.26.d

g *Vt vbi.* Id est, in cœlo, vbi in carne mox futurus sum, vel sicut dicit Nicodemo: *Nemo ascendit in cælum nisi filius hominis qui est in cælo.* Non dixit erit, sed est, propter veritatem personæ, in qua & Deus homo est, & homo Deus. & vbi ego sum deitate, & nõ quæratur vbi, quia deitas vbique est, cũ quo tamen bonus est, etsi non vbique sicut ille, vt latroni dicitur: *Hodie mecum eris in Paradiso.* Vnde & hic non satis fuit dicere, vbi ego sum, sed addit, mecũ, quia miseri possunt esse vbi ille est qui nusquam deest, sed soli beati sunt cum illo, qui nõ sunt beati nisi ex eo. Cum illo, quia fruuntur illo vident illum sicuti est. Mali non sunt cum illo, vt cæci in luce nõ sunt cum luce. Nec boni nunc ita sunt cum eo, & si aliquo modo per fidem sunt cum eo.

Supra 3.d

Luc.23.f

h *Videant.* Cum in forma serui clarificata viderint iudicantem bonum & malum, tolletur impius ne videat claritatem Dei qua Deus est, quã soli mũdi corde videbũt quod erit eis vita æterna.

Isa 26.b Matt.5.a

✠ THEOPH. Non enim dixit vt fruantur gloria mea, sed *vt videant.* Homini enim requies maxima, videre filium Dei, hæc enim est omnis gloria dignorum, quod & Paulus dicit: *Nos autẽ reuelata facie gloriã Dei contemplabimur.* Ostendit igitur hoc loco quod non sit quẽadmodum nunc videtur eis, in vili habitu conspiciendus tunc, sed in gloria quam habuit ante conditũ mundũ.

i *Vt dile.* Dilectio qua pater diligit filium est in omnibus ipsis, quia membra eius sunt, & diliguntur in illo qui totus diligitur, ideò subdit: *Et ego in ipsis sum.* Q. Quia ego sum in ipsis, aliter est in nobis vt in tẽplo, nos in illo aliter, quia hos sumus ille, cum secundum hominem eius capitis sumus corpus.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Vt mun. *Hoc addit, quia ex magna charitate & vnitate quæ fuit in primitiua ecclesia, multi conuersi sunt ad veritatem fidei, vt habetur Act. 2. & 4. Et quia per prædicta posset aliquis credere quod filius non esset causa perfectionis apostolorum sicut & pater, ideò hoc remouet.*

2 Et ego. *Quia potestas miraculorum per quam declarata est diuinitas Christi, data est apostolis à Christo, vt patet Lu. 10. c. & Mat. 10. a. tamen aliter dedit eis hanc potestatẽ, quã ipse habuit, quia Christus virtute propria miracula fecit, apostoli autẽ non propria virtute sed virtute Christi miracula faciebant, propter quod in miraculis faciendis nomen Christi inuocabant.*

3 Vt sint. *i. vt sint in vera vnitate ecclesiæ & absque schismate.*

4 Ego in eis &c. in v. *Quia per vnionem humanitatis Christi ad Deum facta est vnio totius creaturæ, vt dictum est.*

5 Et cognoscat. *Per opera enim miraculorũ ab eis facta adductus est mũdus ad fidei charitatẽ, & cognouit diuinitatẽ Christi & familiaritatem siue amicitiã Dei ad apostolos, quibus aderat diuina virtus in operib⁹ miraculosis.*

6 Pater quos de. mi. *Hic erat fideli populo perfectionem gloriæ di.* Pater quos de. mihi. *Per veram fidem.*

7 Volo. *i. oro, & desidero.*

8 Vbi sum ego, &c. *i. in æterna beatitudine, in qua iam erat Christus actualiter quantum ad animam, quæ est principalior pars hominis.*

9 Vt vi. cla. *i. diuinitatẽ meã, vel aliter claritatẽ corporis mei glorificãdi, quia vtrãque claritatem habet filius à patre, vnã æternaliter, aliã ex tẽpore.*

10 Quia di. &c. *Hoc patet quantum ad Christi deitatem, similiter quantum ad humanitatem, inquantum Deus pater æternaliter prædestinauit ipsum ad hanc gloriam & exaltationem. Et cõsequenter ostendit Saluator, quod sua oratio sit exaudibilis, di.*

11 Pater iuste mundus te non co. *Licet enim Philosophi Deum cognouerunt quantum ad essentiæ vnitatem, non tamen quantum ad personalem distinctionem, & ideo non cognouerunt propriè loquendo Deum patrem. Similiter Iudæi licet de hoc habuerunt aliquam cognitionem per scripturas prophetarum loquentes de distinctione personarũ in diuinis, illa tamen fuit in eis obscurata ex inuidia & odio ad Christum vt suprà dictum est, & ideo non cognouerunt Deum patrem, nisi largè loquendo de paternitate inquantum pater est omnium creatione.*

12 Ego autem te co. *Quia inquantum Deus cognoscit patrem notitia comprehensionis, & inquantum homo plenius cognoscit quam aliquis angelus quantumcũque beatus.*

13 Et hi co. quia tu me mi. *Quia apostoli per doctrinam & miracula Christi habuerunt notitiam, quod ipse esset missus pro salute mundi:*

14 Et no. fe. *i. nomen paternitatis propriè dictæ in diuinis, & per consequens totius trinitatis, quia cognita vna persona, & aliæ cognoscuntur. Istud enim nomen sanctissimæ trinitatis quod erat aliis ignotũ, vt prædictũ est, per doctrinam Christi fuit apostolis reuelatum.*

15 Et no. *Quia post resurrectionem Christi quando aperuit apostolis sensũ, vt scripturas intelligerent, & post missionem spiritussancti, apostoli plenius cognouerunt mysterium trinitatis.*

16 Vt dile. *i. spiritus sanctus qui est amor Patris & filij.*

17 Et ego. *Quia per gratiam spiritussancti facti sunt templum & habitaculum Christi.*

ADDITIO.

In cap. 17. *Vbi dicitur in postil.* Similiter etiam Iudæi resurrectionem futuram expectant, &c.

Licet enim Iudæi moderni multas erroneas opiniones habent circa futuram vitam, similiter circa statum resurrectionis, antiqui tamen eorum & autentici non credunt fœlicitatem vitæ futuræ consistere in bonorum temporalium plenitudine, vt sup. declaraui in additione super Luc. 14. ca.

S

CAPVT XVIII.

A a HÆc cum dixisset. Sequitur.

b *Egressus est cum discipulis suis.* ✠ THEOPHYLACTVS. Solitaria loca & silentij officinas quærere solebat dominus & maximè si quando mysticum aliquod tradebat. Vnde autem Iudas cognoscebat quod in horto hac hora esset Iesus & non in domo dormiens? Sciebat dominum frequenter extra ciuitatem pernoctare & ea propter etiam tunc exisse foras. Et aliter ipso festo maximè hūc montem seruasse creditus est docens discipulos suos sublimius quiddam. Docebat autem in talibus locis mystica.

†Mat. 26 d Mat. 14. c Luc. 22. d

†principibus sacerdotum.

†Lucernis

C Iam apostolis in agro culto & fructuoso opere per assiduā prædicationem constitutis, tempore passionis in hortum paradisi introducit, vbi fructus est abundantior: & qui in deserto tentatus vicerat, in horto suos coronat. Vnde ait latroni: *Amen amen dico tibi, ho. me. eris in paradiso.*

Mat. 4 b. Lucæ. 23 f

c *Vbi erat.* In horto capitur vt deleret peccatum commissum in horto deliciarum, in quem huius sæculi torrentem transiens discipulos introduxit. D

d *Cohortem.* Non Iudæorum, sed militum à præside seruato ordine legitimæ potestatis, vt illis tenentibus nullus auderet resistere: vel etiam si quis auderet, contra tot non posset.

CAPVT XVIII.

¶ Non ante, sed istis finitis non quod in hortum mox introiret. ¶ Transiens de Iudæis ad Gentes.

a b † HÆc cum dixisset Iesus egressus cum disci- 1

¶ Quia bibit de torrente huius sæculi ¶ Cedron obumbratio eorum.

c pulis suis trans torrentem Cedron vbi erat 2

a ¶ Non statim, sed quibusdam interpositis quæ alij narrant. b ¶ Vbi ipse lupus inter oues locum prænotauerat.

hortus: in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat au- 3

tem Iudas, qui tradebat, eum locum, quia Iesus frequenter 4

conuenerat illuc cum discipulis suis. † Iudas ergo cum acce- 5 6

¶ Iudæos.

d pisset cohortem, & à † pontificibus & Pharisæis ministros, 7

a ¶ Nox enim erat, in qua ideo cum lucernis & facibus vt si latere vellet his quæreretur. ¶ Ipsi accenderunt sibi lumen pœnale. b ¶ Vt his qui eum defendere vellent expugnarentur.

e venit illuc cum † laternis & facibus & armis. Iesus itaque 8

sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit,

¶ Non ignorans quid vellent, sed vt scirent eum esse quem quærebant.

& dixit eis: Quem quæritis? Responderunt ei: Iesum 9

a ¶ Non abscondit se, sed ostendit. 10

f Nazarenum. Dicit eis Iesus: Ego sum. Stabat autem & 11

a ¶ Quasi nesciens facti eorum vel potius vt signo osculi eum traderet.

Iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt ergo dixit eis, 12

g h ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

e *Vt. il.* Nocte traditur, vt sine turbis quę in die frequentes aderant, inueniretur.

f *Stabat au. & Iudas qui trade. eum cum ipsis.* De osculo hic tacet, quod alij euangelistæ dicunt. E

g *Ego sum.* Hac vna voce tot feroces & fortes moriturus prostrauit virtute latētis deitatis: quia volebat quidem comprehendi, sed non nisi quando voluit.

†Mat. 26. e Mat. 14. e Lucæ 22. e

h *Abierūt re. & ceci. in terram.* Sic modo per euangelium vbique dicit Christus, ego sum, & Iudæi expectātes Antichristum retro abeunt & in terrenā quæ amāt, cadunt. F

✠ THEOPHYLACTVS. Prostrauit quidem eos, vt retrorsum caderent declarans potentiam suam, & quod ad passionem veniret. Ad hæc etiam hoc prouidens, vt nequis dicat Iudęos

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XVIII.

1 HÆc cū dixis. *Hic incipit euāgelista describere Christi passionem & mortē, ipsa autem fuit per Iudęos inchoata & per gentiles consummata, secundùm quod Christus prædixerat Mat. 20. c.* Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & condēnabunt eum morte & tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandum & crucifigendū *Et ideò euangelista primò ostendit, quid Christus à Iudæis sit passus, secundò quid à gentibus se. ca.* Tunc ergo ap. *Prima in tres, quia primò describit euangelista qualiter Christus à ministris Iudæorum fuit captus, secundò qualiter à ministris fuit pontificibus traditus, ibi:* Cohors quoque. *Tertiò qualiter à pontificibus coram Pila. est accusatus, ibi:* Adducunt ergo. *Circa primum euangelista tria describit, primo proditionis locum, secundò proditoris apparatum, ibi:* Iudas ergo. *Tertiò animum Christi ad sustinendum præparatum, ibi:* Iesus itaque sciens. *Circa primum sciendum, quod Christus iuit ad locum extra ciuitatem, ad quem sciebat venturum proditorem, vt ostenderet se voluntariè subire mortem: & hoc est quod dicitur.* Hæc cum dixisset, &c. trans torrentem Cedron. *Cedron nomen est torrentis inter ciuitatē Ierusalem & montē Oliueti, currens per vallē Iosaphat quæ est intermedia. Et dicebatur torrens Cedron, eo quod in ripa illius fluminis, siue illius torrentis nascebantur multi Cedri, hic enim fluuius appellabatur torrens, pro eo quod admodum torrentis quandoque habet aquas quandoque non.*

Diuisio.

Cedron.

2 Vbi erat hortus. *Et sic erat locus clausus conueniens ad capiendum illos qui essent intra ipsum.*

3 In quem in. ipse: & di. eius. *Offerens se captioni.*

4 Sciebat autem & Iu. qui. tra. eum lo. *Ex quo patet aptitudo loci ad capiendum Christum ex tribus, primò quia erat à ciuitate remotus, & ipsi quærebant eum capere sine strepitu turbarum vt habetur: Lu. 22. a. secūdò quia erat clausus: & tertiò quia proditori cognitus.*

5 Iudas ergo. *Hic describitur proditoris apparatus quia Iudas de tribus se muniuit. Primò de magna societate forti & authentica & ideò dicitur:*

6 Cum accepisset cohortem. *s. militum à pręside assignatam, vt sic multitudo populi si superueniret non auderet impedire eius proditionem, propter iustitię publica timorem.*

7 Et à pontificibus & pha. ministros. *Vt sic haberet fulcimentum ab vtraque curia s. pontificis & imperatoris. Secundo muniuit se Iudas de lumine contra noctis tenebras quod notatur cum dicitur.* Venit illuc cum laternis & facibus. *Tertiò muniuit se de armis si vellent eius proditioni resistere, ideò subditur.* Et armis.

8 Iesus itaque. *Hic ostenditur promptitudo Christi ad patiendum, & hoc dupliciter, primo quia Christus se non occultauit, secundo quia defensionē prohibuit, ibi.* Simon ergo. *in prima igitur parte dicitur sic:* Iesus ita. sci. omnia quæ ven. erant su. eum. proces. & dix.

9 Quem quæri. *Ex quo manifestè patet quod sua voluntate captus est, quia cum sciret omnia futura, vt suprà declaratum fuit. 1. ca. non se occultauit, sed magis quærentibus eum obuiam iuit.*

10 Responderunt ei: Iesum. *Virtute enim diuinitatis factum est, quod venientes ad capiendum eum primò non cognoscerent eum, etiam suus discipulus qui venerat ad tradendum eum, vnde subditur:*

11 Stabat autē & Iu. *Vt per hoc secundo ostenderetur, quod de volūtate sua caperetur, quia ex quo eis erat incognitus poterat ab eis recedere, & non solum patuit hoc per prædicta, sed etiam manifestius per hoc quod subditur:*

12 Vt ergo dixit eis, &c. *Si enim vno verbo omnes prostrauit defa-*

MORALITER.

†1 *Hæc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem.* Qui interpretatur tristis mœror. Per hoc igitur quod Christus iuit illuc imminente sua † passione, significatur, quod Christianus ire volens ad martyrium debet imminens supplicium præcogitare, & per patientiam se armare. Vnde dicit Gregorius homilia. 33. Minus enim feriunt iacula quæ præuidentur & nos tolerabilius mala mundi suscipimus, si contra hęc per prouidentiæ clypeum munimur.

†captione

3 *Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus conuenerat ilùc cum discipulis suis.* Inter quos ęrat Iudas, vt Christum traderet, sicut Sathan fuit inter filios Dei, vt sanctum Iob. afflictionibus molestaret.

Iob. 1. b

7 *Iesus itaque sciens omnia quę ventura erant super eum, processit & dicit eis.* Quęsitus autem à turbis, vt facerent eum regem, fugit solus in montem; docens in hoc fugere mūdanos honores & prōptum esse ad labores.

11 *Vt er. dixit eis ego sum, abierunt retro. & ceci. inter.* Ille qui cadit retrorsum, non videt sui casus periculum sic etiam labentes in culpam, non vident sui lapsus miseriam.

† simile

¶ Vt bene eum cognoſcant, ne errent in captione.

Iterum ergo interrogauit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus: Dixi vobis, quia ego ſum: Si ergo me quęritis, ſinite hos abire. Vt impleretur ſermo, quem dixit: quia quos dediſti mihi, non perdidi ex eis quemquam. ✝ Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruum, & abſcidit eius auriculam dextram. Erat autem ſeruo nomen Malchus. Dixit ergo Ieſus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem quē dedit mihi pater nōn vis vt bibam illū? ✝ Cohors autem & tribunus & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum & ligauerunt eum, & adduxerunt eum ad Annam primum. Erât enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius,

¶ Ardentior cæteris diſcipulis. ¶ Cultellum ſcilicet. ¶ Paſsionis. a ¶ Vt apoſtolus ait: Pro nobis omnibus tradidit eum. b ¶ Quaſi dicat cur reſiſtis? a ¶ Cur ad eum? ¶ Voluit ad illum primò duci vt minoris culpæ videretur ſi alterius quoque ſacerdotis damnaretur ſententia.

A Iudæos non peccaſſe eo quod illis ſe crediderat & manifeſtauerat propter hæc oſtendit eis hoc miraculum quod ſufficiebat ad repellendos eos. Vbi autem in malitia ſua permanſerunt etiam poſt miraculum, tunc ſe manibus eorum permiſit & vide quomodo vſque ad vltimam horam dilectionem erga proximos non reliquit. Nam *ſi me quæritis*, inquit, *ſinite illos abire*.

a *Sinite hos abire.* B AVGV. Faciunt quod iubet, ſinūt eos abire quos non vult perire nōn quin poſt ſint morituri, ſed quia ſic nondum credebant, quomodò credūt qui non pereunt. [24.q.1.c Si Petrus Luc.22.e.]

b *Percuſſit.* Seruus ſignificat populū legis ſeruum, auris pro domino amputata, & à domino ſanata, auditum amputatum, C à vetuſtate renouatum, [† igitur.] vt ſeruiat liber in nouitate ſpiritus, non in vetuſtate literæ. [Rom.7.b.] Vnde dicitur Malchus, id eſt, regnaturus cum Chriſto. Quod ſignificatum quia non cogitauit Petrus, ſed magiſtrum defendere voluit, dominus improbat factum, & monet eum ad patientiam. Illud tamen myſticè & fieri debuit & ſcribi.

✻ THEOPHYLACTVS. Quod ſi quæras quomodo is qui iuſſus eſt non portare peram neque duas tunicas gladium haberet? D Diſce quod portauerit illum in vſum agni paſchalis, etiam poſt cœnam. Vel quod timens inſidias olim in hoc præparauerit. Quod ſi dubitas quomodo cum prohibitus fuerit vel alapis percutere, ad cædem ſe parauerit? Audi quomodo non ſemetipſum, ſed magiſtrū maximè vltus fuerit, deinde quod nondum perfecti tunc erant.

c *Mit.* Ac ſi diceret E Quieſcat vindicta. Aliter: Conuerte gladium in locum ſuum id eſt, verbum prædicationis conuerte ad gentes, vbi ſecundùm Paulum oſtium apertum & ingēs inueniatur. [Matt.26.e] Aliter poſt quam plenitudo ſubintrauerit, dicit Petro, per quem totus ordo prædicatorum deſignatur: [†Mat.26.f. Mar.14.f. Luc.22.f.] F Mitte verbum prædicationis ad Iſrael. *Omnis enim qui gla. ac gla. pe.* Quo gladio? Illo qui igneus vertitur ante paradiſum: [Gen.3.d.] & gladio ſpiritus, qui in Dei ſcribitur armatura.

d *Cohors au.* Mos erat Iudæis, vt quem morte dignum iudicarent vinctum præſidi traderent.

e *Et adduxe. eum.* Erant eo tempore duo ſacerdotum principes ☞ (vt Lu-

NICOLAVS DE LIRA.

☙ *de facili poterat ab eis euadere. Omnia enim iſta facta ſunt ex diuina ordinatione, vt declararetur virtus diuinitatis eius per prædicta ſicut fragilitas humanitatis per captionem eius ſequentem & paſsionem.*

1 Iterum ergo inter. eos quem quæri. *Hoc fuit factum internallo à prima interrogatione: quia quamdiu iacuerunt proſtrati, non mouit ſe de loco: vt magis declararetur ſua voluntaria captio.*

2 Illi autem dixerunt Ieſum Nazarenum. *Non enim cognoſcere poterant eum, nec capere donec ipſe vellet propter hoc ſubditur:*

3 Dixi vobis quia ego ſum. *Et tunc habuerunt ipſius noticiam & capiendi eum licentiam, propter quod ſubditur:*

4 Si ergo me quæritis ſinite hos abire. *Quaſi dicat ſic do vobis poteſtatē me capiendi, vt tamē meis diſcipulis non faciatis aliquid mali.*

5 Vt impleretur ſer. quem di. *Scilicet ca. præcedenti.*

[Mat. 27.a.] 6 Quia quos dedi mi. &c. *Iſtud enim verbum dixerat Ieſus non tantum de ſalute ſpirituali ſuorum diſcipulorum, ſed etiam de ſalute corporali eorum, quod patet ex hoc, quod inde excepit Iudam qui perditus eſt & ſpiritualiter & corporaliter, quia ex deſperatione ſe ſuſpendit, & ideò euangeliſta applicans verbum prędictum ad perditionem corporalem, non diſcedit ad intentione literæ.*

7 Simon ergo. *Hic oſtenditur promptitudo Chriſti ad patiendum ex hoc, quod defenſionem prohibuit & hoc eſt quod dicitur:* Simon er. Petrus habens gla. edu. eum. *Dicunt hic aliqui, quod diſcipuli emerant gladios de pręcepto domini, ſecundùm quod habetur Luc.22.d. vbi dicitur ſic:* Et qui non habet, vendat tunicam ſuam, & emat gladium. *Sed non eſt veriſimile: quia ibidem dicitur, quod apoſtoli ſtatim reſponderunt:* Ecce duo gladij hic. *Et Chriſtus dixit.* Sufficit. *Ex quo patet, quod ante illos gladios habebant: Dicendum igitur, quod apoſtoli fuerunt piſcatores. In piſcatione autem oportet aliquando retia cum paxillis affigere, & cum perticis nauiculas dirigere & ideò in talibus & conſimilibus vſus magnorum cultellorum eſt neceſſarius. Et probabile eſt, quod aliqui de apoſtolis illos cultellos ſibi retinuerant ad ſcindendum cibaria, vnde etiam cum illis carnes agni paſchalis conſciderant. Petrus autem vnum ex illis retinuerat apud ſe, quia erat magis promptius ad defenſionem ſui magiſtri quam alij.*

8 Et percuſſit pontificis ſeruum. *Qui magis de propè ſe ingerebat ad Chriſtum capiendum.*

9 Et abſcidit auri. eius dex. *Credidit enim eum magis lędere, ſed diuina ordinatione ictus declinauit.*

10 Erat autem nomen ſeruo Malchus. *Hoc addit euangeliſta ad oſtendendum certitudinem rei geſtæ exprimendo propria nomina.*

11 Dixit ergo Ieſus Petro: mitte gladium tu. in vagi. *Quaſi dicat; noli vti ad defenſionem meam. Et ſubditur cauſa.*

12 Calicem quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? *Quaſi dicat, paſſionem quam ordinauit pater cœleſtis ad ſalutem humani generis debeo patienter tolerare; & ideò non eſt locus defenſionis & reſiſtentiæ, ſed magis patientiæ.*

13 Cohors quoque. *Hic oſtenditur qualiter Chriſtus à miniſtris comprehenſus pontificibus præſentatur. Et diuiditur in duas: quia primò deſcribitur ipſius præſentatio Annę, ſecundò Caiphæ, ibi:* Et miſit eum Annas. *Prima in duas: quia primò ponitur Chriſti præſentatio, ſecundo eius examinatio, ibi:* Pontifex ergo. *Prima adhuc in duas: quia primò deſcribitur prædicta præſentatio, ſecundò incidenter ponitur prima Petri negatio, ibi:* Sequebatur autem. *Dicitur igitur primo ſic:* Cohors au. *Scilicet militum.* [Diuiſio.]

14 Et tribunus. *Qui eis prǽerat & illi erant gentiles.*

15 Et miniſtri Iudæo. *Iſti erant Iudæi.*

16 Comprehenderunt Ieſum. *Ex quo patet obſtinatio eorum, quia non fuerunt auerſi à ſuo malo viſis prędictis ſignis, ſed magis attribuebant artibus magicis.*

17 Et ligauerunt eum. *Quaſi morte dignum. Illi enim qui reputabantur morte digni, iudicibus præſentabantur ligati.*

18 Et addu. eum ad Annam pri. *Id eſt, primo. Cuius cauſa ſubditur:*

19 Erat enim ſocer. Cai. *Et quia eundo ad domum Caiphæ habebant tranſire ante domum iſtius Annæ, ideo introierunt domum eius, propter eius reuerentiam. Alia autem ratio fuit, quia pontificatus tunc ſingulis annis vendebatur, & iſti duo, ſcilicet Annas & Caiphas quaſi alternatim erant pontifices propter quod quaſi pontifex habetur, quia anno præcedenti fuerat. Tertia ratio eſt, vt Chriſtus coram iudicibus pluribus condemnatus, videretur magis dignus morte.*

20 Qui erat pontifex anni il. &c. *Iſta ſunt expoſita ſuprà 11. cap.* ☙ Seque-

MORALITER.

† *Sinite hos abire.* Per hoc oſtenditur, quod ſuperiores debent ſuos ſubditos fideliter adiuuare, & ſe mortis periculo exponere pro ipſorum defenſionè.

7 *Simon autem Petrus habens gladium eduxit eum, & percuſſit pontificis ſeruum; &c.* Exponatur ſicut ſuprà Matt. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.

10 *Erat autem ſer. nomen Malchus.* Qui interpretatur rex eorum & ideò per abſciſſionē auriculæ ſuæ ſignificata fuit abſciſſio regalis & pontificialis eminentiæ Iudæorum.

18 *Et adduxerunt eum ad Annam primum.* Quærentes ei placere, quia cum Caipha fuerat in conſilio de Chriſti morte. Sic multi facerent

(vt Lucas ait) Annas & Caiphas, qui vicissim annos suos agebant. Sed tunc erat annus Caiphæ, & voluntate eius primum ductus est Iesus ad Annam, non quia collega, sed quia socer eius erat. Vel domus sic erant positæ, vt non deberet Annas à transeuntibus præteriri.

✠ THEOPHYLACTVS. Illi alligant & abducunt ad Annam gloriantes facto, & quasi celebrari cupientes, perinde ac magnum tropheũ excitassent. Cæterum prophetiæ Caiphæ meminit, ostendere volens, quod pro salute mundi hæc facta sunt, & quod tã excellens sit veritas, vt & inimici eam prædixerint. Vt enim nõ turbemur audiẽtes vincula meminit prophetiæ quod salutaria fuerint & mors & vincula qua de causa & hæc prætulerit.

a *Et alius di.* Quis sit iste, quia hic tacetur, non temerè diffiniatur. Solet tamen iste Ioannes sic se significare.

✠ THEOPHYLACTVS. Quis erat alius discipulus? ille ipse qui hæc scripsit. Occultat autem se propter humilitatem, quia honestum opus narraturus erat sequutum se fugientibus alijs propter hoc occultat seipsum, & præponit sibi Petrum. Et propter istuc ipsum eius rei meminit, vt discamus quod certiùs narret ea quæ in atrio sunt facta, eo quod intus fuerit.

b *Dicit ille: Non sum.* AVGVST. Non solum negat Christum, qui dicit eum non esse Christum sed qui etiam negat se esse Christianum, & ita hoc impletur quod dominus dixit: *Ter me negabis.*

✠ THEOPHYLACTVS. Quidam stulte Petro gratificari volentes, dicunt quod non ob timorem negauerit Petrus? Sed voluerit quidem semper cum Christo esse, & eum sequi: cognouit autem, quod si confessus fuisset se discipulum Iesu, separandus fuisset ab eo, & non vltra habiturus erat locum quo sequeretur & videret desiderabilem & propterea negauit dicens: *Non sum.* Nam & ex eadem sententia fuit quod se calefaceret. Simulauit enim se facere ea quæ ministri & vt vnus illorum, vt ne ex tristicia faciei deprehensus excludatur à videndo Christo, reiectus è medio vt discipulus eius.

c *Palam.* Id est, multis audientibus, non quod quæ dicit palam, essent cognita turbis. Cum & apostolus dixerit: *Hæc in prouerbijs loquutus sum. Sed venit hora, cum palam annunciabo vobis.* Eis etiam secreta exponebat, quæ alijs per parabolas dicebat: Similiter quod dicit: *Nihil in occultò sum loquutus.* Non quod non esset occulta intelligentia, sed quia coram tot hominibus dixerat: Ea etiam quæ paucis dixerat non sunt in occulto, quia ad hoc dixerat, vt prædicarentur super tecta, non vt tacerentur. Ea autem quæ audierant, & non intellexerant talia erant vt non possent iustè criminari: Et quoties interrogando tentauerunt vt accusarent, sic respondit, vt omnes calumniæ frustrarentur, ideo dicit: *Quid me inter.*

d *Quid me in.* Id est, à quo veritatem audire non desideras. Interroga magis eos de quorum dictis non habeas inuidiam. Ita temperat responsionem, vt nec veritatem taceret, nec defendere se videretur.

e *Hæc au.* Obijcitur, cur non fecerit quod docuit. Debuit nõ sic respondere, sed alteram maxillã præbere. Sed veraciter & mansuetè & iustè respondit, & non modo maxillam, sed totũ corpus ferienti parauit. Et hinc potius ostendit præcepta patientiæ, non ostentatione corporis, sed cordis præparatione facienda, potest:

(Margin: † perdi. — B — † Mat. 26. g, Mar. 14. g, Lucæ 22. f. — † Mat. 26. f, Mar. 14. e, Lucæ 22. f. — C — Matt. 26. d — Ioan. 3. — D — Sup. 16. f — E — F — Matt. 10. e)

Erat autem Caiphas qui consilium dederat Iudæis, quia expedit vnum hominem † mori pro populo. ¶ *Ex deuotione.* [1] Sequebatur autem a Simon Petrus Iesum, & alius discipulus. [2] Discipulus autem ille erat notus pontifici, & [3] introiuit cum Iesu, in atrium pontificis. ¶ *Foris stabat qui negaturus erat.* [4] Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ & introduxit Petrum. † [5] Dixit ergo Petro ancilla ostiaria: Nunquid [6] b & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille: Non sum. [7] Stabant autem serui & ministri ad prunas, ¶ *Infidelitatis.* quia frigus erat, & calefaciebant se. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se. [8] Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & [9] de c doctrina eius. [10] Respondit ei Iesus: [11] Ego palam loquutus sum [12] mundo. † Ego semper docui in synagoga & in templo quò omnes Iudæi conueniunt, & in occulto loquutus sum nihil. d Quid me interrogas? [13] Interroga eos qui audierunt quid lo- e quutus sim ipsis, ecce hi sciunt quid dixerim ego. [14] Hæc autem cum dixisset, vnus assistens ministrorum dedit alapam ¶ *Vt mansuetus & patiens, qui iussu quamlibet percutienti irrogare pœnam poterat.* Iesu, dicens: [15] Sic respondes pontifici? [16] Respondit ei Iesus:

NICOLAVS DE LIRA.

1 Sequebatur autem. *Hic interponitur prima negatio Petri, cum dicitur:* Sequebatur autem Iesum Simon Petrus & alius di. *Scilicet Ioan. Licet enim isti sicut & alij primò fugissent, tamen postea sequuti sunt Iesum, quia feruentiores erant alijs.*

2 Discipulus autem ille erat no. pon. *Dicunt aliqui quod Ioan. erat peritus in lege & propter hoc habebat noticiam cum pontifice. Sed hoc non est verisimile, quia piscator erat, & de naui à Christo vocatus fuerat, vt habetur Mat. 4. d. vnde dicit Hier. in epistola sua ad Paulinũ Ioan. rusticus piscator indoctus, &c. & ideo alia fuit causa suæ notitia cum pontifice, quia fortè missus à patre suo pluries portauerat pisces ad domum pontificis, vel fortè quia aliquis de cognatione eius ibidem seruiebat, vel aliqua alia causa quam aliqui assignant, quia descenderat de Dauid, & sacerdotes habebant istas genealogias.*

3 Et introiuit cum Ie. &c. *Propter noticiam prædictam permissus est intrare.*

4 Petrus autem stabat ad ostium fo. *Tanquam incognitus, tamen propter Ioannem permissus est intrare.*

5 Dixit ergo Petro ancilla osti. Nun. &c. *Quasi dicat, videtur quod sic. Vidit enim eum timide intrantem, & sic habuit de eo suspitionem.*

6 Dicit ille: Non sum. *Ex quo patet fragilitas Petri, quia ita citò negauit, & ad vocem vnius mulieris quæ non loquebatur acriter. Non enim dicebat es tu de familia huius proditoris? vel aliquid huiusmodi: sed hominis istius quasi compassiue loquendo.*

7 Stabant autem ser. &c. quia fri. erat. *Sicut solet esse in Martio post mediam noctem.* Et calefaciens se, &c.

8 Ponti. er. *Hic ponitur Christi examinatio. Et diuiditur in tres quia primò ponitur dicta examinatio, secundò Christi responsio, ibi* Respondet ei Iesus: *Tertiò, responsionis reprobatio, ibi:* Hæc autem cum dixit. *Circa primum sciendum, quod Christus reputabatur à Iudæis seductor hominum & doctor falsæ doctrinæ, ideo examinatus fuit de vtroque, & hoc est quod dicitur:* Ponti. er. inter Ie. *Dicitur autem Annas pontifex, non quia esset actu sed quia ante fuerat, & quia socer erat pontificis, vt dictum est,*

9 De di. su. *Vt videret & posset eum deprehendere, quod fuissent ab eo seducti.*

10 Et de do. *Ad videndum si posset ibi inuenire falsitatem vel calumniam, & aliquod dictum contra legem.*

11 Respondit ei Ie. *Hic ponitur Christi responsio. De discipulis autem suis nihil poterat pro tunc boni respondere, quia principaliorem inter eos statim audierat ipsum in sua præsentia negasse. Sed de doctrina sua respondit, ostendens quod non erat mala vel suspecta, sed sana, Quod declarat ex duobus. Primo ex loco, cum dicitur:*

12 Ego palã. *Doctrina autem suspecta in angulis & lateribus docetur, non in loco publico & sacro. Secundo ex auditorum testimonio, dicens:*

13 Interroga eos. q. d. *Paratus sum testimonium eorum subire, quod est tibi magis credibile, quam meum dictum, quamuis secundum veritatem deberet esse contrarium.*

14 Hæc autem, &c. *Hic ponitur huius responsionis reprobatio. Et hoc dupliciter. Primo per factum, cum dicitur:* Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu. *Secundò per verbum cum subditur:*

15 Sic respondes, &c. *Ille enim minister sceleris accepit responsionem Iesu, quasi notasset pontificem de stulta interrogatione.*

16 Respondit ei Ie. *Humiliter veritatem ostendendo.*

MORALITER.

† facient querentes de malis placere hominibus peruersis.

12 *Ego palam, &c.* Tanquam habens sanam doctrinam, contra hæreticos qui magis docent in occulto.

potest enim quis maxillam visibiliter præbere iratus. Melius ergo respondet vere placatus, & ad ferenda grauiora tranquillo animo paratus.

a *Si ma. lo.* Malè loquitur qui contra veritatem loquitur. Si malè loquutus sum, da testimonium quo probes mendacem.

b *Erat au.* AVGV. Dicto, quod Annas misit Iesum ad Caipham, redit ad locũ narrationis, vbi reliquerat Petrum, vt explicet quid in domo Annæ de trina Petri negatione cõtigerat.

†Mat. 26. g. Mar. 14. g. Luc. 22. f.

c *Stans calefaciens.* ✠ THEOPHYLACTVS. Stat quidem eo quod nõ inclinetur neque humilietur, sed in sua pertinacia cõstanter maneat. Calefacere autem se dicitur, eo quod præ feruore & fastu pertinacia laboret. Arguit autem eum ancilla parua quædam voluptas & effœminans, statimque negat sermonem & in absurditatem fertur. Sed & quadam aduersa tentatione arguitur, sicut tunc Petrus à seruo & ita infirmitas eius deprehenditur. Sed precemur vt aspiciat nos Iesus verbum Dei & ad pœnitentiam & lachrymas prouocet, quod fiet quando exiuerimus ex atrio pontificis qui dominum crucifixit & rector est mundi.

d *Et dixit: Non sum.* ✠ THEOPH. Quare autẽ omnes euangelistæ simul de Petro scripserunt? Non accusantes discipulum sed nos erudientes quantum malum sit, non totum Deo tribuere sed in seipso confidere. Admirari autem decet domini misericordiam, & cum ligatus esset & abduceretur, non neglexit discipulum sed conuersus vidit Petrum sicut alius Euangelista dicit, & aspectu opprobrat ei infirmitatem, & ad lachrymas excitat. Quod autem tunc accidit Petro etiam nunc videre licet multis euenire. Nam ligatur quidem sermo Dei qui in nobis & quasi captiuus ducitur siue à voluptate, siue à tristitia in seruitutem reductus. Vtroque enim modo vincimur, & abducimur vel præ prosperis, vel præ aduersis mundi Deum obliuiscentes, & condemnatur quidem sermo, vincit autem absurditas. Et seruus alapa cædit dominum.

[1] Si malè loquutus sum, testimonium perhibe de malo, si autẽ [2] bene, quid me cædis? [3] Et misit eum Annas ligatum ad Caiphã pontificem. [4] †Erat autem Simon Petrus stãs & calefaciens se. [5] Dixerunt ergo ei. [6] Nunquid & tu ex discipulis eius es? [7] Negauit ille, & dixit: Non sum. [8] Dicit vnus ex seruis pontificis cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam: [9] Nónne ego te vidi in horto cum illo? [10] Iterum ergo negauit Petrus, [11] & statim gallus cantauit. [12] Adducunt ergo Iesum à Caipha in prętorium. [13] Erat autem mane, [14] & ipsi non introierunt

(a ¶ Qui erat princeps sacerdotum illo anno, & ad eum à principio ducebatur. a ¶ In domo Annæ. Hoc & ante dixerat, sed quæ sequuta sunt adiungit. ¶ Ecce secundo negat. a ¶ Vt tertia negatio compleatur. a ¶ Ecce completa prędictio Christi & conuicta præsumptio Petri. ¶ Ab Anna. a ¶ In illam partem domus quam Pilatus tenebat. ¶ Iudęi qui adducebant Iesum.)

In præ-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Si malè loquutus sum, tes. perhi. de ma. *Id est, potes perhibere & non me iniuste percutere, sed videtur quod hic Christus fecit contra doctrinam suam, quia Matt. 5. f. dicit:* Si quis te percusserit in maxillam dexteram, præbe ei & alteram. *Ipse autẽ hoc non fecit, sed magis percutiẽtem se correxit. Dicendum quod illud Christi pręceptum, & plura alia quæ ibi ponuntur, non dãtur absolute, secundũm quod dicit Aug. sed magis secundũ præparationẽ animi, quia homo debet habere animũ semper præparatum ad hoc faciendum, vbi videret hoc expedire ad honorem Dei, & vtilitatem ecclesię, alias autem non, immò aliquando expedit iniuriantibus respondere, ad ipsorum & aliorum instructionem, sicut fecit hic Christus, & aliquando etiam facto resistere ne detur occasio malis male agendi.*

Diuisio.

2 Et misit. *Hic ostenditur qualiter Christus præsentatus est Caipha, Et diuiditur in duas, quia primo describitur dicta pręsentatio, secundo, subditur secunda & tertia petri negatio, ibi:* Erat autem. *In prima igitur parte dicitur sic, & misit eum Annas ligatum, quasi morte dignum & iam coram eo condemnatum.*

3 Ad Caiph. ponti. *Tum quia ad ipsum pertinebat principaliter Christi examinatio. Tũ vt videretur Christus magis morte dignus, qui fuisset coram iudicibus pluribus condemnatus. Sciendum tamen, quod Ioãnes hic tacet qualiter Caiphas eum examinauit, & qualiter Caiphas vestimenta sua scidit, & qualiter Christus in domo eius illusus fuit quia alij euangelistæ hoc sufficienter expresserant.*

4 Erat au. Si. *Hic reuertitur euangelista ad narrandum de negatione Petri, & ideo quasi eadem verba quæ dixerat in fine primæ negationis reassumit di.* Erat autem Si. Pet. stans & cale. se. *Ille enim qui narrat historiam aliquam quando occurrunt aliqua incidentia narranda, interrumpit principale ad illud incidens narrandum quo facto reuertitur ad propositum, & sic facit hic Ioannes, vt dictum est.*

5 Dixerunt ergo ei mi. *Ad ignem stantes.*

6 Nunquid, &c. q. d. *Sic quia videbant eum timidum & pauidum.*

7 Negauit ille & di. *De ista secunda negatione Petri videtur Matthæus contradicere Ioanni. Primo quo ad personam, quia dixit ipsum secundo negasse ad vocem alterius ancillæ Mat. 26. g. Ioannes autẽ hic dicit, quod fuit ad vocem ministrorum ad ignem stantiũ. Secundo quo ad locum, quia Mat. dicit, quod secundò negauit in exitu ianuæ, hic autẽ dicitur quod stans ad ignem. Propter quod sciendum, quod principalis intentio euangelistarum erat exprimere trinam Petri negationem, & in hoc omnes conueniunt. De personis autem accusantibus, seu de negationis loco non erat eorum principalis intentio, & probabile est, quod multi ad verba Petri concurrebant circa eum, et consimilia verba dicebant, improperando ei magistrum suum, & ideo vnus euangelistarum exprimit vnam personam accusantem, et alius aliam, & vterque dicit verum. Vnde secũdum veritatem historiæ videtur quod prima negatio sit facta ad vocem ancillę ostiariæ. Petro domum intrante. Secunda autem negatio facta est in domo, quia post primam negationem Petrus timuit diu stare inter Iudęos, propter quod voluit exire, & tunc alia ancilla videns eum timidum accusauit eum, & simul in hoc concurrerunt illi qui ad ignem stabant, & idem dicebant cum illa ancilla, propter quod Mat. dicit quod ad vocem ancillę alterius negauit. Ioannes autem ministros concomitantes exprimit. Item Matthęus dicit quod negauit ipso exeunte ianuam, id est, volente exire, & ad hoc se pręparante propter timorem, vt prędictum est, quia tamen adhuc erat in domo, nec ab igne longè recesserat, ideo dicit Ioannes, quod prope ignem facta est illa negatio. Tertia autem negatio facta est multis eum accusantibus & concurrentibus propter prędicta, tamen inter illos erat principalis vnus seruus pontificis, propter quod Ioan. illum exprimit tacendo de alijs, ideo subditur:*

Concordia euãgelistarũ de trina Petri negatione.

8 Dicit vnus, &c. *Et ideo acrius cæteris eum accusabat, & in accusationis suæ assertionem adduxit factum præcedens cum dicitur:*

9 Nónne ego te vidi in, &c. *Quasi dicat. Sic.*

10 Iterum er. ne. *Aliqui autẽ volentes excusare Petrum dicũt quod non negauit eum ex timore mortis, sed ex amore, nolens ab eo separari sed semper eum sequi. Sciebat enim quod si diceret se esse discipulum eius. statim ab eo separaretur. Sed hoc est contra verba domini sup. habita c. 13. d. vbi exprobrauit Petro di.* Animam tuam pro me pones, *quod fuit dictum negatiuè sicut fuit supra expositum, & ideo patet, quod Petrus negauit timens animam suam exponere pro Christo.*

11 Et statim gal. can. *Scilicet, secunda vice, quia post primam negationem, semel cantauit gallus, sed Petrus timore perturbatus non percepit, secundum quod fuit expositum Mat. 26.*

12 Ad er. Ie. *Hic ostenditur qualiter Christus à Iudæis coram Pilato accusatur. Et diuiditur in tres, quia primò describitur Christi pręsentatio, secũdo, præsentati examinatio, ibi:* Exiuit ergo. *Tertio, innocẽtia Christi declaratio, ibi:* Et cum hoc di. *In prima parte dicitur sic:* Ad. er. Ie. à Cai. *Id est, à domo Caip. pontificis ad domũ Pilati prǽsidis ad quem pertinebat iudicium in casu sanguinis, & locus vbi iudicabat, prętorium vocabatur. Aliqui autem libri male habent, ad Caiphã quia in domo Caipha iam erat Christus, nullus autem adducitur ad locum in quo est. Pręterea Ioan. scripsit in Gręco hoc euangelium, & ideo pro veritate textus habenda recurrendum est ad Gręcũ. In Gręco autem ponitur à Caipha.*

13 Erat au. *Hoc addit euãgelista ad ostendendũ quantũ Iudęi sitiebãt sanguinẽ Iesu Christi qui summo mane quærebãt sententiã de eius morte dari.*

14 Et ip. *Ex ingressu domus hominis gentilis,*

MORALITER.

6 *Nunquid &c.* Exponatur vt sup. Mat. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.

12 *Adducunt ergo Iesum à Caipha ad præ.* Scilicet, Pilati.

14 *Et ipsi non introierunt, &c.* Istis sunt similes illi qui faciunt conscientiam magnam de minimis, & multo grauiora committunt, sicut isti timebant contaminari per ingressum domus Pilati qui gentilis erat, & tamen toto conatu procurabant mortẽ Christi, q[illegible]

A

a *In prætorium.* Id eſt, vbi præſes Pilatus habitabat. Sed ſi ad Caipham, quomodo in prętorium? forſitan aliqua cauſa vrgente de domo Annæ ad audiendum Ieſum ambo conuenerant. Caiphas perrexit ad prætorium præſidis, & ſocero ſuo Ieſum reliquit ad audiendum, vel in domo Caiphæ Pilatus acceperat prætorium, & tanta erat domus, vt ſeorſum habitaret dominus, ſeorſum Pilatus.

b *Vt non con.* Quia diebus azymorū contaminatio erat illis in alienigenæ habitaculum intrare.

B

c *Nobis non.* Hoc dicunt propter diei feſti ſanctitatem. Lex enim præcipit, ne parcant malefactoribus, præſertim ſeducentibus à Deo ſuo, qualem iſtum dicebant eſſe, & contra ſeipſos dicunt, quia interficiebant quem interficiendum offerebant, ſicut & Pilatus interfecit, non tamen manibus ſuis.

C

† Mat. 17. b. Mar. 15. b. Luc. 23. a.

* Cum Pilatus vellet Ieſum tradere Iudæis, vt ſecundùm legem ſuam iudicarent eum, noluerunt recipere, dicentes: *Nobis non licet interfice. quemquam*, & ſic impletur ſermo Ieſu quem de ſua morte prædixit vt eum à Iudæis traditum gentes interficerent, quaſi ſic eſſent alieni à ſcelere qui magis peccant, in quo non eorum innocentia ſed dementia monſtratur.

D

✠ THEOPHYLACTVS. Hoc autem dixerunt ſcientes quod Romani ad crucem condemnarent rebelles, vt igitur crucifigeretur dominus & mors eius inuulgaretur, eius gratia prætexunt quod non liceat ſibi occidere. Alioquin quomodo Stephanum lapidarent? Sed crucifigi dominum volentes hoc dicunt quaſi ſic dixiſſent, nobis non licet occidere in crucem quemquam, deſideratiſſimum autē eſſet nobis quod crucifigeretur.

E

d *A temetipſo hoc dicis, etc.* Sciens Ieſus quid ipſe interrogat, & quid ille reponſurus eſt, ſed tamen dici voluit non vt ſciret, ſed vt ſcriberetur quod ſcire voluit.

F

e *Quid fe.* Quaſi. Si hæc culpa non eſt, quod te regē dixeris, quid aliud feciſti. Quaſi non eſt mirum ſi iudici traderis puniendus qui te regē dicis. Sed ſi hæc cauſa nō eſſet tūc fortè alia quærēda eſſet: Quaſi confirma ſi hæc cauſa eſt quę obijcitur, an alia.

☞ Regnum

---

a in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent [1]

(a ¶ Qui quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum.)

b paſcha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accu- [2]

(a ¶ Quem iudicatis reum mortis.)

ſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt & [3] [4]

(¶ Prohibet tributa dari Cæ. & di. quia poſſum deſtruere templum Dei & reædificare.)

(¶ Quod probatur tot beneficijs quæ fecerat, pro quibus reddebant mala.)

dixerunt ei: Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Dicit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecun- [5] [6]

dùm legem veſtram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi:

(a ¶ Non licet interficere quemquam, ſcilicet, in feſtiuis diebus, quia in alio tempore licebat ſecundùm legem.)

(b ¶ Tradent eum Gentibus ad crucifigendum, & illudendum.)

c Nobis non licet interficere quemquam, vt ſermo Ieſu imple- [7] [8]

retur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus: In- [9]

troiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit

(¶ Hoc enim obijciebant Iudęi quod ſe dicebat regem.)

Ieſum, & dixit ei: † Tu es rex Iudęorum? Reſpondit Ie- [10] [11]

d ſus: A temetipſo hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? [12]

(a ¶ q. d. A me hoc non dixi, ſed à Iudæis accepi, qui ideo te tradiderunt mihi.)

Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens [13]

e tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feciſti? [14] [15]

NICOLAVS DE LIRA.

☞ *gentilis, & tamen non timebant inquinari ex procuratione mortis innocentis, ex quo patet eorum ſuperſtitio vana.*

1 Sed vt man. pa. *Id eſt, azymos panes qui à Iudæis comedebantur in paſchate per ſeptem dies. Non enim erat licitum illos comedere, niſi perſonis mundis, & ideo per paſchatis manducationem non intelligitur hic comeſtio agni paſchalis, vt malè dicunt Græci, quia illum comederant die præcedenti.*

2 Exiuit er. *Hic ponitur Chriſti examinatio. Et hoc dupliciter, quia primò examinatur coram Iudęis, ſecundò ad partem ſine ipſis, ibi:* Introiuit ergo. *Iterum, In prima parte dicitur ſic:* Exi er. Pi. ad eos fo. *Iudæi enim non audebant domū eius ingredi, ne ſuas obſeruationes violarent, ideo volens eis deferre exiuit ad eos.*

3 Et dixit quam accuſa. affertis, &c. *Videbat enim eum ligatum in ſignum damnationis, ideo quęrebat de cauſa, quia non erat conſuetudo Romanis condemnare aliquem, niſi prius audirent accuſationem ſuam et haberet locum ſe defendendi vt habetur Act. 25. d. Et ideo Pilatus qui erat Iudex ab imperatore Romano illuc miſſus, voluit modum Romanorum tenere.*

4 Reſpon. & dixerunt ei, ſi non eſſet hic malefactor non tibi tradidi. &c. *Quaſi dicat Nos eius factum diligenter examinauimus, & inuenimus eum dignum morte, ac ſi dicerent, non oportet aliam examinationem facere.*

5 Dicit er. eis Pi. *Quaſi indignatus ex eorum reſponſione, quia ſciebat eos ipſum per inuidiam tradidiſſe, vt habetur Mat. 27. b.*

6 Accipite eum v. & ſe le. ve. iu. *Quaſi dicat. Si ſufficit veſtra examinatio, ſufficiat & veſtra ſententia. Sciendum enim quod Romani aliqua minora iudicanda dimiſerāt Iudæis, ſed non poterant pro talibus inferre pœnam mortis, quia Romani retinuerant ſibi cauſam ſanguinis, & ideo per hāc reſponſionem inhibebat inferre Chriſto mortem, ipſi autem non poterant vitam eius ſuſtinere, & ideo renuerunt hoc accipere dicentes:*

7 Nobis non licet interficere quemquam? *Si enim poſſent dare mortis ſententiam, libenter iudicium recepiſſent.*

8 Vt ſermo. Ieſu im. *Chriſtus enim prędicens mortem ſuam apoſtolis Mat. 20. c. dixit, quod à principibus ſacerdotum traderetur gentibus ad illudendum & crucifigendum. Et hoc fuit impletum per hoc quod renuerunt iudicium, & dimiſerunt ipſum Pilato qui erat gentilis iudicandum, & ſententia executionem ſuis militantibus.*

Diuiſio.

9 Introiuit er. *Hic ponitur examinatio Chriſti in ſecreto. Et diuiditur in tres, quia primò ponitur Pilati interrogatio, ſecundò, Chriſti reſponſio, ibi:* Reſpondit Ieſus. *Tertiò, Pilati obiectio, ibi:* Dixit itaq; *Circa primum ſciendum, quod Iudęi cum tumultu irrationabili petebant mortem Chriſti, propter quod Chriſtus non reſpondebat, ſecundùm illud Eccl. 32. a.* Vbi non eſt auditus non effundas ſermonem. *Propter hoc Matthęus & Marcus dicunt, quod cum accuſaretur à principibus ſacerdotū, nihil reſpondit, propter quod Pilatus intrauit prętoriū, quod erat in domo ſua, vt ibi Chriſtum magis pacificè examinaret extra tumultum Iudæorum, qui non audebant intrare prætorium, vt dictum eſt, Chriſtus autem de tribus fuerat accuſatus coram eo, vt habetur Luc. 23. a.* Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtra, & prohibentem dari tributa Cæſari, & dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. *Pilatus autem de duobus primis non curauit inquirere, quia de primo, ſcilicet, de ſubuerſione obſeruationum legalium non curauit vtrum eſſet verum vel falſum, quia non erat Iudęus, ſed gentilis. Secundum cognouit eſſe falſum per famam publicam, quia audierat Chriſti reſponſionē quę Iudęis de hac materia reſponderat, Mat. 22. c.* Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari, &c. *Sed de tertio, quod videbatur eſſe cōtra honorem Imperatoris, inquiſiuit, ſcilicet, de regno, quia Imperatores Romani nomen regium à Iudęis abſtulerant vt frangerent eorum ſuperbiam, & tollerent rebellandi occaſionem, & ideo quęſiuit à Chriſto:*

10 Tu es rex Iu. *Quaſi dicat: Eſt hoc verum quod tibi imponitur, ſcilicet, quod velis tibi vſurpare regnum.*

11 Reſpondit Ieſus. *Hic ponitur Chriſti reſponſio, in qua primo examinauit Pilati interrogationem, di.*

12 A temetipſo hoc di. &c. *Quaſi dicat, concepiſti hanc opinionem de me per teipſum.*

13 Reſpondit Pilatus: Nunquid, &c. *Quaſi dicat, ex me non concepi, quia non ſum Iudæus, & ſic non poſſum inueſtigare ex libris Iudæis quis debeat eſſe rex eorum, ſed hoc ad peritos legis pertinet, ideo ſubditur.*

14 Gens tua & pon. tra. *Accuſantes te ſuper hoc.*

15 Quid fe. q. d. *videtur quod tu ſis in aliquo culpabilis, ex quo illi qui ſunt de gēte tua & tanta autoritatis, ſicut ſunt Pontifices accuſant.*

✠ Reſpondit

MORALITER.

† *Si non eſſet hic m. &c.* Quaſi dicat: Nos ſumus tantæ veritatis & iuſtitiæ, quod nobis deberet credi ſimplici verbo ſine alia diſquiſitione, & ſic homines malicioſi ſe iuſtificant coram iudicibus, vt magis nocere valeant innocenti.

7 *Nobis non li. inter.* Sic dicūt mali clerici de corporali morte laici, & tamen habent pro modico multos interficere ſuo malo exemplo morte ſpirituali, quæ peior eſt interfectione corporali.

† Reſpondit

a ¶ Id est, credentes in me. b ¶ Et si adhuc in mundo.

a Respondit Iesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si [1]

a ¶ Apparet quia nullus defendit.

ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique de- [2] [3]
certarent, vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meũ [4]

¶ Et si adhuc inter malos.

non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo rex es tu? Respon- [5] [6]

a ¶ Ideo non nego me regem, quia in hoc natus sum vt ostendam quod sum.

b dixit Iesus: Tu dicis, quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, [7] [8]
c & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam ve- [9]
ritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit [10] [11]
d ei Pilatus: Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum [12]
exiuit ad eos & dicit eis: Ego nullam inuenio in eo [13]
e causam. † Est autem consuetudo vobis, vt vnum [14] [15]

¶ Quasi, Quem melius.

f dimittam in Pascha: Vultis ergo dimittam vobis [16] [17]

A a *Regnum.* Hoc est quod nos scire voluit, sed prius vicissim interrogando voluit ostendere quæ esset de regno suo hominum opinio Iudæorum vel gentilium, qua ostensa vtrisque aptius respondet: *Regnum meum non est de hoc mundo.* Quasi, decepti estis, Non enim impedio dominationem vestram in hoc mundo, ne vane timeatis & seruiatis, sed ad regnum cœleste credendo venire.

B ✱ Theophylactus. Manichęi hic sumpta ausa dicunt, mundus hic non est à bono Deo. Nam filius Dei (aiunt) dicit *non est regnum meum hinc*, non enim dixit quod non sit in mundo, neque quod sit hic. Nam C regnum quidem in hoc mundo & ab eo regitur, & sicut ipse vult transit, non est autem de mundo regnum eius, sed supernum & ante sæcula, & non hinc, id est, ex terrenis constructum, sed hic quidem imperat & regit.

Mat. 27 b
Mar. 15 a.

b *Tu dicis.* Non se regem timet confiteri, sed ita liberatum est, vt neque se regem neget, nec de mundo se fateatur esse, vt ille sentiebat qui dixit: *Ergo rex es tu?* Cui respondit. *Tu dicis, quia rex sum ego.* Quasi dicat, carnalis carnaliter dicis.

D c *Ego in hoc natus sum.* Non in hac re, sed ad hanc rem, quod in Greco non est ambiguum. Dicit ergo de temporali natiuitate, qua venit in mundum, secundùm quam natus est ad hoc, & ad hoc venit in mundum, id est propter hoc vt testimonium per. v. Sed quia *non omnium est fides*, addit. *Omnis qui est ex verita. audit.* Id est, obedit & credit mihi.

d *Iterum.* Non expectat responsum, ne cum vellet dimittere, mora fieret, subitò enim venit in mentem E consuetudo qua posset per Pascha dimitti.

e *Est autem.* Quia in Pascha à seruitute liberati sunt, in Pascha hæc consuetudo dimittendi eis fuit.

F f *Dimittam vo.* Non potuit auelli à corde eius, Iesum esse regem Iudæorum, sicut in scribendo titulo, tamquam ipsa veritas hoc ei fixerit, de qua quid esset interrogauit. *Latro.* Id est, diabolus seditiosus & homicidiorum autor dimissus est Iudęis qui de patria lucis ob superbiam pulsus, in tenebrarum carcerem missus erat, & ideò non possunt Iudæi videre pacem, quia seditiosorum principem plusquam Deum eligere voluerunt, vnde bene dicitur: *Vos ex diabolo patre estis.*

Ioan. 8. e.

✱ Theo-

NICOLAVS DE LIRA.

1 Respondit Iesus. *Examinata interrogatione Pilati, primò Iesus ad quæstionem primò factam de vsurpatione regni temporalis.*

2 Regnum meum non est, &c. *Non enim negat se esse regem sed magis concedit, quia secundum veritatem ipse erat rex regum. Verũtamen ad tollendum occasionem calumniæ temperat suã responsionem dicens, quod non quærit huius mundi temporalem dominationem, quod probat consequenter, dicens.*

3 Si ex hoc mun. &c. *Omne enim regnum temporale habet firmitatem non solum ab ipso rege, cum sit vnus solus homo, sed etiam à ministris contra aduersarios pro ipso pugnantibus, quod non quærebat Christus, & sic patet quod satisfecit ad quęstionem, ostendendo, quod non quærebat inter Iudęos temporalem dominationem, verumtamen quia concesserat se esse regem, ideo concludit.*

4 Nunc autem regnum, &c. *Id est, quantum ad temporalia ista quęrenda. Sed contra hoc videtur quod dicitur Psal. 46. a.* Rex omnis terræ Deus. *Ipse autem est verus Deus sicut verus homo, ergo regnum eius est de hoc mundo. Dicendum, quod secundum veritatem diuinitatis, omnia sunt subiecta Christo, tamen quantum ad humanitatem in primò aduentu suo, non venit ad dominandum temporaliter, sed magis ad seruiendum & patiendum. Et sic patet, quod sufficienter excludit illud quod sibi imponebatur de vsurpatione regni Iudææ, quia non fiebat quęstio de ipso nisi inquantum homo, & pro statu pręsenti in quo erat, qui ad primum eius aduentum pertinebat.*

5 Dixit itaque. *Hic ponitur Pilati obiectio. Sicut enim visum est, Christus in sua responsione concesserat se esse regem, sed dixerat regnum suum non esse hic, ideo Pilatus ad plenum verba eius non intelligens accepit per hoc per ipsum esse regem alicuius regni, de quo non intromitterent se Romani. Sed quod Christus per hoc intelligeret regnum cæleste, & spirituale non intellexit, & ideo voluit scire magis determinatè, concludens ex verbis Christi prędictis.*

6 Ergo rex es tu. *Quasi dicat, ex quo concedis te esse regem regni non pertinentis ad dominium imperatoris, declara magis quod sit illud regnum.*

7 Respondit Iesus. *Primò conclusionem factam concedendo, dicens.*

8 Tu dicis quia rex sum ego. *Et ita est secundum veritatem. Sed consequenter declarat huius regni conditionem, di.*

9 Ego in hoc natus sum. *Temporaliter.*

10 Et ad hoc veni in mundum. *Per carnis assumptionem.*

11 Vt testimonium perhi. verita. *Docendo & radicando veritatem de diuinis in cordibus fidelium.*

12 Omnis qui est ex veri. *Prima quæ Deus est, non solum per creationem, sed per imitationem & subiectionem.*

13 Audit vocem meam. *Corde credendo, & opere obediendo, & per consequens in talibus spiritualiter ego regno, & tale regnum in nullo impediebat imperatoris Romani dominium de quo quærebat Pilatus.*

14 Dicit ei Pilatus, quid est veri. *Non quærit diffinitionem veritatis, sed quærit quæ est illa veritas, cuius virtute & participatione homines efficiuntur de regno Christi. Intellexit enim per hoc in quodam generali aliquod dominium existens extra communem modum hominum, & hoc est verum si intelligatur determinatè, & magis in particulari, quia veritas diuina filio appropriatur. Veritas per quam homines in pręsenti efficiuntur de regno Christi, est quędam impressio & participatio veritatis diuinę. Huius autem quæstionis Pilatus non expectauit responsionem duplici de causa. Vna est, quia erat de regno spirituali, vt visum est, ipse autem non habebat se intromittere nisi de temporalibus, & ideò hoc aduertens dimisit illius quæstionis prosequutionem. Alia causa fuit quia iam perceperat Christi innocentiam & Iudæorum maliciã, sciens quod tradidissent eum per inuidiam. Igitur prætermissa quæstione prędicta voluit procedere ad eius liberationem, vt statim patebit.*

Pilatus nõ expectauit Christi respõsionem propter duo.

15 Et cum hoc di. *Hic consequenter ponitur innocentiæ Christi declaratio. Cum enim Pilatus vellet eum liberare, vt dictum est, occurrit eius memoria modus conueniens liberationis suæ, videlicet de consuetudine Iudęorum, quæ dabatur eis à præside in solennitate paschali vnus vinctus in memoriam liberationis filiorum Israel de terra Aegypti, & propter hoc voluit Christum liberare per hunc modum & primò ad hoc faciendum allegat Christi innocentiam, dicens.*

16 Ego nul. *Scilicet, dignam morte. Secundò allegat consuetudinem, de cuius obseruatione sciebat eos esse cupidos, di.*

17 Est autem consuetudo, &c. Vultis ergo dimit. vob. re. Iu. *Quasi dicat, vos debetis hoc velle ad cuius intellectum sciendum quod Pilatus volens Christum liberare posuit eis sub distinctione de liberatione Christi vel Barrabæ, & de nullo alio vt magis exprimitur Matt. 27. b.*

Sciebat

MORALITER.

† 1 *Respondit Iesus: Reg. meum non est de hoc mun.* Multi prælati qui tamen sunt eius vicarij, contrarium videntur dicere facto, in pompis æquantes se principibus terrenis, vel etiam excedentes.

12 *Omnis qui est ex ve. &c.* Quam non audiunt, multi doctores & scholares theologi, qui neglecta sacra scriptura circa curiosa & inutilia sunt intenti.

14 *Quid est ve.* Per hoc autem quod non expectauit Christi responsum, significata fuit eius instabilitas quia timore Cæsaris, & fauore Iudæorũ à veritate declinauit dando sententiam contra

☞ ✱ THEOPHYLACTVS. Dignum est vt quæratur vnde A mori Iudæi consuetudinem habeant dimittendi vnum vinctum. Primo enim dicere possumus, quod docentes doctrinas mandata hominum, plurima iuxta sui capita protulerunt, nec diuinis vsi fuerunt legibus, vnde & hoc ita se habet, in quam cõsuetudinem abiit etiam absque ratione, qualia multa absque legis præcepto. Deinde talis inuenta est lex in scriptura, à qua verisimile est profectas esse absolutiones illas cõdemnatorum. Scriptum enim est de eo qui præter voluntatem suam occiderit, si non propter inimicitias vel dedita opera affligere voluit vicinum iaciens vas vel lapidem, & casu percutiens prætereuntem, moriaturque homo, inuoluntarius sit homicida talis. Iudicabit autem omnis Synagoga, & absoluent quidem illum à morte D non enim maligna mente occidit. Constituent autem eum in ciuitate refugij, hoc est, fuga mulctabunt, ex hoc fortè compulsi & coniectare possumus, ita enim mortem firmarunt, vt absoluantur qui de homicidio fuerunt condemnati. Nam lex quidem iubebat hoc esse officium Synagogæ Iudæorum, & quia Romanis, cessærat regnum, Romanos fecerunt dominos absoluendi sicut & nunc Pilatum.

Num. 35.

regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non [1] a hunc, sed Barrabam. Erat autem Barrabas latro. [2]

a *Erat autem Barrabas latro.* Id est, filius magistri, id est diaboli, qui latroni in suo scelere Iudæis in perfidia magister fuit. Vel Barrabas, id est, filius patris, id est, diaboli.

NICOLAVS DE LIRA.

☞ Sciebat enim. *Quod consuetudinem suam nullo modo dimitterent, ex* B *altera parte Barrabas erat ita pessimus, & populo odiosus, quod eius liberationem nullo modo vellent & sic per consequens liberationi Christi consentirent. Sed sacerdotes deceperunt populum, inducentes eum ad petendum liberationem Barrabæ & non Christi, & hoc est quod subditur.*

1 Clamauerunt rursum, &c. sed Barrabam. *Dimitte nobis.* E

2 Erat autem Barrabas latro. *Scilicet, publicus & famosus. Hoc addit euangelista, ad ostendendum eorum malitiam, qui ad procurandum mortem Christi petierunt latronis publici liberationem contra bonum publicum & contra iustitiam.*

MORALITER.

Christum. Et sic hodie faciunt multi iudices timore vel fauore à veritate à veritate iudicij declinantes.

1 *Clamauerunt ergo rursum omnes dicentes.* Exponatur sicut Mat. 28. & Mar. 15. & Luc. 23.

† ADDITIO.

In cap. 18 *Vbi dicitur in postil.* Et ideo per paschæ manducationem non intelligitur hic comestio agni paschalis.

Immo manducatio pascha intelligi debet tantum de agno paschali vt declaratur in additione super Mat. 26. vbi agitur de tempore cœnæ domini, vide ibi.

REPLICA.

C In cap. 18. *Vbi dicitur.* Et ipsi non introierunt prætorium ne contaminarentur, sed manducarent pascha. *Postillator dicit, quod intelligendum est de manducatione panis azymi, non paschalis agni Bur. opponit per suam minus authenticam cõputationem & digressionem, quam ponit Mat. 26. Et si intelligi deberet de esu agni prout Burg. vult, ratio Ioan. euangelistæ valeret contra Nicodemum, & alios sepulturæ Christi intendentes quia fuissent contaminati ex tactu mortui, per consequens inhabiles ad manducandum pascha sic acceptum, vnde de eis dicere oportuit, & ipsi non sepelierunt eum ne contaminarentur, sed manducarent Pascha, sicque falsificarentur omnes euangelistæ; & puto, si computatio Bur. esset vera, quod non fuissent à Iudæis permissi sepelire mortuum celebritate paschali iam inchoata, quæ incipit à vespera feriæ sextæ secundum Burg. computationem.* F

CAPVT XIX.

a *Tunc ergo.* Hoc fecit Pilatus id est milites facere permisit, vt etiam iussit, vt Iudæi satiati de pœnis à morte desisterent.

b *Coronam de spinis imposuerunt.* In spinea corona nostrorum notatur susceptio peccatorum, pro qua mortalis fieri voluit. Vnde præcursor: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Spinæ namque in peccatorum significatione ponuntur. Vnde dominus: *Terra tua spinas & tribu. ger.* Id est, conscientia tua punctiones, & aculeos vitiorum procreare non desistet.

†Mat. 27. c Mar. 15. b. Ioan. 1. d Gen. 3. d

CAPVT XIX.

¶ *Ecce quam iniuriose Pilatus & milites intulerunt Christo.*

a b † Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit. [1] Et milites plectentes coronam de spi- [2] nis imposuerunt capiti eius, [3] & veste pur- [4] purea circundederunt eum, [5] & veniebant ad eum, & dicebant: Aue rex Iudæorum: † [6] Et dabant ei alapas.

a ¶ *Derisoriè, quia se regem dicebat esse, purpura enim est signum regis.*

☞ Exiuit

NICOLAVS DE LIRA.

CAP. XIX.

☞ Tunc ergo apprehendit Pilatus. *Hic consequenter euangelista describit quid passus sit Christus à gentibus. Passus autem est tria ab eis, scilicet, flagellationem, illusionem, & crucifixionem, secundum quod prædixerat saluator Mat. 20. c.* Tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. *Et ideo euangelista primò agit de illusione & flagellatione, secundò, de crucifixione, ibi.* Tunc ergo tra. *Prima in duas quia primò describitur Christi flagellatio, & illusio, secundò circa hoc ostenditur Pilati intentio, ibi.* Exiuit iterum. *Circa primum sciendum quod Pilatus vidit ex clamore eorum, quod nullo modo poterat dimittere Iesum omnino liberum cum pace ipsorum; ex altera parte durum erat sibi innocentem interficere, & ideo ad satisfaciendum eis fecit Christum flagellari, & illudi, & hoc est quod dicitur.*

Quid passus Christus à gentibus. Diuisio

1 Tunc ergo apprehendit Pila. Ie. & fla. &c. *Non per seipsum immediatè, sed per milites suos & ministros.*

2 Et milites ple. co. de spi. *Id est, de iuncis marinis ad modum spinarum duris & acutis.*

3 Imposuerunt capiti eius. *Tanquam volenti regnare, & non potenti, quod fecerunt vt eorum illusio responderet Iudæorum accusationi.*

4 Et veste purpurea circundederunt. *Tali enim veste vtebantur reges.*

5 Et veniebant ad eum di. &c. *Hoc totum factum est in illusionem vnde sequitur.*

6 Et dabant ei alapas. *Vt illuderetur factis sicut illuserunt signis & verbis.*

☞ Exiuit

MORALITER.

†1 *Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagell. & milites ple. co. &c.* BEDA. Et quamuis hæc milites illudendo facerent, nobis tamen operabantur mysteria. Nam per spineam coronam nostrorum nostrorum designatur susceptio peccatorum, quæ sicut spinas terra nostri corporis germinat. In vestimento purpureo caro eius passionibus obiecta significatur. Purpura etiam vestitur cum de triumphis sanctorum martyrum gloriatur.

† *Aue rex.* Sic faciunt illi qui in ecclesiis deuotionis ostendunt † signa, &

A a *Exiuit ergo.* Ecce implentur quæ de se prædixerat Iesus occulta potentia, commendatur patientia qua informantur martyres.

b *Et dicit eis.* Hic apparet non ignorante Pilato hæc à militibus esse facta, siue iusserit, siue permiserit, vt satiatis Iudæis hæc sufficerent, sed magis inardescunt & clamant: *Crucifige, crucifige.*

c *Filium Dei.* Ecce altera maior inuidia quia parua videbatur illicita affectatio regni, B & tamen vtrumque verè erat Christus, & rex & filius Dei.

d *Iesus autem.* Hic & in aliis locis legitur siluisse Christus vt prophetia impleatur: *Sicut agnus coram tondente sine voce, sic non apperuit os suum.* Quæ similitudo de C agno data est, vt in suo silentio nō reus, sed innocens habeatur. Non enim vt conscius conuincitur, sed vt mansuetus pro aliis immolatur.

† Luc. 23. c

Isa. 53. c.

e *Nisi ti. da. fuis. desu.* Id est, à Deo, quia non est potestas nisi à Deo, sed tamen tibi talis data est, vt sis sub alterius potestate, & ideò maius peccatum est ei qui tradidit me tibi inuidendo, quam tibi qui exerces potestatem metuendo: Non tamen Pilatus est sine peccato, & ideò ait, maius. D

GREGORIVS. Cum se dominus membrorum Satanæ manibus pro redemptione nostra tradidit, quid aliud quam eiusdem Satanæ manum in se seruire permisit, vt vnde ipse exterius occumberet, inde nos exterius, interiúsque liberaret? Si igitur Satanæ manus eius potestas accipitur: eius manum iuxta carnem protulit, cuius potestatē corporis vsque ad sputa, colaphos, flagella, E crucem, lanceámque tolerauit, vnde & Pilato eius corporis membro ad Passionem veniens dicit: *Non haberes in me potestatem vllam nisi, &c.* Sed tamen hanc potestatem quam cōtra se ei extrinsecus dederat, suis seruire lucris intrinsecus cōpellebat. Pilatus enim vel Satan, sub potestate illius super quem potestatem acceperat, tenebatur, quia & superior ipse disposuerat, hoc quod inferius, accedens, à persecutore tolerabat, vt cum ex mala mente infidelium surgeret, vtilitati tamen electorum omnium F ipsa

lib. 3. Mor. cap. 11.

* nostram

† 22. q. 1 c. Mouet. §. sed obiicitur.

a b Exiuit ergo iterum Pilatus foras & dicit eis: Ecce adduco 1 vobis eum foras, vt cognoscatis, quia nullam inuenio in eo 2 3 causam. Exiuit ergo Iesus portans spineam coronam, & pur- 4 5 pureum vestimentum, & dicit eis: Ecce homo. Cùm ergo vi- 6 7 dissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes: Cru- 8 cifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & 9 10 crucifigite. † Ego enim non inuenio in eo causam. Respon- 11 derunt Iudæi: Nos legem habemus, & secundū legem * de- 12 13 c bet mori, quia filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus 14 hunc sermonem, magis timuit: Et ingressus est prætorium 15 16 d iterum, & dicit ad Iesum: Vnde es tu? Iesus autem responsum 17 18 non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? Ne- 19 scis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem ha- 20 beo dimittere te? Respondit Iesus: † Non haberes potesta- 21 22 e tem aduersum me vllam, nisi tibi datum fuisset desuper. 23

¶ Mortis. a ¶ Non clarus imperio, sed plenus opprobrio. a ¶ Pilatus. b ¶ q.d. Si regi inuidetis, iam parcite, quia deiectum videtis. c ¶ Qui se regem dixit. ¶ Quare mori debeat. ¶ Vbi non respondebat sicut ouis silebat, vbi respondet sicut pastor docet. ¶ Id est, quantulacunque habes non enim tibi omnimodè liberum est.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Exiuit ergo iterum. *Hic ostenditur circa prædicta Pilati intentio, quæ erat bona quantum ad hoc, quia prędicta iusserat fieri, vt Iudęi tali afflictione Christi essent satiati, & sic consentirent in eius liberationem sine morte. Tamen per hoc non excusatur à toto, quia cum esset iudex super eos, non debebat ei quem sciebat innocentem, etiam minimam pœnam inferre. Igitur Euangelista circa sequentia sic procedit, quia primo declarat conatum Pilati ad Christi liberationem. Secundò Iudæorum resistentiam ad eius condemnationem, ibi:* Cum ergo vidisset. *In prima igitur parte dicitur sic:* Exiuit ergo iterum Pilatus foras, *vbi Iudæi stabant, quia domum eius ingredi non audebant, vt suprà dictum est.*

2 Et dicit eis. *Primo allegans Christi innocentiam.*

3 Ecce adduco vobis eum foras. *Postquam diligenter examinaui eum & flagellaui ad vobis satisfaciendum:* Vt cognoscatis quia nullam inuenio in eo causam. *Secundò ostendit ipsius punitionem iam factam vltra condignum, cùm dicitur:*

4 Exiuit ergo Iesus. *Ex pręcepto Pilati*

5 Portans spineam coronā, &c. *Volebat enim Pilatus sensibiliter viderent qualiter fuisset illusus & flagellatus, vt sic mouerentur ad cōpassionē.*

6 Et dicit eis: ecce homo. *Quasi dicat, etsi in aliquo male egisset tamen vltrà condignum punitus est, & ideo deberet vobis sufficere.*

Iudæorum resistentia ne Christ' liberaretur

7 Cùm ergo. *Hic ponitur Iudęorum resistentia: & hoc dupliciter, primo per irrationabilem clamorem, secundò per rationem, ibi:* Responderunt Iudæi. *In prima parte dicitur sic:* Cū ergo vidissent eū pontifices. *Sic flagellatū & illusū, & cognoscerēt, quod Pilatus sic volebat dimittere ipsū.*

8 Et clamabāt. *Tumultuosè, & alios ad clamandum excitabant di.*

9 Crucifige. *Quasi dicat, hęc pœna nullo modo nobis sufficit, sed petimus quod moriatur.*

10 Dicit eis Pilatus ac. *Derisoriè & indignanter hoc dixit, quia non habebant potestatem iudicandi aliquem ad mortem, vt supra dictum est, & est similis modus loquendi, ac si diceret: Si haberetis potestatem dare mortis sententiam, cito & sine causa faceretis, sed ego hoc agere nolo, ideò sequitur:*

11 Ego enim non inuenio in eo cau. *Dandi talem sententiam.*

12 Responderunt. *Videntes Iudæi, quod Pilatus non acquiesceret eorū clamori, inceperūt allegare rationes alias quam suprà allegauerat. Non enim illas audebant reiterare, quia Pilatus iam illas euacuauerat, & ideò hic aliud allegant. Et primò allegant ipsum fecisse contra legem Dei, secundò contra legem imperatoris Romani, ibi:* Exinde quærebant. *In prima igitur parte allegant sic Iudæi.*

13 Nos legem habemus. *Scilicet, à Deo datam in monte Sinai.*

14 Et secundum legem debet mori. *Quia Leui 14. c. præcipitur, quod blasphemi occidantur, & tale crimen imponebant ei, vnde sequitur:*

15 Quia filiū Dei. *Veruntamē Christus hoc dicēdo non blasphemauit, sed veritatem dixit & per scripturam probatum, vt suprà habitum est cap. 10.*

16 Cum ergo au. &c. ma. ti. *Non propter legem Iudæorum quam non obseruabat, sed ne verum esset, vt sibi oblatus esset, verè Dei filius & sic factum enorme fecisset ipsum flagellando & ideo de hoc voluit certiùs inquirere, vnde sequitur:*

17 Et ingressus est. *Vt veritatem magis posset cognoscere extra tumultum Iudęorum.*

18 Et dicit ad Iesum. *Per hoc quęrens si esset in origine diuina secundùm veritatem.*

Christus Pilato non respondit propter tria.

19 Iesus autem respon. non. de. *Primò quia erat homo gentilis & idololatra, & generationem filij in diuinis capere non posset. Secundò, quia nolebat passionem suam impedire. Tertiò quia prophetatum erat de eo, Isaiæ 53. c.* Et si agnus coram tondente se obtumescet, &c. *Et ideo volebat illud propheticum implere.*

20 Dicit ergo ei Pi. &c. *Mirabatur de eius taciturnitate, cum esset in puncto liberationis vel condemnationis suæ. Sequitur:*

21 Nes. quia ha. po. &c. *Q.d. mihi saltem deberes respondere,*

22 Respondit Iesus. *Non ad impediendum suam passionem, sed ad reprimendum Pilati iactantiam.*

23 Non ha. po. aduer. me vllam nisi tibi datum esset desuper. *Id est, à principibus Romanorum, & vlterius permissum à Deo, qui est potestas superior. Et ex hoc arguitur eius peccatum, quia non acceperat potestatem à Cæsare, & à Deo condemnandi innoxios, sed magis liberandi eos, & cum hoc ostendit peccatum Iudæ, & Iudęorum esse maius quam peccatum ipsius Pilati, quia ad occisionem Christi Iudas fuit motus cupiditate, Iudæi autem inuidia & rancore, sed Pilatus fuit motus humano timore, vt magis patebit, & hoc est quod dicitur:*

Propterea

MORALITER.

† signa, citò post iniurias Christo graues in membris suis faciunt.

8 *Clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum, &c.* Nam obstinata nequitia non emollitur misericordia.

8 *Clamabant*

ipsa quoque crudelitas deseruiret.

A a *Et exinde.* Id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendi innocentem (& si minus illis inuidis) quærebat dimittere, nõ quod tunc primum quæreret, sed si priùs volebat modo quærebat.

b *Si hunc dimittis, non es ami.* Suprà legem proposuerunt, secundum quam deberet mori, quia filium Dei se fecit: Sed quia ille legem gentis alienæ non timet, sed magis timet occidere filium Dei, B terrent eum à Cæsare, quem non potest vt autorem potestatis suæ contemnere.

c *Erat autem pa.* ✱ THEOPH. Quomodo Marco dicente tertiam horam quando Christus crucifigebatur Ioannes sextam dicit. Igitur hoc soluunt quidam, quia scripturæ schema sit, nam litera quidem tertiam horam significat, & est character eius talis. γ litera autem quæ sextam signat habet characterem talem ϛ verisimile igitur literam γ gamma à scriptoribus non attentis transisse, quibusdam mutilatis, in characterem episemi quo sextus numerus signatur, & sic errorem hũc ortum. Quod autem hoc veC risimile sit factum esse, & tertiam horam scriptam esse etiam apud Ioannem, & non sextam, sicut nunc manifestum hinc est. Nam cum tres Euangelistæ consonanter dicant quod à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram & vsque ad horam nonam, manifestum quod Dominus noster ante sextam horam priusquam fierent tenebræ crucifixus sit, scilicet, circiter horam tertiam. Alij autem aiunt quod Marcus horam quidem qua lata est sententia de crucifigendo domino manifestè & absque dubitatione ponat: Vtique quia crucifigere & punire ab eo tempore iudices dicuntur, quo sententiam proferunt, eò quòd vis pœnæ & mortis in linguis quoque sit. Eius gratia Marcus tertia hora crucifigi eum dicit à qua Pilatus sententiam exposuit. Ioannes autem cum Marcum dixisset tempus sententiæ, horam in qua Dominum crucifixerunt, dicit. Si D autem quis dicat, quare circiter horã tertiam cum dicatur crucifigi, vult iterum absolui illum? Dicat primum quidem quod à multitudine coactus dedit sententiam, deinde & somnio mulieris impulsus fuerit. Insuper considera & Ioannem dixisse, quod fuerat hora fermè sexta, quasi non definiens, & in ambiguo relinquens, dixit fermè sexta.

AVGVSTINVS. Parasceue quod interpretatur præparatio, est sexta feria qua præparabant neE cessaria sabbato, qua die præcepit Moyses duplo colligere mãna propter sabbatũ: [Exod.16.a] *Hora quasi se.* Quia iã inceperat sexta hora [Mat.15.b] diei, quando Pilatus sedit pro tribunali, & dũ duceretur Iesus, & cætera gererentur, completa est sexta hora, ex quã tenebræ fuerant vsque ad nonam. Sed ne hoc facinus in Romanos, sed magis in Iudæos retorqueatur, dicit Marcus hora tertia crucifixum, quia Iudæi clamauerunt ea hora: *Crucifige, crucifige.* [Mar.15.c]

Vel Pascha est immolatio Christi, cuius parasceue, id est, præparatio à nona hora noctis cœpit, qua in domo pontificis pronunciata est mors Christi à dicentibus, reus est mortis ab illa [Mat.26.f] hora noctis nona vsque ad diei tertiam, sex horæ sunt præparationis, tres noctis tres diei, quarum sexta iam cœperat cum Pilatus tribunal ascendit, quod adhuc erat præparatio immolationis, quæ facta est secundum Marcum tertia non præparationis, sed diei, & eadem est sexta præparationis.

d *Regem vestrum crucifigam?* Adhuc terror quem de Cæsare ingerunt superare conatur, dicens: *Regem ve. cru.* De ignominia eorum volens eos frangere, quos de ignominia Christi nõn poterat mitigare.

e *Tunc ergo.* Quia profitentur Cæsarem apertè contra eum esse si alium regem velit eis ingerere, dimittendo impunitum quem propter hos ausus tradiderant occidendum. Victus ergo timore tradidit eis Iesum vt crucifigatur.

THEOPH.

(¶ Iudaicus populus.) (¶ Id est, ideo.)

a 1 Propterea qui me tradidit tibi, minus peccatum habet. Et 2 exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem cla-3 b mabant, dicentes: Si hunc † dimittis, non es amicus Cæsaris. 4 Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Pilatus 5 *(¶ Timet, sed non consentit.)* autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & 6 *(¶ Pro iudice vel in sede.) (¶ Id est, iudicium vel iudiciale.)* sedit pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostratos, Hebrai-7 8 *(¶ Id est, collis vel sublimitas.)* c ce autem Gabatha. Erat autem Parasceue Paschæ; hora 9 10 quasi sexta: Et dicit Iudæis: Ecce rex vester. ✝ Illi au-11 tem clamabant: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis 12 d Pilatus? Regem vestrum crucifigam? Responderunt 13 14 e pontifices: Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo 15 16

† dimiseris

NICOLAVS DE LIRA.

1 Propterea qui met. &c. *In quo concluditur peccatum Pilati, quia maius non dicitur nisi per comparationem ad minus.*

2 Et exinde. *Hic consequenter allegant Iudęi Christum fecisse contra legem Imperatoris, quia videbant quod Pilatus parum erat motus eorum prædicta allegatione, sed volebat Iesũ omninò dimittere, & hoc est quod dicitur:* Exinde quærebat, &c. *Viderat enim Pilatus tanquam homo astutus, quod Christus rationabiliter conuicerat eum de peccato si eum innocentem condemnaret, & ideo quærebat occasionem dimittendi eum quod videntes Iudęi clamabant:*

3 Si hunc di. non es amicus. *i. non zelas pro honore & statuto domini tui custodiendo. Quod arguunt consequenter di.*

4 Omnis enim qui se re. f. con. *Imperatores enim Romani abstulerunt à Iudæis regiam dignitatem, ne haberent rebellandi occasionem. Et ideo quicunque inter Iudæos dicebant se regem qualitercunque videbatur contra ordinationem Imperatoris facere. Christus autem concesserat se regem esse, vt patet ex prædictis, & ideo quamuis secundum veritatem hoc regnũ non esset cõtra dominium Imperatoris, vt suprà dictum est, tamen hoc arguebatur apparenter. Pilatus autem non audebat etiam secundum minimam apparentiam facere contra Imperatoris honorem, ideò sequitur:*

5 Pilatus. &c. adduxit fo. Ie. *Vt coram Iudęis euidentius de facto inquireret, & eorum dictum falsum ostenderet.*

6 Et sedit pro tri. *i. in loco sedis iudiciarię.*

7 In loco qui dicitur litho. *i. lapidum stratura, & dicitur à lithos quod est lapis, & stratos quod est pauimentum siue stratura, & est nomen Græcum, Hebraicè autem Gabatha, quia hoc nomen Hebraicum idem significat sicut Gręcum. Ille enim locus erat ante domum Pilati. Ante enim domos magnatorum solet esse locus de lapidibus præparatus.*

8 Erat autem parasce. &c. *Quia erat feria sexta, & prima dies solennitatis Paschalis, dicebatur autem feria sexta parasceue, i. præparatio, quia illa die pręparabant Iudæi cibaria prò die sabbati, in quo non erat licitum aliquid decoqui vt habetur Exod.16.f.*

9 Homo qua. se. *Contrarium videtur Mar. 15. c. vbi dicitur:* Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. *Priùs autem fuit iudicatus quam crucifixus:* ergo, &c. *Dicendum, quod secundum veritatem erat tempus medium inter tertiam & sextam, medium autem ab vtroque extremo potest denominari, & ideo Marcus expressit illud tempus medium per horam tertiam, Ioannes verò per sextam.*

10 Et di. iu. *Allegans pro Christi liberatione.*

11 Ecce rex ve. *Q.d. Mirum est quod hunc hominem abiectum & flagellatum dicitis sibi velle vsurpare regnum Iudæorum.*

12 Illi autem cla. *Sicut furibundi.*

13 Tolle, tolle, crucifige eum. *Q.d. non possumus videre eum.*

14 Dicit eis Pilatus. *Allegans in crucifixione Christi eorum verecundiam, dicens:*

15 Regem ve. cruci. *Q.d. ex quo eum regnare formidatis, & iam in hoc fuit fama magna erit vobis verecundia si morte moriatur sic abiectus Vnde & posteà* Pilatus *scripsit titulum crucis ad eorum verecundiam:* Iesus Nazarenus rex Iudęorum.

16 Responderunt pon. Non habe. re. ni. Cæ. *Ex quo patet, quod extunc perpetuę subiectioni Romanorum se obligauerunt, renunciantes omni alteri regia dignitati. Patet etiam eorum obstinatio ad procurandum Christi mortem, cum pro eius procuratione confessi sunt in perpetuum seipsos subiectos seruituti.*

Tunc

MORALITER.

† 16 *Respon. pon. non habe. regem nisi Cæsa.* Hoc facto clamant nostri pontifices & curati, qui suas ecclesias dimittentes, ingerunt se negotijs temporalibus principatus vel regni.

† *Et baiulans*

✠ THEOPHYLACTVS. Vide quomodo alium regem præter Cæsarem non cognoscunt voluntariè se Romanorum Imperio subijcientes, & Dei regnum repellentes, ideò & Deus eos Romanis tradidit quos sibi reges adsciuerant, destitutos diuino præsidio & cura.

a *Tradi. eis Ie. vt crucifigeretur.* Eis, nō quod ipsi manibus eum acciperent, qui suprà hoc excusauerant, sed vt crimine impliciti videantur, à quo alieni esse conantur, cum non nisi pro eis hoc faceret Pilatus, vnde nec ait vt crucifigerent, sed vt crucifigeretur iudicio & potestate Pilati.

b *Baiulans.* Portabat crucem suam Iesus. Grande ludibriū impijs, grande mysteriū pijs gloriantibus, quasi in sceptro regni, & est crux cādelabrum lucernæ, quæ non erat sub modio ponēda. Primò dominus crucē portat, quia prior passus est. Posteà imposita est Simoni Cyrenæo, quia debemus sequi vestigia.

† Matt. 27. Mar. 15 c. Luc. 23. e.

¶ Id est, voluntati eorum. a ¶ Milites facto Iudæorum voto qui totum fecerunt quod fieri extorserunt.

a tradidit eis illum, vt crucifigeretur. † Susceperunt autem Ie- 1 2
a ¶ Suo humero vt eam commendaret imitatutis.
b sum, & eduxerunt eum. Et bāiulans † sibi crucem exiuit in eum 3 4
a ¶ Id est, decollatorum. ¶ Locus decollationis.
qui dicitur Caluāriæ locum, Hebraice autem Golgotha, vbi 5
a ¶ Latrones vt alij dicunt, vt sic cum impijs deputatus.
c crucifixerunt eum, & cum eo aliōs duos, hinc, & hinc, medium 6
¶ Operatur diuina vis in corde nescientis.
autem Iesum. Scripsit autem titulum Pilatus, & posuit super 7 8
¶ Corde, non carne.
crucem. Erat autem scriptum Iesus Nazarenus rex Iudæo- 9 10
rum. Hunc ergo titulum multi legerunt Iudæorum, quia 11
d prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. † Et erat 12 13
¶ Tribus linguis scribitur, quasi tribus testibus, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum.
scriptum Hebraicè, Græcè & Latinè. Dicebant ergo Pilato 14
a ¶ Qui prædixerant. Non ha. re. nisi Cæ.
b ¶ Non potest mutari quod veritas dixit, nec quod Pilatus scripsit.
pōtificēs Iudæorum: Noli scribere, rex Iudæorum, sed qua ipse 15
a ¶ Vt impleatur scriptura, Ne corrumpas tituli inscriptionem.
b ¶ Q. d. Non corrumpo veritatem, etsi vos diligitis falsitatem.
dixit, rex sum Iudæorum. Respōdit Pilatūs: Quōd scripsi, scripsi. 16
a ¶ De alijs vestimentis sine sorte.
e † Milites ergo cū crucifixissent eū, acceperunt vestimentā eius, 17

✠ THEOPHYLACTVS. Vide autem & in veteri typo quodam hoc factum. Isaac enim & illic ligna portans vadit vt immoletur. Ita vt hoc loco dominus crucem habens. Vadit & quasi miles arma gerit, quibus aduersarium prosternat, quod autem Isaac figura sit domini manifestum. Isaac enim interpretatur risus, vel gaudium. Quis autem alius gaudium nostrū factus est, quam is qui in conceptione humanæ naturæ per angelum χαῖρε, hoc est, gaude communicauit.

† Mat. 27. d Marc. 15. b. Luc. 23. d. † suam

c *Et cum eo.* Latro qui permāsit in perfidia, significat Iudæos, qui confitetur Gentes significat.

d *Et erat scriptum.* Hæ tres linguæ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in lege Dei gloriantes: Græca propter gentium sapientes: Latina propter Romanos tunc penè omnibus Gentibus imperantes.

† Mat. 27. d Mar. 15. c. Luc. 23. c.

e *Milites ergo cum crucifixissent eum.* Ecce quæ gesta sunt iuxta crucem, cum iam crucifixus esset.

✠ THEOP. ☞ Quatuor

NICOLAVS DE LIRA.

1 Tunc ergo tra. *Hic incipit agere euangelista de crucifixione Christi, & diuiditur in tres, quia primò agit de crucifixione, secundò de morte, ibi*: Posteà sciens Ie. *Tertiò de sepultura, ibi*: Post hæc autem ro. *Prima in duas, quia primò describit ipsam crucifixionem, secundò agit de consequentibus ad ipsam, ibi*: Scripsit autem ti. *Circa primum sciendum quod Pilatus videns quod propter mortem Christi obligabant se Iudęi perpetuæ seruituti Roma. timuit si hoc refutaret, ne accusaretur apud Cæsarem, & ideo motus timore Imperatoris, & fauore Iudaici populi, cui præerat, & à quibus pecunias leuare sperabat contra iustitiam dedit sententiam de morte innocentis, et hoc est quod dicitur*: Tunc er. tra. e. il. *Per sententiam diffinitiuam.*

2 Vt cru. *Tamen priùs lauit manus suas, imponens peccatum de morte Christi Iudęis ipsis hoc recipientibus, vt habetur Matth. 27. quamuis non esset per hoc excusatus secundùm veritatem.*

3 Et ba. si. cru. *Primo enim portauit eam, vt hic dicitur, tamen postea inuenientes Simonem Cyrenensem fecerunt sibi portare crucem, vt citius venirent ad locum passionis, quia Iesus per totam noctem præcedentem afflictus fuerat, & ideò lento gradu incedebat.*

4 Exiuit in eum. *Iste locus erat propè ciuitatem Ierusalem, & dicunt aliqui, quod dicitur locus Caluariæ à Caluaria Adæ ibi sepulti. Sed hoc est falsum, quia sepultus fuit in Hebron, vt dicitur Iosue 14. Sed sic nominatur locus Caluariæ, quia in illo loco malefactores decapitabantur & sic patet mortis Christi turpitudo ex conditione loci, & ex modo mortis, cum dicitur.*

5 Vbi cru. *Crucifixio enim erat turpissimum genus mortis.*

6 Et cum eo ali. *Ex quo apparet turpitudo mortis Christi ratione societatis, quia inter duos malefactores fuit crucifixus. Hoc autem factum est ex Iudæorum intentione & diuina ordinatione, tamen diuersimodè, quia Iudæi per hoc intendebant inducere suspicionem populo quod Iesus esset particeps & principalis in eorum malefactis. Ex intentione autem diuina factum est hoc, vt impleretur scriptura Esa. 53. d.* Et cum iniquis deputatus est.

7 Scri. au. *Hic ponuntur quędam consequentia ad Christi crucifixionem, & sunt tria, quia primum pertinet ad Pilatum, secundum ad milites crucifigentes Iesum, tertium ad parentes Christi existentes prope eum, secundum ponitur ibi*: Milites autem. *tertium, ibi*: Stabant autem. *Circa primum sciendum, quod modus Romanorum erat scribere causam mortis crucifixorum super lignum crucis. Iudęi autem contra voluntatē Pilati petierunt Christum crucifigi, vt patet ex prædictis, & ideò per talem modū scripsit titulum, vt redundaret in verecundiā eorum, et hoc est quod dicitur*: Scri. autem ti. pi. *In quadam charta tabula affixa.*

8 Et po. su. cru. *Illam tabulam.*

9 Erat autem scri. Iesus. *In quo exprimitur nomen proprium.*

10 Nazare. *Quo ad patriam, quia ibi fuit nutritus, vt dictum est.*

11 Rex Iudæorum. *In quo exprimitur causa mortis.*

12 Hunc ergo titu. mul. le. Iu. *Et causa subditur*: Quia pro. ciui. erat locus vbi cruci. est Iesus. *Et ideò multi de ciuitate poterant de facili illuc venire.*

13 Et erat scri. He. Græ. & La. *Vt omnes qui de diuersis partibus orbis ad festum paschale venerant possent illum legere, Venerant enim ibi aliqui Gentiles, vt suprà dictum est cap. 12. Et ideò titulus fuit scriptus tribus linguis principalibus.*

14 Dice. ergo Pi. pon. Iu. no. scrip. *Quia videbant quod talis modus scribendi redundabat in verecundiam eorum, & maximè propter Gentiles, qui hoc verbum erant reportaturi ad diuersas partes orbis, & ideò voluerunt titulum sic corrigere.*

15 Sed quia ipse di. rex sum Iu. *Hoc enim modo non sonaret in eorum verecundiam.*

16 Respon. Pi. Quod scripsi, scripsi. *Quod scripserat confirmando. Nec fortuitu factū est hoc sed diuina præordinatione, quia hoc erat ante prophetatum, propter quod Psal. 58. qui loquitur de passione Christi, & duo psalmi pręcedentes sic intitulantur*: *Ne corrumpas tituli inscriptionem, & ideò titulus crucis Christi tripliciter descriptus non fuit mutatus, sed magis confirmatus.*

17 Mili. er. *Hic ponitur secundū consequens ad Christi crucifixionem, & perti-*

7 Scri.

MORALITER.

† 3 *Et baiulans sibi cru. &c.* Per hoc nos inducens ad sui sequelam, sicut dixerat Matth. 16. d. *Si quis vult post me veni. abne. semetipsum, & tol. cru. suam, & se. me.*

6 *Et cum eo alios, &c.* Exponatur sicut Matth. 27. & Mar. 15. & Lucæ 23.

16 *Quod scripsi, scripsi.* Per hoc autem quod Iudæis petentibus Pilatus delere titulum, qui sonabat confusionem Iudæorum, noluit, sed magis ipsum confirmauit, significatum fuit quod Christi mors ad confusionem eorum erat futura per exercitum Romanorum, & ad regni Christi exaltationem propter sequentem resurrectionem, propter quod tunc dixit Matth. vlt. d. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.*

17 *Mili. ergo cum crucifi. eum, acce. vesti. eius, &c.* Exponatur sicut Matt. 27. & Mar. 15.

† Cum

a ¶ Hinc apparet quatuor milites fuisse qui crucifixerunt.

a & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tuni- [1] [2]

a ¶ Acceperunt similiter, sed non similiter diuiserunt. b ¶ Hæc est causa quare non diuiserunt. c ¶ Quia charitas supereminet præ omnibus.

b c cam. Erat autem tunica inconsutilis, † desuper contexta per [3] [4] totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam, sed [5] [6] sortiamur de illa cuius sit, vt scriptura impleretur dicens: [7]

¶ Non sortiti. ¶ Alia quam tunicam. ¶ Tunicam.

[8] † Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam mise- [9] runt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabat [10] [11]

a ¶ Hæc erat mater Iacobi.

autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror ma-

a ¶ Filia Cleophæ.

tris eius Maria Cleophæ, & Maria Magdalenæ. Cum vi- [12] disset ergo Iesus matrem & discipulum † stantem quem

a *Quat.* Quadripertita vestis signat ecclesiam toto orbe, qui quatuor partibus constat diffusam omnibus partibus æqualiter id est, concorditer distributam. Tunica sortita omnium partium significat vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur.

b *Incon.* Ne aliquando dissoluatur vnitas ecclesiæ. Et ad vnum peruenit, quia omnes in vnum colligit, sicut & in duodecim vnus Petrus pro omnibus dicit: *Tu es Christus filius Dei viui.* Et ei pro omnibus dicitur: *Tibi dabo claues regni cœ.* Vnus pro omnibus quia vnitas est in omnibus.

Matth. 16. † Psal. 22. d. 2. Cor. 6. b.

✠ Theophylact. Quod autem tunica à summo fuerit contexta non frustra fuit appositum. Et alij quidem dicūt allegoriam per hoc signari, quod non simpliciter homo fuerit crucifixus, sed & deitatem supernè habuerit. Quidam verò genus dicunt tuniculæ Euangelistam narrare. Quia enim Palestini duos pannos committendo contexunt vestes, pro futura vtentes contextu, manifestans Ioannes quod talis fuerit tunicula, dixit quod à summo per totum fuerit contexta, hoc est, ab initio & supernè vsque ad infima. Manifestat autem hinc vtilitatem vestimentorum Christi. Alij autem dicunt quod in Palestina contexantur lilia non sicut apud nos. Nam suprà quidem est filum, infrà autem contexitur panno, & ita regressio fit, sed contrariò modo, infrà enim sunt fila, in summo autem contexitur contextus, & talis fuit tunicula domini. Sacramentum quoque per hoc nobis insinuatur. Nam corpus domini supernè quidam contextum est. Spiritus enim sanctus venit super virginem & virtus altissimi obumbrauit eam. Licet enim hominis naturam susceperit, quæ infrà est, & ceciderit, sed supernè Spiritussancti gratia constitit, & compacta est diuina caro. Igitur sanctum corpus Christi indiuisibile est, & diuiditur & communicatur in quatuor partes orbis, vsum præbens singulis & vniuscuiusque animam sanctificans cum corpore per suam carnem vnigenitus & integer in omnibus est, existens vbique.

c *Desu.* Quia charitas supereminet omnibus per totum, quia nemo est eius expers qui pertinere videatur ad totum, à quo toto, sicut Græca indicat lingua, catholica vocatur ecclesia, quæ in sorte Dei gratia commendatur.

† à summis

✠ Theophylact. Quomodo soror matris eius diceretur Maria Cleophæ cum non habuerit alium puerum. Cleophas frater fuit Ioseph & cū absque liberis mortuus esset Cleophas (vt quidam dicunt) Ioseph eius vxorem duxit, & filios fratri peperit, quorum vna & nunc commemoratur Maria quæ soror dicitur Deiparæ, hoc est cognata. Solet enim scriptura cognatos dicere fratres. Sicut & Isaac de Rebecca dicebat, *Soror mea est.* Quamuis vxor esset, ita & hoc loco soror Deiparæ dicitur, quæ Cleophæ vxor habita propter cognationem.

† astantem

d *Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat.* Qui diuina facturus, quasi repulit ignotam matrem, iam ostendit venisse horam, quam tunc prædixit, in qua agnoscit de qua fuerat mortaliter natus. Et docet vt à pijs filijs impendatur cura parentibus, vnde & Apostolus: *Si quis suorum curam non habet, fidem negat, &c.*

1. Tim. 5.

✠ Theophylactus. Vide quomodo cum essent aliæ mulieres solius matris curam agat, nam oportet quidem parentibus ad pietatem obsistentibus non parere, non obsistentibus autem omni cura seruire, sicut & ipse cum migraret è vita, quod verisimile erat matrem dolere & præsidium requirere cum credidit discipulo præfecturam eius. Occultat autem proprium nomen Euangelista modestiæ gratia.

a *Mulier*

NICOLAVS DE LIRA.

& pertinet ad milites, qui crucifixo Christo diuiserunt sibi vestes suas, & hoc est quod dicitur. Mili.er.tum cru.eum, ac.ve.eius. *Ex quo apparent duo, primùm est passionis Christi ignominia in hoc quod nudum eum crucifixerunt, quod non fit nisi abiectis et vilibus personis, secundùm est crucifigentium auaricia, quia Christi vestes quamuis essent parum valentes, tamen sibi rapuerunt.*

1 Et fece.qua.&c. *Quia erant quatuor milites ipsum crucifigentes.*

2 Et tuni. *Scilicet, citra partes prędictas, quam non diuiserunt, eò quod erat inepta diuisioni, quod patet ex eo quod subditur.*

3 Erat autem tunica inconsutilis. *Id est, sine sutura.*

4 Desuper contexta per totum. *Ex hoc dicunt aliqui, quod Christus preciosis vestibus vtebatur. Sed Chry. dicit contrarium, dicens quod in Palestina pauperes induebantur talibus indumentis reticulato opere factis ad modum ciliciorum, & hoc videtur veriùs, quia Christus commendauit vilitatem vestimentorum in Ioan. Bap. Matth.* 11.*a.* Quid existis in deser.vi.homi. mol.vestitum? *Q.d. Non. Et preciositatem ibidem reprobauit, ibi:* Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus re.sunt, &c. Iesus autem cœpit facere & docere, *vt habetur Act.* 1.*a. & ideò non est verisimile, quod vsus fuerat preciosis vestibus.*

5 Dixerunt ergo, &c. Non scin.il. *Quia partes nihil valuissent.*

6 Sed sor.de il.cuius sit. *Vnde patet quod super solam tunicam miserunt sortem. Sed contrarium videtur Mar.* 15.*b. vbi dicitur.* Diuiserunt sibi vestimenta eius & mittentes sortem super eis, quod quis tolleret. *Dicendum quod dictum Marci debet diuisiuè intelligi, sic,* Diuiserunt sibi vestimenta eius, *scilicet, alia à tunica, & postea sequitur,* mittentes sortem super eis, *quod per synecdochen debet intelligi,* super eis, *id est, super aliquod eorum scilicet, super tunicam,* quid quis tolleret, *id est, quis tolleret illam tunicam. Sequitur:*

Psal. 21.

7 Vt scriptura impleretur. *Quæ dicit Psal.* 21.

8 Partiti sunt vesti.mea sibi. *Scilicet, alia à tunica inconsutili.*

9 Et in ve.meam mise.sor. *Id est, super aliam tunicam inconsutilem, ex quo etiā patet quod Christus propriè habebat plura vestimenta.*

10 Et mi. qui hæc fe. *Scilicet sicut erat scriptum Psal. prædicto, hoc addidit euangelista, vt ostendat prophetiam impletam per factum eorum patet etiam per prędicta falsitas Iudæorum exponentium Psal. prædictum de persecutione quam habuerunt Iudæi per Aman, dicentes quod Mardochæus fecit prędictum Psalm. quia titulus Psalmi ostendit contrarium, quia ille Psal. intitulatur à David & non à Mardochæo. Item in principio Psal. dicitur:* Longè à salute mea verba rugitus mei. *Secundum veritatem Hebraicā & translationē Hie. quod verificatum est de passione Christi, qui non fuit liberatus à passione, quamuis de hoc clamaret ad patrem, sicut suprà dictum est ca.* 12. Pater saluifica me ex hac hora. *Tempore autem Mardochæi Iudæi fuerunt liberati celeriter post orationem eorum, quia priùs fuerunt liberati quam veniret tempus statutum interfectionis eorum. Item ibidem subditur:* Foderunt manus meas, & pedes meos. *Quod non est impletum in Mardochæo, nec in aliquo Iudæo illius temporis, sed magis è conuersò ipsi Iudæi Aman et filios eius crucifixerunt.*

11 Stabat. *Hic ponitur tertium consequens ad Christi crucifixionem, & pertinet ad eius parentes, quia Christus in cruce positus antequam moreretur voluit matri sua de custodia & ministro prouidere, dans exemplum alijs, vt ipsi sint solliciti impendere debitum obsequium parentibus suis, & hoc est quod dicitur:* Sta.au.iu.&c. *Contrarium autem videtur Luc.* 23.*f. vbi dicitur:* Stabant autem omnes noti eius à longè. *Dicendum quod primò fuerunt propè, vt hic dicitur, & tunc Christus hęc verba dixit, sed procedente passione propter turbam comprimentem se retraxerunt, secundùm quod dicit Lucas. Vel fortè ista persona hic nominata tanquam magis feruentes in amore Christi propinquius stabant, sicut dicit Ioan. alia autem multa personæ erant Christo nota, quæ pro timore à longè stabant, & de illis loquitur Lucas, dicit tamen quod omnes noti eius stabant à longè, quia multò plures erant stantes à longè quàm à propè.*

12 Cum vidi.er. *Quem diligebat. s. Ioan. qui scripsit hoc euangelium & propter*

MORALITER.

† 12 *Cum vi.er.etc.* Per hoc autem, quod positus in tanto tormēto matri suæ prouidit de ministro, docuit nos in quocunque statu simus, honorare parentes, inquantum fieri potest bono modo.

† *Et incli-*

a *Mulier etc.* Matri quam relinquit, alterum pro se filium quodam modo tribuit. Nam cur hæc fecerit, hæc sequentia indicant.

b *Et ex illa hora ac. eam di.* Qui etsi iam non haberet propria, in illa societate centupliciter acceperat, vbi erant omnia communia nihil habens & omnia possidens.

c *Omnia consumma.* Omnia quæ oportebat fieri antequam acciperet acetum, & traderet spiritum. Vt etiam scriptura hęc consummaretur: *In siti mea pot. me ace. di. Sitio.* q. d. hoc minus fecistis, date quod estis. Degenerauerunt enim à vino patrum de iniquitate mundi, quasi de pleno vase impleti, habentes cor vt spongiam, cauernosis & tortuosis latibulis fraudulentum. Hisopus humilis herba pectus purgat, significat humilitatem Christi, per quem fusus sanguis nos emundat. Hanc circundederunt Iudæi, & se circumuenisse putarunt. Arundo significat scripturam, quæ hoc facto implebatur.

✻ THEOPH. Tradidit quidem spiritum dominus Deo & patri ostendens, quod posthæc animæ iustorum in monumentis non versantur, curent autem in manus patris omnium, sed peccatorum animæ in locum supplicij detractæ, hoc est, in infernum depellentur. At illi camelum deglutientes, & culicem excolantes tali patrato facinore de die obseruando diligenter cogitant. Di. cit. n. vt ne maneant in cruce corpora rogauerunt Pilatum, hoc est, obsecrauerunt vt tollantur.

d *Sed vnus.* Vigilanti verbo vsus est. Nō dicit percussit vel vulnerauit, sed aperuit, vt illi quodammodo vitæ ostium panderetur, vnde sacramenta Ecclesiæ emanauerunt, sine quibus ad vitā non intratur. Ille sanguis fusus est in remissionē peccatorū. Aqua, & lauacrum præstat & potū. Ecce ostium in latere arcę quo intrāt animalia diluuio non peritura: Ecce mulier facta de latere dormientis.

✻ THEOPHYL. Considera quomodo per saucium latus, vulnus lateris, hoc est Euæ sanatur, & sicut in paradiso vbi Adam obdormiuit ablata est, ab eo costa, & hoc loco cum

(Pre ceteris familiariter.) a diligebat, dicit matri suæ. Mulier, ecce filius tuus. † Deinde *(Quia ad eius curam quicquid est necessarium pertinet.)* b dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam *(Matrem.)* discipulus in suam †. *(Qui omnia disposuit per nescientes agit.)* c Posteà sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura dicit: †Sitio. Vas† autem positum erat aceto plenum. Illi † ergo spongiam † ple- *(Per arundinem, vt alius dicit.)* nam aceto, hysopo eam circumponentes obtulerunt ori eius. *(Quod prophetis prædixerat. Et quia nihil iam restat quod ante mortem fieri oportet & tradidit spiritum, vt qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi eam.)* Cum ergo accepisset Iesus acetum, Dixit: † Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo, quoniam parasceue erat, vt non remanerent in Cruce corpora sabbatho, (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt *(a Vt morerentur. b Mortui de ligno, ne pendentes magnum diem sui diuturni cruciatus horrore fœdarent.)* frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites, & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cùm venissent, vt vi- d derunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: † Sed vnus

Marginalia: † siti suâ iust. † 27. q. 2. c. quod autē. § ii si con iuges. & c. priusquam & c si enim. † Psal. 68. e. † igitur. † autem. † impletā. † De celebr. mi. c. in quadam §. sed aduersus. Gen. 6. e. Gen. 2. d. † De cōse. di. 2. c. i. & c. oportet. Decel. mis. c. cū Marthæ. §. q. fuisti & c. in quadam. §. per hoc autem.

NICOLAVS DE LIRA.

& *propter hoc de se loquitur tanquā de quodā altero, vt sup. dictum est.*

1 Di. ma suæ. Mulier, ecce fi. tuus. *q. d. vsque nunc fuit tibi ad obsequium, de cætero iste erit loco mei. Et nota quod loquens matri suæ de cruce, non dixit ei, mater, sed mulier, vocans eam communi nomine, ne ex teneritudine nominis materni si exprimeretur, aggrauaretur animus virginis videntis passionem filij.*

2 Deinde di. disci. &c. *q. d. depute te ad eius obsequium.*

3 Et ex il. hora ac &. in suam. *Silicet, curam & diligentiam.*

4 Po. sci. *Hic agit euangelista de Christi morte. Et diuitur in duas, quia primo ponitur Christi consummatio per mortem, secundò eius lanceatio post ipsam, ibi:* Iudæi ergo. *Circa primum sciendum quod consummatio nostræ salutis consummanda erat per venerabilem mortem Christi, vt declarat Apostolus Heb. 2. et hoc est quod dicitur hic:* Posteà. *supple. quę dicta sunt.*

5 Sciens Ie. &c. *Scilicet, quæ scripta erant: de Christo passuro, quia pauca restabant ante mortem eius implenda, s. eius potatio, quæ in prōptu erat: vnde sequitur.*

6 Vt consum. scri. *Psal. 68. e.* In siti mea po. me aceto *ideò ad illud residuum implendum.*

7 Dicit, sitio. *Tantum laborauerat et de sanguine emiserat, quod corpus eius erat desiccatum & adustum, & propter hoc sitiebat suprà modum et talis sitis est maximum tormentum.*

8 Vas autem posi. erat, &c. *Illud enim portauerant milites vt darent crucifixis adhibendum, vt per hoc citius morerentur, et sic de custodia eorum in cruce expedirentur. Talis enim potatio aceti mortem accelerat crucifixi, vt dicunt aliqui. Aliā autem causam huius aceti tetigi Mat. 22. quia videtur probabilior ista, & hæc est ibidem satis diffusè posita propter quod hic omitto.*

9 Illi ergo spon. &c. *Id est, ligno hysopi.*

10 Circun. ob ori. eius. *Erat enim eleuatus à terra, ita quod sola manu non poterant attingere ad os eius.*

11 Cum ergo. *Contrarium videtur Matth. 27. vbi dicitur:* Noluit bibere. *Dicendum, quod illud quod est modicum quasi nihil reputatur, vt dicitur 2. Physi. et ideò quia parum de illo aceto accepit, vt dicit hic Ioan. Matth. dicit:* Noluit bibere. *Per talem etiam modum loquendi dicimus communiter de parum bibente, quod non vult bibere.*

12 Di. Con. est. *Scilicet, quicquid erat scriptum de me, Vel aliter:* Consumma. est. *Opus redemptionis humanæ.*

13 Et incli. ca. tra. spi. *Ostendens ex modo moriendi, quod moriebatur ex obedientia patris, & non inuoluntariè, sicut suprà dixerat ca. 10.* Nemo tollit à me animam, sed ego pono eam.

14 Iudæi ergo. *Hic describitur vulneratio Christi mortui, & diuiditur in tres, quia primo ponitur vulnerationis occasio, secundò ipsa vulneratio, ibi:* Venerunt ergo milites. *Tertio dicti certificatio, ibi:* Et qui vidit. *Circa primū sciendū, quod occasio vulnerationis Christi mortui fuit, quia Iudæi volebant cadauera de cruce deponere propter solennitatem crastinam imminentem, quę incipiebat à vespera illius diei, in quo Christus fuit crucifixus, licet enim fuerit crucifixus prima die Pascha, quę erat solennis apud Iudæos, tamen secunda dies pro tunc fuit solennior ratione sabbathi apud Iudæos. Dies enim sabbati occurrens infrà octauam Pascha erat dies solennior, quia tunc festum duplicabatur, & hoc est quod dicitur:* Iu. ergo quo. pa. er. *id est, dies veneris, in cuius vespera incipit solennitas sabbathi sequentis.*

15 Vt non rema. &c. *Erat enim hoc indecens in tanta solennitate, vnde sequitur.*

16 Erat enim magnus. *Quia sicut dictum est, solennitas eius duplicabatur propter octauam Paschæ concurrentem.*

17 Rogaue. Pilatum, Vt fran. eorum cru. *Ne aliquo modo euadere possent & tollerentur de patibulis.*

18 Venerunt ergo milites. *Sed videtur, quod venissent ad Iesum antequam fregerunt crura secundi, quia Iesus erat in medio amborum. Dicendum, quod duo milites frangebant, et vnus fregit crura vnius latronis ex vna parte, & alter crura alterius ex altera parte, & sic ambo venerunt hinc inde ad Iesum qui erat in medio, & hoc est quod dicitur:*

19 Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum non fregerunt eius crura. *Quia hoc non fiebat nisi ad hoc quod euadere non possent, depositi de patibulis.*

20 Sed vnus militum lancea latus eius aperuit. *Vt certificaretur de morte eius.*

✻ Et con-

Marginalia: Diuisio. Diuisio.

MORALITER.

12 *Et incli. ca. &c.* THEO. Tradidit autem dominus spiritum Deo patri, ostendens quod nequaquam sanctorum animæ conuersantur in tumulis, sed deueniunt ad manus patris omnium peccatoribus ad locum pœnarum delatis, videlicet in infernum.

20 *Sed vnus mi. lan. la. eius ape.* THEOPHYLVS. Vt Iudæis placeant, lanceant Christum, circa corpus exanime contumelias inferentes, istis autē sunt similes qui mortuos persequuntur.

✻ *Et con-*

loco cum Dominus obdormiuisset costam militi dedit. Rompheam autem militis, figura est Romphæ versatilis quæ prohibet nos à paradiso, quia omne quod versatur nisi quid obsistat non absistit à suo cursu. Dominus ostendens quod Rompheam illam sistat, supponit in figura latus frameæ militis, ostendens nobis quod sicut framea militis appulsa lateri stetit, ita & flamea stabit, & non vltrà interminetur & versione sua exerceat prohibendo ingressum in paradisum. Confundantur Armenij qui non admiscent in mysterijs aquam vino. Non enim credunt (vt videtur) quod aqua ex latere egressa sit, quod admirabilius, sed sanguis tantum. Et hoc loco destruūt magis miraculū, itaque sanguis symbolum hominis crucifixi, aqua verò quod is sit super hominem, hoc est Deus.

a *Sicut mos est sepe.* Non frustra ait, sicut mos est Iudæis, sed admonet in huiusmodi officiis morem cuiusque gentis esse seruandum.

b *Erat autē in propin.*

militum lancea latus eius †aperuit, & continuò exiuit sanguis [1] & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit, [2] & verum est e- [3] ius testimonium, & ille scit, quia vera dicit, vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur: [4] † Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit: [5] † Videbunt in [6] quem † transfixerunt. † Post hæc autem rogauit Pilatum Io- [7] seph ab Arimathia, eò † quòd esset discipulus Iesu, occultus [8] autem propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu, & [9] [10] permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. † Venit [11] [12] autem & Nicodemus, qui venerat ad Iesum nòcte primum, [13] ferens mixturam myrrhæ & aloes quasi libras centum. Ac- [14] [15] ceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum lintheis cum [16] a aromatibus, sicut mos est sepelire Iudæis. b Erat autem in loco [17] vbi crucifixus est Iesus, hortus: & in horto monumentum [18] nouum, in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo [19] propter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentū, posuerunt Iesum.

¶ Non ait, sciatis: Scit ipse qui vidit, credat ei qui non vidit.

¶ Ob quod dixit, non fregerunt eius crura.

a ¶ Agno. b ¶ Ad hoc quod dixit lancea latus eius aperuit. c ¶ Quia in ea carne venturus est in qua est crucifixus.

a ¶ Quia non nocte solùm, sed nocte primùm.

a ¶ Sicut in vtero Mariæ nemo ante eum, nemo post eum, ita in hoc monumento. b ¶ Accelerata sepultura ne vesperasceret, quando nihil tale licebat facere.

Marginalia: †pupugit. †pupugerunt. †Mat 27.g. Mar.15.d Luc 23.g †cum Venit ergo &tulit corpus Iesu. †Exo.12.g Num.9.b. †Zac.12.c. †supra 3.a. & 7.g

Nouum autem erat sepulchrum, vt non calumnietur quis resurrectionem, quod alius resurrexerit, & non Iesus. Et aliter quoque monumentum nouum symbolo quodam manifestat futuram nouitatem per sepulturam domini contra mortem & corruptionem & quod innouandi sumus omnes in illo. Vide autē & diuitias paupertatis domini propter nos. Qui enim nō habuit domum in vita neq; post mortē sepulturā habet, sed in alieno deponitur, & cū nudus esset à Ioseph vestitur. Est & nunc Iesus mortuus cum occiditur ab auaris, sed & nudus est, quæcunque enim pauper patitur, Christus patitur. ✠ Imitare & tu Ioseph, adde aliquid bono. Ioseph enim interpretatur additio, & nuditatem tege Christi, hoc est pauperis. Hoc autem fac non semel, & in monumento pone animæ & semper memor esto talium operum, cogitaque & cura. Admisce autem mirrham & aloen. Amara & mordacia sæculi illius iudicia animo reponere oportet, & vocem illam quæ maledictos auocat & in ignem mittit immisericordes, quo nihil amarius puto.

✠ Theoph. Singulari dispensatione factum est, vt in propinquo esset monumentum, & discipuli possent adesse, & spectatores, ac testes factorum fieri, & milites mitti possent ad custodiam, & vt cessaret etiam propter locum furti suspicio, quæ omnia non contigissent si procul fuisset sepultus.

CAP.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et continuò exi. sanguis & aqua. *Sanguis ad nostram redemptionem, aqua ad peccatorum ablutionem. Sciendum tamen, quod ista aqua miraculosè exiuit, quia non fuit humor phlegmaticus, vt dicunt aliqui, sed aqua pura ad ostendendū quod corpus Christi erat ex veris elemētis compositum, contra errorem eorum qui dixerunt eum habere corpus cœleste, sicut dixit Valentinus & sequaces sui, & eorum qui dixerunt eum habere corpus phantasticum, sicut Manichei.*

2 Et qui vidit. *Hic ponitur certificatio, quia ipse Ioannes qui scripsit hoc euangelium, præsentialiter existens, vidit hoc factum, & ideò eius testimonium est efficax ad credendum, & hoc est quod dicitur:* Et qui vidit. *Id est, ego ipse, loquitur enim de se per modum alterius sicut suprà dictum est.*

3 Testimonium perhibuit. *Patet litera per prædicta: Sequitur.*

4 Facta sunt enim hęc. vt scriptura impler. *Exod.12.g.* Os non com. ex eo. *Agnus enim Paschalis fuit figura expressiua passionis Christi, ideò ordinatione diuina cōstitutum est vt ossa agni paschalis non frāgerentur, vt sic figura & veritas correspondenrent, quia veri agni ossa non sunt fracta in cruce, vt prædictum est.*

5 Et iterum alia scri. di. *De eius transfixione Zac.12.c.*

6 Videbunt in quem trans. *Litera Hieron. habet:* Aspicient ad me quem confixerunt. *Propheta enim loquitur in persona Christi loquens in prima persona, sed euangelista refert illud ad Christum loquens in tertia persona, & eadem est sententia. Illa autem transfixio propriè fuit in lanceæ vulneratione. Sed hęc videbitur à Iudæis in iudicio futuro quia cicatrices vulnerum reseruatę sunt à corpore Christi resurgente non solùm ad certificationem suæ resurrectionis ostendendo illas cicatrices Apostolis, sed etiam ad conuincendum Iudæos in futuro iudicio de peccato suæ mortis.*

7 Post hæc autem. *Hic agitur consequenter de Christi sepultura, quę fuit gloriosa, secūdùm quod erat prædictum Isa.11.c.* Et erit sepulchrū eius gloriosum, *quamuis præcedens mors fuit ignominiosa, & hoc est quod dicitur:* Post hæc autem rogauit Pil. Io. *Erat enim ei familiaris, cum esset nobilis decurio, vt dicitur Matt.15.d, & ideò securius eum rogauit.*

8 Ab Arimathia *Oriundus. Eadem est Ciuitas quæ 1. Reg.1.a. dicitur Ramatha, de qua fuit Samuel.*

9 Eò quòd discipu. esset Ie. *Id est, fideliter credens eius doctrinæ.*

10 Occultus autem pro. me Iu. *Ante enim passionem ex imperfectione timebat de synagoga expelli, quod erat ignominiosum, si confiteretur Christum, tamen post passionem feruentior factus exemplo Christi animatus manifestauit se, volens Christum honorificicè sepelire, & ideò sequitur.*

11 Vt tolleret corpus Iesu. *Ad sepeliendum.*

12 Et permisit Pil. *Tum propter reuerentiam petentis, tum propter innocentiam Christi passi, quem ipse cognouerat*

13 Venit ergo, & tulit corpus Iesu, de cru. *Corpora enim damnatorum non poterant sepeliri, nisi de licentia præsidis.*

14 Venit aut. & Ni. qui vener. ad Ie. no. *vt suprà dictum est.3.a.*

15 Ferens mixturam myr. & aloes. quasi li. *Iste etiam Nicodemus ante passionem Christi sicut Ioseph erat Christi discipulus occultus, sed post passionem ex feruore se manifestauit sicut Ioseph. Sciendum etiam quod licet ex deuotione istam vnctionem faceret, videtur tamen, quod plenam noticiam de Christi resurrectione non haberet, quia de eo erat scriptum Psal.15.c.* Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Propter quod non indigebat vnctione conseruante contra putrefactionē.*

16 Acceperunt ergo cor. Ie. & ligaue. eum li. *Id est, pannis lигneis innoluerunt. Propter quod statutū est, quod corporalia super quę conficitur corpus Christi non fiant de panno serico, sed tantum lineo, vt habetur de conse. dist.11.c. consulto omnium.*

17 Erat au. in lo. vbi cru. est Ie. hor. *Id est, prope locum crucifixionis.*

18 Et in horto monumen. nouum. *Hoc factum est propter certitudinem dominicę resurrectionis, quia si fuisset sepultus in monumento, vbi iam aly fuissent sepulti, posset resurrectio dominica à Iudæis alteri imputari.*

19 Ibi ergo propter parasceuen Iudæorum qui iuxta. *Hoc est dictū, quia feria sexta in qua licitum erat operari & corpora sepeliri, iam declinabat ad vesperam, & ideò sepelierunt Iesum in loco propinquo, quia non poterant longè portare, propter solennitatem sabbathi de propinquo imminentem, &c.*

8 Ab

MORALITER.

1 *Et continuò exi. san. et a.* Ex quibus habent efficaciam ecclesiæ sacramenta.

7 *Post hæc autem ro. Pila. Ioan.* Exponatur sicut suprà Matt.27.g. & Matt. 15.d. *Venit aut & Ni.* Sequitur.

15 *Ferens mixturam myrrhę.* Per ipsum significatur doctor bonus ferens mixturam, id est, doctrinam ex autoribus sacræ scripturæ confectam, ad vngendum corpus Christi mysticum ad eius salutem.

ADDI-

ADDITIO I.

In cap. 19. *Vbi dicitur in postilla.* Secundùm est crucifigentium auaritia, qui Christi vestes quamuis essent parum valentes, tamen sibi rapuerunt.

Non est verisimile quod milites qui communiter honestos seu liberales se demonstrant, etiam si essent interius secundum veritatem cupidi, tantam auaritiam in ipsis esse publicè ostenderent, ideò quidam dicunt quod milites seducti à Pharisęis qui Christum asserebant facere miracula in Beelzebub, vt Luc. ii. b. Scientes quod ad tactum fimbriæ vestimenti eius sanabantur infirmi, *vt Luc. f. vestes Christi accipiebant, vt cum eis alia medicinalia seu aliqua alia fascinatoriè facere experirentur, quod etiam redundabat in ignominiam Christi, vt hoc videntes crederent ipsum fuisse maleficum.*

ADDITIO II.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postilla.* Et nota quod loquens de cruce matri suæ, non dixit mater, sed *mulier.*

Non solùm tempore passionis, sed etiam tempore gaudij, seu conuiuij nuptialis Christus vocat matrem suam eodem nomine, sicut hic, scilicet, mulier, non autem mater, vnde suprà 2. a. Quid mihi & tibi mulier? *Idcircò ratio huius vocationis attribuenda est summę humilitati vtriusque, filij, scilicet, & matris. Sicut enim Christus* cum in forma Dei esset, seipsum exinaniuit formam serui accipiens, *vt Philip. 2. a. eadem ratione cum filius Dei viui verus esset, communiter se vocat filium hominis: quod est nomen commune cuicunque homini, pari ratione matrem cuius humilitatem maximè cognoscebat, mulierem vocat, quod est nomen commune cuilibet mulieri, non autem matrem, quod maximam dignitatem includit, cum sit mater Christi.*

ADDITIO III.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postilla* Licet enim fuerit crucifixio prima die Paschæ, quæ erat solennis apud Iudęos.

Christus fuit crucifixus in parasceue Paschę quę non erat solennis apud Iudæos, vt habetur infrà eo. c. Ibi ergo propter parasceuen posuerunt eum vt magis declaratur in additione super Matt. 26. cap.

ADDITIO IIII.

In eod. cap. *Vbi dicitur in postilla.* Quòd feria sexta, in qua licitum est operari, & corpora sepeliri, iam declinabat.

Hęc feria sexta in qua Christus fuit crucifixus, non erat solennis apud Iudæos. Vnde & licitum erat in ea operari & sepeliri, prout latius dictum est in additione super Matth. 26. ca.

REPLICA.

In cap. 20. *postil. dicit de auaritia crucifigentium, in eo quod vestes Christi etiam parum valentes rapuerunt. Burgen. opponit dicens, quod non est verisimile, quod milites qui communiter se honestos & liberales ostendunt, auaritiam si quam in mente habuerunt publicè demonstrassent, Ego autem puto illos non fuisse milites secundum communem sæculi dignitatem, nam hi non consueuerunt ad tam vilia officia lictorum & suspensorum deputari, sed fortasis illis temporibus vocabantur milites seruientes Reipublicæ in executione iustitię Nam de solis militibus secundum dignitatem non dicitur,* nemo tenetur suis sumptibus militare. *id est,* Reipubl. seruire, *sed etiam de cęteris. Miles autem communi homine dicitur à militando, sicq; cuncti seruientes reipu. possunt dici milites à militando, id est, seruiendo, qui etiam non tenentur propriis stipendiis militare. Si autem propriè dicti sunt milites, non mirum, quod ostenderunt se publicè auaros, qui se ostenderunt discolos & publicos ribaldos in multis contra Iesum, immò præter communem consuetudinem circa interficiendos, vt patet in potione fellis, illatis conuitiis quę fieri non consueuerunt ab honestis contra morti adiudicatos.* (1. Cor. 9. a. Miles)

In eod. cap. vbi postil. dicit, crucifixionem factam prima die Paschę quæ erat apud Iudæos solennis: Burgen. propter suam singularem minus tamen autenticam computationem, dicit quod parasceue non erat solennis apud Iudæos, quod quia factum est eò quod fundat Burgen. factum suum super obseruantiis traditionis pharisaicę, quam Christus contra Dei præceptum non admisit, præceptum autem Dei fuit quod 15. luna prima mensis esset celebris. Constat autem parasceue fuisse, decimaquinta luna, quia luna decimaquarta, etiam secundùm Burgen. Christus cœnauit: allegans igitur traditiones contra Dei præceptum, cùm Burgen. audire debet. Quare transgredimini præceptum propter traditiones vestras? *amisso tamen computo Burgen. etsi parasceue tota dies non fuisset celebris vsque ad vesperam, tamen tempore sepulturę celeberrima fuisset, quia secundùm eum pascha & sabbatum concurrisset ad vesperam quando apud Iudęos incipit festiuitas sequentis diei.* (Matt. 15. a.)

CAPVT XX.

A a *Vna autem, &c.* ✠ THEOPHYLACTVS. Vnum sabbatorum nominat, quam nos dominicam vocamus, nam sabbata dies hebdomadę nominant, vnam autem eorum dictum sabbati, primam. Etenim reuera dies omnes vna sunt. Sæpe autē cum accipitur vna si B & componitur multas facit. Vna itaq; est prima, bis autem si accipiatur fit secunda, & si tertio, tertia, & deinceps. Futuri autem sæculi typus C est dies iste, quod seculum vnus dies est, nunquam nocte dissectus & dimidiatus. D Deus enim sol est eius qui nunquam occidit. Igitur quemadmodum in hoc resurrexit Dominus corruptibile suum corpus incorruptibile recipiens, ita & nos in futuro sæculo incorruptionem recipiemus.

(†Mat. 28. a. Mar. 16. a. Luc. 23. a. †sabbatorum)

CAPVT XX.

a ¶ Quam Matthæus primam sabbati dicit. a ¶ Cum iam tempus operandi redisset. 1 2

a Vna autem † sabbati Maria Magdalenæ venit mane, b cum adhuc tenebræ essent ad monumentum,

a ¶ In requirendis intelligentiam.

a ¶ Alias reuolutum. b ¶ Ex nimio ardore.

¶ Cucurrit nunciare discipulis, vt aut secum quærerent aut secum dolerent.

& vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo, 3 4

b *Cum adhuc tenebrę essent.* ✠ THEOPHYLACTVS. Qua B hora quidem fuerit, resurrectio nullus scit sicut & tempus secundi aduentus in- F certum. Quamuis autem Matthæus dicat ☞ profun-

NICOLAVS DE LIRA.

CAPVT XX.

Vna autem sab. *Postquàm euangelista descripsit Christi crucifixionem & mortem, hic consequenter describit resurrectionem. Et diuiditur in duas, quia primò describitur manifestatio huius resurrectionis facta mulieribus deuotis. Secundò, eiusdem manifestatio facta apostolis, ibi.* Cum ergo serò esset. *Circa primum sciendum. quod mulieres gradatim peruenerunt ad cognoscendum hanc resurrectionem, & ideo primo euangelista ostendit qualiter eam cognouerunt per sepulchri euacuationem. Secundò per angelicam visionem, ibi.* Abierunt discipu. *Tertiò per dominicam apparitionem, ibi.* Hæc cum dixisset. *Prima in tres, quia primò describitur sepulchri visio. Secundò, rei denunciatio, ibi.* Cucurrit ergo. *Tertiò renunciata inquisitio, ibi.* Exiit ergo. *In prima ergo parte dicitur sic.* (Diuisio)

1 Vna au. sab. *Id est, prima die post sabbatum. Sic enim apud Iudæos nominantur dies hebdomada, quia sabbatum sic nominatur absolutè propter reuerentiam illius diei, & ab illa denominantur alij dies, ità quod sequens immediatè dicitur prima sabbathi, & alia secunda sabbati, & sic consequenter, & propter hoc Matthęus & Marcus vocant dominicam resurrectionis primam diem sabbati, Ioannes autem vnam sabbati, quia hoc nomen vnum, frequenter accipitur pro primo, & sic patet Gen. 1. a.* Factum est vespere & mane dies vnus. *Id est,* primus. *Vnde & consequenter dicitur.* Factum est vespere & mane dies secundus, *& postea* tertius, *& sic consequenter.*

2 Maria, &c. *Id est, antequam esset clara dies dimisit tamen diem sabbati transire, quia non erat licitum aliquid operari illa die. Sciendum etiam, quod cum ea fuerunt alię duę mulieres, secundùm quod dicunt alij euangelistæ, sed Ioannes istam solam exprimit, quia erat alijs feruentior & principalior.*

3 Et vidit lapidem. *Angelus enim domini eum amouerat, non ad hoc quod Christus de sepulchro surgeret, quia clauso sepulchro surrexit & exiit sicut clauso vtero virginis natus est, hoc tamen fuit aliter, quia in resurrectione habuit corpus gloriosum, cui non resistit aliquid, sed exitus de vtero virginis fuit miraculosus. Remouit igitur lapidem angelus solum ad manifestandum Christi resurrectionem iam completam.*

4 Cucurrit ergo. *Hic describitur rei visę denunciatio, cum dicitur:* Cucur. er. &c. *s. Ioannem. Iste enim præ cæteris Christum amabant, & inuicem se tenebant, sicut familiares, alij autem sicut dispersi fugerant, propter quod in pluribus locis leguntur isti duo apostoli simul cobinati, vt dictum est superius 18. c. in sequendo Christū captum, & Act. 3. a.* Simul ascēdēdo in tēplū. *& 8. c.* Simul missi sūt ad Samaritanos, vt darēt eis spiritum sanctum.

MORALITER.

† 1 *Vna autem sabba.* Per istam quæ præ omnibus fuit sollicita videre Christi sepulchrum, quod patet ex hoc quod venit manè cum adhuc essent tenebræ, & quia recedentibus apostolis non recedebat, propter quod ei dominus primò apparuit; significatur quęlibet persona de cognitione veritatis diuinæ valdè sollicita & per hoc meretur hanc assequi cognitionē Matt. 7. a. *Petite & dabitur vobis, quęrite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Et talis debet veritatē agnitā aliis nunciare, sicut Maria discipulis nunciauit, ne de abscondito talento debeat meritò reprehendi.

† *Cum serò*

profundo vespere factum esse terræmotum. Ioannes autem mane cum adhuc essent tenebræ, Mariam venisse, & vidisse remotum lapidem non est diuersitas. Nam primùm quidem hoc dicimus, quod apud Matthæum quidem mulieres venerunt vespere sabbatorum: apud Ioannem autem non mulieres nunc memorantur. Superfluum enim fuisset cum Matthæus hoc prius dixisset, & Ioannes eadem diceret. Sed Maria Magdalena venit manè, multi enim fuerũt aduentus ad sepulchrum. venit enim interdũ cum aliis mulieribus, interdum autem sola. Vnde Euangelistæ varias visiones posuerũt, aliusque aliam dicentes videntur dissonare. Nam primum quidem dicimus quod aliam visitationem Matthæus dicat mulierum, & aliam Ioannes Mariæ Magdalenæ. Deinde profundo vespere & manè cum adhuc essent tenebræ, id quod alius dicit profundo diluculo, in idem tendunt, quia omnia illa tempora fuerunt mediũ noctis. ✻✻ Si autẽ rogas quomodo assidentibus custodibus Ioannes & Petrus accesserint ad sepulchrum & mulieres. Vt simpliciter dicam, mox vt resurrexisset Dominus & astitisset angelus sepulchro cum terrę motu, custodes iuerunt, vt nunciarent pharisæis, & ita sepulchro à custodum præsidio relicto, libertatẽ accedẽdi habuerunt discipuli.

& venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem

¶ In Græcis codicibus additur meum, propensiore charitatis & famulatus affectu.

diligebat Iesus, & dicit illis: Tulerunt dominum de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus, &

a ¶ Quomodo autem venerunt, regressus narrat. Curre. autem duo.
b ¶ Per decursum huius mundi, Iudæi per legis literam, Gentiles per legem naturæ.

ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum. Currebãt autẽ duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cùm se inclinasset, vidit posita lintheamina, non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vi-

¶ Sacræ scripturæ sacramenta.

dit lintheamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum lintheaminibus positum, sed separatim inuolutũ in vnũ locum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui

a ¶ Vacuum sepulchrum. b ¶ Non quidem resurrexisse, sed sublatum esse.

venerat primus ad monumentũ, & vidit, & credidit. Nondum

¶ Cur nondum?

enim sciebant scripturam, quia oportuit eum à mortuis resurgere. Abierũnt ergo iterũ discipuli ad semetipsos. Maria

a ¶ Cum crederent ablatum. b ¶ Vbi habitabant. c ¶ Quam fortior fixerat affectus.

¶ Cum aliis duabus.

autẽ stabat ad monumentũ foris plorãs. Dũ ergo fleret, inclinauit se & prospexit in monumentum. Et vidit duos angelos

vsque ad quatuor peruenerat addas quinque, fiũt quindecim, his addas sex, & fiunt viginti vnum, his addas septem, & fiunt viginti octo, his addas octo & nouem & decem, & fiunt quinquaginta quinque, his addas vndecim, & duodecim, & tredecim, & quindecim & sedecim & fiunt nonaginta vnum, his rursum quatuordecim & quindecim, & sedecim, & fiunt centũ trigintasex; huic numero adde illum qui restat de qua agitur, i. decem & septem & piscium numerus ille complebitur. Nõ ergo tantũmodo centum quinquaginta tres sancti ad vitam resurrecturi significãtur æternã, sed milia sanctorum ad gratiam, spiritus pertinentium, qua gratia cum lege Dei tanquã cum aduersario concordatur, vt viuificãte spiritu litera non occidat, sed quod litera iubetur, spiritu adiuuãte impleatur, si quid minus fit remittatur. Omnes erga ad istã gratiã pertinentes, hoc numero figurantur hoc est figuratè significãtur. Qui numerus ter habet quinquagenariũ numerũ, & insuper ipsa tria propter mysterium trinitatis.

a *Curre. autem.* Ioannes significat synagogam, quæ prior venit ad monumentum, sed non intrauit, quia prophetias de incarnatione & passione audiuit, sed & mortuum credere noluit. Petrus ecclesiam, quæ cognouit carne mortuum, viuentem credidit Deum, post quem & in Iudęa in fine intrabit.

b *Et ille alius discipulus.* ✻ THEOPH. Tu disce hic Petrum feruidum & practicum, Ioannem autem contemplatiuum, & ad diuinorum cognitionem idoneum. Sæpe igitur contemplatiuus cognatione & ingenio præuenit, practicus autem detrimentum habet, attamen feruore ac studio illius vincit alacritatem & videt prior diuinum quoddam mysterium practicus. An non tale quiddam contigit in disciplinis? Etenim cum duo pueri sunt vnus ingenio acutior, alter tarditor, præoccupat hic suo studio velocitatem naturæ alterius. Etenim in spiritualibus sæpe practicus & sermone idiota sensit quiddam sublimius, percipit contemplatiuo.

✻ AVGVST. Ad vnum si adiicias duo fiunt vtique tres: his si adiicias tres & quatuor fiunt omnes decem, deinde si adiicias omnes numeros qui sequũtur vsque ad decem & septẽ, ad suprà dictũ numerũ summa perducitur, id est, si ad decem, quæ ab vno vsque

c *Sepa.* Quia sacramẽta diuinitatis incõprehensibilia à nostræ infirmitatis cognitione remota sunt. In inuoluto, nec finis nec initiũ aspicitur. Sic celsitudo diuinitatis nec cœpit esse, nec desinit.

d *In vnum lo.* Quia in scissura mentium Deus non est, sed in vnitate. Vel sudarium capitis passio Christi, cuius sacramenta infidelibus sunt occultata seorsum, quia longè à nostra, quia ille sponte & sine culpa passus, nos inuiti cum culpa.

e *Nondum e.* Scilicet, vsq; adeò, vt cum ab ipso domino apertè diceretur propter consuetudinem ab eo audiendi parabolas, non intelligerent.

f *Plorans.* Iam plus de sublato quam de occiso plorat, quia tanti magistri cuius vita subtracta fuerat, nec memoria remanebat & iste dolor ibi eam tenebat.

g *Dum ergo, &c.* Cum eum sciret ibi non esse, sed quia nimis dolet, nec suis oculis, nec oculis illorum duorum credentium putauit. Vel potius diuino instinctu hoc factum est.

h *Vidit duos.* Angeli, id est, nuncij significant euangelium Christi à capite vsq; ad pedes, id est, ab initio vsque ad finem esse nunciandũ. Et ille ex passione sua erat nũciandus, quia Deus est ante sęcula, & homo in fine sæculi. Sedet ergo angelus ad caput, cũ dicit: *In prin. e. ver.* Ad pedes, cũ dicit: *Ver. caro fa. est.* Vel duo angeli duo testamenta, vnum prius, alind sequens. Coniuncta dum pari sensu incarnatum, mortuum, resuscitatum nunciant.

Tract. 122. in Ioãnem — Suprà. a. Ibidem b.

Quid plo.

NICOLAVS DE LIRA.

tum sanctum. 1 Et di. *Timebant enim ne Iudęi corpus Christi asportassent vt ei ignominiam facerent.*

2 Exiit. *Hic ponitur rei nunciata inquisitio, cum dicitur.* Exiit. *vt videret factum. Modus autem veniendi ostenditur, cum dicitur.*

3 Curre. *Ex desiderio videndi.*

4 Et ille. *Quia erat iunior & agilior.*

5 Et cum. *ad videndum supple per ostium illius ædificij, intra quod corpus Christi erat sepultum, quia sepulchrum erat factum ad modum cuiusdam domũculæ lapideę, intra quam erat sepulchrum Christi positum, & ideo erat ibi quoddam ostiolum, per quod erat ingressus ad illum locum. Sic enim fiebant sepulchra Iudęorum antiquitus, & maximè magnarum personarum, vt eorum filij possent ibi sepeliri propter hoc dicitur frequenter 3. & 4. Re. de regibus Iuda.* Sepultus est in sepulcro Dauid, &c.

6 Vidit. *i. bene disposita & plicata ad ostendendum quod corpus non fuerat sublatum, quia simul fuissent lintheamina asportata, & maximè quia erant fortiter adhærentia corpori propter vnctionem, & ideo per hoc apparebat, quod sic verè surrexerat.*

7 Non ta. *Propter Petri reuerentiam, quem expectauit, quia erat senior ipso, & inter apostolos principalior.*

8 Venit er. *Patet litera vsq; ibi.*

9 Et suda. *s. confusè & indistinctè.*

10 Sed sepa. *i. beneplacitum.*

11 In v. l. *Hoc factum est ad ostendendum resurrectionem factam, sequitur.*

12 Et vi. *Hoc exponitur dupliciter. Vno modo sic.* Vidit. *s. ea quę dicta sunt à Maria.* Et cre. *esse verum. s. quod corpus Christi esset sublatum de monumento, & non cogitauerunt de Christi resurrectione, & ideò subditur* Nondum e. *Alio modo exponitur sic:* Vidit. *s. lintheamina & sudarium, sic disposita & plicata, vt dictum est.* Et cre. *resurrectionem Christi iam factam, & subditur causa quare ante non credebat, cum dicitur.*

13 Nondum. *Et ideò non ex scriptura; sed ex signis visis credebant resurrectionem Christi iam factam.*

14 Abie. *Hic ostendit qualiter Maria peruenit ad angelicam visionem, cum dicitur,* Abie. *s. Petrus & Ioannes non audentes diu manere iuxta sepulchrum propter metum Iudæorum.*

15 Ad se. *i. ad locum vbi priùs latitabant, & vnde ad sepulchrum venerant.*

16 Ma. *Ex feruore & constantia, & quia non imminebat sibi tantum periculum, sicut apostolis.*

17 Ad mo. *Licet enim intrasset clausuram horti, in quo erat domũcula sepulchri excisa in rupe, tamen illam domunculam non intrauit, veruntamen quia illa horti clausura tota aliquando sepulchrum nominatur, inde est quod Maria aliquando dicitur intrasse monumentum, vt habetur Mar. vl. a. & Luc. a. similiter dicitur aliquando foras stetisse, vt hic.*

18 Dum er. *Propter absentiam corporis Christi.*

19 Incli. *Quia secundum Gre. vis amoris intentionem multiplicat inquisitionis, & ideò non sufficiebat sibi semel respexisse, præterea licet vidisset abesse corpus Christi, tamen volebat adhuc videre, si aliquod eius vestigium posset percipere.*

20 Et vi. du. ang. *Ex feruore enim deuotionis illam visionem meruerat.*

In albis

☞ a *Quid ploras?* Quasi dicat.. *Noli peccare.* Prohibent lachrymas quodammodo nunciantes gaudium. At illa putans eos interrogare nescientes, prodit causam lachrymarum: *Quia tule. do. meum.* Id est, corpus Domini mei.

Moral. li. 3. cap. 10.

✠ GREGORIVS. Solum corpus Domini quæsitura venerat vt totum simul Dominum sublatum deplorat. totũ enim pro parte loquitur, sicut Iacob familiam describens dicit: *Intrauit Iacob in Ægyptum cũ animabus septuaginta.* Quæ nimirum cum animas memorat, constat quia intrantium & corpora comprehendit.

Gen. 46.

b *Hæc cum dixisset conuersa est retrorsum.* ✠ THEOPHYLA. Quare conuersa est retrorsum Maria cũ loqueretur cum Angelis? Quid accidit ei quod conuersa est retrorsum? Videtur igitur dum illa colloqueretur cum angelis, Iesus stetisse post eam, & illos territos quia spectauerant Dominum, & habita & forma & aspectu statim dixisse quod viderint Dominum cùmque hoc audiuisset, mulierem conuersam esse retrorsum. Nam angelis quidem in habitu quo terrebat, apparuit: Mariæ autem non item, sed in simplici & communi: ideo & illum putauit esse hortulanum, horti videlicet illius in quo sepulchrum erat: vnde & dicit, *Domine, si asportasti eum*, hoc est, si tu furatus es: & non dicit Iesum, sed eum quasi ad eum qui sciret faciens sermonem.

c *Et non sciebat quia Iesus, &c.* Quia tergum ad eum habebat, quem non resurrexisse credebat, quia amabat, & dubitabat, videbat, & non cognoscebat.

d *Quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei.* Non quod dubitet quem requireret, sed quia illa quem quærit ignoret, non enim quærit Christum, sed quem putat raptum.

e *Domine.* Quem putat hortulanum dicit Dominum, vt honorificaret hominem à quo rogabat beneficium. Nec sic dicit eum Dominum, sicut illũ quẽ quærit sublatum. Iesum verò agnoscens vocat magistrum, quia recolit eum à quo discernere humana & diuina discebat.

f *Si tu sustulisti eum.* Non dicit quẽ, quia hoc in animo agit vis amoris, vt quem semper cogitat nullum alium ignorare credat.

† tu asportasti

g *Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit ei Iesus.* Postquã cõmuni nomine vocauit, & non est agnitus, vocat ex nomine, ac si dicat, recognosce eum à quo recognosceris.

h *Noli me tãgere.* Hic innuit, quod pedes eius amplecti voluit. Meritò nõ tãgit, quæ nõ videt, nam qui videt. tãgit *Dicit ei Iesu. Noli me tãgere.* Fidẽ doces, & in corde eius, vt hortulanus seminat dicit: *Noli me tangere.* Non quod nollet tangi nisi cum ascendisset, cum & mulieres & alij terra eum tetigisse legantur, & non sedentem in cœlo. Vult ergo sic se specialiter tangi, id est, sic se credi, vt sit æqualis patri. Et quia ista adhuc carnaliter in eum credebat, quem sicut hominem flebat, audit: *Noli me tangere.* Id est, sic credere, quia in corde tuo nondum credis me æqualem, ascendit ad pa- ☞ trem. Id est

[1] in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi po- [2] situm erat corpus Iesu. Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? Di- [3] [4] cit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posue- [5] runt eum. Hæc cùm dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit [6] [7] Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus: [8] Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hor- [9] [10] tulanus esset, dicit ei: Domine, si tu † sustulisti eum dicito mi- [11] [12] hi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Iesus: Maria. [13] [14] Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Dicit [15] [16] ei Iesus: Noli me tangere. Nondum enim ascendi ad patrem [17] [18] meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad [19] [20] patrem meum & patrem vestrum: Deum meum & Deum

a ¶ Hæc est maior causa doloris.

¶ Redarguens eam.

a ¶ Quæ non credit adhuc est mulier, adhuc corporei sexus appellatione signatur.
b ¶ Quasi non lachrymas nudas, sed fidem exigo, bonæ lachrymæ si Iesum agnoscas.
c ¶ Interrogatur causa doloris vt augeatur desiderium.
d ¶ Non penitus falso. quia in eius mente seminabat.

a ¶ Prius corpore conuersa putauit quod non erat, nunc conuersa corde quod erat agnouit.

a ¶ Naturæ. b ¶ Non ait communiter nostrum, sed meum & vestrum, quia differunt. c ¶ Gratia. d ¶ Quia ego homo.

NICOLAVS DE LIRA.

Angelica apparitio ad quid fiat

☞ 1 In albis sedentes. *Ad designandum dominicæ resurrectionis gaudium. Apparitiones enim angelicæ fiunt ad instructionem hominum, & solent apparere per illum modum qui competit rei de qua debent instruere. Candor autẽ vestis splendorem denunciat solemnitatis, & ideo in albis vestibus apparuerunt, ad denotandum gaudium dominicæ resurrectionis.*

2 Vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum erat corp. *Tum propter reuerentiam loci consecrati ex tactu corporis Dominici: Tum ad solenniusdenunciandum resurrectionem Christi, quia solennius denuntiatur per duos, quam per vnum.*

3 Dicunt ei illi: Mulier quid ploras? *Quasi dicat, non habes causam flendi, sed magis gaudendi ex resurrectione Christi.*

4 Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio, &c. *Exponatur sicut suprà.*

5 Hæc cum dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem. *Hic ostenditur Dominica apparitio facta Mariæ cum dicitur:* Hæc cum di. conuer. est retror. & vi. Iesum stantem. *Sed solet hic quæri, quare conuertit se retrorsum, quia Angelos sibi loquentes cognouit esse bonos, vel saltẽ æstimauit valentes viros, & ideo videtur, quod magis deberet vertere faciem ad ipsos. Dicendum quod illi angeli sedebant supra sepulchrum Christi, vt dictum est, & vidit illos assurgentes propter reuerentiam Christi apparentis extra sepulchrum, & ideo illa conuertit se retrorsum ad videndum cui tantam reuerentiam faciebant.*

6 Et non sciebat quia Iesus est. *Ipsa enim nondum habebat fidem resurrectionis Christi, vt patet ex prædictis; & ideo talis apparuit in corpore, qualis erat apud eam in mente. In potestate enim hominis habentis corpus gloriosum est sic apparere, quod cognoscatur vel non cognoscatur, quia illud corpus est omnino subiectum animæ, & eodem modo facta est apparitio duobus discipulis euntibus in Emaus vt habetur Lucæ vltimo b.*

7 Dicit ei Iesus: mulier quid ploras? *Non petit quasi ignorans, sed vt ex eius responsione conuenientius eam instruat.*

8 Illa existimans quia hortulanus esset. *Sciebat enim, quod milites de sepulchro fugerant, & ideo neminem credebat aduenisse nisi illũ cui incumbebat illa cura horti seruandi, in quo erat monumentum.*

9 Dicit ei: Domine si tu sustulisti eum. *Non dicit, si tu sustulisti Iesum crucifixum, loquendo determinatè, sed eum in generali, quia modus est feruenter amantium æstimare quod omnes cogitent de eo quod habent cordi.*

10 Dicito mihi, vbi posuisti eum: & ego eum tollam. *Ex virtute enim amoris credebat se posse portare tantum corpus etiam mortuum, quia feruenter amanti nihil videtur difficile.*

11 Dicit ei Iesus Maria. *Vocat eam proprio nomine, vt eam magis intentam faciat, et talem se ei exhibet, vt cognoscatur.*

12 Conuersa illa. *Scilicet oculis mentis, sicut & oculis corporis.*

13 Dicit ei Rabboni. *Sic enim consueuerat eam appellare ante passionem, quia doctores apud Iudæos vocantur magistri.*

14 Dicit ei Iesus: Noli me tangere. *Illa enim ex deuotione voluit statim osculari pedes eius, sed prohibita est, secundum August. quia erat indigna propter fidei defectum, ideo subditur:*

15 Nondum enim ascendi ad patrem meum. *Id est, in corde tuo non credis me peruenisse ad æqualitatem patris. Aliter exponitur secũdum Chrisost. & melius, vt videtur. ad cuius intellectũ sciendũ, quod apparuit Mariæ in consimili corpore secundum apparentiã, quale habebat ante passionem, & non in illa claritate, quæ est proprietas corporis gloriosi, & ideo Maria credebat ipsum resurrexisse ad vitam communẽ cum discipulis ducendam sicut ante, & ideo volebat eum familiariter tangere sicut prius. Hanc autem opinionem Dominus voluit ab ea remouere dicens:* Noli me tangere. *Quasi dicat, nõ credas me inter vos habitaturum sicut prius, & hoc est quod dicitur:* Nondum enim ascendi ad patrem meum. *Est assignatio causæ, quare apparebat in simili corpore sicut & ante passionem, & non in claritate corporis gloriosi: quod fuit ad probandum veritatem dominicæ resurrectionis inquantum sic apparuit discipulis per dies 40. instruens eos de regno Dei ante suam ascensionem, propter quod sequitur:*

16 Vade autem ad fra. *Id est, ad apostolos, quos vocat fratres propter similitudinem naturæ humanæ, & specialitatem amicitiæ ad ipsos.*

17 Et dic eis: Ascendo. *Id est, ascendam.*

18 Ad patrem meum. *Per naturam.*

19 Et patrem vestrum *Per adoptionis gratiam.*

20 Deum meum. *Inquantum sum homo. Sic enim loquebatur in proposito, vt patet ex hoc, quod immediatè vocauerat apostolos fratres propter similitudinem naturæ, & eodem modo loquitur, cum dicit:* Ascendo ad patrem meum. *Quia ascendere non competit ei secundũ* ☞ *diuinam*

trem, id est nondum credis me æqualem patri, tunc tanges cum non imparem credes. In hac figuratur ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credit, nisi cum ad patrem ascendit.

MYSTY. *Noli me tangere.* Noli manũ maioribus adhibere, sed vade ad perfectiores, qui facilè resurrectionẽ credãt. Mulieribus enim in ecclesia docere non permittitur.

Moral. lib. 26. c. 21.

✠ GREGORI. Vincens Dominus in throno cum patre sedisse se asserit, quia post passionis certamina, post resurrectionis palmam, clarius se omnibus quod potestati patris esset, æqualis indicauit, eique non disparẽ calcatq mortis aculeo innotuit. Vnde & Mariæ necdum credenti se patri similem dicit: *Noli me tãgere, &c.* Nobis enim in throno filij sedere, est ex eiusdẽ filij potestate iudicare. Qui enim iudicij principatũ ex eius virtute percipimus, velut in throno eius residemus.

11. q. 1. remissionem

a ¶ Quia vos ab errore liberauit. ¶ Sub quo & homo sum.

a vẽstrum. Venit Maria Magdalenæ annuncians discipulis, 1
¶ Hoc in ipso die resurrectionis.
b quia vidit Dominum, & dixit mihi hæc. Cùm ergo esset se- 2
a ¶ Noli corporis vbi erat diuinitas, ostia clausa non obstiterunt, sicut & natus fuerat de virgine.
ro die illo, vna sabbathorum, & forẽs essent clausę, vbi erãt di- 3
a ¶ Dei dominica eiusdem resurrectionis.
scipuli cõgregati propter metũ Iudæorũ, vẽnit Iesus, & stetit 4 5 †
c in medio, & dixit eis: Pax vobis. Et cũ hoc dixisset, ostẽdit eis 6
a ¶ Vbi ad dubitantium corda sananda, vulnerum sunt seruata vestigia.
d mãnus & latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Dño. Dixit er- 7 †
a ¶ Iteratio confirmatio est, dat eis pacem super pacem, sicut promisit per prophetam.
b ¶ Aequalis est pater filio, sed hæc verba mediatoris sunt. Ille misit me, ego vos.
¶ Id est ad passiones, etsi amet, quasi ea charitate vos mittõ ad mala, qua pater me misit
go eis itẽrũ: Pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. 8 9 10 11
a ¶ Insufflatio significauit spiritumsanctum, non patris esse solius spiritum sed suum.
e Hæc cùm dixisset, insufflauit, & dicit eis: Accipite spiritumsan- 12
a ¶ Id est quos dignos remissione iudicaueritis, duabus, scilicet clauibus, videlicet potestatis & discretionis.
f ctum. † Quorum rẽmiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ 13 14

a *Venit Maria Magdalena annuncians discipulis, quia vidit Do. &c.* Ibi culpa abscinditur, vnde processit. Mulier mortem viro propinauit, modo mulier vitam nunciat viris, & quæ tunc verba serpentis, modò narrat verba viuificatoris, acsi ipsis rebus dicat Deus, de qua manu illatus est potus mortis, de ipsa suscipite potum vitæ.

Christus quinquies in die Paschæ apparuit.

b *Cùm ergo, &c.* Hoc ipso in die resurrectionis factum est, in quo quinquies Iesus apparuit. Primo Mariæ Magdalenæ, secundo eidem cum aliis currenti nunciare discipulis volentibus, Tertiò Petro, quartò Cleophæ & socio eius, quintò discipulis ianuis clausis prædictis duobus iam reuersis.

Expos. in ca. 10. lib. 1 Regum.

Et fores &c. ✠✠ THEOPHYL. Clausæ erant fores, vt ostendat quod ita surrexit suprapositо lapide super sepulchrum.

✠ GREGORIVS. Clausas quidem ianuas habent qui contra humani lapsus negligentiam officia corporis sub forti custodia stricta retinent: Intus etiam sunt qui in interna dilectione supernæ vitæ requiescunt. Quibus profectò resurgens Dominus apparet, quia eius gloriam tanto clarius aspiciunt, quanto per mundi contemptum passionis eius mysterium strictius sequuntur. Hi etiam repleti spiritusancto quasi in domo possunt, quia illi percipiunt abundanter gratiarum eius dona, qui ad ea percipiẽda sese visibilia contemnendo parauerunt.

Homil. 7. de Resur.

✠ CHRYSOST. Octauo post resurrectionem die cũ discipulis reliquis posito, venit Iesus ianuis clausis. Sic oportuit venire, vbi cor incredulitate clausum erat fidei luce reserandum, non immerito etiam octauus dies pari aut pone pari deuotione celebratur quia ille celebrat' est, à quo octauus iste numeratus est, in illo enim resurrectio acta, in hoc cõfirmata est, nec minus dura & tenebrosa hic incredulitatis ianua quam illic inferni porta perrumpitur. Est quoque quod nos cum Thoma dubitemus, nisi facta respiciamus autoris. Sed si Deum esse de quo loquimur cogitemus, cui nihil nimium, cui humanum quoque pectus peruium confitemur, cuius hoc idem corpus clausis ostiis in ipsa salutatione pax vobis conspicuum spectabatur.

c *Ostendit eis manus & latus.* Post resurrectionem in corpore suo Dominus duo contraria ostendit, & palpabile eiusdem naturæ vt formet ad fidem, & incorruptibile alterius gloriæ vt inuitet ad præmium.

d *Dixit ergo eis iterum. Pax vobis, &c.* Pacem offert, qui propter pacem venit, iterat, vt monstret per suum sanguinem esse pacificata quæ in cœlis sunt, & quę in terra.

e *Accipite spiritum sanctũ.* AVGVSTINVS. In terra datur spiritus vt diligatur proximus, è cœlo datur spiritus, vt diligatur Deus.

f *Quorũ re. pe.* Ecce charitas, quæ per spiritũ sanctũ infunditur cordibus

NICOLAVS DE LIRA.

diuinam naturam, qua est altissima. Per hoc igitur quod Christus hic suam ascensionem denunciat Apostolis per Mariam, insinuat quod eis ante ascensionem illam apparebat ad eorum instructionem, sicut expressius dicunt alij euangelistę.

1 Venit Maria. *Patet litera ex dictis.*

2 Cum ergo sc. esset. *Hic consequenter ostenditur manifestatio resurrectionis Christi discipulis facta. Et primò omnibus communiter, secundo aliquibus specialiter, ca. se. Prima in duas, quia primò manifestatur omnibus, excepto Thoma absente. Secundo Thoma cum eis existẽte, ibi:* Et post dies octo. *Prima in tres, quia primò describitur Christi apparitio, secundo apparitionis denunciatio, ibi:* Thomas autem. *Tertiò discipuli audientis obstinatio, ibi:* Ipse autem dixit. *Prima adhuc in duas, quia primò describitur apparitionis actus, secundo eius effectus, ibi:* Gauisi sunt. *In prima ergo parte dicitur sic:* Cùm ergo sero esset. *In die enim apostoli erant dispersi propter metum Iudæorum, sed in sero conueniebant ad locum vnum, & ideo tali hora apparuit.*

3 Die illo. *Scilicet prima die resurrectionis.*

4 Vna sabbath. *Id est, prima die post sabbathum, vt prædictum est.*

5 Et fores essent clausæ. *Propter metum Iudæorum. Hoc etiam ex diuina ordinatione factum est, vt Iesus intrans ad discipulos ianuis clausis, ostenderet se habere corpus gloriosum.*

6 Et dixit eis. Pax vobis. *Et hoc est contra duplicium earum perturbationem. Erant enim conturbati de morte ipsius Christi, & de persequutione Iudæorum eis imminente. Poterant enim eos per suam præsentiam custodire, & de resurrectione certificare. vnde subditur:*

7 Et cum hoc dixisset, ostendit eis ma. & la. *Vt per cicatrices remanentes ostenderet identitatem numeralem corporis prius passi. Ista enim in corpore Christi remanserunt, non ad defectum sed magis ad gloriam, propter victoriam ex illis vulneribus consequutam.*

8 Gauisi sunt. *Hic consequenter ponitur huius apparitionis effectus, qui est duplex. Primus est discipulorum exultatio contra duplicem tristitiam ipsorum amotam, scilicet de morte Christi, & Iudæorum metu in quantum ad hoc dicit:* Gauisi sunt ergo discipuli. *Secundus est eorum instructio, & quantum ad hoc subditur:*

9 Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. *Quia volebat eos instruere de pace futura, qua erat perpetua.*

10 Sicut misit me pater. *Ad veritatem fidei docendam in Iudæa.*

11 Et ego mitto vos. *Id est, mittam ad hanc veritatem publicandam per totum mundum. Et exequutio huius officij non potest conuenienter fieri gratia spiritussancti, ideò sequitur:*

12 Hæc cum dixis. insuf. *Per illam insufflationem ostendere voluit spiritum sanctum à se procedere, sicut procedit à patre.*

13 Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. *Licet enim solus Deus principaliter peccata dimittat, tamen ministri ecclesiæ per virtutem clauium ad hoc ministerialiter operantur.*

14 Et quorum retinueritis. *Id est, retinenda iudicaueritis.*

1 Reten-

MORALITER.

2 *Cum ergo sero esset.* Sequitur.

† *Venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis.* Per Iesum qui salus interpretatur, prælatus bonus zelum salutis animarum habens, significatur, qui saluans clausuram virtutum ad subditos ingreditur, & stat in medio virtutis ad dandum eis exemplum, & in medio debitæ afflictionis sine acceptione personarum, & sic dicit eis bis: *Pax vobis.* Optando eis & procurando quantum potest pacem duplicem scilicet fraternam & supernam.

† *Ostendit eis manus.* Id est, opera vertuosa.

† *Et latus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.* Id est, veræ charitatis signa.

9 *Et dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Sicut misit, &c.* Illos ad ordines sacros promouendo, qui sunt idonei ad laborem salutis animarum, Ideò subditur:

13 *Quorum remiseritis pec. &c. Tho. autem vnus.* Sequitur.

Ille autem

cordibus eorum. Qui participes sui sunt, peccata dimittit: eorum qui non sunt, tenet. Et ideo postquàm dixit: *Accipite spiritum sanctum*, continuò subiecit: *Quorum re. pec.*

✠ THEOPHY. Vide sacerdotum dignitatem quod diuina sit, Dei enim est remittere peccata, sic igitur illi honorandi sunt vt Deus, nam quamuis indigni sunt quid hoc? Diuinorum donorum ministri sunt & gratia operatur per eos sicut & per asinam Balaam locutus est, non enim dignitas nostra gratiam prohibet, atque ita quia per sacerdotes gratia suppeditatur honorandi sunt,

a *Thomas autē vnus.* Non casu, sed diuina dispositione defuit Thomas & audita non credidit, vnde palpandum se ei dominus præbuit, quia eius dubitatione & facta sibi probatione nulli relinquitur iam dubitare.

b *Qui dicitur Didymus.* Didymus, id est, geminus quia dubius Thomas, id est, abyssus: quia dubitando profundius nouit.

✠ THEOPHYLACTVS. Quid est quod dicitur Didymus? Interpretatio est nominis Thomas. Meritò autem meminit interpretationis eius nominis, vt ostendat nobis quod dubitator quidam sit, & id vitij à principio habuerit, vt & nomen indicat. Dicentibus autem aliis discipulis de domino, non credit, non illos mendaces existimans, sed resurrectionem impossibilem putans, ideò & arguitur vt supra modum curiosus.

c *Respondit*. Videbat & tangebat hominem & super hoc Deum credebat iam remota dubitatione & confitebatur quę non videbat.

d *Quia vidisti me Thoma credidisti.* Nō ait tetigisti, sed vidisti: quia visus quodammodo generalis sensus est qui de aliis quatuor dici solet. Forsitan non fuit ausus tangere: sed aspiciendo tantum, seu etiam tāgēdo credit.

✠✠ THEOP. Quomodo corpus incorruptibile mōstratū est habere & clauorum typos, & humana manu tāgibile factū est? Per attemperationem ad illorum infirmitatem facta sunt hęc omnia. Quod enim ingressum erat clausis ianuis, & ita tenue ac leue, omni liberū fuit crassitudine. Et vt credatur firmius resurrectio, hec monstrantur.

e *Beati.* Commendat fidem gentium, sed præterito vtitur, vt qui quod erat futurum, in sua prædestinatione nouerat iam factum.

retinueritis, retenta erunt.[1] Thomas[2] autem vnus ex[3] discipulis[4] duodecim qui dicitur † Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt[5] ergo ei alij discipuli: Vidimus[6] dominum. Ille[7] autem dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &[8] mittam digitum meum in † locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et[9] post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, &[10] stetit in medio, & dixit[11] eis: Pax vobis. Deinde[12] dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide[13] manus meas, & affer[14] manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse † incredulus, sed fidelis. Respondit[15] Thomas, & dixit: Dominus[16] ¶ meus, & Deus ¶ meus. Dicit[17] ei Iesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati[18] qui non

¶ Hominem. ¶ Me esse Deum.

† gemellus † vestigia † infidelis

✠ Multa

NICOLAVS DE LIRA.

1 Retenta erunt. *Hoc tamen intelligendum est, quando iudicium ecclesia diuino iudicio conformatur.*

2 Thomas. *Hic ponitur apparitionis Christi denunciatio absente discipulo cum dicitur:* Thomas autem vnus ex duodecim, qui dic. Dy. *Hoc erat cognomen eius, & sonat idem quod Geminus, quia fortè erat de tribu Beniamin, de cognatione gemini. Vel secundum alios sonat idem quod dubius: quia propter dubium de resurrectione quod Thomas habuit, ideò sic cognominatus fuit.*

3 Vnus de duode. *Non quod tunc essent duodecim cum Iudas esset mortuus, sed quia erat vnus de duodecim electis in principio à Christo, Vel quia connumerantur hic Matthias posteà electus, in loco Iuda, quia Ioannes hoc euangelium scripsit post eius electionem, vt patet ex prædictis in principio huius operis.* (Act. 1. d.)

4 Non erat cum eis. *Ipse enim inter alios apostolos videtur fuisse magis timidus, vt suprà dictum est. 11. ca. & ideò tardius cæteris venit ad locum vbi congregabantur discipuli: & ideò propter tarditatem suam priuatus est illa visione Christi. Hoc autem factum est diuina ordinatione vel permissione secundùm quod dicit Grego. vt ex sua absentia sequeretur dubitatio, & vlterius in dubitatione obstinatio, & per consequens diligens inquisitio ad nostram confirmationem.*

5 Dixe. ergo ei alij disci. *Quia boni rumores citò denunciantur.*

6 Vidimus dominum. *Sic enim ante passionem eum appellauerant vt dictū est supra ca. 13. b.* Vos vocatis me magister & dn̄e, &c.

7 Ille autem dixit eis &c. *Ridiculosè petit iste Thomas, quia maius est videre reparationem totius corporis. Item fuit durus ad credendum, quia volebat certificari duplici sensu scilicet visu & tactu, ideò sequitur:*

8 Et mittam digitum meum, &c. *Isti enim sunt duo sensus qui minus possunt decipi, quia visus inter alios plures differentias rerum demonstrat, vt habetur. 1. Metaph. Tactus autem in homine est certissimus. Alij autem sensus bene inueniuntur viuaciores in aliis animalibus vt habetur. 3. de anima.*

9 Et post dies. *Hic ponitur secunda apparitio facta apostolis in præsentia Thomę. Et diuiditur in duas, quia primò describitur dicta apparitio, secundo ponitur quadam breuis epilogatio, ibi:* Multa quidem. *In prima parte dicitur sic:* Et post dies octo. *Facto enim interuallo Christus apparebat discipulis, quia non conuersabatur continue cum eis, vt ostenderet se surrexisse ad vitam immortalem ab hominibus huius vitæ separatam.* (Diuisio.)

10 Ste. Ie. *Vt posset ab omnibus videri.*

11 Et dixit eis Pax. *Sicut prius exponatur.*

12 Deinde dicit Thomæ. *Quasi respondens petitioni eius suprà positę. In hoc etiam suam deitatem declarat, inquantum absens corporaliter eius verba sciebat.*

13 Et vide manus meas. *videtur enim, quod deberet dicere, tange manus meas: Dicendum, quod visus propter sui certitudinem accipitur pro omni sensu, immo etiam aliquando accipitur pro intellectu sicut dicitur alicui: Vides tu hoc, id est, intelligis & Exo. 20. e.* Cunctus populus videbat voces. *Id est, audiebat, ita quod ibi accipitur visus pro auditu. Et eodem modo hic accipitur pro tactu.*

Vel aliter, quia sicut dictum est Thomas volebat certificari duplici sensu, scilicet visu in aspectu manuum, & tactu per lateris tactum, ideò sequitur:

14 Et affer. manum tuam. *Hoc dixit Iesus, quia Thomas dixerat discipulis nunciantibus Christi resurrectionem, se aliter non crediturum eam.*

15 Respondit Thomas. *Non solùm corde credendo, sed etiam ore confitendo: quia vtrumque requiritur ad salutem, vt frequenter dictum est suprà.*

16 Dominus meus & Deus meus. *In hoc manifestè confitetur deitatem in Christo contra perfidiam Ariani. Suprà enim bene vocauerat ipsum Iesum dominum, sed non vocabat eum Deum expresse, licet dixerit aliqua verba, per quę eius deitas potest intelligi, vt patuit ex supradictis: Sed Thomas hic factus perfectior in cognitione post Christi resurrectionem manifestatam, confessus est ipsum Deum esse.*

17 Dicit ei. *Contrarium videtur per hoc quod dicitur ad Heb. 11. a.* Fides est substantia rerum sperandarū, argumentū non aparentiū, *& sic patet quod fides saltem quantum ad actum, non potest esse de visis. Verū autem possit esse de eis quantum ad habitum, non est præsentis speculationis. Dicendū, quod Thomas aliud vidit, & aliud credidit: quia humanitatē vidit, & deitatē quę in præsenti videri non potest, credidit.*

18 Bea. qui n. vi. & cr. *In hoc commendat aliorum promptitudinem ad credēdum, & in hoc stat consolatio nostra, qui non vidimus, & tamen credimus per doctrinam Christi & apostolorum Christum videntium ad nos deriuatam.*

Sed huic dicto videtur contrarium quod dicitur Lu. 10. d. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. *Dicendū quod duplex est beatitudo. Vna rei, qua consistit principaliter in aspectu & fruitione deitatis, et ex consequenti in visione humanitatis Christi, vt dictum est ca. 10. & de hac beatitudine intelligitur verbum Lucæ. Alia est beatitudo spei, qua habetur in præsenti & ista consistit in merito futuræ beatitudinis, & ideò beatiorem hoc modo qui plus meretur. Plus autem meretur qui credit nō videns quam videns prędicto modo, & sic intelligitur verbum Christi.* Qui non vi. *Hoc autem dictum licet sit verum, tamen quantum ad primam partem non valet ad propositum, quia apostoli quibus Christus loquebatur* (Beatitudo duplex.)

MORALITER.

† 7 *Ille autem dixit eis.* Per istum, quantum ad hoc significantur illi qui bonitatem vel potestatem prælati ab aliis audita credere nolunt, nisi habeant propriam experientiam, propter hoc reprehendendi sunt, nā in talibus credendum est testimonio bonorum, propter quod subditur: *Beati qui non vi. &c.*

a *Multa.* Quasi in fine libri concludit: *Multa quidem & alia si. fe.* quę præ sua multitudine non sunt scripta, hæc autem quæ fecit Iesus & ante resurrectionem & post, dicit se scripsisse, vt fidē astruat qua vita habeatur. Deinde tamen narrat quomodo se manifestauit Iesus ad mare Tyberiadis. Et in captura piscium commendauit ecclesiæ sacramentum, qualis futura est in vltima resurrectione. Ad quod cōmendandum valet, quod quasi finis libri interpositus est, vt esset etiam sequuturæ narrationis quasi proœmium quod ei faceret quodammodo eminentiorem locum.

✻ Theophylactus. De quibus signis hic dicit Euangelista? Num de his quæ ante crucem? Non sed de his quæ fecit post resurrectionem, fecit coram discipulis suis. Quæ autem ante crucem non coram discipulis, sed omnibus faciebat. Atque ita hæc de quibus nunc dicit Euangelista post resurrectionem, sunt facta, cum solis enim discipulis versabatur, quadraginta diebus signa ostendens resurrectionis.

Infra. vlt. d. — † infrà. 21. g.

a viderunt, & crediderunt. † Multa quidem & alia signa fecit [1] Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, [2] vt credatis, quia [3] Iesus Christus est filius Dei, & vt credentes vitam habeatis [4] in nomine eius. [5]

NICOLAVS DE LIRA.

loquebatur Luc. 10. non erant beati in re, propter quod dicendum, quòd illud Luc. 10. intelligitur de visione Christi in præsentia mortali, quę fuit multum desiderata à sanctis patribus ve. test. sicut patet per literam sequentem Luc. 10.

1 Multa quidem. *Hic ponitur epilogus respectu prædictorū: In quò ostenditur insufficientia huius scripturæ respectu excellentiæ Christi in opere & doctrina, quæ tanta est, quòd non posset literis comprehendi, & hoc est quod dicitur:* Multa quidem, &c. quæ non sunt. *Hoc signāter dixit, ne aliquis fortè crederet ea non esse vera, quę scripta sunt ab alijs euangelistis, & à Ioanne dimissa. Ostenditur etiam in hoc epilogo vtilitas huius doctrinæ, cùm subditur:*

2 Hæc autem scripta sunt. *Fide formata charitate:*

3 Quia Iesus est filius Dei. *Scilicet naturalis in potentia sibi ęqualis, & per consequens idem in deitate, quia natura diuina est indiuisibilis. Sicut enim fuit dictum à principio, principalis intentio Ioannis est, in hoc euangelio declarare diuinitatem Christi, & æternam eius generationem a patre.*

4 Vt credentes hab. *Scilicet ęternam, in qua clarè videbitur quod nunc creditur.*

5 In nomine eius. *Id est, per fidem nominis Christi, quia secundùm quod dicitur Act. 4. c.* Neque enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

CAPVT XXI.

a *POsteà manifestauit* Relictis omnibus sequuti fuerunt Iesum. Quod si post mortem Iesu antequam redderetur eis viuus, repetissent priorem artem, possent videri ex desperatione hoc fecisse, sed post redditum viuum, post acceptum eius insufflationis spiritū, post verba eius: *Sicut misit me pater, & ego mitto vos*, subitò fiunt quod fuerunt, piscatores non hominum, sed pisciū. Sed sciendum est non prohibitos fuisse sua arte licita victum quærere, apostolatus integritate seruata, cùm vnde viuerent non haberent, & sic illis laborantibus adiecit Deus necessaria quæ promisit, hic autem penuria eorum disposita est, vt in piscatione tanta exhiberentur sacramenta.

✻ Gregorius. Notandum quod vltimum conuiuium Dominus cum septem discipulis habuisse describitur, Petrus namque & Thomas, Nathanaël filij Zebedæi, & alij ex discipulis duo in eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis vltimum conuiuium celebrat, nisi quod eos tantummodo qui septiformi gratia sancti spiritus pleni sunt futuros secum in æterna resurrectione denunciat? Septē quoque diebus omne hoc tēpus euoluitur, & sæpè septenario numero perfectio designatur. Illi ergo vltimo conuiuio de præsentia veritatis epulantur, qui nunc perfectionis studio terrena transcendunt, quos mundi huius amor non ligat, quibus etsi vtcumq; per tentamenta obstrepit, cæpta tamen eorum desideria non retundit.

✻ Augustinus. Quæri solet de hac piscatione cur redierint Petrus & filij Zebedæi ad id quod fuerunt priusquàm vocarentur.

† gemellus — † Luc. 5. a. — Hom. 24. in Euang. — Tract. 122 in Ioan.

CAP. XXI.

a ¶ Idem est quod mare Galilææ & stagnum Genesareth.

a POsteà manifestauit Iesus se iterum * ad mare [1] Tyberiadis. Manifestauit autem sic. [2] Erant [3] autem simul Simon Petrus & Thomas, qui [4] dicitur † Didymus, & Nathanaël qui erat à

a ¶ Ioannes & Iacobus maior. ¶ Quorum nomina tacentur.

Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alii ex discipulis eius [5] duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei, veni- [6] mus & nos tecum. † Et exierunt & ascenderunt * in nauem [7]

NICOLAVS DE LIRA.
CAPVT XXI.

POsteà manifestauit. *Hic ponitur tertia Christi apparitio, qua manifestata est sua resurrectio aliquibus discipulis specialiter. Et si ordinem istarum trium apparitionum consideremus: In prima ostendit Christus suam deitatem spiritum sanctum insufflando: In secunda verò humanę naturæ identitatem, cicatrices ostendendo: In ista tertia ostendit humanę naturę veritatem, cum apostolis comedendo. In hac autem apparitione describenda sic procedit Ioannes, quia primò ostendit quid Iesus exhibuit pluribus discipulis, secundò quid exhibuit duobus specialiter prędilectis, scilicet Petro & Ioanni, ibi:* Cùm ergo prandissent. *Prima in tres, quia primò describitur Christi apparitio, secundò Christi apparentis cognitio, ibi:* Dixit ergo discipulus ille. *tertiò prædictorum epilogatio, ibi:* Hoc iam tertiò. *In prima parte dicitur sic:*

Diuisio.

1 Posteà manifestauit. *Id est, facto interuallo temporis, quia non manebat continuè cum apostolis. Cuius causa dicta est cap. pręcedenti.*

2 Ad mare Tyberiadis. *Ex quo patet, quod illa apparitio fuit in Galilæa, vbi est illud mare, sicut suprà dictum est c. 6. Præcedētes apparitiones fuerunt in Ierusalem, ex quibus apostoli iam confortati abierūt in Galilæam, vbi promiserat se eis manifestaturum, vt habetur Matt. vlt.*

3 Manifestauit autem sic. *Id est, per modum qui sequitur.*

4 Erant autem simul Simon Petrus. *Ista duo nomina simul cōiungit, quia Simon fuit nomen eius primum. Petrus autem erat nomen sibi de nouo à Christo impositum, vt suprà declaratum est cap. 1. Sequitur.*

5 Et alij ex dis. eius duo. *Istos non exprimit nominatim, quia erant minores. Quod autem tot nomina propria hic exprimit, hoc ad maiorem expressionem rei gestę.*

6 Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. *Erant enim pauperes, & ideò ad procurandum necessaria vitę licitè poterant redire ad exercendum negocium, quod sine peccato poterat exerceri. Matthęus autē non rediit ad tractandum negocium telonai, quia vix aut nunquam potest sine peccato fieri, propter quod Paulus artem scenofactoriam didicit, vt cum necessitas occurreret, vel vtilitas ecclesiæ, de labore suo viueret, vt habetur in actibus apostolorum 18. a.*

Lucæ 5. c.

7 Et exierunt & ascenderunt in nauem. *Alienam, eis accommodatam vel locatam, seu alio modo licitè adeptam, quia à principio suæ vocationis nauem & retia reliquerant.*

Et illa

MORALITER.

† 6 *Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari.* Per artificium piscandi significatur officium prędicandi: Matthæi 3. d. *Venite post me faciam vos fieri pis. hominum.* Item quoniam omne tempus septem diebus reuoluitur, rectè vniuersitas septenario numero figuratur, vt dicit Gregorius Homil. 25. Igitur per septem piscatores, qui hic enumerantur, vniuersitas prædicatorum ecclesiæ designatur.

† Et illa

vocarentur à domino. Erant enim piscatores quando eis dixit: *faciam vos piscatores hominum*. Tunc enim quippe illi secuti sunt, vt magisterio eius relictis omnibus adhærerent: intantum vt cum ab eo diues ille abscederet cui ipse dixerat: *Vade vende quæ habes & da pauperibus & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me*: diceret ei Petrus: *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te*. Quid est ergo quod nunc Apostolatu relicto fiunt quod fuerunt, & quod dimiserant repetunt, tanquam obliti quod audierant? Respondendum est, non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atque concessa victũ necessariũ quærere, sui Apostolatus integritate seruata, si quando vnde viuerent aliud non haberent. Nisi forte quispiam putare audebit aut dicere Apostolũ Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem qui relictis omnibus Christum secuti sunt, quoniam ne quemquam eorum grauaret, quibus Euangelium prædicabat suum victum suis manibus transigebat, vbi magis impletum est quod ait: *Plus omnibus laboraui*. Et adiunxit, *non autem ego, sed gratia Dei mecum*. Vt hoc quoque appareat gratiæ Dei deputandum quod & animo & corpore poterat vsque adeo illis omnibus laborare, vt neque cessaret ab Euangelio prædicando, neque tamen ex euangelio sicut illi sustentaret hanc vitam.

a *Et illa nocte*. Nox ante aduentum Christi, in qua nullus ad perfectionem per legem venit. Mane aduentus stetit iam post resurrectionem extra fluctus in solido, nec primò agnoscitur. In hac narratione magnum est sacramentum, & vt vehementius commendaretur vltimo loco est scriptum. Quod septem fuerunt in piscatione discipuli, significat finem temporis, quod septem diebus voluitur. Littus etiam quia est finis maris, significat finem sæculi in quo Petrus rectè extraxit in initio prædicationis Christi. Est alia piscatio hic alia post resurrectionẽ. Ibi & boni & mali capti sunt, sicut nũc habet ecclesia: hic tantum boni, qui erunt in æternũ, impleta in fine resurrectione mortuorum. Ibi Iesus non stat in littore, sicut hic sed ascẽdit in nauẽ Simonis. Ibi pisces in nauiculis, hic rete in terra. Ibi ergo ecclesia in hoc sæculo, hic in fine sæculi. Ibi vocati, hic resuscitati. Ibi retia non solum in dextera vel in sinistra, ne soli boni vel soli mali, sed indifferenter, vt permixti habeantur boni & mali: hic in dextera vt soli boni. Ibi rumpitur rete per scismata, hic in summa pace sanctorum non est scissum. Ibi tanta multitudo quæ naues mergit, id est, in submersione premit, non enim sunt mersæ: hic non valent trahere à multitudine piscium, vt in nauem captos refunderent sicut ibi: quia hic qui pertinent ad resurrectionem vitæ, sunt post finem huius vitæ in somno pacis, velut in profundo latentes: nec apparebunt, nisi cũ in littore, id est, in fine sæculi resurrexerint, quod ibi figuratur duabus nauiculis propter circuncisionem, & præputium. hoc isto loco ducentis cubitis propter electos vtriusque generis, quasi centum & centum: quia hic numerus ad dexteram transit. Ibi non exprimitur numerus, quia multiplicati super

a & illa nocte nihil prendiderunt. [1] Mane autem iam facto, stetit Iesus in littore, [2] non tamen cognouerunt discipuli, [3] quia Iesus est. [4] Dicit ergo eis Iesus: Pueri, † nunquid pulmentarium habetis? [5] Responderunt ei: Non. * Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. [6] Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. [7] Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, [8] Petro: [9] Dominus est. [10] Simon Petrus cum audisset quia dominus est, [11] † tunica succinxit se, (erat enim nudus) [12] & misit se in mare. [13] Alij autem discipuli nauigio venerunt. [14] Non enim longe erant à terra, [15] sed † quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. [16] Vt ergo descenderunt in terram, † viderunt prunas positas, & piscem super-

¶ Et ideo licet nobis prouidere. a. ¶ Id est prædicationem ad colligendos solos dexteros. ¶ Fide ecclesiæ. a ¶ Ex dilectione in fluctus sæculi. a ¶ Id est in ecclesia fluctus mundi calcantes. a ¶ Quibus significatur calor charitatis. b ¶ Fidem. c ¶ Prunas.

† nũ quod * Ille autẽ † dexteras partes. Lucæ 5. a. † super indumento, pallio. † circiter. † vident.

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et illa nocte nihil pren. *Hoc factum est, vt captio sequens manifeste miraculosa appareret.*

2 Mane autem iam facto stetit Iesus in littore. *Non apparuit super aquam, sed in terra solida ad ostendendum quod amplius non erat cum eis in fluctibus vita corruptibilis, sed magis transierat ad statum vitæ immortalis.*

3 Non tamen cognouerunt. *Sicut enim suprà dictum est, corpus gloriosum est totaliter in potestate animæ: & ideo secundùm conceptum animæ potest visum diuersimodo immutare, & per consequens cognosci vel non cognosci.*

4 Di.er.&c. Nu.pul.ha. *Id est, aliquid quod posset decoqui et comedi.*

5 Responderunt ei: Non. *Credebant enim eum aliquem mercatorem, qui vellet pisces emere.*

6 Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij, &c. *Prædicit certitudinaliter effectum futurum, vt ad consequentia habeant animum magis attentum.*

7 Mise. er. & iam non va. *Ex quo patet, quod pisces illi fuerunt miraculosè adducti, vel virtute diuina de nouo formati, quia tota nocte ibi quæsierunt & nihil inuenerunt.*

8 Dicit ergo. *Hic consequenter ponitur Christi apparentis cognitio. Circa quod sciendum, quod puritas mentis & corporis maximè disponit hominem ad cognitionem diuinorum: & ideo Ioannes qui cæteris purior erat tanquam virgo citius alijs cognouit Christum. Tum ex consideratione miraculi facti. Tum quia Christus primò ei ostendit speciem cognoscibilem propter suam puritatem & hoc est quod dicitur:* Dicit ergo disci.il. quem di. Ie. *Id est Ioannes.*

9 Petro. *Erat enim sibi familiaris, vt dictum est ca. præcedenti & ideo primò aperuit ei conceptum animi.*

10 Dominus est. *Sic enim vocabant Christum ante passionem, vt supra dictum est.*

11 Simon Petrus cum audisset, quia dominus est, tu. suc.se. *Vt cum maiori reuerentia accederet ad Christum.*

12 Erat enim nu. *Id est, parum vestitus, vt esset expeditior ad piscationis opus.*

13 Et misit se in mare. *Vt citius veniret ad Christum ex deuotione Hic dicit Beda, quod tunc non venit ad Christum suprà aquas ambulando, sicut fecerat prius, sed magis peditando vel natando. Sed rationabilius videtur contrarium. Non enim videtur, quod natando venerit: quia tunc tunica succinxit se, vt ad Christum veniret, quod non fecisset si natando venire vellet, nec etiam peditando per profundum aquæ, quia distabat à terra quasi cubitis ducentis, vnde non videtur quod in tanto spacio aqua maris esset ita parua quod homo posset ibi peditare, & maximè, quia aqua illa erat tanta, quod in ea nauis poterat currere in qua erant septem homines ad minus: quia tot sunt hic numerati, & centum & 53. pisces magni, & retia & alia nauis instrumenta, propter quod magis videtur, quod Petrus domini memor quem feruenter diligebat, & pristinæ ambulationis super aquas quando ad Christum venerat quod simile hic fecerit.* Mat. 14. d.

14 Alij autem discipuli nauigio venerunt. *Quia non erant ita feruidi sicut Petrus.*

15 Non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. *In hoc assignatur ratio, quare cito venerunt post Petrum. Secundùm expositionem Bedæ assignatur ratio, quare Petrus misit se in mare, quia propter paruam distantiam sine naui poterat venire. Alia tamen expositio probabilior est, vt patet ex prædictis.*

16 Vt ergo descenderunt in terram, vi. pru. po. & pi. superpo. *Illis prunis.*

MORALITER.

† 1 *Et illa nocte nihil prendiderunt.* Ad significandum, quod prædicatores ecclesiæ sine Christi virtute nihil proficere possunt suprà 15. a. *Sine me nihil potestis facere*. Sed ipso præsente & dicente:

6 *Mittite in dexteram nauigij rete et inuenietis.* Cœperunt piscium multitudinem copiosam per quam significatur multitudo credentium per prædicationem apostolorum, Christo tamen principaliter operante, sicut dicitur Marci vltimo.d. *Illi autem profecti prædicauerunt vbique domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis*. Et similiter multitudo pœnitentium per prædicatores alios ad bonum conuersorum.

super numerum, hic est certus numerus 153. Decem legem significat, quæ occidit, septem spiritum qui viuificat. Accedat ergo spiritus ad legem, vt impleatur, id est, septenarius ad denarium, & fiunt decem & septem, qui numerus ab vno ad ipsum computatis omnibus crescens ad 153. peruenit, quo signatur omnes ad gratiā spiritus pertinentes, quæ gratia cum lege Dei tanquam cū aduersario concordantur, vt viuificāte spiritu litera non occidat, sed compleatur, & si quid minus fit, remittatur. Hic numerus habet 150. & insuper tres, propter mysterium trinitatis. Quinquaginta autē fiunt 7. multiplicatis per septem, & ex adiectione vnius. Vno significantur esse vnū qui demonstrantur per septem propter operationem septenariā, & eo die missus est apostolis spiritus. In prima captura quæ est præsentis ecclesiæ magni & parui, in illo regno nulli nisi magni.

positum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus, quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus. Et cum † tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Et nemo audebat † discumbentium interrogare: Tu quis es? scientes quia dominus est. † Et venit Iesus, & accepit panem, & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertiò manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset à mortuis. Cùm ergo prandissent, dixit Simoni Petro Iesus: Simon † Ioannis diligis me plus

a ¶ Verbum Dei. ¶ Scilicet viderunt, non super prunas. a ¶ Dum his qui in fluctibus sęculi sunt stabilitatem ęternitatis ostendit. a ¶ Id est, littus, quod est finis mundi. ¶ Numero & quantitate. a ¶ Tanta erat euidentia veritatis, quod Iesus erat, vt nullus eorum auderet non solum negare, sed nec dubitare, & ideo non interrogare. a ¶ Quantum ad dies, non ad apparitionum numerum.

1. Cor. 3 b. † tot. † Luc. 24 f. † discipulorum. † Iona.

a *Venite.* Hic dicitur manducasse Iesus cum pisce panem. In alio euangelio cum pisce fauum mellis. Piscis assus, Christus passus. Piscis, quia latuit in aquis humani generis, captus laqueo mortis. In fauo mellis notatur dulcedo diuinitatis, vel vtraque natura Christi, quia fauus est mel in cera, id est, diuinitas in humanitate. Idem significat panis, vnde: *Ego sum panis, qui de cœlo descendi.* Christus ergo piscis assus in passione: Fauus vel panis in resurrectione. Comedit autem piscem assum vel panem, vt suo cibo nobis ostenderet, quia & passionem ex nostra humilitate pertulit, & resurrectionem nostram ex sua diuinitate procurauit. Hic vltimum conuiuium cum septem discipulis habuit, innuens illos solos secum futuros in æterna resurrectione qui septiformi spiritusancto pleni in amorem eius anhelant. Prandium fecit illis septem de pisce, quem viderunt super prunas, & de pane addens, & de piscibus quos eo iubente attulerunt. Piscis assus, Christus est passus. Ipse etiam panis qui de cœlo descendit. Huic comparatur ecclesia ad participandam beatitudinem, quæ per pisces designatur. Eadem etiam per septem discipulos signatur, quæ cum eo in æternum epulatur.

Lucæ. 24. f. Sup. 6. e.

✠ THEOPH. Quomodo comederit Iesus, non est nostrum dicere, more enim admirabili facta sunt hæc, non quod natura eius cibo habeat opus, sed nostri causa ad confirmationem resurrectionis fiebant. Ostendens quoque nō illum continuò apud eos fuisse, neque similiter vt prius dicit: *hoc iam tertio manifestatus est.* Intellige insuper hæc & per allegoriam. Nox enim erat quādo tenebræ idololatriæ inualuerunt ante solis Christi aduentū, quando prophetæ laborauerunt & nihil cœperunt. Nam quamuis vnam gentem Israeliticam cōclusisse in sagenam videbantur, verūtamē quia & hæc subinde ad idololatriam redibat, nihil forte apprehenderunt. Vbi autem diluculum solis iustitiæ infulsit & Apostolicum rete eiectum est. Dextra certe doctrina, ad quam lex & prophetæ comparati sinistra intelliguntur.

b *Hoc iam.* Non quod ter tantùm manifestatus sit, sed ad dies refert, primò die quo resurrexit, post octo dies, hoc die quando hoc fecit de piscibus. Secundùm dies ergo manifestationes numerantur. Prima, quotiescunque sit facta, vno die resurrectionis. Secunda, post octo dies, & hæc est tertia. In hac tertia manifestatione hoc euangelium terminatur.

c *Cùm ergo prandiss.* Iesus scit quod interrogat an plus diligat, Petrus quod de se nouit, dicit, id est, quod amat. Et quia de alijs quantum diligant, nescit, ideo vtrùm plus illis diligat, tacet. Ecce docet, non temerè diffinire de occultis, & priori periculo negationis cautius se respondit.

✠ THEOPHYLACTUS. Quare Christus qui scrutator est cordiū, nihilque ignorat interrogat? non hoc facit vt discat sicut nos, sed vt doceat & manifestet aliorū fidē, sicut & cū interrogaret: *Quem dicūt homines esse filium hominis:* quod fidē cōfessionemque à nobis requirat iudicabat, ita hic daturus orbi magistros & doctores, quales illos esse velit terna interrogatione bene inculcat.

Pasce

NICOLAVS DE LIRA.

1 Et panem. *Non super prunas positum, sed ibi paratum pro refectione eorum. Ista enim diuina virtute fuerunt de nouo formata, ad maiorem discipulorum confirmationem in fide resurrectionis Christi.*

2 Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prēdidistis nunc, &c. *Familiariter eis loquitur tanquam discipulis, ad confirmandum veritatem suæ resurrectionis.*

3 Ascendit Simon Petrus, &c. pi. 153. *Numerum & magnitudinem exprimit, ad declarationem miraculi ex tanta captione, & iterum ex retis integritate, cùm subditur:* Et cum tanti essent.

4 Dicit eis Iesus. Venite, prand. *Inuitat eos dulciter ad comedendum secum, quia cum eis tunc comedit ad declarationem suæ resurrectionis, licet non exprimatur hic.*

5 Et nemo audebat. *Non propter formidinem, sed propter cognitionis certitudinem quam habebant de ipso, propter quod subditur:*

6 Scientes, quia dominus est. *Et ideo frustra fecissent de hoc quæstionem.*

7 Et venit Iesus, & accepit panem & dabat eis. *Id est, eo modo diuidebat eis et distribuebat, sicut ante passionem, ad declarandum suā resurrectionem. Dicunt enim aliqui doctores, & satis probabiliter, quod sic diuidebat cibaria sola manu sicut alius cum cultello, & in hoc cognouerunt eum cum alijs signis, sicut & discipuli cognouerunt eum in fractione panis, Luc. vlt. e.*

8 Hoc iam tertio. *Hic ponitur huius apparitionis epilogatio, cùm dicitur:* Hoc iam tertio manifestatus est Iesus, &c. *Videtur quod deberet dici, quarto, quia iam alias tres apparitiones descripserat, vt patet ex prædictis. Dicendum quod litera sequens hoc soluit, cum dicitur:*

9 Discipulis suis. *Et sic patet, quod tantum enumerat hic apparitiones factas apostolis. Prima autem apparitio quam descripsit fuit soli Mariæ Magdalenæ, ideo non enumeratur hic. Potest etiam aliter dici, quod ly tertio, referatur ad diem apparitionis, duæ autem primæ factæ sunt in vna die, alia facta est in die octaua, ista autem facta est postea. Si autem considerentur istæ tres apparitiones apostolis factæ: Prima declarat Christi diuinitatem, dando spiritumsanctum. Secunda, resurgentis identitatem, vulnerum cicatrices ostendendo. Tertia, humanæ naturæ veritatem, comedendo.*

10 Cùm ergo prandissent. *Hic consequenter describit euangelista, quid Christus exhibuit duobus discipulis prædilectis. Et primò quid exhibuit Petro, secundò quid exhibuit Ioanni, ibi,* Et cum hoc dixiss. *Prima in duas, quia primò committitur Petro super ecclesiam vniuersalem regiminis officium, secundò ei prędicitur suum martyrium, ibi:* Amen, amen dico tibi: *Circa primum sciendum, quod Christus committendo Petro pastorale officium ipsum ter examinauit de dilectione, quia pastores ecclesię debent Deum præ cæteris hominibus diligere. Ter etiam committit ei officium pascendi, quia pastor ecclesiæ debet subditos pascere triplici pabulo, scilicet veritatis verbo, vitæ exemplo, temporali subsidio, & hoc est quod dicitur:* Cum ergo prandi. *refecti beneficio omnibus communiter exhibito.*

Diuisio.

11 Dixit Simoni Petro. *Volens ei beneficium speciale conferre.*

12 Simon Ioannis diligis. *Id est, filius Ioannis.*

13 Diligis me plus his? *Quasi expresse dicat, ille, qui eligitur ad officium*

MORALITER.

2 *Afferte de piscibus quos prendidistis nunc.* Per hoc significatur, quod prædicatores pro labore quem sustinent in conuersione peccatorum reficientur in regno cœlorum.

12 *Simon Ioannis diligis me.* Ex hoc patet, quod promouendi ad curam animarum sunt examinandi de fide & dilectione Dei, & nō de potestate temporali.

† Pasce

a *Pasce agnos meos.* Si me diligis. *Pasce agnos meos.* Non vt tuos, gloriam meam in eis quære, non tuam, mea lucra, non tua, quia dilectio Dei probatur in dilectione proximi. Qui verò opus pietatis negat proximis, minus Deum diligit. Hæc autem charitas ex diuina datur gratia. Quod tacitè innuit Ioannes dum interrogans de amore dicit hic quod non alibi: *Simon Ioannis*, id est, obediens Dei gratia, quia quòd ardentiùs cæteris diligit & obedit, non est nisi Dei gratia.

b *Dicit ei tertiò.* Interrogat quod sciebat non semel, sed iterum & tertiò, & tertiò audit à Petro se diligi, & tertiò iubet pascere oues. Trinæ negationi redditur trina confessio, ne minus amori lingua seruiat quàm timori. Et sicut fuit iudicium timoris negare pastorem, sic officium amoris pascere domini gregem.

c *Contristatus est Petrus.* AVGVSTINVS. Etiam remissis peccatis tolerat homo miseriam, in quam tamen ex peccato venit. Productior enim pœna est quàm culpa, nec parua videretur culpa, si cum illa auferretur pœna. Est ideò vel ad demonstrationem debitæ miseriæ, vel ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem necessariæ patientiæ temporaliter tenet hominem pœna, etiam quem iam reum non tenet culpa, & hæc est horum dierum flenda, sed non reprehendenda conditio.

Pœna temporalis datur homini propter tria.

d *Pasce.* Pascere oues est credentes ne deficiant confortare, terrena subsidia, si necesse est subditis prouidere, exempla virtutum præbere, aduersarijs obsistere, peccantes corrigere.

e *Cùm autem senueris.* Passurum prædicit qui negaturum prædixerat, hoc iam poterat resurrectione firmatus, quod immaturè pollicebatur infirmus. Iam non metuit huius vitæ interitum, quia resurgente domino vitæ alterius præcessit exemplum.

f *Extendes manus.* Hoc est, crucifigeris, & quomodo hoc fiet, subdit: *Et alius te cinget, & ducet quò tu non vis*, quia ad illam molestiam nolens est ductus, nolens ad eã venit, sed volens eã vicit, & reliquit affectũ infirmitatis, quo nemo vult mori, qui adeò est naturalis, vt eum nec senectus abstulit Petro. Vnde & dominus: *Transeat à me calix iste.* Sed quantacunque sit molestia mortis, vincat eam vis amoris, si nulla esset vel parua molestia mortis, non esset tam magna gloria † martyrum. Sed si pastor immolatus est vt ouis, qui de ouibus fiunt pastores, non metuant immolari.

Matt. 26. d.

† martyrij

g *Et cùm hoc dixisset.* His dictis cœpit Iesus abire, & nondum intellecto quod audiuit, *sequere me*, cœpit Petrus incessu pedum sequi, sequutus est & Ioannes qui sciebat se diligi.

a ¶ Ostendit dominum scientem interrogasse.

a his? Dicit ei: Etiam domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei † iterum: Simon Ioannis, diligis me? At ille: Etiam domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei iterum: b † Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis amas me? c Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, amas me, & dicit ei: ¶ Pro quibus pones animam, quod est confirmatio dilectionis. d Domine tu omnia nosti, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. Amen, amen dico tibi: cùm esses iunior, cingebas te, & e ambulabas † vbi volebas, cum autem f senueris, extendes manus tuas, ¶ Vinculis. & alius te cinget, ¶ Ad mortem. & ducet quò tu non vis. Hoc autem g dixit, ¶ Quia hac morte ostendit quantum colendus & amandus sit Deus. significãs qua morte † clarificaturus esset Deum. Et cùm

† rursum

† rege oues meas.

† quo

† glorificaturus.

a Quem

NICOLAVS DE LIRA.

officium prælationis, debet Deum diligere præ cæteris, quia secundùm quod dicit B. Gregor. Tantum debet excedere actionem populi vita præsulis, quantum distat à grege vita pastoris. Et ideò videtur, quòd ille qui aliquem eligit ad tale officium, tenetur semper eligere meliorem, non tamen intelligitur melior, literatior, vel astutior, sed ille qui omnibus conditionibus pensatis melior est ad tale officium ad honorem Dei, & ecclesiæ vtilitatem, secundùm iudicium eligentis, aliter autem eligens vel promouens, non attendit ad honorem Dei & vtilitatem ecclesiæ, & sic non videtur iudicium diuinum euadere. Quod autem secundùm decretalem extrà de elect. cum nobis olim, et c. cum dilecti, sufficit eligere sufficientem, hoc est secundùm iudicium humanum, per quod talis non est puniendus, cum secundùm veritatem aliqua iura mala permittunt humano iudicio incorrecta propter maiora mala vitanda, quæ tamen diuino iudicio sunt corrigenda, secundùm quod di. Au. l. li de liber. arb.

De ma. & be. c. Solitę §. nobis. l. Reg. 16. b.

1 Dicit ei. *Non dicit plus quàm alij, sed absolutè respondet, qui expertus propria fragilitatis in Christi negatione, non fuit ausus vltra se efferre in Christi dilectione, sed quantitatem suæ dilectionis posuit in iudicio Christi, qui secreta cordium intuetur. Sequitur:*

2 Contristatus est Petrus. *Non fuit indignatus propter verba Christi replicantis toties petitionem de dilectione, quasi indignaretur Petrus de hoc quòd non acquiescebat sibi Christus primò verbo, sed fuit turbatus eò, quòd sciebat eum scire omnia futura, propter quod timuit ex tali replicatione, ne Christus vellet sibi prædicere aliquem casum suum futurum, sicut suprà 13. d. asserente Petro:* Animam meam pro te ponam, *statim prædixit ei suam negationem futuram, & ideò meritò timuit Petrus, propter quod.*

3 Dicit ei. *Q. d. Tu scis omnia præsentia & futura, et ideò tu scis quod te diligo, sed quid sit mihi futurum nescio, sed tu scis.*

4 Dicit ei: Pasce oues meas. *Ante bis dixerat:* Pasce agnos meos, *quia in fidelibus tres sunt gradus, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum, illi qui sunt in duobus primis gradibus dicuntur agni, & illi qui sunt in tertiò oues nominantur, &c.*

Gradus fidelium tres

5 Amen, amen dico tibi. *Hic prædicit Petro suum martyrium, quia prælati ecclesiæ debent tantam charitatem habere, vt parati sint se morti exponere pro grege, quod hic exprimit Christus loquens Petro parabolicè:* Amen, amen, &c. cingebas te: *id est, ab aliquibus superfluis te restringebas, tamen hoc erat pro voluntate tua ab alio non compulsus, ideò subditur:* Et ambu. vbi vo.

6 Cum autem senueris. *Id est, imminente morte.*

7 Extendes manus tuas. *Per hoc designatur promptitudo Petri ad martyrium tolerandum.*

8 Et alius te cinget. *Fuit enim positus in cruce cum cordis ligatus, & non clauis affixus, vt longior esset ipsius cruciatus, & hoc vocatur hic cinctura.*

9 Et ducet. *Est enim in homine duplex appetitus, scilicet sensitiuus & intellectiuus, & vterque aliquando nominatur voluntas largè loquendo, qui solus appetitus intellectiuus propriè dicitur voluntas. Licet autem appetitus intellectiuus in Petro esset promptus ad martyrium, tamen appetitus sensitiuus refugiebat, quia mors est vltimum terribilium, & eodem modo fuit in Christo sicut dictum est suprà 12. ca. & ideò dicit:* Et ducet quo tu non vis, *ire, scilicet secundùm appetitum sensitiuum.*

Appetitus hominis duplex.

10 Hoc autem dixit. *Hæc sunt verba euangelistæ exponentis verba Christi de martyrio Petri, scripsit enim hoc euangelium post Petri martyrium, quod patet ex hoc quòd euangelium scripsit post reditum suum de insula Pathmos post mortem Domitiani Imperatoris, vt dictum est suprà in prologo huius euangelij. Petrus autem passus est sub Nerone Imperatore, qui diu ante Domitianum Imperauerat.*

11 Significans qua morte. *Martyrium enim Petri ordinatum fuit ad Dei gloriam.*

12 Et cùm hoc dixit. *Hic ostenditur quid Christus contulit Ioanni. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur commendatio discipuli, secundò sui euangelij, ibi:* Hic est discipul. *Prima in duas, quia primò ponitur commendationis occasio, secundò ipsa commendatio, ibi:* Dixit ei Iesus. *Circa primum sciendum, quòd occasio illius fuit verbum Petri quærentis de Ioanne, quod exprimitur cùm dicitur:* Et cùm hoc dixisset. *Scilicet Iesus Petro imponens pastorale officium & suæ passionis exemplum.*

1 Dicit

MORALITER.

† *Pasce agnos meos.* Ter dictum est pasce, ad significãdum, quod habens curam animarum debet subditos pascere pastu verbi Dei & boni exempli, & prout potest etiam subsidio temporali. Sed illud quod dicitur hic *pasce, &c.* aliqui mali mutant in tonde, quia multum student circa subditos exactiones temporalium exercere, & de pastu dicto triplici non curare.

5 *Amen, amen dico tibi, cum esses, &c.* Per hoc quod dicitur hic, passio Petri futura significabatur, eo quod tunc ecclesiæ præficiebatur, nam in primitiua ecclesia ille qui populis præficiebatur, primus ad tormenta ducebatur.

A a *Quem diligebat Iesus.* diligebat & alios, sed familiarius istum donauit potiore dulcedine sui amoris, quia virgo electus ab ipso virgo permansit, vnde & matrem ei commendauit.

AVGVSTINVS. Tacito nomine discernitur Ioannes à cæteris, non quòd solùm eum, sed plus cæteris diligeret eum. Huius maioris dilectionis est indicium, quòd solus supra pectus Iesu recubuit. Porrò Petrus plus dilexit Christũ, vt ipse sciens interrogat, qui dicit: *Diligis me plus his?* Videtur ergo melior qui plus quàm qui minus diligit Christum. Item videtur melior, qui plus quam B qui minus diligitur à Christo, vt anteponitur Ioannes Petro. Quod si conferendo ad inuicem quæritur, quis de duobus melior est. An qui minus diligit Christum, & ab eo plus diligitur, an quem minus diligit Christus, cum ipse plus eum diligat? Dubia est responsio. Videtur quidẽ, qui plus diligit Christum melior. Quẽ plus diligit Christus, fœlicior. Et est manifesta misericordia, sed occulta iustitia minus diligentis eum à quo plus diligitur, & plus eum à quo minus diligitur. Sed per istos duos commendat duas vitas ecclesiæ, de quibus mysticè loquitur. Vna est per fidem, altera per speciem. Hæc agitur in corpore & peregrinatione, vbi beatitudo est tantum in spe, sed miseria præsto est de aduersis & de peccatis. Illa est in immortalitate, vbi nihil mali, sed perfectio boni. Prior actiua significatur per Petrum, qui est generalis persona in petra Christo fundata, C huic dicitur: *Tu me sequere*, per imitationem perferendi temporalia mala, quæ terminabuntur cum sæculo. Hic magis diligit Christum, vt amando & sequendo liberetur à malo, sed ipse minus hanc diligit qualis nunc est, & liberat ne semper talis sit, & ob aliud non diligit, nisi vt saluet, & hinc transferat. Altera contemplatiua significatur per Ioannem, cui dicitur: *Sic eum volo manere*, non dicit remanere, vel permanere, sed expectare, quia non modo, sed cum venerit Christus implebitur. Q.d. Inchoata contemplatio maneat donec veniam, perficienda cum venero vt sit manifesta plenitudo scientiæ, hanc autem plenè diligit Christus, & seruat in æternum. In illa verò expectatione, quia nondum nouit futuram veritatem, homo minus diligit, & plus diliget, cum eum videbit sicuti est. Quia verò *vniuersę via domini sunt misericordia & veritas*, iustus in hac vita expertus vndique mala, plus diligit ex necessitate qua vrgetur, quia misericordia D qua est liberandus à malis & quotidie poscit & habet, & minus diligitur à misericorde qui minus diligit miserũ quàm beatum, hic est Petrus plus amans & minus amatur. Quia verò iustus contemplationem veritatis quæ est futura nondum nouit, minus diligit eam quam Petrus miser misericordiam, & ipsa veritate beatus plenè diligetur à Christo, & hic est Ioannes minus amans, quàm Petrus plus amatus. Et si hi duo apostoli singuli has duas vitas significant, vtraque tamen vtrique conuenit sicut & in omnibus sanctis. Ad huius E autem vitæ procellosæ gubernaculum dantur claues ad liganda & soluenda peccata. Propter autem illam quietam requiem super pectus Iesu discumbitur vnde bibitur veritas. Qui virgo est Ioannes conuenit futuræ vitæ, vbi neque nubent neque nubentur.

(Marginalia: † recidit, procubuit; † supra.13.; Quæstio.; Ecclesiæ duæ vitæ; 1. Ioan. 3.; Psal. 24 b.; † Si.; Matt. 16. c.; Matt. 22. c.; Tract. 124 in Ioan.)

a ¶ q.d. Ne timeas mori pro me, cum ego prius pro te.

1 hoc dixisset, dicit ei: Sequere me. 2 Conuersus Petrus vidit il- a ¶ Commendat priuilegium amoris sui. a lum discipulum, quẽm diligebat Iesus sequentem, qui & 3 b † recubuit in cœna super pectus eius, & dixit: Domine, quis est qui tradet te? 4 Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dixit Ie- a ¶ Specialiter enim domino eum visitante placitam accepit carnis absolutionem. 5 c su: Domine, hic autem quid? 6 Dicit ei Iesus: 7 † Sic eum d ¶ In crucis passione. volo manere, 8 donec veniam. 9 Quid ad te? Tu me sequere.

b *Super pectus.* In pectore Iesu sunt *omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi*, super quod recubuit quem maiori cæteris sapientiæ & scientiæ singularis munere donat, in quo figurabatur quanta arcana diuinitate præ cęteris esset scripturus.

c *Domine, hic autem quid?* Quia audierat Petrus se crucifigendum, voluit etiam fratris cognoscere exitum.

d *Sic eum volo manere, donec veniam.* Nolo eum per martyrium consummare, sed expectare eum placidam carnis suæ absolutionem, quando ego veniens recipiam eum in æternum beatitudinem

✠ THEOPHYLACTVS. *Donec veniam*, quidā sic exponunt, donec, inquit, contra Iudæos qui me crucifixerunt veniam percussurus eos virga Romanorum, & subuersurus eorum ciuitatem. Dicunt enim Apostolum illum vsque ad Vespasiani Imperium, locáque superiora peragrasse, prædicantem & manentẽ illic, quando autem capiendæ erant Ierosolymæ transiisse. Igitur quia magnum prædicationis opus ipsis erat concreditum non erant coniungendi sed separandi, vnus ad hos, alius ad alios iret. F

✠ AVGVSTINVS. Quod autem ait, *Si eum volo manere donec veniam.* Non sic intelligendum est quasi dixerit remanere vel permanere sed expectare, quoniam quod per eum significatur non vtique nunc, sed cum venerit Christus adimplebitur. Quod autem per huuc significatur cui dictum est: *Tu me sequere*: Nisi ☞ nunc agatur

NICOLAVS DE LIRA.

1 Dicit ei: Sequere me. *Sicut enim in veteri Testamento propheta significabant aliqua verbis & aliqua factis, vt suprà dictum est, 1. cap. similiter Christus postquàm verbo imposuerat Petro pastorale officium & ei prædixerat suum martyrium, incœpit ire, & tunc dixit Petro:* Sequere me, *scilicet gerendo vices meas in duobus prædictis, & sic per illam sequelam corporalem significabat idem quod prius Petro per verba expresserat.*

2 Conuersus Petrus, &c. *Quia cœperat ire post Christum, sicut & Petrus.*

3 Qui & recubuit. *Per hoc autem patet, quòd iste fuit Ioannes qui scripsit ista, non ad sui iactantiam, sed ad ostendendum Petri excellentiam, cui Christus commendauit ecclesiam magis quam Ioanni, quamuis esset ita familiaris sibi.*

4 Hunc ergo, &c. *Diligebat enim Petrus ipsum Ioannem speciali dilectione, vt suprà dictum est cap. præcedenti, & ideo volebat eum habere socium in prælationis officio & martyrio, ideo dixit:*

5 Domine, hic autem quid. *Q.d. Bonum esset quod iste adiungeretur mihi socius.*

6 Dicit ei Iesus. *Posita occasione ex verbis Petri, consequenter ponitur beneficium collatum Ioanni, cùm dicitur:*

7 Sic eum volo manere. *Occasione huius verbi dixerunt aliqui, quod Ioannes non est mortuus, sed cum Enoch & Elia translatus ad Paradisum. Alij autem dicunt, quod in sepulchro suo iacet dormiens, ex hoc accipientes signum quòd in sepulchro eius videtur quædam scaturitio mannę per modum ebullitionis surgere, & dicunt hi, quòd hoc causatur ex anhelitu eius, verùmtamen quia* statutũ est hominibus semel mori *vt dicitur ad Heb. 6. g. ideò dicunt ipsum circa finem mundi pro Christo passurum, propter hoc sequitur:*

(Marginalia: Opiniones aliquorũ de morte Ioannis.)

8 Donec veniam. *Scilicet in fine mundi ad iudicium. Sed ista improbat August. per hoc, quia illud quod hic dicitur à Saluatore de Ioanne, ponitur tanquam priuilegium seu beneficium speciale Ioanni cōcessũ, secundùm verò dicta eorum, hoc non esset verum, imò esset magis Ioanni detrimentum, si tam diu à diuina fruitione retardaretur aliis apostolis in gloria existentibus. Propter quod dicendum, quòd Christus respondet ad verba Petri petentis eum habere socium in prælatione & martyrio, dicens:* Sic eum volo manere. *Q.d. Nolo eum mori per martyrium, nec in hoc me sequi, nec etiam volo eum sequi me quantum ad prælationis officium in regimine vniuersalis ecclesię tecum, sed magis volo occupari in quiete contemplationis.* Donec veniam, *Non ad iudicium in fine mundi, sed ad vocandum eum ad gloriam cœlestem de statu huius mundi. Habetur enim in legenda sancti Ioannis, quod Christus apparuit ei circa finem vitę suę vocans eum ad gloriam.*

9 Quid ad te? *Quia ad Petrum non pertinebat scire quid Deus ordinabat de Ioanne in futurum, sicut dictum est apostolis Act. 1. f.* Non enim

MORALITER.

1 *Dicit ei: Sequere me Conuersus Petrus vidit illum discipulum, &c.* Per Petrum Christum sequentem per opera laboriosa. bonus actiuus significatur: per Ioannem verò sic manentem bonus contemplatiuus intelligitur, & de tali dicitur conuenienter, non moritur, quia de vita contemplatiua imperfecta transit ad perfectam contemplationem gloriæ sine morte culpæ media.

† Sunt autem

A nunc agatur, non peruenietur ad illud quod expectatur. In hac autem actiua vita quanto magis Christum diligimus tantò facilius liberamur à malo. At ipse nos minus diligit quales nunc sumus, at ideò liberat, ne semper tales simus. Ibi verò amplius nos diligit, quoniam quod ei displiceat, & quod à nobis auferat, non habebimus, nec ob aliud nos hic diligit, nisi vt sanet & transferat ab his quæ non diligit, hic ergo minus vbi non vult remaneamus: Ibi amplius quo vult transeamus & vbi nó vult pereamus. Amet ergo eũ Petrus, vt ab ista mortalitate liberemur, ametur ab eo Ioãnes, vt in illa immortalitate seruemur.

† Præmanauit ergo rumor.

† capturũ

a ¶ Ex prædictis hoc intellexerunt, & quod non esset ita intelligendum, ipse Ioannes admonet.

† Exiit ergo sermo inter fratres[1], quia discipulus ille non moritur[2]. Et non dixit ei Iesus, non moritur[3], sed sic eum volo manere donec veniam[4], quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his[5] & scripsit hæc[6]. Et scimus, quia verum est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus[7], quæ si scribantur per singula[8], nec ipsum arbitror[9] mundum † capere posse[10] eos qui scribendi † sunt, libros[11][12].

a ¶ Quantum ad intelligentiam.

† forent.

a *Et non dixit ei.* Non est intelligendum quòd Ioannes non sit mortuus in carne, sed quicquid ante passus, quòd vltimum in pace senium finiret, Non enim magnum erat dare dilecto non mori, cúm dissolui & esse cum Christo sit multò meliùs.

✠ Theophylactvs. Euangelista euertit falsam opinionem existimantium quod non moriatur discipulus hic, sed immortalis sit: Verè enim mendacium est immortalem esse hominem. Quamuis enim Enoch & Elias non sint mortui, attamen mortales sunt, ita & hic quoque quamuis non fuerit mortuus, sed morietur, igitur quod non moritur, sed immortalis sit hoc falsum est.

b *Hic est, &c.* Hic apertè suam designat personam ex officio, quod noluit designare ex vocabulo.

c *Nec ipsum arbitror mundum.* Avgvstinvs. Non spatio locorum, credendum est mundum capere non posse, quæ in eo scribi quomodo possent, si scripta non ferret? Sed capacitate legentium comprehendi fortasse non possent, quamuis salua rerum fide, plerumque verba excedere videantur fidẽ, quod non fit quando aliquid erat obscurum ac dubium, causa & ratione reddita exponitur. Sed quãdo id quod apertum est vel augetur, vel extenuatur, nec tamen à tramite significandæ veritatis erratur, quoniã sic verba rẽ quæ indicatur excedunt, vt voluntas loquentis, nec fallentis appareat, qui nouit quousque credatur, à quo vltrà quam credendum est; vel minuitur à loquendo aliquid vel augetur. Hunc loquendi modũ Græco nomine, non solũ Græcarũ literarũ verũ etiam Latinarum magistri hyperbolen vocant Qui modus sicut hoc loco, ita in nonnullis aliis diuinis literis inuenitur: vt est, *Posuerunt in cælum os suum.* &, *Verticẽ capilli perambulantium in delictis suis*, & multa huiuscemodi quæ scripturis sanctis non desunt, sicut alij tropi; Hoc est locutionum modi.

Trac. 124 in Ioãnem

Ps. 72. Ps. 67.

Nec ipsum. Non dicit spacio non posse capi, sed capacitate legentium, quamuis salua fide rerum plerúmque verba videantur excedere fidem per hyperbolen.

NICOLAVS DE LIRA.

est vestrũ nosse tempora vel mométa, quæ pater posuit in sua potestate, &c. *sed tantùm pertinebat ad ipsum verbo Christi prompte & humiliter obedire, ideo subditur:* Tu me sequere.

1 Exiit ergo sermo in fratres. *Scilicet Apostolos qui erãt vniti charitate fraterna.*

2 Quia discipulus ille non moritur *Hunc enim intellectum conceperunt ex verbis Christi. Sed statim excluditur iste intellectus, cùm dicitur.*

3 Et non dixit ei Iesus, non moritur. *Quia secundùm veritatem mortuus fuit, vt suprà dictum est in prologo huius euangelij.*

4 Sed sic eum, &c. *Hoc est, non per martyrium me sequi, tamen quia in eo fuerat promptitudo animi ad tolerandum martyrium, quando fuit proiectus in feruentis olei dolium, ideò illud pro martyrio ab ecclesia colitur, quia secundùm quod dicit beatus Augustinus lib. de nuptiis & concupiscentia: Non est impar meritum patientia in Ioanne qui passus non est et in Petro qui passionem sustinuit.*

5 Donec veniam. *Assumens animam eius à corpore absque tamen angustia & dolore, vt dictum fuit suprà in prologo huius euangelij, & suprà proximè.*

6 Hic est dis. *Posita commendatione discipuli, hic ponitur commendatio sui euangelij. Et diuiditur in duas, quia primò ponitur euangelij commendatio, secundò tollitur erroris occasio, ibi:* Sunt & alia multa. *In prima ergo parte dicitur sic:* Hic est discipulus ille, *scilicet Ioannes de quo Saluator immediatè ante locutus est.*

Diuisio.

7 Qui testimonium perhibet de his. *Supple quæ vidit & audiuit propter quod eius testimonium est efficax, propter quod in principio suæ primæ epistolæ dicit:* Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ cõtrectauerũt de verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus & testamur.

8 Et scripsit hæc. *Mos autem erat antiquorum, quod illi scriberent historiam qui vidissent, propter quod dicitur historia ab historin, quod est videre, & ideò Ioannes qui audiuit verba Christi & facta eius vidit conuenientissimè potuit scribere.*

9 Sunt autem, &c. *Hic tollitur erroris occasio, quia posset fortè aliquis credere, quod nihil aliud esset verum de Christo, nisi quod est scriptum in hoc euangelio & aliis de Christo & hoc tollitur, cùm dicitur:* Sunt au. &c. *quæ scripta non sunt: Cuius causa subditur cùm dicitur.*

10 Quæ si scribantur. *Quantum ad facta particularia & conditiones & circunstantias eorum & virtutem.*

11 Nec ipsum. *Id est, homines huius mundi.*

12 Capere posse, &c. *Facta enim & verba Christi non sunt hominis tantùm, sed Dei quia illa humanitas erat organum diuinitatis, & ideo non possunt ad plenum abhominibus explicari, aut etiam comprehendi. Quod patet ex hoc, quòd à principio ecclesiæ cœperunt sancti doctores libros scribere ad explanationem verborum & factorum Christi, et adhuc ad plenum non sunt elucidata, imò si mundus duraret per mille millia annorum, & semper scriberentur libri, non elucidarẽtur ad plenum quia sicut dictum est, facta sunt & dicta Dei quę sũt nobis incomprehensibilia propter eorum excellentiam respectu intellectus nostri. Et ideo debemus subiugare & captiuare in obsequium Christi intellectum nostrum, vt ei assentientes per fidem quæ est in ænigmate, tandem veniamus ad contemplandum facie ad faciem, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in sæcula sæculorum Amen.*

MORALITER.

† 9 *Sunt autem & alia multa, &c.* Nam principium huius euangelij quod scripsit Ioannes de emanatione verbi, totus mundus adhuc capere non potuit perfectè, propter quod ad laudem patris & filij debemus quantum possumus assurgere, nam eorum gloria maior est omni laude.

FINIS QVINTI TOMI.

Romanæ correctionis,

IN

LATINIS BIBLIIS

EDITIONIS VVLGATÆ,

LOCA INSIGNIORA:

IN MATTHÆVM.

CAP. I. *v.* 2. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. *Malè à libris quibusdam additur* autem *post* Abraham, *& ab alijs tollitur post* Isaac.

V. 18. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph. *Retinendum est pronomen* eius, *non substituendum antecedens* Iesu.

*V.*23. Et vocabunt nomen eius Emmanuel. *Germana lectio habet futurum plurale persona tertia* vocabunt; *non singulare, persona, aut secunda* vocabis, *aut tertia* vocabitur.

CAP. II. *v.* 1. 5. In Bethlehem Iuda. *Legendum est* Iuda *vel* Iudæ; *non addita vna syllaba* Iudææ.

*V.*23. Vt adimpleretur quod dictum est per prophetas. *Non est commutandus numerus pluralis* prophetas, *cum singulari* prophetam.

CAP. III. *v.* 2. Appropinquauit enim regnum cœlorum. *Caue ne scribas futurum* appropinquabit, *loco præteriti. Idem obseruandum infrà* 4. *v.* 17.

*V.*3. Hic est enim qui dictus est per Isaiam prophetam. *Noli scribere* de quo dictum est, *pro* qui dictus est.

V. 7. Quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? *Seruandum est præteritum, non vertendum in futurum* demonstrabit.

*V.*12. Et congregabit triticum suum in horreum. *Vt non est omittendum pronomen* suum, *ita addendum nomini* triticum, *non nomini* horreum.

*V.*15. Tunc dimisit eum. *Iniuria omittuntur à quibusdam libris hæc verba.*

*V.*16. Baptizatus autem Iesus confestim ascendit de aqua. *Non sunt auferenda nomen* Iesus *& aduerbium* confestim.

Ibid. Et venientē super se. *Interpres vertit* se *reciprocū, nō* ipsum.

CAP. IV. *v.* 4. Non in solo pane viuit homo. *Non mutes præsens* viuit, *cum futuro* viuet.

*V.*7. Rursum scriptum est. *Non iungas aduerbium* rursum *verbo præcedenti* ait.

*V.*10. Tunc dicit ei Iesus: Vade Satana. *Vt non est omittendum aduerbium* tunc, *ita non addendum* retro *aut* post me, *quod quidam aliunde huc adscripserunt.*

*V.*13. In Capharnaum maritima. *Non addas* ciuitate.

*V.*15. Galilæa gentium. *Non mutes primum casum* Galilæa *cum secundo* Galilææ.

*V.*16. Populus qui sedebat in tenebris. *Germana huius loci scriptura est* sedebat, *non* ambulabat.

*V.*24. Et abijt opinio eius. *Non scribas* fama *pro* opinio.

CAP. V. *v.* 1. Videns autem Iesus turbas. *Romani Correctores non indicarunt omittendum nomen* Iesus.

*V.*11. Beati estis cùm maledixerint vobis. *Non addas*, homines, *quod non est huius loci, sed Lucæ* 6. *v.* 22.

*V.*20. Dico enim vobis. *Non mutes* enim *coniunctionem causalem cum aduersatiua* autem.

*V.*22. Omnis qui irascitur fratri suo. *Non est addēdū* sine causa.

*V.*30. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide eam. *Sic est in Sixtinis Biblijs, ex veteribus manuscriptis,* abscide, *voce deducta à cędo, pro eo quod alia habent* abscinde, *à scindo. Idem vsu venit infrà* 18. *v.* 8. *& Marc.* 9. *v.* 43.

*V.*32. Et qui dimissam duxerit, adulterat. *Caue ne omittas hanc pericopen, vt olim quidam.*

V. 9. Sed siquis te percusserit in dextram maxillam tuam. *Nec hic omittas adiectiuum* dextram.

*V.*41. Vade cū illo & alia duo. *Nec hinc deniq; auferas vocē* alia.

*V.*48. Sicut & pater vester cælestis perfectus est. *Vox* cælestis *non est commutanda cum* qui in cælis est.

CAP. VI. *v.* 4. Reddet tibi. *Non est addendum* in palam, *quod olim fecerunt quidam.*

*V.*7. Nolite multum loqui, sicut ethnici. *Redundat, quod sequitur in quibusdam libris, verbum* faciunt.

*V.*11. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. *Nō mutes* supersubstantialem *cum* quotidianum.

*V.*13. Sed libera nos à malo. Amen. *Vt non est omittendū* Amen: *ita non addendum.* Quia tuum est regnum & potentia & gloria in secula seculorum.

V. 16. Vt appareant hominibus ieiunantes. *Non supponas simplex* pareant, *pro composito* appareant.

*V.*25. Ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis. *Superfluū fuit quod olim quidam addiderunt*, neque quid bibatis.

*V.*34. Sufficit diei malitia sua. *Non est addendum* enim.

CAP. VII. *v.* 1. Nolite iudicare, vt non iudicemini. *Quod sequitur in quibusdam libris* Nolite condemnare, vt non condemnemini, *non est huius Euangelij, sed Luc.* 6. *v.* 37.

*V.*6. Et conuersi dirumpant vos. *Non addas*, & canes conuersi.

*V.*11. Nostis bona data dare. *Non est omittendum* data.

V. 12. Vt faciant vobis homines. *Non est addendum* bona.

*V.*14. Quàm angusta porta & arcta via est. *Non est legendum* quoniam *vel & pro* quàm.

*V.*23. Discedite à me qui operamini iniquitatem. *Superfluit quod quidam addunt* omnes.

*V.*25. 27. Et descendit pluuia. *Coniunctio auferenda non est.*

CAP. VIII. *v.* 1. Cùm autem descendisset de monte. *Non addas nomen* Iesus.

*V.*10. Audiens autem Iesus. *Nec hic addas pronomen* hæc.

*V.*13. Et sanatus est puer in illa hora. *Legendum est* in, *non* ex.

*V.*15. Et ministrabat eis. *Correctores prætulerunt plurale* eis *singulari* ei.

*V.*18. Iussit ire trans fretum. *Non interponas* discipulos.

*V.*20. Vbi caput reclinet. *Non addas pronomen* suum.

*V.*25. Et accesserunt ad eum discipuli eius. *Non omittas* discipuli eius.

V. 28. Et cùm venisset trans fretum. *Vt non est addendum nomen* Iesus, *ita non mutandum singulare* venisset *cum plurali* venissent.

*V.*29. Venisti huc ante tempus torquere nos? *Non est præponendum aduerbium* cur.

*V.*32. Et ecce impetu abijt. *Vox* magno, *quam interijciunt quidam, non hic, sed Marc.* 5. *v.* 13. *ab Interprete data est.*

*V.*33. Nuntiauerūt omnia. *Superfluit* hęc, *quod addunt quidam.*

*V.*34. Rogabant vt transiret. *Similiter redundat hic* eum.

CAP. IX. *vers.* 13. Et ascendens in nauiculam transfretauit.

cauit. *Omittendum est nomen* Iesus.

*V.*5. Dimittuntur tibi peccata tua. *Non auferas pronomen possessiuum* tua.

*V.*13. Non veni vocare iustos, sed peccatores. *Quod in nonnullis codicibus sequitur* ad pœnitentiam, *non est huius loci, sed Luc.*5.*v.*32

*V.*18. Accessit & adorabat. *Sic legendum*, adorabat, *imperfectum potius quàm perfectum* adorauit.

Ibid. Impone manum tuam super eã. *Non omittas pronomẽ* tuã.

*V.*25. Et tenuit manum eius. *Quod sequitur in multis libris:* Et dixit. Puella surge, *non est huius loci, sed Luc.*8.*v.*54.

*V.*38. Vt mittat operarios in messem suam. *Alij libri pro* mittat *scribunt* eijciat.

CAP. X. *v.* 2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt hæc, *Non est legendum hoc loco* discipulorũ, *pro* Apostolorũ.

*V.*3. Iacobus Alphæi. *Non præponas* & *coniunctionem.*

Ibidem. Et Thaddæus. *Harũ duarũ vocum loco, quidã legunt sex.* Et Lebbæus qui cognominatus est Thaddæus, *sed non sunt Latinæ editionis.*

*V.*4. Et Iudas Iscariotes. *Non scribas* Scariotes, *omissa* i *litera initiali, tãetsi ita sit in antiquis libris, & hoc & alijs Euãgeliorum locis.*

*V.*7. Quia appropinquauit regnum cœlorum. *Caue ne mutes præteritum in futurum* appropinquabit.

*V.*8. Infirmos curate, mortuos suscitate. *Non temerè omittendũ est posterius illud,* mortuos suscitate.

*V.*10. Dignus est enim operarius cibo suo. *Pro* cibo suo, *quod scribunt quidam* mercede sua, *Lucæ est cap.* 10. *v.*7.

*V.*13. Veniet pax vestra. Pax vestra reuertetur. *Non mutes futura indicatiui* veniet, reuertetur, *cũ imperatiuis,* veniat, reuertatur.

*V.*22. Et eritis odio omnibus. *Non addas* hominibus.

*V.*23. Fugite in aliam. *Quod sequitur in nonnullis libris,* Et cũ in aliam persequentur vos, fugite in tertiam, *superfluit.*

*V.*26. Nihil enim est opertum, quod non reuelabitur, & occultum, quod non scietur. *Coniunctiua,* reueletur, sciatur, *sunt Lucæ cap.*12.*v.*2.

*V.*28. Qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. *Non est omittenda coniunctio* & *vel priori loco.*

*V.*39. Qui inuenit animam suam perdet illam. *Non mutes futurum indicatiui* perdet, *cum præsenti imperatiui* perdat.

CAP. XI. *v.* 17. Cecinimus vobis. *Interpres addidit* tibiis, *non hic sed Luc.*7 *v.* 32.

CAP. XII. *v.* 2. Quod non licet facere sabbatis. *Non addas pronomen* eis *verbo* licet.

V. 18. Ecce puer meus quem elegi. *Malè interponunt quidam nomen* electus.

V. 20. Arundinem quassatam non confringet. *Ex propheta sumptum est, quod quidam legunt,* conteret.

*V.*31. Spiritus autem blasphemia nõ remittetur. *Caue ne nominatiuum* blasphemia *commutes cum genitiuo* blasphemiæ.

*V.*32. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum. *Non repetas vocem* verbum, *sed subaudias è proximo.*

*V.*31. Foris stant quærentes te, *Pro* quærentes te, *non scribas* quærentes loqui tecum, *aut* quærẽtes te alloqui, *sed ita intelligas.*

CAP. XIII. *v.* 3. Ecce exiit qui seminat seminare. *Non est hic addendum* semen suum, *quod Lucæ proprium est.*

*V.*8. Aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. *Non mutes numerum ordinalem cum cardinali:* Aliud centum, aliud sexaginta, aliud triginta.

*V.*11. Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum. *Plurale* mysteria *Matthæi est, singulare, posteriorum Euangelistarum.*

*V.*12. Qui autẽ non habet, & quod habet auferetur ab eo. *Pro* & quod habet, *infra* 25.*v.*29. *legitur* & quod videtur habere.

*V.*14. Et adimpletur in eis. *Retinendum est, cum coniunctione copulatiua, præsens indicatiui* adimpletur: *non substituendum, cum cõiunctione causali* adimpleretur *vel* adimpleatur.

V. 16. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. *Non est mutanda coniunctio* quia *cum relatiuis* qui *vel* quæ.

*V.*20. Qui autem super petrosa. *Non legas* petram *pro* petrosa, *substantiuum pro adiectiuo.*

*V.*28. Vis imus & colligimus ea? *Non addas* igitur *verbo* vis.

*V.*33. In farinæ satis tribus. *Luc.*13.*v.*21. *legitur* 4. *casu* sata tria.

*V.*43. Qui habet aures audiendi audiat. *Non omittas gerundium* audiendi.

V. 47. Et ex omni genere piscium congreganti. *Interpres addidit* piscium, *tametsi Græcè non legatur.*

*V.*48. Elegerũt bonos in vasa. *Nõ addas pronomẽ* sua, *quod quidã.*

*V.*51. Dicunt ei: Etiam. *Nec hic addas* Domine.

CAP. XIV. *v.* 2. Hic est Iohannes Baptista. *Superfluit* quem ego decollaui, *quod sequitur in quibusdam libris.*

*V.*3. Propter Herodiadem vxorem fratris sui. *Non est Latinæ editionis, quod additur à quibusdam libris, nomen* Philippi.

*V.*6. Saltauit filia Herodiadis in medio. *Quidam addunt* triclinio, *quę glossa est non textus.*

*V.*19. Discipuli autem turbis. *Superfluit quod quidam libri addunt* dederunt: *relinquitur enim intelligendum è proximo.*

*V.*22. Et statim compulit. *Seruandum est* compulit, *quod est coegit: non supponendum* iussit, *quod est, præcepit.*

*V.*32. Et cùm ascendissent. *Quidam numero singulari scribunt* ascendisset; *malè.*

CAP. XV. *v.* 2. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum. *Non est commutandus numerus singularis* traditionem *cum plurali.*

*V.*31. Mutos loquentes. *Quod subijciunt quidam libri* debiles sanos, *ex Græco adiectum est.*

*V.*38. Erant autem qui manducauerunt. *Quidam libri præteritæ plusquam perfecto legunt* manducauerant.

CAP. XVI. *v.* 2.3.4. Facto vespere dicitis *& cætera vsque ad finem quarti versiculi, immeritò olim à quibusdam omissa fuere.*

*V.*4. Faciem ergo cæli diiudicare nostis. *Non præponas nomen* hypocritæ.

Ibid. Nisi signum Ionæ prophetæ. *Non omittas nomẽ* prophetę.

*V.*13. Quem dicunt homines esse filium hominis? *Non est addendum pronomen* me, *tametsi Grętè legatur.*

*V.*23. Vade post me Satana. *Non scribas* retro *loco* post me.

CAP. XVII. *v.* 1. Et post dies sex assumit Iesus Petrum. *Non mutes præsens* assumit *cum præterito* assumsit, *vt neque mox* ducit *cum* duxit.

*V.*11. Elias quidem venturus est. *Subijciunt quidam libri* primùm, *ex Græco non dubium emendati.*

*V.*23. Didrachma. *Legendum est, neutro genere, numero plurali, non* didrachmam, *numero singulari generis fœminini.*

CAP. XVIII. *v.* 8. Abscide eum. *Similis locus suprà* 5.*v.*30.

*V.*9. Bonum est tibi cum vno oculo in viam intrare. *Non scribas* vnum oculum habentem *pro* cum vno oculo.

*V.*12. Nónne relinquit. *Præferendum est præsens* relinquit *futuro* relinquet.

Ibidem. In montibus. *Non scribas* in deserto, *ex Luc.*15.*v.*4.

*V.*16. Adhibe tecum adhuc vnum vel duos. *Non omittas aduerbium* adhuc.

CAP. XIX. *v.* 5. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem. *Non mutes* dimittet *cum* relinquet, *quod alterius est loci.*

*V.*12. Qui seipsos castrauerunt. *Quidam scribunt* eunuchizauerunt.

*V.*14. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire. *Marci est & Lucæ, quod transpositis verbis quidam habent:* Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos.

Sequitur: Talium est enim regnum cælorum. *Non est omittenda coniunctio* enim.

*Vers.*18. Dicit illi: Quæ. *Non est legendum nominatiuo casu* ille, *sed datiuo* illi.

*V.*19. Et diliges proximum sicut teipsum. *Non est omittenda coniunctio* &.

*V.*20. Omnia hæc custodiui à iuuentute mea. *Romani Patres censuerunt non esse omittendum illud* à iuuentute mea, *tametsi vetusta manuscripta omittant.*

*V.*21. Vade, vende quę habes. *Noli legere:* Vade & vende omnia quæ habes, *additis voculis* & *&* omnia.

CAP. XX. *v.* 7. Ite & vos in vineam meam. *Non subijcias* Et quod iustum fuerit accipietis: *est enim superioris versus quarti, non huius septimi.*

*V.*15. Aut non licet mihi quod volo facere? *Interpres noster non addidit* in meis, *quod alij.*

V. 17. Duodecim discipulos. *Non addas pronomen* suos.

*V.*21. Et vnus ad sinistram in regno tuo. *Non mutes* vnus *cum* alius, *quod Marci est.*

*V.*25. Potestatem exercent in eos. *Non est legendum* inter eos, *vt quidam malè. pro* in eos.

*V.*28. Et date animam suam redemptionem pro multis. *Non est præponenda præpositio* in *nomine* redemptionem.

CAP. XXI. *v.* 1. Et cùm appropinquasset Ierosolymis, & venissent Bethphage. *Non mutes numeros plurales in singulares.* appropinquasset, venisset.

Ibidem. Misit duos discipulos. *Non addas* suos, *quod ex Luca quidam.*

*V.*3. Et confestim dimittet eos. *Sic legendum est, futuro tempore* dimittet, *non præsenti* dimittit.

*V.*4. Hoc autem totum factum est. *Correctores non indicarunt omittendum* totum.

V. 7. Et imposuerunt super eos vestimenta sua. *Non mutes pronomen plurale* eos *cum singulari* eum.

V. 9. Hosanna filio Dauid. *Caue legas quartum casum* ô fili, *vt quidam, loco tertij* filio.

Ver.17.

V. 17. Ibique mansit. *Superfluit quod subijciunt quidam libri* & docebat eos de regno Dei.

V. 27. Ait illis & ipse. *Non est omittendum medium illud* &, *quod etiam Græcè legitur.*

Ibidem. Nec ego dico vobis. *Non est legendum futurum* dicam, *sed præsens* dico.

V. 28. Fili, vade, hodie operare in vinea mea. *Non mutes imperatiuum* operare, *cum infinitiuo* operari, *nec sextum casum cum quarto* vineam meam.

V. 31. Dicunt ei: Primus. *Non omittas pronomen* ei, *multoq; minùs, pro* primus, *substituas contrarium* nouissimus, *quod olim quidam.*

Ibid. Præcedent vos in regnum Dei. *Præferendus est quartus casus* regnum *sexto* regno.

V. 32. Venit enim ad vos. *Non legas* autem *pro* enim.

V. 33. Et ædificauit turrim. *Non addas* in medio eius, *quod quidam ex Isa.* 5. *v.* 2.

V. 37. Verebuntur filium meum. *Quod quidam adjiciunt aduerbium* forsitan, *Lucæ est cap.* 20. *v.* 13.

V. 41. Qui reddant ei fructum. *Non mutes præsens coniunctiui* reddant, *cum futuro indicatiui* reddent.

CAP. XXXII. *v.* 1. Dixit iterùm in parabolis eis, dicens. *Non postponas pronomen* eis *participio* dicens.

V. 3. Et misit seruos suos. *Non commutes numerum pluralem cum singulari* seruum suum, *qui est Euangelij secundùm Lucam cap.* 14. *v.* 17.

V. 4. Tauri mei & altilia occisa sunt. *Non omittas verbum substantiuum* sunt.

V. 13. Ligatis manibus & pedibus eius. *Non præponas pedes manibus, quod quidam.*

V. 14. Multi enim sunt vocati. *Non est legendum* autem *aduersatiuum, pro* enim *rationali.*

V. 15. Vt caperent eum in sermone. *Non est substituendum antecedens* Iesum, *loco pronominis* eum.

V. 17. Licet censum dare Cæsari an non? *Non est mutandum actiuum* dare *cum passiuo* dari.

V. 30. Sed erunt sicut angeli Dei in cælo. *Correctores prætulerunt futurum* erunt, *quod respondet præcedentibus, præsenti* sunt.

CAP. XXIII. *v.* 13. Væ autem vobis. *Non est omittenda coniunctio* autem.

Ibidem. Quia clauditis regnum cælorum ante homines. *Non substituas pronomen* qui *pro coniunctione* quia.

V. 14. Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia comeditis domos viduarum, orationes longas orantes: propter hoc amplius accipietis iudicium. *Etsi hic versiculus videatur Marco & Lucæ proprius esse: non tamen iudicarunt Correctores hic expungendum esse.*

V. 16. Quicumque iurauerit per templum. *Non addas* Dei.

V. 19. Cæci, quid enim maius est. *Non præponas hic* stulti & *quemadmodum suprà v.* 17.

V. 21. Iurat in illo, & in eo qui habitat in ipso. *Non est legendum antecedens* templo *pro relatiuo* ipso.

V. 25. & 26. Calicis & paropsidis. *Alij loco vocalis quartæ scribunt primam* parapsidis: *vtroque enim modo vox effertur. Simile infrà* 26. *v.* 23.

V. 29. Qui ædificatis sepulchra. *Hic* qui *legitur Latinè, tametsi Græcè sit coniunctio* quia.

Vers. 34. Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas. *Non adijcias* dico vobis *post* ideo.

V. 37. Quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas. *Non addas pronomen* suas.

CAP. XXIV. *v.* 12. Et quoniam abundauit iniquitas. *Præteritum* abundauit *præferendum est futuro* abundabit.

V. 23. Ecce hîc est Christus aut illic. *Non repetas* ecce *ante* illic.

V. 30. Cum virtute multa & maiestate. *Non est commutandum* multa *cum* magna, *quod Lucæ est.*

Vers. 33. Scitote quia prope est in ianuis. *Non est interijciendum* & *ante* in ianuis.

V. 34. Non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. *Non est omittendum, vel posteriori loco pronomen* hæc.

V. 36. Neque angeli cælorum, nisi solus Pater. *Non interponas* neque Filius, *quod Marco proprium est.*

V. 41. Duabus molentibus, *subijciunt multi Latini codices* Duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur: *sed non est Matthæi, verùm Lucæ, quemadmodum in Notationibus nostris in varias Bibliorum lectiones.*

V. 43. Qua hora fur venturus esset. *Non mutes optatiuum* esset *cum indicatiuo* est.

V. 44. Quia qua nescitis hora, filius hominis venturus est. *Quidã scribunt:* quia quã horã nõ putatis: *sed illud Lucæ est cap.* 12. *v.* 40.

V. 47. Super omnia bona sua constituet eum. *Non omittas nomen* bona.

CAP. XXV. *v.* 12. Vigilate itaque. *Quod quidam libri adiungunt* & orate, *non est huius loci.*

V. 22. Ecce alia duo lucratus sum. *Sic legendum est hoc loco: nam vigesimi versu est verbum, non simplex, sed compositum,* superlucratus.

V. 27. Oportuit ergo te. *Non interponas* & *ante* te.

V. 31. Et omnes angeli cum eo. *Non addas pronomen* eius *nomini* angeli.

V. 41. Tunc dicet & his. *Omittenda est vox* rex, *quam quidam interjiciunt.*

CAP. XXVI. *v.* 2. Et filius hominis tradetur vt crucifigatur. *Non est hic subiungenda interrogationis nota.*

V. 11. Me autem non semper habetis. *In alijs libris est futurum* habebitis.

V. 13. At ipse respondens ait. *Legenda est aduersatiua* at *non copulatiua* &.

V. 25. Respondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit. *Non est interponenda coniunctio* & *ante* dixit.

V. 28. Hic est enim sanguis meus. *Nequaquam commutes pronomen masculinum* hic *cum neutro* hoc.

Ibidem. Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Malè quidam legunt* vobis *pro* multis: *nam* vobis *Lucæ est cap.* 22. *v.* 20. *Porrò etsi Græcè sit præsens* effunditur: *Latinus tamen Interpres futurum dedit, nec simplex* fundetur, *sed compositum* effundetur, *quale est Græcè.*

V. 29. Sed sicut tu. *Non est addendum verbum* vis.

V. 40. Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? *Quidam libri collocant interrogationis notam post aduerbium* sic: *nonnulli pro plurali* potuistis, *habent singulare* potuisti; *sed hoc quidem malè.*

V. 45. 46. Ecce appropinquauit. *Neutrum horum locorum commutandum est præteritum* appropinquauit *cum futuro* appropinquabit.

V. 50. Amice ad quid venisti? *Retinendum est* quid *interrogatiuum, non substituendum* quod *relatiuum.*

V. 53. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo. *Hoc postremo loco legendum est à luerbium* modò, *non rejiciendum in anteriora.*

V. 59. Principes autem sacerdotum. *Non commutes plurale* principes, *cum singulari* princeps.

V. 61. Et post triduum reædificare illud. *Nec hic commutes verbum compositum* reædificare *cum simplici* ædificare.

V 63. Si tu es Christus filius Dei. *Non addas* viui, *quod est alterius loci suprà* 16. *vers.* 16.

V. 67. Alij autem palmas in faciem eius dederunt. *Non substituas* alapas *pro* palmas.

V. 71. Vidit eum alia ancilla. *Non est omittenda vox* ancilla, *vt-pote ab Interprete data.*

V. 72. Quia non noui hominem. *vers.* 74. *legitur,* quia non nouisset hominem.

V. 73. Et post pusillum accesserunt. *Non addas* ad eum.

V. 75. Verbi Iesu quod dixerat. *Non est legendum* verbi quod dixerat ei Iesus, *quod est Euangelij secundùm Marcum.*

CAP. XXVII. *v.* 3. Principibus sacerdotum & senioribus. *Meritò hic omissa est vox* populi, *vt & infrà v.* 12.

V. 15. Vnum vinctum quem voluissent. *Sic legendum est numero plurali, non singulari* voluisset.

V. 17. Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? *Quidam olim adscripserunt* Iesum *ante* Barrabam; *sed malè.*

V. 32. Exeuntes autem. *Ita legendum est verbum compositum* exeuntes, *non simplex* euntes.

Ibidem. Hominem Cyrenæum. *non addas* venientem obuiam sibi, *aut* venientem de villa, *quod quidam ex Marco & Luca huc transtulerunt.*

V. 33. Qui dicitur Golgotha. *Quarta vocali, non prima, legunt secundam syllabam vocis* Golgotha, *libri meliores.*

V. 37. Hic est Iesus. *Non addas* Nazarenus, *hoc enim Iohanni proprium est cap.* 19. *vers.* 19.

V. 40. Vah qui destruis. *Non est omittenda interiectio* vah.

V. 42. Descendat nunc de cruce & credimus ei. *Non mutes præsens* credimus *in futurum* credemus.

V. 43. Confidit in Deo: liberet nunc si vult eum. *Pronomen* eum *adiunctum verbo* vult, *ex insigni Romanorum Patrum correctione, non est rejiciendum in anteriora, ita vt adiungatur verbo* liberet, *quod faciunt plerique libri.*

Vers. 46. Eli, Eli. *Non legas addita o vocali* Eloi, Eloi, *hoc enim est Marci, illud Matthæi.*

Vers. 61. Erat autem ibi. *Non mutes singulare* erat *in plurale* erant.

CAP. XXVIII. *v.* 3. Et vestimentum eius sicut nix. *Singulare* vestimentum, *non vertas in plurale* vestimenta, *multoq; minus addas* facta sunt alba, *quod non est huius loci, sed suprà* 17. *v.* 2.

Vers. 7. Et ecce præcedit vos in Galilæam. *Non est mutandum præsens* præcedit *cum futuro* præcedet.

Ibidem. Ecce prædixi vobis. *Non legas tertia persona* sicut dixit vobis, *quod Marci est cap.* 16. *vers.* 7.

Vers. 17. Quidam autem dubitauerunt. *Non addas pronomen* eorum.

Ver. 19. Euntes ergo docete. *Non mutes* ergo *cum* autem.

MARCVS.

CAP. I. *v.* 6. Et erat Iohannes vestitus pilis cameli. *Legendum est numero singulari* cameli, *non plurali* camelorum.

V. 7. Venit fortior me post me. *Caue legas futurum* veniet *pro præsenti* venit.

V. 10. Et spiritum. *Non addas* sanctum, *quod frustrà quidam.*

V. 15. Et appropinquauit regnum Dei. *Non est legendum futurum* appropinquabit, *sed præteritum vt secundum Matthæum.*

Vers. 24. Venisti perdere nos? *Non est addendum* ante tempus, *quod quidam hic adscripserunt ex Matth.* 8. *vers.* 29.

Vers. 27. Etiam spiritibus immundis imperat. *Pro* etiam, *quædam manuscripta legunt* &, *quod est æquiualens: quædam neutrum legunt, malè.*

CAP. II. *v.* 1. Et iterum intrauit Capharnaum post dies. *Spurium est, quod additur, in quibusdam libris* octo.

V. 2. Et conuenerunt multi. *Non addas* confestim.

Ibidem. Ita vt non caperet neque ad ianuam. *Singulare* caperet *præferendum est plurali* caperent.

V. 8. Iesus spiritu suo. *Non legas* sancto *pro* suo.

V. 16. Manducat & bibit magister vester? *Non facilè omittas* magister vester, *etsi Græcè non legatur.*

Ver. 22. Alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. *Non sunt mutanda futura,* dirumpet, effundetur, *cum præsentibus, tametsi Græcè lectis.*

Sequitur: Sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. *Quod sequitur in quibusdam libris,* & ambo conseruantur, *est Euangelij secundum Matthæum.*

V. 24. Ecce quid faciunt. *Non addas* discipuli tui.

Vers. 26. Nisi sacerdotibus. *Nec hic addas* solis, *quod non est huius Euangelistæ.*

Sequitur: Et dedit eis qui cum eo erant. *Denique nec hic addas alterum & ante* qui.

CAP. III. *v.* 6. Exeuntes autem Pharisæi statim. *Non est præponendum aduerbium* statim *nomini* Pharisæi.

V. 8 Et trans Iordanem. *Non interijcias præpositionem* de.

V. 9. Vt nauicula sibi deseruiret. *Malè legitur in quibusdam libris* vt in nauicula ibi deseruirent, *addita præpositione, mutatoq; numero singulari cum plurali.*

V. 14. Et vt mitteret eos prædicare. *Non addas* Euangelium, *quod quidam.*

V. 21. Et cùm audissent sui. *Nequaquam addas* discipuli, *quod ineptè quidam.*

CAP. IV. *v.* 1. Et iterum cœpit docere. *Non interponas nomen* Iesus.

V. 8. 20. Vnum triginta, vnum sexaginta, & vnum centum. *Interpres, secundum Marcum vsus est numero cardinali, secundùm Matthæum ordinali.*

V. 10. Parabolam. *Non mutes singulare plurali* parabolas, *nec addas* exponere.

V. 19. Et sine fructu efficitur. *Non est legendum numero plurali* efficiuntur.

Vers. 20. Et vnum centum. *Non addas* qui habet aures audiendi audiat.

Vers. 22. Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur. *Non mutes* manifestetur *cum* reueletur.

Sequitur: Nec factum est occultum, sed vt in palam veniat. *Ex Matth. & præsertim Luca, correxerunt quidã,* quod nõ in palã.

Ver. 24. Et adijcietur vobis. *Immeritò omittuntur à quibusdam hæc verba.*

V. 28. Deinde plenum frumentum in spica. *Pro* frumentum *non est scribendum* fructum, *nomen generale.*

Vers. 29. Et cùm produxerit fructus. *Plerique omnes libri addunt pronomen* se *ante* fructus.

Vers. 32. Et cùm seminatum fuerit, ascendit. *Malè legitur in quibusdam libris* natum *pro* seminatum, *quod est, satum: nec minùs malè additur* in arborem, *quod ex Matthæo, aut potius Luca, huc esse adscriptum, indubium est.*

V. 36. Assumunt eum ita vt erat in naui. *Quidam codices Latini legunt* erant *numero plurium, sed malè.*

CAP. V. *v.* 8. Dicebat enim illi. *Non est addendum* Iesus, *sed subaudiendum.*

Vers. 11. Grex porcorum magnus, pascens. *Quod subsequitur quibusdam in libris,* in agris, *transfodiendum est.*

V. 13. Grex præcipitatus est in mare ad duo milia. *Non addas,* erant autem quasi, *ante* ad duo milia.

Vers. 15. Et veniunt ad Iesum. *Non mutes præsens* veniunt *cum præterito* venerunt.

Ibid. Vestitum & sanæ mentis. *Non addas* eum qui habuerat legionem, *tametsi Græcè legatur.*

V. 19. Et non admisit eum. *Quidam, loco* &, *scribunt* Iesus autem, *quidam* permisit *loco* admisit, *verùm hoc minùs rectè.*

Vers. 21. Et cùm transcendisset. *Non scribas* adscendisset *pro* transcendisset.

Vers. 34. Ille autem dixit ei. *Non est legendum nomen* Iesus *loco pronominis* ille.

Vers. 35. Veniunt ab archisynagogo. *Sic legendum est sexto casu, ex correctione Sixtina: non est addendum* nuntij, *nec scribendum quarto casu, mutata præpositione,* ad archisynagogum.

V. 40. Et ingreditur vbi puella erat iacens. *Præferendum est singulare* ingreditur *plurali* ingrediuntur.

V. 41. Talitha cumi. *Multi libri erroneè, pro* talitha, tabitha *scribunt, id est* b *pro* l, *mutam pro liquida: sumpta erroris occasione ex simili historia Act.* 9. *v.* 40. *Atqui voces diuersæ sunt: nam* tabitha *quod est Luca, capream:* talitha, *quod Marci puellam significat, ipsis Euangelistis Interpretibus.*

V. 42. Et obstupuerũt stupore magno. *Non interponas* omnes.

Vers. 43. Et dixit dari illi manducare. *Vt non est mutandum* dixit *cum* iussit, *ita non infinitiuus* dari *cum imperatiuo* dare.

CAP. VI. *v.* 3. Nónne hic est faber. *Non est legendus genitiuus* fabri, *pro nominatiuo* faber.

V. 5. Et non poterat ibi virtutem vllam facere. *Marci est* virtutem vllam, *Matthæi* virtutes multas, *cap.* 13 *v.* 58.

V. 11. Et quicumque non receperint vos nec audierint vos. *Iniuria omittunt libri quidam hæc verba* vos nec audierint vos.

V. 13. Et vngebant oleo multos ægros & sanabant. *Pro actiuo plurali* sanabant, *non est substituendum vel passiuum* sanabantur, *vel singulare* sanabat.

Vers. 21. Herodes natalis sui cœnam fecit. *Pro* natalis sui, *non supponas* in natali suo.

V. 25. Petiuit, dicens. *Nõ mutes præteritũ* petiuit *in præsens* petit.

V. 27. Sed misso spiculatore. *Non addas* confestim.

V. 28. Et decollauit eum in carcere, & attulit caput eius in disco. *Nequaquam omittenda hæc verba sunt.*

V. 37. Date illis vos manducare. *Non est negligendum pronomen* vos.

Vers. 48. Et videns eos laborantes in remigando. *Non mutes participium* videns *cum præterito* vidit.

CAP. VII. *v.* 3. Tenentes traditionem seniorum. *Non mutes singulare cum plurali* traditiones.

V. 4. Et à foro, nisi baptizentur. *Non est adijciendum participium* venientes *voci* foro.

V. 5. Pharisæi & Scribę. *Superfluit participium* dicentes, *quod quidam subiungunt.*

Vers. 8. Tenetis traditionem hominum. *Præferendum est singulare plurali* traditiones.

V. 9. Benè irritum facitis præceptum Dei. *Non est mutandum præsens* facitis *cum præterito* fecistis.

V. 19. Quia non intrat in cor eius. *Neque hic mutes præsens* intrat *in præteritum* introijt.

V. 31. Ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. *Non interponas* quæ *aut* quod est inter.

V. 37. Et surdos fecit audire & mutos loqui. *Non est omittenda coniunctio* & *vel priori loco.*

CAP. VIII. *v.* 1. Cùm turba multa esset. *non addas* cum Iesu.

V. 10. Venit in partes Dalmanutha. *Pro* Dalmanutha, *non supponas* Magedan, *quod Matthæi est cap.* 15. *v.* 39.

V. 12. Si dabitur generationi isti signum. *non est surrogandum aduerbium* non *in locum coniunctionis* si.

V. 19. Quot cophinos fragmentorũ plenos sustulistis? *non est his verbis præponenda coniunctio* &, *ex alijs plerisque libris.*

V. 20. Quando & septem panes. *Hic plures codices omittunt mediam coniunctionem* &, *malè.*

V. 28. Iohannem Baptistam. *Superfluit nomen* alij, *quod quidam præponunt.*

V. 32. Cœpit increpare eum. *Quod subjiciunt quidam libri* Dicens, Domine propitius esto tibi, nam hoc non erit tibi, *redundat: Matthæi enim proprium est.*

V. 37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua. *Hæc secundum Marcum germana scriptura est, secundum Mat-* theum

thaeum autem ista: Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? *cap.16.num.26.*

*V.*38. Qui enim me confusus fuerit *&c.* & filius hominis confundetur eum. *Pro* confusus fuerit *&* confundetur, *verbis à cōfusione pro pudore accepta deductis, quidam vitiosè scribunt,* confessus fuerit, confitebitur, *verba deducta à confessione, accepta pro agnitione. Errori causam dedere, tum insolens Interpretis phrasis, tum loca Matth.10.vers.32. & Luc.12.vers.8.*

Ibid. Cum angelis sanctis. *Spurium est pronomen* suis, *quod quidam adjiciunt, quidam pro* sanctis *substituunt.*

*V.*39. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidam de hîc stantibus *&c. Rectè Correctores Romani versiculum hunc adiunxerunt octauo capiti, à quo plerique codices incheant caput nonum, minùs congruè.*

CAP. IX. *v.* 1. Et post dies sex assumit. *Non mutes præsens præterito* assumsit.

Ibidem. Et ducit illos in montem excelsum seorsum solos. *Male est in quibusdam codicibus primus casus* solus *pro quarto* solos.

*V.*4. Et, faciamus tria tabernacula. *Quidam omittunt* & *coniunctionem; malè.*

*V.*14. Et accurrentes salutabant eum. *Sic legendum est prima vocali, non quarta* occurrentes, *quod est, currentes obuiam.*

*V.*18. Qui respondens eis dixit. *Non mutes plurale* eis *cum singulare* ei.

V. 32. Qui cùm domi essent. *Neque hic mutes plurale* essent *singulari* esset.

*V.*34. Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus. *Non addas* quasi *ante* omnium.

V. 36. Non me suscipit, sed eum qui misit me. *Redundat* solū, *quod quidam addunt ante* suscipit.

*V.*39. Qui enim non est aduersus vos, pro vobis est. *Non sunt substituenda pronomina primæ personæ,* nos, nobis, *pro secundæ,* vos, vobis.

V.40. Calicem aquæ. *Non addas* frigidæ, *quod Matthæi est cap.10.v.42.*

*V.*43. Abscide illam. *Non corrigas addita* n *litera* abscinde. *vide Matth. 5. v. 30.*

*V.*48. Omnis enim igne salietur. *Nō est interponēda vox* homo.

CAP. X. *v.*5. Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis. *Non addas* Moyses.

*V.*7. Propter hoc relinquet homo patrem suum. *Non præponas his verbis* & dixit, *quod Matthæi est cap.19.v.5.*

*V.*11. Adulterium committit super eam. *Caue ne pronomen* eam *commutes cum nomine* terram.

V. 15. Quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus. *Quidam malè pro* regnum *substituunt* verbum *siue* sermonem.

*V.*17. Et cùm egressus esset in viam. *Non mutes casum quartum cum sexto* via.

Ibidem. Rogabat eum: Magister bone. *Non interjicias participium* dicens.

*V.*20. Magister hæc omnia obseruaui. *Non hic addas epitheton* bone.

*V.*28. Et cœpit ei Petrus dicere. *Superfluit aduerbium* posthæc, *quod additur à quibusdam.*

*V.*32. Et sequentes timebant. *Non addas pronomen* eum, *multoq; minùs supponas* dicebant *pro* timebant.

*V.*35. Vt quodcumque petierimus. *Meritò omissum est* à te, *quod subiungunt quidam.*

*V.*38.39. Baptismo quo ego baptizor. *Non mutes* baptismo *casum sextum, in quartum* baptismum *aut* baptisma, *quod multi.*

V. 40. Non est meum dare vobis. *Romani Patres non iudicarunt auferendum pronomen* vobis.

CAP. XI. *v.* 1. Et cùm appropinquarent Ierosolymæ. *Retinēdus est numerus pluralis, nō substituēdus singularis* appropinquaret

Ibid. Mittit duos ex discipulis suis. *Non mutes præsens* mittit *cum præterito* misit.

V. 2. Inuenietis pullum ligatum. *Voci* pullum *non addas* asinæ, *ex Luca.*

V. 3. Et si quis vobis dixerit. *Superfluit* aliquid *quod quidam addunt.*

*V.*5. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. *Legendum est* dicebant, *numero plurali, non* dicebat *singulari.*

*V.*6. Et dimiserunt eis. *Alij pro tertio casu* eis *legūt quartum* eos.

*V.*18. Timebant enim eum. *Non mutes coniunctionem causalem* enim *cum aduersatiua* verò.

*V.*22. Habete fidem Dei. *Malè à quibusdam libris omittitur vox* Dei.

V. 23. Tollere & mittere in mare. *Nequaquam mutanda sunt imperatiua passiui cum actiuis* tolle & mitte.

*V.*33. Et respondens Iesus ait illis: *Non omittas coniunctionem & præpositam.*

CAP. XII. *v.* 1. Et circūdedit sepē. *Non addas pronomen* eā.

V. 14. Nec enim vides in faciem hominum. *Vt non est omittenda præpositio* in, *ita non mutandus numerus pluralis* hominum *in singularem* hominis.

V. 15. Qui sciens versutiam illorum. *Quidam libri pro* versutiam *legunt* simulationem, *ex alia versione.*

V. 16. At illi attulerunt ei. *Hic legitur* attulerunt, *secundùm Matthæum* obtulerunt.

Ibidem. Cuius est imago hæc & inscriptio? *Secundùm Matthæum vertit* superscriptio, *hic* inscriptio.

V. 25. Sed sunt sicut angeli in cælis. *Non est hic addēda vox* Dei, *quæ Matthæi est cap.22.v.30.*

*V.*34. Et nemo iā audebat eū interrogare. *Non addas* ampliùs.

CAP. XIII. *v.* 19. Erunt enim dies illi tribulationes tales. *Legendus est nominatiuus pluralis* tribulationes, *non genitiuus singularis* tribulationis.

*V.*20. Breuiauit dies. *Præteritum præferendū est futuro* breuiabit.

*V.*22. Et dabunt signa & portenta. *Hic* portenta, *secundùm Matthæum* prodigia, *legit Latina editio incorrupta.*

V.26. Venientem in nubibus. *Non addas* cæli.

V. 28. Cognoscitis quia in proximo sit æstas. *Non mutes indicatiuum* cognoscitis *cum imperatiuo* cognoscite.

CAP. XIV. *v.* 2. Dicebant autem: Non in die festo. *Præferenda est coniunctio* autem *coniunctioni causali* enim.

V.3. Et cùm esset Bethaniæ. *Vt non est addendum nomen* Iesus, *ita non omittendum* Bethaniæ.

Ibidem. Vnguenti nardi spicati pretiosi. *Retinendū est* spicati *à spica deductum, non mutandum cum* pistici, *à pistis.*

V.4 Et dicentes: Vt quid perditio ista? *Non est omittenda copulatiua* &.

V. 7. Semper enim pauperes habetis vobiscum. *Præsens* habetis *non est hic mutandum in futurum* habebitis; *vt nec in verbis sequentibus* Me autem non semper habetis.

V.8. Quod habuit hæc, fecit. *Caue ne scribas neutrum* hoc *pro fœminino* hæc.

Sequitur: Præuenit vngere corpus meum in sepulturam. *Seruandus est quartus casus* sepulturam, *non variandus in sextum.*

V. 14. Vbi est refectio mea? *A quibusdam libris additur* & diuersorium meum: *quod ex Luca huc transscripsit sciolus, ignorans eiusdem rei alteram esse interpretationem.*

V. 21. Si non esset natus: *Sic lege secundùm Marcum: secundùm Matthæum autem* si natus non fuisset.

V. 25. De hoc genimine vitis. *Multi antiqui codices omittunt pronomen* hoc.

V. 27. Omnes scandalizabimini in me in nocte ista. *Non auferas* in me.

Ibidem. Et dispergentur oues. *Non est addendum* gregis, *quod Matthæi est cap.26.v.31.*

V. 29. Etsi omnes scandalizati fuerint in te. *Non est omittēdum postremum* in te.

V. 34. Sustinete hîc & vigilate. *Non addas* mecum, *quod non est huius loci, sed Matth. 26. vers. 38.*

V. 37. Non potuisti vna hora vigilare? *Nec huius loci est* mecum, *sed Matth.26.v.40.*

V.43. A summis sacerdotibus & Scribis. *Non est præponendum vel addendum participium* missi.

V.47. Vnus autem quidam de circumstantibus. *Non omittas pronomen* quidam.

V.52. At ille reiecta sindone. *Non mutes* reiecta *cum* relicta.

V.53. Et conuenerunt omnes. *Non interponas* in vnum.

V. 55. Quærebant aduersus Iesum testimonium. *Non addas* falsum, *quod solius Matthæi est cap.26.v.59.*

V.58. Ego dissoluam templum hoc. *Non commutes futurum cum præsenti* dissoluo.

Ibidem. Et per triduum. *Quidam legunt* & post triduum: *sed Matth. est* post *cap.26.v.61. Marci* per.

V.68. Et gallus cantauit. *Non est addenda vox* statim, *quæ est alterius loci.*

V. 69. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla. *Vox* alia, *quam hic addunt quidam codices, ex Matthæo accepta est, cap.26. ver.70.*

CAP. XV. *v.* 6. Vnum ex vinctis. *Hæc est lectio editionis nostræ secundum Marcum: nam secundum Matthæum est* vnum vinctum.

V. 8. Sicut semper faciebat illis. *Malè suppletur hic locus in quodam manuscripto* per diem solemnem, vt dimitteret vnum vinctum.

V. 15. Et tradidit Iesum. *Non hic addas pronomen* eis.

V. 20. Vt crucifigerent eum. *Non hic omittas pronomen* eum, *quamuis minùs necessarium.*

V.25. Erat autem hora tertia. *Caue scribas* sexta *pro* tertia.

V. 29. Et in tribus diebus reædificas. *Non addas pronomen* illud, *sed subaudias.*

V. 40. Erant autem & mulieres. *Nec addendum est aduerbium* ibi, *nec legendum est* ibi *pro* &.

V. 44. Interrogauit eum. *Non est legendum præteritum imperfectum* interrogabat *pro perfecto.*

CAP. XVI. *v.* 7. Quia præcedit vos in Galilæam. *Non magis hic quàm secundùm Matthæum, mutandum est præsens* præcedit, *cum futuro* præcedet.

Ibidem. Sicut dixit vobis. *Caue legas primam personam* dixi *pro tertia* dixit, *tametsi Matthæus scribat* Ecce prædixi vobis.

V. 9. Surgens autem manè. *Non addas* Iesus.

V. 14. Nouissimè recumbentibus illis vndecim apparuit. *Nec hic addas nomen* Iesus; *vt nec paulo post* à mortuis, *vbi dicitur* qui viderant eum resurrexisse.

LVCAS.

CAP. I. *v.* 8. Cùm sacerdotio fungeretur. *Non addas* Zacharias.

V. 28. Aue gratia plena. *Non est interponendum nomen* Maria.

V. 30. Inuenisti enim gratiam apud Deum. *Non est omittendum coniunctio* enim, *nec mutandum* Deum *cum* Dominum.

V. 35. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum. *Non est auferendum medium illud* ex te.

V. 54. Recordatus misericordiæ suæ. *Non mutes participium* recordatus *cum verbo* memorari.

V. 66. Quis putas puer iste erit. *Non mutes masculinum* quis *cum neutro* quid.

CAP. II. *v.* 4. In ciuitatē Dauid. *Non omittas præpositionē* in.

V. 7. Quia non erat eis locus in diuersorio. *Retinēdum est pronomen plurale* eis, *non mutandum cum singulare* ei.

V. 11. Quia natus est vobis hodie saluator. *Nec omittendum est secundæ personę pronomen* vobis, *nec mutandum cum prima* nobis.

V. 13. Multitudo militiæ cælestis. *Pro* militiæ *non substituas* exercitus, *nec coniungas vtrumque* militiæ cælestis exercitus.

V. 14. Gloria in altissimis Deo. *Nō mutes* altissimis *cū* excelsis.

V. 15. Quod factum est, quod Dominus ostendit nobis? *Nequaquam legendum est, quibusdam additis*, Quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis.

V. 21. Vt circumcideretur puer. *Non omittas* τὸ puer.

V. 26. Nisi priùs videret. *Neque hic omittas aduerbium* priùs.

V. 33. Et erat pater eius & mater mirantes. *Interpres dedit singulare* erat, *non plurale* erant: *dixitq́;* pater eius & mater, *non, vt quidam corrigunt,* Ioseph & mater eius.

V. 37. Et hęc vidua vsque ad. *Non est addendum verbum substantiuum* erat.

V. 38. Qui exspectabant redemtionem Israel. *Pro fœminino* redemtionem, *nullo modo legendum est masculinum* redemtorem.

V. 40. Et confortabatur. *Non addas* spiritu.

Ibidem. Et gratia Dei erat in illo. *Non substituas* cùm *pro* in.

V. 50. Et ipsi non intellexerunt verbum. *Non est omittendum* τὸ verbum.

V. 51. In corde suo. *Non præponas participium* conferens, *quod quidam, acceptum ex versu superiori* 19.

CAP. III. *v.* 9. Iam securis ad radicem arborum posita est. *Non mutes singulare* radicem, *cum plurali* radices; *multoq́; minùs plurale* arborum, *cum singulari* arboris.

V. 16. Veniet autem fortior me. *Non addas,* post me, *quod Marci est cap.* 1. *vers.* 7.

V. 19. De Herodiade vxore fratris sui. *Nō addas Latinè* Philippi.

V. 22. In te complacui mihi. *Pro prima persona* complacui, *est in alijs plerisque libris tertia* complacuit.

V. 31. Qui fuit Melea. *Non scribas* Melchà, *media vocali e mutata in consonantem, mutam inquam adspiratam* ch.

CAP. IV. *v* 1. Regressus est à Iordane. *Non est mutandum* regressus est, *quod est* reuertit *eum* egressus est *siue exit.*

Ibidem. Et agebatur à spiritu in desertum. *Non mutes* à *cum* in, *neque quartum casum* desertum *in sextum* deserto.

V. 2. Et consummatis illis esuriit. *Non addas* postea.

V. 7. Tu ergo si adoraueris. *Non hic addas* procidens, *quod ex Matthęo quidam.*

V. 9. Super pinnā templi. *Matthæi est* pinnaculū, *Lucæ* pinnam.

V. 14. Et regressus est Iesus. *Ita legendum est* regressus, *quod est reuersus, non* egressus *aut* ingressus. *Simile suprà v.* 1.

V. 23. Quanta audiuimus. *Non est præmittendum.* Dixerunt Pharisæi ad Iesum.

V. 27. Et nemo eorum mundatus est. *Non addas* à lepra.

V. 28. Et repleti sunt omnes in synagoga ira. *Non est omittendum illud* in synagoga.

V. 34. Scio te quis sis, sanctus Dei. *Non est mutandum relatiuum* quis *in coniunctionem* quia.

V. 36. Imperat immundis spiritibus. *Non est auferendum epitheton* immundis.

CAP. V. *v.* 17. Et virtus Domini erat ad sanandum eos. *Malè quidā libri pro* eos *pronomine, legunt nomen* infirmos.

V. 20. Quorum fidem vt vidit. *Non addas nomen* Iesus, *tametsi Syriacè legatur.*

V. 22. Quid cogitatis in cordibus vestris. *Quidam libri addunt* mala, *malè: nam Matthæi illud, non Lucæ est.*

V. 26. Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. *Nullo modo omittenda hæc sunt.*

V. 32. Non veni vocare iustos. *Non addas coniunctionem* enim, *quam quidam.*

V. 35. Cùm ablatus fuerit ab illis sponsus. *Nec hic præponas coniunctionem* &.

CAP. VI. *v.* 4. Quos non licet manducare. *Præferendum est præsens* licet, *præterito imperfecto* licebat.

V. 10. Et restituta est manus eius. *Non addas* sanitati.

V. 11. Quidnam facerent Iesu. *Non præponas præpositionem* de *ante nomen* Iesu.

V. 17. Et descendens cum illis. *Huius loco quidam legunt* Et descendens Iesus de monte, *quod ex officio ecclesiastico acceptum esse clarum est.*

V. 24. Quia habetis consolationem vestram. *Præferenda est coniunctio* quia *relatiuo* qui.

V. 26. Væ cùm benedixerint vobis homines. *Nec post* væ *adjicias alterum* vobis; *nec ante* homines *præponas* omnes.

Ibidem. Secundùm hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. *Vt non est omittenda coniunctio* enim: *ita nec vox* prophetis *substituenda est, pro contraria* pseudoprophetis, *id est, falsis prophetis, quod quidam hic faciunt ex loco simili suprà v.* 23.

V. 33. His qui vobis benefaciunt. *Sic legendum est, non vt quidam,* his qui vos diligunt.

V. 38. Eadem quippe mensura. *Non legas* verò *pro* quippe.

V. 42. Ipse in oculo tuo trabem non videns. *Noli mutare participium* videns *cum verbo* vides.

V. 45. De malo thesauro. *Non repetas* cordis sui.

V. 46. Quid autem vocatis me. *Non legas* enim *pro* autem.

V. 48. Fundata enim erat super petram. *Non addas* firmam.

CAP. VII. *v.* 3. Et saluaret seruum eius. *Multi codices legunt* sanaret.

V. 27. Hic est de quo scriptum est. *Non addas* enim, *quod quidam ex Matthæo.*

V. 28. Qui autem minor est in regno Dei. *Secundum Matthæum est* in regno cælorum.

V. 32. Cantauimus vobis tibijs. *Non est hic omittenda vox* tibijs, *vt secundum Matthæum.*

V. 33. Venit enim Iohannes. *Non mutes* enim *cum* autem.

V. 37. Quod accubuisset in domo Pharisæi. *non est addenda vox* Iesus.

V. 24. Et capillis suis tersit. *Pro* suis, *non scribas* capitis sui, *tametsi ita sit Græcè.*

V. 45. Hæc autem ex quo intrauit. *Retinenda est persona tertia* intrauit, *ex correctione Romana nequaquam admittenda prima* intraui.

CAP. VIII. *v.* 3. Quæ ministrabant ei. *Singulare* ei *præfertur plurali* eis, *quod ab alijs legitur.*

V. 4. Cùm turba plurima conuenirent. *Alij legunt numero singulari* conueniret.

V. 14. Nam qui suprà petram, qui cùm audierint. *Non interponas* hi sunt.

Ibid. Qui ad tempus credunt. *Præferendum est relatiuum* qui *coniunctioni* quia.

V. 18. Videte ergo quomodo audiatis. *Non est mutandum* quomodo *cum* quid: *hoc enim Marci, illud Lucę est.*

V. 19. Et non poterant adire eum præ turba. *Caue pro* adire, *quod est accedere, scribas* audire, *quod est* ἀκούειν.

V. 23. Et complebantur. *Spurium est quod quidam codices legūt* compellebantur *seu cogebantur, pro* complebantur, *quod est, implebantur.*

V. 29. Agebatur à dæmonio in deserta. *Non mutes plurale* deserta *cum singulari* deserto.

V. 40. Erant enim omnes exspectantes eum. *Coniunctio æthiologica* enim *non est mutanda cum aduersatiua* autem.

V. 46. Nam ego noui virtutem de me exijsse. *Non addas* & *ante* ego.

V. 49. Noli vexare illum. *Non substituas* magistrum *pro* illum.

V. 55. Et iussit illi dari manducare. *non mutes passiuum* dari *in actiuum* dare.

CAP. IX. *v.* 3. Nihil tuleritis in via. *Non mutes casum sextum* via *in quartum* viam.

Vers. 6.

V. 6. Circuibant per castella. *Non est omittenda præpositio* per.

V. 15. Et discumbere fecerunt omnes. *Quidam legunt* & discubuerunt omnes.

V. 19. Et dixerunt: Iohannem Baptistam. *Non est interponenda vox* alij, *quæ Euangelij secundum Matthæum est.*

V. 49. Quia non sequitur nobiscum. *Non est addendum pronomen* te *verbo* sequitur.

V. 50 Et ait ad illum Iesus. *Non est mutandum singulare* illum *cum plurali* illos.

Sequitur: Nolite prohibere. *Non est præponendum* Sinite illos &, *id quod aliunde quidam huc adsciuerunt.*

Sequitur: Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. *Non mutes pronomina secundæ personæ* vos vobis, *in primæ* nos nobis.

V. 54. Et consumat illos? *Quod sequitur in quibusdam libris* sicut & Elias fecit, *non est Latinæ editionis.*

V. 56. Filius hominis non venit animas perdere. *Non addas voci* animas *genitiuum* hominum.

V. 57. Sequar te quocumque ieris. *Non subdas* Domine.

V. 58. Vbi caput reclinet. *Non addas pronomen* suum.

V. 61. Renunciare his quæ domi sunt. *Alij libri masculino genere legunt* his qui domi sunt.

CAP. X. *v.* 1. Et alios septuaginta duos. *Et infrà v. 17.* Reuersi sunt autem septuaginta duo. *Vt Græcè non est addendum, ita Latinè non est omittendum,* duos, *aut mutandum cum* viros.

V. 4. Nolite portare sacculum. *Non est addenda coniunctio* ergo.

V. 9. & 11. Appropinquauit. *Præteritum seruandum est vtroque loco, non mutandum cum futuro.*

V. 10. In quamcumque autem ciuitatem. *Non videtur omittendum* autem, *quod etiam Græcè & Syriacè legitur.*

V. 13. Væ tibi Corozain. *Non est mutandum extremum elementum huius nominis proprij* n *in* m, *id est, tertia liquidarum in secundam.*

Vers. 21. In ipsa hora exultauit Spiritu sancto. *Non omittas epitheton* sancto.

V. 30. Suscipiens autem Iesus. *Caue ne pro* suscipiens, *quod est respondendi partes accipiens, scribas* suspiciens, *quod est, sursum adspiciens.*

CAP. XI. *v.* 2. Pater, sanctificetur nomen tuum. *Quod quidam nomini* pater, *addunt* noster qui es in cælis, *non est huius loci.*

Sequitur: Adueniat regnum tuum. *Similiter non est huius Euangelij, quod subijciunt multi* Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra: *prout discere licet ex nostris in varias Bibliorum lectiones Notationibus.*

V. 4. Et ne nos inducas in tentationem. *Denique nec hoc, quod in quibusdam exemplaribus sequitur,* Sed libera nos à malo, Amen, *à Luca fuit additum.*

V. 13. Quanto magis pater vester. *Non addas* cælestis.

V. 24. Ambulat per loca inaquosa. *Non est legendum* per loca arida: *est enim Euangelij secundum Matthæum.*

V. 36. Si ergo totum corpus tuum. *Non est omittẽda vox* totũ.

V. 42. Sed væ vobis Pharisæis: *Non est mutandus datiuus* Pharisæis *cum vocatiuo* Pharisæi.

Sequitur: Quia decimatis mentham. *Præferenda est coniunctio* quia *relatiuo* qui.

V. 46. Quia oneratis homines. *Idem est de hoc loco iudicium.*

V. 51. A sanguine Abel. *Nõ addas* iusti *quod Matthæi est c. 13. v. 35.*

V. 53. Cùm autem hęc ad illos diceret. *Non omittas coniunctionem* autem.

CAP. XII. *vers.* 1. Multis autem turbis circumstantibus. *Non legas* concurrentibus.

V. 2. Nihil autem opertum est. *Non est præferenda coniunctio causalis* enim *continuatiuæ* autem.

V. 27. Considerate lilia. *Non addas* agri, *quod quidam ex Matth. 6. v. 28.*

V. 30. Hęc enim omnia gentes mundi inquirunt. *Non est legendum* autem *pro* enim.

Ibidem. Quoniam his indigetis. *Superfluit vox* omnibus, *quam quidam interijciunt.*

V. 35. Et lucernæ ardentes in manibus vestris. *Non iudicarunt Romani Patres hoc omittendum* in manibus vestris.

V. 41. Ait autem ei Petrus, *Non omittas pronomen* ei.

V. 43. Quem cùm venerit Dominus. *Interpres non addidit pronomen* eius, *tametsi legatur Græcè & Syriacè.*

V. 44. Verè dico vobis. *Non est hic legendum* amen *pro* verè, *sed secundum Matthæum.*

V. 47. Et non præparauit. *Non est addendum pronomen* se, *licet fortè subaudiendum.*

V. 49. Et quid volo nisi vt accendatur? *Non est hic omittenda coniunctio* vt.

V. 54. Dicebat autem & ad turbas. *Non auferas medium* & *pro* etiam *positum.*

V. 58. Ne fortè trahat te ad iudicem. *Non hic legendum est* tradat, *pro* trahat, *sed mox* tradat te exactori.

CAP. XIII. *v.* 4. Sicut illi decem & octo. *Nec preponas nec postponas coniunctionem* & *aduerbio* sicut.

V. 5. Sed si pœnitentiam non egeritis. *Hic* egeritis, *suprà v. 3.* habueritis, *dixit Interpres.*

V. 15. Hypocritæ, vnusquisque vestrûm. *Præferendum est plurale* hypocritę *singulari* hypocrita.

V. 18. Et cui simile æstimabo illud. *Pro simplici* æstimabo, *non legas compositum* existimabo.

V. 24. Quærent intrare & non poterunt. *Non est mutandum futurum* quærent *cum præsenti* quærunt.

V. 25. Incipientes foris stare. *Non est præponenda coniunctio* & *verbo* incipietis.

V. 27. Omnes operarij iniquitatis. *Huius loco non est scribendum* maledicti in ignem æternum.

V. 30. Et ecce sunt nouissimi, qui erunt primi, & sunt primi, qui erunt nouissimi. *Non mutes futurum* erũt *hic repetitum, in præteritum imperfectum* erant.

V. 34. Et lapidas eos qui mittuntur ad te. *Non varies præsens* mittuntur *in præteritum* missi sunt: *hoc enim Matthæi, illud Lucæ est.*

V. 35 Ecce relinquetur vobis. *Non omittas pronomen* vobis.

CAP. XIV. *v.* 12. Neque vicinos diuites. *Non est interscindendum alterum* neque, *ante* diuites.

V. 14. In resurrectione iustorum. *Non scribas* retributionẽ pro resurrectione.

V. 15. Beatus qui manducabit panem in regno Dei. *Non mutes futurum* manducabit *cum præsenti* manducat.

V. 27. Et qui non baiulat crucem suam & venit post me, non potest meus esse discipulus. *Nequaquam omittendus est iste versiculus, prout à quibusdam omittitur.*

V. 28. & 31. Non priùs sedens. *Præferendum est* non, *ipsi* nonne, *quod quidam habent.*

V. 34. Si autem sal euanuerit. *Non addas* quoque.

CAP. XV. *v.* 8. Si perdiderit drachmam vnam. *Non est præmittenda* & *coniunctio.*

Ibidem. Et euerrit domum. *Ita rectè emendarunt Romani Correctores,* euerrit, *quod est, scopis mundat (quo modo Interpres eandem ipsam vocem Græcam vertit suprà 11. v. 25.) pro eo quod plerique omnes libri habent* euertit, *quod est, turbat. Vocum similitudo deprauandi occasionem indoctis præbuit.*

Ibidem. Donec inueniat, *non addas* eam.

V. 14. Et postquam omnia consummasset. *Non scribas* consumsisset *tertiæ coniugationis pro* consummasset *primæ, quamquam hoc per illud rectè explicetur.*

V. 19. Iam non sum dignus. *Non præponas* & *coniunctionem.*

V. 24. Et cœperunt epulari. *Non est addendum* omnes.

V. 28. Pater ergo illius, *Non mutes* ergo *cum* autem.

V. 31. At ipse dixit illi. *Non est legenda coniunctio copulatiua* & *loco aduersatiuæ* at.

CAP. XVI. *v.* 1. Et ad discipulos *nõ omittas* & *pro* etiã *positũ.*

V. 6. At ille dixit. *non est mutãdũ præteritũ* dixit *cũ præsenti* dicit.

V. 12. Quod verum est quis credet vobis? *Noli scribere* credat, *pro futuro* credet: *multoque minus* vestrûm, *pro* verum, *quod opponitur iniquo, quemadmodum versu proximo* vestrũ *alieno opponitur.*

V. 18. Omnis qui dimittit vxorem suam. *Non præponas coniunctionem* &.

V. 21. Et lingebant vlcera eius. *Seruandum est* vlcera, *quod est* ἕλκη *non substituendum* vulnera.

CAP. XVII. *v.* 3. Si peccauerit in te frater tuus. *Non auferas medium illud* in te.

V. 7. Seruum arantem aut pascentem. *Quod sequitur, in quibusdam libris* oues, *in quibusdam* boues, *superfluit vtrumque, quamquam prius melius sit.*

V. 28. Similiter sicut factũ est. *Non est omittendũ aduerbiũ* sicut.

V. 31. In illa hora, qui fuerit in tecto. *non commutes* hora *cũ* die.

CAP. XVIII. *v.* 9. Parabolam istam. *non subdas* dicens.

V. 13. Deus propitius esto mihi peccatori. *Minimè addenda est* Amen.

V. 15. Quod cum viderent discipuli. *non est mutandum neutrum* quod *cum masculino* quos.

V. 28. Ait autem Petrus. *non addas pronomen* ei.

V. 31. Assumsit autem Iesus duodecim. *nec hic addas* discipulos suos, *quod quidam ex Matthæo.*

V. 35. Cum appropinquaret Iericho. *Postremò nec hic interjicias nomen* Iesus.

CAP. XIX. *v.* 8. Dixit ad Dominum, *non substituas* Iesum *pro* Dominum.

Ver. 2[illegible]

V.9. Eò quòd & ipse filius sit Abrahæ. *Non est omittendum* &.

V.23. Cum vsuris vtique exegissem illam. *Non mutes fœmininum* illam *cum neutro* illud.

Vers.29. Et factum est cùm appropinquasset. *Non subijcias nomen* Iesus.

V.30. Ite in castellum quod contra est. *Voci* contra *non est addendum pronomen* vos, *quod ex prioribus Euangelistis quidam huc adscripserunt.*

V.37. Cœperunt omnes turbæ discipulorum. *Insignis correctio,* discipulorũ, *quod est* discentium, (*vt & in quibusdam libris* discẽtium *legitur*) *Pro* descendentium, *quod est in plerisque.*

V.46. Quia domus mea domus orationis est. *Hic legitur* est; *secundùm Matthæum & Marcum* vocabitur.

CAP. XX. *v.* 3. Interrogabo vos & ego. *Non legas præsens* interrogo *loco futuri.*

V.9. Homo plantauit vineam. *Boni libri omittunt* quidam.

V.10. Et in tempore. *Quidam addunt* vindemiæ *aut* fructuum: *verùm hæc ex commentario in textum irrepserunt.*

V.21. Et non accipis personam. *Non est addenda vox* hominis.

Vers.26. Et mirati in responso eius. *Non legas numero plurali* responsis.

Vers.30. Et ipse mortuus est sine filio. *Non mutes numerum pluralem in singularem* filijs.

V.32. Nouissimè omnium. *Non commutes aduerbium cum nomine* nouissima.

Vers.35. Neque nubent neque ducent vxores. *Pro futuris non substituas præsentia,* nubent, ducunt.

V.36. Neque enim vltrà mori poterunt. *Non est omittenda coniunctio* enim.

CAP. XIX. *v.* 8. Et tempus appropinquauit. *Futurum* appropinquabit *nequaquam surrogandum est in locum præteriti.*

V.11. Et signa magna erunt. *Non addas* & tempestates *siue* hyemes, *quod quidam olim subiunxerant.*

V.17 Et eritis odio omnibus. *Superfluit, quod in quibusdam libris sequitur,* hominibus.

V.20 Tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. *Non est legẽdũ numero singulari* scito, *nec futuro tẽpore* appropinquabit.

V.36. Fugere ista omnia quæ futura sunt. *Non legas* ventura *pro* futura.

V.38. Et omnis populus manicabat ad eum. *Quia insolens est vox* manicabat, *quidam eam mutarunt cum* mane accelerabat, *quidam denique cum* diluculo veniebat. *His enim modis exponenda est ea vox.*

CAP. XXII. *v.* 13. Sicut dixit illis. *Non est addendum nomen* Iesus.

V.19. Quod pro vobis datur. *Non est scribendum* tradetur *pro* datur: *nam* tradetur *ex Apostolo* 1. *Corinth.* 11. *v.* 24. *acceptum est.*

Vers.20. Hic est calix nouum testamentum. *Malè legunt quidam secundo casu* noui testamenti.

Vers.31. Ait autem Dominus: Simon, Simon. *Non mutes priorem vocatiuum* Simon *cum datiuo* Simoni.

V.34. At ille dixit. *Non est mutanda coniunctio aduersatiua* at *cum copulatiua* &.

V.36. Sed nunc qui habet sacculum, tollat. *Non substituas, pro imperatiuo* tollat *futurum indicatiui* tollet.

V.37. Dico enim vobis. *Quidam pro* enim *scribunt* autem *malè.*

V.43. Apparuit autem illi angelus de cælo, confortans eum: & factus in agonia, prolixiùs orabat. 44. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. *Hi duo versiculi temerè olim à quibusdam omissi fuere.*

V.63. Et viri qui tenebant illum. *Non mutes pronomen* illum, *cum nomine* Iesum.

V.64. Et percutiebant faciem eius. *Non legas* caput *pro* faciem.

Ibidem. Prophetiza, quis est. *Non interponas* nobis Christe, *quod Matthæi est cap.* 26. *v.* 68. *non Lucæ.*

CAP. XXIII. *v.* 5. Commouet populum. *Non mutes præsens in præteritum* commouit.

Ibidem. Incipiens à Galilæa vsque huc. *Non præponas coniunctionem copulatiuam* &.

V.9. At ipse nihil illi respondebat. *Vt non est mutandum aduersatiuum* at *cum copulatiuo* &, *ita non omittendum pronomen* illi: *sed neque* autem *vertendum in* etiam, *aut participium* accusantes *in verbum* accusabant, *vbi sequitur:* Stabant autem principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum.

V.15. Nam remisi vos ad illum. *Nequaquam surrogandum est verbum tertiæ personæ* remisit, *in locum primæ* remisi, *neque pronomen primæ personæ* nos, *in locum secundæ* vos, *inuerso verborum ordine, ad hunc modum:* Nam remisit illum ad nos; *quo modo in quibusdam codicibus legitur.*

V.16. Emendatum ergo illum dimittam. *Vitio librarij, quidam libri habent pronomen* ego, *pro coniunctione* ergo.

Ver.35. Et stabat populus spectans. *Retinendum est verbum simplex* spectans, *quod est adspiciens seu contemplans, non substituendum compositum* exspectans.

Ibid. Si hic est Christus Dei electus. *Non legas verbum vnicum* dilectus, *pro duobus* Dei electus, *vt quidam.*

V.36. Offerentes ei & dicentes. *Non omittas* & *coniunctionem.*

V.40. Quod in eadem damnatione es. *Quia obscuriùs dixerat Interpres* quòd *ex* ὅτι, *quidam mutarunt cum* quia, *alij cum* qui.

V.41. Nam digna factis recipimus. *Non mutes præsens* recipimus, *cum præterito* recepimus.

V.45. Et obscuratus est sol. *Loco horum verborum, quidam olim scripserunt* sole deficiente, *audacter nimis.*

CAP. XXIIII. *v.* 12. Linteamina sola posita. *Non est omittendum* sola.

V.39. Videte manus meas & pedes. *Non repetas pronomẽ* meos.

V.44. Quoniam necesse est impleri omnia. *Passiuum* impleri, *malè quidam actiuum vertunt,* implere.

V.49. Et ego mitto promissum Patris mei in vos. *Non mutes præsens* mitto, *cum futuro* mittam.

V.53. Amen *in fine huius Euangelij delendum non est.*

IOHANNES.

CAP. I. *v.* 3. Et sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat. *Consultò illud* quod factum est, *ita est interpunctum, vt & præcedentibus iungi possit, & subsequentibus.*

V.9. Venientem in hunc mundum. *Non omittas pronomen* hũc.

V.15. Hic erat quem dixi. *Non mutes imperfectum* erat *cum præsenti* est.

V.18. Ipse enarrauit. *Non est mutandum verbum compositum simplici* narrauit.

V.29. Altera die vidit Iohannes. *Retinendum est præteritum* vidit, *non vertendum in præsens* videt.

Ibid. Ecce qui tollit peccatum mundi. *Singulare* peccatum *non est commutandum cum plurali* peccata.

V.42. Filius Iona. *Non scribas* Iohanna, *aut* Iohannis *trissyllabum pro* Iona *dissyllabo, hoc quidem loco.*

V.45. Quem scripsit Moyses in lege & prophetę. *Caue legas* & prophetis, *sexto casu.*

CAP. II. *v.* 2. Vocatus est autẽ & Iesus. *Non omittas mediũ* &.

V.3. Dicit mater Iesu ad eum. *Præsens* dicit *legendum est, non præteritum* dixit, *cùm hoc versu tum sequentibus omnibus de nuptijs.*

Ver.9. Ministri autem sciebant qui hauserant aquam. *Caue ne scribas coniunctionem* quòd *pro relatiuo* qui.

V.22. Quia hoc dicebat. *Non addas* de corpore suo.

CAP. III. *v.* 2. Hic venit ad Iesum nocte. *Non scribas pronomen* eum *loco nominis* Iesum.

V.17. Filium suum in mundum. *Non omittas* in mundum.

V.20. Omnis enim qui malè agit, odit lucem. *Non mutes aduerbium* malè *cum nomine* mala.

V.12. In terram Iudæam. *Alij conuerso ordine, scribunt* in Iudæam terram.

V.31. Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. *Non est omittendum medium illud,* de terra est, *siue integrè, siue quod ad præpositionem* de.

V.33. Qui accepit eius testimonium. *Non addas coniunctionem* autem, *nec mutes præteritum* accepit *in præsens* accipit.

V.36. Non videbit vitam. *Non addas* æternam.

CAP. IV. *v.* 4. Per Samariam. *Superfluit quod quidam libri addunt* mediam.

V.6. Hora erat quasi sexta. *Meritò omissa est coniunctio* autem.

V.18. Et nunc quem habes. *Malè quidam aduerbium* nunc *mutarunt cum pronomine* hunc.

Vers.30. Exierunt ergo de ciuitate. *Non est omittenda* ergo *coniunctio.*

V.33. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. *Huc non est adijciendum pronomen* eius.

V.34. Et faciam voluntatem eius qui misit me. *Non est supponendum nomen* patris mei, *pro pronomine* eius.

V.36. Et congregat fructum in vitam æternam. *Non est addendum relatiuum* qui.

V.37. In hoc enim est verbum verum. *Non redundat coniunctio* enim.

V.41. Et multo plures crediderunt in eum. *Non omittas* τὸ in eum.

V.51. Et nunciauerunt dicentes. *Non addas pronomen* ei.

CAP. V. *v.* 2. Est autem Ierosolymis probatica piscina. *Non indicarunt Romani Correctores præponendam præpositionem* super *vel* in *voci* probatica, *quod multi faciunt.*

Sequitur: Quæ cognominatur, *pro præsenti.*

Ibidem.

Ibidem. Bethsaida. Quidam libri impressi habent Bethesda, sed ex Græcis, non dubium, consultò mutati. Lege Notationes nostras in varias Bibliorum lectiones.

V. 9. Et statim sanus factus est homo ille. Non omittas vocem homo.

V. 10. Qui sanatus fuerat. Participium sanatus non est commutandum cum nomine sanus.

V. 14. Et in iudicium non venit. Non scribas futurum veniet pro præsenti venit.

Sequitur: Sed transijt à morte in vitam. Pro præterito transijt, quidam habent præsens transit, quidam futurum transiet: sed futurum omninò reijciendum est.

Vers. 27. Et potestatem dedit ei iudicium facere. Non addas & aut etiam ante iudicium.

V. 30. Non possum ego à meipso facere quidquam. Pro ego pronomine, malè à quibusdam substituitur coniunctio ergo, quinetiã malè mox præponitur coniunctio sed, ante Sicut audio iudico: vt & in fine versus, superfluè additur nomen patris.

V. 36. Quæ dedit mihi pater. Non omittas pronomen mihi.

V. 43. Et non accipitis me. Non commutes præsens accipitis, cum præterito accepistis.

CAP. VI. v. 3. Subijt ergo in montem. Non est legendum abijt pro subijt.

V. 10. Dixit ergo Iesus: Facite. Non mutes præteritum dixit in præsens dicit.

V. 13. Ex quinque panibus ordeaceis. Non addas & duobus piscibus, quod quidam.

V. 21. Ad terrã in quã ibant. Non omittas in, nec mutes cum ad.

V. 23. Gratias agente Domino. Insignis emendatio, qua ablatiuus agente & vox Domino, restituta sunt, in locum nominatiui agentes, & vocis Deo, quæ à plerisque vitiosè leguntur.

V. 8. Vt operemur opera Dei. Non addas bona.

V. 33. Panis enim Dei est. Nõ est mutãda vox Dei cũ voce verus.

V. 36. Sed dixi vobis, quia & vidistis me, & non creditis. Vt non est scribendum præsens videtis pro præterito vidistis: ita nec præteritum credidistis, pro præsenti creditis.

V. 37. Omne quod dat mihi pater ad me veniet. Non legas præsens venit pro futuro veniet.

V. 39. Hæc est autem voluntas eius. Coniunctio autem non est mutanda cum enim, hoc certè loco.

Ibidem. Non perdam ex eo. Non addas quidquam.

V. 43. Nolite murmurare in inuicem. Non est omittenda præpositio in.

V. 45. Est scriptum in prophetis. Non legas prouerbijs pro prophetis.

Vers. 65. Qui essent non credentes. Non auferas negationem mediam.

V. 70. Et nos credidimus & cognouimus. Non est mutandum præteritum credidimus cum præsenti credimus.

Sequitur: Quia tu es Christus filius Dei. Non addas epithetõ viui.

V. 71. Respondit eis Iesus. Nec hic addas coniunctionem ergo, aut verbum & dixit.

CAP. VII. v. 4. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. Pro imperatiuo manifesta, caue legas præsens indicatiui manifestas.

V. 8. Ego autem non ascendo ad diem festum istum. Aduerbium negandi non, haud commutandum est cum aduerbio temporis nondum, vt neque præsens ascendo cum futuro ascendam.

Vers. 25. Nonne hic est quem quærunt interficere? Non addas Iudæi.

Vers. 26. Et ecce palàm loquitur. Non est omittendum &, nec mutandum cum atqui, sed ita exponendum.

Vers. 29. Ego scio eum, quia ab ipso sum. Quæ his verbis præmittunt complures libri Ego autem scio eum, & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax, &, obelisco iugulanda sunt, vt quæ non huius sint loci, sed sequentis cap. 8. v. 55.

V. 32. Et miserunt principes. Non addas sacerdotum ex Græco.

Ibid. Vt apprehenderent eum. Non substituas nomen Iesum pro pronomine eum.

V. 33. Et vado ad eum qui me misit. Non mutes pronomen eum cum nomine patrem.

V. 34. & 36. Quæritis me. Non videtur scribendum præsens quæritis, pro futuro quæretis.

V. 39. Nondum enim erat spiritus datus. Participium datus, nec omittendum Latinè est, nec mutandum cum nomine sanctus.

V. 46. Sicut hic homo. Non addas loquitur, sed subaudias è proximo.

Vers. 52. A Galilæa propheta non surgit. Retinendum Latinè est præsens surgit, nec commutandum, vel cum præterito surrexit, vel cum futuro surget.

CAP. VIII. v. 6. Hoc autem dicebant tentantes. Singulare hoc præferendum est plurali hæc, quod est in multis libris.

V. 9. Audientes autem. Non subijcias pronomen hæc.

Ibidem. Et remansit solus Iesus. Non omittas nomen Iesus.

Vers. 11. Vade & iam amplius noli peccare. Nec hic omittas aduerbium iam.

V. 24. Moriemini in peccatis vestris. Bis hoc legitur isto versu, semel plurali numero in peccatis vestris, iterum singulari, in peccato vestro.

V. 25. Principium qui & loquor vobis. Non facilè mutandum est, relatiuum masculinum qui, in neutrum quod, aut in coniunctionem quia vel quod. Consulantur Notationes nostræ in varias Bibliorum lectiones.

Vers. 27. Quia patrem eius dicebat Deum. Nec hic facilè omittenda est vox Deum.

Vers. 29. Et non reliquit me solùm. Retinendum est præteritum reliquit, pro præsenti relinquit, quod est in quibusdam libris.

Vers. 33. Responderunt ei. Non addas ergo.

V. 38. Ego quod vidi apud patrem meum. Non facilè omittendum est pronomen meum.

Vers. 42. Ego enim ex Deo processi. Non scribas pronomen eo loco nominis Deo.

Vers. 54. Quia Deus vester est. In alijs codicibus est prima persona pronomen noster.

CAP. IX. v. 4. Venit mox. Non mutes præsens venit cum futuro veniet.

Vers. 8. Itaque vicini. Non addas pronomen eius.

V. 11. Vade ad natatoria Siloë. Plerique libri pro neutro plurali natatoria, scribunt fœmininum singulare natatoriam.

Vers. 30. In hoc enim mirabile est. Non est omittenda coniunctio enim.

CAP. X. v. 8. Omnes quotquot venerunt. Non est addendum ante me, quod quidam addiderunt ex quibusdam libris Græcis.

Vers. 9. Ego sum ostium. Non addas ouium, quod non est huius versus, sed septimi superioris.

V. 14. Et cognosco meas. Non interijcias nomen oues, quod quidam.

Vers. 17. Vt iterum sumam eam. Non mutes coniunctionem causalem vt cum copulatiua &.

Vers. 26. Quia non estis ex ouibus meis. Non subijcias sicut dixi vobis, quamuis Græcè & Syriacè addatur.

V. 29. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus est. Quidam libri mutant neutrum genus cum masculino, qui dedit mihi, maius omnibus est, sed ex Græco variati.

Sequitur: Et nemo potest. Non est addenda coniunctio ideo.

V. 31. Sustulerunt ergo lapides Iudæi. Vt non est omittenda coniunctio ergo, ita nec addendum aduerbium iterum.

Vers. 36. Vos dicitis, quia blasphemas. Sic legendum est, secunda persona, blasphemas.

CAP. XI. v. 1. De castello Mariæ & Marthæ sororis eius. Retinendus est numerus singularis sororis, non substituendus pluralis sororum.

Vers. 8. Nunc quærebant se Iudæi lapidare. Non mutes lapidare cum interficere.

Vers. 13. Quia de dormitione somni diceret. Non scribas duplici i, somnij.

V. 15. Et gaudeo propter vos. Non est mutandum & copulatiuum cum aduersatiuo sed.

Vers. 16. Eamus & nos, vt moriamur cum eo. Nec hic mutanda est vt causatiua cum & copulatiua coniunctione.

V. 20. Martha ergo vt audiuit. Rursus quidam libri commutant ergo cum autem, malè.

V. 29. Surgit citò. Pro præsenti surgit, non est substituendum præteritum surrexit.

V. 32. Non esset mortuus frater meus. Suprà vers. 21. est hic verborum ordo: Frater meus non fuisset mortuus.

Vers. 45. Et viderant quæ fecit Iesus. Non facilè omittendum est nomen Iesus.

V. 47. Concilium, & dicebant. Non interponas aduersus Iesum.

Sequitur: Quid facimus. Non est mutandum præsens facimus cum futuro faciemus.

V. 48. Et tollent nostrum locum & gentem. Quidam libri geminata coniunctione &, legunt & locum & gentem: sed errant qui illam collocant ante pronomen nostrum.

CAP. XII. v. 3. Nardi pistici. Recentiores quidam libri, qui pro neutro pistici legunt fœmininum pisticæ, ex Græco mutati sunt.

V. 6. Ea quæ mittebantur portabat. Malè quidam, simplex verbum portabat, mutarunt cum composito exportabat.

V. 7. Vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Recentiores quidam libri, omissa vt coniunctione, scribunt præteritum seruauit, pro præsenti subiunctiui seruet. vt Græcæ editioni respondeant. Nostræ enim editionis Germana lectio, prima illa est, in qua nec mutandus est quartus casus diem cum sexto die,

V.19. Ecce mundus totus post eum abijt, *Legendum est præterito tempore* abiit, *non præsenti* abit.

V.28. Venit ergo vox de cælo. *Non subdas* dicens.

V.42. Verumtamen & ex principibus. *Non est omittendum medium* &.

CAP. XIII. v. 2. Iam misisset in cor. *Non addas* Iudæ.

Ibid. Iudas Simonis Iscariotæ. *Non mutes genitiuum* Iscariotæ, *cum nominatiuo* Iscariotes.

V.5. Deinde mittit aquam in peluim. *Nec hic mutes præsens* mittit *cum præterito* misit.

V.7. Scies autem postea. *Non est omittenda coniunctio* autem.

V.8. Si non lauero te, non habebis partem mecum. *Non commutes futurum* habebis, *cum præsenti* habes, *tametsi præsens legatur Græcè*.

V.12. Et accepit vestimenta sua: cùm recubuisset. *Prima coniunctio* &, *non est transferenda in medium sententiæ, ante* cùm recubuisset.

V.18. Qui manducat mecum panem. *Caue legas* meum *pro* mecum.

V.38. Animam tuam pro me pones? *Non legas præsens* ponis, *pro futuro* pones, *nec affirmando, quod interrogando legendum est*.

CAP. XIV. v. 1. Non turbetur cor vestrum. *Vt his verbis non est præponendum* & ait discipulis suis, *ita non est postponendum* neque formidet, *quod est, non huius loci, sed versus 27. subsequentis*.

V. 6. Ego sum via & veritas & vita. *Non omittas priorem coniunctionem* &.

V.9. Philippe, qui videt me, videt & patrem. *In quibusdam libris legitur præterito tempore*, Qui vidit me, vidit & patrem, *quemadmodum Græcè*.

V.17. Quia non videt eum. *Hic neutiquam mutandum est præsens* videt *in præteritum* vidit.

Ibid. Quia apud vos manebit. *Neque hic mutes futurum* manebit *in præsens* manet.

V.19. Vos autem videtis me. *Tertiò nec hic facilè mutes oportet præsens* videtis *in futurum* videbitis.

CAP. XV. v. 2. Tollet eum. *Hoc loco retinendum est futurum* tollet, *non substituendum præsens* tollit.

V.6. Et arescet, & colligent eum, & in ignem mittent. *Similiter hic, futura seruanda sunt, non substituenda præsentia. Porrò singulare pronomen* eum, *quidam variant in plurale* eos. *Singulare pronomen, respondet verbo singulari, quod sequitur in Sixtinis & alijs multis libris*, & ardet; *plurale plurali, quod similiter in multis est libris*, & ardent. *Lege Notas nostras in varias lectiones quatuor Euangeliorum Latinas*.

V.21. Sed hęc omnia facient vobis. *Non omittas* omnia.

V.26. Spiritum veritatis. *Interpres dedit quartum casum, quem Græca patiuntur, non primum* spiritus.

V.27. Et vos testimonium perhibebitis. *Non mutes futurum cum præsenti* perhibetis: *nam præsens Græcè futuri loco est*.

CAP. XVI. v. 7. Expedit vobis vt ego vadam. *Non est interponendum* & *ante* ego.

V.9. Quia non crediderunt in me. *Pro præterito* crediderunt, *quidam legunt præsens* credunt.

V.13. Docebit vos omnem veritatem. *Fuit olim quorumdam librorum lectio* Deducet vos in omni veritate; *sed ex alia versione sumta*.

V.16. Modicum & iam non videbitis me. *Interpres intellexit, præsens* videtis, *quod est Græcè futuri loco positum*.

V.19. Cognouit autem Iesus. *In quibusdam libris pro* autem *legitur* ergo.

Ibidem. Quia dixi. *Non addas* vobis.

V.22. Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. *Non est mutandum futurum* tollet, *cum præsenti* tollit, *tametsi Græcè sit præsens*.

V.23. Et in illo die me non rogabitis quidquam. *Pro simplici* rogabitis, *non scribas compositum* interrogabitis.

V.27. Quia vos me amastis. *In alijs libris, pro præterito, est præsens* amatis.

V.32. Et non sum solus. *Non addas* tamen.

CAP. XVII. v. 1. Vt filius tuus clarificet te. *Quidam libri interponunt* & *ante* filius.

V.20. Sed & pro eis. *Hic non omittas* &.

V.21. Sicut tu pater in me. *Hic non addas* & *ante* tu.

CAP. XVIII. v. 11. Non bibam illum? *Transfodiendum est quod quidam libri addunt*, vis vt: Non vis vt bibam illum?

V.13. Erat enim socer Caiphæ. *Non legas* autem *pro* enim.

V.20. Ego palam locutus sum mundo. *Non addas* in *præpositionem*.

V.22. Vnus assistens ministrorum. *Non est mutandus nominatiuus* assistens *cum genitiuo* assistentium.

V.28. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. *Caue mutata præpositione, scribas quarto casu* ad Caipham *pro sexto* à Caipha.

CAP. XIX. v. 3. Et dabant ei alapas. *Quidam pro* alapas *legunt* palmas, *quomodo vertit Interpres Matth. 26. v. 67.*

V.4. Exiuit ergo iterum Pilatus. *Non omittas* ergo.

V.12. Et exinde quærebat. *Nec hic omittas* & *coniunctionem*.

Ibid. Omnis enim qui se regē facit. *Deniq; nec hic omittas* enim.

V.13. Lithostrotos. *Caue legas* Lichostrotos, *tertia alphab. litera*.

V.16. Et eduxerunt. *Non addas pronomen* eum, *quod quidā libri*.

V.25. Stabant autem iuxta crucem Iesu. *Non legas singulare* stabat, *pro plurali* stabant.

V.26. Et discipulum stantem. *Non omittas participium* stantē, *sed neque mutes cum composito* adstantem.

V.27. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. *Legendum esse neutrum plurale* sua, *prout Romani Correctores indicarunt, non fœmininum singulare* suam, *olim fusè docuimus in Notationibus nostris*.

V.30. Et inclinato capite tradidit spiritum. *Quod sequitur in quibusdam exemplaribus*. Cùm autem exspirasset, velum templi scissum est à summo vsque deorsum, *superfluit ex prioribus Euangelijs huc adscitum*.

V.40. Et ligauerunt illud linteis. *Neutrum* illud *probatum est Romanis Patribus, prę masculino* eum.

V.42. Posuerunt Iesum. *Non mutes antecedens* Iesum *cum pronomine* eum.

CAP. XX. v. 1. Et vidit lapidem sublatum à monumento. *Pro* sublatum *non legas* reuolutum: *hoc enim est priorum Euangeliorum*.

V.2. Tulerunt Dominum. *Non addas pronomen* meum, *quod huic loco non quadrat, sicut quadrat infrà v. 13.*

V.19. Et stetit in medio. *Non addas* discipulorum.

V.31. Quia Iesus est Christus filius Dei. *Caue omittas nomen* Christus.

Ibidem. Vitam habeatis. *Non addas* æternam.

CAP. XXI. v. 1. Postea manifestauit se iterum Iesus discipulis. *Non est omittenda vox* discipulis.

V.4. Quia Iesus est. *Non mutes nomen* Iesus *cū pronomine* ipse.

V.6. Mittite in dexteram. *Non addas* ergo.

Ibid. Miserunt ergo. *Nec hic addas nomen* rete, *sed subaudias*.

V.8. Non enim longè erant à terra. *Non est mutandus numerus pluralis* erant *cum singulari* erat.

V.13. Et accipit panem & dat eis. *Non sunt scribenda præterita* accepit, dabat, *pro præsentibus*, accepit, dat.

V.14. Manifestatus est Iesus discipulis suis. *Nō omittas pronomen* suis.

V.15.16.17. Simon Iohannis. *Non commutes* Iohannis *trissyllabum cum dissyllabo* Iona *hoc loco*.

V.18. Extendens manus tuas. *Non mutes futurum indicatiui cum præsenti coniunctiui* extendas.

V.23. Et non dixit ei Iesus: Non moritur. *Non addas* quia *ante* non moritur.

ACTVS APOSTOLORVM.

CAP. I. v. 4. Et conuescens præcepit eis. *Caue legas* conuersans *pro* conuescens.

V.15. Erat autem turba hominum simul. *Correctores non probarunt illam quorundam emendationem, qui pro* hominum *scripserunt* nominum, *tametsi nominum sit Græcè*.

CAP. II. v. 4. Et cœperunt loqui variis linguis. *Non scribas* alijs *pro* varijs.

V.22. Sicut & vos scitis. *Non est omittendum medium* &.

V.23. Per manus iniquorum affigentes interemistis. *Pro* affigentes, *quod est, crucifigentes, errore excusum est in exemplari Romano, addita vna litera*, affligentes, *quod est, tribulantes*.

V.33. Effudit hunc quem vos videtis. *Non scribas neutro genere* hoc donum quod, *pro masculino* hunc quem.

CAP. III. v. 11. Cùm teneret autem Petrum. *Caue legas* videret, *aut plurale* tenerent, *pro singulari* teneret.

V.12. Quasi nostra virtute aut potestate. *In multis libris est* pietate *pro* potestate.

V.18. Deus autem quæ prænunciauit. *Retinendum est neutrum plurale* quæ, *non substituendum masculinum* qui.

CAP. IV. v. 2. Et annunciarent in Iesu resurrectionem ex mortuis. *Non mutes ablatiuum* Iesu *in accusatiuum*.

V.8. Principes populi & seniores audite. *Non facilè omittendum est verbum* audite.

V.24. Tu es qui fecisti. *Nec hic verbum substantiuum* es.

V.36. Qui cognominatus est Barnabas. *Caue pro* Barnabas, *legas* Barsabas, *id est*, ſ *semiuocalem pro* n *liquida*.

CAP.

CAP. V. v. 3. Dixit autem Petrus. *Non addas* ad Ananiam *ad* eum.

V. 15. Et liberarentur ab infirmitatibus suis. *Verbo* liberarentur *non est adjiciendum nomen* omnes.

V. 36. Et redacti ad nihilum. *Potiùs scribendum est plurale* redacti, *quàm singulare* redactus est.

V. 39. Si verò ex Deo est, nō poterimus dissoluere illud. *Neutrum* illud, *non est mutandum in masculinum* eos.

V. 40. Ne omninò loquerētur. *Correctores addiderunt* omninò.

CAP. VI. v. 5. Et Nicanorem & Timonem. *Pro* Timonem *non scribas* Timotheum, *nomen discipuli Pauli*.

CAP. VII. v. 5. Sed repromisit. *Græcum & positum est loco* sed, *more Hebraico*.

V. 14. Et omnem cognationem suam. *Non est omittendum pronomen* suam.

V. 35. Quis te constituit principem & iudicem. *Loco nominis trissyllabi* iudicem, *non oportet scribere dissyllabum* ducem.

V. 44. Tabernaculum testimonij fuit cum patribus nostris in deserto. *Non est omittenda præpositio* cum.

V. 48. Sicut propheta dicit. *Pro* propheta, *non scribas* per prophetam.

V. 51. Vos semper Spiritui sancto resistitis. *Non mutes præsens* resistitis *in præteritum* restitistis.

V. 55. Et filium hominis stantem à dextris Dei. *Non addas* virtutis *ante* Dei.

V. 60. Obdormiuit in Domino. *Patres non indicarunt prætermittendum illud* in Domino.

CAP. VIII. v. 11. Propter quod multo tempore magijs suis dementasset eos. *Pro substantiuo* magiis, *non est legendum adiectiuum* magicis, *nec addendum* artibus.

V. 12. De regno Dei in nomine Iesu Christi. *Præpositionem* in *alij mutant in coniunctionem* &.

V. 36. Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? *Neutrum* quid *commutandum haud est cum masculino* quis.

CAP. IX. v. 7. Et ibi dicetur tibi. *Correctores addiderunt aduerbium* ibi, *tum hoc versu, tum 9. proximo:* Et erat ibi tribus diebus.

V. 20. Et continuò in synagogis prædicabat Iesum. *Aduerbio* continuò *non subjicias* ingressus, *nec mutes ablatiuum* synagogis *in accusatiuum*.

V. 23. Consilium fecerunt in vnum Iudæi. *Non facilè omittas* in vnum.

V. 25. Accipientes autem eum discipuli nocte. *Non addas pronomen* eius *nomini* discipuli.

V. 32. Dum pertransiret vniuersos. *Non est auferenda præpositio* per, *ex verbo* pertransiret.

V. 34. Ænea, sanat te Dominus Iesus Christus. *Præsens indicatiui* sanat *non est vertendum in præsens imperatiui* sanet.

V. 38. Cùm autem propè esset Lydda ad Ioppen. *Alij, mutata præpositione, scribunt ablatiuum* ab Ioppe, *paruo discrimine*.

CAP. X. v. 4. Quid est Domine. *Multi mutatis genere neutro in masculinum, & persona tertia in secundam, legunt* Quis es Domine, *minùs rectè*.

V. 15. Quod Deus purificauit. *Non mutes singulare* quod *in* quæ *plurale*.

V. 25. Et procidens ad pedes eius adorauit. *Non subjicias pronomen* eum.

V. 41. Postquam resurrexerit à mortuis. *Quod sequitur in quibusdam libris* per dies quadraginta, *superfluit*.

CAP. XI. v. 23. In proposito cordis. *Alij libri omittunt præpositionem*.

V. 25. Profectus est autem Barnabas Tarsum. *Non auferas nomen* Barnabas.

CAP. XII. v. 4. Tradens quatuor quaternionibus militū custodiendum. *Nec priori participio addas coniunctionem* tradensque: *nec posteriori præpositionem cum pronomine* ad custodiendum eum.

V. 13. Processit puella ad audiendum. *Pro* audiendum *non substituas* videndum, *quod est, adspiciendum*.

V. 16. Cùm autem aperuissent. *Non addas* ostium.

CAP. XIII. v. 7. Cui nomen erat Bariesu. *Legendum est* Bariesu, *non, dempta semiuocali* ſ, Barieu.

V. 21. Et dedit illis Deus Saul. *Non est omittendum nomen* Deus.

V. 33. Quoniam hanc Deus adimpleuit filijs nostris. *Pro* nostris *prima persona, non scribas* vestris *secunda, nec* suis *tertia, nec denique* Israel.

Ibidem. Sicut & in psalmo secundo scriptum est. *Non facilè, vel omittas* secundo, *vel mutes cum* primo: *quâ de re legere licet Notationes nostras*.

V. 37. Quem verò Deus suscitauit à mortuis. *Patres non indicarunt aufferendum illud* à mortuis.

V. 38. Et ab omnibus, quibus non potuistis. *Non est prætermittenda præposita his verbis coniunctio* &.

V. 43. Et colentium aduenarum. *Non addas participio* colentium *nomen* Deum.

CAP. XIV. v. 2. Aduersus fratres. *Non subjicias* Deus autem pacem fecit.

V. 6. Et ibi euangelizantes erant. *Non facilè addenda sunt subsequentia in quibusdam codicibus verba:* Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum: Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris.

V. 9. Surge super pedes tuos rectus. *Nec his verbis facilè præponēda sunt hæc:* Tibi dico, in nomine Domini nostri Iesu Christi.

V. 16. Implens cibo & lætitia corda nostra. *Non mutes* nostra *prima persona in* vestra *secunda*.

V. 18. Lapidantésque Paulum. *In quibusdam libris legitur* & lapidato Paulo, *explicationis gratia*.

V. 24. Et loquentes verbum Domini in Perge. *Non est mutandus ablatiuus in accusatiuum* Pergen.

CAP. XV. v. 23. Scribentes per manus eorum. *Non subjicias, quod quidam*, epistolam continentem hæc, *superfluit enim*.

V. 38. Et non isset cum eis in opus. *Nec hic addendum est* quo missi fuerant.

V. 41. Præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum. *Hæc verba à veteribus manuscriptis minimè prætermittuntur, quamuis Græcè absint*.

CAP. XVI. v. 1. Peruenit autem Derben. *Non interjicias præpositionem* in.

Ibidem. Filius mulieris Iudææ fidelis. *Obseruatu digna correctio, qua pro nomine appellatiuo* viduæ, *repositum est nomen proprium* Iudææ.

V. 12. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot conferentes. *Alij boni libri legunt* consistentes.

V. 22. Et magistratus, scissis tunicis eorum. *Non est præponenda coniunctio & participio* scissis, *nec* eorum *mutandum cum* suis.

V. 26. Procidit Paulo & Silæ ad pedes. *Legendum est præteritū* procidit, *à cado, non præsens* procedit *à cedo*.

CAP. XVII. v. 4. Et de colentibus gentilibusque. *Correctores addiderunt coniunctionem encliticam voci* gentilibus.

V. 17. Ad eos qui aderant. *Pro* aderant, *ab adsum, non scribas* adierant *ab adeo, multóque minùs* audierant *ab audio*.

V. 18. Quid vult seminiuerbius hic dicere? *Vox vna* seminiuerbius, *formata ad similitudinem Græcæ σπερμολόγος, non est circumscribenda duabus* seminator verborum.

V. 22. Per omnia quasi superstitiosiores vos video. *Comparatiuus* superstitiosiores, *non est mutandus in positiuum* superstitiosos.

CAP. XVIII. v. 4. Et disputabat in synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini Iesu, suadebátque Iudæis & Græcis. *Neutiquam omittendus est versus iste*.

V. 10. Et nemo apponetur tibi vt noceat te. *Hoc alij exposuerunt scribentes hunc in modum:* Et nullus nocere poterit tibi.

V. 11. Sedit autem ibi. *Non omittas* ibi.

V. 15. De verbo & nominibus & lege vestra. *Ablatiui* lege vestra, *non sunt mutandi in genitiuos* legis vestræ.

V. 18. Nauigauit in Syriam. *Non omittas in præpositionem*.

V. 24. Alexandrinus genere. *Alij exponentes quid sit* genere, *scripserunt* natione.

CAP. XIX. v. 9. Maledicentes viam Domini. *Non omittas* Domini.

V. 12. Sudaria & semicinctia. *Alij pro copulatiua & scribunt disiunctiuam* vel.

V. 14. Erant autē quidam Iudæi Sceuæ principis sacerdotum septem filij. *Alij libri præponunt* Sceuæ, *postponunt* Iudæi.

V. 16. Et insiliens in eos homo. *Congruentior est hic verborum ordo, illo quo* homo *ponitur ante* in eos.

V. 20. Et confirmabatur, *id est*, confortabatur, *vt quidā legunt*.

V. 21. Dicens, quoniam postquam fuero ibi, *Non oportet omittere* quoniam, *tametsi sensui superfluat*.

CAP. XX. v. 4. Comitatus est autem eum Sopater Pyrrhi Berœensis. *Legendum est* Sopater *trisyllabum, non addita vnā syllaba* Sosipater *quadrisyllabum*.

V. 14. Cùm autem conuenisset nos in Asson. *Scribendum est*, conuenisset, *potiùs quàm* inuenisset.

V. 16. Vt diem Pentecostes facerem Ierosolymis. *Genitiuus* Pentecostes *non est mutandus in accusatiuum* Pentecostēn.

CAP. XXI. v. 7. Nos verò nauigatione expleta. *Pro* expleta *non scribas* explicita.

V. 16. Mnasonem quendam Cyprium. *Non mutes* Mnasonem *in* Iasonem, *id est, liquidas duas in vnum* i *consonantem*.

Vers. 39. Non ignotæ ciuitatis municeps. *Quidam legunt* ciuis,

ciuis, *explicare volentes quid sit* municeps.

CAP. XXII. *v.* 3. Natus in Tarso Ciliciæ. *Non est omittenda præpositio* in:

*V.*12. Ab omnibus cohabitantibus Iudæis. *Compositum* cohabitantibus *non est mutandum cum simplici* habitantibus.

V. 28. Ego multa summa ciuilitatem hanc consequutus sum. *Non* ciuitatem, *sed* ciuilitatem, *legendum est, quinque syllabis.*

CAP. XXIII. *v.* 23. Et vocatis duobus Centurionibus. *Pro verbo simplici* vocatis, *non scribas compositum* conuocatis.

*V.*24. Vt imponentes Paulum, saluum perducerent. *Non interponas pronomen* eum *ante* saluum.

V. 29. Nihil verò dignum morte aut vinculis habētem criminis. *Genitiuus* criminis *non est mutandus in accusatiuum* crimen.

*V.*30. Misi eum ad te, denuntians & accusatoribus. *Ita interpungendum est, vt participium* denuntians, *iungatur sequentibus, non præcedentibus.*

V. 31. Milites ergo. *Non mutes* ergo *cum* verò.

CAP. XXIV. *v.* 6. 7. Quem & apprehensum voluimus secundùm legem nostram iudicare: superueniens autem tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eum de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te venire. *Non sunt hæc omittenda iudicio Patrū, prout à quibusdam omittuntur omnia, exceptis primis duobus verbis, lectis hac ratione:* Quem apprehendimus.

*V.*18. Neque cum tumultu. *Quæ subijciuntur in quibusdam exemplaribus*: Et apprehenderunt me, clamantes & dicentes, Tolle inimicum nostrum; *vt superflua auferenda Patres censuerunt.*

CAP. XXV. *v.* 16. Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem, priusquam. *Alij libri scribunt* donare, *quod est, largiri, quo modo & Gracè legitur* χαρίζεσθαι: *sed quia Græcè additur* εἰς ἀπώλειαν *in interitum siue perditionem, Interpres,* donare ad perditionem, *intelligitur interpretatus,* damnare, *seu condemnare, prout Patres correxerunt.*

CAP. XXVI. *v.* 3. Maximè te sciente omnia, & quæ apud Iudæos sunt consuetudines, & quæstiones. *Nihil opus est mutare neutrum* omnia *in fœmininum* omnes, *modò non omittatur coniunctio* & *subsequens, prout omitti non debet.*

*V.*7. In quam duodecim tribus nostræ. *Non mutes accusatiuum* quam *in ablatiuum* qua.

*V.*17. Eripiens te de populo & gentibus. *Singularem numerum* populo, *non commutes cum plurali* populis.

V.21. Comprehensum tentabant interficere. *Non addas* volentes me *ante* interficere.

CAP. XXVII. *v.* 2. Ascendentes nauem Adrumetinam. *Non augeas vocem* Adrumetinam *litera* n *medio adiecta.*

Sequitur: Incipientes nauigare. *Plurale primi casus* incipientes *non mutes in singulare quarti casus* incipientem.

*V.*9. Eò quòd & ieiunium iam preterijsset. *Non est omittēdum medium illud* &.

Sequitur: Consolabatur eos Paulus. *Neque hic omittendum pronomen* eos.

V.18. Valida autem nobis tempestate iactatis. *Alij pro nomine* valida, *scribunt aduerbium* validè.

CAP. XXVIII. *v.* 1. Quia Melita insula vocabatur. *Non scribas* Mitylene *quadrisyllabum, pro trissyllabo* Melita.

V.6. Diu autem illis expectantibus. *Non mutes* exspectantibus *in* spectantibus.

V. 17. Nihil aduersus plebem faciens. *Caue scribas* legem, *pro* plebem, *quod est, populum.*

Finis Correctionum Romanarum in Biblijs Latinis, pro tomo quinto gl. ord.

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM
MAXIMÆQVE MEMORABILIVM, QVÆ
IN HOC QVINTO TOMO CONTINENTVR.

A.

Baptismus

Vnde

Qui-

Pœna

FINIS.